1. p

G.1

Infortiatum,

SEV

PANDECTARVM IVRIS CIVILIS

TOMVS SECVNDVS,

EX PANDECTIS FLORENTINIS,
in lucem emiſsis, quoad eius fieri potuit,
repræſentatus:

COMMENTARIIS ACCVRSII ILLVSTRATVS
præter Scholia Contij, & paratitla Cuiacij, acceſſerunt Notæ ad Accurſium
DIONYSII GOTHOFREDI, I. C. in quibus obſeruatæ ſunt Gloſſæ
ſimiles, Contrariæ, Improbatæ: Obſcuriores definitioni-
bus vel diuiſionibus explicatæ: dictionis, hi-
ſtoriæ, & iuris admiſſa Accur-
ſiana ſubiecta.



LVGDVNI,

M. D. LXXXIX.

Cum priuilegiis Sacræ Cæſar. Maieſt. & Chriſtianiſs. Francorum Regis.

DZZiS
BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
1383
Ob 6.IV.189/2

INFORTIATI RVBRICAE
QVINQVE ET CENTVM, VERSIBVS
quadrigenta ſex annotantur.

QVando coniugio dos eſt repetenda ſoluto.
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

TERMINAT HÆC RVBRICA
vigeſimumquartum librum.ff.veteris.

Infortiati liber primus.

Inpenſas dotis, res amotas dabo primæ.
Agnoſco.ventrem.ventris quoque nomine mitto.
Nomine ſi ventris mulier, de concubitu ſit.

De impenſis in rebus dotalibus factis. De actione rerum amotarum. De agnoſcendis vel alendis liberis à parentibus. De ventre inſpiciendo vel partu cuſtodiendo. Si vẽtris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur. De concubinis.

Secundi libri rubricæ.

Dat tibi tutelas.etiam teſtando ſecunda.
De confirmando.de legitimis.dare poſſunt.
Tutores videas hic qui petat atque miniſtret.
Auctor.& ex facto.de ſuſpectis ſociabunt.

De tutelis. De teſtamentaria tutela. De confirmando tutore vel curatore. De legitimis tutoribus & curatoribus. De tutoribus vel curatoribus datis ab iis qui ius dandi habent. Qui petant tutores vel curatores: & vbi petantur. De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum. De auctoritate & conſenſu tutorum vel curatorum. Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel cõueniri poſſunt. De ſuſpectis tuto. vel curatoribus.

Tertij libri rubricæ.

Excuſat terna pars.educat.& rationes.
Vtile.pro tutore gerit.falſus quoque.mandat.
Atque magiſtratus tenet.& de rebus eorum.
Iura dari ſuadent curatorem furioſo.

De excuſationibus tutorum, & temporibus earum. Vbi pupillus educari debeat vel morari, & de alimentis præſtandis. De tutelis & rationibus diſtrahẽdis. De contraria & vtili actione tutelę De eo qui pro tutore vel curatore negotia geſſit. Quod cũ falſo tutore vel actore negotium geſtũ eſſe dicetur. De fideiuſſoribus & mandatoribus tutorum vel curatorum. De magiſtratibus conueniendis vel heredibus eorum. De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis. De curatore furioſo vel aliis extra minores dando.

Quarti libri rubricæ.

In quarta teſtor.ſed poſthumus.irrita.delet.
Heredes ſtatuo vulgares ſubſtituendo.
Conditio inſtituit.& poſt delibero iure.

De teſtamentis, & qui teſtamenta facere poſſunt. De liberis & poſthumis heredibus inſtituendis vel exheredandis. De iniuſto rupto vel irrito facto teſtamento. De iis quæ in teſtamento delẽtur, inducuntur, & inſcribuntur. De heredibus inſtituendis. De vulgari & pupillari ſubſtitutione. De conditionibus inſtitutionum. De iure doliberandi.

Quinti libri rubricæ.

Teſtatur miles in quinta.adquirit & hæres.
Monſtrat aperire.quis omittens.Silanianum.
Si quis teſtari prohibet.ius Codicis addat.

De teſtamento militari. De adquirenda vel omittenda hereditate. Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatem. De ſenatuſconſulto Silaniano & Claudiano. Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coegerit. De iure codicillorum.

Sexti libri rubrica.

Sextus dat primo legata notanda libellus.
De legatis & fideicommiſſis primo.

Septimi libri rubrica.

Septimus inde liber tractat legata ſecundo.
De legatis & fideicommiſſis ſecundo.

Octaui libri rubrica.

Terquoque legata notat octauus liber ipſa.
De legatis & fideicommiſſis tertio.

Noni libri rubricæ.

Annua noua tenet.vſumfructum quoque legat.
Seruitus & dos hic legantur.& optio.vinum.
Inſtructus fundus.ſunt & legata peculi.
Additur his legata rubris penus.atque ſupellex.

De annuis & menſtruis legatis & fideicommiſſis. De vſu. & vſufructu & reditu & habitatione & operis per legatum vel fideicommiſſum relictis. De ſeruitute legata. de dote prælegata. De optione legata. De vino tritico & oleo legato. de fundo inſtructo, vel inſtrumento legato. De peculio legato. de penu legata. De ſupellectili legata.

Decimi libri rubricæ.

In decima parte legas alimenta, vel aurum.
Liberat. ac adimit.dubiis. quæ nomine pœnæ.
Norma Catonis habet.pro non ſcriptis quibus auſert.

De alimentis & cibariis legatis. De auro & argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſtibus vel veſtimentis & ſtatuis legatis. De liberatione legata. De adimendis & transferendis legatis De rebus dubiis. De iis quę pœnę nomine relinquuntur. De regula Catoniana de iis quæ pro non ſcriptis habentur. de iis quibus vt indignis hereditates auferuntur.

Vndecimi libri rubricæ.

Conditio vndecima monſtratur.lex quoque ſalcans.
Si cui plus fuerit legatum quàm licitum ſit.

De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis & modis eorum quæ in teſtamentis ſcribuntur. Ad legem Falc. Si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

Duodecimi libri rubricæ.

Eſt Trebellius.atque dies cedit duodena.
Vt pro legatis caueat.legatáque ſeruet.

Ad ſenatuſcon. Trebellianũ & Pegaſianum. Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedit. Vt legatorũ ſeu fideicõmiſſorum ſeruãdorum cauſa caueatur. Vt in poſſeſſione legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

Tertiidecimi libri rubricæ.

Tertia poſt decimam eſt poſſeſſio parte bonorum.
Si tabulæ extabunt.mutus bona poſſidet infans.
Præteritis contra tabulas poſſeſſio datur.
Legatum præſtans. bona. dotem confero.ventri.
De coniungendis edictum Carbo notauit.
Vult bona poſſeſſor tabulas retinere ſecundum.
Quando parens laxat.ex milite.iura patroni.
Obſequium nati debent præſtare parenti.

De bonorum poſſeſſionibus. Si tabulæ teſtamenti extabunt. De bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco, cõpetenti. De bonorum poſſeſſione contra tabulas. de legatis pręſtandis contra tab. bo. poſſeſ. petita. De collatione bonorum. De collatione dotis. De vẽtre in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius. De coniungẽdis cum emãcipatis liberis eorum. De Carboniano edicto. De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. Si quis à parente manumiſſus ſit. De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. De iure patronatus. De obſequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præſtandis.

Decimiquarti libri rubricæ.

Libertorum ſunt operæ.& bona parte ſuprema.
Vrbi libertos aſſignas.fraude patroni.
Si nullæ extabunt tabulæ datur.vndéque.liber.
Legitimus.cognatus.adhuc ſuccedo.gradúſque.
Vnde vir ac vxor.miles.non competit omni.
Lex dat.& ordo.ſuis.addatur Tertullianum.

De operis libertorũ. De bonis libertorũ. De libertis vniuerſitatum. De aſſignãdis libertis. Si quid in fraudem patroni factũ ſit. Si tabulæ teſtamenti nullæ extabũt. Vnde liberi. Vnde legitimi. Vnde cognati. De ſucceſſorio edicto. De gradibus adfinitatis & cognationis & nominibus eorũ. Vnde vir & vxor. De veteranorum & militum ſucceſſione. Quibus nõ competat bonorũ poſſeſſio. Vt ex legibus & ſenatuſconſ bonorũ poſſeſſio detur. Quis ordo in bo. poſſeſ. ſeruetur. De ſuis & legitimis heredibus. Ad ſenatuſconſultum Tertullianum & Orficianum.

Expliciunt carmina titulos omnes infortiati ingenioſa ſerie comprehendentia.

TITVLI INFORTIATI SERIE ALPHABETICA DISPOSITI, QVO FACILIVS HAC IN *arte tyrunculi eos inuenire possint.*

Finis elenchi Rubricarum.

LEGES INFORTIATI ALPHABETICA SERIE HIC ORDINANTVR.

Argento

Index legum Inſortiati.

Lx

Index legum Infortiati.

Licet

Index legum Infortiati.

Index legum Infortiati.

Si cui

Index legum Infortiati.

Index legum Infortiati.

Si quis

T

V

Finis elenchi legum Infortiati.

SOLVTO MATRIMONIO QVEMadmodum dos † petatur.

¶ *Dixit supra de iure do. scilicet per quos constituitur dos: nunc econtra per quos repetatur.* 2. *Vel sic: Dixit supra titul. j. de matrimoniis dirimendis: nunc eis diremptis quemadmodum dos repetatur.* ¶ *Secundò nota. quòd hîc non est caput libri: nam cum tres tantum sint libri singulares pro dotibus:* vt supra in proœmio Digestorum. §. alterutri. *& constet vnum esse de sponsalibus, alium de dona. inter virum & vxorem, alium de impẽ. iure. do. fac. ergo hîc nõ est caput libri:* vt. Cod. de vete. iur. enuclean. l. ij. §. post hos. ¶ *Tertiò quæro, quare iste liber nominatur Infortiatum?* [a] *Respon. quia cum Romæ esset studium destructum, & Bononia inoleret, eius recuperatione facta Rauennæ, cum esset amissum ius, est redditum forte, cum multa assint quæ deerant. & sic ponitur in, pro valde:* vt infra de libe. & posthu. gallus. §. ille. *& sic dictio ius, vel Digestum, erit eius substantiuum.* 2. *Alij dicunt, quia fortes leges sunt in eo. sed certè & in veteri.* 3. *Alij ab inuentore seu auctore, vt Publiciana & triuicaria.* arg. supra de origi. iur. l. ij. §. postea cum Appius. *quod diuinare est.* 4. *Vel potes dicere quod nomina magistralia sunt: quare de eis non est disputandũ: quia relinquitur pertinacibus. secundum Tullium, & quia plura sunt negocia quam vocabula:* vt supra de præscript. ver. l. natura enim. 5. *Alij ab infortias Chaldæo vocabulo, quod est dispositio: quia vltimæ dispositiones hîc sunt.* ¶ *Et tractat hoc volumen de* [b] *tribus. nam complet tractatum dotium.* 2. *Item tractat de tutelis.* 3. *Item de testamẽtis, & quæ in eis continẽtur, & de his quæ pertinent ad vltimas voluntates tam ex testamento, quàm ab intestato.* ¶ *Item dicunt quidam quòd Ir. non habuit hunc librum, quasi post eum inuentus sit, quod non placet.* ¶ *Quartò & vltimò dic: Sol.* [c] *matrimo. &c. quod multis modis fit: scilicet quòd matrimonium dissoluatur:* vt supra tit. j. l. j. *& semper hic tit. locum habet:* vt infra de verbo. signifi. cum quærebatur. ¶ *Item not. quòd dicit matrimonio. aliàs enim vel nulla actio competit, si sciens non valere dedit: vel cõdictio ob causam locum habet, si ignorans:* vt. C. de condic. ob cau. l. j.

¶ *Diuortio facto vel aliàs dirempto matrimonio, dotis repetitio competit mulieri vel patri mulieris, vel vtrique communiter vel etiam extraneo qui dotem sibi recepit, & ideo post titulum de Diuortiis, rectè datur hic titulus, qui est de repetitione dotis:* & quemadmodum dos repetatur, *id est quibus diebus, annua bima trima die, an longiore, an citeriore, an statim, & qua formula, rei vxoriæ an ex stipulatu. nec enim cuicumque repetitio dotis competit. & actio rei vxoriæ competit, cui videtur tantum fuisse locus inter coniuges accepto arbitro recuperandæ dotis. Item quatenus repetatur, & quas ob causas reputationes siue retentiones in eo arbitrio fiant, quòque id iure ac priuilegio sit. Cuias.*

SOLVTO MATRImonio dos quemadmodum [a] petatur. [b]

TITVLVS III.

Dotis causa priuilegiata est non solum propter mulieres, sed etiam propter fauorem reipublicæ qui vertitur in liberis procreandis. Bartol. & Paulus de Castro.

1. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

DOtiũ † [c] causa [d] semper [e] & vbiquè [f] præcipua est. Nã & publicè [g] * interest, dotes mulieribus † conseruari: cum dotatas [h] esse fœminas, ad sobolem procreandam, * replendámque liberis [k] ciuitatem, [l]

a ¶ Quemadmodum. id [d] est per quos: *vt infra eodem. l. ij. §. j.* & à quibus, & in quantum: *vt infra eod. l. maritum. cum aliis.* 2. Alij, id est quando, & constat soluto matrimonio: *vt hîc, & infra eod. l. ij. in princip.*

b ¶ *Petatur.* i. repetatur. & ita simplex pro composito. *sic. š. de pigne. act. petenti.* sic econtra reddere pro dare: *vt. j. de lega. ij. cum quidam vxori. & j. de dote prælega. l. j. in princip.*

DOtis.] C A S V S. talis est: Tractaturus de repetitione dotis iurisconsul. ponit primò qualis debeat esse causa dotis, id est actio de dote, vsque illuc: Nam & reipub. &c. 2. Secũdò rationem eius ponit vsque illuc, cum dotatas, &c. 3. Tertiò ponit rationẽ rationis vsque in fi. l. Primum dictum est tale: quia causa dotis [e] in omni tẽpore, & ante contractum matrimoniũ, & post contractum, & eo soluto est & esse debet præcipua & priuilegiata, & etiam in omni loco tam in Prouincia quàm in Italia. Ratio est talis: quia non solùm mulierum priuatarum interest eis dotes suas cõseruari, sed etiam reipublicæ. Ratio autem rationis est illa, quia valde est vtile reipub. quòd mulieres rehabeant dotes suas, vt sic possint nuptias contrahere, & ex nuptiis liberos procreare, & de liberis prædictis ciuitates implere, & h. d. Viu.

c ¶ *Dotis.* [f] profecticiæ vel aduenticiæ: de quibus dicitur. *š. de iure. do. l. profecticia.* ¶ Et ponuntur hic tria. dictum, ratio dicti, & ratio rationis. *sic. š. de peti. here. sed & si. l. §. item si rem.*

d ¶ *Causa.* id [g] est actio. & sic causa causat: *vt C. per quas personas. no. acquir. l. j.* 2. Vel [h] econtra pro causa causante actionẽ: & tunc dic dotis causa, id est ipsa dos, per eandem. l. prout alio modo legitur, vel quia ob causam, id est ob matrimoniũ datur, & sine eo nõ est: *vt. š. de iure do. l. iij.* 3. Vel id est dotis conditio: id est aptitudo. vt sic comprehendat tam dotem, quàm actionem, nec est vis: quia si dos est priuilegiata, ergo & dotis actio: aliàs nihil valeret priuilegiũ. & si actio est priuilegiata, ergo & dos: quia propter dotẽ datur actio. 4. Alij causa, id est titulus, vel contractus: *vt Instit. de lega. §. si res.* 5. Alij vt R. id est iudicium seu instantia [a] vt citius fortè expediatur. *sic. C. de transactio. l. causas.* 6. Alij [b] id est matrimonium, quod est causa dotis: quia matrimonium potest esse sine dote, non econtra: *vt supra de iure dotium. l. iij.*

e ¶ *Semper.* id est omni tempore, & omni casu eorum temporũ. nam ante [c] matrimonium, & constante matrimonio & eo soluto est præcipua, id est specialis: quasi [d] dicat, præ aliis capit multa, vel præter communia aliarum conuentionum capit specialia. & sic ponitur præcipuum, *supra de offic. procura. Cæsa. l. j. §. fin. & supra familiæ erciscũd. si filia. §. hoc amplius. & §. præcipere.* & pone exempla de casibus primi & secundi & tertij temporis. ¶ Ecce enim ante [e] matrimonium nudo pacto constituitur dos. Item de bonis patris [f] promissa creditur [g] in dubio: licèt aliàs ex nudo pacto actio non oriatur: & nemo suas pecunias iactare credatur: *vt C. de dotis promiss. l. ad exactionem. & l. fine. & supra de pactis. l. iurisgentium. §. igitur. & supra de proba. cum de indebito.* Item de tacita stipulatione & tacita hypotheca: *vt. C. de rei vxoriæ actio. l. vnica. §. j. & ij.* licèt aliàs stipulatio contrahatur vtroque loquente: *vt infra de verborum obligationibus. l. j. in prin.* Item quia in arbitrium alterius partis, & quia incerta: *vt. C. de dotis promissio. l. iij. & supra de iure dotium. l. cum post. §. gener.* cum aliàs non conferatur, & certa quantitas contineatur: *vt. Cod. de contrahenda emptione. l. in vendentis. & infra de verbor. oblig. l. ita stipulatus. Item ad hoc. C. ad Velleianum. l. fin. & communia de leg. authen. res & supra de iure dotium. quod autem. & de ritu. nup. qui liberos.* 2. ¶ In secũdo [h] quia non potest fundus [i] dotalis alienari: *vt Instit. qui. alie. non licet. in princi.* quod est contra regulam *Insti. de rerum diuisione. §. vendite.* Item quia constante matrimonio repetitur ex causa: *vt C. de iure dotium. l. vbi.* quod est contra id quod à principio senserunt: *vt supra de iure dotium. l. j.* Sed & primi temporis exempla ad secundum tempus possunt aptari, si dos constante matrimonio constituatur: quod fieri potest: *vt. C. de donation. ante nuptias. l. fi.* 3. ¶ In tertio [k] præfertur aliis in personali & hypothecaria: *vt C. qui potiores in pignore habeantur. l. assiduis.* Item compensatio [l] non opponitur: *vt. C. de rei vxoriæ actione. l. vnica. §. taceat.* (Sed arg. contra. j. eod. l. maritum [m] & propter hoc in verbo vbique, subauditur ferè [n]) & hęc exempla tertij etiam ad secundum tempus aptantur, si tunc dos possit repeti. Sũt & alia exempla ad prædicta quæ inuenire laboriosum est magis quam subtile. *& facit ad omnia. š. de iure dotium. l. in ambiguis.*

f ¶ *Vbique.* id est in omni casu: *vt dixi.* 2. Vel dic in omni [o] loco *vt C. de temporibus in integrum restitutionis. l. fi.* 3. Vel, id est siue ex stipulatione, siue non.

g ¶ *Et reipublicæ interest.* & [p] pro etiã. quasi dicat: nõ solùm mulierum, sed etiam reipublicæ: [q] *vt hîc, & š. de iure dotium. l. j. j. de priuileg. credi. l. ij. & de dote preleg. l. pater in fin. & supra de pact. do. l. ij.* & sic est ratio primi dicti. ¶ Itẽ nota quod ratio priuatæ vtilitatis concordat hîc cum ratione publicæ. quę etiam si discordẽt, præfertur publica. [r] *vt C. de caducis tollendis. l. vnica. §. fin.* ¶ Item nota interesse hîc propter liberas personas. & sic est contra. *š. de iis qui deie. vel effu. l. j. §. sed cum liber homo.* Sed dic, hoc est inæstimabile [s] interesse: *vt. j. de regulis iuris. l. non est singulis. §. fi.* & sic aliàs est inæstimabile: *vt hîc.* aliàs æstimabile: & tunc quandoque damnum tantùm continet: *vt. š. de actio. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorẽ.* quandoque est in lucro: *vt supra de eo quod certo loco. l. ij. §. fina.* quandoque propter affectionem: *vt supra mandati. l. cum seruus.* quãdoque propter instinctum naturæ: *vt. š. de seruis exportandis. l. seruus ea.* quandoque quia res fuit maiorum suorum: *vt. j. de bo. liber. l. libertus qui soluendo. & j. si quid in fraudem patroni. l. j. §. & aliàs videamus. & š. de minoribus. l. si in emptionem.* quandoque quia vicina: *vt infra de leg. ij. l. si cui fundus.*

h ¶ *Cum dotatas.* ratio rationis.

i ¶ *Ad sobolem.* i. ad nubendum. & sic pariendum: [t] quod melius fiet cum dote, & ditiori: *vt in auth. de æqua. do. §. quia vero. col. vij & š. de iure do. l. ij.* & vt non repellatur à viro præsumptiuè: *vt in authen. de nup. §. sic itaque. versi. si quis enim. coll. a iiij.*

k ¶ *Liberis.* legitimis. *ad quod. C. de indic. vidu. l. ij. & de bo. liber. l. fi.* sed & spurios quandoque habere expedit: *vt. j. de decurio. l. generaliter. §. spurios.*

l ¶ *Ciuitatẽ.* Romanã, per excellentiã: & per hoc imperium. Itẽ

† Vide Boe. in Topic. de actione rei vxoriæ. Plat. 6. & 11. leg.

a Infortiati vocabulũ Andreas Alciatus in prœmio primi lib. dispun. suarum ait vocem barbaram esse, & nullius sensus, ab indocto aliquo literatore primũ factam.

b Informato quæ materiæ, seu quæstiones contineantur.

c Matrimoniũ variis modis soluitur.

d Quemadmodũ dictio, interdum sumitur pro similitudine, exẽplo, modo, interrogatione, descriptione. v. hic Bald.

e Semper, dictio hic vsurpatur ratione temporis vt vbique, loci.

f Id est mulieris in actione pro dote. nam priuilegiũ quod datur in actione pro dote ipsi mulieri datur.

g Dotis causa an dotis actio, ipsa dos, dotis conditio, dotis titulus, seu cõtractus, dotis instantia, matrimonium? de dotis priuilegiis superioribus causis. vide Campegiũ de dote parte. 1. quæst. 80.

h Causa duplex causans & causata.

i Vel natura. l. si vnus. §. pactum. š. de pactis.

a Baldus notat hoc loco, numero. 8. dotis causam esse summariã. vbi etiã hoc quærit, an appellari possit à sententia dotis, an teneat incerta sententia super dote. An actio dotis sit directa, an contractus dotis sit de iure gentiũ.

b Alij, mulieri in actione pro dote. Nam priuilegiũ quod doti datur mulieri ipsi competit.

c Dotis causa ante, intra, & post, matrimonium priuilegiata.

* Reipublicæ Cancer. Glo. 2. post med. in ver. quia reipu. vilest. extra de don. inter vir. & vxor. ca. 2.

† Dotis.

d Præcipuum quid sit.

† Et ideò mulier nõ potest pacto deteriorem dotis conditionem facere, cùm id in cæteris cõtractibus cuique concessum sit, deteriorẽ suã conditionem facere. l. 2. sup. de pact. dotal.

* Pulchrè in hanc sententiã Arist. lib. 2. polit. c. 7. Plut. in apophth. Laconicis de Lycurgo.

e Dotis priuilegia ante matrimonium.

f Legitimi. sc. at nõ naturalis. s. n. non tenetur dotare. l. vxorem. §. pater de leg. 3.

g v. l. vlt. & ibi Gloss. C. de dotis prom. Iul. Căpeg. in tract. de dote parte. 1. quæst. 16.

h Dotis priuilegia quæ constãte matrimonio seu ipso matrimonij tẽpore.

i Quid res mobilis in dotem data. v. hic Bald. num. 16.

k Dotis priuilegia quæ post solutũ matrimonium.

l v. Bald. Nou. tract. de dote parte. 5. priuilegio. 1.

m Ideo maritus nõ est carcerandus.

n Sic verbum semper, quod hic vsurpatur restringẽdum vt & verbum perpetuò. in l. annua. §. A Titio. j. de annuis.

o Tam in prouincia quam in Italia.

p Et pro Etiã.

q Secundariò, nam principaliter priuatorum interest.

r Sine assentiat suam vtilitatẽ in quolibet particulari: sicue nõ, secundũ Bart. & Ia.

s Interesse aliud inæstimabile, aliud æstimabile alium distinctionem. v. hic apud Bald. num. 17. 18.

t Eadem priuilegia habent locum in muliere sterili. Bartol. Alexã. & Ias. quia remota causa. posteriori liberorum: prior causa id est ipsius mulieris fauor remanet facit lex assiduis. C. qui potiores. l. vlt. Co. de infirm. pœnis Cœlibatus. l. vl. C. de Nuptiis.

ff. Infort.

tamen in fœminis extra Romanam vrbem habitantibus, cum eadem sit ratio, *arg. ȝ. ad legem Aquiliam l. illud. & facit. ǰ. de ventre in possessionem mittendo. l. j. §. & generaliter. & ǰ. de bonis damna. l. fina. §. penultimo.*

a ¶ *Maximè*. id est valdè.[a]

b ¶ *Necessarium*.[b] id est vtile. *sic supra de officio praefecti praetorio. l. j. & facit ad id quod not. C. de studiis liberali. vrbis Romae. l. j. in fi. lib. xj.*

maximè[a] sit necessarium.[b]

Soluto matrimonio debet dos reddi, & ab initio soli mulieri promitti, & non alij, si marito noceret. Bartolus.

II. VLPIANVS *libro trigesimoquinto ad Sabinum.*

SOluto[c] matrimonio † solui mulieri dos debet:[d] nec cogitur[e] maritus alij eam ab initio stipulanti promittere, nisi hoc ei nihil noceat. nam si incommodum aliquod maritus suspectum[f] habet, non debere eum cogi alij quàm vxori promittere dicendum est. hæc,[g] si sui iuris[h] mulier est.

Patris & filiæ communis est actio de dote profecticia, nec pater in præiudicium filiæ potest petere vel delegare: & si contra fiat, non liberatur maritus à filia quò minus ipsa possit effecta sui iuris maritum conuenire: & econtra non potest filia patri præiudicare: sed sibi soli. sic vt excludatur ab agendo cum erit sui iuris: durante patria potestate non excluditur à consentiendo patri propter pactum suum. h. d. vsque ad. §. Voluntatem. Alexand.

1. ¶ Quòd si in patris potestate est, & dos* ab eo profecta sit:[i] †

SOluto.] CASVS. Lex ista quatuor principaliter dicit. 1. Primum dictum tale est: Titius contraxit matrimonium cum Seia: & nomine dotis accepit decem: postea inter eos factum est diuortium: certè mulieri dos restitui debet, & hoc vsque illuc, Nec cogitur, &c. 2. Secundum dictum est tale: Pone quòd Titius contraxit matrimonium cum Seia, petit Titius quòd Seia soluat sibi dotem quam promisit. Dicit Seia: Ego volo quòd tu promittas restituere dotem quam à me petis, Sempronio extraneo. certe distinguitur: quia si passurus est damnum maritus si promittat Sempronio, & de hoc timet iustè, puta quia verisimile est eum damnum passurum si alij promittat, puta quia iam desiit esse soluendo: vel est verisimile quòd desinat soluendo esse, puta quia res suæ sunt in maris periculo, vel alio modo est verisimile quòd damnum posset sentire: Respon. quòd vxori inquantum facere posset dãnaretur, sed extraneo non, non ergo cogitur Sempronio ꝓmittere. aliàs sic. & ista vera sunt, quando mulier Seia est sui iuris. Et hoc secundum dictum protenditur vsque illuc, quòd si in patris, &c. 3. Tertium dictum est tale: Seia existens in potestate patris dedit dotem profecticiam Titio marito suo. certè soluto matrimonio actio pro illa dote competens est communis patris & filiæ: & pater non potest repetere dictam dotem nisi voluntate filiæ. ergo & eodem modo promittendum est per maritum de solutione dictæ dotis facienda, id est voluntate patris & filiæ: & si pater solus iussit promitti, non erit adempta filiæ sui iuris postea effectæ actio de dote: & si sola filia iussit promitti, integra manebit patri dotis actio: & eam non intentabit solus, imò adiuncta persona filiæ. sed si filia sui iuris interim efficiatur, nocebit ei quo ad repetendum dotem iussus illius solius quem fecit marito, vt alij extraneo dotem promitteret. & hoc vsque illuc, Voluntatem, &c. 4. Quartum dictum est tale: Dictum est in versiculo, Denique, &c. quòd pater non potest dotem repetere à marito sine filiæ voluntate. certè voluntatem filiæ accipimus, si non contradicat expressè. verum si filia sit furiosa, videtur consentire, eo quòd propter dementiam cõtradicere non potest. vnum tamen requiritur quòd filia sciat patrem agere pro dote repetenda, & nõ contradicat: si enim nesciret filia, pater non audiretur agendo, nisi caueret marito ratum filiam habituram. & hoc est quod dicit. Viuianus.

c ¶ *Soluto*. expone vt in rubrica dicitur.

d ¶ *Dos debet*. annua[c] bima trima die olim: hodie immobilia statim, mobilia intra annum: *vt. C. de rei vxor. act. l. vnica. §. exactio.* Sed hoc fallit[d] quando culpa mulieris[e] solutum est matrimonium: *vt. ǰ. eod. l. Lucius. in fin.* (nisi & vir deliquerit: *vt. ǰ. eo. l. cum mulier. j. & l. viro.*) Item fallit si pactum est lucrandæ dotis interpositum: *vt in Authen. de san. epi. §. si vero constante. col. ix. & ad hoc etiam facit. C. eo. l. si constante* (nisi in casu: *vt. ǰ. eod. si ab hostibus. §. fi.*) Item fallit si aliud potest obiici mulieri. *ǰ. eo. si mulier. & l. semel.* Item fallit si extraneus dedit, & pactus est sibi reddi: *vt. C. de rei vxor. act. §. accedit.* Item fallit si est in potestate patris: *vt. ǰ. eod. §. j.* Vel vt ista non obstent, dic mulieri, id est patri mulieris, vt omnem repetentem comprehendas. ¶ Item quod dicit, soluto: quandoque etiam constante in casibus[f] tribus. 1. Primus est. *ǰ. eod. si constante. in princ.*[g] 2. Secundus *ȝ. de iure do. quemadmodum.*[h] 3. Tertius. *C. de repud. l. j.* 4. Quartus si maritus damnetur[i] in metallum. nam non soluitur hodie matrimonium: *vt in Authen. de nup. §. quod autem. col. iiij.* & tamen dos repetitur: *vt ǰ. eo. si marito.*[k] His autem casibus cogitur. s. reddere dotem constante matrimonio. 5. Sunt & alij quando potest[l] & valet restitutio: *vt. ǰ. eo. l. quamuis. & l. seq.* aliàs si reddat vir, non liberatur nisi quatenus illa esset locupletior: & sic habet instar donationis: *vt. C. si dos constan. matrimo. l. j.*

e ¶ *Nec cogitur*. dixit quando sol. matri. dos repetatur: nũc quando dos datur viro à muliere. nam non cogitur alij promittere, si patitur incommodum. 2. Vel secundum quosdam etiam si ab extraneo detur, non cogitur extraneo promittere in datione dotis: quod nõ placet: *vt. C. de rei vxo. act. §. accedit. ȝ. de pac. do. cum dos.* 3. Vel dic loqui eo casu quo. ȝ. scilicet matrimo. sol. ¶ Et dicit de satisda. quæ est *infra eod. si constante. §. quotiens. & §. si vxor.* illa ergo debet fieri mulieri quæ dotem debet repetere: non alij: si est incommodum viro, vel etiam si extraneus dedit, & pactus fuit, non debet ei satisdari à viro si est incommodũ, id est laboriosum, inuenire fideiussorem: cum actio ei competens est stricti iuris:[a] *vt supra de condic. causa da. causa nõ se. l. dedi.* sed mulieri est bonę fidei: *vt Instit. de act. §. fuerat.* & sic ei cauẽdum est: *vt hic, & supra de iudi. l. in omnibus.* ¶ Et prout primo dixi, dic ab initio, scilicet datæ dotis: siue ante matrimonium, siue eo constante: prout dixi. 2. Secundò dic ab initio, scilicet solu. ma. ¶ Item dic stipulanti, id est stipulari volenti: *vt. ǰ. de verb. oblig. l. stipulatus.* ¶ Item quòd dicit noceat, expone secundum primum, id est nocere possit. *sic. ǰ. de statulibe. l. Labeo. & ǰ. subiicit.*

f ¶ *Suspectum habet, &c.* Sed in quo potest nocere? Respond. si sit rixosus: *vt supra de pignora. act. l. si seruos. & de vsur. l. si bene.* vel potentior: *vt supra de alie. iudi. l. ij.* vel si mulier stipulanti donat in casu solu. ma. ille aget ad solidum:[b] sed mulier ageret inquantum facere posset: *vt infra de re iudi. l. Nesennius.* Item non poterit[c] aliquid viro vxor relinquere in morte: *vt supra de pac. do. l. cum maritus. §. fina.* ¶ Sed quo modo quis creditur fieri pauper?[d] *vt infra qui & à qui. l. Iulianus?* Respond. quia iam fortè erat non soluendo. 2. Vel est verisimile quòd erit, quia res suæ in loco periculoso sunt, vel subiacent vsuris vel ruinis, & non potest de suis vendere. & hoc dicit, suspectum, &c. ¶ Item not. quòd si nihil nocet, cogitur etiam alij promittere: *vt hic. ad quod facit. ȝ. de rei vindica. l. in fundo.* & sic est contra. *C. de act. & oblig. l. sicut.* Solu. hic speciale. 2. Vel occasione dotis præambulæ incidit in secundam necessitatem. Item contra. *C. de nouatio. l. j.* Solu. vt ibi. ¶ Item quomodo cogitur? Respon. secundùm primum casum per retentionem, vt vel mulieri vel extraneo promittatur. *sic. ȝ. de pig. act. l. si necessarias. §. si pignori.* & sic causatiuè,[e] non præcisè. actio autem ad hoc non est necessaria, vel officium iudicis: quod esset, si iam soluisset. nam tunc mulieri cogitur reddere: *vt. d. l. in omnibus. & Instit. de satisda. tuto. §. pe.* etiam si dicat sibi suspectum incommodum, nisi dicat pactum factum lucrandæ dotis. ¶ Sed ad quid cauetur, cum habeat actionem ex stipulatu? Respon. vt[f] habeat instrumentum & probationes: *vt. d. l. in omnibus.* ¶ Item facit. *ǰ. de sol. l. Paulus respon. & ȝ. de euictionibus. l. in creditore.* ¶ Item ad verbum, suspectum, facit. *C. de iud. l. apertissimi. & ǰ. ad Trebel. l. quia. ij.*

g ¶ *Hoc.* s. quòd solui debeat ei: vt in prin. l. vel etiam vt sibi vel alij ea volente promittatur: & sic ad proximum.

h ¶ *Sui iuris.* s. morte vel emancipatione: *vt. C. de rei vxo. act. §. videamus. & §. ex hoc.* Accursius.

i ¶ *Profecta sit* ¶ Not. duo necessaria ad hoc quòd actio sit[g] cõmunis scilicet quòd profecticia sit dos, & quòd in potestate sit filia. & est profecticia: *vt. ȝ. de iure d. l. profecticia.* ¶ In aduenticia,[h] sola filia agit: *vt hic, & C. de col. auth. quod locum* & ei agenti pater debet consentire: *vt. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. j.* & est præcipuum in dote secundùm hæc iura, vt aliquid iuris habeat filia: cum omnia patri quærantur: *vt institu. per quas personas nobis acquir. §. j.* ¶ Item quid si pro[i] emancipata filia pater dat dotem? Respond. secundum Ir. idem ac si esset in potestate: *argument. supra de iure do. l. profecticia. §. penult. & argu. ǰ. eo. l. filia. & l. si ab hostibus. & C. de rei vxor. act. l. j. §. accedit. versicul. extraneum.* & intellige in extraneo alio à patre, vel ascendente per patrem. 2. Alij idẽ quod Ir. secundum hæc iura. 3. Sed hodie corrigitur per dictum verb. extraneum. scilicet vt non profecticia, sed soli filiæ emancipatæ competat repetitio. 4. Vel secundum Ioan. dic etiã hodie exigi hęc duo ad hoc vt habeat locum quod hic dicit, scilicet actionẽ esse communem. Nec obstat illa. l. profectitia. §. pen. quia verum est profecticiam esse, vt ibi: non tamen verè, vt hic. Nec ob. infra eodem lege filiæ. vt ibi dices. ADDITIO. Ibi pater stipulatur sibi do-

a Adde Gloss. fin. in l. illud. ǰ. ad legem Aquil.

b Dotem quidam malè cõparant æri alieno necessario: vt & dotis lucrum ex forma statuti debitum, ante legitimam filiorum prioris matrimonij detrahi. Quod tamen communi opinione non probatur. *vt per Bal. & alios in. l. 1. C. de inoff. dotib. & ad. l. hac edictali. Cod. de secundis nuptiis. adde Guidonem Papæ decis. 96. num. 2.*

† *Concor. c. 1. 2. & 3. extra de don. inter vi. & vxo. & de do. post diuor. resti.*

c Dotis mobilia & immobilia qua die restitui debeant.

d Dos certis casibus non restituitur mulieri, sed vel mariti manet, vel alij redditur.

e Puta propter adulterium: quo casu non solummodo perdit dotem, imò etiam bona paraphernalia. *est Gloss. sing. in c. plerumque. extra de don. inter vi. & vxo. secundum Ias.*

f Dos cõstante matrimonio quibus casibus reddatur.

g Hic casus non est exceptus: quia in casu illius legis dos semper sustinet onera matrimonij. *Bar. & Ias.*

h Dic ibi dotem repeti per cõdict. ob causam: & per actionem de dote. *Bar. & Ias.*

i Propter bannum mariti, non soluitur matrimoniũ, dos tamen venit restituenda constante matrimonio.

k Hæc lex loquitur quando facta est confiscatio: idem si non est facta: quia eo ipso quod quis in banno est, præsumitur abuti sua substantia. *Authent. quod locum. C. de colla.*

l Hæc restitutio est probabilis, nõ necessaria.

a Reprobatur per ll. 10. l. de diuisione. & l. si constante. in prin. ǰ. eo.

† Hæc verba Et dos ab eo profecta sit, putat Gonça. à Tilbon. fuisse addita propter. *l. Cum oportet. C. de bo. quæ li.* cum olim adẽ iuris esset & in aduentitia.

b Si fuit promissa certa quantitas: secus si finitur dos secundum Bart.

c Hoc exemplum displicet Bartol. Bal. & Ias.

d Probatur paupertas certis modis. v. Sebastianum Medicen. *tract. de fortuitis casibus parte. 2. q. 4.* Menochium *de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 2. casu 95.*

e Multa sunt quæ præcisè non cogimur facere, sed causatiuè, de quibus *vide Mantuan. in Collectaneis ad hunc locum.*

f Instrumentum aduersario facere cogitur qui pecuniam aut debitum accipit. *vide. l. sicut datum Cod. de lib. causa.*

g Dotis actio, communis vt sit patris & filiæ, profectitia dos esse debet: sed & ipsam filiam in potestate patris esse oportet.

h Dotis aduentitię actio suam naturam habet, vt eius nomine sola filia agere possit [illegible] dotis priuilegio [illegible] vt hanc patri actionem filia non adquirat.

i Dotis profectitiæ nomine, emancipatæ filiæ à patre constitutæ, ipsa filia emancipata sola agit.

ipsius & filiæ dos est. [a] Denique pater non aliter quàm ex voluntate filiæ [b] † petere dotem, nec per se, nec per procuratorem potest. Sic ergo [c] & promittendum Sabinus ait. Ei ergo [d] promittendum erit, cui vtérque iusserit. Cæterùm si pater solus iussit, [e] dotis actio filiæ non erit adempta, [f] quãdoque † sui [g] iuris filia fuerit facta. Item si voluntate solius filiæ promittatur, [h] remanebit dotis actio integra patri. Sed vtrum vt & agat solus, [i] an & vt adiuncta [k] quoque filiæ persona experiri possit? Et puto nec eam actionem amissam, [l] quam adiuncta filię persona potest habere. Quòd si sui iuris fuerit facta filia, nocebit ei [m] ista stipulatio. [n]

Filia sanæ mentis si est præsens, & non contradicit, habetur pro consentiente. Idem si propter furorem cõtradicere non poterat: secus si ideo, quia erat absens: quoniam tunc non habetur pro consentiente, nec dissentiente: & ideo cum cautione rati tunc admittitur pater. Alexander.

2. ¶ Voluntatem autem filiæ cum pater agit de dote, vtrum sic accipimus, vt consentiat, [o] an verò ne contradicat filia? Et est ab imperatore Antonino rescriptum: filiam nisi euidenter * contradicat [p] videri consentire patri. Et Iulianus libro quadragesimo octauo * Digestorum scripsit, quasi ex voluntate filiæ videri experiri patrem, si furiosam filiam habeat. Nam vbi non potest per dementiam contradicere, [q] consentire quis eam meritò credet. [r] Sed si absens [f] filia sit, dicendum erit non ex voluntate eius id factum: cauendúmque ratam rem [t] filiam hebituram à patre. Vbi enim sapit, scire [u] eam exigimus, vt videatur non contradicere. [x]

In dote quæ est communis patri & filiæ solutio spontanea facta vni sine consensu alterius, nõ liberat soluentem ab alio, nisi pecunia sit conuersa in vtilitatem alterius directò vel per indirectum. hoc dicit cum l. seq. Alexan.

III. PAVLVS *libro septimo ad Sabinum.*

NOn solùm autem in exigẽda, [y] sed etiam in soluen-

sibi dotem reddi, secundum Bartolum.

a ¶ *Dos est.* i. [a] actio de dote: *vt infra l. proxi. dices.* ¶ Et dic quòd hanc [b] societatem seu communionem incidentem inducit paterna pietas, & eius officij cura, ne sæpius [c] eam dotare cogatur, si sine eius voluntate dotis actio filiæ concedatur.

b ¶ *Denique filia.* vt *& C. de nup. l. si proponis. ij.* & nisi [d] vt pater sit stipulatus inconti nenti: *vt infra eo. quotiens. & facit. C. eod. l. ij. & l. filiæ. & infr. l. ij.*

c ¶ *Sic ergo.* id est voluntate filiæ. ¶ Et est argu. sicut non exigit pater sine filia, sic nec stipulatur, nec facit alium stipulari.

d ¶ *Ei ergo.* scilicet extraneo, vel etiam patri.

e ¶ *Solus iussit.* & promissio est secuta. Accursius.

f ¶ *Adepta.* nisi patri sit heres, vel tantum in legato peceperit à patre quanta est dos: *vt infra eo. l. si cum dotem. §. si pater.* ¶ Idem in promissione, cum eadem sit æquitas: *vt Cod. ad leg. Fal. l. si. supra de calum. l. j. in fin. & l. seq.*

g ¶ *Sui iuris.* morte, vel emancipatione: *vt C. de rei vxor. act. §. videamus*, interim ergo dum durat patria potestas, tutus est vir: quia cum solus pater habeat exercitium, repellitur si veniat contra factum suum. ¶ Sed pone quòd pater exegit sine filia, & pauper factus est, ita quòd denuo eam dotare non potest: *vt. C. de rei vxo. act. Auth. sed quamuis.* An filia virum cõueniat dum est in potestate? Hic innuit quòd non. Sed respon. sic, *argu. supra de eo per quem factum erit. l. fina. & j. ad Trebel. imperator.* ADDITIO. Dic quòd ista respõsio est bona secundũ Bart. & Ias. procedit tamen ista glo. nisi dos fuisset legitimè soluta patri: quia tunc secus, secundum Pau.

h ¶ *Promittatur.* extraneo: vt nec sibi nec patri teneatur maritus.

i ¶ *Solus.* quando suo tantum.

k ¶ *Adiuncta.* id est nomine suo & filiæ. ADDITIO. Reprobatur, quia debet dicere, adiuncta persona filiæ consentiente filia: ex mente Aretini & Iasonis.

l ¶ *Amissam.* id est filia non perdet hoc, licet alij delegauerit: & sic pater agit ea consentiente, ac si non delegasset. nec enim sunt socij, vt factum vnius alteri noceat: *vt. s. de arbi. l. si duo.* licet sint quasi socij: *vt. no. j. de solu. qui hominem. §. si gener.* vnus enim sociorum nomine suo tantùm: vt ibi. hic suo & filiæ: sed ea facta sui iuris nocet ei filiæ, vt subiicit, cum eo casu actio sit solius filiæ, *vt C. de rei vxor. act. §. videamus. & §. & hoc.* ¶ Sed certè imò videtur amissa quo ad filiam, etiam ea existente in potestate: & sic non est opus consensu eius: *vt supra de pact. dota. l. cum dos. §. si vero. quæ est contra.* Solue. hic ipso iure non: ibi per exceptionem sic. 2. Vel ibi paciscendo de non petendo: hic delegando. ¶ Item nunquid sunt duæ actiones, vna patris, alia filiæ? an vna communis? hic innuit quòd duæ. 2. Sed Ioan. dicit vnam quam pater quãdoque solus intentat, quandoque adiuncta persona filiæ, quandoque sola filia. aliud est in actione iniuriarum quæsita patri per filium, quia sunt duæ: *vt infra de iniur. l. pater.* ¶ Item not. quòd [e] filia potest per alium quod non per se. *sic. s. quæ res pigno. obliga. pos. l. Aristo.* Sed magis dicitur non impedire quàm agere. *sic infra de manumiss. vindi. l. si pater. in fine.*

m ¶ *Ei.* scilicet filiæ. Sed quidam dicunt patri, quod non placet: quia & si filia nihil fecisset, tamen pater in eum casum non ageret: *vt. C. de rei vxo. act. §. videamus.*

n ¶ *Stipulatio.* i. [f] promissio facta extraneo. *sic supra de condi. indeb. l. si non sortem. §. pen.*

o ¶ *Vt consentiat.* scilicet expressim.

ff. Infort.

p ¶ *Contradicat.* id est contradicendi causam [a] habeat: *vt infra eo. leg. dotem. & l. si cum dotem. §. eo autem tempore.* Sed contra *infra eo. l.* Titia: vbi pater debet probare eam consentire. Sed dic quòd probat eo ipso quòd non dissentit. [b] ¶ Item nota hic quòd qui tacet, consentit. [c] Argum. contra infra *de fur. leg. qui vas. §. vetare.* Sed dic pro & contra [d] *supra de procura. leg. filiusfamilias. §. initium.* ADDITIO. Dic in proposito quòd in actu in quo quis debet cõsentire, taciturnitas habetur pro consensu: *vt hic*, sed in actu in quo quis nõ debet consentire, ratione honestatis non habetur pro consensu: vt in contrario, secundum Baldum.

q ¶ *Contradicere.* sc. filia.

r ¶ *Credet.* vt *supra de iis qui sunt sui vel alie. iur. leg. patre. §. finali.* Sed contra *supra loca. le. qui ad certum.* [e] Sed hoc ideo, quia contradicere non potest, nisi iustam causam cõtradicendi habeat, etiam si sapit: ibi secus. sic ergo quasi consentit: *vt d. leg. patre.* & quasi contrahit: *vt supra de neg. gest. l. iij. §. & si furiosi. versic. curatori.* Sed verè non consentit, nec contradicit: *vt infra de regu. iur. le. in negociis.* Item hoc potest intelligi, si non habeat causam cõtradicendi. [f]

f ¶ *Sed si absens.* non ergo pro eodem habetur absentia [g] & furor: *& idẽ habes. s. de procura. l. ij. §. furiosus & infra de iniu. leg. sed si vnius. §. filiosfamilias.* Sed contra *infra de regul. iur. l. vbi. §. furiosus. & infra de iure codicil. l. ij. §. furiosus.* Solu. [h] quo ad animum est absens, *vt ibi*: quo ad corpus [i] præsens, *vt hic*, & sic cum non contradicat, nec contradicere potest, cum animus deest: *vt supra de procurat. l. ij. consentire dicitur, vt hic.* & sic quo ad corpus accipitur hic, sed si absens &c. & dicitur absens, si abest à loco vbi agitur: aliàs aliter: *vt Cod. de pr. scrip. longi tempo. l. fina. & de hoc dicitur infra de verborum significat. l. absentem.*

t ¶ *Ratam rem.* & si omissa sit de rato satisdatio, dic *vt. j. eod. l. si cum dotem. §. si pater.* Item cum cauet de rato, si moritur filia, amodo stipulatio non committitur: *vt. j. rem ra. habe. l. si sine. in fi. & l. si. in princ.*

u ¶ *Scire.* debet ergo ei denũtiari si ignorat: aliàs non est opus: [k] *vt supra de euic. l. Herennius. & de act. emp. l. j. in fin.*

x ¶ *Non contradicere.* sed si latitet, dic *vt infra eo. l. si cum dotem §. sed si latitet.* Item facit. *s. de procura. l. non solum. §. si de dote.* Sed sequens. §. si pater. videtur contra. Sed ibi in actione iniuriarum quæ sunt duæ: & si suo agit pater, non cauet: *vt ibi.* sed si nomine filiæ agat, sic, *vt infra rem ra. habe. l. si sine. §. fin.* at actio de dote vna est: *vt supra proxi §. no.* Vel dic quòd etiam si nomine filiæ agat, non caueat, *vt ibi.* aliud [l] si eius procurator: *vt. d. l. rem ratam habe.* nam priuilegium patri datum non transit ad alium. [m] *sic. j. de lega. ij. l. cum patronus.*

N*On solum.*] CASVS. Pater pro filia quam in potestate habebat, dedit dotem Titio marito filiæ. factum est diuortium. certè dos restitui vel solui debet vtrique tã patri quàm filiæ: quia non solùm in exigenda dote, siue in iudicio petenda actio de dote communis est patris & filiæ, vt dictum est. s. leg. proxi. §. denique sed etiam in soluenda sine iudicio: neque pater potest facere filiæ conditionem deteriorem in hoc, neque filia patris. Sed pone quòd maritus soluit pecuniam dotis mulieri tantùm, & dicta pecunia peruenit postea ad patrem? certè non solùm actio quæ competebat mulieri quæ recepit dotem, sed etiam illa quæ competebat patri, tollitur. Viuianus.

y ¶ *In exigenda.* exigitur ab inuito: *vt infra de legat. ij. l. fideicõ-*

a Contradictio non iustificata per causam, non habetur pro cõtradictione.

b *Facit. l. vlt. j. de furtis.*

c Maximè si iuxta taciturnitatẽ adsint quædam signa consensus.

d Scientia habetur pro consensu, vbi simplex cõsensus sufficit: vbi requiritur expressus dissensus, sola scientia non habetur pro consensu: sed pro dissensu. cætera vide apud Bald. hic.

* Filia tamen pro consentiẽte nõ habetur, cum ob pudorem reuerentiámq; paternam contradicere ausa non fuit. *idq; euidẽter appar. et. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. Jo. Duart. hic. lib. 17.*

e Ibi requiritur consensus: hic sufficit cõtradictionem cessare.

f *Adde l. §. furiosi j. de curat. furios.*

g Furiosus an semper dicatur abesse.

h Dic melius quando requiritur verus cõsensus, furiosus & absens æquiparantur: sed quãdo sufficit non contradicere, non æquiparantur: vt hic secundũ Bart. Bal. & P.

i Præsentia corporis non infert necessariò præsentiã intellectus. quod facit ad dicta testium. *vt notatur in l. testiũ C. de testibus.*

k Nec obstat lex denunciasse. j. *de adulteriis*, quia ibi denunciatio requiritur, vt aliquid inducatur vel prohibeatur: hic vt simpliciter & nudè aliquid sciatur.

l Imò idẽ secundum Ias.

m Hoc verum in priuilegio personali. *vt in regula, priuilegiũ. extra de regu. iur. lib. vj.* nam in dubio etiã non transit ad heredes: *vt notatur in l. maritum. j. eo. cui concor. Gl. in sum. xxv. q. v.*

missa.§.si rem. exoluit maritus sponte. videbatur enim quod licet non solus exigat, tamē soli extra iudicium soluatur: vt in adiecto: *vt.j. de sol. quod stipulatus.* non tamē est ita: & ecōtra exigit procurator litis, non tamen [a] ei soluitur: *vt.j. de solu.l. hoc iure.*

da dote quæ [a] communis est patris & filiæ, vtriusque voluntas exquiritur: nec alter alterius [b] deteriorem [c] conditionem facere potest. Sed si pecunia ad patrem peruenit, [d] quam filia accepit: actio de dote vtrisque tolletur. [e]

Maritus soluens dotem patri vxoris sine consensu eius, si pater postea alteri viro filiæ dat illam dotem, filia repellitur si agat contra primum maritum. h.d.

IIII. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI pater sine cōsensu filiæ dotem à viro exegisset, & eandem alij viro eius filiæ nomine dedisset, [f] & mortuo patre filia cum priore viro ageret, doli mali exceptione repellitur. [g]

Vbi præcedit matrimonium, & sequitur traditio dotis: ex die traditionis dotis tempus computatur ad discernendum pro quota parte fructus ad virum pertineant, & pro quota ad vxorem soluto matrimonio. Alexand.

a ¶ *Quæ.* fit relatio ad id quod datur intelligi per precedens. & dic quæ, id est actio (nam ipsa dos est viri, consumpta fortè: vel ipsa dos est communis eorum respectu iuris. [b] quia vterque habet actionem pro ea.) vel dic quę, id est quia ¶ Sed qualiter est actio communis? Respon. sicut duobus heredibus actio hereditaria: & sic pro diuiso: [c] quia sic est in illa: *vt. C. familiæ erciscundæ, ea quæ.* & pater exercet suam partem filiæ. 2. Vel verius vtriq; insolidum competit, vt [d] duobus reis stipulandi: sed plusculum habet pater, scilicet exercitium: *vt supra. l.proxi.§. denique pater & C. de bo. quæ libe.l.fi.§. vbi consensu* tamen filiæ, *vt hic:* nisi in casibus notatis *in dicto.§. denique.* Et secundum hoc non oportet quòd ambulet [e] actio de vno ad aliū: quod rarò fit, tamen quandoque contingit: *vt supra de vsufructu. l. sed & si quis stipuletur.§. si operas.* sed vterque exercebit: diuersis tamen casibus: *vt. C. de rei vxo. actio.§. accedit. & .§. videamus.* sed secundùm hoc quare cauet de rato, vt supra. l. proxi. in fine? Respond. propter filię consensum, qui abest: sine quo non agit nisi caueatur: quod in duobus reis stipulandi non est opus, cum sine alterius consensu alter agat.

b ¶ *Alter alterius.* id est filiæ vel etiam extranei qui dedit dotē, & stipulatus est incontinenti sibi reddi: *vt.j. de sol. l. qui hominē. §. si gener. & .ʒ. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. & infra de regu. iur. non debet. & .C. de an. excep. l. vt perfectius.*

c ¶ *Deteriorem.* etiam si soluatur patri: *vt. C. de rei. vxo. actio. authen. sed quamuis.*

d ¶ *Peruenit.* quod est qualitercunque in rem patris vertat, etiā si se denuò dotet ex ea, cum hoc onus patris sit: *vt supra de in rem ver. l. & ideo. in fine & l. sequenti & . dict. authent. sed quamuis.* idem si pater non habuit causam contradicendi: *vt infra e. d. l. si cum dotem.§. j.*

e ¶ *Tolletur.* quia ipso facto ratum habet: *vt. j. rem ra. haberi. l. Paulus respondit non tantum. & .C. de condi. indebi. l. indebitū.* & retrotrahitur: *vt. C. ad Macedo. l. fi.* ¶ Itē no. quòd liberor [f] soluēdo alij, dummodo pecunia ad creditorē perueniat: [g] *vt. ʒ. de peti. her. l. sed & si lege. §. si minori. ibi, na & si id &c. & .ʒ. de neg. gest. l. si liber & . j. de solu. l. quoties.* Accur.

SI pater.] CASVS. Pater dedit dotem pro filia quam habebat in potestate: ipse pater dotem repetiit solu. ma. sine cōsensu filiæ: & eam dotē tradidit alteri viro pro filia. certè dicit iuriscō. quòd filia agere cum priori viro non potest: quāuis patris exactioni nō consenserit. repellitur enim doli exceptione. Viuian.

f ¶ *Dedisset.* quod facere debet, nisi clades aduenerit patri: *vt. C. de rei. vxo. actio. authen. sed quamuis.*

g ¶ *Repellitur.* h *vt. & . j. eo. l. dotē.* idem si extitit heres patri, vel habuit legatum æquiualens doti: *vt. j. eod. si cum dotem. §. si pater.* aliàs ipsa contra virum, & vir contra socerum, vel eius heredem per condictionem indebiti aget: *vt. j. de solu. l. qui hominem. §. si gener.* Accursius.

DE diuisione.] CASVS. Ad euidentiam huius. l. ita præmitto: Certum est quòd pro oneribus matrimonij maritus lucrifacit dotis fructus: *vt. C. de iure do. pro oneribus.* vnde si esset cœptum matrimonium in kalend. Ianuarij, & tradita maritò dotis possesio: & per totum annum durasset matrimonium: totius illius anni maritus fructus dotis lucrifaceret. si autem durasset tantùm per partem anni, pro illa parte lucrifaceret fructus. & in isto vltimo loquitur hæc. l. ¶ Et ponit talē casum: Titius cōtraxit matrimonium cum Berta in kalend. Ianuarij. postea in kalend. Februarij fuit data marito possessio rerum dotalium. durauit matrimonium per sex menses à tempore nuptiarum contractarum. maritus ergo debet habere fructus pro tempore sex mensium. Sed nunquid computabitur sibi tempus quo ad fructus lucrandos à die contractarum nuptiarum? an à die quo tradita fuerat ei possessio? Et respon. iurisconsul. quòd computabitur ei tēpus à tempore quo fuit ei tradita possessio: & ita non habebit dimidiam partem fructuum quamuis per dimidiam partem anni durauerit matrimonium. imò pro quinque mensibus tantùm. potest enim marito sua pigritia imputari, quare non fecit dari sibi dotem tempore quo nuptias contraxit. & hoc dicit. Viuianus.

Margin notes (left): a Reprobatur secundū Bart. & Ia. quando mandatum faceret mentionem de viro exigere: secus si de viro agere, quo casu Gl. habet verū secundū Alex. — b Ius dotis est commune patris & filię: dominium ad patrē reuertitur, imò & ad filiā ipsam quoque. Bald. hic. — c Hoc est falsum: quia in iure diuiso nulla est communio. & si cum duorū. j. de stipu. seruor. — d Hæc quoq; similitudo falsa, quia ibi plures sunt actiones numero: hic vna tantū. Dicendū itaq; dotem esse cōmunem patris & filiæ, nō cōmunione illa quę partes aliquas denotare solet: sed quæ connexum indicat, quod est penes vtrunq; in solidū, connexo tamen modo. — e Dotis actio coniuncta, nō ambulat de vno ad alium. — f Ope exceptionis, non ipso iure. Bart. & Ias. — g Hæc Gl. est ordi. ad hoc quod hic dicitur. & facit ad decisionem. q. verum soluens creditori creditoris liberetur. & conclu dum docto. & Alexan. hic vt per Gl. q. sic, si precium ad principalē creditore perueniat, de qua v. in. l. solutū. in apost. l. sub eod. versicu. & ibi omnino Alex. j. de sol. — h Vt soluto directa liberat ipso iure: ita indirecta liberat ope exceptionis de ... dic vt. ʒ. l. si liber. de neg. gestis.

ctus ad virum pertineant, & pro quota ad vxorem soluto matrimonio. Alexand.

V. VLPIANVS *libro trigesimo ad Sabinum.*

DE † diuisione [h] anni [i] eius quo diuortium factum est, quæritur, ex die matrimonij, an ex die traditi [k] marito fundi maritus sibi [l] computet tempus. Et vtique in fructibus à viro retinendis neque dies dotis constitutæ, [m] neque nuptiarum [n] obseruabitur: sed quo primum dotale prædium constitutum est, id est tradita possessione. [o] *

† Hinc incipit tractare de fructibus. vsque ad. l. 9.

Si præcedat traditio nomine dotis, & sequantur nuptiæ: ad cognoscendum pro qua rata temporis fructus spectant ad virum, inspicitur dies nuptiarum. & ideo fructus ante percepti mulieri restituendi sunt. Alexand.

VI. PAVLVS *libro septimo ad Sabinum.*

h ¶ *De diuisione.* dic, ex quo & vsquequo fructus dotis sunt viri? & certè ex quo hæc duo interuenerunt. s. quòd matrimonium est, & dos data: alterum tantum nō sufficit. (Nam * ante matrimonium datæ dotis fructus augent dotem: postea datæ, ex die quo est data, fructus sunt viri: *vt hic, & in seq. l.* & hoc vsque ad vltimum annum matrimonij, si modò & onera subiit, aliàs non: *vt infra eod. l. in insulam. §. vsuras. & de exceptione doli. l. fina. in princip. & supra de iure dotium. l. cum post. §. in donum.* [a] qui vltimus annus incipit habito respectu ad principium, quando prædicta duo concurrunt. *vt hac. l.* at fructus vltimi anni diuiduntur: vt pro quota durauit matrimonium, pro tota habeat vir: pro alia vxor: *vt infra eodem. diuortio. & Cod. de rei vxo. actio. §. sed & notissimi.*) Alij dicunt quòd hic durauit matrimonium per annum vel minus: erunt ergo fructus viri ex quo hæc duo cōcurrunt vsque ad finem matrimonij.

* tradita possessio est.

* Hæc parentesis non est Accursij.

a Adde. l. creditor. §. inter. ʒ. mandati.

i ¶ *Anni eius.* id est vltimi anni matrimonij.

k ¶ *Traditi.* constante matrimonio.

l ¶ *Sibi.* id est ad suum commodum, vt lucretur fructus.

m ¶ *Constituta.* pacto sine traditione, ne sibi statim contradicat.

n ¶ *Nuptiarum.* scilicet contractarum, si non tunc tradita erat.

o ¶ *Tradita possessione.* nuptiis præcedentibus: secus si possessionis traditio nuptias præcessit: quia tunc augent dotem: *vt. j. l. proxi. & . ʒ. de iure do. l. dotis fructus. §. j.* 2. Præterea & alia ratione, quia [b] dotale prædium non potest dici ante matrimonium contractum: licet quasi [c] dotale dicatur quo ad hoc vt alienari non possit: *vt supra de fund. do. l. iiij.* nam dos [d] sine matrimonio esse non potest: licet matrimonium [e] sine dote esse possit: *vt. C. de dona. ante nup. l. fin.* Item contracto prius matrimonio, scilicet ante dotis traditionem, non habet maritus fructus [f] donec secuta fuerit traditio. Imputari enim debet marito quòd fundum sibi dari non petiit: vnde non lucratur fructus, licet [g] onera subeat: & ideo non [h] nisi à tempore moræ, sibi lucratur fructus: cum actio [i] bonæ fid. sit. s. ex stipulatu quam habet: *vt supra de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei. & . C. de rei vxo. actio. l. j. §. sed & si non ignoramus.* Sed videtur [k] mulier esse in mora eo ipso quòd percepit fructus, & vir subiit onera: *vt supra de actio. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & . C. de act. emp. l. curabit.* Sed pone mulierem fructus non percepisse: *vt argu. supra de vsuris. l. videamus. in principio.* Vel pone eam obtulisse? æquum est marito suam negligentiam [l] imputari: *vt. C. de anna. excep. l. vt perfectius.* aliàs ergo, præterquam in istis duobus casibus, est in mora, *arg. dictarum. ll. & facit infra de vsucap. l. si aliena. in princ.*

SI ante.] CASVS. Titius contrahere matrimonium cum Seia volebat: & Seia nomine dotis tradidit dicto Titio futuro marito fundum ante nuptias. postea nuptiæ contractæ fuerunt. certè dicit iurisconsul. ad hoc vt maritus lucrifaciat fructus, cōputatur ei tempus quo durauit matrimonium, à tempore contractarum nuptiarū: & nō à tēpore traditi fundi. Quid ergo erit de fructibus perceptis à marito ante nuptias cōtractas? certè illos non lucratur maritus, imo quasi dotis factos tenetur restituere mulieri. Viuian.

Margin notes (right): b Dotale prædium ante matrimoniū propriè non dicitur, sed quasi dotale. — c Quasi dotale quid & cur dicatur. — d Dos sine matrimonio esse non potest. — e Matrimoniū sine dote esse potest. — f Fructus dotis maritus lucratur à dote tradita, non à constituta, aut nuptiis cōtractis, & cur. — g Fructus dotis maritus suos non facit interdum, licet onera sustineat matrimonij. — h Dotis non petitæ ... ipse maritus patitur. — i Dotis actio, bonæ fidei. — k Moram in dote nō admittit mulier quæ dotem non offert: sed maritus qui illam non petit. v. Iasium. 2. Respon. 16. — l Negligentia marito imputanda.

Si ante

a ¶ *Si ante.* secus si post, quia tunc ex die traditionis: *vt supra. l. proxim.*

b ¶ *Ex [a] die nuptiarum.* contractarum. tunc enim incipit esse dotalis: *vt supra. l. proxi. in si.*

c ¶ *Obseruatur.* vt sciamus quota parte vltimi anni durat matrimonium. Accursius.

a Principium & finis primi anni dinumerat annos posteriores.

SI ante [a] nuptias fundus traditus est, ex die nuptiarum [b] ad eundem diem sequentis anni conputandus annus est. Idem in cæteris annis obseruatur, [c] donec diuortium fiat. Nam si ante nuptias traditus sit, & fructus inde percepti: hi restituendi sunt * quandoque [d] diuortio facto quasi dotis [e] facti.

De fructibus diuidendis inter maritum & vxorem, debent ante omnia deduci impensæ factæ gratia ipsorum fructuum, siue per vxorem, siue per maritum, siue per vtrunque factæ sint. & hoc siue matrimonium durauerit minus anno siue pluribus annis: & residuum fructuum diuidi debet. Alexander.

d ¶ *Quandoque.* aliàs quandoque.

e ¶ *Quasi dotis.* illud quasi [b] est expressiuum veritatis: *vt supra de iure do. l. dotis fructus. & infra eodem. l. diuortio. §.* [c] *item si messes.*

¶ Sed quid si puellam decem [d] annorum duxi de facto, & subeo onera eius: an lucrer fructus rerum suarum? Respond. non, per. l. istam & præcedentem, [e] sed quidam vt Azo, sic. & hoc de æquitate [f] quia quæ est ratio quòd lucretur post matrimonium, quia subiit onera, eadem & ante: ergo idem ius *arg. supra ad. l. Aquil. l. illud.* & ad hanc & superiores & similes dicunt quòd non subibat onera. Sed per. l. municipalem bene hæc æquitas seruatur Bononiæ. Accursius.

b Quasi dictio expressiua veritatis.

c v. Bald. in d. l. §. ob donationes.

d v. quæ scripsi ad Gl. l. dotis 7. ff. de iure dotiū.

* Qui tamen onera quasi matrimonij sustinuit, fructus reddere nō cogitur, modò iustus error interueniat, & fructus bona fide percepti in onera mulieris consumpti sint. *l. in insulam. §.* 1. ... Duar.

e Quæ negant esse matrimonium, ergo & dotem & per consequēs dotis fructum. *ita Gl. in. l. an in patrem. §. quod falsò tut.*

f *Ita sentit Gl. in. l.* 2. *C. de iure promiss.*

VII. VLPIANVS *libro trigesimoprimo ad Sabinum.*

FRuctus [f] eos esse constat, qui deducta impensa [g] supererunt. quod Scæuola & ad mariti & ad mulieris impensas refert. [h] Nam si mulier [i] pridie [k] vindemias doti dedit, mox sublatis à marito vindemiis diuortit, [l] non putat ei [m] vndecim duntaxat [n] mensium * fructus restitui, sed & impensas: [o] quæ † ante quàm portiones fructuum fiant, [p] deducendæ sunt. Igitur [q] si & maritus aliquid impendit [r] in eundem annum vtriusque impensæ concurrent. [s] Ita & [t] si impensarum [u] à muliere factarum ratio habeatur, cum plurimis annis in matrimonio fuit, necesse est primi anni [x] computari temporis quod sit ante datum prædium.

FRuctus.] CASVS. in hac lege satis patet in glo. pe. hic.

f ¶ *Fructus.* [g] dixit superioribus. ll. virum lucrari fructus pro eo tempore quo durauit matrimonium, & prædium fuit dotale. nunc de quibus fructibus dicat, audiamus.

g De fructibus dotis vide Ioānem Corasiū. lib. 2. de fructib. titul. 1. c. 1. & sequentibus.

g ¶ *Impensa.* non quælibet, sed quæ gratia fructuum fiat: *vt infra. l. diuortio. §. impendia. & supra de peti. here. l. si à patre. §. penulti.* nullus enim casus &c. *vt supra famil. ercifcun. l. fundus qui.* & hoc inspecto exitu. interim tamen verè [h] est fructus. *sic & supra pro soc. l. Mucius. & facit infra de leg. l. non amplius. in princip. & C. de fruct. & lit. expen. l. j. infra titul. j. l. iij. §. j. & 3. de vsur. l. quod in fructibus.*

h Fructus reipsa id esse dicitur, quod percipitur: fictione, quod ab expensis superest, seu fructus dicuntur deductis expēsis interpretatione, non verè.

h ¶ *Refert.* & primò ponit de expensis mulieris: postea viri quando matrimonium durauit minus anno: postea dicit quando pluribus annis.

i ¶ *Mulier.* nunc de muliere.

k ¶ *Pridie vindemias.* puta Kal. Semptembris.

l ¶ *Diuortit.* puta Kalend. Octobris. & sic per mensem durauit matrimonium. nam tantum durat vindemia: *vt. C. de fer. l. omnes.*

¶ Et secundum hoc verbum mox, determinat vel verbum diuertit: vel verbum, sublatis. aliàs autem aliter accipitur hæc dictio [i] mox, *supra de iudi. l. per interuallum. §. si cer. peta. l. j.*

i Mox dictio quid significet.

m ¶ *Ei.* scilicet mulieri.

n ¶ *Duntaxat.* sine expensis scilicet, vt subiicit. nam cum expensis restituit fructus. xj. mensium.

o ¶ *Sed & impensas.* putat restitui. Azo. quas fecerat mulier colendo vineam antequam traderet viro.

p ¶ *Fiant.* i. antequam diuidantur fructus.

q ¶ *Igitur si &.* nunc de viro.

r ¶ *Impendit.* vindemiando.

s ¶ *Concurrent.* quia quilibet suos deducet. ADDITIO. Vel dic concurrent, id est compensabuntur vsque ad concurrentem quantitatem: residuum diuidetur secundum Bal.

t ¶ *Ita est.* id est similiter &c. & quod subiicit, necesse: subaudi, ibi enim &c.

u ¶ *Impensarum.* Berta nupsit Titio kalend. Octobris: & vineam plenam dedit in dotem in qua colenda impenderat. x. & durauit matrimonium. x. annis, & plus vno mense: & sic solutum est in kalendis. Nouembris. sicque vinea redditur vacua mulieri, fructus vltimi anni diuiduntur, & pro. xj. partibus mulieri redduntur. pro xij. qua durauit matrimoniū, viro relinquitur. expensa tamen quā fecerat mulier in colendo ante datam vineam, deducitur. si autem vltimus annus matrimonij fuisset completus, quia solutum est matrimonium in Kalend. Octobris, & sic vineam plenam restituisset vir sicut acceperat: non deduceret mulier expensas ante factas: quia nec vir quas in vltimo anno fecit: *vt infra. l. proxim. §. interdum. retinebit. & . §. impendia. in fin.* §. Sed quidam indistinctè dicunt quod hic dicitur, siue sit completus vltimus annus, siue non. &c. §. impendia. in viro qui non deducit intelligunt: vtpote cum omnes fructus ei remaneant. Accursius.

* Flo. mēsium. & ita ferè semper.

† *Contra. cap. non est in tex. & Gl. super verb. quid ad causat.* 12 *q.* 2. *& ca. pastoralis. extr. de decim.*

x ¶ *Primi anni.* scilicet matrimonij, non totius scilicet anni, sed eius quod cessit ante datum prædium, scilicet in dotem, siue simul cœpit esse matrimonium & dos, siue ante matrimonium, & postea dos: vt expensa tunc temporis facta mulieri reddatur. Sed de quibus fructibus fit hæc deductio? de primis non: quia diu consumpti sunt. de vltimis non: quia in eis nō impendit: sed de vltimis dic, quia loco priorum sunt. *arg. infra de leg. ij. l. imperator. in fin. & l. seq.*

Si fundus plenus fructibus datur in dotem, tempus locationis inspicitur, vt sciamus quid percipitur de pensione, id est pro quanto tempore percipitur pensio. tempus verò matrimonij inspicitur, vt sciamus pro quota parte anni de pensione vir lucratur. sed si fundus vacuus datur in dotem, tempus locationis pro nullo inspicitur. h. d. vsque ad. §. ob donationes. Bart.

1. ¶ Papianus * autem libro undecimo quæstionum, Diuortio [y] facto [z] fructus [a] diuidi

y ¶ *Diuortio.* aliàs lex. aliàs. §. Papinianus. Et dic, Berta nupsit Titio in Kalendis. Octobris, & vineam dedit in dotē viris plenam: sequenti mense, scilicet kalen. Nouembris, iam percepta vindemia locauit vir fundum ad annum pro. xij. & in eodem anno in fine Ianuarij solutum est matrimonium: & sic durauit matrimonium quatuor mensibus à die quo fuit contractum: sed à tempore locationis per tres menses. Certum est autem fructus debere diuidi huius anni inter virum & vxorem: & pro quota parte anni durauit matrimonium, pro rata habeat vir: pro alia vxor: *vt supra eod. l. de diuisione.* Quero ergo quantum dicas hic durasse matrimonium, vt sic scias quātam partem vindemiæ & mercedis debitæ ex locatione habeat vir? Ad quod dic quòd si inspicitur tempus locationis, inuenies tribus mensibus durasse: & sic vindemiam totam præambulam, & quartam mercedis habet vir, quod est absurdum: quia & si in kalend. Nouembris iam percepta vindemia fieret diuortium, totam vindemiam haberet vir: quod est falsum: *vt supra eod. l. fructus.* si verò inspicipias tempus quo fit matrimonium contractum, inuenies durasse matrimonium quatuor mensibus: & sic tertiam partem vindemiæ & mercedis habet vir: & hoc est verum. & sic annus incipit à die contracti matrimonij, & à die datæ dotis, non à die locationis. quòd autem tempus contracti matrimonij, & vineę datæ in dotem inspiciatur, & non tempus locationis, probatur in contrario casu. Nam pone econtra quòd post perceptam vindemiam dedit mulier viro in dotem vineam vacuam in kalend Octobris vel Nouembris: & eodem anno kalend. Martij maritus locauit eandem pro. xij. mense Aprilis factum est diuortium. Quęro ergo quantam partem mercedis habet vir? Et quidem si inspicias tempus locationis, habet. xij. quia extunc vno mense durauit matrimonium. si autem tempus matrimonij quod durauit quinque vel sex mensibus, pro tanto lucrabitur vir: & hoc est verum. vindemia autem præambula à muliere ante contractum matrimoniū percepta non diuiditur: *vt infra ea. l. §. apparet &c.* quod hic iungas. H. Accursius.

z ¶ *Facto.* idem si morte sit solutum matrimonium. Ir. nam sic fit redditio & diuisio: *vt. C. de rei vxo. act. l. j. §. sed & nouissimè.* in casu videtur contra, scilicet si superstes mulier sit alenda ab heredibus viri intra annum, [a] cum aliud non habeat. quod dic: *vt. C. de rei vxo. act. §. exactio.*

a ¶ *Fructus.* naturales [b] & industriales quos vir percepit, & mercedes debitæ marito ex locatione fundi dotalis, vt declarant inferiora. nā omnia [c] hæc sunt fructus: [d] *vt. ff. de vsufruct. l. arborib. §. j.*

* In vul. edit. est. l. 8. inscrip. Diuortio. Vide in hūc locum Alc. li. 3. *Parerg. ca.* 7. Duar. *li.* 1. *anniuersa. c. vlt.* Baron. *li.* 2. *Feud. & in methodo feud.* item Cuiac. *li.* 14. *obs. c.* 22. *& in Pauli. sent. ac. ad feud.*

a Ampliabis hanc Gl. vt procedat etiam si mulier nō fuerit dotata, secundum Gl. & docto. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. e. & in l. quod si nulla. ff. de religi.

b Dotis immobilia soluto matrimonio statim, mobilia post annū redduntur. *l.* 1. *§. exactio. C. de rei vxoriæ act.* intra quē hæredes viri tenētur mulierem alere, si aliunde non habet vnde se alat. vt si nulla immobilia dotis: nulla paraphernalia habeat.

c Dotis fruct* soluto matrimonio inter virum & vxorem diuidēdi.

d Fructuū appellatione cōtinentur naturales, industriales, mercedes.

ait [a] non ex die locationis, [b] sed habita ratione præcedentis temporis quo mulier in matrimonio [c] fuit. Neque enim si vindemiæ [d] tempore fundus [e] in dotem datus sit, cúmque vir ex kalendis Nouembribus primis fruendum locauerit: [f] mensis Ianuarij [g] suprema [h] die facto diuortio, retinere virum & vindemiæ fructus, [i] & eius anni quo diuortium factum est, quartam [k] partem mercedis æquum est. [l] Alioquin [m] si coactis [n] vindemiis, altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit. [o] itaque [p] si fine mensis Ianuarij diuortium fiat, & quatuor [q] mensibus matrimonium steterit, vindemiæ fructus, [r] & quarta portio mercedis instantis anni confundi [s] debebunt, vt ex ea [t] pecunia tertia [u] portio viro relinquatur.

2. ¶ E contrario [x] quoque idem obseruandum est. nam si mulier percepta [y] vindemia statim [z] fundum viro in dotem dederit, & vir ex Kalendis Martiis eundem locauerit, & Kalendis Aprilibus primis diuortium fuerit secutum: non solùm partem duodecimam [a] mercedis, sed pro modo temporis omnium mensium quo dotale præ-

* Non esse absurdum, vt quis loquatur de seipso in tertia persona: sed & sententiam & laudem posse ferri in tertia persona hinc nonnulli colligunt.

a ¶ *Ait.* scilicet Papinianus de [a] se loquens, vt ibi: Et testimonium eius verum est. de se loquens euangelista Ioannes. & sunt similia supra *de adopt. l. si pater. §. qui duos.*

b ¶ *Locationis.* qualiter hoc fit, statim in litera explanatur. Azo.

c ¶ *In matrimonio.* qui fundus fuit datus in dotem: *vt supra eo. l. de diuisione.*

d ¶ *Vindemiæ.* non perceptæ, puta kal. Octobris: quo etiam die fuit matrimo. contractum.

e ¶ *Fundus.* vineatus.

f ¶ *Locauerit.* pro. xij. aureis puta in annum.

g ¶ *Ianuarij.* puta eiusdem anni.

b Supremum pro vltimo.

h ¶ *Suprema.* id [b] est vltima. *sic infra de vulgari substitut. l. ex duobus.*

i ¶ *Fructus.* omnes. Azo.

k ¶ *Quartam.* quia quarta parte anni stetit matrimonium à die locationis vsque in diem diuortij.

l ¶ *Aequum est.* quod fieret si à die locationis tempus quo fructus diuiduntur, inciperet: quod non est ratione communi: quia cum non plus tertia parte anni matrimonium steterit, nec plus debet lucrari de fructibus: *vt. j. de re. iur. l. secundum naturam.* Item ratione speciali: quia sequitur inconueniens, vt subiicit: alioquin &c.

c Absurdum sequitur ad absurdum.

d Quod est absurdum, addit Dorotheus Græcus.

m ¶ *Alioquin.* id est si dicas lucrari omnes secuta locatione: ergo idem erit ea non secuta. nam ad [c] absurdum [d] sequitur aliud absurdum.

n ¶ *Coactis.* id est perceptis à marito.

o ¶ *Retinebit.* scilicet vir, quod est falsum: *vt. s. l. proxi.* ideo aliud dicendum: *vt subiicit. j. ea. l. §. non solum.*

p ¶ *Itaque.* nunc soluit prædicta.

q ¶ *Et quatuor.* Octobris, Nouembris, Decembris, & Ianuarij. Ioan.

r ¶ *Fructus.* omnes deducta impensa: *vt. s. l. proxi.*

s ¶ *Confundi.* id est commisceri. *sic. C. de colla. illam.*

t ¶ *Ex ea.* id est vindemiæ æstimatione, & quarta portione mercedis. Io.

e Pensio antè non est computanda quàm debeatur.

f Accessionum naturalium & ciuilium similitudo.

u ¶ *Tertia portio.* id est tres aurei. ¶ Sed cur non tertia, cum tertia parte anni durauit matrimonium? Respondetur quòd non [e] debet ante computari illa pensio quàm debeatur: sed non fuit debita marito nisi tribus mensibus aliud dicendum si prius locasset. nam ciuilis [f] & naturalis accessio æquiualet: *vt supra de vsuris. l. vsuræ. & de petitione hereditatis. l. mercedes.* ¶ Sed opponitur, ergo inspicitur tempus locationis: quod in principio negauit. Respondetur quòd tempus locationis inspicitur, vt sciamus quid percipitur. tempus matrimonij, vt sciamus pro quota parte anni lucrifaciat vir id quod percipit: & sic pro tertia. vnum ergo aureum de tribus habebit. ¶ Sed quare pro primo mense aliquid de pensione habet? Respondetur, quia in illo subiit onera matrimonij: vnde etiam emolumentum habeat: *vt infra de regul. iur. l. secundum naturam.* aliàs si pro illo mense non haberet, non tertiam quartæ, sed quartam quartæ haberet vir pro onere. ¶ Item cur tota merces, scilicet duodecim aurei non veniunt in contributione vt totus fructus? seu, cur non lucratur totam tertiam [g] mercedis, cum & tanto tempore sustinuit onera matrimonij post locationem? Respondetur, quia ille scilicet fructus vineæ totus est perceptus: sed non tota merces. ¶ Sed opponitur: quia & pensio videtur percepta fictione iuris: *vt infra de regul. iur. leg. qui actionem.* maximè quia viri solicitudine sola, sed fructus etiam sola natura percipiuntur: *vt supra de rei vindicatio. leg. si nauis.* Sed potest responderi: [h] *vt infra de regul. iur. l. minus.* 2. Alij, quia mulier grauatur in colono cui habet necesse stare: *vt infra eod. l. si filio. §. pen. & argu. infra de bo. aucto. iud. poss. l. in venditione.* nam hic fit translatio ex necessitate: [i] vt ibi. & ideo releuetur in alio, vt non contribuat pensionem totam: *vt argu. supra de iureiuran. l. eum qui.* 3. Vel dic secundum eos qui dicunt pensionem non nisi in fine anni esse soluendam totam, quòd pensio cum effectu peti non potuit: & sic non contribui. sed illud dic vt not. *C. loca. leg. adem.* 4. Alij vt Ioannes dicunt quòd tria contribuuntur re, sed nouem spe, pro rata quatuor mensium de tredecim mensibus. quasi dicat, vno mense detracto, ne tredecim mensium fiat contributio? vt est argumen. infra eodem. *§. item si messes. & §. interdum.* nam in mercede idem quod in fructu: *vt supra de petitione hereditatis. l. mercedes.* vel fit contributio, cum ea omnino debebuntur, id est completo anno. nam si ex nouem aureis residuis contribueremus quatuor pro quatuor mensibus, & alios quatuor pro aliis quatuor: ponendo vnum aureum pro vno mense, superflueret vnus aureus pro quo esset adiiciendus alius mensis: & sic istum vltimum annum matrimonij faceremus de tredecim mensibus: quod esset absurdum. Contribuemus ergo sic quòd pro primis quatuor mensibus conferemus quatuor aureos, & dimidium de nouem, & sic supererunt alij quatuor aurei, & dimidius pro aliis quatuor secundum Ioan. Sed Azo & R. nec re, nec spe tribui nouem dicunt: sed mulier integra habeat. & ad dictos. §. §. respondent quòd vir nihil lucri habuerat eo anno de eo fundo, hic sic. ¶ Item, an sine cessione aget mulier contra colonum pro reliquo tempore ex locatione mariti? argument. quòd sic *supra de donationibus inter virum & vxorem. l. vxor marito.* Sed dic contra. [a] *Cod. per quas personas nobis adquiritur. l. prima.* sed cedere debet vir: *vt supra de petitione hereditatis. l. Iulianus.* Alij quòd caueat maritus de dando cum habuerit, seu nunc det quantum vendi potest hoc nomen: *vt infra ad legem Falcidiam. l. in quantitate. §. magna. & infra eodem. l. si filio. § fin.* Item siue dicas tria tantum, siue etiam nouem contribui: nónne fructus duorum annorum contribuuntur saltem in parte: & tamen non nisi tertia parte vnius anni durauit matrimonium? Respond. non contribuitur. nam annus incipit à die traditæ vineæ: *vt supra eodem l. de diuisione.* non à die quo fuit culta anno præcedenti. perinde ergo habetur, ac si iste annus esset fertilior altero. *& facit infra §. in seruo.*

g Id est tertiã quartæ partis mercedis, non totius mercedis.

h Omnes responsiones hic positæ displicent Bart. Pau. Imo. & Ias.

i Singularis gl. secundũ Imo. & Ias.

a Et bene. Bar. Pau. Imo. & Ia. & procedit nisi in subsidiũ: quia maritus non possit reperiri secundũ eosdem.

x ¶ *Econtrario.* bene dicit, econtrario: quia supra loquitur quando mulier dedit fundum in dotẽ antequam perciperet vindemiã. hic loquitur quando iam perceperat vindemiam. Item bene dicit, idem: quia in vtroque casu circa diuisionem fructus vel mercedis computat tempus, non à die locationis, sed contracti matrimonij. & traditi fundi. Sed malè videtur dicere, idem: quia supra dicit diuidi illam portionem mercedis tantùm: id est quartam quę cessit & venit constante matrimonio: hîc totam. nam secundùm illud esset hic diuidenda duodecima tantùm pars, vt eius dimidiã vir haberet: quia durauit matrimonium per sex menses. Potest tamen dici quòd in hoc casu benignius agatur cum marito, qui nullum alium habuit fructum constante matrimonio: sed supra habuit alium, scilicet vindemiam: vt assignatur in vtroque casu. Azo. & sic idem: sed non per omnia idem. *sic supra ad Velleia. leg. idem.* nam & supra fructus contribuuntur, hic mulier habet: *vt infra eodem. §. apparet.* Alij dicunt [b] per omnia idem: & dicunt quòd supra fructus fuerunt duodecim: quarta pars mercedis tria: & sic quindecim, de quibus habet vir. v. vxor decem. cum tertia parte anni durauerit matrimonium. Item & hæc locatio pro duodecim, *vt supra:* & matrimonium stetit quinque mensibus: & sic vir habet quinque: sicut supra, & sic per omnia idem: sed non placet, quia hæc similitudo magis est in facti accidentia, qua iuris dispositione. nam raro hic casus accideret, & ad ea &c. *vt supra de legi. & senatusconsul. l. nam ad ea.* Sed Pla. dixit se non legisse qualiter hæc identitas assignetur. Sed dic vt dixi. & sic in facto fit contrarietas, in iure identitas, licèt non per omnia: sed secundum Ioan. est idem, cum & supra futura pensio contribuatur spe: vt ibi not. Vel fiet forte de toto contributio, cum ea omnino debebunrur, id est completo anno, secundum Ioan.

b Et malè, Bar. P. Alexand. & Ias.

y ¶ *Percepta.* kalen. Octobris.

z ¶ *Statim.* eisdem Octobris scilicet kalendis. & sic matrimonium durauit sex mensibus. Vel dic statim, scilicet kalendis Nouembris. & sic durauit quinque mensibus. Accursius.

a ¶ *Duodecimam.* pro vno mense qui fluxit à die locationis vsque ad diem diuorrij.

Fuit.

a ¶ *Fuit*. qui fuerunt sex vel quinque.

b ¶ *Debebitur*. pro tota locatione. Item & contribuitur spes[a] futurae vindemiae: *vt. j. proxi.* §. Item aliter distinguitur in praedio vēdito nunc, alij locato prius: *vt. j. de iure fisci. l. fina.* & in vsufructu: *vt supra de vsufruct. l. defuncta.*

a Spes futurae vindemiae contribuitur.

dium fuit,[a] ex mercede quae debebitur,[b] portionem retinebit.

3. ¶ Item [c] si messes eius anni quo diuortium factum est, colonum ex forma locationis sequantur: [d] ante vindemiam soluto matrimonio nihilo minus pecunia messium in computationem [e] cum spe futurae vindemiae[f] veniet.

4. ¶ Apparet [g] igitur ex his illos fructus quos mulier [h] percepit antequam nuberet, non debere in contributionem venire. [i]

De parte fructuum restituenda vxori potest obiici per virum compensatio pro rebus à viro vxori donatis, vel per eam amotis, & viro restituendis. & quod dicitur in anno, vt si pro quarta anni durauit matrimonium, vir lucretur fructus, habet locum in semestri, quando bis in anno idē fructus colligitur. & similiter si singulo quinquennio vnus tantùm fructus colligitur, quinquēnium pro vno anno habetur. h. d. vsque ad §. Non solum. Alexan.

c ¶ *Item si messes*. Berta nupsit Seio kalendis Nouembris, & in eodem anno postea diuertit Kalendis Augusti. dederat autem fundum in dotem, pars cuius erat vinea, vel per totum erant vites in arboribus: vt est Tusciae, & in terra laboris. hūc fundum vel mulier ante matrimonium, vel vir postea locauit colono constituta mercede in nummis pro mensibus duodecim, & pro vindemia aliis duodecim. impensa igitur messium, & pecunia futurae vindemiae contribuitur: vt pro tribus partib. vir, pro quarta vxor habeat: cum pro tribus partibus anni durauit matrimonium. Accursius.

d ¶ *Sequantur*. quia[b] nummis colit, qui propriè colonus dicunt: *vt supra loca. l. qui merces §. vis maior.* Vel dic secundum Azo. & H. quòd colonus à muliere conduxerat, & ei statim pecuniam soluerat: posteáque in eo anno durauit matrimonium. & tunc diuiditur spes futurae mercedis futuri anni.

b Colonus propriè dicitur qui nummis colit.

e ¶ *In computationem*. praedicto modo faciendam.

f ¶ *Vindemiae*. id est pecuniae quae loco vindemiae erāt. Azo. Vel dic quòd fundus ad messem erat locatus nummis: sed non ad vindemiam: & ita vir percepturus erat. Et no. quòd hoc casu mulier cauet: *vt j. ea. l. §. interdum.*

g ¶ *Apparet*. infer ex eo quod dictum est in §. econtrario.

h ¶ *Mulier* vel vir: *vt supra eo. l. si ante.*

i ¶ *Venire*. secus in perceptis constante matrimonio ante vltimum annum, tamen inchoatum: quia sunt viri. Item secus in perceptis vltimo anno, siue constet adhuc matrimonium, siue non: & tunc cautio exponitur: *vt infra. §. interdum.* finito autem vltimo anno percepti omnino restituuntur: *vt. C. de rei vxo. acti. §. fructibus.* & de his dic, *vt. s. eo. l. de diuisione.*

Ob donationes.] C A S V S. Titius contraxit matrimonium cum Seia. postea maritus donauit ei aliquas res, vel ipsa amouit de rebus viri, & consumpsit, ita quòd non extabant: postea factum est diuortium inter eos: diuortio facto, & finito anno in quo factum fuit diuortium, maritus percepit fructus ex fundo dotali: qui fundus ex aliqua causa remanserat apud eum, & eos consumpsit. agit mulier contra maritum quondam vt fructus restituat. maritus opponit compensationem de rebus quas ei donauerat constante matrimonio. dicit enim maritus, donatio à me tibi facta non valuit: vnde possum repetere aestimationem rerum donatarum, ex quo eas tu consumpsisti. potius tamen volo compensare cum aestimatione fructuum quos percepi ex fundo tuo, & quos consumpsi. Itē & volo tibi compensare in aestimatione fructuum praedictorū aestimationem illarum rerum quas mihi amouisti constante matrimonio, & consumpsisti. certè dicit iurisconsul. quòd bene hoc facere maritus potest. Viuianus.

k ¶ *Ob donationes*. factas à viro vxori: quae facto diuortio tacitè infirmantur: *vt. s. de donat. inter virū & vxorem. l. cum hic status. §. si diuortium.* & si extant, vindicantur, aliàs condicuntur: *vt supra de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. finali. & l. sequenti.*

l ¶ *Amotas*. pro his habet vir actionem rerum amo. *vt infra titu. ij. l. j.*

m ¶ *Percepti sunt*. à viro ex fundo quondam dotali.

n ¶ *Compensationes*. Hic est contra *C. de rei vxoria act. §. sed nec ob res.* Solutio.[c] hic non fuit dos, licet actione de dote petatur: *vt infra eodem. l. si filio. §. fina.* ibi est dos, cui fauor exhibetur: *vt supra. l. j.* Sed adhuc est contra, *de pigneratitia actione. l. si conuenerit. in principio. & Cod. de rei vindicatione. l. si ex ea pecunia.* quibus dicitur non fieri compensationem speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem. Solutio. hîc res amotae & donatae, & fructus desierunt esse: vnde quantitas hincinde debetur. *sic. C. de compensatio. l. fin. & facit in eo titulo. l. neque. & C. rerum amotarum. l. j.*

c Dic melius ibi agi de retētione; hic de cōpensatione, secundum Bar. & P.

Quod in anno.] C A S V S. Supra traditum est quo modo fructus debeant diuidi pro parte anni quo factum est diuortium, & pro qua parte eos lucrari debeat maritus, & pro qua mulier. nunc quaeritur, an quod dictum est in diuisione anni, dici debeat in sex mensibus. verbi gratia, talis fundus datus est in dotem, ex quo segetes bis percipiuntur in anno: vtputa, solutum est matrimonium in primis sex mensibus anni: & forte durauit matrimonium tantùm per duos menses de illis sex mensibus: & ita per tertiam partem illorum sex mensium. nunquid debet maritus lucrari fructus pro tertia parte? Et certè dicitur quòd sic. hoc autem quòd bis segetes colligantur in anno, contingit in fundis irriguis, id est qui habent talem abundantiam aquae, quòd saepe irrigantur. Secundò dicit quòd idem est quo ad diuisionem temporis quo durauit matrimonium, quando fructus non colliguntur de fundo dotali, nisi transactis pluribus annis, puta tribus, sicut euenit in silua caedua. nam pro illa parte qua illi tres anni durauerunt, lucrabitur maritus fructus, mulier pro alia. Tertiò dicit: Ponamus quòd maritus locauit fundum dotalem vsque ad viginti annos pro decem quolibet anno, & pro quolibet quinquennio de illis viginti annis pro quinque. certè pro illa parte quinquennij qua durauit matrimonium, habebit de dictis quinque maritus, pro alia mulier. & hoc est quod dicit litera. in eo enim reditu, quod est vltra annuam pensionem, tempus ad quinquennium computamus: vt si per dimidiam partem primi anni de dicto quinquennio quo fit diuortium, steterit matrimonium, sicque non stetit nisi per decimam partem quinquennij tantùm: decimam partem augmenti consequatur maritus, & nouem partes mulier. Viuianus.

5. ¶ Ob donationes, [k] item ob res amotas, [l] ex his fructibus qui post diuortiū percepti sunt,[m] compensationes [n] fieri † possunt.

6. ¶ Quod in anno [o] dicitur, potest dici & in sex mensibus, si bis in anno † fructus capiantur, vt est in locis irriguis.[p]

7. ¶ Et in pluribus annis idem dici potest, vt in silua caedua.[q]

8. ¶ Item si locatio agri talis sit, vt super annuam [r] mercedem quinquennio quoque aliud amplius [s] praestaretur. In eo enim quod amplius est, tempus ad quinquennium computamus.

In animalium & aliarum rerum

† Concor. c. bona fides. extra de deposi. in fi. ibi in aliis. si causa ex qua postulatur, sit liquida &c. & Gl. super ver. in aliis. facit Glo. super verb. minor. c. quemadmodum 32. q. 2.

† Vt in Africa &c. Plin. nat. hist. lib. 6. cap. 17. & lib. 17. ca. 18. & lib. 18. cap. 22.

o ¶ *Quod in anno*. vt pro quota parte anni durauit matrimoniū, vir habeat fructus: pro alia mulier. Idem in sex mensibus, scilicet vt pro quota sex mensium durauit, pro tota habeat vir:[a] pro alia mulier. & si totis mensibus duraret matrimonium, & tota lucretur vir. & hoc idem dico, si quinque annis durauit matrimonium: quia computabo per sex menses, & diuidam vltimos sex menses, vt dictum est. ¶ Sed videtur non nisi annum inspici: *vt infra eodem. l. proxim. §. quod in sementem.* Sed hic bis terra colitur, & ad similem fructum, scilicet aridum. ibi ad dissimilem. Item hic bis seminatur, & in eodem loco: quod ibi non est. Item hic directò à terra, ibi per obliquum. vel quo ad aliquid est vnus fructus, vt ibi: quo ad aliquid non, vt hîc. ¶ Sed quid si in primis sex mensibus est melior fructus, puta frumentem: & secundus milium? Respond. idem [b] quod esset si vno anno fertilior fructus esset quàm in alio.

a Nec habebit aliquid de fructu sex mensium sequētiū. Paul.

p ¶ *Irriguis*. id est aquosis

q ¶ *Silua caedua*. ex qua fortè nō capitur fruct⁹ nisi singulis quinquenniis, vel alio simili spacio. quota ergo parte quinquennij durauit, pro tota vir lucratur: & si vltra quinquennium durauit, inspiciam vltimum quinquennium: vt de anno dixi.

b Nihil est, sed illud quod vult Gl. procederet, quando fructus vnius temporis esset melior vel deterior ex accidenti, secundū Bar. & Pau.

r ¶ *Annuam mercedem*. puta plaustrum lignorum.

s ¶ *Amplius*. dic amplius tempore, scilicet quinquennio post solutum matrimonium. & secundùm hoc computamus ad quinquēnium: vt si stetit matrimonium sex mēsibus qui sunt decima quinquennij, lucratur vir decimam plaustri, qui sex menses sunt decima quinquennij. Vel dic amplius scilicet annua mercede, & cetera. & idem est sensus. & primò aduerbium temporis, secundò quantitatis est hoc verbum, amplius.

Non solum.] C A S V S. Titius accepit Seiam in vxorem: & Seia dedit ei in dotem pecora in certa quantitate. postea secutum est

inter eos diuortium: ita quòd per certam partem anni durauit matrimonium. quæritur, nunquid lana & fœtus pecorũ debeant cedere lucro mariti pro illa parte anni qua stetit matrimonium: sicut fit in fundo, id est in fructibus fundi: *vt supra eadem. l. in principio. & . §. econtrario. vsque huc?* Et respond. iurisconsultus quòd sic. non enim debet maritus lucrari totum dictum fructum pecorum, & nihil mulieri reddere: quia iam sequeretur istud absurdum, quòd si oues proximas tonsuræ in dotem acceperit, vel prope earum partum, & diuortium factum sit statim post partum earum, vel post eas tõsas, nihil redderet mulieri: quod non est admittendum: *vt supra eadem. l. §. alioquin.* nam non solùm quando post eas tonsas, & partum ab eis editum longo tempore durauit matrimonium debemus habere rationem fructuũ quando percipiuntur, & expensarum quando curantur: sed etiam hic, scilicet quando post eas tonsas vel partum ab eis editum non durauit matrimonium. Secundò dicit idem in fructibus qui percipiuntur ex seruo in dotem dato, id est in operis. Tertiò dicit idem esse in possessionibus vrbanorum prædiorum. Viuianus.

mobilium fructu, & in prædiorum vrbanorum pensionibus fit diuisio inter virum & vxorem, sicut in fructibus rusticorum prædiorum. hoc dicit vsque ad quartum si fundum. Alexander.

9. ¶ Non solùm [a] autem de fundo, sed etiam de pecore idem dicemus: vt lana ouium, fœtúsque pecorum præstaretur. [b] Quare enim si maritus prope partum oues doti acceperit, item proximas tonsuræ: [c] post partum & tonsas oues protinus diuortio facto, nihil reddat? [d] Nam & hic fructus* toto tempore quo curantur, non quo percipiuntur, [e] rationem accipere debemus.

10. ¶ In seruo quoq; anni ratio habetur, si in annum fortè operæ eius locatæ sunt, vt præteriti [f] tẽporis ad maritum, post diuortium autem ad mulierem operę pertineant.

11. ¶ De pensionibus [g] quoque prædiorum vrbanorum idẽ est quod in fructibus rusticorum.

* fructuum.

a ¶ *Non solum.* vxor oues prægnantes & lanificas doti dedit. fructibus per virum perceptis diuortium statim factũ est. restituet vir pro rata anni quo non durauit matrimonium: *vt. s. eod. l. de diuisione. & in hac. l. in principio.* Accursius.

b ¶ *Præstaretur.* à viro vxori pro rata anni qua non durauit matrimonium.

c ¶ *Tonsura.* acceperit oues. repete. Azo.

d ¶ *Reddat.* quasi dicat, imò reddet, cum nõ sit ratio quare non.

e ¶ *Percipiuntur.* scilicet tantùm. *sic supra eodem. l. diuortio. §. j. ibi neque enim*, &c. & est pro sententia Bul. cum medio tempore completa est vsucapio. quod dic vt supra *quibus ex cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod.* ¶ Et caue tibi quòd non sic esset in [a] partu ancillarum dotalium, qui ex toto restituitur: *vt. C. de rei vxoriæ actione. §. itaque.* quia [b] non sunt fructus: *vt supra de vsufructu. l. in pecudum.*

f ¶ *Vt præteriti.* ante diuortium. & facit supra eadem. l. in principio. &c. § econtrario.

g ¶ *De pensionibus.* ad hæc omnia facit supra *de petitione hereditatis. l. mercedes.* sed inter proprietariũ & fructuarium nõ fit sic diuisio fructuum vltimi anni: *vt. s. de vsufructu. l. defuncta.* ¶ Sed econtra videtur idem: *vt eodem titu. l. si operas.* Sed dic vt nota. eodem titulo. *l. adhuc. §. si operas. & dicta. l. si operas.* Accur.

a Dotaliũ ancillarũ partus omnes soluto matrimonio vxori, eiúsve hæredibus à marito aut ei[9] heredibus restituendi: nec enim partus est in fructu.

b Partus ancillæ non est in fructu.

Si fundum. CASVS. Mulier dedit in dotem fundum: maritus succidit arbores de fundo dotali. quæritur, vtrum pro ea parte anni qua non stetit matrimoniũ, debeat mulier retinere, & pro alia sibi restituere? Et dicitur quòd sic, si arbores sunt cæduæ id est tales quę scinduntur, & postea renascũtur, vel si sunt germinales, i. quæ ad cespitem aliarum nascuntur fultæ: quæ quidem sine dubio renascuntur sicque nomine fructuum continentur. Si autem non sunt cæduæ vel germinales, nõ diuidit eas maritus pro parte anni qua stetit matrimonium: sed tenetur quasi fecerit fundum dotalem deteriorem vnde eas excidit. Sed pone quòd dictæ arbores siue cæduæ vel germinales siue non, ceciderunt propter tempestatem, & maritus eas in suam vtilitatem conuertit. Certè precium earum debet restitui mulieri: nec debent diuidi inter eam & maritum, nam & si thesaurum inuenisset maritus in fundo dotali, eum non diuideret cum muliere. quod sequitur planum est. Viuianus.

h ¶ *Restitui.* vt *supra eodem. l. de diuisione.*

i ¶ *Cæduæ.* [c] i. quæ succisæ renascuntur: *vt infra de verborum significatione. l. silua.*

c Cęduę arbores quæ succisę renascũtur.

k ¶ *Germinales.* quæ [a] à stipite aliarum nascuntur fultæ & densæ, vt granum nascitur: quæ aliàs dicuntur pedamenta: *vt supra de vsufructu. l. ex silua.* & est aliàs germinales: aliàs [b] gremiales. & idem est sensus.

a Plin. li. 13. c. 4. Sunt & cæduæ palmarũ quoque silux, germinantes rursus ab radice succisæ.

b Sic dictæ, quòd tam tenuia ligna ex his decerpantur, vt gremio facile ferãtur, vt notant Græci ad hunc locum. vide Columel. li. 12. c. 19. & Aug. li. 5. c. 7.

Arbores cæduæ computantur in fructibus: secus in arboribus fructiferis & thesauris. Bartolus.

12 ¶ Si fundum viro vxor in dotem dederit, isque inde arbores deciderit: si hæ fructus intelleguntur, pro portione anni debent restitui. [h] Puto autem si arbores cæduæ [i] fuerunt, vel † gremiales, [k] dici oportet in fructum cedere. si minus, [l] quasi deteriorem fundum fecerit, maritus tenebitur. [m] Sed & si vi tempestatis ceciderunt, dici oportet precium [n] earum restituendum mulieri, nec in fructum cedere, non magis quam si thesaurus [o] fuerit inuentus. in fructum enim non computabitur, sed pars eius dimidia restituetur, quasi in alieno [p] inuenti.

† Qui gremiales legunt aut germinales, errant, vt constat ex Columella lib. 11. c. 2 ... & Vlpian. ca. 11. de irga ...

Lapis qui non renascitur, non est in fructu: secus si renascitur. idem in aurifodinis, argentifodinis, & cretifodinis.

13 ¶ Si vir [q] in fundo mulieris do-

l ¶ *Si minus.* id est si non sunt cæduæ.

m ¶ *Tenebitur.* vxori actione de dote: *vt infra eodem. l. si maritus. §. finali. & supra de iure dotium. l. si ex lapidicinis.* vel lege Aquilia, *vt supra ad. l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si maritus.* & cum fuerit in culpa, nihil lucratur: *vt supra de nego. gest. l. sine hereditaria.* hic autem nisi ad necessitaté, sicut fructuario licet: *vt supra de vsufru. l. arboribus.*

n ¶ *Precium.* si culpa viri desierit esse, vel quia distraxit, vel in vtilitatem suam conuertit. Azo.

o ¶ *Thesaurus.* quid hoc sit, dic vt infra *de adquirendo rerum do. l. nunquam. §. thesaurus.*

p ¶ *In alieno.* Hoc [c] est contra nos qui dicimus maritum dominũ rei dotalis esse: *vt supra de iure dotium. l. cum post. §. in dotem.* Sed dic quòd dictio, quasi, [d] notat vicium: non autem est expressiuum veritatis. 2 Vel dic alieno scilicet spe. *sic infra eodem l. si constante. §. si maritus & hoc nota. Cod. de iure dotium. l. in rebus.* ¶ Sed si est viri, ergo totus thesaurus debet esse suus: *vt Cod. de thesauris. l. 3. libro decimo. & institutio. de rerum diuisione. §. thesaurus.* Sed certè & fundus est viri: & tamen restituit. nam & vir non retinet nisi fructum. nam non [e] incrementum alluuionis: *vt supra de iure dotium. l. ij.* Item ancilla dotalis est viri, & tamen partum [f] non retinet vir: *vt Cod. de rei vxoriæ actione. l. j. §. itaque.* fit ergo suus, sed [g] restituit vt bonæ fidei possess. qui facit fructus suos, sed restituit extantes: *vt Cod. de rei vindicatione. l. certum est. & facit infra de adquirendo rerum dominio. l. si is & de iure fisci. l. non intelligitur. §. fina. & supra de vsufructu. l. si absente. §. fin.*

c Dotis dominium est penes maritum aut potius quasi dominium.

d Quasi, nota vitii aut imperfectionis, interdum est veritatis expressiua.

e Dos alluuione aucta, tota restituenda, hoc est cũ eo quod alluuio ei adiecit.

f Dos partu aucta, vna cum partu restituenda.

g Dotalis fundus auctus inuentione thesauri, vna cũ thesauro est restituendus.

Si vir. CASVS. Vir inuenit in fundo dotali marmoreas lapidicinas, & excidit marmora, ita quòd fecit fundum fructuosiorem. quia nunc potest ibi seminare bladum. sed tamen marmor excisum non fecit adhuc exportari de fundo. solutum est postea matrimonium. quæritur, vtrum illa marmora debeant diuidi inter virum & vxorem pro illa parte anni qua durauit matrimonium, vel non durauit, an sint mariti? Et dicitur quòd mariti debeant esse: quia extrahendo marmora de fundo fecit eum fructuosiorem, vt dixi. & quia non est in fructu marmor. Sed nunquid expensa quam fecit in extrahendo marmore, debet ei præstari vel restitui? Et dicitur quòd sic, secundùm illos qui non habent in litera, non. & hoc quando talia erant dicta marmora quòd incisa non renascebãtur. Sin autem sint talis naturæ vt renascãtur, vt sunt in Gallia & Asia: bene sunt loco fructuum, ideoque diuiduntur inter virum & vxorem. Alij habent in litera, & impensa non est, &c. & tunc dic quòd impensa quam fecit in eximendis marmoribus, non est ei præstanda quasi fecerit eam circa fructus, cum marmora non sint fructus: vt dictum est: sed est præstanda, quia fundum fructuosiorem fecit. Vel dic quòd non est præstanda, scilicet aliàs cum fundum non fecit fructuosiorem: sed in nostro casu sic. & vtrobique idem erit intellectus. Sed quid si maritus inuenit in fundo dotali cretifodinas vel argenti fodinas, auri vel harenæ, vel fodinas cuiuscunque alterius materiæ, vt salis? Certè istæ sine dubio in fructu computari debent: ideoque diuidi debent solu. mat. pro parte anni qua durauit matrimonium. Viuianus.

q ¶ *Si vir.* distinguitur, aut renascitur: & sic est fructus etiam viri, & impensa lapidicinæ ei restituitur. aut non renascitur, & non est fructus, nec est viri, nec impensa ei restituitur. & in primo casu

casu fit fundus melior: secundo deterior.

a ¶ *Et fundum fructuosiorem.* quia plus ex lapidicina recipitur, quàm si coleretur. Accur.

b ¶ *Mariti est.* & impensa facta in lapidicina quærenda restituitur ei: *vt supra de fun. do. l. fi. ibi, ergo non tantùm, &c.* sed si minus fructuosus fundus fieret: nec marmor est fructus, nec est viri: sed ipsum vel eius precium est dos: *vt supra de iure do. l. si ex lapidicinis.* nec [a] impensa restituitur ei: *vt in d. l. fin. de fun. do. in princi. & hic subiicit, & impensa &c.* & sic mutat hic casum, & impensa, &c. & subaudi, aliàs quando fundus deterior est factus. nam cum sit in culpa, non debet ei impensa restitui: *vt supra proxim. §. ibi. si minus, &c.* at cum fructuosior, quia ad perpetuam vtilitatem agri, refunditur ei impensa, *vt infra tit. j. l. iij. §. nos generaliter.* sed si mulier non permittat virum accipere, tenetur ad exhibendum: *vt supra, de præscript. ver. l. permisisti, & infra de dona. l. quis saxum.* Sed si non eremit, sed tantùm impensam fecit, tunc de dolo tenetur: *vt supra de dolo. l. si cum.*

† Sic Fl. sed videtur potius legendum lapicidinas, vt apud Vitruuiũ scriptam reperimus. Cont.

a Quia talis impensa non est vtilis mulieri secundum Bal. & Ia.

† In hunc locũ Plin. lib. 33. nat. hist. c. 4. Alex. li. 3. G. n. al. dier. 19.

tali lapidicinas † marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem [a] fecerit: marmor quod cæsum, neque exportatum, est [b] mariti: & impensa non est ei præstanda, [c] quia nec in fructu [d] est marmor: nisi talis [e] sit, vt lapis ibi renascatur, quales. †

14. ¶ Sunt in Gallia, sunt & in Asia. Sed si cretifodinæ, argentifodinæ, vel auri, vel cuius alterius [f] materiæ sint, vel harenæ, vtique in fructu habebuntur. [g]

Si fundus restituitur pendentibus fructibus, mulier viro cauet: sed eis perceptis & matrimonio soluto post annum maritus nihil restituit. si intra annum fuerit dissolutum, restituitur pro rata: quod etiam ad socerum & eius herédes extenditur. Bartolus.

15. ¶ Interdum marito de fructibus à muliere cauetur: [h] & nihil retinet, si fructibus stantibus [i] fundum mulier recipiet. Interdum retinebit tantum † mari-

c ¶ *Præstanda.* subau. aliàs quando fundus deterior factus est.

† Vulgatum ... recta est.

b Fructus non est marmor & thesaurus.

c Impensa non est vtilis in iis quæ non renascuntur.

d ¶ *Quia nec in fructu.* marmor [b] non est fructus, sicut nec thesaurus. nam vtrunque semel remotum non renascitur. aliàs secus, vt subiicit: & est bona ratio, quia [c] non fuit vtilis impensa quando non renascitur: quæ vtilis & necessaria restituitur: *vt. d. l. fi. de fun. do.* & est alia ratio, quia de fructibus debet deduci, non alias: *vt. j. e. l. §. impendia.*

e ¶ *Talis sit.* locus. s. vel lapidicina. & aliàs, talis res. aliàs, tale.

f ¶ *Alterius.* vt aurifodinarum vel salinarum: *vt supra quod cuiusque vniuersi. no. l. j.*

g ¶ *Habebuntur.* si tales materiæ ibi renascantur: *vt. s. de fun. do. l. fin. Azo. & supra proxi. & facit supra de contrahen. emp. l. in lege fundi.*

¶ *Interdum marito.*] CASVS. Quattuor dicit: Primò quòd quandoque euenit q̃ soluto matrimo. de fructibus nihil retinet maritus: vel ita quando solutum est ma. fructibus pendentibus, mulier tamen cui restituit maritus fundum, cauet ei quòd quando fructus colligentur, ipsa dabit ei partem de ipsis habita ratione eius temporis quo matrimonium durauit. Secundò dicit quòd quandoque euenit quòd maritus retinet sibi omnes fructus, & nihil dat mulieri, puta quia omnes fructus percepit, & per totum annum durauit matrimonium. Tertiò dicit quòd quandoque euenit quod maritus plus percipit de fructibus, quàm debeat habere habita ratione temporis quo durauit matrimonium: & tunc debet id superfluum mulieri restituere. & hoc quando non durauit per totum annum. & hunc tertium casum habuimus in princip. huius. l. Quartò dicit quod illi tres casus habent locum, siue agatur de dote cum marito, vel cum patre mariti: id est socero mulieris, siue cũ herede mariti, vel cum herede soceri. Viuianus.

h ¶ *Cauetur.* nuda [d] cautione: [e] vt. C. *de verb. sign. l. sancimus.* Argumen. contra. *j. eo. l. si constante. §. quoties.* Et [f] econtra vir cauet mulieri de pensione: *vt j. eo. l. si filio. §. fi.*

i ¶ *Stantibus.* i. pendentibus; quia sunt pars fundi: *vt. s. de rei vindi. l. fructus.* Accur.

k ¶ *Si non plus.* quia toto anno durauit matrimonium.

6. ¶ Si vxor viri rem commodauerit, eáque perierit [g], videndum an compẽsationem [h] hoc nomine pati possit. [i] Et puto, si quidem prohibuit eam maritus commodare, statim deductionem fieri. [k] Si verò non prohibuit [l] eam commodare, arbitrio iudicis modicum tempus [m] ei indulgeri cautionem præbenti [n].

e ¶ *Culpanda est*.non tamen vt eo nomine conueniatur: *vt supra eo.l.etiam.§.j.* & *argu. ff.nau.cau.sta.l.fin.§.seruorum.* quandoque tamen in suis coercetur. quod dic vt instit. *de iis qui sunt sui vel alieni iur.§.fin.* ¶ Item not.quòd in [a] bono scilicet diligentia exigitur, & sufficit paritas in suis & in dotalibus: sed in malo non toleratur paritas, nam sæuitia in suis toleratur, quod non fit in dotalibus: & hoc si in faciẽdo. si autem in negligendo,idem: si modo est magna negligentia. nam quamuis in suis sit negligens vltra naturam hominis, non sic debet esse in dotalibus: *vt supra deposi.l.quod Nerua.* & *infra ad Trebel.l.mulier.§.sed & si cum.* Sed si leuis, videtur toleranda etiam in dotalibus. Nec obst. *supra eo.l.etiam.§.j.* quia etiam in faciendo potest loqui. Nec illa.l.in rebus.quia & illa in faciendo potest loqui:pro qua distinctione est supra *de vsufruc.l.sicut §.de præteritis* Sed tutius est vt omnis leuis [b] culpa veniat: *vt supra commo.l.si vt certo.§.nunc videndum.* & sic intellige infra *eo.l.si filio.§.maritum.*

a In dotis conseruatione bonum maritum, sufficit eadem diligẽtiã quam in suis rebus, præstare. In malo ac dissoluto, non sufficit eãdem diligentiã præstare.

b In dotalibus rebus maritus præstat omnẽ culpam etiam leuem, siue in faciendo, siue in non faciendo.

f ¶ *In alienis*.i.spe.[c] & hoc subiicit:hoc est &c. *sic ff.eo.l.diuortio.§.si fundus.* ¶ Et sic not.præsenti [d] tempore inspecto viri sunt: *vt supra de iure dot.l.quamuis:* sed spe [e] futuri sunt mulieris. Item facit *ff.de act.empt.l.pen.* & *C.de iure do.l.in rebus.*

c Alienũ quid dici potest spei ratione.

d Dos mariti dicitur præsenti tempore inspecto: mulieris, spe futuri.

e Spe nostrum esse aliquid dici potest.

Si vxor.] CASVS. Constante matrimonio mulier commodauit rem mariti Titio:& illa res periit penes commodatarium. postea solu.est matri.& agit mulier contra virum pro dote iam consũmptã à viro:& ita in æstimatione dotis tenetur maritus: & mulier tenetur marito in æstimatione rẽ rei quam commodauit.nunquid potest mulieri compensare maritus dotis æstimationem rei commodatæ?& certè si eam prohibuit commodare,statim debet fieri deductio de dote quam petit mulier intantum quantum est æstimatio rei mariti,quam commodauit mulier. Sin autem non prohibuit,incontinenti debet restitui dos mulieri: & ipsa debet cauere marito,quòd intra paruum tempus à iudice statuendum restituet marito rem mariti quã alij commodauit si extat,aliàs æstimationem.

g ¶ *Perierit*. i.periisse dicatur:alioquin frustra diceretur hic cautionem præstari.Azo.
h ¶ *Compensationem*.ad dotem.
i ¶ *Possit*.vxor.
k ¶ *Fieri*.de dote tantum, quantum vxor viro debet per hoc pactum. debet autem simplum æstimationis rei commodatæ per condic.furti. Item debet duplum per actionem furti. nam licèt furtum factum sit durante matrimonio, tamen demum eo soluto fit hæc compensatio.& sic non obst. *C.re.amota.l.ij.* Sed H. dixit venire simplum tantùm in compensatione per.l.illam. ¶ Item an hodie habeat locum huiusmodi compẽsatio? Videtur quod non, secundùm Azonem, *per.l.C.de rei vxo.act.§.taceat.* Sed certè hic casus non est ibi.
l ¶ *Non prohibuit* & sic per [f] consequens concessit. *ar.C.ad Vell.l.si sine.§.quod si patientiam.* & *ff.de euict.l.quidam.*
m ¶ *Tempus* [g]. x. dierum [h]: *vt.ff.de pecu.constitu.l.promissor.* Vel trium dierum: *vt.C.de erro.aduoc.l.fin.* Vel duorum mensium: *vt C.de fideiusso.l.sancimus.* & *l.penul.* Vel trium mensium: *vt.Cod. de ads.priua.l.de operis.* Imò arbitrio iudicis, *vt hic dicit.* & *arg. infra de iure delibe.l.j.in fi.* Alij quatuor mensium: *vt.ff.de iudicis*

f Concedere videtur, qui non prohibet.

g Tempus modicum.

h Quod tẽpus concedatur vxori, vt rẽ viri cõmodato datam recuperet, & marito,eiúsue hæredibus restituat. variæ hic opiniones referuntur. de quibus. v. Menochiũ. 2. de arbitrar.iudic.ca. 45.

ff. Infort.

l.si.debitor. Hug.
n ¶ *Præbenti*.vt [a] inueniat si possit, & restituat: *vt instit. de offi. iud.§.* & *si in rem.* vel actiones cedat: *vt.ff.de pecu.l.quod debetur.* & *facit.C.de fur.l.fina.*

a Rem meam tibi commodaui vt tuo nomine pignorares, ea dicitur periisse apud tuũ creditorẽ. hæc duo tibi imminent illo casu, vt cautionem præstes te inuenturũ & restituturum, si eam reperire potueris, sin minus,te actiones cessurũ, *vt hic* & *l.si vt certo. §.nunc videndum. vers. Rem. ff.commodati. cessurum inquã tuis sumptibus. d.vers.item.*

Si bona.] CASVS. Mulier pone commisit in.l.Iul.de vi pri. quare tertia pars bonorum eius publicata est: & ita per consequens tertia dotis. soluto matrimonio certè duas partes dotis repetet à viro mulier. Quid si post litem cõtestatã per mulierẽ cõtra maritum super dote talis publicatio interuenit? Certè sufficit quòd maritus cõdemnetur mulieri in duabus partibus dotis.Sed si pendente iudicio super dote mulier cõmisit in.l. Iuliam maiest. propter quod tota dos publicata est? Certè in totum debet maritus absolui à muliere. Viuianus.

Quatenus bona mulieris confiscata sunt, eatenus ei desinit actio de dote competere, quia in fiscum transit: & pro illa parte iudicium inchoatum extinguitur: & sufficit sententiam ferri pro alia parte quæ non venit in confiscatione. Bartolus.

7. ¶ Si bona mulieris pro parte [o] sint publicata, superest mulieri reliquæ partis dotis exactio. Plus puto, & si post litem contestatam [p] publicata sit pro parte dos, sufficiet arbitrium iudicis ad partis condemnationem faciẽdam. Quòd si tota [q] dos publicata sit, expirabit iudicium.

In peculio filij videtur esse quicquid mulier debet filio: & ideo illud mulier poterit compensare. Bartolus.

XXV. PAVLVS *libro trigesimosexto ad Edictum.*

SI filiofamilias dos data sit

o ¶ *Pro parte*. puta [b] pro tertia: vt in.l. Iulia de vi priua. *vt infra ad legem Iuliam de vi priua.l.fina.*
p ¶ *Contestatam*. in actione de dote.
q ¶ *Quod si tota*. quod accidit in quinque [c] legib. *vt infra de bonis dam.l.quinq; legibus.* H.& dic vt ibi.& facit supra *ad exhib.l.signi.§.fina.*

b Dotis publicatio pro parte tertia fit in. l. Iulia, de vi priuata.

c Dotis totius publicatio fit quinque legib.

SI filiofamilias.] CASVS. Mulier dedit dotem marito suo in potestate patris existenti. dedit, dico, patre non iubente. solutum est postea matrimonium. certè aget mulier ad repetendam dotem, si vult contra patrem mariti propter peculium filij quod apud se habet. Sed quo modo hoc fiet? pone quòd habuit mulier in dotem. xxx. peculium filij quod erat apud patrem, valebat viij. Item mulier erat debitrix filio, marito suo in. xx. & per hoc patri. vnde intantum videtur esse maius peculium, in quantum debet mulier. vnde est peculium. xxviij. & dos. xxx. certè statim debet remitti mulieri istud quod debet. id est. xx. & sic satisfactum est ei pro duabus partibus dotis, & remansit soluenda tertia pars dotis, i. x. & in peculio remanserãt. viij. remissis. xx. mulieri. vt dixi: & ita adhuc est plus dos quàm peculium. certè totum quod est in peculio, præstandum est mulieri, id est tota octo: quia etiam toto præstito quod est in peculio. adhuc debentur ei duo de dote. Sed quo modo posset mulier prædicta debere marito? Respon. si maritus fecit expensas vtiles vel necessarias in res dotales vel quia ei donauit maritus constante matrimonio: quare potest repetere: vel quia vxor constante matri. amouit res quas dictus filiusfamilias possidebat in suo peculio.

[MARITVM.] Cum maritus restituit dotem mulieri soluto matrimonio, debet cauere mulieri, si vult mulier, quòd dolo suo vel culpa causam dotis nõ fecit deteriorem. Sed pone quòd fundum sibi in dotem datũ non restituet mulieri: mulier omnimodo vult fundũ. Certè distinguitur: Aut dolo vel lata culpa mariti factũ est quò minus fundum restituere possit: aut non. primo casu dabit mulieri iusiurandũ in litẽ contra eũ. aliàs non. [SI POST.] Soluto matrimonio maritus fuit in mora restituendi res dotales: & post suam moram dictæ res factæ sunt deteriores. certè ad periculum mariti debent esse. [SI QVI.] Soluto matrimonio mulier repetit dotem à viro: & tunc culpa mariti serui quidã dotales aufugerant. certè maritus non solùm dotẽ quam habet apud se, mulieri debet restituere, sed etiã ei cauere se persecuturũ bona fide dictos seruos, & mulieri restituturũ. [SI VIR.] Fundum dotalem maritus in quinquennium locauit cuidam colono. finito primo anno solutum est matrimonium, vnde maritus debet restituere mulieri dictum fundum. Dicit maritus: ergo non restituam tibi fundum nisi caueas mihi seruare me indemnem, si propter aliquã causam ego condemnatus fuero colono pro tẽpore futuræ locationis. fortè enim tu quæ habebis fundũ apud te, non seruabis ita ei pacta sicut ego conueneram: vnde aget contra me, & faciet me condẽnari ad interesse suum. certè optimè dicit maritus. Sed & si mulier dicat marito, ex quo tu vis à me cautionem vno modo

prędicto: modo obtempera mihi alio, sc. quòd si aliquid consecutus fueris à colono pro futuro tempore locationis, quòd mihi restitues. tu enim bene scis quòd ex quo solutum est matrimonium inter me & te, non debes habere fructus. & certè ipsa hanc cautionem à viro debet consequi. Viuianus.

iniussu[a] patris, de peculio[b] quidem agetur: sed siue propter impensas à filiofamilias factas,[c] siue propter res donatas à filio, vel amotas[d] ab vxore res peculiares: hoc ipso quòd habet actionem pater ex persona filij, maius[e] peculium fit: & sic totú est præstandum[f] mulieri quod in peculio est: quia adhuc sit quod vxori debeatur.

Maritus qui dotem restituit, tenetur cauere de dolo & culpa: & contra non restituentem iuratur in litem. Bartolus.

1. ¶ Maritú in reddenda dote de dolo malo & culpa[g] cauere oportet. Quod si dolo malo fecerit quo minus restituere possit, damnandum eum quáti mulier in litem iurauerit[h]: quia inuitis nobis[i] res nostras[k] alius retinere non debeat.

Post moram periculum rerum dotalium spectat ad virum. Bartolus.

2. ¶ Si post diuortium res dotales deteriores factæ sint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omnimodo[l] detrimentum ipse præstabit.

Vir tenetur persequi seruos fugitiuos sine culpa suis expensis. Bartolus.

3. ¶ Si qui dotalium seruorum in fuga erunt, cauere debebit maritus,[m] se eos viri boni arbitratu persecuturum, & restituturum.

Locationi factæ per virum, vxor stare tenetur. ideo cauetur de interesse si contra fecerit. & pensio post solutum matrimonium spectat ad eam: & ideo vir cauet ei de restituendo si eam perceperit. Alexan.

4. ¶ Si vir in quinquennio locauerit fundú, & post primum fortè annum[n] diuortium interuenerit: Sabinus ait non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quàm si cauerit,[o] si quid præter vnius anni[p] locationem maritus damnatus sit, id se præstatum iri. Sed & mulieri cauendum, quidquid præter[q] primum annum ex locatione vir consecutus fuerit, se ei restituturum.

Oblatio debitoris purgat moram suam, & tollit omnem eius effectum. Alexand.

XXVI. IDEM *libro trigesimoseptimo ad Edictum.*

SEmel mora facta[r], si seruum dotalem postea offeréte marito † mulier accipere noluerit, & ita is decesserit:[s] non debebit[t] ei pretium eius maritus, vel heres eius: ne damnum sentiat, quòd postea offeréte[u] eo mulier accipere noluit.[x]

Licèt persona actoris mutetur, non tamen mutatur qualitas actionis, scilicet respectu conuenti. Barto.

XXVII. GAIVS *libro vndecimo ad Edictum prouinciale.*

SI post diuortiú mortua muliere heres eius cum viro parentéve eius agat: eadem videntur de restituenda dote interuenire, quæ ipsa muliere[y] agente obseruari solent.

Quod vir ab eius vxore potest exigere, in eius bonis non computatur & illud dicitur posse facere quod dicitur hic in textu ibi facere posse. & ideo in hoc compensatio nulla obiicitur mulieri. Bartolus.

XXVIII. VLPIANVS *libro primo Institutionum.*

FAcere posse maritus etiam

a ¶ *Iniussu.* i. sine iussu. *sic. ff. de orig. iur. l. ij. §. & quia.* Azo.

b ¶ *De peculio quidē.* & quandoque in plures: *vt. ff. de pecul. l. in bonæ fidei. & l. depositi. §. j. & not. ff. eod. l. si cum dotem. §. transgrediamur.*

c ¶ *Factas.* s. aget pater mandati, vel negotiorum gestorum: *vt. C. de rei vxo. act. l. j. §. sed nec ob impensas.*

d ¶ *Vel amotas.* & semper dic consumptas: vt habeat locum quod sequitur de compensatione.

e ¶ *Maius peculium.* quia iura[a] in se continet: *vt supra de pecul. l. quam Tuberonis. §. pen. & fin. & l. peculiũ nascitur.* sic & econtrario: *vt sup. de ind. l. si fideicommissum. §. tractatum.* Hu.

f ¶ *Præstandum.* sc. per compensationem. sed Hodie[b] huiusmodi cõpensatio est prohibita: *vt. C. de rei vxo. actio. §. sed nec ob impensas. & facit infra eod. l. si filio.* Accur.

g ¶ *Et culpa* sc. lata: *vt not. supra eod. l. si mora.* secundum Azo. & pro eo *supra de pigno. actio. l. creditor. & supra manda. l. si procuratorem. §. fin.* sed in vtroque subaudi, & culpa. Item pro eo supra *de rei vind. l. si post.* Sed ibi non tenebatur custodire possessor. Tu[c] ergo dicas & de leui: *vt not. supra eo. si constante. §. si maritus.* nam cum dicit hic, de dolo: subaudi, & lata culpa. cum ergo subiicit, culpa, de leui intelligitur: *arg. infra de leg. j. l. si quando.* potest[d] enim esse culpa si cessauit seruitutib. vti, & sic amissæ sunt: vt in dicta. l. creditor. & in aliis: *vt. ff. de edil. edic. l. redhibere. §. j.*

h ¶ *Iurauerit.* ¶ Ex hoc not. quidã quòd actio[e] ex stipulatu est arbitraria, licèt sit bonæ fidei: *vt. C. de. rei vxo. actio. §. sed & si nõ ignoramus.* Sed[f] hoc nõ sequitur, quòd ideo quia[g] iuratur in litẽ, sit arbitraria quia in omnibus bonæ fidei iuratur: *vt. ff. de in litem iuran. in actionibus.* & tamen constat quòd[h] nõ sunt arbitrariæ: nam omnia[i] arbitraria sunt stricti iuris. 2. ¶ Vel secundùm quosdam est species propria actionis: vt aliàs not. Azo. *vt Institut. de actio. §. præterea.* Item sunt hic & alia remedia: *vt. ff. de rei vindi. l. qui restituere. & l. si culpa. & l. quod si possessor.* Accur.

i ¶ *Inuitis nobis.* nisi ius habeat in re: *vt. j. de superfi. l. j. §. is autem* vel iustam causam retinendi: *vt. ff. commo. l. in reb. §. quod autem.* Azo. & infra *de acquir. possess. l. si quis rem.* H. *& facit. j. tit. ij. l. si cũ dos. §. fi. & l. sequen & C. de pact. l. fi.* Acc.

k ¶ *Res nostras.* spe, non re. *sic. ff. e. l. diuortio. §. si fundus. & l. si constante. §. si maritus.*

l ¶ *Omnimodo.* etiamsi apud mulierem erant futuræ deteriores: *vt. j. de lega. j. l. cum res. §. finali.* Alij ita demum, si non contigisset

a Peculiũ iure & actionib. augetur: vt per contrarium ære alieno minuitur.

b Compensatio in actione dotis hodie non est in usu.

c In dotalibus rebus maritus tenetur de dolo, lata culpa, & leui.

d In dotalibus rebus culpã cõstãte matrimonio, maritus admittit, si seruitutib. rei dotali cõpetẽtib. non vtitur, vel si eas passus est amitti, vnde colligunt. Dotalium rerum seruitutes maritum non posse alienare patiendo, sed nõ vtendo. *vt hic. & l. si maritus. ff. de fundo dotali.*

e Actio ex stipulatu an sit arbitraria, an bonæ fidei, an species propria actionis.

f Dotis actio nõ est arbitraria sed bonę fidei, cũ in ea iuretur in litem.

g Iuratur in litẽ in bonæ fidei iudiciis.

h Actiones bonæ fidei non sunt arbitrariæ.

i Arbitraria omnia sunt stricti iuris.

k Dotales res soluto matrimonio mulieris sunt spe nõ re, idque veteri iure Digestorũ hodie secus. vide Bartolum *in l. si mora. ff. ec.*

l Dotalium rerum periculũ post morã spectat ad virum. Quod si eodẽ modò res dotales erant perituræ apud mulierem, erit ne etiam illo casu mariti periculum? dic vt hac Glossa.

penes actorem: *arg. supra de peti. here. l. illud. in princi. & de rei vindi. l. item si. §. fina. & ad exhiben. l. de eo. §. si post. & deposi. l. si plures. §. fina. & de iure dot. l. si is qui. in princip. & quod met. cau. l. si cum exceptione. §. quod si homo.* H.

m ¶ *Maritus.* si culpa eius interuenerit, alioquin contra: *vt. ff. de rei vin. l. si à bona fidei. & l. seq. & depo. l. si sine.* Azo. *& insti. de diui. stip. §. j.*

n ¶ *Primum forte annum.* ex quo cœpit esse dotalis. H.

o ¶ *Cauerit.* s. mulier, secundum. H.

p ¶ *Vnius anni.* s. primi. eius enim anni omnino incõmoda debet sustinere vir: quia omnes fructus eius anni lucratur: *vt. ff. eod. l. diuortio. §. impendia.* Accursius.

q ¶ *Præter.* aliàs præter, aliàs propter.

SEmel mora.] CASVS. Soluto matrimonio marit[us] fuit in mora restituẽdi dotales res mulieri, postea pœnituit & obtulit seruũ dotalẽ & alias res mulieri. mulier autem noluit accipere, postea prædictus seruus decessit. Certè nõ tenetur maritus ad eius preciũ, cũ mulier fuerit in mora vltimò. nec etiam heres mariti tenebit: imò ipso iure liberati sunt. Viuianus.

r ¶ *Semel mora facta.* Imò non videtur, cum omissa fuerit instantia debiti repetendi: *vt. ff. de vsur. l. j. §. j.* Sed dic quòd facta fuit, sed postea fingitur[a] nõ facta.

s ¶ *Decesserit.* sine dolo & culpa mariti. B.

t ¶ *Non debet.* ipso iure: *vt. j. de solu. l. qui decem. §. & sané.* & dic vt ibi.

u ¶ *Offeréte.* opportuno[b] loco & tẽpore: *vt j. de sol. l. si solutus.* idẽ est si aliis[c] modis purgetur mora: puta quia sibi promisit animo nouandi, vel etiam non animo nouandi, tetamen præsente: *vt. d. l. qui decẽ. §. j. & ij. & ff. de cõdi. fur. l. parui.* H.

x ¶ *Noluit.* facit. *ff. de peri. & como. res ven. l. illud. & de consti. pecu. l. sed & si alia. & infra de ver. obli. l. si ita quis. §. Seia. & j. quorum lega. l. vlti. §. fi. & de oper. no. nun. l. prætor. §. si aliquando. & supra eo. l. si mora.*[d] quia vltima[e] mora nocet. Accursius.

SI post diuortium.] CASVS. Soluto matrimonio mulier decessit. vnde herés mulieris agit contra maritum ad dotem, & vult eũ facere condemnari in solidũ, cum non sit soluendo. Certè nõ potest. eadem enim videntur restituenda &c. vt dicit litera. Viuia.

y ¶ *Muliere agente.* hoc quo ad partẽ coniunctã: *vt. ff. e. l. rei iudicata. §. fin. & j. de re iudi. l. sicut. in prin.* Pars autem agens aut est extraneus heres, & non habet priuilegium: *vt. C. de pri. do. l. j.* aut de filiis, & tunc sic: *vt. C. qui pot. in pig. habean. l. fina. §. exceptis.*

FAcere.] CASVS. Dictum est supra eod. l. maritum. quòd maritus non potest condemnari nisi inquantum facere potest cum non est soluendo, & mulier agit contra eum ad dotem soluto matrimonio. hîc autem dicitur quòd in illo quod potest facere, etiam illud computatur quod debet à muliere recipere: veluti quia expendit aliquid pro ea constante matrimonio in res dotales fortè vtiliter vel necessariò, vel etiam mandato mulieris.

† Concor. Gl. super verb. cureat. ibi, contra mora potest purgari in c. bit quidam. extra de de.

a Diem pro hõmine interpellare quod dicitur, locũ nõ habet in die nõ legali aut nõ tacita. de quo vide Socinum regula, Dies 90.

b Oblatio facta opportuno loco & tempore purgat morã.

c Mora purgatur nõ modo, oblatione iusta sed & promissione animo nouandi: vel etiã non nouandi, re tamẽ præsente.

d Limitabis hanc Glo. per l. si per emptorem. causa iua Glos. ff. de act. emp. vt non procedat quando prior morosus commiserit dolum vel negligentiã in prima mora, de qua v. Glo. in l. hominem. ff. manda.

e Mora vltima nocet.

mulieris vnde si cõputato isto quod debet ei mulier, bene potest sufficere substãtia sua ad soluendam dotem deducto ne egeat: illa debita debet mulier remittere. secus autẽ si esset pro muliere alicui obligatus sub conditione: quia nõ videtur ei abesse illud quod postea debet sub conditione. vnde non habet eam obligatam ad illud: & sic quantùm ad hoc non videtur facere posse. Viuianus.

id videtur[a] quod à muliere consequi[b] potest: scilicet si iam ei aliquid absit quòd pro muliere aliquid expendit, vel mandato eius præstitit. Cæterùm si nondum ei abest, vt puta sub conditione[c] est obligatus: nondum videtur facere posse.

a ¶ *Videtur.* quasi dicat, id computatur in facultatibus viri. Azo.

b ¶ *Consequi potest.* de iure & de facto: alioquin est contra. s̄. *de dolo. l. nam is.* Azo. & *facit s̄. eod. l. si filio. in princ.*

c ¶ *Sub conditione.* secus si purè: *vt. s̄. de nego. gest. l. si quis mād. vt. & l. y. in fin.* hoc tamẽ casu mulier cauet: *vt. j. eod. l. cum mulier.* Alij exigunt hic cum condemnatum. *arg. C. mā. l. si pro ea.*

Pater appropriat sibi actionem de dote si ante matrimonium stipuletur, vel post tempore traditionis. aliàs secus, nisi filia ei consentiat. Bartolus.

XXIX. IDEM *libro tertio Disputationem.*

QVotiens* pater dotem dat, & stipulatur, ita demum in suam personam de dote actionem transfert, si ex continenti[d] stipuletur. † Cæterùm si interposito[e] tempore stipulari velit, non nisi consentiente filia poterit, quamuis in potestate sit: quia deteriorem conditionem in dote filiæ facere nõ potest, nisi consentiat. Planè si ante nuptias dotem dederit, poterit ex interuallo, ante nuptias tamen, & citra voluntatem quoque filiæ stipulari.[f]

Si extraneus stipulatur dotem, solutio facta vxori maritum non liberat. Barto.

* Exceptio ponitur regulæ traditæ, *l. 1. §. quid si in patris. l. eod. Dnor. hic.*

† Eo casu dos vxori solui tutò non potest: neque tali solutione maritus liberabitur. *v. Decium consi. 44.*

QVoties.] CASVS. Dictum est supra eod. l. ij. §. quòd si in patris. quòd si pater dat dotem pro filia, soluto matrim. actio dotis debet esse communis patri & filiæ: nunc ponit casum quo solus pater habet actionem, scilicet quãdo stipulatur à marito incontinenti, cùm ei dat dotem, eam sibi reddi soluto matrimonio. si autem ex interuallo stipuletur sine consensu filiæ, nihil agit. Sed quid si pater dedit dotem marito ante nuptias contractas? Certè quandocunque vult, ante nuptias potest stipulari: nec est ibi necessaria voluntas filiæ. [SI QVIS.] Titius dedit pro quadam muliere dotem Sempronio: & stipulatus est ab eo quòd quocunque modo matrimonium solueretur, sibi Titio dos restituatur. solutum est postea matrimonium & soluit maritus vxori dotem. Certè adhuc potest conueniri ab illo qui dedit dotem. Viuianus.

d ¶ *Si ex continenti.* tẽpore traditionis dotis: siue fiat traditio dotis tempore quo contrahitur matrimonium, siue post: *vt. C. de iure do. l. cum à socero.* si autem ante, tunc dic vt subiicit, planè, &c. ¶ Item no quia semper dicit hic, stipuletur. secus est si sine stipulatione paciscatur: *vt. C. de iure do. l. auia.* secus in extraneo: *vt ibi & C. de pact. conuen. l. j.* & est ratio vt in. l. auia. no. ¶ Et no. similia vbi stipulatio[a] tenet, & non pactum etiam ex continenti: *vt. s̄. de relig. l. quod si locus.* Accur.

a Stipulatio multis casibus tenet, vbi pactũ in continenti non tenet.

e ¶ *Interposito.* Non[b] ergo dicitur incontinenti fieri quicquid fit constante matrimonio super dote. M. contradicebat *per. l. qui negotia. supra manda.* Sed expone vt ibi. & dixi supra *de pact. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & facit. s̄. si cer. pet. l. lecta. §. dicebam. & de pac. do. l. cum dos. & l. obres. §. j. & de iur. do l. post nuptias.*

b In continẽti super dote fieri non videtur, quod fit constante matrimonio.

f ¶ *Stipulari.* nec enim dos nec dotis actio dicitur mulieri quæri, nisi solut.[c] matrim. cum non sit matrimonium: & sic paciscendo non nocet filiæ.

c Aliàs, secuto.

g ¶ *Ipsi.* sci. danti.

h ¶ *Solueretur.* quod pactum valet: *vt. s̄. de pact. do. l. obres. §. j & C. de pact. conuen. l. legem. & C. de rei vxo. act. l. j. § accedit.*

i ¶ *Competere.* econtra & maritum à muliere condicere posse vt indebitum: *vt. j. de sola. l. qui hominem. § si gener. H.*

NVpta.] CASVS. Nupta secundo viro bene potest petere dotem quam primo viro dedit. Fortè crederet aliquis contrarium: quia est in matrimonio, & dos non potest peti constante matrimonio. [QVOTIES.] Pro filia mea dotem promisi Titio marito suo. antequam soluerem ei dotem, solutum est matrimonium inter eos morte filiæ meæ: nunc ego ago contra maritum de dote. certè ad nihil aliud mihi tenetur. nisi vt me obligatione dotis liberet. & quod dixit ibi, dotẽ in patre pro filia promittẽte, idẽ in extraneo. circa quod audi talem casum: Extraneus promisit dotem pro quadam muliere Titio marito suo: & non fuit stipulatus ille extraneus dotem sibi reddi soluto matrimonio per maritum: vnde actio mulieri cõpetit. ipsa tamen decessit, & instituit heredem dictum extraneum. nunc agit ille extraneus contra maritum ad dotem. certè ad nihil aliud tenetur ei maritus, nisi vt liberet eum à dicta obligatione. Viuianus.

1. ¶ Si quis pro muliere dotẽ dederit, conueneritque vt quoquomodo dirempto matrimonio ipsi[g] solueretur,[h] postea maritus vxori dotẽ soluerit: rectissimè dicetur, ex actionem nihilo minus ei qui dedit contra maritum competere.[i]

XXX. IVLIANVS *libro sextodecimo Digestorum.*

NVpta[k] non † impeditur quo minus cum priore marito de dote experiatur. †

† quia hic dicitur ... pœna.

† & in ea priuilegia habet dotis. *Bart. hic.*

Non potest quis petere quod exactum cogetur reddere: sed satis est debitorem liberare Bartolus.

1. ¶ Quotiens* culpa viri[l] accidit ne dos à socero aut à quolibet alio qui mulieris nomine promiserat[m] exigeretur, si aut in matrimonio filia decesserit[n], aut materfamilias facta eum qui dotem repromiserat, heredem instituerit:[o] satis constat nihil amplius virum[p] præstare debere, quàm vt eos obligatione liberet.

* Coniunge. l. 6. de condict. cau. da.

Pro qua parte bona mariti publicantur, pro ea parte ad dotem fiscus tenetur. Bartol.

XXXI. IDEM *libro octauodecimo Digestorum.*

SI marito publico iudicio dã-

k ¶ *Nupta.* secũdo viro. & *facit supra de adm. tuto. l. tutores qui post. §. penul.*

l ¶ *Culpa viri.* multò fortius idem erit cum sine eius culpa hoc acciderit, quando periculum spectat ad mulierem, non ad virum: *vt supra de iure do. l. si extraneus. & l. promittendo. §. y. & §. si. H.*

m ¶ *Promiserat.* nec eá pactus fuerat sibi reddi: vnde mulieri quæritur actio: *vt. C. de rei vxor. actio. l. vnica. §. accedit.* Azo.

n ¶ *Decesserit.* & sic[a] non habet heredem: *vt. j. de castren. pecul. l. y.* Item idem si diuortium factum est, secundum Azo. *vt supra de pecu. l. deposuit. §. j.*

a Aliàs, hæres eiusdem esset conditionis, cuius erat defunctus.

o ¶ *Instituerit.* idem si ipsa promissori succedat: *vt supra de iure do. l. promittendo. §. fina.* Azo.

p ¶ *Virum.* nec[b] enim potest quis obiicere culpam ex qua lucrum habet: *vt supra de iure. do. l. cum in fundo. §. j.* Azo. & *facit supra de euict. l. Seia fundos.*

b Culpã is obiicere non potest, qui lucrũ habet.

SI marito.] CASVS. Quia maritus commisit in. l. Iuliam de vi pri. fortè, tertia pars bonorũ eius publicata est. & certè pro ea parte quæ publicata est, tenetur fiscus respondere non solum creditoribus aliis mariti, sed etiam vxori prædictæ. [SI PATER.] Promisi marito filię meę. cc. nomine dotis: & postea acquisiui pactum ab illo marito quòd donec viuerem, non inquietaret me super. c. de dictis ducentis. postea maritus fecit pactum cum vxore de lucranda dote soluto matrimonio. postea ego pater solui marito. c. de dictis ducentis. & postea solutum est matrimonium. volo agere contra maritum ad ducenta: certè non possum, quia non dedi nisi. c. Sed pone me decessisse. vult agere maritus contra heredes meos ex pacto de dote lucranda: certę bene potest petere illa. cc. quæ restabant à me soluenda. [SI VOLVNTATE.] Soluto matrimonio inter filiam meam & maritum suum, feci procuratorem vt repetat dotem à marito, cui procurationi filia consensit, & sic condemnatus fuit maritus procuratori. postea ego pater decessi. Certè actio iudicati ex dicta sententia debet dari filiæ meæ, & non aliis meis heredibus. [CVM PATRI.] Mulier quæ nupsit filio meo, mihi patri dotem dedit. postea solutum est matrimonium inter eos. & postea ego pater decessi institutis duobus heredibus purè, & filio meo prædicto sub conditione. mulier agit pro dote contra purè institutos: & ab eis recuperauit dotem pro ea parte qua heredes erant. certè maritus quondam suus idémque institutus à patre sub conditione, non tenetur ei dare adueniente conditione nisi superfluum dotis. & si soluat vltrà, non repetet à coheredibus. [SI FVNDVM.] Dictum est supra e. l. fructus. §. Papinianus. quod soluto matrimonio, pro ea parte anni qua stetit matrimonium, maritus debet lucrari fructus, & pro alia mulier. modo ponamus quòd mulier recepit fundum, & non recepit fructus pro ea parte anni qua non stetit matrimonium. certè adhuc petit dotem: quia

non est ei integrè soluta. sicut si peteret partum ancillarum, vel acquisita per seruos dotales. Viuianus.

a ¶ *Damnato*, casus ablatiui absoluti.

b ¶ *Aliqua*. puta tertia: & sic quota: vt lege Iulia de vi priuata: *vt. Cod. ad leg. Iul. de vi public. l. ij.* secus si certa res: *vt institu. de fideicommiss. hered. §. sed illud. & Cod. de sen. pas. l. si debitor.* Accursius.

c ¶ *Necesse habet*. vt *& C. eod. l. ij.* ipse autem maritus damnatus in ea parte non tenetur: *vt. Cod. de fideius. l. j. & facit. C. de bo. pos. l. si vt proponis. & C. de donat. inter vi. & vxo. l. si res.*

d ¶ *A se*. patre scilicet non petat gener. Accursius.

e ¶ *Egerit*. pater fortè. idē & in filia: *vt supra de iur. do. l. si extraneus.* Azo.

f ¶ *Non intelliguntur*. vt & *s. de pac. do. l. fi.*

g ¶ *Agere cœperit*. quia pactum[a] fuit personale: *vt. s. de pact. dot. l. cum pater. & l. obres. §. fina.* & matrimonium constabat adhuc. 2. Vel[b] pactū fuerat dotis lucrandæ ad alia centum quæ nō potuit petere à patre, quanuis promiserat: quia fecerat pactum de nōn petendo ab eo tantum.

h ¶ *Ista*. scil. alia centum, quæ pater non tenebatur soluere. Accursius.

i ¶ *Si voluntate*. quia si contra voluntatem datus: aut non ageret, aut filiæ non præiudicaret: *vt supra eodem. l. ij. §. j.* Accur.

k ¶ *Indicata*. secus[c] in iudicio operarum facta condemnatione: *vt infra de ope. liber. l. qui libertinos. §. sed si iam.* sed idem si sit tantùm lis contestata, vel non contestata: *vt eodem titu. si operarum iudicio.* ¶ *Et facit. Cod. de rei vxo. actio. §. & hoc.* ¶ Sed argu. contra *supra d quibus mod. pig. vel hypo. solu. l. sicut. §. si debitori.* Item facit infra *de iniuriis. l. sed si vnius. §. fina.* Accursius.

nato[a] pars aliqua[b] bonorum eius publicetur, fiscus creditoribus eius satisfacere necesse habet[c], inter quos vxor quoque est.

Dotem sibi pacto remissam pater non exigit soluto matrimonio. Bartolus.

1. ¶ Si pater, cum ducenta filiæ suæ nomine dotis † promisisset, pactus fuerit ne amplius quàm centum à se[d] peterentur, & soluto matrimonio egerit:[e] centum, de quibus conuenit ne peterentur, nec intelliguntur[f] dotis esse. quòd si mortuo patre cum herede eius maritus agere[g] cœperit, ista[h] quoque pecunia in dote erit.

Actio iudicati post mortem patris consolidatur in personam filiæ, sicut actio de dote. Bartolus.

2. ¶ Si voluntate[i] filiæ procurator à patre datus, litem de dote contestatus fuerit, & re secūdùm cum iudicata[k] pater decesserit: iudicati actionem filiæ[l] potius quàm heredibus patris dari oportebit.

Quatenus solutum est mulieri, eatenus vir à coheredibus eius non repetit. Bartolus.

3. ¶ Cum patri dos data esset, & ei filius ex aliqua parte heres sub conditione[m] institutus fuerit, & pendente conditione coheredes eius dotem pro sua portione mulieri soluerint[n]: hoc minus filius ex dote præstare debebit[o]: quoniam nullam actionem eius pecuniæ[p] recuperandæ gratia aduersus coheredes habet[q].

Fructus augent dotem: & ideo quod iuris est in dote, erit & in fructibus. Bartolus.

4. ¶ Si fundum dotalem recepisset mulier, non habita ratione † fructuum pro portione anni quo[r] nupta non fuisset, nihilo minus de dote[s] agere potest, quia minorem dotem recepisset. hoc[t] enim ad dotis augmentum pertinet: quemadmodum si partum ancillarum[u] non recepisset, aut legata vel hereditates quæ post diuortium[x] per seruos dotales adquisitę marito fuissent.

Qui promittit quod debet: intelligitur de debito cum effectu. h. d. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro secundo ad Vrseium Ferocem.*

SI prior maritus posteriori dotis nomine[y] tanquam debitor mulieris dotem promiserit: non plus quàm id quod facere possit[z], dotis futurum esse.

Adhibitus ad stipulandum dotem animo donandi, potest eam à marito repetere: licèt maritus ab vxore adhibente nunquam receperit, si tamen sibi successit in hereditate, quamquā hereditas non sit soluendo. h. d. secundum. Alexan.

XXXIII. AFRICANVS *libro septimo Quæstionum.*

QVæ dotis nomine certam pecuniā promiserat quosdam adhibuerat qui stipularentur partem dotis distracto matrimonio sibi solui. ea nulla data dote obierat, eodem marito suo herede relicto. is damnosam hereditatem eius adierat. nihilo minus stipulatoribus tenebitur[a], quoniam adeundo hereditatem debitricis, intelle-

[ADDITIO.] Solu. secundùm Bartolum, quòd quando quis videtur alteri consentire ex voluntate, videtur consentire heredi eius: vt in contrario. secus si consentit ex necessitate: quia tunc nō videtur consentire heredi. sic cessat ratio inferendæ necessitatis in heredem, quæ tamen erat in defuncto: vt hic.

l ¶ *Filiæ*. quasi ipsa procuratorem dedisset.

m ¶ *Sub conditione*. potestatiua. Vel dic, in defectùm eius exhèredatur. aliàs non valeret: *vt. j. de here. insti. l. suus.* Accur.

n ¶ *Soluerint*. sc. soluto matrimonio. Accur.

o ¶ *Debebit*. s. filius, cum fuerit heres. aliàs non teneretur: *vt. j. de do. præleg. l. ij. §. per contrarium.*

p ¶ *Pecuniæ*. s. vxori iam solutæ.

q ¶ *Habet*. scil. nunc: licèt si extaret matrimonium, & famil. ercis. ageret, etiam institutionis conditione[e] pendente nondum factus heres, posset: *vt supra famil. erciscun. l. si maritus. & facit in eo. titulo. l. si filia. & de do. præleg. l. ij. §. idem Iulianus. & l. pater. §. si post. & l. penul.*

r ¶ *Quo*. i. qua portione: vt sit figura synecdoche.[a] Azo. ¶ Et not. quòd fructus vltimi anni debent diuidi: *vt. s. eo. l. diuortio.*

s ¶ *De dote*. licèt non sit dos, sed dotis accessio. *sic supra commo. l. si vt certo. §. vsque adeo.* item dic vt not. infra *de verbo. oblig. l. Iulianus. §. j.*] ADDITIO.] Tu dic quòd illa lex nihil habet facere cum ista: quia ibi loquitur quando dos est soluta perfectè; sed in rem deficit aliquod ius: hic quando dos non est perfectè soluta. & de ista materia habes in l. non solùm. *§. eleganter. supra de dolo.* & per Cynum *in l. exhibitionis. Cod. de exhib. re.* secundum Bartolum.

t ¶ *Hoc*. id est fructus. Accursius.

u ¶ *Ancillarum*. secus in fœtu[b] pecorum, qui vt alius fructus diuiditur proportione anni: *vt. C. de rei vxo. actio. §. itaque.* sed partus[c] ancillæ non est in fructu: *vt. s. de vsufruct. l. vetus.* Arg. cōtra. *j. ad. l. Falci. Paulus respondit. §. j. H.*

x ¶ *Post diuortium*. vel constāte matrimonio, vel ante, cōtemplatione[d] tamen mulieris: *vt s. de iure dot. l. si legato. & l. si seruo. & de vsufru. l. sed & si quid donetur.* Azo. *& facit supra de rei vindi. l. ex diuerso. §. j.*

SI *prior.*] CASVS. Soluto matrimonio inter me & Titiam, ipsa nupsit secundo: & ei me delegaui in id quod ei debeo. certè non poterit à me exigere secundus vltra quàm facere possum deducto ne egeam, sicut nec ipsa posset. Viuianus.

y ¶ *Nomine*. aliàs gratia: aliàs nomine. Accursius.

z ¶ *Possit*. Imò insolidum cum secūdus maritus sit creditor mulieris: *vt infra de re iudic. l. Nesennius. circa princip. & de except. dol. l. pure. §. si eum. & de noua. l. doli. in prin. & supra de condi. ob cau. l. si donaturus. §. j. quæ sunt contra.* Solu. hic promisit prior vir secundo per[e] hæc verba, Promitto quod mulieri debeo: Ibi vero, Decem quæ mulieri debeo, vel, Quod ipsa mihi dedit in dotem *arg. s. de iureiuran. l. eum qui. §. si mulier. & de consti. pecu. l. iij. & insti. de lega. §. sed si vxori.* ¶ Quid autem si post hanc promissionem fiat non soluendo? Respon. vt supra *de iure. dot. l. si extraneus.* Accur.

QVæ *dotis.*] CASVS. Vxor mea promisit mihi. c. in dotem, & fecit stipulari Titium & Sempronium à me marito animo donandi eis dictam dotem, eis reddi solut. matrimo. postea mulier decessit antequam solueret mihi dictam dotem, & me heredem instituit, & ego eius hereditatem adiui, quamuis damnosam. nunquid teneor dicto Titio & Sempronio? Et dicitur quod sic. hereditas enim vxoris est apud eum loco dotis: & nedum prædictis satisfacere tenetur, sed & aliis creditoribus mulieris. Viuianus.

a ¶ *Tenebitur*. si animo donādi eis inter viuos fuerint adhibiti. si à tum stipu-

† Nullum est hic Tribon. flagitium, quod quidam notāt. nam Flor. verbum, gratia, per obliuionē calcographorum fuerat omissū vt inter errata impressionis ibi fuerat adnotatum.

a Pactum personale nō transit ad hæredē.

b Dotem soluto matrimonio maritus petere etiam potest, si pactū ei factū fuit de dote lucranda.

c Sentētiā seu per sententiam actio fit transitoria in hęredes in iudicio operarū, at non in iudicio dotum.

d Debitori cōsentiens cōsentire videtur eius quoq. hæredi. ergo hic filia consentiēs patri videtur consentire eius hæredi. Dic id esse verū in cōsensu voluntario, non necessario. Prius enim transit in hæredem, at nō alterum.

e vide quæ scripsi ad Glossam l. 2. j. si pars hæredit. petat.

a Synecdo.

† Contra l. 2. generali constitutione. §. qui autem. & Gloss. in verbo redditur. item facit Gl. super verb. fundatione. cod. ti. de edil. lib. 6.

b Fructus dotis mobilis, id est in rebus mobilibus consistentis, soluto matrimonio pro rata diuiduntur, & ita non fiūt vel mariti, vel eius hæredum, quos tamē eorū fieri eo spatio quo dos restituenda est. videtur velle Gloss. l. vnic. C. exactio in fin. C. de rei vxoriæ actione. vbi y. quæ scripsi.

c Partus ancillæ non est in fructu.

d Dotalibus seruis facta legata sunt mulieris, si eius contēplatione legata ea facta sunt eius seruis, vt hic. sed quid in dubio? dic vt per Bar. in. l. adiitione. j. de adquir. hæred.

e Repetita dicta censetur in stipulatione numerante indefinita, nō in ea quę certam quantitatem cōtinet. vt hinc colligit Bart. in. l. si Stichū. 1. §. legate. j. de nouationib.

tem stipulanti simpliciter promisit, præsumitur quòd non animo donandi: *vt supra de iure dot. l. mulier. §. fina. quæ est contra.* nam mulierum genus auarissimum est: *vt. ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. si stipulata.* & etiam quilibet præsumitur auarus: *vt. ſ. de prob. l. cum de indebito.* nisi[a] ratio sanguinis vel temporis aliud inducat: *vt. ſ. de proba. l. Procula. & de dona. inter virũ & vxo. l. si seruus communis.* vel vicissim factæ donationis: *vt. ſ. mand. l. si verò non remunerandi §. inde Papinianus.* & aliis casibus ibi not. & ita locum habet actio mandati. non autem teneretur maritus stipulatoribus, sed fieret inter eos compensatio. Si verò probatur animo donandi factum, in dubio præsumitur causa mortis: *vt. j. de leg. iij. cum quis decedens. §. nuptura. & de do. præle. l. Seia.* & hoc etiam potest sic intelligi: & ideo posset reuocari: *vt. C. de iur. do. l. ij.* Accursius.

gereretur secum pensasse[a*]: nec ad rem pertinere, quòd soluendo non esset hereditas, quando cæteris[b] etiam creditoribus teneatur[c].

Exceptio opposita à tertia persona cuius interest, obstat, & venit examinanda in iudicio: & habet processum impedire. Alexander.

XXXIIII. IDEM *libro octauo Quæstionum.*

Titia diuortium à Seio fecit, hanc Titius in sua potestate esse dicit,[d] & dotem[e] sibi reddi postulat:[f] ipsa se matremfamilias dicit, & de dote agere vult. Quæsitum est, quæ partes iudicis sint. Respondi, patri, nisi † probet filiam non solùm in sua potestate esse, sed etiam consentire sibi, denegandam[g] actionem: sicuti denegaretur etiam si constaret eam in potestate esse.[h]

Liberta quæ legitimè recedit à patrono, ab eo potest petere dotem. Bartolus.

XXXV. MARTIANVS *libro decimo Institutionum.*

Liberta quæ voluntate[i] patroni[k] decessit, de dote cum eo agere potest quam ei dedit.

Etiam si fiscus succedat vxori, non perditur priuilegium mariti. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS *libro secundo de adulteriis.*

Si maritus minus facere potest, & dos publicata[l] sit: in id quod facere potest, fisco *

a ¶ *Secum pensasse.* sic *supra de euict. l. si ei. in princip. & §. si is. & j. de fideius. l. si debitor. & infra eod. Mæuia.* Accursius.

b ¶ *Cæteris.* nisi fieret inuentarium: *vt. Cod. de iure delib. l. scimus. §. & si præfatam. & in Authent. de here. & Fal. §. si verò absunt. col. j.* sed in legato secus etiam iure veteri: *vt. j. ad Trebel. l. j. §. sed si is qui. & j. ad legem Fal. in ratione. §. quod vulgo. H.*

c ¶ *Teneatur.* dissimiliter tamen: quia cæteris tenetur in solidũ, his inquantum facere potest: *vt supra. l. proxi. & j. eod. l. si maritus.* Azo.

Titia diuortium.] CASVS. Pro filia mea dedi dotem Titio. postea inter eos solutũ est matrimoniũ. ego dico eam esse in mea potestate, sicque volo agere contra maritum ad dotem cum voluntate filiæ. mulier autem gerens se tanquam matremfa. dicit se non esse in mea potestate. Certè ergo pater debeo probare eam esse in mea potestate, & mihi consentire tacitè vel expressè, si volo admitti ad agendum. nam & si in potestate mea se confiteretur esse, non tamen agerem sine eius voluntate. Viuianus.

d ¶ *Esse dicit.* implorãdo[b] officiũ iudicis: *vt. j. de lib. exh. l. iij. §. hoc autem.* Azo. nam ipsa erat in quasi[c] possessione existentiæ sui iuris.

e ¶ *Et dotem.* s.[d] aduenticiam. nam profecticiam potest petere etiam si filia esset emancipata: *vt. ſ. de euict. l. pater. & de iure do. l. profecticia. §. fin.* secundum quosdam. sed secundum Azonem & H. etiam in profecticia optimè legi potest. Accursius.

f ¶ *Postulat.* quam perit si filia est in potestate pro qua dedit, etiã nullo pacto apposito. secus vbi datur pro emancipata: *vt. C. de rei vxo. act. l. §. accedit. & §. extraneum.*

g ¶ *Denegandam.* Primũ[e] probat eo[f] ipso quòd probat legitimã: *vt Instit. de pa. po. in princip.* Secundum[g] eo ipso quòd non habet causam contradicendi: *vt. j. eo. l. dotem.* ¶ Sed an Titia potest agere interim dum pendet iudicium de potestate? Respõ. sic, secundũ Azo. *vt. j. de lib. cau. l. ordinata. & facit. C. eo. l. filia. & ſ. e. l. ij. & ſ. de inoffic. testa. l. qui de inofficioso.* ¶ Nec obstat. *ſ. de proba. si filius.* quia hic erat in possessione libertatis filia: vnde patri incumbit necessitas probandi ibi non erat in possessione. Vel ei qui dicit, non ei qui negat, incumbit onus probandi. hic dicebat pater eam in potestate: ibi filius dicebat se liberum: quare probat.

h ¶ *Esse.* & illam non consentire. Accur.

a Donatio præsumitur ratione consanguinitatis inter donantẽ & donatarium. de quo v. Alciatũ l. præsumpt. 32. num. 2. à quo discessit Menochius. 2. de arbitr. Contur. 1. resp. 11. num. 9. & sequent.

* Id est non recusare secisse, de eo prius delibe rasse, vti solent facere, qui caute hereditates adeunt. Male igitur legit Accursius, se cõpensasse.

† atqui præsumitur filius esse in patris potestate, nisi probetur contrarium. v. l. si filius. ſ. de probat. l. si emancipati. C. de collat. Dic vt in Glo. j. in verb. denegandam.

* Et fiscus vtitur iure priuatorũ, maximè cum priuati alicuius succedit. l. item veniunt. §. in primis rerum. ſ. de pe. hered. l. cum quidam. §. fiscus. de vsur.

b Dotem aduẽtitiam & profectitiam, an & quomodo pater possit petere.

c Officio iudicis liberos nostros vindicamus.

d Quasi possidet quisque sei psum.

e Probatus legitimus, probatus intelligitur esse in potestate.

f Probatur esse in potestate, qui legitimus filius vindicanti probatus est, proinde emancipatio nõ præsumitur, nisi probetur.

g Cõsentire patri intelligitur quæ iustã contradicendi causam nõ habet.

Liberta.] CASVS. Accepi in vxorem libertam meam, & dedit mihi dotem. postea separauit se à me mea voluntate. Certè bene repetes à me dotem. Viuianus.

i ¶ *Voluntate.* secus si eo inuitò: *vt supra tit. j. l. finali.* Hug.

k ¶ *Patroni.* cui erat Nupta. *& facit supra tit. j. l. pen. & l. fi. & de rit. nup. l. filio. & l. matrimonium. & in Authent. de nup. §. distrahuntur. collat. iiij. & de sanct. epis. §. si vero collat. ix.* Item hodie[a] non fit diuortium consensu, nisi castitatis concupiscentia hoc fecerit, &c. *vt in Anthẽ. vt liceat mat. & auiæ. §. quia vero & consensu. col. viij.*

maritus condemnandus est: ne in perniciem[m] mariti mulier punita sit.

Non videtur filia contradicere, quæ iustam causam contradicendi non habet. Bartolus.

XXXVII. VLPIANVS *libro secundo Responsorum.*

Doté voluntate filiæ[n] videri patrem recepisse, cum causas cõtradicẽdi ei filia nõ haberet: maximè cum ab eo postea ampliore summa dotata sit.

Sponsalia contracta per patrem non extingunt ius petendi, dotem, vel retinendi filio competens culpa mulieris. Bartolus.

XXXVIII. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.*

Lucius Titius cum esset filiusfamilias, voluntate patris vxorem Mæuiam duxit: & dotem pater accepit. Mæuia Titio repudium[o] misit. postea pater repudiati absente filio sponsalia cum ea de nomine filij sui fecit. Mæuia deinde repudium sponsalibus misit, atque ita alij nupsit. Quæro, si Mæuia aget cum Lucio Titio quondam marito & à patre herede relicto de dote, & probetur culpa mulieris matrimonium dissolutum, an possit maritus propter culpam mulieris dotem retinere. Marcellus respondit, etiam si vt heres institutus à patre Titius conueniretur, tamen si sponsalibus non concensisset,[p]

Si maritus.] CASVS. Propter delictũ vxoris meæ dos sua quã habeo, est publicata. vnde soluto matrimonio fiscus agere potest contra me. certè non condemnabor ei, nisi inquantum facere possum. Viuianus.

l ¶ *Publicata.* delicto mulieris: quod[b] euenit quinque legibus: *vt. j. de bo. dam. l. iij.* Accursius.

m ¶ *Ne in perniciẽ:* vt. *C. de pœn. l. sancimus.* Item quia[c] non plus quàm mulier cui succedit, habere debet: *vt ſ. de vsur. cum quidam. §. fiscus & j. de reg. iur. l. in omnibus. §. non debeo. & facit. ſ. e. l. si constante. §. fi. & j. titu. ij. l. ad fiscum.* Ac.

Dotem.] CASVS. Soluto matrimonio inter filiam meam & maritum suum, maritus mihi patri restituit dotem, videns quòd ego eram legalis homo, & bonæ famæ: nunquid filia mea poterit, adhuc repetere? Et dicitur quòd nõ. secus si ergo nõ essem bonus homo. Viuianus.

n ¶ *Filia.* tacentis vel contradicentis. Azo. & Hug. nec[d] enim videtur cõtradicere, cum non habeat iustam causam contradicẽdi. sic non[e] videtur fieri quod legitimè non fit: *vt infra de re iudi. l. iij. §. condemnatum.* Argu. contra. *j. de no. ope. nun. l. j. in princip.* & aliàs fit[f] prò ratione voluntas *vt. C. de pact. con. super do. l. hac lege. & infra ad Treb. l. quia poterat.* hoc tamen est ratione communionis, & patriæ potestatis. ¶ Et est hoc optimum argumentũ contra renitentes[h] electionib. *& facit supra eo. l. ij. & l. si pater. & l. non solum. & l. si cum dotem. §. eo autem tempore. & ſ. de sponsa. l. sed ea quæ.* ADDITIO. Pro his iuribus vide Dy. in ca. quod semel. de regulis iur. lib. vj. ibi, item potest poni exemplum secundùm Bartolum.

Lucius Titius.] CASVS. Sempronia repudiauit maritum suũ Titium. postea pater mariti contraxit cum eadem sponsalia filio absente. mulier etiam renunciauit sponsalibus, & alij nupsit. reuerso marito eadem mulier agit contra eum ad dotem, cum sit heres patris mortui maritus. Dicitur quòd non tenetur maritus ei soluere. Viuianus.

o ¶ *Repudium.* meruit[i] ergo amittere dotem: *vt. C. de repu. l. consensu.* Azo.

p ¶ *Non consensisset* tacitè autem consentire non videtur: licèt[k] secus in filia: *vt sup. de spon. l. sed ea quæ. & l. filio.* ¶ Item quid si expressè consensisset? Respond. videtur ei præiudicari: *vt argum. infra ad legem Iuliam de adulter. si vxor. §. fina.* sed vbi non consensit, patris consensus ei non nocet, licèt sit heres: quia[l] consensus talis non est ex quo datur actio vel exceptio. Vel verius etiam si consensisset filius, non noceret: quia sponsalitia tantùm nõ ma-

a Diuortium nouo iure non fit mutuo consensu, nisi castitatis seruandæ causa.

b Dos quibus casibus publicetur.

c Hæres plus iuris in re, quàm defunctus habere nõ debet.

d Cõtradicere non videtur, qui iustam contradicendi causam nõ habet.

e Fieri non videtur, quod nõ fit legitimè. Imò fieri videtur, cũ pro ratione, in mul tis sufficiat voluntas facientis.

f Voluntas pro ratione in mul tis habetur: vt hic, & quoties quis suum defendit. aliàs voluntas non est pro ratione in rebus communibus, vel in his quæ alium lædunt.

g Dic ibi hæres in postulando se exonerat & iusti suo renunciat, hic mulier aliam volebat onerare.

h Electioni cõtradicens iuuisse. cõtradicere non videtur.

i Doté amittit quæ iniustum mittit repudiũ.

k Consentire sponsalibus à patre factis, eo ipso quod non cõtradicit, filia videtur. Quia filius cõsentire nõ videtur, vt hic. Dic potius filius ideo non videri cõsentire sponsalibus à patre factis, quoniam ignoraui sponsalia à patre cõtracta.

l Hæres factum defuncti plerũque ratum nõ habere potest, & ex.

trimonium fuit contractum: imò quod plus est, nec sponsalia videntur contracta, cum non durent: *vt. s. de in rem verso. l. si pro patre. §. versum.* & sic non obstat infra *de regulis. iuris. l. ex qua persona. & C. de rei vendic. l. cum à matre. quæ sunt contra.* hic ergo subaudi, maximè si non consensisset &c. Accur.

culpam mulieris multandam esse.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur. h. d. Barto. vel sic: Exceptio adulterij tollitur replicatione lenocinij, vel econtra cum agitur ciuiliter de dote vel donatione propter nuptias lucranda. h. d. concordat lex cum mulier. j. eod. Alexander.

XXXIX. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæstionum.*

VIro [a] atque vxore mores inuicem accusantibus, [b] causam repudij dedisse vtrunque pronuntiatum est. Id ita accipi debet, vt ea lege [c] quam ambo contempserunt, neuter vindicetur. Paria [d] enim † delicta mutua pensatione dissoluuntur.

Pater stipulando dotem, mandato filiæ videtur stipulari, & tanquam eius procurator: ex qua stipulatione, filia mortua sine liberis, agit pater vt heres filiæ. sed filia viuente ius agendi non residet in patre, Alexand.

XL. IDEM *libro vicesimooctauo Quæstionum.*

POst dotem † datam, [e] & nuptias contractas stipulatus [f] est pater * filiæ voluntate, diuortio facto dotem dari. si conditio [g] stipulationis impleatur, & postea filia sine liberis [h] decesserit: non erit impediendus pater quo minus ex stipulatu agat. viua autem filia si agere vult, exceptione summouendus erit.

Etiam pro dote soluta soluto matrimonio competit actio de dote. Alexander.

XLI. IDEM *libro trigesimoseptimo Quæstionum.*

SI pater ignorans filiam diuortisse, dotem ex causa promissionis numerauit: non per indebiti [i] condictionem, sed de dote actione pecunia petetur.

Mors ciuilis patris facit actionem de dote filiæ esse pro solido. Bartolus.

V*iro atque vxore.*] CASVS. Debes scire quòd si culpa mariti soluatur matrimonium, ipse amittit donationem propter nuptias. si autem culpa mulieris, ipsa amittit dotem: vt *supra l. proxi. & C. de repu. l. consensu. §. j. ij. respon.* Sed quid si vtriusque culpa soluatur? certè dicit hæc lex quòd compensantur ad inuicem delicta: & ita nullus amittit. Viuia.

a ¶ *Viro.* quondam. nam infra loquitur de repudio Hug.

b ¶ *Accusantibus.* [a] id est obiicientibus in ciuili causa. sic ponitur in Authent. *de san. episcop. §. si quis autem pro pecuniaria. sibi, accusata &c. colla. ix.* puta [b] in donatione propter nuptias, quam vir repetebat ab vxore: & dotis quam vxor repetebat à viro. sed vterque se tuebatur propter delictum alterius: puta mulier propter lenocinium viri, & vir propter adulteriũ vxoris: quod quidem posset quilibet eorum facere: *vt. C. de repu. l. consensu.* nisi obiiciens esset in pari turpitudine vel diuersorum criminum, vel eiusdem in quo vterque consensit: *vt infra eo. l. cum mulier.* Criminali autem accusatione instituta vindicta posci posset. nec enim vnus alium accusare prohibetur, nisi [c] cum idem perpetrasset lenocinium. tunc enim nil [d] Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego: *vt. C. de heres. l. quoniam. §. inter eas.* Accur.

c ¶ *Ea lege.* indefinitè dicit, lege. sic & aliàs. *s. de mino. l. auxilium. in fi. & in Authen. vt lice. ma. & aui. §. quia vero ita comperiuntur. coll. viij.*

d ¶ *Paria enim.* Not. delictum [e] cum delicto cõpensari; *sic infra ne quid in loc. public. l. j. §. idem ait. & de dolo l. si duo. cum concor. & infra quod vi aut clam. si item. §. si ad ianuam. & ne quis eum qui in ius voc. l. ij. & infra de adult. si vxor. in fin.* Sed ar. contra. *supra commo. l. rem mihi. §. in exercitu.* Accur.

e P*Ost dotem datam.*] CASVS. Pater [f] ex interuallo filiæ voluntate stipulatus est sibi soli dotem reddi facto diuortio sub hac cõditione si filia sine liberis decesserit. extitit cõditio diuortij, id est mortis, & liberorum defectus. nulla patri dotem repetenti obstat exceptio. sed si diuortij tantùm, non etiam mortis & liberorum defectus existat: patri sine filia agenti obstabit exceptio, nisi caueat rem ratam filiam habituram: vel causa cognita omnino sibi actio denegatur: *vt supra eodem. l. ij. §. penult. & fina. & l. si cum dotem. §. sed si latitet.* 2. Vel dic secundò diuortij tantùm fuisse conditionem appositam: & tunc pater si defuncta filia sine liberis ageret, non obstat exceptio: quia ad solum patrem recidit actio: & hic subauditur, maximè, vt statim dicam. Si verò filia viua agat pater, obst. exceptio inspecto tenore actionis ex stipulatu, quæ patri cum filia competit: sed quia pater postea sibi soli cõsensu filiæ est stipulatus primo [g] & secundo casu, replicatur: *vt. s. e. l. quoties. §. cæterùm.* Azo: 3. Vel tertiò dic quod volente filia fuit stipulatus simpliciter, non sibi: quo casu sibi & filiæ videtur stipulatus: vt perinde sit vt lex dicit, cum nullo modo est stipulatus: & sic est communis actio vtriusque. ¶ Argu. contra: *j. de verborum obliga. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus.* [h] *ibi sequens stipulatio.* & non datur replicatio patri. & secundùm hos tres casus, filiæ voluntate determinet hanc orationem, stipulatus est. 4. Vel quartò, filiæ voluntate determinet facto diuortio: & tunc non datur replicatio. 5. Vel quintò verbum dari, quasi dicat ad voluntatẽ filiæ mihi reddes: id est si ipsa tunc volet. Si ergo viuit, requiritur eius voluntas. aliàs si non consentiat, repellitur exceptione: sed ea mortua sine liberis, non est cuius requiratur voluntas. Sed si liberi extant, idem quod non requiratur alicuius voluntas, si dos est profectitia quæ sequitur me: alioquin requiritur voluntas liberorum. Si verò ponas quòd filia simpliciter consensit meæ stipulationi, & ego non apposui aliam conditionem nisi diuortij: quare impedirer agere facto diuortio etiam inuita filia. Accur.

f ¶ *Stipulatus est.* consentiente filia secundùm tres primos casus vel non consentiente filia secundùm alios duos.

g ¶ *Si conditio.* vna tantum, scilicet diuortij: non autem voluit filia quando pater agit, secundum omnes casus.

h ¶ *Sine liberis.* maximè. nam idem si cum liberis: & dos est profectitia, secundùm vnum casum. 2. Vel dic quòd hic casus fuit cõplexus in stipulatione secundùm primum. & sic non [a] facit pro Bul. qui dixit dotem reddi patri, etiam si liberi extant. & pro eo facit. *C. soluto matrimonio. l. dos. vbi de hoc not.* Sed pro Azo. facit *supra de pact. do. l. inter socerum. in prin. & §. ij. & j. de lega. iij. l. vxore. §. testamento & de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fin. §. & s. eod. l. si ab hostibus.* Accursius.

S*I Pater.*] CASVS. Promisi marito filiæ meæ dotem pro ea. antequam soluerem, factum est diuortium inter eos me ignorante. postea solui dotem marito. certè ad repetendam dotem non solùm habeo condictionem indebiti, sed etiam actionem de dote. Viuianus.

i ¶ *Non per indebiti.* imò indebiti: *vt. s. loca. si quis fundum. §. imperator. quæ est contra.* Sol. vt ibi & facit. *s. de iure do. l. quemadmodum. in fin. & de condic. inde. l. qui exceptionem. §. si.*

I*N insulam.*] CASVS. Dedi doté pro filia mea: & postea fui deportatus ex aliquo delicto: & postea solutum est matrimonium inter dictam filiam meã & maritum suum. Certè cum pro mortuo habeor, potest filia dotem repetere. Et idem est si sum deportatus post diuortiũ inter eos factum. [FRVCTVS.] Quandam ancillam in vxorem accepi, credens eam liberã esse: & ipsa mihi dotem de facto dedit: & ex illa dote habui fructus: & eos consumpsi in factis cõmunibus inter me & eam. postea dominus suus eam petiit vt suam ancillã, & vicit. nunquid poterit ille dominus petere à me marito putatiuo illos fructus quos percepi & cõsumpsi? Et dicitur quòd nõ. Sed quid si ego feci sumptus necessarios vel vtiles circa res dotales, nunquid repetam à dicto domino? Et dicitur quòd sic hoc modo quia si percepi aliquos alios fructus post solutũ de facto matrimoniũ, cum illis debeo cõpensare dictos sumptus quos feci: & illud quod est plus in sumptibus, petam à domino, & eos recuperabo. [VSVRAS.] Promisi Titio marito filiæ meæ. c. in dotem, & ei dedi. l. & feci pactũ cũ eo quòd si solueretur matrimonium inter eum & filiã meam, & ipse faceret moram in. l. restituẽdis mihi, eorum præstaret vsuras. & pro illis. l. quæ ei non solui, promisi ego genero vsuras donec tenerẽ. postea solutũ est matrimonium, & fuit in mora gener restituẽdi socero. l. quæ acceperat à socero. vnde socer petiit ab eo vsuras: gener dicit ei, Tu promisisti mihi vsuras pro illis. l. quæ mihi non soluisti. illas verò vsuras cõpenso tibi cum vsuris quas à me petis. nũquid potest hoc dicere & facere gener? Et distinguitur, aut aluit vxoré medio tẽpore ipse gener: aut pater mulieris. primo casu potest compensare: secundo non: quia non sustinuit onera matrimonij: vnde non debet habere fructus maritus. [AD VIRVM.] Pro quadam muliere extranea dedi dotem viro suo: & fui pactus cum marito suo eam mihi reddi soluto matrimonio. postea mulier diuertit à viro: vnde ego egi contra illum virum: & litem super eum fui cõtestatus pro dote: & postea mulier rediit ad virum. Certè non rumpitur iudiciũ: & eo iudicio stante non absoluitur maritus. Viuianus.

Deportato.

a Accusare pro agere ciuiliter.

† Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidẽ ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Cic. act. 5. in Verrem. & ibidem multa in eandẽ sententiam.

b Hypothesis huius legis.

c Paria delicta mutua compẽsatione tolluntur, siue circa idem factum versetur turpitudo, siue circa diuersa.

d Iudæus Iudæo, nihil Catilina Cethego obiicit.

e Compensatur delictum delicto: quæ sententia fallit in casu l. fi. in fi. & c. quod ibi not. docto. s. quod quisque iur. & in actione iniuriarum: quia non tollitur compensatione: sed quilibet agit pro sua: vt not. in. c. dilecti. extra de except. & in. §. pe. in fi. extra de adulter.

f Dotem stipulatus est voluntate filiæ pater, potest ne ad dotem agere inuita filia pater, sicut sub initio dotem fuisset stipulatus?

g Glossam hac parte corruptam esse notat Bartolus. hoc argumento, quòd in primo casu, cuius hic fit mentio non obstat exceptio. igitur non opus esse replicatione. Itaq. hanc Glossam ita legit, isto casu replicatur, quam tamẽ lectionem etiã idem reprehendit.

h Dic, ibi non intelligi personam extrinsecus, in quam verba stipulationis conferãtur: sed personã, cuius nomine stipulatio facta intelligitur, posse intelligi: vt hic, & etiã ibi probatur quod pater, quia libertus tenetur cedere procura. alieno nomine stipulatus: & hic tenet Dynus secundum Barto. hic.

† Per hanc l. [illegible] similiter in l. 3. §. quod si in patris. s. eo. dum dicit patrem non posse dotem profectitiam, nisi cum voluntate filiæ, petere. de quo leucte etiam ad. l. Adsia. C. de iure dotium.

* Videtur add. Sine. Nã Græc. leg. hic, contra voluntatem filiæ, quorum exemplar, & metaphr. sunt Flo. archetyp. inter dum docis.

a Dotis profectitiæ in causa, hoc est, in dote profectitia filiusfamilias hæredem habet ab intestato. vt hic. multo magis in aduentitia, cuius dominium illi quæritur pleno iure vide Baldum & Nouellũ. tract. de dote part. 1. ctaua priuileg. 10.

XLII. IDEM *libro quarto Responsorum.*

IN † insulá patre deportato,[a] qui doté pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet.[b] Post diuortium quoque patre damnato, qui quidem consentiente[c] filia non petierat, æquè dotis actio mulieris est.

Vir non lucratur fructus dotis putatiuæ: retinet tamen quatenus in vxorem consumpsit, & quatenus necessario vel vtiliter impendit. Bartolus.

1 ¶ Fructus[d] ex prædiis quæ in dotem data videbantur, bona fide perceptos, & mulieris oneribus ante causam liberalem absumptos, quamuis seruam fuisse postea constiterit, peti non posse placuit. Sumptus verò necessarios & vtiles[e] in prædia quæ dotalia videbantur factos, compẽsatis[f] fructibus perceptis[g] ad finẽ superflui[h] seruari conuenit.

Debitum hincinde ex causa vsuraria compensatur. Item marito non debentur vsuræ, qui nõ alit vxorem. Bartolus.

2 ¶ Vsuras numeratæ dotis[i] ex stipulatu pater in matrimonio defuncta filia si petat,[k] gener qui residuæ dotis promissæ fœnus stipulatus est, ita demum ad finem vice mutua debitæ quantitatis compensationem opponere iustè videtur, si propriis sumptibus vxorem suam exhibuit: alioquin si patris sumptibus exhibita sit, inanis vsurarum stipulatio[l] compensationi non proderit.

a ¶ *Deportato.* ante diuortium: quod apparet ex litera sequen.

b ¶ *Pertinet.* quia pater pro mortuo habetur: *vt. j. de contra tab. l. j. §. fi. & de bon. lib. l. necem. §. ij.* Hug.

c ¶ *Consentiente.* maximè. nam & idem vbi consentiente ea petiisset: *vt supra eod. l. si marito. §. si voluntate.* 4 Vel dic, non petierat cum effectu: id est non exegerat[a]. nam tunc secus esset. *& facit infra ad legem Falcidiam. l. pater filiam. in principio. & . j. eod. l. si cum dotem. §. si pater & infra eodem. l. in his. §. filia & l. si socer. in principio. & . C. de rei vxo. act. §. videamus. & de solu. l. qui hominem. §. si gener.* Accursius.

d ¶ *Fructus.* id est in eo quòd sumptus excedũt fructus, seruabit de dote: *vt. j. titu. l. quod dicitur.*

e ¶ *Et vtiles.* ad[b] perpetuam rei vtilitatem.

f ¶ *Compensatis.* soluto matrimonio. Vel dic etiam constante: quia nõ fuit matrimonium, nec habuit necesse sustinere onera matrimonij: nec lucrifecit fructus ea ratione quòd sustinuit onera, sed quia bona fide percepit.

g ¶ *Perceptis.* puncta, perceptis: & dic conuenit seruari ad finem, id est vsque ad finem. Accursius.

h ¶ *Superflui.* id est residui in quo sumptus excedit fructum: *vt supra de rei vindi. l. sumptus. & l. emptor. & facit infra titu. j. l. iij. & de dote præleg. l. j. §. impensæ. & supra eod. l. si cum dotem. § fina. & l. seq.* ¶ Sed quo iure seruatur? Respond. vt. C. *de rei vxo. act. §. sed nec ob impensas.* 2 Vel dic de iure exceptionis doli, cũm non fuerit dos: *vt d. leg. sumptus. & de petitio. hered. l. quod si sumptus.*

i ¶ *Numeratæ dotis.* pro parte dimidia: quia dimidiam dotem dedit socer, in qua restituenda est in mora maritus facto diuortio. Item alterius dimidiæ fuit gener vsuras stipulatus, quas modo compensat in vsuris illis quæ petuntur ex mora.[c]

k ¶ *Si petat.* ex mora: quia[d] iudicium bonæ fidei est: *vt. C. de rei vxo. actio. §. exactio.* 2 Secundùm R. quia stipulatus erat: quia hic dicit, ex stipulatu. Accursius.

l ¶ *Stipulatio.* qua socer tenebatur genero, si alterius dimidiæ differret solutionem. *& facit supra man. l. creditor. §. penultimo & de iure do. l. cum post. §. in domum. & de doli excep. l. fina. in principio.*

m ¶ *Non dissoluitur.* vt *supra de iure do. l. stipulatio.* nisi consensit denuo: *vt supra de pac. do. l. cum maritus. §. j. & facit supra eodem l. si mulier diuerterit. & supra loca. item quæritur. § j.*

SI *maritus.*] CASVS. soluto matrimonio maritus fuit condemnatus pro dote vxori in quantum facere potest. inuenit postea mulier quòd ipse habebat quosdã debitores qui debebant ei tantum quantum erat sufficiens ad satisfaciendum doti. certè non cogitur cedere mulieri actiones contra eos, cum facta cessione nihil ad alimenta sibi remaneat. & habeas in litera bis dictionem neque Viuianus.

n ¶ *Quantitatem.* scilicet concurrentia vel paris. Azo.

o ¶ *Amplius.* in bonis præter dicta nomina: quæ etiam nomina sunt ei necessaria pro victu.

q ¶ *Neque habebit mandare.* nisi[e] fortè talis sit, qui ex sua persona possit sibi quærere victum, *arg. j. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. sed si filius.* & secundùm hoc habeas bis neque. & tunc incipe soluere ibi, neque mandare &c. aliàs deest secundum neque & nõ est aliqua negatio: & tunc dic, id est nõ habet amplius, id est aliud necesse nisi mandare actiones postquam condemnatus est, cum nihil habeat vltra alimenta: & tunc recidit in idem cum prima. sed in hoc differt. quia incipit ibi soluere, neque amplius. 2 Vel aliter, nõ habebit amplius id est plus aliud necesse, nisi hoc, mandare actiones, secundùm Ir. & hoc si sint nomina sufficientia ad doté, & ad alimenta: & tũc similiter incipit ibi soluere, neque amplius. 3 Vel aliter, id est cum facta cessione nihil ad alimẽta sibi remaneat. & hæc communis est ad geminum neque, & ad vnicũ, secũdùm Ir. 4. Vel aliter: imò necesse habet si aliàs[a] habeat sufficiẽtia alimẽta: *vt. C. de rei vxo. act. §. cum autẽ ex. in fin. §. & . j. de ces. bo. l. qui bona. j. respon.* Azo. & hoc secundum Ir.

a Dotis exactio ne impeditur consolidatio fieri in filiam non per petitionem vel sententiam.

† Vide Græcos in hunc locum

b Dotis fructus compensantur cũ sumptibus factis ad perpetuam rei vtilitatem.

c Præscribi decennio huiusmodi vsuras tenet Baldus trac. de præscri. 4. part. 4. q. 56. huiusmodi, inquã, vsuras dotis non solutæ, quæ debentur tãquam interesse onerũ matrimonij.

d Dotis vsuræ regulariter peti possunt, & cur.

e Dotem maritus retinere potest, si opertis suis victũ quærere nõ potest, vt hîc. Quid si mulier ipsa nõ habet vnde viuat? præferẽda est hoc casu viro. quia certat de dãno vitando vxor, maritus de lucro captãdo. Cæterũ quo casu maritus retinere potest, non potest retinere ad victum pro sua dignitate, sed pro necessitate sustinenda. Azttim. 0 ad. Alexander.

Redintegrato matrimonio iudicium de dote inceptum per extraneũ, non dissoluitur. Bartolus.

3 ¶ Ad virũ vxore post diuortium reuersa, iudicium acceptũ ex stipulatione quam extraneus qui dotem dederit stipulat⁹ fuerit, non dissoluitur,[m] nec officio iudicis absolutio continetur.

Maritus non tenetur per restitutionem dotis actionem de dote cedere, si aliud ad vitam sufficiens sibi nõ remanet. Bartolus.

XLIII. SCÆVOLA *libro secundo Quæstionum.*

SI maritus in id quod facere potest condemnatus sit, & nomina sint ad dotis quantitatẽ,[n] neq; amplius[o],* neque[p] habebit mandare actiones.

Licèt socer succedat genero, non tamen filia perdit ius consolidationis: imò facta sui iuris agere poterit contra heredes patris sui, vel etiam contra ipsum patrem tanquam heredem mariti. Alexand.

XLIIII. PAVLVS *libro quarto Quæstionum.*

SI socer à genero heres institutus adierit hereditatẽ: quãdoque mortuo patre, cũ herede eius filiam de dote acturam[q] Nerua & Cato responderunt: vt est relatum apud Sextũ Pomponium Digestorũ ab Aristone[r] libro quinto. ibidem * Aristoni

SI *socer.*] CASVS. Pro filia mea dedi dotẽ Titio. Postea solutum est matrimoniũ inter eos. gener debitor dotis instituit socerũ heredem & postea socer obiit. certè aget mulier cum herede patris eiusdémque soceri ad dotem. sed & si viueret pater, & filiam emãcipasset, ageret cũ eo filia. [LVCIVS TITIVS.] Promisi pro filia mea. c. in dotem Caio Seio, & postea ab eo acquisiui pactum ne me viuo ageret ad dotẽ. postea solutũ est inter eos matrimonium: & ego pater decessi, & exhedaui filiam meam prędictam, & duos alios mihi institui: vnde mulieri soli conuenit dotis actio: maritus tenetur ei cedere actionẽ contra heredes soceri, qui non soluerat adhuc decem marito propter pactum supradictum inter eos appositum. vel si velit maritus quondã facere hanc gratiam mulieri, vt ipsa exigat ab heredibus soceri dotem, & mulieri det: bene potest hoc facere. & si eo agẽte contra dictos heredes ipsi excipiant de dolo, dicẽdo, dolo facis quod tu petis à nobis quod tibi nõ debet remanere, imò debes restituere: ipse poterit replicare & dicere, illud quod vos dicitis, esset verum si vobis deberem restituere: sed ego debeo restituere vxori meæ quondam: vnde vestra exceptio nihil valet. si autẽ concederes eos posse taliter contra maritũ excipere in nostro casu cũ fuit factum diuortium ante mortem patris, oportebit te concedere in alio casu, scilicet quando diuortium fuisset factum post mortẽ patris eiusdémque soceri. quod vltimũ sine dubio nõ debet cõcedi: quia mortuo illo socero nata fuit marito actio de dote contra heredes cõstãte adhuc matrimo. prædicto: vnde per diuortiũ nõ tollitur ei. quod autẽ dixi in filia exheredata, idẽ erit, pro parte instituta. nã coheredes mulieris cõueniet maritus pro hereditaria parte ad dotẽ, & mulieri restituet aut cedet actiones contra eos. Viuia.

q ¶ *Acturam.* Ergo aditio[b] hereditatis debitoris pro solutione non habetur. alioquin filiæ, cum causam contradicendi non haberet denegaretur actio: *vt supra eo. l. dotem.* ¶ Sed contra. j. *de fideius. l. si debitori.* Respon. illud respectu succedentis tantùm dici. Azo. Item quantùm ad fideiussorias & accessorias obligationes, non quantùm ad alias: *vt. j. de fideius. l.* Vranius.

r ¶ *Aristone.* retulit Aristo quòd ita Pompo. dicit & consentit, & confirmat dictum Pomponij.

a Maritus conuenitur in solidũ, si ipse ne artifex aut eius liberi, ita vt victũ sibi possit quærere illo artificio. vt hîc. *simile est. l. si quis argentum. 35. §. sed et si quis. in verb. quantum donauit. C. de donat.* hoc tamen casu cessionis beneficio vti potest. v. *Bruniun trac. cessionis bonorum. 1. quæst. 22. ibi decimus tertius casus.*

* Vulg. neque amplius habebit, neque mandare actiones debebit. Duatenus vtriusque lectionis sentẽtiã exponit, & ferri posse docet. mihi autẽ sic videtur emendãdum. si nomina sint ad dotis quantitatẽ, neque amplius habebit mandare actiones. quomodo & Græci videntur legisse, id est si duntaxat nomina in bonis mariti reperiantur, dotis tamen ea in solidum sed vsque ad dotis quantitatem cedere debebit. Cont.

* Vbi idem.

b Aditio hereditatis an habeatur pro solutione.

consensit.[a] Ergo dicerem[b] &[*] si emancipasset pater filiá, ipsum quoque conueniri[c] posse.†

Qui petit illud quod restiturus est alteri quàm ei à quo petit, dolo facere non videtur. Bartolus.

I. ¶ Lucius Titius filiæ suæ nomine centum doti† promisit Gaio Seio: & inter Gaium Seiú & Lucium Titium patrem mulieris conuenit, ne dos à viro viuo Lucio Titio, id est patre mulieris, peteretur.[d] postea culpa mariti[e] diuortio facto, solutum est matrimonium: & pater mulieris decedens alios heredes instituit, filia exheredata. Quæro, an ab heredibus soceri maritus exigere dotem potest, cùm eam mulieri redditurus[f] est. Respondi, Cùm filia, aliis à patre heredibus institutis actionem de dote sua recuperanda habere cœperit,[g] necesse habebit maritus aut exactam dotem aut actiones ei prestare: nec vllam exceptionem habebunt soceri heredes aduersus eum: cum absurdè dicitur,[h] dolo videri[i] eum[k] facere, qui non ipsi[l] quem conuenit, sed alij[m] restiturus petit. Alioquin & si post mortem patris diuortisset nondum exacta dote, excluderetur[n] exactione dotis maritus: quod non est admittendum.[o] Sed & si ex parte filia heres patri suo exstiterit, debebit maritus coheredes eius pro parte[p] virili exigere, & mulieri reddere, aut actiones ei præstare.

a ¶ *Consensit*. scil. Pompo. ¶ Et not. quòd pater[a] & filia videntur esse duo rei stip. ergo licet vnus succedit debitori, nihilominus in persona alterius in suo statu remanet obligatio: *vt infra de fideius. l. Vranius.*

b ¶ *Dicerem*. locus[b] à pari. ¶ Nota soli[c] filiæ competere actionem cum fuerat emancipata, quæ fuerat ante communis: *vt. Cod. de rei vxo. act. §. videamus.* sicqúe ambulat de patre in eam, vel de communione in proprium filiæ. *sic. s. de vsufruc. l. adhuc. §. si operas.* Accur.

c ¶ *Conueniri*. actione de dote, venia petita: *vt. s. dixi.* Sed si[d] est in potestate constituta, non potest contra patrem intẽtare actionẽ aliquam communi iure, etiam cum venia: *vt C. de in ius voca. l. qui in potestate.* Sed de æquitate iudicis offi. cõsulitur filiæ, cum paternum[e] sit officiũ dotare filias: *vt. s. de ritu nup. l. qui liberos. & C. de do. pra. l. fina. & de rei vxor. act. Authent. sed quamuis.*

d ¶ *Peteretur*. ne vir peteret. quod pactum valet:[f] *vt & s. eod. l. si marito. §. j. & de pact. do. l. cum pater. & l. ob res. §. fina.*

e ¶ Mariti. & ideo donationem propter nuptias amittit, & dotem promissam exigit, quã tenetur restituere. Accursius.

f ¶ *Redditur*[?] *sit*. Imò videtur contra, cum ei imputari non possit quòd patrem mulieris non conuenerit: *vt. s. de iure do. l. si extraneus.* cum ergo dotem non habeat, nec culpa potest ei obiici quòd non habet, non potest cõueniri ex culpa sua: *vt. j. eo. l. Mænia. j. respon.* longè minus potest ei obiici cur patrẽ si viuat nunc non cõueniat, cum nec posset propter pactum. Sed respond. hîc contemplatione dotis filia exheredata fuit: vnde dos ei legata videtur: *vt supra de rei vindi. l. emptor. §. ancilla. & j. de heredi. insti. l. qui volebat.* ideoque ex patris voluntate imputatur marito, quod aliàs non imputaretur, cur patrem non conuenit. Vel melius etiam non legata dote agit filia: quia ad eam transit actio: *vt. Cod. de rei vxo. actio. l. vnica. §. videamus.* nec imputatur marito quòd patrem, sed quòd heredes patris non conuenit insolidum. Azo. Vel actiones non cedat: *vt. s. de pec. l. quod debetur in fin.* Azo.

g ¶ *Cœperit*. nec enim habet eam patre viuẽte quantùm ad exercitium, quia est in potestate: sed habet eam mortuo patre: *vt. C. de rei vxo. act. §. videamus.* Accur.

h ¶ *Dicitur*. s. marito. Azo.

i ¶ *Videri eum*. sc. cum petat id quod restiturus est.

k ¶ *Eum*. maritum. Accur.

l ¶ *Ipsi*. sc. heredi soceri.

m ¶ *Sed alij*. regula ergo quæ dicit, Dolo[g] facit qui petit quod restiturus est, locum habet quando eidem: *vt. j. de excep. do. l. dolo. & j. de regu. iur. in condemnatione. §. fina.* & in possessorio: *vt infra de Carbo. edict. l. iij. §. causa.* non quando alij. & dic alij scil. mulieri.

n ¶ *Excluderetur*. scilicet cum fuerit actum quòd post mortem posset petere.

o ¶ *Amittendum*. scilicet excludi maritum.

p ¶ *Pro parte virili*. id[a] est pro numero personarum. *vt. C. de cadu. tol. §. sin autem. leg. & infra de leg. præstan. l. virilis.* Sed videtur pro hereditaria tantùm: *vt. C. de bo. aucto. iudi. pos. l. si vxor. contra* Respon. hic propriis nominibus expressis damnati fuerant soluere dotem: & ideo pro virilibus tenentur: *vt infra ad Trebell. l. nonnunquam.* Azo. *& de leg. j. l. si heredes.* Vel dic quod æqualiter omnes instituti erant: & sic pro hereditaria portione. sed si inæqualiter, similiter pro hereditaria portione.

Ex pacto aui materni dotem dantis, soluto matrimonio actio quæritur mulieri. Bartolus.

XLV. IDEM *libro sexto. Quæstionum.*

GAius Seius auus maternus Seiæ nepti, quæ erat in patris potestate certam pecuniæ quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit: & instrumẽto dotali huiusmodi pactum & stipulationem complexus est, Si inter Lucium Titium maritum & Seiam diuortium sine culpa mulieris factum esset, dos omnis Seiæ vxori † vel Gaio Seio auo materno redderetur, restitueretúrque. Quæro, cùm Seius auus maternus statim vita defunctus sit, & Seia postea sine culpa sua diuorterit[q] viuo patre suo in cuius potestate est: an, & cui actio ex hoc pacto ex stipulatione competat: & vtrum heredi aui materni ex stipulatu, an nepti. Respondi, in persona quidem neptis videri inutiliter stipulationem esse conceptam, quoniam auus maternus ei stipulatus proponitur. Quod cum ita est: heredi stipulatoris, quandoque[*] diuorterit mulier, actio competere[r] videtur. Sed dicendum est Seiæ posse[s] dotem solui, quamuis actio ei directò non competat, ac si sibi aut illi dari auus stipulatus esset. Sed[*] permitteddum est[t] nepti ex hac auita conuentione, ne commodo dotis defrudetur †, vtilem

GAius Seius.] CASVS. Seia in potestate patris existens habebat auum maternum, qui auus marito dictæ puellæ, scilicet, Lucio Titio dedit c. nomine dotis pro ea: & fuit stipulatus vt soluto matrimonio dos restitueretur Seiæ nepti suæ, vel ipsi auo. postea decessit hic auus, & solutum est post ea dictum matrimonium. quæritur, quis debeat habere dictam dotem? vtrũ heredes aui materni, an dicta neptis? & certè cùm hic auus neptem non habuit in potestate, & ita ei erat extranea, non potest petere ipsa dictam dotem: sed soluere ei posset maritus si vellet. & hæc vera sunt de stricto iure: sed de æquitate, & nuptiarum fauore, personarúmque affectione, & quia pro dote neptis agitur: vtilis dictæ nepti tribuitur actio ex pacto dicti aui ad repetendam dotem à viro suo. Viuianus.

q ¶ *Diuerterit*. quia vtile per inutile non viciatur: *vt supra si certum peta. l. certi condictio. §. quoniam.* Azo.

r ¶ *Competere videtur*. Imò nullo modo videtur, quia sua persona potius ad solutionem, quàm ad obligationem videtur inducta: *vt infra de verborum obligat. leg. eum qui ita. §. qui sibi* respond. persona huius aui eiusdemque stipulatoris ad obligationem potius videtur adhibita: quia sibi potuit stipulari. secus in extraneo, cùm dico mihi aut illi: quia ei stipulari non possum. id enim præsumendum[b] est quod de iure fieri potest: *vt not. supra de condict. indeb. leg. si procurator. §. Celsus.* Accursius.

s ¶ *Posse solui*. Imò videtur quòd non, cùm ad obligationem persona Seiæ fuerit posita: *vt infra de verborum obligat. eum qui §. quòd si sol.* sed hoc speciale: imò & actio datur, quod plus est, vt subiicit, sed & permittendum. &c. Accursius.

t ¶ *Sed & permittendum est* scilicet de æquitate. nam quod dictum est, verum est de rigore iuris, *vt hic sequitur: & C de pact. conuent. l. si pater. & argu. infra de aqua plu. arcen. l. secunda. §. item Varus in fine. §.* ¶ & sic non obst. infra *de verborum obligat. l. stipulatio ista. §. alteri. quæ est contra.* ¶ Item contra[c] infra *ad Trebell. l. debitor. §. ea.* Solu. ideo neptis agit ex pacto aui materni, quia ageret in hoc casu nulla facta mentione conuentionis: *vt infra de vulg. & pupil. substitut. l. si filius.* non autem sic ageret mater ex pacto filiæ, vt ibi: quia nec ageret mater si nulla fieret à filio pactio. ¶ Item contra. C. *de iure dot. l. si genero.* Solu.[d] vt ibi. & facit. C. *ad exhib. l. si res &*

su pra

a Dotis actione & in causa, an & quatenus pater & filia sint duo rei agendi.

b Argumentũ à pari.

c Dotis actio quæ antea cõmunis est patris & filiæ, filiæ fit propria, postquam eae mancipata est.

* Ego dicerem.

† Cicer. Gl. post prin. super verb. transmisisse. extra qui fil. sint leg. & c. quaritur pater. 2. q. 7.

d Dotis actione filiafamilliás agere potest ad uersus parentẽ, implorato iudicis officio.

† Flagitiũ Triboniani in hac locutione notant quidam.

e Dotare filias paternũ est officium.

f Pactum valet per quod fit deterior conditio dotis in pręiudiciũ mariti. v. Ioan. Campeg. trac. de dote. par. II. 4. q. 1.

g Dolo facit qui id ab aliquo petit qd eidem restiturus sit: secus si id petat, qd alij restiturus sit.

a Pars virilis dicitur, quæ pro numero personarum copetit.

† Vxoris in archetipo vt notat Taurellus in adnotatis.

* quãdocunq.

* Sed & permittendum esse.

† Sic veteres dicebãt. defrudo, non defraudo. Nonius notat. Terent. Phor. meũ defrudans geniũ cõparsi miser.

b Præsumere semper ea debemus, quæ iure fieri debent.

c Stipulatione extranei nõ hic adquiritur actio eo casu, quo nobis quęreretur stipulatione nõ interposita.

d Per ascendentem ex linea paterna, quæritur vtilis defẽdenti, etiamsi non sit in potestate.

supra de po.l.Publia.[a] *& infra de verb.oblig.l.quicunque.§.si quis ita.& .C.de do.quæ sub modo.l.quoties.* ADDITIO. Dic quòd ibi non ideo quæritur filiæ, quòd mater ei cessit: sed quia pactum fuit interpositum super re propria: & sic quæritur cuilibet extraneo. *vt.l.pe.C.ad exhib.*& per Bart.*in.l.stipulatio ista.§.si quis insulam: infra de verbo.oblig.*

a Pacto matris adquiritur filiæ, si modo id pactum interpositũ sit super re propria. Nã ita quoque adquiritur extraneo.

actionem. fauore[a] enim nuptiarũ, & maximè propter affectionem personarum ad hoc decurrendum est.

Legatum quod non potest capi, non potest in dotem compensari. Bartolus.

XLVI. IDEM *libro nono decimo Quæstionum.*

QVi dotem stipulanti vxori promiserat, eidem testamento quædam legauerat: ita tamen, ne dotem[b] ab heredibus peteret. ea quę legata erant, vxor capere non potuerat.[c] Respondi dotis actionem mulieri aduersus heredes non esse denegandam.

Siue maritus excipiat de adulterio vt dotem lucretur, siue criminaliter accuset: lenocinij replicatione vel exceptione repellitur. Alexan.

XLVII. SCÆVOLA *libro nonodecimo Quæstionum.*

CVm † mulier[d] viri lenocinio † adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores, quos[e] ipse aut antè corrupit, aut postea probauit?[f] Si tamen[g] ex mente legis sumet quis, vt nec accusare possit qui lenocinium vxori prębuerit, audiendus est.[h]

a ¶*Fauore.* Imò nullus fauor est: quia extraneo dante dotem, nec paciscente, vel minus legitimè paciscente (vt hic erat) debet dari mulieri actio: *vt.C. de rei vxo.act.§.accedit.* Sed hic iure pacti expressi petitur ibi taciti à lege inducti.

QVi dotem.] CASVS. Titia vxor mea mihi dedit.c. in dotem: & ego promisi ei reddere soluto matrimonio. postea feci testamentum: & legaui dictæ Titiæ campum Martium, qui capi ex testamento nõ potest: & dixi, pro hoc legato sis dote tua contenta. mulier videns se non posse habere legatum, petit dotem. certè benè potest. Viuianus.

b ¶*Ne dotem.* hoc nõ adiecto consequeretur vtrumque si esset capax: *vt.C. de rei vxo. act. §. primum. ver. sciendum.*

c ¶*Non potuerat.* vt quia legauit[b] ea quæ ædibus sunt affixa: *vt infra de leg.j. cætera.* Azo. *& facit supra de iure do.l.cum pater.*

d CVm mulier.] CASVS. Cum mulier soluto matrimonio repeteret dotem, vir obiiciebat quòd non poterat repetere, quia adulterium commisit: ipsa verò replicabat quòd eius consensu deliquit. certè lex ista iudicat quòd maritus non potest obiicere contra repetitionem dotis de adulterio. Sed nunquid eam de adulterio poterit accusare? Videtur quòd sic: quia legislator dixit quòd de adulterio nil potest tractari vel obiici cum dos repetitur: cum fauore dotis sit hoc inductum. poterit igitur secundùm hoc eam de adulterio accusare secundùm H. cum verbis legis non dicatur quòd non possit de adulterio accusari: sed solùm non posse obiici repetitioni dotis, de adulterio. Sed respond. quòd non potest. & hoc est ex mente[c] legis, quamuis non ex verbis: quia qua ratione non potest obiici mulieri repetenti dotem, de adulterio, quia vir fuit leno: eadem ratione non potest accusari si mulier excipit de lenocinio. Accursius.

e ¶*Quos.* scilicet bonos mores corrupit. Accursius.

f ¶*Approbauit.* scilicet malos. ¶ & sic verbum[d] semel positum diuersimodè sumitur: *vt supra si cer. peta.l. certi condictio.* ¶& dic corrupit consentiendo[e] ei, & approbauit ducendo damnatam adulterij, vt dicunt: *vt. C. de adulter. l. castitati.* secundum Azone. & H. Imò retinendo adulteram sciens: *vt infra eo. titu.l.si metu.in fine.& infra de adulte.l.si vxor.§.iudex.* ¶& not. non[f] reprobo quod probaui. *sic supra de neg.gest.l. Pomponius. & infra. de iniur. l. sed si vnius. §. primo in principio.* Accursius.

g ¶*Si tamen.* videbatur quòd non: quia in lege non continebatur nisi de dote super qua repetenda dicebatur nil posse obiici mulieri de adulterio. vnde videbatur secus esse in accusatione, quasi fauore dotis illud diceretur: non tamen est ita. & hoc est quod sequitur, si tamen &c.

h ¶*Audiendus est.* Exceptio[g] ergo lenocinij repellit accusantem de adulterio. Sed contra infra *de adul.l.ij.§.si publico.* Sol. hic non erat nomen accusati receptum inter reos. aliàs non repelleret virum,[h] *vt ibi.& eo.tit.l.si maritus.§.præscriptiones.* sed ambo punirentur: *vt eod.tit.l.si vxor.§.iudex:* sed extraneus receptus inter reos nõ audiretur excipiens de lenocinio: *vt.C.eo.tit.l.j.§.quis hoc*

† Cùm mulier adulterium cõmisit ex sese ac spõte sua nõ ex mariti lenocinio, maritus dotẽ lucratur, vt hîc, nisi sint ex eo matrimonio liberi. v. *Cremensem.singul.* quod quis facere paciscendo, non potest, id delinquẽdo facere nõ potest. *l. Imperator.j.de fideic.libert.*

† *Concor.c.si legitimus non fuerit accusator, per totum. extra de accu.& Gl.in.c. super verb. legitimus etiam per totum.*

b Ratio & mẽs legis lex ipsa. idcoque nõ cessante ratione legis, lex cessare non dicitur, *v.Bart. Nouell. de nupt. 22.§. si vero.*

c Legari non possunt ędibus adfixa.

d Verbũ semel positum diuersimodè sumitur.

e Corrumpere quis alium potest vel consentiendo, ducendo, retinendo.

f Reprobare non licet, semel probata.

g Hinc colligũt infamem testẽ esse non posse aduersus infamem. quod Gl. *in.l.ij.§.lege Iulia. ff. de testib.* non admittit. ibi dixi.

h Limitabis hanc Glos. *per nu. per Specu. in titu. de except.§. 1. vers. super exceptione.* vt procedat in libero tantum nõ autem in seruo, de quo v.Glos. *in.l.j.C.de adul.*

dicit & facit.C.de adult.l.ita.& .ff.e.l.viro. Acc.

SI dotali.] CASVS. Cum vxore mea feci pactum quòd si haberem liberos ex ea, & solueretur matrimonium inter nos, quòd remaneret apud me dos. postea habui filios, qui decesserunt, & ex eis remanserunt nepotes. Dicitur hic quòd bene possum dotem retinere. Viuianus.

Appellatione liberorum nepotes continentur Bartolus.

XLVIII. CALLISTRATVS *libro Quæstionum.*

SI dotali instrumento ita stipulatio interposita[i] sit, vt liberorũ nomine dos apud maritum resideat: nepotũ quoque nomine dos retinebitur.

Maritus non tenetur de periculo nominis si sibi culpa imputari non potest. Bartolus.

XLIX. PAVLVS *libro septimo Responsorum.*

MÆuia marito suo inter alias res dotis etiam instrumentum sodidorum decem tradidit: † [k] quo [l] Otacilius eidem Mæuiæ cauerat, daturum se, cum nuptum [m] ire cœpisset, decem † milia ex eo instrumento maritus nihil exegit, quia nec potuit.[n] Quæsitum est, si dos à marito petatur,[o] an compellendus sit etiam illam summam [p] quæ instrumento continetur, refundere. Respondi, potuisse quidem eum, cui actiones mandatæ sunt, debitorem conueniri, sed si sine dolo malo vel culpa exigere pecuniam non potuit,[q] neque dotis nomine eum conueniri posse,[r] neque mandati[f] iudicio.

i ¶*Interposita.* Apparet quòd propter[a] liberos non retinetur dos, nisi esset pactum. *sic supra de pa.do.l.si pater.* & sic est contra M. pro Ioan. Sed ipse M. dicit superuacuũ fuisse hoc pactum: *vt supra de distra.pig.l. quæsitum. §. fina.* Sed M.opi.præualet: *vt no. C.soluto matrimo.l.dos.* ¶Item not. hac.l. liberos[b] dici in infinitum. *sic infra de verbor.signific.l.liberorum.in princip.* Quinimò & filij[c] appellatione continentur nepotes: *vt eodem titu.l. liberorum.§.sed & Papi.& .l.filij.& de lega. iij.l. vxorem.§. concubina.* Sed arg. contra infra *de testa.tu.l.quòd si nepotes. & institut. qui da. tu. pos.§.fina.* ¶Item caue quòd hoc[d] pactum valet si decedat mulier: *vt hic, & in Authent.de nupt.§. dotes. coll. iiij. & de sanc. episcop.§. si verò constante.col.ix.* non si vir: *vt supra de pact. do.l.ij.* Si[e] autem fiat diuortium dic quòd valet si sint liberi, aliàs non: *vt infra de do.præ. l.j.§.j.*

MÆuia.] CASVS. Meuia cum mihi nuberet dedit mihi in dotem quasdam res, & vnum instrumentum in quo promiserat quidam Otacilius nomine eidem mulieri se daturum.x.cum ipsa nuberet. ego maritus constante matrimonio non exegi illa.x. & solutum est postea matrimonium. mulier repetit à me non solùm alias res dotales, sed etiam illa.x. quæ in dicto instrumento continebantur. Certè dicitur hic quòd si non potui exigere propter aliquam iustã causam, non possum à muliere conueniri actione[f] de dote vel mandati ad.x. prædicta. [FVNDVS.] Pater filiæ suæ nomine dedit mihi in dotem fundum æstimatum: quem fundum obligauerat pater cuidam creditori. ille creditor egit contra me maritum hypothe. & abstulit mihi fundum. postea solutum est matrimonium. vxor mea quondam repetit à me æstimationem dicti fundi. ego excipio, quia mihi est euictus fundus. & ipsa replicat dicens, ego non dedi tibi eum in dotem, imò pater meus: & ipse idem pater obligauerat creditori qui mihi (aliàs tibi) abstulit: & decessit dictus meus pater non instituta me herede: vnde propter suum factum non potes me repellere. Certè dicitur hic quòd dolus patris debet nocere filiæ, & non viro eius quondam: vnde repellitur à petitione. Viuianus.

k ¶*Tradidit.* scilicet in dotem, ex quo vir habet vtilem actionem: *vt.C.de act.& oblig.l.ij.* Accursius.

l ¶*Quo.* scilicet instrumento.

m ¶*Nuptum.* id est cùm iret ad nubendum siue contrahendum. sic dicitur, vado lotum f: & vado gestum. Azo.

n ¶*Nec potuit.* vel propter inopiam: *vt.ff.de dolo.l.nam is.* vel ob aliam causam. Accursius.

o ¶*Petatur.* soluto matrimonio, vel etiam constante in casibus in quibus peti potest etiam constante matrimonio.

p ¶*Summam.* scilicet illa decem. Accursius.

q ¶*Non potuit.* scilicet maritus soluto matrimonio.

r ¶*Conueniri posse.* vt h *supra de pact. dota. l.ob res.§. fina. & de fun.do.l.si fundum.in fi.& de iure dot.l.si extraneus.& supra eod. l.nupta.§.j.& arg.ff.manda.l.si procuratorem.§.fi.*

f ¶*Mandati.* potest mulier conuenire maritum soluto matrimonio.

a Dos propter liberos retinetur, etiamsi nõ sit pactum de dote illo casu retinenda vt id pacisci superuacuum sit.

b Liberi in infinitum dicũtur.

c Filij appellatione nepotes quandoque intelliguntur.

† Traditio instrumenti vim habet cessionis & mandati directorũ, si modò traditio fiat ex causa idonea ad transferendum dominiũ. aliàs si fiat ex causa administrandi, mandatũ si ex nostra causa, depositum intelligitur. *Bald.hic.*

† Hinc obseruabis mille sestertium ad vnius solidi seu aurei æstimationem reduci, & ita rectè interpretatum Iustinianũ verba legis Papiæ. *Inst. de successio. libertorum.*

d Dotis ppter liberos retinenda pactũ valet præmoriente muliere, nõ viro.

e Dotis ppter liberos retinendæ pactum, diuortio facto valet, si sint liberi.

f Supini significatio quæ.

g Dotalis debitoris inopia nõ imputatur marito.

Si prædium æstimatum in dotem datum sine culpa euincatur non debetur æstimatio mulieri. Bartolus.

L. ¶ Fundus æstimatus in dotem datus, à creditore antecedente ex causa pignoris ablatus [a] est. Quæsitum est, an mulier si æstimationem dotis repetat, [b] exceptione summouenda sit. ait [c] enim se propterea non teneri, [d] quòd pater eius dotem pro se dedit, cui [e] heres non extiterit. [f] Paulus respondit, prædio euicto sine dolo & culpa viri, precium petenti mulieri [g] doli mali exceptionem obesse. [h] Consequi enim eam precium fundi euicti euidens iniquitas est: cum dolus patris ipsi [i] nocere debeat.

Fundus æstimatus tali æstimatione quæ non facit emptionē, potest alienari muliere volente. Bartolus.

L. SCÆVOLA *libro secundo Responsorum.*

* AEstimatis rebus in dotē datis, pactum intercessit vt ex quacunque causa dos reddi deberet, [k] ipsæ res restituerentur habita ratione augmenti & deminutionis viri boni arbitratu: quæ verò non exstarent, ab initio æstimatio [l] earum. [m] quæsitum est cum res quædam quas maritus vendiderat exstarent, an secundum pactum & hę ad mulierem pertinerēt. Respondi, res quæ exstant, si neque volente, [n] neque ratum habente muliere venissent, [o] perinde reddendas atque si nulla æstimatio interuenisset.

LI. HERMOGENIANVS *libro secundo iuris Epitomarum.*

AEstimatæ [p] res vsû etiam mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur. [q]

Dos indebitè reddita condicitur. Bartolus.

LII. TRYPHONINVS *libro septimo Disputationum.*

MAritus dotem quam non accepit, post diuortium [r] per errorem soluit. repetet: quia non numeratam cauerat. [s] exigi enim ab eo non potuit. [t]

LIII. IDEM *libro duodecimo Disputationum.*

SI * filiofamilias dos data est, ipse quidē dotis actione tenetur: [u] pater autē eius de peculio. [x] Nec interest, in peculio rem vel pecuniam dotalem [y] habeat, nécne: sed quatenus facere potest, hic quoq; [z] cōdemnandus [a]

a ¶ *Ablatus est*. i. euictus. Accur.
b ¶ *Repetat*. à viro.
c ¶ *Ait*. sc. mulier.
d ¶ *Non teneri*. scil. de euictione. vel dic, id est non repelli exceptione. Accursius.
e ¶ *Cui*. s. patri.
f ¶ *Extiterit*. mulier.
g ¶ *Mulieri*. à viro.
h ¶ *Obesse*. Sed [a] cū potest agere de euict. dū dos fuerit æstimata: *vt* ꝫ. *de act. empt. l. creditor. §. prædium. & C. de iure do. l. auia.* quo modo excipit? Respōs. si excipiat, de euictione non aget, *vt hic*: sed actionē cedet: *vt* ꝫ. *eo. l. si socer. §. Lucius.* Si non excipit, de euictione aget: *vt. §. prædium* & sic eligat.
i ¶ *Ipsi*. scilicet filiæ, cū habeat causam lucratiuam. [b] & ideo debet [c] ei nocere dolus patris, si agat: vt diximus infra *de regu. iu. l. quod ipsi.* Azo. Item not. dolum patris nocere filiæ. *sic.* ĵ. *de iure patro. l. qui contra. & si quis ali. te. probi. l. j. §. j.* Arg. contra [d]. ĵ. *de Car. edic. l. j. §. ij. in fin.* [ADDITIO.] Solue vt no. *in l. diui fratres. infra de iure pat. &* per Dy. *in. cap. non debet aliquis. extra de regu. iur. lib. vj.* Sed quantùm ad propositum hic, dolus patris nocet filiæ, sicut dolus cuiuslibet extranei à quo quis causam lucratiuam haberet: *vt. l. apud Celsum. §. de auctore. de doli excep.* secundum Bartolum hic.

AEstimatis.] CASVS. Titia vxor mea dedit mihi in dotem quędam prædia æstimata. sed fecimus tale pactum simul, quòd soluto matrimonio reddam mulieri res dotales quæ extarent, & etiam deteriorationem earum: & quod ipsa redderet mihi si in aliquo eas meliorassem. Item contētum fuit in eodem pacto, quòd si quæ illarum rerum non extarent tempore soluti matrimonij, ego redderem ei æstimationem. postea ego alienaui quasdā de his rebus non consentiente mihi prædicta mea vxore, neque postea ratum habente: postea solutum est matrimonium. ex vi pacti vult mulier sibi restitui dictas res alienatas, vel vult reuocare à possidente. Certè dicitur hîc quòd bene potest, ac si non fuissent datæ æstimatæ. Viuianus.
k ¶ *Deberet*. i. si aliquid contingeret propter quod deberet reddi dos, quia sit solutum matrimonium. Accur.
l ¶ *Aestimatio*. præstaretur.
m ¶ *Earum*. sc. rerum.
n ¶ *Volente*. maximè. aliàs contra, *instit. qui. ali. li. in prin.* hæc enim æstimatio pro nulla habetur: *vt hic. & C. de iure dotium. l. si inter.* etiam quantùm ad alienationem: *vt supra de fun. do. l. quod si fundus.* Azo. Vel dic hoc casu posse [e] vendi consensu mulieris: *vt supra de pact. do. l. finali.* secus vbi [f] nulla est æstimatio, vel recidit ad nullam: *vt dictis. ll.* Item hod. ? videtur etiam in non æstimata posse vendi consensu mulieris: *vt in Authent. vt immo. antenup. do. ibi, & hæc multum, & c. collat. quinta.* Sed illud quo ad cætera idem quod in dona. propter nupt. non quo ad alienationem, & facit supra *de iure dotium. l. plerunque. in fine. & l. cum pater. §. cum res.*
o ¶ *Venissent*. i. venditæ essent à marito.

AEstimatæ.] CASVS. Mulier dedit mihi in dotem pannos suos: & fuerūt æstimati, sicut cotidie fit. postea destructi sunt muliere eos portāte. Dicitur hic quòd nihilominus teneor ei ad ęstimationem soluto matrimonio. Viuianus.
p ¶ *Aestimatæ res*. verè [g] scili. ab homine: *vt hic, & supra de iure dotium. l. plerunque. in principio. & l. cum post. §. penultim. & de dona. inter virum & vxo. l. mortis. §. j. & C. de iure do. l. cum dotem.* Vel à lege quia sunt res quæ vsu consumuntur: *vt supra de iure do. l. res.*
q ¶ *Efficiuntur*. id est si efficiantur, est mariti periculum.

MAritus.] CASVS. Sempronia nupsit Titio, & ei promisit dare dotem: non tamen dedit: & maritus ei promisit reddere soluto matrimonio. postea solutum est matrimonium, & petiit mulier ab eo dotem: & ipse existens intra tempora quibus potest opponere excep. non numeratæ dotis, & credens efficaciter teneri, soluit, cùm de iure nō teneretur. Certè repetere potest. Viuianus.
r ¶ *Post diuortium*. secus si constante matrimonio: quia tūc etiam acceptam repetit [a], sed restituit [b]: *vt. C. si dos constant. ma. l. j.* nisi in casu: *vt supra de iure do. l. quemadmodum.* aliud est si mulier vel alius credens se debere marito, soluit: *vt.* ꝫ. *de condict. inde. l. cum is. §. si mulier.*
s ¶ *Cauerat*. id est cōfessus fuerat se accepisse, quod nō receperat, nec tempora exceptionis erāt lapsa: quæ sunt. *C. de do. cau. l. fina. & Auth. ibi posita.*
t ¶ *Non potuit*. facit *supra ad Macedo. l. fi. & supra de pac. do. l. inter. §. j.*

SI filiofamilias. Primò [c] ponit vnum dictum communiter in patre & filio. Secundò in filiis tantùm tollit tres dubitationes. Tertiò in patre tantùm tollit vnum dubium. Quartò in filio tantùm tollit aliud dubium. secunda ibi, Nec interest. tertia ibi, Atqui. quarta ibi, At si cum filio. Bartol. [CASVS. Titius filiusfam. accepit vxorem, & ipsa dedit ei dotem sine iussu patris sui. postea solutum fuit matrimonium. ista vult agere ad repetendam dotem. Dicitur hic quòd filius tenetur ei insolidū: sed pater non, nisi de peculio filij quod habet apud se. Et quod dixi filium teneri in solidum, intelligas verum esse, siue habeat in peculio rem vel pecuniam dotalem, siue non. Sed quamuis teneatur filius in solidum, non tamen est condemnandus, nisi in quantùm peculium facere potest, sicut nec pater de peculio conuentus. & quantùm sit in dicto peculio, inspicitur tempore rei iudicatæ. quamuis autem fecerim similitudinem inter patrem & filium quantùm ad condemnationem, tamen quantùm ad aliud est inter eos quædam differentia: quia pater conuentus de peculio deducit quod sibi debetur à filio, vel quod debetur filiis vel seruis eiusdem patris à filio: filius autem insolidum conuentus in quantum facere potest peculium, non deducto aliquo ære alieno. Viuianus.
u ¶ *Tenetur*. insolidum, & iure ciuili. H.
x ¶ *De peculio*. id est peculiotenus, & iure prætorio. H.
y ¶ *Dotalem habeat*. scilicet filius qui conuenitur. tenetur enim vtrobique: sed [d] interest, si quæras an teneatur pater: *vt.* ꝫ. *de pecul. l. in bonæ fidei. & supra commo. l. ij. §. si filio.* Accursius.
z ¶ *Sic quoque*. scilicet filius.
a ¶ *Condemnandus est*. insolidum. i. nō deducto quod patri debetur, sed in tātū in quātùm facere potest: vt prædixi. ¶ Itē not. vltra peculiū: *vt subiicit. &* ꝫ. *de iud. l. si filius.* sed [e] in alia actione quàm dotis insolid: damnaretur filius etiā vltra peculium: *vt.* ꝫ. *de pec. l. si quis cum filio.* ¶ Sed quid [f] prodest hæc cōdemnatio, cùm pater possit statim filio adimere peculiū: & sic mulier nihil cōsequitur. Resp. prodest ad tria. Primò, quia pater potest cōueniri actione in factum de re iudic. de peculio: *vt supra de pecul. l. iij. §. sed & si filius. & de iudic. l. tam ex contractibus.* quod prius non erat: licet prima actio sit. Secundò, quia factus paterfamilias conueniretur, necamplius

[a] Dote euicta, in potestate est mariti, vel agere aduersus hæredes soceri, vel excipere contra mulierem.
[b] Dos respectu filiæ dotatæ, causa est lucratiua: mariti, onerosa: etiamsi fuit pactum de lucranda dote. v. Campegium de dote parte. 1. quæst. 33.
[c] Patris dolus filiæ nō nocet, causam lucratiuam habenti non onerosam.
[d] Dolus patris nocere nō debet filiæ.
* In vulg. est l. si æstimatis.
[e] Dos æstimata an vendi possit consensu mulieris.
[f] Nō æstimari, & recidere ad nullā æstimationem paria sunt.
[g] Dotis æstimatio fit vel ab homine, vel à lege.
[a] Dotem errore solutam constāte matrimonio, maritus repetere potest, si soluit, nimirum dotem quam non accepit.
[b] Subaudi, maritus soluto matrimonio.
* Coniūge l. 30. & 32. de re iudica.
[c] Diuisio Bartoli.
[d] Dos data extet, vel non extet vtrū intersit, ad hoc vt detur actio de peculio.
[e] Peculij actione filius conuenitur in solidum, nisi dotis nomine conueniatur.
[f] Cōdemnatio filij hac in lege, vtrū aliqua in re sit vtilis.

nec[a] amplius [b] exigerentur probationes à muliere: *vt supra quod cum eo.l.ij.* Tertiò, quia currunt vsuræ centesimæ post quadrimestre tempus [c]: *vt.C.de vsur.rei indi.l.fina.* si autem non adimat pater, videtur fieri nunc executio in peculio: *vt hic dicitur, & supra de mino.l.iij.§.sed vtrum ibi, & quidem, &c.*

a Sed cur non exiguntur aliæ probationes? quia sententia contra filiumfamilias habet executionem paratam cótra eundem factū sui iuris.
b id est, nec aliæ probationes exigerētur.
c Subaudi, si pater peculium adimat.

a ¶ *Intelligitur autem.* &c. scilicet filius.

b ¶ *Facere posse.* quia vir.

c ¶ *Quod.* scilicet peculium.

d ¶ *Deducetur.* vt *supra de pecu.l. sed si dānum.§.præterea.*

e ¶ *Detractio.* hoc enim in solo donatore est: *vt infra de re iud. l.sunt qui.& l.inter eos §.fin. & infra.l.proxi. & facit supra eo.l. si filia.& l.si cum dotem.§. transgrediamur.& supra de pec.l.si ex facto. §.fina.*

MAritus.] CASVS. Quia habuimus supra eo.maritus. quòd maritus debet cōdemnari vxori in quantum facere potest: ideo vult hic glossare qualiter id intelligatur, & occasione mariti ponit de aliis qui condemnari solent in quantum facere possunt: sicut est socius, & patronus, & parens. Et dicit quòd isti quatuor non deducunt æs alienum de dicta alienatione vel cōdemnatione. secus autem seruatur in donatione Viuian.

f ¶ *Deducto.* nisi ex eadem causa dona. debeatur: *vt infra de re. iudic.l.inter eos.§.fina.& facit.§.l.proxi.*

est. Intelligitur[a] autem peculio tenus facere[b] posse, quod[c] habet rei iudicandæ tempore. Atquin si cum patre agatur, deduceretur[d] ex peculio quod patri vel subiectis ei personis filius debet. At si cum ipso filio agatur, alterius debiti non fiet detractio[e] in computatione quantum facere possit filius.

In æstimatione quantum quis facere potest, non fit deductio æris alieni, nisi in donatore. Bart.

LIIII. PAVLVS *libro singulari de iure singulari.*

2 MAritus facere posse creditur, nullo deducto[f] ære alieno:[g] item socius, item patronus, parnésve. At is qui ex donatione conuenietur, omni ære alieno deducto facere posse intelligitur.

Viro restituente dotem debet à muliere caueri de indemnitate. Bartolus.

LV. IDEM *libro quinto ad Plautium.*

CVm mulier de dotis repetitione post solutū matrimonium agit cauere debet[h] marito, qui ædium nomine damni infecti cauit, si † velit eā recipere, vt periculum mariti[*] amoueat.[i]

g ¶ *Alieno.* Imò contra videtur: cum abesse debeat videri: *vt supra de neg.gest.l.si quis mandato.* Sed illud non simpliciter, sed ad [d] aliquid est verum. *vt.§.de reg.iur.l.minus.* Azo. & facit.§.*de re iudic.l.sunt qui.& l.seq.* Accursius

d Nā verè adhuc est in bonis.

CVm mulier.] CASVS. Mulier dedit mihi in dotem domos inter alias res. & cùm illæ domus minarentur ruinam vicino, ego caui ei vicino de damno infect. postea solutum est matrimonium: & mulier prædicta repetit à me dotem. dico ego mulieri: caueas mihi quòd quicquid damni passus fuero ex cautione damni infecti, tu resarcies mihi. Certè dicitur hic quòd bene tenetur mihi cauere. Viuianus.

h ¶ *Cauere debet.* sic.§.*de rei vin.l.ipsi quoque. & de peti.here.l. illud.§.fin.& §.de dam.infect.l.inter quos.§.si dominus & §.eo.l.si filiofa.dos.§.fi.& de pecu.si damni. & de ædil.edict.l. redhibere.§. penul.& l.item si serui.* debuit enim cauere maritus: *vt.§.eo.l.etiā. §.fi.& §.de leg.j.l.quid ergo.§.item si ædes.& de here.ven.l.venditor.& infra tit.j.l.j.in fi.*

i ¶ *Amoueatur.* sic *supra de pecu.l.quod debetur.*

SI quis.] CASVS. Duo dicit, Primum est tale, pater dedit dotem Titio nomine filiæ suæ, quam ei Titio maritabat: & fuit stipulatus pater hoc modo: Si aliquo casu filia mea tibi nupta esse desierit, restituere promittis mihi dotem quam tibi debeo donare pro ea? postea mulier capta est ab hostibus: vel propter aliquod delictum fuit deportata, vel aliter, qua captiuitate hostiū fuit facta ancilla. nunquid poterit agere pater ex stipulatione ad repetendam dotem à dicto marito? Et dicitur quòd sic. Secundò dicit: Pone quod pater fuit ita stipulatus à dicto viro filiæ, Si filia mea morietur in matrimonio, volo quòd restituas mihi totām dotem: si autem diuerterit, mediam. postea mulier capta est ab hostibus, vel est deportata, vel est facta serua alio modo quàm per captiuitatem hostium. nunquid in his tribus casibus videtur mortua, vt ita maritus teneatur restituere patri totam dotem secundum stipulationem? an videtur diuertisse, vt ita non teneatur, nisi ad mediam dotem restituendam maritus? Et dicitur quòd mortua videtur. Viuianus.

k ¶ *Si quis.* dans dotem, sit pater vel alius.

e Dare pro restituere.

l ¶ *Dabis.* id,[c] est restitues. nam soluitur matrimonium: *vt.§.de diuor.l.j.in fi.* etiam si velit vir remanere: *vt.§.de cap.& postli.re,l.in bello.§.medio.* nisi in casu: *vt.ff. de rit.nup.l.in eo iure.§.fin.* sed ea reuersa restauratur matrimonium nouo consensu: *vt.§. de cap. & postli.reuer.l.cum duæ.* & nolens patitur pœnam dissidij: *vt.§. de cap.& postli.reuer.l.non vt à patre.* Sed hodie[a] videtur non solui: *vt in Auth. de nupt.§. sed etiam captiuitas. col.iiij.* Vel illa loquitur quo ad hoc vt non nubat alij: non ad alia: *vt supra de diuor. l. vxores.* Accur.

a Matrimoniū nouo iure per captiuitatē nō dissoluitur.

† Rectè dicitur si velit: quia cautio nō præstatur nisi petatur. *in l.fin.§.§.quorum le.& l.pen.§ fi.& ibi Paul.de Cast. in lectura Paduana, de legat.2.ad idem Alex. cōs. 77.4.parte.*

* marito amoueatur.

b Mors ciuilis non comparatur ciuili.

Stipulatio generalis refertur ad omnem casum soluti matrimonij. Bartolus.

LVI. IDEM *libro sexto ad Plautium.*

SI quis[k] sic stipuletur à marito, *Si quo casu Titia tibi nupta esse desierit, dotem dabis?*[l] hac generali commemoratione, & ab hostibus capta ea, committetur stipulatio, vel etiam si deportata[m] fuerit, vel ancilla[n] effecta. hac enim conuentione[o] omnes[p] hi casus continentur. Planè quantum veniat in stipulatione? vtrū quasi mortua[q] sit, an quasi diuortium fecerit? humanius quis id cōpetere dixerit, quod propter mortem conuenit.[r]

m ¶ *Si deportata.* hoc quando vir mutat affectum: aliàs non. *vt.C. de repu.l.j.& facit.§.de contr.at ab. l.j.§.filium.* Sed erg. contra. §.[b] *de verb.obl.l.ex ea.§.pen.* ADDITIO. Soluevi per Dy. *in. l.si cum dotem. in princip.§.eod.* & per Bartolum. *in.l. Gallus. §. & quid si tantum.§. de lib.& posthu.*

n ¶ *Vel ancilla.* priuati alicuius, redacta puta in seruitutem: *vt supra de diuor. l.j.* Sed Rog. in prædictis omnibus intelligebat si mors naturalis subsequatur: *vt argu. supra eod.si ab hostibus.*

o ¶ *Conuentione.* aliàs, conceptione.

p ¶ *Omnes hi.* ¶ Not. pro generalitate. [c] *sic. §.de serui. vrb. præ.l.si seruitus.& §. de verb. sig.l.cum quærebatur.*[d]

q ¶ *Mortua.* quo ad hoc vt dos repeti possit.

r ¶ *Conuenit.* quia plus vel minus in casu mortis erat redditurus ex pacto facto super dote.

c Generalis oratio omnes casus cōtinet. vt hic nupta esse desinit, non mortua modò sed capta, deportata, ancilla effecta. Mortis enim appellatione generali, hi omnes casus ciuilis mortis continentur.

d adde. l. emptor.§.Lucius.§. de pactis.

Vsusfructus in dotem datus in re propria mulieris sibi & heredi eius restituitur facto diuortio: in re verò mariti sibi duntaxat, in aliena verò commoditas percipiendi fructus sibi & heredi debet restitui. Bartolus.

LVII. MARCELLVS *libro septimo Digestorum.*

VSufructu[s] in dotem dato,[t]

[s] VSufructu in dotem.] CASVS. Mulier dedit vsumfructum in dotem, diuortio interueniente, si proprietas neutrius sit, vir non debet ei restituere, sed cauebit quòd nec eam vel eius heredem impediet vti frui donec vixerit. sed si vir non restituerit mulieri, qualiter restituet eius heredi? & quid si mulier dedit in dotem vsumfructum quem habebat in fundo viri? tunc vir nihil restituet mulieri. Si verò vir constante matrimonio alienauit fundum qui suus erat, in quo mulier habebat vsumfructum, vel econtra mulier alienauit quando suus erat, in quo viro constituit vsumfructum: tunc interueniente diuortio vsusfructus est viri: & ex eius persona perit: sed restituit mulieri commoditatem vsusfructus & cauebit se passurum eam vti frui donec vixerit. nam fructuariam eam facere non potest. sed si cōsenserit dominus proprietatis, tunc mulieri denuo poterit constitui vsusfru. vel si voluerit emere mulier, poterit ei vendere. quòd si non poterit vendere domino proprietatis, debebit eā maritus præstare patiētiam percipiendi fructus: & hoc eodem casu si mora interuenerit restituendi vsumfructum. Et si mulier decesserit, vir debebit consentire heredi vel de vendendo, vel alio modo. Quod dixi in vsufructu fundi qui fuit ab initio viri vel mulieris, desiit fundus ille esse: idē intelligo si ab initio fūdus neutrius esset, vt quia extraneus dedit in dotem iussu mulieris: & hoc casu vir debet cedere mulieri ius quod habet, & debet consentire venditioni vel constitutioni vsusfructus. Vel dic breuius quòd interueniente diuortio vir debet restituere vsumfructum datum in dotem, qui non erat nec ex prædio viri vel vxoris: & cauere quòd nec mulierem nec heredem impediet. sed in herede subsisto: quia si vsusfructus fuit ex prædio viri, non debet restitui heredi. sed si ex prædio mulieris, debet restitui heredi. & hoc quando fundus perseuerauit viri vel mulieris. Si verò desiit esse viri vel mulieris, quia alienauit proprietatem, vel extraneus dedit eum in dotem iussu mulieris, tunc vir debet cedere iuri quod habet, dimittendo eam percipere commoditatem fructuum: vel consentire venditioni si dominus proprietatis vult emere vsumfructum, & mulier vendere, & hoc eodem casu si mora interuenerit, debet similiter consentire heredi. Accursius.

t ¶ *Dato.* nō aperit à quo: sed dic ab vxore, vel ab extraneo pro eā.

a ¶*Sit*. tempore diuortij. Accur.

b ¶*Eius*. s. mulieris. Et no. quòd non dicit cuius erat fundus tempore dationis: sed statim diuidit in quatuor casus: quia aut viri, aut vxoris: & eius perseuerantis vsque ad diuortiũ, aut non[a] perseuerantis, aut extranei. & sic inuenies restitui formalem qui erat causalis, viro in primo casu, in secundo econtra: in tertio & quarto nec causalis, nec formalis, sed commoditas.

c ¶*Heredis*. scili. mulieris.

d ¶*Si cũ*. habeas, si enim. vel subaudi, nam.

e ¶*Vsumfructum*. qui de nouo constituetur ei à viro diuortio facto: vt pote extinctus[b] per consolidationem: *vt. s. de iure do. l. cum in fundo circa principium* Accur.

f ¶*A viro*. formalis[c] viro, sed causalis[d] mulieri & heredi: *vt. d. l. cum in fundo. §. quòd si mulier &. §. ipsius autem.*

g ¶*Debet*. etiam heredi mulieris.

h ¶*Moram*. i. si restituisset vsumfruct. mulieri viuenti: & mulier proprietatem nõ alienasset.

i ¶*In dotem*. & sic vtroque casu habet vir formalem.

k ¶*Interpositis*. vt caueat quandiu, &c. *vt. s. e. in princip.* Itẽ[e] potest aliud remedium adhiberi, vt locetur[f] ei vel vẽdatur nummo vno: *vt. s. de iu. do. l. si vsufru.* & vtroque casu tenet ius suum vir, sicut potest, vt subiicit. nã potest quo[g] ad commoditatem: *vt. s. de vsufr. l. arborib. §. vsufructuarius*. & sic cedat. i. concedat, nõ autem vt faciat eam fructuariã: *vt instit. de vsufru. §. item finitur. & d. l. si vsusfr.*

l ¶*Eã*. & [h] heredẽ suũ: *vt in fine huius. l.* quia cum viri sit vsusfru. ex eius persona debet perire: *vt. s. de iur. do. l. cũ in fundo. §. quod si mulier. & de peri. & commo. rei vend. l. necessario. §. si. &. j. de noua. l. si vsusfructus.*

m ¶*Accommodauerit*. id est accesserit.

si diuortium interuenerit, nec proprietas rei apud maritum vel mulierem sit:[a] eam dotis esse restitutionem, vt maritus caueat, quãdiu vixerit, passurũ se vti frui mulierẽ, heredemq́; eius.[b] quod an verũ sit circa adiectionẽ heredis,[c] dubito. Interest quemadmodũ sit vsusfructus in dotem datus. Si cum[d] haberet mulier fructum, viro, cuius erat proprietas fundi, vsumfructũ[e] cessit: nihil mulier heredi suo relinquet. debebatur enim ei vsusfructus, qui ad heredem non solet transire.† Quòd si fundi sui fructum mulier viro cessit, restitui is à viro[f] debet.[g] cũ proprietate enim ad heredẽ eius transisset, si vir in in reddendo eo nõ fecisset moram.[h] Si verò alienata sit proprietas, aut aliquis fundi sui vsumfructũ mulieris iussu viro eius dederit in dotem:[i] inspiciendum est primùm quemadmodũ mulieri possit restitui. Potest autẽ vel cautionib. interpositis,[k] vt sicut potest vir iure suo cedat mulieri, fruiq́; eam[l] patiatur: vel si se accommodauit[m] dominus proprietatis, volente eo mulieri constituatur[n] vsusfructus. Nam aut fructum fundi ille[o] mulieri poterit cedere, aut aliquid videlicet pro eo, vt inter eos actum fuerit, dare.[p] Nam & finge hoc ipsum mulierẽ posse ꝓprietatis domino vẽdere:[q] quo casu non iniquè etiã mulieris herede agẽte vir facere cogetur:[r] quippe si moram non fecisset,[s] pretium fructus*[t] mulier heredi suo reliquisset. Quod si facultatem vsusfructus vẽdendi proprietatis domino mulier non habuerit,[u] patientiã quam percipiendi fructus præstare ipsi debuit, etiã heredi eius præstet.

In rebus quæ ad alienum commodum geruntur, consilium est illius voluntatem exquirere: vt gestor se à periculo gestationis exoneret. Bartolus.

LVIII. MODESTINVS *libro singulari de Eurematicis.*

SEruus[x] dotalis † heres ab aliquo institutus, mariti[y] iussu vel adire vel repudiare debet hereditatem. Sed ne maritus aut facilè repudiando, vel temerè suscipiendo incognitam successionem, dotis iudicio vxori suæ obligetur:[z] consulendum[a] est, mulierem coram testibus interrogari, vtrum velit omittere, an adquirere hereditatem. Et si repudiare[b] se dixerit, facilè mariti iussu repudiabit. quòd si hereditatem agnoscere maluerit,[c] reddendus est à marito seruus vxori ea conditione, vt cum iussu eius adierit, rursum marito retradatur. Ita & mariti sollicitudini consuletur, & vxoris desiderio parebitur.

Repudium fraudulentum patri non præiudicat. Bartolus.

LIX. IVLIANVS *libro secundo ad Vrseium Ferocem.*

FIliæ meæ emancipatæ & ægrę vir in hoc repudium misit, vt mortua ea dotem potius redderet.[d] Sabinus dicebat, vtile mihi eius dotis recuperandæ iudicium dandum esse. Gaius idem. †

Expensa funeris statim repetitur non expectata dilatione legali. Bart.

LX. PROCVLVS *libro quinto Epistolarum.*

SI filiafamilias nupta decesserit, & pater funus ei fecerit:[e]

n ¶*Constituatur*. & abinde peribit vsusfru. morte mulieris.

o ¶*Ille*. sc. proprietarius faciendo eam fructuariam, vel commoditatem solam eidem mulieri dimittendo. & hoc subiicit, aut æquiualens pro eo.

p ¶*Dare*. scilicet proprietarius mulieri, vt plenam proprietatem habeat.

q ¶*Vendere*. quia ille vult emere.

r ¶*Cogetur*. sc. consentire tali venditioni.

s ¶*Non fecisset*. s. vir in consentiendo vel restituendo, vt potest.

t ¶*Fructuum*. quos vendidisset. Accur.

u ¶*Quod si facultatem non habuerit*. quia non vult emere. *& facit. s. de iure do. l. cum in fundo. §. ipsius autem. in fi. §.*

SEruus.] CASVS. Titia dedit Seio in dotem seruum inæstimatum. ille seruus mulieris contemplatione fuit institutus à quodam extraneo. Certè si maritus non habet sollicitudinem damnũ sustinendi, potest benè iubere illi seruo vt adeat: vel repudiet, si magis credit expedire. Si autem habeat solicitudinem ne obligetur mulieri act. de dote si faciat seruum repudiare locupletem hereditatem, vel faciat acquirere damnosam: datur ei marito consilium vt coram testibus interroget mulierem vtrum velit habere hereditatem in qua seruus dotalis est institutus, an non. Et si dicat nolo, audacter iubeat maritus seruo quòd repudiet. si autem dicat mulier, volo: dabit ei mulieri maritus seruum vt suo iussu adeat, sub ea conditione tamen, vt statim cũ adierit, marito eũ restituat. Viuianus.

x ¶*Seruus dotalis*. inæstimatus: *vt. C. de rei vxo. ac. §. & cum lex.*

y ¶*Mariti*. qui[a] est dominus: *vt insti. qui. alie. lic. in principio. & C. de iure dotium. l. in rebus.*

z ¶*Obligetur*. & [b] hoc si contemplatione vxoris est institutus. si autem viri contemplatione, viro acquiretur nõ restituturo mulieri. quod qualiter æstimetur, colligitur *infra de vulg. substi. sed si plures. §. in arrogato. & C. de iur. do. l. cũ aliquis.*

a ¶*Consulendum*. marito hoc modo vt sequitur. concord. sunt *supra de iur. do. l. si legato. & de vsufruct. l. sed & si quid. & supra eodem. l. si merito. § si fundum. & infra de pecu. le. l. hic quæritur. §. potest. & infra de acquirenda here. l. aditio.*

b ¶*Repudiare*. scilicet seruus dotalis qui erat institutus heres.

c ¶*Maluerit*. s. vxor.

FIlia.] CASVS. Dedi Titio dotem pro filia mea emancipata: & stipulatus fui, vt si ea decederet in matrimonio, ad me dos reuerteretur. vnde cum fuerim in vnũ casum tantùm stipulatus, in aliũ debet habere mulier vel heres eius, scilicet si fiat diuortium: vt supra eod. l. si cum dotẽ in principio. maritus cum videret eam ęgrã, in fraudem meam fecit diuortium cum ea, vt sic ipsa in matrimonio non decederet, sicque dos remaneret liberis quos ex ea habuit, heredibus eius. Certè dicitur hîc quòd nihilominus habeo. act. de dote, Viuianus.

d ¶*Redderet*. cũ[c] in casu mortis tantũ sibi prospexerit pater, scilicet, si decederet in matrimonio: *vt. s. ti. j. l. si filia. & C. de repud. l. dubium. & in Authen. de nup. §. est quoque. col. iiij.* ¶Item not. emancipatam: quia[d] si in potestate esset, non haberet heredem iure isto: *vt infra de castren. pecu. l. j. & ij.* Item facit *supra de enic. l. pater. & C. de rei vxor. act. §. videamus. & quod not. in §. extraneum.*

SI filiafa.] CASVS. Dedi dotem consistentem in rebus mobilibus pro filia quam habeo in potestate. quæ dos sol. ma. debet restitui post annum: vt. C. de rei vxo. ac. §. exactio. postea mortua fuit dicta mulier, & ego pater feci expensas circa funus. Certè quamuis dotem non possem repetere ante annum, tamen dictam expensam statim repetam à marito qui habet dotem. est enim dicta expensa æs alienum dotis.

e ¶*Fecerit*. quod facere non tenetur, sed[e] vir ex dote, nisi quando nulla

a Mulier dans in dotẽ vsumfructum fundi qui erat viri, sed eius nõ durauit, quia alienauit, quid iuris sit, vide hic apud Bart.

b Vsusfructus extinguitur cõsolidatione eius cũ proprietate.

c Vsusfructus formalis dicitur, quod eius sit forma à ꝓprietate separata: causalis, quia dependet à causa. s. proprietate. & nota pro hac Gloss. verdia. Instit. de vsufruct. in prin. super ver. ius an tenmquam d. la. malium cõmendat ad propositũ nostrum in trac. sue de act. §. æque prima col.

d Vsusfructus mulieris nõ restitutus mulieri, nõ restituitur formalis sed causalis. Nã cum sit domina, nõ potest reuersus ei restitui.

† Limita, nisi ei sit mihi & heredibus meis quæsitus & est singulari bald. in l. a. § excepto. versic. sed quid si contrà. C. de cadu. tol. quem omnes sequũtur. secus in emphyteusi. Gl. in l. in debiti. §. fina. in versic. cum ib. in fin. s. de condict. indeb.

e Vsusfructus restituendi modus per locationem & venditionem vni eo nummo facta.

f Nummo vno locatio vel venditio an valeat, adde Cynum in l. ma. itus. C. de procuratorib. Gloss. in l. si quis ante. §. de adquir. possess.

g Vsusfructus ius cedi nõ potest, sed eius tãtùm commoditas.

h Vsusfructus mulieris an eius hæredi debeat restitui.

* fructuum.

a Dotis dominiũ penes maritũ est. vnde colligitur seruum dotalem hęredem institutũ, ipsius mariti iussu adire hæreditatẽ vel repudiare debere.

† Hæc l. corruptè legitur in vulg. rectè & emẽdate in Flo. hac.

b Dotali seruo hæreditas relicta, si vxoris, si seruus dotalis est institutus ipsius vxoris contemplatione (ideoque hæreditatẽ ita delatam seruo dotali, maritus non facile repudiari iubere potest, ne aliàs eo nomine vxori teneatur) aliàs si seruus dotalis non vxoris, sed mariti cõtemplatione heres institutus est, talis hæreditas non vxori, sed marito adquiretur: neq; eius restituendę nomine vxori tenebitur.

† Hinc collige Gaium fuisse temporibus Hadriani, & contemporaneum Iuliani.

c Dotis actio patri competit etiam cum filia eius est emancipata, nimirũ quo casu eam sibi reddi stipulatus est, in casum mortis.

d Emancipata filia hæredem non habet in dote profectitia.

e Ex dote mulier sepelienda.

nulla est dos: *vt supra de relig. sed si nondum. & l. quòd si nulla. & facit ad istam legem. l. contra quoque. in eo tit.*

a ¶*Soluantur.* id est tradantur.

DOtalem.] CASVS. Mulier dedit mihi in dotem seruum: ego manumisi eum: ipse liberatus postea me heredem instituit, vel aliquid eo viuente fui ab eo lucratus, puta de iis quæ ei imposui pro libertate danda: vel habui ab eo æstimationem operarum ei per me impositarum: vel quia aliquid mihi donauit. postea solutum est matrimonium inter me & vxorem prædictam. petit à me dicta vxor vt ei dem illud quod lucratus sum ab illo liberto. nunquid teneor ei dare? Et distinguitur hic: Aut ea inuita manumisi dictum seruum, aut volente. & si volente, aut donauit mihi seruum vt manumitterem. aut mandauit mihi solummodò vt manumitterem. Primo casu totum quicquid habui à liberto, debeo ei restituere, illo scilicet modo qui dicitur in hac l. Secundo casu nihil debeo restituere. In tertio autem casu debeo restituere illud solum quod peruenit ad me tanquam ad patronum, & nihil aliud. & hoc est verum, siue iam habui à liberto prædicta commoda, siue habere possum. Item & si dolo feci quo minus ad me perueniat, teneor: & etiam heres meus tenetur si ad eum peruenerint prædicta commoda, non alia. ¶ Sed nunquid pater meus tenetur si ipse dotem pro me accepit? & dicitur quòd non, quia lex non fuit locuta nisi super marito. & herede eius. Sed quid si ego maritus nolo dare mulieri nisi æstimationem rerum quas fui lucratus à dicto liberto? Certè audior. & hoc vsque ad l. in his rebus.

tametsi ei dotem post aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuò socer agendo consequetur, vt impensam funeris præsentem recipiat: cætera dotis statuto tépore soluantur.[a]

Si vir manumittit vxore contradicente, restituit omnia. Bart.

LXI. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæstionum.*

DOtalem seruum vir inuita vxore manumisit.[b] heres solus vir à liberto institutus, portionem[c] hereditatis quam vt patronus consequi potuit ac debuit, restituere debet:[d] alteram verò portionem dotis iudicio,[e] si modò vxor manumittenti refragatur.[f]

Si vir voluntate mulieris donantis seruos dotales manumittit: de impositis operis nihil restituit. Bartolus.

LXII. VLPIANVS *libro trigesimo tertio ad Edictum.*

QVòd si vir voluntate mulieris seruos dotales manumiserit, cùm donare ei mulier voluit,[g] nec de libertatis[h] causa impositis ei præstandis tenebitur.

LXIII. PAVLVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

ET[*] desinit seruus in dote esse: quia cui † manumittendi causa donare liceret,[i] ei quodammodo donaret quod permitteret manumittere.

Si maritus manumittit vxore volente eo animo vt eius negotium geratur, restituit omnia quæ vt patronus consequitur, mulieri & eius heredi. secus in eo quod consequitur vt quilibet. h. d. vsque ad. §. de viro Bartolus.

* In vulg. edit. Et sic desinit.

† Vasallo, permissione facta feudi vēdēdi à domino, dominum pretiū petere nō posse. hinc colligit Baldus.

b ¶*Manumisit.* & valet libertas: *vt infra de manu. l. seruum. & C. de iure dotium. l. & si. & C. de seruo pign. da. ma. l. j.* [a] si modò est soluendo: vt dictis legibus dicitur, & hic, quia est dominus: *vt supra. eo. l. seruus dotalis.*

a Dotalē seruum manumittere maritus potest, inuita muliere, si sit soluendo.

c ¶*Portionem.* tertiam hodie: olim aliter: *vt institu. de suc. lib. in princ. & §. sed nostra.*

d ¶*Debet* ex cautione, si præstita est: *vt supra eo. l. si constante. §. si vir.* 2 Vel [b] saltem condictione sine causa.

b Imò actione de dote. Nam vel ipsum seruum restituere cogitur actione de dote. ergo & id omne quod consecutus est iure patronatus: cætera officio iudicis. vt post Iacob de Aretio notat. Bartol.

e ¶*Dotis iudicio.* quasi augmentum dotis: *vt supra eo. l. si marito. §. fina.* sed superiori casu non auget dotem, cum patrono sit quæsitum, licèt reddat.

f ¶*Refragatur.* aliàs secus: *vt infra eodem. l. si verò. §. item quicquid.*

g QVod si vir.] *Voluit.* & potuerit hoc casu: *vt. C. eod. l. maritus. & supra de do. inter virum & vxo. l. quod autem. §. si. & infra. l. proxi.* Accursius.

h ¶*De libertatis.* scilicet dandæ, non onerandæ: *vt infra quarum re. act. non da. l. j. §. quæ oneranda. & facit supra eo. l. si constante. §. si vir. in princip.*

i ET sic desinit] *Liceret. vt supra. l. proxi.* noto. *& est sic supra manda. l. si verò non remunerandi. §. econtrario.*

k SI verò negotium gerens. cum mandato, vel sine: non ergo vt donatarius: *vt supra eo. l. quod si vir.* Sed quid si ea ignorante? Respon. videtur refragari: *vt infra de fur. l. qui vas. §. vetare. & not. supra eo. qua dotis.* Accursius.

LXIIII. VLPIANVS *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI verò negotium[k] gerēs mulieris non inuitæ,[l] maritus dotalem seruum voluntate eius manumiserit, debet vxori restituere[m] quicquid ad eum peruenit. 1 ¶ Sed & si quid libertatis causa maritus ei imposuit,[n] id vxori præstabit. 2 ¶ Planè si operæ[o] fuerint marito exhibitæ, non æstimatio earum: non erit æquum hoc nomine vxori maritum quippiam[p] præstare. 3 ¶ Sed si post manumissionem aliquid ei fuerit liberto impositum, id vxori præstandum est. 4 ¶ Sed & si reum maritus acceperit, ad pmissorémve eque† aduersus ipsum obligationē debet prestare.[q] 5 ¶ Item quicquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, æquè præstare cogetur: si modo ad eum quasi ad patronū[r] peruenerit. Cæterum si alio iure, non cogetur præstare. Nec enim beneficium quod in eum libertus contulit, hoc vxori debet: sed id tantùm, quod iure patronatus adsequitur, vel adsequi potuit. Planè si ex maiore parte[f] quàm debet, heres scriptus fuerit: quod amplius est, non præstabit. Et si fortè cū ei nihil[t] deberet libertus, heredem cū scripsit: nihil vxori restituet. 6 ¶ Dabit autem (vt ait lex[u]) quod ad eum peruenit. Peruenisse accipimus, siue iam exegit, siue exigere potest, quia actio ei delata est.[x] 7 ¶ Adiicitur in lege,[y] vt & si dolo malo aliquid factum sit quo minus ad eum perueniat, teneatur. 8 ¶ Si filiū[z] exhereda-

l ¶*Non inuitæ.* sed mandantis, vt subiicit.

m ¶*Restituere.* mandati actione conuentus quicquid enim, &c. *vt infra ad legem Corn. de fal. l. filius emancipatur. §. fina. & supra man. l. ex mandato.*

n ¶*Imposuit.* scilicet in manumissione, vel postea: vt infra dicit.

o ¶*Operæ.* fabriles, vel obsequiales. Azo.

p ¶*Quippiam.* nec enim vt inter infensos sunt hæc tractanda: vt & aliàs supra *de donatio. inter virum & vxorem. l. si id quod. §. ij.*

q ¶*Præstare.* cedendo actionem contra expromissorem pro impositis & *sic supra mandati. l. si procuratorem §. finali. & l. qui mandatum. §. etiam.* ¶ & intellige non impositum causa onerandæ libertatis. nam tunc non vxori, sed liberto si exegisset restituere tenetur: *vt infra quarum rerum act. non da. l. j. §. penul.*

† Cessionem factam aduersus reum principalem, nō extendi aduersus eius fideiussorē, hinc colligit Baldus: cùm [illegible] requirat cessionem fieri nominatim aduersus vtrumque.

r ¶*Quasi ad patronū.* Arg. ad causam ambasiatorum[a] Mediolanēsium ad Imperatorem Constantin. *sic infra. de dote prale. l. cum quis. §. nam & si quis. & dixi supra de actio. empt. l. si quis seruum. & dixi supra de procura. l. qui proprio. §. procurator. vt in cæteris.* ¶Item not. de tanquam[b], sic *supra quod iussu. l. j. §. quid ergo. & quod cuiusque vniuersi. l. item eorum. & infra ad Trebel. l. debitor. §. fin. & de lib. le. l. si quis reum. in fi. & supra de adopt. l. si pater. §. qui duos. & infra. de adquiren. heredi. l. si quis non. Item facit supra de condic. inde. l. in summa. §. penul. & de nego. gest. l. sin autem. §. item si.* Accursius.

a De hac Glos. v. quæ scripsi ad. l. qui proprio. 40. §. pen. in verbo, nomine. ff. de procurat.

b De hac voce Tāquam, adde Gl. in l. 15. in verbis, qui duos. ff. de adopt. l. 26. in verbo, nomine. ff. de procura. l. 22. in verb. cum non proprio. ff. de inofficioso. Gl. in l. [illegible] in verbo, fuisse. ff. de iure patronatus. Eas [illegible] in loco de tanquam [illegible] respelluit.

f ¶*Planè si ex maiore parte.* olim dimidia, hodie tertia: *vt Instit. de success. libe. §. j. & §. sed nostra.*

t ¶*Nihil.* quia filios habet iure veteri, aliàs non: *vt inst. de succes. lib. §. j. & §. sed nostra.* vel quia amisit ius succedendi electis muneribus & operis: *vt. C. de ope. lib. l. si quam. & de bo. pos. contra tabu. l. j. & ij. & infra de ope. liber. l. qui onerandæ.*

u ¶*Ait lex.* Iulia † fortè de maritandis ordinibus. *sic infra ad leg. Corn. de fal. l. filius emancipatus. §. finali.*

† Vt docet inscriptio huius legis, quam nō habuit Accursius, aut si habuit negligere non debuit.

x ¶*Delata est.* sic. *ff. de peti. here. l. idem Iulianus.* sed eam cedendo liberatur, *argum. ff. eod. tit. l. si socer. §. Lucius.*

y ¶*In lege.* prædicta Iulia: *vt. ff. d. l. filius emancipatus. §. fi. & facit. ff. de here. vend. l. ij. §. sed & si quid. & ff. de petitione. here. l. sed & si lege. §. proinde. & ff. man. l. dolus. & infra tit. ij. l. dolo. & infra de verb. oblig. l. in illa stipulatione. §. item.*

z ¶*Si filium exheredauerit.* mala mente tanquā ingratum, & tunc peruenerunt voluntate liberti. Si vero non mala mente, tūc etiam eo inuito habet filius contra tab. *vt infra de bo. lib. l. si patronus. §.*

si quis non.& l.Paulus.& semper obtinet quod hic dicitur.
a ¶*Et ad.* aliàs,& si.aliàs,vt si.& malè:quia est contra supra proxi.§.aliàs,etiam:& bene.
b ¶*Ad ipsum patronum.* scilicet defunctum.
c ¶*Ad heredem.* de iure,vel de facto
d ¶*Teneatur.* quasi dicat nullo.
e ¶*De viro.* qui manumiserit seruum dotalem, & ad eum aliquid peruenit à liberto.
f ¶*De socero.* i.si socer manumiserit seruum dotalem nurus, & aliquid ad eum peruenit.
g ¶*Non erit.* i. danda directa nec vtilis, vt subiicit. vel [a] ponitur nec [b] pro etiã. nec ob. s. *de præscript. verb.l. quoties.* quia hic non suggerit æquitas dari. 2. Vel dic duas [c] negationes facere vnam affirmationem: *vt.j.de verb.sign.l.duob.* & sic non ob.d.l.quotiês. & secũdùm hoc vbi [d] lex non distinguit, nos tamẽ distinguemus [e].sic pro & contra.s.*de Public.act.l.de precio.*
h ¶*Quod ait lex.* Iulia: vt.s.§.dabit.
i ¶*Quanta pecunia erit.* quæ scilicet peruenit ad te virum, vel dolo fecisti quò minus perueniret.
k ¶*Dato.* tu,vel heres tuus.Accursius
l ¶*Præstare.* quia dixit pecuniam.Sed arg.cõtra *infra de lega.iij.l. quisquis.*
m ¶*Admitti debet.sic infra de leg.i.l.si [f] fundum per fideic. in principi.92.& s. de pact. do. l.si.in prin. & infra de doli excep.l.si fideiussor. & s.de euict.habere licere.& l.emptori.*
n HAec act. mandati vel neg.ge. quæ datur vxori contra virum pro bonis liberti, & pro operis de quibus s.l.proxi.dicit. vel cõdictio sine causa, vel ex cautione: *vt s.l.dotalem.* vel loquitur de actio. ex stipulat.pro dote.Azo.quãdo vir ad inopiam vergit: *vt.s.eo.l.si constante.in prin.*

* peruenient.
† hoc an sit verum mox dicam.
a Legendum, vt ponatur.
b Nec,pro etiã.
c Negationes duæ faciũt vnã affirmationẽ.
d An vbi lex nõ distinguit, homine distinguere sit permissum.
e Hæc Glossa non animaduersa quidã colligunt ex hoc lege: Statuta correctoria iuris communis, loquẽtia in vna persona nõ extẽdi ad aliã, licet videatur eadem ratio.
* præstari.
f V.quæ scripsi ad d.l.si fundũ per fideicommissum.92. in verbo Marcellus notat.j.de legat.j.
† Quæ ppter seruos mulieris manumissos cõpetit. Sic Græci ad hũc locum.
† P. Licinij Crassi filia, cui tum dotem ademptã scribit Plutarch.in Ti. vbi & de seditione Gracch. tractat.
g V.Bertrandũ. 4.consil.1.

uerit patronus,& ad [a] eum bona liberti pertineant, * videndum est an heres hoc nomine teneatur.Et cum nihil neq; ad ipsum [b] patronum, neque ad heredem [c] eius pueniat,quo modo fieri potest vt hoc nomine teneatur? [d]

Prouisio legis contra ius commune non † extenditur contra illud quod lex exprimit: licet eadem sit ratio. Bartolus.

9 ¶ De viro, [e] heredéque eius lex tantùm loquitur: de socero [f] successoribúsque soceri nihil in lege scriptum est: & hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casibus lex deficit, nõ erit [g] nec vtilis actio danda.

Quando quis tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, soluendo speciem liberatur.Bartolus.

10 ¶ Quod ait lex, [h] *Quanta pecunia* [i] *erit,tantam pecuniam dato:* [k] ostendit æstimationem hereditatis vel bonorum liberti, nõ ipsam hereditatem voluisse legem præstare: [l] * nisi maritus ipsas res tradere maluerit. & hoc enim benignius admitti debet. [m]

LXV. SCÆVOLA *libro singulari Quæstionum publicè tractatarum.*

HÆc † actio [n] etiam constante matrimonio mulieri competit.

Damnum datum ab inimicis mariti, culpa mariti dari videtur. & ideo maritus tenetur. Bartolus.

LXVI. IAVOLENVS *libro sexto ex posterioribus Labeonis.*

IN his rebus quas præter numeratam pecuniam [o] doti vir habet, dolum malum & culpam eum præstare oportere Seruius ait. [p] ea sententia Publij Mucij est.nam is in Licinnia † Gracchi vxore statuit: q; res dotales in ea seditione qua Gracchus occisus † erat,perissẽt:ait(quia Gracchi culpa ea seditio facta esset [q]) Licinniæ præstari oportere.

Facto diuortio maritus vestimenta data seruis dotalibus recuperat qualia sunt: aliàs compensat in dotem.Bartolus.

1 ¶ Seruis vxoris vir nummos in vestiarium [r] dederat: quo parato,deinde intra annum diuortium intercesserat. Placuit Labeoni, Trebatio,qualia vestimẽta post diuortiũ essent, talia viro reddi.Idem iuris futurũ fuisset,si ipsa vestimẽta vir emisset,& seruis dedisset. Quòd si vestimenta non redderentur, tum virũ precium in dote compensaturum. [s]

Voluntas de soluendo parti, non impedit filiæ ius cõsolidationis mortuo patre in ea parte quæ soluta non est. Bartolus.

2 ¶ Filiafamilias diuortio facto dotem patri reddi iusserat:deinde parte dotis psoluta pater decesserat. Reliquam partem,si nec delegata, nec promissa nouandi animo patri fuisset, mulieri solui debere, [t] Labeo, Trebatius, putant:idque verum est.

Si ad maritum spectat periculum ancillarum, ad eum spectat partus earum Bartol.

3 ¶ Mancipia in dotem æstimata accepisti:pactum conuentum deinde factum est,vt diuortio facto tantidem ęstimata redderes: nec † de partu dotalium ancillarum mẽtio facta est. Manebit(inquit Labeo)partus tuus: [u] quia is pro periculo mancipiorum penes te esse deberet.

Si maritus per errorem promisit plus debito: non potest exigi vltra debitum.Bart.

IN his rebus.] CASVS. Titia dedit mihi in dotem res non in pecunia consistentes. Certè non debeo committere in eis dolum vel culpam [g].& si committo,teneri debeo. & ponit exemplum in rebus dotalibus Licinniæ vxoris Gracchi. [SERVIS VXORIS.] Maritus seruis vxoris sibi in dotem datis ab ea emit vestimenta, siue dedit pecuniam eis vt ipsi sibi emerent,& emerunt.Certè soluto matrimonio illa vestimenta debent restitui viro talia qualia sunt & si non restituantur per mulierem, præcium eorum compensabit vir ei in dote. [FILIA FAMILIAS.] Soluto matrimonio inter me & filiam Titij in sua potestate existentem, ipsa iussit mihi vt ego redderem patri dotem: & ego solui patri dimidiam: & tunc decessit pater. Certè superfluum debeo restituere filiæ, & non heredibus patris. nisi ipsa delegasset me patri, & ego nouandi animo ei promisissem. [MANCIPIA.] Æstimata mancipia accepisti in dotem: & conuenisti cum vxore tua quòd redderes ei solut. mat. eadem mancipia tantumdem valentia sicut fuerint æstimata. Certè partus eorum lucrari debes. MV-LIER.] Mulier dederat Titio decem vel centum in dotem: facto postea inter eos diuortio, ipsa fuit ab eo errante stipulata ducenta pro dote sua. Certè non petet nisi centum. [VXOR DIVORTIO.] Titia fecit diuortium à viro suo, & ab eo exegit dimidiam dotis, & reliqua apud eum dimisit, & nupsit secundo: & postea facit diuortium à secundo, & rediit ad primum, & ei dedit certam quantitatẽ nomine dotis, nõ facta mentione residui primæ dotis quod apud eum reliquerat: postea ab eo fecit diuortium,& repetit dotem quam ei dedit prima vice & secunda. Certè iisdem diebus reddi debet vtraque. [SI VIR.] Nomine filiæ meæ promisi genero meo dotem. gener postea liberauit me. Certè generi est periculum. [SI QVIS.] Pro Titia promisi dotem marito suo: postea eam institui heredem, & decessi. Certè amodo non pertinet periculum ad maritum, si nõ exigat ab ea, quamuis eius periculum esset si nõ exegisset à me promissore si viuus remansissem. Viuianus.

o ¶*Pecuniam.* i. preter ea quæ sunt pondere, numero & mensura: *vt j.de leg.j.l.talis.* illa enim cum debita sint in genere, perire [a] non possunt: *vt. s. de iure dot.l.res. & j. ad leg. Falc.l.in ratione.§.incertæ.* Azo. vel nisi sint æstimatæ: *vt.s. eo.l.æstimatæ.* sed tunc impropriè [b] dotales dicuntur: *vt.C. de rei vxo actio.§. & cum lex.* Accursius.
p ¶*Seruius ait.* & bene: *vt.j.eo.l.si.& C.de iur.do.l.in rebus. & l. mulier §. Paulus. & argu. C.de pact. conuent.l.fina.§.fin.*
q ¶*Facta esset. sic supra loc. l. si merces. §. culpæ.& supra commu. diuidun. l.si is cum quo* Azo.
r ¶*In vestiarium.* sine quo poterant serui se tueri: & vltra consuetudinem domini: alioquin de in rem verso teneretur dominus: *vt supra de in rem verso.l.iij.§.pr. inde si seruus. & l.si res.in principio.* hic ergo agetur condic. sine cau. in quantum est locupletior, cum donari vxori noluerit: quia litis contest.tempus inspicitur: *vt supra de dona.inter & vxorem.l.quod autem.in principio.* Nam non debet cum aliena iactura locupletari: *vt.s.si certum petatur.l. si & me.* nam diuortium [c] reuocat donationem.*vt.s.de do.inter virum & vxorem. l. cum hic.s.si diuortium.*
f ¶*Compensaturum.* hoc videtur corrigi. C. *de rei vxo. actio.§. taceat.* Vel dic vt not.*supra.eo.l. diuortio. §.ob donationes.* & facit.*C.de compensa.l. neque.& infra rerum amo.l.prima.* ¶Item nota hic contra seruientes & pedissequas: *vt supra de pecu.l. id vestimentum.& infra de leg. iij.l. qui concubinam. in principio.*
t ¶*Solui debere.* sic *supra e. l.si à marito.§.pro voluntate.& l.si socero.j.respon.l. in insulam. & infra de leg.iij. Lucius.§.j.* Accursius.
u ¶*Partus tuus.* d *vt.& s.de iure.do.l.si mancipia.* Sed cõtra.C eo. l.j.So-

† De Gracchi interitu & seditione, apud Plutarchum in vita Tiberij & Gaij Gracchorum,& apud Iuuenalem Satyra secũda. Quis tulerit Gracchos de seditione querẽtes.
a Genus non perit: atque ita generis obligatio.
b Dotales impropriè res existimantur quæ æstimatæ.
† Pactum in principali non extenditur ad eius appẽdices.
c Diuortio reuocatur donatio.
d Sic in legato, legata ancilla legatur & partus. l.si ancillas. l.huiusmodi. §. legatis.j.de legatis.j. & an & quãdo sequatur conditionẽ patris. v. Bald. in.l.vlt. C.de seruis fugitiuis.

*l.j.Solu.*vt ibi.*& facit.j.de leg.ij.Lucius.*
a ¶ *Errante.* secus si non errasset: tunc enim teneretur: *vt.j.de ver.oblig.l.si diuortio.*Itē & si ducēta erant dos,non tenetur nisi in quantū facere potest: *vt.s.de constit.pecu.l.ij.* Sed arg.cōtra.*s.de iureiur.l.eum qui.§.si mulier.* ADDITIO. Pro solutione huius cōtrarij dic cōsiderāda esse verba promissionis:*vt no.in.l.si prior.s.eo.*secundum Bart.hic.
b ¶ *Prudens.*i.sciens. Azo.
c ¶ *Imprudēs.*i.ignorās.*& facit.s.de adil.edict.l.j.§.causa.*
d ¶ *Dederat.* præter id quod remanserat apud rē.*& facit.s.de iure do.l.post diuortiū.& l.dotē.& l.diuus.& l.si mulier.& .j. titu.ij.l.redintegrato.*Accur.
e ¶ *Si superius.*i.primum.Accur.
f ¶ *Iniussu.*i. sine iussu.aliàs secus: *vt.s.de iure.dotiū.l.si debitor.& fac.in eo.tit.l.j.& l.si extraneus.& .l.dotē.& .l.cum in fundo.§.j.*
g ¶ *Ait Labeo.*si postea locupletior fiat socer, vel eius heres:*vt.s.de iure dot.l.cum vir.* Vel verius indistinctè: *vt in eo.tit.l. vir ab eo.*
h ¶ *Si quis.*extraneus.
i ¶ *Nec melius.*i. nec bonum nec æquum.
k ¶ *Non potuisset.*ꝓpter inopiam: idem tamen si potuisset exigere:nec [a] enim obiicere potest mihi culpā qui ex mea culpa sentit lucrum: *vt.s.de iure dot.l.cum in fundo.§.quod si mulier.* Azo. *& facit in eo.tit.l. vir ab eo.& l.dotem.& l.promittendo.in fi.& .s.eo.l.nupta.§.primo.*

IN partem.] CASVS. mulier dedit mihi in dotē seruum habētem peculium.postea solutum est matrimonium. Certè ita bene debeo restituere peculiū, sicut seruum.& in eo debeo teneri de dolo & culpa, sicut teneor pro aliis rebus dotalibus: & fructus ex eo debeo retinere sicut ex aliis rebus dotalibus. Viu.
l ¶ *In partē.*i.pars dotis quæ reddi debet.
m ¶ *Restitui debebit.* q; debet restitui præter quæsita ex re viri, vel opera serui dotalis: *vt C.de rei vxo.acti.§.itaq;* & præter fructus peculij:*vt hic subiicit.*

† Pœnā prioris arbitrij in secundo arbitrio repetitā. Restitura verba,in pristinū ius ciuitatis restitui hunc colligit:sed & illud.Intermediis quibusdam non prohiberi, legitimari filios susceptos ex concubina.

† Dotis acceptilatio æquiparatur naturali numerationi: & eodē modo viā aperit exactioni dotis.

a Culpā nobis obiicere non potest, qui ex nostra culpa lucrum sentit.

† Alludit ad verba formulę rei vxorię,quę sic asyndetos legebātur. Cic. 3.de offic.Boet. ad Topic. Cic.

4. ¶ Mulier q̄ cētū dotis apud virū habebat, diuortio facto ducēta à viro errāte [a] stipulata erat. Labeo putat, quanta dos fuisset, tātā deberi: siue prudēs [b] mulier plꝰ esset stipulata, siue imprudēs: [c] Labeonis sententiā probo.

Dos primi matrimonij videtur in sequenti matrimonio repetita: licèt matrimonium tertij in medio interuenerit. Bart.

5. ¶ Vxor diuortio facto partē dotis receperat, partē apud virū reliquerat: deinde alij nupserat: & iterū vidua facta ad priorē virū redierat, cui centū decē doti dederat: [d] neque eius pecuniæ, quæ reliqua ex priore dote erat, mētionē fecerat. Diuortio facto reliquū ex priore dote iisdē diebus virum redditurū ait Labeo, quibus reddidisset si superius [e] diuortiū inter eos factū non esset: quoniā prioris † dotis causa in sequentē dotis obligationem esset translata. & hoc verum puto.

Dos accepto lata potest repeti sicut dos data. Bart.

6. ¶ Si vir socero suo iniussu [f] vxoris manēte matrimonio dotē acceptā † fecisset: etiā si id propter egestatē soceri factum esset, viri tamen periculum futurum ait Labeo: [g] & hoc verum est.

Pro qua parte mulier tenetur soluere, pro ea parte ad virum non spectat periculum. Bart.

7. ¶ Si quis [h] pro muliere dotē viro ꝓmisit, deinde herede muliere relicta decesserit: qua ex parte mulier ei heres esset, pro ea parte dotis periculum, quod viri fuisset, ad mulierē pertinere ait Labeo: quia nec † melius [i] ęquius esset, quòd exigere vir ab vxore non potuisset, [k] ob id ex detrimento uiri mulierem locupletari. & hoc verum puto.

Vir tenetur de dolo & culpa in quærēdo & cōseruādo peculiū: & fructus peculij spectāt ad virum. Bart.

LXVII. POMPONIVS *libro vigesimo Epistolarum.*

IN † partē [l] dotis reddēdæ erit id, q; mulieri ex peculio serui restui [m] debebit: & ideo & dolū & culpā [n] in eo peculio vel adquirēdo vel cōseruādo maritus præstare debet: & fructus ex eo percepti, quomodo [o] cuiuslibet rei dotalis, ad maritum pertinebunt. [p]

Explicitus est

ex ordine Digestorū, seu Pandectarum, liber 24. singularium liber quintus. Incipit ex ordine liber vicesimus quintus, singulariū liber sextus.

DE IMPENSIS IN res dotales factis.

TITVLVS I.

In isto tit.iuriscōsultus sic procedit, quia primò ponit vnam diuisionem generalem impensarū vsque ibi, Necessariæ. ibi tractat de necessariis vsque ad l.quod dicitur.§.vtiles. ibi incipit tractare de vtilibus vsque ad.l. voluptariæ.ibi de voluptariis vsq; ad l.vtiliū.ibi incipit tractare cōmuniter & permixtim de omnib.vsq; ad fi.B.

1. VLPIANVS *libro trigesimosexto ad Sabinum.*

IMpensarum quædā sunt necessariæ, [q] quædā vtiles, † quædā verò voluptariæ.

1. ¶ Necessarię hę dicūtur, quæ in se habēt necessitaté impédēdi. [r] cæterùm si nulla fuit necessitas, [s] alio iure hābētur. 2. ¶ In necessariis impēsis hoc sciēdum est, eas demū impēsas dotē minuere, quæ in dotē [t] factæ [u] sunt: cæterùm si in dotem factæ non sint, [x] non habēt in se reputationē. [y] 3. ¶ Inter necessarias im-

n ¶ *Et culpam.*facit.*s.eo.l.in his.* Item *& .s.de iure do.l.si legati.& l.si seruo.& de pecul.l.hinc quæritur.§.j.*
o ¶ *Quo modo.*i.sicut.Accursius.
p ¶ *Pertinebunt.*s.fructus.*vt.s.de iure dotiū.l.dotis.& .C.de iure do.l.pro oneribus.* est enim tale peculium incrementū dotis. Azo.

DE IMPENSIS IN RES DOT. FAC.
¶ *Causæ propter quas à viro reputationes fiunt in iudicio de dote, eæ sūt fere, ob impēsas, ob res amotas, ob liberos. idcirco post titulū. De repetitiōe dotis, rectè sequūtur hi tres, De impēs.in res dotales fac. De reb.amot. De liber.agnos. Est & quarta ob donationes.* ff. Infort.

factas in matrimon.de qua oblata occasiōe occupauit iā dicere lib. superiore. Prima igitur reputationis siue repēsationis caus. est ꝓpter impēsas factas in res dotales, quæ, si necessariæ fuerint impēsæ, ipso iure fit perinde quasi res quæ retinetur dotalis nō sit, eáque re minus mulier repetit actione de dote. Sed si fuerint vtiles, pro modo earū retētio fit veluti pignoris iure vel omissa retētione cōdictio cōpetit. Voluptuariarū nomine neque retētio neque repetitio marito cōpetit, nisi mulier pati nolit maritū tollere quæ separari possunt. Hodie ob nullas impensas retentio est, sed actio mandati vel negotiorū gestor. Cuia.

IMpensarū.] CASVS. Primò ponit diuisionē impēsarū quas facit quandoque maritus circa res dotales. & dicit quòd tria genera sunt. aliæ enim sunt necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptariæ. Secūdò dicit quæ sunt necessariæ, i. quæ fiūt propter necessitatē. Tertiò ponit quoddā ꝓpriū impēsarum necessariarū: quia habēt necesse fieri in dote: aliàs cōpensantur cū dote, nec eā minuūt. Quartò ponit exemplū de necessariis impēsis, vsq; ad l. & in totū. Quintò dicit quare dicuntur necessariæ. s. quòd maritus habet eas necesse facere, & si non faciat, tenetur mulieri. sed pone quòd faciat, sed malum exitum habuerunt. Certè nihilo minus minuūt dotem. & hoc sit hîc loco casus vsq; ad.l.quod dicitur. Viuianus.

q ¶ *Necessariæ.*nō [a] ideo quia maritus necesse habeat eas facere: q a sic secūdum hāc significationē etiā vtiles dicerētur necessariæ, q a debet res dotales tueri: *vt.j.eo.l.& in totū.& l. quod dicitur impensas.* Sed dicūtur necessariæ, quia in se habent necessitatē impēdēdi. *sic & .j.eod.l.impensæ. & infra de verbo signi. l.impensæ.*
r ¶ *Impēdēdi.*[b] à lege impositām. quod dic: *vt.j.eo.l. iiij.§.j.& de his dicitur vsque ad.l. quod dicitur.§.si.*
s ¶ *Necessitas.*quo ad ipsam rē: quia vel sunt vtiles, vel necessariæ.

t ¶ *In dotem.*i.in res dotales, & ad perpetuā agri vtilitatē: *vt.j.eo.l.iij.§.j.*nisi sit modica impensa:*vt.j.eo.l.omnino.& .l.pen.*
u ¶ *Factæ sunt.*& ad perpetuā ipsius rei in qua impēditur, vtilitatē pertinēt, & nō sunt modicæ: *vt.j.eo.l.pen.& .l.omnino.& con. cor.s.de rit.nuptia.l.dote.& .C.de rei vxoriæ.l.j.§ necessariæ.* Acc.
x ¶ *Non sint.* nec ad perpetuam agri vtilitatem pertinent:vt [c] in conueniendo debitores quorum nomina sunt data in dotem sibi: quia secundum Azonem conuenisse videtur vt suo sumptu hoc faciat: vel quia in res mulieris non dotales impendit.
y ¶ *Reputationem.*sc. in ipsam dotem minuendam: quod esset in necessariis:*vt infra eod.l.quod dicitur.§.j.& facit Institut. de act.*

† De dotis accessoriis idem iudicamus, quā de ipsa dote.

a Impēsæ necessariæ quæ dicantur.

† Scilicet sine quibus negotium expediri non potest. vel sine quibus res efficitur deterior: vt in c. vt prætæritæ. in Gl.i.verfi.& dicūtur impēsæ. extra de electio. de materia huius l. vide in Gl. a.in.ca.j. extra de do. inter vi. & vxo.

b Necessitas quędam nobis impositus à lege.

c Impēsas dotalium rerum nomine in litigando factas maritus nō repetit. vt hîc. Imò repetit nisi æstimatas acceperit. & ita concludit post Guarmerium & Bart. Campegius tractat. de dote parte. 2.quæst. 48. facit Glos.l. per diuersas in fi.C.mandati.

§. item si de dot. in fine titu. & ȷ. eo. l. penult. & s. de rit. nup. l. dotē. & de iur. do. si is §. quod dicitur. & C. de rei vxo. act. §. sed nec. & infra de verb. signifi. l. impensæ. & etiam in præsenti. §.

pensas esse Labeo ait moles in mare vel flumen proiectas.[a] Sed & si pistrinum vel horreū necessariò factū fit,[b] in necessariis impensis habēdū ait. Proinde Fulcinus inquit: Si ædificium ruens, quod habere mulieri vtile erat,[c] refecerit: aut si olineta reiecta restaurauerit: vel ex stipulatione damni infecti ne committatur, præstiterit:[d]

II. PAVLVS *libro septimo ad Sabinum.*

VEl in valetudinem seruorum impenderit:

Quæ fiunt ad perpetuam vtilitatem rei, dicuntur expensæ necessariæ: sed quæ factæ sunt ad præsentem tantùm vtilitatem, sunt expensæ vtiles. h. d.

III. VLPIANVS *libro trigesimosexto ad Sabinum.*

VEl si vites propagauerit: vel arbores curauerit, vel seminaria[e] pro vtilitate agri fecerit, necessarias impēsas fecisse videbitur. 1 ¶ Nos generaliter definiemus, multum interesse, ad perpetuam vtilitatem, agri, vel ad eam[f] quæ non ad præsentis temporis pertineat, an verò ad præsentis anni fructum.[g] Si in præsentis,[h] cum fructibus hoc compensandum. si verò non fuit ad præsens tantùm apta erogatio, necessariis[i] impensis computandum.

IIII. PAVLVS *libro trigesimosexto ad Edictum.*

a Dotale nomē sumptibus suis maritus exigere debet, at nō vxoris. facit lex 1. Cod. de bonis maternis, ibi sumptus ex bonis maternis facere. Guido Papæ singulari 321.

a ¶ *Proiectas.* s. expendere vt[a] recuperet: vel expedit proiicere causa faciendi portum, vel causa munitionis, vel ne domus vel fundus rueret, vel pro clusa molendini, vel similibus.

b ¶ *Factum sit.* i. refectum. alioquin contra. ȷ. *eod. l. veluti. & ȷ. de verb. sign. l. impensa. §. in his quæ sunt contra* secundum R. Sed certè hoc potest esse quòd licèt nouiter sit factum, tamen habetur inter necessarias impensas, & potest esse quòd inter vtiles, *arg. ȷ. e. l. pe.*

SI cum dos.] CASVS. Mulier amouit res mariti. postea Solu. ma. egit mulier de dote, & eam consecuta est. nunquid amplius poterit maritus agere act. re. amo? Et dicitur quòd sic. [SABINVS.] Vxor amouit res viri, & solu. ma. eas non vult restituere. certè dabitur marito contra eam iuramentum in litem, etiam si mulier velit ei dare iustam æstimationem dictarum rerum, ipse autem nolit nisi res & in isto casu iurat maritus in litem cōtra vxorem: sicque datur marito quātitas quam iurauit, & remanet res amota apud mulierem: & maritus non tenetur mulieri cauere de euictione dictæ rei: quia propter contumaciam mulieris res apud eam remāsit. hoc dicit cum duabus. ll. seq. Viuianus.

a ¶ *Nihilominus.* poterat enim excipere, vel compensare: *vt. C. eod. l.* j. quia cum non fecerit, videbatur sibi præiudicasse: *vt. C. ad leg. Fal. Authen. sed cū testator. §. item si heres.* Vel videbatur posse repetere vt indebitum: *vt supra titu. j. l. quod dicitur. §. si dos.* quod falsum est: *vt hîc dicitur, & fac. §. de compē. l. si ambo. & §. de neg. l. sed an vltro. in princ. & §. cōmoda. l. in commodato. §. j. & l. in rebus. §. fin.* Accur.

b ¶ *Actio.* rerum amotarum.

c ¶ *Quanti in litem.* sortitur [a] ergo hæc actio naturam arbitrariarum actionum, licèt non connumeretur inter eas: *vt Instit. de act. §. præterea.*

d NOn enim, &c. Concor. §. *de in litem iuran. l. si tutor. & supra solut. mat. l. si filiofamil. j. §. j. & §. de rei vindic. l. nec quasi.* Sed contra. *C. de in litē dan. tu. l. an tibi.* Solu. ibi habebat rem venalem. [b] ¶ Item contra *supra de do. inter virū & vxorem. l. si donatæ.* Sed ibi causam habet possidens à vindicante, hic non.

e ¶ *Suo.* s. iusto vel proprio.

f IDeoque.] *Pro euictione. vt & §. de rei vind. l. & ex diuerso. §. petitor. & de condict. fur. l. si seruus. §. cauere.* Sed contra *supra de dona. inter virum & vxorem. l. si donatæ.* Solu. *vt supra. l. proxi. dixi.* ADDITIO. Dic quod ibi possidens habebat causam à vindicante secundum glos. & Dy. *in c. pro possessore. de regulis iuris. lib. vj.* & secundum Bartolum *in lege litis. j. pro empt. & in l. depositi. de re iudi.*

MArcellus.] CASVS. Siue vxor expellat maritum de domo, & res amoueat viri: siue maritus expellat vxorem de domo, & amoueat res vxoris: tenentur. [QVI RERVM.] Egi actione re. amo. contra vxorem quondam meam, & volo probare quòd ipsa amouerat: & non possum nisi per sacramentum suum. certè me iurante quòd non deferatur ei sacramentum animo calumniandi, ipsa tenetur iurare quòd non amouerit, aut res mihi restituere, & quod dixi in vxore, habet locum in viro amouente res vxoris. Sed nūquid pater, vel heres illius qui dicitur amouisse, tenetur iurare? certè non. Sed quid si ille qui dicitur amouisse, referat sacramentum deferenti? certè non auditur. Item quid si ego qui agebam rerum amotarum pro parte rerum, volo pro alia parte sacramentum ei qui amouisse dicitur, deferre? Nunqnid possum? Et dicitur quòd sic. Et hoc vsque ad. l. nihil interest. Viuianus.

g ¶ *Res amouerunt.* causa diuortij: & secutum est diuortium: *vt. j. eo. l. rerum. & fac. j. eo. l. si mulier.*

h ¶ *Iurare.* nisi patronus à liberta conuentus: *vt supra de iureiur. l. si patronus libertam.*

i ¶ *De calumnia.* hoc nisi sit patronus: cui remittitur, [a] & etiam parenti: *vt supra de iureiuran. l. iusiurandum §. hoc iusiurandum.*

k ¶ *De alieno facto.* sic [b] *supra de in li. iuran. l. videamus. §. j. & facit. C. de iureiuran. l. delata. & supra de iuris & facti igno. l. ij. & iij.* Sed contra. *C. de adulter. l. in adulterij. & C. de sica. l. fina.* Sed ibi vt [c] testis. ¶ Item ex hoc quod hîc dicit, not. hoc esse iuramentum veritatis. *sic supra de iureiuran. l. quoties. & l. iusiurandum & ad pecunias. §. j.* Accur.

l ¶ *Nec heres.* cū multum discrepet, &c. *vt C. de rebus credi. lege pen. in princi.*

m ¶ *Permisisse.* scilicet relationem: *vt infra eodem lege. idem. Labeo.* & est speciale [d] odio delinquentis. Et ideo idem [e] in omnibus delictis: *vt & infra. l. proxima.* & idem vbicunque lex defert: *vt not. C. de rebus credi. l. delata.* aliàs regulariter [f] potest referri: *vt supra de iureiuran. l. iusiurandum & ad pecunias. §. datur. & C. de rebus credit. l. delata. vbi de hoc notat.* ADDITIO. Pro declaratione istius gloss. dic secundum Pet. de Bella pertica quòd ideo non est locus relationi aliàs, quia delictum de quo quæritur, non cadit in scientiam eius cui refertur, sicut in scientiam eius cui ab initio defertur: sed quādo æqualiter caderet in scientiam vtriusque, vt cum aliquis verberatur ab aliquo, tunc est locus relationi: *vt dicta. l. delata. & l. lex Cornelia. § hac. l. secundum Bart. hîc.*

n NOn magis.] *Deferat.* i. referat.

o *Ideo Labeo scribit. vt. §. eo. l. Marcellus. in fi. & l. seq.*

p ¶ *Referre.* sicut nec ab initio deferre, secundum quosdam: quia de alieno facto: *vt. §. eo. l. Marcellus. §. penul.*

q DE rebus.] *Probare.* Inconstantia [g] vel variatio hic admittitur. quod dic vt supra *de procu. l. in causa.*

NIhil interest.] CASVS. Siue habitem in eadem domo cum vxore mea, siue non. & ipsa res meas mihi amoueat, tenetur. [VXOR.] Si habeo filium meum in potestate, & vxor eius mihi aliquid surripiat: non ago contra eam actione furti, sed rerum amota. Si autem sit emancipatus à me filius meus, bene possum agere furti contra vxorem suam. Et quod dixi in vxore filij, idem est in vxore nepotis & pronepotis. Viuianus.

r ¶ *An separatim.* quod quandoque [h] faciunt nobiles: & ideo non minus est matrimonium: *vt. §. de donat. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si mulier & maritus. & facit. C. de dona. inter virum & vxorem. l. res. & de repu. l. j.*

† Iuratur in litem in actione rerū amotarū licèt non sit arbitraria.

a Actio rerū amotarum sortitur naturam arbitrariæ actionis: licèt non numeretur inter arbitrarias.

* Lib. 7. vide. j. e. l. 20.

b Restituere qui non vult rem quam habemus venalē, liberatur dando rē vel pretium.

a Iusiurandū calumniæ remittitur parēti & patrono.

b Iurare de alieno facto est iniquum.

† Concor. Glo. in c. bonæ memoriæ. super verbo, naturam in princ. extra de elect.

c Imò de suo facto deponit sicut de eo quod vidit aut alio sensu percepit l. qui testes. in fi. j. de test. & l. testium. Cod. de testibus.

† Argumentū ab ordine titulorum.

* Edicto.

d Vel dic hîc non esse locū referendo iuramento, quia non cadit in scientiam eius cui refertur, sicut in scientiā eius, cui ab initio defertur: secus, quando cadit æqualiter in scientiā vtriusq; verbi gratia, vt cùm quis verberatus est, ab aliquo tunc est locus relationi. l. delata. Co. de reb. credit. Bart hîc.

e Iuramentū referri quibus casibus, & quibus ex causis non possit.

f Iuramentū regulariter referri potest.

g Inconstātia vel variatio quandoq; admittitur. adde hîc Bart.

h Matrimoniū non dissoluitur sola ac nuda habitationū separatione.

ff. Infort.

a ¶ *Non simul.* ergo ipsa sola: sed superiori casu subtraxit ex ea quam vir solus inhabitabat.
b ¶ *Vxor.* facit. s. eo. l. j. in fi. & l. contra nurum. §. j. & de donat. inter virum & vxor. l. ij. §. ab vxoris. & §. fina.

AD fiscu.] CASVS. Vxor mea mihi surripuit res meas cōstante matrimonio. & postea ex aliquo meo delicto bōa mea publicata sunt. certè sicut interim poterā conuenire vxorē, ita eam conueniet fiscus.
c ¶ *Deuolutis.* puta viro damnato in metallum, & ita solu. matrim. *vt. s. de diuor. l. j.* & eius solutionis gratia res viri amouit vxor. at viro deportato nō soluitur matrimonium, nisi[a] vxor velit esse solutum: *vt. C. de diuor. l. j.*
d ¶ *Conuenitur.* sic[b] enim fisco vt heredi mariti tenetur, vel vt ipsi viro, cui nō tenetur ad pœnā: *vt. C. eo. l. ij.* habetur enim vt heres: *vt C. de senten. pas. l. si adeptis. & ad leg. Iuliam de vi publi. vel pri. l. interis.*
e ¶ *Quamuis alij.* habeas alij pluralis numeri: & non habeas, condemnetur: sed dic, condēnetur. & dic, alij subtrahentes de rebus ad fiscum pertinētibus vel fisco delatis, vel fraudē cōtra fiscū cōmittentes: *vt. C. de naturalibus liberis. l. j. in fin. & .j. ad leg. Iuliam pecu. l. sacrilegij. in fin. & .j. de iure fisci. l. aufertur. in fi.* & est ratio: quia hic non erāt fiscales, imò priuatę tēpore amotionis. Azo.
2. Vel habeas secundū M. alij, vel aliis: extraneo, vel extraneis; & sic datiuus singularis numeri vel pluralis: & habeas cōdēnetur, sc. mulier ꝓ furto manifesto vel rapina quam fecerat eis, non viro vel fisco. nā quadruplū est pœna furti manifesti, vel rapinę. Sed omninò melius est legere cōdēnetur, quàm condemnetur.

* habitabat.

a Matrimoniū non soluitur deportatione, nisi vxor velit.

b Fiscus heres priuati, vtitur iure priuati, vt in hac hypothesi, mulier seu vxor dānati ob res amotas conuenitur in simplū tātū à fisco, mariti sui successore.

† Putatiuum matrimonium licet habeat quædā priuilegia circa dotem, non tamē habet circa alia.

quæ ex ea domo subtraxit, in qua non simul[a] cum viro habitauit.*

Contra coniugem eius quam quis habet in potestate, nō datur actio furti: secus si emancipata fuerit. Bart.

1. ¶ Vxor,[b] & nurus, & pronurus, viro & socero, & prosocero furtū facere possunt. furti autē non tenentur, nisi fortè emancipatus sit filius: tunc enim nurus patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

Hæc lex legitur pluribus modis tā in primo quàm in secundo responso. Primo loquitur in viro damnato in metallū: cuius occasione si vxor amouit, certè tenetur fisco actione rerum amotarū in simplum. quod nota: quia secundū hoc est casus quòd hæc actio locum habet si quis amoueat propter spē matrimonij soluēdi aliter quàm per diuortium. Secundo modo potest legi quòd mulier amoueat causa diuortij: postea maritus fuit damnatus in metallum, vel deportatus: & mulier diuertit. non enim per deportationem soluitur, nisi diuortium sequatur: vt l. j. C. de diuor. Bart.

XVI. HERMOGENIANVS *libro secundo iuris Epitomarum.*

AD fiscum mariti bonis deuolutis,[c] vxor rerū amotarum nomine in simplum cōuenitur:[d] quamuis[e] alij in quadruplum condemnentur.

Inter eos inter quos non fuit matrimonium verè, non habet locum hæc actio. Bart.

XVII. VLPIANVS *libro trigesimo ad Edictum.*

SI concubina res amouerit: hoc iure vtimur, vt furti teneatur. Cōsequēter dicemus, vbicunq; † cessat matrimoniū, vt puta in ea quę tutori suo nupsit,[f] vel cōtra[g] mādata cōuenit, vel si cubi alibi[h] cessat matrimonium, cessare rerū amotarum actionē: quia competit diuortij causa.[i]

Causa diuortij potest amoueri tunc cum fit diuortium, vel etiam ante si postea celetur. Bart.

1. ¶ Res amotas dicimus nō solùm eas quas mulier amouit cū diuortij consilium † inisset: sed etiam eas quas nupta[k] amouerit, si cum discederet, eas celauerit.[l]

Hæc actio competit pro rebus extantibus & peremptis. Bart.

2. ¶ Non solùm eas res quæ extāt in rerū amotarū iudiciū venire Iulianus ait: verùm etiā eas quę in rerū natura esse desierūt.[m] Simili modo etiam certi[n] condici eas posse ait. 3. ¶ Quæ viro suo res pignori datas[o] amouerit:[p] hoc iudicio tenebitur.

XVIII. PAVLVS *libro sexto Quæstionum.*

SEd & domino condictio[q] competet: sed alterutri[r] agere permittendum est.

Amouere dicitur qui dolo causam dat, vt alius amoueat. Bart.

XIX. VLPIANVS *libro trigesimoquarto ad Edictum.*

SEd & si diuortij tēpore fures in domū mariti induxerit,[s] & per eos res amouerit,[t] ita vt ipsa nō cōtrectauerit: rerū amotarum iudicio tenebitur. Verum est itaque quod Labeo scripsit, vxorē rerum amotarum teneri, etiā si ad eā res non peruenerit.[u]

Hæc actio competit coniugi pro re à se bona fide possessa. Bart.

XX. MARCELLVS *libro septimo Digestorum.*

SI rem quam maritus bona fide emerat, vxor amouit, vel opem furi tulit,[x] idque fecit diuortij[y] causa: rerum amotarum iudicio damnabitur.

f ¶ *Nupsit.* sic. C. de interdi. ma. l. si patris.
g ¶ *Contra mandata.* sic. C. de nup. l. & si contra.
h ¶ *Alibi.* vt. s. de ritu nup. l. lex Iulia.
i ¶ *Diuortij causa.* nullum[a] autem est diuortium, cum nullum sit matrimonium. ¶ Et sic nota quòd inter istos qui contra fas conueniunt, honor non debetur in omnibus, licèt liberalitas & impudicitia inter eosdem ad instar matrimonij prohibeatur: *vt. s. de dona. inter vi. & vxo. l. hæc oratio. §. j. & l. cum hic status. §. fina. & .j. ad leg. Iul. de adult. l. si vxor. §. j.*
k ¶ *Nupta.* nondum cogitans de diuortio.
l ¶ *Celauerit.* datur enim hæc actio ex secunda contrectatione, cum ex prima deficiat. *sic. j. de fur. l. seruus & filij. in prin. vt not. s. eo. l. ij. in prin.* H. & *facit. s. eo. l. ij. §. item verum.* Accursius.
m ¶ *Desierunt.* sic in condictione furtiua: *vt j. de fur. l. inter omnes. in prin.* cui hæc similis est: *vt. j. eod. l. rerum. in fin.* Accursius.
n ¶ *Certi.* [b] s. generalis, quæ concurrit cum condi. fur. & hac actione: *vt. s. si cer. pet. l. certi condictio. in prin. & §. sed ex causa furtiua.*
o ¶ *Datas.* ab aliquibus. Accursius.
p ¶ *Amouerit.* causa diuortij: & secutum est diuortium: *vt & infra eod. l. rerum quidem.* Alij dixerunt etiam constante matrimonio hoc casu dari rerum amotarum: *vt. C. de fur. l. fina. §. fina.* quod non placet. nec illud eo modo intelligimus: vt ibi no.
q SEd & domino condictio. s. furtiua, & actio furti. *arg. j. eo. l. si vxor.* H.
r ¶ *Sed alterutri.* i. ipse vir prius, si soluendo est: aliàs dominus aget: *vt. C. de furt. l. fin. in fi.* sed certè ibi loquitur de act. fur. & hoc idem & eodem modo dicam de act. furt. & de act. rerum amotarum. Vel fortè nec tunc quia ibi loquitur cum constabat adhuc matrimonium, hic eo soluto. Item hic condictio furtiua & actio rerum amotarum, cum sint rei persecutoriæ, tolluntur adinuicem: *vt. C. de fur. l. ancilla. & .s. de condic. fur. l. si pro fure. §. j. & facit. s. eo. l. si rem.*

a Diuortium nō est vbi nullum est matrimonium.

† Consilium ex euentu colligitur.

b Dominus potest cum suā suam condicere furti. *l. vlt. in fin. supra vsufru quemadmod. caueat.* sed & amouenti vxori maritus: vel marito vxor *vt hac lege,* licet actio rerū amotarum sit diuersa à condictione furtiua: & aliud amouere aliud furari. *adde Romanum singulari 167.*

SI concubina.] CASVS. Si concubina mea mihi res meas amoueat, vel illa cū qua nō est mihi matrimonium de iure licèt sit fortè de facto bene habeo cōtra eā actionē furti, & nō rerū amo. quia act. rerū amo. cōpetit causa diuortij facta amotione. diuortiū autē hic nō potuit esse, cū nō fuerit matrimoniū sed & si mulier nō cogitabat adhuc de diuortio cū mihi surripuit licèt cū fiebat diuortiū inter me & eā, dictas res celauit: nihilominus tenetur act. rerū amo. [NON SOLVM.] Siue extāt res quas mihi amouit vxor mea, siue nō: semper habeo act. rerū amo. & etiā cōdictionē furtiuā. [QVAE VIRO.] Mihi cōmodauit Titius Codicē siue Digestum, & vxor mea mihi surripuit. certè possum agere contra eā act. rerū amo. & Titius qui mihi cōmodauit, habet cōtra eam condictionē furti. Sed si vnus nostrū agat cōtra eā alter nō poterit agere. Sed pone q; vxor mea non surripuit mihi suis manibus res meas, vel alienas mihi cōmodatas: sed introduxit fures qui surripuerūt. certè nihilo minus tenetur: quāuis res amotæ per dictos fures ad eā non peruenerint, & quod dixi in re mihi cōmodata, idem est in ea quam bona fide emi ego maritus.

s SEd & si] *Induxerit.* scilicet mulier.
t ¶ *Amouerit.* i. ipsi amouerint eius ope & consilio. alioquin si nec ipsi nec ipsa amouisset, secus esset: *vt arg. j. de furtis. l. si quis vxori. & seq. §. neque verbo. vt. l. si is qui rem. § si tu Titium.*
u ¶ *Non peruenerit.* secus[c] est in condi. fur. *vt. j. de furt. l. vulgaris. in fin. & l. seq. & .s. de condic furti. l. ex causa furtiua. & l. seq. & ibi no. plene. & facit. j. eo. tit. l. si mulier. § fi.* H.
x SI rem.] *Opem furi tulit.* secus in cōdict. furti. *vt not. s. l. pxi.*
y ¶ *Diuortij causa.* aliàs secus: *vt. j. eo. l. rerum.* nisi in casu: *vt j. l. proxi. si mulier. in prin.* Accursius.

SI cum mulier.] CASVS. Vxor de vita viri desperans, diuertit ab eo surreptis ei quibusdam rebus: postea vir liberatus est ab illa infirmitate. certè habet contra eam vtilem rerum amota. act. non autem

c Ratio differentiæ? Furti quis teneri potest licet non actione furtiua. Vxor autē furti non tenetur, igitur hac actione tenebitur quæ rei persecutoria est.

In eam quæ causa mortis speratæ amouet, vtilis hæc actio datur. hoc dicit secundum primam lecturam. Legitur alio modo: Qui amouit causa mortis speratæ, tenetur hac actione si postea diuortium est secutum. Bar.

XXI. PAVLVS *libro trigesimoseptimo ad Edictum.*

SI mulier cum de viri vita desperasset, subreptis quibusdã rebus diuortisset: si conualuerit vir, vtilis [a] rerum amotarum actio ei danda est.

Etiam si amouendo furtum non fiat: mulier cuius dolo fit amotio tenetur rerum amotarum actione. B.

1. ¶ Si seruus mulieris iussu dominæ diuortij causa res amouerit: Pedius putat nec furtum eum facere, quoniam nihil lucri sui causa contrectet: nec videri furtum facienti [b] opem ferre, cum mulier furtum non faciat: [c] quamuis seruus in facinoribus [d] † domino dicto audiens esse non debeat. Sed rerum amotarum [e] actio erit.

Ex facto serui dotalis mulier tenetur si fuerit sciens: aliàs liberatur dimittendo pro noxa. Bar.

2. ¶ At si in dotẽ seruus datus furtum viro fecerit: si quidem mulier talem esse eum scierit, totum damnum viro sarcietur. quod si ignorauerit, tunc non vltra condemnationem noxæ [f] multanda erit.

Si res dotalis amoueatur, habet locum hæc actio propter interusurium medij temporis. Bart.

3. ¶ Rerum [g] amotarum actio damnum repræsentat etiam si postea dotis exactio competat.

4. ¶ Commodi quoque, si quod amotis rebus amiserit vir, ratio [h] habenda est.

Hæc actio est persecutoria, ideo perpetua. Bart.

5. ¶ Hæc actio † licèt ex delicto nascatur, tamẽ rei persecutionẽ continet: & ideo non anno finitur, [i] sicut & condictio furtiua. [k] præterea & heredibus cõpetit. [l]

In actione ex maleficio non est locus beneficio ne quis condemnetur nisi inquantum facere potest. Bar.

6. ¶ Nec viro nec mulieri prodest in hoc iudicio, si facere non possunt. [m] pendet enim id ex furto. [n]

Litis æstimatio facit emptionem. ideo soluens habet exceptionem & retentionem. Bart.

XXII. IVLIANVS *libro nonodecimo Digestorum.*

SI † pp̃ter res amotas egero cũ muliere, & lis † æstimata sit: an actio ei danda sit, si amiserit possessionẽ? mouet me, q̃ a dolo [o] adquisiit possessionẽ. Respondi, Qui litis ęstimationẽ suffert, emptoris [p] loco habẽdus est. Ideo si mulier cũ qua rerũ amotarũ actum est, æstimationẽ litis præstiterit: aduersus vindicantẽ maritũ vel heredem mariti exceptionẽ habet: & si amiserit possessionẽ, in rẽ actio ei dãda [q] est.

autem directam: quia non fecit causa diuortij mulier furtum. [SI SERVVS.] Seruus vxoris meæ siue dotalis siue non, surripuit mihi quasdam res iussu dominæ suæ, cum iniisset consilium diuertendi: certè tenetur mulier rerum amotarum actione. secus si non fecit iussu dominæ. quia tunc distinguitur vtrum mulier sciuit eum esse furem, cum eum mulier dedit mihi in dotem: & sarcit mihi totum damnum conuenta à me act. furti serui. Si autem ignorauerit mulier eum esse furem, tunc tenetur furti noxali. [RERVM AMOTARVM.] Vxor mea amouit mihi res quas mihi dederat in dotem. postea solutum est ma. inter me & eam. & sic ipsa habuit repetitionem dotis si nõ surripuisset dotem. vnde videtur quòd maritus non possit ab ea repetere res dotales quas ipsa amouit: quia & si non surripuisset, eas posset repetere. Dicitur tamẽ hic quòd potest: quia interim patitur damnum maritus eo quòd fructus non habet ex rebus dotalibus per eam surreptis: & non solùm lucri, sed etiam damni habetur ratio. [HÆC ACTIO.] Actio rerum amotarum continet rerum persecutionem, quamuis nascatur propter delictum surripientis. & ideo non finitur anno sicut & condictio furtiua. Item non solùm marito, sed etiam heredi eius competit: & si mulier non est soluendo conuenta re. amot. insolidum cõdemnatur. & idem est in viro surripiente. & litera dicit rationem bonam.

a ¶ *Vtilis.* non [a] directa: quia [b] hic non fuit diuortium, quod esset opus: *vt. j. e. l. rerum.* Vel ideo, quia mors fuit causa amotionis, non diuortium: licèt & illud intercesserit. nam dicitur, diuertisset. videbatur autem nulla danda, cum mors præbuerit causam diuortio, & per cõsequens amotioni: quia causa [c] cessante cessaret actio. sed certè diuortium remanet, quod causa [d] proxima potest dici.

b ¶ *Facienti.* scilicet mulieri.

c ¶ *Non faciat.* Imò videtur: *vt. j. de fur. l. si quis vxori. in princ. & l. qui seruo. §. idem Pomponius. & s. eo. l. ij. §. j. quæ sunt contra.* Sol. hic non fecit seruus dolo, quia obediens, [e] vel quia dominç rẽ credens. & ita nec ipsa per eum, & sic non fert opem ei: quod non est ibi: & sic fecit dolum: vnde tenetur domina vel noxali, si ignorauerit: vel suo nomine, si iussit.

d ¶ *Facinoribus.* atrocioribus: [f] *vt hîc, & s. de noxa. l. ij. §. j. & j. de act. & obli. l. seruus. & de reg. iur. l. ad ea. & facit. j. de furtis. l. si quis vxori. §. neque. & l. si is. §. si tu. & l. qui seruo. in prin.* Accur.

e ¶ *Amotarum.* in qua sufficit res amotas & dolo malo, & causa diuortij, & secutum diuortium: vt in summa. Accursius.

f ¶ *Noxa.* facit. *s. de pign. act. l. si seruus. & s. man. l. inter causas. §. sed cum seruus. & s. loca. l. cum in plures. §. seruum.*

g ¶ *Rerum.* Dic quòd mulier quæ amouit viro res dotales, tenetur rerũ amotarum, licèt postea actio dotis mulieri cõpetitura sit: & hoc vt vir habeat interusuriũ medij tẽporis. *ar. j. e. l. ob res.* Annua enim bima trima die olim, hodie post annũ huiusmodi mobilia restituantur: *vt. C. de rei vxo. act. §. exactio.* Nõ ergo interim est locus compensationi: *vt supra de compensa. l. quod in diem.* & quia species sunt amotæ: quæ, scilicet compensatio aliàs locũ haberet: *vt. C. eo. l. j.* ¶ Sed an [g] mulier incidit *in l. si quis in tantã.* vel in decretum diui Marci *die vt. C. eo. l. ij.*

h ¶ *Ratio.* s. siue [a] quis amissurus quid sit, puta æstimationem vel pœnam: quia rem amotam præstare nequit: 2. Aut creditam à se pecuniam chirographo sublato probare non valet: 3. 4. Siue non lucratur puta serui operas, vel hereditatem in qua seruus per vxorem amotus fuerat institutus. Multa quoque alia causarum corpori cohærentiũ exempla in damno lucróque in. l. Aquil. tit. & de fur. inueniuntur. R. & facit *j. ne quid in loco publico. l. ij. §. merito.*

i ¶ *Finitur.* vt. *j. de ac. & obl. l. in honorariis.*

k ¶ *Furtiua.* non finitur anno. H.

l ¶ *Competit.* vt. *s. e. l. contra. §. si post.*

m ¶ *Non possunt.* vt. *j. de re iudi. l. rerum.*

n ¶ *Ex furto.* bona ratio, nam furtum [b] non fit sine dolo: *vt Institu. de obli. quæ ex delicto. §. pe.* ita nec hæc actio competit sine dolo. Est & alia ratio, quia diuortium est secutum: *vt. s. de nego. gest. l. diuortio.* Sed ratio hîc posita locum habet constante etiam matrimonio. *vt s. titu. ij. l. etiam. §. licèt. & j. de re iudi. l. sed hoc. in fi.* Hug. Item secus in actione ex stipulatu pro dote, quàm in hac actione. Accur.

SI *propter.*] CASVS. Mulier amouit viro res constan. matrimonio. postea solutum est matrimonium. vnde eam conuenit maritus rerum amo. & ipsa nolens restituere res amotas, cõdemnata fuit in earum æstimationẽ: sicque res amotæ remanserunt penes eam: & postea ipsa ab earum possessione cecidit. nunquid habet rei vindi. ad eas repetendas? & dicitur quòd sic: & si non cadat à pos. & ab ea petat heres mariti quondam, vel ipse maritus quondam, exceptione remouetur. [SI MVLIER.] Mulier dum morte viri desperans, non autem diuortium cogitans, surripuit res mariti: & maritus mortuus est, sicut ipsa credebat. certè non habet locum act. rerum amo. quia non fuit amotum causa diuortij, sed causa mortis, vt dictum est: vt. j. e. re. amo. sed habet locum pro heredibus mariti actio ad exhiben. & petitio. heredi. sed in isto alio casu bene habet locum act. rerum amo. Interim mulier constante matrimonio surripuit res viro: & postea diuertit: vnde habet locum act. rerum amo. postea ipsa reuersa fuit ad maritum: & sic cessauit actio rerum amotarum. interim postea constante secunda reuersione ipsa surripuit eidem marito alias res, & solutum est matrimonium inter eos. certè non solùm pro rebus amotis per eam post reuersionẽ, sed etiã pro amotis in prima constantia matrimonij manet actio rerum amo. Et quod dixi, in rebus amotis in vtroque matrimonio. s. vt habeat locum repetitio impensarum factarum in vtroque matrimonio: idem est in donationibus factis per maritum vxori constante primo matrimonio & secundo: quia de vtrisque habet repetitionem maritus. cum enim non valuerit, repeti possunt per donantem: vt dixi. *s. sol. matr. diuortio. §. ob donationes.* hoc dicit cum l. seq. Viuian.

o ¶ *Quia dolo.* & ideo non videbatur actio danda. Sed contra est vt subiicit. Accursius.

p ¶ *Emptoris loco.* vt [c] *& j. pro emptore. l. ij. in fin. & l. iij. & j. de Publi. in rẽ ac. l. sed & si res. ij. responso. & s. commo. l. si vt certo. §. j.*

q ¶ *Danda est.* si res erat præsens tẽpore æstimationis: aliàs actio ei cedenda est: *vt. s. de rei vindi. l. eius. & l. seq. & de don. inter virũ*

† Facit. 11. q. 3. c. qui resistit. & Gall. in [illegible] Noël. [illegible]

a Actio rerum amotarum duplex: alia directa, alia vtilis. Illa diuortio facto: hęc sine diuortio.

b Actio rerum amotarũ directa non datur vbi non fuit secutũ diuortium, quod requiritur ad directam. *l. rerũ. j. eod.*

c Causa cessante cessat actio.

d Causæ proximæ non remota (quæ occasio dicitur) tribuitur effectus. v. Enerardum in loco ab effectu. in fi.

e v. quæ scripsi in Gloss. l. 2. C. de sepulchro. l. liber. 27. s. ad. l. Aquil.

f Iussus domini in atrocioribus non excusat seruum.

g Vtrũ mulier incidat in pœnam l. si quis in tantam, vel edicti D. Marci: Glossa hic remittit *ad l. 2. C. eod.* Odofredus ait: Dynus negat. Mouetur autẽ quod leges illæ sint pœnales.

a Lucri amissi quomodo habeatur ratio.

† Condictio furtiua oritur ex delictis, *vt hîc. & l. ambo. §. quoties. s. de compensat.* non igitur ex variis causarũ figuris, vt aduersus Gloss. *l. 1. j. de obligat. & act.* notant Dynus & Guliel.

b Furtum non fit sine dolo.

* *Vide l. 35. l. is qui. & l. seq. l. eius rei. & seq. s. de rei vind.*

† *v. Dyn. in c. pro possessore. de regul. in 6. Gloss. in. l. culpa. j. de regulis.*

c Æstimationẽ soluẽs an quęrat dominiũ. *v. Dyn. d. c. pro possessore.*

& vxo.l.si donatæ.secus [a] si dolo desiit possidere:vt.s.de rei vind.l.is qui.in fi.& j.de re iudi.l.in deposit.Itẽ de euictione ei nõ cauetur:vt.s.eo.l.ideoq;.sed quidam cõtra:& ibi ideo,qa passa est iurari in litẽ contra se:ꝯhic non. sed pro prima.s.de rei vindi.l.& ex diuerso.§.petitor.& de cond.fur.l.si seruus.§.cauere.Accursius.

a ¶Heres.s.viri: vt & s.eod.l.contra.§.sed & si morte.& vtili [b] actione rerum amo: vt.s.eo.si mulier.in princ. Accursius.

b REdintegrato.aliàs sed redintegrato. aliàs, redintegrato.Accur.

c ¶Prioris.fuerunt ergo duo diuortia.Acc.

d ¶Existimaui.s.ego Africanus.cessat[c] ergo interim actio pro prædictis,non[d] autem extinguitur: vt.j.eo.l.fin. sic & in præscriptione contra pupillum:vt C. de præscri.xxx.anno.l.sicut. ¶Et dos[e] redintegratur: vt.s.de iure dotium.l.si is.in fin.& facit supra tit.ij.l.pen. §.vxor.Accur.

OB res.] CASVS. Mulier surripuit mihi constan.matrim. res meas, vel etiam illas quas mihi in dotem dedit:& non est solutũ adhuc matrimonium post amotionem, sicq; non habet locum act. rerum amotarum:vt.j.l.proxi. vindicatio tamen & condic. furtiua locum habebit: & altera earum debet eligi.

e ¶Vindicatio. siue [f] æstimatæ sint,siue non: si pactum interuenerit de lucrando: vel etiam si non, propter interusurium: vt.s.eo.l.si mulier.§.rerum.

f ¶Cõdictio.s.furtiua, & sic non ob.s.vsufru.quemadmo.caue.l.fin. & [g] etiam certi condictio:vt.s.si cer.pet.l.certi condictio.§.sed etiam ex causa.& s.e.l.si concubina.§.pen. 2. Vel dic ratione possessionis:vt.s.de cõdic.indebi.l.indebiti.§.j.Acc.

g ¶Actione vti. cum vna per aliam tollitur:vt.s.eod.l.sed & domino.Accursius.

Si mulier amouit causa mortis, quæ secuta est: tenetur actione petitionis hereditatis, & ad exhibendum. Bart.

1. ¶Si mulier mortis causa res amouerit, deinde mortuus est maritus: hereditatis petitione, vel actione ad exhibendum consequi poterit heres [a] † id quod amotum est.

XXIII. AFRICANVS *libro octauo Quæstionum.*

REdintegrato[b] matrimonio, si iterũ diuortiũ factũ erit: ob res amotas prioris [c] diuortij causa, item ob impẽsas donationesq; priore matrimonio factas, manere actionem existimaui.

Ob res amotas mulier tenetur pluribus actionibus, licèt altera debet eligi. Bartolus.

XXIIII. VLPIANVS *libro quinto Regularum.*

OB res amotas, vel proprias viri, vel etiam dotales, tam vindicatio [e] quam condictio [f] † viro aduersus mulierem competit:& in potestate est qua velit actione vti. [g]

Pro rebus amotis secuto diuortio competit hæc actio: si diuortium non est secutum, competit condictio. Bartolus.

XXV. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

1 REerum quidẽ amotarũ iudiciũ sic habet locũ, si diuortij cõsilio res amotæ fuerint, & secutũ diuortiũ [h] fuerit. Sed si in matrimonio vxor marito res subtraxerit: licèt cesset [i] rerum amotarum actio, tamen ipsas res maritus condicere potest.[k] Nam iure gentiũ [l] condici puto posse res ab his qui non ex iusta causa possident.

Ista actio est in personam. Bart.

XXVI. GAIVS *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

2 REerum amotarum actio condictio est,[m] †

Actio ciuilis proposita ab vno, non differatur propter accusationem criminalem propositam ab alio. hoc dicit. vel aliter. Accusans criminaliter non potest recomueniri ciuiliter, vt in contrario: sed vnus & idem potest agere ciuiliter & criminaliter. Bart.

XXVII. PAPINIANVS *libro 4. Responsorum.*

3 REerum amotarũ actio ob adulterij crimẽ quo mulier postulata est, non differtur.[n]

Pro re viri subtracta competit actio furti extraneo cuius interest, licèt non viro. Bartol.

XXVIII. PAVLVS *libro sexto Quæstionum.*

SI vxor rem viri ei cui eam vir commodauerat, subripuerit, isque conuentus sit, habebit furti actionem: [o] quamuis vir habere non possit.

Inspicitur quantum res valuit tempore amotionis, & postea quanti plurimi fuerit. Bart.

XXIX. TRYPHONINVS *libro vndecimo Disputationum.*

4 REerũ amotarũ æstimatio ad tempus [p] quo amotæ sunt referri debet. nam veritate furtum [q] fit, etsi leuius coercetur mulier. Quare nec à bonæ fidei possessore ita res amotæ vsucapiuntur [r] sed si pluris factæ non restituuntur quæ amotæ sunt, crescit [s] æstimatio: vt in condictione [t] furtiuæ rei.

REerum amotarum.] CASVS. Tunc demum habet locum act. rerum amo. si mulier amouit causa diuortij, vel etiam vir, & postea diuortium secutum est. si autẽ non est secutum diuortium, vel si secutum est, non tamen ipsa surripuit causa diuortij, sicque non habet locum act. rerum amo. tamen maritus non debet propter hoc res suas amittere. ideo furti condictione condicet.

h ¶Diuortium. Sunt[h] ergo necessaria vt competat hæc actio, scilicet amotio, & dolus:vt.s.eo.l.si mulier.in fin.& causa diuortij, & quòd secutum sit: vt hic. ¶Et no. [i] secundum Azo. quòd de iure canonico nõ habet locum hic tit. si [k] enim tenuit matrimonium: ergo nunquam potuit separari postea nisi ex causa fornicationis: & tunc etiam non soluitur matrimonium: sed potest negari debitum vxori. si verò non tenuit matrimonium, non datur hæc actio: vt.s.eod.l.si concubina.nec [l] dicitur diuortium quando separatur iure cognationis vel affinitatis: imò declaratur non tenuisse matrimonium. sed [m] in casu quando ipsa causa speratæ mortis amouit, forte etiam hodie locum habet:vt.s.eo.l.si mulier.

i ¶Licet cesset. nisi post diuortium celet:vt.s.eod.l.si concubina.§.j.Et est contra.C.de fur.l.si.§.si.Sol.vt ibi.Accur.

k ¶Condicere potest. condictione furtiua nam furtum cõmittit, licèt furti agi non possit:vt.s.eo.l.j. 2. Vel dic cõdictione certi, vel sine causa:vt supra eod.l.proxim.diximꝰ & l.si concubinas.§.ij. & hoc in honorem matrimonij:vt supra eod.l.secund.& C.eod.l.ij.Accursius.

l ¶Iuregentium. quia iure [a] naturali seu ex [b] naturali obligatione tantùm actio non procedit:vt infra de fideiussor.l.fideiussor.§.j. H. Sed certè naturalis obligatio dicitur, id est de iuregentium. Item[c] & de iuregentium non sunt actiones, sed de iure ciuili: vt supra de origi.iur.l.ij.§.deinde. quare dic iuregẽtium, &c. addita tamẽ actione de iure ciuili. Vel dic quòd vocat iusgentium, s.[d] ciuile:eo quòd ab omnibus gentibus est receptum.

REerum amotarũ.] CASVS. Actio rerum amotarum est cõdictio, i. dicere, actio in personam. personaliter enim agit maritus contra vxorem quondam ad repetendum res suas amotas.

m ¶Condictio est. id[e] est in personam[f] actio: vt.C.de do.qua sub modo.l.j.& Institu.de ac.§.sic itaque. 2. Vel dic id est naturam habet condictionis, scilicet vt non [g] infamet: vt.j.de act.& obliga.l.cessat.

REerum amotarum.] CASVS. Solu.matri. accusaui vxorem meam de adulterio, & nihilominus volo eam conuenire act. rerum amo. certè dicitur hic quòd bene possum.

n ¶Non differtur. Imò contra.C.de adult.l.adulterij. Sol.hic [h] ab alio non viro accusatur, ibi à viro. 2. Vel ibi [i] vir accusat, & mulier ciuiliter agit; quo casu differtur ciuilis; [k] vt.C.de or.iudi.l.quoniam. hic vir & accusat, & ciuiliter agit.

SI vxor.] CASVS. Librum meum commodaui Titio: postea vxor mea ei surripuit. postea ego cõueni Titium commodatarium, & soluit mihi æstimationem libri. certè vxorem meam poterit conuenire furti.

o ¶Furti actione. Cõtra.C.de fur.l.si.Sol.[l] ibi res aliena viro cõmodata erat, quã vxor surripuit. hic ecõtra rẽ suã vir alij cõmodauit.

REerum amotarum.] CASVS. Sol.ma.ago, rerum amota. contra vxorem meã quondã: ipsa non vult mihi restituere res amotas. vnde condẽnari debet ad æstimationẽ:vt.s.eo.si propter. Quæritur hic ad quod tempus debeat referri æstimatio: verũ ad tẽpus quo fuerũt res amotæ tantùm: ad tempus quo petũtur, vel ad quodliud tempus:& dicitur quòd ad tempus quo fuerunt amotæ, scilicet si maior erat tunc æstimatio earũ quàm alio tempore. Si autem alio tempore post amotionem fuit maior earum æstimatio, illud debet inspici. & est ratio quare talia inspiciãtur tempora: quia idẽ fit cum condicitur res ex causa fur. cum autem mulier amouit res marito, bene facit furtum, licèt ipsa leuius puniatur.

p ¶Ad tempus quo amota sunt. scilicet ad minus.

q ¶Furtum fit.vt.s.eo.l.j.Accursius.

r ¶Vsucapiuntur.vt Inst.de vsuca.§.furtiuæ.Accur.

s ¶Crescit.vt.s.eo.l.si mulier.§.rerum.

t ¶Condictione.vt.s.[m] de condic.furt.l.ex argento.& l.in re furtiua.§.j.& j.de fur.l.in furti actione.& l.vsuciando.§.infans.& facit.j.de re iudi.l.si rerum.Accur.

a Mulieri solugati æstimationem cedenda est actio nisi dolo desiit possidere. adde Dynum in cap. pro possessore.de regulis.

b Vide Bartolum in l.rerũ amotarũ.j.eod.

† Quod dic verum, si mulieri dos fuisset soluta: alioquin nec hæredibus nec quibuscunque legatariis, etiam si res essent fabricæ hospitalis relictæ, competerent. Bald.in.l.i.in fin.in ver.modo quæritur.Cod.si aduer.ven.pig.

c Amotarum rerum actio per secundum matrimonium aut verius per redintegrationem matrimonij non extinguitur: sed interim cessat. Itaque redintegrato matrimonio iterum soluto, reconualescit actio rerum amotarum in priore matrimonio.

d Cessare & extingui differũt.

e Dos redintegratur seu reuertitur ad priorem statum per matrimonij redintegrationẽ.

† id est actio rerum amotarum.l.rerũ.

f Dotalis rei vindicatio an marito competit? Competere hic putat Accursius, si æstimata data sit, vel si eam ex pacto lucrari debuit. Bartolus putat, veteri iure vindicationem competiisse: vt quo iure, non statim, dotis dominium in vxorem transferebatur.

g Dotales res amotas maritus persequi potest condictione furtiua, si facto diuortio eas contrectauit mulier: aliàs certi condictione generali vel sine causa. & ita hæc Glossa intelligenda vt in.l.sequentej. in verbis condicere potest.

h Rerum amotarum actio vt competat, plura requiruntur.

i Amotarum rerum actio an hodie locum habeat iure Canonico.

k Diuortium nulla ex causa fit iure Canonico.

l Diuortium nõ dicitur matrimonij iniusti: sed eius tantum quod firmum ac ratum fuit.

m Amotarum rerum actio iure Canonico habere locum potest, quoties vxor res amouit in casum speratæ mortis, at non sperati diuortij.

a Ius gentium pro naturali.

b Actio non datur ex iure tantum naturali.

c Actiones nõ sunt de iure gentium, sed ciuili.

† Vide non infamat.l.cessat.j.de obli.

d Ius gentium pro ciuili.

e Amotarũ rerum actio quo sensu dicatur esse conductio.

f Amotarũ rerum actio est in personam.

g Amotarũ rerum actio nõ infamat: vt l.se de iure tecos de facto.l.humani.l.sed si parens.j.de obsequiis.

h Hoc est, ibi accusatio criminalis & ciuilis proponebantur inter eosdẽ: hic inter diuersos.

i Accusans criminaliter non potest reconueniri ciuiliter: licet vnus & idem possit agere ciuiliter & criminaliter.

k Regulariter enim criminalis præfertur ciuili.l.fi.C.de ordi.iu.& vbi accusantur testes de falso, facit supersederi in causa principali.Bartol.in.l.domus,§.domo.s.de peti.hered.in ver.et ex hac habet.

l Amotarũ rerum actione tenetur vxor rem viri surripiens apud ipsum virum, vt hoc titulo. Apud extraneũ, furti, vt hac lege. Quid si rem extranei apud virũ subripuit? Dic vt d.l.vlt.C.de furtis.& l.si concubina.s.eod.

m Furtiua condictione crescit rei æstimatio

Cum

CVm ſoluto.] CASVS. Ago contra vxorem meam quondam act.rerum amo.poſtea ipſa rediit ad me. certè ſoluitur iudiciũ rerum amo.vt ſupra eodem.l.redintegrato.Viuianus.

a ¶ *Soluto.*ſcilicet iamdudum forſan.nam ſubito muliere reuerſa,nec etiam nata hæc actio videtur,ſicut nec fuiſſe diuortium: *vt ĩ. de regu. iur. l. quicquid.& ſupra de diuor. l.ij.*

Per matrimonium redintegratum ſoluitur hoc iudicium. Bart.

XXX. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæſtionum.*

CVm ſoluto [a] matrimonio rerum amotarũ iudicium contra mulierem inſtituitur; redintegrato rurſus matrimonio ſoluitur [b] iudicium.

b ¶ *Soluitur.*& reſtituitur diuortio renouato: *vt ſupra eodem.l. redintegrato.* ¶ Et not. aliquid vitiari[a] cum ad eam cauſam peruenit, à qua incipere non poteſt: *vt & ſupra ad leg. Aquil.l. quia & infra de ope.liber.l.qui libertinos.§.Iulianus.& ſupra ſolu.mat.l.ſi mulier diuerterit.*

a Inutile fit & vitiatur aliquid, cum ad eam cauſam peruenit, à qua incipere non poteſt.

DE † AGNOSCENDIS & alendis liberis [c] vel parentibus, vel patronis [d] vel libertis.

TITVLVS III.

† Aliàs, de liberis agnoſcẽdis, vel alendis parẽtibus, &c. in vulgata editione. Lib. 31. Baſilic. tit.6.c.4.

Primò iuriſconſul. ponit in ſumma quæ fuit mens ſenatuſconſulti circa hoc: vſque ibi, Permittitur igitur. ibi ponitur quæ fuit mens ſenatuſconſulti inquantum ſpectat ad mulierem, cum quibuſdam declarationibus vſque ibi, Mariti. ibi tertia, in qua ponitur mens ſenatuſconſulti inquantum ad maritum ſpectat, vſque ibi, Sed ſi maritus. ibi quarta, in qua tractat permixtim de marito & vxore contemnentibus ſenatuſconſul. vel obedientibus: vſque ad.l.ſiue contra. §.quia Plautianum. ibi quinta, in qua circa dicta format aliquas quæſtiones vſque ad.l.ſi quis à liberis. Bart.

c DE LIBERIS *agnoſcendis, &c. Hoc fit per duo ſenatuſconſulta, ſcilicet per Plautianum: & aliud ſub diuo Hadriano factũ:* vt.ĩ.eo.l.iij.§.j.

¶ *Cauſa tertia retentionis fuit propter liberos, atque ita ex ordine tractat modo de agnoſcendis & alendis liberis, & vice mutua de parentibus, & proximitate rei ductus etiam de alendis vel patronis vel liberis qui ſcilicet egeſtate laborant. De agnoſcendis liberis quaſi ſuis editis poſt diuortium, vel poſt mortem patris vel conſtante matrimonio præiudicium datur ex Senatuſconſultis, ſicut de libertis. Eſt enim præiudicium omnis quæſtio ſtatus, quod plerunque eam actionem ſequatur alia, veluti de hereditate, de operis, obſequiis, de alimentis, de quibus tamen ſi forte quærere anteuertas, id abſque præiudicio facias, id eſt integra principali quæſtione ſtatus. nec enim decreto alimentorum vel decreto Carboniano tollitur præiudicialis actio. Cuiacius.*

d ¶ *Patronis.*in libertis & patronis ſenatuſconſ.non loquitur.

SEnatuſconſultum.] CASVS. Super tractatu iſtius ti. duo fuerunt ſenatuſconſulta, vnum vocatur Plautianum, & aliud quod fuit factum tempore diui Hadria. de quo vltimò habebis.ĩ.eo.l.iij.§.j. Plautianum autem duo capita habet. vnum caput eſt de iis qui falſum partum ſubiiciunt. & de illo nõ tractatur in hoc tit. aliud caput tractat de patre qualiter tenetur agnoſcere filium quo ad alimenta ei danda, ſi non obſeruet ea quæ in ſenatuſcon.continentur: vt.ĩ.ea.l.§.pœna.& de aliis tractat ſimiliter. Pone ergo ita caſum hic: Diuortium feci cum vxore mea: & ipſa dicit ſe prægnantem ex me: vnde ipſa vel pater eius vel procur.ab eis ad hoc cõſtitutus denunciant mihi hoc intra.xxx dies poſt diuortium, vel denuntiant patri meo in cuius ſum poteſtate: vel denuntiant ad domum meã.certè ego maritus debeo eis dicere corã teſtibus, nõ eſt verum quòd ipſa ex me ſit prægnans. vel debeo ad eam mittere cuſtodes vt videant quando pariet, vt ſic poſſim ſcire vtrum ſit meus filius vel non ille quem habet in ventre. ſi autẽ non faciat vnum de prædictis duobus: debeo præſtare alimenta puero, ſiue ſit ex me genitus vel nõ. prius ergo debet mihi denuntiare mulier quàm ego vxori. ſed ſi ipſa nõ denuntiet, vel ſi denuntiat, & poſtea cuſtodes quos mittere ad eam volo ego maritus, nõ permittat ſtare ſecum: non teneor partum alere. Sed quid ſi ipſa non denuntiauit mihi intra.xxx.dies vt debuit: quia non credebat ſe fore prægnantem? certè adhuc audietur vt denũtiare poſsit. Sed & ſi nullo modo vult denuntiare mihi, non oberit partui quantũ ad alimenta ſibi per eam præſtanda. pater autẽ non tenetur ad alimenta, vt dictum eſt. quod autem dixi de.xxx.diebus, intelligas ꝙ debent eſſe cõtinuũ à tempore diuortij, & non vtiles. [ELEGANTER.] Pone quòd vxor mea non denuntiauit mihi marito poſt xxx.dies à tempore diuortij ſe eſſe ex me prægnantem. & natus eſt partus ante. xxx.dies completos. certè non habet locum ſenatuſconſul. Plautianum: quia illud locum habet quando poſt.xxx.dies natus eſt. ipſa ergo non punitur, quia non denuntiauit: quia adhuc erat intra.xxx.dies qui ſibi dantur ad denuntiandum: nec maritus quondam eo quòd omiſit ea quæ debet facere: quia ipſe non tenetur ad illa niſi mulier prius ei denuntiet: vt ſupra ea.l.§. illud. nec partui nocet: nam bene poterit ſe probare filium. ſicut ergo non nocet partui in hoc caſu, ita in eius conuerſo non nocet illi qui dicitur pater. nam ſi mulier denuntiauit mihi marito ſe eſſe prægnãtem ex me ſicut facere debuit, & ego miſi cuſtodes, ſicut facere debeo: miſsio cuſtodum non nocet mihi quin poſsim poſtea probare natũ non eſſe meum filium. dicitur autem hic caſus conuerſus ad ſuperiorem: quia ſicut in ſuperiori nec mulier mihi denuntiauit, nec ego ei, vel cuſtodem miſi: ita per contrarium in iſto & ipſa mihi denuntiauit, & ego cuſtodes miſi. [IVLIANVS SCRIBIT.] Dictum eſt.ĩ.eo. §. pœna. quòd ſi mulier viro denuntiauit ſe ex eo prægnantem ſicut debuit, & vir non miſit cuſtodes, vel non denuntiauit ei ecõtrario eam non eſſe prægnantem ex ſe; tenetur maritus agnoſcere partum. nũc vult illud exponere. & dicit quod eſt intelligendum quãtum ad alimenta. Sed ſi velit probare eum non eſſe ſuum filium, bene poteſt. imò plus: quia ſi ſua propria voluntate dicit extra iudicium eum ſuum filium eſſe, nihilo minus poteſt poſtea probare eum non eſſe filium ſuum: licèt maximam præſumptionem facit pro filio dicta patris cõfeſsio. Item quod dictũ eſt.ĩ.ea.l.§.ſed ſi maritus. quod ſi mulier nõ obſeruet ea quæ in ſenatuſconſulto continentur, quòd maritus quondam non cogitur filium agnoſcere: debet intelligi quãtum ad alimenta, donec probauerit puer ſe eſſe eius filium: quod quidem non erit filio prohibitum. Sed quid ſi mulier denuntiauit viro ſe eſſe ex eo prægnantem ſicut debuit: vir autem non negauit hoc: tunc certè, ſicut dictum eſt, quo ad alimenta faciet ſibi vir præiudicium, non autem quantum ad filiationem. [SI QVIS.] Titius fuit abſens ab vxore pone per.x.annos, & reuerſus inuenit vxorem prægnantem: vnde reiecit eam. ipſa autem poſtea denuntiauit intra. xxx dies ei quòd ex eo prægnans erat. vir autem non contradixit, vel non miſit cuſtodes: certè præiudicat ſibi vir quantum ad alimenta præſtanda, non quantum ad filiationem: vt dictum eſt multoties. [EX HIS APPARET.] Ex ſuperioribus videre potes, quòd ſi mulier omittat ea quæ debet facere ex ſenatuſcon. non præiudicatur filio quin ſe filium probare poſsit, & quin habeat à matre alimenta, licèt nõ à patre. Apparet ſimiliter ex ſuperioribus, quòd ſi ille qui pater dicitur, omittat facere ea quæ debet, tenetur alere partum: non tamen facit ſibi præiudicium quantum ad hoc quin poſsit probare eum ex ſe non eſſe natum: ſed ſufficit marito facere vnum ex illis quæ ei iniunguntur in ſenatuſconſulto Plautiano, puta negare ei ex ea eſſe natum: licèt non mittat cuſtodes. & in eo caſu non euitabit mulier quo minus ille qui dicitur pater, probet ſe non patrẽ. & ſi iuerit pater coram iudice ad probandum hoc, aut iudex pronuntiet eam eſſe ex eo prægnantem: in ea cauſa eſt vt agnoſci debeat per illum qui pater dicebatur, eſſe ſuum partum in omnibus cauſis, & quo ad alimenta, & vt ſuus naſcatur. & hoc dico ſiue in veritate filius ſuus eſſet, ſiue non. vnde & fratribus ſuis erit conſanguineus. ſententia enim iſta ius facit. Si autem pronuntiauerit eam non eſſe ex eo prægnantem, non habebitur pro ſuo, quamuis in veritate ſuus fuerit. hoc dicit cum duabus.ll.ſequen.vſque ad.§. quia Plautianum. Viuianus.

I. VLPIANVS *libro trigeſimoquarto ad Edictum.*

SEnatuſcõſultum [e] quod factum eſt de liberis agnoſcendis, duas ſpecies complectitur: vnam eorum qui agnoſcunt: [f] aliam earũ quæ falſum [g] partum ſubiiciunt.

e ¶ *Senatuſconſultum.* Plautianum, cuius verba non habemus: quod pertinet ad eos partus qui poſt diuortium eduntur: *vt.ĩ.eod. l.iij.§.j.*

f ¶ *Agnoſcunt* i.tenentur agnoſcere. Accur.

g ¶ *Qui falſum.* De [a] hac ſpecie non tractatur in titu. iſto Hug. a. Vel dic ꝙ tractat aſsignando cautelã de cuſtodibus, & de contraria denuntiatione, vt reſiſtat eorum fraudi qui falſum partum ſubiiciunt, &c. *vt.ĩ.ea.l.§.denuntiare.* vtraque ergo ſpecies pertinet ad agnitionem liberorum. prima vt veri agnoſcantur, ſecunda vt falſi repellantur & examinentur an veri ſint vel falſi. ¶ Item iſti [b] qui falſum partum ſubiiciunt, tenentur crimine falſi, & perpetuò (& ſoli [c] parentes vel quorum intereſt accuſant: *vt.ĩ.ad leg. Corne.de fal.qui falſam.§.j.& l.lege.§.j.*) licèt [d] aliàs querela falſi xx.an.duret: *vt.C.de fal.l.querela.* ¶ Nec differtur [e] hæc accuſatio in tempus pubertatis. quod dic *vt.C.de fal.l.j.*

a De falſo partu an & quomodo hoc titulo tractetur.
b Falſum partũ ſupponens ſeu ſubiiciens, tenetur falſi & quidem perpetuò.
c Falſi partus cauſa ſoli parentes non accuſant, ſed & hi quorum intereſt.
d Falſi partus accuſatio perpetua eſt: falſi criminis, vicennio perit.
e Falſi partus accuſatio non differtur in tempus pubertatis.

a ¶ *Permittitur.* scilicet à senatu. q.d. quia timet mulier ne dicatur partus suppositus, igitur, &c.
b ¶ *Mādatū.* speciale, [a] vt dicūt. sic similia: *ȝ. de proc.* [b] *l. Pōponius.*
c ¶ *Dies.* continuos, *vt. j. eo. §. dies.*
d ¶ *Est.* scilicet maritus.
e ¶ *Domum.* no. sic .C. *de anna. excep. l. vt perfectius. §. fi.* Argu. contra. *j. quae sent. si app. l. j. §. item cum ex edicto.* Solu. vt ibi.

1 ¶ Permittitur [a] igitur mulieri, parentive in cuius potestate est, vel ei cui mandatum [b] ab eis est, si putet praegnatem, denuntiare intra dies [c] triginta post diuortiū connumerandos, ipsi marito, vel parenti in cuius potestate est, [d] aut domum [e] denūtiare, [f] si nullius eorum copiá habeat. † 2 ¶ Domum accipere debemus, hospitiū, si in ciuitate maneat. [g] Quod si non sit, sed in villa, [h] vel in municipio: illic vbi larem [i] matrimonio collocarent. [k] 3 ¶ Denuntiare autem hoc tantúm, [l] esse mulierem [m] ex eo praegnatē. Non ergo hoc denuntiat, [n] vt mittat custodes maritus. sufficit enim mulieri hoc notum facere, quòd sit praegnas. [o] ¶ Mariti est, iā aut mittere custodes. aut [p] ei [q] denuntiare quòd non sit ex se praegnas. Hoc autem vel ipsi marito, vel alij nomine [r] eius facere permittitur. 4 ¶ Pœna autem mariti ea est, vt nisi aut custodes praemiserit, aut contra denuntiauerit [s] non esse ex se praegnatē, cogatur maritus partū agnoscere. [t] & si non agnouerit, extra ordinem [u] coerceretur. Debebit [x] igitur respondere, non esse ex se praegnatem, aut nomine eius responderi. [y] quod si factū fuerit, non aliàs necesse habebit agnoscere, nisi verè filius [z] fuerit. 5 ¶ Illud notandū est, q̃ denuntiatio à marito nō incipit, sed à muliere. [a]

Si mulier contēnat senatusconsultum Plautianum, praeiudicat filio: nisi vere probet se filium. fallit si erraret: vel ex necessitate mulier denuntiationem omisisset. h. d. vsque ad §. quemadmodum. Bartolus.

6 ¶ Sed si maritus vltro custodes [b] offerat, & ea non admittat: [c] vel si non denuntiauerit mulier, aut si denuntiauerit quidem, custodes aūt arbitrio iudicis nō admiserit: [d] liberū est [e] marito parētive eius partum nō agnoscere. [f] 7 ¶ Si mulier esse se praegnatē intra triginta dies non denūtiauerit: postea denuntians, causa cognita [g] audiri debebit. 8. ¶ Quinimò & si in totū omiserit denūtiationem, Iulianus ait nihil hoc nocere ei quod editur. [h]

9. ¶ Dies autē triginta cōtinuos accipere debemus ex die diuortij, [i] nō vtiles. 10. ¶ Elegāter autem apud Iulianum libro nonodecimo Digestorū quaeritur, si intra dies triginta mulier marito nō denūtiauerit, & intra trigiata partū ediderit, an senatuscōsulto locus sit. Et ait Planciānū [*] senatuscōsultū cessare: [k] quia de eo partu nō videtur sentire, qui intra diem trigesimum nascatur: quippe dies triginta ad denuntiandum [l] praestituit senatus. Sed hanc [m] rem non facere praeiudicium partui arbitror.

Vxor & maritus obseruant senatusconsultum: licèt maritus partum non agnosceret. Bart.

11. ¶ Quemadmodū per contrarium, [n] si maritus vxore denuntiante custodes miserit, nullum praeiudiciū sibi faciat. Licebit igitur ei partū editum ex se negare: nec ei nocebit q̃ ventrē custodierit. & ita Marcellus libro septimo Digestorum scribit. ait enim: Siue quis neget vxorem fuisse, siue ex se praegnatem, [o] sine praeiudicio rectè mittit custodes: maximè si missurus idipsum protestetur. [p]

Si maritus contemnat senatusconsultum Plautianum, cogitur partum agnoscere: nisi verè probet non filiū, sed si mulier contemnit, maritus non cogitur nisi ille probetur filius. Barto.

12. ¶ Iulianus libro nonodecimo Digestorum scripsit: [q] Quod senatuscōsulto comprehensum est, si mulier viro denuntiauerit se ex eo concepisse, & is cui denuntiatum erit, custodes ad ventrem custodiendum inspiciendúmque nō miserit, neque contestatò [r] dixerit eam ex se praegnatem non esse, vt ei id quòd

f ¶ *Denuntiare.* scilicet mulierem non esse ex eo praegnantem: *vt. j. ea. l. §. denuntiare.*
g ¶ *Maneat.* manere dicitur, licèt nō sit modò praesens. aliàs ipsi non domi denuntiare diceretur.
h ¶ *In villa.* aliàs pro [c] domuncula gratia fructuum facta accipitur: *vt supra de vsufru. l. arboribus. & de verb. sign. l. fundi.* Accursius.
i ¶ *Larem.* id [d] est vbi sedes & tabulas & res suas constituit: *vt infra de verb. signi. l. in lege. & ad idem. C. de incol. l. ciues. lib. x.* aliàs aliter accipitur domus: *vt infra de adult. l. nec in ea. §. ius occidendi. & infra de iniur. l. lex. Cor. §. domum.*
k ¶ *Collocauerunt.* hoc ideo quia vxor [e] sequitur forum viri per matrimonium: *vt. ȝ. de iudi. l. exigere.*
l ¶ *Hoc tantum.* scilicet debet.
m ¶ *Mulierem &c.* q.d. vbi domicilium [f] habebat tempore matrimonij, & nunc habet: 2 Vel vbi vxor constan. ma. manere consueuit cum familia. Accursius.
n ¶ *Denuntiat.* id est denuntiare cogitur.
o ¶ *Praegnas.* s. ex eo: *vt. ȝ. dixi.* 2 Vel dic hic subintelligendum à marito.
p ¶ *Aut.* satis est alterum fieri, *vt hic, & j. ea. l. §. si.*
q ¶ *Ei.* s. mulieri.
r ¶ *Nomine eius.* qui habet speciale mandatum: *vt & supra ea. l. §. pmittitur.* Azo. 2 Vel dic generale [g] sufficit secundum H. *argu. supra pro soc. l. actione. §. renuntiare.* plus enim in muliere exigitur, cū ab ea incipiat nuntiatio: *vt. j. §. illud.* Acc.
s ¶ *Contra denuntiauerit.* qui [h] non improbat, probat. *sic. ȝ. ad Macedo. si filiusfa. ij.*
t ¶ *Agnoscere.* id est [i] habere & tractare vt filium: *vt. j. ea. l. §. Iulianus. & §. fi.* Accursius.
u ¶ *Extra ordinē.* id [k] est. arbitrio iudicis pœna plectitur: *vt. j. ti. j. l. j. §. ex hoc rescripto.* 2 Vel dic quod eximitur à patris potestate: *vt arg. C. de Lat. liber. tol. l. j. §. seruus.* Sed ar. contra. *C. de nupt. l. patrē.* Sed dices de facto non de iure patrem ibi remitti. Accursius.
x ¶ *Debebit.* id [l] est poterit. *sic. ȝ. de offic. proconsul. l. obseruare. §. fi. & l. solent. §. sicut.* item & ex se eam esse praegnantē potest respondere, quòd multum facit pro filio: *vt. j. eo. §. Iulianus.*
y ¶ *Responderi.* subaudi, vel mittere custodes. Accur.
z ¶ *Verè filius.* summatim [a] hoc cognito: *vt. j. e. l. si quis à liberis. § si vel parens.* Sed vbi nō respondet, nullo omnino cognito praestat alimenta donec plenè discutiatur causa filiationis: *vt. j. eo. §. idem Iulianus ait.*
a ¶ *Sed à muliere.* quia [b] scit melius factū. & sic est ar. ad multa. facit. *C. de procu. l. fi.*
b ¶ *Custodes.* non coram iudice: vt differat à casu tertio sequenti. ¶ Et no. quòd supra dixit de pœna mariti: nūc de pœna mulieris.
c ¶ *Non admittat.* id est non recipiat. s. mulier custodes.
d ¶ *Non admiserit.* fortè [c] liberas tres, & liberos cum binis comitibus: *vt. j. tit. j. l. j. §. ante ostium.* & in quibus mala suspicio non sit: *vt. C. de episc. & cle. l. eum qui.*
e ¶ *Liberum est.* s. si non receperit mulier.
f ¶ *Non agnoscere.* nisi verè filius fuerit: *vt. ȝ. ea. l. §. debebit. & j. e. §. ex his.* Sed [d] si maritus nō est cōtentus, sed omnino vult custodes admitti, cogenda erit remediis praetoris: *vt. j. tit. j. l. j. §. ex hoc.*
g ¶ *Causa cognita.* iusti [e] erroris, quia ignorabat se praegnantē: Vel rōne minoris aetatis.
h ¶ *Ei quod editur.* si probauit se esse filium: matri tamen nocebit: q̃ etiā si [f] triēnio maior est, alere cogitur: *vt ȝ. pro. vi. §.* aliàs non, nisi pater sit inops: *vt in Auth. vt li. ma. et aui. §. illud. coll. viij.* Azo.
i ¶ *Ex die diuortij.* s. connumerandos. H. & qui dies dicuntur vtiles, dic vt dicitur. *j. de diuer. & temp. praescri. l. j. & qui or. in bo. poss. ser. l. ij.*
k ¶ *Cessare.* quo dicitur mulierem denuntiare intra. xxx. [g] dies. aliàs vir non tenetur agnoscere: *vt. j. e. l. §. idē per contrarium.*
l ¶ *Ad denuntiandum.* se esse praegnantem. Azo
m ¶ *Sed hanc rem.* q̃ Plautianum non sit locutum de tali partu. H. Vel dic quòd mulier non denuntiauit.
n ¶ *Per contrarium.* ita est contra: quia supra vxor non paruit: hic autem paruit vir.
o ¶ *Praegnantem.* repete, neget. quid autem si neutrum eorum negauit, & custodes misit? [h] Accursius.
p ¶ *Protestetur.* Not. sic. *ȝ. de neg. gest. l. Nesennius. §. quid ergo.*
q ¶ *Iulianus scripsit.* aliàs. §. Iulianus. aliàs. l. quod senatuscō. &c.
r ¶ *Contestato.* id [i] est coram testibus dixerit: & per hoc videtur fateri.

a Speciale mādatum requiritur, in procuratore denuntiante mulierem esse praegnātem. *vt hic. Similis est Glos. in. l. de pupillo. §. qui procuratorio. j. de operis noui nunt.* Imò generale mandatum sufficit. *Gloss. j. ead. in. §. y. in verbo, nomine eius.*
b Denuntiatio praegnātis potest fieri per procuratorem.
† Si aliquod capitulū citetur, quòd ad probandum citationem fuisse factam, si non possit haberi copia praelati cui putetur citatio facta, aut maiorum capituli: sufficit legere literas publicè in capitulo vel in claustro praesentibus qui ibi inueniuntur. *gl. in c. bonae memoriae. j. super verbo, singulare, de elect.*
c Villa pro domuncula fructuum gratia facta.
d Larem constituere quid.
e Focum viri vxor sequitur: idque ex vi & effectu matrimonij.
f Domicilium vxor habere intelligitur, vbi illud habuit constante matrimonio vel habere consueuit.
g Imò nō sufficit *Gloss. in. §. r. j. eod.* Dic vt ibidē per Bartolum.
h Probat qui nō improbat.
i Filium agnoscit, qui habet & tractat vt filium. Hoc igitur modo, probatur filiatio.
k Filium non agnoscentis patris pœna arbitraria est: aut sanè ordinaria quae talis est, vt ius patriae potestatis in eum amittat.
l Debere pro posse.

a Sūmaria est cognitio filiationis.
b Praegnatem esse mulierem nemo scit melius ipsa muliere.
c Custodes partus liberae conditionis esse debent, & procul à mala suspicione.
* Plautianum.
d Custodes praegnati vxori inuitae maritus potest mittere & ad id cogi potest remediis praetoriis.
e Iusto errore vel aetate excusatur mulier quae non denuntiauit se praegnatē. Iustus autē error hic esse potuit ex defectu signorum, quae praegnatib' cōmuniter accidere solent.
f Alere filium etiam triennio maiorē cogitur mater, si pater filij sit inops.
g An ipse dies diuortij his triginta diebus connumeratur? Ita putat Iacobus de Aretio, & Baldus.
h vide hic Bartolum vbi hanc Glossam reprehendit.
i Contestatò dicitur quod fit coram testibus.

Diceret

a ¶ *Diceret*.ad quod est cogendus:*vt.ꝫ.ea.l.§.denuntiare.in fi.§.* & confitetur filium,coactus tamen.
b ¶ *Heredem*.ad quod est.*j.eo.l v.§.si vel parens.&.§.meminisse.&.§.solent*.Accursius.
c ¶ *Quandoque*.aliàs,quandocunque. * & dic enim, pro certè. Accursius.

editũ sit, agnoscere sit necesse: nõ eò pertinet, vt si quis agnoscere se filium diceret, [a] suũ heredẽ [b] haberet, quanuis ex alio cõceptus sit. Quandoq; [c] enim, inquit, cœperit causa agi [d] grande [e] præiudicium adfert pro filio [f] confessio patris. 13. ¶ Idem per contrarium quoque ait, si mulier [g] diuortio facto non fecerit [h] ea quæ senatusconsulto præcipiuntur, vt liceat patri nõ agnoscere, non eò pertinere, vt filius natus suum se dicere non possit: sed ad id tantùm, vt ita [i] pater alere eum cogatur, si constiterit eũ filiũ esse. 14. ¶ Idem Iulianus [k] scribit, [l] si vxore denuntiante se prægnantem, maritus non negauerit: non vtique suum illi partum effici: cogendum tamen alere. cæterùm * esse satis iniuriosum ait, si quis † lõgo tempore abfuerit, & reuersus vxoré prægnanté inuenerit, & idcirco reiecerit: [m] si quid ex his quæ senatusconsulto continentur, omiserit, [n] suum heredem ei nasci. [o] 15. ¶ Ex his [p] apparet, siue vxor omiserit quæ eam ex senatusconsulto obseruare oportuit, nihil præiudicare filio, si filius est, non tantùm in iure * sui, [q] verùm [r] ne in alimentis [s] quidem, secundum diui Pij rescriptum. siue maritus neglexerit facere quæ ex senatusconsulto debet, natum cogitur omnimodo alere: cæterùm [t] recusare poterit filium.

Sententia lata in causa filiationis inter patrem & filium, fidem facit quo ad omnes. Bartolus.

d ¶ *Causa agi*. s. vt plenè cognoscatur.
e ¶ *Gra. de præiudicium*. id est [a] magnam probationem: non [b] tamen plenam: sed secus fortè in matris confessione.*vt.ꝫ.de proba.l.fi. in fi.* ¶ Item no.q̃ confessio [c] extra ius nõ nocet: *vt.ꝫ.de interrog.actio.l.j.in fi.&.C.de libe.cau. iubemus*. licet Io. dixerit contra. *arg. huius.l.& supra de proba.l.quidam.&.C. de proba.l.non nudis.&.l. non epistolis*.Hug.
f ¶ *Pro filio*.Cæterùm contra [d] filium non facit patris dictum: *vt.j. de Carb. edict.l.j.§.si quis &.§.sed & si quis. & facit in eo.tit.l.quod Labeo.&.j.de quæstio.l.j.§.j. ibi, nec facile &c. & de cura.furio.l.pen.*Accur.
g ¶ *Mulier*. repete quod senatusconsulto comprehensum est: si mulier &c.ad quod est. *ꝫ.ea.l.§.sed si maritus*. Accursius.
h ¶ *Non fecerit*. quia non denuntiauit intra xxx dies se ex eo prægnantem: *vt supra in princ.*
i ¶ *Vt ita*.s.demum. & facit.*j. eo.l.si quis.§. meminisse*.
k ¶ *Idem Iulianus*. aliàs lex, si vxore. aliàs.§. idem Iulianus.
l ¶ *Scribit*.scilicet esse.& facit.*j. de reg.iur. l.qui tacet*.
m ¶ *Reiecerit*. & sic est diuortium, vt habeat locum senatuscõ. *vt.j.eo.l.si quis.§.j.*Accursius.
n ¶ *Omiserit*.maritus quondam: quia vxore denuntiante non contradixit, vel custodes non misit: *vt.ꝫ.ead.l.§. denuntiare*.Accur.
o ¶ *Ei nasci*.quantũ ad alimenta:*vt.ꝫ.proxi.§.*& sic non est contra.*ꝫ.de iis qui sunt sui vel alie.iur.l.filium.* 2. Vel ibi non potuit contemnere senatusconsul. quia inuenit natum: hic sic, quia nasciturum:*vt.j.eo.si quis.§.j.* 3. Vel solue vt ibi.Accur.
p ¶ *Ex his*.s.§.idem per contrarium.*&.ꝫ.proxi.§.*
q ¶ *Sui*.aget præiudiciali.Accur.
r ¶ *Verum*.pro, [e] sed. 2. Vel pro,etiam.
s ¶ *Alimentis*.si plenè probet [f] se filium in dicta causa præiudiciali.& sic non est contra.*ꝫ.eod.§ sed si maritus*.
t ¶ *Cæterum*.scilicet si fecerit quæ in senatusconsul. continentur.Azo.
u ¶ *Non euitabit*.scilicet mulier vel filius.Azo.
x ¶ *Pronuntiauerit*.ipsum esse filium.
y ¶ *Esse suum*. hæc duo verba ponuntur loco vnius accusatiui, & reguntur vel ab illo verbo agnosci, vel à verbo pronuntiauerit: & continua.l.proxi.
z IN *omnibus causis*. quantum ad alimenta, & quo ad ius filiationis: vt sit suus.
a ¶ *Fratribus suis*. sic *infra. vnde cogna. leg.j.§.in cognationem.* ¶ Sed argu. contra. *C.de adopti. le.penultim.§.sed ne.& in Auth.*

* Vide Anton. Aug. lib. emen. j.c.7.
a Præiudiciũ pro probatione.
b Confessio patris non facit plenam probationem de filiatione, sed qualem qualem tantùm.
c Confessio filiationis extraiudicialis non nocet.
d Patris testimonium non nocet filio. *l. filium. ꝫ. de his qui sui vel alie.iur.*
* Vid. Anton. Aug. lib. emenda.j.cap.9. Sic ex Flor.legendum cæterum si esse, & puto dispungendum post verbũ esse, nec aliud mutandum, vt fallò Taurel. putat apud Ant.August. lib. 4.c.9.
† *v.Menochium a. de arbitrar. iudic.quæst.l.j.casu.15. num.12.*
* Barbara interpretũ turba diceret,in iure suitatis.
e Verum pro sed,& etiam.
f Probatur filiatio per opinionem & famam viciniæ, saltem ad hoc, vt transeat onus probandi in aduersariũ. *Io..An. in regu. in famibus. lib. 6.sic do..An. in c. lator. qui fi. sint legi.*

*quibus modis natu.effic.sui.§.filium.colla.vj.*Accursius.
ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur de illo actu qui rem de nouo in esse constituit. constat enim quòd ante non erat legitimus: sed per illum actum efficiebatur legitimus: hic de actu qui in præteritum aliquid fuisse declarauit:*vt infra.l.proxim.§.fina.facit supra de sta.homi.l.ingenuum.* in hoc quando sententia faciat ius, dic plenè per doc. *in.l.j.C. quæ res vend.non pos.* secundum Bartol. hic.

Planè si denuntiante muliere negauerit ex se esse prægnatem, tametsi custodes nõ miserit, nõ euitabit [u] quò minus quæratur an ex eo mulier prægnas sit. * quę causa si fuerit acta apud iudicé, & pronũtiauerit, [x] cùm de hoc agetur, quòd ex eo prægnas fuerit néc ne, * in ea causa esse, * vt agnosci debeat, siue filius nõ fuit, siue fuit, esse suum. [y] *

II. IVLIANVS *libro nonodecimo Digestorum.*

IN omnibus causis. [z] quare & fratribus suis [a] consanguineus erit.

III. VLPIANVS *libro trigesimoquarto ad Edictum.*

SIue * contra pronuntiauerit: non fore suum, quamuis suus fuerit. Placet enim eius rei iudicem ius facere. [b] † & ita Marcellus libro septimo Digestorum probat: eóque iure vtimur.

Si partus nascitur constante matrimonio & eo soluto morte viri auo superstite: vel si hoc dubitetur an sit vxor, præiudicialis in rem redditur: & non habet locum cum extraneus in petitione hereditatis incidẽter examinabitur de filiatione: quia ad Carbonianum deuenitur. & hæc instantia incepta cum patre, ad heredem non transit. Bartolus.

1. ¶ Quia Plancianũ * senatusconsultum ad eos partus pertinet, [c] qui post diuortium eduntur, [d] aliud [e] senatusconsultum temporibus diui Hadriani factũ est, vt etiam si constante matrimonio partus sit edit⁹, de agnoscendo eo agatur. [f] 2. ¶ Quid ergo si quis post mortem patris nascatur auo superstite, in

SIue contra.] CASVS. in hac.l.in prin.continuatur cum casu præceden. [QVIA PLAVTIANVM.] Vidimus per superiora, scilicet à principio primæ. l. vsque huc, quòd senatusconsultum Plautianum habet locum circa illos partus qui facto diuortio eduntur: & non prouidit eis qui nascuntur constan.matrimon. vnde factum fuit postea aliud senatusconsult.tempore diui Hadriani, quod de eis loquitur: & per illud potest agi vtrum maritus agnoscat eos. & idem est si mortuo marito nascatur, viuo tamen patre mariti qui maritum in potestate habebat. vnde nasciturus debet recidere in eius potestatem. Sed quid si quæstio est, vtrum partus natus sit constan. matrimon. an soluto, vel mulier illa fuerat vxor vel non? certè adhuc cognoscet iudex ex hoc authoritate dicti senatusconsuli. Sed pone quòd mortuus est ille qui pater dicitur, & non superest auus qui habuerat eum in potestate? certè non habebit locum senatusconsult. Plautia. vel illud quod factum fuit sub diuo Hadriano, sed aget puer peti. hered. & ibi quæretur vtrum fuerit eius filius vel non. vnde si viuo patre agatur contra eum interdicto facto sub diuo Hadriano, & pater interim decedat, ruptum erit illud iudicium: & poterit petere puer se mitti in possessionem ex Carb. edic. Scias tamen quòd senatusconsult. Plau. & illud quod factum est sub diuo Hadriano, non habet locum si nasciturus non posśit esse suus heres ei quem patrem dicit. Viuianus.

b ¶ *Ius facere*. similia *not.ꝫ.de inoffic.testamen.l.Papianus.§.fin.* secus in pacto:*vt.ꝫ.de pactis.l.ius agnationis.*
c ¶ *Pertinet*.scilicet tantùm.Accur.
d ¶ *Eduntur*.& post triginta dies:*vt.ꝫ.e.l.j.§.si mulier.&.§.eleganter.* & hoc si mulier dicat se prægnantem.aliàs si neget, loquitur.*j.titu.j.l.j.in princip.*est & aliud de quo dic vt infra *titu.j.l.j.§. pen.&.§.de inspiciendo.*
e ¶ *Aliud*. quasi deficiat primum in casu qui sequitur. Accursius.
f ¶ *Agatur*.actione [a] in rem præiudiciali qua se in filiũ vindicabat, vel in nepotem. Vel econtra illud in patrem vel in auum: *vt Instit.de act.§.præiudiciales.* & ideo [b] præiudicialis dicitur, quia aliis quęstionibus pręiudicat:*vt.j.de liber.cau.l.ordinata.* ¶ Et differt [c] à rei vindicatione: quia illa [d] ratione veri dominij, hæc [e] nõ: cũ [f] filius & pater liberi sint, nec vnus sit in alterius dominio: sed

* necne quæ causa.
* necesse est.
* causa est.
* fuit, quasi suus.
* Si verò.
† *Contra.in Gl. super verba.valebit.in.c.plerũque. ibi, & ex sententia. extra de donat.inter vir. & vxorem.*
* Plautianum.
a Præiudicialis in rem competit actio ei, qui se filium vel nepotem ait.
b Præiudicialis actio cur dicatur.
c Præiudicialis actio, qua quis se filium ait, differt à rei vindicatione.
d Vindicatio est de vero dominio.
e Præiudicialis actio non est de vero dominio.
f Liberi in parentum non sunt dominio.

ideo vindicat dicens se a ex eo genitum, vt b ab eo percipiat certa alimenta & successionem: quæ filij à parentibus percipere debent: & c sunt prætoriæ præter d vnam: vt in d. §. *præiudiciales.*

cuius a potestate recasurus est: vt si ex filio b eius susceptus probetur? Videndum quid dici debeat. Et certè probandum est, cum auo præiudicium c de * partu agnoscendo similiter agendum. 3 ¶ Quid si hoc ipsum in quæstionem veniat, vtrum in matrimonio, an postea editus sit? dicendum est & super hoc ex senatusconsultis d agendum. 4 ¶ Et quid sit, si an vxor fuerit, disceptetur? * Et Iulianus Sexto Cæcilio Africano respondit, locum esse præiudicio. e 5 ¶ Illud tenendum, hæc senatusconsulta post mortem parentis cessare, si is f supersit, in cuius potestate recasuri non sunt. Quid ergo est in petitione hereditatis, quam filius intendit? Quæretur g vtrum ex eo natus sit, cuius hereditatem petit, an non. Adeo hoc verum est, vt Iulianus libro nonodecimo Digestorum scribat, si viuo patre redditum sit præiudicium, h & antequam sententia feratur, pater decesserit, transeũdum ad Carbonianum i

a ¶ *In cuius.* scilicet aui. & dic recasurus, id est remansurus. 2 Vel dic filij: & dic recasurus, scilicet si auus decessisset superstite filio.

b ¶ *Ex filio.* secus si ex filia: *vt institut. de patria potesta. §. fina.* Accursius.

c ¶ *Præiudicio.* id est præiudiciali actione in rem: e vt prædixi. Accursius.

d ¶ *Ex senatusconsultis.* id est ex senatusconsulto sub diuo Hadriano facto. *sic supra de origi. iur. l. ij. §. exactis.* 2 Vel dic ex mente Plautiani, & verbis alterius, secundum Hug. 3 Tu dices ex vtroque, & hoc propter dubiũ: f *vt. j. quorum leg. l. j. §. j.* Accursius.

e ¶ *Præiudicio.* quo ista vindicabit g istum in maritum: vt supra dixi in patre & filio, secundum Azo. quod non placet. Sed dic, id est præiudiciali actione. ¶ Et nota septẽ casus. Primus, quando nascitur post diuortium. Secundus, quando constante matrimonio. Tertius, quando post mortem patris viuo auo. Quartus, quã do est dubium in matrimonio vel postea editus sit. Quintus, quando dubium est an fuit vxor. Sextus, quando extraneus possidet bona patris mortuo patre: sed tunc non præiudiciali, sed petit. hered. Est & septimus, quando pater lite pendente decesit: sed tunc per Carbonianum: *vt eo. titu. l. sed in primis.* vbi agitur præiudiciali: nec i opus est denunciatione facienda à muliere his casibus: nisi in primo propter Plautianum, cum non inueniam, & maximè quando k constante matrimonio eduntur, cum l sit in possessione filiationis: *vt supra de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. & l. si filius.*

f ¶ *Si is.* qui bona patris possidet: puta agnatus defuncti.

g ¶ *Quæretur* & plenè dicitur infra *de Carbo. edic. l. iij. §. missionem.* Accursius.

g ¶ *Præiudicium.* id est præiudicialis actio in rem qua filius vindicat sibi in patrem, vel se in filium.

i ¶ *Ad Carbonianum.* vt m si filius est impubes, & petat bonorũ possessionem ex Carboniano edicto: *vt j. de Carbo. edi. l. j. in prin.* & interim alitur: *vt supra de inoffi. test. l. qui de inofficioso. & j. de Carbo. edic. si is. §. an autem.* & quæstio status differtur ex Carbo. edic: vel ex constitutionibus: *vt. j. de Carbo. edic. l. iij. §. quamuis.*

k ¶ *Adgnascuntur.* id est si natus est sic vt possit esse suus heres illi quem dicit patrem. Azo.

l ¶ *Recasuri.* id est futuri. sic. j. ea. l. §. *quid ergo.* Accursius.

m ¶ *Cessare.* Sed an alio iure sunt alendi? Respon. si sint ex legitimo matrimonio, sic: *vt. j. eod. l. si quis à liberis. §. j & §. ij.* de n natis ex concubina & ex damnato coitu, dic vt *ea. l. §. idem rescripsit.*

NEcare.] CASVS. Supra l. proxi. §. j. dictum est quòd nato partu constan. matrim. ille qui dicitur pater, tenetur, eum alere, & iudex ad hoc debet eum adstringere. Sed pone quòd non fuit adstrictus, quia aliquis non petiit. & ipse non præstitit alimenta partui, & mortuus est puer propter hoc. certè perinde est ac si suis manibus eum strangulasset. & occasione illius qui non præstitit alimenta. ponit de eo qui partum abiecit, vel qui exposuit eum ad hospitale, nam omnes illi videntur partum occidisse suis manibus, si propter prædicta mortuus est partus: vnde tenetur. l. Pompeia de parricidiis. Viuianus.

n ¶ *Perfocat.* id o est antequã nascatur extinguit, vel natum stringendo ad fauces. & si hoc casu & sequentibus tenetur. p l. Cor. de sica: *vt infra ad l. Corne. de sica. l. si mulierem. & l. nihil. & C. de sica. l. pen. & etiam l. Pompeia de parricidiis: vt infra ad le. Pom. de parri. l. j. §. si.*

a Præiudicialis differt & in eo à rei vindicatione, quòd hæc datur tertio possidente filium: illa, datur etiamsi à nemine filius possideatur.

b Filiationis assertio commoda hæc habet vel his finibus instituitur, nimirum ad alimenta & successionem.

* præiudicio.

c Præiudicialis differt à rei vindicatione. Est enim vindicatio ciuilis, præiudicialis, prætoria.

d Præiudiciales actiones omnes sunt prætoriæ, præter vnam.

* Quæ disceptatio in principale iudiciũ venit, in quo de partu agnoscendo quæritur.

e Imò actione præiudiciali, & senatusconsulto extento per iurisconsultum. *vide hic Bartolum.*

f Dubij & incertitudinis ratione, potest intentari duplex actio.

g Præiudiciali actione mulier maritum sibi asserit.

h Præiudiciali actione de liberis agnoscendis agitur septem casibus.

i Denuntiare se prægnãtem non cogitur mulier, quoties soluitur morte matrimonium (vt in eo differat à matrimonio soluto per diuortium) *vt hic.* Imò cogitur vt Iacob. de Aretio hic tenet. Idque propter identitatem in vtroque casu.

k Præiudiciali actione in rem vti potest filius natus constante matrimonio, etiam si sit in possessione filiationis.

l Filiationis in possessione est, qui nascitur constante matrimonio.

m Alendus est interim filius impubes petẽs bonorum possessionem ex Carboniano, quæstione dilata in tempus pubertatis.

n A quibus sint nati & suscepti ex concubina vel damnato concubitu.

o Perfocans partum quid.

p Perfocari partum tenetur lege Cornelia de sicariis.

edictum. 6. ¶ Item hæc senatusconsulta pertinẽt ad eos qui sui heredes adgnascuntur. k Cæterùm si fortè non sint in potestatem recasuri, l verius est senatusconsulta cessare. m

IIII. PAVLVS *libro secundo Sententiarum.*

NEcare videtur non tãtùm is qui partum perfocat * n sed o & is qui abiicit, & qui alimonia * denegat, p & is qui publicis locis q misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.

Alimenta liberis à parentibus vel à liberis parentibus decernuntur officio iudicis cognoscentis an sit filius vel pater, & an de facultatibus conuenti possit ali, & an sibi petens sufficiat propter res & operas suas, vel an subsit causa propter quam possint legitimè denegari hoc dicit vsque ad §. solent. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro secundo de officio Consulis.*

o ¶ *Abiicit.* puta in a quodam nemore: vt differat à fine. l. & hoc casu fit sui iuris: vt. C. *de Lati. liber. tol. l. j. § sed scimus.* Ar. contra. *C. de nup. l. patrem.* Sed dic *vt. j. l. j. § pœna. & facit. C. de infan. expo. l. ij. & C. de patria potesta. l. nec filium.*

p ¶ *Denegat.* ¶ No. qui b non facit, &c. sic infra *de regulis iuris l. qui non facit. & infra de re mil. l. non omnes. §. qui captus, & supra de ritu nupt. l. qui liberos.*

q ¶ *Publicis locis.* ad hospitale, vel in foribus ecclesiæ vt fiat ei eleemosyna. & sic minimè habenda ab aliis, quam ipse, & cæter. *sic & Co. de here. l. secunda. in fine. & supra ad Maced. l. filium. & supra de negotiis gestis. qui aliena. §. quamquam. item facit ad hoc distinct. 86. c. non satis. in fin.*

SI *quis à liberis.*] CASVS. Habeo filios in mea potestate constitutos, vel etiam emancipatos, & sunt diuites, & ego pauper. certè bene tenentur me alere. & si ego sum diues, & ipsi pauperes. bene teneor eos alere. & quod dixi in patre, idem est in auo & proauo & aliis superioribus. & idem est in matre, auia & proauia & aliis superioribus ex fœminea linea ascendentibus. Sed quid si filius meus est calcarius, & potest se bene alere? certè non teneor eum alere, nisi fortè esset infirmus taliter quòd non posset laborare. [SI VEL PARENS.] Filius meus petit à me alimenta coram iudice, & ego nego eum filium. quæritur super hoc vtrum sit filius vel non. debet iudex summatim cognoscere: & si pronunciauerit eum filium esse, constituet ei alimenta in bonis meis, & non aliàs. Si autem omissa dicta cognitione summaria ei decreuerit alimenta: nullum præiudicium faciet mihi patri volenti probare eum filium nõ esse. & quod dixi in filio, idem est in patre alimenta à filio petente. [SI QVIS EX HIS.] Pone quòd filius meus non vult me alere sicut tenetur, vt dictum est. certè iudex debet mihi constituere alimenta certa in bonis suis, & præcipere ei quòd ea mihi præstet: & si non præstet filius, iudex debet eum constringere captis pignoribus. & idem est in patre à quo filius alimenta petit. Quid autem si pater dicat: Domine iudex, ego nolo præstare ei alimenta: quia ipse accusauit me? certè bene audiet patrem iudex. & scias quòd non solum comedere tenetur dare pater filio, & econuerso: sed etiam alia necessaria. Postea ponitur hic casus de quodam qui habebat filium impuberem emancipatum diuitem: quia bene tenetur necessaria ei præstare. [SI MATER.] Mater fecit expensas in alendo filio communi maiore triennio, & repetit eas à patre. certè bene potest, dum tamen non sint tales expensæ quas fecisset etiam patre filium alente. [A MILITE.] Non solùm filius paganus patrem alere tenetur, sed etiam miles. non tamen tenetur soluere debita patris. heres autem filij extraneus non tenetur præstare nisi pater sit in nimia paupertate. [SOLENT.] Non solùm filij tenentur alere parentes, vt dictum est: sed etiam liberti patronos. Sed si negent se libertos esse, iudex cognoscet super hoc summatim vtrum sint liberti, vel non. & si apparuerint liberti: iudex alimenta in eorum constituet bonis patrono: aliàs non. sed si omissa dicta summaria cognitione constituat alimenta, non faciet præiudicium liberto, quin possit postea docere se non esse libertum, & postea alimenta non præstare. & quando constituit iudex alimenta patrono: debet constituere secundum quod libertus habet in bonis. Item scias quòd non solùm patroni debent ali à libertis: sed etiam liberti à patronis. Item scias quòd libertus matris meæ tenetur me alere: libertus autem liberti mei non tenetur me alere. nec ille meus libertus quem ex causa fideicommissi manumisi: nec ille quem redemi suis propriis nummis, & manumisi

a Abiicientis partum pœna.

b Puniuntur peccata quæ in omittẽdo cõsistunt. *facit ad hunc locum Gl. in. l. si ab hostibus. in verbo lucri facere. ff. solut. huic loco adde Tiraquell. tract. de pœnis temper. causa 44. nu. 6. & 12. & passim.*

* Sic Fl. rectè. alij habẽt præfocat.

* Rectè & Latinè vsurpatur in neutro genere, vt l. 7. [illegible] de iur. dot.

numisi: nec ille à quo exegi mercedem pro operis. Itē filius meus qui accusauit libertum meum de capitali crimine, non potest ab eo petere alimēta. Itē scias ꝙ liberta cogitur alere patronum. Super dictis autem alimentis cōstituendis patrono in bonis liberti, iudex debet dare arbitrum: & semper tenetur libertus ea præstare patrono, donec patronus fuerit pauper, & ipse diues. Itē scias quod etiā patrem & matrem patroni egētes tenetur libertus alere si patronus mortuus est, & liberi eius. Viuian.

SI quis à liberis [a] ali desideret, vel si liberi vt à parēte exhibeantur: [b] iudex de ea re cognoscet. [c] 1. ¶ Sed vtrū eos tantū liberos qui sunt in potestate, cogatur quis exhibere: an verò etiā emancipatos, vel ex alia causa [d] sui iuris constitutos, videndum est. Et † magis puto, etiam si non sint liberi in potestate, alendos à parentibus, & vice mutua alere parētes debere. 2. ¶ Vtrū autē tantùm patrem, auúmve paternū, proauúmve paterni aui patrem, cęterósque virilis sexus parētes alere cogamur: an verò etiam matrē, cæterósque parentes, & per illum sexum contingentes cogamur alere, videndū. Et magis est vt vtrobique [e] se iudex interponat, [f] quorundam necessitatibus facilius succursurus, quorundam ægritudini. Et cum ex æquitate hæc res descendat, caritatéque sanguinis: singulorum desideria perpendere iudicem oportet.

3. ¶ Idē in liberis quoq; exhibendis à parētibus dicendū est.

4. ¶ Ergo & matrē cogemus præsertim vulgò quæsitos [g] liberos alere, nec non ipsos eam.

5. ¶ Itē diuus Pius significat, quasi auus quoq; maternus alere cōpellatur. [h] 6. ¶ Idē rescripsit vt filiā suā pater exhibeat, si constiterit apud iudicium iustè [i] eam procreatam. 7. ¶ Sed si filius possit se exhibere, æstimare iudices debent, ne nō debeāt ei alimenta decernere. Denique idem Pius ita rescripsit: Aditi à te competentes iudices ali te à patre tuo iubebunt pro modo facultatum [k] eius: si modò, cum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, vt operi [l] sufficere non possis.

In causa alimentorum proceditur summariè: & sententia lata non facit præiudicium in causa filiationis ordinariè exercenda. Bart.

8. ¶ Si vel parēs neget filium, idcircóque alere se non debere cōtendat, vel filius neget parentem: summatim [m] iudices oportet super ea re cognoscere. si cōstiterit [n] filium vel parentem esse, tunc ali iubebunt. [o] cæterum si non constiterit, nec decernēt [p] alimenta. 9. ¶ Meminisse autem oportet, etsi pronuntiauerint ali oportere, attamen * eam rem præiudicium non facere veritati. [q] nec enim hoc pronuntiatur, filium esse, sed ali debere, & ita diuus Marcus rescripsit.

10. ¶ Si quis ex his [r] alere detrectet, pro modo facultatū alimenta constituentur. Quòd si non præstentur, pignoribus [s] captis & distractis cogetur sententię [t] satisfacere. 11. ¶ Idem iudex æstimare debet, num habeat aliquid [u] parens, vel * an pater, quòd [x] meritò filios suos nolit alere. Trebatio denique Marino rescriptum est, meritò patrem eum [y] nolle alere, quòd * eum [z] detulerat. [a] 12. ¶ Non tantùm alimenta, verumetiam cætera [b] quoque onera liberorum patrem ab iudice cogi præbere, rescriptis continetur.

13. ¶ Si impubes [c] sit filius emancipatus, patrem inopem alere cogetur. Iniquissimum enim quis meritò dixerit, patrem egere, cum filius sit in facultatibus. † *

Mater alimenta quæ fecit in filium qui à patre ali debebat, à patre repetit. hoc dicit secundum veram lecturam. Bartolus.

14. ¶ Si mater alimenta quæ fecit in filium, à patre repetat, [d] cum modo eam audiendam ita diuus Marcus rescripsit Anto-

a ¶ *A liberis.* scilicet naturalibus & legitimis, vel naturalibus tantùm.
b ¶ *Exhibeantur.* id est alantur.
c ¶ *Cognoscet.* implorato [a] officio suo: *vt hic, &. C. de bon. quæ libe. l. fi. §. hoc ipsum & de alend. liber. per totum. et de patria pote. l. nec filium.* Sed arg. contra. ꝟ. *de iudi. l. lis nulla.* Sol. hic speciale.
d ¶ *Ex alia causa.* quæ multæ sunt: *vt Inst. qui. mod. ius pat. po. sol. per totum.* Accur.
e ¶ *Vt vtrobique.* scilicet pro patre, & eius parentibus: & pro matre, & eius parentibus. Accur.
f ¶ *Interponat.* sic *in Auth. vt lice. ma. & auiæ. §. illud. coll. viij.*
g ¶ *Vulgò quæsitos.* vt *in Auth. quib. mod. na. effic. sui. §. oportet. & §. si quis habens. colla. vj. & C. eo. l. fi.*
h ¶ *Compellatur.* scilicet vulgò quæsito. vel non est aliquid subaudiendum. & hoc est verum si auus paternus vel pater alere non possit: *vt infra eodem. l. pen. & d. §. illud.* Accursius.
i ¶ *Iustè.* [b] vel etiam hodie ex cōcubina. secus si ex coitu illicito: *vt in Auth. quib. mod. na. effi. sui. §. discretis. & §. fina. & §. oportet. colla. vj.* ¶ Sed an sic frater fratrem vel sororē? videtur quod non: quia nec [c] instituere heredem tenetur: vt. C. *de inoffi. testa. l. fratres.* E contra quòd sic: [d] *vt. ǰ. vbi pu. edu. l. qui filiū.* quod est æquius & no. C. *eodem. l. penulti.* ADDITIO. Dic quòd ibi *in. d. l. qui filium.* loquitur in sorore quę est vitæ sequioris: & sic non est eadem ratio: *vt. l. cum hi. §. in persona. supra de transac.* Veritas tamen est quòd cogitur alere fratrem naturalem: ergo multo fortius legitimum: vt. C. *de natura. li. auth. licet. & ꝟ. sol. matrim. l. quamuis.* secundum Bart.
k ¶ *Pro modo facultatum. ǰ. ea. l. §. de alimentis. & §. si impubes.*
l ¶ *Vt operi.* i. operando ¶ Ergo ar. sumpto à contrario [e] si [f] potes, contra est: *vt arg. ꝟ. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. §. huius. & facit. ǰ. eo. l. fi. & ǰ. eo. l. alimenta.*
m ¶ *Summatim.* cum filius per officium iudicis petit ali. & sic intellige infra *ea. l. §. solent.* Sed contra. C. *de iudi. l. iudices.* Solutio hic speciale.
n ¶ *Constiterit.* per illam summariam cognitionem. Accur.
o ¶ *Iubebunt.* iudices dando sententiam interlocutoriam. [a]
p ¶ *Nec decernent.* nisi [b] interim donec causa agitur: *vt. ǰ. eod. l. si neget.*
q ¶ *Veritati.* vt *& supra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pe.* Sed contra. C. *de ordi. cog. l. ij.* Solue vt ibi: & eodem modo solue. C. *de ordi. iudic. l. j. in fin. quæ est contra.* & eodem modo. C. *de fid. instru. l. fina. in fin.* & facit supra *eodem. l. j. §. idem Iulianus. & §. idem per contrarium. & infra ead. l. §. solent.* Accursius.
r ¶ *Ex his.* parentibus vel filiis: & idem in patrono vel liberto vt cō stituantur [c] alimenta pro modo facultatum: *vt & infra. §. proxi. & argu. ꝟ. solu. ma. l. si cum dotem. §. sin autem. & supra ead. l. in fine. j. respon.*
s ¶ *Pignoribus.* hoc fallit in patrono: *vt. ǰ. eo. l. alimenta.* ¶ Item not. modum cogendi. [d] sic infra *titu. j. l. j. §. ex hoc rescripto. ibi, qui debet &c. & Inst. de satisda. tu. §. pen. & facit. C. de pa. po. l. nec filiū. & C. eo. l. j. & de bon. quæ libe. l. fin. §. ipsum.* Accur.
t ¶ *Sententiæ* s. interlocutoriæ latæ super alimentis. 2. Vel dic ꝙ est definitiua: [e] quæ [f] finem controuersiæ alimentorum imponit: *vt ǰ. de re iud. l. j.*
u ¶ *Aliquid.* i. causam aliquam.
x ¶ *Quòd.* i. propter quam causam.
y ¶ *Eum.* s. filium. Accursius.
z ¶ *Eum.* s. patrem.
a ¶ *Detulerat.* ex [g] qua causa potest eum exheredare: *vt in Authē. vt cum de app. cog. §. causas. colla. viij.* & idem si aliquid tale fecerit per quod potest exheredari. *arg.* C. *eo. l. fin.* Accursius.
b ¶ *Cætera quoque.* vt vestimēta, [h] & habitationes: cū hæc appellatione alimentorū cōtineātur: *vt. ǰ. de ali. leg. l. legatis. & l. fi.* & verbo victus, cùm sine his homo viuere non possit: *vt. ǰ. de ver. sig. l. verbo. & l. seq. & l. quos nos. §. fi.* licèt sit argu. contra. ꝟ. *de transact. l. cum hi. §. qui transigit.* Sed dic vt ibi not. Item hic pro se & suis liberis & vxore: *vt. ꝟ. fam. ercisc. l. si filia.* §. j. non tamen æs alienum: *vt. ǰ. ea. l. § parens.*
c ¶ *Etsi impubes.* de magno non dubitatur: *vt supra ea. l. in fin. j. respon. ibi, & vice mutua, &c.* sed [i] tamen & hic idem est: *vt & ǰ. de tute. & ratio. distra. l. j.* si [k] autem in potestate est, de castrensi idem: sed de [l] aduenticio pater habet vsumfru. & ipse alit se & filium. de profectitio habet pater plenum dominium: vt. C. *de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. j.*
d ¶ *Repetat.* neg. gest. ac. cum id onus primo patri videatur imminere: *vt arg. ǰ. eo. l. pe.* Accursius.

† Idem Plato dialog. de leg. & dialog. 11. & Valer. Maxi. li. 5. c. 4. vbi exempla quædā cognitu digna in hanc sententiā refert. Solon infames esse iussit qui parentes non alerent. Laertius in Solone.
a Officium iudicis imploratur pro consequendis alimētis à liberis vel parentibus vel alia: Alimenta petuntur officio iudicis.
b Alimenta liberis iustè procreatis à parentibus debētur. Iustè inquam, hoc est, vel etiam ex concubina: at non si ex illicito coitu.
c Frater fratrē instituere heredem non tenetur.
d Frater fratrē alere tenetur. adde quædam alia hic quæ apud Masuerū Tit. de alimentis. in prin. vbi notat. Donatis omnibus bonis vni liberorum à patre, fratrē ab eo alimenta petere posse, & præter ea honorū debitū subsidiū. adde huic Glos. simile etiam in l. 1. C. eo. vbi dixi.
e Argumētum à cōtrario sensu. v. Eurardū in loco à cōtrario sensu.
f Alimenta ei non debentur qui se operis suis alere potest.

a Sentētia quæ datur super causa alimentorum interlocutoria est: vt hic. Imò definitiua est Glo. §. 10. in verbo sententiæ ǰ. ead.
b Ali filius debet interim dū pendet causa.
c Alimenta cō stitui debent pro modo facultatum.
* Eadem sententia refertur ab Vlpiano. l. pen. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝟ.
d Pœnæ species est; captis pignoribus cogi.
* Hoc, vel an pater, glossema videtur, cū pater parentis appellatione contineatur. l. 4. de in ius vocanda.
e Sententia super alimentis lata est definitiua, vt hic. Idque verius est quàm quod Gl. ait §. 2. eo.
f Sententia definitiua dicitur, quæ controuersiæ finē imponit.
* Qui eum.
g Argumentū ab exheredatione ad alimētorum denegationē. Quibus enim causis exheredare: ex iisdē alimenta liberis denegare possumus: vt hic, adde Gl. l. vlt. C. eod. an & dotem denegare? Ita putat Bald. in l. vlt. C. de dotis promiss. Imola hic: adde Eurardum in loco ab alimentis ad dotem.
† Dicebat Anaximenes, nihil esse iustius, quàm generationis & disciplinæ auctores mutuis beneficiis demereri. Stobæus sermō 77.
* Vide Libanij epistolam hac de re ad Anianum.
h Alimentorū & victus appellatione, vestimenta & habitatio continentur.
i Alere patrem etiam impubes filius cogitur.
k Alere patrē filius etiam in potestate cogitur ex suo castrēsi peculio, si tale peculiū habeat: vt si aduentitio, ex ipsorū aduentitiorū, vsufructu: ex profectitiis, etiā proprietatē attingere potest.
l Aduētitiorū filij, pater vsumfructum habet: profectitiorum plenè dominium.

niæ Montanæ, in hæc verba: Sed & quantum [a] tibi alimentorum nomine, quibus neceſſariò [b] filiá tuam exhibuiſti, à patre eius præſtari oporteat, iudices æſtimabût: nec impetrare [c] debes ea quæ exiſtẽte materno [d] affectu in filiá tuá erogatura eſſes, etiam ſi à patre ſuo educeretur. 15 ¶ A milite quoque filio qui in facultatibus ſit, exhibendos [e] parentes eſſe pietatis exiſtimat * ratio. 16 ¶ Parẽs quamuis ali à filio ratione naturali [f] debeat, tamen æs alienum eius [g] non eſſe cogendum exoluere [h] filium, reſcriptum eſt.

Onus alimentandi in ſubſidium tranſit contra heredes. Bartolus.

17 ¶ Item reſcriptum eſt, heredes [i] filij [k] ad ea præſtanda quę viuus filius ex officio pietatis ſuæ dabit, * inuitos cogi non oportere: niſi in ſummam egeſtatem pater deductus eſt.

Liberti coguntur alere patronos, & eorum filios & parentes: & officio iudicis cognoſcetur an ſit libertus, & de facultatibus liberti & patroni: & an cauſam habeant recuſandi. Bartolus.

18 ¶ Solent iudices cognoſcere [l] & inter patronos & libertos, ſi [de] alendis his agatur. Itaque ſi negẽt ſe eſſe libertos, cognoſcere eos oportebit. Quòd ſi libertos conſtiterit, tũc demũ d[ece]rnere vt alant. Nec tamen alimẽtũ decretũ tollet liberto facultatẽ quo minus præiudicio certare poſſit, [m] ſi libertum ſe neget. [n] 19 ¶ Alimẽta autẽ pro modo facultatũ erũt præbẽda, egentibus ſcilicet patronis. Cæterùm ſi ſit vnde ſe exhibeãt, [o] ceſſabũt partes iudicis. 20 ¶ Vtrum autẽ tantùm patroni alẽdi ſint, an etiam patronorum liberi, tractari poteſt. Et puto, cauſa cognita iudices & liberos quoque patronorum alendos decernere: nõ quidẽ tã facilè vt patronos, ſed nõnunquã & ipſos. [p] nã & obſequiũ nõ ſolùm [q] patronis, verũ etiam liberis eorum debere præſtari.

21. ¶ Sed & libertus maternus alere cogitur. [r] 22. ¶ Si quis à liberti liberto ali ſe deſideret, vel ab eo quẽ ex cauſa fideicommiſſi [ſ] manumiſit, quemq́; ſuis nũmis [t] redemit, nõ debet audiri: vt & Marcellus ſcribit: exæquátque eũ, qui mercedes [u] exigendo, ius libertorum amiſit. [x]

23. ¶ Sed & patroni filiũ, qui capitis [y] accuſauit libertũ paternũ, negat exhibẽdũ. 24. ¶ Sed & liberta cogitur patronum alere.

25. ¶ De alimentis patroni arbiter ſolet dari, arbitratur quátũ ſit in facultatibus, vt perinde [z] poſſint alimenta moderari: quæ tádiu præſtabuntur, quamdiu liberto [a] ſuperſit, patrono deſit.

26. ¶ Patrẽ & matrẽ patroni, cũ patronus & filij eius minimè ſuperſint, [b] alere egẽtes, ipſi ſi idonei facultatibus ſunt, coguntur.

Si patronus liberto denegat alimenta, perdit ius patronatus. ſi libertus patrono, redegitur in ſeruitutem. Bartolus.

VI. MODESTINVS *libro ſingulari de Manumiſſionibus.*

ALimenta * liberto petente, non præſtando patronus, amiſſione libertatis cauſa impoſitorum, [c] & hereditatis liberti punietur. † non autem neceſſe habebit præſtare, etiam ſi poteſt. [d] 1. ¶ Imperatoris Cõmodi conſtitutio talis profertur: Cùm probatum ſit, contumeliis patronos à libertis eſſe violatos, vel illata manu atroci eſſe pulſatos, aut etiam paupertate vel corporis valetudine

a ¶ *Sed & quantum.* alia præceſſerunt verba in reſcripto.
b ¶ *Neceſſariò.* hæc neceſſitas eſt quo ad filium, non quo ad matrem: niſi [a] pater eſſet inops: *vt.j.l.penul.* quia tunc indiſtinctè non repetit. Accurſius.
c ¶ *Non impetrare.* tibi reddi.
d ¶ *Materno affectu.* etiam non modica: [b] *vt & ſupra de neg.geſt.l.is.qui.* niſi eſſet proteſtata: *vt eodem titu.l.Neſennius.* Idem ſi modica: puta lac vel caſtaneas. *argum. ſupra commo.l.in rebus.§.ſed & id quod & de dona. inter virum & vxorem. l.vtrum. & de impen. l.omnino.* Item illa quæ habet pręſtare: vt quando pater eſt inops: etiam ſi eſt proteſtata: *vt nota. in.d.l.Neſennius.* & ſecundum hoc loquitur. *C.de neg.geſt. l.alimenta.*
e ¶ *Exhibendos.* id eſt alendos. Accurſius.
f ¶ *Naturali.* non directa ſed turbata: vt in ſucceſſione: *vt ſupra de inofficio.teſta.l.nam & ſi. & .j.vnde liberti. l.reſcripto.* Accurſius.
g ¶ *Eius.* ſcilicet patris. Accurſius.
h ¶ *Exoluere. vt C.ne filius pro patre. l. patris. niſi in caſu: vt Cod. de primipilo. l.fin. lib. xij.* Acc.
i ¶ *Heredes.* etiam extraneos. Hug. & Azo. nam ſi eſſent liberi vel nepotes, ipſi ex ſua perſona, non quia heredes, tenentur ad alimẽta: *vt.ȝ. eadem. l.§.vtrum. & facit.j.ea.l.§.fin.* Sed argu. contra. *.j.de obſ.l.heredes liberti.* ADDITIO. Dic quòd ibi in herede liberti: hîc in herede filij, ſecundum Bartolum.
k ¶ *Filij.* emancipati. aliàs heredem non habet. Accurſius.
l ¶ *Cognoſcere.* ſcilicet ſummatim: *vt & ſupra eodem.§.ſi vel parens.* & not. quòd hîc dicit de vltima parte rubricæ. Accurſius.
m ¶ *Poſſit. ſic.ȝ.eadem.l.§.meminiſſe.*
n ¶ *Neget.* vindicando ſe ingenuum, ſeu in ingenuitatem: *vt.ȝ.de probatio.l.circa.*
o ¶ *Se exhibeant. ſic ȝ.ea.l.§.ſed & ſi filius.*
p ¶ *Ipſos.* ſcilicet filios patronorum alẽdos. ¶ Sed nunquid liberi [c] libertorum tenentur alere patronos parentum, ſi fortè liberti alere non poſſint? Reſpon. ſic, viuis parentibus, nõ eis mortuis: *vt C.de liber. & eorum libe.l.fin. & infra de obſe. à liber. l.heres.* & idem econtra dico vt pariter patroni parentum alere teneantur libertorum filios. Hug.
q ¶ *Non ſolùm. vt C.de ope.liber.l.qui manumittitur.*
r ¶ *Cogitur.* filios patronæ.
ſ ¶ *Cauſa fideicõmiſſi.* iſti [d] non poſſunt imponi operæ niſi à filio teſtatoris: *vt C.de ope.liber.l.mater. & .j.de bo.liber.qui ex cauſa.* Item in bonis eius non datur contra tabu. *vt Cod.de bono.poſ.contra tabu.liber.l.j.* Item accuſare eum vt ingratum nõ poteſt: *vt C.de lib. & eorum libe.l.j.* Item vocare in ius ſine venia patronũ non poteſt: *vt.ȝ.de in ius vo.l.is quoque.*
t ¶ *Suis nummis.* ſ. ſerui, id eſt non redimentis: *vt infra de manumiſ.teſtamen.l.iij.* & iſte [a] nec operas debet, nec puniri vt ingratus poteſt, nec contra tabulas bonorum poſſeſſionem timet: *vt.C.de ope.liber.l.ſi tuis. & de bo.liber.l.multum.* in ius tamen non vocabit niſi [b] quando patronus fidem fregit: *vt ȝ.de in ius vocã. l.ſed ſi hac.* Accur.
u ¶ *Mercedes.* i. pretium operarum reuenditarum: *vt.j.de bo.liber.l.Iulianus.* Azo. ſecus [c] ſi operas exigat: quia tunc non omne ius, ſed ſuccedendi tantùm amittit. nam & alendus eſt à liberto: *vt infra de iure patrona. l.ſicut. & de operis liber. l.libertus qui operarum.*
x ¶ *Amiſit.* ipſa impoſitione amiſit: vt.C. *de bono. poſſeſ. contra tabu.liber.l.ij.* ſecundum quoſdam. Sed [d] ſecundum Ioan. & nos ſola exactione amiſit: vt.C. *de oper. liber.l.ſi quam. & infra de iure patrona. l. ſicut. & ibi not.* & hæc omnia vbi tenuit ſtipulatio pro operis. alioquin ſi cauſa libertatis onerandæ fiat, tunc non teñetur: *vt infra de ope. liber. l. quæ oneranda. & .l. patronus. & de bonis liber. l. ſi patronus à liberto.* Item eſt contra. *C.de ope.liber.l.j.in fin.* Sol. ibi mercedes operarum exactæ non erãt: quod ex ipſa litera patet. hîc ſic. Azo. Vel ſolue vt ibi.
y ¶ *Capitis.* dic vt, ȝ. *de in ius vo.l.ſed ſi hac. §.ſi autem liberi.* Accurſius.
z ¶ *Perinde.* i. exinde. *& facit ſupra ead. l.§.ſi quis ex his.* Accurſius.
a ¶ *Liberto.* ſi enim liberto nihil ſupereſt ab eo quod ſibi neceſſariũ eſt, nihil præſtabit: licet deſit patrono.
b ¶ *Superſint.* filij enim primò [c] cõpellentur ad alimenta. prius ergo à liberis quam à liberto quis alitur. ¶ Et no. quòd iſti liberti [f] libertorum non propriè noſtri dicuntur: licèt ſecus econtra: *vt.j.de verb.ſig.l.licet.§.j.*

ALimenta.] CASVS. Pone quòd libertus eſt pauper, & patronus diues. certè bene tenetur alere libertum, non tamen ad hoc præcisè cogitur, ſed cauſatiuè, quia amittit iura patronatus ſi non faciat. [IMPERATORIS.] Patronus erat in paupertate, vel ita infirmus quòd non poterat ſe iuuare libertus ſuus videns eum ita laborantem, non curauit de eo. certè iudex debet liberto præcipere vt ſeruiat patrono. & ſi libertus nõ obediat: debet eum iudex facere vendi, & pretium domino dare, id eſt patrono & idem eſt ſi contumeliam faciat libertus patrono, vel etiam ſi eum verberauit.
c ¶ *Impoſitorum.* vt operarum. ad quod eſt.j. *de bon.liber.l.ſi patronus non aluerit. & de iure patro.l.diuus.in ſi.*
d ¶ *Etiam ſi poteſt.* ſ. ſi vult hæc iura perdere. alij dicunt, ſi libertus poteſt ſibi ſufficere. *ad quod ȝ.l.proxi.§.alimenta.*

a Mater alens filium, donandi aut potius animo non reperendi, præſumitur id feciſſe, idque ex cõiecturis colligimus, ſanguinis ſcilicet ob fauorem alimentorum. verum hæc ſententia fallit, ſi filius patrem ſuperſtitem habet in cuius ſit poteſtate, locupletem, eo enim caſu mater repetit quod in cauſam alimentorum filii impẽdit: multo magis quoque eadem huiuſmodi ſumptus repeteret, ab eo, qui filium alere teneretur. v. Menochium. 2. de arbitris Centur. 1. Caſu 98. numero. 22.
* Exigit.
b Impenſæ alimentorum magnitudo non facit, vt mater eam repetat à filio. v. tamen Menoch. d. loco, num. 21. & 28. vbi tradit magnas & modicas impenſas definiri iudicis arbitrio.
* dabat.
c Liberi libertorum parentum patronos alere viuis parentibus: vel è cõtra parentũ patroni, filios libertorum alere debent.
d Manumiſſi ex cauſa fideicommiſſi manumittenti quid debeant vel non debeant.
a Manumiſſi, quia ſe ſuis nũmis redemerunt, manumittenti quid debeãt vel nõ debeant.
b Fidem frangenti fidẽ frangere licet.
c Patroni operas exigentis à liberto, & ab eodem mercedem operarũ exigentis differentia. Ille, nõ omne ius patronatus amittit, ſed ius ſuccedendi, at non ſuccedendi.
d Patronus vtrum amittat ius patronatus ſola impoſitione operarũ, an vero præter impoſitionem requiratur exactio? Dic, ſola impoſitione non amitti: vtraque, ius ſuccedendi amitti, nõ ius alimentorum: exactione verò pretij operarum ſucceſſionẽ & alimẽta amitti. niſi propter inopiam patronis exigat.
* Coniunge l.7 de iure patr.
† Nec ei debẽbitur honor à liberto. quod no. Bal. in.l.ſi. de bo.liber.C. & ex quibus cauſis perdatur patronatus liberti: vide eundẽ in prædicta rubr. & Gl. magna in.d.l.fin.
e Ordo in alimentis ab aliquo exigendis ſeruatur. Prius cum à liberis, quàm à libertis quis alimenta petere debet.
f Libertus liberti non eſt meus libertus.

Relictos.

laborátes relictos: [a] primùm eos in potestaté [b] patronorũ redigi, & ministeriũ dominis præbere cogi. Sin autem nec hoc modo admoneantur: [c] vel à præside [d] emptori addicentur, & pretium patronis tribuetur.

Cum de statu inter virum & vxorem disceptatur, liberi communes sunt interim à patre aliendi: nec alimenta præstita à patre filiis liti præiudicium faciunt. Bartolus.

VII. IDEM *libro quinto Responsorum.*

SI neget [e] qui maritus fuisse dicitur, matrimonium esse cõtractũ, eo quòd eam quæ se vxorem fuisse dicit, ancillá [f] esse probare paratus sit: aliméta † quidé liberis præstare interim compellendum. [g] sin autem constiterit eam seruá fuisse, nihil [h] ei qui pascẽdos curauit, ex hoc præiudicium generare [i] respondit.

Descendentes per lineam masculinam coguntur alere ascendentes: secus si per fœmineam, nisi in subsidium. Bartolus.

VIII. MARCELLVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOn quemadmodum masculorum liberorum nostrorum liberi ad onus nostrum pertinent, ita & in fœminis est. Nam man festum est, id quod filia parit, non auo, [k] sed patri suo esse oneri: nisi pater aut non sit superstes, aut egens [l] sit.

Patronus non habet ius in bonis liberti, nisi pro alimentis in casu necessitatis. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro singulari de iure patronatus.*

IN † bonis superstitum [m] libertorum nullum omnino ius patroni liberíve patronorum habent nisi † si eam esse infirmos [se] támque pauperes præsidibus [n] probauerint, vt meritò méstruis † alimentis à libertis suis adiuuari debeant. ídque ius ita plurimis principum constitutionibus manifestatur.

a ¶ *Relictos.* à libertis: qui liberti non dabant eis aliquid.
b ¶ *Potestatem.* i. dominium. Sed contra. C. *de liber. causa. l. solo.* Solu. vt ibi. & adde distinctionem quæ est. C. *de liber. & eorum liber. l. ij. an sine notulæ.* Accursius.
c ¶ *Admoneantur.* aliàs commoneantur, aliàs admoneãtur: i. corrigantur. ad quod est. ꝭ. *de offi. præfe. vrb. l. j. §. cum patronus. &. ꝭ. de iure patronatus. l. j.* Accursius.
d ¶ *Vel à præside.* vel, i. pro saltem. Azo. & *facit. ꝭ. de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. ij.* ¶ Sed quid vẽdetur? Resp. libertus factus seruus ꝑ ingratitudinem prędictam. 2. Alij dicunt libertũ hoc casu ꝑpter famem vẽdi, vt & filius *vt. C. de patri. qui fili. dis. l. j. & ij.* 3. Alij dicunt quòd ius ꝙ habet in eum patronus non libertus: cum sit liber: sicut in sepulchro dicitur: *vt. C. de religio. l. monumentorum.*

S*I neget.*] CASVS. Habui filium ex quadã mea vxore, & ipse petit à me alimenta, & ego dico: mater tua est ancilla Titij. vnde Titius cui seruus es, debet te alere, & non ego. & talia verba superflua dicebat pater. si ipsa fuit ancilla: nõ valuit matrimoniũ inter me & eam. Certè dicitur hic quòd bene tenetur ille qui nõ diffitetur se patré, alere filiũ donec probet matrem filij ancillá fuisse. & si probauerit hoc, nõ fieret præiudicium ei eo quòd aluit. quod auté dixi in filio meo alieno seruo, idem est in nepote meo ex filia mea nam ego non teneor alere eum: imò pater eius, nisi pauper esset pater. & h. d. cum lege sequenti. Viuia.
e ¶ *Si neget.* s. de iure. Accursius.
f ¶ *Ancillam.* quod si esset, non matrimonium, sed contuberniũ dicitur: *vt. C. de incest. nup. l. cum ancillis.* Accur.
g ¶ *Compellendum.* præsumitur enim libera: & sic matrimoniũ, & *facit. ꝭ. de vent. in poss. mitten. l. j. §. sed & si incertum. & de Carbo. edi. l. sed & si is. §. cum maior. & quod no. C. de ordi. cog. l. fi.*
h ¶ *Nihil.* i. non. vel nihil præiudicij H.
i ¶ *Ex hoc.* ꝙ curauit ali. & facit ad hoc. ꝭ. *e. l. si q. s. §. si vel parẽs.*
k N*On quemadmodum.*] *Auo.* s. materno. & *facit in Auth. vt liceat ma. & auia. § illud quoque. coll. a. viij.*
l ¶ *Aut egens.* simile est ꝭ *eod. ti. l. si quis à libertis. circa prin.*
I*N bonis.* CASVS. Viuo liberto patronus non habet aliquod ius in bonis suis, nisi hoc, sc. vt libertus teneatur eum alere egẽtem vel infirmum. Viuianus.
m ¶ *In bonis superstitum.* sed mortuorum sic, sc. contra tabul. vt insti. *de succes. lib. per totum.*
n ¶ *Præsidibus.* vt. ꝭ. *de offic. præfe. vrb. l. j.* Accur.

Potestas pro dominio.
Vel, pro saltem.
Aut verius, patronatus.
Hoc non potest esse verũ: quoniá textus præsupponit redigi in seruitutem.
Propter cõtũ fauorem & priuilegium. & per Bart. ...
Præiudicij generari respondi.
Matrimoniũ non est inter ingenuum & ancillam sed contubernium tantum.
Præsumitur in dubio mulier libera.
Præsumitur matrimonium rectum esse, nisi illegitimum probetur.

DE INSPICIENDO VENTRE, CVstodiendóque partu.

Q*Vod superiore titulo demonstratum est ex S.C. Planciano ita demũ maritũ cui vxor post diuortiũ testato denunciauit, se esse ex eo prægnantẽ debere partũ agnoscere, si neq; ei cõtra denuntiauerit eã ex se prægnantẽ non esse neq; custodes præmiserit ad vẽtrẽ custodiendum inspiciendúmque. l. j. §. Iulianus. ad occasionẽ dedit subiiciendæ contrariæ rationis inspiciendi vẽtris custodiendiq;, puta si mulier post diuortiũ neget se ex viro esse ꝑgnãtẽ, & tertia, si mortuo marito prægnãtẽ se esse dicat nec supersit in cuius potestatẽ partus recidat. quæ posteriores causæ sunt ex edicto prætoris. Cuia.*

DE INSPICIENDO ventre, custodiendóque partu.

TITVLVS IIII.

Hîc dicitur quòd in nouo facto, nouo consilio opus est. hoc dicit. Bartol. vel sic: Post diuortium si mulier negat se esse prægnantem, maritus dicat eam prægnantem, debent vocari ad locum honestum tres obstetrices, vt mulierem inspiciant: & si duæ vel omnes dicant eam grauidam, debent apponi custodes pro partu. si autem mulier non pariat, præsumitur maritus iniuram fecisse vxori apponendo custodes. sin autem obstetrices dicant non prægnantem, non est opus custodibus: quia nil est quod custodiatur. h. d. vsque ad. §. ex hoc rescripto.

I. VLPIANVS *libro vicesimoquarto ad Edictum.*

TEmporibus diuorũ fratrum cum hoc incidisset, vt maritus quidam prægnatem mulierem

T*Emporibus.*] CASVS. Valerius Priscianus prætor vrbanus habuit corã se talẽ quæstionẽ de facto: Rutilius enim Seuerus habuit vxorem Domitiã; & postea separati sunt. Mulier negabat se prægnantem, volens fortè iniuriari viro: & vir dicebat eam prægnantem, & ideo voluit facere inspici corpus eius ad sciẽdum vtrum esset prægnans vel nõ: & non permittebat mulier se inspici. dictus prætor super hac quęstione habuit consilium à duobus imperatoribus qui fratres erant. vnde ipsi ita responderũt ei: Ista quæstio noua est: vnde necessarium est nouum consilium. & illud dare volumus. dicimus enim quòd tu prætor facias eligi domum vnius honestæ fœminæ: & eam debet intrare mulier: & ibi debent esse tres obstetrices bonę fi. & eius corpus debent inspicere vtrum sit prægnãs vel non. & si omnes obstetrices vel maior pars earum renuntiauerint tibi prægnantem eam esse, tunc debes facere apponi custodes iuxta dictam Domitiam, si maritus vult. Si autem renunciauerint tibi eam non esse prægnantem, non habet locum custodia. In hac ergo quæstione nõ habet locum senatuscon Plautianum de liberis agnoscẽdis, nec illud quod factum est temporibus diui Hadri. de quibus dictum est ꝭ. ti. j. l. j. &. l. iij. §. j. nec illud de liberis exhibendis: quia partus in ventre existens vt fuit in nostra quæstione, dicitur pars mulieris. Sed quid si mulier prædicta pariat postea? certè poterit maritus petere filium suum ab ea per interdictum de liberis exhibendis, vel per officium iudicis. Sed quid si maritus antequam faciat prætor adhiberi obstetrices ad eam inspiciendam, velit eam respondere coram prętore vtrum sit prægnans vel non? nunquid tenetur venire coram prætore mulier, & respondere? Et dicitur quòd sic. & si non veniat, vel non respondeat cum venerit, debet eam cogere prætor captis pignoribus, vel etiam mulcta ei indicta. & si constricta respondere dixerit se prægnantem, habebit senatuscon. Plautianum locum de quo dictum est. ꝭ. *titu. j. l. j.* non autem hoc rescriptum, quod habet locum ea negante se prægnãtem esse. notare ergo potes per verba supradicti rescripti quòd domus honestæ fœminæ & etiá obstetrices de quibus supra dictum est, debent eligi & adhiberi per prætorem, & non per mulierem vel maritum. Item scias quòd si omnes obstetrices vel maior pars earum renuntient prętori non esse mulierem prægnantẽ, ipsa poterit agere contra maritum act. iniuria. si animo iniuriandi fecit eam inspici maritus. Quãuis autẽ in supradicto rescripto nõ apponatur terminus intra quem possit maritus facere inspici mulierem, tamen eum debemus apponere, scilicet XXX. dies, sicut appositi sunt in senatusc. Plautiano: *vt. ꝭ. ti. j. l. j. in prin.* causa tamen cognita post triginta dies audietur maritus. [DE INSPICIENDO. Hucusque dictum est per imperatores quando viuo marito tractatur de partu, & mulier negat se prægnãtẽ. nũc vult dicere prætor quando mortuo marito mulier dicit se prænantem, vt alij agnati non habeãt heredi. defuncti. & durant verba prætoris vsque ad. §.

† Quid, filius habet ne ius in debito bonorũ subsidio viuente patre? Hic negati videtur. Alij contra aiũt. Dic quasi habere ius, non verũ ius. Glossa. *in l. 2. Cod. de iuris & facti ignorantia.*
† Quid hoc casu, patronus habet ne ius in bonis liberti? nõ habet: quia si haberet onus illud ad quemcũque transiret ad quem peruenirent bona liberti, quod est contra *l. heres liberti. ꝭ. de obsequijs.* Putat itaque Bartolus hoc onus esse personę pro rebus vt & aliás *in l. rescripto. ꝭ. de muneribus.*
† Alimenta debens ea de mẽse in mensem soluere cogi hinc colligunt. Alij annua die. Alij annua die priuatis hominibus alimenta præstari: collegia, annua die vt notat Iacob de Arena. & Bartolus hic ex. l. si quis ad declinandum Cod. de episcopis.

quamuis bene per vnam columnã, & plus. primò ergo dicit prætor quid habeat facere mulier prędicta in illo mense quo moritur maritus, vsque ad. §. mulier autem ante, &c. ibi dicit quid habeat mulier facere illis. xxx. diebus cum est iuxta partum, vsque ad. §. mulier cum &c. ibi dicit quid habeat facere mulier quando est in ipso actu pariendi, vsque ad. §. q natũ, &c. ibi dicit quid habeat facere nato partu, & apud quem partus debet ali, & quid habet facere ille apud quem alitur. vsq; ad. §. si cui, &c. ibi dicit quòd si mulier non obseruet prædicta, nocebit partui. nam cũ fuerit natus nõ habebit bonorum possessio. Carbonianã, nec contra debitores paternos mouere poterit actiones. [QVAMVIS.] A. §. de inspiciẽdo, vsque huc locutus est prætor. nunc loquitur Vlpia. exponens quædã quæ continẽtur in edicto prætoris. & est leue vsque ad. §. quod autem. ibi autem exponit illud quod dicit prętor. 3. ea. l. §. si cui. dixit enim causa cognita se denegaturum possess. Carbo. partui si mulier nõ obseruet quæ in edicto suo cõtinẽtur certè in causæ cognitione versatur vtrum mulier sit sapiens sicut aliæ mulieres. & tũc habet locum quod dixit prętor. an sit quædã rustica simplex: & tunc nõ. quamuis autem dixerit prætor quædã obseruanda circa partum per mulierem: tamen si alia est consuetudo in ciuitate, non tenetur mulier obseruare prædicta. est ergo prædictum edictum prętoris derogatorium Carboniano edicto: quia si nõ obseruet mulier ea quæ in eo continẽtur, vt dictum est, non habet partus Carbonianam. imperitia autem mulieris excusat eã, vt dictum est. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

diceret, vxor negaret:[a] cõsulti,[b] Valerio Prisciano prætori vrbano rescripserũt in hęc verba: Nouam rẽ desiderare Rutilius Seuerus[c] videtur, vt vxori quæ ab eo diuerterat, & se non esse prægnatem profiteatur, custodẽ apponat.[d] Et ideo nemo mirabitur, † si nos quoqe nouũ consiliũ & remedium suggeramus. igitur si perstat[e] in eadem postulatione: commodissimũ est eligi honestissimæ fœminæ domum, in quã Domitia[f] veniat: & ibi tres[g] obstetrices probatæ † & artis & fidei, quæ à te[h] adsumptæ fuerit, eam inspiciãt. & si quidẽ vel omnes vel duæ[i] renũtiauerint[k] prægnatẽ videri: tunc persuadendũ[l] mulieri erit, vt perinde custodẽ admittat, atq; si ipsa hoc desiderasset.[m] Quod si enixa nõ fuerit, sciat maritus ad inuidiã[n] existimationémque[o] suã pertinere, vt non immeritò possit videri captasse hoc ad aliquã mulieris iniuriã. Si autẽ vel omnes vel plures nõ esse grauidam renũtiauerint, nulla causa custodiendi erit.

Hoc rescriptum locum habet ante partum editum, non post. nam post partum locum sibi vindicat edictum de liberis exhibendis. Bartolus.

1. ¶ Ex hoc rescripto euidẽtissimè apparet[p] senatuscõsulta de liberis agnoscẽdis locum nõ habuisse, si mulier dissimularet[q] se prægnatẽ, vel etiã negaret. nec immeritò.[r] partus enim ante q̃ edatur mulieris † portio[s] est, vel viscerum. Post editũ planè partum à muliere iã potest maritus iure suo filiũ per interdictũ desiderare aut exhiberi[t] sibi, aut ducere permitti extra ordinẽ. Igitur princeps in causa necessaria subuenit. 2. ¶ Secundum quod rescriptũ euocari mulier ad prętorẽ poterit, & apud eum[u] interrogari, an se putet prægnatẽ: cogẽdáq; erit respõdere. 3. ¶ Quid ergo si non responderit, aut non veniat ad prætorem? nũquid senatusconsulti[x] pœnam adhibemus, scilicet vt liceat marito nõ agnoscere? Sed finge non esse eo contentum maritum, qui se patrem potius optet, quã carere filio velit? Cogenda † igitur erit remediis prętoris[y] & in ius venire: & si venit, respondere: pignoraq;[z] eius capienda, & distrahenda, si contẽnat: vel multis[a] coercẽda. 4. ¶ Quid ergo si interrogata dixerit se prægnantẽ? Ordo senatuscõsultis[b] expositus sequetur. Quòd si negauerit, tunc secũdum hoc rescriptum prætor debebit obstetrices adhibere. 5. ¶ Et notãdũ quòd nõ permittitur marito vel mulieri obstetricẽ adhibere: sed omnes à prætore adhibendæ sunt. 6. ¶ Item prętor domũ honestæ matronę eligere debet in quam mulier veniat, vt possit inspici. 7. ¶ Quid ergo si inspici se nõ patiatur, vel ad domum non veniat? Æquè prætoris auctoritas[c] interueniet.

Si maritus custodes adhibeat mulieri non prægnanti, poterit mulier actione iniuriarum agere, si maritus hoc fecit animo iniuriandi: aliàs non. Bartolus.

8. ¶ Si omnes vel plures[d] renuntiauerint prægnatem nõ esse, an mulier possit iniuriarum experiri[e] ex hac causa? Et ma-

a ¶ *Negaret.* porro in contrario casu, id est vbi mulier fatetur, prætor statuit: *vt. j. eod. §. de inspiciendo.* & ordo senatusc. Plautiani est seruandus: *vt. j. eo. §. ex hoc. ibi quid ergo si interrogata, &c. & 3. tit. j. l. j. in princi. Hug.*
b ¶ *Consulti.* diui fratres.
c ¶ *Seuerus.* sci. maritus quondam.
d ¶ *Apponat.* sci. maritus. H. ¶ Et not. nouũ[a] factum nouum habet consilium. *sic. C. de vete. iure enu. l. ij. §. sed quia diuina. & C. de leg. & con. l. leges. & 3. de prescript. verb. l. naturalis. & 3. de interrog. act. l. de etate. §. ex causa.* sed vetus[b] factum habet vetus cõsilium: *vt. C. de iud. l. rem non nouam.* Accur.
e ¶ *Perstat.* sic. 3. *de vsur. l. mora. §. j.*
f ¶ *Domitia.* proprium nomen vxoris.
g ¶ *Tres.* contra. j. *eo. §. de inspiciendo.* Solu. vt ibi.
h ¶ *A te.* marito. imò à te Valerio prętore: *vt & j. eo. § & notãdũ.*
i ¶ *Vel duæ.* sic. *C. de fide instr. l. comparationes.* in ore enim duorum &c. *vt extra de iudi. c. nouit. circa princip.* ¶ Item no. stari[c] assertioni plurium. *sic insti. de satisda. tuto. §. j. & 3. de testi. l. vbi numerus & j. §. si omnes.* & de credulitate[d] etiam[e] sine iuramẽto fortè: aliàs contra. *C. de testi. l. iurisiurandi.*
k ¶ *Renuntiauerint.* i. retulerint.

l ¶ *Persuadendum.* hæc persuasio[a] imponit necessitatem: *vt. j. eo. §. quid ergo si non,* &c.
m ¶ *Desiderasset.* quo casu loquitur. 3. *ti. j. l. j. in princip.*
n ¶ *Ad inuidiam.*[b] scil. reprimendam. *sic. 3. de offic. procon. l. nec quicquam. §. penul.*
o ¶ *Existimationémq;* id est famam bonam: *vt. j. de var. cog. i. l. penul.* videtur enim calumniatus: *vt. Cod. de aduo. diuer. iudic. l. j.* vnde[c] etiam iniuriarũ tenetur quando facit animo iniuriandi: *vt. j. eo. § si omnes.*
p ¶ *Apparet.* patet enim hoc ex verbis ipsorum: *vt. 3. eod. l. j. in prin. & 3. titu j. l. j. & l. ij. §. quia.*
q ¶ *Dissimularet.* i. diceret se non prægnantem, cum esset, & hoc sciret. vnde dicitur: Quod[d] nõ est simulo, dissimulóq; qd est: *vt. j. de confess. l. j.* Accur.
r ¶ *Nec immeritò.* non habet locum senatusc. sed nec rescriptũ: nec immeritò rescriptum, quia cessat interdictũ & omne auxilium. & vere: partus enim, &c. Azo.
s ¶ *Portio est.* sic[e] *infra de ven. in poss. mitten. l. curator. argu. 3. de rei vendi. l. fructus pendentes. & infra quæ in frau. cre. l. si. §. non solum. & §. fructus. & infra ad. l. Fal. l. in lege. §. fin.* Sed contra *infra de vsucap. l. si aliena. §. si. & infra de ver. signi. l. partum.* Sol. secundum quid est portio, vt non comperat interdi. de liberis exhibendis, sicut nec pro aure vel manu matris: vt hîc. Azo. Sed quo ad hoc vt sit furtiuus sicut mater, non vt ibi: Vel solue vt ibi. Accursius.
t ¶ *Exhiberi.* interdicto de exhibendis: *vt infra de lib. exhi. l. j. in princ.* sed de ducendis est *in ij. l. eo. tit.* ¶ Et quod subiicit, extra[f] ordinem, id est cognitione prætoria, seu officio iudicis: quod habet locum quando filius à nemine detinetur *vt. d. l. ij. §. j.* nisi in casu: *vt. eo. ti. l. si eum.* & plenè dic vt not. 3. *de rei vind. l. j. §. j.* ¶ Sed in eo quòd hîc videtur agi contra matrẽ, est contra. j. *de liber. exhi. l. j. § in hoc interdicto.* Solu. hîc habebatur suspicio de matre, ibi non.
u ¶ *Apud eum.* nam aliàs non nocet: *vt supra de interroga. act. l. j. in fine.*
x ¶ *Senatusconsulti.* Plautiani: *vt hic subiicit. & 3. ti. j. l. j. §. illud.*
y ¶ *Remediis prætoris.* quæ hic sequuntur.
z ¶ *Pignoráque.* sic *instu. de satisdo. tuto. §. ij. & 3. si quis ius dicen. l. j. & 3. de interrog. act. l. de ætate. §. qui tacuit.*
a ¶ *Vel multis.* id est aliquibus bannis[g] extraordinariis: sed[h] pœna dicitur certa: *vt infra de verb. rum signific. lege aliud. & l. si qua.*
b ¶ *Senatusconsultis.* s. Plautiano: & altero quod factum est temporibus diui Hadriani: & vtrumque[i] loquitur de custodia vẽtris: *vt supra ti. j. l. j. in prin. & l. ij. §. quia.*
c ¶ *Auctoritas.* quod supra dixit remedia prætoris.
d ¶ *Si omnes vel plures.* sic *supra eadem. l. in princip.*
e ¶ *Experiri.* sc. contra maritum.

Margin notes:

† Domitiæ.
† Contra. c. cæterum cum Glo. 1. in fin. extra de iure calum. & in proœ. decre. in glo. super verbo. noua litigia in fine.
† Periti artis adhibẽdi. l. semel. C. de re mili. lib. 12.
‡ Vide Balsamon. in Nomo can. tit. 1. cap. 10.
a Nouum factũ nouum mereur consilium.
b Vetus factũ, vetus habet cõsilium.
c Probat testimonium plurium nõ vnius.
d imò huiusmo di testimoniũ est de veritate non de credulitate. Sunt enim paria dici, & q antem videri, & esse. l. quid tamen. §. si arbitr. 3. de arbitris l. diui fratres. §. 13. de legat. 1.
e imò non sine iuramento. Nã quod hic dicitur medicos (ad eos enim quidam transferunt quod de obstetricibus hîc dicitur) missos ad vulneratum iussu iudicis, vt referant de vulnere & cicatrice, sit mortalis necne, non cogi iurare, Bartolus re[...] arg. l. Hac edictali §. his il[...] Cod. de secundis nuptiis. l. comparationes Cod. de fide instrumentorum.
a Persuasio quandoque imponit necessitatem.
b inuidiam hic accipe pro odio emanante ob sinistram opinionem.
c Iniuriarum tenetur qui calumniatur.
d Simulo & dissimulo differunt.
† Respondere inuitus qui cogi possit remediis prætoris: neque simpliciter habendus est pro cõfesso. adde Cyrum l. 2. Cod. de iur. calumniæ.
e Venter an & quando seu quomodo dicatur portio matris.
f Extra ordinẽ permitti, pro cognitione prætoria aut officio iudicis permitti.
g Bannum est mulctæ species ideoque iurisdictionis. adde Gloss. l. si quis in f. Cod. de ædif. priu. Bart. 4. con. 10.
h Multæ & pœnæ differentia.
i Senatusconsulta de custodia ventris.

Iniuria.

a ¶*Iniuriæ faciendæ*. non aliàs: *vt dicit & .C. de iniuriis. si non conuitij. & .j. de iniur. l. illud.*
b ¶*Illexerat*. aliàs, illexerat: & aliàs, illuserat. q. d. induxit eum ad credendum quòd esset prægnás, dum vellet forte placere: vel vellet pellem vel vestem. Accur.
c ¶*Quod*. i. quia.

Accursius.
n ¶*Ex eo tempore*. i. à tribus mensibus. Azo.
o ¶*Fari possit*. i.[a] septem annos habeat: *vt. C. de iur. delib. l. si infantis in principio.*
p ¶*Si cui*. subaudi, desideranti, cuius interfit: vt agnato defuncti.

gis puto, agere eá iniuriarũ posse: sic tamen, si iniuriæ faciendę[a] causa id marit⁹ desiderauit. Cæterùm si nõ iniuriæ faciẽdæ animo, sed quia iustè credidit, vel nimio voto liberorum suscipiẽdorum ductus est, vel ipsa cum illexerat[b] vt crederet, quòd[c] cõstãte matrimonio hoc fingebat: ęquissimum erit ignosci marito.

9. ¶ Meminisse autẽ oportet, tẽpus nõ esse pręstitutum rescripto:[d] quáuis in senatusconsultis[e] de liberis agnoscendis triginta dies præstituantur mulieri. Quid ergo? semper dicemus marito licere vxorẽ ad prætorẽ euocare? an verò & ipsi triginta dies præstituimus? Et putem prætorem causa cognita debere maritum & post triginta dies audire.[f]

10. ¶ De inspiciẽdo ventre, custodiendoq; partu sic prætor ait.

Si mulier mortuo marito prægnatẽ se esse dicet: his ad quos ea res pertinebit, pcuratorive eorũ bis in mense[g] denuntiandũ curet, vt mittant si velint, quæ ventrẽ inspicient. Mittãtur autem mulieres liberæ duntaxat quinque:[h] hæque simul omnes inspiciãt, dũ † ne qua earũ dũ inspicit, inuita muliere ventrẽ tãgat. Mulier in domo honestißimæ fœminæ pariat, quã ego cõstituã. Mulier ante dies triginta q̃ parituram se putat, denũtiet his ad quos ea res pertinet, pcuratoribúsve eorũ, vt mittãt, si velint, qui vẽtrem custodiãt. In quo cõclaui mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint, quàm vnus. si erunt, ex vtraque parte tabulis præfigantur. ante ostium eius conclauis liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus[i] custodiant. Quotienscunq; ea mulier in id conclaue, aliudve quod, siue in balineum ibit: custodes si volent, id ante prospiciant, & eos qui introierint, excutiãt. Custodes qui ante cõclaue positi erũt, si volunt omnes qui cõclaue aut domũ introierint, excutiant. Mulier cũ parturire incipiat: his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsve eorum denuntiet, vt mittant quibus præsentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque: ita vt præter obstetrices duas, in eo conclaui ne plures mulieres liberæ sint, quàm decem, ancillæ quàm sex. hæ quæ intus futuræ erunt, excutiantur omnes in eo conclaui, ne qua prægnas sit. Tria lumina, ne minus, ibi sint: scilicet quia tenebræ ad subiiciendum aptiores[k] sunt. † Quod natũ erit, his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsve eorũ, si inspicere volẽt, ostẽdatur. Apud eum educatur, apud quẽ parẽs iusserit.[l] Si autẽ nihil parens iusserit, aut is apud quẽ voluerit educari, curam nõ recipiet: apud quem educetur causa cognita constituã. Is autẽ apud quẽ educabitur quod natũ erit, quoad triũ mẽsium sit, bis in mẽse:[m] ex eo tẽpore,[n] quo ad sex mẽsiũ sit, semel in mẽse: à sex mensib. quoad anniculus fiat, alternis mẽsib. ab anniculo, quoad fari poßit,[o] semel in sex mensibus vbi volet ostendat. Si cui[p] ventrem inspici, custodirive, adesse[q] partui licitũ nõ erit, factúmve quid erit quo min⁹ ea ita fiant vti suprà comprehensum est:[r] ei quod natum erit, possesßionẽ[s] causa cognita[t] nõ dabo. Siue quod natũ erit, vt suprà cautũ est, inspici[u] non licuerit: quas vtique actiones me daturũ polliceor his quib. ex edicto meo bonorũ possesßio[x] data sit: eas si mihi iusta causa videtur esse, ei non dabo.[y]*

Hìc declarat quibus personis sit denuntiandum: & intellige semper hoc secundum edictum mortuo marito. nam in primo edicto quod est à principio tituli vsque ad. §. de inspiciendo, denuntiatur marito.

11. ¶ Quamuis sit manifestissimum edictũ prætoris: attamen non est negligenda[z] interpretatio eius. † 12. ¶ Denũtiare igitur mulierẽ oportet[a] his scil. quorũ interest[b] partũ nõ edi, vel totam habituris hereditatem, vel partẽ eius, siue ab intestato, siue ex testamento.[c] 13. ¶ Sed & si seruus heres institutus fuerit, si nemo natus sit:[d] Aristo scribit, hic* quoq; seruo, quáuis non omnia[e] quædã tamen circa partũ custodiendũ arbitrio p̃toris esse concedenda. quá sententiá puto verá. Publicè enim interest, partus non subiici: vt ordinum[f] digni-

d ¶*Rescripto*. vltra q̃ vir nõ denũtiet: vt. s. in princ. huius legis.
e ¶*Senatusconsultis*. s. ti. j. l. j. in prin. Accur.
f ¶ *Audire*. idẽ quod supra. sed nõ nisi causa cognita: *vt. s. tit. j. l. j. §. si mulier.* hæc autẽ est causa, eo ipso quòd petit: nisi euidens appareat malitia.
g ¶*In mense*. Sed nonne hoc superuacuum est per hoc quod habuimus. s. ti. j. l. j. vel econtra. cum ibi præstituat. xxx. dies ad denũnuntiationem vnã: hic nullum præfigit tẽpus huic denũtiationi bis in mense faciẽdæ? Respon. nec est cõtra, nec superfluũ: quia ibi loquitur facto, diuortio hic autẽ loquitur mortuo marito. itẽ ibi denũtiat se ex eo pręgnãtem hic aliud, scilicet vt mittãt heredes viri mulieres quę ventrem inspiciant. Postea autem cũ est prope partũ per xxx. dies denũtiat vt mittat qui ventrem custodiat: postea cum parit, denũtiat vt mittant quibus præsentibus pariat. & in prima denũtiatione mittunt quinque. in secũda tres liberi & tres liberæ cũ binis comitib⁹, in tertia quinq; præter duas obstetrices.
h ¶*Quinque*. contra. s. *ead. l. j. §. j.* Solu. ibi negabat se pręgnantẽ, & ita tres. hic confitebatur: & sic quinque. quasi[a] enim se ingerẽs reddebat se suspectam hic: *vt. s. de proc. l. qua omnia.*
i ¶ *Binis comitibus*. i. quatuor: sicut & dena non. xx. sed x. dicũtur: *vt infra de legat. j. l. si quis testamento.*
k ¶ *Aptiores*. inde est q̃ dicitur furtũ[b] à furuo, i. nigro: quia clam & occultè fit, & maxime de nocte: *vt inst. de oblig. ex delict. §. j. & illud.* Qui[c] malè agit odit lucem.
l ¶*Iusserit*. in testamẽto, nisi parens causam diuortij præstitisset, quando apud matrem expensis patris educari debet: *vt in Authẽ. vt liceat matri & auiæ. §. illud. colla. viij.* 2. Vel fortè hic habet locum quãdo nulla altercatio est, an fuerit ex eo pręgnans, vel non, nec aliqua suspicio est de muliere. Item ibi loquitur patre viuo, hìc mortuo eo. Azo.
m ¶*Bis in mense*. scil. ostendat vbi volet, si volet ostendere: vt infra dicit. Azo. vel dic est in arbitrio vbi, sed non an ostendatur.

q ¶ *Adesse*. Hæc tria facienda sunt: *vt. s. eadem l. §. de inspiciendo ventre.* & dic licitum[b] de facto: aliàs refertur ad ius: *vt. s. de rit. nup. l. semper.*
r ¶*Comprehensum est*. in. §. de inspiciendo.
s ¶*Possessionem*. s. Carbo. *vt. j. l. proxi.* vel dic vt ibi not.
t ¶*Causa cognita*. hoc dic: *vt. j. §. fin.*
u ¶*Inspici*. bis in mense: vel aliàs *vt. s. §. is autem apud.*
x ¶*Bonorum possessio*. s. Carboniana.
y *Non dabo*. ideo q̃a nec Carboniana datur, vt prædixit. ¶ Et sic not. factum[c] matris vel aliorũ nocere partui, scilicet in possessorio: sed ĩ petitorio quo probat se filium, hæc non nocerent: *vt. s. de iuret. l. ij. §. cum de possessione. & .j. titu. ij. l. j. in principio. & arguitur. s. tit. j. l. si quis. §. si vel parens.* videtur enim quasi non filius. ¶ Item no. quòd[d] qui habet Carbon. intentat actiones hereditarias. Sed contra. j. *de Carb. edict. l. iij. §. missum.* Sed plenè dic vt nota. supra *de inoffi. testamen. l. qui de inofficioso.* quæ huic concordat. *Item facit infra de ventre in possessio. mitten. l. j. §. si ea. & l. vbicunque. §. j*
z ¶*Negligentia*. ne in dubietatem reuocetur: *vt in Authen. de tab. §. j. collat. iij. &* ne videatur negligi: *vt infra de iniur. l. item apud. §. hoc edictum.* Sed argum. contra infra *de dote præl. l. j. in fine.*
a ¶*Oportet*. vt mittant quæ ventrem inspiciant: *vt supra ea lege. §. de inspiciendo.* Accursius.
b ¶ *Interest*. quia volunt succedere: vt subiicit. Accur.
c ¶ *Ex testamento*. cũ posthumi[e] præteriti agnatione rumperetur testamentũ: *vt. j. de iniust. rup. testa. l. j.*
d ¶ *Natus sit*. i. si nemo nasceretur & dic à domino institutus cũ libertate: quia tamen sub conditione est institutus, sc. si nemo nascetur, non est interim liber.
e ¶*Non omnia*. fortè quia non procuratoribus, cum eos habere non possit: cum non propriè dicatur administratio: aliàs posset: *vt. s. de procura. l. seruum.*
f ¶*Ordinum*. sunt enim ordines[f] procerũ, vassallorum, & similes.

[a] Infans dicitur qui septem annos tãtum habet, seu ad septimum vsque annum.
[b] Licitum aliud de facto aliud de iure.
† Vnde dominus in Euangelio: Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint. Item, qui male agit, odit lucem: *vt in c. consuluit. extra de offic. deleg.*
* Solebat enim prætor ob id frequentissime adiri. *l. iij. vbi pupill. educ. deb.* & nonnunquam à voluntate patr. recedit prætor.
[c] Factum matris nocere partui in possessorio, at non in petitorio.
[d] Carbonianã bonorum possessionem habens an & quomodo intentet actiones hereditarias.
† Vide Cic. pro Cluen. ad cum locum quo mulier obtestatione viri decem illis mensibus ne domum quidem vllam, nisi socrus suæ, nosse debuit, &c.
[a] Suspectus est qui se ingerit.
[b] Furtum vnde dicitur.
[c] Ioannis, 3.
† Citat, in c. bonæ memoriæ. 2. cum glos. super verbo, recipit. extra. de elect.
* Huic.
[e] Testamentũ rumpitur præteritione posthumi.
[f] Ordinum varii gradus ac variæ species. Alij proceres, alii vasalli & similes: sunt & ordines decurionum & senatorum.

a Ordinum dignitates seruandæ & distinguendæ: neque passim communicandæ.
b Familia pro agnatione.

Item ordines[a] decurionum, & senatorum, & similium. esset enim absurdum vt alienæ sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant surrogari: *vt. C. de quæstio. l. super statu. & facu. 3. de posthu. l. j. in princip.*

a ¶ *Familiarúmque.* i. agnationum: *vt. ff. de ver. signifi. l. pronuntiatio. §. communi.*

as † familiarúmque [a] salua sit. Ideóque etiam seruus iste, cum sit in spe constitutus successionis, qualis qualis sit, debet audiri [b] rem & publicã & suam gerẽs. [c]

14. ¶ Denuntiari autem oportet his quos proxima spes successionis contingit, † vtputa primo gradu[d] heredi instituto, non etiam substituto [e] & si intestatus paterfamilias sit, his qui primũ locum ab intestato tenent. si verò plures sint simul successuri, omnibus denuntiandum est.

Omissio modicæ solennitatis non vitiat. Bartolus.

15. ¶ Quod autem prætor ait, [f] causa cognita se possessionem [g] non daturum, vel actiones denegaturum: eò pertinet, vt si per rusticitatem [h] aliquid † fuerit omissum ex his quæ prætor seruari voluit, non obsit partui. Quale est enim, si quid ex his quæ leuiter obseruanda prætor edixit, non sit factum: partui denegari [i] bonorum possessionem? Sed mos [k] regionis inspiciendus est: & secundum eum & obseruari ventrem & partum & infantem oportet.

Mulier propter imperitiam excusatur. Bartolus.

II. IVLIANVS *libro vicesimoquarto Digestorum.*

EDictum [l] de custodiendo partu derogatorium est eius quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum est.

1. ¶ Sed hoc aliquando remittere prętor debet, si non malitia, sed imperitia [m] mulieris factum fuerit ne venter inspiceretur, aut partus custodiretur.

b ¶ *Debet audiri.* licet aliàs non: *vt argu. contra. ff. de reg. iur. l. quod attinet.*

c ¶ *Gerens.* gerit enim suum negotium, cum ad eum hereditas debeat pertinere si ei nemo nascat. gerit enim negotium publicum: quia publicè [c] interest ne partus subiiciantur, & ne falsæ agnationi hereditas deferatur. Azo. & est sic infra *de aqua plu. ar. l. apud. in fine.* Accur.

c Publicè interest partum falsum non subiici.
† Huc pertinẽt exempla quæ Val. *Maxi. lib. 9. ca. 16.* refert de his qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt.

d ¶ *Primo gradu.* sic. ff. *de secun. tab. l. ij. §. defertur.* Sed arg. contra. *C. vbi pupil. edu. de. l. si.* Accur.

† Coniugit legitur in archetypo. vt ait Taurell. in adnotat.

e ¶ *Substituto.* nisi quando ventri est substitutus: *vt. ff. eo. l. qui ventri.*

† Concor. c. super literis cum Glo. super verbo, simplicitatem extra de rescrip.

f ¶ *Qui autem prætor ait.* supra. §. si cui.

g ¶ *Possessionem.* scil. Carbonianam.

h ¶ *Rusticitatem.* sic [d] *Cod. de testa. l. fin. cum concor.*

d Rusticitati ignoscitur.

i ¶ *Denegari.* interrogatiuè q. d. non debet denegari. ¶ Sed argumen. contra supra *de transactio. l. cum hi. § si prætor.* & *de in integ. resti. l. diuus.* ¶ Sed quæ sunt hæc leuia[e]? Resp. numerus paulo maior vel minor fœminarũ. at grauia sunt & non omittenda hæc quatuor: scilicet inspectio ventris, & custodia & præsentia ad partum, & posse inspici natum: *vt supra. §. si cui.* nisi rusticitatis causa, vel simili, vel secundum morem regionis: vt dixit hic, & infra. l. proxi. Accur.

e Leuis solennitas quæ hic dicatur.

k ¶ *Sed mos.* sic [f] *infra de leg. j. l. si seruus plurium. §. fin.* Accur.

f Mos regionis inspiciendus.

l ¶ EDictum. quod est supra. l. proxi. §. de inspiciendo. vsque ad. §. quamuis. & dicas quòd Carbonianum [g] edictum dat possessionem puero cui fit quęstio status: *vt infra de Carboniano edicto. l. j. in principio.* sed hic facit quandoque denegari, scilicet si mater non obseruat quæ in isto edicto continentur: *vt supra. l. proxi. § si cui. & § finali.* ¶ Sed quo modo, cum factum [h] matris non debet nocere filio: *vt infra de Carbonia. edict. l. j. § finali. & infra tit. ij. l. j. circa princip. & supra de iureiuran. l. iij. § finali. & l. sequenti?* Respon. non nocet in principali causa filiationis, qua probauit se filium. nam propter matrem præsumitur non filius: si saltem modicum pro se non habeat: *vt. ff. de Carbonia. edict. l. iij. § causa. & argumen. ff. de ven. in possess. mitten. l. j. § si ea.* ¶ Item oppo. quare i dicit ad exemplum, cum directo carbonia. locum habeat? Respon. ad exemplum antiqui solennis datur hodiè vtile, cui hic derogat. *sic. C. quibus ex cau. ma l. fina.* 2. Vel dic hic loqui de edicto de ven. in possess. mitten. cui hæc derogat, vt mulier possit remitti nisi seruauerit solennia huius edicti. illud enim est ad exemplũ Carbonia. *vt. ff. de ven. in possess. mitt. l. j. § si ea.* & secundum hoc intellige supra *l. proxi. § si cui. & § si.*

g Carboniani edicti vis quæ.

h Factum matris non nocet partui & filio in petitorio, sed in possessorio.

i Edictum ad Carboniani decreti exemplũ comparatum quod dicatur.

m ¶ *Sed imperitia.* vt. s. *l. proxi.*

QVi ventri.] CASVS. Titius fecit testamentũ, & instituit sibi filium heredem quem vxor in ventre habebat: & ei ventri substituit Sempronium: & sic decessit: postea Sempronius vult facere custodiri partum, certè bene potest hoc facere.

n ¶ *Substitutus.* sc. directò si nemo nascetur: *vt supra eodem. l. j. § sed & si seruus.* vel etiam per fideicommiss. *vt infra l. prox.* ¶ Item quòd subiicit, substitutus, [a] idest, pupillariter ventri substitutus: quo casu est heres ventris: *vt instit. de pupil. sub. § j.* quo casu interest eius propter tacitam [b] vulgarem quæ intelligitur in expressa pupillari: *vt infra de pupilla. substitu. l. iam hoc iure.*

a Substitutus succedit per tacitam vulgarem quando habet coheredem institutum, quia sine heredis aditione non valet tacita vulgaris. Bartol. hic.
b Substitutio tacita vulgaris intelligitur in expressa pupillari.

III. PAVLVS *libro quartodecimo ad Plautium.*

QVi ventri substitutus [n] est, vel institutus: si ventrem velit seruare, [o] audiendus est.

Fideicommissarius vniuersalis, cuius conditio deficit propter natiuitatem posthumi, admittitur ad custodiendum partum. Bartolus.

IIII. SCÆVOLA *libro vicesimo Digestorum.*

IS à quo, [p] si sine liberis decessisset, quicquid ad eum ex bonis peruenisset, sorori fideicommissum [q] relictum erat, decessit posthuma [r] herede instituta, & substitutis aliis. Quæsitum est, cum vxor defuncti [s] prægnatem se dicat, an sorori procuratorive eius secundum formam edicti ventrem inspicere, & partum custodire permittendum sit. Respondit, In huiusmodi specie de qua quęreretur, posse videri ad eius cui fideicõmissum datum esset, solicitudinem perspiciendum: [t] idque causa cognita statuendum.

o ¶ *Seruare.* i. inspicere: non vt natus apud eam alatur: *vt in argu. contra infra vbi pupil. educ. l. j. in princip.* Accursius.

IS à quo.] CASVS. Titius instituit Sempronium heredem: & rogauit eum, vt si sine liberis decederet, restitueret hereditatem sorori suæ, scilicet Titij, decessit Sempronius heres relicta prægnãte vxore sua: & posthumam nasciturã instituit sibi heredem, & quosdam ei substituit. vxor Sempronij heredis dicit se prægnantẽ. soror Titij testatoris quæ substituta fuit Sempronio heredi, vult custodire ventrem vxoris Sempronij heredis. Et dicitur quòd bene potest facere hoc, causa tamen cognita. Viuianus.

p ¶ *Is à quo.* sc. heres. Accursius.

q ¶ *Fideicommissum.* subaudi, per, si non habes. vel sub. hic quicquid, &c.

r ¶ *Posthuma.* quam credebat esse in vtero: & sic erat futura heres heredis. Accursius.

s ¶ *Defuncti* heredis qui & testator fuit instituẽdo posthumam.

t ¶ *Perspiciendum.* scilicet in eo quòd petit inspicere & custodire partum. sed secundum Azo. & hoc ad substitutos pertinet propter cætera bona fideicõmissaria quæ habituri sunt propter substitutionem posthumæ factam: forte, sic, si posthuma non nasceretur. ¶ Sed quæ sunt cætera cum generale fuit? Respon. fortè propter quartam Trebel. *& facit supra. l. proxi.*

SI VENTRIS NOMINE muliere in possessionẽ missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.

TITVLVS V.

Primò commendat edictum, & eius rationem ponit. Secundo ponit mentem edicti. Tertio exponit edictum vsque ad fin. secunda ibi. Idcirco tertia ibi, interest autem. Bartolus.

SI VENTRIS NOMINE muliere, &c.

NOn tantum, quod dixit superiori titulo, partui custodito inspectóque ita vt præcepit edicto, prætor dat bonorum possessionem posteaquam editus est, & interdum etiam omissa illa obseruatione, sed & ante editionem interim mulierem ventris nomine mittit in possessionem ex omnibus edicti partibus. At quæ missa in possessionem forte alium in eam admisit dolo malo, ex hoc edicto tenetur in id quod agentis interest. Cuia.

HOc edicto.] CASVS. Titia dicens se esse prægnantem ex viro suo mortuo: fuit missa in possessionem bonorum viri causa ventris. ipsa autem dictam possessionem in alium transtulit dolo malo. Certè tenetur actione in factum ex hoc edicto: & non solum ipsa tenetur, sed

etiam pater eius, si & ipse dolum in hoc commisit. & dicta actio datur illis quorum interest dictam possessionem in alium non esse translatam, inquantum eorum interest: & nihilominus habent actionem contra illum qui iussu mulieris vel patris eius accepit dictam possessionem, scilicet interdictum vti possidetis, vel vnde vi. dixi ergo agendum contra patrem mulieris vel mulirem ad interesse. Sed quomodo potest interesse illius qui experitur contra eos? Respond. puta quia ille qui accepit possessionem dolo malo mulieris, accepit eam bona fide: & fructus inde perceptos bona fide consumpsit. vnde de his non tenetur. vel etiam si mala fide accepit possessio. non est nunc soluendo vt possit satisfacere de fructibus. Et scias quòd dicta actio in factum competit contra mulierem & patrem eius etiā post annum continuum. si autem pater non fuit in dolo, non tenetur nisi inquātum ad eum peruenerit. Et scias quòd dolo fecit mulier si non prohibet venientem in dictam possessionem, siue facit eum venire. Sed pone quòd patris & filiæ dolus intercessit. ille cuius interest, potest agere si vult contra patrem vel contra filiam: vnde si filiā elegit, & ipsa satisfecit ei in toto interesse præterquam in sumptibus litis, quia non habebat plus in bonis: non poterit redire ad patrem nisi pro illis sumptibus. hoc dicit vsque ad finem titu. Viuianus.

I. VLPIANVS *libro trigesimoquarto ad Edictum.*

HOc edicto[a] rectissimè prætor prospexit, ne dum in fauorem[b] partus possessionem[c] polliceatur, aliis prædæ[d] occasionem præbeat.

1. ¶ Idcirco cōstituit actionē[e] in mulierem, quæ in aliū[f] hanc possessionem dolo malo trāstulit. Non solùm mulierem prętor coërcet, verùm eum quoque in cuius potestate ea fuerit: scilicet si dolo ipsorū[g] alius in possessionē fuerit admissus: actionēq; in tantū pollicetur in eos, quanti interfuerit eius qui experitur.

2. ¶ Necessariò[h] prętor adiecit, vt qui per dolū venit in possessionē, cogatur[i] decedere. Coget autem eum decedere,[k] non prętoria potestate, vel manu ministrorū,[l] sed melius & ciuilius faciet, si cū per interdictū[m] ad ius ordinariū remiserit. 3. ¶ Interest autē eius qui experitur, admisū alium in possessionem nō fuisse: cū fortè bona fide[n] fructus perceptos cōsumpserit. aut si prædo venerit in possessionē, à quo fructus consequi nō possit: quia soluendo nō est.[o] 4. ¶ Hæc actio[p] etiam post annum dabitur: quia rei habet persecutionem.[q]

5. ¶ Et si filiafamilias sit quæ dolo fecit: in patrem[r] dabitur actio si quid ad eum peruenerit.[s]

II. PAVLVS *libro trigesimoseptimo ad Edictum.*

DOlo facit mulier, non[t] quę in possessionem venientem non prohibet, sed quæ circūscribendi alicuius causa clàm & per quandam machinationem in possessionē introducat.

1. ¶ Si & patris[u] & filiæ factum arguetur: in alterum quem actor velit reddenda est actio, quia in id quod agentis interest datur. ideo[x] si id quòd ei abest, ab eo qui in potestate est seruari possit: præter sumptus[y] litis causà factos, inutilis erit ei hæc actio.

a ¶ *Hoc edicto.* cuius verba non habemus, nisi dicas de rubrica.

b ¶ *In fauorem.* cui plus[a] fauetur quàm nato. & est ratio infra *de ventre in possess. mit. l. j. §. si ea in fine.*

a Ventri plus fauetur quàm nato.

c ¶ *Possessionem.* causa ventris ex edicto illo de ven. in poss. mit.

d ¶ *Prædæ.* i.[b] iniustæ acquisitionis considerata re ipsa, vel etiam proposito tradentis non accipientis, quæ bonæ fidei est quandoque: vnde lucratur fructus: *vt infra ea. l. §. interest. & facit. Cod. de vsucap. pro emp. l. si. & ibi not.*

b Præda pro iniusta adquisitione.

e ¶ *Actionem.* Not. in[c] factum dari ex edictis: sed ex lege ciuili condic. ex lege: *vt supra de condic. ex lege. l. j.*

c Actionis in factum & condictionis ex lege differentia. illa ex edictis: hæc ex lege ciuili.

f ¶ *Alium.* patrem. Accursius.

g ¶ *Ipsorum* id est, mulieris, & eius in cuius potestate est. Vel dic, id est dolo eius in cuius potestate erat. & sic transit de singulari ad pluralem *sic. C. de in ius vo. l. fin.* & bene: quia sufficit alterius tantùm dolus ad hoc vt ipse teneatur qui dolum adhibuit: *vt. j. l. proxi. §. j.*

h ¶ *Necessario.* quia prima parte non continebantur. & dic in edicto quod non habemus.

i ¶ *Cogatur.* ab eo cuius interest alium non esse admissum in possess. à muliere.

k ¶ *Decedere.* aliàs discedere.

l ¶ *Vel manu ministrorum.* pro eodē. & dic,[d] id est ministris iudicis. sic ponitur supra *de rei vindic. l. qui restituere. 2.* Vel dic id est suis ministris: scilicet agentis. nam & suis etiam auctoritate sua videtur hoc facere posse: quia ille non est mitti iussus, & iste habet possessionem ciuilem & naturalem qui ante erat in possessione: cum mulier scilicet non possidebat: *vt infra de acquiren. possess. l. ij. §. finali. & l. si id quod. §. fin. & de vi & vi arma. l. j. §. cum qui.* ¶ Sed secundum primam expositionem est cōtra infra *ne vis fiat ei qui in possess. miss. l. si quis.* Sol. auxilium[e] manu militari datūr ibi expulso, hic, domino seu heredi denegatur. Item ibi contra prædonem: hic contra bonæ fidei possess. fortè agitur. Vel vt prius dixi: hic verus heres non desinit possidere per missionem mulieris: *vt infra de acquiren. poss. l. ij. §. fi.* vnde agit vti possid. nec mulier plus dedit quàm haberet. vnde ille non possidet, cum interdicto vti possidetis succubuit. sed hodie cū incipit scire, videtur facere vim: subaudi, vel dolū: *vt infra de doli excep. l. ij. §. item quæritur.* Sed secundum hoc dic non prætoria potestate, scilicet tantùm: ciuilius tamen fit per ius ordinarium.

d Manu ministrorum iudicis cogi decedere quid.

e Auxilium manu militari quādoque datur.

m ¶ *Per interdictū.* vti[a] possidetis, vel vnde vi. & hoc si primò possidebat: vel per hoc interdictum quod prætor in isto adiecit: vt qui per dolum &c. alij per illud, ne vis fiat ei &c. Sed malè: quia illud non datur ei cui in factum ex hoc edicto, sed mulieri quæ ventris nomine missa est in possessionem si quis eam non admittat vel reiiciat vel per se vel per alium: *vt infra ne vis fiat ei. per totum.* Sed posset sic defendi, vt quod dicitur, cogatur discedere: scilicet ab ipsa muliere, cum sine dolo eius ingreditur aliquis. Et quod subiicit interest autem &c. sic continua. verum est quòd mulieri ita subuenitur, quia eius interest sed etiam interest eius qui experitur. & pone[b] autem, pro sed: & quod dicit, experitur: scilicet actione in factum ex hoc edicto cōtra ipsam mulierem, cum dolo eius alius est admissus in possessionem. Sed hæc lectura non est bona: quia statim dicit bona fide, & sic nō competit mulieri illud interdictum, ne vis fiat ei &c. sed si velis tueri, probabiliter dicas hic esse. §. interest autem &c. & mutet casum: sed prima verior est, vt agat dominus, non mulier, quia eius interest, vt subiicit. ¶ Sed contra quem agit dominus, quia interest eius? Respondetur: si dicas contra possidentem pro possessione, non videtur: quia cum possit mulierem conuenire, non interest sua, sed fortè non est soluendo & ipsa. & sic autem, ponitur pro quia. 2. Vel dic agi contra mulierem: quia interest. & sic est. §. interest, &c. & autem, ponitur exceptiuè, vel causa ornatus *sic. s. de iusti. & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* & placet quòd sit. §. & mutet casum.

a Quod sit illud interdictum per quod heres potest expellere possessorem: An vti possidetis? An vnde vi? An actio in factū descēdēs ex hoc edicto? An interdictum ne vis fiat, ei?

b Autem pro sed.

n ¶ *Bona fide.* cum titu. vel sine tit. *vt. s. si regund. l. iij. §. j.*

o ¶ *Non est.* & sic actio[c] est inanis quam excludit inopia debitoris: *vt. s. de dolo. l. nam is.*

c Actio inanis est quam inopia debitoris excludit.

p ¶ *Hæc actio.* in factum: *vt supra in principio.*

q ¶ *Persecutionem.* datur enim ad interesse: *vt. s. §. non solum.* & est bona ratio: *vt. j. de actio. & oblig. l. in honorariis.* Sed contra. *j. ti. j. l. j. § hæc autē.* Sol. vt ibi. ADDITIO.] Dic secundum Bar. hìc quòd quādoq; actio pœnalis succedit in locū actionis persecutoriæ, & tunc est perpetua: vt patet in vtili rei vindicatione, quæ datur cōtra eū qui dolo desiit possidere. ita loquitur *hic & in. l. ij. §. hoc interdicto. de tab. exhi. & . j. ne quid in loco pub. l. ij. §. fin.* sed quando actio ex sui natura & ab ipso initio est pœnalis & prętoria, tūc nō datur nisi intra annum ita loquitur ibi secundum eundem Bar.

r ¶ *In patrem.* doli inscium, alias in solidū. *vt. s. §. j. & . j. ti. j. l. si. §. si.*

s ¶ *Peruenerit.* vel dolo fecit quo minus perueniret: *vt. s. rerum amotarum. l. tertia. §. fina. & l. sequenti.* Accur.

t DOlo.] *Non.* subaudi, tātùm si nō habes. ¶ Et no. differentiā inter[d] prodere & tradere:[e] *vt & . C. de acquirēda possessio. l. si.* Item not. viriliter resistēdum. alias etiam dolus fit: *vt hic, & in Authen. de non alie. §. œconomus. colla. ij. & . s. loca. l. item quæritur §. exercitu. & . l. si fundus. & facit. s. man. l. dolus.*

d Prodere & tradere differentia.

e Adde text. in c. plerunque. 35. de his. 2. quæst. 7. not. Card. in dic. l. § quia tem. de sta. mona.

u ¶ *Si & patris.* quod esse potest: *vt. s. eod. l. j. §. j.*

x ¶ *Et ideo.* bona ratio: secus est si ad pœnam: *vt supra de eo per quem fac. est. l. j. §. si plures. & ad legem Aquil. l. item Mela. §. si plures. & de iur. omn. iud. l. adeo. & ne quis eum qui in ius voca. l. pen in fin. & l. finali.*

y ¶ *Sumptus.* hæc verba possunt determinare sequentia, inutilis, &c. & sic est contra. *C. de euicto. l. j.* vel præcedētia: & tunc cōcordat. & est sensus secundus cōtrarius primo. ¶ Sed de quo sumptu dicit? Resp. dicunt quidā de eo qui factus in litigādo cōtra admissum à muliere. 2. Alij de isto qui fit litigando contra mulierē vel patrē. ¶ Sed nonne per. l. properandum, victus[f] victori, & cætera? Resp. iusta[g] ignorantia excusat à contumacia: *vt in ea. l. properandum. § sin autem. & de leg. ij. l. qui solidum. §. etiam.*

f In expensis condemnatur victus victori.

g A contumacia excusat iusta ignorantia.

SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN possessione calumniæ causa esse dicetur.

Hoc edictum superiori cohærere ex eo apparet satis quod ex eadē causa ꝓficiscitur qua superius, ne dum in fauorē partus facillime prætor mittit in possessionē, vel alius, vt superiori edicto vel vt hoc edicto, etiā ipsi mulieri prędæ occasionem præbeat, vt si prudens sciensq́; ipsa se non esse prægnatē vel esse ex alio, dolo malo in possessionem veniat. qua ex causa hoc edicto tenetur in id quod interest agentis, sed intra annū tantū, cū tamē superior quæ etiā in id qđ interest cōcluditur porrigatur vltra annū, videlicet quia hæc ꝓ pœnali habetur. at cur nō & illa? vtraq; enim factum coercet, hæc calumniā, illa dolū. Sed cōsiderādū est semp quæ mēs ꝑtoris fuerit dāti actionē in id quod interest. nam si actoris gratia principaliter dedit, nō habetur ꝓ pœnali. Si odio rei, vt factū eius puniret, ꝓ pœnali habetur. & hæc odio rei datam vel ex eo apparet quod dānato hoc edicto irrogatur infamia. l. notatur. l. nō alia. De his ꝗ no. infa. & qđ cōceptis atrocior est in calūniā ꝗ̄ in dolū. & hac ratione actio quoq; in factū restitutoria quæ ei datur qui quid cū pupillo gessit falso tutore aucto re quāuis in id ꝗ interest dūtaxat ꝓsequatur nō pœnā, ꝓ pœnali habetur & finito ann. l. 7. & 9. Quod fal. tutor. est enim pcipue data in odiū falsi tutoris. eadēq́; ratio edicti de eo ꝑ quē factū erit quominus ꝗs in iudicio sistat, & ad similiū, & aliquid etiā actionis vtilis subsidiarie proposita in tit. De mag. con. Post hæc vero non dubito quin fuerit subiecta actio de morib. qđ hæc foret retentionū ex dote alia causa, propter mores. nam & codē libro inuenio Paulū tractasse de reb. donatis, de amotis, de impēsis, de liberis, & de morib. nempe septimo ad Sabinū. restat enim adhuc de morib. loc⁹ vnus in l. quinta De pact. do. licet sublata iā cū retētione, tū actione de morib. Cuia.

* in possessione in Indice Titulorum.

† Iuramentum excusat à calūnia vt hîc. An ab expēsis? Negat Bartolus. Aliud enim esse temeritatem aliud calumniā vt hîc & l. 2. §. 1. ȝ. de iureiur. Itaque vnū ad aliud non extendi: atque ita Iuramentum non excusare ab expensis quę alioui indicūtur propter temeritatem. Leū qui temere ȝ. de iudiciis.

SI MVLIER VENTRIS nomine in possessione* calūniæ causa esse dicetur.

TITVLVS VI.

Iuramentum mulieris excusat eā à calumnia: & partui non prodest nec nocet. Bartolus.

1\. VLPIANVS *libro trigesimo quarto ad Edictum.*

SI de possessione vētris nomine quæratur, & deferente herede mulier iurauerit prægnatē se esse, seruandū est iusiurandū:[a] nec † tenebitur mulier quasi calūniæ causa fuerit in possessionē missa: nec vis ei faciēda est post iusiurādū. Si tamē peperit, quæretur veritas, an ex eo prægnas fuerit. alteri enim nec prodest nec nocet iusiurādū inter alios factū. nec partui igitur nocebit. 1. ¶ Et hoc edictū ex eadem causa[b] proficiscitur, qua superius. Debet enim prætor, quēadmodū facilis est circa bonorum possessionē dādam mulieri ventris nomine. ita calumniā eius impunitā nō relinquere. 2. ¶ Per calumniā autem in possessione fuisse videtur, quæ sciēs prudensq́; se prægnatē nō esse,[c] voluit in possessionem venire. 3. ¶ Hāc autē[d] actionē ꝑtor intra annū[e] vtilē pollicetur: vltra non, videlicet quasi pœnalē. 4. ¶ Simili autem modo[f] & hîc, quanti agentis interfuit, prætor actionē pollicetur. 5. ¶ In parentē[g] etiam prætor actionē pollicetur: si modò per eū factū vt in possessionē per calūniā veniret. 6. ¶ Competit autē hæc actio ei cuius interfuit in possessionē missam nō esse: vt puta vel coheredi speranti partum, vel ei qui substitutus[h] fuit, vel qui ab intestato, si part⁹ non fuisset, succedere potuit. 7. ¶ Interesse autem videtur primùm de alimentis quæ in ventrē sunt erogata. Nec enim aliàs hæc repetūtur, nisi per calumniā in possessionem venit. Cęterum si res calumnia caret, nihil præstabit mulier quà* sine causa[i] alta est sub prætextu ventris.

In hoc interesse non potest venire æstimatio totius hæreditatis, si propter ventrem alius successurus est ab hereditate exclusus. Bartolus.

8\. ¶ Nōnūquā augebitur qđ interest, si quis forte dubitans † an prægnas sit, exclusus sit[k] hereditate. Nā heredi eius qui exclusus est, dandā[l] hanc actionē Iulianus ait. siquidē eius quoq; interfuit, nō fuisse calūniæ causa in possessione mulierem: quia hoc si non fuisset, adeūdo[m] hereditatē institut⁹, heredi suo locupletiorē hereditatē suam relinqueret. Sed & hoc imputatur mulieri, ꝗ deminuta sunt multa in hereditate,

* quasi.

† Debuit enim dubitare, cum ipsa mulier, licet per calumniam, diceret se prægnantē. l. cum quidam. §. j. ȝ. de adquir. her.

SI de possessione.] CASVS. Mortuo viro Titia vxor sua dicit se ex eo prægnantē: & ideo petit se mitti in possessionem bonorum eius causa vētris. heres dicit, tu nō es prægnas, & ideo nō debes mitti in possessionē bonorū: sed tamē defero tibi sacramentū si vis iurare te prægnantē. ipsa iurauit se prægnantē ex dicto suo viro quondā: certè si verè nō est prægnas, vel est, sed nō ex viro, sicq; calūniæ causa petiit se mitti in possessionē pariter & iurauit: tamē seruādū est iuramentū, & stabit in possessione donec erit tēpus quo deberet parere si prægnas esset: & si quidē peperit, nihilo minus heres poterit probare natū nō esse genitū ex viro mortuo. Si autē non detulit mulieri sacramentū heres: sed quia videbatur prætori eā esse prægnatē, missa fuit in possessionē, ipsa nāque sciebat se nō esse prægnatē: tenetur illis quorū interest, puta coheredi sperāti partū, vel substituto ipsi vētri. vel illi qui haberet hereditatē ab itestato si vēter nō nasceret, actione in factū ex hoc edicto ad interesse eorū: & intra annū vtilē tātùm. Sed quomodo potest eorū interesse? Resp. ꝓpter alimēta expensa in ventrē non pleaū sine causa. Itē & ꝓpter hereditatē quā amisit heres heredis: quia cū heres nō posset eā adire dubitās vtrū illa esset pregnas vel nō decessit: & eā nō aditā nō trāsmisit ad heredē. petet ergo heres heredi æstimationē hereditatis à muliere. Itē potest eorū iteresse ꝓpter illa quæ deminuta sunt in hereditate muliere in posses. stāte. Et quod dixi in herede heredis vt possit à muliere petere pretiū hereditatis amissæ propter calum. mulieris: idē est in herede substituti. sed pretiū legatorū ab herede quibusdam relictorū per testatorē non præstabit mulier: quia ipsa tenetur illud dare legatariis. sed preciū seruorū quibus dedit testator libertatē fideicōmissariā, bene præstabit mulier dicto heredi substituti: ideoq; ipse tenetur dare dictis seruis libertatē. pro illis autē seruis quibus fuit data dicta libertas, nō dabit pretium mulier. & licet ipsi serui non possint habere libertatem de iure stricto, qa hereditas non fuit adita per heredem: tamen prætor debet eis tueri libertatem. Sed quid si mulier fuit missa in posses. heredi. causa vētris per suam calumniam, & per calumniam patris in cuius erat potestate: suo nomine tenetur etiam pater. hoc dicit vsque ad fin. titu. Viuianus.

a ¶ *Iusiurandum.* nec ergo etiā si iùrauit ipsa vel alius se deferente prægnatem nō esse: *vt ȝ. de iureiur. l. ij. § pen. & facit. ȝ. de ali. iudi. mu. caus. fa. l. j. in prin. & C. de anna. excep. l. vt perfectius & ꝉ. de reg. iur. l. non debet.* ¶ Sed *contra. ȝ. tit. ij. l. j. §. si cui.* Solu. vt ibi. ¶ Item cōtra. *ꝉ. de Car. edic. l. j. §. fin.* Solu. vt ibi.

b ¶ *Ex eadem causa.* vt mulieris calumnia puniatur.

c ¶ *Prægnatem non esse.* vel ex alio: *vt ȝ. de iis qui not. infa. l. cum non prægnas.*

d ¶ *Hanc autē actionem.* scilicet in factū[a], cùm non specificatur: *vt nota. ȝ. titul. j. l. j. in princip.*

e ¶ *Intra annū.* Cur[b] ergo non vt superior vltra annum datur: *vt. ȝ. tit. j. l. j. §. finali. quæ est contra.* cum ex eadem causa proficiscantur: *vt supra. §. & hoc edictum?* Resp. fortè & illa vt hæc non datur vltra annum vtilem: & quòd ibi dicit dari vltra annum subaudi, continuum. nam vtilis vltra annum extendi potest. 2. Vel hîc est pœna ex parte mulieris. *arg. ȝ. ne quis eum qui in ius. l. j. §. fin. & arg. contra. ȝ. de eo per quem fac. est. l. j. §. fin.* secum Azo. & Hug. sed certè illa[c] est magis pœnalis. nam hîc adest mulieri, quia percepit fructus, ibi nō. vnde magis debet dici econtra.

f ¶ *Simili autem modo. vt & illa. ȝ. tit. j. l. fi. in fine.*

g ¶ *In parentem.* infra *eod. l. fin. in fine.*

h ¶ *Substitutus.* si partus non nascatur.

i ¶ *Sine causa.* Satius[d] est enim ali non alendum, quàm fame necari alendum: *vt. ꝉ. de vent. in possess. mitten. l. j. §. sed si incertum. & l. ij. §. j. & C. de Carbo. edict. l. fi. & ꝉ. pro suo. l. hominem.* Sed argumen. contra. *ȝ. de condic. inde. l. penul.*

k ¶ *Exclusus sit.* quia decessit nō adita hereditate, quam adire nō potuit: *vt infra de bonorum possess. secundum tabu. l. ij. in princi. & de acquir. heredi. cum quidam. §. quod dicitur. & ad Sila. l. ij. §. fi. & l. qui posthumos.* Sed certè nō videtur per hoc excludi: *vt infra de Carb. edic. l. scriptus.* Solu. sui heredes vel emancipati liberi non excluduntur, nec eorum heredes, si non adierint: ideo quia vxor defuncti erat prægnas, sed aliud est in extraneis, *vt infra de acquiren. heredi. l. ventre.* Azo hîc ergo in extraneis institutis dicit: ibi in liberis.

l ¶ *Dandam.* actionem ad pretium hereditatis: *vt. ꝉ. l. proxi.*

m ¶ *Adeundo.* nam non[e] aditam nemo transmittit: *vt. C. de iure delibe. l. quoniam.* nisi ad suos: *vt. C. de iis qui ante aperi. tabu. l. j.* Accursius.

[a] Actio in factū intelligitur cū actio nō specificatur.

[b] Hæc actio vtrum sit annalis an perpetua.

[c] Dic aliter & melius secundū Bartol. hîc & in l. contraria. §. fi.

[d] Ali non alendum satius est quàm alendum necari.

[e] Hereditatem nō aditam nemo transmittit nisi ad suos.

a ¶ Contem-

a ¶ *Contemplatione*.s.substitutus.
b ¶ *Si substitutus*.aliâs.§.idẽ Iulianus.aliâs lex,si substitutus.Acc.
c ¶ *Heres*.qui hereditatem consequi non potest: quam substitutus:[a] non trãsmisit si ante decesserit quam adeat: *vt.j.de suis & legit.here.l.si ex pluribus.& .s.l.proxi.§.sub prætextu.*
d ¶ *Eius*.s.substituti.
e ¶ *Sed an decedant*.i.extinguantur.
f ¶ *Potius*.scili.quam contrarium.
g ¶ *Libertati*.sic *insti.de eo cui liber. causa bona addicuntur*.§.j.
h ¶ *Hac actione*.qua etiam pretium seruorum venit.
i ¶ *Etiã eorũ*.nõ solũ aliarũ rerũ. Sed cũ habeat pretiũ: q pretiũ[b] dedit,videtur[c] emisse: *vt.s.de rei vindi.l.eius rei*. Quid ergo si non vult vendere?[d] *& facit. C.de fideicom.lib.l.j.*
k ¶ *Tenebitur*.& infamabit: *vt.s.de iis q notã infa.l.nõ alia.& l.sequẽ*. Itẽ tenebit dico insolidũ.si autẽ nõ fuisset doli particeps,i quãtũ ad eũ puenit: *vt.s.ti.j.l.j.§.fi.& .s.ea.l.§.& hoc edictũ*.secũdũ Azo & Hu.&.§.in parentẽ.

a Transmittere hereditatẽ suus non potest si ante decesserit quam adierit.
* Aliâs est l.2.si substitutus.
b Emisse res hereditarias videtur qui soluit pretium hereditatis.
c Imò non videtur emisse: qui dedit pretium non vt emens sed vt pretium culpæ suæ. Item dedit pretium ei, cui nullum ius superest in hereditate, sed ab ea est exclusus facto mulieris.
d Dic vendere cogi fauore libertatis. *l.1.C. de communi seruo manumiss.*

dum hic contemplatione[a] ventris non attigit hereditatem.

Contra mulierem succurritur heredi substituto defuncti: & conseruantur legata & libertates.Bartolus.

9. ¶ Idẽ Iulianus libro nono Digestorum sic ait:* si substitutus[b] (vẽtri) manẽte muliere in possessione decesserit,heres[c] eius[d] eadem actione pretiũ hereditatis à muliere exiget. 10. ¶ Sed an decedãt[e] legata,cęteraq; onera hereditatis,videndũ. Et mihi videtur posse dici legatarios potius[f] cũ muliere vsuros hac actione: quia & ipsorum interfuit adiri hereditatem. 11. ¶ Libertati[g] planè subueniendũ erit aduersus eũ qui propter hereditatem hac actione[h] egit: scilicet vt fideicõmissarius cogatur is prestare,qui pretium vtique etiã eorum[i] consequitur. Sed & directis credo prætorem succurrere oportere, vt interuentu suo teneatur eorũ libertatem. 12. ¶ Si dolus filiæfamilias interuenerit , & particeps doli fuerit pater, suo nomine tenebitur[k].

DE CONCVBINIS.

Post matrimonia & filios legitimos ex his natos ponit de cocubinis, ex quib. nascũtur, Bastardi[e]. ¶ Matrimonio subiicit rectè cõcubinatũ.na & concubinat matrimonũ imitatur: & est vtraq; legitima cõiunctio. & .eleganter Iulianus antecessor Constantinopolitanus,cõcubina imitari legitima vxorẽ,qua ratione in antiquis inscriptionib. Vicecõiux appellatur & qui ex ea suscipiuntur liberi,non sunt spurij, vt q ex stupro nascuntur, sed naturales.Spurij patrẽ nõ habent.Pater enim est ex cõcubina.vel ex cõtubernio vel ex matrimonio, vel ex adoptione,ex duobus prioribus naturalis, ex posterioribus iustus,ex stupro nullus,ac praterea concubina ab vxore nisi in dignitate nihil interest.l.item legato.§.pen. De le.3. Plenior enim honor vxoris quàm concubinæ,vtrumque tamen honoris nomen, non vt scortum vel amica,voluptatis,dedecoris ,probri. Concubina enim vel concubinatus nomen vitæ societatem quandam demonstrat absque ritu tamen vllo susceptam non coitionem furtiuam.Cuia.*

e Bastardi ex concubina nascuntur.
* Concubinatum apud Persas magnum fuisse honorẽ scribit Alexan. ab Alexand. *li. 3.cap.22.*

DE CONCVBINIS.*
TITVLVS VII.

Liberta concubina patroni sui non potest patronum relinquere , & alij nubere: licet possit alteri se in concubinam dare. item illa sola potest esse concubina , cum qua stuprum non cõmittitur: & cõcubina patris nõ potest esse concubina filij vel nepotis: & cõcubina non debet esse minor duodecim annis.hoc dicit.tota lex.

QVæ in concubinatu.] CASVS. Habeo libertam meam in concubinam.si recessit à me:nũquid potest alij nubere,vt in cõcubinatu alterius esset? & dixit quidã q sic,& malè.nam matrimonio non potest se alij copulare:in concubinatu autem sic.Secũdò dicit quòd illæ solæ debẽt esse cõcubinæ,cum quibus nõ cõmittitur stuprum. stuprum autẽ cõmittitur in vidua & virgine. q d de illo qui damnatã de adulterio habet cõcubinã?certè nõ punitur.secus si eam ducat vxorem. Tertiò dicit:Titia fuit mea concubina:nũc vult esse cõcubina filij mei vel nepotis.certè non potest.& idem est econtra.Quartò dicit quòd concubina non potest esse minor.xij.an.Viuianus.
l ¶ *Quæ in concubinatu est*.s.patroni.
m ¶ *Ab inuito*.quis patronus & quis inuitus[f] hic dicetur , habes .s.*de ritu.nup.l.in eo.*
n ¶ *Dare*.quod falsum est:vt subiicit.Azo.
o ¶ *In concubina*.s.patroni.
p ¶ *Cõnubiũ*.i.matrimoniũ.Ergo multo magis cõcubinat*: qppe &c.& dic qñ nõ habet aliã cõcubinã: *vt.j.de iis quib.vt indig.l.cũ tabulis.*§.j.Alij vt R.dicũt admitti cõnubiũ,ac si diceret nõ cõcubinatus.quod est mirũ,cũ alterius potius erit concubina q̃ patroni.profectò ergo erit licentius quod est indignius, & nõ quod est honestius.Ro.Apparet ergo q cõcubina[a] nõ deserit eum pro alio viro vel non viro , *vt hic*.Item nec liberta vxor: *vt.s.de diuor.l.fin.* Itẽ nec illa quæ non vt cõcubina ei cõiungit: non tamẽ habet patronus aliquam concubinã: *vt infra de his quibus vt indig.l.cum tabulis*.§.j. sed spõsa sic: *vt supra de rit.nup.l.in eo iure.§.pen.*

f Inuitus quis dicatur.

1. VLPIANVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

QVæ in concubinatu est,[l] ab inuito[m] patrono poterit discedere, & alteri se aut in matrimonium, aut in concubinatum dare.[n] Ego quidẽ probo in cõcubina[o] adimẽdũ ei cõnubiũ,[p] si patronũ inuitũ deserat: qppe cũ honestius[q] sit patrono libertã cõcubinã quàm matrẽfamilias[r] † habere. 1. ¶ Cũ Atilicino sentio, & puto solas eas in cõcubinatu haberi posse sine metu criminis,in quas stuprũ nõ cõmittitur.[s] 2. ¶ Qui autẽ dãnatã adulterij in concubinatu habuit, nõ puto lege Iulia de adulteriis teneri:quãuis si vxorẽ[t] eam duxisset,teneretur. 3. ¶ Si qua in patroni fuit cõcubinatu, deinde filij esse cœpit,vel in nepotis,vel cõtra nõ puto eã rectè facere:qa prope nefaria est hujusmodi cõiunctio: & ideo huiusmodi facinus prohibendũ[u] est. 4. ¶ Cuiuscunque ætatis concubinam haberi posse palam est: nisi minor annis duodecim[x] sit.

II. PAVLVS *libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI patronus libertam concubinam habens furere cœperit,in concubinatu eam esse[y] humanius dicitur[z].

Cum ingenua honeste nata in dubio præsumitur matrimonium , nisi contrarium probetur: secus si fuerit liberta,vel viliter nata.Bartolus.

III. MARCIANVS *duodecimo Institutionum.*

q ¶ *Honestius*.& licẽtius etiam : quia in ea non committit patronus stuprum , etiam si ipsam non habeat vt concubinã. *vt.d.l.cum tabulis*.§.j.
r ¶ *Quàm matremfamilias*.hanc[b] non licet habere in concubinã: nisi in quatuor casib. sc.quando obscuro loco est nata. Item quãdo corpore fecit quæstum: quando interuenit protestatio. Item quando de adulterio est damnata: *vt infra eod.l.j.in concubinatu.& infra proxim.§.qui autem.*
s ¶ *Stuprum non committitur*.vt in virgine vel vidua: *vt infra de adult.l.inter.§.lex Iulian.& l.stuprũ.& .j.de verborum.significatione.l.inter*.idẽ si incestus: *vt.j.eo.§.si qua.* ¶ Imò videtur quòd ea demũ possit esse cõcubina quæ possit esse vxor: *vt in Auth.vt lice. ma.& aui.§.ãd hoc.coll.vij.* nisi in ancillã, quæ potest esse cõcubina,non vxor: *vt. C.cõmunia de ma l.fina.* & in subiecta præsidi: *vt infra eo.titu.l.fi.* ¶ An virgo possit assumi in concubinam? videtur quòd nõ. Sed dic contra,si obscuro loco est nata:vel cum protestatione sicut quælibet vidua: *vt.j.eo.l.iij.* Ac.
t ¶ *Si vxorem*.ergo[c] habet plus castitate luxuria. ¶ Et sic est arg. contra *in Auth.de resti.& ea quæ pa.§.fi.colla.iiij.& facit. C.de adult.l.crimen & l.castitati.*
u ¶ *Prohibendum est*. apparet ergo hîc per[d] fornicationem contrahi affinitatem: *vt not.institutio.de nupt.§.affinitatis.& .Cod.de nupt.l.liberi.*
x ¶ *Duodecim*.sic in matrimonio: *vt insti.de nup.in princ.* Accur.
SI patronus] CASVS. Habeo libertam meam in concubinam: postea furere incepi.certe durat concubinatus.
y ¶ *Esse*.i.remanere.*vt.s.de iud.l.iudex.*
z ¶ *Dicitur*.sic & vxor:[e] *vt.s.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.à patre.& facit.s.de ritu nup.l.in eo.§ deinde.*
IN concubinatu.] CASVS. Concubinam habere possum non solum ingenuam,sed etiam libertam: & maximè illam quæ nata est obscuro loco, & corpore fecit quæstum. si autem volo habere concubinam liberam mulierem honestæ vitæ: aut debeo ipsam accipere in vxorem,aut à principio protestari quòd volo eam pro concubina tenere: aut puniar de stupro. & si protestor vt dictum est, non dicor committere stuprum vel adulterium propter licitum concubinatum etiam per leges. In sequenti lege dicit quòd concubinatus fit solo animi affectu. In alia dicit quòd potestas Bononiæ benę potest ibi habere concubinam.hoc vsque in finem.

a Concubina liberta his legibus patronum pro alio, etiam viro, relinquere non potest.
† Duar. ait nẽ veter. quidem canonib.concubinatum improbari.sed duntaxat recenti.c. *Christianorum. 34.distin.* cui nõ facilè assentiendum. nam nec Arist.concubinatum pro at *lib.7.pol.c.16.*
b Concubinam matremfamilias quibus casibus veteribus habere licuerit.
c Luxuria an & quatenus habere possit plus castitate.
d Affinitas per fornicationem contrahitur.
e Furor connubium non dirimit.

a ¶*Aliena*.de sua constat:*vt.s.l.j.in prin.*
b ¶*Ingenua*.quod accipe in casibus:*vt.s.l.j.no.* ¶Et quod dicit, maximè:quod & aliàs potest esse in aliis certis casibus. & adde q & ancilla:*vt.C.communia de manu.l.fi.& s.de priui.credi.l.pen. & de pig.l.denique.*

IN cõcubinatu potest esse & aliena[a] liberta, & ingenua[b], & maximè ea quæ obscuro[c] loco nata est, vel quæstũ[d] corpore fecit:alioquí si honestæ vitæ,& ingenuá mulieré in cõcubinatum habere maluerit,sine testatione[e] hoc manifestũ faciẽte nõ cõceditur:sed necesse est ei vel vxoré eá habere[f]: vel hoc recusantem, stuprũ cũ ea cõmittere. 1. ¶ Nec adulteriũ p cõcubinatũ ab ipso[g] cõmittitur. Ná q̃a cõcubinatus p leges nomen assumpsit[h],extra legis[i]pœnã[k]est,†vt & Marcellus libro septimo digestorũ scripsit.

IIII. PAVLVS *libro 19.Responsorum.*

COncubinam ex sola[l]animi destinatione æstimari oportet.

V. IDEM *libro secundo sententiarum.*

COncubinam ex ea†prouincia in qua quis aliquid administrat,habere potest.[m]

c ¶*Obscuro*. i.vili genere & abiecto:vt[a] ex arenario vel simili, *vt in Auth.quibus modis nat.effi.legi.§.quisquis colla.vj.& .C.de ince.nupt.l.humilem.*
d ¶*Vel questum*.cum qua nõ cõmittitur stuprum:*vt.C.de adul.l.quæ adulterium.*
e ¶*Testatione*.s.quòd sit cõcubina.&[b] debet secundum Hug.fieri in initio:non post
f ¶*Eam habere*.quod præsumitur[c] secũdum leges:*vt.s.de ritu.nup.l.in libera.& de dona.l.donationes.* secus tamen seruatur secundũ canones:*vt.xxx.q.v.c.j.in fin.*
g ¶*Ab ipso*.s.liberto. nec etiã ab alio qui legitimè habeat cõcub.
h ¶*Nomen assumpsit*.i.deffectum vt sit legitima cõiunctio:*sic.C.de feriis.l.à nullo.* Si autẽ dicas ideo nõ puniri, quia hoc nomen datum est à lege, eadẽ ratione nec stellionatus:cum& illud sit nomen legis, & plagia: quæ tamen per leges puniuntur:*vt.ff.de crimi.stel.per totum:& ad leg.Fla.de pla.p totũ.*
i ¶*Legis*.fori,nõ[e] poli.nam secundũ canonicas & diuinas scripturas est fornicatio.
k ¶*Pœnam*.adulterij, vel stupri.
l COncubinã ex sola.q.d.etiam sine cõcubitu, vt & matrimonium[f] nõ autẽ sola adductione in domum quia[g] cohabitare debet:*vt in Auth.quib.mo.natu.effi.sui.§.si q̃s autem.coll.vij.* animus ergo facit concubinam vel vxorem præsumptam. sed Pla.non exigit cohabitationem per hanc legem.
COncubinam.*Potest*.non vxorem:*vt supra de rit.nup.l.si quis officium.*Accursius.

a Obscuri,viles & abiecti,arenarii sunt & similes.
b Instrumento dotis non plene probari matrimonium hinc colligit Romanus *singulari 245.*adde Gloss. *l.penult.Cod.de fideiussor.*
c Matrimoniũ iure Canonico non præsumitur ex cohabitatione,sed potius fornicatio.*in.quæst.j.c.aliter.* secus de iure ciuili. *vt hîc:* plura ad hunc locum v. apud Alciatũ. *2.Præsumpt.3.*
† Aristoteles tamen libro septimo Politic.*cap.16.* concubitum omnẽ alterius quàm coniugis censet penitus interdicendum: eũmque qui contra fecerit, grauiter puniendum, idq; & apud Christianos obtinere extra controuersiam est.
† *Tit.de concubinis.concord.l.48.supra de ritu nupt.*
d Nomen per leges assumere pro effectũ assumere.
e Concubinatus iure fori non poli legitima est coniunctio.
f Nuptias enim solus consensus, non concubitus facit.*text.in l.cui fuerit.j. de condit.& demon.*& matrimoniũ primus inuenit Cecrops rex Atheniensis teste Iustino *li.2.versi.nunc.*
† De tutoribus & eorum officio vide Plat.lib.11.leg.
g Concubina non fit sola animi destinatione,quoniam in ea requiritur cohabitatio simul,vt non fit concubina nisi simul cohabitet. Ex muliere igitur tali extra domum, ita nati, non erunt nati ex concubina:neque legitimabuntur per subsequens matrimoniũ, vt notat hîc Bartolus.adde Abbatem in c. *innotuit de elect.* vbi refert Oldradũ esse in contraria sententia. *adde Petrum in c. per tuas de probat.*

Explicitus est

ex ordine liber.xxv. singulariũ sextus. Incip.ex ordine lib. xxvj.singularium liber septimus.

DE † TVTELIS. TITVLVS I.

Primò ponit definitionem tutelæ. Secundò ponit definitionem tutoris. Tertiò ponit allusionem seu deriuationẽ huius vocabuli,tutor.secũda ibi,Tutores.tertia ibi,Ex qua re. Bar.

DE TVTELIS.

*Dictum est.s.de ventre insp.sed quia ei qui est in ventre, tutor relinquitur:*vt institu.eo.§.cum autem.*non dico ventri: quia tunc curator:*vt.j.de tut.& cura.da.ab his.l.ventri.*ideo de tutelis generaliter dicit. Vel dic,sicut necesse habent patres prouidere liberis in alimentis:*vt.s.de libe.agn.sic *& in tutelis.ergo de his dicit. Ac.*

¶*A contractibus transit ad quasi contractus.Nam tutelæ & curationis gestatione quasi contrahitur.Tutela est potestas ad defendendum pupillum temporis causa legibus permissa aut data.Verbis,data aut permissa,significantur duo genera tutelæ,legitima & datiua.Legitima est quæ lege datur.Datiua quã lex permittit dari à testatore vel à magistratu.i.testamentaria vel honoraria.& rectè pupillum,non impuberem nec enim omnis impubes,est pupillus,vt filiusfamilias impubes,cui nec miles quidẽ pater iure tutorẽ dat recasuro.s.in potestatem aui.Et tẽporis causa,vt elegãter Orosius ait inter Babyloniũ & Romanũ imperiũ quasi inter patrem ac filiũ paruũ.Africanũ & Macedonicũ breuia & media quasi tutorem curatoremq; venisse,potestate tẽporis,non iure hereditatis admissa.Et ad defendẽdũ pupillũ,qua re tutela à curatione separatur.nã,vt elegãter est scriptũ.§ item tria Inst.De exc.tut.tutela pupillorũ est,cura bonorũ,vel negotiorum,tutor eius qui spõte se tueri nequit,curator ei[a] qui idonee negotia sua tueri nõ potest,vt vel ,pter hoc discrimẽ pupillus non se obliget sine tutore,cũ tamẽ etiã sine curatore obligetur is qui sua tutelæ factus est.Est & in definitione ista pupillũ nõ pupillã,vt in definitione Seruij eum nõ eam,quia fœminæ erant in perpetua tutela adeoq; prætor.l.5.Quib.ex cau.in in poss.eat.nõ dicit,si is pupill[9] eave pupilla in sua tutelã venerit,sed,si is pupillus in sua tutelã venerit eave pupilla viripotẽs fuerit & in.l.51.De le.3.dubitatur an hæc verba,Cum in sua tutelã venerit, quẽadmodũ in filiof.accipiũtur de pubertate, quasi in sua tutelã veniret si esset in tutela aliena,ita etiã sint accipiẽda in filiaf.Cũ viripotens fuerit.Id autem hoc titulo potissimũ generaliter explicatur q & quibus tutores constituantur vel non & quemadmodum. Cuia.*

I. PAVLVS *lib.38.ad Edictum.*

TVtela est(vt Seruius definit)vis†ac potestas[n] in capite libero[o]ad tuendum eũ qui propter[p] ætatem suam spõte se defendere nequit,iure ciuili[q] data ac permissa. 1. ¶ Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habẽt,[r] ex q; re ipsa[s] nomen receperunt. Itaque appellãtur tutores[t], quasi tuitores atque defensores : sicut æditui dicuntur,qui ædes tuentur.[t]

Mutus & surdus tutores dari non possunt. Bartolus.

2. ¶ Mutus tutor dari nõ potest:[u] quoniá auctoritatẽ præbere nõ potest. 3. ¶Surdũ[x] nõ posse dari tutoré,pleriq;, & Põponius libro sexagesimo nono ad edictũ,probant : quia non tantùm loqui, sed & audire tutor debet.

II. POMPONIVS *lib.3.ad Sabinum.*

NOn exigendum à pupillo vt ibi tutorem petat[y], aut vt ad tutore suũ profiscicatur[z].

Quando concurrunt duæ causæ,vna naturalis,alia accidentalis:præualet naturalis.Bartolus.

III. VLPIANVS *lib.37.ad Sabinum.*

QVi habẽt tutorem pupillus vel pupilla, si furere cœperint,in ea causa sunt,vt in tutela nihilominus durent. Quæ sententia Quinti quoque Mucij fuit & à Iuliano probatur.eoque iure vtimur,vt cesset cura,si tutelę ętas indigeat.Quare si tutores ha-

m *TVtela est.*] *Vis ac potestas.*i.violẽta potestas:q̃a dat[a] inuit',&inuito:*vt no.insti.eo.in princ.*& p hoc differt[b] à curatore : q̃a curator[c]nõ datur inuito nisi ad litẽ, vt ibidẽ licẽt[d]quãdoq;cogatur vt velit:*vt.j.eod.l.qui habet.§.si pupil.in fi.§.*
n ¶*In capite libero*.p hoc remouet seruũ,[e] q nõ potest habere tutorẽ.*vt.j.e.l.si adrogati.*§.j. nisi in duob. casib. *vt.j.de tut.& cura.da.ab his.l.ei qui.& .l.si impuberi quod dic vt insti.eo.in prin.not.*
o ¶*Ad tuendum*. per hoc remouet[f]patrẽ qđ est ,pter alios effectus patriæ potestatis: maximè vt patri quærat.
p ¶*Per ætatẽ*.p hoc remouet[g] curatores furiosi& similiũ.Itẽ &patriã potestatẽ, in quib. non cõsideratur ætas: sed hic sic.*vt insti.q b.mo.tut.fi.in prin.*
q ¶*Dat*.dic data à lege vel à iudice:sed permissa à testatore. Vel data personæ,permissa secundariò in reb.*vt no.insti.e.prin.* ¶ Itẽ no.q Placẽ.dixit hæc verba,iure ciuili,[h]&c.nõ esse de definitione,sed Azo.contra. r ¶*Ex que re ipsa*. i.vi & potestate.
s ¶*Tutores*.alludit vocabulo:*sic.j.de acquir.pos.l.j.in princ.*
t ¶*Tuentur*.vt.*s.de offic.præfe.vrb.l.j.in princip.*
u ¶*Non potest*.in testamento,vel à iudice,vel à lege:*vt.j.de leg.tu.l.penul.§.fi.*sed procurator ad negotia non ad iudicia esse potest:*vt.s.de procur.l.mutus.*& eadem in surdo dicas per dictas.ll.
x ¶*Surdum*.qui[i] omnino non audit.aliàs cõtra:*vt.j.de leg.tu.l.fi.*quinimò superueniens vitiũ remouet:*vt.j.de excu.tut.post susceptã.Itẽ facit.s.de posthu.l.j.§.casum.* ¶ Sed cõtra.*j.de decur.l.honores.*§.j.Sed ibi à patrimonialib.munerib.nõ excusatur, sed personalibus sic:sicut est tutela:*vt.j de mu.& ho.l.j §.illud.* ¶Itẽ hîc innuit ipso iure tutũ.Sed cõtra.C. *qui morbo.l.vnica.*vbi dicit excusandum.Sed dic quòd ibi impropriè dicitur excusatio.Accur.
NOn *est exigendũ.*]CASVS.Quidam debitor pupilli volebat ei soluere debitam pecuniam:&nõ vult ei soluere nisi pupillus habeat tutorẽ.Certè pupillus non tenetur sibi petere tutorẽ,imò debitor prædictus.Itẽ si habet pupillus tutorem,& est absens tut. nõ tenet pup.ire ad locũ vbi est tutor, vt sua auctoritate dict[9] debitor soluat,sed debitor debet deducere tut.ad pup.si vult lib.Vi.
y ¶*Petat*.quia initio datur tutor:*vt hic,& .j.de tut.& cura.da.ab his.l.necnon.*secus in curatore,nisi ad litem: *vt Insti. de cura.§.item inuiti.& .j.l.proxi.§.si pupillus.in fi.§.*
z ¶*Proficiscatur*.ad domum vt vadat ad iudicium.

† Græca metaphr. videtur legisse ius quia Theophil. & Harmen. habent. δίκαιον, perperam Accursi.vis, i. violenta potestas, inquit.
a Inuitus tutor datur & inuito.
b Curatoris & tutoris differentia in datione.
c Curator inuito non datur nisi ad litem.
d Curator quãdoque inuitus datur.
e Tutor non datur seruo nisi duobus casibus.
f Tutoris & patris differentia in tuendo.
g Tutoris à curatore furiosi differentia.
h Tutelã origine iuris ciuilis vt & directa tutelæ actio, nam contraria Iuris Prætorij. *l.1.j.de contra.iudic.tutel.*
i Surditas à quibus excuset.
k Absenti tutor dari potest

QVi habent.] CASVS. Pupillus habens tutorem cœpit furere: certè non dabitur ei curator, imò remanet in tutela: & si non habebat tutorē, dabitur ei tutor. Sed pone quòd hic puer erat pubes, & minor XXV. ann. & furiosus, & non habebat curatorem: certè dabitur ei curator tanquam puberi, & non tanquam furioso.

a Pupillo simul & furioso substitui potest pupillariter vt pupillo, at non vt furioso. vide Bartolum in l. ex facto. ff. de vulgaris.

[SI PVPILLVS.] Pupillus volebat agere contra tutorē suum: vnde ad hoc debet habere curatorem. quęritur, quis debeat illum curatorem petere pupillo: vtrum ipse pupillus, an verò tutor contra quem vult agere pupillus, vel q vult agere cōtra pupillum? & certè si agere vult pupillus, ipse sibi petet dictum curatorem, & præsentem. Si autē tutor vult agere contra pupillum, ipse tutor debet dictum curatorem ei petere: & cogetur pupillus eū habere curatorem si contradicit: & dictus curator potest dari quolibet loco, & quolibet tempore. Sed pone quòd pupillus petiit sibi dictum curatorem, & nō addidit in quam rē acciperet: certè in omnes controuersias videtur acceptus. quod qualiter intelligat, dicit planè. l. sequens vsque ad, §. possunt autē, &c. ibi autem dicit q, plures tales curatores ad litem possunt dari pluribus pupillis litigare volentibus cum curatore vel tutoribus eorū: & vnus curator potest dari pluribus pupillis: & vnus curator potest dari vni pupillo: & non solùm in vna lite potest dari curator pupill. sed etiam in pluribus litibus. Item si datur dictus curator pupillo, alius interim non erit curator. Item si curator datus est pupillo aduersus vnum tutorem, poterit esse curator similiter aduersus alium tutorem dicti pupilli, & ita obtinebit vicem duorum curatorum in hoc casu, & etiam in alio: veluti si datus sit curator pupillo ad vnam litem quam habet cum tutore solo existente: & trāsacto vno mense datus sit idem curator eidem pupillo in alia lite contra eundem tutorem. hic etenim vicem duorum curatorum obtinet. & hoc vsque ad. l. muto. Viuianus

† Glos. 1. in c. edoceri in fin. extra de rescript. elicit per hunc §. quòd si lis oriatur inter collegium & prælatum, debet addi superior cuius officium cessabit lite finita.

* cuiquam.

bent, per furorē in curā non rediguntur, siue nō hābēt, & furor eis accesserit, nihilominus tutores accipere poterunt: quia lex duodecī [a] tabularū ita accepta est, vt ad pupillos vel pupillas non ptineat. 1 ¶ Quia autē [b] in pupillorū psona adgnatos curatores nō admittimus, idcirco putaui, etsi minor vigitiquinq; annis furiosus sit, curatorē ei non vt furioso, sed vt adolescēti dari, quasi ętatis esset impedimētū. & ita definiemus, ei quē ætas curæ vel tutelæ subiicit, nō esse necesse quasi dementi quæri curatorē. & ita imperator Antoninus Augustus rescripsit: cū magis [c] ætati quā dementię tantisper sit consulendū.

Propter litem quam quis habiturus est cum tutore vel curatore datur curator, qui nō datur nisi præsenti & petenti. Item cogitur quis petere. Bar.

2 ¶ Si pupillus † pupilláve cum iusto [d] tutore, tutórve cum eorum quo [e] litem agere vult [f], & curator in eam rem [g] petitur: vtrum ipsis poscentibus datur, an verò & aduersario? Et sciendum est, siue agāt, siue conueniantur, dari hunc curatorem posse [h]: sed nō aliàs, quàm ipse petat, cui dari eū oportet. Deniq; Cassius libro sexto scripsit, talē curatorem neminem dari posse, nisi pręsentē [i], neque cuique * nisi præsenti [k] & postulanti. itaque infanti [l] non potest dari. Idē Cassius ait, si pupillus curatorē poscere non vult quominus cū eo agatur cogi [m] eū à prętore debuisse. 3 ¶ Quolibet loco [n] & tēpore [o] hūc curatorem dari posse Pomponius libro sexto decimo ad Sabinum scripsit.

Curator simpliciter ad litem datus, intelligitur datus ad omnes lites, quas pupillus habet cum tutore cum quo litigare intendit. Bart.

4 ¶ Si pupillus petat talē [p] curatorem, nec addat in quam rē, an in omnes cōtrouersias datus sit? Et ait Celsus Seruium cōstituisse, in omnes res [q] datum videri.

IIII. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

QVod dicitur [r], si indistinctè datus sit curator, in totam litem datū videri: fortasse eò spectet, si † familiæ ercīscundæ, aut communi diuidūdo, aut finium regundorum actio esset cum tutore. Et si indistinctè datus esset, non solùm eo nomine curator esset, quòd ageret pupillus pupilláve: sed inuicem quoque quod cum his ageretur. [f]

1 ¶ Possunt autē vel plures [t] in pluriū locū, vel vnus in pluriū, [u] vel vnus vnius loco, vel in vnā litē †, vel in plures curator peti.

In eadē causa dato vno curatore, non potest dari alius. Itē datus in vna causa non potest dari in alia. Bartol.

V. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

a ¶ *Duodecim tabularum.* quæ dat curatorem furioso: *vt insti. de cura. §. furiosi.* quod de maiore XXV. annis intelligo: vt hic dicitur.
b ¶ *Quia autem.* id est ex eo quòd, &c. & dic pupillorum, scilicet furiosorum: vt dictum est. *& facit. ff. de cura. fur. l. pen.*
c ¶ *Cum magis.* sic [a] *supra de arbi. l. sed & si in seruum. §. si quis iudex.* Arg. contra *supra de iure dot. l. cum pater.* Sed dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd quandoque causa [b] naturalis & accidentalis sunt inuicem repugnantes: & tunc præualet accidentalis, cum natura alteretur: *vt. l. j. §. bestiae. supra de postu.* Quandoque causa naturalis & accidentalis non repugnant: sed repugnat effectus earum, vt hic: (nam potest quis esse pupillus & furiosus: sed non habere tutorem vt pupillus: & curatorem, vt furiosus) & tunc pręualet causa naturalis: vt hic patet. Quandoque causa naturalis & etiam accidentalis possunt simul concurrere, & etiam effectus earum se compatiuntur: & tunc vna non præualet alteri. & ita loquitur dicta. l. cum pater: & ita videtur intelligere Dy. secundū Bart. hic.

b Naturalis causa an & quando magis attēdatur quàm accidentalis.

d ¶ *Cum iusto.* id est legitimè ordinato: aliàs prouidetur ei etiam per alium tutorem qui modò non est: cum habenti tutorem, &c. *vt inst. de cura. §. interdum.*

c Tutorem cōstante tutela pupillus conuenire potest rei vindicatione.

e ¶ *Cum eorum quo.* id est aliquo.
f ¶ *Vult.* rei [c] vindicatione, finita tutela vel durāte: *vt inst. de Atil. toto. §. fi.* finitur etiam eo existente pupillo quandoque: *vt inst. qui. modis tute. fi. §. j. ij. iij.*
g ¶ *Rem.* id [a] est litem.

a Res pro lite.

h ¶ *Posse.* nisi plures sint tutores vel curatores: quo casu vno auctore potest contra alium agere: *vt. ff. tit. j. l. si plures.* Hug.
i ¶ *Præsentem.* aliud in tutore: *vt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. illud. & l. sequen.* Hug.
k ¶ *Præsenti.* & sic aliud in tutore: *vt. d. l. illud.* & etiam in curatore adulti: *vt. s. de proc. l. mutus. §. is qui.*
l ¶ *Infanti.* id est minori septem annis: *vt. C. de iure delib. l. si infanti.* cum non possit fari, nec intellectū habeat.
m ¶ *Cogi.* Sibiipsi cōtradicit [b] hæc litera. nā s. dixit eum non cogi, sed tantum petenti dari: hic dicit cogi. Solu. Quidam dicunt quòd ibi agit: hic cōuenitur. sed hoc non valet: quia ibi de vtroque dicitur. nā dixerat siue agat, siue conueniatur. 2 Dic ergo ibi non cogit. s. vt iudex ei inuito det, si non petat: hic autē cogitur [c] ad volendum. 3. Vel dic, non cogitur accipere hūc, puta Titium: cogitur tamen aliquem nominare. [d] sic ergo si agat pupillus, est idem quod in adulto, vt non cogatur: vt hic: nec admittitur ad agendum, nisi habeat. at si conuenitur adultus, cogitur vt detur à iudice eo inuito, si non petat: *vt. C. qui pe. tu. l. j. & instit. de cura. §. itē inuiti. & s. de minori. l. ait præt. in ver. & ideo.* Item ad negotia pupillus cogitur: *vt. s. l. proxim.* adultus non: *vt institutio. de cura. §. itē inuiti.* ¶ An [e] autē possit sēper aliàs dari curator pupillo? Distingue an habeat tutorem, vel non: *vt. ff. de tutor. & cura. da. ab his. l. cura. & l. curator.* vbi non est idoneus tut. *vt inst. de cur. § interdū.*

b An sit quadā in hac lege contradictio.

† Pupillus ad diuisionē potest prouocare.

c Inuitus quis velle cogitur.

d Hoc mirum. Qui enim possit puer septem annorum discernere quem habere sibi expediat. Dicendum est melius, id æquius committi arbitrio iudicis.

† Ampliabis hunc tex. per. l. 1. C. qui pe. tute. vt procedat in curatore dato inuito. ad quod fa. l. proxi. §. si pupillus. de quo vide. l. mutus. §. is qui. supra de procu.

e Curator pupillo inuito an & quando dari possit.

f Curator quoties datur sine inquisitione, potest dari à iudice procedente, hoc est non sedente pro tribunali.

g Cura cur dicatur mixti imperii.

n ¶ *Quolibet loco.* Igitur à [f] procedente iudice dari potest, non solùm ab eo qui sedet pro tribunali. Sed certè qui datur à iudice, datur cum inquisitione: *vt insti. de Atil. tut. §. sed hoc iure.* igitur cum causæ cognitione (inde [g] est etiam quod dicitur esse mixti imperij: *vt. ff. eo. l. muto. §. tutoris.*) ergo à procedente non videtur posse fieri: *vt. C. de dila. l. à procedente. & ff. de bo. posses. l. iij. §. pen.* Sed est fortè fauore pupillorum: *vt. s. de fer. l. j. & ij. & ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. ij. §. dies.* Sed hoc nō potest stare: *vt. ff. de confir. tu. l. naturali. in fi.* & erit hoc intelligēdū de eo q daē sine inquisitione, à quo exigēda satisdatio est. nā quādoq; daē cū īquisitione, quādoq; sine inquisitione: *vt. C. de tu. & cur. q nō satis. l. j.* secūdū Azo. & H.
o ¶ *Et tempore.* etiam feriato: *vt. s. de fer. l. ij.*
p ¶ *Si pupillus petat talem.* id est ad litem inter se & curatorē vel aliquem alium. Accursius.
q ¶ *Omnes res.* s. inter [h] se & curatorem vertentes: vel inter se & illum contra quem petit. *& facit. C. de arn. excep. l. fin. & ff. de appel. l. scio. & ff. de administ. tut. l. quoties. §. fin. & infra. l. prox.*

h Ex hac Glossa quidam hanc facti controuersiā statuūt, Titium constituo procuratorem in causa quam habeo aduersus Sempronium, & generaliter in omni alia causa. quæritur vtrum his verbis intelligatur Titius constitutus ad causas omnes quas constituens habet aduersus alias personas præter Sempronium? ex hac Glossa videtur dicendum esse, constitutum esse in iis tantum causis quæ sunt aduersus Sempronium. vt Romanum singulari. 156.

r QVod dicitur. supra. l. proxi.
f ¶ *Ageretur.* sic. *s. de proc. l. si defunctus. § fi. & ff. de adul. l. denuntiasse. & ff. de tut. & cura. da. ab his. l. curatorem.* Sed arg. cōtra. *ff. de acquir. hered. l. si quis mihi bona. § iussum.* Hug. ADDITIO. Dic quod illud est speciale secundum Bar. hic, & in. l. contraria.
t ¶ *Plures.* s. curatores.
u ¶ *In plurium.* s. pupillorum [i]. *sic. s. de procu. si quis. §. vnius. & de pact. l. si plures.* Sed cōtra. *ff. iudic. sol. l. iam tamen. § si tamē.* Sed ibi plures vnum defendere volebant: quod non licet: *vt. s. de procu. l.*

i Vel tutorū, ut Bartolus hic.

CVm semel petit⁹ sit talis[a] curator, quãdiu is curator maneat, alius in eãdẽ litẽ curator peti nõ potest[b]. 1. ¶ Et si Titius, verbi gratia, aduersus Seiũ curator petit⁹ sit, idẽ Titius aduersus aliũ tutor[c] dari † poterit: vt ex diuersis causis vnus duorum curatorum locum obtineat. Quod quidem & aduersus eundem accidet, si in diuersas † lites in diuersis temporibus idem petatur.

Muto potest dari tutor, qui ei poterit auctorari. Bartolus.

VI. VLPIANVS *lib. 38. ad Sabinum*

MVto itẽq; mutæ impuberib. tutorẽ dari posse verũ est.[d] Sed an auctoritas eis accõmodari † possit, dubitatur. Et si † potest tacẽti, & muto potest. Est autẽ verius, vt Iulianus lib. 12. Digestorum scripsit etiã tacentibus † actoritatẽ posse accommodari.

A iudice non potest dari tutor sub condicione: & expressio eius quod tacitè inest, dispositionem conditionalem non inducit. Bartolus.

1. ¶ Sub cõditione[e] à præsidib. prouĩciarũ nõ posse dari tutorẽ placet: † & si dat⁹ sit, nullius esse mom̃eti dationẽ[f] & ita Põponi⁹ ait. Hãc autẽ adiectionẽ, quã p̃sides[g] prouinciarũ faciũt: *Tutorẽ do, si satisdederit:* nõ cõditionẽ[h] in se habere, sed admonitionem †, nõ aliter [enim] ei tutelã cõmitti[i] quam si satisdederit: hoc est, nõ aliter ei gerere permittendũ, quàm, si rem saluã fore cauerit.

Is potest dare tutorem, cui specialiter permittitur. Bartolus. Vel aliter: Tutelæ datio est mixti imperij. hoc dicit secundum glossam.

2. ¶ Tutoris † datio neq; imperij[k] est, neq; iurisdictionis: sed ei soli cõpetit, cui nominatim hoc dedit vel lex[l], vel senatuscõsultum[m] vel princeps. 3 ¶ Surdo impuberi poterit tutor dari.[n]

Ei cuius status est dubius, non potest dari tutor: sed dabitur curator bonis. Bartolus.

4 ¶ Ei cuius pater in hostiũ potestate est, tutorem dari nõ posse palã est. Sed si datus sit, an in pẽdẽti sit datio, quæri potest. Et nõ puto dationẽ[o] valere. Sic enim post patris regressũ recidit in potestatem, atque si nunquam pater ab hostibus captus fuisset. Imò curator substantię[p] dari debet, ne in medio pereat:

Si pater consentit filio tutori datino, tenetur in solidum: & admonitio pro consensu non habetur. Bartolus.

VII. VLPIANVS *lib. 2. Disputationum.*

SI filiusfamilias tutor à prætore datus sit, si quidẽ pater tutelam adgnouit, in solidum debet teneri. si non adgnouit, duntaxat de peculio. Adgnouisse autem videtur, siue gessit, siue gerenti filio consensit[q], siue omnino attigit tutelam. Vnde cũ quidam filio scripsisset, vt diligenter tutelam gereret, *Cum scias*, inquit, *periculum ad nos pertinere*: dixi hunc quoque videri adgnouisse. Planè si solùm monuit[r] filium, non videtur adgnita.

Patrono imputatur negligentia & fraus in bonis liberti sicut in bonis extranei. Bartolus.

VIII. IDEM *libro primo Opinionum.*

PAtronus quoq; tutor liberti sui[s] fidem[t] exhibere debet: & si qua in fraudẽ debitorum † quãuis pupilli[u] liberti gesta[x] sũt, reuocari[y] in publicũ permittit.

Fraus in assumendo tutelam, vel in male administrando, extra ordidem punitur. Bartolus.

non solum. qui casus non est hic.

a ¶ *CVm semel*] *Talis.* ad litem, vt superioribus. ll. tractatur. H.
b ¶ *Non potest.* [a] imò videtur quod sic, adeo vt prior intelligat remotus: *vt. s. de procur. l. si quis cum §. fi.* Sol. vt ibi. ¶ Itẽ eadem. l. cõtrad. videt. ad secund. resp. huius. l. [b] Sed dicas quòd ibi in eadẽ[c] lite, hic in alia: & sic remanet hic vterq; tu.
c ¶ *Tutor.* i. curator, vt postea innuit. *sic. C. de in lit. dando. tut. l. ad litem.*

MVto.] CASVS. Hæc lex habet qnq; partes. Prima dicit ꝙ mutus impubes potest habere tutorẽ, & ei potest dict⁹ tutor auctoritatẽ p̃stare. Secũda dicit ꝙ pręses nõ potest dare tuto. pup. sub cõd. expressa. Tertia dicit, ꝙ datio tutoris nõ est tãtũ meri imperij, nec tãtũ iurisdic. sed mixti imperij. vnde ille solus potest tuto. dare cui hoc cõmisit lex, vel sena. con. vel impera. Quarta dicit ꝙ surdo impuberi potest tutor dari. Vlt. dicit qđ si pater impuberis est captus ab hostibus, non potest ei dari tutor, sed dat̃ curator substãtiæ: si tamen ei tutor detur, bene tenebit datio. Viuianus.
d ¶ *Verũ est.* vt. j. d *de tut. & cu. da. ab iis. l. nec mandante. §. pe. & ar. j. e. § surdo. non autem vt furio. cu. vt sup. eo. qui habet. in prin.*
e ¶ *Sub conditione.* expressa vel tacita secũdũ Ro. Imò[e] sub tacita potest. *vt. j. e. l. furios⁹.* & ille q datur in locũ testamẽtarij, videt̃ dari sub conditione vel ex die q definit tũc: *vt. j. tit. j. l. si quis sub conditione.* in locũ captiui: *vt Insti. de Atil. tuto. §. j.* & absentis reip. causa: *vt Inst. de excusa. tuto. § itẽ qui rei.* sed sub expressa nõ: *vt hic & . j de reg. iur. l. actus.* secus in p̃curatore: *vt. s. de p̃cu. l. ij.* ADDIT. Dic ꝙ ratio est: qa fauor pupilli, ne dũ cõditionis existẽtia expectat̃, bona pupilli negligãt & pereãt, secũd. Bart. hic.
f ¶ *Dationẽ.* Ar. cõtra illud generale: ꝙ[f] fieri nõ debet, factũ tenet: *vt. j. quãdo appel. sit. l. j. § biduũ. & sup. de fer. l. j. §. j. ibi, tametsi. & . j. de interd. & relega. l. relegatorũ. §. ad tempus & facit. s. quod cuiusque vniuersi. l. item. §. si decuriones. & . j. de aucto. tut. l. & si conditionalis.*
g ¶ *Præsides.* sed à testatore sic: *vt Instit. qui dare tu. pos. §. ad certã. & . j. tit. j. l. tutor datus. & l. si quis sub conditione.* Accur.
h ¶ *Nõ conditionẽ.* testatoris vel datoris, sed legis. nam dictio, si[g], nõ semper conditionaliter ponitur. Ro. sed certè nec legis est cõditio, sed admonitio: *vt hic. & . j. de verb. oblig. l. si decem. cum si. & ar. j. de cõdit. & demon. l. Titia. & l. ama. § fi. & . j. de vsucap. pro emp. l. ij. §. si in diem. & . j. vt leg. nom. ca. l. licet. & . j. de excusa. tut. l. qui testamento. & . j. de fideicom. lib. l. ergo. §. illud.*
i ¶ *Committi.* Imò denegari: *vt. C. de tuto. vel cura. qui non satisd. l. j. ij. & iij. & l. non omnium.* licèt vt suspectus non possit nominari seu accusari: *vt. j. de suspectis tuto. l. hæ enim. in fi.*
k ¶ *Neq; imperij.* s. [h] tantũ, neque iurisdictionis tantũ: sed ex vtroque. & ita mixti imperij est. habet [i] enim ab imperio vt nõ possit delegari: *vt. j. de tuto. & cur. l. nec mandante*, (nisi in legato procõs. *vt s. de offic. procons. l. pe. quæ est contra.* & nisi magistratui habenti aliàs iurisdict. sed tunc magis[a] iussus dicitur, quàm delegatio: *vt inst. de Atil. tut. §. pen.* & sic intelligitur. *j. de tuto. & curato. da. ab iis. l. iiu dandi. quæ est contra.*) habet autem à iurisdict. quia consistit in pecuniario cõmodo tantùm. Item & non est ibi gladius, hodie verò cõpetit iure magistratus, si facultas pupilli est infra quingentos solidos: *vt inst. de Atil. tut. §. nos autẽ. & nota. s. de offic. eius cui manda. est iurisd. l. j. §. j. & facit. s. de iurisdic. omnium iudi. l. j.* Accursius.
l ¶ *Vel lex*, vt. xij. tab. *vt insti. de legi. agna. tu. in prin.*
m ¶ *Senatusconsultum: vt infra. eo. l. pen.*
n ¶ *Dari: vt. j. de tuto. & cur. l. nec mandare. §. fi.* sed ipse non potest dari: *vt. s. eo. l. j. §. fina.*
o ¶ *Dationem.* secus in filio deportati: quia ibi non est fictio, quæ est hic: *vt. C. de sente. pas. l. fi.* ¶ Sed econtra pater nõ captus dat filio capto *vt. j. tit. j. l. si quis. §. ij.* ¶ Item argu. contra. huic. §. s. *ad Macedo. l. ij. §. si pendeat.* Accur.
p ¶ *Substantiæ.* non personæ. *C. de postl. reuer. l. iij. & sup. qui. ex cau. mai. l. ab hostibus. §. ego puto. & . C. de bonis. quæ libe. l. fi. §. sin autem. & inst. de cura. §. dantur autem. & . j. de admini. tuto. l. Lucius. §. Sempr.*

SI filiusfamilias.] CASVS. Filius meus fuit datus à pręside tut. cuidã pupillo, & malè gessit. quæritur, vtrum ego pater tenear? & certè aut agnoui dictã tutelã aut nõ. Primo casu teneor in solidũ. in secũdo verò de peculio. qualiter autem videat agnoscere vel nõ: plane dicit litera vsque in fi. l. Viui.
q ¶ *Consensit.* Cõsentire [b] autem videtur, si præsenti non contradicit: *vt. j. ad municip. l. ij. & Cod. de filiisfam. & quemadmodum. l. j. lib. x. Ro.* ¶ Sed contra. *j. de administ. tut. l. Lucius.* Sol. vt ibi. ¶ Item contra. *s. de neg. gest. l. mandasti.* Solu. vt ibi.
r ¶ *Monuit.* quod etiam monitioni contradicẽs facere potuit, secundum Ro. monitio[c] ergo nõ oblig. *sic. s. de neg. gest. l. si serui. & quod nota. C. de neg. gest. l. negotium.* Item dic ut nota. C. *quod cum eo. l. s.* Item facit: *j. de acquiren. hered. l. si quis mihi. §. iussum.*

PAtronus.] CASVS. Nõ solùm alij tutores pupillorũ debẽt bona fide gerere tutelã: sed etiã patronus tutor liberti sui. & si aliq d. in fraudẽ fecit circa bona d. sui liberti: totũ debet reuocari. Viuia.
s ¶ *Sui.* sed alieno liberto ingenuus datus excusari potest: *vt infra de tut. & cura. datis ab iis. l. pupillo. & de excusa. tut. l. cum ex oratione & . C. de excusa. tuto. l. ex causa.*
t ¶ *Fidem.* s. bonam, licèt quandoque non satisdet, scilicet si est honesta persona: *vt infra de legi. tu. l. legitimos.*
u ¶ *Pupilli.* dic, id est pupilli, quamuis liberti. Accursius.
x ¶ *Gesta sunt.* in admini. tutelæ à tutore. eodẽmq; patrono. Hug.
y ¶ *Reuocari.* eodem modo ac si alius tutor esset.

a Nisi priore remoto: quod ex causa fieri potest.
b Vbi per secũdum mandatũ nõ tollitur primum.
c Procuratorẽ secundũ qui in eadem causa cõstituit, priorem reuocare intelligitur.
† Filo, alium curatorem dari.
† Vnus & idẽ potest esse curator ad plures lites.
† Flo. accommodare.
† Impuberibus. *l. 2. j. eod. l. impuberis. j. de auth. tutor.*
† Argumentũ à tacente ad mutum.
d Tutor dari muto potest.
† Rationem huius axiomatis vide apud Alci. *li. 5. parergon. cap. 8.*
e Tutor sub cõditione tacita dari potest, à præside vt in casibus hic enumeratis: at non sub expressa.
† *Concor. Glo. 1. post prin. in c. significasti extra de elect.*
† Hunc locum pulchrè explicat Longouallius *in commentariis suis ad leg. Imperium. ff. de iurisd. om. iudi.*
f Factum interdũ tenet quod fieri nõ debet.
g Si particula non semper facit conditionẽ.
h Tutoris datio an sit imperii tantum an iurisdictionis, an vtriusque.
i Tutoris datio quæ habeat ab imperio & à iurisdictione.
a Iussus & delegationis differentia.
† Creditorum putat legendũ Cuiac. authori. lib. Caro.
b Consentire dicitur qui pręsenti non contradicit.
c Monitio non obligat.

IN eos.] CASVS. Hæc lex nominat. iiij. qui debent puniri extra ordinem, id est ad arbitrium iudicis. Primus est ille tutor qui dat nummos fortè notario præsidis, vt habeat tutelã alicuius pupilli. Secundus est dictus notarius. Tertius est qui retulit iudici minorem esse quantitatem patrimonij pupilli cuius erat tutor, vt iudex minora alimenta pupillo cõstitueret. Quartus est ille qui aliter baratat & dissipat res pupilli.

a ¶*In eos.* nec tamen remouentur vt suspecti: *vt infra. de suspe. tut. l. iij. §. tutor.* Azo. & Hugo.

b ¶*Datis.* vt *& supra de offi. præ. vrb. l. j. §. itẽ solent. & inst. de suspe. tuto. §. sed si quis præsens in fi.* ¶Sed quid si econtra accepit * vt abesset: Respond. erit tutor: sed per condictionem ob turpem causam tenetur, cum gratis subire tenebatur: *vt. s. de condic. ob turpem causam. l. fi.* sed in procuratore secus: nisi pactus esset de quota: *vt s. man. l. j. & l. salariũ. & C. de proc. l. litem.*

c ¶*Idoneus.* sic. j. *de suspec. tut. l. iij. §. tutor. ibi neq, n. interest. &c.*

d ¶*In edendo.* id est monstrando & ponendo in inuentario b. *ad quod. C. de mag. cõ. l. fi.*

* minuisse.

* alienasse.

a Tutor accipere pecuniam nõ potest vt sit tutor: & si acceperit, poterit pecunia repeti condictione ob turpem causam. vt hîc. Imò potest tutori salarium à iudice cõstitui. *l. à tutoribus in f. j. de administ. tutorum.* & à cõtutoribus, idq; ex causa. *l. 1. §. si pupillum j. de tutelæ & rat. dist.*

b Inuentario bona pupilli in regia non adscribens extraordinem punitur & potest se moueri.

IX. MARCIANVS *libro tertio Institutionum.*

IN eos [a] extra ordinem animaduertitur, qui probantur nummis datis [b] tutelam occupasse, vel pretio accepto operam dedisse vt non idoneus [c] tutor daretur, vel consultò in edẽdo [d] patrimonio quãtitatem minuerit, * vel euidenti fraude pupillorum bona alienasset. *

Hic est duplex litera: vna affirmatiua secundum quam dicit quod municipes possunt dari tutores municipi, hoc est ciues ciui: & sic innuit secus esse si non esset ciuis ciuitatis. Alia litera est hic negatiua, secundum quam dicit quòd non municeps potest dari municipi tutor. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro secundo ad Edictum.*

ETiam non municeps [e] tutor dari potest, dummodo muicipi [f] detur.

XI. PAVLVS *libro tertio ad Vitelliũ.*

FVriosus si tutor datus fuerit, potest intelligi ita dari, cùm suæ [g] mentis esse cœperit.

Tutores dati in locum absentis, durant etiam illo defuncto. Bart.

XII. IDEM *libro decimo Responsorum.*

QVæsitũ est, an hi qui in locum absentis reipub. causa, tutores * dati sunt, mortuo illo tutores [h] pseuerẽt: an alij petendi essent. Paulus respondit, eos qui in locũ absentis dati sunt: nõ reuerso eo, in eadẽ causa pseuerare [i] vsq; ad tempus pubertatis.

Curator vel coadiutor datur tutori per iudicem ex causa vel per ipsum tutorem cum decreto iudicis. Bartol.

ETiam.] CASVS. Nõ solũ ciuis alicuius ciuitatis, sed etiam aliquis de municipio aliquo potest dari tutor: dummodo detur pupillo de illo municipio vnde ipse est, vel de ciuitate sub qua est dictum municipium. Viuianus.

e ¶*Etiã municeps.* habeas fine, non: vt [e] est Pisana litera. & dic nõ solùm aliquis ciuis Romæ, vel alterius ciuitatis, sed etiam alicuius municipij extra vrbẽ. Et dicitur municeps, quia simul munera capit: *vt. j. ad munici. l. j. in prin.* ¶Et not. quòd tã [d] datus à iudice tutor vel curator, quàm ille [e] cui datur, debent esse eiusdem municipij seu ciuitatis: & dãtem oportet eos habere sub sua iurisdictione: *vt in fine huius. l.* alioquin nulla esset datio: *vt. C. qui dari tut. pos. l. neque & j. de excusa. tuto. l. illud vsitatum. & j. de tuto. & curato. l. j. in fin. & l. pupillo.* & hoc si detur à iudice: nã si [f] à testatore detur, tenet datio, sed [g] habet excusationem tutelæ: *vt. C. de excus. tuto. l. testamento. & j. titu. j. l. quæro. & infra de excusa. tut. l. fin.* si tamen in loco illo non inueniatur idoneus, ex alio loco accipietur: *vt. j. de tut. & cura. l. diuus.* Alij habent, non municeps. q. d. non solùm ciuis alicuius ciuitatis, sed etiam qui extra habitat: dummodò [h] sub iurisdictione illius ciuitatis: *vt. j. de tuto. & cura. da. l. ius dandi in fine.*

f ¶*Municipi.* scilicet eiusdem municipij: vt dixi. s. secundum primam literam. Secundum aliam dic, scilicet municipij subiecti illi ciuitati vnde est ciuis ille qui datur. & sic est in veteranis, nauicularijs, & similibus: *vt. C. de excu. ve. l. ij. & de excusa. tuto. l. pen. & infra de excusa. tut. l. non tantum. §. eos. & §. fina.*

FVriosus.] CASVS. Si furiosus detur pupillo pure tutor, non erit antè tutor quàm resipuerit. Viuianus.

g ¶*Cum suæ.* sic ergo sub cõditione. & est sic cõtra. s. eo. l. muto. §. j. So. ibi à iudice, hîc à testatore: *vt. j. titu. j. l. si hereditas. §. si furiosus. & inst. qui dari tut. pos. §. furiosus. secũdũ Ro.* 2 Vel ibi sub expressa nõ, sed tacita sic: vt ibi not ad quod est. *s. de iud. cũ furiosus.*

QVæsitum.] CASVS. Tutor meus aberat causa reipubl. & ideo loco eius dati fuerunt curatores. certè [i] non reuertatur tutor absens, quia ibi mortuus est: fortè manebunt curatores prædicti vsque ad tempus pubertatis. & non solùm propter absentiam tutoris datur pupillo curator, sed etiã si infirmus sit tutor, vel nimis senex, ita quòd non potest sufficere administrationi: imò nec potest administrare. si autem potest administrare, sed nõ sufficienter: datur ei adiutor suo periculo. & hoc dicit cum. l. seq. Viuia.

* Possunt. n. hoc casu tutores dari. *l. 1. C. in quib. casib. tut. vel curat. habẽt.* &c. Itaque errat Rullardus qui notat hic tutorẽ pro curatore accipi.

c Imò Pisana litera habet negationem vt & editio Florentina probat. *An. to. Aug. li. 1. c. 1.*

d Iurisdictionis suæ tutorem & curatorem dare iudex potest, at non alienæ iurisdictionis.

e Iurisdictionis suæ tantùm pupillo iudex tutorem & curatorem dare potest.

f Iurisdictionis extraneæ tutorem dare testator potest.

g Iurisdictionis extraneæ tutor à testatore datus excusationem habet à tutela.

h Tutor dari potest nõ municeps si modo sit sub iurisdictione ciuitatis eius iudicis à quo datus est.

XIII. POMPONIVS *libro secundo Enchiridij.*

SOlet etiam † curator dari aliquando tutorem habenti, [k] propter aduersam tutoris valetudinem, vel senium ætatis: qui magis administrator rerũ, quàm curator [l] esse intellegitur. 1 ¶Est etiam * adiutor [m] tutelæ, quem solet prætor permittere tutoribus constituere, [n] qui non possunt sufficere administrationi tutelæ: ita tamen, vt suo periculo eum constituant.

Si pupillus transit in alterius potestatem, vel perdit ciuitatem: tutela finitur. Idem si tutor remoueatur, vel conditio exitura extiterit. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS *libro vigesimoseptimo ad Sabinum.*

SI adrogati [o] sunt adhuc impuberes, vel deportati † sint pupilli: tutores habere desinunt. 1 ¶Item si in seruitutem pupillus redigatur, [p] vtique finitur tutela. 2 ¶Aliis quoque modis desinũt esse tutores, si fortè quis ab hostibus fuerit captus, vel pupillus, [q] vel tutor. 3 ¶Sed & si ad tempus fuerit quis datus, [r] tempore finito tutor esse desinit. 4 ¶Præterea si suspectus [s] quis fuerit remotus, desinit esse tutor. 5 ¶Sed & si [t] ad certam conditionem datus sit, æquè euenit vt desinat esse tutor existente conditione.

Si tutor est apud hostes sine mutatione status, non finitur tutela, Bart.

h ¶*Tutores.* id est curatores: *vt inst. de excusa. tuto. §. item qui.* Vel dic propriè * *vt. j. de suspect. tuto. l. iij. §. si quis absuturus. & not. C. in quibus cau. tuto. ha. l. j.*

i ¶*Perseuerare.* sic. j. *de tuto. & cura. da. ab iis. l. curatorem impuberi. & C. de sen. pas. l. fin.* Sed arg. contra *supra de in diem addi. l. inter. §. j.* Item contra supra *eo. l. muto. §. fi.* Sed ibi propter paternam reuerentiam non datur in locum patris capti. hîc datur in locum tutoris absentis.

k SOlet etiam.] Habenti. vt *insti. de cur. §. interdum.* sed tutor non regulariter: licet quãdoque fallat in casibus in quibus est speciale secundũ Ioan. quod dic: *vt. C. in quibus causis tut l. j.* licet Pla. dicat nõ fallere & legit rubric. prædictã correctiuẽ. de curatore autem nõ est dubium, quia iungitur curatori: *vt. j. de tut. & curato. da. ab iis. l. ventri. §. j.* Accursius.

l ¶*Quã curator.* quia curatores [b] vsque ad certam ętatem dari solent. hîc autem quousque [c] finiatur necessitas. Item nõ præstabit impuberi auctoritatẽ in adeunda hereditate, quod faceret curator puberis, Itẽ tutor: *vt. j. de ap. l. cum in vna & C. de admini. tuto. l. cum quidam.* Azo.

m ¶*Est etiam adiutor.* id est actor. Accursius.

n ¶*Constituere.* ergo superiorem dat prætor: hunc permittit dari vel constitui. Azo. *& facit insti. de cu. §. fina. & j. de admini. tuto. l. decreto & C. de procura. l. neque.* & de eo ibi nota.

SI adrogati.] CASVS. Hæc lex ponit. vii. casus quibus finitur tutela. Primus est, si pupillus datus est alicui in adrogationem. Secundus, si est deportatus. Tertius, si redactus est in seruitutẽ à patrono propter ingratitudinem. Quartus, si est captus ab hostibus ipse vel tutor eius. Quintus est, si fuit ei datus tutor vsque ad Pascha, & venit post pascha. Sextus est, si vt suspectus fuit remotus à tutela tutor eius. Septimus, si datus fuit ei tutor donec nauis ex Asia venerit, & postea nauis venit. Viuianus.

o ¶*Si adrogati.* ad totam hanc. l. concor. *insti. quibus modis tu. fi. §. i. vsque ad fi. titu.*

p ¶*Redigatur.* ex [d] ingratitudine: vel ꝑ delicto in metallũ dat: & secũdũ hoc dic primũ ꝓximũ pubertati: *vt. j. de reg. iu. l. pupillum.*

q ¶*Pupillus.* & tunc datur curator bonis: *vt. s. eo. l. muto. §. fin.*

r ¶*Datus.* à testatore. *vt. j. titu. i. l. tutor datus.* non à iudice: *vt. j. de reg. iur. l. actus.*

s ¶*Suspectus.* idem si se excusat: *vt inst. quib. mod. tu. fi. §. fi.*

t ¶*Sed & si ad certam.* puta vsque dum nauis ex Asia venerit. & sic est certa: sed incertum est an existat. Si autem dicas omnino exituram, tunc non esset conditio: *vt. j. de noua. l. si pupilli. §. i.* Et dic, datus in testamento. non à iudice: *vt inst. quib. mod. tu. fi. §. sed & si ad certam.*

a Qualibet solutio est in bona secundũ Bar.

† Concor cui hac. l. c. venerabili. cum Gl. super verbo, coadiutorem. extra de offic. deleg. vbi dicitur quòd episcopo datur coadiutor propter suspicionẽ dilapidationis, vel aduersam valetudinem.

* perperam legebat Haloander. acto.

† Hinc colligunt, pupillum deportari & banniri posse. *adde l. non solũ s. de in integrum restitut.*

b Curatores ad certam vsque ætatem dari solent.

c Cura finitur, negotio finito vel necessitate.

d Pupillus proximus pubertati quibus ex causis in seruitutem possit redigi.

SI quis tutor.]CASVS. Tutor non est captus ab hostibus:sed missus est ad eos pro ambassiatore:vel etiã nõ misso eo hostes receperunt eum tanquam ambassiatorem, vel etiã ad hostes transfugit, in his tribus casibus cum non fiat seruus hostium, non desinit esse tutor: sed tamen interim datur pupillo suo curator.& hoc dicit cum.l.seq. Viuia.

a ¶Captus. aliàs secus: vt supra.l.proxima.

b ¶Ab eis.i.hostes receperant eũ tanquam legatũ missum ad eos, cum non esset. Nõ autem dicas receptum à nobis: quia si iam rediisset, ad quid daretur alius?

c ¶Transfugerit. Sed[a] nunc transfuga desinit esse ciuis:vt.j.de capti.& postli.reuer.l.postliminium.§.filius.& ʒ.de ca.de.l.amissione.§.j.ergo desinit esse tutor:vt Instit. quib. mo. tu.fi.§.sed & capitis.& hic dicit,tutor manet. Solu. hic non proditoris animo: sed sic fingebat, vt videret statũ hostium: tamen transfuga est:quia facit cõtra voluntatem populi Romani: & hic nõ desinit esse ciuis,& sic tutor manet. secus est cũ proditoris animo:vt infra de capti.l.postliminium.§.trasfuga. Alij referunt hunc versum, quia seruus non efficitur, tutor manet, ad alios casus, non ad transfugam.

d ¶Quia seruus. nec ciuitatem perdit, subaudi. aliàs non esset sufficiens ratio. Hug.

e ¶Dabi[illegible] si esset captus pater.vt.ʒ.e.l.muto.§.fin. Itẽ quòd dicit;tutor alius.i.curator,secundum P.sic.ʒ.eo.l.si cum semel. Vel secundum eum refertur ad transfugam tantũ. Tu dic speciale[b] secundum Ioan.vt habenti tutorem detur tutor:vt.not.ʒ.eod.solet.

* hic enim fit hostium ciuis, non apolis, at deportatio quia facit apolidem, tollit tutelam.

a Transfuga autem tutor, & ciuis Romanus esse desinat.

† Solon cum Atheniensibus leges ferret, tutelam virile tantum munus esse, & fœminas abesse à tutelæ negotio voluit, vt etiam tutorem apud pupillorum matrem habitare prohibuerit auctor Laertius.

* Hæc addidit Tribon. ex d.l. vltim. Cod. de legit. tut. cum antea etiam ad liberos imperfectæ ætatis tutela transiret. Vlpian. in frag.

b Tutor dari regulariter nõ potest tutorem habenti.

XV. IDEM lib. 38. ad Sabinum.

SI quis tutor non sit captus[a] ab hostibus, sed missus ad eos quasi legatus, aut etiam receptus ab eis[b] aut transfugerit:[c*] quia seruus[d] non efficitur, tutor manet: sed interim à præsidibus alius tutor dabitur.[e]

Tutela est officium virile, & non transit ad heredes. Bartolus.

XVI. GAIVS libro duodecimo ad Edictum prouinciale.

TVtela plerunque[f] † virile officium est. 1. ¶Et sciendum est nullam tutelam hereditario iure ad alium[g] transire: sed ad liberos[h] virilis sexus perfectæ * ætatis[i] descendunt legitimæ: cæteræ non descendunt.[k]

XVII. PAVLVS libro octauo ad Sabinum.

COmplura senatusconsulta[l] facta sunt, vt in locum furiosi & muti & surdi tutoris[m] alij tutores[n] dentur.

XVIII. NERATIVS libro tertio Regularum.

FOeminæ tutores dari[o] non possũt: quia id munus masculorũ est:[p] nisi à principe[q] filiorũ tutelam specialiter postulent.

DE TESTAMENTARIA TVTELA.

TVtela.]CASVS. Primò dicit quòd tutelæ officium est plerunq; virile.i.officiũ virorũ,& non mulierũ:quãuis fallat in matre: vt.j.l.si quam hic coniungas. Secundo dicit:non omnis qui debet hereditatem habere: quia illius cui deferebatur tut.alicuius pup. debet habere tutelã dicti pupilli:quia si mulier sit heres,nõ debet habere tutelã quæ defuncto deferebat.& idẽ dico in herede masculo minore.xxv an. Tertiò dicit quòd in locum furiosi tutoris alij tutores dantur.& idem est in tutore surdo & muto effecto. Viuia.

f ¶Tutela plerunque. ꝓpter[c] hoc quod dicitur infra eo.eo. l.fi.& facit.C.quando mulier tut.offic.fun.po.l.j.& de regu.iur.l.ij.

g ¶Ad alium. vt d.ʒ.de iis qui not.infam.l.furti.§.illud. Idem dicas in qualibet prælatura,[e] & etiam[f] in commissaria[g].

h ¶Ad liberos. etiã nõ heredes. sic.C.de La.lib.tol.l.j.§.sed si sub conditione.& fact.j.de leg.tut.l.iij.§.si duo. ADDITIO. Dic idẽ etiã in qualibet prælatura & cõmissaria:vt dicit glo.no.in ca.si.de test. lib.vj.& l.alimenta in prin.j.de ali.& ciba.leg.secundũ.Bar.hic.

i ¶Aetatis. xxxv.an.vt.C.de leg.tut.l.fi.in fi.

k ¶Non descendunt. differunt etiam in alio:quia legitimæ pereũt minima capi.demi.cæteræ non.vt.ʒ.de cap.demi.l.tutelas.

l COmplura senatusconsulta. quorum nomina non habemus.

m ¶Tutoris. testamẽtarij,secũd.R.,ꝓpter id qđ no.ʒ.e.l.furios[e].

n ¶Tutores.i.curatores secundũ P.vel secundũ Ioan:est speciale: vt not.ʒ.e.l.solet.nã isti propter aduersam valetudinẽ non desinũt esse tutores:vt.d.l.solet. licẽt deponere possunt tutelam:vt.j.de excus.tuto.l.post susceptam.

o FOeminæ.]Dari à testatore,vel à iudice:vt.j.tit.j.l.iure nostro.

p Masculorum est. vt.ʒ.e.l.tutela.

q ¶Principe.& tũc debet cõfirmari,eo ꝙ debet interponi à iudice decretũ administrationis.& tũc renũtiat secũdis nuptiis:vt.C.quando mulier tut.offi.fun.l.ij.in prin.& in Auth.vt hi qui ob.§.fi. col.vj. Sed hodie mater & auia absq; hac impetratione omnibus præferũtur, si renũtiant secũdis nuptiis & Velleia. senatuscõs. excepti is testamentariis:vt in Authenti.de here.ab intesta.§.ex his. coll.ix.& adde de his nota.C.quando mu.tut.offi.fun.l.ij.& Auth. matri.& C.ad Tertyll.l.omnem. Accursius.

c Tutela cur dicatur esse officium virile.

d Tutelæ ad heredes non transeunt.

e Prælaturæ ad heredes non transeunt.

f Commissariæ ad heredes non transferuntur commissarii: sunt enim personales. Eadem ratione, executoris testamentarii officium, non transit ad heredem vel successorem. vt hic colligit Bartolus. adde Glo. c.1.de testamentis in.6. Bartol. in l. à filio. ʒ. de alimentis. videtur enim testator fidem habere executori at non eius heredi. Iason. in l. cum quis §.j. de verborum obligationibus.

DE TESTAMENTARIA TVTELA.

TITVLVS II.

Parentes possunt dare tutores in testamento liberis natis & nascituris, qui in alterius potestatem recasuri nõ sunt. Bartolus.

I. GAIVS libro duodecimo ad Edictum prouinciale.

LEge duodecim tabularum permissum est parentibus,[r] liberis suis siue masculini siue fœminini sexus, si modò in potestate sint, tutores testamento[s] dare. 1 ¶Item scire debemus etiam posthumis filiis, vel nepotibus,[t] vel cæteris liberis[u] licere parentibus testamento tutores dare: qui modò in ea causa sint, vt si viuo eo nati fuerint, in potestate eius futuri sint, neque testamentum rupturi.[x] 2 ¶Item ignorandum non est, eum qui filium in potestate,[y] & nepotem ex eo æquæ in potestate habebit: si nepoti tutorem dederit. ita rectè dedisse videri, si nepos post mortem eius in patris sui potestatem recasurus non sit. quod euenit, si viuo testatore filius[z] in potestate eius esse desierit.[a]

II. VLPIANVS libro secundo ad Sabinum.

Dictum est supra de titulis in genere: verum quia species subsunt generibus, sequitur videre de tutelis in specie.

TEstamentaria tutela est quam lex à parente testamento dari permittit, species vna datiuæ, non tamen hoc lex omni parẽti permittit, nec vt quemlibet vel quolibet modo, vel cuilibet, vt hoc titulo declaratur, quo nõ adiicitur, vel curatione, quia nulla est curatio testamẽtaria. Cuia.

LEge duodecim tabularum.] CASVS. Lex ista cum sequen. dicit tria. Primum est quòd parentes possunt dare tutores liberis suis quos in potestate habent. Secundò dicit quòd possunt dare tutores etiam illis liberis qui non sunt adhuc nati, dum tamen duo concurrant. Primum vt si nascituri essent viuo eo, forent in eius potestate: quod quidem in filiis nondũ natis planum est: sed in nepotibus & proneptibus,& aliis descẽdentibus nõ est ita planum. vnde quod dico in pronepote posthumo, intelligas & in cæteris descẽdẽtibus. filius meus in mea potestate constitutus decessit relicta vxore sua prægnante. certè illi nepoti meo posthumo bene possum dare tutorem:quia si nascatur me viuente .bene est futurus in mea potestate. Secundum est quod debet interuenire, quòd posthumus dictus meus nepós non sit rupturus meum testamentum cum nascetur:veluti quia non est præteritus à me, imò institutus vel exheredatus, si autem esset præteritus, sicque rumperet testamentũ,non valeret datio tutoris prædicta. Tertiò dicit, quòd si habeo filium in potestate, & ex eo nepotem, & do tutorem dicto nepoti: certè pendet dicta datio tutoris, donec ego vel filius prædictus decedat: vt si quidem filius decedat, valeat dicta datio tutoris. Si autem ego decedam, sicque dictus nepos meus recidat in potestatem patris sui, eiusdemque filij mei, nihil valet datio: etiam si ego auus eram miles. hoc dicit cum.l.sequen. Viuianus.

Inst. eo. §.pen.

ibidem. §.1.

r ¶Parentibus. maribus. P. quod patet:q2 subiicit, si modò &c.nã mulier[a] nullũ habet filiũ in potestate:vt inst.de adop.§.fœmina.& arg.j.ad Tertyl.l.pen.verũ & mater quãdoq; dat filiis tutorẽ:vt.j.e.l.pater.de naturali filio dic ꝙ potest dari, si modò is cõfirmetur: vt.C.de cõfirm.tuto.l.fi.spurio[b] nullo modo, cum nec filius dicatur[c]:vt in Auth.quibus modis na.effi.sui.§.si.colla.vj. Accursius.

s ¶Testamento. vel codicillis testamento confirmatis:vt.j.eo.l.iij.

t ¶Vel nepotibus. scilicet posthumis.

u ¶Vel cæteris liberis. scilicet posthumis.

x ¶Rupturi. i.eo casu quo ruptum non fuit testamentum succedendo ex.l. Velleia: vt cum heredes instituuntur vel exheredantur.vt.j.eo.l.si hereditas.§.j.& insti.de exhered.liber.§.posthumorum.& .j.de lib.& posth.l.Gallus. Si enim rumpitur testamentum, nulla eorum quæ ibi relicta sunt, valent iure veteri: secus hodie, vt.C.de libe.prate.Auth.ex causa. Accursius.

y ¶In potestate. natum:vt differat à præcedenti. vel hoc determinat illud. Accursius.

z ¶Filius. scilicet media persona.

a ¶Desierit. nõ dignitatis occasione:vt in Auth.const.quæ de dig.§.illud.coll.v.& inst.de tute.§.permissum.& .j.de reg.iur.quo tutela.al.incipit,Q.Mut.& ʒ.de iis q sũt sui vel ali.iu.l.nepotes. Acc.

a Mater non habet filios in potestate.

b Limitabis hãc Gl. & in ea alleg. auct. per tex. in l. generaliter. §. cum autem. & quod ibi not. Bal. Cod. de instit. & substitu. vt procedat in fauorabilibus tantum: quia in odiosis est secus. cui concord. Gl. in cap. statutum. de haer. lib. 6. & in l. c. in præsentia: & ibi Panor. extra de prob. de qua vide. l. cum acutissimi. C. de fideicom.

c Spurio tutor à patre dari nõ potest. Romanum singularis.

a Nemi-

a NEc militem.] *In potestatem.* scilicet mediæ personæ. *& facit infra de mili. testa. l. cum filius. & supra. l. proxi.*

b TEstamento confirmatis *alioquin secus esset. vt infra de confir. tut. l. ij.* & idem [a] in libertatibus directis: licet secus sit in fideicom. *vt infra de manu. testa. l. libertates.* & sic de hereditate dicitur *insti. de codicil. §. codicillis.* & est ratio infra *de heredi. insti. l. asse.* Vel potest dici aliud esse hodie, quasi semper videantur esse confirmati: *vt insti. de cod. §. non tantum.* Accursius.

c *Dati sunt.* aliàs nec propriè tutores dici possunt: *vt infra de ver. signifi. l. Paulus: & facit infra de re iud. l. iij. §. condemnatum. & infra de fideius. l. iij. & de condi. & demonst. l. hæc conditio. & de secund. tabu. l. hi demum.* Arg. contra infra *de condi. institu. l. mulier. §. fina.* ADDITIO. Tu dic quòd ibi in conditionibus quæ sunt facti. præterea & ibi valet de iure secundum Bar. hic.

PAter.] CASVS. Pater siue instituat filiutum suum siue exheredet: potest ei dare tutorem: non autem mater nisi filium instituat: & etiam inquisitio debet fieri in tutore dato à matre: licet non fiat in dato à patre.

d ¶ *Exheredato.* sic [b] & pupillariter substituere: *vt instit. de pupil. substit. §. no solũ.* quandoq; tamẽ potest quis filio suo substituere, & nõ tutorẽ dare: *vt. j. de milit. testa. cũ filius.* H.

e ¶ *Quasi.* bene dicit quasi: quia psonę [c] principaliter, secũdariò rebus dari dicitur: *vt instit. qui dari tut. pos. §. certe. & instit. de excu. tuto. §. datus.* ¶ Sed videtur quòd etiam tunc non potest: *vt. j. de legat. ij. l. peto. §. mater.* quæ est contra. Sol. non tenet, vt ibi: non confirmetur: *vt hic. & not. C. eo. l. iij. & facit infra tit. j. l. j. ij. & iij.*

f ¶ *Inquisitione.* diligentiori. Hug.

g ¶ *Pauperior.* sic. *j. tit. j. l. vij. & l. penul.*

SI quis.] CASVS. Cum filiis siue filiabus do tutorem: etiã posthumæ videor dedisse. Itẽ si dedi tutores liberis, continentur etiam nepotes. Item si dedi posthumis: non solùm filij, sed etiam nepotes posthumi continentur. & h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

h ¶ *Posthumæ.* nomine filij [d], mares & fœminæ nati & nascituri continentur. (Sed econtra nomine filiæ non continentur mares: *vt infra eo. l. si quis. & de lega. ij. l. si ita. & ibi nota.*) & etiam capti ab hostibus: *vt infra eo. l. si quis. §. j.*

i ¶ *Continetur.* aliud in legatis, nisi in aliqua parte testamẽti mentionem posthumi fecerit: *vt infra de leg. j. l. qui filiabus.* & continua. leg. sequen.

k QVid si.] *Non continebuntur.* Imò videtur quòd sic: *vt infra de verb. sign. l. filij. & l. iusta. & l. liberorum. quæ sunt contra.* Solu. vt Institu. *eod. §. penult.* ¶ Et not. secundum Rom. quòd talis dicendi varietas non [a] cadit in idiotam.

[a] Codicillis testamento confirmatis dati tutores, datæ directę libertates & hereditates, testamento dati videntur.

* Flo. herede.

† Sic Flo. nec eos audio qui dicunt tollendam negationem.

[b] Exheredato filio pater tutorem dare, & pupillariter substituere potest.

[c] Tutor personæ principaliter, secundariò rebus datur.

† Ampliabis hanc. *l. per. l. ij. §. filius.] ad Tertyl.* vt possit intelligi in nondum natis. *de quo in l. præcipuè. C. de Impub. & aliis substitu.*

† An filij appellatione nepos veniat, pulchrè Alcia. *li. parad. 1. cap. 14.*

[d] Filij nomine continentur mares, fœminę, nati, nascituri, capti ab hostib.

NEc militẽ liberis recasuris in potestatẽ [a] tutorẽ dare posse, à diuis fratribus rescriptũ est.

Testamento videntur dati, qui sunt dati in codicillis testamento cõfirmatis. Bartolus.

III. IDEM *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

TEstaméto datos tutores accipere debemus etiam eos, q codicillis testamento cõfirmatis [b] scripti sunt. 1 ¶ Sed eos demum testaméto datos accipere nos oportet, qui iure dati sunt. [c]

Pater dat tutorem filio instituto vel exheredato: mater instituto tantùm: & tunc cum inquisitione confirmabitur. Bartolus.

IIII. MODESTINVS *libro septimo Differentiarum.*

PAter heredi * instituto filio vel exheredato [d] tutorẽ dare potest: mater autẽ † nõ nisi instituto: quasi [e] in rẽ potius quam in psoná tutoré dare videatur. Sed & inquiri in eũ qui matris testaméto datus est tutor, oportebit.

Tutor datus à patre non legitimè, confirmatur sine inquisitione: nisi noua causa superueniat. Bar.

Cum à patre datus, quanuis minus iure datus sit, tamẽ sine inquisitione [f] cõfirmatur: nisi si causa propter quam datus videbatur, in eo mutata sit: veluti si ex amico inimicus, vel ex diuite pauperior [g] effectus sit.

Appellatione filiorum cõtinentur posthumi filij, non nepotes: sed appellatione liberorũ etiam nepotes continentur: appellatione vero posterorum omnes descendẽtes continentur. Bar.

V. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI quis filiab. suis vel filiis tutores dederit, etiá posthumæ [h] videtur dedisse: † qa filię appellatione etiá posthuma cõtinetur. [i]

VI. IDEM *libro trigesimonono ad Sabinum.*

QVid si nepotes sint? an appellatione filiorũ † & ipsis tutores dati sint, videndum. Et magis est, vt ipsis quoque dati videantur, si modò liberos dixit.

cæterùm si filios, non continebuntur. [k] Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. Planè si * posthumis dederit: tam filij posthumi quam cæteri [l] liberi continebuntur.

Dies tutelæ cedit ab adita hereditate, & immediatè illa potestas transit à testatore in tutorem. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

TVtores non † ab herede, sed à testatore protinus proficiscuntur, [m] simúlque [n] aliquis heres extitisset. * Nam & ipse heres tutor dari potest: & post mortem heredis tutor rectè dari potest.

Vnumquodque per id quod ligatur, per contrarium dissoluitur.

VIII. VLPIANVS *libro vigesimoquarto ad Sabinum.*

TVtor datus, vetari tutor esse potest vel testamento, [o] vel codicillis. [p] 1 ¶ Sed si sub cõditione fuerit tutor datus, deficiente conditione tutor nõ erit: 2 ¶ Tutorem autem & à certo tempore dari, & vsq; ad certum tempus [q] licet & sub cõditione, [r] & vsque ad conditionem.

In tutelæ datione attenditur etiam nouissima scriptura. Bartolus.

3 ¶ In tutoris dationem vtrum leuissima [s] conditio, an nouissima, [t] vt in legato, spectanda est? [u] vtputa: *Titius cum poterit, tutor esto. Titius, si nauis ex Asia venerit, tutor esto.* & Iulianus libro vicesimo Digestorum rectè scripsit nouissimam scripturam esse spectandam.

Non valent disposita in testamento, nisi adeatur hereditas saltem per vnum ex pluribus. Bartolus.

IX. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

SI nemo hereditatem adierit, nihil valet ex his quæ testamento scripta sunt. Si verò vnus ex pluribus adierit, tutelę statim valent: [x] nec expectandum erit vt omnes hereditatem adeant.

l ¶ *Quàm cæteri.* scilicet nepotes & alij nasciturí, non nati: ne sit contra *infra de verb. sign. l. nomen filiarum.*

TVtores.] CASVS. Tutoris datio proficiscitur à testatore principaliter, licet secundariò proficiscatur ab herede: quia non aliter valebit datio, nisi heres hereditatem adeat: *vt infra in. l. ix.* quam hic coniungas: & est plana. Viuianus.

m ¶ *Proficiscuntur.* vt cætera quę relinquuntur. H.

n ¶ *Simul atque.* id est postquam. H. *& facit infra eo. l. si nemo.*

TVtor datus.] CASVS. Filio meo tutorem dedi: postea vetui in testamento vel codicillis ne tutor esset. certè non est amodo tutor. sed si dedi eũ sub conditione, ea deficiẽte non erit tutor. & postea ponit quatuor modos quibus potest tutor dari. postea dicit quòd in donatione tutoris nouissima scriptura valet. sicut & in legatis. Viuia.

o ¶ *Testamento.* aliàs secus: *vt supra titu. j. l. muto. §. j.*

p ¶ *Vel codicillis.* testamento confirmatis: *vt institu. de codicil. §. j.* Vel fortè [b] aliud in hereditate cum tractatur de ademptione.

q ¶ *Certum tempus.* Transit igitur ad tempus in potestate tutoris, sed non in potestate patris: *vt supra de adopt. l. quæsitum.* sed alia est potestas vnius quàm alterius. nã multis modis dicitur: *vt infra de verb. signific. l. potestatis.*

r ¶ *Et sub conditione.* dic testamento: *vt institut. quibus mod. tut. fi. §. sed si ad certam.*

s ¶ *Leuissima.* hoc in libertate.

t ¶ *Nouissima.* hoc fit in legato [c]: *vt infra de condi. & demon. l. quod traditum & l. sequen.* & dic vt ibi.

v ¶ *Spectanda est.* sic *infra eod. l. si hereditas. §. j.* & hoc nisi prima deroget alij. *vt infra de lega. j. l. si mihi & tibi. § interdum. & de lega. ij. l. si quis. in prin.* licet sit arg. contra *infra de codicil. l. diui. §. licet. & facit. C. de pact. l. pacta nouissima.*

x SI nemo.] *Statim valent.* id est tutor statim est tutor, nisi fuerit datus posthumo, quoniam incipit eo edito: *vt. j. eo. si nemo, § si.* ¶ Item no. hic inspiciendum [d] tẽpus aditę hereditatis, an quis possit esse tutor: & sic regula [e] Catoniana non pertinet ad tutoris

[a] Filiis an liberis tutor detur, multum interest. Posteriore enim casu nepotibus dari intelligitur non priore. *vt hac lege.* Quod verũ maximè, vbi homo litteratus, iurista, vel aliás intelligẽs, vtitur his verbis, vt qui horũ verborum differentias teneat. Sed quid si Idiota aut rusticus his vocabulis vsus sit? dicendum est rusticum præsumi hãc vocũ varietatẽ ignorare: atque ita, Idiotam si filiis tutorem dederit, æque tutorem nepotibus dedisse intelligi, ac si liberis dedisset. Et hãc quidem in modum hãc Glossam accipio. Et tamen Bartolus putat, eadem hic in rustico dicenda esse, quæ in perito.

* Rectè sic Florent. perperam Haloand. posteris.

† Inspicitur tempus quo tutor datur, nõ quo testamentum confirmatur.

* extitisset

[b] Codicillis testamento confirmatis tutela adimi potest: hereditas non potest *vt hic.* hoc ideo, quia institutio heredis vires à seipsa assumere debet, ideoque codicillis neq; dari neque adimi potest, quia ex testamento dependeat. *l. quod per manum. j. de iure codicillorum.* sed tutela pendet ex testamento & requirit aditionem hereditatis *l. prox. j.*

[c] Scriptura nouissima seu posterior attenditur in tutelæ datione vt & in legato *vt hic* nisi prima sit derogatoria. *l. si quis in principio testamenti. j. de legat. j.*

[d] Tempus tutelæ cedit à die hereditatis aditæ (non à die mortis vt in legatis) vt & cætera quæ ad heredem non transeunt Bartol. *hic.*

[e] Regula Catoniana locum non habet in tutela.

dationem: ſicut nec ad legata vel hereditates: quorũ dies cedit ab adita hereditate: *vt.j. de regu. Cato. l. antepenul.* ¶Sed quid ſi ſolus pupillus eſt inſtitutus cui eſt tutor datus? Videtur perplexio[a] ſiue inſolubile. Sed poteſt dici ꝙ auctoritate iudicis adeat. *argu. C. de iure delib. l. ſi infanti. in fine.* Vel dic quòd dabitur curator[b] ad hereditatẽ adeundam: *vt. C. de adminiſt. tut. l. cũ quidam.* Vel[c] dabitur ſibi alius tutor: *vt habes expreſſè ſtatim. j. l. proxima, vbi ponitur hic caſus. & facit ad leg. iſtam. j. de bo. liber. l. ij. §. ſi patronus. & j. de manu. teſta. l. teſtamento. & l. ſi legato. & infra ad Trebel. l. ita. §. ij. & ſi quis teſta. liber eſſe. l. j. §. ante aditam. & infra de contra tabu. l. vind. in principio. & infra. l. proxima. in princip.*

Pendente aditione hereditatis poteſt dari tutor pupillo. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro trigeſimoſexto ad Sabinum.*

SI hereditas nõdum adita ſit, ex qua tutor ſperatur: verius eſt alium tutorem poſſe dari,[a] quaſi nondum ſit, nec ſperetur.

In tutelis attendimus nouiſſimam ſcripturam. Bartolus.

1. ¶ In tutelis teſtamẽtariis id ſequimur quod nouiſſimũ eſt: & ſi ſæpius tutor[b] datus ſit, nouiſſimam ſcripturam intuemur.

Si nepos viuo auo incipit tenere locum ſui: ſicut confirmatur teſtamentum per. l. Velleiam, ita tutelæ datio. Bartolus.

2. ¶ Qui † filium, & ex eo nepotẽ habebat, ſi nepoti tutorem dederit, habet diſceptationem, an aliquo caſu nõ ſit vtilis datio: vtputa ſi proponas filiũ viuo patre deceſſiſſe, & nepotem ex eo ſucceſſiſſe[c] viuo auo.[d] Et fortiùs dicendum eſt tutelam quoque è lege * Iunia Vellea confirmatã. Nam & Pomponius libro ſextodecimo ex Sabino ſcripſit valere tutoris dationem. Cùm enim confirmatum ſit[e] teſtamentum, conſequenter tutoris quoque datio valebit in eo teſtamento ſcripta, quod valet: id eſt vbi nepos vel heres inſtitutus ſit vel nominatim[f] exheredatus ſit.

Inhabilis datus tutor, intelligitur datus cum fuerit habilis.

3. ¶ Si furioſus teſtamẽto tutor detur, ſi quidẽ cũ furere deſierit, tutorem eſſe rectè datum Proculus exiſtimat. Quòd ſi datus ſit purè, negat Proculus valere dationem. Sed eſt verius, ꝙ & Pomponius ait, rectè videri datum: & tunc fore tutorem, cum ſapere cœperit.[g]

Seruus alienus poteſt dari tutor ſub conditione libertatis: & ſi ſimpliciter datur, in dubio videtur ei data fideicommiſſaria libertas. Bart.

4. ¶ Seruus alienus ita dari tutor poteſt: *Si liber erit,*[h] *tutor eſto.* Quinimò & ſi purè datus ſit, videtur ineſſe hæc conditio, *cum liber erit.*[i] Poteſt autem quis & extraneo ſeruo defendere ex hac cauſa fideicõmiſſariam libertatẽ. Quid enim intereſt, ſuum ſeruũ, an alienum tutorem ſcripſerit:[k] cũ † pupilli fauore & publicæ vtilitatis adſumpta libertas ſit in perſona eius qui tutor ſcriptus eſt? Poteſt igitur & huic fideicõmiſſaria libertas defendi, ſi voluntas apertiſſimè non refragetur.

Spes teſtamentaria facit ceſſare legitimam, & locus erit datiuæ. Idem ſi teſtamentarius deſiit eſſe naturaliter vel ciuiliter iudice hoc principaliter agẽte. Secus ſi deſiit eſſe naturaliter vel ciuiliter iudice principaliter hoc non agente: quia tunc legitimus ſuccedit, ſed non ſuccedit ibi, ſi aliquis ex teſtamentariis ſuperuiuit. hoc dicit Bart.

XI. IDEM *libro trigeſimo ſeptimo ad Sabinum.*

SI quis ſub conditione vel ex die tutorem dederit, medio tempore alius tutor dandus eſt,[l] quamuis legitimum tutorem

SI hereditas.] CASVS. In teſtamẽto in quo inſtitui mihi heredẽ, dedi tutorẽ filio meo: heres differt adire hereditatem: & ſic non poteſt interim adminiſtrare tutor. certè alius tutor dari poterit à iudice. Secundò dicit quòd nouiſsima ſcriptura in tutoris datione inſpicienda eſt. Tertio dicit: inſtitui mihi heredem filium meum in mea poteſtate conſtitutum, & filium ſuum ei ſubſtitui qui etiam erat in mea poteſtate: & ei meo nepoti tutorem dedi. certè ſi filius prædictus me viuo exeat de mea poteſtate, valebit tutoris datio: & confirmatur ex. l. Velleia. & quod dixi in nepote ſubſtituto: idem eſt in eo qui inſtitutus eſt, vel exheredatus. [SI FVRIOSVS.] Dedi tutorem filio meo quondam qui erat furioſus, cũ deſierit furere. certè valet datio. Si autem do eum ſimpliciter, erit tutor cum furere deſierit: licet quidam dixerint nõ valere dationem. [SERVVS.] Seruum alienum ita dedi tutorem filio meo: Stichus ſi liber erit. tutor ſit filio meo. certè bene valet datio. ſi autem ſimpliciter eum dedi, intelligitur cum liber erit & heres meus tenetur luere, & manumittere. Viuianus.

a ¶ *Dari poſſe.* à iudice: & ſic datiua[d] hic præcedit teſtamentariã: cum teſtamentaria ſoleat omnes præcedere: *vt. j. eo. l. ſi quis ſub conditione. dicam. & facit Inſtit. de Attil. tut. §. idem ſi pure.*

b ¶ *Tutor datus ſit.* vnus idémque. ſi primo purè, poſtea ſub cõditione, vel econtra: *vt. ſ. e. l. tutor. §. ſi. 2.* Vel dic vnus atque alius. ſed in vltima ſcriptura prior ſit reprobatus. alioquin vterque erit tutor: *vt. C. e. l. ij.* licet ſecus ſit in datione procuratorum: *vt. ſ. de procura. l. ſi quis cum. § ſi.* [ADDITIO.] Tu dic ſecundum Bart. quòd licet fuit ſcriptus primò vnus, poſtea alius: tamen quia eodem tempore confirmantur, ideo valet datio vtriuſque. quæ ratio ceſſat in procuratore: *vt not. per docto. in dicta. l. ij. C. eo.*

c ¶ *Succeſſiſſe.* i.[e] in locũ ſui patris deueniſſe, vt incipiat eſſe ſuus.

d ¶ *Auo.* vt *Inſtitut. de exhere. liber. §. poſthumorum.* Vel dic viuo auo. ſ. tempore mortis filij, ſed poſt mortem ipſius aui.

e ¶ *Confirmatum ſit.* Videtur hoc ſtare nõ poſſe.[f] nã aut hic filius & nepos ex eo fuit inſtitutus, vel alter tãtùm. ſi vterq;, malè videtur poni. cũ enim confirmatũ &c. cum ſtatim teneat quod hic dicit in fine. i. &c. nam videtur idem repetere, cum dicit, id eſt &c. ſi autem alter tantùm, aut filius tãtùm: & tũc nepos ſiue ſit exheredatus, ſiue non: mortuo filio & viuo teſtatore deficit teſtamentũ: cum nullus inueniatur in eo heres qui adire poſſit: ergo & tutela deficit: *vt. ſ. eod. l. ſi nemo* aut nepos tantùm: & tunc aut filius fuit exhæredatus, aut nõ. ſi exhæredatus, ſtatim valuiſſet datio tutoris, & malè diceret nepotẽ ex eo ſucceſſiſſe, & cõfirmatum teſtamentum. ſi fuit præteritus: ergo ab initio nullum fuit teſtamẽtum: nec cõfirmatur, licet filius decedat viuo auo: *vt Inſtit. de exhereda. libe. in princi.* licet ſecus ſit in poſthumo præterito: *vt. j. de iniuſto teſta. l. poſthumus.* Si verò neuter, ergo nõ valuit teſtamẽtũ, cũ nec alius fuerit inſtitutus: & malè omnia ponerẽtur ꝙ dicuntur in litera. Ad hoc reſpõ.[a] quòd filius fuit inſtitutus, & nepos ei ſubſtitutus: & ꝙ dicit cõfirmatũ, ſub. ex l. Velleia. ſ. nõ ꝙ ab initio nullũ fuit: ſed quia niſi eſſet legis Velleiæ conſiliũ obſeruatũ, ruptum eſſet. vnde dic cõfirmatũ,[b] id eſt non ruptũ: Vel dic cõfirmatũ, id eſt cõſeruatum. Azo ¶Itẽ cõtraria hęc vidẽtur regulæ Catonianę: *vt. j. de re. Cato. l. j.* Sed nõ eſt: quia regula Cato.[c] non pertinet ad nouas leges: *vt. j. de regu. Cato. l. ſi.* lex autẽ Velleia noua eſt: *vt. j. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. ſi eius qui filium. habebat.*

f ¶ *Vel nominatim.* debebãt autem mares nominatim exheredari: fœminæ poterãt inter cæteros: *vt Inſti. de exher. libe. §. i.* Sed hodie nulla eſt differẽtia: *vt Inſti. de exhere. libe. §. noſtra. ſecundũ.* Azo. Et dicas idem: ſed nõ per omnia idẽ. nam ſi fuit nepos inſtitutus vel cum filio, vel filius exheredatus, non confirmatur: ſed ſtatim valet mortuo poſtea auo. Item ſi fuit exheredatus vterque, & extraneus inſtitutus: mortuo poſtea auo ſtatim valet tutela: *vt infra eo. l. ſi pater.* ſi autem filius tantum fuit exheredatus, tunc teſtamentum aui nullum eſt ſi præmoriatur filius auo: *vt ſupra dixi. & fac. ſ. eod. l. j. & j. de libe. & poſthu. l. filius à patre. & l. ſi quis.* Sed arg. contra. j. de regu. iur. l. pen.

g ¶ *Cœperit.* dic. *vt. ſ. tit. j. l. furioſus. not.* & facit inſtitu. *eo. §. furioſus. & ſupra de iudi. l. cum furioſus.*

h ¶ *Si liber erit.* ſub eadem conditione poteſt heres inſtitui: *vt. j. de condit. Inſtit. l. ſeruus alienus.* ¶Item quod dicit dari, dic à teſtatore: à[d] iudice autem non: nec purè, nec cum libertate: *vt. C. qui tut. da. poſ. l. in ſeruuli.* Accur.

i ¶ *Cum liber erit.* ergo tenet. Sed contra *Inſtitu. eo. §. ſeruus.* vbi dicit non valere. Sol. non valet vt ſtatim adminiſtret, vt ibi: ſed cũ liber erit, ſic: vt hic dicit.

k ¶ *Scripſerit.* quaſi diceret, nihil. & hoc quantum ad ipſam libertatem & tutelam finaliter: ſed tamen in ſuo ſeruo directam, ſi fuerit ſciens. ſi ignorans, fideicõmiſſariam in alieno ſemper fideicõmiſſariam: *vt. C. de fideicommiſ. liber. l. & ſi non adſcripta. & inſtitut. eo. §. ſeruus. & facit. C. eo. l. ſi pupillorum.*

SI quis ſub. CASVS. Si do tutorem ſub conditione, interim alius dandus eſt à iudice, nec vindicat ſibi locum legitimus. nam & ſi teſtamẽtarius attingit tutelã, & poſtea captus ſit ab hoſtibus, vel remotus: vel excuſatus à tutela, non venit legitimus: ſecus ſi mortuus ſit teſtamẽtarius, quia tũc bene habet locũ legitimus. Viuia.

l ¶ *Dandus eſt.* vt *Inſti. de Atil. tut. §. j.*

a Perplexitas in eo conſiſtit. Quod pupillus non poſſit adire ſine tutoris auctoritate: & quod tutor nõ ſit tutor antequam pupillus adeat: atque ita auctor fieri non poteſt.

b Imò, curator auctor pupillo eſſe non poteſt ad adeundam hereditatem. *l. cum in vna. §. tutor. j. de appellat.*

c Dic ſecundũ Dynum exiſtẽtiã ſui heredis confirmari dationem tutelæ. quod & Bartolus probat. *arg. §. poſthumi de hereditatib. ab inteſt. §. ſui. Inſt. de heredũ qualitate. Cyni l. 2. Cod. eod.*

† *Vide quæ ſcripſit du Arẽ. Alc. lib. Diſp. 1. cap. 20.*

* In archetyp. legitur IVNA, Taurellus in aſſunt. Vide Alciat. lib. 1. diſpunct. c. 20.

d Tutela teſtamẽtaria omnes alias tutelas ſolet præcedere.

e Heres viuo ſeu viuenti ſuccedit nemo: Nepos tamen ſuccedere poteſt in locum filii, vt teneat primũ locũ viuo auo. Quod cũ accidit. Nepos nõ dicitur ſuccedere in hereditate, ſed in ſuitate.

f Nam cum dicit confirmatũ, dicere videtur ab initio non valuiſſe.

a Id eſt ad id quod ſuperius dictum eſt, videri hac lege confirmari teſtamentũ quod ab initio nullũ fuerit.

b Confirmari dicitur, quod non rumpitur vel quod conſeruatur.

† *Inſtit. qui teſtam. tut. dar. §. ſeruus autem alienus.*

c Catoniana regula non pertinet ad tutelas, quia earum dies cedit ab adita hereditate.

d Tutor ſeruus an & quatenus dari poſſit, vel à iudice vel à teſtatore.

Pupillus.

a ¶ *Pupillus habeat.* id est habere potest. *sic infra de sta. libe. l. Labeo.*
b ¶ *Abit.* scilicet à tutela. aliàs, abiicit, scilicet iudex eum. ¶ & dic abiicit, id est remouet, vel excusat. *sic infra de legi. tutel. l. tutela. §. quæri. & facit. §. si duo. & l. intestato. & .j. eo. l. idem fiet.* Accur.

pupillus habeat. [a] Sciendum est enim, quandiu testamentaria tutela speratur, † legitimã cessare. 1 ¶ Et si semel ad testamentariũ deuoluta fuerit tutela, deinde excusat[a] sit tutor testamẽtarius: adhuc dicimus in locũ excusati [*] dãdum, non ad legitimum tutorẽ redire tutelã. 2 ¶ Idem dicimus & si fuerit remotus. Nam & hic idcirco abit, [b] vt alius detur. 3 ¶ Quòd si tutor testamento datus decesserit, ad legitimũ tutela redit: quia hic [b] senatuscõsultum [c] cessat. 4 ¶ Planè si duo pluresve fuerint tutores testamentarij: in locum eius qui decessit, vel in ciuitate [d] esse desiit, poterit dari alius. [e] Cæterum si nullus supersit, vel in ciuitate sit: legitima tutela succedit.

Tutor non potest dari certæ rei: sed personæ vel vniuersitati. hoc dicit cũ duabus. ll. sequen. Barto.

XII. IDEM *libro trigesimo octauo ad Sabinum.*

CErtarum † rerum vel causarum testamento tutor dari nõ potest, [f] nec deductis [g] rebus.

XIII. POMPONIVS *libro septimodecimo ad Sabinum.*

ET si datus fuerit, tota datio nihil valebit:

XIIII. MARCIANVS *libro secundo Institutionum.*

QVia personæ, non rei [h] vel causæ datur.

XV. VLPIANVS *libro trigesimo octauo ad Sabinum.*

SI tamen tutor detur rei Africanæ, [i] vel rei Syriacæ, vtilis datio est. hoc enim iure vtimur.

Indefinita in singulari vel etiã in plurali plata, in tutelis æquipollet vniuersali. nõ tamẽ cõprehendit eos de quib. cõstat testatorẽ nõ sensisse. Bart.

c ¶ *Quia hic senatusconsultum.* scilicet innominatum: *vt supra tit. j. l. complura.* & dicebat quòd quãdiu locus est testamentariæ, cessat legitima. Accursius.
d ¶ *In ciuitate esse.* Noꝗ æquiparatur mors [d] ciuilis naturali. ¶ Item nota quòd habenti tutorem datur tutor. *sic infra de excusa. tut. l. propter. §. j. & not. supra titu. j. l. solet.* ¶ Item not. quòd testamentaria [b] si est, excludit legitimam & datiuam: sed si ea non est, legitima excludit datiuam. Tertiò succedit datiua deficiente legitima. ¶ Sed quid si fuit testamẽtarius, & desiit? Respond. refert an remaneant reliqui: vt quia excusatus est, vel remotus, & tunc datiua. an nõ: vt quia est mortuus naturaliter vel ciuiliter. & tunc aut aliquis alius testamẽtarius remanet: & datur datiuus. aut non: & tunc legitimus: vt hac. l. ¶ Item quid si fuit legitimus, & desiit? Respon. sequens legitimus erit quocunque modo desinat primus: & *infra de legi. tu. l. tutela. §. fina. & l. sequen.* nam & datiuus iã datus reiicitur superueniente legitimo qui prius non erat: *vt infra de tute. & rat. distrahen. l. si tutor. §. j.* multo magis impeditur dari dum est legitimus. ¶ Item quid si datiuus desiit? Bene venitur ad legitimum, si est: vel ad alium datiuum: *vt argu. dicta. l. si tutor. §. j.* ¶ Sed quid si mater desiit quę tutrix fuit? Respon. [c] siue testamentariam, siue legitimam, siue datiuam dicas, habes respõsionem ex præmissis. sed qualis sit, not. *C. quando tu. mut. offic. fun. Authentic. matri.* Sed hodie videtur quòd ipsa [d] poterit petere quem vult si secundò nubat: *vt in Authent. de nupt. §. si autem tutelam colla. y. & C. ad Tertyl. l. l. omnem. & C. qui pet. tu. l. matris. & fac. j. de administ. tut. l. Lucius. §. penu.*
e ¶ *Dari alius.* vt enim heredibus hereditas non defertur ex testamento & ab intestato: ita testamentaria & legitima non se cõpatiuntur, sed testamentarius cum datiuo sic: vt hic.

CErtarum.] CASVS. Ad vnum prædium non potest dari tutor, vel ad certam causam vel causas. & est ratio: quia personæ datur: tamen bene potest dari ad vniuersitatem rerum certarum. & est ratio: quia personæ datur. & hoc dicit cum tribus. ll. sequen. Viuianus.
f ¶ *Non potest.* quantùm ad hoc vt ita sit tutor sicut disposuit testator: sed integrè ad omnia erit tutor: *vt supra titul. j. qui habet. §. finali.* Azo & Hug. Sed lex infra proxim. dicit contra. & in l. qui habet. est alius casus. Item quod dicit, causarum, est contra. *C. de in lit. dando. tut. l. ad litem.* Solut. ibi tutor, id est curator: de quo constat: *vt infra. de tutorib. & curatoribus datis ab his. l. septima.*
g ¶ *Nec deductis.* sic *supra de vsu & habi. l. plenum. §. j. & infra de liberis & posthu. l. cum quidam.* Accursius.
h QVia persona, non rei. *vt instit. eo. §. certæ.* ¶ Sed contra instit. *de excusa. tut. §. datus. & .j. de administ. tuto. l. cum plures. §. cum tutor.* Sol. ibi secundariò [a], principaliter non, vt hic. in curatore econtra [b]: *vt C. de nup. l. in copulandis.*

XVI. IDEM *libro trigesimonono ad Sabinum.*

SI quis ita dederit *Filiis* [k] *meis tutorẽ do*: in ea cõditione est, vt tã filiis [l] quã filiabus dedisse videatur. Filiorum enim appellatione & filiæ cõtinẽtur. [m] 1 ¶ Si quis filio [n] tutorẽ dederit, & plures filios habeat: an omnibus filiis dedisse videatur? & de hoc Põponius dubitat. Magis autem est, vt omnibus [o] dedisse videatur. 2 ¶ Si quis liberis tutores dederit, vel filiis, & habeat quosdã apud hostes: etiã ipsis dedisse videbitur, [p] si non aliud apertè probetur testatorem sensisse. 3 ¶ Si quis cũ ignoraret se filium Titiũ habere, filiis tutores dederit: vtrum his solis dedisse videatur, quos in potestate scit, an ei quoque quẽ ignorauit se habere? Et magis est vt huic dedisse non videatur, licet nomẽ filiorum admittat & ipsum: sed quia de ipso non sensisset, dicendũ est cessare in personam eius donationem. 4 ¶ Proinde & si certus fuit [q] filium decessisse qui supererat: idẽ erit dicendũ. Nec enim videtur ei dedisse, quẽ obisse credebat. 5 ¶ Si posthumis dederit tutores, hiq; viuo nascãtur, [r] an datio valeat? Et magis est, vt vtilis datio fiat etiã si viuo eo nascantur.

Testamentarij non coguntur à iudice satisdare: sed quãdoque possunt offerre vt soli administrent. ad quod admittuntur, nisi alij etiam offerant idonee, vel iudici cognoscenti aliud videatur. quod si plures simul offerunt, idoneior eligitur. Bartolus.

XVII. IDEM *libro 35. ad Edictum.*

TEstamento datos tutores non esse cogẽdos satisdare †

i SI tamen.] *Rei Africanæ.* hic datur cuidam vniuersitati [c]: & sic non obstant. ll. præcedentes.

SI quis ita.] CASVS. quinque dicit. Primò si dedi filiis meis tutorem, videor dedisse & filiabus. Secundò dicit, si dedi filio meo tutorem non adiecto nomine filij, & plures habeo filios: omnibus videor dedisse. Tertiò dicit quòd quando filiis meis tutorẽ do: videor etiam dare illi filio qui est apud hostes. Quartò dicit: credebã filiũ meũ Titium mortuum esse, cùm viueret, & dedi tutores filiis meis. certè illi non videor dedisse. Quintò dicit: si do tutores posthumis, & ipsi postea me viuo nascantur, nihilominus valet datio. Viuianus.
k ¶ *Filiis.* secus si dixisset, filiabus: quia fœmininum non cõcipit masculinũ: *vt. j. de leg. ij. l. ij. ita scriptum.*
l ¶ *Tam filiis.* natis & nascituris: *vt. s. eod. l. si quis.* sed si [d] posthumis dixerit, nõ cõtinentur iã nati: *vt infra de verborum signific. l. nomen filiarum.*
m ¶ *Continentur.* sicut fratrum appella. continetur soror: *vt supra de pactis. l. tres fratres.* Azo. & *facit infra de verbo. significa. l. si quis mihi. & l. filij appellatione.*
n ¶ *Si quis filio.* non expresso proprio nomine.
o ¶ *Omnibus.* sic *infra de verbo. significa. l. Seruius ait. & infra de lega. j. l. qui filiabus. §. si quis. & de lega. ij. l. si plures. & de lega. ij. l. si ita legetur. in principio. & infra ad Trebel. l. fina.* Sed contra [f] *infra de libe. & posthu. l. nominatim.* Sed non obst. quia exheredationes [g] odiosæ sunt: *vt eodem titulo. l. cum quidam.* H. Item facit in authen. *vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc. col. vni.*
p ¶ *Videbitur.* si redeant: & hoc propter ius postliminij: *vt arg. s. de adop. l. si pater. circa princip.*
q ¶ *Certus fuit.* facit [h] ad hoc. infra. *de his quæ in testam. delen. l. j. §. & ideo & supra de contrahen. emp. l. fundi. & de transact. l. cum Aquiliana & infra de liberis & posthum. l. Titius in princip. & C. de testa. mili. l. sicut. & l. si ccum. & infra de suppel. lega. l. Labeo.*
r ¶ *Nascantur.* videbatur contra, quia mentione postu. [i] facta non continetur iam natus: *vt infra de verb. signific. l. nomen filiarum. & facit infra de libe. & posthu. l. commodissimè. & C. de posth. heredi. l. fina.* Accursius.

TEstamento.] CASVS. Tutores testamentarii non debent satisdare rem pupilli sal. fo. in casu tamen habet locum satisdati o-

r. c. epis- ... drue ... iteã r- ... ii. stem. ... y. t. &
s natu- ... ciuilis ... do. ... dandũ.
b Tutela testamentaria legitimam & datiuam: legitima ... & dati ... legitima ... exclu-
l. pen. su- ... l. proxi.
† hinc colligũt ... em à pa- ... ũis præ- ... etiam in ... maternis ... o tamen ... um ad l. ... l. de con. ... t. Peckiũ ... am. con-
c Dic eo casu ... esse da- ... tutelæ, ... Authen ... tamentũ ... tute- ... quando ... tutela ... fugi pos-
a Tutor potius ... ad secũ ... ptias trã- ... dandus ... sic. adde ... in No- ... Nuptiis. ... em tute-

a Tutor datur rei secundariò: personæ principaliter, & primariò.
b Curator datur rebus principaliter: secundariò, personæ.
c Tutorem rebus quæ sunt in certa aliqua villa dari non posse hinc colligit Iacob. de Aretio. Contra, dari posse curatorem rebus quæ sunt in certa prouincia vel ciuitate habente territorium & iurisdictionẽ.
d Posthumorũ appellatione nõ continentur, iam nati. sic itaque tutores, posthumis dati, iam natis dati non videbuntur.
e Fratris appellatione continetur soror in tutoris, datione.
† Concor. Gl. in verbo, & testimonio. ibi tutori date in testamento sue sufficit testimonium patris. c. episcopũ. 9. q. 2.
f Filiis nullo expresso nomine singulari datus tutor, omnibus datus intellegitur. Filiis exheredatis, hoc modo nullus exheredatus intelligitur. Cur ita? vide hanc Glossam.
g Exheredationes odiosæ sunt.
h Certus dicitur quis de re aliqua vehemẽtem opinionẽ habet: vnde colligunt, Testem qui interrogatus quemadmodum sciat, responderit, se scire quia certus sit, non probare: cum non deponat ex sensu corporeo: cum possit esse certus ex vehementi opinione quæ potest esse falsa: licet non dicatur falsus.
i Posthumi appellatione, is qui iam natus est continetur.

d ¶ *Quod.* scilicet interesse, & vltra[m] etiam: *vt. s. de in litem iuran. l. ij. & l. si tutor.* Azo. ¶ Sed quando iurabunt? Respon. in actione tutelæ, & sic finita tutela: *vt infra de tut. & rati. dist. l. nisi. & C. de in lit. iuran. l. penul. & argu. infra de ma. test. l. si ita fuerit. & de fideicommissar. lib. l. si pure. in fi.* ¶ Item quis? Resp. alius tutor vel curator, vel etiam ipse adultus: *vt. s. de in lit. iuran. l. videamus.* Accursius.

e ¶ *Eum oportet.* debet & alia[n] facere antequàm administret, s. satisdare rem pupilli saluam fore: *vt. C. de tuto. & cura. qui satis non dant. l. j. & fi.* (nisi sit testamentarius, vel cum inquisitione datus: *vt in eo. tj. l. non omnium.*) 2. Item debet decreto iudicis accipere res: *vt. C. arbi. tu. l. fi.* 3. Itē iurare: *vt in Auth. vt. ij. qui. §. fi. col. vj.*

f *Possit. C. eod. l. fin. in fi. & l. lex quæ. in fi. & s. de mino. l. ait prætor. §. quæsitum.*

g ¶ *Suum periculum.* sic. j. *ad Trebel. l. mulier. §. sed enim. &. C. eo. l. lex quæ. in fine. & l. fin.*

h ¶ *Præcipiti.*[o] sic. j. *de iure fis. l. edicto. §. cum autem. & de verbo. oblig. l. continuus. §. cum ita. & infra de leg. ij. l. cum quidam. & de iure delib. l. j. in fi. & s. si quis cau. l. iij. §. si quis tamē. & infra de sol.*

a Repertorium pupillare quid sit & quid continere debeat.
b Repertorium pupillare mox fieri debet.
c Mox fieri dicitur quod cōmodè fieri quàm primùm fieri poterit.
d Inuentarium seu Repertoriū pupillare fieri debet in præsentia tabellionum & iudicis: iudicis, inquam, vt fidem faciat inuentarium cōtra debitores: aliàs quātum ad tutorem, sufficit inuentarium fieri coram tabellione.
e Inuentarium semel vna vice fieri debet. Quid si aliquid adiectum bonis reperitur? istum adiicietur inuentario, die adscripta adiectionis.
† Facit hic §. quòd vacante ecclesia præsentes possunt procedere ad electionem vsque ad finem trium mensiū: vt habetur in c. cum nobis. in gl. super verbo reuocare post med. in ver. dicit Ioā.
† Multa in hoc sent. mià graui ces & copiosè Erasm. Chil. 2. Prouer. 1. in prouerb. festina lentè.
f Inuentarium bonorum pupilli facere tenentur omnes tutores, etiam honorarii & dati causa notitiæ, & cur.
g Indefinita, indefinitè intelligenda.
h Tutorib. honorariis & notitiæ causa datis solui potest.
i Tutores honorarii & notitiæ causa dati tenētur de periculo rei pupillaris.
k Tutores honorarii & notitiæ causa dati communionē habent in tutela, licèt non administrent.
l Hoc restringit Albericus ad tutorem generalem, vt non comprehendatur tutor ad vnum articulum datus.
m Tutor non faciens inuentarium tenetur ad interesse & vltra etiam, taxato per iuramentum, curatoris vel ipsius adulti interesse finita tutela.
n Tutor quæ facere teneatur antequam administret.
o Tutor nec nimis tarde, nec nimis festinanter vendere

l. ratum. & j. ad Tertyl. l. ij. §. si mater. & §. confestim.

i *Moratoria.* i. longa mora.

k ¶ *Latam negligentiam.* i.[a] latam culpam: *vt infra de verbo. signi. l. magna.* & hoc est speciale vt non veniat leuis. Est & alius casus: *vt. C. arb. tu. l. nomina.* regulariter contra: *vt. C. arb. tu. l. quicquid.* ADDITIO. Dic quòd specialis casus est hic: scilicet quando emit prædia, vt non teneatur nisi de lata culpa secundum Bartolum hîc.

Si tutor pecuniam pupillarem otiosam relinquit, vel in vsus suos cōuertit: tenetur eius pecuniæ vsuras præstare. hoc dicit.

3. ¶ Si post depositionem pecuniæ comparare prædia[l] tutores neglexerunt, incipient in vsuras cōueniri.[m] Quanquā enim à prætore cogi † eos oportet ad cōparandum: tamē si cessent, etiā vsuris plectendi sunt tarditatis gratia: nisi si per eos factū non est[n] quo min[9] cōpararēt. 4. ¶ Pecuniæ[o] quam in vsus suos conuerterunt[p], tutores legitimas[q] vsuras præstant: * sed hoc ita demum, si euidēter doceantur pecuniam in vsus suos conuertisse. Cæterùm non vtiq; qui nō fœnerauit, vel nō deposuit, in suos vsus vertit. & ita diuus Seuerus decreuit. Doceri igitur debet in vsus suos pecuniam vertisse.[r]

5. ¶ Vertisse in suos vsus non accipimus eum qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi non soluit. hic enim eas vsuras præstabit quas patri[s] promiserat.

6. ¶ Si tutor pecunia pupillarem suo nomine[t] fœnerauit: ita demū cogetur vsuras quas percepit, præstare, si suscipiat pupillus cæterorū nominū periculū.

7. ¶ Si deponi oporteat pecunias ad prædiorū cōparationē[u]: si quidem factum est, vsuræ non currēt. Sin verò factum non est: si quidem nec præceptum est vt deponantur, pupillares[x] præstabuntur. si præceptum est, & neglectum[y], de modo vsurarum videndum est. Et solent prætores comminari, vt si non fiat depositio, vel quanto tardius

l ¶ *Prædia.*[b] quod debet fieri: *vt. s. eod. l. ita autem. in prin.*

m ¶ *Conueniri.* etiam sine interpellatione:[c] *vt. C. in quibus cau. in integr. rest. non est neces. l. in minorum.* sic est argu. contra. *infra de verbo. oblig. l. si ex legati.*

n ¶ *Non est.* vt. j. *eo. l. cum plures. §. fin. & j. ea. l. §. vsuræ.*

o ¶ *Pecuniæ.* hic debētur vsuræ centesimæ.

p ¶ *Verterunt.* s. clam Azo. vt habeat locum quod sequitur, & quod est infra *eod. l. non existimo.*

q ¶ *Legitimas.* Imò[d] cētesimas: *vt supra de neg. ge. l. qui sine. §. sed quas.* Sol hic legitimas vocat, id est cētesimas: *vt & ibi dixi. & sic accipitur. C. arb. tu. l. curator. & de vsur. pup. l. j.* Aliàs dicitur legitima[e] quam quilibet secundum conditionem suæ personę potest stipulari: *vt. C. de vsur. l. eos. § super.* & hoc modo dicitur pupillaris quam pupillus secundum cōditionem suam potest stipulari. Accursius.

r ¶ *Vertisse.* sci. vsuras centesimas.

s ¶ *Patri.* nisi essent minores pupillaribus vel in prouincia frequentatis, quando tales præstari debent: *vt infra ead. l. §. ex cæteris.* si enim non vsurarium erat debitum, fiet vsurarium: *vt supra de nego. gest. l. si pupilli. §. fina. & l. diuortio. §. fin. & l. qui sine. in princi.* ergo minor vsura fit maior, vt dictum est.

t ¶ *Suo nomine.* idem si pupilli: *vt infra eo. l. cum quæritur. in fine.* licèt quidam contra. *& facit supra de vsur. l. Caius Seius.* & arg. supra *de procur. l. in causa. in princip. & de oper. lib. l. si ita stipulatio.* ¶ Arg. contra supra *de inoffic. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberi. & j. de colla. bono. l. nonnunquā.*[g] Item facit. s. *man. l. idémque. §. si mandauero.*

u ¶ *Comparationem.* quia sufficiens est ad prædium emendum: *vt s. eo. l. ita autem. in prin.*

x ¶ *Pupillares.* i. quas pupillus pro conditione sua posset stipulari: *vt C. de vsur. l. eos. §. super.* Sed contra. j. *ead. l. ibi, vel si moram, &c. &. §. quæ autem, &c.* vbi dicit legitimā. sed hic corrigitur secundum quosdam. Vel verius dic, id est pupillares: siue præcessit præceptum vt ibi, siue nō. Item quod hic dicit, est verum post, vj. vel duos menses nouiter creato tutore, discesso à veteri: *vt. j. ea. l. §. vsuræ. & l. si tutor constitutus.*

y ¶ *Et neglectum.* & dic centesimæ secundum Hug. sed secundum Azo. pupillares: *vt infra proxim. l. & infra dicemus in glos. ibi. quando.*

debet res quæ tempore pereunt: vt hinc colligas Nimiā festinationem & tarditatem puniri.
a Lata negligentia pro lata culpa.
b Tutor tenetur pecuniam pupilli conuertere in emptionem prædiorū: vel dare ad honestam partem lucri, mercatori, sed quoniā mercatorum, alii grauiores, alii minores vsuras præstant, pupillus eo casu minores petere potest. v. Romanum singulari I. 2.
† Tutor potest cogi ad emenda pupillo prędia, ex pecunia pupilli otiosa: si modo sint aliqua venalia.
* Vsuræ quibus casibus sint concessæ, vide per Panor. in c. conquestus. in c. sal. de vsu. & dec. in c. salubriter. eo. tit.
c Idque operatur fauore pupilli specialis. l. Titia Seia. §. vsuras. j. de legat. 2.
d Legitimę pro centesimis.
e Legitima vsura, pro vsura, quam quis potest stipulari pro conditione suæ personæ.
f Pupillus tenetur omnium nominum periculum suscipere, ita vt non possit vnum velle, aliud repudiare.
g Variare regulariter non licet, maximè vbi est rerum connexitas vel identitas, quod tamen fallit ratione pximitatis, in diuersis iudiciis, & personis.

Legitima-

a Legitimæ vsuræ an pro centesimis an pro pupillaribus.
b Comminatio iudicis vsuras grauiores deberi facit.

a ¶*Legitimæ* i.centesimæ:vt in sequenti casu subiicit.nam dicit idem solent,&c.& postea dicit grauissima.Hug. 2. Sed Azo dicit, i.pupillares:vt & j ea.l.§ ver.vel si moram, &c. & in hoc sit idẽ hic & in sequenti casu,vt comminatio aliquid operetur. hîc pupillares,ibi cẽtesimas,sed cum etiam sine comminatione præstã-tur pupillares:vt in. §. *præcedenti*: ergo non videtur pdesse admonitio nisi fortè in hoc quòd non expectabũtur duo vel sex menses: vt ibi nota. Et pro hoc quòd non expectantur duo menses, facit litera,vel quantò tardius,&c.

b ¶*Sequetur.* scilicet non tanquam validum, sed quasi ab eo tẽpore fuerit in mora, & currat vsura : non quòd comminatio valeat, vt in contrario: *vt Cod. commi. vel epi.&c.*ergo nec sequẽda: *vt supra de testam. tut.l. iure nostro.* Argum. ad hoc supra *de vsur.l.si quis solutioni. §. mora.* Vel dic ibi speciale.

c ¶*Idem solent.*& hic centesimæ.

e Grauissima vsura pro centesima.
d Vsura centesima legitima dicitur.

d ¶*Grauissima*.id est centesima : quæ d legitima quoque vocatur.

e ¶*Et cum alia.* aliàs alia : aliàs aliæ , secundum antiquos qui in datiuo pronunciabant alio: vt ibi , & alio veni,& venit & dic pœnæ, id est mulctæ , quæ est infra *de suspect. tut. l. iij. §. tutores.* sic ponitur pœna pro mulcta. *s. si quis ius di. l. j. in princip.*

f ¶*Summarum.* quas penes se esse confitentur , nec tamen deponunt:*vt. s. in §. si vero factum non est.*

fiat legitimæ[a] vsuræ præstentur. Si igitur comminatio intercessit : iudex qui quando cognoscet decretum prætoris sequetur.[b] 8. ¶ Idem solent[c] facere prætores etiam circa eos tutores qui negant habere ad alendos pupillos penes se aliquid: vt quicquid constiterit penes eos esse, eius grauissima[d] vsura pendatur. & hoc persequi oportere iudicẽ palam est cum & alia[e] pœnæ adiectione. 9. ¶ Residuarum autem summarum[f] pupillares vsuras pendi oportet.

10. ¶ Quæ sint[g] autem pupillares vsuræ,videndum est. Et apparet hanc esse formam vsurarum, vt eius quidem pecuniæ quam quis in vsus suos conuertit[h] , legitimam[i] vsuram præstet. Sed & si[k] negauit[l] apud se esse pecuniam , & prætor pronuntiauit contra eum : legitimas soluere debebit. vel si moram[m] depositioni fecit : & prætor irrogauit ei legitimas. Sed & si dum[n] negat[o] aliquam quantitatem penes se esse , pupillis ad onera sua expedienda imposuit necessitatem mutuam pecuniam legitimis vsuris accipiendi, tenebitur in legitimis.[p] Item si à debitoribus[q] legitimas exegit. Ex cæteris causis secundum morem prouinciæ præstabit vsuras aut quincunces †, aut trientes, aut si quæ aliæ leuiores[r] in prouincia frequentantur.[s]

11. ¶ Vsuræ à tutoribus non statim exiguntur , sed interiecto tempore ad exigendum & ad collocandum , duum mensium[t] . * idque in iudicio tutelæ seruari solet. quod spatium seu laxamentum temporis tribui non oportet his qui nummos impuberum vel adulescentium in suos vsus conuerterunt. 12. ¶ Si vsuras exactas tutor vel curator vsibus suis retinuerint : earum[u] vsuras agnoscere eos oportet. Sanè enim parui refert , vtrum sortem pupillarem , an vsuras in vsus suos conuerterint.

13. ¶ Pecuniæ quæ in arca fuit, etiam heredes curatoris tamdiu vsuras præstabunt,quamdiu non interpellauerint[x].vt loco defuncti curator constituatur.

14. ¶ Si tutor pro cõtutore cõdemnetur , an etiam in vsuras condemnandus sit quæritur. Et placet (vt multis rescriptis continetur,& Papinianus libro duodecimo quæstionum ait) etiam in vsuras eum condemnandum si suspectum facere su-

o ¶*Negat.*extra ius.
p ¶*Legitimis* i.pupillaribus.
q ¶*Debitoribus.*& hic pupillares.
r ¶*Leuiores.*non grauiores legitimis licèt sit consuetudo : *vt. C. de vsur. l. eos. §. nec liceat. & facit infra de le. j. l. apud Iulianum. §. vsurarum. & s. de vsur. l. j.*

a Legitimæ vsuræ pro pupillaribus.

s ¶ *Frequentantur.* subaudi , erunt præstandæ.

† Vsuræ quincunces & trientes quæ dicantur , vide apud Anto. August. lib. 2. Emend. cap. 10. vbi de vsura centesima copiosissimè tractat.

Vsuræ.] CASVS. Si tutor pecu. pup. mutuauit , & eam postea rehabuit : & finita sit tut. & conueniat eum pu.act.tu.& petat vsuras non solum quas habuit tutor à debitoribus quibus mutuauerat , sed etiam eas quas non habuit , quia tardè incepit mutuare ex quo datus fuit tutor : certè iudex non condemnabit eum in vsuras quas non habuit , ex eo quod non habuit & non mutuauit statim cum fuit datus tutor : & parcet ei in vsuris quantùm ad duos menses qui cucurrerunt ex quo fuit datus tutor & non mutuauit. si autem non mutuauit transactis illis duobus mensibus : ita bene tenetur ad vsuras , ac si mutuasset & vsuras habuisset. Et quod dixi in eo qui non mutuauit: idem dico in eo qui mutuauit , sed piger fuit in recuperandis vsuris: ita quod debitor factus est nõ soluendo. nam à termino quem dederat debitori, vsq; ad duos menses nõ tenetur tutor ad vsuras quas sua negligẽtia amisit pupillus: sed postea sic. Hoc autem spatium duorum mensium non datur tutori qui in suam vtilitatem pecuniam pupilli conuertit. [SI QVAS VERSAS.] A debitore pupilli vel adulti tutor vel curator vsuras exegit,& eas in suam vtilitatem conuertit. Certè ad earum vsurarum vsuras tenetur pupillo. Secũdò dicit. Curator meus mortuus est relictis heredibus Titio & Sempronio.& in arca mea erat pecunia. hi heredes curatoris non petierũt mihi dari alium curatorem:& sic non fuit qui mutuaret dictam pecuniam. Certè ipsi heredes non tenentur ad vsuras dictæ pecuniæ. Tertiò dicit: Duos tutores habui. vnus malè administrabat : & alius non accusauit eundem de malè administratis:& hic malè administrãs factus est non soluendo. nunc conuenio alium qui bene administrauit , ex persona malè administrantis. quod bene possum facere quantùm ad sortem in qua tenebatur malè administrans. Sed de vsuris in quibus tenebatur malè administrans,dubitabatur, vtrum teneatur bene administrans? Et dicitur quod sic. & hoc si non tenebatur malè administrans ad maiores quàm ipse. Si autem tenebatur ad maiores, puta quia tenebatur ad centesimas ex eo quod pecu. pu. clam in suos vsus conuertit: vt supra eadẽ. l. §. pecuniæ. iste autem qui conuenitur,tenebatur ad pupillares, de quibus dicitur supra ea. l. §. quæ autem. non tenebitur conuentus nisi ad pupillares, etiam ex persona illius qui tenebatur ad centesimas. Quarto dicit quòd si finita tutela,& ratione tutelæ reddita per tutorem nõ reddat pupillo pecuniam, tenetur ad vsuras. hoc dicit vsque ad finem legis. Viuianus.

* Duorum mensium.

g ¶*Quæ sint autem.* i. quando debeantur.& dic pupillares quas pro conditione sua potest stipulari pupillus:*vt. s. dixi.* ¶ Item no. qd vsura alia[e] cẽtesima alia pupillaris,alia ex consuetudine regionis. 1. ¶ Prima[f] præstatur duobus casibus. s. quãdo cõuertit in suos vsus clam:*vt. s. §. pecuniæ.* Item quando negat se habere ad alendum,& habet in veritate:*vt s. eod. §. idem solent.* Addit. H. tertium quando post præceptum non deposuit:*vt. s. ibi. si præceptum est,* &c. 2. ¶ Secũda præstatur[g] v. casibus. 1 Primo quãdo cõuertit in suos vsus palam: vt subiicit.& apparet.&c. 2. Secundo quando negat se habere,& nõ habet, sed prætor decernit eum habere : quo casu decretum pro veritate accipitur: vt subiicit, sed & si negauit. &c. Tertio secundum Azo. quando post præceptum fecit morã depositioni: vt ibi, vel si moram &c.&. s. ibi, si præceptum,&c. sed hoc casu dicit H. venire centesimam: vt dixi.& hunc tertiũ ponit quãdo non præcessit præceptum. 4. Quartus est ibi: sed & si dum negat.&c. 5. Quintus ibi, idem si à debitoribus,&c. 6. Item adiicit Azo sextum quando non præcedente præcepto iudicis facta est mora depositioni pecuniæ:*vt s. § si verò factum non est.* aliàs h regulariter debetur quæ leuior sit in regione.*vt. j. §. si ex cæteris.*

e Vsura alia centesima, pupillaris , consuetudinaria.

f Vsura centesima præstatur ab eo, qui pecuniã conuertit in suos vsus & ab eo, qui negat se habere ad alendũ & habet in veritate.

g Vsura pupillaris quinque casibus præstatur : & qui illi casus.

h ¶*Conuertit.* palam.
i ¶*Legitimam.* i. pupillarem. Et no. quod incipit. v. casus.
k ¶*Sed & si.*& dic pupillarem. Accur.
l ¶*Negauit.* nec erat: sed decretum[1] pro veritate accipitur. sed si esset etiam à die moræ, vt subiicit: vel si moram, &c. 2. Vel dic[k] q & hic falsò negabat : sed ob aliam causam quàm vt alimenta non præstarentur:& sic non centesima, sed pupillaris currit.

h Vsuræ in dubio præstandæ sunt quæ leuiores sunt in regione.
1 Decretum pro veritate accipitur.
k Et hæc vera.

m ¶*Vel si moram.* non præcedente præcepto iudicis secundum H. secundum Azo. præcedente, vt subiicit. & prætor irrogauit , i. comminatus fuit se irrogaturum. & tamen non debebatur centesima hoc casu secundum eum.
n ¶*Dum.* hic pupillares.

t ¶*Duorum mensium.* ab[b] ingressu tutelæ. ¶ Sed contra infra *l. si tutor constitutus.* Solu. vt ibi. Item post hoc tempus ita demum si potuerit collocare:*vt. j. eo. l. cum plures. §. fin. & C. de vsu pu. l. iij.* Item facit in Authen. *vt iij qui. §. quoniam coll. vij.*
u ¶*Earum vsuras.* tanquam sortis:*vt. j. eo. l. qui negotiationem. §. j. & si. & s. mand. l. idemque. §. si procurator. &. C. de vsu.* pu. l. ij.
x ¶*Non interpellauerint.* quod facere debẽt:*vt ar. s. e. l. ita autẽ. §.*

b Imò ab ingressu tutelæ non fit hîc cõputatio : cùm hic agatur de tutore antiquo. Fiet igitur computatio ex eo tempore, ex quo propter debitoris inopiam cœpit nomen debitoris exigi , & apparuit pecuniam debere deponi vel maiori occupari.

ff. Infort.

si tuto. & .§. *post completum*. sed & interpellatione facta debentur vsuræ si eam heredes consumpserunt: *vt infra de here. instum.l. cum ostendimus.* ¶ Item contra supra *de vsur. l. pecuniæ. §. fina.* vbi inculpabilis[a] est debitor à maiori vsura si creditor decessit. Soluo hic in culpa fuerunt heredes, qui non petierunt curatorem constitui loco defuncti curatoris, quod facere debuerunt ibi non. 2. Vel ibi fœnerator non fuerat dominus pecuniæ. Ioan. 3. Sed dic secundum Azo. quod non est cōtra: quia ibi creditor, hîc debitor decessit: qui differunt: *vt supra de nauti. fœ. l. finali. & de vsur. l. cum quidam §. si pupillo. & facit infra eod. l. tutores. §. qui se.*

a ¶ *Suæ administrationis.* scilicet nomine. Contra *infra ad munic. l. libertus. §. fin.* Sol. ibi loquitur in fideiussore qui rem pupilli saluam fore promittit vnde sufficit[b] ibi, præstare indemnitatem: hîc in cōtutore. ¶ Sed argu. contra huic solu. *j. eod. titu. l. Lucius. §. j.* quare dic esse speciale[c] eo casu quo suspectum facere supersedit: *vt hic & Cod. de vsur. pu. l. ij.* licet posset dici in. l. libertus. loqui non de pœna[d] quæ vsura dicitur, sed de alia licèt lex Lucius. ob. & facit. *j. de magi. conue l. si.*

b ¶ *Debere.* nisi obtulit & deposuit: *vt. j. l. tutor. §. fi.* & consonat *s. de vsu. l. j. §. fin. & . j. eod. l. Lucius. §. quæsitum & . §. fina.*

persedit: & quidem eas demum vsuras cogendum præstare, quas etiam suæ administrationis[a] cogitur. 13. ¶ Sciendum est tutorem & post officium finitum vsuras debere[b] in diem quo tutelam restituit.

Tutor tenetur restituere pecuniam quam credidit adueniente die: nisi in credendo non potuit sibi culpa imputari. Bartolus.

VIII. IDEM *libro vicesimotertio ad edictum.*

SI tutelæ agat is cuius tutela administrata est, dicendum est nonnunquam diem creditæ pecuniæ[c] expectandam: si fortè tutor pecunias crediderit pupilli nomine, quarum exigendarum dies nondum venit. Sanè quod ad pecunias attinet, ita demum verum est, † si potuit & debuit credere[d]. ceterum si non debent credere: non expectabitur.[e]

Tutor debet facere pupillo si potest vt quæratur directa: aliàs actionem vtilem quæri sufficit. Bartolus.

IX. IDEM *trigesimosexto ad Edictum.*

QVotiens tutor pecuniā pupillarē fœnori dat: stipulatio hoc ordine[f] facienda est. Stipulari enim debet aut pupillus, aut seruus pupilli. Quod si neq; pupillus eius ętatis[g] erit, vt stipulari possit, neque seruum habebit: tunc ipse tutor [stipuletur] quíve in eius potestate erit. Quo casu Iulianus sæpissimè scripsit vtilem actionem pupillo dandam: sed & si absens sit pupillus: oportere tutorem suo nomine[h] stipulari, nequaquam[i] ambigendum est.

Debitum ex alia causa, in actionem tutelæ deuoluitur, si tutor debuit & potuit soluere, & pupilli interest quod in actionem illam deuoluatur. Bartolus.

1. ¶ Si paterfamilias eum pro quo fideiussit, tutorem dederit filio suo: officio tutoris conuenit, vt cùm dies pecuniæ præterierit, creditori debitum soluat.

Et ideo cessante eo si pupillus suæ tutelę factus soluerit[k] ex causa fideiussoria: non solūm mandati, sed etiam tutelæ agere poterit. Hoc enim ei imputatur, cur pro se non soluerit. Quod si in diem debitor fuit iste tutor, quibusdam videtur non venire in tutelæ iudicium: si modo is dies post tutelam finitam

a *al. legitur* inculpatus. Nam ad hanc Glossam scribens Albericus: inculpatum, exponit pro sine culpa.

b Fideiussori qui rem pupilli saluam fore promisit sufficit præstare indemnitatem.

† *Subandi* vt cum fluxit dies pecuniæ à tutore creditæ.

c Imò ius est speciale *l. 2. in pr. j. de administra. rerum ad ciuit. pertin.* Dic igitur in dicta lege libertus & d. lege Lucius hic adductis obligatos fuisse actione stricti iuris, & ideo nullas deberi vsuras: Hic actione bonæ fidei obligatos.

d Pœna, interdum pro vsura sumitur.

SI *tutelæ.*] CASVS. Cùm haberet pupillus. xij. ann. tutor eius mutuauit pecuniam pupilli Titio. & dedit ei terminum vsque ad duos annos. finita est tutela adueniente pubertate. antequam venirent dicti dies mutui, agit pupillus contra tutorem, & petit etiam dictam pecuniam: cuius nondum venerat terminus. nunquid debet cōdemnari tutor ad illam? Certè non, si fuit ei licitum mutuare: aliàs sic. licitum autem ei non erat si non fecerat inuentarium. Viuianus.

c ¶ *Creditæ pecuniæ.* secus est si alicui sit obligatus tutor nomine pupilli in diem quando non videtur expectanda dies, sed statim agit: *vt. s. de neg. gest. l. ij. & l. si quis mandante.* licèt quidam contradixerunt ibi. & agitur vt liberetur, vel vt de indemnitate caueatur: *vt. s. man. l. si mandauero. §. ij. & iij.* Accursius.

d ¶ *Credere.* hoc. l. quia fortè nondum fecerat inuentarium, vel nondum satisdederat: *vt. s. e. l. tutor qui ān prin. & .C. de tu. vel cur. qui non satisdedit. l. tutor qui.* Azo.

e ¶ *Non expectabitur.* sic *s. ad Velle. l. aliquando. §. fin.*

QVoties.] CASVS. Si tutor vult mutuare pecuniam: debet facere stipulari pupillum à debitore, vel si est infans, debet stipulari seruus eius. si autem sit infans, & non habet seruū, tunc tutor debet stipulari, vel seruus vel filius tutoris: & acquiretur vtilis actio pupillo. Quid si absens sit pupillus? Solus tutor debet stipulari. [SI PATER.] Titius erat debitor Sempronij: & ego eram eius fideiussor. ego feci testamentum: & dictum Titium principalem debitorem dedi tutorē filio meo. venit dies pecuniæ soluēdæ Sēpronio durante tutela. Certè debet soluere tutor. & si non faciat, & efficiatur non soluēdo, & sic oportuit pupillum soluere creditori, quia fuit heres mei fideiussoris: nō solùm potest agere mādati finita tutela cōtra tutorem suum quondā eundem principalem debitorem: sed etiam tutelæ. melius tamen pro se faciet si agat tutelæ: quia in actione tutelæ erit ipse priuilegiatus in tacita hypotheca: & etiam in personales actiones: & etiam contra fideiussores quos dederat ei tutor pro re eius saluanda, poterit agere. Si autem dies dictæ pecuniæ soluendæ non venerit durante tutela, nō imputatur dicto tutori si non soluat eam suo creditori. & sic actio mandati non conuertetur in act. tutelæ. Item quid si patri pupilli debeat tutor aliquid, & temporali tenebatur actione, & à se non exigat durante tutela? Certè bene tenetur de hoc pupillo act. tutelæ, & perpetuò. sicut enim imputatur tutori si nō exigat ab aliis pupilli debitoribus: ita & si à se non exigat, & plus. nam cum debet exigere ab aliis, necesse est quod proponat contra eos actiones, & dentur dilationes debitoribus ad respondendum vt fieri solet. vnde illud medium tempus tutori non imputatur, sed sibi ipsi, nec est necesse quòd ipse det libellum. vnde non expectantur talia spatia. plus etiam dico, quòd si patri pupilli debuit vsuras maiores quàm pupillus possit stipulari, & non exegit à se durante tutela sortem patri debitam, tenetur pupillo ad illas maiores vsuras. Quid si tutòr fuerit creditor patris pupilli, & est pecunia de hereditate? Certè bene potest sibi soluere: & si non soluat sibi, non tenebitur pupillus in vsuras quæ current medio tempore. ita enim debet soluere sibi sicut aliis creditoribus pupilli. & non debet expectare tutor vt conueniatur à creditorib[a]: ideo statim debet eis soluere ex quo scit eos recipere debere: & si resistat, omnes expensæ erunt super barbam suam. Sed nunquid potest tutor accipere mutuam pecuniam à pupillo cum auctoritate contutoris? Et certè sic.

[CONSTAT.] Pupillo habenti tutorem in hereditate patris, superuenit alia hereditas, & sic fuit adiunctus tutor vel curator. Certè iste adiunctus non debet administrare pristina bona: nisi in hoc accuset primum tutorem si videat eum malè administrare. primus autem tutor bene tenetur administrare in bonis superuenientibus. Viuianus.

f ¶ *Hoc ordine.* hoc[a] videtur hortatiuè dici. nam cum pupillus directam ex sua persona, vel ex persona tutoris vtilē habeat: quid refert[b]? Respōdetur: potest dici vt sit ratio prouerbium illud: melius[c] est meum quàm nostrum. nam cum tutor stipulatur, durāte tutela potest agere nomine suo,[d] & impuberis.[e] finita verò ea neutro. sed cum pupillus habet directā,[f] tutor non experitur suo nomine, sed impuberis tantum: & in ea postularet semper in integrū resti. sed non[g] in ea quam suo nomine intenderet in rem directam, secundum Azo. Et no. ex prædictis quòd soluta est quæstio an valeat stipulatio: sed hic ordo turbatur: quia valet.

g ¶ *Eius ætatis.* quia infans est, qui stipulari non potest: *vt. j. de verb. oblig. l. j. in prin. & l. mulier.* nisi in casu: *vt. j. rem pup. sal. fo. l. seruum.*

h ¶ *Suo nomine.* scilicet tutoris, dicendo[h]: promittis mihi? sed si expressim nomine pupilli vel adulti stipuletur, dico valere, ad similitudinem constituti: *vt supra de constituta pecu. leg. eum qui. §. Iulianus.* ¶ Sed quid si dicat: promittis pupillo? Fortè valet.[i] licèt non inueniatur nisi in constituta pecunia: *vt dicta. l. eum. §. si actori.*[k] *& facit ad hanc leg. Cod. quando ex fac. tuto. l. ij. & infra quando ex fac. tuto. l. ij. & infra de verbor. obligat. si procuratori præsentis & supra de procura. l. mutus. §. si procurator. & infra rem pup sal. fo l. ij. & . iij.* Sed contra supra *de pigne. act. l. solutum. §. finali.* Solutio speciale[l] hic in tutore & curatore: at ibi in procuratore.

i ¶ *Nequaquam.* aliàs est hîc. §. nequaquam. aliàs est hîc lex quæ incipit, Si pater, &c.

k ¶ *Soluerit.* idem si non soluerit, si tutor lapsus est facultatibus: vt subiicit. Accursius.

a Ordo de quo hic agitur consilij est non necessitatis.

b Inter vtilem & directam an aliquid intersit.

c Meum melius est quam nostrum.

d *Subandi* directa.

e *Subandi* vtili.

f Vt quia stipulatur ipse seruus vel eius seruus.

g Imo in ea, vt hic aduersus Glossam notat Albericus: Petrus & Iacob. de Rauēna. Hod tensa, posse peti restitutionē, siue agatur directa siue vtilis idque inspecta origine obligationis.

h Stipulatio quæ fit à tutore nomine pupilli qua forma concipi debeat.

i Hoc ideo, q hic ordo non sit necessarius, sed instructiuus cui[9] omissio non vitiat. *l. nec enim j. de solutionib.*

k *l. 2. j. de stipu. seruor.*

l Imò non est speciale: Dic igitur melius. ibi stipulatur da parte ad eius administrationem nō pertinente: vt quia diuisa erat administratio per regiones.

Ego

a ¶ *Ego & hoc.* præpostera est litera ista: nã illa conditio, si facultatibus &c. refertur ad id quod demonstrat hoc pronomen, hoc: non ad id quod demonstrat verbum, superius: & est illud verum purè. Dic ergo, superius, i. si erat in diem debitor, & finita tutela venit dies, non deducitur in actione tutelæ omnino, & purè verum est: quia nisi dies venit finita tutela, non tenetur tutelę actione: & aliquatenus nõ imputatur sibi non soluere, cum soluere non teneatur ante diem. & hoc vt teneatur tutelæ cum pater pupilli fideiusserat pro eo: ita verum puto, si facultatibus &c. 2. Sed sine interpositione potest legi sic: hoc scilicet proximè a dictum, scilicet quãdo dies venit durante tutela, omnino deuoluatur: puto verum. & superius, i. quod dictũ est in primo casu cum pater pupilli fideiussit purè pro illo. vt teneatur actione tutelæ tutor si non soluit creditori, illud similiter verum puto si facultatibus &c. Ioã. Item bene dicit, cœperit: quia secus si subitò labuntur: *vt.j. eo. l. etiam. & ff. de neg. gest. l. diuortio.*

a Ad proxima fit commodissimè relatio.

b ¶ *Venire.* ad hoc est contra. *ff. de nego. gest. l. diuortio. in fin. & l. qui sine. in princip.* Sed hic b erat obligatus tutor ad liberandum pupillum, vtpote heredẽ fideiussoris: ex qua liberatione vel solutione nihil veniebat in bursa pupilli vnde posset traxisse commodũ: ibi tenebatur soluere bursæ pupilli pecuniã: ex qua pecunia pupillus commodum habere potuisset.

b Id est, ibi debebatur pupillo pecunia: hic à pupillo liberatio debebatur.

† *Citatur in cap. constitutus. in gl. 1. ibi, quia sine actione, extra de elec. adde, l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gestis.*

c ¶ *Effectum hoc habere.* sci. quod dixi deuolui in vno casu vel duobus. Azo.

d ¶ *Et priuilegio.* hypothecæ: *vt. C. de admi. tut. l. pro officio.* & personalium actionũ: *vt. ff. de priuile. cre. l. ij. §. fin. & l. seq.*

e ¶ *Item si temporali.* idem est si perpetua: licet secus dicatur in negotiorum gestorum *vt. ff. de neg. gest. l. diuortio. §. pen. & §. fi.* verum & ibidem dici posse no. Item facit. *ff. de neg. gest. l. at qui natura. in prin.*

superuenit. Quod si dies adhuc durante tutela venit, putãt omnimodo deuolui in tutelæ iudicium. Ego & hoc a & superius ita verum puto, si facultatibus labi tutor cœpit. Cæterùm si idoneus tutor fuit, nihil venire b in tutelæ iudicium. Neque quisquam putet nullum effectũ hoc habere. c namque si quis dixerit in tutelæ iudicium deuolui: & priuilegio d locus est, & fideiussores tenebuntur si rem saluam fore cautum est.

Si tutor permittit expirare actionem temporalem quam pupillus contra ipsum habet, efficitur perpetua actio tutelæ: quia à se exigere debet tutor sicut ab aliis. h. d.

2. ¶ Item si temporali e actione fuit obligatus tutor, dicendum est locum esse tutelæ iudicio, f vt perpetua actio sit. 3. ¶ Et generaliter quod aduersus aliũ præstare debuit pupillo suo, id aduersus se quoque præstare debet fortassis g & plus. Aduersus alios enim experiri sine actione non † potuit, h aduersus se potuit. i 4. ¶ Sed si sub vsuris grauioribus k patri pupilli pecuniam debuit, quàm sint pupillares: videndum est an ei aliquid imputetur. l Et si quidem soluit, nihil est quod ei imputetur. Potuit enim soluere, neç onerare se vsuris. Si verò non soluit, vsuras cogendus est agnoscere quas à se exigere debuit.

Tutor potest sibi & aliis soluere: debet enim bonam fidem agnoscere. Bartolus.

5. ¶ Sicut autem soluere tutor quod debet, m ita & exigere qđ sibi debetur potest, si creditor fuit patris pupilli. Nã & sibi soluere potest, si modò fuit pecu-

f ¶ *Tutelæ iudicio.* si desiit obligatus esse: *vt. ff. de neg. gest. l. qui sine. in prin. & l. diuortio. §. pen.*

g ¶ *Fortaßis.* Imò sine forte: quia e in exigendo alium non imputatur culpa nisi transacto tempore quo agere potuit. in se autem exigendo non datur dilatio quia nec est opus, vt hic dicit Azo.

h ¶ *Non potuit.* plerunque, subaudi. quãdoque enim officio iudicis agitur: vt in restitutione minorum & maiorum, & in expensis litis: vt in salario d aduocatorũ, & in iure incolarũ, quod M. dicit esse actionem. Io. cõtra. sed ius quoddam. Azo. & facit ad id quod dicit. *j. e. l. ant. pe. & ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. fi. & l. sin autem. & ff. de eden. l. j. in prin. & quod me. c. a. l. extat.* & *C. de interdi. l. fi. & ff. de peti. here. sed & si lege. §. pe.* Item est sic. *ff. si ser. vend. l. altius. & de condic. inde. l. frater à fratre. in fi. j. respon.* H.

e In alio exigendo alia seruatur ratio quam in se exigendo.

d Salarium aduocatis, nutricibus, obstetricibus, medicis, & similibus debetur officio iudicis. Spec. in titul. de offi. omn. iud. 4. ...

i ¶ *Potuit.* Igitur e videtur quod naturale debitũ debet à se exigere fi. Infert.

e Tutor exigere à se debitum naturale cogitur.

vt & ff. de neg. gest. l. at qui natura. in prin. non igitur donari dici potest: quia a in necessitatibus &c. *vt. j. de adimen. leg. l. rem legatam.* errant b ergo qui dicunt donari quod datur solo naturali iure cogente: *vt. j. de reg. iur. l. donari.* Accedit ad cõfusionem prædicti erroris quòd bonæ fidei possessor ex hereditate debitum naturale deducit: *vt. ff. de peti. here. l. si quid possessor. §. ij. & j. de solu. leg. Stichum. §. aditio. & j. de dona. l. hoc iure. §. si quis. & ff. de pecu. l. eo tempore. §. etiam.* Sed c econtra si naturale debitum tantùm debeat pupillus tutori, poteritne tutor sibi soluere? non videtur: *vt. j. proxi. §.* ¶ Sed at. contra. *ff. de peti. here. l. si quid possessor. §. j. & j. de sol. l. Stichum §. aditio.*

a In necessitatibus nemo censetur liberalis: id est, Nemo donare intelligitur, id quod tradere necesse habet, seu debet.

b Donari non dicitur, quod datur solo naturali iure cogente.

c Tutor potest sibi soluere qđ pupillus ei debet, etiam naturaliter tantũ.

* per iudicem, semper soluere. tueri enim debet causam pupilli, si iusta est. Idem.

nia vnde soluat: & si vsuræ fuerũt grauiores n quę ei debebãtur, releuabitur eis pupillus: quia tutor se potuit liberare, o sicut aliis quoque soluere & potuit & debuit. 6. ¶ Nec vtiq; p necesse habet, si cõueniatur per iudicem * [semper q] soluere. Idcircoque si mala causa r pupillaris est, denũtiare sibi s verũ debet. Denique imperator Antoninus cum patre, etiam honoraria t eos imputare pupillo prohibuit, † si superuacaneã litem instituissent cum conueniretur à vero creditore. Nec enim prohibentur tutores bonam fidem u agnoscere.

Tutor potest à pupillo mutuo accipere, & seipsum debitorem adscribere. Bartolus.

7. ¶ Non tantùm autem sibi soluere tutor, verumetiam sibi creditam x pecuniã scribere potest (vt Marcellus libro octauo Digestorum scripsit) seq; mutua pecunia poterit obligare, sibi mutuatam scribendo. *

Tutor datus patrimonio superuenienti, non tenetur de anteriori: sed prior tenetur de augmento obueniente. Bartolus.

8. ¶ Constat eum qui ad augmentum datur, vtputa ad bona materna quæ postea accesserunt, y vel ad quid aliud augmentum, administrare bona pristina non solere. Si autem suspectum facere priorem tutorem supersedit, vel satis ab eo exigere, z plectetur. 9. ¶ Per contrarium autem qui datus est simpliciter † tutor pupillo vel curator, si quid postea augmenti accesserit, periculo tenetur: quamuis soleat ad augmentum dari curator. quæ res non facit vt ipsa augmenta non pertineant

k ¶ *Grauioribus.* cęterisimis. s. vt ex re iudi. nõ ex contractu: quia tũc pupillares essent tam graues. Ac. Floren.

† Tutore in expensis condemnato, fieri contra eũ executionẽ debere, hinc colligebatur.

l ¶ *Aliquid imputetur.* si sortem vel vsuras non soluit. H.

m ¶ *Quod debet.* pupillo

n ¶ *Grauiores.* i. graues, quales omnes sũt. Vel dic, grauiores illis quibus potest inueniri mutuo.

o ¶ *Liberare.* i. facere quòd ei desinat actio competere. sic ponitur *j. de accep. l. j.* Accur.

* Hoc mutuato præscribendo.

p ¶ *Vtique.* subaudi, ita demum. Azo. & facit ad hoc. *ff. de neg. gest. l. si pupilli. § fin. & l. debitor. & C. qui da. tu. pos. l. creditor. & Auth. d. minoris.* ADDITIO. Bartol. quærit hic an §. iste & precedens sint correcti per. d. Authen. minoris. quę prohibet debitores & creditores esse tutores? Resp. quòd sic in tutore legitimo & datiuo: in testamentario est magna controuersia. vide eundẽ Bart. in l. propter litẽ. *j. de excu. tut.*

d Verum hic paragraphus. ...correctus.

q ¶ *Semper.* i. non debet semper se vocari facere ad ius: imò debet causam pupilli, si bona est, defendere.

† Tutor simpliciter datus, ad præsentia & futura datus intelligitur.

r ¶ *Si mala causa.* ad quod est. *ff. man. l. idemque §. fideiussores. & l. Quintus. & j. de appel. l. tutor. & C. de admi. tu. l. si bona. & l. non est. & ff. de procu. l. qui proprio. §. litis.*

s ¶ *Denuntiare sibi.* sc. iudici. e ¶ Item fallit. *ff. de act. emp. l. emptorem. circa prin. & ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. j. & C. de aduo. fis. l. pe. & j. de leg. ij. l. qui solidum. §. etiam.*

e Tutor interrogatus in iudicio, veritatem respondere debet, etiamsi faciat contra pupillum.

t ¶ *Honoraria.* i. salaria præstita aduocatis.

u ¶ *Bonam fidem.* sic *ff. man. l. si fideiussor. §. quædam.*

x ¶ *Sibi creditam.* Sic ergo f se auctore obligat pupillo in mutuo. *ff. si cer. petatur. l. singularia.* non idem alias: *vt. j. eod. l. non existimo.* sed pupillum sibi se auctore non obligat: *vt. C. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. fi.* nisi fortè palam faciat, & bona fide: vt infra eo. l. non existimo. ¶ Et adde hic quod not. *C. de contrahen. emp. l. cum ipse.* & *facit ad hoc. j. de aucto. tut. l. pupillus. §. j. & § pupillus. & j. eo. l. tutor rerum.*

f Tutor se auctore, pupillo obligari potest. & ab eo pecuniam mutuã accipere: vt hoc casu sustinere videatur vicem duarum personarũ, creditoris & debitoris.

y ¶ *Accesserunt.* s. pupillo.

z ¶ *Exigere.* repete, supersederit. & *facit. j. eod. l. etiam contutoris.*

& l. Aemilius. Item facit. s. de tut. l. ij. §. pe. & fi. & C. in qui. casi. tu. ha. l. fi. & j. de execu. tu. l. propter. §. fi.

GEneraliter.] CASVS. Ea debet facere tutor circa pupillum, quæ faceret circa se quilibet paterfami. in bonis suis. si ergo non soluat creditoribus pupilli, cum sciat eos recipere debere, nō

ad curam priorum ad quos omnis vtilitas pupillorum debet pertinere. Siue igitur datus est, communicatur periculum cum prioribus: siue datus non est: tenetur administrationis necessitate is qui antea erat datus.

Tutor non videtur defendere qui non facit ea quæ faceret quilibet legitimè defendens. Bartolus.

X. IDEM *libro quadragesimo-nono ad Edictum.*

GEneraliter quotiensunque non fit nomine pupilli quod quiuis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi.[a] Siue igitur solutionem,[b] siue iudicium, siue stipulationem[c] detrectat, defendi non videtur.

In rebus emptis per tutorem qui est inuentus seruus: dominus non habet ius deductionis. Bartolus.

XI. IDEM *lib. 33. ad Edictum.*

CIrca pupillum cuius tutor seruus erat pronuntiatus, diuus Pius rescripsit, in rebus quas ex pecunia pupilli seruus comparauerat, dominum non posse vti prærogatiua deductionis, quod & in curatore[d] obseruandum est.

Durante tutela non potest agi actione tutelæ. Bartolus.

XII. PAVLVS *libro trigesimooctauo ad Edictum.*

CVm plures tutelam gerunt nulli eorum in contutorem actio[e] pupilli nomine datur.

Quæ legitimè & bona fide alienata sunt, non retractantur ex eo quod

videtur eum defendere. & ita tenetur. & idem est si non defendat eum in iudicio. & idem est si non promittat pro eo de damno infecto vicinis suis, cum pupilli domus minaretur eis ruinam. Viuianus.

a ¶ *Defendi.* vt[a] *infra eo. l. à tutoribus.*

b ¶ *Solutionem.* vt[b] *s. l. proxi. §. item. in fi.*

c ¶ *Stipulationem* dāni infecti, vel similem:[c] quod tamen quandoque fallit: *vt supra de procu. l. sed & hæ. §. fina. & l. sequen. & facit. s. de iudi. l. rectè defend. & j. quibus ex cau. in posses. ea. l. hæc autem. §. j. & supra de procur. l. non solum in princ. & l. sed & hæ. §. non solum. & C. eo. l. fi.* Accursius.

CIrca pupillū.] CASVS. Titius fuit tutor Sempronij: & ex pecunia eius ei prędia comparauit. postea tutor fuit petitus in seruitutem, & seruus pronuntiatus. agit pupillus prædictus act. tu. de peculio contra dominum: dominus vult deducere debitum sibi à seruo, sicut moris est, circa illas res quas dictus tutor emit de pecu. pu. debet habere ante partem pupillus & in eis non potest habere dominus aliquod participium ex causa deductionis prædictæ. & idem est in curatore; quod dixi in tutore. Viuianus.

d ¶ *Curatore.* qui seruus est pronuntiatus. *& facit supra de pec. l. ex facto. §. plane. & s. solu. ma. l. si cum dotem. §. fina.*

CVm plures.] CASVS. Si plures tutores administrant tuelam, & vnus eorum ante finitā tutelā vult agere cōtra alios ac. tutelæ: certè nō potest. Secūdò dicit, quod tutor bona fide & legitimè rem pupilli vendidit: & in ea venditione pupillus nō est deceptus in aliquo. pupillus vult eā vindicare. Certè nō potest. si enim minores ita admitterētur ad rūpendos cōtractus per tuto. factos, eis noceret: quia non inuenirent aliquos qui cū eis cōtrahere vellent: & etiā si tutor nō est soluendo, nihilo magis poterit pupillus rescindere dictum contractū. Sed quid si mala fide fuit factus dictus cōtractus, & in eo pupillus deceptus fuit? Alienatio nō valet quantū ad effectum: quia restituetur prædictus pupillus. nec facio vim vtrū sit soluēdo tutor, vel nō. Tertiò dicit quòd si tutor donet histrionibus de bonis pupilli ad hoc vt pupilli fama crescat: quia non donaret de rebus ꝓpriis tutor pro sua propria fama, totū est super barbam suam. Quartò dicit ꝗ tutor datur personæ pupilli & rebus: & quia datur personæ, ideo debet facere quòd pupillus addiscat bonos mores, inueniendo ei magistrū, & soluēdo magistro salarium cōpetens: & si pupillo expedit, debet cōstituere alimēta seruis ac libertis & amicis pauperib⁹ pupilli, & rara munera parētibus & cognatis pupilli mittere: dotare tamen non debet sororē pupilli natam ex alio patre. Vltimò dicit quòd si tutor non potuit fœnerare pec. pup. non tenetur ad vsuras: puta quia non inuenit

[a] Defendere pupillum non videtur tutor qui nō id facit quod bonus paterfamilias faceret. iustam itaq; defensionē colligimus & definimus ex eo quod bonus paterfamilias faceret, seu ex cōsuetudine & more boni patrisfamilias.

[b] Soluendi potestatē habere intelligitur ꝓcurator ad defendēdum datus.

[c] Defendere pupillū tutor intelligitur, non tantū excipiendo, sed & soluēdo, iudiciū aut stipulationem suscipiendo.

aliquos qui accipere velint mutuo. Viuianus.

e ¶ *Actio.* s. tutelæ. nā[a] alia bene datur: & illarū quæ dantur, quædam exerceri possunt durāte tutela: quædā non: *vt. j. de tut. & rat. distr. l. si tutor. §. fi. & l. seq. & insti. de actio. in. §. fi.* Item & accipe ex eadem tutela: secus si ex alia: *vt. j. de suspe. tut. l. ij. §. quæri.* Item adde quod no. *C. eo. l. ij. & l. rationes.* & sic nō ob. *j. rem pupil. sal. fi. l. non quasi. §. hanc.* Item facit ad. l. istam. *j. eo. l. act. u. & l. cum curatore. & de tut. & ra. distra. l. nisi in princ. & §. fin. & j. de suspe. tut. l. tutor. in prin. & s. de procur. l. qui proprio. §. fi. & l. qui duos.*

bona pupilli fuerunt. hoc dicit. Bartolus.

1. ¶ Quæ bona fide à tutore gesta sunt, rata habentur etiam ex rescriptis Traiani & Hadriani: & ideo pupillus rem à tutore legitimè[f] distractam vindicare non potest. Nam & inutile est pupillis si administratio eorum non seruetur, nemine scilicet emente. Nec interest,[g] tutor soluendo fuerit néc ne: cùm si bona fidé res gesta sit, seruanda sit:[h] si mala fide, alienatio non valet.

Non potest tutor propter pupillum suo nomine plus expendere. Barto.

2. ¶ Nimium est, licere tutori respectu existimationis[i] pupilli erogare ex bonis eius quod ex suis non honestissimè fuisset erogaturus.[k]

Circa personam pupilli debet tutor expendere quod moribus honestati & conditioni pupilli congruit.

3. ¶ Cum tutor non rebus dūtaxat, sed etiam moribus[l] pupilli præponatur: in primis mercedes præceptoribus[m], nō quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet: alimenta seruis libertisque, nonnunquam etiam exteris, si hoc pupillo expediet, prę stabit: solennia[n] munera parentibus cognatisque mittet:[o] sed non dabit dotem sorori alio patre[p] natæ, etiam si aliter ea nubere non potuit. nā etsi honestè, ex liberalitate tamen fit, quæ[q]

f ¶ *Legitimè.* cum decreto,[b] si erat res immobilis: vel sine decreto, si mobilis, quæ seruari non potest: quando imputatur tutori si nō distrahat: *vt. s. eo. l. tutor qui. in prin. & §. j.* nec etiā ratione ætatis, nisi sordes vel gratia tutoris interuenit, vel enorme damnum: *vt. s. e. l. tut. r. §. cœperit & s. de min. l. & si sine. §. quæsitum. & l. si ex causa. in pri. & l. pe.* H.

g ¶ *Nec interest.* quātum[c] ad hoc vt valeat venditio, vel non possit vindicari res vendita, vel non: sed quantum ad aliud interest quandoque.

h ¶ *Seruanda sit.* adeò vt detur in pupillū vtilis actio de euictione, re ab aliquo euicta, sed in id demum &c. *vt. s. de euict. l. iiij. & s. de actio. emp. l. Iulianus. §. idem Iulianus. in fi.* §. Itē dic hic loqui in reb. quæ casibus subiectæ sunt, vt prædixi. in aliis etiā pro paruo dāno, licet nō pro minimo: *vt. s. de minor. rest. l. scio. & facit. C. de sat. san. ec. l. iubem⁹. §. sanè.*

i ¶ *Existimationis.* id est quia faciat pro pupilli honore, vel fama, vel laude: *vt. & j. de verbor. signi. l. munus propriè.*

k ¶ *Erogaturus.* alioquin contra: *vt. s. §. j. & est sic ad. l. istam. s. de petit. here. l. sed & si lege. §. si quis. & §. quod autem.*

l ¶ *Moribus.* Imò personæ primò. *vt. j. de cura. fu. l. consilio. j. resp. facit insti. qui da. tu. pos. §. certe. & de excusa. tut. §. datus. & j. de cura. furio. l. consilio. in prin. & s. de offi. pra. l. diuus. §. fin.* Hug.

m ¶ *Præceptoribus.* sic. *j. de do. l. Aquili⁹. & j. vbi pu. edu. l. q. filiū.*

n ¶ *Solennia.* quot modis dicitur munus.[d] & quæ est differentia[e] inter munus & donum, habes *j. de ver. sign. inter donum. & l. munus.* Azo. Item dicit munera non nuptialia: *vt. j. l. proxi. §. fin. & j. de tu. & ra. distra. l. j. §. sed nonnullos.*

o ¶ *Mittet* repete, si pupillo expediat, aliàs non: *vt. j. l. proxi. §. fina.* Azo. ADDITIO. Pro declaratione huius glos. dic secundum Barto. quod hic loquitur de muneribus solitis & consuetis quę ex honestate dimitti non possunt: ibi de muneribus inconsuetis, & quæ secundum honestatem dimitti possunt.

p ¶ *Alio patre.* ¶ Sed quid si ex eodē patre? Res. videt idē. nā paternū[g] est offi. dotare filias: nō maternū[h], nisi in casu: ergo nec fraternum: *vt. C. de do. pro nup. l. fin. & de iure do. l. mater. & de here. l. cognouimus.* Sed ideo sic dicit, qa tūc esset cōmune[i] patrimoniū & ideo ex eo dotāda. Vel si pater assignasset[k] in test. vnde esset dotanda, etiā ex eo esset dotanda. Vel potest dici quod si nihil[l] habet soror ex eo patre nata vnde dotari possit, ꝗ à fratre est dotāda ex[m] probabili causa. Azo.

q ¶ *Quæ.* liberalitas.

[a] Tutelę agi, & quando possit. An constāte, an finita tutela.

[b] Tutor vēdere res pupilli immobiles nō potest, nisi cū decreto: mobiles tēpore perituras sine decreto potest. Imò ei imputatur, si eas non distraxerit.

[c] Vendere, legitimè tamen res pupilli sui tutor potest. Quid si nō soluendo sit? etiā ita potest, siue sit soluendo siue non sit soluendo, rem pupilli legitime potest vēdere. vide tamē Bar. in. l. vlt. j.

[d] Munus quot modis dicatur.

[e] Munus & donum differunt.

[f] Dotare inopē sororem ex eodem patre, seu consanguineā frater cogitur vt & alere: *vt hīc. adde Gloss. l. non omni. 10. ff. hoc titulo. Gloss. l. 1. C. de alend. liberis. Gloss. l. 5. §. 4. s. de agnosc. liberis Gloss. l. qui filium. j. vbi pupillus.* Schenkium. 1. Viridā. n. 2. Guidon. Pa pæ. *singul.* 478. Campeg. *de dote. part. 1. quæst. 25.* Euerard. *in loc. ab alimētis ad dotem.*

[g] Dotare filias pater nō est officium, non maternum. adde Gl. l. 22. in pri. ff. ad Trebell.

[h] Dotare filiam mater regul. tenet non cogitur.

[i] Dotanda est soror à fratre ex cōmuni patrimonio, si tale sit aliquod.

[k] Dotād onus testator, maximè pater, liberis, seu successoribus imponere potest.

[l] Dotar à fratre soror inops debet.

[m] Probabilis causa dotandæ sororis paupertas.

Pupilli

a Donare an & quando poſſit minor.

a ¶*Pupilli erit.* Donatio [a] non ſeruatur, cùm donare non poſſit ſed ſeruatur poſt legitimam ætatem: *vt.C.ſi maior fa.l.fin.§.cum autem.* 2 Vel dic quòd & donare quandoque poteſt minor: quod dic; *vt.C.ſi aduer.dona.l.j.& de admini.tut.l.lex quæ.& de prædiis mino.l.prædia.& d.§.cum autem.& facit ad h.inc.§.ſ.de ritu nupt.l.ſciendum.& j.de Carbo.edi.l.de bonis.§.non ſolum.& de dona.fili.fam.& ſ.de iu.do.l.quæro.& l.fine.& j.eo.l.tutor ad.& de tute.& ra.diſtr.l.j.circa princ.& infra de cura.furio.l.fi.*

ſeruanda arbitrio pupilli [a] eſt.

4 ¶Si tutor pecuniã pupillarẽ credere non potuit, [b] quia non erat cui crederet: pupillo vacabit.

XIII. GAIVS *libro duodecimo ad Edictum prouinciale.*

2 Tutor ſecundum dignitatem [c] facultatéſque pupilli modum ſeruorum æſtimare debet, qui circa eum futuri ſunt.

Quod quis facit de ſuo præſumendum eſt quòd potuerit facere de alieno. Bartolus.

1 ¶Non eſt audiendus tutor, cũ dicat ideo ceſſaſſe pupillarẽ pecuniã, quòd idonea nomina nõ inueniret, ſi arguatur [d] eo tẽpore ſuam pecuniã bene collocaſſe.

Tutor debet ſoluere debita, & expenſas neceſſarias facere. & contutores ſuſpectos arguere: expenſas verò quæ in donationem caderent, facere non poteſt. Bartolus.

2 ¶In ſoluendis legatis & fideicõmiſſis attẽdere debet tutor ne cui non debitũ [e] ſoluat. Nec nuptiale [f] munus matri pupilli vel ſorori mittere. Aliud eſt [g] ſi matri fortè aut ſorori pupilli tutor ea quæ ad victũ neceſſaria ſunt, præſtiterit: cùm ſemetipſa ſuſtinere nõ poſſit. nam ratum id habẽdum eſt. Nec enim eadẽ cauſa eſt eius quod in eam rem impenditur: & quod muneris legatorúmve nomine erogatur.

XIIII. PAVLVS *libro octauo Breuium.*

quam diuisionem alter eorum in exilium datus est, durante tutela.[a] quærebatur, an actore cōstituto,[b] contutor eius partē pupillaris pecuniæ petere ab eo[c] poterit. Modestinus respondit: Si hoc quæritur, an cum tutore relegato contutor eius tutelæ actionem exercere possit, non posse[d] respondi.

Tutor tenetur facere illud quod diligens paterfamilias facturus esset. Bartolus.

XXXIII. CALLISTRATVS *lib. 4. de Cognitionibus.*

A Tutoribus & curatoribus pupillorum eadem diligētia† exigenda est circa administrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet.[e]

Curatoribus constitutis, in eos administratio transfertur, & officium tutoris finitur. Bartolus.

1. ¶ Officium tutorum curatoribus constitutis finem accipit:[f] ideóq; omnia negotia quæ inita sunt, ad fidem curatorum pertinent. ídque etiam diuus Marcus cum filio suo Commodo rescripsit.

Ius eligendi vnum ex reis, transit ad heredes. Bartolus.

2. ¶ Heredib. quoque pupillorum electio[g] eadem aduersus tutores in* quo potissimum consistere velint, competit, quæ ipsis quorum tutela administrata sit.

A *Tutorib.*] CASVS. Ita debet administrare tutor circa res pupilli, sicut facit aliquis bonus paterfa. circa suas. Secundò dicit quòd adueniente pubertate, & pupillo curatores accipiente, tutoris officium finitū est. Tertiò dicit, sicut pupil. habet electionem quem ex tutoribus conueniat, ita & habet heres pupi. Quartò dicit quòd si tutor faciat pro se aliquas expensas ex bonis pupi. illas non reputat pupillo: nisi fortè iudex constituat ei tutori salarium propter onus tutelæ.

e ¶ *Debet.* No. quòd nō dicit, solet: sicut[e] lex dicit in socio: *vt Inst.pro socio.§.fi.& facit.j.de tu.& ra.distra.l.j.in prin.& j.de regu.iur.l.contractus.& C.de peri.tu.l.j.in prin.* Acc.

f ¶ *Accipit.* nisi connexa sit administrationi: *vt.C.vt causæ post puber.adsit tu.l.j.& infra de ap.l.tutor & infra de here.tu.l.j.& infra de tute.& ra.distra.l.tutor post.& supra eodem.l.ita autem.§.si tutor.* 2. Vel dic idem[f] & si connexa fuerit, cum curatores fuerunt constituti, & eis ratio administrationis reddita: *vt.C.arbi.tu.l.tutor.post.& facit ad.l.istam.C.eod.l.j.& de peri.tu.l.fi.& infra eo.l.tutores qui post.§.j.*

g ¶ *Electio.* cōueniendi quem velint eorū qui gesserunt: *vt.C.de di.tu.l.ij.* quia omnes insolidū tenētur: *vt.j.e.l.tutores.in prin.* Verùm si[g] idonei sunt tempore finitæ tutelæ, habent beneficium diuidēdæ actionis: *vt.C.de di.tu.l.j.* secus est in priuilegiis personalis actionis: *vt.j.e.l.ex pluribus.& infra de priui.credi.l.dabimus.§.j.* ADDITIO. Dic quòd istud non est priuilegium, ideo transit ad heredes: ibi secus. & isto modo intelligas secundum Bar. hic.

h ¶ *Nisi ab eo.* hæc exceptio non refertur ad proximum dictum, sed ad id quod dixit sumptuum[a] factorum in tutelam haberi rationem: quod verum est: nisi ab eo &c. ¶ Et quod dicit, certum salarium, sub. pro sumptibus in tutelam erogandis. 2 Vel satis[b] potest tolerari vt referatur ad id quod dixi non haberi rationē sumptuū factorum in tutores, nisi &c. quod bene videtur: quia potuit iudex[c] certum salariū constituere tutori pro remuneratione sui laboris. *sic supra man.l.si remuner adi.in princi.* Non dico ad postulationem tutoris, cum fortè aliàs nollet esse tutor: quia tunc aliud esset: *vt supra de tute.l.in eos.* ¶ Item bene dicit certum: quia[d] incertum peti nō posset: quod dic vt no. *supra man.l.salarium.& l.qui mutuam.§.pen.& C.man.l.salarium.* Azo. *& facit.C.e.l.iij.& infra de tut.& ra.dis.l.j.§.si pupillus & supra man.l.idémque.§.item Labeo.*

i ¶ *Solatium.* aliàs salarium. & ita in libr. domini Azonis.

Expensæ factæ circa personam tutoris non imputantur pupillo, nisi per iudicem salarium ei fuerit ordinatū. Bartolus.

3 ¶ Principalibus * constitutionibus declaratur, sumptuum qui bona fide in tutelam, nō qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet, nisi ab eo[h] qui eū dat, certum solatium[i] ei constitutum fuit.

In causa suspecti tutoris possunt torqueri serui pupilli. Bart.

XXXIIII. IVLIVS AQVILA *libro responsorum respondit.*

AD instruendam[k] diligentiam iudicantis, & pupillorum vtilitatem admittendam, seruos quoque eorum interrogari[l] posse.

Sequens administrator nomina facta à primo non tenetur recipere suo periculo. Bartolus.

XXXV. PAPINIANVS *lib. 2. Quæstionum.*

7 TVtor siue curator nomina quæ iustè putat non esse[m] idonea, à priore tutore vel curatore suscipere[n] quidem cogitur: non tamen exactionem periculo suo facere.

Diuisio qualitercunque facta, non impedit quin de re pertinente ad administrationem vnius contra alium posset obiici compensatio, & dari petitio. Bartol.

XXXVI. IDEM *libro 3. Quæstionum.*

INter[o] tutores diuisa tutela est. æquitas quæ merum ius

AD *instruendam.*] CASVS. Si pu. agat tutelæ cōtra tutorem, & non potest bene aperiri veritas de administratis, serui possunt torqueri ad hoc.

k ¶ *Ad instruendam.* aliàs §. Iulius Aquila. & al. lex, ad instruēdā.

l ¶ *Interrogari.* & torqueri[e]: *vt.C.de admini.tut.& l.lex quæ ibi, nam & boni &c.& infra de suspe.tu.l.fin.& infra de tu.& ra.distr.l.j.§.de seruis.*

TVtor.] CASVS. Titius administrauit tutelam Sempronij, & mutauit pluribus pecu. pupill. & nomina sunt facta non idonea, & interim remotus est à tutela: & Gaius in locum eius positus. certè bene tenetur secundus tutor illa nomina recipere, sed non erunt periculo eius. Viui.

m ¶ *Non esse.* aliàs est non, aliàs deest. nam idonea & non idonea cogitur suscipere, non suo periculo tamen. sed si sponte non idonea accipiat, sibi præiudicat: *vt.j.eo.l.qui nominibus.* In minore autem dic: *vt supra.eo.l.cum quæritur.& j.eo.l.qui nominibus.ij.respond.*

n ¶ *Suscipere.* per cessionem, si priori erant actiones quæsitæ. aliàs per traditionem instrumentorum: *vt.C.de peric.tut.l.fi.& quando ex facto tut.l.ij.*

o INter. Duo[f] erant tutores Titius & Mæuius. diuisa est tutelæ administratio per iudicem, vt Titius Italica, Mæuius Syriaca negotia gerat. agit Titius in decem contra Sempronium debitorem pupilli ex contractu Italico: & Sempronius compensat decem quæ sibi debet Mæuius ex contractu rerum Syriæ videbatur quòd non posset compensare: *vt.C.de compen.l.eius.* Sed contra est inspecta persona impuberis, qui debitor & creditor est Sempronij ex contractibus vel patris, vel sui, vel tutorum: qui omnes[g] vnam personam scilicet pupilli repræsentant. sed in.l. eius, cum diuersis fuerat contractum. ¶ Et secundum hoc quod dicit, nam &c. non inducit alium casum: sed circa eundem reddit rationē. ¶ Et quod in fi. dicit, non debet obstare volenti experiri, id est compensare: & sic[h] qui compensat, experitur. sic & aliàs dicitur experiri qui se defendit: *vt.j.de re iudi.l.sæpe.* Io. 2 ¶ Vel pone[i] secūdum Azo. quòd diuisa fuit à seipsis retento primo casu: vt in prima parte. l. quod autem subiicit, nam: dic, vt dixi, diuisionem tutelæ nō obstare cōpensare volentibus. nā nec agere volentibus obstat. & quod in fi. dicit, experiri, propriè dicit: perinde enī habet

a De sumptibus v. quæ scripsi ad Glossam. *legis sed etsi. 11. §. 1. ad exhibend.*

b Imò hic textus videtur omnino ita intelligendus hoc sensu. Tutorem pupillo suo reputare sumptus in se ac propriam suam personā factos, nisi certum salarium constitutum habuerit.

* Quemadmodum principalibus &c.

c Salarium tutori constitui potest à iudice, vt & à testatore.

d Tutor incertum salarium sibi constitutū à testatore an possit petere.

e Torqueri possunt serui pupilli in causa suspecti tutoris & rationum reddendarum.

f Casum pone ex lectura & interpretatione Ioannis, qui Ioannes putat diuisionem hic factam à iudice.

g Tutores pupilli personam repræsentant.

h Experitur qui compensat & se defendit.

i Secunda huius legis interpretatio ex Azone: qui diuisionem putat factam ab ipsis tutoribus, non à testatore vel iudice.

o

quo ad

quo ad alios agere volentes ac si à nullo fuisset diuisa: *vt. C. de admi n. tu. l. j. & ij. §. si. & de author. præst. an. l. fin. & C. si ex plu. tu. l. j. & ij. & C. de pac. l. debitorum & l. pacto.* Sed[a] certè & in superiori casu quando à testatore vel à iudice, videtur idem, vt non obstet diuisio volentibus agere. & pro hoc est quod dicit quòd hæc diuisio non est iuris. & sic quilibet remanet insolidum tutor omnium rerũ pupilli, licet gestio diuidatur. inde est quòd vni imputatur si alium suspectum non accusat: *vt. C. de diui. tute. l. ij.* & sic creditor qui contraxit cum tutore gerente Italica, conueniet alium qui gerit Syriaca. & cũ eo compensat per. l. istam. æs[b] enim alienum non respicit certi loci facultates: *vt supra de iudi. l. si fideicommissum. §. j. ad Trebel. l. j. §. si heres.* Sed licet quilibet tutor conueniatur ex quolibet cõtractu cõtutoris, vt dictum est: non tamen agit: *vt. ʒ. eod. l. iij. & l. vel in partes. & infra. e. l. Titiũ. §. tutores. & §. fin.* cum quilibet pro rebus suæ administrationis tantùm conueniatur: *vt. j. eo. l. si duo.* & hoc secundum Azo. Sed secundum Hug. nõ placet quòd quando est diuisa à testatore vel à iudice, quòd vnus cõueniatur ex contractu alterius. 3 ¶ Vel dic tertiò[c], secundum H. quòd si tutor Italicus debet ex administratione pupillo decem sub vsuris, sed tutor Syriæ ex persona pupilli alia decẽ debet tutori Italico, fit compensatio ipso iure, vt vsuræ non currant: *vt. ʒ. de compensa. l. idem. §. sed inuicem.* Sed compensatio videbatur differenda, sicut & tutelæ actio differtur nasci: *vt. j. de tute. & ra. distr. l. nisi & l. si tutor. §. fi. & l. seq.* Item & alia ratione, quia videbatur alius tutor agere contra pupillum. pupillus autem compensare volebat quod alius tutor debebat: quod non videbatur posse fieri: *vt dicta. l. eius.* Sed hoc remouet hæc lex. Accursius.

a ¶ *Officium.* quia diuisũ habet officium & personã: quia agẽs gerit personã creditoris, cum contractus sit Italicus ex quo agit: & non personam debitoris quam alius tutor gerit: & ideo videbatur differri vsque ad finem tutelæ quãdo pupillus subit personam vtriusque.

b ¶ *Non iuris.* non[d] enim iure ipso, sed iudicis assignatione [e] inter eos tutela diuiditur Io. & secundum hoc facta fuit à iudice diuisio. 2 Vel dic non iuris, id est vt debita & credita: & iura non ideo diuiduntur à quocunque sit diuisa, sed est diuisio iurisdictionis, id est administrationis. [f] Nec ob. [g] *supra de tute. l. muto. §. tutores.* vbi dicit quòd tutela non est iurisdictionis.[h] sed mixti imperij. nam hic de diuisione, ibi de ipsa tutela dicit.

c ¶ *Et inter ipsos.* s. tutores & pupillum quando à iudice: non verò in præiudicium aliorum. 2 Vel dic inter se tutores tantùm quando à se facta est diuisio. nam nec pupillo nocet: *vt. C. de diui. tu. l. ij. §. fina.*

d ¶ *Debet.* non debent &c. est enim litera suspensiua vsque huc.

TVtorem.] CASVS. Primò ponit regulam, dicens quòd tutor mutans statum durante tutela, secundum diuersitatem personæ tenetur: vt in versi. inde descendit &c. ponit vnum exemplum regulæ. filiusfam. fuit tutor datus cuidam pupillo, & durante tutela fuit emancipatus à patre: sed quòd mutauit conditionẽ tutor, ita tenebitur, vt de eo quod administrauit durante potestate, teneatur pu. in quantum facere potest. de eo quod administrauit post emancipationem à se factam, teneatur in solidum. pater autem eius tutoris tenetur pu. de pecul. filij sui tutoris pro administratione tutelæ quam fecit filius existens in potestate. & potest agere pu. contra dictum patrem de pecu. intra annum vtilem à tempore emancipationis. qui annus incipiet currere à tempore quo pup. potest agere tute. id est finita tutela. & est simile ad prædicta de seruo Titij ab eo præposito ad merces vendendas, vel debita exigenda: quia si perseueret in eodem actu post manumissionem de se factam: de eo quod gessit durante seruitute sua, non tenetur post libertatem, nisi erat connexum ei quod gessit post libertatem. quia tunc tenetur, vt illa separentur. nam & video quòd tutor post libertatem administrans non tenetur ac. tut. nisi postea gesta erant connexa primò gestis. Viuia.

compensationis inducit, propter officium &[a] personam agentis tutoris non differtur. nam diuisio tutelæ, quæ non iuris,[b] sed iurisdictionis est, modum administrationi facit, & inter ipsos[c] locum habet: nec experiri cum pupillo volentibus obstare debet.[d]

Si variatur conditio personæ gerentis, vel eius cuius negotia ex necessitate geruntur: obligationis conditio variatur. Barto.

XXXVII. IDEM *libro vndecimo Quæstionum.*

TVtorem[e] qui tutelam gerit Sabinus & Cassius, prout gerit, in singulas res per tempora velut[f] ex pluribus causis obligari[g] putauerunt. 1 ¶ Secundum quam sententiam seruus institor dominicæ mercis, vel præpositus debitis exigendis, si liber factus in eodem actu perseueret, quamuis tempore seruitutis obligari non potuerit, præteriti temporis nomine actione negotiorum gestorum non inutiliter conuenietur, earum scilicet rerum quæ connexam[h] rationem cum his quæ postea gesta sunt, habuerunt. sic enim &[i] tutelæ iudicium earum quoque rerum causa tenere placuit, quæ post pubertatẽ administantur, si posterior actus priori cohæreat, neque diuisus propriam rationem habeat. 2 ¶ Inde descendit quæstio, quæ vulgò circa filiumfamilias tractata est, qui tutor testamento datus, post tutelam gestã emancipatus in eodem officio[k] perseuerauit. Et secundum Sabini & Cassij sentẽtiam eueniet, vt de eo quidem quod post emãcipationẽ gestum est, in solidum conueniri possit: de præterito autem, siue peculium non sit ademptum, siue ademptum sit, in id quod facere possit.[l] Quod si superioris[m] temporis nomine partem de peculio pupillus conuenire maluerit, (annus enim vtilis ex quo tutela[n] agi posse cœpit, computabitur) ne capiatur[o] pater inducta totius temporis[p] causa, tempus quo filiusfamilias[q] tutelam gessit, cõprehendendum erit.

Inter tutores contumaciter non gerentes habet locum beneficium diuisionis, non autem cessionis. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro duodecimo Quæstionum.*

e ¶ *Tutorem.* liberũ[a] & seruum[b], patremf. & filiumfa. vt probant inferiora.

f ¶ *Velut.* bene dicit, velut. vere enim est vna causa, scilicet tutelæ, sed vt ex pluribus obligatur. Accursius.

g ¶ *Obligari.* scilicet[c] naturaliter tantùm. nã ciuilis obligatio fortè tunc demum nascitur, cum & actio, id est demum finita tutela: *vt j. de tute. & ra. distra. l. si tutor. §. fi.* 2 Vel oritur ciuilis & naturalis obligatio, sed inde non oritur actio, nisi demum finita tutela. *sic supra de pac. l. iuris gentium. §. primo. & habetur. C. de re per. mu. l. ex placito.* 3. Vel subaudi, obligari demum finita tute. Azo.

n ¶ *Connexam.* ergo de non connexis[d] non tenetur. *& sic facit ad princi. l. & adde quod nota. supra de neg. gest. l. eum actum. & l. at qui natura. §. Scæuola.*

i ¶ *Sic &.* ad connexum, non ad. l. princ. inducit simile: *vt hic, & j de tut. & ra. distra. l. si tutor post.* Accursius.

k ¶ *In eodem officio.* nec enim desinit esse tutor: *vt. j. de tut. & ra. distra. l. si. filius.*

l ¶ *Facere possit.* vt. ʒ. *quod cum eo. per totum.* Azo.

m ¶ *Superioris.* nam nomine posterioris temporis pater non tenetur: *vt. j. de tu. & ra. distra. l. si filius tutelam.* Accursius.

n ¶ *Ex quo tutela.* s. demum, non ante: *vt supra quando act. de pecu. est an. l. j. §. annus. sic. C. de præscrip. xxx. vel. xl. an. l. cum notissimi. §. illud.*

o ¶ *Ne capiatur.* id est ne decipiatur.

p ¶ *Totius temporis.* i. si non teneretur de peculio etiam pro tempore post emancipationem. Accursius.

q ¶ *Filiusfamilias.* s. demum: *vt. j. de tut. & ra. distra. l. si filius.* Item contra. ʒ. *de nego. gest. l. Pomponius in fi.* Solu. vt ibi. Item facit supra *pro soc. l. si id quod. §. fin. & supra de tute. l. si filius fami. & C. arbi. tut. l. tutor post.* ADDITIO. Ad legem, Pomponius responde secundum Bartolum hic, quòd in gestione quæ fit ex voluntate, habet locum hæc distinctio, scilicet aut variatur conditio gerentis: aut eius cuius negotia geruntur, per rationem ibi positam: sed in eo qui gerit ex necessitate, dicta distinctio non habet locum: sed in cuiuscũque persona variatur cõditio, variatur obligatio: vt hic. cessat enim ratio istius distinctionis, secundum eundem: Bar. hic.

SI plures.] CASVS. Cuidam pupillo dati fuerunt plures tutores, & nullus eorum administrauit. certè quilibet eorum debet teneri pro parte. & si aliqui ex eis non possunt soluere partem sibi contingentem, alij in hoc tenentur. vnde potest esse quòd nullus eorum potuit soluere partem sibi contingentem præter vnum: & ille fuit conuentus pro sua parte etiam aliorum. nunquid poterit desiderare vt sibi contra alios cedatur actio per pupillum? & dicitur quòd non: quia quilibet tenetur pro sua contumacia. Vrtianus.

a Tertiam interpretationẽ huius legis hic elicere videtur Bartolus ex eodem Azone, hoc sensu, siue diuisio facta sit ab ipsis tutoribus, siue à tutore, siue à iudice, ex persona vtius non posse obijci compensationem & agi cum altero.

b Æs alienum non respicit certi loci facultates sed totum patrimonium.

c Quartam hic interpretationem ponit huius legis ex Hugolino, hac sententia: Tutela constante, contra tutorẽ non posse agi: posse tamen compensationem opponi.

d Tutelæ diuisio quo sensu dicatur non esse iuris sed iurisdictionis.

e Idest authoritate.

f Tutelæ diuisio iurisdictionis est: tutelæ ipsa datio, mixti imperii.

g Seu iuris magni hoc est meri vel mixti imperii sed minimi.

a De cuius tutoris persona hic agitur: l. i. de omni.

b Subaudi negotia gerentis. Nec enim tutor esse potest l. si arrogati. ʒ. de tutelis.

c Tutor ipso gesti seu durante tutela, an obligetur naturaliter tantum an verò ciuiliter: an potius vtroque iure? Dic durãte tutela: obligari naturaliter & ciuiliter, sed actionem eo tempore nondum nasci, sed finita demũ tutela.

d Connexitatis seu connexi ratione tutor facere aliquid tenetur, quod aliàs facere nõ teneretur.

SI plures tutelam non administrauerint, a & omnes soluendo sint: verum quia nullæ partes administrationis b inueniuntur, electioni locus erit? † an vt eiusdem pecuniæ debitores, † excipere debebunt periculi societatem? c Quod magis ratio suadet. d 1. ¶ Si quidam ex his idonei e non sint, onerabuntur sine dubio cæteri: f nec iniquè, cum singulorum contumacia pupillo damnum in solidum dederit. 2. ¶ Vnde quærendum est, an actiones † pupillus ei qui solus conuenitur, g in alterum pro parte h scilicet præstare debeat. Sed cum propria cuiusque contumacia puniatur, qua fronte i poterit hoc desiderari?

Ei qui non potest agere, non imputatur periculum si nomina debitorum sunt effecta deteriora. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro quinto Responsorum.*

TVtores qui post finem tutelæ per errorem officij * durantes, rerum administrationem k retinuerunt: nominum paternorum periculum, quæ post pubertatem adulescentis idonea

* in officio.

a ¶ *Non administrauerint*.i.nullus gesserit.

b ¶ *Administrationis*. nec enim erat diuisa administratio. vel erāt, sed à tutorib. tantùm: aliàs quilibet pro sua parte administrationis tenetur: *vt.C.de di.tut.l.ij.§.j.* imò secundū Azo. nullo modo erat diuisa: nec administrauerunt: vnde omnes tenentur insolidum: nec est primò vnus pro altero conueniendus: *vt.C.si tutor non gess.l.finali & infra eodem.l.tutores.§.in eum.*

c ¶ *Societatem*. vt fiat diuisio.a quod verū est, item vt fiat cessio: quod non erit, vt subiicit hac.l.

a Quemadmodum fit inter socios.

† *Subaudi*, vt pupillus in solidum conueniat quem voluerit.

† Ex causa fideiussoria, vel communi.

d ¶ *Ratio suadet*. vt sit facienda diuisio actionis pro portionibus inter eos, secundum Hug. exemplo eorum qui debent insolidum pecuniam ex fideiussoria causa. Idem hodie si deberent principaliter: *vt in Authen. de duo. reis, in princip. colla. vij.* Sed Azo dixit, dolosis, & contumaciter cessantibus, vt hic erat, non dari beneficium diuisionis. nam qua ratione dolosis non ceditur actio insolidum, nec pro parte: quia proprij maleficij pœnam subeunt: vt hic subiicit. *& infra de tut. & ra. distra.l.j.§.plane.* eadem ratio facit vt nec diuidatur actio. Sed hæc litera contra eum est sequendo Cassium: sed eum excuses: & dicas quod in hoc sit societas, vt vnus ante alium non possit eligi: sed simul, insolidum tamen: *vt euidenter hic videtur dicere, & infra eodem.l.tutores.§.in eum.& Cod.si tu.non gess.l.fin.* Prima placet Accursius.

† *Subaudi* vtiles competentes contra tutores factos nō soluendo: licet sint inanes. Est enim inanis actio quā excludit inopia debitoris *l.nam et. C.de dolo.*

e ¶ *Idonei non sint*. tempore lit. contesta. imò tempore depositi officij: *vt.C.de proba.l.ex persona.& ̄j.de di.tut.l.j.& ̄j. eodem.l. Aemilius.* Azo.

f ¶ *Cæteri*. etiam antequam conueniatur magistratus hoc casu secundum Azo. sed H. primò dicit veniri hoc casu ad magistratum in portionem deficientem: *argu.infra de tu.& ra. distr.l.j.§.planè.*

g ¶ *Conuenitur*. altero non soluendo existente.

h ¶ *Pro parte*. non ergo insolidum. licet extraneo sic. *argum.C.de dolo.l.j.* ¶ Et est hic ar. vt b vni conreo aduersus conreum non sit cedenda actio insolidum, sed pro parte: *vt arg. ̄s.de pecu.l.quæsitū.§.sed si pro parte.& ̄j.de tu.& ra.dist.l.cum pupillus.* Sed posset distingui, aut renuntiauerit beneficio diuisionis: & tunc etiam insolidum debeat cōueniri, & insolidum debeat cedi: alioquin cum poterat petere diuisionem, sibi imputet: quia non nisi pro parte fiet cessio. sed si est renuntiatum, videtur melior conditio prioris soluentis. Sed respon. sic, quia fortè agendo succumberet: *argu. ̄s. de pec.l.quod debetur.* Similis quæstio ̄s. *de noxa. si quis à multis.* Accursius.

b Conreo an sic cedenda actio insolidum in conreum.

i ¶ *Qua fronte*.c non enim debet consequi actionem d ex improbitate sua: *vt. ̄j.de fur.l.itaque.* nisi in casu: *vt. ̄j.de fur.qui vas.§.si ego.* & ita hoc nō potest hîc desiderari propter suum dolum. aliud quando propter culpam communem, vbi ceditur, vel non cessa datur vtilis: *vt infra de tut.& ra.distr.l.si ex duobus.& l.j §.nunc tractemus.*

c *Addec. qua fronte in f.extra de appellat.*

d Actionem ex improbitate sua nemo consequi debet.

TVtores qui.] CASVS. Finita tutela tutores credentes non esse finitam tutelam, nihilo minus administrauerunt: & nomina pu. interim facta sunt non idonea, cum tempore finitæ tutelæ essent idonea. certè non erunt periculo dictorum tutorum. Secundò dicit: Pater dedit curatorem in testamento filio impuberi: & sic non valuit datio: & non debet administrare nisi confirmatus. prętor postea hoc videns, alios tutores in locum eius dedit dicto pupil. certè amodò periculo gestoris non videtur dictus curator teneri. & scias quòd incontinenti ex quo scit se de iure non datū, debet deserere administrationem, & alium dari petere. si autem desereret, & alium nō petierit, tenetur si aliquæ res propter hoc perirent. secus autem est in negotiorum gestore, qui non tenetur alium petere, cum satis est si seruiat amico suo in vna specie. [HERES INSTITVTVS.] Dic vt infra per Accur. infra isto.§. [ADVERSVS.] Tutori mutuaui sua contemplatione, & ab eo stipulatus fui: & ipse in vtilitatem pupilli sui illam pecuniam cōuertit. certè nihilo minus eum potero conuenire. [CVRATORES.] Adulti cuiusdā curatores taliter inter se cōuenerunt, quòd si vnus ex persona alterius damnum patiatur, alter ei refundat. & in hoc pignora inuicē dederunt. adulto postea facto maiore. xxv. an. omnes ipsi curatores soluendo sunt. certè cautio annihilatur. [TVTOR.] Titius datus fuit tutor Sempronio: & volens se excusare à tutela, non fuit excusatio eius admissa: vnde ipse appellauit, & pendente appellatione decessit: & heres prosecutus fuit appellationem & succubuit. certè omnia quæ amissa sunt de bonis pupilli à tempore quo tutor sciuit se datum tutorem, sunt ad periculum istius heredis tutoris. id est ratio: quia non videtur &c. vt dicit litera. [RERVM.] Quidam pup. habens bona in prouincia, & in Italia, habuit vnum tutorem pro prouincialibus: & ille tutor prouincialis venit Romam, & ita in Italiam causa prosequēdi causam quandam appellationis pupillarem. certè antequā reuertatur in prouinciam, debet facere ita quòd pupillus habeat tutorem pro Italicis bonis: & si non faciat, erit eius periculum. & si ipse pecuniam redactam ex rebus Italicis portet in prouinciā, tutor postea pro Italicis bonis datus de ista pecun. administranda non tenetur. &c. h. d. cum sequent.§. [CVRATORES.] Tutores vel curatores inutiliter dati, antequam confirmarentur administrare cœperunt. certè bene tenentur de periculo. & si vnus non est soluendo: alter pro eo tenetur. [TVTORIBVS.] Finita tutela pubertate omnes tutores soluendo sunt. postea omnes decesserunt. certe sicut vnus eorum non poterat pro altero conueniri, ita nec vnius tutoris heres pro alterius herede conuenietur. [IN EVM.] Pluribus datis tutoribus vnus administrare noluit. certe finita tutela in subsidium tenetur pro rebus quas alij administrauerunt sed si communi negligentia aliquid perierit, omnes tenentur principaliter. [TVTORES.] Quamuis tutores post finitam tutelam teneantur complere litem inceptam: tamen si vincant, non tenentur facere mandari sententiam executioni. [AB EO.] Si tutor culpam in administratione committat: adultus postea factus pupillus eius bene potest ei remittere: & habet effectum remissio si adultus in integrum restitui non potest, veluti quia habuit curatorem, & cum eius auctoritate remisit, & in remissione deceptus non fuit. [PERICVLO.] Vide casum istius.§. per glossam infra. [ADVLESCENS.] Cuidam pupillo fuerunt tutores dati: & quia non erant sufficientes administrationi, fuerunt eis adiuncti curatores qui curatores de administratione se non intromiserunt. dictus pupillus fuit factus adultus, & conuenit tutores, & ab eis non potuit exigere totum damnum suum. nunquid potest redire ad curatores prædictos? & dicitur quòd sic. [TVTOR.] Duo fuerunt tutores cuidam pupillo. vnus decessit relicto herede, qui poterat bene pupillo satisfacere. tutor viuens dictum heredem non conuenit: & sic factus est non soluendo. certe ad periculum tutoris est hoc: sicut & illius tutoris periculum est qui cùm videret contutorem male se habere, non fecit eum suspectum. [TVTELA.] Duo fratres erant instituti heredes à patre communi, & eis datus tutor. vnus dictorum fratrum habebat decem annos pone, & alter sex. tempore procedente ille qui habebat decem annos factus est maior quatuordecim. & sic finita est sua tutela. ille cuius finita est tutela, bene potest agere actione tutelæ contra dictum tutorem, quamuis frater eius remaneat in dicti tutoris tutela. [QVOD DE PECVLIO.] Tutor cuiusdam pupilli seruo pupilli administrationem tutelæ certo tempore credidit, & seruus male administrauit: vnde tutor tenetur pupillo ad damnum quod datum est ei per seruum: vt supra eo.l. sine herede.§. item respondit si minus. hic pupillus factus adultus manumisit dictum seruum, & ei peculium donauit. nunc agit dictus adultus contra tutorem quondam pro eo quòd male administrauit dictus seruus. dicit tutor: tu petis à me. x. nomine dictæ malæ administrationis serui tui. cùm manumisisti eum, bene habebat in peculio. x. & illa noluisti tibi remanere, ideo quia donasti ei peculium. debes ergo me liberare per acceptilationem ab eo quod petis. certe optîme dicit tutor quondam. multò ergo magis debet eum liberare si retinuit adultus peculium serui cum eum manumisit.

k ¶ *Administrationem*. non connexam. nam a in connexa tenetur perseuerare vsque ad transactionem tutelæ: in non connexa non. & connexa venit in actione tutelæ: non connexa, si perseueret, in actione nego. gest. *vt. ̄j.de tut.& ra.distr.l.si tutor post.& C.de pe. tu.l.si.& arb.tu.l.tutor post.* Accursius.

a Tutores rerū administrationem quatenus retinere possint & debeant.

Non

fuerunt, præstare cogendi non erunt,[a] cum actionem inferre[b] non potuerunt.

Tutor inutiliter datus, gerens postquam alius fuerit datus legitime, non tenetur. Bart.

1. ¶ Curator à patre testamẽto datus, impuberis negotiis se per errorem immiscuit: postea à prætore tutoribus aliis † datis,[c] periculum futuri temporis ille[d] qui postea nihil gessit, non præstabit. 2. ¶ Qui se negotiis impuberis nõ iure[e] tutor datus, secundum patris voluntatem immiscuit: errore comperto tutorẽ à prætore constitui cõsultius petet: † ne fortè si rẽ cœptam deseruerit, † fraudis vel culpæ[f] causa condemnetur. Non idem[g] seruatur si quis vltro negotium alienum gesserit,[h] cum satis abũdéque sufficiat vel in vna specie per amici laborem domino consuli.

Ea quæ sunt agenda cum persona pertinent ad tutorẽ eius regionis vnde est persona: & ea quæ sunt agenda in rebus, pertinent ad tutorem eius regionis vbi sunt res. Bart.

3. ¶ Heres[i] institutus qui non habuit[k] substitutũ, prius quã hereditatem adiret quã impuberi restituere debuit, vita decessit.[l] cum hereditas in Italia esset, scriptus autẽ heres in prouincia vita decessisset: tutores prouincialiũ rerum culpæ nomine condemnandos existimaui, si causam testamenti non ignorantes, vtilitatem imduberis deseruerunt.[m] nã hereditatis in prodiucia fideicõmisso restituto,[n] causam quidẽ iuris expediri potuisse: rerum[o] autem administrationẽ ad eos[p] recidere debuisse, qui tutelam in Italia suscepissent.

Qui contraxit cum tutore tãquam cum priuata persona, potest conueniri, licet pecunia ad pupillum peruenerit. Bart.

4. ¶ Aduersus tutorẽ qui pupillũ hereditate patris abstinuit,[q] actionẽ denegari non oportet creditori, qui cũ ipso tutore cõtraxit,[r] quamuis tutor pecuniã in rem impuberis verteret.

Sublata causa cautionis interponendæ, tollitur effectus cautionis interpositæ, Bart.

5. ¶ Curatores adulescentis mutui periculi[f] gratia cautionem † inuicem sibi præbuerunt, & in eam rem pignora dederũt. Cum officio deposito soluendo[t] fuissent, irritam cautionem esse factam, & pignoris vinculum solutum apparuit.

Periculum tẽporis currẽtis pẽdẽte appellatione frustratoriè interposita, ad periculum tutoris pertinet. Bart.

6. ¶ Tutor datus aduersus ipsam creationẽ[u] prouocauit. heres eius postea victus, præteriti tẽporis[x] periculũ præstabit: quia non † videtur leuis culpa contra iuris auctoritatem mandatum[y] tutelæ officium detrectare.

Tutor vnius prouinciæ rectè petit curatorem constitui ad causam quæ in alia prouincia agitatur. Bart.

7. ¶ Rerũ prouincialium tutores in vrbe[z] causas appellationis impuberum agentes, rerum Italicarum curatores[a] vt impuberibus constituantur, ad officium suum reuocare debent.[b]

a ¶ *Non erunt.* tẽpore depositi officij. ergo inspicitur si sint idonea nomina, vt hîc quia exactio eorum nõ erat cõnexa prioribus. sic & in collega: *vt. C. de proba. l. ex persona. & ĵ. eo. l. Aemilius.* in seruo iusso reddere rationes tempore contracti mutui, arg. contra. ĵ.[a] *de condi. & demon. l. antepe.*

b ¶ *Inferre.* Nemo[b] enim potest sine actione experiri: *vt. s. eod. l. quoties. §. item si temporali.* Nõ ergo est eis imputandum, nisi[c] essent coniũctæ personę: *vt. s. de neg. gest. l. fin. autem.*

c ¶ *Datis.*[d] Imò curator debuit confirmari: *vt Institu. de cura. §. j.* Sed forte non debuit: *vt. s. de testa. tut. l. pater. in fi. & de confir. tut l. vtilitatem. & l. in confirmando.*

d ¶ *Ille.* s. curator.

e ¶ *Nõ iure.* quod dic *vt. s. de confir. tut. l. ij.*

f ¶ *Vel culpæ.* si alius gesturus erat omnia: vel si nõ certiorauit necessarios pupilli: *vt. ĵ. de eo qui pro tutel. l. j. §. finali.*

g ¶ *Non idem.* & verè non idem: quia nec omnia in eodem statu petuntur. Et quia supra accessit quasi omnia gesturus, & per errorem: hic quasi vnum, & ex certa scientia. Si autem hic quasi omnia gesturus accedat, vel quasi vnum, sed tamen alius erat omnia gesturus, tenetur de omnibus: *vt supra de negot. gest. l. si pupilli. §. fina. & l. sed cum aliquis.* Accursius.

h ¶ *Gesserit.* & perfecit, & alia deseruit. *& facit. C. de neg. gest. l. tutori. & s. de procura. l. qui proprio. §. j. & s. proxi. §.*

i ¶ *Heres.* Pupillus habebat quatuor tutores, inter quos erat administratio diuisa per iudicem vel testatorem, vt duo in prouincia, & duo in Italia administrarent. contigit quòd quidam Italicus homo instituit heredẽ quendam prouincialem: & rogauit eum de restituenda hereditate dicto pupillo. tutores prouinciales debent cogere institutum adire, & restituere verbo: vt ita Italici postea administrent: quod non fecerunt: & institutus interim decessit sine herede: & sic extinctũ est fideicommissum. certe huius culpæ nomine tenentur tutores prouinciæ. Accursius.

k ¶ *Non habuit.* si enim habuisset, à[e] substituto esset præstandũ fideicommissum: *vt. C. ad Trebel. l. non iustam.* relicta[f] enim ab instituto videntur repetita à substituto: *vt infra de leg. j. licet. & de leg. ij. l. cum pater. §. ab instituto.* Arg. contra. ĵ. *de leg. ij. l. j. §. fin.*

l ¶ *Decessit.* & sic euanuit fideicomissum: *vt supra de testamen. tut. l. si nemo. & infra ad Trebel. l. ille à quo. §. j.* sed si adiisset, & ante restitutionem decessisset aliquo herede relicto, non euanuisset: sed eius[g] heres cogeretur restituere: *vt. ĵ. ad Trebellia. l. si eius. §. si quis autem.* at nullo relicto ipso iure transeunt actiones: *vt. C. ad Trebel. l. sancimus. §. fi.* ¶ Si autem heres[h] instituit heredẽ, sed non vult, scilicet heres heredis adire: an possit cogi adire? Respon. *vt not. C. de fideicommiss. l. eam quam.*

m ¶ *Deseruerunt.* nam debuerunt cogere adire & restituere verbo: ĵ. *ad Trebel. l. restituta.* 2. Vel saltem adire, vt non deficeret fideicommissum: vt dictum est. Accur.

n ¶ *Restituto.* id est petito restitui causam, &c. id est de iure potuit peti in prouincia vt cogatur adire & restituere verbo, cum erat prouincialis heres qui cogebatur: aliàs non: licèt sit argu. contra, *infra ad Trebel. l. si legatus. in princip.* Sed ibi Romæ cogebatur legatus, vbi est communis patria & forum: *vt infra ad municip. l. Roma.* Item secũdum hoc non est contra[a] *supra eodem. l. vel in partes. & infra eod. l. Titium. §. tutores.* ¶ Et not. quòd hîc fit restitutio pupillo tutore auctore: vel etiam soli tutori cum pupillus est infans vel absens: *vt. C. ad Trebel. l. sancimus. in principio. & infra ad Trebel. l. restituta. §. fin. & l. seq. & l. sed nec. & facit. ad. §. C. man. l. si maritus. & de pericu. tuto. l. ij.* Accursius.

o ¶ *Rerum autem.* diuisa ergo erat administratio.

p ¶ *Ad eos.* tutores.

q ¶ *Abstinuit.* sic accidit de facto. 2. Vel ideo dicit, quia nõ vult pupillum teneri. aliàs tenetur quãdo est versa in rem suam: *vt. ĵ. dicit.* 3. Vel qui, id est quia, secundum Azo. Accursius.

r ¶ *Contraxit.* non cũ patre pupilli. ¶ Argu. contra.[b] *s. eodem. l. ij.* & dic cum tutore, nomine & contemplatione tutoris tantùm. & sic solus tutor tenetur: *vt. Cod. si cer. pe. l. cum qui. & . Cod. si tut. vel cura. l. pe.* Sed & ipse pupillus conueniri potest cum ratum habet, vel pecunia est in rem eius versa: *vt. Cod. quod cum eo. l. et qui. in fin.* Si autem nomine & contemplatione pupilli tantùm, solus ipse tenetur: *vt. s. de neg. gest. l. si pupilli. §. j.* Si cõtemplatione vtriusque, vterque tenetur *vt ibi no. & facit. Cod. quando ex fac. tu. l. ij.*

f ¶ *Mutui periculi.* vt si vnus ex persona alterius damnum patiatur, alter ei restituat vel rufundat. Hug.

t ¶ *Soluendo.* quia iam alter pro altero conueniri non potest: *vt C. de di. tu. l. j. & de proba. l. ij. & C. in qui. casi. tu. l. fi.*

u ¶ *Creationem.* i. sententiam reprobantem eius excusationem: *vt. C. de excu. l. quanquam.* non ab ipsa creatione: *vt. ĵ. quando ap. sit. l. j. §. si quis tutor.* aliud in aliis muneribus vbi ab ipsa creatione appellatur: *vt. C. de appella. l. hi. qui.* Accur.

x ¶ *Præteriti temporis.* non futuri: quia finita est tutela eius morte:[e] nisi in connexa administratione: *vt. s. eo. l. à tutoribus. §. j. & ĵ. de heredi. tut. l. j.*

y ¶ *Mandatum.* scilicet[d] iniunctum. *& fa. supra de rit. nup. l. si quis. §. quid ergo. & supra eod. l. tutor vel curator. & infra de appel. l. imperator. §. si magistratus. & infra si tutor vel cu. appel. l. j. & ij.* Accursius.

z ¶ *In vrbe.* Romana, per excellentiã: *vt Insti. de iur. na. §. sed ius.*

a ¶ *Curatores.* non ergo dicit tutores; quia tutorem habenti, non &c; *vt supra de testamenta. tute. l. idem fiet.* Sed certè & tutores dari possunt: *vt. C. in qui. casi. tut. ha. l. propter. & facit supra eod. l. qui se. & infra de eo qui pro tit. l. j. §. finali. & supra eodem l. ita autem §. si tutor.* Accursius.

b ¶ *Reuocare debent.* scilicet illi prouinciales tutores Accursius.

a Tutor post mutuũ cõtractũ, mutuũ exigere potest: seruus, nõ potest.

b Experiri nemo potest sine actione.

c Coniuncta persona potest agere pro minore.

d Curator inutiliter testamento datur.

† Tutor non datus legitimè non potest omittere administrationẽ, nisi aliũ eligi faciat, vt ipse liberetur ab administratione.

† Episcopus a nullo crimine potest renuntiare episcopatui. *extra de renun. Gl. in c. nisi cum pridẽ. super verbo, sed dicatur.*

† In hanc sententiã Cic. in orat. pro Rosc. Amer. vbi de iudicio mãdati disserit.

e Fideicõmissum à substituto heredi etiam præstatur.

f Repetita à substituto videntur, quæ relicta ab instituto.

g Hæres heredis instituti, potest cogi hereditatẽ adire, & eã restituere. *adde. l. non iustã. C. ad Trebell. l. tam quã. Co. de fideicom. in ff.*

h Hæres heredis instituti verum adire cogatur hereditatem, & eã restituere: si heres cui fue[...] cessit, mortuus est ante aditã hereditatẽ re[...]tioni ob[...]

a Ibi cõtraxit vt tutor, hic vt principalis. Item ibi contraxit cũ creditorib. hereditariis eius hereditatis à quo abstinuit pupillus, hîc cũ aliis.

† Quæ debet fieri per publi cũ instrumẽtũ. *Bart. in l. 1. in prin. 4. col. & sol. matri.* & quid debeat in ea interuenire, vide Ant. Corse. *in sing. sum in ver. tutor. incip. tutor debet in instrumento. de quo vide apost. ad. l. 1. in ver. genere. s. eo. tit.*

b Verũ pupillus hoc casu possit cõueniri? Dic cõsiderandum esse cuius contemplatione sit cõtractum.

† Appellans frustratoriè nõ est in leui, sed in lata culpa vel dolo. Vnde colligitur cõdemnatũ, in expensis cõdẽnari quoque: nisi ex nouis probationibus condemnatur in causa appellationis. *Bart. hic.*

c Tutela morte finitur.

d Tutelę officium iniunctũ detrectare, nõ leuis culpa est.

ff. Infort. G

a ¶ *Conueniet.* id est admittet conuentionem quam super ea culpa faciet minor.
b ¶ *Venditionibus.* rerum Italicarum, vt aliqua sit dubitatio.
c ¶ *Refectam.* id est redactam.
d ¶ *Et in Kalendarium.* id est in librum in quo scripta sunt nomina prouincialia. Ac.

alioquin si prius in prouinciam redierint, dolum aut culpam eorum in ea quoque parte rectè iudex conueniet.[a]

Tutor datus certæ regioni administrat ea quæ tempore administrationis erant eiusdem regionis. Bart.

8. ¶ Patruus testamento fratris filio tutor datus, cum in Italia domicilium haberet, tam Italicarum rerum quàm prouincialium administrationem suscepit: atque ita pecuniam ex venditionibus[b] Romæ refectam,[c] in prouinciam traiecit, & in Kalendarium[d] pupilli conuertit.[e] tutor in locum eius Romæ[f] substitutus, administrationem pecuniæ quæ non pertinet ad tutelam suam, suscipere non cogitur.

Procuratores tenentur in solidum vt tutores. Bart.

9. ¶ Curatores testamento vel tutores inutiliter[g] dati, neque decreto prætoris confirmati, negotia gesserunt. vice mutua[h] periculum præstare coguntur: cum officium sponte[i] citra iuris adminiculum[k] iniuerint:[l] & qui[m] fuerit idoneus, decretum prætoris curatores vel tutores constituentis implorare debuerit.

Vnus heres non tenetur ex persona sua, si non exegit heredem alterius tutoris. Bartolus.

e ¶ *Conuenit.* quod potuit: quia loco domini habetur: & generalis erat tutor, licèt alius fuerat adiunctus. Accursius.
f ¶ *Romæ substitutus.* ad bona Italica, quod fieri potest: *vt. j. de excu. l. propter. §. fin. & s. eodem. l. quoties. §. constat.*
g ¶ *Inutiliter.* quia[a] in testamento non iure facto, vel non vt lege præcipitur: 2. Vel dicas à matre: *vt. s. de con fir. tu. l. j. & ij.* 3. Vel à filio emancipato: *vt Insti. de tut. § fi.* 4. Vel codicillis test. nõ confirmatis. *vt. s. de testa. tut. l. iij.* Accursius.
h ¶ *Vice mutua.* & in solidum, vt sic etiam altero non soluente alter teneatur in totum. Accursius.
i ¶ *Sponte.* q. d. quia insolidum vt curatores obligare se volunt.
k ¶ *Iuris adminiculum.* id[b] est nulla facta diuisione administrationis per testatorem vel iudicem: quia tunc pro partibus: *vt. C. de diui. tut. l. ij. §. j.* 2. Vel dic adminiculum iuris, id est cum de iure dati non essent, & sic non tenebantur gerere. Accursius.
l ¶ *Iniuerint.* aliàs iniuerint, id est administrare cœperint. aliàs intulerint: id est inspexerint. aliàs inuenerit: aliàs, interuenerint.
m ¶ *Et qui.* id est vnus de prædictis datis inutiliter debuit petere cõfirmari, & super hoc implorare officium prætoris. *sic & s. de confir. tu. l. naturali.*
n ¶ *Functis.* aliquo tempore & est post depositum officium.
o ¶ *Periculum.* scilicet quòd vnus pro altero conueniatur, ad heredes eorum non redundat: quia nec ad ipsos tutores si viuerent redundaret, si fuissent soluendo tempore depositi officij: licet fortè modò cum decederent, vnus eorum non sit soluendo: *vt. C. de di. tu. l. j.* Et secundum hoc quod subiicit, quod non &c. scilicet quòd heres vnius non teneatur pro herede alterius, non[c] habet locum quando decesserunt durante tutela: quia tunc heres vnius conuenitur pro herede alterius: sicut econtra. *s. eo. l. à tutoribus. §. heredibus.* quia & ad eos cum decesserunt, totum spectabat periculum. Vel aliter bene dico heredem vnius pro herede alterius non teneri, quòd, id est quia hoc periculum non habuit locum, id est non cœpit minuere durante officio: & sic in fine depositi officij non erat: sed bene erat soluendo: *vt. C. de di. tut. l. j.* quod satis in idem recidit. Vel dic secundò, non redundat periculum scilicet vt heres vnius tutoris teneatur ex sua persona, si non exegerit heredem alterius tutoris: quia finita est tutela: *vt. j. eod. l. cum post. in prin.* & quod dicit, quod non &c. id est quod periculum non cœpit durante tutela. ¶ An autem vnus contutor ab altero debeat exigere? Respon. non: *vt. s. eo. l. cum plures. in prin.* nisi fiat non soluendo: quo casu remouetur: & postea conueniri debet, secundum Azo. Item tenetur tutor secundum Azo. si non exigat heredem contutoris: *vt. j. eo. l. §. tutor.*
p ¶ *Noluit.* contumacia vel malitia: secus si errore: *vt. j. de excu. tu. l. qui testamentum.*
q ¶ *Aequaliter.* nisi quod ex cõmuni negligentia periit, fuerit ex appendiciis eorum quæ gesta sunt: *vt. j. eo. l. tres tutores. §. item in eo. & facit ad hoc. j. rem pup. saluam fo. l. non quasi. §. j. & C. si tutor non gess. l. ij. & C. arbi. tu. l. cum interdictæ.*
r ¶ *Perfecerunt.* antequam redderent rationes: *vt. j. de appel. l. tutor. facit in eo. ti. l. negotiorum. §. j. & C. vt cau. post pub. l. j. & C. arbi. tu. l. tutor post. & supra eo. l. ita autem. §. si tutor.*

10. ¶ Tutoribus idoneis diem functis,[n] vice mutua periculum[o] ad heredes eorum non redundat: quod non habuit locum officio tutelæ manente.

Primò tenetur gerens, quàm non gerens pro gestis: pro neglectis quilibet æqualiter. Bart.

11. ¶ In eum qui tutelam gerere noluit,[p] post cæteros qui gesserunt, actionem vtilem tutelæ dari placuit. Quod tamen ex tutela non peruenit ad eos qui se negotiis miscuerunt, sed communi neglegentia periit: citra substitutionis ordinem æqualiter[q] omnium periculum spectat.

Quamuis finita tutela causa cœpta posset peragi per tutorem: non potest tamen agi iudicati per eum. Bart.

12. ¶ Tutores pubere pupillo cõstituto litem appellationis inchoatam iussu cõsulũ ob notitiã rei perfecerunt.[r] Cum iudicatum[s] persequi nõ potuerunt, periculo culpæ non subiiciuntur.

Pupillus factus maior potest tutoribus, si damnum fecerint, partem damni vel totum conuentione remittere. Bart.

3. ¶ Ab eo qui restitutionis auxilio non iuuatur,[t] quæstio culpæ tutorum cõuentione remitti potest: nec donatum,[u] sed transactum[x] videtur. 14. ¶ Neglegentiæ[y] tutorum periculo[z] no-

s ¶ *Iudicatum.* id est actione in factum agere non potuerunt. nam non est connexa sicut causa appel. nam nec procurator qui obtinet, agit iudicati: *vt. s. de procu. l. si procurator.*
t ¶ *Non iuuatur.* quia maior: & subaudi, maximè. nam &[a] minor curatorem non habẽs, vel[b] habens eo auctore potest transigere, licet l eius restituatur: *vt C. si aduer. transa. l. j. & ij.* Secus si sine eo, quia ipso iure non valet: *vt. C. de in inte. restitu. mi. l. si curatorem.* Et ad casum subauditum per verbum maximè, conuenit quod dicit, nec donatum &c. quia minor[c] nõ posset transigere animo donandi: sicut nec eius curator: *vt. C. de pac. l. pactum curatoris. & s. e. l. autor ad.* nisi fiat bona fide, sciens nihil sibi deberi, vel non habeat probationes: *vt. C. de transac. l. preses. & s. de iureiur. l. iusiurandum. & l. tutor.* Vel dic nõ sub. maximè: & sic in maiore tantum dicat. ¶ Itẽ quod dicit conuentione, non[d] gratuita, sed aliquo dato &c. *vt habetur. C. de transa. l. trãsactio.* ADDITIO. Pro intellectu istius glos. dic quòd maior factus potest liberare tutores vel curatores sine dubio: vt hîc. existens minor non posset liberare ex causa donationis, sed transactionis sic si fieret bona fide: *vt. d. l. preses. & l. tutor.* aliàs secus: quia potest restitui per titulum. *C. si aduer. transact.* hodie verò valeret ista remissio cum iuramento: *vt no. j. de contra. iudi. tu. l. iij. §. contrarium.* secundum Bart. hic.
u ¶ *Nec donatum.* quia tunc non valeret in minore. 2. Vel dic in maiore non donatum: quia aliquo dato, &c. vt dixi. & sic non est donatio: *vt. j. de dona. l. j. in prin.* Accur.
x ¶ *Transactum.* aliquo dato vel promisso vel retento. aliàs propriè non posset dici transactio: *vt. C. de transact. l. transactio.*
y ¶ *Negligentiæ tutorum.* id est negligentibus tutoribus.
z ¶ *Periculo.* Paterfamilias fecit nomina sub maioribus vsuris, quàm frequentarentur in regione, legitimæ tamen erant: quo defuncto pupilla herede tutor datus neglexit exigere: & facti sunt debitores non soluendo. nunc pupilla finita tutela agit contra tutorem, quod potest: *vt. C. eo. l. debitoribus.* debet ergo ipsa cedere actiones inanes tutori, & eius periculo. Et secundum hoc dic pater, scilicet pupillæ: & verbum, adscripta, est vna dictio. sed vsuras iam exactas retinet ipsa pupilla. 2. Vel secũdò, Titius pater Sempronij mutuauit nomine cuiusdam pupillæ cuius tutor erat, pecuniam pupillæ. & sic directæ actiones pupillæ quæsitæ sunt: *vt supra si cer. pe. l. certi condictio. §. si nummos.* & secundum hoc, adscripta pupilla, sunt casus ablatiui absoluti. licet hîc quidam scripserunt quòd adscripta, sunt duæ partes. sed quod esset suppositum verbi, cogitur? cum ergo pupilla nolit habere rata, vtpote non idoneæ personæ mutuata: cedet tutori vel heredi actiones inanes: *vt Cod. si cer. peta. l. si absentis.* & recipiet solutionem ab eo: *vt. C. arb. tu. l. ij.* Et quod de vsuris dicit: dic quòd retinet pupilla

a Curatores quo sensu inutiliter dari dicantur testamento.

b Circa iuris adminiculum officium inire quid.

c Hæres vnius tutoris an & quando teneri possit pro hærede alterius tutoris.

a Transigere minor curatorem non habens potest, licèt restituatur.
b Transigere minor curatorem habens eo auctore potest: aliàs si curatorem habeat, & transigat sine eo, ipso iure nõ valet transactio.

c Transigere animo donandi minor non potest: nisi transigat sciens sibi nihil deberi, vel non habeat probationes.

d Transactionis bona fide initæ causa, potest minor tutores liberare at non eis donare.

pilla quasi ex sua re. 3. Vel dic. retinet tutor vel eius heres: quia in totum debet pupilla approbare vel reprobare: *vt supra eod. l. cum quæritur.* Accursius.

a ¶ *Kalendarij.* dic hic, *vt. ǰ. de lega. iij. l. qui filium. in fin.* Accur.

b ¶ *Non transtulerunt.* id est non fecerunt sibi reddi rationem, & reliqua.

minum quæ pater vsuris maioribus fecit, adscripto: pupilla quidem actionem Kalendarij[a] præstare cogitur, exactas autem vsuras tutelæ tempore citra vllam compensationem retinet.

Per actionem propositam contra tutores non tollitur actio contra curatores, nisi quatenus est exactũ. Bar.

15. ¶ Adolescẽs tutoribus cõuentis à quibus totũ seruari non potuit, aduersus curatores qui tutelam ad se neglegentia non transtulerunt,[b] integram actionem retinet.[c] neque enim tutelæ iudicio consumptum[d] videtur, quod alterius officij quærelam habuit.

Tutori imputatur negligentia. si heredem contutoris non conuenit: sicut si contutorem suspectum facere neglexerit. Bart.

16. ¶ Tutor qui tutoris idoneum heredem conuenire pupilli nomine noluit, damni vicarius substituitur, vt[e] is qui non idoneum tutelæ tempore suspectum facere supersedit. 13. ¶ Tutelæ iudicium ideo differri non oportet, quod fratris & coheredis impuberis idem[f] tutelam sustineat. 18. ¶ Quod de peculio serui actoris quẽ adolescẽs postquam res suas administrare cœpit,[g] manumisit, retinuit, aut retinere potuit:[h] in ratione reddenda[i] curatori per iudicem accepto feretur.[k]

c ¶ *Retinet.* non tamen agit nũc cura perseuerante: *vt supra eo. l. actus.*

d ¶ *Consumptum.* aliàs consumptum, aliàs consultum. *& facit. C. de suspe. tu. l. ij.*

e ¶ *Vt.* id est, sicut. *& facit. C. de diui. tut. l. j. & . ij. & facit. ǰ. eod. l. Aemilius.*

f ¶ *Idem.* scilicet tutor. nam potest vnius tutela finiri, & alterius durare: vt quia alter adoleuit, vel legitimæ ætatis est factus: vnde hoc casu differt[a] testamentarius à datiuo: *vt infra de tut. & ra. distra. l. si tutor. §. j. & facit supra solu. ma. l. nuptura.* Sed arg. cõtra. *ǰ. de Carbo. edi. l. iij. §. ibi.*

a Tutoris testamentarii & datiui differẽtia.

g ¶ *Cœpit.* adulescẽs, ad quod debuit habere. xx. ann. licèt hodie sufficiat minus: *vt Instit. qui ma. non poss. §. eadem. & C. qui ma. non poss. l. si minor. & Authent. ibi posita.* Aliàs dic etiam ante. xx. annos. sed fuit vna de causis ibi positis. Et secundum hoc dic cœpit adulescens: vel cœpit manumissus: & dices eum manumissum, vt sit procurator: *vt eadem. §. Institut. qui ma. non possunt.* Accursius.

h ¶ *Retinere potuit.* sed maluit ei donare. Azo. ¶ Sed nonne malè fecit curator qui permisit manumittere, & ei peculium concedere: *vt. C. si aduer. lib. l. quos retrahi?* Respon. ibi fuit curator manumissus. 2. Vel expone ibi, culpa vel fraude, id est fraudulenta culpa: vt sic leuis non veniat hoc casu: vt hic. sed lata sic: *vt ibi, & supra eod. l. tutor qui. §. competit.* 3. Vel erat maior. xxv. an. quia dicit, cœpit administrare: *vt supra de mi. l. j. in fi.* & quod dicit, adulescens, scilicet quondam. Accursius.

i ¶ *Reddenda.* à curatore.

k ¶ *Accepto feretur.* à iuuene, id est, iuuenis accepto feret curatoribus ne teneantur vel de seruo, vel de peculio quod peruenit ad iuuenem. *& facit. ǰ. eo. si sine herede. §. idem respondit.*

I*Mpuberi.*] CASVS. Quidam miles filio suo impuberi dedit curatorem in testamento: quæ datio non valuit. & non fuit confirmatus à prætore dictus curator, & nihil administrauit. certè non astringitur periculo administrationis. & redditur ratio in litera. Viuianus.

l ¶ *Centurio.* scilicet pater.

m ¶ *Dedit.* de facto. de[b] iure enim non tenet, quia impuberi: *vt supra de confir. tut. l. si filio.* secundum vnam lect. Item quia[c] in testamento: *vt Insti. de cura. §. j.*

b Curator impuberi nõ datur.

c Curator testamento non datur.

n ¶ *Non secuto.* de confirmatione, id est si non fuerit secutum. Azo.

o ¶ *Non adstringetur.* vt &. *C. de confir. tut. l. j. & . ij. & qui da tut. poss. l. neque.* secus si administraret: *vt. ǰ. l. proxi. §. j. & . ij. & . §. curatores testamento.*

p ¶ *Nam priuilegium.* quod[d] est vt possint testari vt voluerint: *vt C. de testa. mili. l. milites.* Accur.

d Testati milites possunt vt volunt.

q ¶ *Ad alienam.* sc. curatoris dati si corrigeretur. *& est ad hoc Cod. de emanci. li. l. nec auus. & infra ne quid in loco publi. l. ij. § si quis à principe. & . ǰ. ad Treb. l. si cum ab herede.*

r ¶ *Imperitiæ.* scilicet iuris, scilicet si non seruet solennitatem iuris. nam peritia propriè iuris dicitur: *vt Institu. de iure natu. circa princ. ibi, videmus enim, &c.*

Priuilegium concessum militibus circa testamenta, intelligitur concessum circum eorum bona: nec vltra se extendit. Bart.

XL. IDEM *libro sexto Responsorum.*

IMpuberi filio centurio[l] curatorem dedit,[m] decreto prætoris non secuto.[n] si nihil curator datus administret, periculo contumaciæ vel negligentiæ nõ adstringetur.[o] Nam † priuilegium[p] militum † ad alienam[q] iniuriam porrigi non oportet: nec in aliis circa * supremam volũtatem imperitiæ[r] venia datur, quàm in bonis militum. Filij verò tutela iure patriæ potestatis,[s] non militiæ præmio mandatur.

† Priuilegium intelligi debet sine alterius iniuria. *l. nec auus. C. de emãcipat. liberorũ. l. 2. §. merito. §. si quis à principe. ne quis in loco publico.*

† An hoc priuilegiũ habeãt milites nostri temporis: vide Gl. Bart. & do. in. l. filiusfa. §. veterani. ǰ. de procu. & in. l. milites. C. eadẽ.

* Legendũ est, citra, ex Græcis interpretibus. libro. 28. Βασιλ. tit. 5. &, tit. 4.

Licet vni sit relicta liberatio reddendarum rationum: non prohibetur pupillus alius ex eius persona conuenire si eum suspectum facere neglexerit. Bart.

XLI. IDEM *libro septimo Responsorum.*

QVi plures tutores habuit: vnũ qui soluendo non fuit, rationem actus sui vetuit reddere. Quoniam eius liberatio quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non est relicta:[t] cõtutores qui suspectum facere neglexerunt, ex culpa rectè conueniuntur.[u] Tutor enim legatarius ex culpa quæ testamento remissa est, non tenetur.[x]

s ¶ *Patriæ potestatis.* vt[a] cui possit paganus dare tutorem in testamento, possit & miles. cui non potest paganus dare tutorem vel curatorem, nec possit miles: *vt supra de test. tu. l. j. & . ij. & facit. C. fami. ercis. inter omnes. in fin. & facit supra de iuris & facit. igno. l. pe. §. si quis ius ignorans.*

a Pagani & militis in dando tutore similitudo.

QVi plures.] CASVS. Pupillus habuit plures tutores. finita est tutela pubertate, & omnes tutores sunt soluendo præter vnum. fecit testamentum pupillus quondam, & legauit liberationem rationis tutelæ illi tutori qui non erat soluendo, nunc heredes pupil. quondam cõueniunt contutores illius tutoris cui erat liberatio relicta. non solùm pro eorũ administratione: sed etiã pro mala administratione dolo facta per dictum tutorem, ex eo quòd ipsi eum non postularunt suspectum. nunquid possunt conueniri? & videtur quòd nõ: quia fuit liberatus dictus tutor. sed certè bene tenentur: quia cum fuit liberatus, non videtur liberatus nisi de his quæ culpa gessit, non autem de iis quæ dolo malo gessit, vel de iis quæ penes se retinet de tetula. Viuian.

t ¶ *Non est relicta.* vt *supra eo. l. quidam decedens. & . ǰ. de lib. leg. l. Aurelio. §. j.* potest tamen remitti, vt si dicat testator vt dicitur. *ǰ. de libe. leg. l. si quis rationes.* Nec obst. prædictis, *supra de pact. l. si vnus. §. illud. vt ibi nota.* Accursius.

u ¶ *Conueniuntur.* Sed quomodo, cum[b] pupillus non possit cedere actiones aduersus contutorẽ: quia non potest conueniri propter remissionem factam in testamento? vnde perinde est ac si pupillus heres remisisset: quia eadem[c] est persona cum defuncto: *vt in Authẽ. de iureiur. à mo. pra. in prin. colla. v.* ergo non debet posse agere contra hunc tutorem: quia non remouit contutorem suũ suspectum: *vt. ǰ. de solu. l. Stichum. §. penu. & infra eo. l. si pupillus.* Illud autem constat, quòd si vnus conueniatur pro altero, cedere debet ei actionem contra eum: nisi conueniatur ex communi dolo: *vt. ǰ. eo. l. si plures. & infra de tut. & ra. distr. l. j. §. nunc. & l. si ex duobus?* Respon. bene[d] possent cedi. scilicet pro his reliquis quæ remanserunt penes ipsum, & si quid dolo fecit: & eis cessis bene potest agi. & sic in plus poterit conueniri iste qui non remouit suspectum, quàm possit ei fieri cessio contra tutorem 2. Vel hic pupillus non remisit, sed pater eius: vnde forte non poterit ei imputari. 3. Vel fortè non est isto casu facienda cessio: quia magis ex culpa sua conuenitur qui nõ remouit, quàm ex persona eius qui debuit remoueri. Azo. 4. Vel dic quòd iste qui conuenitur quia nõ remouit contutorem, non tenetur de eo quod cõtutor malè gessit culpa, sed solùm de eo quod malè gessit dolo. item & de reliquis sed tamen ex culpa sua dicitur conueniri hic tutor: quia in culpa fuit quòd contutorem non remouit: & ideo ex culpa sua conuenitur, & ex dolo alterius: sed non de culpa alterius.

b Cedere actiones an pupillus possit.

c Heres & defunctus eadẽ persona.

d Sensus est, posse cedi hãc actionem pro parte tantum, hoc est pro eo quod dolo fecit, vel pro reliquis: quod Bartolo displicet. Quod iustis est enim in toto, id obtinet in eius parte. Vnde colligitur pro ea non posse agere pro qua cedere non potest.

e Legata rationum redditione, continetur culpæ in administratione negotij liberatio, at non dolus aut reliqua, si quæ erunt penes legatarium.

x ¶ *Non tenetur.* quasi[e] de dolo & reliquis bene teneatur. Acc.

EX *pluribus*.] CASVS. Cum quidam ex tutoribus officio deposito nō essent soluendo, pupillus vnū ex his in solidum cōuenit & exegit, & ei cessit actionē contra alios contutores. certe non habebit hic tutor cui pupillus cessit actionem, idem priuilegium quod haberet pupillus si illas actiones ipse intentaret, scilicet taciţe hypothecæ: quia personale est beneficium. Viuia.

* Cessibilia nō sunt, quæ non sunt transmissibilia.

Quæ non sunt transmissibilia ad heredes, per cessionem non transeunt. Bart.*

XLII. IDEM *libro primo Definitionum.*

EX pluribus tutoribus in solidum [a] vnum tutorem iudex condemnauit. In rem suam iudicatus[b] procurator[c] datus priuilegium [d] pupilli non habebit, quod nec heredi pupilli datur.[e] non enim causæ, sed personæ † succurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.

Si mortuo pupillo res eius cœperint perire: liberatur tutor à periculo pereundarum rerum. Bart.

XLIII. PAVLVS. *libro septimo Quæstionum.*

CVm post mortem pupilli [f] desinit esse nomen idoneum, tutor periculo eximitur.[g] 1. ¶ Quidam * cum esset[h] fratris sui filiæ curator, quadringenta dotis nomine marito eius se daturum promisit. quæro an succurrendum sit ei, cum postea ęre alieno emergente,[i] supra vires matrimonij eius dos promissa[k] sit: quoniam in instrumento ita scriptum sit, *Ille patruus & curator stipulanti spopondit.* Mouet quæstionem, quod non vt de suo dotem daret, sed cum crederet rationem pupillarem sufficere, promisit. Præterea & illud hîc potest tractari, vt si sciens curator non sufficere promiserit: vel donasse videatur,[l] vel quoniam dolo fecit, non illi succurratur.[m] Respondi: curator cum officium suum egressus [n] sponte se obligauerit, non puto ei à prætore subueniri debere, nō magis quàm si creditori puellæ pecuniam se daturum spopondisset.[o] Sed is de quo tractamus, si non donandi animo, sed negotij gerendi[p] causa dotem promisit,[q] habet mulierem obligatam:[r] & poterit dici etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem,[s] sicut in collatione bonorum dicitur:[t] vel certè post diuortium, siue exacta sit [u] dos, siue maneat nomen: quia potest efficere vt ei accepto feratur. Quòd si mulier suum curatorem adimplere id * quod supra vires patrimonij eius in dotē dare promisit, non queat:[x] curatorem...

a ¶ *Insolidum.* quia alij erāt non soluēdo, vel voluit opponere beneficiū [a] diuisionis, quod potuisset: *vt. j. de tut. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus.*

a Diuisionis beneficio vti tutores possūt.

b ¶ *Iudicatus.* id est, condemnatus. *sic supra. eo. l. ij.*

c ¶ *Procurator.* cessis sibi actionibus aduersus contutores. nam cedi[b] debent: *vt. infra de tutela & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus.*

b Cessibilia sunt, seu cedi possunt quæ transmissibilia sunt, seu quæ trāsmitti possunt ad haeredes etiā extraneos, de quo vide plura apud Rolādū à Valle. 2. Consiliorū. 31. nu. 17.

d ¶ *Priuilegium pupilli.* quod est[c] vt præferatur cæteris in personali: *vt infra de priui. cre. l. dabimus. §. j.* Sed aliud est in beneficio in integrum restitutionis: *vt supra de mi. l. quod si minor.*

† Qualitas facit præsūptionē an quis sit admissus de iure vel de gratia. *Bal. in l. 2. C. de seruis. 21. q.*

c Priuilegium hoc pupillo in bonis tutoris datur vt in actione personali præferatur cæteris.

e ¶ *Datur.* extraneo, d sed suo sic: *vt supra solu. mat. l. maritum. & l. seq. & l. etiam. & Co. qui po. in pig. ha. l. assiduis. §. exceptis. & infra de re iud. l. & si fideiuss. & l. seq.* 2. Vel forte hic aliud erit: vt nec ad suum. *ar. infra de reg. iur. l. in omnibus. & l. priuilegia.* At electio[e] quam pupillus habet, transit ad hæredes: *vt supra eo. l. à tutoribus. § heredibus.* Item beneficium restitutionis: *vt supra de in integrū rest. l. non solum. & facit. j. de lega. ij. cum patronus. & s. de seruit. rusti. prædio. l. pater filiæ. & de excep. l. exceptiones. & de iudi. l. sed & si. in princip.*

d Priuilegium quod datur pupillo, non trāsit ad hæredes etiam suos, seu ex eo descendentes.

* Flor. Qui cū.

e Minor electionis ius & beneficium restitutionis transfert ad heredes, at nō priuilegiū personale quod habet in bonis tutoris.

CVm post mortem.] CASVS. Tutor mutuauit pecuniam pupil. & viuente pupillo bene erant soluendo debitores. mortuus est postea tutor: & sic tutela est finita. postea debitores facti sunt non soluendo. certe nihilominus nocet tutori. [QVIDAM CVM.] Filiæ fratris mei curator eram. maritaui eam Titio, & promisi ei nomine dotis xl. hoc modo: Ego patruus & curator Titiæ adultæ promitto tibi Titio marito eius nomine dotis pro ea. xl. postea dictæ puellæ superuenerūt multi creditores paterni qui abstulerūt ei quasi quicquid habebat, ita quòd non remansit in patrimonio suo quod valeret quadraginta. petit à me maritus illa. xl. quæro, nunquid teneor supplere de meo illud quod deest patrimonio puellæ ad soluendam dictam dotē? & ex vna parte videtur quòd non: & ex alia videtur quòd sic. sed tamen ita iudicatur, quòd si ego promisi animo donandi, teneor soluere, & non repetā à muliere: sicut & si animo donādi cuilibet alij creditori mulieris promisissem pro ea. si autē non promisi animo donandi, teneor marito soluere, & possum à muliere repetere: siue constet matrimonium inter eam & maritum suum, siue non. Sed quid si mulier dixit mihi quòd non soluerem marito? habeo exceptionem contra maritum in eo quòd deest de patrimonio mulieris ad. xl. soluēda marito. ipsa autē mulier debet, marito cauere, quòd si effecta fuerit ita diues constāte matrimonio quòd possit complere. xl. quòd ea complebit. Viuianus.

f ¶ *Pupilli.* aliud si in vita: *vt. s. eo. l. tutores. §. adolescens. & C. arbi. tute. l. ij. & de admi. tu. l. debitoribus.* Accur.

g ¶ *Eximitur.* quia finita est tutela eius morte: *vt. instit. qui mo. tu. fini. §. simili.* & sufficit[f] nomen debitoris esse idoneum tempore finitæ tutelæ *vt supra eo. tutores qui in princip.*

f Debitoris nomen idoneum tempore finitę tutelæ sufficit.

h ¶ *Quidam cum esset.* si curator adultę promittat dotē pro ea supra vires patrimonij: si quidē scięter vel animo donādi vel dolo, tenetur: *vt in illo ver. preterea.* sicut si pmisisset creditori puellæ similiter animo donandi: *vt in ver. sequen.* si causa negotij gerendi promisit vltra vt dicitur *in ver. mouet.* & in illo *sed is.* in princip. habet mulierem obligatam: vt si quidem iam soluerit etiam minus dote, recipiatur.[a] vel si solùm promisit, vt ei acceptum feratur. & hoc siue constante matrimonio siue eo dissoluto, vt ibi, habet mulierem obligatam, &c. & ibi, vel certè, &c. vsque ad. §. quòd si mulier, &c. ad similitudinem mulieris conferentis dotem. deinceps planum est. Accur.

a Displicet Dyno & Alberico.

i ¶ *Emergente.* in bonis neptis, vt subiicit. & ita quæ [b] de nouo emergunt &c. *vt supra de interrogat. actio. l. de ætate. §. ex causa.* & casus illi non possunt præuideri: *vt infra de adm. re. ad ciui. perti. l. ij. §. si eo tempore.* Accursius.

b Noua & de nouo emergentia nouo indigent remedio.

k ¶ *Promissa sit.* & videtur quòd non, quoniam, &c.

l ¶ *Vel donasse videatur.* quod videtur: *vt infra de regulis iuris. l. cuius. & Cod. de do. promiss. l. fina.*[c] Accursius.

c l. pen. [illegible]

m ¶ *Succurratur.* quod videtur: *vt supra ad Velleianum. l. secunda. §. verba.* quæ ambo satis in idem recidunt. Accursius.

n ¶ *Egressus.* quia promisit vltra quàm deberet, & sciens. Vel melius, quia obligauit se suo nomine animo donandi, cum pupillæ nomine facere debuerit: & sic non tenetur finito officio: *vt Cod. quando ex facto tutoris. l. j.* licèt[d] in procuratore secus: *vt supra de procuratorib. l. procurator qui pro euictione.* Accursius.

* eo quod.

d Imo non secus Albericus hic & [illegible]

o ¶ *Spopondisset.* animo donandi similiter.

p ¶ *Gerendi.* credens rationem pupillæ sufficere: *vt. s. dixi.*

q ¶ *Promisit.* etiam si non soluit: quia[e] id ei abesse videtur, &c. *vt supra de nego. gest. l. si quis mandato. & supra mand. l. si mandato. §. item.*

e Abesse id nobis videtur quod alteri promisimus.

r ¶ *Obligatam.* ad reddendum si iam soluit: vel ad liberandum si non soluit. & hoc siue matrimonium duret, siue solutum est.

s ¶ *Habet dotem.* eo quòd vir habet promissionem: *arg. s. de iure do. l. si extraneus.* Accursius.

t ¶ *Bonorum dicitur.* nam confert[f] mulier dotem tantò minus accipiendo quando soluta est: vel faciendo accepto ferri quando promissa est tantùm: *vt infra de colla. do. l. j. §. j. & §. consequens.* Accursius.

f Dotem confert mulier tantò minus accipiendo, si dotem accepit: vel acceptum faciendo, si ea de ei sic promissa non numerata: quod in collationibus bonorum & dotis faciēdis scitu vtile.

u ¶ *Exacta sit.* à marito: id est, quia maritus exegit à curatore. Vel secundum Ir. quòd hic adulta exegit dotem à marito suo.

x ¶ *Non querat.* id est, nolit. & dic duobus modis. 1. Primò quòd petit ista restitui, qđ potest: *vt. s. de mi. l. si ex causa. §. in dotis.* Sed tunc dubitatur an hæc restitutio prosit curatori, an non: & an ipsa petat ex sua persona, etiam ea petere nolente ad instar fideiussoris minoris dolo inducti: *vt. C. de fideiussor. minor. l. ij.* quod quidam dicunt. 2. Sed tu dic cum vnam personam repræsentet puella & curator, proficere curatori restitutionem puellæ: maximè quia non potest conueniri nisi curatorio nomine, & ita nomine adultę durante cura: postea nullo modo: *vt. j. de re iudic. l. si se.* Secundò quòd etiam si non petat puella restitui, quòd tamen posset (vt dixi) habeat tam ipsa quàm curator exceptionem in eo quod vltra modum est, si modò caueat marito: vt subiicit. & secundum hoc denuntiabit curatori ne soluat primo & secundo casu. si autem curator conueniretur nomine suo, tunc distingue: Aut sic promisit, & tenetur cum effectu: vt supra. aut curatorio nomine promisit: & tunc non tenetur ipso iure, etiam sine ope exceptionis. Sed op. imò videtur non exceptione, sed ipso iure iuuandum curatorem: *vt supra de iure dot. l. siue generalis.* Solu. ibi vltra patrimonium: hic vltra vires patrimonij: vt ibi not. ¶ Itē videtur quòd nec exceptionem habeat constante matrimonio: *vt supra de condic. ob cau.*

ob.can.l.ſi donaturus.§.j.ne habeat mulierem indotatam:vt ibi dicitur. Solu.ibi totum erat indebitum quod extraneus pro muliere promiſerat: & ſic omnino fieret indotata: hic autem ſolum quod eſt vltra modum. 1. Vel aliud in curatore, vt hic, ne [a] officium ſuum ſit ſibi damnoſum;*vt infra quemadmodum teſt. ape.l.ſi quis ex. & de furt. l.ſi ſeruus.§. quod verò.* Sed certè & in contrario ſuus error eodem modo non debet illi extraneo nocere: *arg.ſupra de condic. indeb.l. ſed & ſi me.* 3. Vel ibi ſuum negotium, & ſuo nomine, vt ipſe ex ſua perſona teneretur, licet mandato mulieris fecit.at hic geſſit negotium minoris, & eius nomine ſe obligauit. vnde cum minor iuuatur, & ipſe iuuatur. 4. Vel ſecundum Ioann. ibi [b] credens ſe debere promiſit ſponte: hic ſciens ſe non obligatum mulieri(credebat tamen eſſe tantũ in bonis eius quod ſufficeret ad hanc dotem) ex neceſſitate officij ſui promiſit:ideoque ei ſubuenitur: *vt infra de iis qui. vt indig.l.tutorem.*5.Vel hic vit non erat dignus maiore dote quàm facultas mulieris patitur: ibi erat dignus tota dote promiſſa, & aliàs non accepiſſet eam in vxorem. Accurſius.

a Officiũ nemini damnoſũ eſſe debet.

* Flo.ſeruat.

b Hanc ſolutionẽ probat Bart.

torem quidem in hoc quod ſuperfluum eſt, per exceptionem releuari.mulier verò cautionem [a] in maritum exponere debet.quod ſi quandoque locupletior conſtante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſoluat.*

Qui nomina quæ ſibi à priore adminiſtratore aſſignantur agnoſcit.eorum periculo eſt adſtrictus. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

QVi nominibus [b] à curatoribus prioribus ſuſceptis ſiue tutoribus, nomina adgnouerunt:periculum in ſe tráſferunt.

Per receptionem vſurarum pupillus non perdit priuilegium. Bartolus.

1. ¶ Sed ſi pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem [c] eius ſecutus vſuras acceptauerit, priuilegium [d] ſuum non amittit in bonis tutoris venditis. Prætor

a ¶ *Cautionem.*ſic.*C. de rei vxo.act.§.cum autem.*

QVi nominibus.] CASVS. Pupillus vel adultus approbauit nomina facta per tutores & curatores.certè ad ſuum periculum erunt amodo.Sed quid ſi finita tutela fecit pupillus rationem cum tutore:& de eo quod remanſit ei ad dandum,tutor accepit vſuras: ſicque videtur approbaſſe rationem tutelæ:& poſtea inuenit quòd tutor aliquid dolo geſsit? Et ſic poteſt eum conuenire de hoc.Sed ſi non eſt ſoluendo tutor,nunquid poteſt conuenire hypothecaria poſſeſſores rerum quondam pupilli?Et dicitur quòd ſic.

b ¶ *Qui nominibus.*qui,ſ.tutores vel curatores:*vt.j.de tut.& ra. diſt.l.ſi probatum.*Et quod dicit,agnouerunt,ſcilicet tanquam idonea.aliàs non:*vt.ſ.eo.l.tutor ſiue.* ¶ Et dicuntur agnoſcere [c] vt dicitur.*ſ.de tute.l.ſi filiusfa.* ¶ Itẽ quòd dicit,periculum,ſub.tunc imminens.nam ſi tunc non imminebat,ſed poſtea cœperunt eſſe minus idonei debitores,nõ imputatur eis, niſi in culpa ſint quòd nõ cito exegerint,ſi facere potuerunt:*vt.C.eo.l.debitoribus.*Item dic quòd coguntur illa nomina in ſe transferre,etiã ſi minus ſint idonea,non tamen agnoſcere :*vt.ſ.eo.l.tutor ſiue.* Vel dic,qui,id eſt, illi quorum tutela vel cura eſt geſta:*vt.ſ.eo.l.cum quæritur.*

c ¶ *Reliquationem.*aliàs [d] reliquationem.aliàs, reliquorſi rationem.& dic quòd tutor dicebat,hoc & hoc habui, & ibi expendi: vnde adultus fuit contentus,& liberauit eum omnino:& etiam accepto tulit vſuras,& ſecundum hoc,reliquatio,i.retentio, ſicut & ponitur,*infra eo.l.Lucius.in prin.* ¶ Sed ſecundum hoc quo modo eſt priuilegium ſaluum? Reſpond.petita in integrumreſtitutione prius. Si autem in vſuras tantùm liberaſſet, in aliis remaneret ius ſaluum adulto ſine reſtitutione. 2. Vel dic ſecundò, reliquationẽ, id eſt reliquorum aſsignationem & repræſentationem.nam dicebat.c.apud ſe eſſe in reliquis.& inde vſuras minori ſæpe ſoluit. ſic ponitur, *ſupra de pact.l.tale.§.poſt diuiſionem.*& ſecundum hoc minor fuit contentus dictis.c. pro reliquis, & ſic bene dicit,ſaluũ priuilegium.Sed tunc eſt contra,*infra de priui.cre.l.ſi ventri.§.in bonis.*vbi deponens [e] perdidit priuilegium accipiendo vſuras.Sol. vt ibi. Potes etiam dicere ſecundum hanc lectu. acceptauerunt id eſt liberauerunt.& non erit dicta. l.contraria. ADDITIO. Solue ſecundum. Bart.quòd aliud eſt in priuilegio quod datur depoſitario.illud enim perditur per receptionem vſurarum. egreditur enim terminos depoſiti. & aliud in priuilegio quod datur pupillo:vt hîc.Accurſius.

d ¶ *Priuilegium.*quod eſt in tacita hypotheca:*vt.C.eod.l.pro officio.*

c Agnoſcere nomina idonea videmur verbis ipſis expreſſis, vel actu aliquo ſimili.

d Reliquatio, quid & reliquator, itẽ reliquari, pulchrè Petr. Crinitus de honeſta diſcipli. lib.11.c.5. Ciceiat enim ſe Accur. in hui9 verbi interpretatione.

e Deponens perdit priuilegium pecuniæ depoſitæ,acceptando vſuras: hoc enim cum facit,diſcedit à contractu depoſiti,& in mutui cauſam depoſitam pecuniã mutaſſe intelligitur.

ff. Infort.

SI pupillus.] CASVS. Pupillus habuit duos tutores quorum vnus malè adminiſtrauit. finita eſt tutela, vnde habuit curatorẽ pupil.quondam, &c. Auctoritate curatoris liberauit tutorem qui malè geſsit. certè alterum qui bene geſſit, non poterit conuenire pupil.quondam ex perſona liberati. & idem eſt in duobus magiſtratibus quorum vnum qui malè geſsit, reſpublica liberauit. nam non poterit alterum qui bene geſsit, ex liberati perſona cõuenire. videtur ergo à contrario quòd ſi reſpublic. non liberaſſet malè gerentem magiſtratum, quòd bene gerentem ex eius perſona conuenire poſsit, ſicque poſsit eligere quemcunque ex magiſtratibus conuenire velit, ſicut eſt in duobus reis eiuſdem pecuniæ,quorum quemcunque vult poteſt eligere creditor. certè quamuis ita vt dictum eſt, videatur idem in magiſtratibus & in reis debendi : non tamen confiteor idem eſſe in magiſtratibus. imò ita debet eſſet in eis, vt ſi ambo ſint ſoluendo tempore depoſiti officij, quilibet pro parte teneatur : & non habeat pup. electionem cõueniendi quem eorum vult. quaſi dicat à contrario ſenſu, ſi non eſt ſoluendo vnus de magiſtratibus prædictis tempore depoſiti officij:bene tenetur alter ex ſua perſona.quamuis enim in hoc caſu ſubaudito teneatur vnus ex magiſtratibus pro altero,tamen nõ eſt ita vbi alter tempore liberatus eſt: quia licet malè geſſerit tempore liberatus,tamen alter pro eo non conuenietur: quia perinde eſt ac ſi ſoluiſſet pro parte ſua tempore liberatus.Viuian.

enim priuilegium ei ſeruare debet.

Quatenus vnus ex tutoribus eſt liberatus facto pupilli, eatenus alter eius nomine conueniri non poteſt.hoc dicit vel aliter: Qui tenetur cedere actionem, ſi eam cedere non poteſt facto ſuo, repellitur exceptione cedendarum actionum. Bartolus.

XLV. IDEM *libro quartodecimo Quæſtionum.*

SI pupillus alterum ex tutoribus poſt pubertatem * liberaſſet, [e] improbè alterum illius nomine [f] conabitur interpellare.Idémque dicemus in duobus magiſtratibus collegis, [g] quorum alterum reſpublica couenit. Sed hæc in magiſtratibus tractaui, [h] quaſi duo rei eiuſdem debiti eſſent omnimodo : quod non ita eſt. [i] Nam ſi vterque idoneus eſt : electio locum non habet. [k] Is autem qui tempore liberatus eſt, [l] non ei ſimilis eſt

* pub. auctoritate curatoris lib.

e ¶ *Liberaſſet.*ſore tranſigendo [a] modico accepto.

f ¶ *Illius nomine.*Sed hoc quo modo,cum ambo [b] viriliter tenebantur? Reſpond.loquitur quando vnus geſsit,& alter non, & liberauit gerentem.quo caſu primò gerens erat conueniendus : *vt ſupra eod.l. tutores qui ſe.§.in eum.* 2. Vel dic quòd non erat ſoluendo tempore depoſiti officij.aliàs ſecus:*vt.C.de di.tu.l.j.* nam non poſſet hic cedere actionem contra liberatum : *vt infra de ſolu.l.Stichum.§.pe.* ¶ Sed contra,*infra de fideiuſ.l.ſi ſtipulatus.§.fina.*vbi alterum fideiuſſorem inſolidum conuenio altero liberato. Solut.vt ibi. ¶ Item arg. contra,*infra de lega.j.l.ab omnibus.j.reſpon.* ADDITIO. Dic ſecundum Dy.quod ibi non liberatur facto creditoris:ſed facto teſtatoris legãtis, qui vnũ ex heredib. potuit liberare,& alios inſolidum obligare:*vt.l.cũ ab vno.j.de leg.ij.*Bart.

g ¶ *Collegis.*ſ.vt vno liberato alter tantum pro virili teneatur.

h ¶ *Tractaui.*ego Paulus,Accur.

i ¶ *Quod non ita eſt.* vt [c] inſolidum teneatur magiſtratus indiſtinctè,ſed ſi ex dolo conueniuntur,non [d] ſi ex culpa:*vt.j.de magi conue.l.antepe.& .C.de magi.conue.l.ij.*

k ¶ *Locum non habet.*quia vt dixi,viriliter tenentur,niſi alter ſit non ſoluendo. tunc enim alius tenetur inſolidum. Sed ſi vnus ſit tempore liberatus,ſoluiſſe videtur.& ideo alius in virilem tãtùm tenetur:vt ſubiicit.Accurſius.

l ¶ *Tempore liberatus eſt.*ſ.xxx. [e] annis,qui currunt contra actionẽ tutelæ. ¶ Sed quo modo poteſt vnus ante aliũ liberari?conteſtatione litis vel agnitione debiti,non:*vt.C.de duo.re.l.fi.*Reſp.quidam quòd ante fuerat finita tutela in perſona vnius quàm alterius, ſ.morte:vel quia vſque ad diem vel cõditionem fuit datus in teſtamento:*vt Inſti.quib.mo.tut.fi.§.ſed ſi vſq. & qui dare tuto.poſſ.§.ad certũ.* Sed hoc hodie non valet:quia nõ currit in pupillari ætate:*vt Cod.de præſcriptio.xxx.annorum.l.ſicut.§.non ſexus.* Tu ergo dic hoc poſſe contingere, quia finita tutela vnius per mortem vel diẽ vel conditionem,vt dixi:minor fuit litem conteſtatus,& ſic in.xl.ann.fuit perpetuata:*vt.C.de præſcriptio.xxx.ann.l.fina.*altero poſtea anno fuit finita tutela alterius,& ſic eius actio durat.xxx. annis tantùm. nec poteſt dici quòd iſtius actio ſit perpetuata in.xl.an. cum nec nata erat tẽpore litis conteſtatæ: *vt infra de tut.&*

a Trãſactione ſeu tranſigendo pupill9 tutorẽ liberare poteſt, at non donando.

b Tutor pro curatore an teneatur? an verò ſinguli pro virili teneantur.

c Magiſtratus duo an ſint,vt duo rei?

d Imò magiſtratus tenetur ex culpa communi collegæ.*l.Imperator.j.ad municipalẽ.l.magiſtratus.j.de adminiſt.rerum.*

e Atqui tẽpore Digeſtorũ nõ erat introducta præſcriptio 30. annorũ! *Gl.in.l.Iulianus.j.quibus ex cauſ.maior.& in.l.qui ſccidit.30.in ver.amiſit.ſ.ad.l.Aquil.* Baldus *tract.de præſcr.4.parte.4.quæſ.31.num.1.* putat Accurſ. hîc erraſſe.

qui nihil habet,[a] sed ei qui satisfecit.[b] habet enim quod obiiciat petitori.

Si adultus debitorem suum procuratorem constituat: non videtur eum vt debitorem idoneum ex causa præambula approbare. Bartolus.

XLVI. IDEM *libro nono Responsorum.*

LVcius Titius curator Gaij Seij tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio: qui Sempronius reliqua traxit.[c] pupillus ætate[d] probata, eundem quondam colonum Sempronium fecit procuratorem.[e] quæro, an ex eo quod ille vt procurator egit, omne debitum[f] adulescens agnouisse videatur, eóque nomine curatorem suum liberasset. Paulus respondit, non ex eo quòd adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conductione reliquatus[g] est, adgnouisse eum videri.[h]

Diuisio facta inter plures tutores à seipsis, non facit quin vnus pro alio teneatur antequam perueniat ad magistratum: secus in diuisione facta à pluribus reipubli. administratoribus. Bartolus.

1. ¶ Sempronij † qui ex pollicitatione[i] debitor patriæ[k] suæ extiterat, bona, respublica iussu præsidis possedit: quorum bonorum magistratus reipublicæ[l] tres curatores constituerunt, qui apud Græcos[m] ἐπιμεληταὶ* vocantur: qui postea inter se sine consensu reipublicæ administrationem bonorum Sempronij diuiserunt: ex quibus quidam cum reliqua traherent, idonei in ipso tempore administrationis esse desierunt: postea pupillus heres Sempronij qui abstentus erat, ab imperatore impetrauit vt bona paterna ei restituerentur. Quæro, an ex bonis eorum qui idonei sunt, indemnitati pupilli prospici debeat, cum indiuiduum his officium curæ à magistratibus † iniunctum sit. Paulus respondit, si pupillo[n] in curatores bonorum actiones[o] decerni placuerit: pro eius portione qui idoneus non sit, magistratus conueniri oportere.[p] Alia enim causa est tutorum, alia eorum qui reipublicæ negotia administrant.[q]

Si tutor facit de re pupilli id ad quod tenetur, licèt suo nomine: ad vtilitatem tamen pupilli facere præsumitur. Bartolus.

ra.distr.l.si tutor.§.fi.& l.sequen. præterea secundum Hugonem. & si vno tempore finiatur in persona vtriusque tutoris fortè, non nocet alteri cõtestatio facta contra alterum: quia non insolidum, sed viriliter tenentur duo tutores finita tutela si in eius fine ambo erant soluendo: *vt.C.de di.tut.l.j.* Et si dicas etiam idem esse hodie per Authent. de duobus reis. vt non teneantur nisi viriliter: imò certè insolidum si alter est absens vel minus idoneus: *vt in Authen. de duobus reis. §.j. collat. vij.* quod in tutoribus amodo nõ est, licèt alter fiat inops: *vt d.l. de diui. tut. & infra eodem. l. Aemilius.* Sed hoc non placet vt ponamus quando finita tutela omnes sunt idonei: quia oportet nos ponere quando vnus in defectum alterius tenetur insolidum: nisi esset liberatio vel præscriptio. qđ non est in dictis tutoribus: vt dictum est. Accursius.

a ¶ *Nihil habet.* vt ita alter teneatur insolidum.

b ¶ *Satisfecit.* pro parte sua: ita vt alter teneatur in virilem tantùm. differunt tamen, quia soluens[a] ipso iure: præscribens exceptione liberatur: *vt Institu. quibus mod. tol. oblig. in princ. & infra de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. item ad hoc supra de constitu. pecu. l. item illa. §. quod adiicitur ei.* Accursius.

a Soluentis & præscribentis differentia. Prior ipso iure; posterior, exceptione liberatur.

LVcius.] CASVS. Curator cuiusdam adulti fundũ adulti locauit Sempronio: qui Sempronius nõ soluit adulto id quod debuit soluere ex conductione: vnde & ad hoc tenetur dictus curator adulto. adultus postea fecit procuratorẽ ad negotia sua dictum conductorem. nunquid propter hoc quòd fecit ipsum procuratorem, videtur approbare obligationem eius, & ab eo curatorem liberare? & respond. quòd non. [SEMPRONII.] Sempronius pollicitus fuit dare ciuitati Bononiæ centum: postea decessit relicto filio impubere: qui filius credens patris hereditatem esse damnosam, abstinuit se ab ea. vnde respubli. Bononiæ accepit bona prædicta, & intrauit in possessio. eorum, & ad ea gubernanda fecerunt magistratus reipublicæ tres curatores durante administratione: vnus ex his pone factus est non soluendo. tempore procedente dictus pupil. videns quòd hereditas prædicta erat lucrosa, recepit eam imperatore hoc iubente. vult modo prædictus pupil. conuenire dictos curatores: & quia vnus non est soluendo, vult conuenire alios ex persona eius. quæritur, vtrum possit? & dicitur quòd non, imò conueniet magistratus qui dederunt eos curatores. [TVTOREM.] Quamuis alius tutor mutuet pecu. pupil. sui contutoris nomine, non tamen tenetur ad vsuras centesimas pupillo. [QVÆSITVM.] Finita tu. tutor pecu. pupil. in suos vsus conuertit. certè de ea pecu. easdem vsuras præstabit pupillo, quas præstaret pro illa quam in suos vsus cõuerteret tutela durante. [PAVLVS.] Fideiussor qui datus fuit per tutorem pupillo pro re pupilli saluanda, non tenetur de his quæ malè tutor administrauit post finitam tutelam. [TVTELÆ.] Tutor cõtra tutorem meum quondam egit tutelæ: & ipse mõstrauit mihi librum in quo scripserat rationes tutelæ. ibi tamen non erat scriptũ qualiter quidam debitores mei persoluerunt tutori prædicto: qui in veritate ei soluerant durante tutela: & tutor confessus fuerat sibi solutum. fuit mihi condemnatus tutor. sed quòd apparet in dicto libro eum mihi debere, & soluere mihi, certè adhuc possum agere contra eum mihi actione tutelæ pro pecu. quam ei soluerunt dicti debitores, quamuis iam egerim semel contra eum. [CVM TESTAMENTO.] In testamento duo tutores cuidam pupil. dati sunt: vnus illorum decessit: & alter in locum eius est datus à magistratibus, & ab eo exacta est satisdatio rem pupil. saluam fore. cum malè administraret substitutus in locum mortui, superstes tutor testamentarius postulauit eum suspectum, sicut debuit. postea factus non est soluendo substitutus tutor. quis tenebitur pro eo pupillo? Certè primò tenentur fideiussores ab eo dati, & postea magistratus: tutor autem testamentarius non tenetur nisi pro sua parte. [TVTORIBVS.] Tutores exigentes debitum à debitoribus pupil. bene liberãt eos: sed non possunt eis remittere debitum. vnde ille qui minus soluit tutori, in superfluo conuenietur à pupillo.

† Facit ad hunc §. ca. presio ... in glos. 1. extra de procura.

* i. curatores.

c ¶ *Traxit.* i. partem mercedis soluit, & partem apud se retinuit. Azo.

d ¶ *Aetate.* xxv. ann. nam ante non potest facere procuratorem, nisi auctoritate tutoris vel curatoris: *vt.C.de procura.l.neque.*

e ¶ *Procuratorem.* vel generalem, vel ad aliquam causam, vel contra curatorem quondam: per quod videbatur multum de eo confidere.

† Vel alias à lege potestatem habentibus. Spec. in tit. de cura. & vbi ... quæ dicuntur ... l. muto. §. ... de instit.

f ¶ *Omne debitum.* i. omnem obligationem debiti Sẽpronij. Azo.

g ¶ *Reliquatus est.* i.[a] retinuit apud se, & sic ponitur vno modo. *§. eod. l. qui nominibus.* secundum vnum sensum.

a Reliquari quid.

h ¶ *Videri.* ne sibi præiudicet: vel etiam contra Sempronium ne ex mora petat vsuras, vel non teneatur: quia à se non exigit: *vt.§.man.l. qui mutuam. §. non ideo.* vel contra curatorem si tempore curæ potuit exigere à colono, & adulto emolumentum quærere, & non fecit: *vt.C.arb.tu.l.quicquid.* Azo. vel si colonus tempore curæ factus est non soluendo negligente curatore: *vt.C.eo.l.debitoribus.*

i ¶ *Pollicitatione.* facta ob honorem: vel etiam sine causa, sed inceperat soluere: aliàs non diceretur debitor: *vt.j.de pol.l.j.*

k ¶ *Patriæ.* puta ciuitati suæ. Accur.

l ¶ *Reipublicæ.* s. illius ciuitatis propter dictam pollicitationem.

m ¶ *Epimeleta.* hæc vox generaliter curatorem significat. Alc. lib. 2. parer. ca. 29.

n ¶ *Si pupillo.* si est quamuis. Accursius.

o ¶ *Actiones.* s.[b] nego. gest. *vt supra de nego. gest. cum alicui.* licèt non sui contemplatione gesserit. & hoc ideo, quia in rem eius versa est eorum gestio, siue fructus quos isti procurant. *ar. C. quod cum eo. l. ei qui. in fin.* Azo. imò quia reipsa eius sunt negotia ex post facto: *vt supra de nego. gest. l. item si cum putaui. §. fina.* Alij dicunt in factum quod non placet: sed illa dabitur in magistratum: vt statim dicam. Item dicit decerni, propter id quod est supra *de orig. iur. l. ij. §. omnium.* quod hodie non est: *vt.C.de formu. l. vnica.*

b Negotiorum gestorum actio datur aduersus curatores bonis vendendis.

p ¶ *Conueniri oportere.* actione in factum: *vt Insti. de satisda. tut. §. sciendum.* vel act. nego. gest. quia[c] videntur gessisse per alium: *vt arg. §. eo. l. ita autem. §. gessisse. & arg. j. de magi. conue. l. fi.*

c Negotiorum gestorũ actione conueniuntur qui per alium gerunt.

q ¶ *Administrant.* sub. sine publico officio vel dignitate, sed vt priuati vt in nostro casu. Alioquin contra. *§. eo. l. si pupillus. & j. de magist. con. l. antepe.* & quod dicit, alia causa &c. quia inuento vno curatore nõ soluendo, omisso alio venitur ad magistratum: sed in tutoribus vno non soluendo, prius ad contutorem, quàm ad magistratum. quod est si tutela non est diuisa, vel si est à seipsis diuisa: secus si à iudice vel testatore: *vt.C.de diui. tut. l. ij.* Item facit infra *ea. l. §. cum testamento. & j. de tu. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus.* ¶ Item quod dicit teneri magistratum pro non idoneo, imò videtur pupilli esse damnũ; *vt. §. de neg. gest. cũ alicui. quæ est contra.* Solu. ibi di-

¶Ibi dicit periculum esse legitimi vt non conueniat alium curatorem, sed magistratum sic: *vt hic dicitur.* Azo. vel hic durante officio desiit esse soluendo: ibi eo finito. *arg. C. de proba. l. ex persona.* & *arg. infra de magi. conue. l. j. § magistratus.* Vel solu. vt ibi. Item videtur ad concuratorem veniendum, & non ad magistratum *sic infra de iure fisc. l. aufertur. §. final.* Solu. ibi agit fiscus vel magistratus contra tutores seu administratores: hic agit minor cuius bona fuerunt administrata. Accur.

a Tutor pecuniam pupillarem fœnerare suo nomine potest, gerendo tamen negotium pupillare.

a ¶*Suo nomine.* quod potest: *vt supra eodem. l. quoties. circa principium.* gerendo tamen negotium pupillare, *sic & Cod. de bon. ma. l. j.*

b ¶*Conuertere.* s. tutorem. & quando dicatur in suos vsus cõuertere, dic: *vt supra eod. l. tutor qui repertorium §. pecuniæ.*

c ¶*Easdem vsuras.* s. centesimas, si fecit clá. si palam, pupillares: *vt infra eod. l. non existimo. & supra eo. l. tutor qui. §. pecuniæ.* ¶Sic ergo finita causa non finitur effectus. *sic. & supra re. amo. l. & ideo. & facit supra eodem. l. tutor qui. §. final. & de vsur. l. j. in fin. & supra eo. l. tutor pro pupillo. §. tutor.*

b Causa finita, non semper finitur effectus.

d ¶*Non teneri.* sic, *supra de pact. l. fina. & supra loca. l. item quæritur. §. qui impleto, & C. loca. l. si cum Hermes. & s̄. eo. l. ita autẽ. §. quamuis. & l. tutores. §. curatores. & j̄. de iure fis. l. ij. §. cum quinquennium.*

† Scti tutoris ptura aducis probat pupil sus puum.

e ¶*Tutelæ iudicio.* hic debet esse. §. quia si legeretur cum præcedenti, nõ bene quæreretur an teneatur fideiussor tutelæ iudicio. nam ex stipulatu teneretur si teneretur. & si non est. §. dic hunc fideiussorem successisse tutori. vnde sicut tutor non teneretur tutelæ nisi esset connexitas, sic nec eius heres: *vt infra de tut. & rat. distra. l. si tutor post.* & tũc tenetur fideiussor quãdo non est connexa. vel dic tutelæ iudicio, id est, propter tutelæ iudicium quod datur in tutorem: quia non datur, sed negotiorum gestorũ, *vt d. l. si tutor.*

c Connexitate vel connexa ratione aliquid requiritur, quod aliàs non requiretur.

d De apocha & antapocha pulchrè. *Alci. lib. praeterm. i.*

e Ipso iure priuandus propter delictum vel contumaciam, an sit priuandus per sententiam, adde *c. accepta in verbis. Imò plus est. de restitut. spoliat. Bald. c. quibus modis feudum amittit.*

2. ¶Tutorem qui pecuniam pupillarem quamuis suo nomine[a] fœnerauit, non videri contra constitutiones fecisse quæ prohibent pecuniam pupillarem in vsus suos conuertere.[b]

Finita tutela ante solutionem currunt vsuræ quæ prius currebant. Bartolus.

3. ¶Quæsitum est, an eius pecuniæ qua tutor vsus est, post finitam quoque tutelam in diem iudicij accepti easdem vsuras[c] præstare debet. Paulus respondit, finita administratione eas vsuras debere computari quæ in tutelæ iudicio computantur.

Fideiussor tutoris nõ tenetur ad ea q̃ tutor post pubertatẽ spõte gessit. B.

4. ¶Paulus respõdit, propter ea quæ post pubertatem nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua tutor administrauit, fideiussorem qui saluam rem fore cauit, non teneri.[d]

Apochæ tutorum debitoribus datæ fidem faciunt cõtra pupillum, licet ipse cõtra tutores habeat regressũ. Bart.

5. ¶Tutelæ iudicio[e] tutor cõuentus[f] edidit librum rationũ,[g] & secundum eum condamnatus soluit: postea cum à debitoribus paternis quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, prolatæ † sunt ab his apochæ[h] tutoris. Quæsitũ est vtrum aduersus tutorẽ, an aduersus debitores actio ei competat. Paulus respondit, si tempore administrãdæ tutelæ tutori tutelã gerenti[i] debitores soluissent, liberatos eos ipso iure[k] à pupillo. Sed si cum tutore actũ esset, posse eundem adulescentẽ propter eã causam tutelæ experiri, & aduersus exceptionẽ rei iudicatæ[l] doli mali vti replicatione.

Si tutor testamentarius & datiuus gerunt diuisim, pro datiuo prius peruenitur ad magistratum quàm ad contutorem. secus si omnes essent datiui. Bartolus.

f ¶*Tutor conuentus.* indistinctè, act. tut. proposita, *vt j̄. patet.*

g ¶*Librum rationum.* totum quod ad rem pertinet: *vt s̄. de eden. l. argentarius. §. j.* & quæ sit ratio, dic vt eodem titu. l. *si quis. §. rationem*

h ¶*Apochæ.* d in quibus de debito fuerat tutor confessus, scilicet se recepisse: *vt. C. de fi. instru. l. plures.*

i ¶*Gerenti.* alioquin secus: *vt. j̄. de solu. l. quòd si fortè. §. j.* Accurs.

k ¶*Ipso iure.* sententia iudiciali interueniente: *vt. C. eo. l. sancimus.* aliàs nõ ipso iure. e. Tu dic etiã[e] sine iudice: *vt. j̄. eo. §. fi.* licet detur restitutio: *vt Instit. qui. ali. licet. §. nũc admonẽdi. vbi de hoc no.*

l ¶*Rei indicatæ.* apparet ergo quòd indistinctè fuit proposita actio tutelæ. *sic. & C. de indi. l. ij.* Accur.

m ¶*Dati essent.* à testatore diuisa tutela: vt infra patet.

n ¶*Petente matre.* quæ habet necesse petere: *vt. s̄. titu. j. l. j. & ij.* licet quandoque excusetur si non petat in locum mortui: *vt. s̄. tit. j. l. fin. in princ.*

6. ¶Cum testamẽto duo tutores dati essent[m] pupillo, & alter ex his vita defũctus fuisset: in locũ eius, petente matre,[n] ex præsidis prouinciæ præcepto à magistratibus[o] aliàs tutor datus est,[p] à quo magistratus satis exegerũt rem saluam fore. tutor testamẽto datus postea datum suspectũ fecit. Quæsitum est, in quantum teneatur. Paulus respondit, tutorem testamento datũ pro ea parte conueniri oportere, pro qua parte administrauit. pro cõtutoris autem portione prius eos cõueniri debere, qui pro eo[q] se obligauerũt, vel magistratus[r] qui eum dederunt. tunc si solidũ pupillus consequi non potuerit, de officio contutoris quærendum, an suspectum facere debuerit,[s] præsertim cum suspectum quoque cũ postulasse dicatur. Aliàs[t] quidem cum magistratus plures tutores dant, nõ prius ad eos reuerti pupill[us] potest, quàm omnes tutores excussati[*] fuerint.[u] in proposito cùm vnus à magistratibus datus proponeretur, nõ est visum prius collegam[x] cõueniẽdum, qui & suspectum fecit, & testamento datus est: perindéq; habendos singulos, ac si in partes dimidias[y] tutores dati essent.†

Tutor potest solutionem repetere, non donare, vel pro modico sine causa transigere. h. dicit iste notabilis. §. Bartolus.

7. ¶Tutoribus cõcessum est à debitoribus pupilli pecuniam exigere, vt ipso iure[z] liberentur: non etiam donare,[a] vel etiã deminuendi causa[b] cum his transigere. & ideo eum qui minus tutori soluit, à pupillo in reliquum conueniri posse.

Iussus facere cum consilio alterius, si quidem est particeps officij, tenetur eum requirere & sequi: aliàs secus. Bartolus.

o ¶*Præcepto à magistratib.* ergo dedit præsidis præcepto: *vt hic dicit sic Institu. de Atil. tu. §. sed hodie.* Sed contra *s̄. de tut. & cura. da. ab his. l. nec mandante.* Sol. vt ibi.

p ¶*Datus est.* tutor ergo datur habenti tutorem sed hoc casu permittitur: *vt. s̄. de testamen. tu. l. si quis sub conditione.* Accur.

q ¶*Pro eo.* i. tutore puta fideiussores. Accurs.

a ¶*Vel magistratus.* non autem fideiussores magistratuum. sic, *j̄. de magistra. conuenien. l. j.* Accursius.

s ¶*Facere debuerit.* citius quàm fecit.

t ¶*Aliàs.* sc. quando nõ est diuisa tutela: vel est inter se. ¶Item exigitur ꝙ gesserint omnes: *vt. j̄. de magi. co. l. si duo.* si verò vnus gessisset, alius nõ primò cõuenitur magistratus quam tutor qui nõ gessit, nisi imputetur non gerenti ꝙ cõtutorẽ nõ accusauit suspectũ, vel tardè, vel accusãdo ꝑdidit iura eius: *vt. j̄. de tut. & ra. distrahẽ. l. j. §. nũc tractemus.* Azo. & *C. de diui. tu. l. ij.* Acc.

u ¶*Excussi fuerint.* aliàs excusati. sub. propter inopiam: aliàs excussi, s. per executorẽ.

* In arch. erat excussati, sed Taurell. sic ait se emendasse, aut legendum ita esse coniecisse.

x ¶*Collegam.* s. quàm magistratum, qui col. &c.

† *Facit ad hũc text. c. 1. cũ Glo. 1. extra de trãsactio.*

y ¶*Dimidias.* quid autem seruetur tunc, supra dictum est.

z ¶*Ipso iure.* vt. *j̄. de solu. l. si pupilli:* etiam[a] sine iudice, secundum R. hîc cum iudice: *vt no. s̄. §. tutor.*

a Soli tutori etiam sine præcepto, aut præsentia iudicis potest.

a ¶*Donare.* nisi[b] in casib. *vt no. s̄. eo. l. tutor.*

b Donare, an & quibus casibus tutor res pupilli possit.

b ¶*Deminuendi causa.* sed bona[c] fide bene potest transigere: *vt. j̄. de fur. interdum. §. qui tutelam. & C. de transac. l. præses. & fa. C. de pac. l. pactum. & de iureiu. l. iusiurãdum. §. si tutor. & j̄. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. & supra eo. l. tutor qui tutelam. & de offi. procu. Cæ. l. j. §. si rem. C. eo. l. non omni. & j̄. de fur. l. tutor. & Insti. qui. alie. licet. §. pe. & §. fin.*

c Transigere bona fide potest tutor de re pupilli.

T*itium.*] CASVS. Filiis meis dedi tutores Titium extraneum, & Mæuium fratrem meum, & ita subiunxi: Volo quòd omnia gerantur cum consilio Mæuij fratris mei: & quod sine eo fiet, nolo ratum esse. & volo quòd Mariana & Ianuaria æstiment quantum est necesse filiis meis quolibet die pro alimentis. postea debitores pupillares soluerunt soli Titio. certè non liberantur. Item non statur arbitrio dictarum mulierum de alimentis, imò committitur arbitrio boni viri. [TVTORES.] Quidam pupillus

habebat tutores pro rebus Italicis, & alios pro prouincialibus: in Italia autem inuenerunt tutores Italici instrumenta debitorum prouincialium: nunquid tenentur ea exigere? certè non, sed debent hoc manifestum facere tutoribus prouincialibus. [A MATRE.] Tutor à matre datus filiis suis, si distrahat bona pupillorum, ea à possidentib[9] vindicabunt pupilli. [PRÆFECTVS.] Testator dixit, pecuniam quam relinquo filiis meis, nolo mutuari aliis sed si tutores volunt sibi retinere, & soluere de lib. quatuor denarios placet mihi. & tutores dixerunt, placet nobis. postea tutores aliis mutuauerunt dictam pecuniam ad tres denarios libram. certè ipsi tenentur præstare pu. iiij. denarios de libra dictæ pecuniæ. [LVCIVS.] Quidam instituit sibi heredem Lucium Titium. iste Lucius à tutore quorundam pupillorum mutuā pecuniam accepit, & rem dictæ hereditatis ei obligauit. procedente tempore fiscus abstulit dictam hereditatē Lucio Titio, eo quòd ipse non vindicauit mortem illius qui eū heredē instituerat: & sic dictum pignus abstulit dicto tutori. vnde non potest esse salua pecunia pupilli cū ipse Lucius Titius eorum debitor fortè nō sit soluēdo. nūquid erit istud nomen periculo tutorū? & certè nō. [ALTERO.] Duo fratres erant socij omnium bonorū. vnus decessit filio impubere relicto herede & eius impuberis fuit tutor frater superstes, & omnes res cōmunes sibi tutori & nepoti vēdidit cuidā bona fide, & habuit pretium. postea dictas res emit suo nomine, & negotiatus est super eis, & multa lucratus est. finita postea tutel. petit ab eo pupillus medietatem lucri. certè nō potest: sed vsuras de sua parte pecuniæ bene potest ab eo petere. [TVTOR.] Cum diuisa esset administratio inter tutores prouinciales & Italicos: creditor pupilli prouincialis conuenit tutores Italicos, & ipsi ei soluerunt. certè bene reputabunt hoc pupillo in ratione. Viuia.

* Πο. πάντας.

† Et particula implicatiua duorum: vnde dicitur. Tutore iusso requirere cōsilium alterius, duo requiri. Vnum vt sit tutor: alterum vt admi nistratio sit ei concessa.

* Fla. repperierunt.

† Promissor soluendi vbicunque fuerit petitus, ibi cōtraxisse fingitur vbi conuenietur. *l. cōtraxisse. ĩ. de obligat. & act. l. heres absen. ſ. de iudiciis.* Hæc tamē verba nō operantur, vt promissor extra territoriū suū trahi possit personaliter, si ibidē vel non fuerit, vel nulla bona habuerit.

XLVII. SCÆVOLA *libro secundo Responsorum.*

Titium & Mæuium[a] tutores quis dedit, & [ita] cauit: Βούλομαι καὶ παρακαλῶ πάντα* γίνεσθαι μετὰ τῆς Μαιβίου τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμης. καὶ δίχα αὐτοῦ τὸ γινόμενον ἄκυρον ἔστω. [id est, Volo[b] & rogo omnia fieri cum Mæuij fratris mei consilio: & quod sine eo fiet, irritum sit.[c]] Titius solus à debitoribus exegit. an liberati essent? Respondi, si & †administrationem Mæuio dedisset,[d] non rectè solutum. 1. ¶ *Quantum autem filio meo diurnum sufficiat,[e] Marina & Ianuaria æstimabunt.* Quæro, an contenti esse debeant tutores arbitrio[f] mulierum. Respondi, sumptum boni viri arbitrio faciendum.

Ad tutorem apud quem instrumenta ad administrationem alterius pertinentia reperiuntur, pertinet alteri notum facere: aliàs tenebitur. Bart.

2. ¶ Tutores dati ad res Italicas, instrumenta Romę repererunt* debitorū prouincialiū,[g] vt pecunia Romæ, aut vbicunq; † petitum fuerit, soluatur. Quæro cum neq; debitores in Italia essent, neque eorū prædia, an hæc exactio ad Italicæ rei tutores pertineat. Respondi, si prouincialis contractus esset, nō pertinere:[h] respicere tamen ad officium eorum,[i] ne instrumentorum[k] ignorantia[l] contractus eos ad quos[m] administratio pertineret lateret.

Res non legitimè venditas potest pupillus vindicare. Bart.

3. ¶ A matre datus testamento tutor, cum putaret[n] se tutorem esse, distraxit[o] bona materna & paterna pupillorum, & decessit non soluendo.[p] quæritur, an pupillus res possit vindicare. Respondi, si manent[q] res pupilli, vindicari ab eo[r] posse.

Ea quæ tutor potest facere pro pupillo, & pro se licitè, faciendo simpliciter, videtur pro se facere. Bart.

¶ *Quæsitum.*] CASVS. Finita tutela curatores nunc adulto dati conuenerunt tutores, & exegerunt ab eis illud quod debebant pupillo quōdam, & vsuras eius. certè hæc vsura efficitur sors apud curatores. Vnde ita bene tenentur ad vsuras illius vsuræ, sicut ad vsuras sortis. Viuianus.

f ¶ *Quia lucrum.* idē[a] habes in procuratore: *vt supra de procura. l. qui proprio. § procurator vt in cæteris.* & gestore sine mandato: *vt s. de nego. gest. l. sin autem. §. j.* & in omnibus, nisi fecerit lucra tanquam quilibet. & ita suo nomine, non tanquam tutor vel procurator vel gestor: *vt supra solu. matri. l. si verò. §. item quicquid.* & sic soluitur contra. *s. eod. l. Titium. §. altero.* 2. Vel dic quod hic isto modo dati sunt tutores. 3. Vel ibi societas, quæ morte finitur, hic mandatum post mortem inchoandum: *vt. s. mand. l. si verò non remunerandi. §. fi.* ¶ Et no. hic quod dixi. *C. arbit. tut. l. quicquid. & facit. C. de anno. & tributis. lib. x. l. iudices. & s. de peti. hered. l. si possessor. §. quod indebitum.* Accur.

g ¶ *Accepto.* quod facere debet. aliàs vicarius suo periculo substituitur: *vt. s. eo. l. tutores qui. §. antepen.* Accur.

h ¶ *Quantum.* puta. c. de sorte. & xx. de vsuris accepit superstes tutor ab herede defuncti. & quæritur an dictæ sortis tantùm, an etiam vsurarum debeat vsuram pupillo superstes tutor: & distinguitur. Accur.

i ¶ *Pubes.* contra superstitem.

k ¶ *Portionis.* scilicet de centum. Accur.

l ¶ *Eius summæ.* scilicet. cxx.

m ¶ *Pupillo.* i. ad vtilitatem pupilli.

n ¶ *Vsuras præstandas.* aliàs centesimas, si clam. vel pupillares, si palam: *vt. s. eo. l. non existimo.*

o ¶ *Neglexisset.* dicta. c. & xx. exacta. & no. potuisset. aliàs secus, *vt. s. eo. l. cum plures. in fi. & l. ob fœnus.* Accur.

---

* Sic Flor. & Vulg. & in omnib. manuscri. sunt tamē qui non verentur emēdare ΠΡΟΤΕΡΟΥΣ quæ lectio tametsi videtur recta, tamen non est contra fidem librorum inuehenda, præsertim cūm & lectio Flor. defendi possit.

a Inuentarium rerum pupillarium fieri debet coram iudice ordinario.

b Præsumitur pro patre tutoribus.

c Probare dolum debet, qui dolum allegat.

d Amittendi & prætermittendi differentia.

† Hinc M. Cicero act. tertia Verri. crimine sē obiicit scelerattum ex tutela pupilli Malleoli lucrum.

* Fl. ex sortis.

a Gratuitò tutelam gerere tutores: negotia aliena gerere procuratores, & negotiorum gestores debent: nisi vt cæteri quilibet lucrum faciant: id enim eis permittitur.

* Flo. sic.

ab alio debitore nomine vsurarum cum sorte datur, ei qui accepit, totum sortis vice fungitur, vel fungi[a] debet.

Tutores dati inutiliter in testamento, non tenentur de periculo ante confirmationem contingente. Bart.

2. ¶ Testamento dati tutores, quod ruptum[b] videbatur, cessauerunt,[c] in administratione tutelæ: & à præside tutor datus est pupillo. Iussi autem sunt & hi[d] qui dati erant testamento tutores, tutelam[e] administrare, coniuncto eo qui à præside datus, cœperat administrare. Quæsitum est, ex testamento datos[f] periculum antecedentis temporis administrationis, vtrum ex apertis tabulis, an ex quo iussi sunt,[g] pertineat ad eos. Respondit, ad eos de quibus quæreretur nullum antecedentis temporis periculum pertinere.

Tutor tenetur, si relictum pupillo negligit à fratre eius petere. Bart.

3. ¶ Pupillo herede instituto, filiæ exheredatæ duo milia nummorum aureorum legauit,[h] eosdémque tutores vtrisque dedit. Quæsitum est, an [cum] ex eo die quo duo milia potuerunt à substantia hereditatis [separare] & in nomina collocare,[i] neglexerint: vsurarum nomine pupillæ tutelæ iudicio teneantur. Respondit, teneri.

Quantùm ad recipientem pro sorte habetur quod ei ab initio pro vsuris datur. Bart.

4. ¶ Quæsitũ est, an vsuræ pupillaris pecuniæ quas tutores debuerunt, cum ad curatorẽ transferuntur, in sortem computẽtur, & vniuersæ summę vsuras debere curatores incipiant. Respondit, omnis pecuniæ quæ ad curatores transit, parem causam esse: quia omnis sors efficitur.[k]

Pactum quod tutor facit cum creditoribus pupilli, tenetur obseruare in seipso. Bart.

LIX. IDEM *libro vicesimosexto Digestorum.*

CVm hereditas patris ære alieno grauaretur, & res in eo statu videretur, vt pupilla ab hereditate paterna abstineretur: vnus ex tutoribus cum plerisque creditoribus ita decidit,[l] vt certa crediti portione cõtenti essent, acciperéntque idẽ curatores[m] iã viripotenti accepti,[n] cum plerisque creditoribus deciderunt. Quæsitum est, an si aliquis tutorum[o] creditor patris pupillæ solidam pecuniam expensam sibi ex re pupillæ cum vsuris[p] fecerit, reuocari à curatoribus pupillæ ad portiones eas possit, quas cæteri quoque creditores acceperunt. Respondit, cum tutorem qui cæteros[q] ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere.

In actione tutelæ venit quod factum est ab herede tutoris implente inchoata per defunctum. Bar.

LX. POMPONIVS *libro octauo Epistularum.*

SI tutoris heres executus est[r] quæ tutor inchoauit,[s] tutelæ etiam eo nomine tenetur.

Pupillus tenetur ex culpa tutoris quatenus est locupletior, & etiam vltra si tutor est soluendo: sed liberatur cedendo actionem. Bart.

LXI. IDEM *libro vicesimo Epistularum.*

APud Aristonẽ ita scriptũ est: Quod culpa tutoris pu

a ¶ *Fungi debeat.* vt.s̄.eo.l.tutor qui.§.antepen. subaudi, ergo & in nostro casu vsura est facta sors: & sic præstabit tutor superstes vsuram de omnibus.cxx. in his duobus casibus, scilicet cum vertit in rem suam, vel quando non fœnerauit cum potuit.

b ¶ *Ruptum videbatur.* & in veritate erat: & fortè idem si non erat, si esse probabiliter credebatur: *vt arg.s̄.e.l.qui iussus.*

c ¶ *Cessauerunt.* ab eo tempore. alioquin spectaret periculũ ad eos: *vt.s̄.eo.l.tutores qui.§.j.&.ij.&.§.curatores testamento.* Azo.

d ¶ *Et hi.* à præside, repete.

e ¶ *Tutelam.* id[a] est curam nam erant curatores: *vt.C.de confirman.tuto.l.si vt proponis.* & hoc ideo ne refragetur regula: quia[b] habenti tutorem &c. *vt.s̄.de testament.tu.l.idem.* 2. Vel fortè tutores curatores dicerentur: maximè si ponas simul dationem tutoris & confirmationem horũ factam. ¶ Itẽ est argu. huius.l. quòd isti tutores[c] confirmati debent dici datiui non testamẽtarij, cum testamẽtaria soleat datiuam præcedere. Azo. *vt.j.de tu.&ra.dist.l.si tutor.§.si testamento.* Accursius.

f ¶ *Datos.* ad eos, quod est infra datos &c.

g ¶ *Iussi sunt.* administrare: *& facit.j.de excu.tut.l.Gaius.*

h ¶ *Legauit.* s.pater.

i ¶ *Collocare.* nomine pupillæ. *& facit.s̄.ea.l.§.ex duobus in fine.*

k ¶ *Efficitur.* sic.s̄.ea.l.§.ex duobus.&.l.tutor qui.§.si vsuras.& supra manda.l.idémque.§.j. Et non ob.C.de vsuris.l.fin. quia hic est facta sors.

CVm hereditas.] CASVS. Filiam meam impuberem mihi heredem institui, & ei tutores dedi, vnus ex tutoribus qui meus erat creditor, fortè diligebat pupillam plusquam alij tutores. vnde iuit ad creditores hereditarios & dixit eis: sciatis quod pu. nõ adibit hereditatem patris nisi quilibet nostrum remittat tertiam partem sui debiti pone & sic non habebitis quem conueniatis. & creditores dixerunt ei: facias eam adire: & nos remittimus, sicut postulasti. & ita factum est. postea prædicti tutores fuerunt dati curatores pu. prædictæ nũc adultæ factæ: & pactum fecerunt cum multis aliis creditoribus hereditariis de parte certa debiti ei soluenda. certè prędictus tutor qui creditor erat, debet stare contentus ea parte debiti qua fecit stare contentos alios creditores hereditarios. Viuianus.

l ¶ *Decidit.* id est transegit.

m ¶ *Idem curatores.* s. qui ante fuerunt tutores: qui tamen non coguntur: *vt Insti.de excu.tu.§.qui tutelam.* nisi esset libertus: *vt.C.de excu.tut.l.libertos.* vel dic idem.s.pactum.

n ¶ *Accepti.* id est dati.

o ¶ *Aliquis tutorum.* i. aliquis tutor qui fuit creditor patris.

p ¶ *Cum vsuris.* i. soluit sibi sortem & vsuras, & nihil remisit.

q ¶ *Qui cæteros.* s. creditores. & adde quod not.s̄.*de pact.l.cum in eo.* ¶ Et not. quod officiũ[d] suum est ei dãnosum. sed nõ est: q̃a & si tutor nõ esset, ad idẽ cogeretur. s. cõsentire maiori parti. In hoc autẽ qđ cæteros tenetur vocare ad remittẽdũ, nõ potest negari dãnosum esse. Itẽ facit.s̄.*de pact.l.iurisgentium.§.hodie.& l.maiorem.*

SI tutoris.] CASVS. Quædam inchoata per tutorem heres tutoris perfecit. certè eo nomine act. tenetur, quãuis ipse tutor non sit. Viuian.

r ¶ *Executus est.* quod facere debet. simile est *j.de here.tu.l.j.*

s ¶ *Inchoauit.* alioquin non tutelæ sed act. neg. gest. tenetur: *vt not.s̄.e.l.tutores qui.in princ.*[a] ADDITIO. Idem intellige secundum Bart. de omnibus gestis per heredem ad quæ tenebatur vt veniant in actione tutelæ, hic de his ad quę non tenebatur vt veniant in actione nego. gest. *vt.j.de auct.tuto.l.etiam.& l.sequenti.*

APud Aristonem.] CASVS. Pupillus tutorem habens possidebat quandam hereditatem: ex ea hereditate quasdam res desiit possidere culpa tutoris. nunc ad illam hereditatem agit Titius cõtra dictum pupillum hereditatis petitione: quia verus erat heres: nunquid condemnabitur Titio pupillus in æstimationem rerum prædictarum quas pupillus desiit possidere culpa tutoris? & certè sic, si tutor potest satisfacere de hoc pupillo. Sed quid si tutor non est soluẽdo: nũquid erit damnũ Titij, sicut si ipse pupillus desiisset possidere dictas res sine culpa tutoris? quo casu non tenetur pupillus: quia expers culpę dicitur. Et idẽ quæro circa furiosum hereditatem alicuius possidentẽ, & propter furorem suum aliquid de ea deminuẽtẽ. & certè optimè scripsit apud Aristonẽ ille qui dixit q̃ pupillus cõdẽnatur petitione hereditatis ad æstimationẽ rerum hereditariarum tutoris culpa perditarum, si tutor potest satisfacere hoc damnum pupillo. non tamen debuit dubitare dictus sapiens qui scripsit prędicta apud Aristonem, vtrum sit damnum petitoris, & non pupilli, cum tutor nõ est soluendo: quia bene est petitoris damnum: tamen pupillus debet cedere actiones petitori contra tutorem, sicut faceret quilibet alius hereditatis alienę possessor, si sine culpa sua damnum sit ab alio in hereditate datum. Et idem est quando furiosus alienam hereditatem possidet, & aliquæ res hereditariæ sunt amissæ dolo vel culpa curatoris. nam & si tutor vel curator stipulatus est à quodam extraneo aliquid propter hereditatẽ alienã quã possidebat pupillus vel furiosus, fortè quia cõtraxit tutor vel curator cũ illo extraneo vendendo ei rem ex dicta hereditate, vel mutuando ei pecuniam: & ille extraneus erat minus idoneus tẽpore quo cõtraxit, & ita potest imputari tutori vel curatori: & propter hoc habet pu. tutorem vel curatorẽ obligatum: debebit pupillus cedere act. cõtra tu. vel cura. petitori hereditatis qui vincit. si autẽ furiosus alienã hereditatẽ possidẽs sine culpa curatoris sui amittat rẽ: ex ea non tenetur petitori ad pretiũ, nec ad cedẽdũ act. cõtra cu. quia curator nõ tenetur: & perinde est ac si per casum fortuitum esset amissa. Viuian.

a Tutela pro cura.

b Tutorem habenti tutor non datur.

c Tutores confirmati datiui, non testamentarij dicendi sunt.

d Officium suum nemini damnosum esse debet.

a Imò tutelæ actio datur contra heredes tutoris etiã pro non connexis. l. ... j. de hered. tutor. Idque Dynus tenet licet contrariã sentiat Iacob. de Arenio, vt notat Albericus hic.

a ¶ *Ex hereditate.* quam poſſidebat pupillus, & ſuper qua conueniebatur petitione hereditatis. Accur.
b ¶ *Deſiit poſſidere.* cum autem vendidit, vtrum verum pretium, vel acceptum, vel res ipſa veniat in petitione heredi. dic vt dixi ſupra *de peti.hered.l.item veniunt.§.fi.& l.ſeq.§.pen.*
c ¶ *Ita.* i. verum eſt.

pillus ex hereditate [a] deſiit poſſidere,[b] ci⁹ æſtimatio in petitione hereditatis ſine vlla dubitatione fieri debebit, ita, [c] ſi pupillo de hereditate cautū ſit. Cautum autē eſſe videtur etiā ſi tutor erit idoneus à quo ſeruari poſſit id quod pupillus [d] ex litis æſtimatione ſubierit. [e] Sed ſi tutor ſoluendo non eſt, videndum erit vtrum calamitas [f] pupilli, an detrimentum petitoris eſſe debeat; perindéque haberi debeat, ac ſi res fortuito caſu interiiſſet, ſimiliter atque ipſe pupillus expers culpæ quid ex hereditate deminuiſſet, corrupiſſet, perdidiſſet. [g] De poſſeſſore [h] quoque furioſo quæri poteſt: ſi quid ne in rerum natura eſſet, per furorē eius accidiſſet. Tu quid [i] putas? Pomponius: Puto eum verè dicere. Sed quare cunctatus es, ſi ſoluēdo nō ſit tutor, cuius damnum eſſe debeat? cum alioquin elegantius dici poſſit, actiones dumtaxat quas haberet cum tutore pupillus, venditori hereditatis præſtandas eſſe: ſicuti heres vel bonorum [k] poſſeſſor, ſi nihil culpa eius factum ſit, veluti ſi fundo hereditario vi deiectus ſit, aut ſeruus hereditarius vulneratus ab aliquo ſit ſine culpa poſſeſſoris: nihil plus quàm actiones quas eo nomine habet, præſtare debeat. [l] Idem dicendum [m] eſt & ſi per curatorem furioſi culpa vel dolo quid amiſſum fuerit: quemadmodum ſi quid ſtipulatus [n] tutor vel curator fuiſſet, aut vendidiſſet rem hereditariam. Impunè autem puto admittendum quod per furorem alicuius accidit: quo modo † ſi caſu [o] aliquo ſine facto perſonæ id accidiſſet.

d ¶ *Id quod pupillus.* licèt non ſatiſdedit tutor pupillo rem pu. ſal. fore.
e ¶ *Subierit.* no. quando eſt ſoluendo, ſoluit Ariſto. ſed quando non eſt ſoluendo, tunc quærit Pomponius, ſed nō ſoluit ad præſens: vt ſubiicit, ſed ſi.
f ¶ *Calamitas.* id eſt damnum debeat eſſe pupilli.
g ¶ *Et perdidiſſet.* quibus caſibus bonæ fidei poſſ. habetur pupillus: & ſic pupillus non tenetur, cum locupletior non ſit: *vt.ſ.de pet.hered.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.* & *facit in eo.ti.l.deperditum.* & no. quòd hunc caſum non ſoluit. ſed in dubio relinquit Pomponius.
h ¶ *De poſſeſſore.* alienæ hereditatis. & hanc ſoluit infra in fi.l.
i ¶ *Tu quid.* loquitur Pomp. ſibiipſi, & quærit an Ariſto bene dixit in primo caſu quando tutor eſt ſoluendo. & dicit ꝙ ſic. ſed in articulo alio in quo dubitaſti quando non eſt ſoluendo, quare dubitaſti ô Pomp. certè indubitanter debuiſti dicere non teneri pupillum. & in primo vbi eſt ſoluēdo, melius dixiſſet Ariſto pupillū nō teneri niſi ad ceſsionē. & ſic corrigit Ariſtonē & ſeipſum [a] in eo quod approbabat eū. dic ergo ſecundū Az. & Hug. ꝙ ſi pupillus eſt locupletior ex dolo vel culpa tutoris, ſemper tenetur, ſit pupillo cautū, vel non: ſit ſoluendo, vel nō: *vt.ſ.de act.emp.& ven.l.Iulianus.in fi.* & *.j.de doli excep.l.apud Celſum.§.illa.quæ huic videtur cōtra.* & *de euic.l.illud.* Si verò non eſt locupletior, tenetur vt tamē liberetur cedēdo actionem: ſiue ſit ſoluendo, ſiue non: *vt hic patenter dicit.* ¶ Nec ob. ꝙ lex quādoque dicit, ſi eſt ſoluendo: *vt.ſ.de trib.l.ij.§.j.* & *de pecu.l.ſumma.§.ſi dolo.* & *.j.ne vis fi.ei qui in poſ.mit.l.j.§.hoc edicto.* & *j.tit.ij.l.j.* & aliæ plures: quia tunc tenetur, ſcilicet cedere, maximè ſi eſt ſoluēdo tutor. ¶ Ita nō ob. *.j.de reg.iur.l.neque.* vbi etiā cedere non debet: quia ibi in rem ſuā commiſit tutor dolum: & ſic pupillus non tenetur in aliquo. illud autem conſtat, quòd ſi dolo pupilli aliquid factum eſt, & ipſe erit doli capax, quòd tenetur. aliàs non, niſi ſit locupletior: *vt.ſ.de dolo.l.quid enim.* & *l.præcedente.*
k ¶ *Vel bonorum.* putatiuus. vel dic verius quòd alij vendiderat hereditatem. vel rogatus erat reſtituere. Azo.
l ¶ *Præſtare debeat.* vt & *.ſ.de peti.hered.l.quòd ſi in diem.§.Iulianus vſque in finem.* Nec ob. *l.at vbi.in eo tit.* vt ibi not.
m ¶ *Idemq; dicēdū.* quod dictū eſt.ſ. cū vi deiectus eſt, vel ſeruus vulneratus. ſed non omnino idē: quia.ſ. ſufficit cedi actionē: quia ſine culpa poſſeſſoris datū eſt damnū, vel poſſeſsio amiſſa: hic non quia culpa amiſſum eſt. vtrobiq; tamē cedūtur ſi actor velit, alioquin hoc ſecūdo caſu poterit actor petere omne damnū peti. her. contra tutorē vel poſsidentē pro poſſeſſore: vel aget ad vtrunque, ſcilicet ceſsionē & damnū. ſed ceſsio actionis minuit damnū. ¶ Itē huic eſt contra.ſ. *de her.vel act.ven.l.venditor.in fi.* expone vt ibi.
n ¶ *Stipulatus.* ex rebus hereditariis, cuius poſſeſſor erat pupillus: ſtipulatus dico ab aliquo extraneo, qui rē aliquā de hereditate poſsidebat. vel erat debitor hereditarius, vel vendēdo vel cōtrahendo ſuper re hereditaria aliquid ſtipulatus eſt. vel mutuū quod dedit minus idoneum habet. vel vēdidit minori pretio, vel minus idoneo homini. nam debet pupillus cedere actionem quam habet contra tutorem vel curatorem. Io. imò contra promiſſores. H.

a Nō ſeipſum non corrigit: Initio enim loquitur de culpa tutoris, ex qua actio non oritur durante tutela, ideo nō liberatur cedendo actionem, quia non poteſt cedere: At in verſiculo, ſed quare, loquitur de ea culpa, ex qua tutor conſtante tutela poteſt conueniri. Cū eſt furti & rapinæ. *l.ſi tutor Reipub.j.de vat. diſtrahen. dis.*) vnde meritò liberatur cedendo, qui poteſt cedere. Verum opinio Gloſſ. probatur Dyno, & Iacob. de Aretio, & Bartol. meritò. Nā licèt primo caſu non ſit nata actio, poteſt tamen pupillus cedere ſpē actionis. *l.ſpē. C. de donat.* Idemque eadem eſt ratio.

o ¶ *Si caſu.* vt & *.ſ.ad legem Aquil.l.ſed & ſi quemcunque.§.ij.* & *de rei vind.l.quod infans.* excuſat [a] enim eū infelicitas fati: *vt.j.ad l.Corn.de ſica.l.infans.* Item ſatis ipſo furore punitur: *vt.j.ad leg.Pompeiam de parricid.l.fina.in fine.* & *ſupra de offi.præſi.l.diuus.* nec [b] eſt addenda afflictio afflicto: *vt.ſ.ad legem Rhodiam de iac.l.nauis.* Accur.

a Fati infelicitas quādoque excuſat.
b Afflicto non eſt danda afflictio.

† In hanc ſententiam Ouid. lib.1. Amorum eleg.7. vbi furorem à pœna excuſare appoſitiſsimè deſcribit.

DE AVCTORITATE ET conſenſu tutorum & curatorum.

TITVLVS VIII.

Quod non licet de iure directò, licet per conſequentiam. Item quis non poteſt auctorari in negotio ex quo ſibi acquiritur principaliter. Bartolus.

1. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

Qvanquam regula ſit iuris ciuilis, in rem ſuam auctorem tutorem fieri nō poſſe: [p] tamen poteſt tutor proprij ſui debitoris hereditatē adeunti pupillo auctoritatem accommodare, [q] quamuis per hoc

DE AVCTORITATE & conſenſu tutorum & curatorum.

¶ *Auctoritas quoque tutoris vel curatoris pars alia quadā adminiſtrationis eſt, vt puta ſi auctor fiat pupillo ad adeundam hereditatē vel ad iudicium edendum aut accipiendum vel ad tradendum aliquid aut ſtipulādū aut promittendū. Auctoritas eſt approbatio eius quod agitur cū pupillo. nec intereſt dixerit, Probo an Auctor ſum, an volo vel conſentio. Sed quibus in rebus neceſſaria ea ſit, & vnius ſufficiat an plurīū deſideretur, hic titulus explicat, ſicut ſuperior an vnus vel plures agere aut cōueniri nomine pupillorum vel adoleſcentium poſſint. Cuia.*

Qvanquā.] CASVS. Ego tutor Titij habebam debitorē Semproniū: qui Sēpronius inſtituit ſibi heredē dictum pupillum nūquid poſſum præſtare auctoritatē dicto meo pupillo ad adeundā dictā hereditatem? Et videtur ꝙ non: quia per illam aditionē efficitur meus debitor. ſed tamē dicitur ꝙ bene poſſum, quia regula quæ dicit tutorem non poſſe eſſe auctorē pupillo in rē ſuā tutoris, intelligitur quādo principaliter in re ſua auctoraretur tutor. ſecus autē ſi per conſequentiam: vt fuit in noſtro caſu. ſecundū ergo dictā regulam non poteſt tutor ſtipulari à pupillo ſe auctore: quia principaliter circa rem ſuam auctoraretur. Itē non poteſt præſtare auctoritatē pupillo vel pupillæ ſuę vt promittat filio vel ſeruo tutoris ipſius vt aliquid eis tradat, niſi ex illa ſtipulatione vel traditione pupillus efficeretur locupletior: quia tunc de eo tenetur ciuiliter & naturaliter.

[TVTOR.] Titius volebat contrahere cum pupillo tutorem habente. & cum tutor auctoritatem ad hoc præſtare nollet, eum fecit aſtare contractui per vim: nunquid valet contractus? Certè non, ac ſi tutor contractui intereſſet dormiens, vel habens morbum qui non permittat eum intelligere quæ aguntur. non enim eſt differentia vtrum non ſuperueniat auctoritas tutoris, quo caſu non valet quod agitur: an verò adhibeatur inutiliter: vt fuit in noſtro caſu. Viuianus.

L.1.§.fuit quæſtum.j.ad Treb. Inſt.eo.§.vlt.

p ¶ *Poſſe.* [c] vt.j.eo.l.pupillus.in prin. Accur.
q ¶ *Accommodare.* ¶ Not. ꝙ aliquid quod nō debet fieri directò, fit per conſequentiam. [d] *ſic & infra eod. l. quod dicimus.* & *.C.de admini.tut.l.cum quadam.* & *infra de lib.leg.ſi is qui duos.* & *ſupra de in integ.reſti.l.non ſolùm.in fine.* & *Inſtit.eod.in fin.* Sed argumentum contra. *ſupra de his qui no. infa. l.athletas. §.ſine autem.* ADDITIO. Dic ſecundum Dy. quando aliquid per ſe ſeparatim ab alio eſt prohibitum, ſed illud neceſſariò ſequitur ad poſitionem alterius permiſsi: quod non licet directò, licet per conſequentiam: *vt hîc, & ſupra de pactis.l.ſi vnus.§.illud.* & *de vſuca.l.ſi aliena.§.hoc iure.* & *l.ſi is qui duos.in fi.de libe.leg.* & *de in integ.reſtit.l.non ſolum.* & *infra eod.l.quod dicemus.* & *de accepti.l.* & *per iuſiurandum. §.ſi fideiuſſor.* Si verò illud prohibitum non ſequitur neceſſariò ad permiſſum: tunc illud quod non licet directò, non licèt per conſequentiam: vt in contrariis. ſed ſi permiſſum non poteſt procedere: ſic prohibitum quod non licet directò, licet per conſequentiam: *vt. l.quotiens.C.de indici.* ita dicit. Dynus & bene, ſecundum Bart. hic.

c Auctor ſibi ipſi & ad ſui vtilitatem, eſſe nemo poteſt. v. tamen duas exceptiones apud Socinum Reg.33. incipiente. Auctorari.
d Conſequētia ſeu per conſequentiam plerūq; fit, quod non fit, neque permittitur directò.

a ¶ *Efficiatur.* ſed non adminiſtrabit amodò niſi adiuncto curatore: *vt in Auth.vt hi qui ob.res mi.§.ſed & ſi quis.col.vj.* Accur.
b ¶ *Prima enim ratio.* principalis vel propria. Accur.
c ¶ *Non poteſt.* ſed promittere ei poteſt: quia meliorem,&c. *vt Inſtit.eo.in prin.& .j.eo.l.obligari.* Item & ſine [a] ſtipulatione. obligatur enim pupillus contraria, ſi quid impendat tutor in rem pupilli. *vt.j.de contra.tu.tu.l.j.in princ.* Item hoc niſi palam & bona fide: *vt.j.eo.l.pupillus.§.ſane.*

a Pupillus etiam ſine ſtipulatione obligari poteſt tutori contraria actione tutelæ.

* Flo.contigit.

debitor eius efficiatur. [a] Prima enim ratio [b] auctoritatis ea eſt, vt heres fiat: per cõſequentias contingit * vt debitum ſubeat. ſe tamen auctore ab eo ſtipulari non poteſt. [c] Et cum quidam auctoritatem accommodaret pupillæ ſuæ, vt ſeruo ſuo ſtipulanti ſponderet: diuus Pius Antoninus reſcripſit iure pupillam non teneri: ſed inquantum locupletior facta eſt, * dandam actionem. [d] Sed ſi auctor fiat vt filio ſuo quid tradatur, nulla erit auctoritas. euidenter enim ſua auctoritate rem adquirit. [e]

d ¶ *Dandam actionem.* tutori in pupillum, quia non [b] debet trahere occaſionem iuris ad iniquum cõpendium: *vt.C. de vſuca. pro emp.l.ſi.* Accur.

b Occaſio iuris ad iniquũ compendium trahi non debet.

* eſſet.

e ¶ *Rem acquirit.* i. acquirere vult. ¶ Sed pone hoc caſu filium ſtipulari in cauſam caſtrenſem vel quaſi, vel etiam hodie aduentitiam. Reſpondetur: valet auctoritas, niſi in aduêtitia quo ad vſufructum qui patri quæreretur: *vt C.de bo.quæ lib.l.pen.* ¶ Item hîc videtur ſolui quæſtio, ſi [c] filiusfamilias velit donare cauſa mortis ipſi patri vel ſeruo patris, & hoc patre auctore: *vt.j. de dona. cau. mor. l.tam is.§ j.* quod poſſit. & idem ſi frater. ſ. promittat fratri quo ad vſumfru. Accur.

c Donare mortis cauſa patri filius familias an poſſit. Berberius 2. *parte practic. Rubrica* ... hanc quæſtionem ſoluit: patri auctoritate præſtanti filium donare mortis cauſa non poſſe immediate: mediate & per conſequẽtiam poſſe. per conſequentiam, vt ſi patre conſentiẽte filius det patri, nepoti ex filio donans ſe procreato. priori enim caſu ius patri quæritur, quod non ſit ſecundo. Clarus 4. *ſententiarum.§. donatio, quæſt.* ... non diſtinguit & notat communem eſſe opinionẽ Patrem non poſſe interponere cõſenſum filio ſibi donanti cauſa mortis. Graſſus. §. *donatio cauſa mortis. quæſt.* ... conſenſu iudicis patri à filiofamilias donari poſſe ſcribit.

Non valet auctoritas interpoſita à tutore inuito, nec præſentia corporis cum ignorantia. Bart.

1\. ¶ Tutor ſi inuitus retentus ſit per vim, [f] non valet [g] quod agitur. Neque enim præſentia corporis [h] ſufficit ad auctoritatem, † vt [i] ſi ſomno aut morbo [k] comitiali occupatus tacuiſſet.

f ¶ *Per vim.* vt auctoretur.
g ¶ *Non valet.* Imò videtur quod valeat ipſo iure: ſed debeat reſcindi poſtea per actionem quod metus cauſa, vel alio iure reſtitutionis: *vt.j.quod metus cauſa.l.ſi mulier.§.pen.* *& .j.quod fal.tu.aucto.l.interdum.* Sed dic hic ſpeciale, vt in dote: *vt.ſ.quod metus cau.l.ſi mulier.§.ſi dos.* ſic & in matrimonio & iudicio: *vt ibi no.* Item & in teſtamento: *vt.j.de teſta.l.qui teſtamento.§.ſi.& .j.de acquiren.hered.l.vj.§.ſi.* Sed ibi fuit fallens: *vt.j.quod fal.tu.aucto.l.nouiſſime.§.quid enim ſi compulſu.*
h ¶ *Corporis.* ſic.*j.de cap.l.nihil.& .ſ.de arbi.l.diem.§ coram.& de neg.geſt.l.at qui natura.§ ſi libero.& .j.eo.l.non multum.* Acc.
i ¶ *Vt.* id eſt, ſicut.
k ¶ *Morbo comitiali.* id eſt, caduco.

II\. IDEM *libro viceſimoquarto ad Sabinum.*

NVlla differentia [l] eſt, non interueniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur.

Sufficit auctoritatem tutoris interponi parte non interrogante. Bartolus.

l NVlla differentia. Pone exemplum *vt.ſ.l.proxi.in ſi.& .j.eo.l.obligari.§.pen.& .j.de acquir.here.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.* Item facit ſupra *qui ſatiſd.cog.l.quoties.& de interro.ac.l.de ætate.§ nihil.*

ETiam.] CASVS. Si tutor reſpondeat ſibi placere quod agitur per pupillum cum Titio, quamuis non interrogatus eſt ab aliquo, valet quod agitur. Viuianus.
m ¶ *Valet auctoritas.* ſic *& .ſ.de interro.act.l.ſi ſine.*
n ¶ *Probare.* dicens, approbo, vel agnoſco, vel æquipollens. [d] ſic & in ratihabitione: *vt.j.rem ra.ha.l.quo enim.* Imò [e] etiam ſi tacet, videtur auctorari ſi ſciat quod fit, & ſit præſens: *vt.j.eo.l.impuberes.& .l.non multum.* ſecundum Azo. & arg. *C.ad Velleia.l.ſi ſine.* ¶ Arg. contra *j.de reg.iur.qui tacet.* vel fortè ſecundum H. erit diſtinguendum: *vt.ſ.qui.mo.pign.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.non videtur.* ſed hæc non placent: imò oportet eum loqui: *vt hic.* nec illa .l. impuberes. dicit de ſua taciturnitate, ſed pupilli quando re contrahitur obligatio: ſed illa non multum ob. niſi ſub. vnum maximè, ibi ſcilicet ſuper illo verbo, ignorauerit.

d Facit Glo. in cap. Abbate. in ſi. ibi: item auctoritas. extra de his quæ vi metuſue cauſ. fi. de ... quid fieri ſufficit.

e Tacens, præſens & ſciens, auctoritatem præſtare intelligitur.

ET ſi pluribus.] CASVS. Si emã à pupillo habête plures tutores, aucto. illi[•] tutoris cui adminiſtratio eſt denegata, vel illius qui remotus eſt vt ſuſpectus, non poſſum effici dñs rei quã emi taliter. ſecus autẽ ſi emo cũ auctoritate vni[•] de tutoribus qui adminiſtrabat, vel adminiſtrare poterat: quia tunc valet quod agitur. Viuian.
o ¶ *Et ſi pluribus.* ſuper hac .l. dic vt in ſumma.eo.ti.in.§.præſtare oportet, &c. vſque illuc. §. poteſt tutor.
p ¶ *Sufficiat.* vt. *C.eo.l.fin.* niſi in caſu cum ſoluitur tutela: vt ibi.
q ¶ *Conceſſa non eſt.* Imò videtur poſſe auctorari: *vt.j de acquir.here.l.pupillum.quæ eſt contra.* Solu. expone hic non eſt conceſſa. i. eſt denegata à iudice, vel à teſtatore: ſiue in totum, ſiue in partẽ: vt [a] quod facit in toto quo ad totum, ſic & in parte quo ad partem: *vt.ſ.ti.j.l.ſi duo.& .l.ij.§.j.& ſi & .l.ſeq.* in contrario verò nõ fuit negata. ¶ Sed ſecundũ hoc quid differt hoc à fine iſtius legis? Reſpond. aliud [b] eſt eum remoueri omnino: aliud interdici adminiſtrationem. & ſic non deſinit eſſe tutor: *vt.ſ.ti.j.l.ij.§.j.* ſic in epiſcopo aliud [c] eſt eum deponi, aliud eſt adminiſtrationem auferri, licèt ſit argum. contra. *j.titu.ij.l.hæc enim.§.prætor.* Sed ibi expone. ¶ Sed ſi eſt conceſſa vni, nonne videtur aliis denegata? Reſpon. aut committitur vni, vt ille ſolus habeat neceſſe gerere, alij tamen poſſunt, ſi volunt: & tunc omnes poſſunt auctorari: *vt.d.l.pupillum.& .j.de ſol.l.quòd ſi forte.§.1.* aut vt alij repellantur, & tunc non: *vt hîc, & .d.l.quòd ſi forte.* aut eſt dubium, & tunc omnino poſſunt: *vt arg.ſ.de iudi.l.cum prætor.* ADDITIO. Ex dictis iſtius Glo. apparet qualiter debet intelligi. l. pupillum. quæ fuit. ſ. alleg. pro contrario. nam ibi loquitur in pluribus tutoribus qui poterant adminiſtrare, & habebant decretum iudicis, tamen vnus nõ adminiſtrabat: certè bene poterit auctoritatem interponere. ita loquitur ibi ſecundum Bar.

a Totius quæ ad totum ratio eſt, eadem eſt partis ad partem.

b Adminiſtratione remoueri & interdici differunt.

c Deponere, & adminiſtrationem interdicere, differunt.

III\. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

ETiam ſi non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas [m] eius, cum ſe probare [n] dicit id quod agitur. hoc eſt enim auctorem fieri.

Sufficit vnius tutoris auctoritas ſi poteſt adminiſtrare: aliàs ſecus. Bar.

IIII\. POMPONIVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

ET ſi pluribus [o] datis tutoribus, vnius auctoritas ſufficiat: [p] tamen ſi tutor auctoretur, † cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non eſt, [q] id ratum à prętore haberi non debet: & ideo puto verius eſſe, quod Ofilio placebat, ſi eo tutore auctore qui tutelam non gerat, emam à pupillo, ſciens [r] alium eius tutelam gerere: dominum me non poſſe fieri. Item ſi eo auctore emam, qui à tutela fuerit remotus. [f] nec enim id ratum haberi.

† aliàs, auctorcatis.

Pupillus tutori tutore auctore ante non poteſt obligari naturaliter, niſi quatenus factus eſt locupletior: ſed cum auctoritate alterius tutoris poterit.

V\. VLPIANVS *libro quadrageſimo ad Sabinum.*

PVpillus obligari tutori eo auctore non poteſt. [t] Planè

r ¶ *Sciens.* idem & ſi ignorans quo ad hoc quòd dicit dominum me non poſſe fieri. ſed ſecus eſt quo ad hoc vt habeat locum edictum quod fal.tu.auct. *vt.j.quod fal.tu.act.l.j.§.j.& fin.*
ſ ¶ *Remotus.* ſupra ergo licèt vni [d] conceſſa, & alteri denegata eſt: tamen remotus non fuit à tutela: *vt ibi no.& facit.j.pro emp.l.qui fundum.§ qui ſciens.*

d Conceſſum vni alteri denegatum videtur.

PVpillus.] CASVS. Adminiſtrabam tutelam pupilli, & ei mutuaui.x. vel ab eo fui aliquid ſtipulatus: nũquid obligatur mihi pupil.? Et diſtinguitur: Aut habeo contutorem, & cũ eius auctoritate pupillo mutuaui, vel ab eo fui ſtipulatus. aut nõ habeo contutorem: vel habeo, ſed ſine eius auctoritate prędicta feci. primo caſu obligatur mihi pupil. ſecundo non, etiã naturaliter, niſi inquantũ factus eſt locupletior: quia tũc tenetur ciuiliter & naturaliter. Secũdò dicit quòd ſi pupillus vẽdat aliquid alicui ſine tutoris auctoritate, vel emat ab aliquo: non obligatur ciuiliter. Tertiò dicit quòd ſi tutor emit rem pupilli ſui à ſeipſo, nihil valet: ſed auctoritate tutoris bene valet, niſi mala fide fiat. nam tunc etiam cum auctoritate contutoris nihil valet, & ideo nõ procedit vſucapio: ſed ſi maior factus pupillus ratam habeat dictam emptionem dolo factam, valet cõtractus. Quid ſi tutor emat rem pupilli per interpoſitam perſonam? Nõ valet, niſi interponat alium ea de cauſa, quia nolebat propter ſuã honeſtatẽ nomen ſuum ſcribi in inſtrumento: & tunc valet ſi ſine calliditate faciat: aliàs non. Quid ſi creditor pupilli habens rẽ pupilli pignori obligatã, eam vendat? Vel ex pacto vel ex lege poteſt emere eã tutor bo. fi. Quartò dicit: quod dictum eſt de tutore à pupillo emente, vt valeat emptio vel nõ: idẽ eſt ſi filius tutoris vel alius tutoris iuri ſubiectus emat à pupillo prædicto. Sequens lex dicit: illud quod dixi in §. pupillus. in prin. ſcilicet circa extraneum à pupillo ementem: idem dico in tutore cui non eſt conceſſa tutelæ adminiſtratio. Viuian.
t ¶ *Non poteſt.* vt *ſupra eo.l.j.in princ.* ſed & ſine auctoritate eius

poteſt

potest ex causa admministrationis:*vt.j.de contra.iu.tu.l.j.in prin.*
a ¶*Sufficiat.* nam aliquis est quandoque tutor, cuius auctoritas non sufficit:*vt.3.l.proxi.*
b ¶*Non erit obligatus.*etiam naturaliter si clam,& non est locupletior.&iungitur huic sequens dictio,naturaliter.secus si palam, & bona fide:*vt.3.tit.j.l.non existimo.&.j.§.sanè.* Sed econtra potest se obligare pupillo accipiendo ab eo mutuum:*vt.3.titu.j.l.quoties.§.non tantum.* & adde quod not. *C.de inuti.stipu.l.j.*

j.*l.non existimo.in fi.& l.tutor rerum.&.j.de iure fis.l. non intelligitur §.si quis.*& hoc innuit sequens casus,sed & creditor &c.Alij hoc referunt ad casum illum quando tutor accepit à contutore.& pro hoc est argu.*3.tit.j.l.non existimo.in prin.& facit ad hoc de ri.nup.l.si.& C.man.l.ab Anastasio.*

si plures sint tutores,quorũ vnius auctoritas sufficit:[a] dicendũ est altero auctore pupillum ei posse obligari: siue mutuam pecuniá ei det, siue stipuletur ab eo. Sed & cum solus sit tutor,mutuá pecuniá pupillo dederit, vel ab eo stipuletur:nõ erit obligatus[b] tutori: naturaliter[c]tamen obligabitur in quantũ locupletior fact° est. Nam in pupillum non tantùm tutori, verũ cuiuis actionẽ in quantũ locupletior factus est, dandam diuus Pius rescripsit.

Pupillus in contractu vltro citroque obligatorio sine auctoritate tutoris non obligatur: sed alium sibi obligat. Bartolus.

1. ¶ Pupillus vẽdendo sine tutoris auctoritate, non obligatur: sed nec in emendo,[d] nisi in quátum locupletior factus est.

Tutor potest emere à pupillo dummodo ipse non auctoretur in contractu proprio, sed alter contutor interponat auctoritatem. Item tutor non debet emere rem pupilli per interpositam personã: quia fraus præsumitur Item tutor potest palã emere se auctore, si bona fide alterius nomen in instrumento accõmodauerit, si verò mala fide: non valet emptio. hoc dicit.

2. ¶ Item ipse tutor & emptoris[e] & venditoris[f] officio fungi non potest. Sed enim si contutorem habeat cuius auctoritas sufficit,[g] proculdubio emere potest. Sed si mala fide[h] emptio intercesserit, nullius erit momenti: ideoque nec vsucapere[i] potest. Sanè si suæ ætatis[k] factus cõprobauerit emptionem, contractus valet. 3. ¶ Sed si per interpositam personam rem pupilli emerit: in ea causa est, vt emptio nullius momenti sit[l]: quia non bona fide videtur rẽ gessisse. & ita est rescriptum à diuo Seuero & Antonino. 4. ¶ Sanè si ipse quidem emit palam,[m] dedit autem nomen[n] non mala fide, sed simpliciter, vt solent honestiores non pati nomina sua instrumentis inscribi:[o] valet emptio. Quòd si callidè, idem erit ac si per interpositam personam emisset.[p]

5. ¶ Sed & si creditor pupilli distrahat:[q] æquè emere bona fide poterit. 6. ¶ Si filius tutoris, vel quæ alia persona iuri eius subiecta emerit, idem erit atque si ipse[r] emisset.

Tutores non possunt administrare, nisi eis administratio decernatur: & tunc possunt emere vt extranei. Bartol.

VI. POMPONIVS *lib.17. ad Sabinum.*

TVtores quibus administratio decreta non esset,[s] tanquam extraneos rectè à pupillo emere placet.

VII. VLPIANVS *lib.40. ad Sabinum.*

QVod dicimus,[t] in rẽ suam auctoritatem accõmodare tutorem nõ posse: totiés verum est, quotiens per semet uel subiectas sibi personas adquiritur[u] ei stipulatio. ceterùm negotiũ ei geri per cõsequẽtias, vt dictum[x] est, nihil prohibet auctoritas.

Diuersitas tutorum auctorantium non impedit constitutionem duorum reorum. Bartolus.

1. ¶ Si duo rei sint stipulãdi, & alter me auctore à pupillo stipuletur, alter altero tutore auctore: dicendum est stipulationem valere: sic tamen, si auctoritas tutoris vnius sufficiat.[y] cæterùm si non sufficiat:[z] dicendum erit inutilem esse stipulationem.[a]

Filius tutor non potest interponere auctoritatem contrahente patre in cuius est potestate. Bartolus.

2. ¶ Si & pater & filius qui in potestate ei[e] fuit, tutores fuerũt: & pater sit stipulatus filio auctore, nullius momenti erit stipula-

c ¶*Naturaliter.* si cõtinues superiori, plana est si verò inferiori, tũc sub. & ciuiliter ex quo locupletior est.[a] Idem & si dolum cõmitteret, quia hęc sunt paria:*vt.3.deposi.l.j.§.an in pupillum.& facit C.de nego.gest.l.ij.&.3.de condic.inde.l.quod pupillus.& l.naturaliter.§.fi.& l.seq.& de act.& oblig.l.pupillus.&.j.quando dies.leced.l.cũ illud.§.heres.*
d ¶*Nec emendo.* ille tamẽ cũ quo cõtrahit, sibi obligauit: *vt Insti.eo.in prin.&.3.de act.emp.l.Iulianus.§.si q d à pupillo.*& hoc cũ res erat talis, quam licitũ erat ei alienare.alioquí secundum Ioan. aliud esset: & sic claudicat hic contractus ab alia parte,arg.contra.*3.de arbi.l.Pedius.*
e ¶*Emptoris.*aliàs emptionis & venditionis. & ita in libro domini Azonis.
f ¶*Et vẽditoris.*b vt q a emat ab eo se auctore. sunt enim hęc correlatiua, emptor & vẽditor & alius debet esse emptor, & alius venditor: *vt.3.de re.permu.l.j.*
g ¶*Sufficit.* hoc dic vt no.in prin.huius.l.
h ¶*Mala fide.* præsumptæ:[c] vt quia se auctore emit. alij referũt ad proximum quando emit auctoritate contutoris,& dicunt mala fide in eo quòd pretio minore,vel d sciẽs rem alienam.
i ¶*Nec vsucapere.* hoc intelligas cum res aliena emebatur à pupillo: aliàs frustra poneret de vsucaptione. ¶Sed cõtra.*j.pro emp.l.ij.§.tutor.*Solu.ibi tenuit emptio, quia auctoritate contutoris. vel dic palam,& bona fi.quod hîc non fuit. ¶Item intellige hoc nisi palam forte & bona fide hic auctoretur sibiipsi.secundum Io. *arg.j.§.sanè.&.3.tit.j.l.non existimo.& C.de contrah.emp.l.cum ipse.*Item contra.*3.de contrahen.l.si in emptione.§.fin.*Solu.vt ibi, &.d.l.cum ipse.& eisdem modis soluitur in eodem titu.non licet *&.3.tit.j.l.tutor rerum.& l.quoties.§.non tantum.*
k ¶*Sanè si suæ ætatis.*f.xxv.an.*vt.C.de iis qui ve.æta.impe.l.fin.& facit.C.si mi.se ma.l.j.&.ij.*
l ¶*Nullius momenti sit.*sic.*C.quod met.cau.l.pen.*
m ¶*Palam.*f.tutor à pupillo se auctore palam præstando auct. & bona fide,& ita in hoc casu præstat in re sua auctoritatem.*sic.3.tit.*

n ¶*Nomen.*i.emptorem qui emeret.
o ¶*Inscribi.*No.*sic.C.de contrahen.& com.stip.l.optimã & Iustinianus edicto septimo.*
p ¶*Emisset.* quo casu non valet.
q ¶*Distrahat.*ex pacto habito cum patre pupilli: vel ex lege. ¶Et sic not. quòd admittit vt[a] quilibet.arg. contra.*C.de dolo l.j.*
r ¶*Si ipse emisset.*sic in donationibus vetitis à iure ciuili:*vt.C.de do.inter vir.& vxo.l.cum inter.& facit.j.l.quod dicimus.*Accur.
s TVtores.] *Decreta non esset.*i.denegata est:*vt.3.eo.l.* & si pluribus no. nam & hîc dicit extraneos isti ergo cum auctoritate contutoris emunt, nõ autem se auctoribus, cum non possunt præstare auctoritatem, sed administrãtes possunt sibi auctorari palam & bona fide: *vt.3.l.proxi.§.sanè.* Alij dicunt hos posse emere predicto modo. sed qui administrant, nullo modo. quod non placet.
QVod dicimus.] CASVS. Hæc l. dicit idem quod prima lex in principio. [SI DVO.] Pupillus duos tutores habens accepit mutuã pec. à duobus reis stipu. & vni de reis obligauit se cũ auctoritate vni° tutoris: alteri cũ auctoritate alterius certè obligatur si ambo tutores auctoritatẽ accõmodare poterant, aliàs non. [SI ET PATER.] Ego & pater meus eramus tutores cuiusdã pupilli: & pater meus fuit stipulatus à dicto pupillo mea auctoritate. certè nihil valet.*V. ci.*
t ¶*Quod dicimus.* s.b *eo.l.j.in prin & l.pupillus in prin.*
u ¶*Acquiritur.*i.[c] acquirere vult. Vel etiam ex alio cõtractu: *vt.3.eo.l.pupillus.§.fi.&.j.ea.l.§.fi.&.j.eod.l.potest.§.j.& l.seq.*

x ¶*Vt dictum est.3.eo.l.j.ij.resp.*
y ¶*Sufficiat.*qd est semper:*vt.3.e.l.& si plurib.*nisi d fuisset dictum vt vnus sine altero nõ obligaret, nec auctoritatẽ pstaret:*vt.3.tit.j.l.Titiũ.in pri.*Vel nisi aliàs denegata:*vt no.d.l.& si plurib.* ¶Sed[e] nõne vterq; tutor videt cõsẽtire & auctorari etiã alteri cũ pſẽs sit: *vt.j.e.l.impuberes?* Res.hic fortè exprimebat vterq; se pstare auctoritatẽ vni tantũ: vel vterq; ignorabat alterũ pstare auctoritatẽ
z ¶*Non sufficiat.*expone:*vt.3.e.l.pupillus.in prin.& hoc modo.*
a ¶*Stipulationem.*sc.illam cui deest auctoritas. Vel tota est nulla si fuit auctoritas illius qui non potest præstare:*vt.3.titu.j.l.Titium.* Azo & H.*arg.j.de duo.re.l.his verbis.& in.l.si ex duobus.fi.*

a Præter hos casus pupillus obligatur: puta si pactum seu contractus sint iuramento firmati: quia tunc iuramentum reddit cum maiorem. *Innoc.in c.1.de iureiuran. Pau.de Cast.con sil.31. quod incipit: si non interfuit iuramentum.*

6 Hinc colligũt. Notarium non posse instrumentũ procurationis conficere pro se & in propria causa. Verum id cõtiarum cõmuni obseruatione non seruari, scribit Guido Papæ decis.118.

c Mala fide emit qui sciens rem alienã cõparat.

d Præsumptio fraudis tollitur quoties res empta est suo ac vero pretio.

a Vt quilibet seu extraneus admitti quis interdũ potest: qui ratione officij sui specialiter remouetur ab aliquo actu, puta ab emptione quarũdam rerum.

b Tutor in rẽ suã auctoritatem accommodare regulariter non potest.

c Verba actus, & potentialibus interdum sumuntur.

d Tutoris vnius auctoritas non sufficit quoties dictũ fuit, vt non vnius auctoritas sufficeret.

e Consentire tutor tutori, hoc ipso quod sit præsens, an videatur.

a ¶*Non potest.* & [a] econtra: *vt. s. in prin. huius. l. & ibi not. & s. l. j. §. j. & facit. s. de iurisd. om. iu. l. qui iurisdictioni.* Sed arg. contra [b]. s. *de iudi. l. in priuatis.*

ET *si conditionalis.*] CASVS. Quamuis contractus quem vult pupillus inire, sit conditionalis: tamen auctoritas tutoris eius pure interponi debet. *Viuianus.*

b ¶*Nõ cõditionaliter.* Not. quòd [c] non recipit diem vel conditionem auctoritas: sicut & quidam alij actus ciuiles: *vt. j. de reg. iur. l. act.* [d] *& s. de adopt. l. quasitum est.* Accur.

O*Bligari.*] CASVS. Pupillus sine tutoris auctoritate non potest alicui obligari ciuiliter, sed sibi acquirere bene potest. Sed nunquid potest mutuare sine tutoris auctoritate? Respon. quòd non: quia non potest alienare aliquid sine tu. auctor. in mutuo autem bene alienatur pec. vnde non potest manumittere seruum suum sine tutoris aucto. quia manumissio est alienatio. sed & si in manumittendo interueniat tuto. auct. tamen cum iusta causa oportet quod manumittat ad hoc quod valeat. Itẽ dicit quòd pup. non potest obligari ex aliquo contractu ciuiliter sine tut. auct. Quid si soluat creditori suo pupillus sine tutoris auct. nunquid liberatur? & certè nõ, nisi creditor bo. fi. pecu. sibi à pu. persolutam consumpserit: quia tunc propter consum. liberatũ. [PVPILLVS HEREDITATEM.] Hereditatem etiam lucrosam non potest pup. adire sine tut. auct. nec ex senatuscon. Trebel. potest recipere pup. sine tuto. auct. hereditatem sibi per fideicom. restituendam per aliquẽ heredem instit. [TVTOR.] Quando pupillus super aliquo negotio contrahit, statim debet auctoritatẽ præstare tutor, non autem ex interuallo vel per epistolam absente tutore. secus autem si tutor sit cum pup. & contrahens cum pup. sit absens: quia tunc bene valet auctoritas tutoris: si tamen sit talis contractus qui inter absentes fieri possit. de quibus dicit litera planè. *Viuianus.*

c ¶*Obligari ex omni.* ex nullo potest obligari. sic omnis homo nõ currit. i. nullus homo currit. & dic vt not. C. *de inuti. stip. l. j.*

d ¶*Non potest.* nisi infans sit: *vt. j. de verb. obli. l. j. & l. mulier.* nisi in casu: *vt. j. rem pu. sal. fo. l. ij. § seruum.* H.

e ¶*Sed credẽdo.* i. numerãdo alicui pecuniã ex causa mutui. Acc.

f ¶*Nihil alienare.* nisi demum consumpta pecunia: *vt. s. si cer. pet. l. non omnis. §. fin.*

g ¶*Nec manumittere.* est [e] enim manumissio alienatio: *vt. C. de re. alie. non ali. l. fin.*

h ¶*E lege Aelia Sentia.* [f] quæ prohibet minorem. xx. an. manumittere nisi causa probata. quod dic vt *Instit. qui ma. non pos. §. eadem.* nisi sit infans, qui etiam apud consilium non manumittit: *vt j. de manu. vind. l. pen.*

i ¶*Soluendo.* i. pecuniam reddendo creditori suo.

tio: idcirco, quia in rem patris auctor esse filius non potest.[a]

Interpositio auctoritatis est actus legitimus qui conditionem non recipit. Bartolus.

VIII. IDEM *lib. 48. ad Sabinum.*

ET si cõditionalis cõtractus cũ pupillo fiat, tutor debet purè auctor fieri. nam auctoritas non conditionaliter,[b] sed purè interponenda est, vt conditionalis contractus confirmetur.

Pupillus nullum actum vel cõtractum potest facere sine tutore si in eis posset lædi: bene autem potest actum exercere sine tutore, siue contractum inire quando certum est quòd ex eo lædi non potest. h. d.

IX. GAIVS *lib. 12. ad Edictum prouinciale.*

OBligari ex omni[c] contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest:[d] adquirere autem sibi stipulando, & per traditionem accipiendo etiam sine tutoris auctoritate potest: sed credendo[e] obligare sibi non potest: quia sine tutoris auctoritate nihil alienare[f] potest. 1. ¶ Ex hoc autẽ quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest: apparet nec manumittere[g] eum sine tutoris auctoritate posse. Hoc amplius, licèt tutoris auctoritate manumittat, debet è lege[h] Ælia Sentia apud cõsilium causam probare. 2. ¶ Pupillus ex omnib. causis soluẽdo[i] sine tutoris auctoritate, nihil agit; quia nullũ dominiũ transferre potest: si tamẽ creditor bona fide pecuniã pupilli cõsumpserit, liberabitur[k] pupillus. 3. ¶ Hereditatẽ adire pupillus sine tutoris auctoritate non potest[l], quamuis lucrosa[m] sit, nec vllum habeat dãnum. 4. ¶ Nec ex senatusconsulto Trebelliano hereditatem recipere pupillus sine tutoris auctoritate[n] potest.

Auctoritas debet in ipso negotio interponi. Bartolus.

5. ¶ Tutor statim in ipso negotio præsens debet[o] auctor fieri: post tempus[p] verò aut per epistulam[q] interposita eius auctoritas nihil agit.

Sufficit tutorem auctorari pupillo præsente: licèt alia pars sit absens. Bartolus.

6. ¶ Etiam si non exaudiat tutoris auctoritatem is qui cum pupillo contrahit, scriptis[r] tamen hoc ad probetur, rectè negotium geritur: veluti si absenti pupillo per epistulam vendam aliquid, aut locem, & is[s] tutoris auctoritate consentiat.[t]

Non imputatur tutori si impeditus non auctoratur. Bartolus.

X. PAVLVS *lib. 24. ad Edictum.*

TVtor qui per valetudinem vel absentiam vel aliam iustam causam auctor fieri non potuit,[u] non tenetur.[x]

Hæreditas vel bonorum possessio non potest agnosci sine auctoritate tutoris vel curatoris furiosi: qui tenentur si non vtiliter fuerint auctorati. Bartolus.

XI. GAIVS *lib. 15. ad Edictum prouinciale.*

SI ad pupillũ aut furiosum bonorũ possessio pertineat; expediendarũ † rerũ gratia, & in agnoscẽda & in repudiãda bonorũ possessione volũtatem tutoris curatorisque[y] spectari debere

k ¶*Liberabitur.* vt. j. *de sol. l. quòd si fortè. §. fi. & s. si cer. pet. l. non omnis. § fi.*

l ¶*Non potest.* sed cum tutoris auctoritate potest, non curatoris: *vt. j. de appel. l. cum in vna. §. tutor.*

m ¶*Quamuis lucrosa.* vt *Inst. e. §. neq; autẽ. & j. de re mili. l. officiũ §. sed scio.* Item [a] & quæ videtur lucrosa, quandoque est dãnosa: *vt. s. de mino. l. minor. an. xxv.* Azo. & adde quod no. *C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum. & s. de iure deli. si infanti.* sed conditioni parere potest: *vt. j. de condit. & demon. l. v.*

n ¶*Sine tutoris auctoritate.* nec tutor solus, nisi cũ pupillus est infans, vel abest: *vt. j. ad Treb. l. restituta. in fin. & l. seq. & C. ad Treb. l. scimus. in prin.*

o ¶*Debet.* si hoc prodesse pup. existimat: *vt Insti. eo. §. pe.* nec tamẽ præcisè cogitur: *vt. j. e. l. si tutor.* & dic præsẽs cũ pupillo non autẽ cũ eo q contrahit cũ pupillo: *vt. j. §. fi.* ¶ Sic ergo auctoritas tutoris interuenit ĩ ipso negotio, vel [b] post incõtinẽti. ¶ Sed aliud [c] est in iussu facto à patre vel domino de adeũda hereditate qui præcedit: *vt. j. de acq. her. l. si q's mihi bona. §. iussũ. quæ est cõtra.* Vel dic vt ibi, *& Instit. eo. §. pen.* Acc.

p ¶*Post tempus.* non modicum.

q ¶*Aut per epistolam.* Quid si præsente pupillo mittit Titio tutori epistolã qua dicit se vẽdere rẽ, & auctoratũ, & postea Titius cõsentit: dic hoc non valere: quia si Titius cõsentit, fit contractus: *vt & s. co. præ. l. fi.* & sic auctoritas [d] remota est à cõtractu. & est ante, cum debeat esse pfecto negotio: *vt. d. §. iussum.*

r ¶*Scriptis.* vel [e] testibus: *vt. C. de fide inst. l. in exercẽdis. & de pac. l. pactum.*

s ¶*Et is.* s. pupillus.

t ¶*Consentiat.* nam solo consensu contrahitur emptio & locatio: *vt Inst. de ob. ex con. §. ideo.*

T*Vtor qui.*] CASVS. Si tutor nõ præstet aucto. pup. cõtrahenti cũ aliquo ad suã pup. vtilitatẽ: quia aut habet iustã causam tutor: aut nõ. si autẽ habet iustã causam, nõ tenetur ppter hoc pupillo act. tutelæ finita tute. si autẽ nõ habeat iustã causam, non debet prætor præcise eũ cogere ad auctorãdũ: sed finita tute. tenetur pu. propter hoc. & hoc dicit cum *l. si tutor pupillo. j. eo.* Viuianus.

u ¶*Non potuit.* secus si non impediretur: *vt. j. eo. l. si tutor.*

x ¶*Non tenetur.* s. tutelæ illi pupillo.

S*I ad pupillum.*] CASVS. Si tutorẽ habeat pupillus: & ei sit bo. pos. ab aliquo delata. debet agnoscere bo. poss. pupill' cũ auct. tuto. si expediat ei agnoscere. si autẽ nõ expediat, debet eãdẽ cũ auctoritate eiusdẽ tutoris repudiare. & quando agnoscit prædicto modo cũ aucto. eiusdẽ, debet in curia & extra curiã expedire res quæ in ea hereditate cõtinẽtur. & si cõtra cõmodũ pupilli faciat tutor circa tria prædicta, tenebitũ ei finita tutela act. tu. pter hoc. & qd dixi in pupillo tutorẽ habẽte: idẽ est ĩ furioso curatorẽ habẽte. Vi.

y ¶*Curatorisq.* s. furiosi: [f] de quo tãtũ casu hic dicit. ac curat. adulti vel impuberis an possit adire, vel aditioni auctorari: dic vt no. *j. de ap. l. cum*

a Filius in rem patris auctor esse non potest, vt hic. An verò tabellio seu testis? Quidam aiunt: alij negant. quod & mihi verius videtur.

b Dies ibi delegatus in causa pecuniaria esse potest.

c Tutoris auctoritas diem vel conditionẽ non recipit.

d Electio hunc in modum pura esse debet non conditionalis. c. intellectus. extr. de elect.

e Alienationis species est manumissio.

f Ælia Sentia scribẽdum est. Nam ab Ælio Sentio lata est. de qua vide Ang. Polit. miscel. cap. 14 & Alci. lib. dispunct. 2. cap. 21.

a Hæreditatis vires incertæ dubiæ & fallaces.

† Et hic vnus est casus exceptus à regula quæ dicit ratihabitionẽ retrotrahi: vt in c. 2. in Gl. verbo prope fi. extra de pact.

b Patris sunt id ipso actu auctoritatem interponi & in continenti.

c Hæreditatis adeundæ iussus patris vel domini præcedere debet.

d Auctoritas tutoris remota à contractu vtrum valeat.

e Similes enim casus semper intelliguntur.

† id est, vt facilius possint agnosci vel repudiari.

† Cur enim appellent à testamentaria, quæ factū priuati hominis continet? Cur etiam à legitima appellent, cum à lege nō possit appellari? Cur à datiua, cum ipsorū pupillorū intersit nō trahi ad superiores iudices aut potius, quod tutelæ datio non sit datio, neq; competat per modū iurisdictionis. *l. puto. §. tutoris datio. ĵ. de iud.* nisi dicas, non appellari à tutelæ datione, cū possit huic malo mederi per excusationem.

Antonius.

Scire oportet, neque creatos tutores neque testamento datos prouocandi necessitatē habere, vt ex constitutione diuorum Seueri & Antonini apparet. Quod etiam obseruari conuenit in creatis curatoribus. Nā valde sunt pauca ea, in quibus curatores à tutoribus differant. Sanè à sententiis quæ eis excusationes auferunt, prouocare licet.

Vulgaris.

Scire oportet, quoniā neque dati [d] tutores neque testamentarij prouocare [e] necesse [f] habent: † vt ostendit constitutio diui Veri & Antonini. Hoc autem obseruari oportet & in datis curatoribus. In paucissimis [g] enim distant curatores à tutoribus. Aduersus denique sententias auferentes eis excusationes, licentiam habebunt appellandi.

Non leuiter debet quis admitti ad præstandum excusationes à tutela: sed habebit constituto sibi tempore ad iudicem ire allegaturus causas impedimenti: quod si neglexerit, non audietur. h. d.

Πολλὰ δὲ παραφυλάττειν προσήκει, ἵνα ἐπιτρέπωσιν ἐπίτροποι, ἢ κουράτωρες τὰ δίκαια παρέχεσθαι τῆς ἀφέσεως. δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἐμπροθέσμως προσελθεῖν τῷ δικαστῇ. εἰσὶ δὲ αἱ προθεσμίαι αὗται. ὁ μὲν γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ὢν ὅπου κεχειροτόνηται, ἢ ἐντὸς ἑκατοστοῦ μιλλίου τῆς πόλεως ἐντὸς πεντήκοντα ἡμερῶν παραιτήσεται, ἢ μετὰ τοῦτο οὐ συγχωρηθήσεται, ἀλλ' ἕξεται τῆς φροντίδος. κἂν τούτων τι μὴ ποιήσῃ, ἔσται ἐν τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ, ἐν ᾗ ἦν ἄν, εἰ ἀπεφαίνετο τῷ ἰδίῳ κινδύνῳ αὐτὸν ὀλιγωρεῖν, πρὸς τὸ μηδὲ καταλείπεσθαι αὐτῷ τινα ὁδὸν πρὸς παραίτησιν.

Antonius.

Multa verò obseruare oportet tutores, vel curatores, vt causas excusationis allegare permittantur. Nam debent intra tempora constituta ad iudicem accedere: & constituta sunt hæc. Qui in vrbe est in qua creatur, aut intra centesimum ab vrbe milliarium, intra quinquaginta dies excusatur. postea verò non permittitur ei se excusare, sed oneri obligatus est. Et cum nihil horum fecerit, in eadem erit causa, ac si suo periculo id contemnere visus esset. nulla enim ei relinquetur ad excusationem via.

Vulgaris.

1. ¶ Multa verò obseruari oportet vt cōcedatur [h] tutores vel curatores causas remissionis tribuere. [i] Oportet enim eos etiā constituto legibus tempore ad iudicem accedere. [k] Sunt autem constituta tempora hæc: Qui enim in ipsa ciuitate est vbi creatur, vel intra cētesimum lapidem [l] à

d ¶ *Dati.* id est datiui. idem dicas de legitimis: *vt Institu. eo. §. qui autem.*
e ¶ *Prouocare.* à datione. Accursius.
f ¶ *Necesse.* Sed excusare se debent omnes testamentarij: *vt C. de testa. tute. l. si tibi pater.* dum [a] tamen datio teneat, non aliàs: *vt. C. de confir. tut. l. j.* Item secus in vocatis ad alia munera, qui habent necesse appellare ab ipsa nominatione, dum tamen teneat nominatio: nisi sint veterani: *vt infra quando app. sit. l. j. §. si quis. & l. nominationes. C. quando prouo. non est neces. l. veteranis.* Accur.
g ¶ *In paucissimis.* differunt [b] enim quandoque: *vt supra de tut. & cura. da. ab iis. l. ventri. §. j.* Accursius.
h ¶ *Concedatur.* i. permittatur, legibus scilicet.
i ¶ *Tribuere.* id est allegare.
k ¶ *Accedere.* non iudex ad eum: *vt. ĵ. quis or. in bo. posses. ser. l. ij. §. si præses.*
l ¶ *Centesimum lapidem.* id est centesimū miliare. quilibet enim lapis [c] (vt hic accipitur) miliare designat: *vt Instit. eo. §. qui autem.*

a Excusare se hi demum possunt qui legitimè dati sunt. Est enim excusatio tutelæ in eorum gratiam, qui legitimè dati sunt.

b Tutorum & curatorum differētia in multis.

c Lapis pro miliari.

Dies

ciuitate : intra quinquaginta dies [a] excuſabitur : poſtea † autem non admittetur, ſed tenebitur ad ſolicitudinem. & ſi horũ quid non fecerit, erit † in eadem cauſa in qua eſſet ſi apparuiſſet proprio periculo ipſum negligere : neque vlla ei via relicta erit ad excuſationem.

Præſes qui tutorem dederit, habebit ei in faciem vel ad domum intimare ſe datum : poſt diem autem notitiæ habet datus tutor & alios.xxx. dies.h.d.

Ὁ δὲ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλλια τῆς πόλεως ἀποδημῶν, εἴκοσι μίλλια ἀριθμούμενα αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀφ' ἧς ἂν γνῷ. δεῖ δὲ αὐτῷ μηνυθῆναι ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, ἢ κατὰ πρόσωπον, ἢ ἐπὶ τῆς οἰκίας. καὶ ἔξωθεν τούτων ἄλλας τριάκοντα ἡμέρας ἔχει πρὸς δικαιολογίαν. τοῦτο δὲ διαφέρει καὶ τοῖς κατὰ διαθήκας δοθεῖσιν, ἐάν τε ἐπίτροποι ὦσιν, ἐάν τε κουράτωρες, οὓς κουράτωρας βεβαιοῦσθαι ἔθος ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων.

Antonius.

Qui verò vltra centum millia ab vrbe abeſt, vicenis millibus in ſingulos dies enumeratis, ex quo ſe creatum cognouerit, namque oportet certiorem à magiſtratibus fieri aut coram, aut domi ſuę, alios deinde triginta dies ad allegandam excuſationem habet. Et hoc ad eos quoq; pertinet, qui teſtamento dati ſunt, ſiue tutores ſint, ſiue curatores, quos curatores à Præſide confirmari conſuetum eſt.

Vulgaris.

Qui autem ſupra centum miliaria à ciuitate abeſt, viginti miliaria habebit numerata in vnámquamque [b] diem à qua cognouerit : (oportet autem ei manifeſtari à præſidibus vel in faciem, [c] vel ad domum [d]) & extra hos, alios [e] triginta dies habebit ad excuſationem. [f] Hoc autem conuenit & iis qui teſtamento dati ſunt : ſiue tutores fuerint, ſiue curatores : [g] quos confirmari [h] à magiſtratibus conſuetum eſt.

Quotieſcunque ex verbis legis ſimpliciter intellectis reſultat iniquitas : tunc à verbis receditur, & mens ſeruatur. h. d. Nico. de Neapo.

Ἕτερον δὲ ὁπόσον εὑρίσκομεν ἐν τῆς Μάρκου νομοθεσίας ζητήσεως ἄξιον. τῷ γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ὄντι, ἐν ᾗ κεχειροτόνηται, ἢ ἐντὸς ἑκατὸν μιλλίων πεντήκοντα ἡμερῶν ἔδωκεν ὁ νομοθέτης προθεσμίαν. τῷ δὲ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλλια διατρίβοντι καθ' ἑκάστην ἡμέραν δεῖν ἀριθμεῖσθαι εἴκοσι μίλλια ἐκέλευσε, καὶ ἔξωθεν τούτων ἄλλας τριάκοντα ἡμέρας προσέθηκεν εἰς δικαιολογίαν. ὅθεν συμβαίνει, ἐάν τις ἀπὸ ἑκατὸν ἑξήκοντα μιλλίων τὰς διατριβὰς ποιούμενος, τοῦτον ἔχειν προθεσμίαν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἡμερῶν, ὀκτὼ μὲν τῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα μιλλίων, ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἴκοσι μιλλίων ἀριθμουμένων, τριάκοντα δὲ τὰς πρὸς τὴν δικαιολογίαν. ἔσται οὖν ἐν χείρονι τάξει ὁ πόρρωθεν διατρίβων τοῦ ἐντὸς ἑκατὸν μιλλίων ὄντος, ἢ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, εἴγε τούτοις μὲν ἀεὶ πεντήκοντα ἡμέραι προθεσμίας εἰσίν, ἐκείνοις δὲ ἐλάττους. ἀλλ' εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ ῥητὸν τοῦ νόμου ταύτην ἀποτελεῖ τὴν διάνοιαν, ὅμως γνώμη τοῦ νομοθέτου ἄλλο βούλεται. οὕτως γὰρ καὶ Κερβίδιος Σκαιβόλας, καὶ Παῦλος, καὶ Δομίτιος Οὐλπιανός, οἱ κορυφαῖοι τῶν νομικῶν γράφουσι, φάσκοντες οὕτως δεῖν ταῦτα παραφυλάττειν, ὡς μηδέποτε τινὶ ἐλάττω δίδοσθαι τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν προθεσμίαν. τότε δὲ μακροτέραν, ὁπόταν ἡ διαρίθμησις τῶν ἐπὶ τῇ ὁδῷ ἡμερῶν προστιθεμένων ταῖς τριάκοντα ἡμέραις, ἃς πρὸς δικαιολογίαν ὁ νόμος δίδωσιν, ὑπερβαίνῃ τὰς πεντήκοντα ἡμέρας· οἷον ἐάν τινα φῶμεν ἀπὸ τετρακοσίων τεσσαράκοντα μιλλίων διατρίβειν. οὗτος γὰρ τῆς μὲν ὁδοῦ ἕξει ἡμέρας εἴκοσι δύο· πρὸς δικαιολογίαν δὲ ἄλλας τριάκοντα. παραφυλάξουσι δὲ ταύτην τὴν προθεσμίαν πάντες οἱ ὁπωσοῦν παραιτούμενοι ἐπιτροπήν, ἢ κουρατωρείαν, ἢ μέρος γε ταύτης.

Antonius.

1. ¶ Illud verò inuenimus ex Marci legiſlatione quæſtione dignum. Nam cum ei qui in ipſa vrbe eſt in qua creatur, aut intra centũ millia, legiſlator tempus quinquaginta dierum dederit, ei verò qui vltra centum millia habitat, vicena millia in ſingulos dies numerari iuſſit, & amplius alios triginta dies ad ſe excuſandum præbuit : euenit hinc, vt ſi quis ad centeſimum & ſexageſimum miliare habitat, tempus habeat octo & triginta dierum. Octo enim dies ob centum & ſexaginta millia cõpetunt, numeratis in ſingulos dies millib⁹ viginti. triginta deinde dies ad ſe excuſandum dantur. Itaque peiori conditione eſt qui longius habitat, eo qui intra centum millia eſt, aut in ipſa vrbe : ſiquidem his quinquaginta ſemper dierum tempus eſt, illis pauciorum. Sed & ſi maximè ſcriptum legis eam ſententiam efficiat : tamen legiſlatoris mens aliud vult : quádo & Ceruidius Scęuola, & Paulus & Domitius Vlpianus iuriſperitorum principes ſcribũt hæc ita oportere obſeruari, vt nullo pacto alicui minus detur temporis quinquaginta dierum : tum verò longior dies, cum numerus dierũ itineris additus ad triginta dies, quos ad excuſandũ lex dedit, excedit quinquaginta dies : vt ſi fingamus aliquem vltra quadringenta & quadraginta milliaria habitare. hic enim habet duos & viginti itineris dies, excuſationis triginta. Hoc autem tempus omnes obſeruabunt, qui quomodocunque à tutela vel cura vel ab eius parte ſe excuſant.

Vulgaris.

2. ¶ Aliud etiam inuenimus in diui Marci promulgatione [i] inquiſitione dignum. Si enim ei qui in ipſa ciuitate eſt in qua creatus eſt, vel intra centum miliaria, quinquaginta dierum ſpatium legiſlator dedit : ei verò qui vltra centum miliaria habitat, in vnamquamque diem numerari viginti miliaria † iuſſit, & extra hos alios triginta dies adiecit ad excuſationem. Vnde contingit, vt ſi cuius habitatio centum ſexaginta miliaribus abſit, is octo & triginta dierum ſpatium dumtaxat habeat : octo quidem, centum ſexaginta miliariorum [k] [nomine] † in vnamquamque diem viginti miliariis numeratis : triginta verò, eos qui ad excuſationem. † Erit igitur in deteriori ordine qui longius habitat, eo qui intra centum miliaria eſt, vel in ipſa ciuitate : ſi vtique [l] his quidem ſuper quinquaginta dies ſpatij ſunt, illis [m] verò pauciores. Sed & ſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen † mens [n] legiſlatoris aliud vult. Ita enim & Cerbidius Scæuo-

† legendum millia.

† deeſt. ſed ſubauditur.

† ſub. dies. & ſubaudi dãtur.

† Mens & ratio legis idem ſunt.

a ¶ *Dies.* qui incipiũt ex quo cognouit [a] ſe datum : *vt.* j. *eod. l. quinquaginta. & etiam not. ſupra de admin. tut. l. j. in princi. & l. quidam decedens. §. fina. & l. ſequen. & l. qui iuſſus. & infra eo. l. quinquaginta. & C. eod. l. quinquaginta.*

b ¶ *Vnamquamque.* ſic. ſ. *ſi quis cau. l. j.*

c ¶ *In faciem.* id [b] eſt ſuæ perſonæ. Accur.

d ¶ *Domum.* not. *ſic C. de anna. excep. l. vt perfectius. & j. quod vi aut clam. l. aut. §. j. & infra de damno infec. l. iiij. §. toties.*

e ¶ *Alios.* ſic loquitur quaſi ſupra dederit xxx. quod eſt falſum. *ſic & ſupra de procura. l. non ſolum. §. quærit.* & ſimile eſt tempus ſupra *de libe. agno. l. j. in principio.*

f ¶ *Ad excuſationẽ.* ſ. proponendam.

g ¶ *Curatores.* dati in teſtamento. & dic poſt confirmationem, non ante : *vt infra eo. §. oportet. & infra eo. l. Caius.* Accurſius.

h ¶ *Confirmari.* vt. ſ. *de confir. tuto. per totum. & Inſti. de cura. §. dantur.*

i ¶ *Promulgatione.* i. inquiſitione.

k ¶ *Miliariorum.* id eſt pro centum ſexaginta miliariis.

l ¶ *Si vtique his,* qui ſunt in ciuitate, vel ſunt intra centum miliaria.

m ¶ *Illis.* qui longius diſtant Accur.

n ¶ *Mens.* quæ [e] eſt ſeruanda. quod dic [d] vt ſupra *de legi. & ſenatuſconſ. l. quod verò cõtra. & l. ſeq.* Sed ar. contra *infra qui & à quib. leg. proſpexit.* ADDITIO. Dic quòd per

[a] Non tamen computabitur dies notificationis : ſicut nec dies receptæ citationis. Bald. in l. ſi ea. pe. col. C. qui accuſare non poſſ. Idem dic in die quo appellatũ fuit : quia non computantur in termino proſequendi. Glo. in cle. ſicut. de appella.

† Peremptorij vim habet terminus à lege conſtitutus.

† Paria ſunt non cõparere, aut comparere poſt terminũ.

[b] Citatio in faciem.

[c] Mens legiſlatoris ſemper eſt ſeruanda.

[d] Quoties ex verbis legis ſimpliciter intellectis præfertur iniquũ æquo, recedimus à verbis diſtãtib. à ratione legis.

hoc habetur locus quã do est scripta mens cõtra verba. Ibi non erat mens scripta: *vt habes C. de lega. nõ dubium.* secundum Bar. hic.

a ¶ *Coryphaioi.* id est vertices. erant enim quasi capitanei legum prudentum, id est iurisconsultorum.

b ¶ *Spatium.* statutum scilicet supra hac. l.

c ¶ *Vel parte eius.* id est dicere, siue excusetur à tutela in perpetuum: siue in partem, id [a] est ad tempus: *vt infra eod. l. idem Vlpianus.* Vel id est cum vnus solus datus est tutor & se excusat. vel cum duo & sic vnus eorum se excusat, qui dicitur excusari à parte tutelæ. Vel cùm fortè excusat se ab administratione rerum alterius prouinciæ: *vt. j. eod. l. illud.*

d ¶ *Tempus.* quinquaginta dierum.

e ¶ *Alterius ciuitatis.* cui maius tempus quandoque datur ratione [b] itineris: *vt supra hac. l. §. qui autem. & §. sequen.* 2. Vel fortè quia non habet necesse se excusare, quia [c] nõ tenuit datio, vel fortè quia non fuit datus à magistratu suæ ciuitatis: *vt supra eod. l. non solum. §. & qui in testamento. &. §. diuus Seuerus. & supra de tutoribus & curato. da. ab iis. l. pupillo.* Accursius.

f ¶ *Quòd si excusatus.* per ambitionẽ, vel quia obiecit falsas allegationes inducendo, vel falsas probationes: *vt. C. si ex fal. alleg. l. j. & fina. & supra de transac. l. cum hi. §. si prætor.* secus in alia sententia: *vt infra ad Trebel. l. seruo. §. cum prætor.* & dico hic sententiam ipso iure nullam: *vt Institu. eod. §. fina.* nisi de hoc ipso iudicio pendente causa fuerit mota: *vt. C. de fide instrumen. l. fin.* aliàs [c] latam sententiam per falsum instrumentum vel testes dico ipso iure valere: sed rescinditur postea per restitutionem: *vt infra de re iudi. l. diuus.* sed si pretio fuerit iudex corruptus, vtique dico ipso iure nullam: vt habetur Cod. *quando prouo. non est neces. l. venales.* Azo. Sed certè hic solùm velle videtur quòd potest tẽpus venit, non aliàs falso vsus est. Accursius.

| A, præpositio diuidit & excludit, *vt hic & l. ratio. §. fin. j. de æd. empt. c. statutum. de præbendis. in 6.*
a In partem excusari pro ad tempus excusari.

b Itineris ratione longius tempus iudex indulget.

c Excusare se à tutela is non cogitur, cuius datio non tenuit, vel qui non datus fuit à magistratu suæ ciuitatis.
† Vide in hũc locum Anton. Augustinum lib. singul. ad Modestinum.

* Flo. παραγεγραμμένος.

c Sententia ex falsis instrumentis vel testibus lata ipso quidem iure valet, licèt rescindi possit: pecunia & per sordes lata, ipso iure nulla est.

la, & Iulius Paulus, & Domitius Vlpianus κορυφαῖοι [a] legum prudentum scribunt, dicentes ita oportere hoc obseruari, vt nunquam alicui minus detur quinquaginta dierum spatio, tunc autem longius, cum annumeratio dierum qui in viam computantur, adiectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, excedit quinquaginta dies: vtputa si dixerimus aliquẽ à † quadringentis quadraginta miliariis habitare. hic enim viæ quidem habebit dies viginti duos, ad excusationem autem alios triginta. 3. ¶ Obseruabunt autem hoc temporis spatium [b] omnes qui qualitercumque excusantur à tutela vel cura, vel parte eius. [c]

Sententia lata contra ius litigatoris non expresso errore in sententia, non valet ipso iure: sed hoc est fauore minoris ætatis. hoc dicit. Nico. de Neapo.

Ἀκόλουθον δ' ἐστὶ πιστεύειν, ὅτι εἰ καί τινι εἶδει παραιτήσεως ἤ τις χρώμενος, οὐκ ἄλλως ἀκουσθήσεται, ἐὰν μὴ φυλάξῃ τὴν προθεσμίαν, εἰ μὴ ἄρα τῆς ἑτέρας πόλεως πολίτης ἐστὶν, οὕτως δ' ἐπάναγκές ἐστι φυλάττειν τὴν προθεσμίαν, † ὅτι κἂν δικαιολογησάμενος ἀφεθῇ, μὴ ἐλευθεροῦσθαι αὐτὸν οἱ θειότατοι Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος δηλοῦσιν ἐν διατάξει, κελεύσαντες μὴ κρατεῖσθαι τὸν εἰς τόπον αὐτοῦ χειροτονηθέντα, ὡς οὐκ ἐξὸν δοθῆναί τινα εἰς τόπον ὄντος ἐπιτρόπου. ἀπόχρη δὲ ἐντὸς τῆς προθεσμίας ἐντυχεῖν μόνον. ἐὰν γὰρ μετὰ ταῦτα μὴ ἑκὼν ἀπολειφθῇ, οὐκ ἔσται παραγραφικός. * διόπερ ἐὰν ἀποστάσεως χάριν μόνον ἐντύχῃ, μὴ ἐπιμείνῃ δὲ μετὰ ταῦτα τῇ δικαιολογίᾳ. μετὰ τὴν προθεσμίαν ἀποκρουσθήσεται τῇ παραγραφῇ, καὶ λέγει τοῦτο διάταξις τῶν αὐτοκρατόρων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου. ἐὰν γάρ τις διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην ἀνάγκην, οἷον θαλάσσης, ἢ χειμῶνος, ἢ ἐφόδου λῃστῶν, ἢ τινα ἑτέραν παραπλησίαν ἐμπροθέσμως μὴ δύναται ἐντυχεῖν συγγνώμης τυγχάνειν οὗ τὴν πίστιν ἀρκεῖ συστῆσαι, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ φύσει δικαίου. πλὴν ἀλλὰ καὶ διάταξις ἐστὶ τῶν αὐτοκρατόρων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου ταῦτα λέγουσα. εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι οὐκ ἀπόχρη τὸ προσελθεῖν τῷ δικάζοντι, ἀλλὰ δεῖ αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ εἴδους τῆς ἀφέσεως μαρτύρασθαι, καὶ εἰ πολλὰ ἔχει πρὸς ἄφεσιν δίκαια, πάντα ὀνομάζειν. εἰ δὲ μὴ, ὅμοιός ἐστι τῷ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν προσεληλυθότι, ὁ προσελθὼν μὲν, δίκαιον δὲ ἀφέσεως μὴ ὀνομάσας. αἱ δὲ πεντήκοντα ἡμέραι συνημμέναι ψηφίζονται, ἀρχόμεναι ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς γνώσεως, ἐν ᾧ τις ἔγνω ἑαυτὸν δεδόσθαι.

Antonius.

Consequens his esse sciendum est, vt si qua specie excusationis fuerit aliquis vsus, non aliter audiatur, quàm si seruabit tempus constitutum, nisi cum alrerius ciuitatis ciuis sit. Sic autem necesse est id tempus seruare, vt quamuis ob allegationes liberatus sit, liberum nõ fieri cum diui Seuerus & Antoninus constituant. Idem iubent non valere alterius in eius locũ creationem, vtpote cum datus sit cum non licebat, in eius locum, qui erat adhuc tutor. Sufficit tamen intra tempus saltem adesse: & si postea inuitus causam omiserit, non erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctoriè adsit solum, neque permaneat ad allegandum, post tempus in præscriptionem incidet. Atque hoc constitutione imperatorum Seueri & Antonini constitutum est. Sed si ob valetudinem aduersam, vel aliam necessariã causam, maris puta, aut hyemis, aut impetus latronum, aut alicuius similis rei in tempore adesse non potest: veniam consequitur. Cuius rei fidem facere ex ipso naturali iure est satis: sed tamen hæc eadem, imperatorum Seueri & Antonini constitutione continentur. Scire etiam oportet, non sufficere venisse quem ad ius dicentem, sed opus est, speciem excusationis testari. quod si multas habet causas excusationis, omnes proponet: sin minus, similis ei est, qui principio non venerit, quamuis venit is quidem, non tamen causas excusationis dixit. Quinquaginta verò dies continui numerantur ab eo tempore quo se datum esse cognouit.

g ¶ *Nocebit.* desistenti ab accusatione, quin possit pœnitere: [a] *vt C. de appel. l. si quis libellos.* 2. Vel aliter leges, id est non ei nocebit quo minus possit adhuc proponere excusationem suam, & probare: & hoc si nolens desiit esse, & contra voluntatem suam ob aliquam iustam & probabilem causam: vt dicit post statim. si enim affectasset [b] absentiam, secus esset: *vt supra si quis cau. l. ij. in fi.*

h ¶ *Cuius.* scilicet necessitatis secundum Py. Vel constitutionis. *& facit. §. de auclo. tut. leg. tutor qui.*

i ¶ *Scire autem oportet.* quidam habent hic §. sed non debet esse: quia quæ sequuntur, sunt verba constitutionis Veri & Antonini.

a Pœnitere interdum licet.

b Affectata absentia non prodest.

Vulgaris.

4. ¶ Consequens autẽ est credere, quòd si aliqua specie excusationis fuerit quis vsus, non aliter audietur quàm si obseruauerit constitutum tempus: [d] nisi fortè alterius alicuius ciuitatis [e] est ciuis. 5. ¶ Ita verò necesse est custodiri constitutum tempus: vt & si excusatus [f] fuerit dimissus, non liberari eum diui Verus * & Antoninus ostendant in constitutione, iubentes non detineri eũ qui in locum eius creatus sit, quasi non liceat alium dari in locum existẽtis tutoris. 6. ¶ Sufficit autẽ intra cõstitutũ tẽpus excusare se solũ. Si enim postea nolẽs desierit, * nõ ei nocebit. [g] Ideóq; si † repræsentauerit quis se solũ, nõ † permãserit autẽ postea vt se excuset: post constitutũ tempus exceptione repelletur. Et hoc dicit cõstitutio imperatorũ Veri * & Antonini. 7. ¶ Si enim quis propter ægritudinẽ, vel aliã necessitatẽ (puta maris, vel hyemis, vel incursus latronũ, aut aliã quã similẽ) cõstituto tẽpore nõ poterit venire: ignoscendũ † ei est. cuius [h] fidẽ † tametsi sufficit ‡ firmare † ex ipsa naturali iustitia: est tamẽ & cõstitutio imperatorũ Veri & Antonini hęc dicẽs. 8. ¶ Scire autẽ oportet, [i] nõ sufficere si accedat ad iudicẽ, sed oportere ẽt de † specie remissionis

* Seuerus
* Postea velle desinat.
† non erit præscriptioni. præscriptibilis seu præscriptione tẽporis repellendus. Vertẽdũ erat, si dicis causa repræsentauerit quis se solum, &c.
† Comparere nõ sufficit, nisi hat & allegetur quod allegari debet.
* Seueri. & sic deinceps.
† Terminus iuris iustam ob causam prorogari potest.
† Iustitia enim locum sibi nõ inuenit vbi nõ est fides. *Spe. in tit. de sum. tri. in prin.*
† Naturalẽ rationẽ in cautarum & litiũ defensionibus sufficit allegare, etiam sine lege.
† Probare impedimentũ solo iuramento, hinc colligũt, alij tamen requirunt præterea alias probationes. *l. 3. § si ad diem. ff. de re militari.*
† In specie exceptiões apud iudices exponendæ: Nõ sufficit itaque eas in genere exponi.

remissionis testari:[a] si multa habeat iura, quæ ad remissionem faciunt, omnia nominare. sin minus:[b] similem esse ei, qui nequaquam [c] accessit, aut accessit quidem, iustam autem remissionis causam non nominauit.

9. ¶ Quinquaginta verò dies continui numerantur, incipiendo à tempore cognitionis, quo quis cognouit [d] seipsum datum esse.

Qui excusaturus est, tenetur ad minus vnam speciem excusationis aut viua voce vel in scriptis iudici præsentare. h.d.

Χρὴ δὲ μίαν μαρτύρεσθαι[*] προθεσμίας, ἢ ἄλλως ἐπὶ ὑπομνημάτων, δύναται δὲ καὶ βιβλίδια ἐπιδοῦναι χαμόθεν, ὡς οἱ αὐτοί φασιν αὐτοκράτορες. ταῦτα περὶ τῶν φυλάσσειν τὴν προθεσμίαν ὀφειλόντων. περὶ δὲ τῶν μὴ ὑποκειμένων ταῖς προθεσμίαις φέρε σκεψώμεθα.

Antonius.

Vna autem oportet testari excusationem apud tribunal, aut aliàs apud acta, aut potest supplices libellos dare, vt iidem imperatores constituerunt. Hæc de his qui obseruare debent tempus constitutum. Age verò de his videamus, qui huic tempori non subiacent.

Vulgaris.

10. ¶ Oportet autem vnam [e] testari ante tribunal, [f] vel aliter in submemorationibus. Potest autem & libellos [g] dare, † vt iidem ipsi aiunt imperatores.

11. ¶ Hæc de iis qui obseruare constitutum tempus debẽt. De iis autem qui non subiecti sunt constitutis temporibus, age, [h] scrutemur.

Quisquis tutor datus ex iuris quauis occasione non tenetur administrare, non oportebit eum constituta excusationis tempora obseruare. hoc dicit.

Οἱ γὰρ παρανόμως δοθέντες ἐπίτροποι, τουτέστιν, ἢ ὑφ' ὧν μὴ ἐχρῆν, ἢ οὕς μὴ ἐχρῆν, ἢ οἷς μὴ ἐχρῆν, ἢ ὃν μὴ ἐχρῆν τρόπον, ἐὰν μήτε βεβαιωθῶσι, μήτε ἐφάψωνται τῆς χειρισμοῦ, εἰσὶν ἀνεύθυνοι, οὐδὲ προσοίσει τις αὐτοῖς, ὅτι τὰς προθεσμίας οὐκ ἐτήρησαν τῶν παραιτήσεων. οὐδὲ γὰρ ἔχουσι παραιτήσεως ἀνάγκην, ὡς δείκνυται ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων διατάξεων· ἃς παραδείγματος χάριν ὑπέταξα. ἐφαρμόζονται δὲ ἂν πᾶσιν.

Antonius.

Qui non legitimè tutores dati sunt, hoc est à quibus non oportet, aut hi quos non oportet, aut his quibus non oportet, aut quo modo non oportet, si neque confirmabuntur, neque suscipient administrationẽ: immunes sunt. neque eis obiicietur, quod constitutum excusationib⁹ tempus non seruauerint: cum excusare se eos non sit necesse: vt ex infra scriptis constitutionibus apparet, quas exempli gratia subieci: hæ enim ad omnes casus trahi possunt. Diui Seuerus &c.

Vulgaris.

12. ¶ Qui non † iustè dati sunt tutores, hoc est, à quibus [i] non oportet, aut quos non oportet, [k] aut quibus [l] nõ oportet, aut quo non [m] oportet modo: si neque confirmentur, † neque administrauerint, [n] sunt immunes: neque opponet quis eis, quòd constituta tempora excusationum non obseruauerint. neque enim habent excusationis necessitatem, vt ostenditur in subiectis constitutionibus quas exempli gratia subieci, adaptantur † autem vtique omnibus.] Diui [o] Seuerus & Antoninus Augusti Narcisso: Ab auo materno tutor datus, necesse † non habuisti excusari, cum ipso iure non teneris. si igitur administrationi te non immiscuisti, potes esse securus.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν τὸν μὴ ὑποκείμενον τῇ δικαιοδοσίᾳ χειροτονήσωσιν οἱ ἄρχοντες ἐπίτροπον, ἢ κουράτωρα, οὐδὲ οὗτος ἀνάγκην ἔχει παραφυλάττειν τὰς προθεσμίας, οἷον τὸν μήτε πολίτην, μήτε ἐγκάτοικον.

Antonius.

Similiter si non subditum iurisdictioni suæ magistratus tutorem aut curatorem creauerint: ne hic quidem habet necesse tempus obseruare, vt si neque ciuis sit, neque incola.

Vulgaris.

Similiter [p] autem & si eum qui non suppositus est iurisdictioni, creabunt magistratus tutorem vel curatorem: neque hic necessitatem habet obseruare constituta tempora, vtputa quia neque ciuis neque incola est.

Libertus non solùm non potest se excusare à tutela patroni: sed & matris pupillorum. ad nepotes etiam & neptes ex pupillorum latere debet hoc referri. h.d.

XIIII. IDEM *libro quinto Excusationum.*

Ἀπελεύθερον ἐν τῷ λόγῳ τῷ[*] περὶ ἀφέσεως ἐπιτρόπων καὶ κουρατόρων, οὐδ' εἶναι δεῖ, ὅτι οὐ μόνον τοῦ πατρὸς τοῦ ὀρφανοῦ, ἀλλὰ καὶ μητέρος νοεῖσθαι χρή. καὶ ὁπόταν δὲ ζητῶμεν περὶ παίδων πατρώνος, εἰδέναι χρή, ὅτι τὴν προσηγορίαν ταύτην οὐκ ἐν τῷ πρώτῳ βαθμῷ στήσομεν, τουτέστιν, υἱὸν ἢ θυγατέρα, ἀλλὰ καὶ ἐγγόνους ἐξ ἑκατέρου, καὶ τοὺς ἐφεξῆς, ἀλλὰ καὶ ἐὰν δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων λάβῃ, ἔτι

a ¶ *Testari*. i.[a] protestari, id est proponere coram [b] iudice, vel coram pluribus in præsentia iudicis: *vt. j. eod. §. ij.* Accur.

b ¶ *Sin minus*. s. accessit: sed non omnia nominauit, cum plures haberet excusationes. vel accessit ad iudicẽ, sed nullas proposuit excusationes.

c ¶ *Nequaquã*. quãtum ad non nominatas. sicut enim ei qui nihil nominauit, nihil prodest: ita ei qui quædam nominauit, quædam non, non prodest quo ad non nominata. & est ad legem istam *Institu. eod. §. qui autem. & j. de excep. l. nemo prohibetur. & s. de transac. l. cum hi. §. si prætor aditus. ibi. sed & si non de omnibus &c.* ¶ Item contra *C. de inoffic. testamen. l. contra maiores*. Sed hic potest omnes excusationes simul proponere: ibi nõ. aliàs sibi esset contrarius, & [c] sic repellendus: *vt infra quando appel. sit. l. ij. §. j.* Item contra infra *eodem. l. propter litem.* sed ex prædictis patet solu. Accursius.

d ¶ *Cognouit*. quis hoc probare debeat, not. *s. de admi. tu. l. j. in princ. & l. quidam decedens. in fine. & l. seq.* Item id tempus continuum est. *sic. j. de vsuc. l. nunquam §. j. & j. eo. l. quinquaginta. & Insti. eod. §. qui autem. & C. eodem quinquaginta. & s. eo. l. non solum. §. annus.*

e ¶ *Oportet autem vnam*. scilicet excusationem.

f ¶ *Tribunal*. Tria not. quia propositio [d] excusationis debet fieri coram iudice sedente pro tribunali: vel viua voce ab eo q̃ se excusat: vt hic: vel per libellum à seipso datum, vel subiicit, potest autẽ &c. 2. Secundò nota quia productio testiũ in causa excusationis potest fieri etiam [e] non coram iudice: sed apud alium volũtate iudicis. & hoc dicit, aliter &c. vel aliter poterit fieri per procuratorem absente illo qui se excusat. 3. Tertiũ est: quia ipsa causa & sententia [f] super excusatione delegari nõ potest: quia [g] causa cognita & iudicis [h] officio non iure actionis expeditur hęc causa: *vt supra de offic. proconsu. l. nec quicquam. §. j.*

g ¶ *Et libellos*. i.[a] scripturam continentem excusationem. Sed contra *j. eodem. l. excusare.* Sol. vt ibi.

h ¶ *Age*. aliàs agere cum præcedentibus. & dic agere, id est excusare. vel cum sequenti: & tunc id est dicere.

i ¶ *A quibus*. iudicibus vel testantibus.

k ¶ *Non oportet*. minores vel fœminas. & caue quia non comprehendo habentes excusationem: sed eos tantùm qui citra excusationem non possunt esse.

l ¶ *Quibus*. vt maioribus: *vt. s. de tuto. & cura. da. ab iis. l. serue.*

m ¶ *Quo non*. si habes, quo modo, benè. aliàs subaudi. 2. Vel dic quo, scilicet loco.

n ¶ *Neque administrauerint*. quia tũc secus: *vt supra de admi. tut. l. tutores qui. §. j. & ij. & §. curatores. & §. patruus.* Item facit *s. de tuto. & cura. da. ab iis. l. j. & ij. & l. pupillo & s. de confir. tuto. l. naturali. & l. neque.* Item vide hic quę not. *s. de administra. tuto. l. quidam decedens. §. ex quo.*

o ¶ *Diui*. Latinum est.

p ¶ *Similiter*. aliàs lex est. aliàs §. Græcum est. nam hæc lex est Modestini qui transtulit: *vt. s. eod. l. j. in princ. & facit supra de iurisdict. omn. iud. l. fi. & C. qui da. tu. pos. l. neque.*

Ἀπελεύθερον] CASVS. Liberti non possunt se excusare à tutelis filiorum patronorum. Qui autem dicuntur liberti, & filij vel liberti patronorum: dicit hæc l. planè. Viuianus.

[a] Testari pro protestari.

[b] Protestatio dicitur testatio quæ fit vel coram iudice vel coram pluribus in præsentia iudicis.

[*] Fl. μαρτύρασθαι.

[c] Contrarius sibi, repellendus est.

† addendum est, Deplano χαμόθεν.

[d] Excusatio quemadmodũ proponenda.

[e] Testium examinatio viro cõmitti possit. v. Gloss. Nou. de testib. 90. c. 6. in verbo abundantiam.

[f] Delegari non potest sententia super excusatione.

[g] Delegari nõ possunt quæ causa cognita & iudicis officio non iure actionis expediuntur.

[h] Excusationis causa iudicis officio expeditur non iure actionis.

[a] Libellus pro scriptura continente excusationem.

† Non iustè factum, nõ tenere: quod qui allerit, i pone à Titio fœminam non iustà dici; videtur generaliter excipere de nullitate actus *facit. c. auditis, extr. de præsur.*

† Confirmari potest quod ab initio nullum.

† Exempla regulam non restringunt.

† Nulla ipso iure, non est necesse petere antiquari.

[*] aliàs τῷ.

διασώζει τὴν τῶν ἀπελευθέρων τάξιν ἐν τούτῳ, ἅπερ ἀντέγραψεν ὁ θειότατος Ἀντωνῖνος ὁ μέγας. Ὁ ἰδίῳ ἀργυρίῳ ὠνηθεὶς καὶ ἀπελευθερωθεὶς, οὐδ' ἀμῶς συγκεῖται τοῖς λοιποῖς ἀπελευθέροις.

Antonius.

Libertum, cum de excusatione tutorum & curatorum loquimur, sciendum est non solùm patris pupilli, sed etiam matris inteligi oportere. & cum de patroni liberis quærimus, scire oportet nos non in primo gradu eam appellationem statuere, hoc est filium, filiam, sed & ad nepotes ex eis, & cæteros posteros producere. Ille quoque qui ius aureorum anulorum impetrauit, hac in re in eadem erit conditione, in qua cæteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus rescripsit. Qui de sua pecunia emptus & manumissus est, nullo pacto cæteris libertis comparatur.

Vulgaris.

Libertum, a cum de excusatione tutorum & curatorum tractatur, scire oportet non solùm patris b pupilli, sed & matris intelligi debere. 1. ¶ Sed & cum de liberis patroni quæsierimus, scilicet oportet appellationem hanc non in primo gradu consistere, hoc † est in filium & filiam, sed & in nepotes ex vtroque latere, & eos qui deinceps c sunt. 2. ¶ Sed & si ius d anulorum aureorum impetrauerit: adhuc custodit libertorum ordinem secundum hæc quæ rescripsit Marcus Antoninus. 3. ¶ Qui propria pecunia emptus & manumissus est: nequaquam e connumeratur reliquis libertis.

Vnus ex pluribus libertis tutor datus multis & omnibus liberis patroni, non habebit trium onerum appellatione excusationem. hoc dicit.

Ἐὰν πολλοὶ ἀπελεύθεροι ὦσιν, εἷς ἁπάντων τοῖς τέκνοις ἐπίτροπος δοθήσεται, καὶ ἀπὸ τριῶν ἐπιτροπῶν οὐκ ἀπολυθήσεται.

Antonius.

Si plures liberti sint: vnus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & à tribus tutelis non liberatur.

Vulgaris.

4. ¶ Si plures liberti fuerint, vnus f omnibus liberis g tutor dabitur, & à tribus tutelis h non absoluetur.

XV. IDEM *libro sexto Excusationum.*

Σπάδοντα χειροτονοῦσιν ἐπίτροπον. οὐδεμίαν γὰρ ἔχει παραίτησιν, ὡς δηλοῖ ἡ διάταξις τῶν αὐτοκρατόρων Σευήρου, καὶ Ἀντωνίνου. ¶ Ὁ τῷ πατρὶ ἐπαγγειλάμενος ἐπιτροπεύειν τῶν παίδων, ἀφίστασθαι ταύτης τῆς ἐπιτροπῆς οὐ δύναται, κἂν ἄλλως ἔχει δίκαια ἀφέσεως. ¶ Εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἀξίωμα οὐδενὶ παρέχει παραίτησιν. ὅθεν ἐὰν τις συγκλητικὸς ᾖ, ὅμως ἐπιτροπεύει καὶ τῶν κατωτέρας τάξεως ὄντων συγκλητικῶν, ὅπερ ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι Μάρκος καὶ Κόμμοδος. ¶ Εἰ δέ τις ἐπίτροπος ἢ κουράτωρ ὢν μὴ συγκλητικοῦ, ἄλλως ἀξιωματικοῦ, εἶτα ὕστερον γένηται συγκλητικὸς, διηνεκῶς ἀπολύεται τῆς φροντίδος. εἰ δὲ οἱ ἐπιτροπευόμενοι, ἢ κουρατορευόμενοι παρ' αὐτοῦ παῖδες ὦσι συγκλητικοῦ, οὐκ ἀπολύεται τῆς ἐπιτροπῆς. ὁμοίως δὲ ὁ κατωτέρας τάξεως ὢν οὐ παραιτήσεται ἐπιτροπεύειν, ἢ κουρατορεύειν τῶν μειζόνων. ¶ Μηδὲ λιβραρίους, μηδὲ καλκουλάτωρας, οὓς διαψηφιστὰς λέγομεν, ἔχειν ἀλειτουργησίαν λέγουσιν αἱ θεῖαι διατάξεις. ¶ Ἤδη δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν μὴ Ἰουδαίων ἐπιτροπεύουσιν, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπὰ λειτουργοῦσιν. αἱ γὰρ διατάξεις ἐκείνοις μόνοις ἀνενοχλήτους αὐτοὺς εἶναι κελεύουσι, δι' ὧν ἡ θρησκεία χραίνεσθαι δοκεῖ.
¶ Λογιστεία πόλεως οὐδὲ εἰς ἀριθμὸν μιᾶς ἐπιτροπῆς προχωρεῖ. ¶ Ἀπελεύθεροι γυναικῶν συγκλητικῶν, κἂν διοικοῦσι τὰ αὐτῶν πράγματα, οὐκ ἀπολύονται ἐπιτροπῶν. τοῦτο γὰρ τοῖς τῶν ἀρρένων συγκλητικῶν ἀπελευθέροις μόνοις συγκεχώρηται.

Antonius.

Spado creari potest tutor. neque enim habet excusationem, vt constat ex constitutione Impp. Seueri & Antonini. Qui patri pupillorum promisit se futurum tutorem, excusare se hac tutela non potest, quamuis aliàs excusare se iure possit. Scire oportet dignitatem nemini præbere excusationem. Vnde si quis senator sit, tutor erit etiam liberorum eorum qui inferioris ordinis senatores sunt. Idque diui Marcus & Commodus rescripserunt. Si verò quis cum tutor aut curator esset eius filij qui neque senator, neque in alia dignitate esset, postea senator fiat, perpetuo ab onere liberatur. Sin autem qui sub eius tutela aut cura sunt, liberi sint senatoris, non liberatur à tutela.

Qui inferioris ordinis est, non excusatur à tutela vel cura maiorum. Neque librarios, neque calculatores, quos διαψηφιστὰς dicunt, habere immunitatem sacris constitutionibus dicitur. Iam verò Iudæi quoque non Iudæorum tutores erunt, quemadmodum cætera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse volunt solis illis rebus per quas superstitio eorum pollui videatur.

Rationes ciuitatis ne pro vna quidem tutela prosunt. Liberti vxorum senatorum, quamuis eorum res agant, à tutela non liberantur. est enim id solis senatorum libertis concessum.

a Libertus nō potest se excusare à tutela patroni.
* Seueri filius, qui & Caracalla. Ant. Augu. ad. l. 6. c.
b Libertos patris, nostros dicere possumus.
c Libertus liberi non est meus libertus.
d Liberti qui pecunia propria emptus est & manumissus: item liberti per fideicōmissum manumissi similitudo, & ab aliis libertis differentia.
e Numerus pupillorum, tutelarum numerū non facit, sed patrimoniorum separatio.
† Filij appellatio non designat descendentiū seu descendentes omnes, sed primum gradū & nepotes: liberorum verò appellatio, certo gradu non restringitur.

a ¶ *Libertum.* Græca est: quia a non potest se excusare à tutela patroni: *vt.3.de tut. & cu. da. ab iis. l. libertus. & C. eo. l. libertos.*
b ¶ *Patris.* id b est paternos libertos dicimus nostros: sed libertos c liberorum nostrorum non dicimus nostros: *vt infra de ver bo. signific. l. licet. § patronos.*
c ¶ *Deinceps. sic. 3. de in ius vo. l. sed & si. §. liberos. & . j. de verbo. signif. l. liberorum.*
d ¶ *Sed & si ius.* sic *infra de iur. aur. anu. l. j. & de bo. liber. l. iij. in princip.* Sed contra infra *eod. l. cum ex oratione.* Solu. vt ibi. Accursius.
e ¶ *Nequaquam connumeratur.* nec d ille qui per fideicommissum: *vt. j. eod. l. nequaquam.* Accursius.
f ¶ *Vnus omnibus.* aliàs, omnium, scilicet libertorum, id est vnus de numero omnium libertorum. Accur.
g ¶ *Liberis.* scilicet patroni. Accursius.
h ¶ *Tribus tutelis.* id est licet hi liberi patroni sint vltra tres: quia pro vna habetur. numerositas e enim pupillorum non plures tutelas facit, sed patrimoniorum separatio: *vt. 3. eod. l. tria.* & licet habeat tres tutores aliàs vel quatuor liberos, nō prodest: *vt hic, & C. eo. l. liberos.* & secundum hoc est contra. *C. eod. l. nec senatorum.* Solu. nouas reiicit, vt ibi: non præteritas, *vt hic.* vel aliter *vt ibi. & facit. j. eod. l. libertus.* Accursius.

Σ Παδόντα.] CASVS. Spado non habet excusationem à tutelis ea ratione quòd sit spado solùm. Item nec ille qui promisit patri pupillorum quòd gereret eorum tutelam. Item nec ille qui habet dignitatem sine administratione. & de hoc ponit exemplum. Item nec librarij, nec calculatores: nec Iudęi. Item nec liberti vxorum senatorum: quamuis ipsi liberti administrent res dictorum senatorum. Item nec magistratus q factus est obnoxius tutelæ periculo propter tutorē quē cuidam pupillo dedit, potest istud periculum cōnumerare in numero trium tutelarū, quæ excusationem tribuere solent: nec fideiussores alicuius tutoris possunt istud periculum in dicto numero computare: nec illi qui sunt honorarij tutores. Itē non potest excusari ille qui à ciuitatibus vectigalia conduxit. Item nec ille qui habet plures excusationis species, nullam tamē perfectam. Item nec ille qui meruit in genere immunitatem munerum publicorum. Item si aliquis est excusatus ab vna tutela, non valebunt illa ad excusationem alterius. Item non excusatur ille qui dicit se ignotum patri pupilli. Item nec ille qui affectauit habere tres tutelas vel curas. si autem non affectauit etiā filij vel filiæ emancipatæ tutelas, connumerabitur ei in numero triū tutelarum, & excusabitur à quarta. Item nec ille excusatur qui voluit cauere pro filio dato tutore. nam & ipse & filius erunt tutores. h. d. cum. l. sequen. Viuianus.

Vulgaris.

Spadonem[a] quoq; creabunt[b] tutorem. nullam enim habet excusationem, vt cõstitutio ostendit imperatorũ Seueri & Antonini. 1. ¶ Qui patri[c] promisit se fore tutorem liberorũ: excusari ab hac tutela non potest, etsi aliter habet ius excusationis.

2. ¶ Scire oportet, nulli dignitatẽ[d] tribuere excusationẽ. Vnde si quis senator fuerit, hic tutor erit & eorũ[e] qui inferioris ordinis[f] sunt quàm senatorũ, quẽadmodũ rescripsit diu⁹ Marcus & Cõmodus. 3. ¶ Si quis autẽ tutor vel curator fuerit non senatoris, vel aliter nõ in dignitate positi,[g] deinde postea[h] fiat senator: continuo[i] absoluetur[k] à solicitudine. Si autem liberi quorũ tutelam aut curam administrabat erant senatoris:[l] non absoluetur à tutela aut cura. 4. ¶ Similiter autem & qui inferioris[m] ordinis est, non excusabitur à tutela vel cura maiorũ.[n] 5. ¶ Neque librarios,[o] neque calculatores[p] (quos vulgò rationarios dicimus) habere immunitatem dicunt diuorum constitutiones.

6. ¶ Iã autẽ & Iudæi non Iudæorum[q] tutores erunt, sicut & reliqua administrabunt.[r] Constitutiones enim in iis solis[s] sine molestia eos[t] esse iubẽt, per quæ cultus[u] inquinari videtur.

7. ¶ *Ratiocinatio[x] ciuitatis neque in numerũ vni⁹ tutelę procedit. 8. ¶ Liberti vxorũ senatorũ vnius, etsi res eorũ[y] disponunt, non absoluuntur tamen à tutelis. hoc enim masculorum senatorum[z] libertis solum concessum est.

Magistratus aut prætor ciuitatis non habet connumerationem huius obligationis quam ex creando aliquem in alterius tutorem contraxerit, quò minus alias tutelas suscipiat. hoc dicit.

Ἐὰν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, τουτέστι στρατηγὸς, διὰ τὴν πρόβλησιν αὐτοῦ τῆς χειροτονίας ὑπεύθυνος γένηται κινδύνῳ ἐπιτροπῆς, ταύτην οὐ συναριθμήσει ἄλλαις ἐπιτροπαῖς. ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἐγγυησάμενος ἐπιτροπήν. ἀλλ' οὐδὲ οἱ κατὰ τιμὴν ἐπίτροποι γραφέντες. ὁ τέλη μισθωσάμενος παρὰ πόλεως οὐκ ἀφίεται ἐπιτροπῆς. ὁ πολλὰ δίκαια ἔχων εἰπεῖν, ὧν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ οὐκ ἔστιν ἰσχυρόν· εἰ δὲ μιχθῇ, ἀφελεῖν ἐζητήθη, οἷον ἑβδομήκοντα μὲν ἐτῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τρεῖς ἔχει ἐπιτροπὰς, οὐδὲ πέντε τέκνα ἢ ἄλλο τι δίκαιον παραιτήσεως· ἔχει μέντοι δύο ἐπιτροπὰς, καὶ δύο παῖδας, καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν ἐστιν, ἢ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα λέγει καθ' ἑαυτὰ μὲν τελείαν βοήθειαν μὴ παρέχοντα, τῇ δὲ πρὸς ἄλληλα κοινωνίᾳ ὄντα δικαιοφανῆ. ἀλλ' ἔδοξε τοῦτον μὴ ἀφίεσθαι.

Antonius.

Magistratus municipalis, hoc est στρατηγὸς, si ob creationem tutoris obligatus sit tutelæ periculo: eam tutelam cum aliis non computat, quemadmodum neque fideiussor tutoris, neque tutor honorarius. Qui vectigalia à ciuitatibus conduxerunt, à tutela non excusantur. Is qui plures causas excusationis allegare potest, quarum per se vnaquæque valida non est, quęsitum est, an possit excusari? vt si neque septuaginta annorum est, neque tres tutelas habet, neque quinque liberos, neque alia ratione se excusare potest: attamen tutelas duas habet, liberos duos, annos sexaginta natus est aut eiusmodi alias causas se habere dicit, quæ per se quidem perfectũ auxilium non ferunt, tamen si inter se coniungantur, non iniustæ esse videantur: sed tamen placuit non excusari.

Vulgaris.

9. ¶ Si ciuitatis princeps,* id est magistratus, incidente ei creatione,[a] obnoxius fuerit periculo tutelæ: hanc non connumerabit aliis tutelis: quemadmodum nec fideiussores tutelæ: sed neque qui ob honorem tutores conscripti sunt.

10. ¶ Qui vectigalia conduxit à ciuitatibus, non excusatur à cura.[b] 11. ¶ Qui † iura multa poterit dicere, quorum † vnumquodque per seipsum satis validum non est: an possit excusari,[c] quæsitum est. puta septuaginta quis annorum non est, neque tres habet tutelas, sed neque quinque filios, aut aliquod aliud ius remissionis habet: nimirum duas tutelas & duos filios, & sexaginta annorum est: aut alia quædam talia dicit, per se ipsa quidem perfectum auxilium non præbentia, quæ tamen si inuicem coniuncta[d] sint,[e] iusta appareant. Sed visum est hunc non excusari.†

Immunitas quæ eximit à publicis & ciuilibus muneribus non liberat ab onere tutelæ. h.d.

Ὁ λαβὼν ἢ ἔχων ἀλειτουργησίαν πολιτικῶν, ἢ δημοσίων λειτουργιῶν, οὐκ ἔχει ἐπιτροπῆς ἀφεθῆναι.

Antonius.

Qui accepit aut habet immunitatẽ ciuiliũ aut publicorũ munerũ, is à tutela vacationem non habet.

Vulgaris.

12. ¶ Qui accepit vel habet immunitatem ciuilium vel publicorum munerum, hic a tutela vel cura non excusabitur.[f]

a ¶ *Spadonem.* quorum[a] appellatio generalis est: *vt infra de verborum sign. l. spadonem.* & est Græca. Accursius.

b ¶ *Creabunt.* magistratus. Accur.

c ¶ *Qui patri.* facit[b] *Instit. eodem. §. item si propter. & infra de fal. leg. vxori. §. j.*

d ¶ *Dignitatem.* sine administratione. & sic non obst. *s. eod. l. athletæ. §. gentium. & §. remittuntur.* Accur.

e ¶ *Et eorum.* scilicet pupillorum. Accur.

f ¶ *Ordinis.* sunt tamen alicuius dignitatis. aliàs secus, vt statim dicit.

g ¶ *Positi.* & sic priuati: & ipse erat similiter priuatus.

h ¶ *Postea.* fiat hic tutor.

i ¶ *Continuo.* aliàs, confestim.

k ¶ *Absoluetur.* sic est iste vnus[c] de casibus vbi suscepta tutela deponitur: *vt not. s. l. idem Vlpianus. §. sunt & alij. & facit. s. de arb. l. non distinguemus. §. summa. & infra de va. mune. l. penult.* Sed argum. contra. *C. de nup. l. penult. & infra eod. l. tutor.*

l ¶ *Senatoris.* scilicet filij.

m ¶ *Inferioris.* scilicet senatorum.

n ¶ *Maiorum.* quàm ipse sit. Accur.

o ¶ *Neque librarios.* i.[d] scriptores, de quib⁹ loquitur. *j. de regulis iur. l. si librarius. & de ope. lib. l. antepe. & C. de vete. iure. enuclean. l. ij. §. antepenul.* Accursius.

p ¶ *Calculatores.* quia per calculos. i. minutissimos lapillos faciunt computationes. qui dicuntur non immeritò calculi: quia nõ impune pedibus calcantur. vnde dicitur in rubro. *C. de erro. cal.*

q ¶ *Non Iudæorum.* id[e] est Christianorũ, non[f] solum aliorum Iudæorum.

r ¶ *Administrabunt.* vt tutelam & curam, quæ autem possit facere ea propter quæ inquinaretur, id est pollueretur, cultus, vt missam vel aliud officiũ Christianorum exercere: illud non est eis permittendum. & hoc subiicit, constitutiones enim &c. Accur.

s ¶ *Solis.* muneribus.

t ¶ *Eos.* s. Iudæos.

u ¶ *Cultus.* diuin⁹. vnde prælatus in aliqua ecclesia nõ erit, nec etiã dignitatem[a] temporalem debet habere: *vt Cod. de Iudæ. l. fin.* licet olim contra: *vt infra de decu. l. generaliter. §. fin.* Accur.

x ¶ *Ratiocinatio.* cõputabat introitus & exitus ciuitatis: vt & calculator generaliter.

y ¶ *Eorum.* scilicet senatorum, si non habes in textu. idem si vxorum.

z ¶ *Senatorum.* qui sunt patroni: *vt. j. eo. l. cum ex oratione. in fin. & C. eodem. l. nec senatorum.*

a ¶ *Creatione.* qui creauit alicui aliquem in tutorem. *& facit. s. de ritu nup. l. si quis tutor. §. j.* Sed contra *s. eod. l. tria.* Sol. vt ibi.

b ¶ *A cura.* secus e contra: *vt. C. ne tu. vel cura. vec. con. l. j.* Accur.

c ¶ *Excusari.* vt. *C. qui nu. tu. l. fi.* Sed contra *s. eo. l. ij. §. amplius.* Solu. vt ibi. & facit ad hoc illa. *l. in prin. & §. remittit.* Accur.

d ¶ *Coniuncta.* aliàs in communione. aliàs deest illud, in communione. Accursius.

e ¶ *Sint.* i. si illi erunt socij, ponentur simul: & inducent excusationem. Accur.

f ¶ *Excusabitur.* innuit hic q̃ tutela non sit publicũ munus vel ciuile. & sic est contra. *Inst. eod. in prin. & j. e. l. non tantum. § eos.* vbi dicit q̃ est publicum. Item est ciuile: *vt. s. eo. l. athletæ. §. tutela.* Sol. hic generalis remissio fauore pupillorũ pertinet ad ea quæ sunt publica auctoritate & vtilitate tantũ: sed hoc vtilitate priuatum. pro quo est. *j. eo. l. non tantum. §. non omnia.*

a Spadonum appellatio generalis.

b Excusatio eius nõ admittitur, vt ab officio excusetur, qui id officium sibi procurauit. adde l. ex sententia. s. de testamentaria tutela.

c Tutela suscepta quibus casibus deponi possit.

d Librarij pro scriptoribus.

* Quidã vertunt curatio reipublicæ.

e Iudæus Christiano tutor dari potest, vnde colligitur Iudæus in actibus humanis Christianis æqualis & communes ciuile & immunitatem incolis alicuius loci concessam, extẽdi ad Iudæos ibidẽ habitantes: vt per contrarium sensus.

f Iudæus Iudæo consanguineo succedit. Nam hic succedere dicitur cum tutela.

a Iudæi à dignitatibus temporalibus remoti.

* ἄρχων. l. strategus, mallem vetere.

† v. Menoch. ad hunc locum de arbitr. ... tur. l. casu. ... num. 66.

† Semiplenæ plures defensiones nõ constituunt vnã plenam defensionem: vt ... imperfecta, perfectam.

† Singula quæ non prosunt, nec vnita iuuant. Bartolus hic dicens, Contrariũ tenet Spec. in tit. de instru. edit. §. 7. vide Bal. centem verba singulus, la... habere ... specialis dimensionem ... propriè tamen ... & hoc in l. ... chum §. stipu... tio. j. de verb. oblig.

Nonis.

Nouis tutelis delatis, nouis est vtẽdum allegationibus: nec sufficit semel excusatum fuisse. hoc dicit.

Ὁ ἀπολυθεὶς ἐπιτροπῆς, ἢ κουρατωρείας, οὐ πάντως τοῖς ὑπομνήμασι πρὸς ἄφεσιν ἑτέρας χειροτονίας χρήσεται, ἐὰν μὴ ὑπάρχει αὐτῷ δίκαια ἀφέσεως. ὁ φάσκων ἑαυτὸν ἄγνωστον εἶναι τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ τοῦ ὀρφανοῦ, οὐ διὰ τοῦτο ἀφεθήσεται.

Antonius.

Qui tutela aut cura liberatus est, non semper eisdẽ actis vtetur ad excusationem alterius, nisi maneant causæ excusationis. Is qui se ignotum esse dicit patri aut matri pupilli, ea de causa liberandus non est.

Vulgaris.

13. ¶ Qui absolutus est à tutela vel cura, non omnino depositionibus [a] apud acta ad remissionem alterius tutelæ vel curationis vtetur. Si non extiterint ei iura remissionis. 14. ¶ Qui dixerit se ipsum ignotum esse patri vel matri pupilli, non propter [b] hoc excusabitur.

Qui affectauerit supra tres tutelas, non vtetur beneficio excusationis: pauper autem in tutela repertus, præsumitur eam affectasse. h.d.

Ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ὁ τρεῖς ἔχων ἐπιτροπὰς ἢ κουρατωρείας, οὐκ ἔχει δίκαιον ἀφέσεως, οἷον ἐάν τις ἐπιτηδεύσει ἀναδέξασθαι. ἤδη δὲ καὶ ὁ μέτριος γενόμενος ἐπίτροπος ἐπιτηδεῦσαι δοκεῖ.

Antonius.

Interdum etiam is qui tres tutelas habet aut tres curas, non habet iustam causam excusationis, vtputa si quis vt tutor fieret, adfectauerit: atque is qui pauper est tutor affectasse videtur.

Vulgaris.

15. ¶ Est autem [c] quando [d] & qui tres habet tutelas vel curas, non habet ius remissionis: puta si quis affectauerit suscipere. Iam autem & tutor qui modici patrimonij factus est, affectasse videtur.]

Gerens tutelam sui emancipati filij, habet annumerare hanc sufficienter alijs duabus tutelis. h.d.

16. ¶ Vlpianus libro singulari de excusationibus ita scribit. Si quis inter tres tutelas emancipati filij sui [e] tutelam administret: an ei hæc in numerum procedit, scio dubitatum. Inueniò tamen rescriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera oportere.

Ἐὰν τις χειροτονηθῇ ἐπίτροπος ὢν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ἐξουσίᾳ, εἶτα ὁ πατὴρ μὴ βούλοιτο ὑπὲρ αὐτοῦ ἀσφαλίζεσθαι, ἐκέλευσαν οἱ νόμοι καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα χειροτονεῖσθαι ἐπίτροπον, ὡς μηδὲ ἐν τῷ πῶς διακρουσθῆναι τὴν ἐπιτροπικὴν ἀσφάλειαν, ὡς δηλοῖ ἡ θείου Ἀδριανοῦ διάταξις.

Antonius.

Si quis creatus est tutor cũ in patris potestate esset, neque pater velit pro eo cauere, iubẽt leges etiam patrem tutorem creari, ne vllo modo tutelæ cautio differatur, vt ex D. Hadriani cõstitutione constat.

Vulgaris.

17. ¶ Si quis creabitur tutor existẽs in patris potestate, deinde pater noluerit pro eo cauere: iusserunt † leges & ipsum patrẽ creari tutorem, vt nullo modo impediatur tutelæ cautio: [f] vt ostendit D. Hadriani constitutio. [g]]

Filiusfamilias potest esse tutor: & si pater nolit pro eo satisdare vt tutela liberetur, cogentur ambo & pater & filius onus tutelæ subire. h.d.

Imperator [*] Hadrianus Bitrasio Pollioni legato Lygdonensi. Si Clodius Macer, quamuis [h] filiusfamilias sit, idoneus tutor esse videbitur: pater autẽ eius idcirco cauere non vult, vt filium suum tutela eximat, & in hoc artificio perseuerauerit: existimo te huic fraudi rectè occursurũ, vt & filius & ipse ad tutelá liberorum Clementis [i] gerendam compellantur.

Si tutor vel curator datus inutiliter confirmari se permiserit: non poterit postea se excusare. h.d.

XVI. IDEM *libro secundo Responsorum.*

GAius testamento Nigidiũ filio suo tutorẽ dedit, eundẽmque vsque ad vicensimumquintum annũ curatorem constituit. Quæro, cum liceat Nigidio à curatione [k] etiã citra appellationem [l] se excusare, [m] ex qua die tempora quæ in excusationibus obseruanda diuus Marcus statuit, computanda sunt: vtrũ ex die aperti testamenti, an ex quo ad negotia gerenda vocatur, id est post quartumdecimum annum impletum. Modestinus respondit, excusationem à cura tunc necessariam esse, cum decreto prætoris seu præsidis confirmatus [n] curator fuerit.

Tutor pupilli qui proximus est pubertati, non habet excusationem illius occasione tutelæ. hoc dicit.

XVII. CALLISTRATVS *libro quarto de Cognitionibus.*

NOn tantùm magnitudo patrimoniorũ ineunda [o] est susceptarum trium tutelarum, quęque suscipienda [p] est: sed etiam ætas pupillorum consideranda est. nam si priorum pupillorum ætas prope pubertatem sit, ita vt tantummodo semenstre tempus [q] reliquum fuerit, aut eorum quorum suscipere tutelam cogitur: non dabitur excusatio. idque principalibus constitutionibus cauetur.

a ¶ *Depositionibus.* scilicet testium: quia res [a] inter alios &c. Item & quia posset esse verum quod primò probauit: scilicet de numero liberorum: sed modò aliqui decesserunt.

b ¶ *Non propter hoc.* vt *Instit. eo. §. non esse. & arg. Instit. de heredi. insti. §. fi.* Accursius.

c ¶ *Est autem.* facit *supra eod. l. tria onera. & Instit. eo. §. item tria onera.*

ret, sed & de his quæ non fecit cum facere deberet: & tenetur de dolo & culpa, & negligentia: & ponit exemplum de eo quod facere non debuit & fecit, vsque illuc, sed nonnullos &c. & ibi concedit tutori vt donet pro pupillo in casu: & si non faciat, tenetur. [OFFICIO TVTORIS.] Tutor cum administrat, debet scribere in chartis dispendium, & illum librum rationũ debet pupillo reddere: aliàs tenetur etiam de hoc act. tute. & etiã serui possũt super hoc torqueri: & si tutores dicunt seruos malè fecisse rationes pupilli, cum ipsi serui aliquid administrabant: torquebũtur serui. [PRÆTEREA SI MATREM.] Si tutor dedit alimenta matri pupilli sui, imputabit pupillo: & hoc si mater erat pauper: aliàs non. Item nec imputabit munus nuptiale pupillo quod dedit matri eius sed si dent tutores alimenta liberto pupilli eorum cõtutori egenti, bene imputabunt. idem & si dent alimenta seruis vel libertis pupilli q non erãt eius tutores: dum tamẽ erant ei necessarij. Idẽ & si præstent alimenta libertis omnib. necessariis & vtilibus rationib. pupilli. Item imputabit pupillo tutor sumpt. litis & viatica. [NVNC TRACTEMVS.] Viso de officio tutoris, videamus pro qua parte tutores conueniantur finita tute. quãdo plures fuerunt: & siquidẽ omnes gesserunt, & omnes soluẽdo sunt tẽpore depositi offi. pro virili parte conueniũtur, sicut est in fideiussoribus. si autẽ omnes gesserunt, & quidam sunt soluendo, & quidam non: puta quatuor erãt tutores, & omnes gesserunt: vnde si essent soluẽdo, de viginti debitis deberet soluere quilibet quinque. duo ex eis habent bene quilibet quinque & plus, ita quòd bene possunt satisfacere in totũ si esset necesse. alij duo nõ habent nisi quilibet tria: & ita deficiũt cuilibet de duobus duo. certè duo primi soluent quilibet septem: & duo vltimi sex. s. quilibet tria, sicut habẽt: & siue sũt primis cessæ actiones siue nõ, habebũt cõtra alios p quibus soluũt vtilẽ actionẽ nego. gest. secus autẽ si ex dolo cõmuni soluissent p cõtutorib. quia tunc nõ debet eis actio cedi: nec debẽt habere vtilẽ sine cessione. & reddit rationẽ quare: & sic cõueniuntur omnes ante magistratũ qui eos dedit: & hoc quando omnes gesserũt, vt dictũ est. Si autẽ vnus gessit, alter nõ: primò cõuenietur magistratus quàm tutor qui nõ gessit: nisi in duobus casibus. s. quãdo tutor nõ gerens videbat gerẽtẽ malè administrare, & nõ accusauit de suspecto, vel nõ exegit ab eo satisd. rẽ pup. sal. fore. [HANC ACTIONEM.] Actio tutelæ datur cõtra heredes tutoris, & heredib. pupilli. [NON TANTVM.] Si tutor est condemnatus pupillo p cõtutore, potest petere à pup. vt cedat ei act. cõtra cõtutorẽ. sed & ante condẽnationẽ potuisset hoc fecisse. [DE RATIONIBVS.] Viso de actione tu. quæ datur cõtra tutores: videndũ de act. de rationibus distrahendis, quæ datur similiter cõtra tutores. & certè omnes tutores qui administrauerunt, tenentur ea si res pup. interceperũt, siue sint tutores legitimi, siue quicunque alij, & tenẽtur restituere pup. res interceptas in duplũ: nõ autem duplatur interesse pupilli. Tutor ergo intercipiẽs res vel pecunias pupilli tenetur tribus actionibus, s. act. tut. & de rationibus distrahendis, & furti, & act. tut. tollit act. de rationibus distrahendis, & econtra: sed si cõuentus sit actione de rationibus distrahẽdis, nõ liberatur ab act. furti. & hoc ideo, quia nõ est actio furti & actio de rationibus distrahẽdis ex vna obligatione, imò sunt ex duabus obligationibus: & ideo vna per aliã nõ tollitur. [HANC ACTIONEM.] Hæc actio de rationibus distrahẽdis est perpetua, & datur heredi pupilli: sed non datur in heredes tutoris quia est pœnalis, & cõpetit hæc actio demum finita tutela, sicut actio tutelæ. Et hac actione tenetur ille tutor qui cum administraret tutelam, surripuit aliquam rem pupilli, siue dolo, siue nõ: sed quando dolo, tenetur etiam furti: & vna per aliam non tollitur, sed si tutor surripuit dolo: & sic tenet etiam furti & condict. furtiua, & agit contra eũ pupillus cõdictione furtiua: & si fuerit ab eo consecutus illud quod abstulit, non tenetur amplius de hac actione de rationibus distrahendis. Itẽ scias quod hæc actio de rationibus distrahendis, quæ cõpetit ad duplũ, vt dictum est: continet in simplo vno rei persecutionẽ: & ita vnum simplũ est capitale pupilli: & aliud pœna tutoris. Viuianus.

a ¶ *Non fecit.* subaudi, cum facere deberet. sic & in procuratore: *vt. C. mand. l. in re mandata.* ¶ Et nota q hîc dicit quod nõ prætermittet de faciendis: quod hodie[b] iurare cogitur: *vt in Auth. vt hi qui ob. §. si. colla. vij.*

b ¶ *Diligẽtiam.* s.[c] debet adhibere: *vt s. de adm. tut. l. à tutorib. in princ. & C. arbi. tute. l. quicquid.*

c ¶ *Donationẽ.* faciendam: *vt apparet ex sequentibus.*

d ¶ *Nõ est. vt Inst. qui. non est permis. fa. testa. §. præterea.*

e ¶ *Permittendæ sunt.* quia[d] nec testari, nec aliam vltimam voluntatem condere potest: *vt. j. de condi. l. diuus. §. pe.* ¶ Sed cum donatur, ad quid[e] tenetur substituto vel legitimo vel etiam ipsi pupillo, dato quod non decesserit? Respond. traditio facta fuit: & sic est electio vel contra eũ q habet, vel cõtra tutorẽ vel curator: *vt. C. si tutor vel cur. l. si.* Acc.

f ¶ *Ita est.* quod non valet etiam cum decreto: *vt. C. si ma. fu. l. fin. §. cum autem.* & dic *vt. s. de admi. tu. l. tutor ad vtilitatem. & facit j. de cura. fu. l. fina.*

g ¶ *Præstiterit.* Not. in[f] necessarias personas non dici liberalitatẽ, sed debitum sic. *vt. s. tit. j. l. antep. & supra solu. ma. l. sed si ideo. & s. de admin. tu. l. tutor secundum. §. fin. & j. eo. §. præterea.*

h ¶ *Bonæ fidei.* s. actio tutelæ: *vt Inst. de actio. §. actionum.* Accur.

i ¶ *Agi tutelæ.* id est tutelæ iudicio conuenitur, & etiam in litem iuratur: *vt. C. de in lit. iuran. l. j.*

k ¶ *Officio.* §. iste,[g] & lex, quædam. supra dẽ edendo, videntur destruere illum tractatum de eden. vbicunque no. doctores dari officium iudicis, vel actionem in factum. Nam hîc dicit quòd si tutor non faciat rationes, vel factas nõn exhibet vel non edit, habet locum actio tutelæ. Et in. l. quædam. dicitur contra procuratorem non edentem dari mandati, & contra socium pro socio. Sic ergo cum semper argentarius faciat seu scribat rationes mandato scholaris vel eius procuratoris, locum habet mandati, non offic. iudi. vel actio in factum ex illo edicto? Respon. quotiescunque ab initio contrãho cum aliquo vt gerat negotia mea, vel fuit meus socius: vt fuit in isto casu: vt sit tutor, & gerat negotia mea, & faciat librum rationum: *vt fuit in. l. quædam. in procura. & socio:* locum habet tutelæ: vt hîc: vel mandati, vel pro socio: vt. l. quædam. aut non fuit ab initio contractum, sed dixit tantũm scholaris argentario vt scriberet rationes: & tunc habet, locum officium iudicis, vel actio in factum ex illo edicto: *vt in. l. si quis ex argentariis. §. hoc. supra de edendo.*

l ¶ *Rationes.* i.[h] librũ rationũ: *vt. s. de edendo. l. si quis. §. rationẽ.*

m ¶ *Tenebitur.* & etiam iuratur in litem: *vt. Cod. de in litem iurand. l. j.* Accursius.

* De tutelis. * perperã Hal. distrahendis.

* Flo. in omnibus.

* Flo. in his. † Plato quinquennium post finitam tutelã huic act. tribuit, ex legib. Atheniensium.

a Tutor tenetur de his quæ non fecit, quæ facere debuit.

b Iurare cogitur tutor se nõ prætermissurũ ea, quæ facienda sunt in rebus pupillarib.

c Tutor diligẽtiam eam in pupilli rebus præstare debet, quàm in suis rebus adhibere debet.

d Argumẽtum à testamenti prohibitione, ad prohibitionem donationis causa mortis.

e Quasi diceret, fieri nõ potest, vt in dãno sit pupillus, si dicatur, hic nõ tener eius donatio.

f Liberalitas seu donatio nõ dicitur quod in personas necessarias & coniunctissimas erogatur.

g Edere rationes an quis cogatur officio iudicis, vel actione in factũ ex edicto de edendo, an verò actione tutelæ pro socio, & similibus.

h Rationes, pro libris rationum.

a ¶ *De seruis.* facit *supra de adminis. tuto. l. ad instruendam. & .C. de adminis. tuto. l. lex quæ.* sic alias. *C. de iure deliberan. l. si. §. & si præfatam.*

b ¶ *Præterea.* supra. e. §. *sed nonnullos.*

c ¶ *Facultatibus.* largis, vt[a] prædixit. *& facit supra de lib. agno. l. si quis à liberis.*

De seruis[a] quoque interrogationes. sed & quæstiones habēdas, & hoc officio† iudicis conuenire, placuit. Nā diuus Seuerus decreuit, cùm neque inuentaria, neque† auctionalia* proferētur, remedio eo vti debere, vt rationes à seruis qui rem gesserunt, proferātur. Has rationes si mala fide cōscriptas esse à seruis dicāt tutores: etiā in quæstionē serui interrogari poterūt. 4. ¶ Prætereà[b] si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse: sed est verius, non nisi per quā egenti dederit, imputare eum oportere de largis facultatibus [c] pupilli. Vtrumque igitur cōcurrere oportet, vt & mater egena sit, & filius in facultatibus positus. 5. ¶ Sed si munus† nuptiale matri pupilli miserit, non eum pupillo imputaturū[d] Labeo scribit: nec perquam [e] necessaria est ista muneratio.

Si plures tutores aut ipse testator vnum ex pluribus tutoribus ordinauerint, scilicet libertum suum qui administret tutelam: cæteri tutores possunt illi administranti alimenta constituere: & ille administrans poterit certis personis constituere victualia, quæ personæ hic enumerantur. dicit etiam in quam rem sumptus sunt præstandi. h.d.

6. ¶ Si pupillus tutores pater dedit, inter quos & libertū suū, pq; cū voluerit tutelā administrari: & tutores certā summā ei statuerint, quia aliter[f] se exhibere non poterat: habendā eius rationem quod statutum[g] est, Mela existimat. 7. ¶ Ergo† & si ex inquisitione ꝑpter rei notitiā fuerit datus tutor,[h] eiq; alimenta statuerit cōtutores, debebit eorū ratio haberi: quia iusta causa est ꝑstādi. 8. ¶ Sed & si seruis cibaria[i] ꝑstiterit, vel libertis scilicet rei pupilli necessariis: dicendū est reputaturū. Idémq; & si liberis hominibus, si tamē ratio præstandi iusta intercedat. 9 ¶ Item sumptus litis [k] tutor reputabit, & viatica†, si ex officio necesse habuit aliquò excurrere vel proficisci.

10 ¶ Nunc tractemus si plures tutelā pupilli administrauerint, pro qua quisque eorū parte conueniendus sit.

11 ¶ Et si quidem omnes simul gesserunt tutelam, & omnes soluēdo sunt: [l] æquissimū erit diuidi actionē inter eos pro portionib. virilibus, [m] exēplo fideiussorū. [n]

12 ¶ Sed & si non omnes soluēdo sint: inter eos qui soluendo sūt, diuiditur actio: sed prout quisque soluendo est, poterunt cōueniri. 13 ¶ Et si fortè quis ex facto alterius [o] tutoris condemnatus præstitit, vel ex communi gestu, nec ei mādatæ sunt actiones: constitutū est à diuo Pio, & ab Imperatore nostro & diuo patre eius, vtilem actionem [p] tutori aduersus contutorem dandam.

Ex dolo suo conuentus non habet regressum cōtra socios suos: ex dolo enim suo pœnam patitur hoc dicit.

14 ¶ Planè si ex dolo cōmuni [q] conuentus præstiterit tutor: neq; mandandæ sunt actiones, neque vtilis competit: quia proprij delicti [r] pœnam subit: quæ res indignum eū fecit vt à cæteris quid cōsequatur doli participib. Nec enim vlla societas [s] maleficiorū, vel communicatio iusta damni ex maleficio est. 15 ¶ Vsq; adeo [t] autē ad cōtutores [u] non venitur, si sint soluendo contutores: [x] vt prius ad magistratus qui eos dederunt, vel ad fideiussores [y] veniatur. † & ita Imperator noster Vlpio Proculo rescripsit. Quod enim [z] Marcellus libro octauo Digestorum scripsit, quódq; sæpissimè rescriptum est, quandiu vel vnus ex tutoribus [a] idoneus est, non posse ad magistratus qui dederunt, veniri: sic erit accipiendum, [b] si non contutor ob

d ¶ *Imputaturum.* sic. *s. de admi. tut. l. tutor secundum. §. final.* Sed contra *supra de adminis. tut. l. cum plures. §. fina.* Solu. vt ibi.

ADDITIO. Dic quod ibi erat munus cōsuetum, hic vero nuptiale secundum Bart. hic.

e ¶ *Perquam.* i. valde Accursius.

f ¶ *Quia aliter.* igitur à pupillo eodémque patrono erit alendus, etiam [b] si tutor non esset: *vt supra de lib. agno. l. alimenta. & .j. de iure patro. l. diuus. §. imperatores.*

g ¶ *Statutum est.* à tutoribus.

h ¶ *Tutor.* s. libertus.

i ¶ *Sed & si seruis cibaria.* vt *supra tit. j. l. ius. §. ante oculos.*

k ¶ *Item sumptus litis.* [c] vt. *s. de adminis. tut. l. à tutoribus. §. fi. & supra man. l. idémque. §. idem Labeo.*

l ¶ *Soluendo sunt.* tempore depositi officij: *vt. C. de diuid. tut. l. j. & .C. de proba. l. ex persona. & .C. de cadu. tollen. §. vbi autem.*

m ¶ *Pro portionibus virilibus.* id est, pro numero personarum: *vt. C. de cadu. tol. §. vbi autem.*

n ¶ *Fideiussorum* qui habent hoc beneficiū ex epistola diui Hadriani: *vt Instit. de fideiuss. §. si plures. & .C. de consti. pecu. l. fin.*

o ¶ *Alterius tutoris.* qui administrauerat solus. Sed hic non opposuit quod ille prius conueniretur, quod potuisset: *vt. s. de admini. tut. l. tutores. qui. §. in eū.* Vel opposuit, sed ille erat non soluēdo. vel dic quod ambo gerebant: sed alter tātùm commisit culpā. Idem si ambo: vt subiicit ex communi gestu, &c. & tunc poterat impetrare beneficium diuisionis: quod non fecit: sicut nec opposuit, licèt posset opponere: *vt. C. de diui. tut. l. ij. in prin.* vel si opposuit, alter non erat soluēdo.

p ¶ *Vtilem actionem.* s. neg. gest. *vt. s. de neg. gest. l. ex facto. in fine.* Quod secus contingit in pluribus confideiussoribus: *vt. j. de fideius. l. vt fideiussor. & facit ad hoc. C. de contra. iud. tut. l. j. & infra de solu. l. Modestinus.*

q ¶ *Communi.* multo magis si proprio. & sic est de culpa: *vt. C. de contra. iud. tut. l. ij.*

r ¶ *Proprij delicti.* bona ratio *sic. s. de nox. l. si cōmunis familia. & de neg. gest. l. siue hereditaria. & de procura. l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. & .j. e. l. si ex duobus. & .s. de neg. gest. l. ex facto. in fin. & infra de fideius. l. si à reo. §. fin.*

s ¶ *Vlla societas.* vt. *s. pro soc. l. nec prætermittendū.* Sed quid si nullus gessit? Respon. Azo. idem quod hic, scilicet quòd nec cedatur, nec vtilis detur: *vt s. de admini. tu. l. si plures. in fi.* ¶ Item an diuisio fiat inter dolosos? Respon. si non administrant, sic: *vt. d. l. si plures.* si verò administrant, hic non vetat: vnde videtur idē: licèt Azo in summa de diui. tute. dicat nullum beneficium dari dolosè gerentibus, vel contumaciter nō gerētibus. & facit ad prædicta. *C. de contra. iudi. tu. l. ij. & .C. arbi. tu. l. cum interdictæ. §. fi. & .j. rem pupil. sal. fo. l. fin. & .C. de fideius. l.* [illegible] *& .j. de solu. l. Modestinus. & .s. commod. l. rem mihi. §. an exercitu.*

t ¶ *Vsque adeò.* mutat casum. nam supra omnes gesserunt communiter, vel inter se diuiserunt: nunc quando alter tantùm: vel si inter omnes diuisa fuerat administratio per iudicem vel testatorē, & sic supra omnes cōueniuntur ante magistratum: vel ex præcedenti litera patet: hic erit secus: quia primò magistratus quàm tutor nō gerens conuenitur: nisi in casibus. s. duobus. Marcelli.

u ¶ *Ad contutores.* s. non gerentes: Accur.

x ¶ *Soluēdo cōtutores.* s. gerentes. Accursius.

y ¶ *Ad fideiussores.* tutorum gerentium. nō dico fideiussores magistratus. nam illi non tenentur ob hoc: *vt. j. de magi. cōu. l. j. in prin.*

z ¶ *Quod enim.* hic habeas versum: & lege quæ sequuntur, duobus modis. Primo secundū Ioan. quod pro sed[a]. enim, pro quia. q. d. Sed quia Marcellus dixit & alij quidā contrariū prædictis à nostro imperatore: sic erit accipiendum, scilicet dictum imperatoris nostri. sc. vt primò veniatur ad magistratus quàm ad non gerentē: si non contutor, &c. quia tunc habeat locū dictum Marcelli. & sic non abundat dictio, non. 2. Secundo secundum Hug. quod enim, id est, certè quod Marcell. & alij dicunt primò conueniri etiam non gerentem quàm magistratum: quod videtur contrarium dicto imperatoris: sic est intelligendum dictum Marcelli, si non contutor, &c. & secundum hoc dic abundare, non. Vel dicas quòd includitur in verbo, noluerit: quod bis sumatur. s. non voluit facere suspectum, vel non voluit satis exigere. *sic & .j. de Carbo. edic. l. cum fine. §. at similiter.*

a ¶ *Vnus ex tutoribus.* etiam non gerentibus.

b ¶ *Accipiendum.* Dictum imperatoris secundum Io. vel dictum Marcelli secundum H. & adde hic distinctionem secundum Azo. si dati sunt plures tutores, & nihil gesserunt, conueniuntur primò quàm

a Alere ascendētes, nemo tenetur nisi amplas & largas habeat facultates, vt hic.

† Officio iudicis tortura seu quæstio petitur.

† Copulam cadere inter diuersa tradunt, vnde hic separantur auctionalia ab inuentario.

* rationalia.

b Alendi sunt liberti à patronis.

c Subaudi, probabiliter motæ vel susceptæ. *l. qui solidum. §. etiam. j. de lega. 2.*

† Dotare matrem filius nō cogitur.

† Argumentū ab vltima voluntate & præcepto testatoris, ad præceptū iudicis.

d Argumentū à minori ad maius.

† Tutelæ explicandæ causa vtrum tutor eques aut pedes, ire debeat, collige ex his quæ notantur *ex. l. Idemque. §. idē Labeo. s. mādati.* Quin ex hoc loco colligunt alendum esse à pupillo, inopē tutorem, ibi. si aliis ꝑpter paupertatem rebus pupillaribus superesse nō possit.

a Sed enim, pro, quia.

† Speciale, in quo prius discutitur fideiuss. quam principalis debitor, *contra Authen. præsente. C. de fideiuss.* Sed est vnū singulare Bal. in apostil. in *l. si mancipium. s. de eunctio.* vbi dicit exceptionē discussionis esse de apicibus iuris: sed in his quæ summè cōcernunt æquitatem, non attenduntur illi apices iuris & sunt alij mul[illegible] casus enumerati per do. De capel. Tholos. q. [illegible] vide ibi.

quam magistratus: *vt supra de adminis. tuto. l. si plures.* & ita est idem ac si gessissent omnes, si vnus corũ gesserit, alius nihil gesserit, si quidem non est diuisa administratio: vel est diuisa, sed à seipsis inter se: conuenitur primò gerens, secundò magistratus, tertiò non gerens: nisi obiiciatur non gerenti quòd contutorem non remouit vt suspectum: vel tardè remouit: vel citò quidem, sed in eo iura pupilli prodidit: vel non exegit ab eo satisdationẽ rem pup. saluã fore, cum videret eum desinere esse soluendo, & finita tutela inuenitur non soluendo: *vt. s. de adminis. tuto. l. etiam. & l. Æmilius. in fin. & l. tres tutores. §. fin.* In his enim quatuor casibus conuenitur post illum qui gessit, contutor qui non gessit: *vt hic, & C. de diui. tute. l. ij.* si vnus gessit, & alius aliqua gessit, cõuenitur vterque pro omnibus ante magistratum: *vt infra de magist. conue. l. duo. & de administr. tut. l. Lucius. §. pen.* si vnus gessit, alius non, & est administratio diuisa à iudice vel à testatore: conuenitur quilibet pro sua gestione antequam magistratus: & post magistratum cõuenitur contutor in prædictis quatuor casibus: *vt. s. de admin. tu. l. Lucius. § penul.* & hæc omnia cum magistratui obiicitur culpa: *vt Instit. de satisda. tu. §. pen.* Appellatur [a] ergo subsidiaria actio quę datur in magistratum: non quòd semper vltimò conueniatur magistratus, sed quia plerunque: vel quia aptitudinem respicit: vt & [b] actio l. Aquil. dicitur pœnalis aptitudine: *vt Inst. ad l. Aquil. §. his autem verbis.* Vltimo faciunt ad hæc. C. *de conue. fisc. debi. l. ij. & infra ad munic. l. imperatores.*

hoc conueniatur, quòd suspectũ facere, vel satis exigere noluit.

16 ¶ Hanc actionem [a] etiam in heredẽ [b] tutoris cõpetere cõstat.

17 ¶ Sed & heredi pupilli [c] æquè cõpetit, similibúsq; personis.

Tutori condemnato pro contutore debent cedi actiones à pupillo contra tutorem. h. d.

18 ¶ Non tantũ ante condemnationẽ, sed etiam post cõdemnationem [d] desiderare tutor potest mandari sibi actiones aduersus contutorem pro quo condemnatus est. 19 ¶ Rationibus [e] distrahendis actione non solùm hi tenentur tutores, qui legitimi fuerunt: sed omnes qui iure tutores sunt, & gerunt tutelam.

20 ¶ Considerãdum est in hac actione vtrũ pretium rei tantùm duplicetur, an etiã quod pupilli intersit. Et magis esse arbitror in hac actione quod interesse non venire, sed rei tantùm æstimationem. [f] 21 ¶ In tutela ex vna obligatione duas esse actiones constat: & ideo siue tutelæ fuerit actum, de rationibus distrahendis agi non potest: [g] siue cõtra, [h] tutelæ actio, quòd * ad speciem istã perẽpta est. 22 ¶ Huc tamen tutorem qui intercepit pecuniam pupillarẽ, & furti teneri Papinianus ait. [i] qui & si furti teneatur: hac actione conuentus, furti actione non liberatur. Nec enim eadem est obligatio furti ac tutelæ: vt quis dicat * plures esse actiones eiusdem facti, [k] sed plures obligationes. Nàm & tutelæ [l] & furti obligatur.

23 ¶ Hàc actionẽ [m] sciendũ est perpetuam esse, & heredi similibúsque personis dari ex eo quòd viuo pupillo captum est: sed in heredem cęterósque successores non dabitur, quia pœnalis est. 24 ¶ Hæc actio [n] tunc competit, cum & tutelæ actio est: hoc est finita [o] demum tutela.

II. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

Actione † de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerẽda rẽ ex bonis pupilli abstulerit. [p] 1 ¶ Quòd si furandi [q] animo fecit: etiam furti tenetur. [r] Vtraque autem actione obligatur: & altera [s] alteram non tollet.

Condictio furtiua competit pro rebus interceptis à tutore: quia postquã actum fuerit, tollitur actio de ratio. distra. h. d.

Sed & cõdictio ex furtiua causa competit: per quam si consecutus fuerit pupillus quod fuerit ablatum, tollitur hoc iudicium, [t] quia nihil abſit pupillo. 2 ¶ Hæc actio [u] licèt in duplum sit, in † simplo rei persecutionem continet: non tota dupli pœna est.

III. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI tutelæ [x] aut negotiorum gestorum agatur, incerto † hoc quantum ab aduersariis debeatur tutori procuratori-ve: arbitratu iudicis cauendum est quod eo nomine eis absit.

IIII. PAVLVS *libro octauo ad Sabinum.*

NIsi finita tutela sit, tutelæ

a ¶ *Hanc actionem.* tutelæ: *vt. C. eod. l. tutelæ.*

b ¶ *In heredem.* aliter quàm in tutorem: *vt. C. de here. tu. per totũ.*

c ¶ *Pupilli.* aliter quàm pupillo: *vt. s. de admi. tu. l. ex pluribus.*

d ¶ *Post condemnationem.* speciale [c] est vt post sententiam opponatur peremptoria: *vt. j. de fideius. l. si fideiussores. §. idem respondit.* Regulariter contra: C. *sen. rescin. non pos. l. peremptorias.* similia quære ibi.

e ¶ *De rationibus.* nunc de secunda parte rubricæ.

f ¶ *Tantum æstimationem.* s. duplandam. non interesse duplãdum. *& facit. j. l. proxi. in fi.*

g ¶ *Non potest.* etiam ad pœnam: *vt. j. l. proxi. in prin.*

h ¶ *Siue contra.* i. si actum fuerit actione de rationibus distrahendis tutelæ actione, &c.

i ¶ *Papinianus ait.* vt. *j. l. proxi. §. quod si furandi. & j. de fur. l. tutor. & j. de admi. tu. l. tres tutores. §. j.*

k ¶ *Eiusdem facti.* vt sic vna per alteram tollatur: *vt. j. de actio. & oblig. l. plura.* Sed non est ita. nã hæc interceptione sola, illa ex dolosa interceptione datur. Nã ex dolo non cõmisso habet locũ hæc: *vt. j. l. proxi. §. j.* quod in furto secus. sic aliàs sunt duo præcepta arbitri, vnũ pecuniã dari, alterũ intra kalendas dari. *s. de arbi. l. Celsus.* Item hæc quando perfidè agit: illa quando inuito domino: *vt j. de admi. tu. l. tres tutores. §. sed tutores.* Et sic non ob. *j. de act. & obli. l. qui seruum. in fi. & j. vi bo. rap. l. ij. & s. commo. l. vnde quæritur. in fi. & facit. j. de priua. delict. l. nunquam.* & hæc est ratio quæ tollitur per condictionem furti: *vt. j. l. proxi. §. fina.*

l ¶ *Nam & tutelæ.* arg. à simili. [a]

m ¶ *Hanc actio*nem. s. de ratio. dist. quam secus in act. tut. *vt. s. ead. l. §. hanc.* quia [b] pœnalis est in vno simplo: *vt. j. l. proxi. §. fina.* igitur [c] nõ datur in heredem, nisi lis sit contestata: *vt Inst. de perpe. & tempo. ac. §. non autem.* sed in eo quod est rei persecutoria, videtur dari posse: *vt. C. ex deli. defun. l. j.*

n ¶ *Hæc actio.* s. de rationibus distrahendis.

o ¶ *Finita.* vt. *j. eod. l. nisi.*

p ACtione.] *Abstulerit.* dolo vel nõ dolo [d]: vt quia credebat sibi licere, vel pupillum concessurum. ADDITIO. Dic secundum Bald. hic quod fuit in dolo præsũpto, & propter hoc actio in duplum datur, secundum Dy.

q ¶ *Quòd si furandi.* & ita dolo, nam furtum [e] non est sine dolo: *vt Insti. de obliga. quæ ex delict. §. j.*

r ¶ *Tenetur.* vt. *s. proxi. l. §. considerandum. ibi. hunc tamen. &c.*

s ¶ *Altera.* i. actio de ra. [f] distra. non tollit actionẽ furti, vel econtra. *sic Insti. si quadru. pau. fe. di. §. fi.* & est ratio vt no. *s. l. prox. §. pe.*

t ¶ *Tollitur hoc iudicium.* ergo & [g] in pœnã & sic est arg. cõtra. *s. de actio. & obli. l. qui seruum. in fi.* secũdum vnam literam: *vt infra vi bon. rap. l. j.* Sed hic speciale: quia ambæ [h] oriuntur ex eadẽ causa: quia perfidè agit: *vt. s. de administ. tut. l. tres tutores. §. sed tutores.* quod secus est in actione furti: *vt no. s. l. proxi. §. penul.*

u ¶ *Hæc actio.* s. de rationibus distrahendis.

x SI tutelæ. Pone in cõtraria: quia agit quondã tutor vel curator vel procurator cũ mãdato vel sine cõtra pupillũ vel nouũ tutorẽ vel adultũ seu curatorẽ nouũ vel dominũ, pro eo quod durãte officio vel pro pupillo vel adulto vel domino se obligat trãsferẽs in obligationẽ domini. & erat obligatio sub cõditione, vel in diem: certè cauebitur de indẽnitate adueniente die vel cõdi. *sic & s. pro soc. l. omne æs. & l. pro socio arbiter.* ¶ Et secũdũ hoc dic, ab aduersariis. i. vel à pup. vel adulto vel domino. ¶ Itẽ quod subiicit, tutori & procuratori. s. quondã. & dic procura. cũ mãdato vel sine mãdato: quia dicit de act. neg. gest. ¶ Itẽ quod dicit, absit. i. abesse potest vel tu. vel cura. vel procura. quondã. fortè enim nõ aberit: quia nõ existet cõditio. posset poni & in directa: & tunc dic, ab aduersariis. i. à tutore vel curatore quondã: & quod subiicit, tutori. s. nouo: & sic de aliis. ¶ Itẽ eis abest. i. pupillo & aliis quibus fortè aberit ex cõtractu inito à quodam tutore vel curatore, vel procuratore.

NIsi finita. CASVS. Actio tutelæ non potest intentari contra tutorem nisi finita tutela. & finitur tutela pubertate pupilli, vel morte alterutrius eorum: & filiusfamilias tutor tenetur act. tut. & etiam emancipatus: & si pupillus incipiat agere tutelæ nondum finita tutela, non perducetur causa ad finem. sed secus est in

a Subsidiaria actio quæ in magistratus datur cur ita vocetur.

* quod ad.

b Actio legis Aquiliæ pœnalis est aptitudine.

k Malè Haloander, vt quis nõ dicat. Aug. lib. 1. Emen. cap. 2.

c Exceptio peremptoria regulariter non opponitur post sententiam: hic tamen opponitur in casu speciali.

a Argumẽtum à simili in iure validum.

b Actio tutelæ pœnalis.

c Pœnales actiones non dãtur in hæredes nisi post litẽ cõtestatam.

† Plato libr. 11. leg.

d Dum tamen de bona fide constet. aliàs sola actio tutelæ esset.

e Furtũ non est sine dolo.

† Dupli pœnã in dubio ita interpretamur vt in duplo insit simplum. *adde l. hoc edicto. j. de publ. l. vlt. C. de sportulis.*

f Actio de rationib. distrahẽdis nõ tollit actionẽ furti: vel è contra.

g *Legendum est,* ergo & pœna.

† Incerti nomine cauetur. *adde legem, liber rationum. j. de statuliberis.*

h Hoc est condictio furtiua & actio tutelæ.

actione nego. gest. quæ datur furioso contra tutorem suum: quia illa bene competit etiam durante administratione.

a ¶*Non potest*.vt.ꝫ.eo.l.*si tutor in fine*.& *l. cum tutor in fine*. & *supra eo.l.j.in fi.* & *Instit. de Atil.tut.in fi.* & *infra de inner.l. nec magistratibus*.sic & econtrario. *vt.ꝫ.tit.j.l.§.finita.* & *contor. infra rem pup. saluam fore.l.j.* & *supra de adminst. tu.l.actius.* & *l.cum curatore.* & *l.cum plures. in prin.* & *C.de admin. tut.§ rationes.* & *l.ij.* & *quod ibi not.*

b ¶*Etiam morte*.Item alijs modis: *vt Institut. quibus.mo.tut.fin.per totum.*

c ¶*Emancipatū*. maxime.nam idem si est in potestate: *vt infr. de actio.* & *obli.l.filiusfamilias.*

d ¶*Tutelæ agat*. cum tutela non sit finita, & sic nec actio nata.vt in prin.l. non ergo nocebit cum erit nata quin tunc agitur: *vt supra de pign.l.grege.§.si sub conditione*.posset enim esse impubes, & tamen tutela esset finita.

e ¶*Dum negotia gerit*. secus in curatore adulti: *vt.C de admini. tut.l.ij.* & *l.rationes*.& est ratio: quia hic nesciremus vsque quo expectaretur: *vt.C. de vsufru. l. ambigui*. Sed ibi certum est quando poterat agi.

f ¶*Constitutum est*.vt *supra in prin. huius. l.*

a Tutelæ agi non potest nisi finita tutela.

† Mortuo con tutore finitur etiam tutela. quantū ad sui partem neque accrescit superstiti. Spec. in tit. de instrum. edi. §.nunc vero aliqua.vers.quid si possunt plures.

b Tutelæ actione teneri possunt filij non modo emancipati, sed & filijfamilias in potestate positi.

c Tutelæ agi nō potest, nisi ipsa actio tutelæ nata sit.

d Curatoris furiosi & adulti differentia. Ille dū negotia gerit conueniri potest: alter non potest. Cur tā variæ? Furoris pupilli duratio incerta est: adulti ætas certa, hoc est certū est quo anno desiturus sit esse adultus.

e Incertitudinis ratione datur & admittitur præsens actio, quæ aliàs nō admitteretur.

agi non potest. [a] Finitur autem non solùm pubertate, sed etiam morte [b] † tutoris vel pupilli.

1 ¶ Filiumfamilias emancipatum, [c] si tutelam administret, etiã directo teneri Iulianus putat. 2 ¶ Si adhuc impubes tutelæ agat, [d] nihil consumitur.

3 ¶ Cum furiosi curatore non tutelæ, sed negotiorum gestorum actio est: quæ competit etiam dum negotia gerit: [e] quia non idem in hac actione, quod in tutelæ actione, dum impubes est is cuius tutela geritur, constitutum est. [f]

V. VLPIANVS *lib. 43. ad Sabinum.*

SI tutor rem sibi depositam à patre pupilli vel commodatam non reddat: non tantùm commodati vel depositi, verùm tutelæ quoque tenetur. [g] Et si acceperit [h] pecuniam [i] vt reddat, [k] plerisque placuit eam pecuniam vel depositi vel commodati actione repeti, [l] vel concidi posse, quod habet rationem: quia turpiter accepta sit.

Pater non tenetur de dolo filij tutoris quem commisit postquam emãcipatus.h.d.

VI. IDEM *lib. 31. ad Edictum.*

SI filiusfamilias [m] tutelam administrauerit, & liberatus patria potestate dolo aliquid fecerit, an actio tutelæ patrẽ quoq; hoc nomine teneat, quæritur. Et æquum est, vt eum duntaxat dolum pater præstet, qui cõmissus est ante emancipationem filij.

VII. IDEM *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

SI pupillus heres exstiterit ei cuius tutelam tutor suus gesserat: ex hereditaria causa cum tutore suo habebit actionem. [n]

Tutela finita per captiuitatem tutoris, possunt conueniri fideiussores eius, vel defensor vel curator datus bonis captiui tutoris: si tamen tutor postliminio reuersus fuerit, recipiet pristinam tutelam. hoc dicit cum.l. sequenti.

1 ¶Si tutor in hostium potestatem peruenerit: quia finita tutela intellegitur, fideiussores qui pro eo rem saluam fore spoponderint, & si quis existat defensor eius qui paratus est suscipere iudicium tutelæ, vel si quis sit curator bonis eius constitutus, [o] rectè conuenientur.

VIII. PAPINIANVS *libro vicesimooctauo Quæstionum.*

QVamuis iure postliminij tutelam pristinam possit [p] integrare.

Reuerso tutore qui reipublicæ causa aberat, potest coueniri is qui in locum eius datus fuerat: quia desinit tutor esse.h.d.

IX. VLPIANVS *libro vicesimo quinto † ad Edictum.*

SI tutor reipublicæ causa abesse cœperit, ac per hoc

SI tutor.] CASVS. Pater pupilli deposuit librum suum apud Titium. vel etiam ei cõmodauit: qui Titius fuit postea tutor filij illius qui deposuit vel commodauit, & non vult reddere pupillo. certè tenetur ad reddendum ac commodati vel depo.& etiam tutelæ: & si accepit pecuniam, vt reddat eam pecu. restituere tenetur condic. ob tur. cau. vel act. depositi, vel actione commodati. Viuianus.

g ¶*Tenetur*.non ergo extinguitur, licèt ex secunda teneatur: *vt. ꝫ.de neg.gest l.diuortio. in princ.* & *in fi.* & *facit supra. man. l. qui negotia*. Accursius.

h ¶*Acceperit*. s.tutor.

i ¶*Pecuniam*. s.decem solidos.

k ¶*Vt reddat*. s.pecuniam pupilli pupillo quam habebat apud se tutor vel ex causa depositi, vel mutui: quam reddere noluit, nisi pupillus daret sibi decem solidos.

l ¶*Repeti*.vt & *ꝫ.de cõdic.ob tur. cau.l.ij.* & *l.fi.* & *ꝫ.depositi.l.fi.*

SI filiusfam.] CASVS. Filiusfa. gessit tutelam voluntate patris: & sic pater tenetur insolidum. postea hic pater mãcipauit filium, & ille filius nihilo minus administrauit: & ante emancipationem commisit dolum in tutela filius & post. certè de priori dolo tenetur pater: & non de posteriori.

m ¶*Si filiusfa*.facit.ꝫ.*pro socio.l.si id quod.§.si filius*. & .ꝫ. *de admini.tut.l.tutorem.* & .ꝫ.*eo.l. si filiusfami.*

SI pupillus.] CASVS. Titius administrauit tutelam Sempronij quondam pupilli: nunc administrauit tutelam Caij pupilli. Caius pupillus succesit Sempronio prædicto. certè potest Caius agere contra tutorem suum, etiã durante tutela sua propter administrationem tutelæ Sempronij. [SI TVTOR.] Tutor captus est ab hostibus: & sic finita est tutela, certè quamuis iure postliminij posit tutor prædictus recuperare tute. etiã si reuertatur cum finita est, vt dictum est: tamen possunt conueniri fideiussores dicti tutoris, vel defensor eius vel curator bonis eius datus. Viuianus.

n ¶*Actionem*. scilic. tutelæ: sed hodie repellitur: *vt in Authen. vt hi qui.§.j.colla.vj.* Accursius.

o ¶*Constitutus*. quod fieri potest: *vt* [a] *ꝫ.qui ex cau.ma.l.ab hostibus.in prin.* & *facit.ꝫ.rem pu.sal.fo.l.non quasi.§.si ab hostibus.*

p ¶*Quamuis*. ¶*Posit*. tutor reuersus. & *facit infra.l. proxi.* & *Institu. de Atil.tut.§.ij.*

a Curator bonis, eius qui apud hostes captiuus est constitui potest.

SI tutor reipublicæ.] CASVS. Testator dedit tutorem filio suo, & ita postea dixit: quo ad reipublicę causa nõ abieris, tutor esto. cũ reuersus fueris, tutor esto. & ita prima tutel. & vltima sunt duæ. postea tutor prædictus cœpit abesse causa reipubl. & loco eius alius fuit datus à iudice. certè pro eo quòd administrauit antequã se absẽtaret causa reipublicæ, conuenitur actio. tut. si autem reuertatur, reaccipit tut. prædicti pupil. & ille qui fuit datus loco eius, desinit esse tutor, & potest act. tut. conueniri.

[SI DVOBVS.] Duo erant impuberes, quorũ vnus habebat tredecim annos, & alter vnum annum. iudex dedit eis tutorem Sempronium. postea ille qui habuerat tredecim annos ante, habuit postea quindecim annos. & alter qui habuerat tantùm vnũ annum, nunc habet tredecim annos. & sic est eius tutor legitimus frater suus. certè Sempronius qui fuit datus à iudice, desinit esse tutor: & potest tutelæ conueniri. secus autem si Sempronius prædictus fuisset eis datus tutor in testamento: quia non desineret esse tutor impuberis habentis nunc xiij. annos. quamuis frater eius sit factus maior xv. an. quia semper testamẽtaria tu. sicut fuit in persona Sẽpronij, præualet legitimæ, sicut fuit in persona fratris effecti maioris. xxv. an. [SI TESTAMENTO SVB.] ita dixit testator: Do Titiũ tutorem filio meo si nauis ex Asia venerit. quo casu nõ erit Titius tutor ante aduenientem conditionem prædictam. quare iudex ex inquisitione dedit Seium tutorẽ pupillo prædicto pendente conditione: venit nauis postea ex Asia, & sic incipit tutor ille qui fuit datus in testamento, & desinit esse ille qui fuit datus à iudice. Nõ est ergo mirum, si datus à iudice potest conueniri act. tut. sed si testator ita dixisset: Do Titium tutorem filio meo vsque ad annum, adueniente anno desinit tutor esse Titius, & conueniri potest act. tu. & hoc vsq; ad versi. & generaliter. & illũ dimitte, & accipe illũ: in qua autẽ &c. & postea reuerteris ad eũ: & ita pone casũ vtriusque. Testator ita dixit: Titius sit tutor filij mei donec non aberit causa reip. cum cœperit abesse, non sit tutor: cum reuersus fuerit, sit tutor. postea Titius administrãs dictam tut. cœpit abesse causa reip. & stetit ibi per annum: & postea reuersus est, & dictam tutelã reincepit administrare. certè ex administratione quam fecit antequã absentaret se causa reip. potest cõueniri actione tu. sicut posset cõueniri durãte tutela de eo quod accepisset mutuo à patre pupilli. nec ob. supra eod.l.nisi. vbi dicitur quòd durante tutela non potest pupillus conuenire tutorem act.tut. quia verum est illud si eadem sit tutela. cæterùm in nostro casu duæ fuerunt tutelæ: vnde non est mirum si existens in secunda, potest conueniri de prima. Quis ergo conueniet eum de prima nomine pup? & certè aut habet contutores in secunda, aut non. primo casu conuenient eum contutores: aliàs erit eorum periculum, secundo dabitur curator specialis pupillo qui tutorem prædictum cõueniat.

† Sunt qui putent legendum triceſimoquinto. vbi de tutelis egit Vlp. non in lib. 25.

[SI

[SI TUTORI.] Tutor pupillo suo coniunctus vel affinis fuit de suspecto accusatus: & postea fuit iudicatum quòd adiungeretur ei curator in administratione: certè non potest conueniri dictus tutor ac. tu. quia non desiit esse tutor: secus autem si tutor fuit deportatus, & bona fuerunt publicata: quia cùm sit finita eo casu tutela, potest cōueniri actio. tu. per illū curatorem qui datus est loco eius, vel per contutores. [CÆTERÆ ACTIONES.] Dictū est supra eod. l. nisi. quòd actio tut. nō nascitur durāte tutela. quid de aliis actio. puta furti, & l. Aquil. & condict. furtiuæ? Respond. bene nascuntur durante tutela, sed nō possunt intentari nisi ea finita. nec obstat quod posset aliquis dicere, scilicet damnificari pupillum si actio furti & l. Aquil. nō possunt intentari durante administratione, eo quòd si interim moriatur tutor, non poterit agere pupillus contra heredes tutoris. non obstat dico: quia quamuis dictæ duæ actiones intereant morte tutoris, tamen pupillus habet act. tu. cōtra heredem tutoris. in qua veniet illud quod pupillus poterit recuperare à tutore per act. furti. & l. Aquil. quia tutor cùm administrabat etiam solus, debebit sibi soluere pro pupillo omnia quæ pupillo debeat etiam per act. furti. & l. Aquil. hoc dicit cum. l. sequen. Viuian.

fuerit excusatus,[a] quòd reipublicæ causa aberit, tutelæ iudicio[b] locus est. Sed si desierit reipublicæ causa abesse, cōsequenter desinit qui in locum eius datus est,[c] & tutelæ[d] cōueniri poterit. 1 ¶ Si duobus impuberibus fratribus tutor datus sit,[e] & alter eorum in legitimam tutelam fratris sui perfectę ętatis cōstituti reciderit: cum qui datus[f] esset, tutorem esse desisse Neratius ait. Quia igitur desinit, erit tutelæ actio etiam ex persona[g] impuberis,[h] quamuis si testamēto datus fuisset, nō desineret esse tutor eius qui adhuc erat impubes: quia semper legitima tutela testamentariæ cedit. 2 ¶ Si testamento sub conditione[k] tutor datus sit, deinde alius medio tēpore ex inquisitione: dicendum est locū esse tutelæ iudicio existente conditione: quia tutor esse desinit.[l] 3 ¶ Sed & si quis testamento vsque ad tempus fuerit datus, idem erit dicendum.[m]

4 ¶ Et generaliter quod traditū est, pupillū cum tutore suo agere tutelæ nō posse: hactenus verum est, si eadem tutela sit. Absurdū enim erat, à tutore rationem administrationis negotiorum pupilli reposci, in qua adhuc perseuerare t.[n] In qua autem desiit:[*] tutor & iterum cœpit esse: sic ex pristina administratione tutelæ debitor est pupillo quo modo si pecuniam creditam à patre eius accepisset.[o] Quem igitur effectū hęc sententia habeat, videamus. Nam si solus tutor est: vtique ipse secum non aget, sed vel[p] per specialem † curatorem conueniendus est: vel pone eum contutorem habere, qui possit aduersus eum iudicium[*] accipere,[q] ex qua causa cum eo tutelę agi potest. Quinimmo si medio tēpore soluendo esse desierit, imputabitur contutoribus cur non egerint cum eo. 5 ¶ Si tutori curator sit adiunctus, quamuis suspecto postulato: non cogetur tutelæ iudicium tutor suscipere, quia tutor manet.[r][*]

6 ¶ Sed & si fuerit tutor confiscatus,[s] aduersus fiscum dandā esse actionem constat ei qui loco eius curator[*] datus sit, vel contutoribus eius. 7 ¶ Cæteræ actiones, præter tutelæ, aduersus tutorem cōpetunt,[t] etsi adhuc tutelam administrat: veluti furti, damni iniuriæ, condictio.[u]

x. PAVLVS *libro octauo breuis edicti.*

SEd non dantur pupillo[x] dum tutor tutelam gerit. Quamuis enim[y] morte tutoris intereant,[z] tamen pupillus cum herede eius[a] actionem habet,[b] quia sibi soluere debuit.[c]

XI. VPPIANVS *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

SI filiusfamilias tutelam administrauerit, deinde fuerit

l ¶ *Desinit.* facit *supra de testa. tu. l. si quis sub conditione. & Inst. de At. tu. §. j.* Accursius.

m ¶ *Erit dicendum.* s. quòd finito tempore sit locus tutelæ iudicio

n ¶ *Perseueraret. vt & 3. eo. l. nisi in prin. & 3. de excu. l. Titius.*

o ¶ *Accepisset.* sic ergo potest conueniri: *vt 3. de suspe. tu. l. iij. §. quæri, & l. seq.* Et adde quod nota. *C. de administ. tu. l. y.* Item concord. *supra de admin. tu. l. cum plures. & l. actus. & l. cum curatore.* Accur.

p ¶ *Sed vel.* nunc respon. & bene: *vt Inst. de aucto. tut. §. fina.*

q ¶ *Accipere.* hoc casu non petitur curator: *vt supra de testa. tu. l. si plures.*

r ¶ *Tutor manet.* si[a] erat agnatus vel patronus: *vt 3. de suspect. tu. l. si tutor.* 2. Vel dic quod loquitur quando pendente causa suspecti adiungitur curator: *vt C. de suspect. tu. l. cum.* Accursius.

s ¶ *Confiscatus.* quia fuit propter delictum deportatus, & sic[b] bona confiscata: *vt C. de pœnis l. deportatorum.* & tutela finita: *vt Inst. quibus modis tu. finitur. §. sed & capitis.* igitur[c] tutelæ agi potest: *vt hic. & C. de bo. proscrip. l. si vt proponis.*

t ¶ *Competunt.* id est, natæ sunt, sed non intentantur: *vt j. l. prox.* ergo actio[d] tutelę nec etiam nata est durante tutela, cum ipsa cæterarum regula nō contineatur: *vt hic dicit, & patet supra eod. l. nisi. in princi.* idem dicas in ac. de rationibus distrahendis: *vt supra eod. ti. l. j. §. fina.*

u ¶ *Condictio.* furtiua. & dic facto furto durante tutela. Accursius.

x ¶ S*Ed non dātur pupillo.* vt ipsemet eas intentet, sed per curatorem datum liti, secundum quosdam, quod non placet: *vt. C. vt. C. de administ. tu.*

y ¶ *Quamuis enim.* respondet tacitæ obiectioni: quia si non dantur statim hæ actiones contra tutorem, contingere posset eum mori, & sic prædictas actiones expirare: & ita paterentur damnū. ad quod respondet: quamuis enim, &c.

z ¶ *Intereant.* quia[e] pœnales sunt, scilicet furti, & damni iniuriæ, in eo quod crescit ex repetitione. xxx. dierum: & ideo ad heredem non transeunt: *vt. C. ne ex delict. de. l. j. & inst. de perp. & tēp. act. §. non tantùm. & supra ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. hanc. & C. de fur. l. furti actio.* Condictio[f] verò furtiua est rei persecutoria: & ideo[g] in heredem cōpetit: *vt supra de condict. fur. l. si pro fure. §. fi.* Accursius.

a ¶ *Herede eius.* scilicet tutoris.

b ¶ *Actionem habet.* scilicet tutelæ: *vt & supra. de neg. gest. l. sin autem. §. idem erit.* Accursius.

c ¶ *Debuit.* tutor quod ex quacunque causa pupillo debuit: *vt & supra de neg. gest. l. diuortio. in fin. & infra de fideius. tutor.* Accursius.

S[I filius.] CASVS. Filius meus fuit datus tutor Titio pupillo, & cœpit administrare: postea emancipauit eum. certè nihilominus remanet tutor: & de eo quod administrauit ante emancipationem, tenetur in quantum facere potest. de eo quod administrauit post, tenetur pupillo insolidum: ego verò pater tantùm de peculio teneor intra annum incipientem currere post pubertatem dicti pupilli. Viuianus.

a ¶ *Excusatus.* ad[a] tēpus: *vt Instit. de excusa. tuto. §. item qui reipublicæ.*

b ¶ *Tutelæ iudicio.* vtili, non directo: *vt supra de excus. tut. l. Titius.* Vel dic vt ibi. *& facit supra de suspe. tu. l. iij. §. quæri. in fin. & §. sequen.*

c ¶ *Datus est.* tutor vel curator: si non habes in tex. curator. Accursius.

d ¶ *Tutelæ.* si fuit tutor: vel nego. gest. si curator. *ad quod supra de tut. l. quæsitum.*

e ¶ *Datus sit.* quorum vnus anniculus vel circa, alter parum distans à pubertate, & sic citius habebit xxv. annos. quā alter habebit. xiiij. Vel dic quòd olim etiam adultus poterat esse tutor, nisi se excusaret: quod hodie est secus: *vt Instit. de excusat. tut. §. item* ADDITIO. Dic quod imò nec olim poterat alius tutor esse minor xxv. ann. *vt supra de administ. tut. l. quæro. §. I. [?] & supra de excus. tut. l. non solum. §. libertus.* secundum Bart.

f ¶ *Datus.* à iudice.

g ¶ *Ex persona. vt supra de admini. tu. l. tutores. §. tutelæ.*

h ¶ *Impuberis.* Sic ergo datiua[b] cedit legitimæ. ¶ Sed quid si proximior agnatus sit, minor sequens: quia maior admittitur. si proximior incipiat esse maior, nunquid posterior desiit esse tutor? Respond. vt nota. *supra de excus. tut. l. non solum. §. si libertus.* Item quid si duo tutores fuerunt dati in testamento: & in locum vnius excusati ad tempus datur tutor, vel detur tutor in locum defuncti: & postea decedat testamentarius tutor: nunquid datiuus desinit esse tutor, & legitimus admittitur? arg. quòd non. *supra de tute. l. quæsitum.* Sed hæc lex est argu. quòd desinat, secundum Hug.

i ¶ *Cedit. vt supra de test. tute. l. si quis sub cōditione. & C. de test. tut. l. iij.*

k ¶ *Sub conditione.* quòd[c] non posset à iudice fieri: *vt. j. de regul. iur. l. actus.* Accursius.

a Absens reipublicæ causa excusatur à tutela ad tempus.
* Fl. desinit tutor.

b Tutela datiua cedit legitimę.

c Tutor sub cōditione à iudice dari non potest: testamēto potest.

† Specialem curatorem pupillus habere potest, at non generalem.
* Fl. iudicem.

a Coadiutoris adiectione seu datione, nō tollitur officium principalis administratoris.

* Flo. maneret.

b Confiscantur bona deportatorum.
* Hal. tutor. Correct. per Nouel. 72.

c Tutelę agi potest finita tutela.

d Tutelæ actio non nascitur durante tutela.

e Pœnales actiones intereunt rei seu debitoris morte.

f Cōdictio furtiua in hæredē competit.

g Rei persecutoriæ actiones in hæredem transeunt.

a ¶*Insolidū*.imò pro vtraq; inquantū facere potest: *vt.ſ.de neg.gest.l.Pomponius in negotiis.quæ est contra.* Sol.ibi domini negotiorum,hic gerentis fuit mutata conditio: *vt.& ſ.de admini.tut.l.tutores.§.proinde.& ſ.pro socio.l.si id quod.§.filius*

b ¶*Post pubertatem*.de eo quod ante emancipationem gessit,nō quod post:*vt.ſ.e.l.si filius*. Item hoc etiam si multi anni transeant post emancipationem antequam sit pubes: neque enim &c.

c ¶*Finita*.nā prius agi nō potest tutelæ de peculio:*vt.ſ.eod.l.nisi.* ergo non currit annus qui datur post emācipationē:quia vtilis est: *vt.ſ.quando act.de pecu.est an.l.j.§.annus.*

d ¶*Filius autem*. Continuatur cum præcedenti, & dic casum quòd filius gessit tutelā, & malè: & sic pater tenetur pupillo de peculio. non potest filius idemque tutor agere contra patrem nomine pupilli:quia non est nata actio tutelæ de peculio. itē non imputatur filio si nō agat. Ac.

e ¶*Suum factum*. i. malam gestionem.

f ¶*Agere*.nā quia filius tutor malè gerit, pater tenet: & si velit ex hac obligatione patrē filius cōuenire,non potest,quia & ipse tutelæ tenetur (licèt de peculio tantum,)quæ non datur tutela durāte:*vt.ſ.e.l.si tutor.§.cætera*.Accursius.

g ¶*Ab eo*.s.filio.

h ¶*Exigi potest*.i.imputari à pupillo. Acc.

Si tutor.] CASVS. Tutor finita tutela pubertate pupilli, eius administrauit negotia, &inceperat fortè facere pupillo vnā domū durāte tutela, & eā cōpleuit. ea finita certè de isto quod fecit, etiā finita tutela potest cōueniri.act.tut.quia cōnexū fuit illi quod durāte tute.incepit. secus autē si nō esset cōnexū: quia tūc nō act.tut.sed act.neg.gest. conuenietur:imò de eo etiam quod gessit in tut conuenitur act. gest. siue cœpit gerere negotia post finitam tu.tanquā curator, siue alio modo. Sed si tutor finita tutela dimisit administrare aliquo tempore, & postea reincipit: certè pro eo quod gessit in tutela, actione tutelæ conuenietur subaudi,& nego. gest. pro eo autem quod gessit post, conuenietur act.neg.gest.& h.d.cum.l.seq.Viuianus.

† Variatur qualitas & modus agendi propter varietatē temporum.

a Factum pro gestione.

b Tutelę actione tenetur, si in peculij pater, ex tutela malè à filio administrata.

c Principale qua ratione sui penditur, eadē & accessorium suspenditur. Bald.

d Tutelę actio nō datur tutela durante.

emancipatus:remanere cum tutorem Iulianus ait.& cū † pupillus adoleuerit, agēdum cum eo, eius quidē tēporis quod est ante emancipationē, in quantū facere potest:eius verò quod est post emancipationē,in solidum: [a] cū patre verò dūtaxat de peculio. manere enim aduersus eum etiā post pubertatem [b] de peculio actionem. Neq;enim ante annus cedit intra quē de peculio actio datur,quàm tutela fuerit finita. [c]

XII. PAVLVS *lib.8. Breuis Edicti.*

Filius autē [d] tutor propter hoc suum factum [e] cum patre agere [f] non potest ante pubertatem: quia nec finita tutela hoc ab eo [g] exigi potest. [h]

Si tutor post pubertatem gerit nenegotia quæ connexa sunt negotiis inceptis ante pubertatem poterit conueniri actione tutelæ etiam de his quæ tutela finita gessit. secus autem si non est negotium connexum: quia nego gest.conuenietur. si autem tutor finita tutela intermisit gerere negotia, postea iterum incepit: pro eo quod gessit in tutela, actio tutelæ:pro eo quod gessit post, nego. gesto.actio quæritur.hæc dicit cum.l.seq.

XIII. VLPIANVS *lib.35. ad Edictum.*

SI tutor post pubertatem pupilli negotia administrauerit, in iudicium tutelæ veniet id tātùm sine quo administratio tutelæ expediri non potest. [i] Si verò post pubertatē pupilli is qui tutor eius fuerat,fundos eius vēdiderit,mācipia & prædia cōparauerit:neq; venditionis huius,neque emptionis ratio iudicio tutelæ cōtinebitur. [k] Et est verū, ea quæ cōnexa sunt, venire in tutelæ actionem. Sed & illud est verū, si negotia administrare cœperit post tutelā finitam,deuolui iudiciū tutelæ in negotiorū [l] gestorū actionem. Oportuit enim eum à semetipso tutelā exigere. Sed & si quis cū tutelā administrasset, idem curator adulescēti fuerit datus:dicēdū est negotiorum gestorū eū conueniri posse.

XIIII. GAIVS *libro duodecimo ad Edictum prouinciale.*

SI post pubertatem tēpore aliquo, [m] licèt breuissimo,intermiserit administrationem tutor, deinde † cœperit gerere,sine vlla dubitatione tam tutelæ,quàm negotiorū gestorum iudicio cū eo [n] agendum est.

Duobus tutoribus dolum in tutela committentibus,vnius transactio facta cum pupillo non prodest alteri:secus si vnus eorum totū interesse præstiterit pupillo.h.d.

XV. VLPIANVS *libro primo Disputationum.*

SI ex duobus tutoribus cū altero quis transegisset, quāuis ob dolū cōmunem: trāsactio nihil proderit [o] alteri: nec immeritò:cū vnusquisque doli sui pœnam sufferat. Quòd si cōuentus alter præstitisset : [q] proficiet id quod præstitit,ei qui conuentus non est. Licèt enim doli ambo rei sint, tamen sufficit vnum satisfacere: vt in duobus quib. res commodata [r] est, vel deposita, [s] quibúsque mandatum est.

Sicut durante tutela tutor non potest conueniri actione tutelæ, nec fideiussor eius ex stipulatione rē pupilli saluā fore:ita nec tutor nec fideiussor eius possunt cōueniri durante tutela ex tali stipulatione rem pupilli saluam fore.secus in curatore. hoc dicit.

XVI. IDEM *libro septuagesimoquarto ad Edictum.*

SI cum adhuc [t] tutore ex stipulatu [u] agatur,vel cū his qui pro eo interuenerunt:erit dubitatio,an quia tutelæ agi non potest, [x] nec ex stipulatu agi possit. Et plerique putant etiam hanc actionem propter eandem vtilitatē [y] differendā. [z] 1 ¶Cum curatore pupilli siue adolescentis

m *SI post.Tempore aliquo*.alioquin pro vtroque aget tutelæ etiā in connexis.Accursius.

n ¶*Cum eo*.tutelæ pro prima gestione,nego.gesto: pro secunda: quæ tutelæ deuoluitur in nego. gesto.si interest, non aliàs : *vt.ſ.l.proxi.no.*

SI ex duobus.] CASVS.Duo tutores in tutela dolum commiserunt : pupillus cum vno eorum transegit. certè non prodest alteri. secus si vnus tutorū prædictorū præstitisset pupillo totum suū interesse:quia tunc ambo liberantur:sicut liberantur duo cōmodatarij si vnus eorum cōmodatum restituat: &duo depositarij,si vnus eorū rē apud eos depositam restituat:& sicut liberantur duo dolū cōmittentes in re eis mādata, si vnus satisfaciat mandatori de toto interesse suo. Vi.

o ¶*Proderit*.subaudi, ex vi pacti : sed [a] quia solutum est: *vt.j. dicit* Ioan.&sic non ob.cōtra *infra de fideiuſ.l.si stipulatus.§.j.& facit.C.de transact.l.j.*

p ¶*Pœnam*.vt.ſ.*l.j.§.nūc tractemus.ibi,plane*,&c.Accursius.

q ¶*Quòd si præstitisset.* ex sententia, non ex transactione:vt differat à superiori casu. Vel dic ex transactione*& facit.ſ.de eo per quem factum erit.l.j.§.si plures.& ſ.si men.fal.mo.dix.l.ij.in prin.*

r ¶*Commodata est*.vt *supra commo.l.si vt certo.§.fina*.Accur.

s ¶*Vel deposita*:vt *supra deposi.l.j.§.si apud & l.si duo*. Accursius.

SI cum adhuc. [CASVS. Tutor datus sine inquisitione, vel legitimus promisit rem pupilli sui saluam fore & fideiussores super hoc dedit. posteà malè administrabat. quæritur, vtrum ex dicta stipulatione durante tutela possit conueniri ipse, vel fideiussores eius prædicti? Et respond. quòd non, sicut nec potest conueniri tutelæ. secus in curatore qui ita promisit vt dictum est in tutore : quia ipse bene conueniri poterit ex dicta stipu. etiam durante cura. Viuianus.

† Ex duplici officio oriuntur duæ agēdi formæ.

a Transactio minus operatur quàm solutio. Nec enim liberatio ad aliam personam extenditur ex transactione, atque ex solutione.

Recta est lectio Florent.

i ¶*Non potest*.s.si cōnexa erat administratio:quia prius inceperat domū,quā postea perfecit.secus si nō cōnexa:*vt subiicit & ad hoc.C.arb.tut.l.tutor post.& j.de eo qui pro tut.l.j.§.cum eo.& ſ.de admini.tuto.l.tutorem.& j.titu.j.l.quid ergo.§.iudicio.*

k ¶*Continebitur*.aliàs computabitur.

l ¶*In negotiorum*.sic.ſ.*de neg.gest.l.si pupilli.§.fi.l.sin autem*.Sed arg.contra.j.*e.titu.l.diuortio.§.cæterum*. Sed dic quòd hic remiserat vsuras in actione tutelæ.

a Tutelæ actione venit administratio cohærens tutelæ: secus, si non sit administratio cōtigua sed discreta.

t ¶*Si cum adhuc*.aliàs,si adhuc cum:& aliàs,si cum vno &c.

u ¶*Ex stipulatu*.s.ex stipul.rem pupil.sal.fore.

x ¶*Non potest*.vt *supra eo.l.nisi in princi.*

z ¶*Vtilitatem*.propter [b] quam differtur tutelæ:scilicet quia [c] absurdum est &c.*vt supra eo.tit.l.si tutor.§.si testamenta.*

z ¶*Differendam*.vt *hic,& infra rem pupil.sal.fore.l.non quasi §.hanc stipulationem.&.§.si tutor.&.§.generaliter.* secus autem in curatore etiam impuberis:vbi agitur etiam ante finitam tutelam : *vt hic subiicit, & infra rem pupil.sal fore.l.non quasi.§.illud sciendum.*

b Suspensa actione primi[...] omnis actio quæ originem habet, ex eo[...] fonte suspenditur.

c Actio cum[...] lata non potest ante principale proponi.

Agi po-

a ¶*Agi poterit.* ex prædicta stipulatione: *vt infra. rem pup. sal. fol. l. non quasi. §. illud sciendum.* secus in generali act. nego. gest. *vt. C. de admi. tuto. l. ij.* vbi de hoc not. & supra de admi. tu. l. actus. Alij dicunt hîc datum ad litem, vel ad aliquam aliam speciem: ibi de generali. Vel tertiò posset intelligi: *vt supra de admini. tut. l. cum curatore.*

agi poterit, [a] & si vsque adhuc cura perseueret.

Tutor finita tutela vel non, non tenetur ministrare sũptus pupillo causa litis exercendæ contra se h. d.

XVII. IDEM *libro tertio de officio Consulis.*

IMperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt in hæc verba: Cùm hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus vel curatoribus debeatur: nõ habet rationẽ postulatio tua [b] volentis in sumptum litis [c] ab his tibi pecuniam subministrari.

XVIII. PAPINIANVS *libro vicesimoquinto Quæstionum.*

CVm tutor negotiis impuberis administratis [d] pupillum paterna hereditate abstinet, bonis patris venditis [e] tractari solet, vtilis actio pupillo relinqui, an creditoribus concedi debeat. Et probatur actionem [f] inter pupillum & creditores patris esse diuidendam: scilicet vt quod rationi bonorum per tutorem [g] decrit, creditoribus reddatur: [h] quod autem dolo vel culpa tutoris in officio pupilli perperã

Imperatores.] CASVS. Tutor finita tutela restituit res suas pupillo suo quondã. nũc dicit pupillus quondã tutori: Tu debes adhuc mihi decẽ: vnde ea peto: & peto vt facias mihi somptus in hac lite de decẽ. Certè nõ debet audiri à iudice talis postulatio, imò apportare debet adultus denarios secũ causa faciendi expensas in dicta lite. Viuia.

b ¶*I ita. j. tui.* Accur.

a Sumptus litis, in seipsum nemo tenetur suppeditare. *add. le. l. quoniam. C. de testib. l. bi qui causæ. §. de postuland.*

c ¶*Litis.* quæ [a] vertitur inter te & eos, siue finita sit administratio, siue non dummodo agi possit. Sed arg. cõtra. §. *de inofficioso testamẽto. l. si is instituta. §. de inofficioso. & C. de ordine cognitionum leg. fi. a.*

ADDITIO. Dic quòd ibi erat quęstio de bonis de quibus debebat viuere ille agẽs: & iam vicerat in causa principali: vnde ex illis bonis debet habere sumptus & victum. hîc erat quęstio de quodam debito particulari secundum And. de Pisis. Vel dic quòd ibi erat quęstio status, & bonorum omnium: nec habebat vnde se posset alere aliunde: hîc verò sic secundum Dynum. Vel dic quòd ibi erat præsumptio pro illo qui petit sibi administrari sumptus, ratione possessionis, vel quasi libertatis: vt ibi patet in litera: quæ rationes hîc cessant. & per ista patet responsum ad. l. istã in quæstione de monacho: quia monachus ante alebatur à monasterio: quia non habebat aliunde vnde se aleret, secundum Barto. hîc.

C*Vm tutor.*] CASVS. Tutor Titij pupilli administrauit negotia eius aliquo tempore: inter quæ negotia erant bona patris dicti pu. qui pater pupil. habuerit multos creditores. dictus tutor in dicta sua administratione deminuit aliquo malo modo de dictis bonis paternis. Item abstinuit dictus tutor dictum pu. patris ab hereditate, cum vtile esset pupillo eam retinere. nunc veniunt creditores patris, & non inuenientes aliquem heredem patris faciunt vendi bona patris auctoritate iudicis, vt eis satisfaciat: & nõ inueniunt ibi aliquam integram satisfactionem, eo quia tutor malo modo deminuit, vt dictum est. quæritur, vtrum pup. tantùm habeat act. tut. contra dictum tutorem, eo quòd eum abstinuit à patris hereditate contra commodum suum, vt dictum est: an verò etiam creditores habeant contra eum act. neg. gesto. eo quòd ipse malo modo deminuit de bonis patris pup.? Et dicitur quòd pupil. habet suam act. tu. contra eum, & creditores habent contra eum act. nego. gesto. sed illa pupilli non intentatur nisi finita tutela: ista auctoritate creditorum intentatur etiam incontinenti. Viuianus.

d ¶*Administratis.* adiuit & administrauit: & postea per in integ. resti. abstinuit, & postea vendidit. Vel dic quòd administrauit non adeundo, puta cum protestatione: & tandem abstinuit, & vendidit postea: & malè fecit vtranque, scilicet abstentionem, & rerum venditionem. vtroque casu, pro primo malè gesto, pupillo: pro secundo, creditoribus tenetur. Accursius.

e ¶*Venditis.* à tutore nomine creditorum, vel pro soluendo eis.

f ¶*Actionem.* id est commodum agendi. nam alia pupillo datur, scilicet vtilis, id est efficax tutelæ. alia creditoribus [b], scilicet neg. gest. similis diuisio. j. *de fur. l. inter omnes. §. si seruus.* Alij dicunt quòd actio tutelæ diuiditur: & dicunt cessam à pupillo eis, & sic apparet quòd adiuerit. prima placet.

b Gestor seu administrator bonorum alicuius, tenetur eius creditorib. ex mala gestione.

g ¶*Per tutorem.* malè vendentem.

h ¶*Reddatur.* per act. nego. gesto.

i ¶*Contractum est.* vt [a] quia hereditas erat bona in. c. omni ære alieno deducto. ADDITIO. Ex hac glo. no. secundum Bald. hîc, quòd quando dicitur, ista hereditas est bona pro centum, tantum est dicere, quòd cẽtum sunt in hereditate vltra omne æs alienum.

a Paria sunt dicere hæreditatem centũ esse dignam, & centum esse in hæreditate.

k ¶*Puero relinquatur.* per act. tut. Nec hoc quod habebat pupillus à tutore, obligat eum creditoribus: *vt C. arb. tu. l. eum. & facit supra de condic. i. deb. l. tutores. & supra de bo. auct. iudi. p. s. l. si non expedierit. §. fi. j.*

abstenti contractum est, [i] puero relinquatur. [k] quę actio [l] sine dubio non prius competet, quàm pupillus ad pubertatem peruenerit, [m] sed illa confestim creditoribus datur.

l ¶*Quæ actio.* scilicet tutelæ quæ datur pupillo.

m ¶*Peruenerit. vt supra. eod. l. nisi.* sed illa scilicet quæ datur creditoribus, quæcunque sit, confestim datur: vt hîc subiicit.

XIX. VLPIANVS *libro primo Responsorum.*

SI † probatum [n] est nomen debitoris à nouissimo curatore, frustra tutorem [o] de eo cõueniri. [p]

† Probatum semel nomen, postea reprobari nõ posse, hinc colligit Bald.

Minoribus in integrũ restitutis cõtra maiorem, sibi restituitur actio cõtra tertiũ minoris beneficio liberatũ.

XX. PAPINIANVS *libro secundo Responsorum.*

ALterius [q] curatoris heredem minorẽ, vt maiore [r] pecunia condemnatum, in integrum restitui placuit. Ea res materiam litis aduersus alterum curatorem instaurãdæ non dabit, [s] quasi minore pecunia condemnatum: si non sit eius ætatis actor, cui subueniri debeat: sed æquitatis ratione suadente, per vtilem actionem ei [t] subueniri inquantum alter releuatus est, oportet.

S*I probatum.*] CASVS. Tutor pecuniã pupilli mutuauit: postea finita tutela fuit datus curator dicto pupillo quondam: qui curator approbauit illud quod fecit tutor in pecunia mutuanda. certè amodò propter hoc non tenetur tutor pupillo, imò curator. Viuianus.

n ¶*Si probatum.* id est approbatum vt idoneum: quòd [b] facere non habet necesse, vt si non erat bonum: *vt supra de admini. tut. l. tutor siue.* & fuit factũ nomen à tutore de pecunia pupilli.

b Nomen malũ contractum à tutore, curator probare nõ cogitur.

o ¶*Tutorem.* qui cõtraxit nomen.

p ¶*Conueniri.* à minore, vel ab alio eius nomine. bonum enim fecit &c. *vt supra mau. inter causas. §. abesse.* nisi [c] per in integ. restit. *vt argu. supra, de administ. tuto. l. si minoris.* Accursius.

c Restitui potest minor aduersus nomen contractum à tutore, probatũ postea à curatore.

A*Lterius.*] Casum in prin. l. ponit hîc gloss. [NON IDCIRCO.] Titius administrauit tutelam Seij pupilli. finita tutela habuit Seius curatorem, qui curator conuenit dictum tutorem action. tutelæ. & cùm deberet tutor condemnari in. xx culpa curatoris fuit condemnatus in. x. tantùm: vnde dictus Seius petit in integrum restitui contra tutorem minore pecunia condemnatum, cum ipse Seius sit adhuc intra tempus quo potest dari restitutio id est intra quadriennium: quamuis transiuerint xxv. an. Item potest dictus Seius agere contra dictum curatorem, qui fuit in culpa vt dictus tutor minus cõdemnaretur. egit ergo Seius contra dictum curatorem, & fecit eum propter hoc condemnari. nunquid propter hoc quòd condemnatus est curator, liberatus est tutor de his quæ supra dixi? Certè non. si ergo agat dictus Seius contra curatorem act. iudi. repellet eum curator excep. doli, si Seius non cedat curatori action. quam habet contra tutorem. Viuianus.

q ¶*Alterius.* Titius adultus habuit duos curatores, qui ex mala gestione tenebantur in. xx. decessit vnus Seio relicto herede, qui Seius erat minor: nunc Titius factus maior, & sic finita cura, egit contra Seium, & habuit. xv. Item egit contra curatorem viuum, & habuit quinque. & de reliquo fuit absolutus viuus: nunc restituitur Seius contra Titium in quinque. quia in quantum fuit læsus per sententiam. certè restituetur Titius de æquitate contra curatorem viuum absolutum pro illis. v. 2. Vel dic secundò quòd Seius læsus restituitur cõtra curatorem viuum, cui proficit Seij læsio. & secundum vtrunque dic de æquitate, non de rigore.

r ¶*Maiore.* quàm deberent.

s ¶*Non dabit.* de iudicio stricto: sed de æquitate secus: vt sub iicit.

t ¶*Ei. sc.* Titio facto maiori. ¶ & est no. quòd hîc Titius maior non tantùm contra minorem potest restitui: *vt. C. si aduer. transact. l. j & . y.* sed [d] etiã in alium restituitur antiqua actio: *vt hîc, & C. de repu. quæ fi. in in. l. j.* 2. Vel dic secundũ aliũ casum, ei. i. Seio in maiori pecunia damnato: quia nõ repetit, vel nõ potest propter inopiã repetere à Titio. certè restituetur contra curatorẽ viuum.

d Restituta minori actione, restituitur quoque eadem actio aduersus tertium, qui facto minoris erat liberatus. atque ita, rescissa causa liberationis, rescinditur eius effectus.

a ¶ *Non idcirco actio.* Pone casum vt supra *de administ. tut. l. si minoris.* & incipe constructionem, actio quæ post &c.

b ¶ *Consequi poterunt.* &[a] sine cessione habent vtilem: *vt. C. de contra.iu.tut.l.ij.& arg.supra proxi.*

Conuento minore nomine illius contra quem potest in integrum restitutio postulari, illius iuris beneficio dicitur concedi. hoc dicit secundum Ray.

1. ¶Nō idcirco actio[a] quę post vigintiquinq; annos ętatis intra restitutionis tēpus aduersus tutorē minore pecunia tutelæ iudicio condēnatū redditur, inutilis erit, quòd adulescenti curatores ob eam culpā condemnati sunt. Itaq; si non iudiciū * à curatoribus factum est, per doli exceptionē curatores consequi poterunt[b] eam actionem prę̨stari sibi.

Cessione actionis tutela à pupillo facta contra collegam, tutor in solidū condemnatus secuta solutione debiti non excusatur. hoc dicit secundum Ray.

XXI. IDEM *lib.* 1. *Definitionum.*

CVm pupillus[c] tutelæ actione cōtra tutorem alterum tutori quem iudex in solidū cōdemnauit, cessit quáuis † postea iudicatum[d] fiat, tamen actio data nō interdicit: quia pro parte[e] condemnati tutoris non tutela reddita,[f] sed nominis pretium solutum videtur.

Priuilegium tutelæ pupillo competens, non perimitur nouatione necessaria per sententiam condemnatoriam latam in tutoris præiudicium contingentem.

XXII. PAVLVS *lib.* 13. *Quæstionum.*

DEfensor tutoris condēnatus[g] nō † auferet priuilegiū[h]

c CVm pupillus. Pupillus egit contra vnū de tutoribus insolidū, & condemnatus est in solidum. puta in.c. quæ soluit, in solidum facta prius cessione contra alium nō condemnatum. certè tutor cōdemnatus soluendo non extinxit actionem sibi cessam ꝓ parte quia nō hoc soluit vt extingueretur, sed vt pretium cessionis: *vt hic, & infra de fideius. l. cū is. & infra de sol. l. Modestinus.*

d ¶ *Iudicatum.*[b] i. solutio condemnationis à condemnato.

e ¶ *Pro parte.* hic pūcta: & dic, tutela condemnati tutoris, scilicet in solidum non videtur reddita pro vna parte, scilicet pro parte non condēnati: quia sic actio esset extincta: & non valeret cessio facta vel quę fieret: sed nominis &c. ¶ Et sic est arg. quòd[c] pro parte non in solidū fit cessio vni de duobus reis conuento in solidū: *vt. s. de administ. tut. l. si plures. & de pec. l. quæsitum. §. si velit* Si autē diceres pro parte condemnati non videri satisfactum, sed nec pro parte non cōdemnati, vt constat: ergo solida actio remaneret: & ita in solidum cederetur: quodquidam dixerunt per hanc legē: quod non placet.

f ¶ *Non tutela reddita.* & ita actio cessa non est extincta.

DEfensor.] CASVS. Pupillus quōdam fecit vocari ad ius tutorem suum quōdam, volens eum conuenire act. tut. Titius obtulit se ad tutoris defensionē. nūquid aufertur ꝓpter hoc pu. priuil. quod habet vt aliis creditoribus præferatur? Et certè nō. & est ratio vt dicit litera. Vi.

g ¶ *Condemnatus.* pupillo agenti contra eum.

h ¶ *Priuilegiū.* qđ habet in ꝑsonali actione tutelæ, vt ꝑferaẗ aliis.

i ¶ *Cōtraxit.* i.[d] quasi cōtraxit. nā[e] tātū in iudicio quasi cōtrahiẗ: *vt. s. de pec. l. ij. §. idē Iulianus.* & est bona ratio. nā secus si volūtariè nouasset animo nouādiẗ ab aliquo stipulādo: *vt. j. de nou. l. aliam.*

COnuento.] CASVS. Titius habuit tutorē Seium, qui Seius decessit relicto herede: nunc autem Titius factus adultus habet curatorē: & cum curatore cōuenit heredē tutoris: & fecit eū cōdemnari in eo quod debuerat tutor. nūquid propter ꝙ condēnatus est heres tutoris, est liberatus ipso iure, vel per excep. curator ab eo qđ tenebatur adulto? Certè non. tenetur enim curator non solùm facere condemnari tutorem quondam vel heredē eius, sed etiā ab eo exigere quod debet. & quod dixi in curatore, idem dico in magistratib. qui dederūt tutorē, & in heredibus eorum. Viuia.

k ¶ *Eiusdem.* s. pupilli quondam, nunc autem adulti. Item conuento, non autem exacto. Alioquin inquantum esset exactum ab herede tutoris, liberatur ipso iure curator minoris, & heres magistratus: *vt. s. e. l. alterius. §. fi. & de admini. tut. l. si minoris.*

POsthumo.] CASVS. Quidā in testamēto dedit tutorē posthumo suo, qui tutor administrauit: & posthumus nō est natus postea. qua actione teneẗ dictus tutor de eo qđ administrauit? Et certè ac. neg. gest. vtili, nō autē act. tu. vel ꝓ tutelæ, vel neg. gest. directa. Vi.

a Cedi posse restitutionis beneficiū hinc colligitur.

b Iudicatū fieri dicitur, cùm soluit cōdemnatus, & ab eo fit solutio. * iudicatum.

c Correorum vno conuento in solidum, cessio ei pro parte nō in solidum fieri debet.

† Solutio facta in pretium cedendarū actionū, hoc est ea lege vt cederentur actiones soluenti, non liberat principalē reum seu debitorē cuius nomine soluitur, hoc est, donate reo nō videtur qui pro eo soluit eius creditori: Vnde colligitur, solutionem ad vnum finem factam eius contrariū operari nō debere.

† Priuilegium petitoris non mutatur ex ꝑsona defensoris.

d Contrahere pro quasi contrahere.

e Quasi contrahitur in iudicio, at non simpliciter contrahitur.

f Nouatio enim fieri debet expressè, nisi in tribus casibus quibus tacitè præsumitur facta ipso iure. *vide. l. fi. C. de noua. & ibi Gloss. art. in l. Valerianus. sup. de verb. stip.*

l ¶ *Significatio est.* quia possit dici protutelæ.

m ¶ *Negotiorum gestorum.* scilicet directa.

n ¶ *Vtilis* neg. gest. vt & sic intelligitur. *j. ti. ij. l. j. §. si quis. & 3. de testa. tut. l. si nemo. §. fina. & supra de neg. ge. l. cum pater.*

NOn solum.] CASVS. Non solum pupillus habet priuilegium in bonis tutoris sui quondā vt præferatur aliis creditoribus. sed etiam in bonis eius qui gessit tāquam tutor, cum tutor nō esset in bonis eius qui aliquid debet ex curatione pupilli vel pup. & furiosi vel furio. & hoc est verum si nō est satisfactum. Viuianus.

pupilli: neque enim sponte cum eo pupillus contraxit.[i]

XXIII. IDEM *libro nono Responsorum.*

COnuento herede tutoris iudicio tutelæ, curatorem eiusdem[k] neque ipso iure liberatum videri, neque exceptionē rei iudicatæ ei dandam. Idémq; in heredibus magistratuum obseruandum est.

XXIIII. IDEM *libro secundo Sententiarum.*

POsthumo tutor datus, non nato posthumo, neq; tutelę, quia nullus pupillus est: neq; pro tutore, * quia nulla significatio est:[l] neque negotiorum gestorum[m] iudicio tenetur, quia administrasse negotia eius qui * natus non esset, nō videtur, & ideo vtilis[n] in eum actio dabitur.

XXV. HERMOGENIANVS *libro quinto iuris Epitomarum.*

NOn solùm tutelæ priuilegium[o] datur in bonis tutoris, sed etiam eius qui pro tutela * negotium gessit, vel ex curatione pupilli pupillæve, furiosi furiosæve debebit, * si eo nomine cautum[p] non sit.

o ¶ *Priuilegium.* sc.[a] quod datur in actione personali. *& sic concordat. j. de priuileg. credi. l. dabimus. §. si quis. & l. sequen. & l. si negotium.* sed heredi non[b] datur: *vt supra de admini. tut. l. si ex plurib.* ¶Sed quid[c] erit de tacita hypotheca? videtur idem, *vt not. C. de admini. tu. l. pro officio.* & hoc videtur velle. Accursius.

p ¶ *Cautū.* i. satisfactū.

DE CONTRARIA tutelæ, & vtili actione.

TITVLVS IIII.

1. VLPIANVS *libro trigesimosexto ad Edictum.*

COntrariam tutelę actionem pretor proposuit, induxitq; in vsum, vt facilius tutores ad administrationem ac-

DE CONTRAria tutelæ, & vtili actione.

De duabus actionib. dicit. s. de contraria tute. Item de vtili nego. gest. contraria.

Titulus superior est de directis siue principalib. actionibus, quæ dominis s. negotiorū cōpetūt. Hic de cōtrariis quæ gestorib. vt de contraria tutelæ quæ tutori cōpetit de his quæ ei ꝓpter tutelā absunt, & cōtraria vtilis negotiorū gestorū, quæ curatori si quid ei absit. Cuia.

COntrariā.] CASVS. Si tutor administret tutelā pupilli, & administrando aliquid de suo impēdat: dat pretor tutori vtilē actionē contra pupill. & ideo dat, vt tutores inuitentur præmiorū exhortatione ad accipiendā tutelā, quāuis aliàs pupillus non obligetur sine tutoris auctoritate, & quāuis tutori nō obligetur ex cōtractib. inter eos factis. & scias ꝙ actio cōtraria datur nō solū tutori, sed etiā ei qui pro tutore administrauit, & curatori pupilli, vel adolescētis, vel furiosi, vel prodigi, & vētris, & vbicūq; possit alibi inueniri aliquis curator: sed tutori cōpetit dicta actio demū tutela finita. sed ei qui ꝓ tutore administrauit, & curatori cōpetit stati cū aliq̄d impenderit. & si pupillus cōueniat tutorē actione tutelę, est in arbitrio tutoris vtrum cōpēset cū pupillo id quod debet recipere à pupillo, an petat directè cōtrario iudicio. & si nō opponat tutor, cōpēsatur. & si finita causa actionis tutelę velit tutor agere contraria, bene pōt. secus si opposuit cōpēsationē, & iudex eā reprobauit: nā nō poterit postea agere cōtraria. [AN IN HOC IVDICIO.] Nūquid veniūt in hac cōtraria actione etiā ea quę pater pupilli debuit tutori? Et dicitur ꝙ non. sed si distulit petere id quod pater pupilli ei debebat, amore pupilli, & ꝓpter hoc dānum passus est: certè refarctionē illius dāni potest cōsequi cōtraria actione: vnde si pater pup. tenebaẗ tutori aliqua tēporali actione, & distulit agere vt dictū est, ita ꝙ perit dicta actio: certè habebit cōtrariā actionē ad id cōsequēdū quod debebat consequi tēporali actione. [HANC ACTIONEM.] Quāuis pupillus non agat contra tutorem act. tut. tamen tutor potest agere cōtra pup. contraria act. Sed quid si pupillus agat contra tutorē act. de rationibus distrahendis? Certè cōtra eum poterit agere

tutor

a Priuilegium tutelæ in actione ꝑsonali pupillus habet.

b Imò heredi suo datur. Gl. l. datiuus. j. de priuil. credit. quòd reprehēdit per. l. sed solùm. in fi. j. de ritu nupt.

* pro tutelæ.

c Hypothecariam tacitā habet pupillus in bonis etiā protutoris.

* quia natus. l. 4. j. de iure dotium.

* pro tutore.

* Fl. debebitur.

tutor contraria act. etiam si plus impendit tutor in vtilitatem pupilli, quàm sit in facultatib. pup. sed si nõ expedit tutor in vtilitatẽ pup. illud quod expedit vltra quã sit in facultatib. pup. nõ repetet cõtrario iudicio. h. d. cũ duabus. ll. seq. vsq; ad. §. contrarium. Viuian.

admi. tu. & si ei abest pecunia, eam repetet cum vsuris: de quibus dicit litera satis planè. & si pup. debeat tutori vsuras propter prędictam causam, & tutor debeat vsuras pu. quia non fœnerauit pecu. pupillarem, compensabitur vna vsura cum alia. & idem si alio modo debeat tutor vsuras pupillo: quia semper debebit compensare cum vsura sibi debita à pupil. puta quia in vsus suos conuertit pupilli pecu. & sic ad vsuras tenetur pup. & postea in vtilitatẽ pupilli impẽdit de sua pecu. quo casu tenetur ei pupill. ad vsuras. & idẽ econtra si prius impendit, & postea in suos vsus conuertit: quia semper compẽsabitur vna vsura cum alia. [VSVRAS VTRVM.] Supra prox. §. dictũ est quòd tutor qui impendit pecuniam suam in vtilitatem pupilli, potest eam repetere contraria actione cum vsuris. nunc quæritur, cuius temporis vsuras consequi possit tutor: vtrum eius temporis tantum quo durauit tutela, an etiã eius tẽporis quod cucurrit post finitã tutelam, an ex mora tantùm commmissa post finitam tutelam? & certè totius tẽporis quod cucurrit antequam restitueretur sibi pecunia, consequi debebit tutor vsuras: & hoc quando non potuit sibi soluere tutor durãte administratione. secus autem si potuit, & non fecit. & scias quòd semper potest repetere tutor illud quod impendit, dummodo vtiliter inceperit impẽdere, etiam, si cõtrariũ euentum res habuit. [IVDICIO TVTELÆ CONTRARIO.] Nõ solùm quod impendit tutor in vtilitatem pupilli durante tutela, potest contrario iudicio repetere, vt dictum est: sed etiam id quod impendit antequã esset tutor: puta quia pro tutore gerebat antequam esset tutor: vel erat curator Ventris, vel alio quocũque modo bona fide impẽdit. sed & id quod post finitam tutelam impẽdit, potest repetere & hoc si id quod administrauit post tute. & in quo impẽdit, erat connexũ his quæ durante tutela administrauit. [HANC ACTIONEM.] Hæc actio contraria quæ datur tutori contra pup. est perpetua, & competit heredi tutoris, & contra heredem pupil. datur. Viuianus.

cederent, scientes[a] pupillũ quoque sibi obligatũ fore ex sua administratione. Quãquã enim sine tutoris auctoritate pupilli nõ obligentur,[b] nec in rẽ suã tutor obligare pupillum possit:[c] attamen receptũ est vt tutori suo pupillus sine tutoris auctoritate ciuiliter obligetur,[d] ex administratione scilicet. Etenim prouocãdi fuerãt tutores vt promptius de suo aliquid pro pupillis impẽdant, dũ sciũt se recepturos id quod impẽderint. 1. ¶ Hæc actio[e] nõ solùm tutori, verùm etiã ei qui pro tutore negotia gessit, competere debet.[f] 2. ¶ Sed & si curator sit vel pupilli, vel adulescẽtis, vel furiosi, vel prodigi: dicẽdũ est etiã his cõtrariũ dandũ.[g] Idẽ in curatore quoque vẽtris probandũ est. Quę sentẽtia Sabini fuit, existimãtis cæteris quoque curatoribus ex iisdẽ causis dãdũ cõtrariũ iudiciũ. 3. ¶ Finito autẽ officio † hãc actionẽ cõpetere dicimus tutori. Cæterũ quãdiu durat,[h] nõdũ cõpetit. Sed si pro tutore* negotia gessit, vel curã etiã administrauit: locus erit iudicio etiam statim: quia hoc casu[i] in ipsum quoque statim actio cõpetit, 4. ¶ Præterea si tutelæ iudicio quis cõuenietur, reputare[k] potest id quod in rẽ pupilli impẽdit. sic erit arbitrij eius, vtrũ compensare, an petere velit sumptus. Quid ergo si iudex cõpensationis eius rationem nõ habuit? an cõtrario iudicio experiri possit? Et vtique potest. Sed † si reprobata est[l] hæc reputatio, & adquieuit: non debet iudex cõtrario iudicio id sarcire. 5. ¶ An in hoc iudicio non tantum quæ pro pupillo vel in rem eius impensa sunt, veniãt, verùm etiam ea quoq; quæ debebantur aliàs tutori, vtputa à patre pupilli si quid debitum fuit, quæritur. Et magis puto, cùm integra sit actio[m] tutori, non esse in contrarium iudicium deducendum.

6. ¶ Quid tamẽ si ideo expectauit, quia tutor erat, & ideo nõ exegit? Videamus an cõtrario iudicio tutelæ indemnitatẽ consequatur. Quod magis probandum est. Nam sicuti quodcunque aliud gessit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio consequetur: ita etiã id quod sibi debetur, consequi debet, vel eius securitatem. 7. ¶ Ego & si ex causa quæ tempore finitur,[n] obligatio aliqua fuit, tutelæ contrarium iudicium esse ei opinor.

Licet quis aduersarium non aggrediatur: tamen quandoque aggressionem patitur. h. d. cum. l. sequen.

8. ¶ Hãc actionem dandam placet & si tutelæ iudicio non agatur. Etenim nõnunquam pupillus idcirco agere tutelæ non vult, quia nihil ei debetur: imò plus in eum impẽsum est, quàm quod ei abest: nec impediendus est tutor contrario agere.[o]

II. IVLIANVS *libro vicensimoprimo Digestorum.*

LOngè magis dandum est[p] & si rationibus distrahendis actio intendatur.[q]

III. VLPIANVS *libro trigesimosexto ad Edictum.*

QVid ergo si plus in eum impendit, quàm est in facultatibus?[r] Videamus an possit hoc consequi. Et Labeo scripsit posse. Sic tamen accipiendum est, si expediat pupillo ita tutelam administrari. Cæterùm si non expedit, dicendum est absolui pupillum opportere. Neque enim in hoc administrantur tutelæ, vt mergantur pupilli. Iudex igitur qui contrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio[s] sumptus fecerit.

Finita tutela tutor non potest agere hoc iudicio, vt pupil. eum liberet ab actione tutelæ: sed tantùm agit pro pecunia quæ ei abest, & hoc cum vsuris. hoc. dicit.

1. ¶ Cõtrariũ iudicium an ad hoc quoque competat, vt quis à

a ¶ *Scientes.* hac[a] ratione est inuenta negotiorum gestorum cõtraria: *vt Instit. de oblig. quæ ex quasi cõ. §. j.*
b ¶ *Nõ obligentur. vt. s. de auctõ tu. l. obligari.*
d ¶ *Possit. vt. s. de aucto. tuto. l. j. in princ.*
d ¶ *Ciuiliter obligetur.* subaudi[b] etiã, non solum naturaliter: & hoc quia venit obligatio ex re: *vt. j. de act. & oblig. furiosus.* aliàs naturaliter tantùm. quod dic vt not. *s. de aucto. præstan. l. pupillus.*
e ¶ *Hæc actio.* s. cõtraria in genere[c] accepta. nã dicit postea de cõtraria neg. gest. actiõe.
f ¶ *Debet. vt. infra tit. j. l. fi.*
g ¶ *Contrarium dandum.* iudicium, id est actionem neg. gest.
h ¶ *Durat.* s. officium vel tutela: & sic est in actione tutelæ: *vt. s. tit. j. l. nisi.* secus autẽ in cõtraria protute. & cõtraria vtili nego. gest. *vt. j. pxi.* Sed cur tã variè: statim respon. quia &c.
i ¶ *Quia hoc casu.* hęc est bona ratio ad actionẽ protutelę, *vt. j. tit. j. l. j. §. cũ eo.* & neg. gest. contra cęteros: *vt s. tit. j. l. nisi. §. fi.* Sed in adulti curatore videtur secus: *vt C. de admini. tut. l. ij. quæ est cõtra.* Solu. dic vt exponitur, *supra de admi. tut. l. cum curatore.*
k ¶ *Reputare. vt. s. de cõdict. indeb. l. cum indebitũ. & l. fi. §. tutor. & arg. s. commo. l. in rebus. §. quod autem. & C. eo. l. fi.* Accur.
l ¶ *Sed si reprobata est.* sic. s. *de neg. gest. l. sin autem. §. si rationẽ. & de compen. l. quod in diem. §. fin.*
m ¶ *Integra sit actio.* quæ contra patrẽ pupilli cõpetebat. *& est. ad. l. C. de in litem dã. tut. l. ij.* Accur.
n ¶ *Tempore finitur.* vt redhibitoria quam non exercuit, nec sibi exegit propter vtilitatem pupilli.
o ¶ *Contrario agere.* sic. s. *commo. l. in commodato. §. j. & l. in rebus. §. fi. & C. eo. l. fi.*
p LOngè.] *Dandum est.* s. contrariũ iudiciũ tutelæ. Accur.
q ¶ *Intendatur.* contra tutorem & dicit magis, ideo quasi liceat[d] sibi vindicare se. ad quod est. j. *de bo. lib. l. qui cum minor. §. si libertus.* Accursius.

QVid ergo.] CASVS. in prin. huius. l. positus est in fine casus præcedentis. [CONTRARIVM IVDICIVM.] Finita tutela vult agere tutor contra pupill. actione contraria vt pupillus liberaret eum ab actione tute. quia ei tenetur. Certè non potest, sed tantum potest agere de his quæ ei tutori absunt propter

r ¶ *In facultatibus.* i. in facultate soluendi. aliàs quo modo pupillus redderet?[a] sic exponitur. j. *de verb. sign. l. Nepos Proculo.* 2. Vel dic quod licet[a] plus expendat, condemnabitur pupillus, & exigetur quando erit soluendo.
s ¶ *Ex officio.* id est[b] ex pietate:[c] *vt. j. eo. l. penu. & fac. s. de pigne. act. l. si seruos.* Accursius.

a Negotiorum gestorũ actio contraria cur inuenta.
b Obligatur tutori suo pupillus, non modò ciuiliter: sed etiã naturaliter.
c Non in specie.
† Quid in actore seu procuratore per curatorem iudicis decreto constitutis, an finiatur auctoratio etiã lite contestata? & videtur quòd sic quia tutela finita finitur officium actoris: vt voluit Gl. quam sequitur Saly. in. l. neque. C. de procu. tamẽ in casu nostro conclusum fuit quòd non, per dominos de capell. Tholo. allegãtes prę se sex. in. l. item eorum. §. pen. s. quod cuiusque vni. & l. nulla. Cod. de procu.
* curatore.
† Aliud est exceptionẽ nõ admitti, & discussam reprobari. Priore casu exceptio rei iudicatæ non obiicitur, vt secundo casu.
d Vindicare se licet.
a Tutor plus expendere potest circa pupillũ pauperẽ, quàm pupillus habeat in facultatibus.
b Officium pro pietate.
c Vel ex officio iudicis.

ff. Infort.

a ¶ *Liberationem.* finito officio, quam multi hodie extorquent cum iuramento, quę sine fraude tenet: *vt. C. si aduer. venditionem. Authen. sacramenta puberum.* Accur.
b ¶ *De suo.* sic. 3. *de nego. gest. l. ij. & 3. man. l. si verò non remunerandi. §. si mihi.*
c ¶ *Trientibus.* si tales secundū cōditionē suæ personæ ei debētur: *vt C. de vsur. l. eos. §. sup.*
d ¶ *Obseruantur.* si sint minores legitimis: *vt dicta. l. C. de vsur. l. eos. §. cæteros.* Accur.
e ¶ *Si nimium.* id est plus quàm colligant hæ vsuræ: *vt. 3. de vsur. l. & in contraria. aliàs nimirum.* Accur.
f ¶ *Aliquid.* de sua propria pecunia.
g ¶ *Præstabit.* ipso iure facta compensatione:[a] *vt. 3. de compensatio. l. cum alter.* Accur.
h ¶ *Desinit.* sic. 3. *de in rem verso. l. si pro patre §. versum.* Accur.
i ¶ *Vsus suos.* de pecunia pupilli.
k ¶ *Reddatur.* & ita durante tutela: & postea.
l ¶ *In substantia pupilli.* durante officio.
m ¶ *Non oportere.* vt *& 3. de administ. tuto. l. quotiens. §. sicut.*
n ¶ *Impetrauit.* id est obtinere non potuit. ¶ Sed quare iniuriam[b] sibi factam vertit in pupillū? Respō. quia pupillo fuit facta: nec tutor præbuit causam: *vt. j. de fideius. l. exceptione.*
o ¶ *Euentum.* quia nō potuit perfici. 2. Vel dic euentum perseuerantem: *vt. 3. de neg. gest. l. sed an vltro. §. j.* Accur.
p ¶ *Ante tutelam.* scilicet finitam. Accur.
q ¶ *Vel post tutelam.* scilicet finitam, si negotiis &c. *vt. 3. titu. j. si tutor post.* Accur.
r ¶ *Quod ante.* s. tutelam inchoatam, quod esse potest si neg. &c.
s ¶ *Ante impensum.* i. ante tutelam inchoatam. nec fortè distinguitur connexum sit vel non, licet post eam finitam distinguatur: quia & quod antè debuit, vertitur in actionem tutelæ directam. sic econtra quod ei debetur, vertitur in contrariam. sed quod incipit deberi ex negotio non connexo post finitam tutelam, non venit in directam. ergo & si quid impendit in tali negotio non cōnexo, non venit in contrariam: vt hîc dicit.
t ¶ *Bona fide.* hoc supra eo. circa princ. dixit ex officio.
u ¶ *Hanc actionem perpetuam.* quia[c] sic est in directa: *vt. C. eod. tit. l. tutores.* Accursius.
x ¶ *Heredi.* quia sic est in directa: *vt. 3. tit. j. l. j. §. hanc actionem.*

A *Tutela.*] CASVS. Tutor fuit remotus à tutela tanquam suspectus: nunquid potest agere cōtrario iudicio ad repetendū id quod impendit in rem pupilli durāte administratione? Et dicitur quòd sic: quāuis pupillus non sit adhuc factus pubes: quia perinde est ac si esset finita tutela pubertate pupilli. nam & pupillus potest eum conuenire act. tut. ac si esset finita tutela pubertate. Viuianus.

†Triens vsura, centesimæ vsuræ tertia pars est, qua scilicet quatuor in centenarium, vsuræ nomine singulis annis penduntur.

a Compensatio admittitur summarum pupillarium, quæ ad tutorē peruenerunt, & earum, quas de suo fecit pupilli nomine.

*Rectè sic Flo. perperam Haloander, pensabit.

* quantum.

b Iniuria facta tutori, dicitur facta pupillo, & ideo pupillo nocet. Idem in quolibet administratore.

* Rectè, non præstet. Ant. Aug. li. 1. emen. ca. 2.

† Imputare sibi debet, qui non postulauit, quod postulare potuit.

c Tutelæ actiones & directa & contraria perpetuæ.

pupillo exigat liberationem,[a] vidēdum est. Et nemo dixit in hoc agere quē cōtrario posse, vt tutelæ iudicio liberetur: sed tantū de his quæ ei propter tutelā absunt. 1. ¶ Consequitur autē pecuniā si quā de suo[b] cōsumpsit, etiā cū vsuris, sed vel triētibus[c] † vel his quæ in regione obseruātur,[d] vel his quib⁹ mutuatus est, si necesse habuit mutuari vt pupillo ex iusta causa ꝓrogaret: vel his à quib⁹ pupillū liberauit, vel quibus cauit tutor, si nimium[e] profuit pupillo pecuniā esse exsolutam. 2. ¶ Planè si fortè tutor aliquid[f] pecuniæ debuit fœnerare, aliq̄d ipse ꝓ pupillo soluit: nec ipse vsuras consequitur, ne pupillo* præstabit.[g] 3. ¶ Quare & si in vsus suos cōuertit, deinde aliq̄d impēdit in rē pupillarē: quam* impēdit, desinit[h] vertisse: & exinde vsuras nō præstabit. & si ante impēdit in rē pupillarē, mox in vsus suos[i] vertit: nō videbitur vertisse quātitatē quæ cōcurrit cū quantitate sibi debita, vt eius summæ nō præstet* vsuras. 4. ¶ Vsuras vtrum tandiu cōsequetur tutor, quādiu tutor est, an etiā post finitam tutelā, an ex mora tantū, videamus. Et magis est, vt quoad ei reddatur[k] pecunia, consequatur. Nec enim debet ei sterilis esse pecunia. 5. ¶ Si tamē fuit in substātia[l] pupilli vnde cōsequetur: dicēdū est nō oportere[m] cū vsuras à pupillo exigere. 6. ¶ Quid ergo si de re pupillari nō potuit sibi soluere, quia erat deposita ad prædiorum cōparationē? Si quidem † nō postulauit à prætore vt ꝓmatur pecunia, vel hoc minus deponatur: sibi imputet. Si verò hoc desiderauit, nec impetrauit:[n] dicēdū est nō deperire ei vsuras in cōtrario iudicio. 7. ¶ Sufficit tutori bene & diligēter negotia gessisse, etsi euentū[o] aduersum habuit qđ gestū est. 8. ¶ Iudicio contrario tutelæ præstatur & id quod in rem pupilli versum ante tutelā,[p] vel post tutelā:[q] si negotiis tutelæ tēpore gestis nexum † ꝓbatur: & quod antè[r] impēsum est, siue pro tutore negotia gessit, & postea tutor cōstitutus est: vel vētri erat curator. Sed etsi nō pro tutore negotia gerebat, debet venire qđ ante impensum[s] est. Deducūtur enim in tutelæ iudiciū sumptus quoscunq; fecerit in rē pupilli: sic tamen, si ex bona fide[t] fecit. 9. ¶ Hanc actionem perpetuam[u] esse palā est: & heredi[x] & in heredem dari, cæterósque successores, & ad quos ea res pertinet, & in eos.

Tutor remotus à tutela tanquam suspectus potest agere contrario iudicio ad repetendum quod in rem pupilli impendit: quia in eo statu est, ac si pubertate pupilli finita esset tutela. & hæc actio datur heredi tutoris, si creditoribus pupilli pro pupillo soluat. h. d. cum. l. seq.

IIII. IVLIANVS *libro vicensimo-primo Digestorum.*

A Tutela remotus,[y] eo loco haberi debet, quo esset finita[z] tutela. & sicut actiones patitur perinde ac si pupillus pubes factus esset: ita cōtrario iudicio, si quid ei aberit, persequi debebit. Nihil enim prohibet suspectum tutorem esse, quāuis complura in rem pupilli impenderit, quæ eum amittere non oportet.

V. VLPIANVS *libro primo Responsorum.*

HEredem tutoris,[a] si eam summam soluerit in quam obligati pupilli fuerūt, actionem contrariam aduersus eos habere posse respondi.

VI. PAVLVS *libro quinto ad Plautium.*

SI tutor pro pupillo se obligauit, habet contrariam actionem & antequam soluat.[b]

y ¶ *A tutela remotus.* vt suspectus. Accursius.
z ¶ *Finita.* s. pubertate pupilli. nā & hic finita est: *vt. 3. de suspe. tu. l. decreto. & Insti. qui. mo. tu. fi. in fi.* secus vbi suspecto est adiūgendus curator: *vt. 3. tit. j. l. si tutor. §. pe. & facit. 3. e. l. j. §. finito.*

HEredem.] CASVS. Heres tutoris soluit pro pupillo illam pecuniam in qua erat obligatus pupillus: certè habet ad eam recuperādam à pupillo contrariam actionem. Viu.
a ¶ *Heredem tutoris.* sic. 3. *man. l. heredem.*

SI tutor.] CASVS. Tutor obligauit se pro pupillo cuidam creditori pup. & obliga. animo nouandi in se suscepit. certè finita tutela habet contrariam actionem contra pupillum, vt eum faciat liberari etiā antequam soluat creditori pupil. tutor. Viuianus.
b ¶ *Antequam soluat.* quia videtur[a] ei abesse: quia est obligatus: *vt. 3. de nego. gest. l. si q. s mandante. & l. j. & ij. & 3. man. l. si mandato. in prin.* secus in fideiussore: *vt. C. mand. l. si pro ea.* & quæ est ratio, dixi *in dicta. l. si quis mandante.*

†. Connexorum idem iudicium.

a Abesse his videtur id, a quo ipsi pro aliis fideiusserunt.

DE EO, QVI PRO tutore próve curatore negotia gessit.

Vna est pars pro tutore, alia pro curatore: vt. C. de nego. gest. l. qui pupillæ. sicut bono. poss. vt infra de bo. poss. l. ij. §. hereditas.

Superiores actiones tam directæ quam contrariæ competunt si verus tutor aut curator fueris, quæ verò proponuntur hoc titulo directa similiter & contraria, si falsus, qui tamen quasi tutor aut curator pro tutore vel pro curatore gesserit, quæ in tutore dicuntur protutelæ, in curatore negotiorū gestorum, & competunt statim. Cuia.

PRotutelæ.] CASVS. Vlpianus primò rationē reddit. & est ratio quare inuenta est à prætore actio protutelæ. Secundò dicit, quis videtur gerere pro tutore, id est ille qui credit se tutorem cum nō sit: & ille qui scit se non esse tutorē, fingit tamen se esse, & administrat. vnde si seruus Titij administret tutelā Sempronij quasi tutor, dabitur in dominum vtilis actio protutelæ de peculio. Tertiò dicit, quòd ille qui administrat tanquam tutor cum non sit, potest conueniri etiam ante pubertatem pupilli. vnde si aliquis fuit datus tutor ad tempus, & post tempus administret: de illa administratione tāquā tutor tenetur actione protutelæ. Itē si antequā esset tutor, administrauit vt tutor: de illa administratione tenetur actione protutelæ. Quartò dicit ꝙ si aliquis administret tanquam tutor negotia eius qui non potest habere tutorem, quia nondū natus est, vel alio modo nō potest habere tutorē: nō habet locū actio protutelæ, sed neg. gest. Quintò dicit ꝙ actio protutelę non datur cōtra tutorē impuberi datū: sed bene datur cōtra illum qui com-

qui compulsus est per iudicem vt administret tutelam, cum nō sit tutor. Sextò dicit q̄ in actione protutelæ veniunt vsuræ, & tenetur protutor nō solùm de iis quæ gessit: sed etiā de iis quæ nō gessit, si alius gesisisset isto nō incipiente gerere. potest tamen dimittere gestionem cum primum cognoscit se nō esse tutorē, dum tamē propinquos pupilli certioret vt petant ei tutorem. aliàs tenetur.

* pro vel*, in iudice titu.

a ¶ *Incertū sit.* pupillo quondam nūc adulto.
b ¶ *Quis tutor.* sc. verè existens.
c ¶ *Quasi tutor.* s. cū non sit tutor.
d ¶ *In vtrūq; casum.* i. siue verè fuerat tutor, siue verè non fuerat.
e ¶ *Actionē scripsit.* Nō[a] aperit quā. Vnde[b] dic quando tutor verè fuerit distinguitur, an sciuerit & tunc tutelæ. an ignorauerit, & tūc protutelæ: *vt. j. eo. l. q̄ro. & j. e. §. si curator.* Si[c] verò nō erat tutor, tūc indistinctè, sciuerit vel nō, dūmodo gesserit vt tutor, habeat locū actio protutelæ: *vt. j. eo. §. pro tutore.* & qd̄ subiicit, actione tamē &c. altero casu cū distinctione tutelæ & protutelæ. altero indistinctè protutelæ, vt dictū est. & hoc secūdū. Azo.
2. Vel dic hoc principiū loqui quādo adultus est incertus administrauerit verus tutor existēs, aut nō existēs. Et qd̄ dicit, in vtroque casu. i. quicunq; casus sit: dū tamen dubiū est. & dic dari tantum pro tutelæ. si autem certus est de veritate, habeat locum prędicta distinctio. & ad hāc literam facit quod sequitur, solēt enim &c. Itē quod dicit, siue tutor est, siue non: subaudi, dum tamen dubium est.
f ¶ *Fūgitur.* in hoc casu datē ei actio neg. ge. in eum qui spōte gerit. Sed cū dicat p̄ tutore agere: ergo d neg. gest. habet locum, *vt hic, & C. de test. tut. l. iij. in fi.*
g ¶ *Vtile.* i. actionē protutelę vtilē de peculio: *vt. s. de pecu. l. ex facto.* Item arg. contra, *j. eo. §. si quis quasi.* Item facit. *C. eo. l. j.*

a Protutelæ actio quando detur.
b Tutor verus si sciuit se datum tutorē esse, tutelæ: si ignorauit, protutelæ actione conuenitur.
c Tutor falsus siue sciat, siue nō sciat se datum esse, protutelę tenetur.
d Vide Gl. in §. 7. in verbis at tilsired.

DE EO QVI PRO tutore* próve curatore negotia gessit.

TITVLVS V.

I. VLPIANVS *libro 36. ad Edictum.*

PRotutelę actionē necessariò prætor proposuit. Nā quia plerumq; incertum sit[a] vtrum quis tutor,[b] an verò quasi tutor[c] pro tutore administrauerit tutelam, idcirco in vtrumque casum[d] actionē scripsit:[e] vt siue tutor est, siue nō sit, qui gessit, actione tamen teneretur. Solent enim magni errores intercedere vt discerni facilè non possit vtrū q̄s tutor fuerit, & sic gesserit: an verò non fuerit, pro tutore tamē munere fūctus sit. 1. ¶ Pro tutore autē negotia gerit, qui munere tutoris fungitur[f] in re impuberis, siue se putet tutorē, siue scit nō esse, fingit tamē esse. 2. ¶ Proinde & si seruus quasi tutor egerit, diu[9] Seuer[9] rescripsit dādū in dominū iudiciū vtile.[g] 3. ¶ Cū eo qui p̄ tutore negotia gessit, etiā ante pubertatē agi posse nulla dubitatio est,[h] quia tutor nō est. 4. ¶ Quare si quis finita[i] tutela p̄ tutore negotia impuberis gessit, tenebitur. 5. ¶ Sed & si pri[9] p̄ tutore administrauerit, deinde quasi[k] tutor: æquè tenebitur ex eo q̄ pro tutore administrauit: quāuis deuoluatur[l] hic gestus in tutelæ actionē. 6. ¶ Si quis quasi tutor negotia gesserit eius qui iá pubes est, neq; tutorē habere potest:[m] protutelæ actio cessat.[n] Simili modo & si eius qui nōdū natus est[o] Nā vt pro tutore quis gerat, eā esse personā oportet, cuius ætas recipiat tutorem: id est impuberem esse oportet. Sed erit negotiorū gestorum actio.[p] 7. ¶ Si curator impuberi à prętore † datus negotia gesserit: an quasi pro tutore gesserit teneatur, quęritur. Et est verius cessare hāc actionem:[q] quia officio curatoris[r] functus est. Si quis tamen cum tutor nō esset, compulsus à prætore vel à præside, dum se putat tutorē, gesserit tutelā: videndum an pro tutore teneatur. Et magis est vt quāuis cōpulsus gesserit, teneri tamen debeat:[s] quia animo tutoris gessit, cum tutor nō esset. At iste[t] curator, nō quasi tutor, sed quasi curator gessit. 8. ¶ In protutelæ iudicio vsuræ quoq; veniūt. 9. ¶ Sed vtrū solūmodo in id quod gessit tenebitur: an verò in id etiā quod gerere debuit? Et si quidē omnino nō attingit* tutelam, non tenebitur.[u] Neque enim attingere debuit qui tutor non fuit. Quòd si quędā gessit, vidēdū an etiā eorū quæ nō gessit, teneatur. Et hactenus tenebitur, si alius[x] gesturus fuit. Sed & si cognito q̄ tutor nō fuit, abstinuit se administratiōe videamus an teneatur, si necessarios[y] pupilli nō certiorauit vt ei tutorē peterēt. quod verius est.[z]

II. CELSVS *libro vicesimo-quinto Digestorum.*

SI is qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor nō † esset, rē pupilli vendidit, nec ea vsucapta est:[a] petet eam pupillus, quanquam ei[b] cautum est. Non enim eadem huius quę tutoris est rerū pupilli administratio.

III. IAVOLENVS *libro quinto Epistularum.*

QVæro an is qui cum tutor testamento datus esset, & id ipsum ignoraret, pro tutore negotia pupilli gesserit qua-

h ¶ *Nulla dubitatio est.* vt & s. titu. j. l. j. §. finitio. & j. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. sed & in eo. Accur.
i ¶ *Finita* ad tempus fortè datus erat.
k ¶ *Deinde quasi.* i. verè tutor. hoc enim quasi, est veritatis expressiuum.
l ¶ *Deuoluatur.* vt & s. tit. ij. l. si tutor post. §. fi.
m ¶ *Habere potest.* vt & s. de tuto. cura. da. ab iis. l. Seia.
n ¶ *Actio cessat.* Cur ergo similiter nō cessat, vbi quis se putat tutorē, cū esse nō poterat. *vt. s. eo. §. proinde. quæ est arg. contra?* Respon. quia seruus[e] aliquando potest tutor dari. s. testamentarius: *vt Insti. qui da. tut. pos. §. j. & ij.* Sed puberi non potest dari vllo modo. sed si datum inuenias aliquē qui nullo modo possit dari: dic idem, vt cesset protutelæ: vt in milite: *vt. C. qui da. tu. pos. l. armatæ.* sed certè seruus existens seruus nunquam potest esse tutor. Vnde dic lautorem pupillis debitum notare differētiam.
o ¶ *Natus est.* vt quia adhuc est in vtero, nec nascitur viuus, vel nullo modo nascatur: & ita null[9] omnino videt̄ fuisse: *vt j. de ver.*

ff. Infort.

e Seruus aliquando potest tutor dari.

signifi. l. qui mortui. & ita cum nullò tempore appareat tenuisse dationem tutoris: non protutelæ agit, sed neg. gest. vtili, *vt subiicit, & s. tit. ij. l. postremo. & de ne. gest. l. cum pater. & s. de testa. tut. l. si nemo. §. fin.*
p ¶ *Actio.* vtilis. Accursius.

q ¶ *Hanc actionem.* sc. protutelæ: sed datur actio. neg. gest.
r ¶ *Curatoris.* verè enim erat curator: & hoc sciebat, & sic gerebat: *vt. j. eo. l. quare.* Accursius.
s ¶ *Debeat.* actione protutelæ. Accur.
t ¶ *At iste.* de quo. s. *proxi. §. dixi:* qui verè erat curator. Alij dicūt quod non tutor gerens vt tutor, teneatur protutelæ: sed non curator gerēs vt curator, nō tenetur protutelę. Quòd hoc verum sit, hæc litera non patitur. ¶ An[a] autem concurrat actio nego. gest. cum ista actione? quidam quod sic: quia gerit suspicione necessitatis. Tu dic quod non: *vt not. s. de nego. gest. l. ij. § hac actione.*
u ¶ *Non tenebitur.* vt. *C. de testa. tute. l. j.*
x ¶ *Alius.* accedens protutor quasi omnia gesturus tenetur in duobus casibus, de gerendis, s. si alius erat gesturus omnia, *vt hic.* Item & tunc quando incipit scire se non esse tutorem, & perseuerauerit: aliàs non quia eum error excusat: vt hic innuit. aliud est in spontaneo gestore, qui ab initio accessit omnia gesturus: quia tenetur etiam si alius gesturus non erat: *vt. s. de neg. gest. l. si pupilli. §. fi. & facit. C. de neg. gest. l. ij. in fin.* Accur.
y ¶ *Necessarios.* i.[b] cognatos, sic ponitur. *s. de iusti. & iur. l. fina. & facit supra de admini. tuto. l. tutores qui. §. qui se.* Accur.
z ¶ *Quod verius est.* ergo si certiorauit, nō tenetur nisi alius erat gesturus. aliud in spontaneo gestore qui accessit vt omnia gesturus: vt modo notaui.

† Circa hoc dubitatur an talis deberet satisdare, & videtur quòd non quia dat[9] à iudice per inquisitionem *vt. C. de tu. & cura. qui satis nō ded. l. j.* hodie tamen secus. *vide Gl. in dicta l. j.*

a Actio protutelæ non cōcurrit cum actione negotiorum gestorū, *vt hic,* quod intellige de actione protutelæ vtili non directa. *Bart. hic.*

* attigerit.

† Ant. Augu. lib. 4. ea. 17. ait temere ab Haloand. sublatā esse hanc negationem.
b Necessarij pro cognatis.

SI *is qui.*] CASVS. Titius tanquam tutor cum non esset, administrabat negotia Seij: & sic administrando equum Seij pupilli vendidit Gaio. certè pupilus potest eum vindicare à Gaio, si Gaius adhuc non vsucepit, quamuis habeat pupillus ob hoc obligatum dictum procuratorem. Viuianus.
a ¶ *Vsucapta est.* s. post pubertatē pupilli: quia[c] nō vsucapitur res pupilli ante pubertatē: *vt. j. de acquir. re. do. l. bonæ fidei.* Vel verius dic quia nec potuit: *vt. d. l. bonæ fidei.* secus si non erat pupilli, licet eius putaretur: *vt. j. de excep. do. l. apud Celsum. § si quis non tutor.* & sic non obstat. l. illa quæ videbatur contraria.
b ¶ *Ei.* s. pupillo, qui satisdat rem pupilli saluam fore. sic. & *j. tit. j. l. pupilli. & facit. j. de re. eo. l. qui neque.*

c Vsucapi res pupillaris ante pubertatem non potest.

QVæro an is.] CASVS. Titium in testamento meo dedi tutorem meis filiis. hic Titius nesciens se datum tutorem administrauit tutelam filiorum meorum. Certè tenetur eis actione protutelæ, & non tutelæ. nā ad hoc vt tutelæ teneatur, necesse est quòd se tutorem esse sciat, hic autem nesciebat.

a ¶ *Tutorem esse*. scilicet vt teneatur tutelæ actione: igitur tenetur hac actione protutelæ. Accur.

Qui pro tutore.] CASVS. Ille qui administrat tutelam pupilli tanquam tutor, cum non sit: debet præstare in administratione fidem & diligentiam, sicut facit tutor verus. & si aliquid impendat in negotiis pupilli, ad illud repetendum habet cōtrariam protutelæ actionem. & hoc dicit cum lege sequenti. Viui.

b ¶ *Tutor*. quam[a] autem præstat tutor, dicitur. s. *de tut. & ra. distra. l. j. in princip. & C. arbi. tu. l. quicquid. & supra de administ. tu. l. à tutorib. in princ.*

c ¶ *Ei qui.*] *Contrarium*. id[b] est contraria actio protutelæ: & statim: *vt supra tit. j. l. j. §. j. & ij.*

a Tutor quam fidē præstare debeat in reb[us] pupillaribus.

b Protutelæ actio, alia directa, alia contraria.

si tutor, an quasi pro tutore negotia gesserit, teneatur. Respondit, Non puto teneri quasi tutorem: quia scire quoq; se tutorem [a] esse debet, vt eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debeat.

IIII. POMPONIVS *libro sextodecimo ad Quintum Mucium.*

Qui pro tutore negotia gerit, eandem fidem & diligentiam præstat, quam tutor [b] præstaret.

V. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

Ei qui pro tutore negotia gessit, contrariū [c] iudicium competit.

QVOD FALSO TVTORE AVCTORE GESTVM ESSE DICATVR.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

QVOD FALSO tutore auctore gestum esse dicatur.

Quid differt hic titulus à superiori? Respond. hic consulit contrahenti cum pupillo falso tutore auctore: vt infra. l. j. §. finali. ille ipsi pupillo. Item ille habet locum, siue sciat se non esse tutorem, siue credat se esse, cum non sit: vt supra tit. j. l. j. §. pro tutore. hic autem tantùm quando scit se nō esse: vt infra eo. l. nouissimè. in princ.

In falsum tutorem pupillo est actio protutelæ ex superiori edicto, ex hoc autem in eundem est actio in factum restitutoria ei qui cum pupillo eo auctore contraxit falsum eum esse tutorem ignorans, & interdum etiam si sciens in id quod interest. Cæterum hoc distat vna ab altera, quod protutelæ tenetur is qui pro tutore etiam bona fide gessit, in factum is tantum qui dolo malo auctor factus est vel qui dolo malo fecit vt alius auctoraretur inscius: Et quod protutelæ cessat si persona eius cuius negotia gesta sunt tutorē non recipiat, in factum ob eam causam non cessat. ac præterea hac actio in factū pro pœnali habetur, vt exposui 25. tit. 6. Cuiac.

Huius edicti. Primò commendat edictum. Secundò ponit verba edicti. Tertiò per modum cuiusdam reprehensionis conqueritur defectuosum esse edictum. Quartò intrat materiam disputationis circa hoc edictum. secūda ibi, verba autem. tertia ibi, verbis edicti. quarta ibi, itē hoc edictum. vsq; ad §. ait prætor. CASVS. Quia multi cum falsis tutoribus contrahentes decipiebantur: ideo prætor super hoc suum edictum proposuit, volens remedium cōtrahentibus adhibere. cuius edicti verba sunt talia: De eo quod gestum erit eo auctore qui tutor non fuerat, dabo in integrum restitutionem actori si ipse ignorauerit falsum esse tutorem. & hæc verba habes partim in primo. §. huius. l. & partim in eadem. l. §. pe. quod edictum prætoris laudat dominus Vlpianus, dicens: Huius edicti æquitas non est ambigua, imò certa. positum est enim ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. dicit tamen dominus Vlpianus quod dictis edicti verbis multa desunt. dicit enim tantummodo de eo qui tutor non est. nunquid ergo si tutor est, auctoritatem tamen non potest accommodare pupillo contrahenti? certè perinde est ac si non esset tutor. istud ergo deest verbis prætoris. & ponit duo exempla de eo tutore qui non potest auctoritatem præstare. Item & istud aliud deest verbis edicti. potest enim esse quod non esset tutor, & tamen auctoritas sua valeret, puta si duo tutores auctoritatem in contrahendo præstent pupillo quorum vnus est verus, alter falsus. valet enim quod agunt. Item & istud aliud deest verbis edicti. non enim fuit locutus prætor nisi de vno tutore. nam habet locum id quod dictum est in vno, etiam si plures falsi tutores interueniant. Item & istud aliud est: quia non dixit de protutore: in quo quidem idem est, scilicet vt sicut in primo & tertio habet locum in integ. restit. vt dictum est: ita & in hoc. & hoc verum est, nisi prætor iusserit cum his contrahi. nam tunc in integ. restit. non dabitur. Item laudat Vlpianus alia verba quæ sunt in eodem edicto, si id actor ignorauit &c. & reddit rationem ad edictum prætoris: quia contrahens cum pupil. falso tutore auctore, & sciens eum esse falsum, decipit seipsum: & ideo non est mirum si prætor noluit ei subuenire. Quid si contrahenti dictum sit falsum tutorem inuenire, & ipse non credit? certè bene subuenitur ei. Quid si pupil. vel adultus contrahant cum pupillo falsum tutorem habente, & sciant eum esse falsum? non nocet eis scientia. Quid si maiorem. xxv. an. velit falsus tutor conuenire nomine pupilli: & cum ille nollet ei respondere, sciens eum falsum esse, prætor compulit eum respondere in iudicio: nunquid nocebit ei scientia? certè non. Quid si pupillus habens verum tutorem, eo auctore contrahat cum alio pupillo falsum tutorem habente, vendendo ei puta rem suam, & ambo sciant eum falsum esse? certè pupilli scientia non nocet ei. Sed nunquid scientia veri sui tutoris ei nocet: & quibusdam videtur quòd sic, s. si ei pupil. cautum est contra suum verum tutorem, puta quia promisit tutor rem suam saluam fore, & soluendo est idem tutor. sed certè melius est quod scientia dicti veri tutoris non noceat pupillo, imò possit vindicare dictam rem suam venditam alij pup. habenti falsum tutorem, & non debeat expectare vt agat contra suum tutorem ex illa cautione qua promisit res eius saluas fore: quæ cautio quodammodo incerta est: quia non est certum vtrum pupillus finita tutela possit à tutore suo verò recuperare damnum sibi contingens propter rem suam venditam. fortè enim efficietur tutor non soluendo. & quod dixit in prædicto casu vbi vendit verus tutor rem pupilli sui alij pupillo falsum tutorem habenti sciente dicto vero tutore, & pupillo suo falsum esse alterius pupilli tutorem, s. quod pupillus nō expectet incertum cautionis euentum, sed rem suam vindicet: idem est in omni alio casu vbi pupillus sit deceptus auctoritate tutoris sui: scilicet vt omisso tutore possit iuuari contra aduersarium suum qui eum tutorem dixit. hoc dicit cum. ll. seq. vsque ad. l. nouissime. Viuianus.

Huius edicti æquitas [d] non est ambigua: [e] ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur.

1. ¶ Verba autem edicti hæc sunt: *Quod eo auctore* (inquit [f]) *qui tutor non fuerit.* [g]

2. ¶ Verbis edicti multa desunt. [h] Quid enim si fuit tutor, is tamen fuit qui auctoritatem accommodare non potuit, puta furiosus, [i] vel ad aliam regionem datus?

3. ¶ Sed Pomponius libro trigesimo scribit, interdum quamuis à non tutore gestum est, non pertinere ad hanc partem edicti. Quid enim si † duo tutores, alter falsus, † alter verus, auctoritatem accommodauerint? nonne valebit [k] quod gestum est? 4. ¶ Item hoc edictum licet singulariter [l] scriptum sit, si

† Actus vale[t] si interuen[iat] veri tutoris au[c]toritas, [q]uia eidē actui interueniat alte[r]ius quoque falsi tutoris au[c]toritas.

† vtile inv[i]tum ... pium quoque facit vtile. ... Gratian ad l. ... de rei vxor. a[ct.]

d ¶ *Aequitas*. quod est infra proxi. §. & §. fi. & l. nouissime.

e ¶ *Ambigua*. id est dubia, imò certa & indubitata. s. ne contrahentes &c.

f ¶ *Inquit*. scilicet prætor.

g ¶ *Non fuerit*. gestum erit: subaudi, dabo in integrum restitutionem: quę verba detruncatè posita sunt: *vt. j. ea. l. in fi.* Item postea adiiciuntur in edicto prætoris, & illa verba quæ dant aliud remedium quæ habes. *j. eo. l. nouissimè. in princ.* ¶ Et not. [a] quod tria remedia ex hoc edicto sunt prodita. 1. Vnum contra ipsum dolosum tutorem: *vt. j. eo. l. nouissimè. in prin.* 2. Aliud contra eum qui dolo fecit vt non tutor auctoretur: *vt. j. eod. l. huius actionis.* & ista duo sunt per actionem in factum: *vt. d. l. nouissimè. & l. huius. §. j.* 3. Est tertium de restitutione in integrum danda contrahenti cum pupillo falso tutore auctore contra ipsum pupillum, vt non noceat ei quod egit cum pupillo falso tutore auctore vel ipso tutore falso. & de hac restitutione dicitur infra *ea. l. §. fi. & l. sequen. vsque ad. l. nouissime. & in. l. nouissime. §. Pomponius. & l. si falso. §. Pomponius.* Sed ei cuius se tutorem esse dicebat, subuenit prætor per hoc edictum: *vt. j. eo. l. falsus. in prin. & l. fi.* quod potest dici quartum remedium.

h ¶ *Desunt*. vt apparet per sequentia.

i ¶ *Furiosus*. vnde perinde [b] est habendum, ac si tutor non sit. *sic s. quod cuiusque vniuer. nomi. l. j. §. & quidem. & Insti. de legi. agna. tut. §. quod autem. & s. qui satisda. cogan. l. quoties. & j. de mune. & hono. l. vt gradatim. §. j.* Sed in furioso primum & quartum remedium cessant, & alia locum habent: & sic hic intellige.

k ¶ *Nonne valebit*. certè sic: & ita vtile [c] per inutile non vitiatur: *vt infra de verb. oblig. l. j. §. penul. & l. qui extrinsecus. & de stipu. seruo. l. si sibi aut. j. respon.* Argu. contra. *s. de arbi. l. Pedius. § in seruum.* Accursius.

l ¶ *Singulariter*. id est verbo singulari. nam sic dicunt verba, quod eo auctore &c. *vt. s. §. j. si tamen &c.* sic ibi, quod eo &c. & *s. de neg. gest. l. iij. § negotium. & j. vi bo. rap. l. j. § vel enim. ibi, sed & si vnus &c.* Accursius.

a Tria remedia ex hoc edicto pupillo competunt.

b Paria sunt tutorem datum non fuisse, & furiosum datum esse, ... est, furiosum & nullum.

c Vtile per utile non vitiatur ...

Pro tutore.

a ¶ *Pro tutore*. i. putans vel fingens ſe tutorem, cum non ſit: *vt ſupra tit.j.l.j.in prin. & .§.j.* Sed in eo qui putat, ceſſat primum remedium & quartum, cum exigant dolum: *vt.d.l.nouiſſime.in prin. & .l.falſus.in princ.* Accurſius.
b ¶ *His*. pro tutore gerentibus. *& facit.ȝ.de mino.l.ait prætor.§. permittitur.* Accur.

tamen plures interuenerint qui tutores non erant, tamen locum habere debere Pomponius libro trigenſimo ſcribit. 5. ¶ Idem Pomponius ſcribit, etiam ſi pro tutore [a] negotia gerens auctoritatem accommodauerit, nihilo minus hoc edictum locum habere: niſi fortè prætor decreuit ratum ſe habiturum id quod his [b] auctoribus geſtum eſt. tūc enim valebit per prætoris tuitionem, non ipſo iure.

Volenti & conſentienti non fit fraus neque iniuria, h.d.

6. ¶ Ait prætor, [c] *Si id actor ignorauit, dabo in integrum reſtitutionem.* [d] Scienti † non ſubuenit: meritò: quoniam ſe ipſe decepit. [e]

In hac. l. & quatuor ſequentibus ponuntur perſonæ quibus non nocet licet ſciant ſe cum falſo tutore contrahere: & reſtituuntur in integrum.

II. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

SI id (inquit [f]) *actor* [g] *ignorauit.* Labeo, [h] & ſi dictum ſit ei, & bona fide non crediderit. [i]

III. VLPIANVS *libro duodecimmo ad Edictum.*

PLanè ſi is ſit qui auxilio [k] non indiget, ſcientia ei non nocet: [l] vtputa ſi pupillus cum pupillo [m] egit. Nam cum nihil actum ſit, [n] ſcientia non nocet.

IIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

c ¶ *Ait prætor*. hoc adde.j.§. *ſupra eo.*
d ¶ *In integrum reſtitutionem*. expone vt in prin.no.
e ¶ *Decepit.* [a] ſic.ȝ. *de actio.emp.l.j.in fi. & de ædil.edic.l.ſi tamen.§. in ædilitiis. & .l.j.§.ſi intelligatur. & ſupra ad Velleia.l.ij.§.verb.*
f SI id inquit. prætor: *vt.ȝ.l.proxi. in fine.*
g ¶ *Actor*. i. qui agit modò: qui.ſ. contraxit, vel aliq̄d egit cū falſo tutore, vel eo auctore.
h ¶ *Labeo*. ſ. adiecit.
i ¶ *Non crediderit*. quoniam idem eſt ac ſi non fuiſſet ei dictum, & ſic ei ſubuenitur: nā non fuit credulus: [b] *ſic ſupra de eo per quem fac.erit.l.j.§.j. & de mino.l.tutori. in princip.* Argu. contra. *C.de rei vindic.l.ſi fundus.* & ea quæ ibi no. & hic dici poſſent.
k PLanè. *Auxilio*. huius edicti, ſcilicet actione in factū, vel reſtitutione in integrū per hoc edictū: *vt not.in princ.ȝ.l.j.*
l ¶ *Non nocet*. ſi non vtitur iure huius edicti: neque debet ei nocere exceptio inuenta contra edictum. *ſic.C. de præſcrip.long.tē.l.j.*
m ¶ *Cum pupillo*. falſo tutore auctore: vel cum ipſo pupillo qui dicebat ſe alterius tutorem, cum non eſſet, vel eſſe non poſſet.
n ¶ *Actum ſit*. ſcilicet ipſo iure, non eſt opus actione in factum, vel reſtitutione in integrum ex hoc edicto. nec ergo ſcientia huic edicto nociua nocebit huic: vt modò not. ¶ Et hoc q. vbi [c] quis ipſo iure eſt tutus, non egeat auxilio extraordinario, patet *ſupra de mi. l.in cauſa. & facit.ȷ.eo.l.pupilli.*
o MInor vigintiquinque annis. adulto tamen: vt differat à præcedenti.l.
p ¶ *Succurretur*. per hoc edictum, quia obligantur ipſo iure: *vt.C de in integ.reſt.mino.xxv.an.l.ſi curatorem.* & ſecundum hoc ipſo iure ſcientia non nocet ſicut in pupillo. quod non videtur verū. 2. Dic ergo quòd ſuccurritur per edictum de minoribus ad habenda remedia huius edicti, quæ non habet propter ſcientiam *vt ȝ.l.j.in fi.* licet quo ad vnum de remediis, ſcilicet ſecundum quòd datur in integrum reſtitutio, videatur reſtitui vt reſtituatur. quod aliàs reprobamus. *vt.ȝ.de mi.l.interdum.*
q INterdum.] *Noceat*. ſcilicet aliàs; *vt ſupra.l.j.in fin.* hic tamen non nocet.
r ¶ *Reſtituto*. ex hoc edicto cōtra ſententiam pro pupillo latam. & ſic dicit de tertio remedio. Sed nonne ipſo iure ſentētia eſt nulla: *vt ſupra de iudi.l.ij.§.j.* ergo non eſt opus reſti? Reſpon. ibi [e] erat iudex non ſuus: hic ſuus. *& facit.ȝ.de aucto.tut.l.j.in fi. & ȷ.eo.leg. nouiſſime.§.j.* ADDITIO. Dic quod imò videtur valere pro probatione tutoris ad hoc vt reſtitui non poſſit. & videtur obſtare *.l.j. §.idem Pomponius.ȝ.eo.titu.* Sed aliud eſt in compellendo litigātem, quo caſu iudicium in præiudicium pupilli non valet: & ideo litiganti & reo reſtitutio conceditur. & aliud eſt legitimare perſonam tutoris: & valet in præiudicium pupilli, & reſtitutio denegatur, ſecundum Bart.hic.

ª Decipere ſeipſum videtur, qui ſciens cū falſo tutore cōtrahit

† Hæc verba ponuntur in ca. eccleſia veſtra. in Gl. 2. in med. ibi, & ſcienti prætor. extra de elect.

b Simile habetur in ca. quam magnum in Gl. 2. l.a.q.a. & in ca. illud. de cler. excommu. mini.

c Extraordinario auxilio non indiget, qui ipſo iure tutus eſt.

d Reſtitutio minori nō eſt neceſſaria aduerſus ſententiam ipſo iure nullam.

e Condemnatio facta per iudicem incompetentem, ipſo iure nulla eſt: per competētem, non eſt ipſo iure nulla, licet ſit iniuſta. ca. ex parte. de pbat.

s ¶ *Erit*. actor qui agebat rei vindicatione.
t ¶ *Compulſus*. ſciens falſum eſſe tutorem eum qui ſecum volebat agere nomine alicuius pupilli. H.
u PVpilli. qui ſciens cum tutore falſo alicuius pupilli contraxit: *vt.ȝ.eo.l.planè.* Acccurſius.

MInori † vigintiquinque annis [o] ſuccurretur [p] etiam ſi ſcierit.

V. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

INterdum tamen † etſi ſcientia noceat, [q] tamen reſtitutio [r] facienda erit, [ſ] ſi à prætore compulſus [t] eſt ad iudicium accipiendum.

VI. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

PVpilli [u] ſcientia computanda non eſt: [x] tutoris [y] eius cōputanda eſt, [z] vtique etſi pupillo [a] cautum ſit: melius [b] dicetur rem ſuá reſtitui pupillo. [c] quàm incertum cautionis [d] euentum ſpectare, * quod & Iulianus, ſi aliàs [e] circunuentus ſit pupillus, reſpondit.

VII. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

NOuiſſimè [f] prætor ait: *In eum qui cum tutor non eſſet, dolo malo auctor factus eſſe dicetur, iudicium* [g] *dabo: vt quanti ea res erit, tantam * pecuniam condemnetur.*

1. ¶ Non ſemper tutor conuenitur, nec ſufficit ſi ſciens † auctor fuit: verùm ita demum, ſi dolo malo auctor fuit. Quid ſi compulſus, aut metu ne compelleretur, auctoritatem accommodauerit? nónne debebit eſſe excuſatus? [h] 2. ¶ Quod ait [i] prætor, *Quanti ea res erit*: magis puto non pœnam, ſed

x ¶ *Cōputanda nō eſt.* in hoc edicto, vt ei minus ſuccuratur per hoc edictum. Accur.
y ¶ *Tutoris*. ſ. ſcientia.
z ¶ *Computanda eſt*. ſcilicet in hoc edicto, vt ei minus ſuccurratur. Hu. *ſic ſupra de in terro. actio. l.ij. §. finali.*
a ¶ *Si pupillo*. contra ſuum verum tutorem per ſtipulationem rem pupilli. falſ.ſo. & idoneus eſt, & eius fideiuſſor.
b ¶ *Melius*. dixerat ſcientiam tutoris nocere pupillo: nunc corrigit: & ſic non nocet.
c ¶ *Pupillo*. contrahenti cum falſo tutore alterius, & dic reſtitui per hoc edictum.
d ¶ *Quam incertum cautionis*. id eſt quàm agere ex cautione rem pupil. ſal. fore, in qua eſt [a] dubius euentus: *vt ſupra de pec.l.quod debetur. & facit ſupra tit.j.l.ij.*
e ¶ *Si aliàs*. nam regulariter conſtat habere minorem electionem velit agere contra tutorem vel cura. vel petere reſtitui contra aduerſarium: *vt.C. ſitut.vel cura.l.etiā. & l.fi.* & ita ergo fit hic.

NOuiſſimè.] CASVS Hucuſq; dixit qualiter ſuccurratur contrahenti cum falſo tutore pupilli aduerſus ipſum pupillum: nunc qualiter ſuccurratur aduerſus ipſum tutorē dolo malo auctoritatē accommodantem. Et dicit quòd datur contra eum actio in factum ex hoc edicto quanti ea res erit. & bene dixit, dolo malo. nam aliàs non tenetur. & quod dixit, quanti ea res erit &c. exponit, id eſt verum rei pretium. [POMPONIVS.] Nunc reuertitur ad auxilium reſtitutionis quod datur contrahenti cum falſo tutore pupilli contra pupillum. Et dicit quòd iſtis qui petunt reſtitutionem contra pupillum, debent refici impenſæ per falſum tutorem qui dolo malo auctoritatem accommodauit. & ita tangit hic. §. de primo auxilio, & de ſecundo huius edicti. [SI PLVRES.] Ponamus quòd plures dolo malo fuerunt auctores pupillo mecum contrahenti, cum non eſſent tutores. certè contra eos omnes habeo actionem in factum ad intereſſe. & ſi recupero ab vno intereſſe, cęteri liberantur. non autem ideo quòd incipiam contra vnum agere, liberantur alij. vnde ſi vnum conueni, & nihil ab eo conſecutus fui: totum conſequar ab aliis. & ſi partem fui conſecutus à conuento, reliquum conſequar ab aliis. & hoc dicit cum. l.ſeq. Viuianus.
f ¶ *Nouiſſime*. hucuſque dixit qualiter ſuccurratur contrahenti cum falſo tutore pupilli contra ipſum pupillum, ſcilicet per in integrum reſtitutionem, vt ei non noceat quod egit: nunc qualiter ei ſuccurratur contra ipſum falſum tutorem cum quo contraxit. Accurſius.
g ¶ *Iudicium*. i. actionem in factum ex hoc edicto.
h ¶ *Excuſatus*. Reſpon. certè ſic. ¶ Et ita no. q coactio [b] magiſtratus eum excuſat: *vt.ȝ.ſi quis cau.l.ij.in fi.* & etiam verus tutor non debet cogi auctorare: *vt.ȝ.de auct.præ.l.ſi tutor.* & non valet quod ageretur: *vt.ȝ.de aucto.præ.l.j.in fi.*
l ¶ *Quod ait.ȝ.in prin.l.*

† Minoribus, in vulg. edi.

† Tamen etſi pro, tametſi hic poſitū eſſe docet verbum tamen mox ſubditū ſic & Cic. loquitur in epiſt. quadā ad Plancium.

* expectari.

a Dubiæ & incertæ cautioni nemo ſtare cogitur.

* in tantam.

† Non omnis ſciens eſt doloſus.

b Coactio magiſtratum excuſat.

Veritas pro vera rei æstimatione.

b Quanti ea res erit formula, continetur vera rei æstimatio & sumptus. An & pœnæ? Distingue vt per Glossam hoc loco.

a ¶ *Veritatem.* id[a] est veram rei æstimationem: *vt. j. de verb. signif. l. inter hæc. & s. qui satisda. cogan. l. ij. §. fin. & s. si quis ius dicen. non obtemper. l. j. §. fi.* Sed[b] & sumptus continentur hac actione his verbis: *vt. j. proxi.* §. & licet dicat, non pœnam, verum est respectu actoris: respectu tamen tutoris conuenti bene est pœna: quia soluit quod ei nō adest. & sic non obstat *dict. l. si quis ius dicen. non obtemper. & facit. j. eo. l. falsus. §. j.* Accur.

b ¶ *Sumptuum.* vt *supra proxi. §. dixi.*

c ¶ *Restitutorio.* ex edicto posito supra *eo. l. j. in fi.* scilicet contra pupillum cum quo cōtraxit falso tutore auctore. ¶ Sed nónne habuit primo iudicio totum interesse? ad[c] quid ergo postea restituit? Respon. hic nihil aliud petit, nisi vt non noceat sibi quod fecit cū eo. 2. Vel dic quod voluit à tutore prius petere: nisi quod non poterat petere à pupillo per in integrum restitutionem. Accur.

c Sumptus futuræ litis cum aduersario, peti possunt: & ad eos agi.

d ¶ *Perceptione.* sic. *s. de dolo. l. in plures. & s. de iis qui deie. vel effud. l. perceptione.* Acc.

e Et ideo.] *Seruatum sit.* ab vno falso tutore.

f ¶ *Denegandam.* hāc actionem ex hoc edicto. *sic. s. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. fi. & l. seq.*

Huius actionis.] casus. Non solùm datur contrahenti cum falso tutore in integr. resti. petita actio. contra pupil. vt dictum est à principio. l. j. vsque ad. l. nouissimè. & non solum datur actio in falsum contra falsum tutorem: vt. d. l. nouissimè. sed etiam exemplo cuiuslibet dictarum actionum datur contrahenti cum falso tutore actio in factum cōtra illum qui dolo malo curauit vt alius tutor quam verus. i. tutor falsus det auctoritatem pupillo contrahenti. [Has actiones.] Actio in factum quæ datur contra falsum tutorem, de qua dictum est. s. eo. l. nouissimè. & alia actio in factum, de qua dictum est in prin. huius. l. competunt heredibus contrahentis cum falso tutore: sed non dantur in heredes falsi tutoris, vel in heredes illius qui curauit vt falsus tutor adhiberetur: nec dantur post annum contra falsum tutorem viuentem, vel contra illum qui dolo curauit vt falsus tutor adhiberetur. & est ratio: quia sunt & veniunt ex delicto & dolo. & quia sunt ex delicto, euenit etiam illud, quia noxaliter dantur contrahenti cum falso tutore contra dominum vel patrem falsi tutoris: & contra dominum vel patrem illius qui dolo curauit vt falsus tutor adesset. Viuianus.

veritatem[a] his verbis contineri. 3. ¶ Pomponius libro trigensimo rectè scribit, etiam sumptuum[b] in hoc iudicio rationem haberi, quos facturus est actor restitutorio[c] agendo. 4. ¶ Si plures sint qui auctores fuerunt: perceptione[d] ab vno facta & cęteri liberantur, non electione.

VIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

Et ideo si nihil, aut non totum seruatum sit:[e] in reliquos non denegandam[f] in id quod deest, Sabinus scribit.

Non solùm falsus tutor tenetur hoc edicto, sed etiam qui dolo fecit quod falsus tutor se interponeret, & datur heredibus: sed non contra heredes: nec ipsum falsum tutorem post annum: & in dominos datur noxalis actio pro delicto seruorum. hoc dicit vsque ad finem legis.

IX. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

Huius actionis[g] exemplo Pomponius libro trigensimoprimo scribit, dandam actionem[h] aduersus eum qui dolo malo adhibuit vt alius auctoraretur inscius. 1. ¶ Has in factum actiones[i] heredibus quidem competere, cæterisque successoribus: in eos[k] verò non reddi Labeo scribit: nec in ipsum[l] post annum: quoniam & factum[m] puniunt: & in dolum[n] concipiuntur: & aduersus eas personas[o] quæ alieno iuri subiectæ sunt,[p] noxales[q] erunt.

X. GAIVS *libro quarto ad Edictum Prouinciale.*

Si falso[r] tutore actum sit, & interea dies actionis[s] exierit, aut res[t] vsucapta[u] sit: omnia incommoda perinde sustinere debet,[x] ac si illo[y] tempore vero tutore auctore egisset.

XI. VLPIANVS *libro trigensimoquinto ad Edictum.*

Falsus tutor qui in cōtrahendo auctor minori duodecim vel quatuordecim annis fuerit, tenebitur in factum actione[z] propter dolum malum, cuiuscumque conditionis fuerit,[a]

g ¶ *Huius actionis.* in factum ex hoc edicto contra falsum tutorem quæ datur ex verbis & ex sententia: *vt supra eod. l. nouißimè. in princ.*

h ¶ *Actionem.* vtilem in factum ex sententia huius edicti: ergo vtilis: *vt. s. si quadru. pau. l. j. §. pen.*

i ¶ *Has actiones.* scilicet quæ dantur contra falsum tutorem: *vt. s. eo. l. nouißimè. in prin.* & alia quę eius exemplo competit in eum qui dolum malum adhibuit &c. *vt. s. eo. in prin. huius. l.*

k ¶ *In eos.* scilicet heredes.

l ¶ *Nec in ipsum.* falsum tutorem, vel eum qui dolum malum adhibuit &c.

d Factum pro delicto.

e Ex delicto obligatio oritur ex facto.

m ¶ *Et factum.* i.[d] delictum: facto[e] enim obligatio oritur ex delicto: *vt Inst. de obli. ex delic. in prin.* nā ex delicto videretur venire.

n ¶ *Et in dolum.* id est propter dolum: *vt. s. eod. l. nouißimè. & in prin. huius. l.*

o ¶ *Personas.* puta seruos qui gerentes se vt tutores auctoritatem præstiterunt pupillo mecum contrahenti.

p ¶ *Subiectæ sunt.* iure seruitutis, nō filiatiōis: *vt Insti. de noxa. §. fi.*

q ¶ *Noxales.* igitur ex delicto sunt: alioquin si ex cōtractu, de peculio daretur: *vt. s. de iis qui deiec. vel effu. l. j. § cum seruus.* sed cū sit rei persecutoria, non pœnalis: *vt supra eo. l. nouißimè. §. quod ait.* ergo vltra annum & in heredem datur: *vt. j. de act. & oblig. l. in honorariis. & C. ex delict. defun. l. j.* Sed dic quòd hîc nihil peruenit ad conuentum: vnde quo ad eum pœnalis est: aliàs esset secus: *vt in d. ll.* Vel dic quod est speciale in his honorariis. Item facit supra *de alie. iud. mu. leg. item si res. §. fi. & ll. sequen.* Accur.

Si falso tutore.] casus. Cum haberet Titius actionem temporalem personalem vel rei vindicationem ad recuperandam rem suam contra Seium, pup. egit contra eum falso tutore interueniente, & litem fuit contestatus: quæ contestatio nihil valuit propter falsum tutorē: nunc autem antequam veniretur ad sententiam, dies dictæ actionis temporalis exiuit: vel pupillus vsucepit rem prædictam Titij. quæritur, quid iuris sit? certè Titius potest petere in integrum resti. & ea petita & habita restituetur ei tempus actionis amissæ. & ponetur in eodem statu ac si pupillus non vsucepisset rem suam, perinde ac si vero tutore auctore cum pupillo litigasset. Viuianus.

r ¶ *Si falso.* subau. cū: id est dicere, si actum sit cum falso tutore nomine pupilli: Vel cum ipso pupillo falso tutore præstante auctoritatem.

s ¶ *Dies actionis.* personalis qua conueniebatur falsus tutor nomine pupilli.

t ¶ *Aut res.* actoris qui agebat rei vindicatione.

u ¶ *Vsucapta sit.* à pupillo. nam lit. contest. sic facta vel iudicium sic acceptum nullum est: sicut & si coram non competenti iudice egisset:[a] *vt. C. ne de sta. de. l. pen. & ad hoc est satis expressum. C. de tuto. & cura. qui satisda. non de. l. ij. & infra de rebus eorum. l. qui neque.*

x ¶ *Debet.* pupillus: non[b] ergo proficit ei vsucapio & sic est argu. contra *s. de alie. iudi. l. item si res. in princ.* in ipso autem tutore falso non potest poni.

y ¶ *Illo.* aliàs est alio: & ita est in libro domini mei.

a Fortè secus si respōdisset: quia per responsionem & litis cōtestationem secutam videtur acquieuisse. vide Bart. in l. 1. de iudic. & Spec. tit. de litis contest. l. pa. vers. item dicit.

b Vsucapio quæsita per falsum tutorem non prodest pupillo.

Falsus tutor.] casus. Principium huius. l. cum vltima. l. huius tituli dant auxilium minori contra falsum tutorem qui ei fuit auctor in contrahendo, & dant ei actionem in factum ad recuperandum à falso tutore totum illud in quo deterioratus est minor. [Qui dolo.] Dictum est in leg. nouissimè. quod ille qui contrahit cum pupillo falso tutore auctore, habet actionem in factum contra eum falsum tutorem. modò dicit hic quòd idem si præstet falsus tutor auctoritatem filiofamil. vel filiæ, qui non dicuntur pupilli. & idem si seruo vel ancillæ. [Iulianus.] Quid si pater Titiæ minoris duodecim annis eam mihi maritauit, & sic non valuit matrimonium, & fortè propter hoc ego sum in aliquo deterioratus? nunquid tenetur mihi dictus paterfami? & certè nō: quia videtur dolo facere maritando filiam ante tempus: imò maxima affectione quam habet erga filiam. Quid si puella prædicta mihi per patrem maritata intra duodecim annos decedat ante duodecim annos, & dos sit penes me qui debebam esse maritus, & fecerim ego pactum de lucranda dote vel parte si matrimonium solueretur morte mulieris: quod matrimonium non erat adhuc: pater autem prædictus, qui dolo in hoc versatus fuit, condicit eam à me? certè potero eum doli exceptione summouere in totum si feceram pactum de tota dote lucranda: vel potero eum summouere in parte si feceram pactum de parte lucranda. Viuianus.

z ¶ *In factum actione.* contrahenti secum, vel cum pupillo se auctore: *vt. s. ea. l. nouißimè. in princ.* non autem legas quod minori cui præbuit auctoritatem, teneatur: sed hoc dicit infra *eo. l. fin.* sed certè in eo loqui potest, per. l. illam. Accursius.

a ¶ *Fuerit.* falsus tutor.

Vel alieni.

a ¶ *Vel alieni.* vt filiusfam. Item si est seruus, habet locum noxalis, *vt. s. eo. l. huius. §. fin.*
b ¶ *Tenebitur.* contrahenti secum: & ideo hunc casum repetit, vt addat sequentes.
c ¶ *Sed & si quis.* asserens se tutorem: & illam suam pupillam, cum esset alterius filia.
d ¶ *Auctor.* aliàs tutor.
e ¶ *Ad contrahendū.* cum aliquo.
f ¶ *Tutore auctore.* s. falso, qui se tutoré, & illam liberam & pupillam suam asserebat.
g ¶ *Propensiore.* præsumitur[a] enim causa affectionis fecisse magis quam dolo: *sic. s. de ritu nupt. l. non solum. §. denuo. & s. de adopt. l. nec ei. §. eorum. & in Authen. vt sine prohibi. in princ. colla. v.*
h ¶ *Pertinet.* puta pater, vt dixit, qui dotauit. Item si extraneus dotans eam, sibi reddi stipulatus sit.
i ¶ *Dols.* non pacti: quia vbi non tenet matrimonium nec pactū: *vt. C. de condic. ob causam. l. j.* Sed pacto non apposito non daretur exceptio. Accur.
k ¶ *Cōdicerē.* per cōdictionem ob causam, vel sine causa: nō actione de dote: quia dos nulla, cū matrimoniū nullū: *vt dicta. l. C. de cōdict. ob cau. l. j. & s. de condict. ob cau. l. fin. & Cod. de dona. ante. nupt. l. si.* Accur.
l ¶ *Lucraturus.* puta per pactū quod fecerat de ea lucrāda si prædecederet in matrimonio. ¶ Sed nūquid actio ex hoc edicto dabitur aliquo casu? Respō. sic, si soluta nō esset, & esset promissa sub prædicto pacto. Itē exceptione doli, & actione ex hoc edicto potest haberi ratio fructuū qui essent viri si matrimoniū esset nunc nō sunt: *vt. s. de iure do. l. dotis fructus. in princ.* ADDITIO. Dic secundū Bal. hic quòd hoc non est verum in actione ex hoc edicto: de qua proxi. no. s. Ratio est: vt fructus essent mariti etiam si matrimoniū tenuisset, exigitur quòd dos sit tradita: *vt. l. de diuisione. s. solu. matri. & no. in dicta. l. dotis fructus. s. de iure dot.* quod in quæstione huius gloss. locum habere non potest, cum præsupponatur in ea dotem traditam non fuisse, secundum Iacob. de Ra. Sed ad hoc potest faciliter responderi si ponas patrem fuisse interpellatum, & sic in mora, secundum eundem Bald.

[a] Præsumitur pater filias suas diligere, eásque cito collocari velle.

† In hunc locū Plato. dia. leg. 6. de leg. Aristo. lib. 7. Poli. ca. 16.

† Familiæ appellatione continetur sponsa vt hîc facit lex quicumque. C. de re militari. Quod facit in causa, negotiisque testimonij perferendi. vide. l. præsente §. sand. C. de his qui ad ecclesi. cō fugiunt. l. etiam C. de legibus.

* Hunc casum esse admirabilem, aliū Græci. ad. l. Intellig. ff. de ritu. nupt.

vel sui iuris, vel alieni.[a]

1. ¶ Qui dolo malo auctoritatē accōmodauit, tenebitur[b] hoc edicto. 2. ¶ Sed & si quis[c] filiçfamilias auctor[d] factus sit ad cōtrahendum,[e] tenetur. Idemque iuris est si ancillæ quis tutore auctore[f] credidisset. Nam omnibus istis modis propter tutorem decipitur is qui contraxit: qui aliter cum impubere contracturus non fuit, quàm si tutoris auctoritas intercessisset.

Non punitur pater hoc edicto citra ætatem puellam nuptui tradens. quòd si dolo id pater faciat & puella intra duodecimū annum moriatur, & pater dotem repetat: gener poterit eum repellere doli mali exceptione his casibus, quibus si fuisset matrimoniū constitutum, erat dotem totā vel partem eius lucraturus. h. d.

3. ¶ Iulianus libro vicesimo primo Digestorū tractat, an etiā in patrē debeat dari hæc actio, qui filiā minorē duodecim annis nuptū dedit. Et magis probat patri ignoscēdū esse qui filiā † suā maturius in familiam † spōsi perducere voluit. affectu enim propēsiore[g] magis quàm dolo malo id videri fecisse. 4. ¶ Quòd si intra duodecim annos hęc decesserit, cū haberet dotem: putat Iulianus, si dolo malo cōuersatus sit is ad quē dos pertinet,[h] posse maritū doli[i] mali exceptione cō dicentem[k] summouere in* casibus in quibus dotem vel in totū vel in partem, si constabat matrimoniū, fuerat lucraturus.[l]

m ¶ *Ex eo quòd interrogatus.* fortè in iudicio confitendo coram iudice se tutorem.
n ¶ *Responso.* facto in iudicio accepto nomine pupilli: vel aliàs in contractu aliquo inito nomine pupilli.
o ¶ *Vtilem.* ex hoc edicto: siue eius mente.
p ¶ *Dandam* pupillo vel adulto facto. & est hoc quartum remediū. Alij dicunt hic loqui de actione protutelæ. sed certè ad ea dixit. s. titu. j. & in hoc differt hic titu. ab illo: *vt no. s. in rubrica.*

DE FIDEIVSSORIBVS ET NOMInatoribus & heredibus tutorum & curatorum.

¶ *Sequūtur actiones quib. alij quā tutores vel curatores tenētur ex causa tutelæ curationiue: ac primū fideiussores qui rē saluā fore cauerūt, tenētur ex stipulatu sicut tutores finita tutela, vel sicut curatores & qui pro tutore gesserunt statim atque qu[...] res salua non esse cœperit. Et nominatores tutorū, laudatores, adfirmatores, vtili* ff. Infort. *ex stipulatu; quia fideiussorū vicē sustinēt, & ob id in 12. tabul. subuades appellati videtur. Et qui curatores sua spōte petierūt. l. 2. §. pē. Qui pet. tut. Et heredes tutorū & curatorū nō defunctorū nomine, quod satis dictū est tit. 3. 4. 5. sed etiā proprio nomine vtili tutelæ vel neg. gestorū vel rationib. distrahendis, veluti ex proprio dolo vel ex propria administratione. Cuia.*

Verba huius edicti debent accipi cum effectu, non tantùm si quis iactauit se esse tutorem. h. d.

XII. IDEM *libro primo Responsorum.*

Ex eo quòd interrogatus[m] tutoré se esse respondit, nulla eum actione teneri. si tamen cum tutor non esset, responso[n] suo in aliquam captionem adulescétem induxit: vtilem[o] actionem aduersus eum dandam.[p]

DE FIDEIVSSORIBVS & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.

TITVLVS VII.

I. POMPONIVS *libro septimodesimo ad Sabinum.*

Qvamuis heres tutoris tutor nō est:[q] tamen ea quæ per defunctum inchoata sunt,[r] per heredē, si legitimæ[s] ætatis, & masculus[t] sit, explicari[u] debēt: in quibus[x] dolus eius admitti potest. Quod[y] penes tutorē fuit, heres quoq; eius reddere debet. 1. ¶ Quod apud pupillum is[z] reliquerit, si heres capit,[a] non quidem crimine[b] caret, sed extra tutelam est, & vtili actione[c] hoc reddere compellitur.

II. VLPIANVS *libro trigensimonono ad Sabinum.*

Postulare[d] tutoré videtur & qui per aliū postulat: itē nominare[e] & qui per alium hoc idē facit.

III. IDEM *libro trigensimoquinto ad Edictum.*

Qvamuis.] CASVS. Heres tutoris nō est tutor: & nihilo minus quidem tenetur facere ac si esset tutor. primū est quod facere tenetur, i. explicare ea quæ per tutorem defunctā inchoata sunt. & hoc si hic heres est masculus, & perfectæ ætatis: in quibus per tutorem inchoatis potest dictus heres sine dubio dolum committere: & de eo debet teneri. Secundū est: quia tenetur reddere pupil. illud quod tutor reliquit apud pupillum, & apud se heredem, puta pecuniam quam reliquit tutor in arca pupil. quæ arca erat in domo tutoris. Tertium: quia tenetur reddere pupil. illud quod ei aufert vel accepit. Viuianus.

q ¶ *Tutor non est.* vt[a] & *s. de his qui not. infa. l. furti. § pen. & ar. s. pro soc. l. heres socij.* Accursius.
r ¶ *Inchoata sunt.* sic. b *s. de tute. & ra. distra. l. si tutor post.*
s ¶ *Legitima.* nam minor non est legitimus administrator: *vt. C. de legi. tut. l. fi.*
t ¶ *Et masculus.* non fœmina: *vt. s. de legi. tut. l. pe.* Accur.
u ¶ *Explicari.* in[c] iudicio secus: *vt. s. de iudi. l. tam ex contractibus. §. certe.*
x ¶ *In quibus.* explicandis.
y ¶ *Quod.* aliàs deest de eo. & est. §. quod penes. aliàs est. §. de eo &c. Alij habent. §. heres. sed tu habeas. §. quod apud &c. Acc.
z ¶ *Is.* scilicet tutor.
a ¶ *Capit.* i. accipit vel aufert pupillo.
b ¶ *Crimine.* scilicet dolo.
c ¶ *Vtili actiōe.* s. tutelę si heres tutoris est: *vt. j. eo. l. cū ostēdimus.* vel vtili nego. gest. si est heres curatoris: *vt. C. neg. gest. l. curatoris.* ¶ Et sic not. quod nō loquitur in inchoatis per defunctū. facit ad prædicta. *s. ad admini. tuto. penu. & de tut. l. antepenul. & j. eo. l. fi. §. j. & s. de neg. gest. l. nam & Seruius. §. si viuo. & l. qui aliena. §. tutoris.*

Postulare.] CASVS. Rub. loquitur de nominatoribus tutorū: quod nominatores & postulatores tutorū tenētur tanquā fideiussores: *vt. j. titu. j. l. j. §. sed si ordo.* Ista ergo lex dicit. quod non solùm iste dicitur postulator vel nominator tutoris, qui per se postulat vel nominat: sed etiā ille qui postulat vel nominat per alium. Viuian.
d ¶ *Postulare.* coram iudice qui dare debet: *vt. j. de dam. infec. l. iiij. §. postulare.*
e ¶ *Nominare.* inter absētes: vt quādo magistratus mittit nomina quorūdā præsidi quasi sint idonei: *vt. s. de tut. & cura. da. ab iis. l. diuus* nā & hi tenētur in solidū: *vt. C. de magi. cōue. l. j. & l. ij.* & quod postulat tenetur, nisi sit fœmina: *vt. C. de administra. tu. l. fi. §. personis. & C. si mater indē. pro. l. j. & j. eo. l. cū ostēdimus. §. fi.* ¶ Et not. quòd qui[d] per aliū &c. *vt. s. de administ. tut. l. ita autem. §. gessisse.*

Etiam.] CASVS. Tutor dedit pupillo fideiussores rem pupill. sal. for. postea cum prætor vellet alimenta constituere pupill. præcepit tutori vt diceret ei prętori quantā pecu pup. habet tutor

a Hæres licet regulariter cū sequatur vna & eadem persona cū tutore, non tamen si defunctus tutor alicuius fuit, defuncti heres tutor est. Itaque heres tutoris, tutor non est.

b Heres tutoris, inchoata per defunctū, explicare debet, si modò sit legitimę ætatis & masculus.

c Heres tutoris iudicialis à defuncto cœpta perficere atque explicare nō cogitur.

d Per aliū qui facit, ipse facere videtur.

cum haberet.xx. dixit de.x. tantùm. certè de.x. quæ tacuit, præstare debet vsuram centesimam: *ut supra de admi.tut.l.tutor qui repertorium.§.idem solent.* Certè ad eandem rationem vsurarũ debent teneri fideiussores & heredes dicti tutoris.

a ¶ *Vsurarum.* ad quem modum vocetur tutor, habes.ſ. *de administ.tut. l. tutor qui repertorium.*

C*Vm ostendimus.*] CASVS. Diximus.ſ.l.j. quòd heres tutoris tenetur tutelæ iudicio. modò videam^s latius & quæramus vtrum heres tutoris teneatur de suo proprio dolo vel administratione? Et certè Seruius Iurisconsultus dixit ꝙ heres tutoris tenetur suo nomine tutelæ iudicio vtili in tribus casibus qui sunt plani in litera vsque illuc, nam cùm permittatur, &c, & ibi reddit rationẽ. de negligentia tamen non tenetur. & si de pupil. pecu. fecit facta sua, heres præstare debet vsuras quantas iudex suo arbitrio iudicauerit vel dixerit.

Lib.4.ſ.de in[.]in.iur.

[FIDEIVSSORES.] Cum iudex quæreret à tutoribus fideiussores rem pupili sal. fo. dixerunt tutores: Ecce Titius & Seius amici nostri & vicini qui intrant pro nobis. & sic iudex fecit scribi in quaterno notarij sui quòd Titius & Seius extiterunt fideiussores pro tutoribus, ipsi tamen Titius & Seius hoc audientes nihil dixerunt. certè tenentur ac si promisissent. & sicut fideiussores tenentur & illi qui affirmauerũt idoneos esse tutores & scias ꝙ fideiussores tutorum à pupillo conuenti, ita bene poterunt reputare pupill. sicut possent tutores. qualiter autem possent tutores, habuisti supra *de contra.iu.tut.l. j.§.fin.* & *l.sequ.* & hoc dicit cum. l.sequen. Viuianus.

† Tutor licèt datus sit à testatore hac lege, vt non reddat rationes tutelæ, nihilominus & ipse, & heredes ei^s cogũtur rationes reddere, non obstantibus verbis testatoris. *Salyc. in l. cum necessitate. Co. de fideicõ. quod dictum exclamat de. Iason in aũt. in vlti.col. C. de transac.*

ETiã fideiussorẽ & heredes fideiussoris ad rationẽ eandẽ vsurarũ^a reuocandos esse cõstat, ad quã & tutor reuocatur.

Heres tutoris tenetur de suo proprio dolo & administratione in trib. casibus qui sunt plani in textu, si post mortem. & reddit rationem ibi, nã cum, &c. de negligẽtia verò propria non tenetur heres tutoris. hoc dicit.

IIII. IDEM *libro trigensimosexto ad Edictum.*

CVm ostẽdimus heredem^b quoq; tutelæ iudicio posse cõueniri,^c videndũ an etiã proprius eius dolus vel ꝓpria administratio^d veniat in iudicium. Et extat Seruij sentẽtia, existimãtis si post mortẽ tutoris heres eius negotia pupilli gerere perseuerauerit,^e aut in arca tutoris pupilli pecuniã inuenerit & cõsumpserit, vel eã pecuniã quã tutor stipulatus fuerat, exegerit: tutelæ iudicio eum teneri suo nomine. nam cum permittatur aduersus heredẽ ex proprio dolo^f iurari in litem, apparet eũ iudicio tutelę teneri † ex dolo proprio.

1. ¶ Neglegẽtia^g planè propria heredi non imputabitur.

2. ¶ Vsuras quoque eius pecuniæ quam pupillarem agitauit, præstare debet^h heres tutoris. Quantas autem & cuius temporis vsuras præstare debeat, ex bono & æquo constitui ab iudice oportet.^i

Si fideiussores permittunt se nominari à tutoribus, & in actis nomina sua scribi nihil contradicentes, tenentur ac si stipulatio intercessisset: & hi etiam qui affirmant fideiussores esse idoneos. Item fideiussores à pupillo conuenti habent easdem reputationes contra pupillum quas habent tutores. hoc dicit cum. l. sequen.

3. ¶ Fideiussores à tutoribus nominati si præsentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica passi † sunt: æquum est perinde † teneri, atque si iure legitimo^k stipulatio interposita fuisset. Eadem causa videtur adfirmatorum: qui scilicet cum idoneos esse tutores adfirmauerint,^l fideiussorum vicem sustinent.

V. PAVLVS *libro trigensimooctauo ad Edictum.*

SI cum fideiussoribus tutoris ex stipulatione rem saluam fore agetur, easdem reputationes^m habebunt quas tutor.

VI. PAPINIANVS *libro secundo Responsorum.*

PVpillus cõtra tutores eorũque fideiussores^n iudicẽ accepit. iudice defuncto pri^9 quàm ad eum iretur, contra solos fideiussores alter iudex datus est. Officio cognoscẽtis cõueniet, si tutores soluẽdo sint, & administratio non dispar^o sed communis fuit: portionũ viriliũ admittere rationem ex persona tutorum.

VII. IDEM *libro tertio Responsorum.*

b ¶ *Heredem.* aliàs scilicet in nostris libris est, sed & Pompo. dixit. scilicet. supra *eo.l.j.§.quod penes.*

c ¶ *Conueniri.* ex facto defuncti.

d ¶ *Propria administratio.* non connexa cum eo quod defunctus inchoauit. Accur.

e ¶ *Perseuerauerit.* alia noua inchoando.

f ¶ *Proprio dolo.* vel lata culpa. quod dic vt. C. *de in litem iuran. l.ij.* & *l.alio.* Accursius

g ¶ *Negligentia.* i.^a leuis culpa, sed lata sic: *vt.C.de neg.gest.l.curatoris.* vbi ex psona defuncti tenetur similiter de dolo & lata culpa defuncti, nõ leui: nisi^b in casibus tribus: *vt.C.de here.tu.l.j.* At ipse defunctus tenetur de dolo, lata culpa, & leui. *vt.C.arbi.tut. l.quicquid.* ¶ Itẽ & illud constat, ꝙ etiam leuis culpa seu negligẽtia ei imputatur, si nõ explicet inchoata per defunctũ: *vt.ſ.eo.l.j.*

h ¶ *Præstare debet.* Sed cõtra supra *pro soc.l.socium qui in princ.* & *.§.j* Sed expone vt ibi. & facit. ĩ. *tit.j.non similiter.* Accur.

i ¶ *Oportet.* qui seruabit legem supra *de vsu.l.j.in princ.*

k ¶ *Iure legitimo.* id est, solenni^c stipulatione. ¶ Et sic not. fingi.^d stipulationem vbi non est: *vt supra de adop.l.his verbis.* & *C. de rei vxo.act.l.j.in princ.* & *infra de dam.infec.l.si finita.* ¶ Itẽ not. patientiã^e & præsentiam præiudicare *sic.ſ.de iud.l.quidam.* & *de exerci.l.j.§.magistrum.* & *supra man.l.si remunerandi.§.si passus.* & *infra ad muni.l.ij.§.j.* & *supra nau.cau.sta.l.j.§.si.* & *supra loc. l.cum in plures.§.locator.*

l ¶ *Affirmauerint.* sic.ſ. *de pig.l.fideiussor.§.pater.* & *de instit.l. cuicunque.§.sed & cum fullo.*

a Negligentia pro leui culpa.

b Heres tutoris tenetur de culpa leui defuncti, tribus casibus.

c Ius legitimũ pro solenni stipulatione.

d Fingitur stipulatio intercessisse, vbi nulla re vera intercessit.

e Præsentia & patientia præiudicant.

m S*I cum fideiussoribus.*] *Reputationes.vt.ſ.de compen.l.iiij.* & *C.de exceptionib.l.defensiones.* Quas autem habeat tutor, habes supra *de contrario iudi.l.j.§.fi.* & *.l.ij.* & *.iij.per totum.*

P*Vpillus.*] CASVS. Cum pupillus habuisset tutores tres, & quilibet tutorum dedisset ei vnum fideiussorem rem pupil. sal. fo. & finita esset tutela, & quilibet tutorum soluendo esset, & quilibet eorum administrans, sed cõmuniter cum aliis, & crederet pupil. quõdam tut. malè administrasse: impetrauit à principe literas cõtra eos & contra fideiussores ad quẽdam principem, aliàs iudicem. iure enim isto poteit conueniri simul reus & fideiussor: & etiam prius fideiussor si vult ille qui habet eos obligatos. postea idem iudex mortuus est antequam coram eo irent partes. postea sicut superiora euenerunt de facto, ita & illud aliud euenit, scilicet quòd pupillus impetrauit alium iudicem contra solos fideiussores. Certè sicut tutores prædicti haberent beneficiũ vt viriliter cõdemnentur: *vt.ſ.de tute.* & *rat. distra. §. nunc tractemus.* ita ex persona tutorum habent beneficium fideiussores eorum. Viuianus.

† Patientia apud acta vim habet stipulationis.

† Diuisionis beneficium locum habet inter fideiussores plures, à diuersis tutoribus datos, quibus beneficium competit ex persona ipsorum tutorum.

n ¶ *Fideiussores.* dic à singulis tutoribus singulos fideiussores datos. Vel dic ab vniuersis vniuersos. Vnde sicut tutores, ita & ipsi habent beneficium epistolæ. secus si ab vno tutore darentur plures fideiussores: *vt. ĩ. rem pupilli saluam fore.l.fi.* nisi adultus factus sibi præiudicet de nouo stipulando: *vt infra. l. proxi.* vel aliter eam exponas. Accursius.

o ¶ *Non dispar.* id est non diuisa à testatore, vel à iudice: quia tũc ipso iure fideiussor vnius non tenetur pro altero: *vt.ſ.de admini. tut.l.si minoris.* Et facit ad.l. istam infra *de fideiuss.l.inter eos.* & *.l. fideiussores.in prin.* & *.l.inter fideiussores.*

S*I fideiussores.*] CASVS. Tutor Titij pupilli dedit tres fideiussores, pone rem pup. sal. fo. finita tut. cum pupil. posset ante conuenire fideiussorem quàm tutorem, vt dixi suprà. l.j. fideiussores ab eo impetrauerunt vt prius tutorem conueniret: & præter hoc promiserunt pupil. quondam se reddituros ei illud quod non posset habere à tutore. adultus egit contra tutorem: & cum deberet recipere.xx. non potuit exigere nisi decem. nunc petit residua.x. à fideiussoribus ex secunda stipu. ipsi cum sint soluendo, volunt beneficium diuisionis. quæritur, nunquid habeant illud beneficium? Et dicitur quòd sic: & est ratio, quia licet ipsi aliàs non possunt habere hoc beneficium: vt. ĩ. rem pupil. sal. fo. l. fi. tamen hîc debent habere: quia illud onus fideiussorum quod sustinent aliàs, scilicet ne inter eos diuidatur actio, vt dixi, videtur per adultum susceptũ per cau. secundam, id est, videtur velle adultus stipulando ab eis illud à tutore seruari non posse vt ipsi habeant beneficium diuisionis, sicut habent alij fideiussores qui non promittunt rem pupilli saluam fore, sed aliquid aliud: de quibus habes Instit. tit. de fideius. Et ad dictam rationem est alia ratio. ego video quòd si plures mandent pecuniam credi Titio per Seium, & Seius conueniat mandatores, diuiditur actio inter eos. cur ergo in nostro casu non debeat diuidi? Certè imò debet: quia ita bene soluunt pro alio fideiussores tutoris, sicut faciunt mandatores. Viuianus.

Si fideiu-

a Casum posuis,

a ¶ *Si fideiussores.* fideiussores [a] qui cauerant rem pupilli saluam fore, petierunt vt adultus primò conueniat tutores, quàm eos qui habebant electionem: *vt. C. de fideiusso. tut. l. j.*
b ¶ *Onus.* quod erat ne diuideretur actio: *vt. ĵ. rem pup. sal. fo. l. fi.*
c ¶ *Susceptum.* ab adulto per cautionẽ secũdã: *vt. ĵ. de prato. stip. l. pe.* ¶ Et dic quòd adulto facto fuit facta promissio, & sic sibi præiudicauit. aliàs [b] non haberet locum beneficiũ epistolæ: *vt. ĵ. rem pup. sal. fo. l. fin.* Alij distinguunt in fideiussorib. vnius tutoris: aut simpliciter intercesserunt, & tunc cessat epistola: *vt. d. l. si.* an etiã à principio promiserũt quod ab alio seruari non poterit, vel rẽ pup. sal. fo. quod idẽ est: *vt. C. e. l. fi.* & tunc in illo residuo locum habet epistola: vt hic dicit. sed hæc litera non bene patitur hunc intellectum.

b Epistolæ diui Hadriani beneficiũ quibus casibus locum habeat in fideiussoribus qui rem pupilli saluam fore promiserunt.

SI fideiussores [a] qui rem saluã fore pupillo cauerant, tutorẽ adulescens vt ante conueniret petierant, atque ideo stipulanti promiserunt se reddituros quod ab eo seruari non potuisset: placuit, inter eos qui soluendo essent, actionem residui diuidi, q. onus [b] fideiussorum susceptum [c] videretur. Nam & si mandato plurium pecunia credatur, æquè diuiditur [d] actio. Si enim quod datum pro alio, soluitur: cur species actionis [e] æquitatem diuisionis excludit?

d ¶ *Aequè diuiditur.* vt. C. *de consti. pec. l. fi.*
e ¶ *Actionis.* vbi [c] ergo eadem æquitas, & eadem ratio, & idem ius: *vt. ŝ. ad l. Aquil. l. illud & . C. de li. pra. l. j.* Item facit. ŝ. proxi. cum similibus.

c Æquitas vbi eadem, ibi ius idem & eadem ratio esse debet.

Licèt heres tutoris teneatur de dolo & culpa eius qui iure datus fuit tutor, non tamen eius qui non iure datus fuit. h. d.

VIII. PAVLVS *libro nono Responsorum.*

HEredes eius qui nõ iure tutor vel curator datus administrationi se nõ immiscuit, dolum & culpam præstare non debere. [f] 1. ¶ Paulus respondit, tale † iudicium in heredem tutoris transferri oportere, quale defunctus susceperit. [g] Hoc [h] eò pertinet, vt non excusetur heres si dicat se instrumenta tutelaria non inuenisse. [i] Nam cum [k] ex omnibus † bona fide iudiciis propter dolum defuncti heres teneatur: idem puto obseruandum & in tutelæ actione. Sed constitutionibus [l] subuẽtum est ignorantiæ heredum. Hoc [m] tamen tũc obseruandum est, cum post mortem tutoris heres conueniatur: non si lite contestata tutor decesserit. Nam litis contestatione & pœnales actiones transmittuntur ab vtraque parte, & temporales perpetuantur. [n]

† Inficiatur tã... si ad heredem cũ omni qualitate sua.

† Ignorantia heredis in obligationib. iudicij non subuenitur: secus in quasi contractibus. Bal.

HEres.] CASVS. Licèt heredes tutoris teneãtur de dolo & culpa tutoris iure dati, qui tutor nõdũ administrauit: tamen si non fuit iure datus, non tenentur heredes. [PAVLVS RESPONDIT.] Si lis est contestata contra tutorem etiam de dolo, vel lata culpa, vel negligentia, de omni eo tenetur heres. Sed si lis non erat contestata contra tutorẽ, nunquid tenetur heres de dolo defuncti? Certè sic, puta quia dolosè fecit tutor vt tutelaria instrumẽta perirent. Nam si tenetur heres ex dolo defuncti in omnibus contractibus, bene est quòd teneatur cũ tutelę agitur: sed propter ignorantiam heredum subuenitur eis vt non iuretur contra eos in litem, quamuis contra tutorem in litem iuraretur si viuerent. & hoc dicit vsque ad finem tituli. Viuia.

d Iuris impotentia excusat negligentiã. vt ex hoc loco Baldus videtur colligere.

e Instrumentũ tutelæ, pro inuentario pupillari.

f Argumentũ à simili & minori.

g Lite cõtestata quis magis tenetur, quàm ante litem contestatam.

f ¶ *Nõ debet.* q. ad [d] nec is cui successit, si viueret: *vt. C. de test. tu. l. j.*
g ¶ *Susceperit.* erat ergo lis contestata cum defuncto.
h ¶ *Hoc.* quod dixit Paulus.
i ¶ *Non inuenisse.* dolo vel culpa defuncti: cum lis sit contestata: vt. C. *de here. tuto. l. j.* ¶ Et dic instrumentum [e] tutelę, inuentarium, & c. instrumenta pupilli: *vt. C. de in lit. iur. l. alio.*
k ¶ *Nam cum.* argumentatur [f] à simili: vel à minori. q. d. si lite etiam non contestata tenetur de dolo defuncti heres, *vt hic, & . ĵ. de act. & oblig. l. ex depositi. & l. ex contractibus. & de regu. iur. l. hoc iure. §. fi.* ergo [g] lite contestata multo magis tenetur de dolo etiam & culpa, & omni eo in quo etiam defunctus: vt in prin. l.
l ¶ *Constitutionibus.* istæ cõstitutiones loquũtur in alio casu. s. lite nõ cõtestata, & sic nõ cõtradicũt Paulo: nec corrigũt eum: licèt H. cõtra. & sic nõ tenetur de leui culpa defuncti: sed nec ipse fuit in lata culpa, de qua sola tenetur: *vt. C. de neg. gest. l. curatoris.* quia ignorat vbi sunt illa instrumẽta: *vt & . ĵ. de re iudi. l. qui in alterius.*
m ¶ *Hoc.* quod dicunt cõstitutiones. & sunt istæ constitutiones. *C. de neg. gest. l. curatoris. & de in lit. iuran. l. alio. & similes. & adde quod not. ŝ. eo. l. cum ostendimus.*
n ¶ *Perpetuantur.* facit [h] *Inst. de perpe. & temp. act. §. pe. & . C. ex delic. defunc. l. j.* Accursius.

h Litis contestatione pœnales actiones, transeunt ad heredes: temporariæ verò, perpetuantur.

DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS, &c. ¶ *Tenẽtur etiã magistratus municipales in factum actione ex. S. C. qui iussu prǽsidis tutores vel curatores dederunt vel rẽ saluam fore satis exegerũt vel satisdari nõ curauerũt vel de facultatibus tutorũ prǽsidi falsa renuntiauerũt vel qui eũ de nominibus tutorũ instruxerũt vel qui moniti tutores vel curatores non dederunt. quę actio subsidiaria est. nec enim aliter cõpetit q̃ si nõ sint soluẽdo hi quos supra diximus teneri ex causa tutelæ curationisue. sed & superiores ex edicto prætoris priuilegiariæ sunt, tutelæ, protutelæ, negotiorũ gestorũ, hac nõ est priuilegiaria, itemq́; in heredẽ magistratus non datur omnimodo sicut & quasi pœnalis est, ex dolo aut culpa, nõ ex contractu vel gestu vel quod ad magistratum aliquid peruenerit, licet reuera non pœnã, sed id quod interest persequatur, sicut & quæ in eũdẽ datur si dãni infecti caueri nõ curauerit. l. 4. §. in eũ. De dam. infect. & hac ita fiunt in prouinciis. In vrbe hac actione tenetur scriba vel officialis vel qs alius quẽ prætor dedit vt satis acciperet vel pbaret fideiussores tutorũ et curatorũ vel qui alias prætorẽ instruxit de nominib' aut facultatib. tutorũ. l. vlt. C. e. l. 1. §. si præses. §. Diuus hoc tit. Ipsi magistratus vrbani vel puinciales, quia hac p se nõ obeũt, sed iniungunt aliis, hoc iudicio nõ tenẽtur. itaq; magistratus hoc titu. vt li. 49. tit. 10. vt frequentissimè in his libris, sunt municipales magistratus siue duumuiri.*

DE MAGISTRATIBVS conueniendis.*

TITVLVS VIII.

Ordo decurionum, fideiussores & nominatores magistratuum non tenentur actione subsidiaria, sed bene ipsi magistratus: tamen si ordo suscepit in se periculum, tenebitur hac actione, scilicet hi tantùm qui præsentes fuerunt. Bartol.

I. VLPIANVS *libro trigensimosexto ad Edictum.*

IN ordinẽ sub. CAS. Magistratus alicuius ciuitatis ad quos spectat tutorũ datio, dederunt alicui pupillo tutorẽ pupill' postea factus adultus non inuenit soluẽdo tutorẽ: vnde vult recurrere ad subsidiariã actionẽ q̃ritur, cõtra quẽ possit eã intẽtare? & certè cõtra magistratus prædictos: nõ autẽ cõtra ordinem decurionũ. Itẽ nec cõtra fideiussores prædictorũ magistratuũ qui dederũt tutorẽ & reddit rationẽ. Itẽ nec contra noiatores dictorum magistratuũ. Quod autẽ dixi ordinẽ decurionũ nõ teneri subsidiaria, fallit in casu. s. quãdo receperũt decuriones in se periculũ: & eo casu illi tãtũ qui fuerũt prę̃sentes, tenebũtur. Quod autẽ dixi in magistratibus ciuitatis, & ordine decurionum ciuitatis, intelligas in magistratib. & ordine decurionũ municipij. [NEQVE PRÆTOR.] Quidã sunt qui dãt tutores, nõ tamẽ habẽt necesse exigere satisdationẽ à tuto. rẽ pup. sal. fo. sicut prætor, & quidã alij de quib' dicitẽ Inst. de satisd. tuto. §. fi. Dicitur hic q̃ si illi tales dent tutores, non tenentur subsidiaria. [SI PRÆSES.] Præses Lõbardiæ iussit magistratib. Bonoñ. vt ei renũtient vtrũ Titius sit diues homo: quẽ Titiũ præses vult dare tutorẽ Titio pupillo. & ipsi renuntiauerunt q̃ diues erat satis. postea pręses eũ dedit tutorẽ. quæritur, vtrũ magistratus teneãtur ac si dedissent? & dicitur q̃ non, nisi renũtiauerint falsum per pecuniã vel per gratiã. [SI PRÆSES PROVINCIÆ &c.] Titius pupillus petiit à præside tutorẽ: venit Sempronius vicinus pupilli coram præside, & dixit: Dñe, Gaius idoneus tutor esset isti Titio pupil. præses hoc audito præcepit illis magistratib. illius ciuitatis vnde erat & pupillus & Gaius, vt certiorarẽt eũ vtrũ Gaius esset idoneus: & ipsi renũtiauerũt q̃ sic: & ita pręses dedit eũ Gaiũ tutorem. nunquid isti magistratus tenẽtur? & dicitur q̃ sic. [NON TANTVM.] Videas per te. [SI CVRATORES.] Præses mandauit magistratibus vt se prętorẽ instruãt vtrũ Titius esset idoneus curator cuidã adulto: & ipsi dixerũt q̃ sic: & ipse pręses dedit eũ curatorẽ. dicitur hic q̃ tenentur magistratus. idẽ si mãdauit eis vt darent eũ curatorẽ, vel satisdationem ab eo exigerent. [MAGISTRATIBVS.] Præses mandauit magistratibus Bononiæ vt darẽt tutorẽ Titio, & ipsi nõ dederũt. certè quicquid dãni habuit interim pupil. ei resarcire debẽt. Si autẽ nõ fuit eis mandatũ, nõ tenentur. [SCIENDVM.] Cũ magistratus deberet dare tutorẽ pupillo, vel postquã dedit tutorẽ, debẽs satisdationem ab eo petere, distulit dare vel petere ad tempus successoris sui. Dicitur hic q̃ debet teneri. [DIVVS.] Magistratus dedit tutorẽ Titio: modo debebat ab eo exigere satisdat. rem pupil. saluam fore, & nõ cognoscebat fideiussores quos volebat dare tutor: & ideo elegit vnũ, qui cognosceret vtrũ essent idonei fideiussores. & iste cũ nõ essent idonei, renũtiauit eos idoneos. certè tenebitur pupillo. Vel pone quando præses dabat tutorẽ, & cõmisit magistratui vt cognosceret an essent idonei. [SI INTER MAGISTRATVS.] Duo magistratus dederunt tutorẽ Titio: & conuenerunt inter se, vt si aliquo tempore ageret contra eos pupillus subsidiaria actio. vnus eorum suo periculo responderet. Dicitur

a Additur in indice, & heredibus eorum rectè, vt ostendit, l. 7. ĵ. eo.

hic quòd ius publicum quod dicit vnumquemque teneri, nō possunt suis conuentionibus tollere:ille tamen qui conuenit de sustinendo periculo, prius cōuenietur sicut si solus ipse dedisset tutorem.[SI QVANDO.]Magistratus debent dare tutores de illa ciuitate vnde est pupillus:si autem nō sit de ciuitate vnde est pupillus,idone*,debet quærere in pximis ciuitatibus, & renūtiare hoc præsidi:non autem ipsi sua auctoritate dare. [SI MAGISTRATVS.]Magistratus dederunt tutorem bene idoneū Titio pupillo: & satisdationem ab eo exegerunt.Dicitur hic quòd tenētur subsidiaria si tutor nō inuenitur soluendo tempore depositi officij.quòd si acceperunt satisdationem à dicto idoneo tutore, tunc non tenentur.Quid autem si non exigeret satisdationē, & idone* inuenitur tutor tempore depositi officij? Certè nō tenetur magistratus.Sed pone quod idoneum dederūt tutorem, & idoneum acceperūt de eo fideiussorem: tempore autem depositi officij tutores inueniūtur nō idonei? Dicitur hic q̄ incumbit probatio magistratibus quòd fideiussor fuerit idoneus tempore quo eum acceperunt. [PRIVILEGIVM.]Quamuis pupillus habeat priuilegium in bonis tutoris cum agit contra eum tutelæ, tamen non habet in bonis magistratus cum agit contra eū subsidiaria actione. [EXIGERE.]Quando magistratus exigit satisdationem à tutore, debet facere venire coram se pupil.faceréque eum stipulari à tutore, & à fideiussore eius rē suam sal.fo. si autem pupil. non potest loqui, & habet seruum, seruus stipulabitur. si autem non habeat seruum pupil. notarius vel ipse magistratus stipulatur, & acquiret act.pupil.[SI FILIVSFAMILIAS.] Si filiusfami.voluntate patris magistratum gerens det tutorem,& ab eo non exigat satisdationem: pater non tenetur nisi de peculio. & reddit rationem in fi.l. quia rem publi.sal.fo. videtur promittere pater qui dat voluntatem vt filius decurio creetur:non autem rem pupil.videtur promittere sal.fo.Viuian.

*scilicet decurionum Aug. ad Modest.lib. de excus.tut.

* Vide Augu. lib.1.emen.c.3.

† In arch.doli sed erratum videlicet vrci nitate d. præcedentis Taurell.

† Referibens seu referēs magistratus, ad superiorem id quod falsum sit, in re pupillari, à pupillis conueniri potest.

IN ordinem[a]* subsidiaria actio non dabitur, sed in magistratus,* nec in fideiussores[b] eorum.Hi enim rempublicam saluam fore promittunt, non pupilli. Proinde nec nominatores magistratuū ex hac causa tenebuntur,sed† soli magistratus. Sed si ordo[c] receperit in se periculū: dici debet teneri eos[d] qui præsentes fuerunt. Parui enim refert,nominauerint[e] vel fideiusserint, an in se periculum receperint. Vtilis ergo in eos actio competit. Sed si à magistratibus municipalibus tutor datus sit,non videtur per ordinem[f] electus. 1. ¶Neque prætor,neq; quis alius cui tutoris dandi ius est,[g] hac actione tenebitur.

Magistratus non dantes tutores, sed tantùm renuntiantes eorum facultates, nō tenētur actione subsidiaria: nisi hoc facerent leniti gratia, aut pecunia corrupti, vel nisi præses puinciæ talib⁹ magistratib⁹ præcepisset vt exegissent satisdationē à tutorib⁹.h.d.

2. ¶Si præses prouinciæ denuntiare magistratus tātùm de facultatibus[h] tutorū voluit,vt ipse[i] daret:videamus an & quatenus teneātur.Et extat diui Marci rescriptum, quo voluit eos qui præsidi renuntiāt,[k] non perinde teneri, atq; si ipsi dedissent:sed† si deceperunt, gratia fortè aut pecunia falsa renūtiantes. Planè si præses prouinciç satis eos exigere iussit, non dubitabimus teneri eos etiā si præses dederit. 3. ¶Si præses prouinciç nominibus ab alio acceptis,ad magistratus municipales,remiserit vt se[l] de nominib⁹[m] instruant,[n] & perinde instructus dederit[o] tutores: an exēplo eorū qui prętorem instruunt,debeant magistratus teneri,quęritur. Vtique enim interest,vtrum ipsi magistrat⁹ nomina electa dederint præsidi, an ea quæ ab alio præses accepit, inquisierint. Et puto vtroq; casu sic teneri,quasi* dolo vel lata culpa versati sūt. 4.¶ Nō tantū pupilli,sed etiā successores eorū subsidiaria agere[p] possunt. 5.¶Si curatores fuerūt min⁹ idonei dati,dicēdū est teneri magistrat⁹ oportere,si ex suggestu eorū,[q] vel nominib.ab eis[r] acceptis, p̄ses dederit. Sed & si ad eos remiserit vt ipsi dēt, vel post dationē vt exigerēt satisdationē:periculū ad eos pertinebit. 6.¶ Magistratib⁹ imputatur etiā si omnino tutor vel curator datus nō sit:sed ita demū tenentur,si moniti[s] nō dederint. Ideò dānum qđ impuberes vel adulescentes medio tēpore passi sunt, ad eos magistratus ptinere nō ambigitur, q̄ munere mādato nō paruerūt. 7. ¶ Sciēdū autē est,si magistrat⁹ municipales data opera tutelā distulerint in successores[t] suos,vel si satisdationē data opera traxerint quoad successores accipiāt,nihil eis pdesse.[u] 8.¶Diuus Hadrianus rescripsit, etiā in eū q̄ electus est ad ęstimādas tutorū satisdationes,[x] actionē[y] dādā. 9.¶Si inter magistratus hoc cōuenerit,vt alterius tātū periculo tutores darētur: cōuentiones pupillo non præiudicare diuus Hadriadus rescripsit. Cōuentione enim duumuirorū[z] † ius publicum mutari nō potest.[a] Prius tamen arbitror conueniendum eū qui hoc suscepit: deinde excussis eius facultatibus,tunc veniendū ad collegā:quemadmodū si solus dedisset,[b] diceremus prius eū, deinde collegā adgrediendū.* 10. ¶Si quādo desint in ciuitate ex qua pupilli oriūdi sunt,qui idonei[c] videantur:officiū est magistratuum,exquirere ex vicinis ciuitatibus honestissimū quemq;, & nomina præsidibus prouinciæ mittere, nō ipsos arbitriū dandi sibi vindicare.

11. ¶Si magistratus ab initio tutorem idoneum dedit,& satis non exegit:non sufficit.[d] Quòd

* Tutores dare decuriones non putantur, nisi certis casibus.

a ¶ *In ordinem.* decurionum: quia * tutorum datio ad eos non spectabat: nisi in casu: *vt Cod.de tuto. & cur.da.ab iis.l.vbi.*Accursius.

b ¶ *Fideiussores eorum.*scilicet magistratuum:*vt.j.ad municip.l.ij.§.j.*Sed contra hoc quod dicit de fideius.est.*C.eo.l.j.* Sed ibi loquitur de fideiusso. qui dati erant magistratui pro sua indemnitate:hic de his quos dedit magistratus reip.pro damnis ei illatis.

c ¶ *Sed si ordo.*decurionum.

d ¶ *Eos.*decuriones,& non præsentes.

e ¶ *Nominauerint.*s.aliqui tutores vel fideiussores qui tenentur: *vt not.s.tit.j.l.ij.*

f ¶ *Per ordinem.*decurionum.

g ¶ *Ius est.* s.tantùm: vnde non etiā exigendi satisdationē,vel nominandi tutores.alioquin contra:*vt.s.de admin.tut.l. Aemilius. & ibi plene no.& facit Instit.de satisda.tuto.vel cura.§.fina.*

* quatenus

h ¶ *Tātùm de facultatibus.* non de moribus:Azo.& Hugo.imò nō iussit vt daret,quod potuit:*vt Inst.de Attil.tu.§.sed hoc.* neque q̄ satisdationem acciperet: quia tūc teneretur: *vt.j.§.plane.*

i ¶ *Ipse.*præses.

k ¶ *Renuntiassent.*nomina & facultates tutorum.

l ¶ *Vt se.*præsidem.

m ¶ *De nominibus.* i. de nominatorū facultatibus &moribus.¶Et est hic argu. quòd * iudex debet inquirere de conditione testis.

* Testiū conditio à iudice inquirenda. *Cor.setum sing.*

n ¶ *Instruant.*non facta prædicta denuntiatione.

o ¶ *Dederit.*s.præses.

p ¶ *Agere.*contra magistratum.Accur.

q ¶ *Eorum.*magistratuum.Accur.

r ¶ *Ab eis.* magistratibus.Accur.

s ¶ *Moniti.* per iussum. nam aliter dari nō poterat olim, licèt hodie secus: *vt Institu.de Attil.tut.§.sed hoc iure.* ¶ Et not.admoniti. *sic.j.de dam.infec.l.iiij.§.in eum. & de no.ope.nun.l.de pupillo.§.quis opus.*Accur.

† Duumuiri qui fuerint late explicat Alex ab Alexa. Gen.dier.lib.4.c.16. & Latius Com.reip.Rom. lib.3.c.7.

t ¶ *In successores.*quasi dicat, remittunt hoc onus dandi tutores ad suos successores in dignitate. *sic.s.qui.ex cau.maio.l.sed & si per prætorem.§.proinde si dum vult.*

u ¶ *Prodesse.* quin teneatur.& sic paria[b] sunt non dare,& malè dare: *vt.j.ad munici.l.ij.§.fi.& .j.eo.§.si inter.*

* Toddem iā verb. positus fuit hic §.in l. Diuus.s. De tutorib. & curat. datis ab his &c. nec videtur ad hunc titulum multum pertinere.

b Paria sunt non dare & malè dare.

x ¶ *Satisdationes.* id est, fideiussores, sint idonei vel non.*sic & .s.qui satisda.cog.l.si ab arbitro.*

y ¶ *Actionem.*s.in factum:*vt.C.eo.l.si.*

z ¶ *Duumuirorum.* i. magistratuum municipalium: *vt.C.de iudi.l.finali.*

a ¶ *Non potest.*vt *& .s.de pac.l.ius publicum & de transact.l.iij.in prin.& .j.de admi.re.ad ciui.perti.l.ij.§.ius reipublica.*

b ¶ *Dedisset.* & alter dare negligeret. nam hæc sunt paria,[c] non dare,& malè dare:*vt.s.§.sciendum.*sic & in duobus tutoribus vno gerente,altero non:*vt.s.de admin.tut.l.tutores.§.in eum.*

c Dare non videtur qui malè dat.

c ¶ *Idonei.*facit.*s.de tu.& cura.da.ab iis.l.diuus.& quòd ibi no.*

d ¶ *Non sufficit.*quin teneatur.

Futura.

a ¶ *Futuros casus.* sic. ª j. *de admi. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. si eo. & s. de nego. gest. l. litis. § si pecuniam. & s. de admini st. tu. l. etiam.* Sed contra. j. *eo. tit. l. Lucius. §. Sempronij.* Solu. vt ibi.

b ¶ *Agi potest.* s. finita tutela: *vt. s. de tut. & ra. distra. leg. nisi. & facit. C. de diui. tu. leg. j.*

c ¶ *Fuisse.* quia enim hodie sunt nõ soluẽdo, præsumuntur sic retro fuisse: quod dic *vt. s. de proba. l. non est necesse.*

d ¶ *Priuilegium.* personale vel hypothecæ. Accur.

e ¶ *Exigere.* à fideiussoribus, subaudi.

f ¶ *Seruus.* potest intelligi in vero seruo, vel in tabellione, ᵇ qui seruus esse nõ potest: *vt C. de tabu. l. generali. li. x.* & sic dicitur ꝙ cuilibet de populo seruit. sic ponitur. *s. de adop. l. nõ aliter. & facit ad. §. j. rẽ pup. sal. fo. l. ij. & l. nõ quæritur. et. s. de pac. l. item magistri. & s. de costi. pecu. l. eum qui. §. si actori. & s. de admin. tut. l. quoties. in prin. & s. de procu. l. mutus. § si procurator.*

g ¶ *Rem.* pupilli, non pupillũ: *vt. s. l. j. in prin.*

h ¶ *De peculio.* vt. s. *de pec. l. licet. §. fi.* ¶ Sed cõtra. C. *quod cum eo. l. j. in fin. vbi dicit in solidũ.* So. ibi datus fuit tutor filius: hic ipse aliũ dedit. ¶ Itẽ contra. j. *ad muni. l. ij. §. penul.* vbi ᶜ æquiparat ᵈ patrem fideiussori qui intercessit apud rempublicam: sed fideiussor nullo modo tenetur: ergo nec pater: vt ibi dicit. Respon. non tenetur pater vt fideiussor pupillo suo nomine, vel de suo aliquid dare, sed nomine filij, & vt pater, & de bonis filij, scilicet de peculio: vt hic dicit: licet alij hic somnient in Parnasso.

PRoponebatur.] C A S V S. Magistratus dederunt duos tutores, & ab eis satisda. nõ exegerunt. vnus tutorum decessit pauper: pu. egit cõtra alium: & exegit eum in solidũ. vult ille tutor agere contra magistratus qui non exegerunt satisdationẽ. Certè si sciuit tutor in solidum conuentus à tutore mortuo nõ exactam satisdationem, non aget contra magistratum. aliàs sic. & hoc dicit cum. l. seq.

i ¶ *Dator.* iussu præsidis: non aliàs hoc iure. hodie quãdoque secus: *vt Inst. de Atil. tu. § sed hoc iure.*

k ¶ *Habeat actionem.* de stricto iure. de æquitate quandoque sic: *vt. j. l. proxi.* & sic non abundat præsertim, de stricto iure: quasi diceret, etiam si non est in culpa, non datur actio. & sic est contra *infra. l. proxi.* Sed ibi est de æquitate: quod est infra. Vel dic, non habet vnquam: cũm &c. & abundat præsertim: vt aliàs maximè: *vt C. de testa. ma. l. fin. §. ij.*

a Casus fortuitus nemo regulariter præstat.

b Tabellionis officia fungi seruus non potest.

† Iste §. est singularis secundum Bart. nec reperitur alibi secundum Dy. ideo not.

* in præsentia, in Victorino exemplari.

c Patris (cuius filius factus fit decurio) & fideiussoris similitudo.

d Non tamen in omnibus. quomodo differat & in quibus. vide Alex. de Imol. in. l. cum filius. in princip. j. de verb. oblig.

† Hæc lex requirit singula. reperitur secundum Bart. hic.

si satis exegit, & idoneũ exegit: quãuis postea facultatibus lapsi sint tutores vel fideiussores, nihil est quod ei qui dedit imputetur. Nõ enim debet magistratus futuros ª casus & fortunã pupillo præstare. 12. ¶ Sed & si satis nõ exegit, idone⁹ tamẽ tutor eo tẽpore fuit quo tutelæ agi potest, ᵇ sufficit. 13. ¶ Probatio autẽ nõ pupillo incũbit, vt doceat fideiussores soluẽdo nõ fuisse cũ acciperentur: sed magistratibus, vt doceant eos soluendo fuisse. ᶜ

14. ¶ Priuilegium ᵈ in † bonis magistratus pupillus non habet: sed cũ cæteris creditorib⁹ partẽ habiturus est. 15. ¶ Exigere ᵉ autẽ cautionẽ magistratus sic oportet, vt pupilli seruus, ᶠ aut ipse pupillus si fari potest, & in præsentiarum* est, stipuletur à tutoribus, item fideiussoribus eorũ, rem ᵍ saluã fore; aut si nemo est qui stipuletur, seruus publicus stipulari debet rẽ saluã fore pupillo: aut certè ipse magistratus.

16. ¶ Planè vbi seruus publicus vel ipse magistratus stipulatur: dicendũ est vtilẽ actionem pupillo dandã. 17. ¶ Si filiusfamilias fuerit magistratus, & caueri pupillo non curauerit, aut nõ idoneè cautũ sit culpa ei⁹: an & quatenus in patrem eius actio danda sit, quæritur. Et ait Iulianus in patrẽ de peculio ʰ dãdam, siue volũtate eius filius decurio factus sit, siue nõ. Nã etsi volũtate patris magistratũ administrauerit, attamẽ nõ oportere patrẽ vltra quàm de peculio cõueniri: quasi rempublicam saluam solã fore promittat, qui dat voluntatem vt filius decurio creetur.

Tutor non habet actionem contra magistratum qui dedit contutorẽ nõ sufficientẽ: licet ipse tutor pro contutore suo pupillo satisfecerit, h. d.

II. I D E M *libro tertio Disputationum.*

PRoponebatur † duos tutores à magistratibus municipalibus datos ⁱ cautione nõ exacta: quorũ alterũ inopem decessisse, alterum in solidũ conuentũ satis pupillo fecisse. & quærebatur an tutor iste aduersus magistratum municipalem habere possit aliquã actionem, cum sciret à contutore suo satis nõ esse exactum. Dicebã, cum à tutore satis pupillo factũ sit, neque pupillũ ad magistratus redire posse, neque tutorẽ: cũ nunquã tutor aduersus magistratus habeat actionẽ. ᵏ Senatus enim consultum pupillo subuenit: ˡ præsertim cum sit quod tutori imputetur, quòd satis à contutore nõ exegit, vel suspectum non fecit, si scit* (vt proponitur) magistratibus eum non cauisse.

III. I V L I A N V S *libro vicensimo primo Digestorum.*

QVod si tutor ᵐ ab hac parte culpa vacet: non erit iniquum, aduersus magistratus actionem ei dari. ⁿ

IIII. V L P I A N V S *libro tertio Disputationum.*

NOn † similiter tenẽtur heredes magistratuum, vt ipsi ° tenentur. Nam nec heres tutoris neglegentiæ ᵖ nomine tenetur. Nam magistratus quidẽ in omne periculum ᑫ succedit: ʳ heres ipsius dolo proximæ ˢ culpæ succedaneus est.

V. I V L I A N V S *libro vicensimo primo Digestorum.*

DVo tutores partiti sunt inter se administrationẽ tutelæ, alter sine herede decessit. quæsitum est, in magistratũ qui non curasset vt caueretur, an in alterum tutorem actio pupillo dari deberet. Respondi, æquius esse in alterũ tutorem dari, quã in magistratum. debuisse enim eum, cùm sciret pupillo cautũ non esse vniuersa negotia curare: & in ea parte quam alteri tutori commisisset, ᵗ similem esse ei qui ad administrationem quorundam negotiorum pupilli non accessisset. Nam &

l ¶ *Subuenit.* dumtaxat quasi non tutori, sed contra magistratum: scilicet vtili actione. Accur.

m QVod si tutor. cum superiori continuatur.

n ¶ *Actionem ei dari.* s. tutori cum ei imputari non potest; quòd satis &c. *vt dixi. s. in. l. proxi.* Accur.

NOn similiter.] C A S V S. Si magistratus malum det tutorẽ; & decedat, heres eius non tenetur eodem modo pupillo sicut ipse tenebatur: nam tenebatur de omni culpa; heres autem eius tantùm de dolo & lata culpa magistratus, sicut euenit de herede. Viuianus.

o ¶ *Vt ipsi.* scilicet magistratus. Accur.

p ¶ *Negligentiæ.* id ª est nomine culpæ defuncti: quod dic vt. s. *tit. j. l. cum ostendimus.* Accur.

q ¶ *Omne periculum.* i. ᵇ omnem culpam. *sic s. deposi. l. j. §. sæpe.* nõ ᶜ enim casum præstat: *vt infra de admini. rerum ad ciui. perti. l. ij. § si eo. & facit. l. magistratus:*

r ¶ *Succedit.* i. ᵈ obligatur. simile verbum habes. C. *qui da. tu. pos. l. curatorem.*

s ¶ *Proximæ.* i. de dolo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui: vt. C. *eo. l. ij. & j. eo. tit. l. quod ad.*

DVo tutores.] C A S V S. Hæc lex dicit duo. Primum est tale: Magistratus dedit duos tutores: & ab eis non exegit satisdationem. isti tutores inter se diuiserunt administrationem. postea decessit alter sine herede. pupillus factus est adultus. quæritur, vtrũ possit conuenire pro parte mortui cõtutorem viuum, an magistratum? Et dicitur quòd contutorem. Secundò dicit: Magistratus dedit vnũ tutorem Titio: & ab eo non exegit satisdat. & tutor quædam administrauit, quædam non. Certè prius conuenietur tutor pro iis quæ nõ administrauit, quàm magistratus. Viuian.

t ¶ *Commisisset.* facit C. *de diui. tut. l. ij. & infra ad muni. l. quid ergo. in fi. & supra de administ. tuto. l. Lucius. §. cum testamento. & l. tres tutores. & infra eo. l. penul. & adde quod not. supra de tute. & ra. distrah. l. j. §. nunc tractemus.*

a Negligentia culpæ annumeratur.

b Periculum pro culpa.

c Periculi debitor nõ præstat casum.

* sciuit.

d Succedere pro obligari.

† Heredis persona qualitat actionis alterat.

QVod ad heredem.] C A S V S. Heres magistratus debet teneri de gestis à magistratu causa cognita. vnde si nullo modo magistratus exegit satisda. à tut. pup. debet teneri magistratus tanquã fideiussor: ideoq; relinquit heredẽ suum obligatum si autẽ exegit idoneã, & postea factus est fideiussor nõ soluendo: nõ tenetur heres magistratus, quia nec ipse teneretur. si autem exegit satisdationem non idoneam, & dolo vel lata culpa: tenetur heres: non aliàs.

a ¶ *Omitteret.* hæc est lata culpa magistratus, de qua tenetur heres: *vt.s.eo.l.non similiter.*
b ¶ *Teneatur.* sicut heres fideiussoris.
c ¶ *Recusaret.* vt.s.eo.l.j.§.*si magistratus.*
d ¶ *Euidenter.* i.[a] cum aliquo dolo, vel lata culpa: de quibus tenetur: *vt.s.dixi.* Acc.

a Euidenter cōtrahere, pro dolo interposito vel lata culpa contrahere.

si aliquam partem negotiorum pupilli administrauerit, tenetur etiam ob rem quam non gessit, cum gerere deberet.

Si magistratus nullam exegit cautionem à tutore, tenetur etiam heres eius. si autem exegit cautionem idoneam, & postea factus est fideiussor non soluendo: non tenetur heres magistratus, sicut nec ipse. hoc dicit.

VI. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

QVod ad heredem magistratus pertinet, extat diui Pij rescriptum, causa cognita debere dari actionem. Nam si magistratus tanta fuit negligentia, vt † omnem cautionem omitteret:[a] æquum est haberi eum loco fideiussoris, vt & heres eius teneatur.[b] Si verò cauit, & tūc idonei fuerunt, & postea desierunt: sicut (&) ipse magistratus probè recusaret[c] hanc actionem, ita † & heres multo iustius. Nouissimè non alias ait in heredem actionem dandam, quàm si euidēter[d] magistratus cum minus idoneis fideiussoribus contrahunt.

Si dolo vel lata culpa magistratus non exegerunt cautionem, tenentur insolidum pupillo: alias pro virili. hoc dicit.

VII. CELSVS *libro vndecimo Digestorum.*

IN magistratus qui tutorē dederunt, rogo rescribas vtrū † pro virili portione actio danda sit: an optio sit eius qui pupillus fuit, cum quo potissimum agat. Respondit, Si dolo[e] fecerūt magistratus vt minus pupillo caueretur: in quē vult actio ei dāda in solidū[f] est. Sin[g] culpa dūtaxat[h] eorū,[i] neq; dolo malo id factum est: æquius esse existimo, ꝓ portione in quemq; eorū actionem dari, dum pupillo salua res sit.

VIII. MODESTINVS *libro sexto Responsorum.*

MAgistratus à curatoribus adulti cautionem exegerunt[k] rem saluam fore. Ex his[l] alter sine herede decessit. quæro an indemnitatem in solidum collega eius præstare debeat. Modestinus respōdit, nihil proponi cur non debeat.

Vsuræ possunt à magistratibus exigi eo pacto quo exiguntur à tutoribus, quando conueniuntur actione tutelæ.

IX. IDEM *libro quarto Pandectarum.*

AN in magistratus actione data,[m] cū vsuris sors[n] exigi debeat: an verò vsuræ peti non possint,[o] quoniā constitutū est pœnarū[p] vsuras peti non posse, quæsitū est. Et rescriptū est à diuis Seuero & Antonino, & vsuras peti posse:[q] quoniā eadem in magistratus * actio[r] datur, quæ competit in tutores.

* Fl. magistratibus.

IN magistratum.] CASVS. Quęritur, an pupillus qui vult agere subsidiaria contra magistratus, possit vnum eorum exigere insolidum: an verò debeat eos conuenire pro virili? Et dicitur hic ꝙ si dolo vel lata culpa nō exegerunt satisda. magistratus: potest eos conuenire insolidum pupillus.

e ¶ *Si dolo.* vel[b] lata culpa: *vt.j.patet.*
f ¶ *Insolidum.* nomine doli: qui[c] non potest pro parte committi: *vt s.depositi.l.si duo.*
g ¶ *Sin culpa.* aliàs est in litera, si nulla culpa, s. lata, quæ dolo comparatur.
h ¶ *Dumtaxat.* id est sola sine dolo.
i ¶ *Eorum.* s. magistratuum neque dolo &c. & sub. s. leuis & leuissima culpa interuenit. de quibus tenetur: *vt.s.e. l.non similiter.* aliàs est in litera, sine lata culpa dumtaxat eorum &c. quæ est planior. & est idem sensus. *& facit C. eo.l.si tutor. & s.de admi.tut.l.si plures. & l. si pupillus.*

b Doli & latæ culpæ similitudo.

c Dolosi insolidum tenentur non pro parte.

† A negligentia excusari nō potest, qui omnia omisit.

† Excusatio quæ iusta est defuncto, iustior est hæredi.

MAgistratus.] CASVS. Dederunt tutores cuidam pupil. magistratus, & non exegerunt idoneam cautionem. vnus magistratuum mortuus est sine herede. Certè alter cōuenietur insolidum. Viuianus.

k ¶ *Exegerunt.* minus idoneè. Accur.
l ¶ *Ex his.* s. curatoribus: *vt.s.e.l.duo.* 2. Vel dic. i. magistratibus: *vt C.eo.l.ij. & facit.s.eod. l.j.§.si magistratus.*

† Magistratus singuli insolidum tenentur ratione doli: ratione culpæ habent beneficium diuisionis, & tenetur quilibet pro parte.

AN in magistratus.] CASVS. Tutorē pupillo dedit magistratus, & nō exegit idoneā satisda. tutor administrauit malè in tantū ꝙ tenetur pup. in. x. pro sorte, & in quinque pro vsuris: postea factus est tutor nō soluēdo: & ita pupillus cōuenit magistratū & pro sorte sibi debita à tutore, & pro vsuris, id est pro. xv. quæritur vtrū magistratus teneatur ad vsuras omniū. xv? Et videtur ꝙ non: quia. v. fuerunt vsuræ, & vsuræ vsura peti non potest. Sed respon. quòd sic: quia omnia. xv. sunt facta sors in persona magistratus: quamuis. v. ex illis. xv. essent vsura quo ad tutorem. Viuianus.

m ¶ *Actione data.* pupillo in factum, scilicet subsidiaria.
n ¶ *Sors.* scilicet in quantum tenetur tutor. nam ad idem tenetur magistratus in subsidium. Accursius.
o ¶ *Non possint.* quod videtur, quoniam &c.
p ¶ *Pœnarum* quod exigitur à magistratu, pœna est quo ad eum. & per hoc videbatur excusari ab vsuris: *vt hic. & C.de fisc.vsu.l.j. lib.x.* 2. Vel dic pœnarum, id[d] est vsurarum. q.d. sicut aliàs non præstatur vsura[e] vsuræ, vt est cōstitutum: ita[f] nec vsura huius pœnæ. *pro quo est.s.de neg.gest.l.qui sine. vbi vsuram vocat pœnam.*
q ¶ *Posse.* Contra. *j.ad mun.l.Lucius.§.Paulus.* vbi non tenetur alius in vsuris pro officiali. Sol. hic ipsimet magistratus gesserunt rempub & sic tenentur reipub. pro se, non pro alio: quod non credo: quia quo ad pupillum hic loquitur. Dic ergo quòd hic tenetur pupillus ad vsuras: ibi verò reipublicæ. Vel solue vt ibi.

d Pœna pro vsura.
e Vsura vsuræ non pręstatur.
f Vsura pœnæ non pręstatur.

r ¶ *Actio.* s.[a] tutelæ vtilis. idem tamen si erat curator: quia dabitur in magistratus vtilis neg. gest. 2. Vel dic secūdò eadē quo ad genus, non eadem quo ad speciem: cum ibi tutelæ, hic in factum subsidiaria. simile idem quo ad genus, diuersum, quo ad species. *s. si cer.peta.l.ij.in prin & arg.j.de duo.reis.l.iij.in si.*

a An & quomodo eadem tutelæ datur actio in magistratum quæ in tutores ipsos.

DE REBVS EORVM qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis.†

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

IMperatoris Seueri oratione * prohibiti sunt tutores &

DE REBVS EOrum qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto &c.

¶ *Sequitur aliud S.C. ex quo nō quod gesserit in tutorē curatoremve actio est, sed quod gessit ipso iure nullū est, videlicet si prædia rustica vel suburbana vel eorū prædiorū iura alienauerit vel obligauerit sine decreto prætoris aut præsidis. Idē ex Cōstitutione Cōstantini si prædia vrbana. De rebus igitur, i. de prædiis. & supponēdis, i. pignori obligandis. Cornutus in illū locū, Me tibi suppositū, tanquam aliquod pignus, inquit. Superioris S.C. auctor fuit Traianus.l.pe.C. De mag.cō. Huius autem Seuerus & Antoninus. Cuia.*

IMperatoris.] CASVS. Imperator Seuerus fecit quandā orationē & eam inter senatores recitauit: in verbis cuius orationis continetur ne tuto. vel curato. pupillorum distraherent prædia rustica pupillorum vel etiam suburbana. permittebat tamen dicta oratio distractionem prædictarum rerum in casibus. Vnus est, si parentes prædictorum pupillorum dixerunt in testamento eorum quòd fieret distractio dictarum rerum: vel etiam in codicillis. Secundus est, si tantum æs alienum imminet pupillo, quod ex cæteris rebus non potest solui. Tertius est, si pupillus habet prędium commune cum alio: & socius prouocat tutores & curato. ad diuisionem. nam diuisio dicitur alienatio. Quartus est, si creditor cui pater pupilli obligauit prędium, vendat illud secundum pactum vel legem. Quid si pater pupil. consueuerat prædia emere & reuendere: nunquid prædia quæ emit pater, poterūt tutores vel curatores vēdere? Et certè nō nisi pater hoc iussisset: vt dictum est supra. [SI MINOR.] Titius minor. xxv. annis emit duo prædia à Seio maiore, & ei Titio tradita fuerunt: & sic dominiū eorum fuit ei acquisitum: & Seius venditor habuit ei Titio taliter fidem de pretio, quia conueniunt simul, vt donec Titius emptor solueret ei pretium, Seius venditor teneret prædia loco pignoris. nunquid valet talis pignoris constitutio? Et dicitur quòd non. & est ratio: quia postquam dominium est acquisitum minori, iam cœperunt illa prædia non obligari posse. Sed opponitur ad id quod dixi pignus non valere. nonne pignus quæsitum fuit venditori prædicto cum domino, id est eodem tempore quo translatum est dominium prædiorum in dictum Titium emptorem? Certè sic. ergo videtur quod valeat obligatio: quia non fuit ante quæsitum minori emptori dominium prædiorum, quàm secuta fuerat obligatio pignoris eorundem prædiorum: imò vno & eodem tempore fuit translatum dominium in emptorem, & pignus in venditorem. & sic non videtur habere locum ratio huius. §. ibi, nam vbi dominium &c. Sed certè hæc oppositio non nocet: quia quocunque tempore dominium

† effictum ad morē Grecorū [Greek] vide Bud. l. pr. ff. de pignorib.

* anno vrbis 944.

minium sit quæsitum emptori minori, nunquam potest obligari. Imperatoris tamen rescriptum super hoc impetratum à venditore, bene facit pignus cõfirmari. Item valet dictum pignus si fiscus fuisset qui tali meo minori Titio vendidisset. Item valeret pignus in hoc alio casu: si tutor seu pupillus emit fundum dicto suo pup. ex pec. Titij alterius pupil. & fuit traditus fundus dicto Seio pup. vel dicto suo tutori: sicque dominium eius acquisitum ex dicto Seio pupillo: nunquid habebit tacitum pignus in dicto fundo Titius pupillus ex cuius pec. emptus fuit? Et dicitur quòd sic & hoc dicit vsque ad primum. §. illius. l. sed si pecunia. & ita ponuntur hic quatuor casus. in primo non valet pignus: in aliis sic. Viuianus.

curatores[a] prædia rustica vel suburbana distrahere. 1. ¶ Quæ oratio in senatu[b] recitata est Tertyllo & Clemẽte cõsulibus, idibus Iuniis. 2. ¶ Et sunt verba eius huiusmodi: *Præterea patres cõscripti interdicã tutoribus & curatoribus[c] ne prædia rustica vel suburbana[d] distrahant: nisi vt id fieret, parẽtes testamento vel codicillis cauerint.[e] Quod si fortè æs alienum[f] tantum erit, vt ex rebus cæteris non possit exsolui: tunc prætor vrbanus vir clarissimus adeatur, qui pro sua religione æstimet quæ possint alienari, obligarive debeant: manente pupillo actione, si postea potuerit probari obreptum[g] esse prætori.*

Res propter diuisionem potest sine decreto alienari: aut cum pater pupilli prius eam obligauit, & creditor vendit.

Si communis res erit, & socius[h] ad diuisionem prouocet: aut si creditor qui pignori agrum à parente pupilli acceperit, ius exequetur,[i] nihil nouandum censeo.[k]

Voluntas defuncti volentis dũ viueret rẽ vendere, non facit rem posse sine decreto alienari post mortem: nisi hoc dixit in testamento. h.d.

3. ¶ Si defunctus[l] dũ viueret, res venales habuerit, testamẽto tamen non cauerit vti distraherentur: abstinendum erit venditione. Non enim vtique qui ipse voluerit vendere, idem etiã postea distrahenda putauit.

a ¶ *Curatores.* pupillorum non adultorum: *vt. j. proxi. dicam.*

b ¶ *In senatu.* & ideo quandoque vocatur senatusc. *vt. C. eo. l. j.* quandoque oratio: *vt. C. de cura. fu. l. ij.*

c ¶ *Et curatoribus.* pupillorum, secundum Ioan. quia & ipsi quandoque habent curatorem: *vt Institu. de cura. §. interdum.* nam[a] ad curatores adultorum & aliorum porrigitur sententia, non verba: *vt infra eodem. l. qui neque. §. j.* licet hæc litera videatur contra. *& C. eod. l. j. de cura. fur. l. ij.*

d ¶ *Suburbana.* vt[b] horti in ciuitate: *vt. C. eod. l. si prædium.* hodie idem[c] est in vrbanis & omnibus rebus quæ possunt seruari: *vt. C. de administra. tut. l. lex quæ tutores.*

e ¶ *Cauerint.* tunc[d] etiam sine decreto: *vt hic & C. quando decret. opus non est. l. j. & j. eod. l. magis. §. si fundus.* etiam si est irritatum: *vt infra eod. l. fina.* dum tamen seruet formam in testamento datam: *vt. C. de administra. tuto. l. tutelam.*

f ¶ *Alienum. vt. C. eo. l. ob æs.* Et nota tria[e] necessaria, decretum, & causam alienandi, puta æs alienum, vt hic. item præsentiam tutoris vel curatoris: *vt. C. si propter pup. pensi. l. si.*

g ¶ *Obreptum. vt. j. e. l. magis. §. pe.* & dic[f] id est per mendacium impetratum à prætore vt alienetur.

h ¶ *Socius.* scilicet maior. alioquin secus: *vt. j. eod. l. si pupillorum. & C. eo. l. inter omnes. & arg. C. de fun. do. l. fina.* aliàs est in litera, maior.

i ¶ *Ius exequetur.* quia vendidit: *vt. j. eod. l. si pupillorum. §. si pupillus. & C. si aduer. ven. pig. l. ij. vbi plenè nota.*

k ¶ *Censeo.* quia poterit hoc fieri sine decreto. & hucusque sunt verba orationis. Accur.

l ¶ *Si defunctus.* Nota non spectari consuetudinem[g] patrisfamilias *sic supra de offic. præsid. l. sed licet.* Sed argument. contra. *C. de episcop. audien. l. iij. in princip. & supra de pigno. act. l. vel vniuersorum. & C. de verborum significatione. l. j. & de ædil. edict. l. quod si nolit. §. quia assidua est.* ADDITIO. Dic quod hic non erat consuetudo, sed præsumptio tacitæ voluntatis: cui non statur: quia fortè patri erat vtile, pupillo inutile. hic non erat consuetudo, sed opinio & animi destinatio, secundum Bald. hic facit iste. §. quod licet pater disposuisset ire ad sanctum Iacobum, filius tamen non tenetur ire, nec mittere: nisi ipse in testamento præceperit: *vt extra de voto. c. ij.*

m ¶ *Emerit.* & per traditionẽ acceperit, vt apparet per sequentia.

a Curatorum pupilli iura & quæ de curatoribus pupillorũ constituta sunt, porriguntur ad aliarum personarũ curatores, puta adultorum & aliorum.

b Horti in ciuitate, censentur in suburbanis.

c Suburbanorũ & vrbanorum prædiorum pupilli ius idem.

d Alienare sine decreto res immobiles pupillorũ posse tutores & curatores, si id pater pupilli testamento cauerit: quod ita verum est, si modò seruent formam testamento datam.

e Alienare vt possit res fundi minorũ tutor vel curator, tria necessaria sunt, decretũ, causa alienandi, æs alienum, & præsentia tutoris vel curatoris.

f Obrepere quid sit.

g Consuetudo patrisfamilias non semper attenditur: vt hic: Imò attẽditur: vt hic. alde Glo. Bart. Alberic. in l. si neguia. ff. ĩ. de negotiis.

sed ante traditionem bene tenet loco pignoris: *vt. j. de act. emp. & vendi. l. Iulianus. §. offerri. & de heredi. vend. l. si hereditatis. 2.* Vel dic quod eo[a] ipso quod in pignus accepit, videtur tradere: *vt arg. C. de donat. l. quisquis.* Accur.

n ¶ *Vbi.* id est postquam.

a Tradere venditor emptori rem videtur eo ipso, quod interea dum pretiũ soluatur; rem venditam iure pignoris tenet ex conuentione & lege sua dicta.

Statim pòstquam res minoris esse cæperit, ita efficitur vt obligari vel alienari nullo modo sine decreto possit. Bartolus.

4. ¶ Si minor vigintiquinque annis emerit[m] prædia, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori: nõ puto pignus valere. Nam vbi[n] dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.

II. PAVLVS *libro singulari ad Orationem diui Seueri.*

SEd hîc[o] videtur illud mouere,[p] q cum dominio[q] pignus quæsitũ est,[r] & ab initio obligatio inhæsit. Quòd si à fisco emerit:[s] nec dubitatio est quin ius pignoris saluũ sit. Si igitur talis species[t] in priuato vẽditore inciderit, imperiali beneficio opus est vt ex rescripto pignus cõfirmetur.

Fundus emptus pupillo & traditus pecunia alterius pupilli, est obligatus illi pupillo cuius pecunia fundus est emptus. h.d.

III. VLPIANVS *libro 35. ad Edictum.*

SEd si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus sit comparatus, isque pupillo vel minori traditus: an pignoris obligationẽ possit habere is cuius pecunia fundus sit emptus? Et magis est vt saluũ sit ius pignoris,[u] secundũ cõstitutionem Imperatoris nostris & diui patri eius, ei pupillo cuius pecunia cõparatus est fundus. 1. ¶ Pignori tamẽ capi iussu magistratus vel præ-

o ¶ SEd hic. id est in casu superioris. l.

p ¶ *Mouere.* s. contra pupillum.

q ¶ *Dominio:* aliàs dominio. aliàs domino.

r ¶ *Quæsitum est.* id est dominium absolutum non habuit, sed vt pignori esset apud venditorem quoad hic minor emptor solueret pretium.

s ¶ *Emerit.* scilicet pupillus: *vt. C. in quibus causis pign. ta. contra. l. ij.*

t ¶ *Talis species.* vt *supra eodem. l. proxim.* dixi.

S*Ed si pecunia.*] CASVS. huius legis in princip. satis patuit in fine casus præcedentis. [PIGNORI TAMEN.] Dicti sunt quatuor casus supra eodem. l. prima. §. in quibus potest tutor vel curator vendere minoris prædia. modo videas alios quinque, in quibus valet alienatio vel obligatio ea ratione, quia non fit ex tutoris vel curatoris voluntate, sed ex auctoritate magistratuum. Vnus casus est cum ex contractu paterno pupillus conuenitur: nam tunc potest fundus pupillaris pignori capi, & distrahi iussu magistratus. Item si conuenitur ex suo contractu, bene potest procedere missio in possessionem in fundo pupillari. Secundus casus duos comprehendit, & est vnus quando pupillus non soluit legata vel relicta ab eo à quo institutus fuit. nam poterunt legatarij mitti in possessionem legatorum seruandorum causa. Tertius est quando ædes minoris minantur mihi ruinam: & non vult cauere mihi de damno infecto. nam debeo mitti in possessionem ædium ruinam minantium & in his duobus casibus potest iudex siue prætor procedere ad secundum decretum. Quartus est casus quando tutor pupilli petebat à Titio fundum pupilli sui, & Titius non restituit, imò litis æstimationem obtulit. Certè alienatus est fundus in Titium, & valet alienatio. Quintus casus est quando Titius petebat à me tutore eiusdem pupilli fundum ipsius pupilli. & condemnatus fui, & restitui fundum. Certè & hic valet alienatio. [SI IVS.] Pupilli prędium habet seruitutem in prædio vicini. nunquid potest distrahi illud ius à tutoribus pupilli? Et dicitur quod non, quamuis oratio quæ est supra. l. j. de hoc locuta non fuerit. Et idem est si pupillus habeat vsumfructum in prædio Titij. sed si proprietatem plenam habeat pupillus in aliquo fundo, vsum vel vsumfructum alienare non potest. Item non potest fundo pupilli imponi seruitus, nec remitti si ei debeatur. sed & si pupillus habeat lapidicinas, vel aliquid aliud simile: impeditur alienatio. & hoc vsque ad primum. §. in. l. magis. Viuianus.

u ¶ *Ius pignoris.* vt *supra qui po. in pign. ha. l. idémque. & dic vt ibi not.* ¶ Et nota duo. rem[b] emptam alterius pecunia, esse ei obligatam quod est speciale: *vt. C. arbit. tut. l. curatorem. & de ser. pig. da. l. si creditoribus.* Item priuilegiatus[c] contra priuilegiatum priuilegio vtitur. *sic. j. de mino. l. verum. §. fin. & quib. ex cau. ma. l. si.* Accursius.

b Emptum pecunia alterius; nonnunquã ei obligatum est.

c Priuilegiatus contra priuilegiatũ quandoque priuilegio vtitur.

sidis vel alterius potestatis, & distrahi [a] fundus pupillaris potest. Sed & in possessionem mitti rerum pupillarium à prætore quis potest: & ius pignoris [b] contrahitur siue legatorum seruãdorum causa, siue damni infecti. [&] vt procedat, [c] iuberi etiam possideri [d] poterit. Hæ enim obligationes siue alienationes locum habent, quia non ex tutoris vel curatoris voluntate id fit, sed ex magistratuum auctoritate.

Quod sponte aliquando fit, licèt non valeat: valet tamen si ex necessitate fiat. hoc dicit.

2. ¶ Item quæri potest, si fundus à tutore [e] petitus sit pupillaris, nec restituatur: an litis æstimatio oblata alienationem pariat. Et magis est vt pariat. hæc enim alienatio non sponte tutorum fuit. 3. ¶ Idémque erit dicendum & si fundus petitus [f] sit qui pupilli fuit, & contra pupillum pronuntiatum, tutorésque restituerunt. Nam † & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem.

Non tantùm fundus pupilli non potest sine decreto alienari: sed nec ius pupilli quod habet ad illum fundum: per quod ius sibi quæritur quasi rei vindicatio. hoc dicit.

4. ¶ Si ius [g] ἐμφυτευτικὸν * vel ἐμβατευτικὸν habeat pupillus, videamus an distrahi hoc à tutoribus possit. Et magis est nõ posse: quamuis [h] ius prædij potius [i] sit. 5. ¶ Nec vsusfructus alienari potest, etsi solus fuit vsusfructus pupilli. An ergo hic nec nõ vtendo amittatur, si tutor causã præbuerit huius rei. [k] Et manifestũ est restaurari [l] debere. Sed si proprietatẽ [m] habeat pupillus, nõ potest vsumfructum vel vsum alienare, quãuis oratio nihil de vsufructu loquatur. Simili modo dici potest nec seruitutẽ imponi posse fundo pupilli vel adulescentis, nec seruitutem remitti. [n] quod & in fundo [o] dotali [p] placuit. 6. ¶ Si lapidicinas † vel quæ [q] alia metalla pupillus habuit, stypteriæ, [r] vel cuius alterius materiæ, vel si cretifodinas, argentifodinas, vel quid aliud huic simile.

IIII. PAVLVS *libro singulari ad Orationem diui Seueri.*

QVod tamen priuatis licet possidere.

V. VLPIANVS *libro trigensimoquinto ad Edictum.*

MAgis puto ex sententiã [s] orationis impediri alienationem. 1. ¶ Sed & si salinas habeat pupillus, idem erit dicendum. 2. ¶ Si pupillus alienũ † fundum bona fide emptũ possideat: dicendum puto ne hunc alienare tutores posse. [t] Ea e-

a ¶ *Distrahi.* Contra. j. *quib. ex cau. in posses. eatur. l. in possessionem.* j. Sed hoc intellige cum conuenitur pupillus ex contractu patris, non suo: vt habetur in *eo. tit. l. apud. in prin. &. §. j.*

b ¶ *Ius pignoris.* demum [a] cum ventum fuerit in possessionem: *vt. s. de pigno. act. l. non est.*

c ¶ *Vt procedat.* s. iudex ad secundum decretum. Accur.

d ¶ *Possideri.* ex secundo decreto: non [b] tamen est ad hoc festinandum. & si fiat, poterit restitui pupillus: *vt infra de damn. infect. l. si finita. §. si forte. & §. postea.* & ad idem tendit supra *de mino. l. si ex causa.* Accursius.

e ¶ *A tutore.* i. tutor petit ab aliquo nomine pupilli.

f ¶ *Et si fundus petitus.* id est, aliquis petit à tutore nomine pupilli. & sic est contraria ad superiorem. Sed argu. contra vtrunque supra *de transact. l. cum hi. §. si cum lis. & facit supra de fun. do. l. prima.*

g ¶ *Si ius.* scilicet [c] emphyteusis in prędio fisci vel priuati: *vt. C. eo. l. etiam.* nam habet vtilem in rem pro tali prædio: *vt. s. si ager vecti. l. j. & .ij.* Item dicas in seruitute: *vt. j. ea. l. §. simili modo.*

h ¶ *Quamuis.* per quod videbatur quod possit alienari: sed non potest alienari, quia in fauorem [d] pupilli non potest alienari.

i ¶ *Potius.* quàm pupilli. *sic. s. de neg. gest. l. qui alienum. §. si.*

k ¶ *Huius rei.* id est, non vtendo.

l ¶ *Restaurari.* per in integrum restitutionem: ergo periit. & sic est contra supra *quemadmodum ser. amit. l. si communem.* Solu. illud in prædiali seruitute, quæ non ita facilè amittitur vt vsusfruct. Item contra. j. *de acquiren. rerum domi. l. bona fidei.* Solutio. ibi in rebus corporalibus. Vel dic verius ad vtrunque contrarium: quod hic non admittitur. & quod dicit restaurari, scilicet quatenus de facto exiuit de bonis eius. Accursius.

m ¶ *Si proprietatem.* scilicet plenam.

n ¶ *Remitti.* per pactum: sed non vtendo sic: *vt supra dicere videtur. & arg. supra de vsufru. l. sed & si quid. §. fina.* secundum quosdam: quod non placet: *vt supra quemadmo. ser. amit. l. si communem.*

o ¶ *In fundo.* scilicet dato alicui ab aliquo in dotem.

p ¶ *Dotali.* vt. s. *de fund. do. l. v. & .vj. & s. de alie. iud. mu. cau. fac. l. non solum. §. ad iura. & C. de reb. alie. non alie. l. si.*

q ¶ *Quæ alia.* id est, [e] aliqua alia.

r ¶ *Stypteriæ.* i. alumnis. à Græco verbo στύφω, quod est adstringo. metalli genus. & continua ll. sequentes cum ista.

MAgis.] Casum in princip. huius. l. vide circa fin. casus præcedentis. [SI PVPILLVS ALIENVM.] Quæritur, nunquid fundus quem pupil. possidet bona fide, possit alienari? & dicitur quod non. Quid de fundo pupillo pignerato? Certè distrahi potest, nisi pupillus vel pater eius impetrasset vt iure dominij possiderent, vel nisi sit missus in possessionem ex secundo decreto: quia maritus non cauebat ei de damno infecto. [SI FVNDVS LEGATVS.] Gaius instituit sibi heredem Titium pupillum, & legauit fundum Seio. nunquid tutores pupilli possunt præstare dictum fundum legatario sine auctoritate prætoris? Et distinguitur: Aut fundus erat testatoris: aut pupil. primo casu possunt, secundo non. [SI PVPILLVS.] Titio promisit pupil. fundum: nunquid potest ei dare sine auctoritate prætoris? Et dicitur quod non. secus si pater pupilli promisisset dictum fundum Titio prædicto, vel alius cui succesit pupillus: quia his duobus casibus bene poterit dare. Item si dictus pater pupilli vel alius cui pupil. succesit, vendiderit fundum: cætera potest perficere pupill. Item nunquid pupillus potest repudiare fundum sibi legatum sine auctoritate prætoris? Et dicitur quod non. [NON PASSIM.] Dictum est supra. l. prima. §. quod si fortè. quod propter æs alienum pupilli possunt tutores vendere prædia eius. hic autem dicit quod non indistinctè hoc eis permittitur: & ideo senatores dederunt arbitrium super hoc prætori: cuius prætoris officio conuenit inquirere vtrum aliunde quàm ex prædiorum venditione redigi posit pecu. ad extenuandum æs alienum: & tunc demum permittit venditionem cùm non potest aliunde exolui. Item conuenit eius officio æstimare, vtrum debeat permittere venditionem, vel obligationem. & si permittat obligationem, non debet plus accipi mutuo quam sit necesse propter debitum. si autem permittat venditionem, non debet vendi magna possessio propter paruum debitum. Circa hæc ergo omnia supradicta debet perquirere taliter cum necessariis & parentibus & tutoribus pupil. quòd prædicta obseruentur. [ILLVD QVÆRI POTEST.] Pupillus tutorem Romæ habens habebat in Italia possessiones, & in Roma, & in prouincia: & tutor eius administrabat in omni loco: & pupillus erat in debitis: quare tutor fuit Romæ coram prætore, & monstrauit ei debitum pupilli: & monstrauit similiter quod vtilius erat vendere fundum qui erat in prouincia, quàm aliquem alium. vnde permisit prætor vendere fundum prouincialem. nunquid valet? Et dicitur quod sic. [NE TAMEN TITVLO TENVS.] Dictum est supra eadem. l. §. non passim. quòd prætor debet videre vtrum permittere debeat alienationem, an obligationem propter ęs alienum. Pone ergo quòd permisit vnum, vel aliud: certè debet prætor mittere nuntium ad videndum vtrum pecunia detur creditori, vel non. & debet omnimodo ita facere quòd dicta pecu. soluatur creditori, & non expendatur alibi. [SI ÆS ALIENVM.] Si tutores velint vendere prædia pup. non propter æs alienum, quia id non subest, sed quia dicunt hoc vtile esse pupillis, aliquo modo non debet prætor permittere. & si permittat, non valet quod agitur. [MANET.] Dictum est supra eodem. l. j. §. præterea. versicu. manente. quod manet actio pupillo si posit probare mentitum esse prætori per tutores æs alienum allegantes. iste. §. dicit quæ actio manet pupill. nam habet rei vindi. contra emptorem, & actionem tutelæ contra tutorem. [COMMVNIA PRÆDIA.] Dictum est supra eodem. l. j. §. si communis. quod si pupillus habet commune prædium cum aliquo, socius suus potest eum prouocare ad diuisionem, quæ diuisio est alienatio. iste. §. cum l. sequ. dicit quid contineatur appellatione communis prędij. & est planissima. Viuianus.

s ¶ *Ex sententia.* non per verba.

t ¶ *Posse.* sine decreto: cum sit pupillus quasi [a] dominus. habet enim Publicianam: *vt. s. de Publi. l. j.*

a Pignus prætorium & iudiciale cadit in re minorum, cùm in eius ventum est possessionem.

b Secundum decretum non est, festinatione, interposita aduersus minores concedendum.

c Sicut pupillus non potest alienare ius proprietatis, ita nec vtile dominium, vsumfructum, iura denique.

† Ex sententia declaratoria transfertur dominium secuta traditione.

d Sed remoto fauore pupilli an potest ius emphyteoticarium vendi clausula adiecta, si, & in quantum de iure possum: & an vendens, incidit in pœnam: *Bald. in. c. 1. §. hæc quoque. de success. feu. & in. l. fi. C. de inge. ma.*

* Id ius intelligi potest, quod & quandam detentationem respicit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas ad alium pertineat: quale est ius superficiarij, vel eius qui fundũ vectigalem possideat, vel perpetuarij. Alcia. li. 1. parer. c. 16.

e Hæc iura nõ sunt vsusfructus, sed magis ius quoddam redditum.

† Lapidicina quid proprie dicatur, vide *Bar. [illegible] de contra. emp. & ven. & quomodo differat à vena [illegible], Pau. de Cast. cons. 14.*

† Res cuius nomine Publicianam pupillus habet, non potest alienari sine decreto: secus si nudã tantum facti possessionem habeat.

a Publicianam qui habet, quasi dominus [illegible]

Valet.

nim qua† quasi pupillaris verò distractus est, venditio valet.[a]

3. ¶ Si fundus pupillo pigneratus sit: an vẽdere tutores [possint[b]? & puto.] hunc enim quasi debitoris, hoc est alienũ vendunt. si tamen impetrauerat pupillus vel pater eius, vt iure dominij possideant:[c] consequens erit dicere non posse distrahi quasi prædium pupillare. Idémque & si fuerit ex causa damni infecti iussus possidere.[d]

Fundus alienus legatus à pupillo herede instituto, potest restitui legatario: secus si fundus proprius pupilli legatus sit. hoc dicit.

4. ¶ Si fundus legatus, vel per fideicommissum fuerit relictus Seio à pupillo herede instituto: an tutores restituere[e] hũc fundũ possint sine auctoritate prætoris? Et putẽ, si quidẽ rem suã[f] legauit, cessare orationẽ. Sin verò de† re pupilli, dicendum erit locum esse orationi, nec inconsulto prætore posse alienari.*

Quando pupillus succedit in rem alij promissam vel debitam prius ex venditione, illa res potest alienari in eum cui debetur: secus est si ipse pupillus talem rem immobilem promittat. hoc dicit.

5. ¶ Si pupillus stipulãti spopõderit: an soluere possit sine prætoris[g] auctoritate? Et magis est ne possit: alioquin inuẽta erit alienãdi ratio.[h] 6. ¶ Sed si pater stipulãti fundũ spopõderit, successeritque pupillus in stipulatum:[i] fortius dicetur, sine prætoris auctoritate posse eum reddere.[k] Idémque & si iure hereditario alij[l] successerit, qui erat obligatus. 7. ¶ Eadẽ ratione & si parẽs[m] fundum vendidit, vel quis alius cui pupillus successerit: potest dici pupillũ cætera vẽditionis incõsulto prætore posse perficere. 8. ¶ Fundum autẽ legatum repudiare pupillus sine prætoris auctoritate nõ potest. Esse† enim & hanc alienationẽ, cũ res sit pupilli:[n] nemo dubitat.

9. ¶ Non passim[o] tutorib[o] sub obtentu æris alieni[p] permitti debuit venditio. namque nõ esse viam eis distractionis tributã. & ideo prætori arbitrium huius rei senatus dedit:[q] cuius officio in primis conuenit hoc excutere, an aliunde possit pecunia ad extenuãdum æs alienum expediri. Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel in numerato, vel in nominib[9] quæ conueniri possunt, vel in fructibus cõditis, vel etiam in redituũ spe atq; obuentionũ.* Itẽ requirat num aliæ res sint præter prędia, quæ distrahi possint, ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit. Si igitur deprehẽderit nõ posse aliunde exsolui quàm ex prædiorũ distractione: tũc permittet[r] distrahi, si modò vrgeat creditor, aut vsurarũ modus parendum æri alieno* suadeat.

10. ¶ Idẽ prætor æstimare debebit vtrum vendere potius, an obligare permittat: nec nõ illud vigilãter obseruare, ne plus accipiatur sub obligatione prędiorũ fœnoris, quàm quod opus sit ad soluendũ ęs alienũ, aut distrahẽdũ arbitrabitur: ne propter modicũ æs alienũ magna possessio distrahatur. Sed si sit alia possessio minor, vel minus vtilior pupillo: magis eam iubere* distrahi, quàm maiorem & vtiliorem.

11. ¶ In primis igitur quotiẽs desideratur ab eo[s] vt permittat* distrahi: requirere debet eũ qui se instruat[t] de fortunis pupilli: nec nimium tutoribus vel curatoribus credere:[u] qui nonnunquam lucri sui gratia adseuerare prætori solent necesse esse distrahi possessiones, vel obligari. Requirat ergo necessarios pupilli vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quẽ aliũ qui notitiam rerum pupillariũ habeat: aut si nemo inueniatur, aut suspecti sint qui inueniũtur, iubere debet edi rationes, itémque synopsin[x] bonorum pupillariũ, aduocatúmq; pupillo dare, qui instruere possit prętoris religionẽ, an adsentire venditioni vel obligationi debeat. 12. ¶ Illud quæri potest, si prætor[y] aditus permiserit distrahi possessionẽ prouincialẽ, an valeat quod fecit. Et putem valere,[z] si modò tutela Romæ agebatur, & hi tutores eam quoque administra-

a ¶ *Valet.* aliàs est in litera. non valet: & bona est, & loquitur in eodẽ casu quo supra. aliàs est valet, sine non: & tunc dic quod non erat pupillus, nec habebat tutorẽ: sed sciens alienum possidebãt: *vt infra vt in posses. lega. l. is cui. § bonorum &. §. si deposita.* & tunc loquitur alio casu quàm supra: & valebit sine decreto. Et secundũ vtrumque dic, eius scilicet fundi qui quasi à pupillo distractus est. vnde, &c. *& facit ad §. supra de ali. iudi. l. ex hoc. §. alienare. & l. non solum. & C. eod. l. ij. & si quis igno. rem mi. l. j. & supra de noxa. act. l. quoties. §. j. & infra de adul. l. si postulauerit. §. de eo.* Item quid si rem alienam bona fide sine titulo possideat? an poterit vẽdi sine decreto? Videtur quod sic. nam emptor vsucapit: *vt infra pro empt. l. ij. §. si à pupillo. & de doli except. l. apud. §. si quis nõ tutor. & ij. de iis qui pro tuto. l. ij.* & sic[a] vsucapio non est prohibita: nec ergo alienatio: *vt arg. j. de verbo. signifi. l. alienationis.* Econtra videtur quòd non: quia verba orationis latè patent. nec enim dicunt prædia minorum, sed simpliciter prædia. Item iste casus hic videtur dici, eius enim, &c. si enim vt pupillaris existens venditur, non valet, vt hic. Accursius.

b ¶ *Possint.* & vtique poterunt: hunc enim, &c.

c ¶ *Possideat.* sic. *C. de iure do. impe. l. si.*

d ¶ *Possidere.* ex secundo decreto: & [b] sic fit dominus si prior erat dominus: aliàs vsucapit: *vt infra de dam. infec. l. si finita. §. Iulianus.*

e ¶ *Restituere.* i.[c] præstare. sic ponitur. *j. proxi. §. in fi.*

f ¶ *Rem suam.* testatoris: *& facit. j. de ma. vin. l. si rogatus. in prin.*

g ¶ *Prætoris.* aliàs prętoris: aliàs tutoris. Accursius.

h ¶ *Ratio.* non debet aperiri [d] via malitiis. *sic. j. de trib. l. illud. in fi. & j. de transac. l. cum hi. §. si cum lis.*

i ¶ *In stipulatum.* i. in obligationem ex stipulatu qua pater tenebatur.

k ¶ *Reddere.* i.[e] dare: *vt. j. de verbo. sig. l. verbum reddere. & j. proxi. §. in verbo, restituere. et facit ad. §. C. si aduer. ven. pig. l. ij.*

l ¶ *Alij.* i. quàm patri.

m ¶ *Si parens.* facit. *j. prox. §. & supra de con trahen. emp. l. si fistulas. §. j. & C. quan. decre. opus non est. l. j.*

n ¶ *Pupilli.* nã recta[f] via ad eũ dominiũ rei legatæ transit morte testatoris, siue ab adita hereditate: *vt infra de leg. ij. l. legatum.* & vbi repudiat maior. xxv. an. antequam[a] videtur fuisse eius: *vt infra de leg. j. l. si tibi homo. §. cum seruus.* Item contra. huic. l. videtur supra *de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. si maritus.* vbi dicit quod non videtur donare nec alienare aliquid de suo, sed magis nec lucrari. Sed ibi aliud est: quia non [b] amare nec tanquam inter infensos sunt donationes prohibitæ inter coniuges: *vt in eod. titu. l. si id quod. §. si quis.*

o ¶ *Non passim.* id[c] est, non sine distinctione, vel causæ cognitione. sic ponitur. *j. de postu. l. j. in prin.*

p ¶ *Aeris alieni.* æris alieni hic ideo fit mentio, quia hæc [d] est illa vera causa per quam permittitur distractio: *vt. C. de præd. mi. l. ob æs.* & aliàs per constitutionem, vt in dote & donatione propter nuptias, cum decreto tamen: *vt Cod. si mi. ma. fa. sine decre. fa. alie. confir. l. fi. §. cum autem. & de admin. tut. l. lex quæ tutores. in prin.* Accursius.

q ¶ *Dedit.* vt. j. eod. l. j. §. j.

r ¶ *Permittet.* facit. *j. de pignor. act. l. tutor. in princip.*

s ¶ *Ab eo.* prætore. Accur.

t ¶ *Instruat.* sic *supra eodem titu. l. j. §. si præses.*

u ¶ *Credere.* sic[e] *infra de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & supra de eo per quem factum est. l. j. §. j. & Cod. de assesso. l. fina. ibi, nec facile, &c.* Item excipe hic parentes pupilli si sunt tutores: *vt infra eodem. l. si pupillorum. §. si pater.* Accursius.

x ¶ *Synopsin.* aliàs [f] est, si inops: & tunc dat aduocatum cum salario de publico: *vt no. j. de postu. l. j. §. ait prætor.* aliàs est, si opus sit. Accurs. ADDITIO. Synopsin[g] est in Pand. Flor. Est autem synopsis, compendiũ, quod inuentarium, aut repertorium. Vlpianus. l. tutor qui reper. de administrat. tut. appellat, *ἀναγραφὴν*. l. cum plures. de reb. aucto. iud. pos. Ego inquit, puto creditoribus instrumentorum etiam *ἀναγραφὴν* facere. Ant. Aug. lib. 4. c. 3.

y ¶ *Prætor.* vrbis Romanæ. Accur.

z ¶ *Valere.* contra videbatur: quia in prouinciali re tantùm præses interuenire debet: *vt C. eod. l. ob æs.*

† Scilicet venditione. sic annotauit Taurell. sicque interpretatus est, cũ in archet. legeratúrque. Taurellius in adnotat.

[a] Alienatione permissa permittitur vsucapio, & econtra.

† Legatum rei heredis seu de re heredis factum, nõ transit in legatarium recta via.

* Flo. alienare.

[b] Dominium transfertur ex secundo decreto.

[c] Restituere pro præstare.

[d] Malitiis via non debet aperiri.

[e] Reddere pro dare.

† Repudians, alienat.

[f] Legati dominium à morte testatoris, siue ab adita hereditate, recta via transit in legatarium.

[a] Minoris res alienari non posse sine decreto, cùm eas quarũ verè dominus est, tum & eas quarum est quasi dominus, puta emphyteuma, hinc colligunt Barto. Alberic. hîc. & Aretin. in. l. 1. §. si vir. j. de adq. poss. Iaf. l. 1. j. de rei. iur. Gomez. de restit. minor. Dãhouderius de subhastat.

[b] Donationes inter coniuges nõ amarè, nec tanquam inter infensos prohibitæ.

[c] Passim sit qđ fit sine distinctione & causa non cognita.

* Obuentionum legitur in archetypo. sed Taurel. sic immutauit.

[d] Minorũ bona vt vendi permittatur, vnica causa est, æs alienum.

* Halo. carendum ære alieno.

[e] Tutoribus passim & sine delectu hoc est sine causæ cognitione bonus iudex credere nõ debet.

* Iubeat.

* Fl. seminata.

[f] Male.

[g] Synopsis pro inuentario & repertorio.

...tionem subierant.[a] 13. ¶Ne tamen titulo tenus[b] tutores ære alieno allegato pecunia abutátur quam mutuam acceperunt:[c] oportebit prætorem curare vt pecunia accepta creditoribus soluatur, & de hoc decernere, daréque viatorem,[d] qui ei renuntiet † pecuniam istam ad hoc cóuersam propter quod desiderata est alienatio vel obligatio. 14. ¶Si æs alienum non interueniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere, & vel alia comparare, vel certè istis carere: videndum est an prætor eis debeat permittere. Et magis est ne possit.[e] Prætori enim non liberum[f] arbitrium datum est distrahendi res pupillares: sed ita demum, si æs alienum[g] immineat. Proinde & si permiserit ęre alieno non allegato: consequenter dicemus nullam[h] esse venditionem, nullúmque decretum. Non enim passim distrahi iubere prætori tributum est: sed ita demum, si vrgeat æs alienum. 15. ¶Manet[i] actio pupillo, si postea poterit probari obreptú esse prætori. Sed videndum est, verum in rem, an in personam dabimus ei actionem. Et magis est, vt in rem detur, non tantùm in personam aduersus tutores siue curatores. 16. ¶Communia[k] prædia accipere debemus, si pro indiuiso communia sint. Cæterùm si pro diuiso communia sint,[l] cessante oratione[m] decreto locus erit.

I. IDEM *libro secundo de omnibus tribunalibus.*

SEd si fortè alius proprietatem fundi habeat, alius vsumfructum: magis est vt cesset hæc pars[n] orationis, quæ de diuisione loquitur. nulla enim communio[o] est.

VII. IDEM *libro trigesimoquinto ad Edictum.*

SI pupillorum sint communia prædia, qui diuersos tutores habent: videamus an alienatio locum habere possit. Et cum prouocatio necessaria sit,[p] puto alienationem impediri. Neuter[q] enim poterit prouocare, sed ambo prouocationé expectare. Item si eosdem tutores habeant, multo magis quis impeditam alienationem dicet.

1. ¶ Si pupillus dedit pignori ex permissu prætoris, nonnulla erit dubitatio an alienatio possit impediri. Sed dicendum est posse creditorem ius suum exequi.[r] tutius[s] tamé fecerit, si prius prætorem adierit. 2. ¶ Si pater vel parens tutor sit alicui ex liberis, an prætor adeundus sit si obligare velit? Et magis est vt debeat.[t] Pronior tamen esse debet prætor ad consentiendum patri.[u] 3. ¶Si prætor tutoribus permiserit védere, illi obligauerint, vel contra: an valeat quod actum est? Et mea fert opinio, eum qui aliud fecit quàm quod à prætore decretum est, nihil egisse.[x] 4. ¶ Quid ergo si prætor ita decreuerit: *Vendere, obligaréve permitto*: an possit liberú arbitrium habere quid* faciat? Et magis est vt possit,[y] dummodo sciamus prætorem non rectè partibus suis functum. debuit enim ipse statuere & eligere[z] vtrum magis obligare, an vendere permittat.

a ¶*Subierant.* aliàs non: quia decretum[a] in non sibi subiectum non tenet. Azo. & Hug. *vt. s. de iurisdi. omnium iudi. l. fi. & Instit. de Attil. tut. in prin. & §. sed hoc. & s. de offi. præfect. vrb. l. fi.*

b ¶*Titulo tenus.* allegant titulum debiti, sed non probant.

c ¶*Acceperint.* sub hypotheca rei minoris: & idem si ex pretio védatur. nam de vtroque subiicit. Accursius.

d ¶*Viatorem.* An[b] autem viatori huic credatur? Respond. hoc casu sic: cum & si verum non dicat, consultum sit minori contra tutorem vel curatorem. aliàs autem an credatur? Respond. vt no. *s. de offi. præfec. vrb. l. j. §. & sane. & C. de accusa. l. eadem quidem.* Item facit supra *de iudi. l. fin. & in Authen. de eccle. rebus immobi. ali. § ementibus. coll. v.*

e ¶*Ne possit.* vt. *j. e. l. si fundus.*

f ¶*Non liberum.* sic *supra de transactio. l. cum hi. §. si prætor.* Accursius.

g ¶*Aes alienum.* vel similis causa: quod dic *vt. C. eo. l. ob æs.*

h ¶*Nullam esse.* Nota non tenet decretú[c] iniustum: vt & dicit Ioan. *infra eodem. l. si prædia. & dicto. §. si prætor.*

i ¶*Manet.* sic[d] *C. si aduer. vendi. l. in integrum restitutione. & C. eo. l. si præses. & s. eo. l. j. §. j. & de in ius vocan. l. sed si hac. §. iij.* Accursius.

k ¶*Communia.* exponit hic vltimam partem orationis positæ. *s. e. l. j. §. j. ibi. si communis &c.*

l ¶*Communia sint.* sic ergo &[e] pro diuiso potest dici res communis aliàs: *vt. j. de verbo. significa. l. locus. §. j. licet non hic.*

m ¶*Cessante oratione.* illa parte orationis quę est in. *§. si communis.* sed non tamen cessat prima pars orationis: vt hic subiicit.

n SEd si fortè.] Cesset hæc pars. quæ est supra *eo. l. j. § j. ibi, si communis &c.* sed non cessat prima pars: quia nec[f] vsusfructus nec proprietas alienari potest sine decreto: *vt. s. l. si pecunia. §. nec vsusfructus. & . §. seq.* Accursius.

o ¶*Nulla communio.* vt.[g] *s. de pecu. l. sed hoc quæritur. §. j.* nec vsusfru. cum possessione: *vt. j. de acquirenda posses. l. permisceri.* nec possessio cum proprietate: *vt in eo. tit. l. naturaliter. §. nihil. & vti possidetis. l. si duo. in fine.*

SI pupillorum.] CASVS. Duo pupil. habent duo prædia communia. nunquid possunt diuidere[h] sine auctoritate prætoris? & dicitur quod non. & hoc siue habeant dicti pupilli eosdem tutores, siue diuersos. & reddit rationem in litera. & hoc vsque ad primum. §. [SI PVPILLVS DEDIT.] Dictum est supra eodem. l. j. §. quòd si fortè. & l. magis. §. non passim. quòd tutores cum auctoritate prętoris possunt obligare prædia pupillorum. modò ponamus quòd obligauerunt. nunquid poterit creditor vendere pignus secundum legem quæ permittit aliis creditoribus vendere pignora? & certè poterit: tamen melius faciet, si faciat cum auctoritate prætoris. [SI PATER.] Planissima est. [SI PRÆTOR.] Cum tutor allegaret coram prætore æs alienum pupilli, prætor permisit ei vt venderet pupilli prædium: & ipse obligauit, vel econtra. nunquid valet quod agit? & certè non. sed si prætor ita dixit tutori, permitto tibi vendere vel obligare prædium pupilli: certè est in arbitrio tutoris vtrum vendat, vel obliget: quamuis prætor malè decreuit. [SI OBLIGAVERIT.] Pignus pupilli, puta Codex, erat obligatum Titio creditori patris pupilli quondam. tutor ipsius pupilli Digestum ipsius pupilli obligauit Seio sine auctoritate prætoris, vt satisfaceret Titio primo creditori. nunquid valet obligatio Digesti? certè non: habet tamen Seius exceptio. si pupil. ab eo Digestum repetat. Sed quid si Codicem Titio obligatum obligauit Seio prædicto secundo creditori, & non Digestum: & eandem sortem recepit à Seio secundo creditore quam debebat pupillus Titio primo creditori, & sub eisdem vsuris? certè valet obligatio, & ius primi creditoris transit ad Seium secundum. Viuianus.

p ¶*Necessaria sit.* maioris:[a] *vt supra de leg. j. §. si communis. & C. eodem. l. penult.* sed hic neuter est maior. Accursius.

q ¶*Neuter enim.* secus in Ecclesia: quæ[b] cum possit cum alia permutare: *vt. C. de sacrosanct. Eccles. Authentic. item sibi inuicem.* ergo & diuidere, cum diuisio[c] sit quædam permutatio: *vt no. supra de transactionibus. l. cum hi.* Accursius.

r ¶*Exequi.* vendendo. ad quod. C. *eodem. l. ij.*

s ¶*Tutius* sic. C. *de pig. l. iij. & infra de solut. l. si stipulatus. §. si lancem.* ¶Et not. consilium[d] legis est tutiorem[e] partem eligere. *sic. C. de inter. ma. l. cum proponas. & infra ad Trebel. qui totam. & vt in poss. le. is cui. §. si ex duobus. & supra de inoffi. testa. l. fina. & quod cuiusque vni. no. l. fin. & de peri. & commo. rei ven. l. j. §. licet.*

t ¶*Debeat.* vt. *C. eodem. l. iij.*

u ¶*Patri.* quàm alij tutori vel curatori: *vt supra eodem. l. magis. §. in primis.* & est ratio, affectio:[f] *vt supra de ritu nup. l. non solum. §. de illo. & Cod. de bonis quæ liber. l. fina. §. hoc proculdubio.* Accursius.

x ¶*Nihil egisse.*[g] facit *supra qui. mo. pign. vel hypot. solui. l. sicut. §. si debitor ibi. sed si permisit &c.*

y ¶*Magis est vt possit.* licet[h] ergo fieri non debuit, factum tamen tenet. sic sententia sub conditione lata: *vt infra quando appel. sit. leg. j. §. biduum.* secus in sententia lata sub tali alternatiua[i] quæ esset incerta: *vt infra de verbor. obliga. leg. vbi autem. §. qui id quod.* & ita non valet: *vt. C. de sentent. quæ sine cer. quanti. leg. fina.* tenuit ergo decretum istud iustum: *vt & supra quod met. causa. leg. fin.*

z ¶*Eligere.* vt. *s. eod. l. magis. §. non passim.*

a Decretum in non subiectum non tenet.

b Viatori an credendum sit.

† Gloss. in c. scitatus. super verbo, destinare. de rescr. tenet quod, ista renuntiatio debet fieri literatorie: sicut quando collega alicuius delegati se excusat, quia non possit interesse causæ cognitioni.

c Iniustum decretum nõ tenet.

d Obreptitia pupillo non nocent.

e Pars pro diuiso dici potest, res communis.

f Sine decreto vsusfructus pupillo competens alienari non potest.

g Proprietatis possessionis & vsusfructus nulla est communio.

h Pupillus ad diuisionem regulariter prouocare nõ potest. vide tamé quasdam exceptiones apud Socinum regula 129.

a Diuidere[...] pillus pot[...] prouocetur ad diuisione[m] à maiore.

b Permut[...] ecclesia [...] alia ecclesia potest.

c Diuisio spe[...]cies est permutationis.

* Flo. qui.

d Consiliú legis tutius est eligere.

e Tutiora semper eligenda.

f Patris [...] ctio sequen[...]

g Atque ita decreto iu[...] eis non ha[...] locum arg[...] mentum à [...] iori ad mi[...] r. Romanum [...] gulari ast.

h Factum [...] net. quod ali[...] fieri nõ debu[...]

i Sententia lata sub alternatiua est incerta.

Si obligauit.

a Pignus retineri interdum potest, etiamsi pignoris obligatio non teneat.

a ¶*Si obligauit.* puta prædium rusticum vel suburbanum.
b ¶*Doli mali locus.* aliquando ergo non tenet pignus: est tamen locus retentioni: *vt & no. C. si alt. res pigno. dat. sit l. j.* Accur.
c ¶*Sub pignore.* alioquin si sub nullo: *vt. j. eo. l. si sit* [illegible] *j. &. C. eo. l. vtere.* si autem sub eodem, tunc tenet: *vt. s. pro. as. respon.*
d ¶*Ei.* qui postea credidit, & dic rem quam pignorauit priori.
e ¶*Ius prioris.* vt. *& Cod. de iis qui in priorum cre. l. j. & s. qui po. in pigno. ha. l. qui prior.* Accursius.

Qui neque tutores.] CASVS. Imperatoris Seueri oratio quæ est supra. eo. l. j. dicit quòd tutores & curatores non possunt alienare vel obligare prædia pupillorum, & non dicit de illis qui gerunt pro tutore furiosi, vel pro curatore, nec de curatore furiosi, nec de curatore cuiuslibet alterius. quid ergo dices in eis? & certè dicam idem quod in tutoribus pupillorum & curatoribus adultorum dixit dicta oratio. [AN OBLIGARI.] Dictum est supra. l. j. §. si communis. & l. magis. §. fina. & l. sequẽ. & alibi scilicet qualiter pupillus habens prædia communia cum maiore possit ad diuisionem prouocari à maiore: & ita ad alienationẽ. per quod videbatur quod ipse minor possit alienare vel obligare: quod tamen non est verum. Viuianus.

Si pupillus vult pignus repetere quod tutor obligauit pro pecunia quæ conuersa est in vtilitatem ipsius pupilli, puta quia soluta creditori eius, repellitur exceptione doli. Bartolus.

5. ¶ Si obligauit[a] rem tutor sine decreto quamuis obligatio non valeat, est tamen exceptioni doli locus:[b] sed tunc, cum tutor mutuam acceptam pecuniã ei soluerit qui sub pignore[c] erat creditor. 6. ¶ Item videndum est an & obligare ei[d] rem possit. Et dicendum est, si eandem sortem acceperit, nec grauioribus vsuris, valere obligationem, vt ius prioris[e] creditoris ad sequentem transeat.

VIII. IDEM *lib. 2. de omnibus Tribunalibus.*

QVi neque tutores sunt ipso iure, neq; curatores, sed pro tutore negotia gerũt, vel pro curatore: eos non posse distrahere[f] res pupillorum vel adulescentiũ nulla dubitatio est. 1. ¶ Sed si curator sit furiosi, vel cuius alterius non adulescẽtis:[g] videndum est verum iure[h] veteri valebit venditio, an hanc orationẽ admittemus. Et puto, quia de pupillis princeps loquitur, & cõiũctim† tutoribus curatores accipiunt,* pertinere.[i] Et de cæteris puto ex sententia orationis idem esse dicendum. 2. ¶ An obligari cõmunia[k] possint, queritur. Sed nõ puto sine decreto obliganda. Nam quod excepit oratio, [l] ad hoc

† In archetypo coniuncti. non malè.
* accipiuntur.

f ¶*Distrahere.* vt. *s. de eo qui pro tut. l. ij. & C. de tuto. & cura. qui satis non de. l. in dubium. & supra titu. j. l. consilio. §. j.* Sed contra *infra de doli excep. l. apud. §. si quis non tutor.* nam ibi dicit emptorem vsucapere. igitur tenuit alienatio: alioquin[c] non procederet vsucapio: *vt. j. de vsuca. l. Celsus.* Sol. hîc loquitur de re ipsius pupilli, ibi de aliena, prout ibi no. & facit. *C. de eo qui pro. tu. l. ij.*

b Qui pro tutore & pro curatore negotia gerũt res ipsorum pupillorũ alienare non possunt: alienas possunt.
c Vsucapio requirit titulum.

g ¶*Non adolescentis.* hoc dicit quia in oratione de eo dicitur: & secundum hoc quod. j. dicit de pupillo: sub. & adultis. Item quod subiicit, curatores, s. furiosi & similis, s. mente capti, esse coniunctos tutoribus ratione similitudinis: & quod subiicit, & de cæteris: sub eorum qui suis rebus superesse nõ possunt, & similium. Et secundum hoc quod dicit in prin. vel cuiussuis alterius, s. similis vt mente capti. & si hoc velis dicere verba pertinere ad curatores adultorum: tu dic nõ adolescentiũ: & subaudi, tantùm. Et quod dicit, & puto, soluit de curatoribus adultorum qui sunt coniuncti tutoribus eo quòd finita tutela ipsi accedunt: *vt Insti. quib. mo. tut. fi. §. fi.* & etiam ratione similitudinis. Accur.
h ¶*Iure.* innuit quod ante orationem valebat venditio.

d Curatoris furiosi & adulti similitudo.

i ¶*Pertinere.* s. ad curatorem adulti ad[d] similitudinem tutorũ vel curatorum pupilli: & hoc ex mente orationis: & idem de curatoribus aliorum: *vt subiicit. & j. eo. l. si prædia.*
k ¶*Cõmunia.* pupillo & maiori. ¶ Et dic possit à pupillo vel eius tutoribus. nam socius[e] suũ partẽ bene potest obligare ꝓ indiuiso.
l ¶*Excepit oratio.* vt possit diuidere maiore prouocante: *vt. s. e. l. j. §. si communis.* Accur.
m ¶*Perimatur communio.* quia cõsueuit[f] inducere discordiam: *vt j. de lega. ij. l. cum pater. §. dulcissimis.* Accur.
n ¶*Vt augeatur difficultas communionis.* quod fieret si permitteretur obligatio. Accur.

e Socius partẽ suam pro indiuiso obligare potest.
f Communio discordiam parit.

QVamuis.] CASVS. Quidam tutor desiderans emere rem pupil. sui, puta prædium, subiecit Titium extraneum qui emeret. ipse tamen tutor de suo soluebat pretium, & sibi prædium acquirebatur: vnde fuit coram præside tutor: & probauit pupilli debitum prædicti imminere. & si præses præstitit auctoritatem dictæ venditioni, quæ clam prædicto modo per tutorem fiebat. postea obiit dictus pręses, & habuit successorem in officio. certè successor debet coercere fictionem & fraudem tutoris prædictã, vt alij tutores timeant talia facere. Viuia.

tantum pertinet, vt perimatur communio,[m] non vt augeatur difficultas communionis.[n]

Decretum antecessoris potest reuocare successor. h. d. Bartolus.

IX. IDEM *lib. 5. Opinionum.*

QVamuis antecessor præsidis decreuisset ea prædia venũdari, quæ tutor pupilli subiecto nomine alterius emptoris ipse sibi comparabat: tamen si fraudem[o] & dolum contra senatusconsulti auctoritatem, & fidem[p] tutori commissam deprehendisset successor eius: æstimabit quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum[q] coërcere[r] debeat.

Exceptio quæ incipit competere venditori post contractum: transit ad emptorem. h. d. Bartolus.

X. IDEM *lib. 6. Opinionum.*

ILlicitè[s] post senatusconsultũ pupilli vel adulescẽtis prædio venundato, si eo nomine apud iudicem tutelæ[t] vel vtilis actionis æstimatio facta est, eáque soluta: vindicatio prædij ex æquitate inhibetur.†

XI. IDEM *lib. 3. de officio Proconsulis.*

SI prædia minoris viginti-quinque annis distrahi desiderentur, causa cognita præses prouinciæ debet id permittere.[u] Idem seruari oportet & si furiosi, vel prodigi, vel cuiuscunque alterius prædia curatores velint distrahere.[x]

o ¶*Fraudẽ.* puta[a] quia clam faciebat: vel non auctoritate alterius contutoris: *vt. s. de cõtrahen. emp. l. in emptione. §. fi. & l. non licet. 2.* Alioquin contra: *vt. C. de contrahen. emp. l. cum ipse.*

a Tutor res pupilli, an & quatenus emere ipse seu comparare possit, vel non possit.

p ¶*Fidem.* quam debet pupillo.
q ¶*In exemplum* sieb. *j. de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.* Accur.

b Pœnę ad exẽplũ statuuntur.

r ¶*Coercere.* extra ordinem imponendo ei pœnam: *vt. j. de pœnis. l. sanctio legum.* & per[c] consequẽs retractabit decretũ antecessoris[d] *vt. s. de testamen. tu. l. iure nostro. in princip.* Sed ideo est quia nullum fuit, vel iniustum: quia ipsemet prædecessor si viueret, infringere posset: *vt. C. eo. l. si præses. & C. de distr. pign. l. & qui sub imagine. & C. de accusa. l. iij.* alioquin aliud esset *vt. Cod. senten. rescind. non posse. l. j. & j. de pœnis. l. diui fratres. in princip.*

c Successor decretum iniustũ antecessorum retractare potest.
d Quod limitatur, nisi transisset in cõtractum: quia tũc non reuocaret. *l. quod iussit & ibi Gl. & Bart. j. de decr. ab ordi. facien.*
† Ius excipiendi quæsitũ auctori seu venditori, transit in singularem successorẽ seu emptorem sine cessione.

ILlicitè.] CASVS. Prętori fuit mentitũ per tutorẽ Titij pupilli dictum pupillum esse in magnis debitis, & sic prætor permisit alienationem prædij prædicti pupilli: vnde potest pupillus vindicare prædium ab emptore, vel contra tutorem actione tutelæ agere: *vt. s. eod. l. magis. §. manet.* Pone ergo quod egit vna de illis actionibus: & ille contra quem egit, fuit condemnatus in ęstimationem prædij: & ipse eam soluit pupil. certè non potuit amodò pupillus vindicare prædium. Viuianus.
s ¶*Illicitè.* quia sine decreto: vel cum eo, sed per obreptionem.
t ¶*Tutelæ.* Hoc est dicere: quãdo tutor fuit cõuentus actione tutelæ, vel curator pupilli vtili actione nego. gesto. & restituit pretiũ minori, vel æstimationẽ rei alienatæ: quod emptor est secutus. & sic est contra. *s. de peti. here. l. nec vllam. § penul. & infra de sol. l. Stichum. §. dolo.* vbi dicit soluentem dolo non liberare possidẽtem. Solu. ibi possessor habuit causam à doloso, hîc non, sed à pupillo cuius nomine tutor vendidit. 2. Vel sol. vt ibi. 3. Vel dic qđ agit hic minor contra emptorem vindicatione, quod potest: *vt. s. eo. ti. l. magis puto. §. manet.* & facta est æstimatio tutelæ vel vtilis nego. gest. i. rei alienatæ à tutore vel curatore pupilli, & de qua tenebatur act. tute. vel vtili nego. gest. nam est tutus emptor: *vt. s. eod. l. iij. § item quæri potest.*

SI prædia.] CASVS huius. l. ponitur. s. eod. qui neque. §. j. & est plana hæc. l. & sequen. & dic in ea *vt dixi. s. eod. l. si pupillorum. §. pen. & fin.* Viuianus.
u ¶*Permittere.* ex sententia orationis: *vt supra eodem leg. qui neque. §. j.*
x ¶*Distrahere.* & hoc ex mente, non ex verbis: *vt. s. eod. l. j. §. j. & l. qui neque. §. j.* Accur.

a *Iure veteri cedi tutori poterat actio contra pupillum, hodie non potest.*

a ¶*Non fit contra senatusconsultum.* quod est. ſ. eo. l. j. §. j. Sed contra[a] *in Auth. vt hi qui. §. quod si quis. colla. vj.* Accur.
b ¶*Si cuius.* i. si alicuius pupilli.
c ¶*Creditori.* cui pater pupilli prædium obligauerat. Accur.
d ¶*Succedat.* in pignore, & in alia persona hoc fieri posset: *vt supra eo. l. si pupillorum. §. fina. & facit supra ad maced. l. sed Iulianus. §. penult. & supra de donat. inter virum & vxo. l. si donatæ. §. j.* Accur.

Tutor potest creditori patris pupilli soluere: & in eius locum in pignora succedere. h. d.

XII. MARCIANVS *lib. singulari ad Formulam Hypothecariam.*

NOn fit contra senatusconsultum,[a] si cuius[b] tutor creditori[c] patris pupilli exsoluit, vt eius loco succedat.[d]

XIII. PAVLVS *lib. singulari ad orationem diui Seueri.*

SI fundus sit sterilis, vel saxosus,[e] vel pestilens,[f] vidĕdum est an alienare eum nŏ possit. Et imperator Antoninus & diuus pater eius in hæc verba rescripserunt: Quod allegastis infructuosum esse fundum quem vendere vultis, mouere[g] nos non potest, cùm vtique pro fructuum[h] modo pretium inuenturus sit.[i]

Si tutor vendat prædium pupilli, & ex pretio satisfacit creditoribus paternis: si postea pupillus vult vindicare prædium, & non offerat pretium, repelletur doli exceptione. hoc verum si ex cæteris facultatibus æs alienum pupilli solui non poterit: & si illæ res saluæ erunt ex quarum pretio æri alieno satisfieri poterit. Bartolus.

1. ¶Quamquă autem neq; distrahere, neq; obligare tutor pupillare prædium possit: attamen[k] Papinianus libro quinto respŏsorum ait tutorem pupilli sine decreto prætoris nŏ iure distrahere. Si tamen, inquit, errore lapsus vĕdiderit, & pretium acceptum creditorib. paternis pueri soluerit: quandoque[*] prędium domino cum fructibus vindicăti, doli non vtiliter opponitur exceptio pretium ac medij tĕporis vsuras quæ creditorib. debentur, nŏ offerenti, si ex cęteris eius facultatibus æs alienum solui nŏ poterit. Ego autem notaui, etsi solui potuerit, si tamĕ illæ res saluæ erunt, ex quarum pretio ęri alieno satis fieri potuit, dicendum esse[*] adhuc doli exceptionem obstare, si lucrum captet pupillus ex damno alieno.[l]

SI fundus.] CASVS. Propter debitŭ potest vendi cum auctoritate prætoris prædium pupilli: vt dictum est supra non autem propter hoc quod infructuosum sit. & reddit rationem. [QVAMQVAM.] Dictum est. ſ. l. j. quod tutor non potest vendere vel obligare prædium pup. etiam cum auctoritate prætoris, nisi debitŭ immineat. & hoc per orationem imperatoris Seueri. & quanuis hoc contineatur in dicta oratione: tamen Papinia. iurisco. dixit idem quod oratio, & tantum plus, quod si tutor vendiderit per errorem contra orationem prędictam, & cŏtra dictum ipsius Papi. & soluerit tutor pretium creditoribus paternis dicti pupil. cŭ ex cæteris facultatibus pupilli debitum prædictum solui non posset: & postea pupil. velit vindicare fundŭ ab emptore, & non offerat ei pretium quod soluit idem emptor tutori: & non offerat similiter vsuras medij temporis quæ debentur dictis creditoribus paternis, quod emptor possit pupillum doli exceptione repellere. Paulus autem conditor huius. l. putat idem etiam si ex cæteris facultatibus debitŭ prædictum solui posset, si tamen illæ res saluæ sunt pupillo ex quarum pretio dictum debitum satisfieri potuit, si vendidisset eas tutor. non enim debet pupillus ex alieno damno lucrum habere.

e ¶*Saxosus.* i. saxis plenus nihil[b] vel parum vtilitatis habentibus. Accursius.
f ¶*Pestilens.* pestiferas herbas ferens: *vt. C. de ædil. edi. l. penult.*
g ¶*Mouere.* & sic apparet alienari non posse: *vt hic & ſ. eo. l. magis. §. si æs alienum.* Sed cŏtra[c] in ecclesia.[d] *C. de sacrosſ. eccl. Auth. item prædium.* Item secus in transactione alimentorum: *vt. ſ. de transact. l. cum hi. §. eam transactionem.* Item arg. contra. ſ. *ad Velleia. l. quamuis. §. Marcellus.*
h ¶*Pro fructuum.* ¶No. æstimari[e] rem secundum reditus: *vt. C. de rescind. vend. l. si quos.*
i ¶*Inuenturus sit.* sc. fundus, nisi[f] hoc contigerit emptoris stultitia: *vt. j. ad legem Falcid. l. ij.* quod non est verisimile: *vt. ſ. de proba. l. cum de indebito. §. j.*
k ¶*Attamen.* ab hoc loco, attamen: vsque illuc, si tamen &c. videtur abundare.
l ¶*Ex dăno alieno.* nă non[g] debet trahere occasionĕ iuris ad iniquŭ cŏpĕdiŭ: *vt. C. pro emp. l. fi. & facit. ſ. eo. l. si pupillorŭ. §. pen. & §. fin. & C. eo. l. vtere, & l. si prædium. & j. tit. j. l. consilio. §. j.*

* *pro quandocunque. vt aliàs sæpe.*
b *Paria videntur nihil aut parum.*
c *Fundi minoris & Ecclesiæ infructuosi differentia.*
d *Fundus infructuosus vel similis Ecclesiæ, alienari potest, non solo prætextu quod infructuosus. v. quædam ad hũc locum apud Cepolam. l. vlt. nu. 26. C. pro emptore. adde Glo. l. cŭ hi. l §. eam. ſ. de transact.*
e *Æstimatio rei ducitur ex ipsius rei reditu.*
f *Æstimationes rerum ex communi æstimatione hominŭ ducuntur, non ex stultitia emptorum.*
g *Occasio iuris ad iniquŭ cŏpendium trahi non debet.*

PAulus respondit.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit filium suum pupillum, & iussit quòd prædium Titianum venderetur. postea dictus Titius passus est capitis deminutionem, & ita testamentum suum est factum irritum. tutores dicti pupilli vendiderunt nihilominus dictum prædium iuxta præceptum Titij. certè bene fecerunt. Viuianus.

Testamentum irritum probat voluntatem testatoris. Nico. de Neapol.

XIIII. IDEM *lib. 9. Responsorum.*

PAulus[m] respondit, etsi testamentum patris postea irritum[n] esse apparuerit: tamen tutores pupilli siue curatores filij nihil contra orationem diuorum principum fecisse videri, si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam prædium rusticum pupillare vendiderunt.

m ¶*Paulus.* aliàs incipit, Paulus: aliàs, & si testamentum. Accur.
n ¶*Irritum.* per[a] capitis deminutionem testatoris: *vt Insti. quib. mo. testa. infir. §. alio.* quo testamento continebatur prædium debere vĕdi *vt C. quădo decre. opus nŏ est l. ij. & ſ. eod. l. j. §. j.* de tutore autem non curo an datus erat eodem testamĕto, vel aliàs erat legitimus vel datiuus.

a *v. Mantic. de coniect. vlt. volunt.*
* *Flo. est.*

DE CVRATORIBVS furioso & alijs extra minores dandis.

Pertinent potissimŭ superiores tituli omnes ad curatores qui adolescentibus da itur. Restabat vt doceret etiă dari furioso, demĕti, prodigo, fatuo, muto, surdo, vetri, & laboratib. morbo perpetuo & generaliter alijs omnibus qui rebus suis superesse non possunt. Sed & curatorĕ bonis custodiĕdis dari ab eo relictis cui necdŭ quisquă successit, vel debitoris bonis distrahendis. & de quib. nihil dixerat ante, quinam essent curatores legitimi. Cuia.

DE CVRATORIBVS furioso & [*] alijs extra minores dandis.

TITVLVS X.

I. VLPIANVS *lib. 1. ad Sabinum.*

LEge[o] duodecim tabularum prodigo † interdicitur bonorŭ suorum administratio. Quod moribus[p] quidem ab initio introductum est: sed solĕt hodie prætores vel præsides si talem hominem inuenerint, qui neque tempus neque finem expensarŭ habet, sed bona sua dilacerădo & dissipando profudit,

* *Vulg. furioso & prodigo vel &c.*

LEge.] CASVS. Si aliquis etiă maior. XXV. annis est prodigus, i. talis quòd neq; tĕpus neq; finĕ habet expensarŭ, sed bona sua profundit dilapidando & dissipădo: lex. xij. tabu. iubet q; prætores Romæ, & prędides in prouinciis dĕt ei curatorĕ sicut fieri solet furioso & dictus prodigus & dictus furiosus ipso iure desinunt esse in potestate curatorŭ cŭ sanitatem vel sanos mores receperunt. & etiam bonis interdicitur prodigis. Sed quid si prodigus habet filium probŭ: nunquid filius poterit esse eius curator? & certè sic: licet quidam dicant contrarium, & non solùm prodigo & furioso supradictis datur curator, sed etiam alijs qui rebus suis superesse non possunt: puta mente captis, vel surdis, vel mutis, vel qui morbo perpetuo laborant. Itĕ datur curator quădoque bonis alicuius mortui, veluti quădo heredes ab eo instituti deliberant vtrum adeant vel non. Item scias quòd filius datur curator matri furiosæ. Item datur curator bonis viuentis quădoque, puta cum senator vel eius vxor sunt in ea cŏditione vt propter debita debeant vendi bona eius. & hoc vsque ad. l. obseruare. Viuianus.

o ¶*Lege.* i. auctoritate legis: per[b] iudicem tamen fit interdictio: *vt. j. e. l. vlti. & l. si furioso. §. j.* matre vel alio petente: *vt. ſ. de tut. & cu. da. ab his. l. is qui. §. si.* & ante[c] hoc potest alienare: secus in furioso, cui statim adueniĕte furore ipso iure est interdictŭ. Et secŭdum hoc intellige quòd ambo sunt in curatione agnatorum: *vt Insti. de cura. §. furiosi.* sed furiosus statim post furorem, prodigus statim post interdictionem. Sed arg. contra. ſ. *de tuto. & cura. da. ab iis. l. his qui. §. si. vbi in aliquo conueniunt.*
p ¶*Quod moribus.* s. Lacedæmoniorum: *vt Instit. de iure natu. §. & non ineleganter.* Vel dic ante legem. xij. tabu.

† *Vide fragm. Vlpi. tit. 12. Vel sententi. lib. 3. tit. 5. hi decoctores & nepotes dicuntur. Prodigi (inquit Cic. lib. 2. offic.) qui epulis & visceratiomib. & gladiatorum muneribus, ludorum venationŭ que apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut nullam aut breuĕ sunt relicturi.*
b *Prodigus bonis interdicitur legis auctoritate, non tamen sine iudicis sententia.*
c *Prodigus quătumuis manifeste sit prodigus antequă sit interdictus bonis, alienare bona sua potest: licet aliud sit in furioso.*

Curatorem.

curatorem ei[a] dare, exemplo furiosi. & tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit. Quod si euenerit, ipso iure desinunt[b] esse in potestate[c] curatorum. 1. ¶ Curatio autem eius cui bonis interdicitur, filio negabatur permittenda: sed exstat diui Pij rescriptum, filio potius curationem permittendam in patre furioso, si tam probus[d] sit.

II. PAVLVS. lib. 1. de Officio Proconsulis.

Sed & aliis[e] dabit proconsul curatores, qui rebus suis superesse non possunt: vel dari iubebit. Nec dubitabit[f] filiū quoque patri curatorem dari.

III. VLPIANVS lib. 31. ad Sabinum.

Dum deliberāt[g] heredes instituti adire, bonis à praetore curator datur.

IIII. IDEM lib. 38. ad Sabinum.

Furiosae matris curatio ad filiū pertinet. Pietas† enī parētibus, etsi inaequalis[h] est eorum potestas, aequa[i] debebitur.

V. GAIVS lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

Curator ex senatusconsulto constituitur, cum clara persona, veluti senatoris, vel vxoris eius, in ea causa sit, vt eius bona venire debeant.[k] Nam vt honestius ex bonis eius, quantùm potest, creditoribus solueretur, curator constituitur distrahendorum bonorum gratia, vel à praetore* vel in prouinciis à praeside.

Fictus furor non est sufficiens vt alicui curator detur. h.d.

VI. VLPIANVS lib. 1. de omnibus Tribunalibus.

Obseruare praetorē oportebit, ne cui temere citra causae cognitionem* plenissimum[l] curatorem det: quoniam plerique vel furorem vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto onera ciuilia detrectent.[m]

VII. IVLIANVS lib. 21. Digestorum.

Consilio & opera curatoris tueri debet non solùm patrimonium, sed & corpus ac salus[n] furiosi.

Heredes dementis possunt vindicare praedium alienatum à curatore eius qui satis non dederat rem dementis saluam fore: nisi curator de pretio praedij venditi satisfecerit creditoribus dementis, quia tunc heredes repelluntur doli exceptione. hoc dicit.

1. ¶ Curator demēti datus, decreto interposito vti satisdaret, nō cauit: & tamen quasdā res de bonis eius legitimo modo[o] alienauit. Si heredes dementis easdē res vindicent quas curator alienauit, & exceptio opponetur, *si non curator*[p] *vendiderit*: replicatio dari debet, *aut si** *satisdatione*[q] *interposita secundum decretum vendiderit*. Quòd si pretio accepto curator creditores furiosi dimisit: triplicatio[r] * doli tutos possessores praestabit.

a ¶ *Curatorem ei.* si non habet à lege: *vt Instit. de cura. §. furiosi. & §. sed solent.* Item si est maior. xxv. ann. aliàs dabitur ei vt minori: *vt. s. de tute. l. qui habent.*

b ¶ *Desinunt.* cōtra. *C. eo. l. cum aliis.* vbi nō finitur si speretur redire furor. Sol. ibi habebat interualla: hic continuus vel sol. vt ibi.

c ¶ *In potestate.* i. cura, sic accipitur. *s. de tute. l. j.*

d ¶ *Probus sit.* sic. *j. l. proxi. & l. furiosae. & supra de tuto. & cura. dā. ab iis. l. iis qui.* Accursius.

e *Sed & aliis.* puta mentecaptis, surdis, & mutis, & qui morbo perpetuo laborant: *vt Instit. de cura. §. sed & mente captis & supra de postu. l. j. §. fina. & ll. sequentibus.*

f ¶ *Nec dubitabit.* vt. *s. l. j. in fi.* Accur.

g *Dum deliberant.* facit. *inf. de cur. bonis dan. l. j. & de priui. cre. l. cum idem. & j. quib. ex cau. in posses. ea. l. si diu.*

h *Furiosae matris curatio. Inaequalis.* quia[a] pater habet in potestate, mater non: *vt insti. de adop. §. foemina.* Azo. 2. Vel dic quòd parentes habent filios in potestate, sed filij non habent parentes. prima placet.

i ¶ *Aequa.* filiis erga parentes: & econtra. *sic. s. de inoffic. testa. l. nam & si.*

k *Curator ex sena. Debeant.* etiam eis praesentibus: quod in aliis personis non est ita secundum Hug. sic & aliàs habent priuilegium: *vt Codice de tu. & cur. illust. per l. j.*

Obseruare.] CASVS. Multi sunt maiores. xxv. an. qui fingunt se esse dementes vel furiosos ad hoc vt accipiant curatorem, & sic non subeant onera ciuilia personalia: & ideo praetores debent prouidere vtrum ille qui dicit se furiosum vel dementem, dicat verum, an non. & primo casu dare ei plenum curatorem, secundo autem non.

l ¶ *Plenissimum.* i.[b] administrationem plenissimam habentem. & ex hoc videtur quòd[c] quādo ad speciem vel ad litem vnam datur, non detur causa cognita: nec cum satisdatione. Hug. quod falsum est: *vt. j. rem pupil. sal. fo. l. si ad speciem.* Accursius.

m ¶ *Detrectent.* facit. *s. de his qui no. infa. l. ij. §. est & quartum genus. & facit. j. eo. l. bonorum.*

Consilio.] CASVS. Curator furiosi debet custodire patrimonium furiosi & personā. [CVRATOR.] Praetor dedit curatorem dementi, & decreuit vt curator satisdaret rem demētis saluam fore: & curator non satisdedit, & tamen praedium dementis alienauit iusto pretio, & dementis vtilitate exigente, & cū decreto, sicq; legitimè alienauit. postea decessit dictus demens heredes eius volunt vindicare dictum fundum ab emptore. emptor opponit eis talem excep. rectè vindicaretis fundum si non curator dementis mihi uendidisset: sed quia vendidit, ideo malè agitis. certè heredes dementis possunt replicare aduersus emptorem hoc modo, Rectè opponeres tu emptor dictam excep. cōtra nos heredes. si curator vendidisset tibi dictum praediū praestita ab eo curatore secundum praedictum decretum praetoris satisda. rem demētis sal. fo. sed quia non satisdedit, & sic ius alienandi nō habuit, ideo malè excipis tu emptor. in vno tamen casu habet dictus emptor triplicationem doli contra replicationem praedictam heredū: & sic erit tutus: vel si dictus curator pretium dicti fundi soluit creditoribus demētis. CVM DEMENTIS.] Praetor vel proconsul dedit curatorem dementi: & decreuit quòd satisdaret rem dementis saluam fore. & curator non satisdedit, & incepit res dementis administrare, & malè. vnde praetor remouit eum & substituit alium curatorem loco eius: qui substitutus non satisdedit similitèr, & egit secundus curator contra primū act. neg. gesto. vt redderet rationem eorum quae administrauit & fecit eum condemnari in xx. & illa. xx. ab eo exegit. postea demens decessit, & habuit duos heredes. dicti heredes volunt iterum conuenire primum curatorem vt rationem reddat. primus curator opponit eis except. rei iudi. inter se & secundum curatorem praedictum. certè dicitur hic quòd heredes possunt hoc modo replicare aduersus eum: rectè exciperes tu primus curator aduersus nos heredes dementis, si secundus curator qui egit cōtra te, satisdedisset rem dementis saluā fore: sed nō satisdedit, & sic non habuit ius agendi contra te. ideo malè excipis. in vno tamen casu potest dictus primus curator triplicare de dolo cōtra replicationem dictorum heredum: veluti si curator secundus vertit in rem dementis pecuniam, i. xx. quae ex condemnatione fuit consecutus à primo curatore. [QVAESITVM EST.] Furiosus habebat duos curatores: debitor furiosi soluit vni ex dictis curatoribus, vel vnus ex dictis curatoribus alienauit praedium furiosi. quaeritur nunquid liberetur dictus debitor, & nunquid alienatio facta ab vno legitimè valeat? Et dicitur quòd sic: & ille qui accepit fundum, vsucapiet eum. & ratio est in omnibus supradictis: quia solutio & venditionis contractus, & traditio quae sequitur venditionem, de quibus dictum est, magis est facti, id est administrationis curae in hoc casu, quàm iuris, scilicet cuius auctoritate soluatur cura. in quo iure debent omnes consentire curatores: & ideo in nostris casibus sufficit persona vnius ex curatoribus. nam intelligitur alter consentire, si non cōtradicat. si autem contradicat, non valet quod agitur per alium. Vitianus.

n ¶ *Salus.* sic. *s. de admini. tut. vel. cura. l. cum plures §. pen.* ¶ Et no. quòd hic incipit tractare de officio curatoris.

o ¶ *Legitimo modo.* i.[a] iusto pretio, & dementis vtilitate exigente, & decreto etiam interposito, cum alienatio idipsum exigeret: quia sterilis[b] erat. Accur.

p ¶ *Si non curator.* verba sunt exceptionis, id est, rectè ageres, si non cu. &c.

q ¶ *Si non satisdatione.* verba replicationis, id est, rectè exciperes, si non satisdatio. &c. *& ad hoc. C. de tuto. & cura. qui satis non de. l. fina. & supra. de eo qui pro tuto. l. ij. & supra tit. j. l. qui neque. in princip.*

r ¶ *Triplicatio.* i.[c] duplicatio: *vt Insti. de repli. & facit supra tit. j. l. si pupillorum. §. fin. & l. si fundus. §. quanquam. & j. proxi. §. & C. de praemisso. l. vtere. & C. de vsucap. pro empto. l. fin.*

[a] Pietas parentum in liberos inaequalis est. alia est enim potestas patris & matris in liberos.

† Pietatis liberorum erga parentes exempla aliquot memorabilia habes apud Val. Max. li. 5. c. 4.

[b] Plenissimus curator, qui plenissimā habet administrationem.

[c] Curator etiā ad speciem vel ad vnam litem non datur, sine causae cognitione.

* Vulgò additur, in vrbe.

* Sunt qui emēdent, plenissimā, contra fidē librorum, quibus non adstipulor.

* aut si non.

* Rectè sic Flo.

[a] Legitimo modo rem pupilli, & [illegible] alienat, qui iusto pretio, qui iustum pretio [illegible] vtilitate exigente, qui denique decreto interposito, rem, quae alienati natura sua desiderat, alienat.

[b] Sterilitas fundi, iusta est eius alienādi, & decreti impetrandi causa.

[c] Triplicatio p duplicatione.

a ¶*Cum eodem.* sc. remoto qui in parte fuit condemnatus, in parte absolutus: vt apparet ex sequentibus.
b ¶*Si non is.* i. rectè exciperes, si non is, &c. *& facit. C. in quibus causis in integ. resti. l. pe. & ꝫ. proxi.* §. Accur.
c ¶*Replicatio.* i. duplicatio.
d ¶*Curatori.* l. remoto
e ¶*Fuerat.* sc. à remoto. Accur.

Contra exceptionem rei iudicatæ curatoris primò remoti datur heredibus furiosi replicatio propter secũdum curatorem qui condemnari fecit primùm: & contra secundum datur replicatio ipsi primo: quia conuersa fuit pecunia in vtilitatem dementis. hoc dicit.

2. ¶ Cum dementis curatorẽ, quia satis nõ dederat, & res malè administrarat, procõsul remouerit à bonis, aliúmque loco eius substituerit curatorem, & hic posterior, cum nec ipse satisdedisset, egerit cum remoto negotiorum gestorum, posteáque heredes dementis cum eodem[a] negotiorum gestorum agant, & is exceptione rei iudicatæ inter se & curatorem vtatur: heredibus replicatio danda erit, *aut si*[*] *is*[b] *qui egit, satisdederat.* Sed an replicatio[c] curatori[d] profutura esset, iudex æstimabit. Nam si curator sequẽs pecuniam quam ex condemnatione cõsecutus fuerat,[e] in rem furiosi vertisset, doli triplicatio obstabit. 3. ¶ Quæsitum est, an alteri ex curatorib. furiosi rectè soluetur, vel an vnus rem furiosi alienare possit. Respondi rectè solui. Eum quoque qui ab altero ex curatoribus fundum furiosi[g] legitimè mercaretur, vsucapturum: quia solutio, venditio, traditio, facti[h] magis quàm iuris sunt: ideóque sufficit vnius ex curatoribus persona, quia intellegitur alter consentire. Denique si præsens sit, & vetet solui, vetet venire, vel tradi: neque debitor liberabitur, neque emptor vsucapiet.

VIII. VLPIANVS *lib. 6. de Officio Proconsulis.*

a Curator furiosi rectè alienare potest: vt & ei solui potest.

f ¶ *Rectè solui.* & [a] rectè vnus alienare poterit. nã idẽ intellige in alia quæstione responsum, cum simul quæsitum fuerit. *sic. ꝫ. de diuer. rescr. l. j. & ad exhi. l. si res. & facit ad. §. ꝫ. de admini. tut. l. decreto. §. fin. & C. de aucto. prestã. l. fi. & si vnus ex plurib. tu. l. j. & ij. & ĩ. prox. §. & ꝫ. de exer. l. j. §. si plures. & ĩ. de sol. l. quòd si fortè §. pen.*
g ¶*Furiosi.* vt putabatur: alioquin non procederet vsucapio, cum nec alienari possit. Accursius.
h ¶*Facti.* i. administrationis: *vt. ĩ eo. l. fin.* & magis,[b] ponitur electiuè. Azo & H. quia ergo est de administratione, ergo quilibet potest facere insolidum: *vt & ꝫ. proxi. §. cum suis concor.* non autem iuris scilicet talis cuius auctoritate soluatur cura: vt arrogatione furiosi: vt omnes debẽt cõsentire: *vt C. de aucto. præstan. l. fi.* ¶ Item ei quod dicit, venditio est facti, non iuris: est contra *instit. de rebus cor.* §. j. Sed[c] ibi dicit de obligatione, non de contractu. 2. Item contra supra *de iusti. & iur. l. ex hoc.* Sed ibi dicit quòd ex[d] iure gen. est: nõ autem dicit quòd sit ius. Item facit infra *de condit. & demon. l. in facto.*

b Magis, particula, ponitur electiuè.
* si non is.
c Venditionis contractus est facti, ipsa venditio, iuris.
d Venditio nõ cõtinuo dicẽda est ius esse, licet sit ex iure gentium.

B*Onorum.*] CASVS. Titius decedens reliquit vxorem prægnantem: vnde venter fuit missus in possessionem bonorum defuncti: & fuit datus à prætore curator bonis nomine dicti ventris, & sine inquisitione. certè debet satisdare rem vel bona sal. for. si autem esset datus ex inquisitione, non deberet satisdare. Viuian.
i ¶*Bonorum ventris.* i.[e] nomine bonorum eius qui est in ventre. posset[f] etiam dari idem curator ventri & bonis, vel alteri tantùm: *vt. ĩ. de ventre in pos. mit. l. j. §. quoties.* Accur.
k ¶*Cessat.* sic.[g] *C. de tut. vel cu. qui satis non de. l. ij. & iij. & Inst. de satisda. tu. §. ij.* Item non satisdat curator furiosi si pater in testamento dedit: licèt iudex confirmet. Item & si det iudex, & habet substantiam sufficientem: *vt. C. de epis. audi. l. de creationibus. & C. eod. l. fin. §. sed cum antiquitas. & §. sin autem. & facit Instit. de cura. §. sed solent. & ꝫ. de admi. tu. l. inter bonorum. & supra eo. l. obseruare.*

e Curator bonorum ventris nomine quis dicatur.
f Curator vnus & idẽ dari potest ventri & bonis.
g Curator ex inquisitione datus nõ satisdat: vt & qui testamento patri datus: sed & is qui idonea bona habet.

C*Vius bonis.*] CASVS. Titius cum multos creditores haberet, foro cessit. vnde creditores communi concordia possunt bona eius vendere, & pretium inter se diuidere. & si nolunt ipsi vẽdere, sed vnum curatorem constituere, qui vendat, & pretium inter eos diuidat: possunt hoc facere. modò pone quòd creditores elegerunt cõstituere curatorem vel curatores. postea volũt pœnitere & ipsimet vendere: nũquid possunt hoc facere? certè nõ. Modò pone quòd curator ab eis electus decessit. nunquid tunc poterunt & ipsi vendere? Certè non: imò aliis curator cõstituetur. nec etiam heres curatoris mortui debet onerari vt vẽdat dicta bona, cum accidere possit quòd heres non sit habilis dicto negotio ꝑpter causas quæ nominantur in litera: & cum possit esse quòd curator mortuus habeat plures heredes: & cum possit esse quòd non expediat per omnes heredes administrari: (sæpe enim segnius expediunt commissa negotia plures) & tunc quare vnus heredum potius sit onerandus administrare quàm alij? certè non video quare vnus potius quàm alter. bene ergo dictum est quòd heres curatoris bonorum mortui non est onerandus, imò alius curator eligendus. Viuianus.

† Quis habeat curam præstãdi necessaria mulieri prægnanti. Bart. in l. 1. §. mulier. ꝫ. de ventre in pos. mit.

BOnorum ventris[i] nomine curatorẽ † dari oportet: eúque rem saluam fore viri boni arbitratu satisdare proconsul iubet. Sed hoc, si non ex inquisitione detur. nam si ex inquisitione cessat[k] satisdatio.

IX. NERATIVS *lib. 1. Membranarum.*

CVius bonis[l] distrahẽdis curatores facere senatus permisit,[m] eius bona creditoribus vendere non permisit, quamuis creditores post id beneficium[n] bona vendere[o] mallent.[p] Sicut enim integra re[q] potestas ipsorum[r] est vtrum velint[s] eligendi: ita cum alterum elegerint, altero abstinere debent. Multóque magis id seruari æquum est si etiam factus est curator, per quem bona distraherentur, quáuis nondum explicato eo negotio decesserit. Nam & tunc ex integro alius curator faciendus[t] est, neque heres prioris curatoris onerandus: cum accidere possit vt negotio[u] vel propter sexus vel propter ætatis infirmitatem vel propter dignitatem maiorem[x] minorémve quàm in priore curatore spectata erat, habilis non sit: possint[y] etiam plures heredes ei existere, neque aut per omnes[z] id negotium administrari expediat, aut[a] quicquam dici possit,[b] cur vnus aliquis ex his[c] potissimùm onerandus sit.

X. VLPIANVS *lib. 16. ad Edictum.*

IVlianus scribit eos quibus per prætorem bonis interdictum est, nihil transferre posse

l ¶ *Cuius bonis.* senatuscon.[a] introduxit dari curatorem bonis vendendis, *vt hic, & ĩ. de cura. bo. dan. l. imperator.* debent[b] ergo creditores hoc petere: *vt. ĩ. de cura. bo. dan. l. ij.* & habent[c] electionẽ vt vel ipsi vendant, vel curatorem petant cõstitui: *vt hic, & ĩ. de cura. bo. dan. l. j.* Azo. Accursius.
m ¶ *Nõ permisit.* id est constitutus est à iudice creditoribus petentibus.
n ¶ *Beneficium.* quod est vt curatores eis creditoribus vendant.
o ¶ *Vendere.* hoc non est permissum curatoribus vendere creditoribus.
p ¶ *Mallent.* creditores. Accur.
q ¶ *Integrare.* sic. C. de act. & oblig. l. sicut. & ĩ. de lega. ij. l. statuliberum. §. fi. Et dic re[d] integra, i. antequam curator constituatur.
r ¶ *Ipsorum.* sci. creditorum.
s ¶ *Velint.* vel curatorem petere, vel ipsi bona vendere.
t ¶ *Faciendus.* nõ autem ipsi creditores vendunt. nam videtur ille idem permansisse quo ad hoc vt creditores non vendant. cõstituatur ergo alter curator.
u ¶ *Negotio.* accipe, habilis non sit, quod est. ĩ.
x ¶ *Maiorem.* quam maiorem dignitatem hic heres habet, quam non habebat defunctus: Vel si habebat defunctus maiorem, & sic iste heres minorem habebat: tamen hic heres plura negotia expedire habet quàm defunctus.
y ¶ *Possint.* repete, tamen per omnes. *sic. ꝫ. de admi. tut. l. ij. §. antepen.* Accursius.
z ¶ *Per omnes.* heredes.
a ¶ *Aut.* repete, nec.
b ¶ *Possit.* s. allegari.
c ¶ *Ex his.* heredibus quia magis idoneus.

a Curator bonis vendendis introductus senatusconsulto.
b Curator bonis debitoris vendendis petendus est à creditoribus.
c Curatorẽ bonis vendendis debitori non necessariis petere debent ipsi creditores, cũ ipsi possint vel curatorẽ petere, vel ipsi cedere.
d Res integra in bonis debitoris dicitur, ante curatorẽ bonis eius vendendis constitutum.

I*Vlianus.*] CASVS. Cuidam prodigo interdixit prætor bonis: vt dicitur supra. l. j. nunquid potest aliquid alienare de dictis bonis dictus prodigus? & dicitur quòd non. Secundò dicit quòd curator furiosi sic bene potest rem suam alienare, si eam alienet dicẽs eam esse furiosi. sed rem furiosi tanquam suam alienare non potest. ll. sequen. sunt planæ vsque ad. l. & mulieri. Viuianus.

Nihil

ad aliquem: quia in bonis nó habeant,[a] cum* eis deminutio[b] sit interdicta. 1. ¶ Curator furiosi rem quidem suam quasi furiosi tradere poterit, & dominium transferre:[c] rem verò furiosi si quasi suam tradat, dicendum vt non transferat dominium: quia non furiosi negotium gerens tradiderit.

XI. PAVLVS *lib. 7. ad Plautium.*

PIgnus à curatore furiosi datum valet,[d] si vtilitate furiosi exigente id fecit.

XII. MARCELLVS *lib. 1. Digestorum.*

AB agnato[e] vel alio curatore furiosi rem furiosi dedicari[f] non posse cóstat. Adgnato enim furiosi non vsquequaque[g] competit rerum eius alienatio. sed quatenus negotiorum exigit administratio.

XIII. GAIVS *lib. 3. ad Edictum prouinciale.*

SÆpe ad alium[h] è lege† duodecim tabularum curatio furiosi aut prodigi pertinet, alij prætor administrationem dat: scilicet cum ille legitimus inhabilis ad eam rem videatur.

XIIII. PAPINIANVS *lib. 5. Responsorum.*

VIrum[i] vxori mente captæ curatoré dari non oportet.

XV. PAVLVS *lib. 3. Sententiarum.*

ET mulieri[k] quę luxuriose viuit, bonis interdici potest. 1. ¶ In bonis curatoris priuilegiú[l] furioso furiosæve seruatur. Prodigus, & omnes omnino,[m] etiá si in edicto[n] non sit eorum mentio, in bonis curatoris decreto[o] priuilegium consequuntur.

XVI. TRYPHONINVS *lib. 13. Disputationum.*

SI furioso puberi, quanquam maiori annorú[p] vigintiquinque curatorem pater testamento dederit: eum prætor dare debet secutus patris voluntatem. Manet enim ea datio curationis apud prætorem, vt rescripto diui Marci continetur.[q] 1. ¶ His[r] consequens est, vt & si prodigo curatorem dederit pater, voluntatem eius sequi debeat prætor, cúmque dare curatorem. Sed vtrum omnimodo,[s] an ita si futurum esset vt nisi pater aliquid testamento cauisset, prætor ei bonis interdicturus esset: & maximè[t] si filios habeat iste prodigus? 2. ¶ Potuit tamen pater[u] & aliàs prouidere nepotibus suis, si eos iussisset heredes esse, & exheredasset filium: eíque quod sufficeret, alimentorum nomine ab eis certú[x] legasset, addita causa necessitatéque iudicij sui:[y] aut si nó habuit in potestate nepotes, quoniam emancipato iam filio nati fuissent,[z] sub códitione eos heredes instituere, vt emanciparentur à patre prodigo. 3. ¶ Sed quid si nec ad hoc[a] cósensurus[b] esset prodigus? sed p omnia[c] iudiciú testatoris sequendú est: ne quem pater vero consilio prodigum credidit, cum magistratus propter aliquod* fortè suum vitium[d]* idoneum putauerit.

a ¶ *Non habent.* quantùm ad hanc causam.
b ¶ *Deminutio.* bonorum, & administratio.
c ¶ *Dominium transferre.* cum suam sciret. si ergo loquitur hic cum non errauit: & sic nó obstat. ĵ. *de acquir. rerum domi. l. si procurator.* sed ideo vendebat quasi nomine furiosi, vt ob hoc citius prouocaret ementem, quasi melius forum esset ei facturus. & plenè not. supra *de offic. procu. Cæs. l. j. §. j.* Accursius.
d PIgnus.] *Valet.* si tamen interuenit decretum: *vt. C. eo. l. ij. aut non fuit immobile.* Azo. & ideo dicit pignus, non hypothecá: *vt. ĵ. de verbo. signifi. l. plebs. §. pignus.*
e AB adgnato. curatore.
f ¶ *Dedicari.* i.[a] consecrari. *vt Insti. de rerum diui. §. sacræ. & facit. ĵ. eo. l. fi.* Accur.
g ¶ *Vsquequaque.* i. semper.
h SAepe ad alium. pura agnatum. *& facit. š. de legi. tut. l. j. §. interdum. & l. pen.* Accur.
i VIrum. simile habes. *C. qui tu. da. pos. l. ij. & Instit. de excusa. tuto. §. pen.* & dic vt ibi not.
ET mulier.] CASVS. Dicit hæc l. quod non solùm mulieri mente captæ, sed & ei quę luxuriosè viuit, debet interdici bonis p prætoré. Secundò dicit quod furiosus & furiosa & prodigus & omnes alij quibus dantur curatores, habent priuilegium in bonis curatorum. Viuianus.
k ¶ *Et mulieri.* Ro. interdici[b] bonis meretrici,[c] quia prodiga est suæ persone: per[d] quod præsumitur & rerum. 2. Vel dic luxuriosè, prodigali luxuria: *vt. ĵ. de dam. infec. l. ex damni. circa principium.*
l ¶ *Priuilegium.* personale,[e] vt prçferatur ceteris creditoribus personale habentibus: *vt. ĵ. de priuileg. cre. l. iij. §. fina. cum sequentib.*
m ¶ *Et omnes omnino.* quibus solent dari curatores, exceptis paucis. *vt dicta. l. iij. §. fi. cum seq. & l. idem priuilegium. §. j.*
n ¶ *Edicto.* quod non habemus: quod fortè de furioso & prodigo tantum dicebat.
o ¶ *Decreto.* scilicet dati. Accur.
SI furioso.] CASVS. Filium meú furiosum vel prodigum maioré etiam. xxv. ann. mihi heredem institui, & ei dedi curatoré Titium in testaméto. quę datio non valet. nunquid prætor debet cófirmare dictum curatorem? & dicitur quòd sic: & debet omnimodo sequi voluntatem meam testatoris eiusdémq; patris. &. h. d. vsque ad versi. sed vtrú. & in fi. l. ibi, sed per omnia &c. In dicto auté versi. sed vtrum. facit tales quæstiones quæ possunt ab aliquo fieri: quamuis in fine soluat, vt dixi: nunquid omnimodo debet prætor voluntatem patris sequi in confirmando dicto curatore? an verò ita demum debet sequi, si futurum esset vt prætor dicto furioso bonis interdicturus esset, nisi pater aliquid in testamento cauisset de curatore? & maximè hic quæro, si filios habeat dictus prodigus vel furiosus. & certè videtur in hoc casu quando habet filios prodigus vel furiosus in aui positos potestate, non debere prætorem omnimodo sequi volútatem patris furiosi vel prodigi. quia poterit dictus pater aliter suis nepotibus prouidere, puta si nepotes heredes instituisset, & filium furiosum vel prodigum exheredasset, & ei furioso vel prodigo legasset tantú quod sufficeret ei alimentorum nomine, dicédo in testaméto pater, ideo exheredo filium meú prodigum vel furiosum, & instituo ex eo nepotes, quia timeo ne dilapidet bona: & hæc necessitas inducit me ad exheredandum eum. quo casu non acquirent patri eorum furioso, cum in eius non sint potestate, imò aui. sed & si essent in potestate patris eorum furiosi, sicque ei acquirerent relicta sibi ab auo, adhuc potest consilium adhibere auus: vt relicta à se nepotib. non acquirantur patri eorum furioso: veluti si eos instituat sub códitione vt emanciparentur à patre. si ergo talibus modis potest prouidere auus nepotibus, non videtur quòd semper prætor debeat sequi voluntatem patris illius qui est furiosus vel prodigus. sed ad vnum de istis consiliis posset allegari contrarium hoc, scilicet quid sit si pater nepotum furiosus nollet eos emancipare? certè non sequeretur illud quod dictum est, per omnia igitur melius est sequi voluntatem patris. Viuianus.
p ¶ *Annorum vigintiquinque.* Not. puberé[a] dici tam adultum quá maiorem.
q ¶ *Continetur.* sic. *ĵ. l. proxi. & supra de confir. tut. l. si filio. & C. e. l. fi. §. sed cum antiquitas & de episco. audien. l. de creationibus.*
r ¶ *His.* supra proxi. Accursius.
s ¶ *Omnimodo.* prætor confirmet curatorem à patre datum, siue ille verè sit prodigus, siue etiam non sit, sed pater cum voluit habere curatorem táquam prodigú. hæc quæstio soluitur infra *ea. l. ibi, sed per omnia &c.* vbi dicitur quòd semper eius patris voluntas est sequenda. Vel hoc ideo, ne quem pater prodigum putauit, magistratus propter suum vitium pretio fortè corruptus eum idoneum esse dicat. potuit etiam pater alio modo suo filio prouidere nepotes ex illo prodigo natos instituendo, filio prodigo alimenta cóstituendo: & hoc si sint in potestate: aliàs nepotes sub conditione emancipationis instituendo.
t ¶ *Maxime.* maximè tunc videtur quòd prætor se non interponat. sc. quando habet nepotes ex filio, nisi alias erat se interpositurus, etiam si nihil pater dixisset. & hoc ea ratione, quia etiá pater parum videtur curasse, licet dederit curatoré, cum poterat plenè pater prouidere per hos modos qui hic sequuntur, & non fecit.
u ¶ *Pater.* i. auus: *vt. ĵ. de verb. sig. l. iusta. in fi.*
x ¶ *Certum.* quid sub. Accur.
y ¶ *Iudicij sui.* i. suæ voluntatis.
z ¶ *Fuissent.* & ita sunt in potestate sui patris: *vt Instit. quib. mod. ius patria pote. sol. § fi.* Sed pater ideo eos sub conditione emancipauit, ne suo patri quærant quem auus prodigum reputauit.
a ¶ *Ad hoc.* i. ad emancipationem. aliàs, adhuc.
b ¶ *Consensurus.* nec etiam cogi poterat: *vt Insti. dicto ti. in fi.*
c ¶ *Sed per omnia.* nunc soluit.
d ¶ *Vitium.* quia pretio corruptus: *vt. š. dixi* sc. magistratus. & *sic est. C. de spon. l. iij.* ¶ Item no. de paterni[b] testimonij auctoritate. sic *insti. de excusa. tut. §. j.* Accur.
CVrator.] CASVS. Nunquid curator furiosi potest dare liber-

* nihil habeát.
a Curator pupilli nó potest rem pupilli dedicare seu consecrare: & vt loquitur Baldus, pro eius anima donare.
† Huius legis verba in Rhetor. ad Herennium referuntur: Si furiosus existet, adgnatorú gentiliúmque in eo pecuniáque eius potestas esto.
b Interdicto bonis aufertur libera testandi facultas: *vt. l. is cui bonis. ĵ. de verbo. oblig. & melius in. l. is cui lege. ĵ. qui test. fa. po. & Inst. quib. non est permiss. fac. test. §. item prodigus.* & hęc est optima causa vt meretrix non possit testari, quá ponit Bal. *in c. cú dilect. extra de vita & honesta. cler.* refert & sequitur de. Iason May. *in. l. 4. §. sed quod meretrici. ĵ. de condic. ob turpem caus.*
c Meretrici bonis interdicitur.
d Persone prodiga, præsumitur etiam rerú suarú esse prodiga.
e Hypothecam personalem habet furiosus in bonis curatoris: qua hypotheca præfertur creditoribus aliis, personale priuilegiú habentibus.
a Puber dicitur non modo is qui adultus, sed & qui maior.
* Flo. aliquid.
* iudicium.
b Testimonij paterni summa auctoritas est.

tatem seruo furiosi: & certè non: quia dare libertatem non est ex administratione: sicut si donaret aliquã rem furiosi, nisi manumissio vel donatio prædicta fieret cũ magna vtilitate furiosi, & etiam cũ auctoritate & cognitione iudicis. si autẽ vẽdat curator aliquã rẽ furiosi, q̃ egerit negotia furiosi denariis: valet quod agit. Viu.

a ¶*Præstare.* q̃a ea res &c. *vt.j. de manu.l.ser uus fugitiu.& Cod. qui ma non pos.l.pe.& .s.e. l.ab agnato.*

b ¶*Quod.*i.quia.

c ¶*Vtilitate.* vt[a] matri & similibus: *vt.s.de tu. & rati.distra.l.j.§.sed nonnullos. & de admi. tu.l.cũ plures.§.cũ cura tor.& l.tutor secũd.§.fi. & l.tutor ad vtilitatẽ.*

a Donare ex magna vtilitate & causa curator potest.

XVII. GAIVS *lib.1.de Manumissionibus.*

CVrator furiosi nullo modo libertatem præstare[a] potest: quòd[b] ea res ex administratione non est. Nam in tradendo ita res furiosi alienat, si id ad administrationem negotiorũ pertineat. Et ideo si donandi causa alienet: neq; traditio quicquam valebit, nisi ex magna vtilitate[c] furiosi hoc* cognitione iudicis faciat.

* hoc cum cognitione iudicis nat.

Finit quarta pars Digestorum seu Pandectarum, quæ libros octo singulares continet.

QVI TESTAMENTA faccere, &c.

Quia tut[o]res de quib[us] prædixit. dantur in testamẽtis: de his supponit. & hac est quarta pars Digestorũ:[b] vt.C. de veter.iu. enucle.l.2. §.Quintus. *& præmisit definitionẽ:* vt.j.e.l. j.*ne illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiã interpretationis tractaret &c.* vt.s. de orig.iur.l.j.Accur.

b Hęc cõtinuatio rectior est superiore, Bal. potest & huius ordinis hęc ratio reddi. Dicturus imperator quomodo per vniuersitatem res adquirantur, in primis autem per hereditatẽ quæ aut testa. aut ab intestato defertur, exordium sumere debuit à testamentorum ordinatione. sed neq; hæc proprie est continuatio, sed partitio & sequentium titulorũ dispositio.

SEQVITVR QVINTA pars de Testamentis.

Digestorum seu Pandectarum Liber vicesimus octauus.

QVI † TESTAMENTA facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

TITVLVS I.

† Vulg. de testamẽtis, & qui testamenta fa. &c.

I. MODESTINVS *lib.2. Pandectarum.*

Didicimus iam initio libri xxvj. à cõtractibus auctorẽ fecisse trãsitũ ad quasi cõtractus, quo ex genere est tutelæ vel curationis gestio, de quo satis abũdeq; dictũ est libro xxvj. & xxvij. Est & ex eodẽ genere aditio hereditatis vel immistio, vel gestio pro herede l.3.§.vlt.l.4. Quib. ex cau.in pos.eat. vel petitio bonorũ possessionis.l.pen. de separat. vel etiã necessaria successio serui instituti à domino. Omnis enim successio siue voluntaria siue necessaria est quasi cõtractus. & huius modo gratia reuoluere parat omnia testamẽtorum, hereditatũ, & bonorũ possessionũ iura, vt quasi contractus aliũ quasi contractũ adiungat ac primũ quidẽ quia non est iusta hereditas iustumue testamentum, nisi is qui fecit testamenti factionem habuerit, & nisi secundũ regulas iuris ciuilis testatus sit, declarat qui testamenta facere possunt, & puberes nimirũ posse patresf. ciues Romanos sana mentis neque mutos neq; surdos, & quẽadmodũ testamenta fiant. i. quibus solennitatib. adhibitis, & solẽnitatem potissimum eam quæ consistit in testiũ numero & in suscriptionib. ac signis & in tẽpore ac loco, quo vna cõuenire debent, & in eis rogandis & prædicenda causa ꝓpter quam adhibentur. Declarat etiam conditionẽ testium qualem esse oporteat. Testamenti autem definitionẽ aliam habemus Modestini, aliã Vlpiani, vtranq; perfectam. Sed placet etiã Quintiliani. Testamentum est volũtas defuncti consignata iure legibusque ciuitatis. placebit quoque si ita definieris, Testamentum est datio hereditatis. exempli gratia, Lucius heres esto, testamentum est. Cuiac.

d TEstamentum.] *Iusta sententia.* id est solẽnis iuris solẽnitate subnixa. nam non solẽnis non valet *vt Insti.de her.ab intest.in prin.* Item iusta, id est legitima. alias nõ valet: *vt.C.si quis ali.test.pro.l.j.*[e] *& .j.de condi. insti.l.quidam.* ¶Item sententia, i. dispositio. *sic.C.qui testa.fa.pos.l. hac consultissima.§.at cum humana.* ¶ Et vt tollas omnes oppositiones, subaudi cũm institutione heredis, tamen legitimè facta. Non ergo oportet dici (vt quidam dicunt) de eo, scilicet vniuerso, vt excludantur singularia relicta. nam siue ex vniuerso siue ex re certa instituatur, valet vt ex vniuerso: *vt.j.de here.Insti.l.j.§ si ex fundo.* Item non ob. de codicillo vel legato vt fideicommisso etiã vniuersali vel donatione causa mortis: vel de eo qui bona sua promittit alicui post mortem suam: *vt.j.de lega.j.l.legatum.& .Cod. vt ac. ab here. & contra heredes. l. j.* quia in his non est institutio heredis: *vt Cod.eod. non codicillum.* licet sit sententia de eo quod quis velit fieri potest mortem suam de bonis suis omnibus. vel parte, vel re aliqua. Sed quid dices de testamento in quo filius exheredatur immeritò? Resp. solennis est dispositio, & est legitima: quia lege permittitur exheredari, imò præcipitur si non instituatur: *vt Institu.de exhere.lib.in princi.* & ideo oportet rumpi: quia non est ex officio pietatis: *vt.C.de inoffi.test.l.ij.* interim ergo testamentum est.

e Communis opinio est, testamentum quod quis facere coactus sit, mero iure valere: licet Ioan. Imola contra sentiat.

e ¶*Quis.* de pluralitate ad singularitatem. Item de persona prima s. nostræ, transit ad tertiam, cum dicit, quis. *sic.C.de test.l.l.omnium & .C.de inius voc.l.fina.*

f ¶*Mortem.* naturalem, postquam est testamentũ immutabile: *vt.j.de adi.leg.l.ij.& .si.nõ ciuilem: vt.C.de capti.& postli.l.nec nos.*

TEstamentũ est volũtatis nostræ iusta sententia[d] de eo quod quis[e] post mortem[f] suam fieri velit.[g]

Tempore testamenti requiritur sanitas mentis, nec requiritur sanitas corporis. Barto.

II. LABEO *lib.1.posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

IN eo[h] qui testatur, eius temporis quo testamentum facit, integritas mentis, non corporis sanitas exigenda est.

III. PAPINIANVS *lib.14. Quæstionum.*

TEstamenti[i] factio non priuati, sed publici iuris est: [ideóque[k] forma eius priuatorum pactis non læditur.[l]]

Primò quærendum est de persona testantis quàm de solennitate testamenti. Bartolus.

IIII. GAIVS *lib.2. Institutionum.*

SI quæramus an valeat testamentũ, in primis animaduertere debem⁹, an is qui fecerit testatoris

g ¶*Velit.* directò instituendo heredem: aliàs largè dicitur testamentum quasi testatio mentis: vt etiam codicillos comprehendat: *vt Instit.eo.in princ.* & secundum[a] hoc vtilis[b] actio ex testamẽto locum habet pro relicto in codicillis: *vt no. C. communia de leg. l.3.* Vel dic tertiò secundum Azo. quòd testamentum est quædam solemnis ordinatio cũ institutione heredis: & est quoddã intellectuale quod cum duobus codicibus fieri potest: *vt.j.eo.leg.vnum.*

h IN *eo.* Pone exemplum *Insti.eo.§.itẽ furiosi.& .C.eo.l.furiosum. & facit ad hoc.j. de auro & argen. lega. l.si ita legatum.& .C.e. l.iij. & infra.e.l.in aduersa.& l. qui in potestate.& l.filiusfami.* & idem in contractib. *vt. C.de transac.l.sanũ.& de dona.l.senectus.* Sed contra *Instit. de here. quali. & dif.§. in extraneis.* vbi[c] etiã tẽpus mortis & aditæ hereditatis inspicitur, an habeat testamenti factionem. Sed illud in herede, hoc in testante. Accursius.

a Actio ... [illegible] ... codicillis ... Regula ...

b Legata codicillis relicta ... ex testamento actione petuntur.

c Heres tribus temporibus habilis esse debet.

i TEstamenti. pone in testante: [d] id est, qui iure publico potest facere testamentum: id est cui lex concedit, non impetrato à priuato etiam patre vel domino: *vt infra eodem qui in potestate. & infra de bonis lib.l.Paulus.§.patroni.* Vel dic publica auctoritate est concedenda testamenti factio, id est à principe: *vt infra e. l.si mutus. & l.obsides.& infra.ti.iij.l.si quis.§.irritum. & de mili. test.l.ex militari & .C.de inof test.l.si quando. & infra de bonis. liber. l.etiam.§.ij.* non autem à priuato. Vel dic pacto priuati non potest quis adstringi ad testandum & instituendum aliquem: *vt infra de verbo.obliga.l.stipulatio hoc modo.& supra de pact. l. ius publicum.* vel quartò priuatus nõ potest remittere solennitatẽ legũ: sed princeps sic: *vt.C.eo.testandi.& .l.si non speciali.* Ita ecõtra in instituto potest poni: vt per pactum nõ possit institui nõ capax: *vt.j.de iure fisci.l.non intelligitur.* nam factio testamenti actiuè & passiuè[e] significat: *vt Insti.de here.quali.& .diffe.§.testamẽti.* Apparet ergo ꝙ pacta vel cõsensus priuatorũ non faciunt vt ille possit testari qui de iure non potest, vel institui qui de iure nõ potest, vel vt non solenniter testetur qui solẽniter facere debet: sicut nec ecõtra vt ille nõ testetur qui potest: *vt.C.de pact.conuen.l.pactũ.* secus in contractibus qui formam mutant, & accipiunt legem ex conuentione contrahentium: *vt.s.depositi.l.j.§.si conuenerit.*

d Hanc Glo. sequitur B. B. & Imol.

e De testamẽti factione actiua & passiua vide Bar. in l.si filiusfa.j.eodem.

k ¶*Ideoque.* quidam habent hoc: & quidam non. Acc. nusquam reperi. Cont.

l SI *quæramus.*] *Factionem.* in actiua significatione.[f] nam & passiuam significationem habet: *vt.j.eod.l.filiusfami.& Insti.de here.quali.& diff.§.testamenti.* ¶ Et dic habuerit, i. se habere putauerit aliàs cõtra: *vt.j.eo.l.qui in domin.& l.seq.& est sic.j. de codi.l.quidam.§.esse enim debet.* est enim peremptorium, cum nõ possit esse sine hoc: sed hoc sine sequentibus esse potest. *sic.C.de hered.ac.l.vt debitum.* ¶ Et dic quemlibet habere, nisi expressim prohibeatur:[g] *vt.s.de proba.l.ab ea.* ¶Prohibentur[h] autem xiij. personæ iure communi testari: 1. filiusf. *vt.j.l.proxi.* 2. Item impubes: *vt Insti.eo.l.impubes.* 3. Item furiosus: *vt Insti.eo.§.item furiosi.& .j.eo.l.filiusfa.§.Marcellus.* 4. Item prodigus. *vt Institu. eo.§.item prodigus.* 5. 6. Item mutus & surdus: *vt.j.eo.l.qui in potestate.§.j.* 7. Item cæcus: *vt.C.eo.l.hac consultissima.* 8. Item damnatus ad mortem: *vt.j.eod.l.eius.§.si cui.vsque in fin.* 9. Item obsides: *vt.j.eo.l.obsides.* 10. Item de statu suo incertus: *vt.j.eo.l. de statu.* 11. Item is cui à lege est interdictũ: *vt.j.eo.is cui.* 12. Item seruus: *vt.j.eo.l.filius.* 13. Item monachus: *vt.C.de sacrosanct.eccl. Authen.ingressi.*Accur.

f Glo. magistra secundum Bal.

g Est enim edictum de testamentis prohibitorium.

h Testari xiij. personæ prohibentur.

Factionem.

stamentum, habuerit testamenti factionem: [a] deinde si habuerit, requiremus an secundum regulas [b] iuris ciuilis testatus sit.

Puberes † possunt facere testamentum: & quantum ad hoc dies cœptus habetur pro completo. Bartolus.

V. VLPIANVS *lib.6.ad Sabinum.*

QVa * ætate [c] testamentũ vel masculi vel fœminæ facere possunt, videamus. [Et] verius est in masculis quidem quartumdecimum annum spectandum, in fœminis verò duodecimum completum. [d] † Vtrum autem excessisse debeat quis quartumdecimũ annũ vt testamentũ facere possit, an sufficiat cõpleuisse? [e] propone aliquẽ Kalendis Ianuariis natũ testamentum ipso natali [f] suo fecisse quattodecimo anno: an valeat testamentũ? Dico valere. [g] Plus arbitror, [h] etiam si pridie Kalendarum fecerit post sextã horã noctis, [i] valere testamentum. Iam enim cõplesse videtur annum quartumdecimum, vt Marciano videtur.

Filiusfamilias non potest testari etiam patre permittente. Bartolus.

a ¶ *Factionẽ.* s. actiuè intelligas: quia filiusf. habet testamẽti factionẽ passiuẽ: quia recipere potest: sed facere testamentũ non potest.

b ¶ *Regulas* quæ sunt: vt. vij. testes & rogati & vno cõtextu debeant esse in testamẽto nũcupatiuo: & palã dici nomẽ heredis debet: *vt.j.eo.l.heredes.in princ.& in fi.& C.e.l.hac consultissima.§.per nuncupationem. & l. cum antiquitas.* In scriptis autẽ corã septem testibus rogatis & subscribẽtibus & sigillãtibus testatore vel alio pro eo scribẽte nomen heredis: *vt.C.eo.l.hac consultissima. & l.iubemus.& Auth.ibi posita.* Non autem est vis si sit ibi exheredatus filius immeritò. nã nihilominus interim valet *vt no.s.l.j.& j.de vul. substi.l.in substitutione.* ADDITIO. Dic hoc verũ de iure isto: secus autem de iure Authen. nisi iusta causa exheredationis in testamento fuerit expressa, aliàs ipso iure esset nullum, secundum Bar. H. & Imol. in l.j.s.eod.

† An & quibus in causis pupillus testari possit. v. Grassum lib. senten. §. Testamentũ. quæst. 10.

* Flo. A qua ætate.

† Pubes intelligitur, qui peruenit ad p imũ momentũ vltimi diei anni decimiquarti i. in proposito exemplo, eius diei, qui vocatur, dies pridie Kalend. Ianuarij. v. Ant. Aug. lib. 4. c. 15.

QVa ætate.] CASVS Quæritur in qua ætate existẽs masculus vel fœmina possit facere testamentum, & dicitur quòd masculus habens. xiiij. annos, & fœmina habens. xij. Item quæritur, nũquid est necesse quòd compleuerint dicta tẽpora tantùm, an verò quod excesserint ad hoc vt testamentum facere possint: & dicitur quòd sufficit compleuisse & compleuisse intelligitur quocunque modo tetigerit de die artificiali vltimo quartidecimi anni, i. à mane vsque ad vesperam: & quocunque modo tetigerit de die naturali vltimo. xiiij. vel. xij. anni, i. transacta sexta hora penultimi diei Kal. Ianua. in quibus natus est faciens testamentum. de die artificiali prędicto habes in versi. vtrum autem. de die naturali in versi. plus arbitror &c. Viuianus.

c ¶ *Qua ætate.* aliàs qua: aliàs ex qua. Accur.

d ¶ *Completum.* vt. *C. eo. l. iij. & C. quãdo prouo. non est ne. l. ij. & Insti. eod. §. præterea.* sic & in definitione tutelæ: *vt instit. quib. mo. tute. fi. in prin.* ¶ Sed quare citius fœmina? Respon. quia citius [a] sagacior: *vt. C. de iis qui ve. æta. impe. l. ij.* & quia citius est viri potens. ADDITIO. Vel dic secundũ Bal. quia mala herba citò crescit: *vt not. id dicta. l. ij.* Sed Host. dicit quod fœmina minus viuit: & ideo citius completur: vt videmus in plantis, & ista ratio est philosophica, secundum Cy.

a Fœmina citius sagacior est viro.

e ¶ *Complesse.* i. extrema die perstitisse. & est differentia inter excedere & complere.

f ¶ *Natali.* quartidecimi anni. *sic. s. de mino. l. iij. §. minorem.* ¶ Sed nonne tunc cum iam intrauit. xiiij. an? Respon. non quia dicas natum in fine illius diei, & testatum in capite. Accursius.

b Dies cœptus pro completo habetur.

g ¶ *Dico valere.* Dies [b] ergo cœptus habetur pro completo. *sic & j. de ma. l. j. & j. de vsucap. l. in vsucapionibus & j. de verbo. signific. l. anniculus* Nec obst. infra *de mino. l. iij. §. minorem.* vbi de momento ad momentum quæritur: vt ibi no.

h ¶ *Plus arbitror.* Quid est hoc, plus? Respon. vt in penultima die, dũmodo post finitã sextã horam noctis antepenultimi diei, scilicet desinentis fieri possit. vltima dies est dies Kalen. penul. pridie: antepenultima dies, quæ præcedit pridie Kalendarum quo ad natiuitatem. nam & annus quãdoque aliàs cœptus habetur pro cõpleto: *vt. j. de mune. & hon. l. ad rẽ. & ad Trebel. l. qui filiũ. §. Sabinus.* Vel dic tutius quod supra dixit quando fit in quauis parte vltimi diei artificialis. hîc autem in quauis parte vltimi diei naturalis. & secundũ hoc post sextam horam noctis penultimi diei desinentis factum valet. Accursius.

¶ Initiũ cuiusque diei vnde sumatur tum apud Romanos, tum apud alios populos, pulchre explicat Macro. Sat. lib. 1. cap. 2. & Ant. Aug. lib. 4. emen. cap. 15.

i ¶ *Noctis.* antepenultimi diei desinentis secundum primum, vel penultimi diei desinentis secundum nos: [c] sic enim dies incipit & finitur more Romano: *vt. s. de fer. l. more.*

VI. GAIVS *lib.17.ad Edictum prouinciale.*

QVi in potestate parẽtis est, [k] testamenti faciendi ius nõ habet, [l] adeo vt quamuis pater ei permittat, nihilo [m] magis tamen iure testari possit.

Surdus & mutus non possunt testari sine permissu principis: sed hoc vitium superueniens postea, testamẽtum non rumpit. Bartolus.

1. ¶ Surdus, [n] mutus, testamentum facere non possunt: sed si quis post testamẽtum factum valetudine, aut quolibet alio casu mutus [o] aut surdus esse cœperit: ratum nihilo minus permanet testamentum.

VII. ÆMILIVS MACER *lib.1.ad legem vicesimam * hereditatium.*

† SI mutus aut [p] surdus vt liceret sibi testamẽtum facere, à principe impetrauerit: valet [q] testamentum.

Testamentum factum quando quis erat seruus hostium, non valet. Bartolus.

VIII. GAIVS *lib.17.ad Edictum prouinciale.*

EIus qui apud hostes [r] est, testamentum quod ibi fecit, non valet, quamuis redierit.

QVi in potestate.] CASVS. Etiam si parens concedat filio vel nepoti quem habet in potestate, vt faciat testamentum, tamẽ non possunt testari. Secundò dicit quòd ille qui est surdus vel mutus, non potest facere testamentum. sed si facto testamento à se efficiatur surdus vel mutus, non vitiatur. in vno tamen casu potest surdus vel mutus testamentum facere, puta si imperator ei concedat. & c. h. d. cum. l. sequen. Vi.

k ¶ *Qui [a] in potestate parẽtis est.* vel esse creditur: *vt. j. eod. l. qui in domini & l. sequen.* secundum primum.

l ¶ *Non habet.* vt & *C. eo. l. iij.*

m ¶ *Nihilo magis.* id est non ideo magis: *vt Insti. eod. in princip. & & arg. supra de postul. l. quos prohibet.* & est hoc verum, nisi in castrensi vel quasi peculio: *vt Institu. eod. in princip. & Cod. eod. l. penult. & fina. & j. de dona. l. filius. in fin.* Sed donare [b] potest causa mortis patre permittente: *vt. j. de dona. cau. mor. l. tam is. §. j.* dũmodo [c] hoc expresse permittat, non simpliciter donare: *vt dicta. l. filius. §. sed & meminisse.* ¶ Sed quare secus? Resp. quia testamenti factio est publici, non priuati iuris: *vt s. eod. l. iij.* & mors filij inspicitur, non patris: *vt argu. j. de don. cau. mor. l. mortis causa capitur.* ¶ Sed in casu videtur quòd possit, quãdo mater vel auia reliquit vt ad patrem nõ perueniret vsusfructus: *vt in Auth. vt liceat matri & auiæ. in prin. col. viij.* Sed dic disponit non testando: vt ibi not.

a An & in quibus filiusfamilias aut filiafamilias possint testari aut donare. v. Grassũ lib. sentent. §. Testamentũ quæst. 22. adde Socinũ Regula. 152. quæ incipit. Filiusfamilias testari non potest etiã patre permittente. vbi. 7. exceptiones affert. adde Cautelam quæ apud Cæpolam, cautela 113. 147. in fi.

b Donare causa mortis filius potest, patre permittente. adde Bart. Nouell. vt liceat matri & auiæ in prin. col. 1. in titulum ss. 25. in fi. j. de mortis causa donationib. * Alciat. libr. 5. disp. cap. 6. † Correctum quodammodo per. l. discretis. C. eo. tit. vbi v. quæ scripsi.

c Donare mortis causa filius potest dũmodo pater expresse ei consentiat & specialiter non tacitè. l. 7. vers. sed enim j. de donationib. quo tamẽ casu sufficit patrem per Epistolam cõsentire. Grassus. §. donatio mortis causa, quæst. 1.

n ¶ *Surdus.* si habet vtrũque vitium à natura, non testatur: *vt hic, & C. eod. l. discretis. in princ.* Si ex accidenti, tunc idem, si scribere nescit: *vt hic, & ibi.* Si autem alterum tantùm, tunc iure isto nõ testatur: nisi à principe impetrauerit: *vt hic, & j. l. proxi. & j. vnde cogna. l. octaui. § fratris.* Hodie sic: *vt. d. l. discretis. § sin autẽ: vsq. ad fi.* Item hoc nisi sit miles: *vt Insti. de testa. mili. §. quinimo. & j. de mili. test. a. l. iiij.* Accur.

o ¶ *Mutus.* vt *Insti. eo. §. pen. & facit. C. eo. l. furiosum. & s. de postu. l. j. §. casum. & de spon. l. furor. & s. eo. l. ij.*

p SI mutus aut. potest dici, aut pro etiam & dic ex accidenti: & nescit scribere, aliàs suo iure posset: *vt. C. eo. l. discretis. ij. resp.* Vel verius separatum erat vitium: & hoc iure nò poterat: sed hodie potest: *vt hic, & s. l. proxi. not.* Accur.

q ¶ *Valet.* si modò solenniter, & instituẽdo quem debet testetur: *vt. C. de inoffi. testa. l. si quando. in princ.* Nec ob. s. *de bo. liber. l. etiam. § j.* quia ibi concessit ei qui aliàs poterat testari: vt plenè no. *d. l. si quando. & facit ad hoc. j. eo. l. filius.*

EIus qui.] CASVS. Si aliquis est captus apud hostes, non potest facere testamentũ: & si fecerit, nõ valet, etiã si redeat, secundò dicit, quod si alicui est interdictũ aqua vel igni, vel est in insulam deportatus: si prius fecerat testamentũ, nõ valet. & idẽ si fecit postea, & bona sua debeãt publicari si sint lucrosa: aliàs creditoribus concedi. secus in eo qui est ad tẽpus in aliquã insulã magnã relegatus: vel cui est prohibitum ne stet in Italia: vel cui est prohibitũ ne stet in prouincia vnde ipse est: quia isti tres bene possunt cõdere testamentũ: & sunt alij tres qui amittunt libertatẽ & bona, & testamenti factionem non retinent, vt ille qui damnatur ad ferrũ, id est vt decapitetur: & ille qui damnatur vt stet semper cum bestiis in syluis: & ille qui damnatur in metallum. Viuianus.

r ¶ *Hostes.* vt captus, [d] & sic seruus: *vt Insti. de iure perso. §. ij.* & sic per consequẽs nihil habet: *vt Insti. per quas personas. § item quod serui.* & his rationibus nõ valet: *vt & j. eo. §. fi. & j. de mili. testa. l. facere.* & ante factũ valet siue redeat siue non: *vt Instit. eo. § fin.* Itẽ codicilli ibi facti, ante facto testamento confirmari valent: *vt. j. de capti. & postli. l. in bello. § codicilli.*

d An captus ab hostibus vel latronibus possit testari. v. Grassũ lib. sentent. §. Testamentum quæst. 23.

a ¶*Et igni.* in cuius locum successit hodie deportatio:[a] *vt. ǰ. ad le. Iul. repe. l. iij. & ǰ. ad le. Iul. pe. l. iij. & facit. ǰ. de leg. iij. l. j. §. hi quib. in prin. & in fi.* hodie etiam in locum eius succedit exheredatio.
b ¶*Publicabuntur.* hodie corrigitur quod hic &. ǰ. hac. l. dicit de bonis publicādis: *vt in Auth. vt nul. iudi. §. quoniā. & §. pe. col. ix.* Nec tamen testabitur: tū quia in hoc hęc iura nō corrigūtur: tū quia certis personis ex præcepto dictæ leges incontinenti dantur.

Dānatio qua pditur vita, libertas, vel ciuitas, impedit testamentū fieri, & rūpit iā factū. secus in dānatione per quā fama læditur tantū. Bartolus.

1. ¶ Si cui aqua & igni [a] interdictū sit: eius nec illud testamētum valet quod ante fecit, nec id qđ postea fecerit. Bona quoque quæ tunc habuit * cū dānaretur, publicabuntur:[b] aut si non videantur lucrosa, [c] creditoribus cōcedentur. 2. ¶ In insulā deportati, [d] in eadē causa sunt. 3. ¶ Sed relegati in insulā, & quib. terra Italica & sua prouincia interdicitur testamēti faciēdi ius retinēt.[e]

4. ¶ Hi verò qui ad ferrum [f] aut ad bestias aut in metallum † damnantur, libertatem perdunt, [g] bonaque eorum publicantur: vnde apparet amittere eos testamenti factionem.[h]

Pendente processu capitali non impeditur quis facere testamentum. Bartolus.

IX. VLPIANVS *lib 45. ad Edictum.*

SI quis post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, [i] testamentum eius valebit.

Qui non habet manus, potest testari. Bartolus.

X. PAVLVS *lib. 3. Sententiarum.*

QVi manus amisit, testamētum[k] facere potest, quamuis scribere non possit.

XI. VLPIANVS *lib. 10. ad Sabinum.*

OBsides [l] † testari non possunt, nisi eis permittatur.[m]

Testatore decedente apud hostes, testamentum ante factum per legem Corneliam confirmatur. Bartolus.

XII. IVLIANVS *lib. 42. Digestorum.*

LEge Cornelia testamēta eorum qui in hostium potestate decesserint, perinde confirmantur, [n] ac si hi qui ea fecissent, in hostium potestate * non peruenissent: & hereditas ex his eodem modo ad vnum quemque [o] pertinet. Quare seruus heres scriptus ab eo qui in hostium potestate decesserit: liber & heres erit, seu velit seu nolit [p]: licet minus † propriè necessarius heres dicatur. Nam & filius eius qui in hostium potestate decessit, inuitus [q] hereditati obligatur, quamuis suus heres dici non possit, [r] qui in potestate morientis non fuit.

Capti à latronibus, & legati apud extraneos possunt facere testamentum. Bartolus.

XIII. MARCIANVS. *lib. 4. Institutionum.*

QVi à latronibus [s] capti sunt, cùm liberi [t] maneant, [u] possunt [x] facere testamentum.

1. ¶ Itē qui apud extraneos [y] lega-

c ¶*Lucrosa.* quia nihil superest deducto ære alieno: vnde fiscus non habet: *vt. ǰ. de iure fisci. l. j. §. an bona. & l. non possunt.*
d ¶*Deportati.* s. bona. & hæc corrigitur: *vt. s. & facit. C. de pœ. l. deportatorum. & de bon. proscrip. l. ij.* vbi dicit de post quæsitis non posse testari. Accur.
e ¶*Ius retinent.* siue in perpetuum, siue ad tēpus sint relegati.[b] nam ciuitatē & libertatem & bona etiā retinent alij prædicti, & inferiores non: *vt. ǰ. de inter. & relega. l. relegatorū §. siue. & Cod. de pœnis. l. deportatorum.*
f ¶ *Ad ferrum.* vt decapitentur: quod fit, *vt C. de adul. l. quamuis.* Itē ad bestias: *vt. ǰ. de fal. l. quicunque.* Itē in metallum: *vt ǰ. ad leg. Iul. pe. l. sacrilegij. §. si quis.*
g ¶*Perdūt.* statim post sententiā: *vt. ǰ. de pœ. l. qui vltimo.* Hodie cōtra: *vt in Authent. de nupt. §. quod autē. coll. iiij.* ¶Item & quod dicit, publicantur, hodie contra: *vt in Auth. vt nulli ind. §. fin. colla. ix.* nec tamen testantur: *vt hac. l. no. §. j.*
h ¶*Factionem.* tam actiuè, *vt hic:* quàm passiue: *vt. ǰ. de pœ. l. quidam. & facit. ǰ. eo. l. qui à latronibus. §. si quis. & de iniu. rup. testamento. l. si quis ex. §. irritum.*

S*I quis post.*] CASVS. Aliquis fuit accusatus de tali crimine ex quo si damnatus est, non posset facere testamentum, puta de adulterio natus datus fuit in custodia nuntiorum, & decessit ante condemnationem morte naturali. testamentum quod ante fecit, valet. Viuianus.
i ¶*Indemnatus.* i. [c] non condemnatus: *vt. ǰ. de iniusto rup. testamento. l. si quis ex. §. proinde. & ǰ. de dona. l. post contractum. & ǰ. eo. l. qui à latronibus. §. fin.* secus si condemnatus, [d] ita quòd non possit retractari: *vt. ǰ. de accu. l. ex iudiciorum.* Item secus in crimine maiestatis: *vt infra de dona. l. donationes. §. fi.* & in aliis similibus quę sunt in. *d. l. ex iudiciorum.* Item hoc nisi mortem sibi consciuit: *vt dicto. §. proinde. & Cod. si reus vel accu. mor. l. defunctus.* Item est argu. contra. *ǰ. de manu. vind. l. qui pœnæ.* ADDITIO. Dic secundum Bald. quod hic criminosus erat mortuus: vnde sententia ferri non poterat: sed in. l. cōtraria criminosus viuebat: & ideo meritò sententia contra eum lata quæ retro fingit quantum ad bona, retractat ea quæ medio tempore sunt attentata in præiudiciū fisci, secundum Dyn.

Q*Vi manus amisit.*] CASVS. Ille qui non habet manus, & sic non potest scribere: potest facere testamentum. Viuianus.
k ¶*Testamentum.* nūcupatiuum, & in scriptis: *vt. C. eo. l. iubemus & in Auth. ibi signata. & facit. s. eo. l. ij.* Accur.

O*Bsides.*] CASVS. Si Romani dent hostibus obsides pro Romanis captiuis: illi obsides testari non possunt, nisi imperator eis concedat. Viuianus.
l ¶*Obsides.* [e] dati Romanis ab hostibus pro captiuis, vel pro pace cōponenda, vel secūdū Ioā. etiā facta tenēda. & idē intellige ecōtra in obsidibus datis à populo Romano hostibus. H. & est ratio, quia quæsita [a] in obsidatu, sunt fisci. sed relictorū domi perdunt dominium: vt ipsi capti: *vt. ǰ. de iure fisci. l. diuus. & arg. s. eo. l. eius.*
† propter postliminij ... si ab hostibus ... quib ... pat.sol.Insti.

u ¶ *Destituitur.* repudiatione. sic ergo hic nepos succedit ab intestato vt suus: nõ rumpit testamentũ vt suus. hoc ideo, quia filius præcedebat tempore mortis. nam vt quis rumpat , oportet quòd tempore mortis nullus eum præcedat. Sed ad hoc vt sit suus ab intestato,oportet quòd fuerit in potestate testatoris tempore mortis. hic autem non quæritur : nisi cum certum fuerit nullum ex testamento heredem esse: & hoc ideo , quia donec est locus successioni ex testamento , non patet locus ab intestato:*vt.j.de acqui.here.l. quamdiu. & facit ad hunc.§.j.titu.j.l.si quis filio.in prin.& Insti.de hered. quali. & differ. §.sui.& de leg.agn.suc. §.proximus. & .j.vnde libe.l.scripto herede.& de suis & legi. l.j. §. sciendum.*

* quo.

* quo.

x ¶ *Sed si ex ea.* rumpitur testamentum per quasi postumum præteritum:*vt.s.proxi.ibi, diuersum est & c.* sed quandoque non rumpitur etiam per postumum:*vt hic.*

† Institutum in vnum casum non videtur in alium institutus,sed præteritus.

y ¶ *Testamentum.* scilicet primum,cum hoc sit nullum:*vt hîc,& .s.e.l.j.§.j.& .l.si filius.* Sed contra.*j.eo.l.si filius.§.pe.* Sol.vt ibi.

z ¶ *Ducere.* puta monacham,vel scenicam,vel arenariam.H.sed male: *vt.C.de nup.l.imperialis.& .j.proxi.§.* Idem in consanguinea pone.

a ¶ *Vxorem.* vt.*s.de ri.nup.l.per adoptionem & Instit.de nup.§. sed si qua.& .j.de verb.oblig.l.si stipuletur.* Nec inciuile est casum emancipationis expectare. licèt [a] sit inciuile expectare casum diuortij: *vt.s.ea.l.§.j.qua est cõtra.* & alium casum &c.*vt.j.de verb. oblig.l.inter stipulantem.§.sacram.* Item hîc est prohibitio de iure ciuili:ibi de iure naturali sicut & supra proxi.respon.vbi dicit nefas:quod ad ius naturale refertur:*vt.s.de insti.& iur.l j.§.fin.& .l. vt vim & .j.de adult.l.si adulterium cum.§.j.* Item facit infra *eo.l. filius.§.pen.* quia ibi non est licitum expectare eam fieri nubilem vel liberam.

a Mortis casum expectare inciuile est.

COmmodissimè.] casvs.Si aliquis faciẽs testamentum timeat ne per postumum suum rumpatur testa.potest cõmodè postumum ita instituere , postumus meus sit mihi heres siue nascatur me viuo,siue me mortuo.sed & neutrius prędictorum temporum habita mentione potest eum instituere. vnde natus postea postumus non rumpet testa. cum non inueniat se præteritum , imò institutum.Quid si ita postumum instituit testator,instituo mihi heredem postumum si me viuo nascetur. & postea postu. nascatur mortuo testatore? certè rumpit test.quia inuenit se præteritum:& quantum ad casum qui est omissus in institutione nedum purè,sed etiam sub condit.non videtur institutus. Viuianus.

b ¶ *Purè.* hoc est neutrius.

c ¶ *Alteruter.* id est vnus.

d ¶ *Fuerit.* quia dixi , si me viuo nascetetur. aliud si me mortuo omisi:si nascatur me mortuo,rumpit testamentum: & econuerso.

e ¶ *Qui omissus.* aliàs qui:aliàs quo.

f ¶ *Rumpit testamẽtum.* I.in [b] hunc casum quo est omissus.¶Sed contra

b Omissus casus relinqui debet dispositioni iuris communis. vt ... adde. l.si ... ntur. s. de ... dict.ob causam ... Iason ...

contra. C.eo.l.fi.Solu.hoc corrigitur. 2. Vel ibi sunt duo casus alij ab istis: vt ibi patet, quibus interpretatur.l.illa ita valere, si nascatur in vita, sicut & post mortem, nisi contrarium apareat: vt & alias.ī.de here.insti.l.ij.in prin. & ī.eo.l.si ita.j.respon.& C.de inoffi.test.l.iij. de morte ergo ideo posuit, quia credebat ibi eum nasciturum post mortē: vt infra ad Treb. l.mulier. Item arg.contra.s.de condict. ob cau. l.si extraneus.[a] Sed dic vt no.s.solu. matri. l.si cū dotem in prin. & facit. infra de ven.in pos.mit. l.j.§.sed & si quis ventrem. & infra de vulg. substi. l. si pater filium impuberem.in prin.& infra eo.l.postuma. Sed ar. contra. ī.eo.l.filio.[b] in fin. & Instit. pro soc. §. illud. ADDITIO. Dic quod ibi casus omissus continetur sub expresso ex consequentia necessaria. hic secus secundum Barto. Pau. Alexand.& Iaso.

...tur, qui non est testamento deprehensus.*

Filius in potestate patris succedens ex testamento vel ab intestato, non dicitur nouum dominium acquirere: sed illud quod habebat in vita patris, continuare: & acquirere dicitur solùm nouam administrationem, quam non ipse sed pater in vita habebat: licet possit exheredari. Alexan.

XI. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

IN suis heredibus euidentius[a] apparet continuationem[b] dominij eò rem[c] perducere, vt nulla videatur hereditas fuisse:[d] quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo[e] domini existimantur. vnde[f] etiam filiusfamilias[g] appellatur, sicut paterfamilias: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit. Itaque post mortem patris non hereditatem percipere* videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur. Hac ex causa licèt non sint[h] heredes instituti,[i] domini[k]* sunt:† nec obstat quòd liceat eos exheredare, quos* & occidere licebat.[l]

Etiam qui de ventre sectus est, dicit testamentum nullum ratione præteritionis: dummodo fuerit animal: id est cum anima rationali natum: licet cum deminutione corporis. Alexander.

XII. VLPIANVS *libro nono ad Sabinum.*

QVod† dicitur,[m] filium natum rumpere testamentum: natum accipe & si exsecto[n] ventre editus sit. Nam & hic rumpit testamentum scilicet si nascatur[o] in potestate.

1. ¶ Quid tamen si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen? an adhuc testamentum rumpat? Et hoc tamen* rumpit.[p]

Prouisio facta in casibus separatis porrigitur ad eodem casus simul coniunctos. Bartolus.

XIII. IVLIANVS *libro vicensimonono Digestorum.*

SI ita scriptum sit, *Si filius mihi natus fuerit, ex besse[q] heres esto: ex reliqua parte vxor mea heres esto. si† verò filia mihi nata fuerit, ex triente heres esto: ex reliqua parte vxor heres esto.* Et† filius & filia nati essent:[r] dicendum est assem distribuendum[s] esse in septem partes: vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. Ita enim secundum voluntatem testantis filius altero[t] tanto amplius habebit quàm vxor: item vxor altero tanto amplius quàm filia. Licet† enim subtili iuris regulæ conueniebat ruptum fieri[u] testamentum: attamen quum* & vtroque[x] nato testator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate[y] suggerente decursū est. quod & Iuuentio Celso apertissimè placuit.

Quando sunt duo quorum vnum sine alio esse non potest, vnum non potest sine alio tolli: sed sublatum virtute remanentis perdurat. Bartolus.

IN suis.] CASVS. Mortuo patre nō videtur hereditas ad filios eius deuenire, sed res quodammodo ipsius filij: nam etiam viuo patre videntur domini esse filij bonorū paternorū: vnde mortuo patre videtur filius consequi liberam bonorum suorum administrationem. vnde etsi pater non instituat eos, tamē domini sunt bonorū patris. nec ob. prædictis q pater potest eos exheredare si vult. nam & occidere eos poterat. Viuian.

a ¶ *Euidentius*.i.euidenter.

b ¶ *Continuationem.* quia continuò sine intermissione sunt domini. *ad quod.ī.si quis omiss.can.testa.l.j.§.qui sunt in potestate.& Institu.de here. quali.& diffe.§.sui.& de here. ab intest.§.postumi.& ī.de suis & legiti. l.in suis.& ī.de bo. dam.l. fin. in princ.*

c ¶ *Eo rem*.aliàs eos. & tunc subaudi, nos: aliàs eo rem.& melius.

d ¶ *Hereditas fuisse.* scilicet eis delata. *vt.ī. de suis & legiti.here.l.j.§.sciendum.*Hug.

e ¶ *Quodammodo*.etiam[c] & possessionem habere:[d] *vt.ī.pro here.l.ij.§.filium.* & consistit hoc in nudo intellectu & puro, vel eo quod inde sustentatur: sicut & vxor[e] dicitur domina, & possidere dotem suam eodem respectu: *vt.C.qui po.in pign.hab.l.fi. in prin. & de iure dot.l.in rebus.*

f ¶ *Vnde*.quia filius est dominus.

g ¶ *Filiusfa*.i.eiusdē substantiæ est: *vt.ī.de verb.sig.l.pronuntiatio.§.j.in prin.& s.de iis qui sunt sui vel alie.iu.l.nam ciuium.§.fi.*

h ¶ *Non sint*.illi scilicet filius vel pater.

i ¶ *Instituti*.non tamen exheredari.

k ¶ *Domini tamen sunt.* venientes ab intestato.

l ¶ *Licebat*,olim: *vt.C.de pa.pote.l.fi.* Sed hodie non sic: sicut & in seruo olim & hodie, *vt Insti de his qui sunt sui vel alie iur.§.fi.* aliàs est, non licebat. *& facit.ī.ad.l.Pompe.de parrici.l. diuus.& C.de cura.furio.l.fi.§.j.*

QVod dicitur.] CASVS. Siue filius nascatur alicui post testa. sicut solet nasci, siue exsecto matris ventre: & siue sit integrū animal, siue non: semper rumpit testa. dum tamen nascatur in potestate dicti testatoris, & spiritum habeat. aliàs non rumperet. Viu.

ff. Infort.

m ¶ *Quod dicitur.*f. in.l.cōmodissimè.& in aliis multis legibus.

n ¶ *Exsecto.*sic[a] *s.de inoffi.testa.l.postumus.& ī.de verb.signifi. l.ea etiā.& ī.vnde cog.l.j.§.si qua.& s.de Publicia.l.si ego.§.ij.*H.

o ¶ *Nascatur*.i.[b] posset nasci. *sic.ī.de statul.l.Labeo.*

p ¶ *Rumpit*.nisi declinet ad monstrum vel prodigium: *vt.s.de sta.ho.l.non sunt.& C.eod.l.ij.& iij.& ī.de verb.sig.l.ostentū.& l.quæret.*Hug.

SI ita scriptum.] CASVS. Titius faciens testamentum, ita dixit: si filius mihi natus fuerit: sit mihi heres in octo vnciis, & in quatuor vnciis vxor mea. si verò filia mihi nata fuerit, sit mihi heres ex quatuor vnciis, & in octo vnciis sit mihi heres vxor mea. postea nati fuerunt ei simul filius & filia. modò quæritur, qualiter diuidi debeat dicta hereditas. & dicitur quod septem partes de ea debent fieri: & de his septem partibus debet habere filius quatuor partes, & vxor duas. & filia vnam. & sic secundum voluntatem testatoris filius habebit plusquàm filia altero nato: & vxor habebit plus quàm filia altero nato. cum enim vno vel altero nato voluerit testator vxorem suā aliquid habere, vt dictum est, bonum est quod propter humanitatem ita diuidatur tota hereditas vt dictum est, & non rumpatur testa. licet de iure subtili ruptum videretur: quia nati sunt duo, & testator non instituit nisi vnum. [REGVLA.] Seruum meum instituti mihi heredem cum libertate postea volebam ei adimere hereditatem solam sine libertate, vel solam libertatem sine hereditate. certè nō possum, imò habebit seruus & hereditatem & libertatem non obstante dicta adēptione. [TESTAMENTVM.] Ita dixi in testamento meo: Titius post mortē filij mei Seij heres mihi esto: filius meus prædictus exheres esto. certè non valet institutio Titij, nec exheredatio filij: quia filius videtur exheredatus post mortem suam. si nō valet exheredatio, sequitur quod dictus meus filius habeat contra tabu. bo.posses.in bonis libertorum meorum qui eum præterierūt in testamentis eorum cū decederent: quamuis aliàs si ritè esset exheredatus à me patre, non haberet contra tabu.in bonis libertorum meorum. Viuianus.

q ¶ *Ex besse*.id est vnciis octo.

r ¶ *Nati essent*.simul.

s ¶ *Distribuendum*.f.vt de tota hereditate fierent septem partes.

t ¶ *Altero*.subaudi, tertio.

u ¶ *Fieri*.quasi hic casus esset omissus: *vt.s.eo.l.commodissimè.*

u ¶ *Vtroque*.disiunctim, i.hoc vel illud. *sic. C.de bo.qua lib.l.fi.§.hoc proculdubio.*Accur.

y ¶ *Humanitate*.Præsumitur[c] enim sibi voluisse prospicere & in casu omisso, & sic diuisisse hereditatem. *sic supra de cōdict.ob cau. leg.si extraneus.* Sed arg.contra. *supra eod.l.commodissimè. & infra de ventre in pos.mit.l.j.§.sed & si incertum. & facit infra de leg.j.l.qui filiabus.§.j.& l.si quis te.§.apud. & infra de here. inst.leg. Clemens.& l.si ita.§.j.& Cod.de fideicom.lib.l.cum inter.§.j.* Sed si nullus nascatur, vxor totum habebit: *vt infra de lega.j.l.si duo.*

a Exsecto ventre matris viuūs natus, ita rumpit testamentum ac si naturę ductu natus fuisset.

b Verba actus pro potentialibus sæpe vsurpantur.

* hic etiam

† Si verò, siu autem, sed etsi & similibus verbis vtens, videtur id velle, vt vno casu existente, non habeat locum dispositio in alio.

† Prouisio testatoris separatim facta, intelligitur facta etiamsi casus coniungatur.

† Mixt⁹ casus in contractib. stricti iuris, nō continetur sub simplici. *adde. l. quicquid astringēdæ in pr. ī.de verb.obli.l. 2. in passum.§. præscriptione.ī. de adul.l.ij.de verb.oblig.*

* Ho quàm ex vtroque, sed putat Taurellus legēdum, quod aut quoniam.

c Præsumitur quisq; sibi voluisse prospicere in casu omisso.

bus.§.fi.& infra eo.l.si filius.§.fin.

a ¶ *Regula est iuris.* idem hodie si heres tantùm: *vt.C. de neces. ser.l.quidam.* Accursius.

b ¶ *Hereditatem.* solam sine libertate.

c ¶ *Sed quamuis.* nunc econtra. Accur.

d ¶ *Eodem testamento.* quo ademit hereditatem secūdū quosdam, imò eodem modo quo dedit hereditatem & libertatem: & ideo vnum [a] sine altero adimi nō potest: *vt hic, & dicta l. quidam.* nec in alia volūtate: *vt infra de heredit. institu.l. sed si in conditione.§. final.* sed vtrumque simul bene potest, *vt argu. infra de legatis. ij. l. si idem. & not. supra titulo. j. l.heredes.§.si quid.*

e ¶ *Libertatem.* sine hereditate.

f ¶ *Habebit.* nisi testator fuerit miles: *vt infra de milit. testamento.l.si certarum.§. si eadem.* Item secundum Py. nisi euidens testantis voluntas appareat in contrarium. & facit quòd & neutrum sine altero *supra si vsufruct. pe. l. j. §. primo. & de vsu & habi. l.per seruum. §. primo & infra de adimend. le.l.tertia. §.si loci. & supra de procuratoribus. l. in causa. in princip.*

† Sunt qui emendāt libertatem quibus nō adiiciunt.

a Cōnexè quę producuntur, neque aliter pduci possūt, eadem nō possunt, nisi connexe tolli.

1. ¶Regula [a] est † iuris ciuilis, qua constitutum est hereditatem [b] adimi non posse, propter quam liber & heres esse iussus, quamuis [c] dominus ademerit eodem [d] testamento libertatem, nihilominus & libertatem [e] & hereditatem habebit. [f]

Non valet exheredatio quæ per aditionem hereditatis confirmari nō potest in vita filij. Alex.

2. ¶ Testamentum quod hoc modo scribitur, *Titius post mortē [g] filij mei heres esto: filius exheres esto:* nullius momēti est: quia † filius post mortē suam exheredatus [h] est. quare & contra tabulas patetuorū libertorū huiusmodi filius bonorum possessionem accipere poterit.

† Exheredatio collata post mortē filij cui non valet.

† Exheredatio collata post mortē filij cui non valet.

g ¶ *Mortem.* scilicet tantùm. Accursius.

h ¶ *Exheredatus.* nec enim tenet exheredatio nisi adita hereditate: *vt infra de contra tab.l. filium. §. sed cum exheredatio.* & ita interim est præteritus: vnde non valet: *vt hic, & .j. de here. instit. l.suus §.fi.* vel petit contra tab. nam iure prætorio valet: *vt.C.de lib.prate.l.fi.circa prin.* ¶Sed contra.huic.l.infra *de condi.insti.l. fi.vt.fi.* Sed hic cum solus Titius sit institutus, nō valet exheredatio, cum alter nullus adire possit. Sed ibi & alius erat institutus purè qui statim adire poterat. & ita quantum ad eum filius est rectè exheredatus: & ita tenet testamentum. Item est contra. *infra de heredi.insti.l.hereditas.* vbi remota die valet institutio. Sed ibi certa: hic incerta, quæ moueri non debet: *vt infra eo. titu. l. in tempus .§.j & .l.qui filio.*

S*I postumus.*] CASVS. Vxorem habebam prægnātem: feci testamentum, & institui mihi heredem Titium, & Seium filiū meū mihi nasciturum ex dicta vxore intra eorum gradū exheredaui, hoc modo: Titium mihi heredem instituo: postumum meum exheredo: Seium mihi heredem instituo. & postea feci secūdū gradum hoc modo: si Titius & Seius mihi prædicti heredes nō erūt substituo eis Gaium & Sempronium & in hoc secundo gradu substitutorum nihil dixi de postumo prædicto: & ita eum à secundo gradu præterij: & sic dictum postumum exheredaui à primo gradu, & à secundo præterij: & sic decessi. deliberantibus heredibus primis Titio & Seio de adeūda hereditate mea, vel nō, natus fuit postumus. postea dicti primi heredes repudiauerūt hereditatem meam quæritur vtrum dicta hereditas deueniat ad postumū, an verò ad secūdos heredes, id est substitutos prædictos à quib. fuit postumus præteritus? & videtur quod debeat pertinere ad substitutos: quia postumus natus fuit eo tēpore quo ad institutos pertinere poterat hereditas. & ita non habuit postumus in hereditate aliquod ius tempore natiuitatis suæ: vnde omittentibus institutis videtur quod substituti habere debeāt, & non postumus: sed certè habebit imò hereditatem postumus, & substituti nō. quia substitutorum gradus ita est nullus per præteritionē postumi ab eo factam, quod nunquam hereditatem habere potest. Sed retento eodem casu pone quod dictus postu. natus fuit deliberantib. primis heredibus, & decessit: & post eius mortem scilicet postumi, primi heredes omiserūt hereditatem: nunquid substituti poterūt adire hereditatem? Et dicitur quod non, imò ad legitimos heredes pertinet hereditas. Sed pone quod postumus fuit exheredatus intra primum gradum: vt dictum est, & fuit à secundo præteritus, vt dictū est: & à tertio gradu fuit exheredatus sicut à primo: & viuentibus primis heredibus & deliberantibus nascatur postumus, & decedat: & postea primi heredes omittant hereditatem. de primis heredibus non est dubium quod hereditatē nō habebunt. Item nec secundi propter præteritionem postumi ab eorum gradu factam, vt dictum est. Sed quæritur, vtrum instituti in tertio gradu, à quo tertio gradu fuit exheredatus postumus, vt dictum est, debeant habere dictam hereditatem meam, an legitimi mei heredes? & videtur quod pertineat ad institutos in tertio gradu: quia ab eorum gradu non fuit postumus præteritus, imò exheredatus: vnde videtur valere ille gradus, taliter quod hereditatem habeat. Sed certè imò pertinet ad legitimos, & non ad scriptos in tertio gradu. Tertius enim gradus pendet à secundo: vnde si secundus non valet, vt dictum est, ergo nec tertius. & idem est in alio casu: institui mihi heredē Titium: & postea postumum meum exheredaui, & postea institui mihi Seium. & ita intra primum gradum institutorū exheredaui postumum. & postea feci secundum gradum hoc modo: si Titius prædictus mihi heres non erit, substituo ei Gaium: & si Seius prædictus heres mihi non erit, substituo ei Sempronium. & ita cuilibet de institutis dedi suum substitutum: & ab isto gradu substitutorum postumum meum præterij. deliberantibus Titio & Seio primis heredibus de adeunda vel non adeunda hereditate mea, natus fuit posthumus, & decessit: postea vnus de dictis primis institutis, pone Titius, omisit suam partem hereditatis. quæritur, quis debeat partem habere Titij? vtrum legitimi mei heredes, an verò substitutus Titij, s. Gaius prædictus? & dicitur quod legitimi heredes debent habere, & non substitutus Titij. de eo herede autem Titij, s. Seio, non est dubium quod non debet habere partem Titij, quamuis hoc in hac litera non dicatur: quia Titius habuit Gaium substitutum: vt dictum est: qui substitutus quamuis ipse habere non possit partem Titij propter præteritionem posthumi substitutis factam, vt dictum est: tamen excludit coheredem Titij. de necessitate igitur debent habere partem Titij legitimi mei heredes, cum postumus excludatur, quia mortuus est: & cum coheres Titij excludatur per substitutum Titij: & cum substitutus Titij excludatur per præteritionem ab eo factam de postumo, vt dictum est: & quia aliquis pro parte testatus, pro parte intestatus esse non potest: quod esset si legitimi vnam partem haberent ab intestato, & institutus vnus aliam ex testamento: non venit totum ad legitimos. [QVOD VVLGO.] Hic.§. dicit quod quædam regula quæ est in vulgari, non est semper vera: imò fallit quandoque. & casum vbi fallit, ponit primo in genere, & postea in specie. Regula est talis: Ille gradus à quo filius est præteritus à patre, non valet ipso iure. & potes ponere exemplum *vt supra eodem.l.aij.§.fina.* Casus autem vbi fallit, est iste in genere: Filium meum institui in primo gradu institutorum. certè non teneor eum exheredare à substitutis: imò si à gradu substitutorum eum prætereo, valet nihilo minus gradus substitutorum. Istum ergo casum vbi fallit dicta regula, ita ponas in specie: Institui mihi heredem filium meum Gaium & Titium album, dicto meo filio substitui Titium nigrum: & Titio albo primo instituto substitui Mæuium: & in isto secundo gradu, s. substitutorum, nihil dixi de dicto meo filio: & ita eum à gradu substitutorum præterij. postea Titius albus cum filio institutus omisit suam partem hereditatis. nunquid Mæuius ei sustitutus poterit eius partem adire? & certè sic: licèt meus filius fuerit præteritus à gradu dicti Mæuij Titio albo substituti. [SI QVIS ITA SCRIPSERIT.] Institui mihi heredem Titium, & filium meum Gaium hoc modo exheredaui: Gaius exheres esto: quem Gaium scio ex me natum non esse. & postea decessi. venit modo Gaius filius meus, & dicit testamentum meum nullum: & sic vult habere hereditatem meam ab intestato: quia probauit se natum ex me. quæritur, nunquid possit hoc dicere? Et respon. quòd sic, quia non exheredauj eum tanquam filium scilicet meum: quia exheredaui eum tanquam filium scilicet meum: quia exheredaui eum scilicet tanquam filium alienum: & quia ego adieci in exheredatione ideo me exheredare eum, quia non putabam eum esse meum filium: & quia probauit filius, vt dictum est, me errasse in causa exheredationis. & idem esset si ita exheredassem dictum Gaium filium meum, Gaius filius Sempronij & vxor mea exheres mihi esto. nam & hic non valet exheredatio, si probet Gaius se natum ex me. & sic habetur pro præterito: vnde testamētum meū nō valet: & sic habebit Gaius filius meus hereditatē meā ab intestato. Viui.

Postumus nascendo rumpit secundum gradum à quo est præteritus: licèt nascatur tempore quo hereditas non versabatur in secundo gradu, sed in primo: nec reconualescit: licèt postumus decesserit testatore mortuo: & propter præteritionem secundi gradus rumpit etiam tertium gradum à quo fuit exheredatus: & sic testamentum ruptum pro parte, rumpetur per consequentiam in totum: ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. hoc dicit vsque ad. §. quod vulgo. Alexand.

XIIII. AFRICANVS *libro quarto Quæstionum.*

Exheredatus.

a ¶ *Exheredatus.* sed hodie[a] non potest exheredari: *vt.C.de inoffic.testa.l.si quis in suo.* ergo pro [b] præterito habetur: & sic rumpit vt præteritus.

b ¶ *Pertineat.* i.[c] pertinere possit. *sic.s.eo.l.quod dicitur.* Hu.

c ¶ *Vitiari.* videbatur quod non: quia illi gradui nondum erat locus. nondum enim repudiauerant instituti.

SI postumus à primo gradu exheredatus, [a] à secũdo præteritus sit: quamuis eo tempore nascatur, quo ad heredes primo gradu scriptos pertineat [b] hereditas, secundum tamen gradum vitiari [c] placet ad hoc, vt prætermittentibus institutis ipse [d] heres existat. Imò & † si defũcto eo [e] heredes instituti omiserint hereditatem, non posse substitutos adire. ¶ Itaq; & si à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus, à tertio [f] exheredatus sit, & viuentibus primis & deliberantibus decedat: quæri solet, omittentibus primis aditionem, vtrũ ad eos qui tertio gradu scripti sint, an potius ad legitimos heredes pertineat hereditas: quo & ipso casu rectius † existimari putauit ad legitimos [g] eam pertinere.[h] ¶ Nam † & cum duobus heredibus institutis, & in singulorum [i] locum facta substitutione, à primis exheredatus postumus, à secundis præteritus fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamuis postumus excludatur, non tamen magis substitutum admitti.[k]

Quando filius est institutus in solidum vel pro parte in primo gradu, potest præteriri à sequenti gradu qui per hoc non rumpetur: & exheredatio facta de filio tanquam de extraneo per errorem, probata filiatione redditur nulla. hoc dicit vsque ad.l.si filius heres. Alexand.

d ¶ *Ipse.* scilicet postumus.

e ¶ *Eo.* sc.postumo. & dic, post mortem patris: *vt supra eod. l.si à primo.* Hu.

f ¶ *Tertio.* nã ad scriptos secundo gradu cõstat quòd non: *vt.s.dictum est.*

g ¶ *Legitimos.* sc. testatoris.

h ¶ *Pertinere.* quia rupto [d] secundo gradu, rumpitur & quod dependet ex eo. postumus ergo gradum rumpẽdo facit sibi locum, nec sequentem valere permittit, prædicta ratione, quia pendet ex eo: *vt infra titu. j. l. nã & si.§.fin.* secus in nato à præcedente præterito, & à sequente exheredato *vt not.supra eodem.l.iij.§.fina.* Sed econtra quando à præcedente exheredatur, à sequente præteritur: non[e] est differentia inter natum & postumum: *vt.s.eo.si à primo.* Accursius.

i ¶ *In singulorum.* puta primus primo, secundus secundo. Item si vterque vtrique, mul to magis. *vt infra titu. j.l.pe.*

k ¶ *Admitti.* quatuor sunt: Institutus qui nõ admisit. Item substituti. Item postumus. Item legitimi testatoris. ecce ergo substituti repelluntur: quia ab eis præteritus: *vt hîc.* Item coheres ab eadem parte excluditur, quia habuit substitutum: quinimò & suam perdit, vtpote toto rupto testamento: *vt.j.tit.j.l.pe.* ne idem testatus & intestatus decedat: *vt.j.de reg.iur.l.ius nostrum.* Item legitimi admittuntur: *vt hîc* nam dicit.s.nam cum &c. postumus autem si est præteritus, cum legitimis admittitur: & quod hic dicit eum excludi, verum est vtroque instituto adeunte ab intestato: vel verius non admittitur vt substitutus, sed vt legitimus sic.

l ¶ *Non debere.* ex necessitate. Accursius.

m ¶ *Exheredari.* sed substitutus filius debet à primo gradu exheredari: *vt.j.de vulga.substitu.l.ex facto.§.Lucius.*

n ¶ *Titio Mæuius.* aliàs Titio Mæuius: & est plana. aliàs Titius & Mæuius. & dic singulos singulis substitutos, & intellige de alio Titio in substitutione quàm in institutione. *& facit.j.de heredi. instit.l.suus.§.fin.& l.iam dubitari.*

o ¶ *Probetur.* per se filium, vel per alium: quia non erat in possessione[f] filiationis: *vt.C.de proba.l.nõ nudis.& l.nõ epistolis.* & quia verbum patris est contra eum: *vt.s.de proba.l.si.& .j.de libe.agn.l.j.§.Iulianus.* Sed si econtra heres probat non filium, tenet exheredatio: vtpote inepta in extraneo: *vt.j.de verb.obl.l.quidam cum filium.* Ad quid ergo expectatur, cum in vtroque euentu est nulla? *vt arg.s.ad Vell.l.aliquando.§.si.& de condict.inde.l.Iulianus.& j.de acqui.here.l.cum heres.§.j.* Respon. quia interim tenet, vt magis valeat testamentum, quàm eius prçteritione dicatur nullum: *vt supra eo.l.iij.in princ.quæ est contra.* Solu. vt ibi. hæc tamen exheredatio non nocet. *arg.j.de Carb.edic.l.j.§.idem ait cum quidam.* sed nec institutio sic facta nocet. aliàs tenet, si probaueris te filium: *vt.j.de condit.& demon.l.Lucius.*

p ¶ *Quasi filium.* sed quasi extraneum.

q ¶ *Elogium.* i. sermo vel verbum testamenti.

r ¶ *Filium.* i. hunc qui est filius: non vt filium, sed vt extraneum. Hug.

s ¶ *Eam causam.* quia non putabat filium. Azo.

1. ¶ Quod vulgo dicitur, eum gradum à quo filius præteritus sit, non valere, non † vsquequaque verum esse ait. nam si primo gradu heres institutus sit filius: non debere. [l] eum à substitutis exheredari. [m] Ideoque si filio & Titio heredibus institutis, Titio Mæuius [n] substitutus sit: omittẽte Titio hereditatem, Mæuiũ † eam adire posse, quamuis filius secundo gradu exheredatus nõ sit. 2. ¶ Si quis ita scripserit: *Ille, † quem scio ex me natum non esse, exheres est:* * hanc exheredationem ita nullius momenti esse ait, si probetur [o] ex eo natus. non enim videri quasi filium [p] exheredatum esse, cum † elogium [q] pater cum filium [r] exheredaret, proposuisset, & adiecisset propter eam causam [s] exheredare: probatúrq; [t] patrem* circa causam exheredationis errasse.

XV. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

IDem est & si ita dixerit, *Ille illius filius exheres esto.* patrem ei adulterum [u] per errorem adsignans.

XVI. AFRICANVS *libro quarto Quæstionum.*

SI filius heres institutus [x] sit omisso postumo, [y] filióque substitutus nepos ex eo sit: si interim [z] moriatur filius postumo non nato, [a] nepotem tam

t ¶ *Probatúrque.* si probetur ex eo natus, non nocet exheredatio: quia probatur. &c.

¶ Et sic not. errorem[a] testatoris non nocere. *sic infra de condit.& demonstr.l.demonstratio.& .C.de testa.l.neque.& de here.institu.l.si pater.* Sed arg. contra *Institu.qui ma.non poss.§.semel. & infra de vsufr.leg.l.si alij.* Item est arg. contra, *supra de inoffic.testa.l.si institura.§.j.* Sed dic *vt infra eod.l.iij.in princ.* ADDITIO. Imò dic vt in.l. cõtraria per gl. & bene. Bart. Alexand. & Iaso.

u [*Dem est.*] *Adulterum.* aliàs alterutrum: aliàs adulterum.

[*Si filius heres.*] CASVS. Habebam filium Titium, & ex eo nepotem Gaium: & habebam vxorem prægnantem: institui mihi heredem dictum meum filium, & præterij postumum, & dictum Gaium filium filij mei substitui eidem filio meo: vnde si nasceretur postumus, rumperet testamentũ meum inueniens se præteritum: & postea decessi: & postea antequam aliquid noui cõtingeret, certum factũ est quod postumus non nasceretur: & ita non rumpet testamentum meum. & postea dictus meus filius decessit antequam adiret hereditatem meam. certè dictus Gaius filius filij mei erit mihi suo suo heres ex testamento propter substitutionem: & erit heres patri suo, id est filio meo in aliis bonis filij mei quæ perueniunt ad eum aliunde quàm à me. Sed quid si dictũ filium filij mei non substitui eidem meo filio: sed filium meum solummodo institui, & postumum præterij: & postea certum factum est quod postumus non nascetur: & postea est mortuus filius meus antequam adiret hereditatem meam, & sic tempore mortis filij mei certum erit mihi quod nemo est heres ex testamento: tũc certè dictus filius filij mei erit solus & solũmodo heres patris sui ab intestato, id est filij mei. & ita euenit in isto alio casu. Institui filium meum prædictum heredem sub conditione si daret Titio.x. & de filio filij mei nihil dixi. filius meus antequam daret.x. Titio, decessit: & ita non potest esse aliquis mihi heres ex testamento. certè dictus filius filij mei, heres erit filij mei, scilicet patris sui ab intestato. Viuianus.

x ¶ *Si filius heres institutus.* dic purè. 2. Alij dicunt, sub conditione potestatiua, quæ vltimo vitæ momento potuit impleri: vt si dederit decem: & in fine loquatur de ea quæ verè non potuit impleri vltimo momento: vt si ascenderit capitolium. & sic discrepat finis à principio. alij dicunt econtra.

y ¶ *Postumo.* filio.

z ¶ *Si interim.* i. ante aditam hereditatem, vel viuente testatore. alij, id est pendente conditione.

a ¶ *Non nato.* non natus non rumpit: *vt hîc, & infra titulo.primo.l.iij.§.ex his.* Sed natus rumpit: & quidem totum gradum à quo est præteritus, & sequentes: *vt infra titulo. j.l.penultima.*

[a] Error testatoris non nocet.

† Filius in primo gradu institutus, in secundo præteritus non rũpit testamẽtũ, siue institutus fuerit in solidũ, siue datus ei fuerit coheres.

† Substitutus excludit institutum: idque per ius adcrescendi. Nam quod omittitur ab instituto, adcrescit eius substituto, non coheredi instituti.

† Ad hunc locũ vide Petrũ Loriotũ *tract. De exhered. axiomate. 2.*

† i. causam exheredationis, quæ hodie omni casu exprimenda est *ex Nouell 115.*

* esto.

* quia probatus.

ff. Infort.

patri quàm auo [a] suum heredem futurum. Quòd si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit: tunc quia eo tempore quo is moriatur, certum esse incipit neminem ex eo testamento heredem fore: ipse filius [b] intestato patri heres existat: sicut euenire [c] solet cum sub ea cōditione quæ in ipsius potestate erit, filius heres institutus, prius quàm ei parēret moriatur.

Exheredatio potest fieri per verba præteriti imperfecti vel futuri. Alexand.

XVII. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

FIlij etiam hoc modo exheredantur: *Filius exheres sit.* † *Filius exheres erit.* [d]

Exheredatio aliquando fit non ad incommodum, sed ad commodum filij. Alexan.

XVIII. VLPIANVS *libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.*

MVlti non notæ [e] causa exheredant filios, nec vt eis [f] obsint, sed vt eis consulant, vtputa impuberibus: eisque fideicommissam hereditatem dant.

Odia restringi, fauores conuenit ampliari. Bartolus.

a ¶ *Auo.* ex testamento: quia substitutus, patri ab intestato, vel etiam ex testamento si pater fuit testatus de castrensi in vita sui patris, vel etiam postea de quocunque. & sic verbum suum, diuersimodè accipitur. *sic supra de offic. procon. l. iij.* Alij [a] dicunt, quod est heres patris: & per eum aui: quia heres heredis est &c. *vt C. de here. insti. l. fi.* quod nō placet: quia filius non fuit heres.

a Vt Ioannes Vetus Glossograph. Cont.

b ¶ *Ipse filius.* idémque nepos: & sic erit heres vtriusque patris sui & aui ab intestato secundum nostram positionem: & suus. ¶ Sed nonne pater præcedebat? Respon. non constabat auum decessisse intestatum: *vt Institu. de here. ab intesta. §. cum autem.* idem si filius non fuit purè institutus, sed sub conditione quæ vltimo vitæ spiritu potuit impleri: & hoc subiicit. Alij dicunt, filius scilicet primi decedentis: & hoc cum fuit institutus sub cōditione illa si in capitolium ascenderit. Azo.

† Exheredatio potest fieri per verba præsentis temporis, & futuri. *adde l. tale pactum. ff. de pactis.*

c ¶ *Euenire solet.* aliàs vbi nepos non interuenerit. & hoc modo differt à princip. 2. Vel ibi purè, hîc sub conditione: vt ibi dixi. 3. Vel secundum alios diuersificat: *vt ibi not. & facit infra e. l. filius à patre. in princip. & infra de here instituen. l. suum. §. sed & si filio. & l. sequen. & infra de condit. institu. l. fina. & de suis & legiti. hered. l. j. § sciendum. & C. de instiu. & substitu. l. iiij.* Accursius.

FIlij etiam.] CASVS. Hæc. l. ponit duos modos per quos possunt filij exheredari. Primus est, filius exheres sit. Secundus est, filius exheres erit. Viuianus.

d ¶ *Erit.* item & sic: Ille filius meus alienus meæ substantiæ &c. *vt. C. eo. titu. l. iij. & facit. C. de testa. l. quoniam. & ꝭ. de heredi. instit. l. his verbis. & l. j. §. fin.*

MVlti.] CASVS. Hæc. l. dicit quod est quædam exheredatio filiorum quæ non nocet filiis: puta exheredaui filios meos: & institui mihi quosdam extraneos, & rogaui illos extraneos vt dictis filiis meis exheredatis restituerent hereditatem meam. Viuianus.

b Nota pro infamia.

e ¶ *Non nota.* id [b] est infamiæ. Accursius.

c Exheredatio interdum est bona & fauorabilis: quod cū accidit testamētum defuncti impugnari non potest.

f ¶ *Eis.* exheredatis. & [c] *facit infra de bonis libertorum. l. si patronus testamento. §. si quis non mala. & l. Paulus. & de contra tabu. l. si emancipatus. & Cod. de inofficioso testamento. l. si quis in suo. & l. filiis matrem. & supra de vsuris. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. & infra de vulgari & pupillari substitutione. l. cum ex filio.*

CVm quidam.] CASVS. Ego habens. xl. in bonis, & habens filium & filiam: filiam ex asse scripsi heredem, & filio. x. legaui. postea ita dixi: dictus meus filius sit mihi exheres in tertia parte hereditatis meæ. quæritur, nunquid valeat exheredatio filij? Et dicitur quod non valet: nec si exheredatus esset à fundo hereditario filius, valeret exheredatio. Sed certè malè videtur dictum esse, scilicet exheredationem non valere quæ facta est à certa parte hereditatis, vel à fundo hereditario, vel alia re singulari: quia video quòd institutio valet in vna re: vt. ꝭ. de here. institu. l. j. §. si ex fundo. cum similibus. Sed ex litera respondit huic tacitæ quæstioni, dicens quòd institutio est benigna & fauorabilis, & ideo non est mirum si ampliatur, scilicet vt valeat in vna re. exheredatio autem non est benigna, sed odiosa: & ideo non est adiuuanda, imò restringenda. Viuianus.

d Exhæredatio à re vel à quota non tenet.

e Exhæredatio à certa persona non valet, licet à toto gradu valeat

g ¶ *In cætera.* aliàs in certa: aliàs in tertia: & aliàs in cætera. quod idem est. Accursius.

h ¶ *Rectè.* ind re certa nō valet exheredatio. Item nec à [e] persona certa, sed à gradu toto sic: *vt supra eo. l. iij. §. filius.*

XIX. PAVLVS *libro primo ad Vitellium.*

CVm quidam filiam ex asse heredem scripsisset, filioque quem in potestate habebat, decem legasset † adiecit: *& in cætera* [g] *parte exheres mihi erit:* & quæreretur an rectè [h] exheredatus videretur: Scæuola respondit, non † videtur: * & in disputando adiiciebat ideo non valere, quoniam nec fundi exheres esse iussus rectè exheredaretur: aliámque causam esse institutionis, quæ benignè acciperetur: [i] exheredationes autem non essent adiuuandæ. [k]

Vt quis sit suus heres patri, requiritur quòd non sit in potestate alterius tempore mortis & conditionis euentus. Bartolus.

XX. MODESTINVS *libro secundo Pandectarum.*

SVb conditione [l] filius heres institutus, si † pendente conditione adrogandum se dedit, [m] necessarius heres non erit.

Sufficit quòd à tempore natiuitatis filius se institutum reperiat. Bar.

XXI. POMPONIVS *libro secundo ad Quintum Mucium.*

SI † filium nominatim [n] exheredauero, & eum postea

i ¶ *Acciperetur.* & valet: [a] *vt. ꝭ. de here. instit. l. j. §. si ex fundo. & C. de heredi. insti. l. quoties.*

a Institutio fieri potest à re vel à quota: licet exheredatio ita fieri non possit.

k ¶ *Adiuuandæ.* Not. fauorem [b] & odium. Io. quòd odia [c] sunt restringenda, fauores ampliandi. sic probatur duabus legibus *infra de adimen. lega. l. legatis. & l. fina. & supra de transact. l. cum hi. §. qui transigit. sic supra de in ius voc. l. quasitum. & l. sed & si hac lege. §. fina. Item supra de mino. l. iij. §. minorem. & infra de diuer. & tempo. præscript. l. in vsucapione. & de act. & obliga. l. in omnibus. & de vsucap. l. in vsucapionibus. & C. de edict. diui Hadria. tol. l. fina. in fin.* Argu. contra supra *de iis qui not. infamia. l. quod ait. §. exercitum.* Azo. *& facit supra eod. l. ij. & ꝭ. de pœnis. l. interpretatione.*

b Institutiones fauorabiles, exheredationes odiosæ.

c Odia restringenda, fauores ampliandi.

†Præterire est nullam mentionem filij facere institucndo vel exheredando.

†In exheredatione non habetur ius adcrescendi.

* videt.

SVb conditione.] CASVS. Ad euidentiam hujus. l. nota quod de iure ciuili filius est heres patris, siue velit siue nolit filius: vt infra de acquiren. here. leg. necessariis. vnde si instituo mihi heredem filium meum sub condi. si dederit Titio. x. necessariò est mihi heres filius, & tenetur conditioni parere de dicto iure ciuili. Quid autem si pendente conditione prędicta potestatiua dederit se arrogandum dictus meus filius Sempronio? certè amodo non erit heres necessarius etiam de iure ciuili: sed voluntarius, id est ad voluntatem Sempronij, in cuius potestate est: quia si voluerit Sempronius adimplere condi. & habere hereditatem meam per filium meum qui nunc est in sua potestate, potest habere. aliàs non cogitur. & ideo dixi de iure ciuili: quia de prætorio iure potest abstinere filius ab hereditate patris: & non adimplere conditionem: vt. d. l. necessariis. si autem adimpleat condit. antequam det se in arrogationem eo animo vt sit heres: non potest amodo abstinere neque de iure ciuili, neque de iure prętorio. vt infra de hered. institu. l. iam dubitari. Item ideo posui in potestatiua condit. quia si instituissem eum sub condit. casuali, & in eius defectum non exheredassem: non valeret testamentum ipso iure: vt not. in. d. l. iam dubitari. Viuianus.

† Si tempore hæreditatis delatæ [illegible] in reperitur alterius potestate, non est hæres necessarius, sed voluntarius.

† Coniunge. l. & ꝭ. de here. insti.

l ¶ *Sub conditione.* potestatiua, vel casuali vel mixta: sed in eius defectum exheredatur: alioquin statim ipso iure esset nullum: *vt. C. de insti. & substi. l. si pater. & ꝭ. de here. insti. l. suus.*

m ¶ *Dedit.* in vita testatoris secundum quosdam: sed tunc dicitur adoptio: *vt supra de adop. l. ij.* nisi dicas quod erat emancipatus à patre naturali cum se dedit in arrogationem eo viuo: sed tunc certè ideo non esset necessarius, quia emancipatus: sed potest responderi arrogationem pro adoptione poni. Dic ergo melius quod post mortem testatoris fuit arrogatus. ¶ Si dicas, sed nonne sufficit ad hoc quod sit necessarius, quod fuerit in potestate tempore mortis: *vt Instit. de hered. quali. & dif. §. sui?* Respon. non, cum est institutus sub conditione: quia oportet quod sit in potestate alterius tempore quo defertur hereditas, scilicet conditione existente: *vt Insti. de here. insti. §. seruus. & §. alienus.* est etiam & alia ratio hîc quare non est necessarius: quia nec alio momento est heres: imò arrogator in cuius potestate est: *vt. ꝭ. de acquiren. here. l. placet.* licet hodie secus: *vt Institu. de acqui. per arrog. §. j. & ꝭ. de here. insti. l. suus. §. fi.*

SI filium.] CASVS. Filium meum nominatim exheredaui, & postea eum institui. certè præualet institutio. Viuianus.

n ¶ *Si filium nominatim.* quod est opus: *vt Institu. de exhered. lib. in principio.*

Erit.

a ¶ *Erit.* quia posteriora a derogant primis: *vt.j.de condi.l.dini.§.licet.& .j.de vulg.substi.l.si quis eum.in prin.* fallit quandoque: b *vt.j.de leg.ij.si quis in princ. testamenti. & de leg.j.si mihi & tibi.§.fin. & fac.C.de pac.l.pacta.& .C.fami.ercis.l.in ipsius.& .C.de fideicom.l.fideicommissum.*

heredem instituero, heres erit.a

XXII. TERENTIVS CLEMENS *libro septimodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Cum postumus sub conditione b instituitur: si prius quàm nascatur, conditio extiterit, c non rumpitur testamentū postumi adgnatione.

Quando veritas & fictio tendunt ad vnum finem, veritas præualet fictioni. Bart.

XXIII. PAPINIANVS † *libro duodecimo Quæstionum.*

Filio d quem pater post emancipationē à se factam iterū e arrogauit, exheredationem antea scriptā nocere dixi. Nam in omni ferè iure sic obseruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intellegatur: ne imagine f naturæ veritas adumbretur: videlicet quòd non trāslatus, sed redditus g videretur. Nec multum puto referre, quod ad propositum attinet, quòd loco nepotis filium exheredatum pater adrogauit.

Institutio facta de extraneo firma manet: licet postea factus fuerit adoptiuus testatoris. Alexand.

1. ¶ Si Titius h heres institutus loco nepotis adoptetur: defūcto postea † filio i qui pater videbatur nepotis k successione nō rumpitur testamentum ab eo qui heres inuenitur.l

Si tēpore natiuitatis filia non reperitur legitimè instituta, testamentum rumpitur. Bart.

XXIIII. PAVLVS *libro nono Quæstionum.*

Postuma sub † conditione m heres instituta, si pendente n conditione viuo † patre nascatur, rumpit o testamentum.

Qui exheredat filios, videtur nominatim exheredare: nec videtur quis exheredare filios quos ignorat se habere. Bart.

XXV. IDEM *libro duodecimo Responsorum.*

Titius testamento heredem instituit, & filium habens sic exheredationem posuit: *Cæteri omnes filij † filiæque meæ* p *exheredes sunto.* Paulus respondit, filium rectè q exheredatum videri. Postea consultus an videatur exheredatus, quem pater putauit decessisse, respondit, filios & filias nominatim exheredatos proponi: de errore autem patris qui intercessisse proponitur, apud iudicem † agi oportere.r

Cum postumus.] CASVS. Institui mihi heredē Titium purè, & postumum meum sub condit. & decessi. postea antequā nascatur postumus, extitit cōdi. certe natus postea non rumpit testamētum meum. secus autē si pendet adhuc conditio. Viuianus.

b ¶ *Sub cōditione.* potestatiua c casuali, vel mixta. H.

c ¶ *Extiterit.* d secus si defecerit. item secus si dependet: *vt.j.eo.l.postuma.* Azo. & *facit.j.de condi.& demon.l.ij.& .l.si iam.& .j.de leg.j.l.cætera.§.ij.& .j.de verb.obliga.l.si rem meam.*

Filio.] CASVS. Titium filium meum in potestate habebam. eum emancipaui,&postea eum arrogaui, & tertiò eum emancipaui,&postea institui mihi heredem Seium extraneum : & dictum meum filium exheredaui:&postea eundem filiū arrogaui mihi in filium, vel in nepotem ex alio meo filio, nō facio vim. nunquid valet dictū meū testamentū, vt sic noceat filio meo dicta exheredatio? & videtur quod nō: quia exheredatio fuit per me facta eo tēpore quo filius meus erat extra meam potestatem, & ita erat mihi quasi extraneus, ergo non valet exheredatio. arrogatio ergo post exheredationē facta nihil operari videtur vt valeat exheredatio. sed certè imò valet exheredatio & filio nocet. & aliud est penitus in extraneo quàm in filio emancipato. & est ratio, quia in omni iure sic conuenit obseruari, vt veri patris filius nunquā intelligatur filius adoptiuus, etiā si in veritate adoptatus vel arrogatus sit à vero patre, vt fuit in nostro casu. & cōuenit obseruari similiter, vt imagine adoptionis siue arrogationis non obumbretur veritas naturæ. nam dictus meus filius nō videtur per arrogationem translatus in meam potestatē, sed videtur mihi redditus. sed si arrogassem aliquē penitus mihi extraneū: ille bene videtur transferri in meam potestatem per arrogationē. & sic illa arrogatio penitus extranei non faceret conualescere illā exheredationem quam de illo penitus extraneo fecissem, si eū extraneum exheredassem: quæ quidem exheredatio per me facta de extraneo non valuisset ipso iure & sic est hic intellectus huius.l. [SI TITIVS HERES.] Filium meum Seium & Titium extraneum mihi heredes institui, & postea dictum Titium adoptaui mihi in locum nepotis ex dicto Seio filio. postea decessit dictus meus filius, & postea ego decessi. nunquid dictus Titius vt nepos à me adoptatus rumpit testamentum meum? Et videtur quod sic: quia non institui dictum meum nepotem adoptiuum eo tempore quo fuit meus nepos, imò prius quàm esset nepos: sed certè heres inuenitur à me scriptus dictus meus nepos non facio vim quādo, & ideo testamentum non rumpit. Viuianus.

d ¶ *Filio.* secus in extraneo exheredato, & postea arrogato, qui rumpit testamentum: *vt.j.de contra tab.l.non putauit.§.si quis emancipatum.*

e ¶ *Iterum.* e i.in f potestatem suam iterum redigat, quod fieri potest de filio naturali: *vt hic,& .ʒ.de adop.l.si pater filium.* nō sic de adoptiuo: *vt eo.tit.l.adoptare.§.cum.*

f ¶ *Imagine.* s. adoptionis, quæ g est fictio inducta ad similitudinē naturæ. nam h est adoptio legalis actio per quā quis fit velut filius qui non est, penè naturam imitans. ¶ Itē nota veritatē i præualere fi. Infort.

fictioni: a quandoque secus: *vt.ʒ.eo.titu.l.si quis postumos.§.si quis filium.ibi,& diuersum.&c.*

g ¶ *Sed redditus.* sic. *ʒ.de pac.l.si vnus.§.quod in specie.& ʒ.si ser.vin.l.sicuti §.sed si quæratur.& ʒ.de testa.l.hered.§.si quis post.& ʒ.quib.mo.pign. vel hypo.sol.l.soluitur.§.voluntate.& de pecu.l.peculium.§.si are.* Item contra hanc.l. videtur *Institut.quibus.mo.testa.infir.in princip.* Sed ibi nec institutus nec exheredatus erat arrogatus : & ideo rumpitur.

h ¶ *Si Titius.* etiam extraneus: *vt.j.tit.j.l.antepenul.* Azo.

i ¶ *Filio.* qui erat institutus vel exheredatus. & dic defuncto viuo patre.

k ¶ *Nepotis.* adoptiui.

l ¶ *Inuenitur.* in scriptis. secus si alius esset heres: quia rumpitur testamentum.

Postuma.] CASVS. Postumum vel postumam meam mihi sub conditione heredem instítui pendente adhuc conditione, & adhuc me viuo nata est. certè rumpit testamentum. Viuia.

m ¶ *Cōditione.* casuali vel mixta: nec in eius defectum exheredata. secus sub potestatiua, sub qua etiam nati possunt institui: *vt.j.de here.instit.l.suus.*

n ¶ *Pendente.* secus si iam extitisset: b *vt supra eod. l.cum sub conditione.*

o ¶ *Rumpit.* s. statim non expectata conditione: c *vt.j.tit.j.l.nam & si.& .ʒ.ad Vell.l.aliquando.§.fin. & infra de ac.he.l.si quis heres ita.* Item facit *supra eo.l.commodissimè.*

Titius testamento.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seiū suum filium, & alios filios, puta Gaium & Sempronium heredes: & credens Sempronium mortuū esse, exheredationē ita scripsit: cæteri omnes filij filiæq; meæ exheredes sint. modo quæritur vtrum Gaius & Sempronius sint exheredati: & de Gaio nō est dubium ꝙ sic. De errore autē quē habebat pater de Sēpronio suo filio, quē. s. credebat mortuū cū viueret, apud iudicē quęretur: & si inuenietur patrē in dicto errore fuisse, nō valebit in Sēpronio exheredatio, aliàs sic. [LVCIVS.] Lucius Titius habebat neptē ex filia prægnantē ad burgū Panicalis pone: & ipse Lucius Titius erat Boñ. infirmus. dicta neptis peperit in die Ioannis in media tertiæ vnum filium apud dictā villā. dictus eius auus ignorans eā peperisse, fecit testamentū in eodē die in hora. vj. & instituit sibi heredem Gaium in dimidiam, & in alia dimidia illum quem credebat habere neptem in vtero. quæritur nunquid valeat institutio illius quem credebat postumum, cum iam esset natus? Et dicitur quòd sic: & ita natus habetur pro non nato. Viuianus.

p ¶ *Meæ.* & comprehenduntur etiam postumi filij & filiæ: *vt.j.de verb.sig.l.nomen filiarum.& .ʒ.de testa.tute.l.si quis filiabus.* H.

q ¶ *Rectè.* d secus si dicat omnes liberi, quia tūc dicitur inter cæteros & nō valet: *vt Inst.de exh.lib.§.j.in prin.* Sed in fœmina huic opponitur : quia videtur debere legato onerari: vt valeat cum exheredatur inter cæteros. *vt hîc fuit, vt Insti.de exhere.lib.§.sed fœminini.* Respon. hic nominatim est facta: vt hic subiicit. Vel illud in fœminis postumis: hic in iam natis. Sed prima placet.

r ¶ *Oportere.* quia nesciēs se habere filiū si prætereat, nō valet testamentū, siue miles siue paganus sit: *vt.C.de test.mili.l.sicut certi.& l.si cum.& .ʒ.de inoffi.test.cum mater.* & ecōtra si exheredat filios, nō videtur exheredare quē ignorat habere: *vt hic,* nec tutorē videtur ei dare, quem ignorat se habere: *vt.ʒ.de testa.tute.l.si quis ita.§.si quis cū ignoraret.* ¶ An in institutione generali idē? Repō. idem: *vt infra de here.instit.l.an tempus.§.j.& l.quoties.§.si heres.* idem si credat filium qui non est; *vt.C.de here.instit.l.iiij.*

a Fictione potentior est ratio naturalis: atque ita grauius restituere piæ causæ, non erit obnoxia restitutioni si liberos relinquat. de quo tamen. v. Tiraquellum tract. piæ causæ priuilegio. 17.

† Institutus vt extraneus, non rumpit vt filius: & sic institutio rectè facta nō rumpitur, licet instituti conditio varietur.

† Institutio conditionalis rumpitur natiuitate posthumi iam purificata, at quæ iā existebat non rumpitur.

† Vel etiā eo mortuo. Dyn. Albericus, Baldus. Ias.

† Exhæredatur rectè plurali voce; is etiam qui vnicus est testatori filius.

b Id est si fuisset purificata.

† Si iudex errauerit super errore alterius testis: quid in hoc casu, vide Gl. ... in l. ... de verb. sub.

c Cur ita? quia cum nascitur inuenit se præteritū cum conditio pendeat, quæ nō erat potestatiua.

d Liberi nominatim sunt exheredandi. vt.l.i.ʒ.eo.§.nominatim Insti. de exhered. liber. Quid autē si pater vno filio instituto dixerit cęteros filios exhęredo? nominatim facta huiusmodi exhęredatio censetur quod vt intelligi oporteat. v. Grassum libro sentent. §. Testamētū. quæst. 38. num. 4.5. vbi etiam numero 3. quærit, quid si indefinitè fiat exhęredatio?

a Albescere cælum quando dicatur.
b Quod est hora prima diei.

a ¶ *Albescente.* quod[a] est in aurora: [b] aliàs calescente, quod est circa mediam tertiam.
b ¶ *Cum quo.* sub eo quo, &c.
c ¶ *Paulus respondit.* in sequenti. l. & continuatur cum ista. in libro domini Accursij non est lex, hoc modo: Paulus scribit verba, &c.

Fauore testamenti, & propter ignorantiam testatoris natus habetur pro non nato. Bart.

1. ¶ Lucius Titius cū suprema sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnatē rure agētem, scripsit id quod in vtero haberet, ex parte heredē. Quæro, cùm ipsa die qua Titius ordinaret testamentū in ciuitate, hora diei sexta, eodē die † albescēte[a] cœlo rure sit enixa Mæuia masculum: an institutio heredis valeat: cùm, † quo [b] tēpore scriberetur testamentū, iam editus esset partus. Paulus respondit,[c] verba quidē testamenti ad eum pronepotē directa videri,[d] qui post testamentū factum nasceretur: sed si (vt proponitur) eadem die qua testamentum factum est, neptis testatoris antequam testamentum scriberetur, enixa esset, licèt † ignorante † testatore: tamen institutionem iure factam videri, rectè responderi.

e Natus pro non nato habetur, & econtra.
d Posthumi appellatione, iā natus continetur ex ignorātia defuncti: aliàs non continetur.
† Die fieri dicitur quod fit in aurora. vt hīc. sed & quod fit inter diem & noctē serò. Dyn. Bal.
† Testatoris dispositio statim valet, si iā factū est quod futurum putabat. atque ita verba directa ad nasciturum includunt iam natum.
† Ignorari in ciuitate probabiliter ea quæ in comitatu fiunt: & è contra in comitatu, ea quæ sūt in ciuitate hinc colligunt.
† Probari sciētiā hic adnotat Bald. præsentia in actu, denūciatione, publica fama.
e Nominatim exhæredare quid.
f Institui heres potest nasciturus ex vidua cum qua testator potest matrimonium contrahere.

d ¶ *Videri.* Sic ergo natus[e] pro nō nato habetur: & econtra sæpe inuenitur. Io. *vt. s. de sta. ho. l. qui in vtero.* & sic appellatione posthumi[d] iam natus cōtinetur: & hoc propter ignorantiam defuncti. aliàs habes cōtra. *j. de verb. signi. l. nomen filiarum. & s. de test. tu. l. si quis filiabus.* Item facit contra huic. *l. j. de condi. & demon. l. si iam. & l. si ita legatū. & j. de leg. ij. l. si ita sit. §. fina.* Accursius.

F*iliusfami.*] CASVS. Quidam imperator qui vocabatur diuus Augustus, fecit vnum edictum in quo continebatur quod pater non teneretur exheredare nominatim vel instituere filium suum militem: imò si præteream, valet nihilominus testamētum. illud edictum tollitur hic: & dicitur quod sicut filius paganus debet nominatim exheredari à patre vel institui ad hoc vt valeat testamentum, ita & filius miles, de quo dixi *supra eo. l. j. & ij.* Seq. l. est clara. Viuianus.

e ¶ *Filiusfamilias miles similiter.* aliàs deest similiter.
f ¶ *Nominatim.* Quid sit nominatim[e] exheredare, habes *Instit. de exhered. li. §. j. & supra. eod. l. secunda.* Azo. & not. *supra. eo. l. prox. in princ.*
g P*osthumum ex qualibet vidua.* dummodo[f] cum ea possit habere matrimonium: *vt supra eo. l. si quis postumos. j. respon. Azo. & facit infra de verbo. signifi. l. malum. §. viduam. item facit supra. eo. l. placet.*

F*ilius à patre.*] CASVS. Filium meum Titium quē in potestate habebam, institui mihi heredē in omnibus meis bonis sub condi. si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & si non venerit, exheredaui eū: & decessi. pendente dicta cōditione institutionis & etiam exheredationis decessit dictus meus filius. nunquid valet dictum meum testamentum, & sic dictus meus filius videatur mihi fuisse heres ex testamento dum vixerit: an verò nō valet, vt sic videatur fuisse meus heres ab intestato dū vixit? certè dicitur quòd non valet: quia dum vixit dictus meus filius, non fuit heres mihi ex testamento: quia conditio institutionis nondū extiterat: neque exheredatus fuit, quia conditio exheredationis nondū extiterat. ergo tempore mortis suæ inuētus fuit à me præteritus, & sic non valere testamētum meum: & sic eum esse mihi heredem ab intestato. secus autem esset si dictum meū filium instituissem mihi heredem in dimidia bonorum meorum si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & si non venerit, eum exheredaui. & ita dixi postea, si filius meus decesserit ante cōditionē institutionis vel exheredationis, instituo mihi Seiū in alia dimidia bonorū meorum: quia tunc mortuo dicto meo filio ante cōditionem institutionis vel exheredationis, valet testamentum meū, & exheredatio filij mei: & coheres dicti filij mei, scilicet Seius: habebit totā hereditatem meam ex testamēto. [FILIVS FAMILIAS MILES.] Habebam filium militem qui vocabatur Titius, in mea potestate, & nepotem ex eo in mea potestate similiter, qui vocabatur Seius hic miles meus filius fecit testamentum de castrensi pec. suo, & instituit sibi Gaium extraneum, & præteriit filiū suum Seium. postea militare desiit: & reuersus est domum: postea ego pater suus & auus filij sui Seij decessi: & sic Seius fili[9] suus recidit in potestatem suam, & inuenit se ab eo præteritum. quæritur, an rumpatur dictum testamentum? & videtur quod non, quia certi sunt modi per quos debet rumpi testamentum dictum: & hic nō

Filiusfamilias miles potest exheredari sicut paganus. Bart.

XXVI. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

FIliusfamilias si militet,[e] vt paganus nominatim[f] à patre aut heres scribi, aut exheredari debet: † iam sublato edicto diui Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredet.

XXVII. IDEM *libro tertio ad Neratium.*

POsthumum ex qualibet vidua[g] natum † sibi filium heredem instituere potest.

Si exheredatio facta in conditionis defectum, non potest confirmari aditione, testamentum est nullum: & filius patri ab intestato succedit: secus si potest confirmari. Bart.

XXVIII. TRYPHONINVS *libro vicensimo Disputationum.*

FIlius à patre cuius in potestate est, sub conditione[h] quæ

† Miles hoc ipso quod miles est, non desinit esse filius ideoque instituendus aut exheredandus.
† id est nasciturum, secundum Dynum, Albericum, Imolam. imò ... tum nunc, sed non tempore institutionis. Ias. adde Gloss. l. sequenti. ... in verbo natum.

fuit aliquis de eis. Vnus modus est, si aliquis sui iuris existens post testamentum à se factum adoptauit sibi aliquem in filium: quo casu rumpitur testamentum eius. Secundus modus est si aliquis sui iuris existens post testamentum à se factum habeat filium ex vxore sua: quo casu rumpitur similiter testamentum. Tertius modus est, quando aliquis sui iuris existens habet filium in potestate sua, & ex eo nepotem in potestate similiter, & facit testamentum, & instituit sibi heredem filium, & nepotem ex eo præterit, & postea ante mortem suam testatoris moritur filius, & sic succedit nepos in locum filij quantum ad proximitatem: quo casu similiter rumpitur testamentum. cum ergo in nostro casu non fuerit aliquis de dictis tribus modis, non videtur quòd testamentum dicti militis rumpatur. Sed certè dicta argumentatio facta ab insufficienti partium enumeratione non valet. nam & ille modus qui euenit in nostro casu, est talis: quia ita bene debet facere rumpi testamentum sicut supradicti tres. ergo rumpetur testamentum dicti militis. fuit autem modus in nostro casu talis, vt dictum est: quia per mortem meam qui eram pater dicti militis, simul & semel fuit dictus miles factus sui iuris, & filius suus militis sub eiusdem militis recidit potestatem: & inuenit se ab eo præteritum. Sed quid si dictus miles instituisset heredem dictum suum filium in potestate mei aui existentem, vel exheredasset eum, & per mortem meam recidisset in potestatem dicti militis filius suus, vt dictum est: nunquid rumpitur testamentum? Et dicitur quòd non: quia dictus miles non est natus in potestate filij sui aliquo nouo facto circa militem, vel circa filium suum: sed est natus in potestate ordine naturali: quia ordo naturalis est vt prius ego pater militis moriar quàm ipse. sed hæc ratio non videtur mihi sufficiēs nimis: vt supra eodem. l. filio. [SI QVIS EX CERTA.] Feci testamentum, & institui mihi heredem illum qui nascetur mihi ex Titia. postea ex Seia vxore mea filios habui. certè rumpitur testamentum meum. [SI QVIS EO.] Institui mihi heredem eum qui mihi nascetur ex Titia, quæ est minor viginti-quinque annis. & cuius ego vel pater meus fuimus tutores: & sic nunc tempore testamenti mei non poterat esse mea vxor: quę quidem Titia post .xxix. annum recipit à me vel à patre meo rationem & reliqua tutelæ: & sic iuste postea potui eam accipere in vxorem, & accepi: nunquid natus mihi ex ea poterit esse meus heres? Et dicitur quòd sic, non obstante quòd tempore quo nasciturum mihi ex ea mihi heredem institui, non poterat esse vxor de iure: & idem si institui mihi heredem eum qui mihi nascetur ex Titia, quæ quidem Titia erat ancilla tempore testamenti mei, & sic eam de iure habere in vxorem non poteram: & ipsa postea fuit facta libera: & sic certè postea potui eam accipere in vxorem, & accepi. nam natus ex ea mihi poterit esse meus heres. & quod dixi in dictis duobus casibus, idem est in omni alio vbi tempore testamenti mei in quo instituto nasciturum mihi ex aliqua, ipsa non potest de iure existere mea vxor, postea autem potest mutata eius conditione, & eam accipio in vxorem, & ex ea nascitur mihi aliquis. Sed pone quòd ita dixi, si masculus nascetur mihi ex Titia, volo quòd sit mihi heres in nouem vnciis: si autem fœmina, volo quòd sit mihi heres in tribus vnciis: nec dedi eis aliquem coheredem, nec substitui eos adinuicem: nec alium eis substitui: postea ex ea natus est mihi masculus tantùm. certè ipse solus erit heres. Viuianus.

h ¶ *Conditione.* quæ non potuit impleri vltimo vitæ momento: puta si ascenderit capitolium. dicitur tamen potestatiua: quia potestatiua dicitur duobus modis: *vt. j. de condi. institu. l. fin.* Vel dic quòd fuerit casualis. Azo.

Pendente

a ¶ *Pendente.* pendet cum decedit: quia viuens decedit: ſed deficit ſtatim eo mortuo.
b ¶ *Eum.* filium.
c ¶ *Ab inteſtato.* ſ. patre mortuo.
d ¶ *Neque ex teſtamento.* quia non extitit conditio: inſtitutio non valet, nec exheredatio: vt ſubiicit, ſcilicet per conſequens. nam [a] non valet exheredatio vbi nullus eſt heres: *vt. j. de contra tabu. l. filium §. ſed cum exheredatio.* cum ergo moritur, conſtat conditionem impleri non poſſe, & ſic inſtitutionem nullam, & teſtamentum nullum, & per conſequens exheredatio nulla: vt dixi. ſed in ſequenti caſu inuenitur coheres inſtitutus poſt mortem filij: & ſic tenet teſtamentum & exheredatio.
e ¶ *Herede autem.* inſtitui filium ſub conditione ex ſex vnciis: & in defectum exheredaui, & Titium poſt mortem dicti filij inſtitui in aliis ſex vnciis dando eum coheredem filio poſt mortem: in puncto mortis filij deficit ei conditio, & ſuccedit eodem puncto exheredatio: quæ cum eodem puncto inueniat heredem qui ſtatim eo puncto incipit eſſe heres, valet teſtamentum, & ſic exheredatio. Sed contra. *j. de heredi. inſtitu. hereditas ex die.* Sed dic ibi certa: *vt not. ȝ. eo. l. ſi ita. §. fina.* Sed Py. dicit quòd hic fuit filius ſubſtitutus: ſed malè diceret coheres. ¶ Item nec ob. *ſupra eo. l. ſi ita. §. fin.* quia ibi fuit filius tantum exheredatus: hic inſtitutus tantùm ſub condi. ſecundum Azo. Vel ibi ſe mortuo tantùm inuenit ſe exheredatum: hic ſe viuo: ad quod eſt infra *eo. l. Gallus. §. in omnibus. & facit. C. de inſtit. & ſubſtit. l. iij. & j. de here. inſti. l. ſuus. & l. iam dubitari. & ȝ. eo. l. ſi filius heres.*
f ¶ *In eiuſdem.* cuius & ipſe erat.
g ¶ *Patre.* reſpectu filij. Accur.
h ¶ *Auo.* reſpectu nepotis. Accur.
i ¶ *Nō adoptauit quidē.* poſt factū teſtamētū. & īcipit ratiocinari.
k ¶ *Locum.* ex quibus videtur rumpi teſtamentū. ab inſufficienti enim partiū enumeratione argumentatur. ¶ Et no. quatuor [b] modos rumpendi teſtamentum, & quatuor [c] modos naſcendi poſtumos, vel quaſi poſtumos: & hoc vt not. in rubri. C. eo.
l ¶ *Nouo facto.* maximè, ſubaudi: *vt probatur ſupra e. l. filio quē. in princ. & §. fi. Azo. & facit infra tit. j. l. certum. & de mili. teſt. l. ſi filius. in prin. & §. fi. & l. ſi filius.* Hug.
m ¶ *Si quis ex certa.* ſecus ſi nullius vxoris habita mentione, ſed ſimpliciter: [d] *vt. ȝ. eo. l. placet. & l. ſeq.* Sed Py. litera eſt exſecta, ad quod eſt. *ȝ. eo. l. quod dicitur.* Accur.
n ¶ *Deducit.* ſ. ſe vel teſtamentum. rumpitur enim. *arg. ȝ. e. l. commodiſſimè.*
o ¶ *Natum.* Expone vt. ȝ. eo. proxi. §. i. naſciturū. *ſic. j. de leg. iij. l. etiam.* Azo. ȝ. Vel dic natū nunc. non tūc. ſ. tempore inſtitutionis.
p ¶ *Ancilla.* cum [e] qua non poteſt eſſe matrimonium, ſed contubernium: *vt. C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. & de adul. l. ſerui. & infra de adul. l. inter liberas.* Azo.
q ¶ *Tempore.* tranſacto ſubaudi.

[a] Exheredatio non valet vbi nullus eſt heres.
[†] Poſthumus ... qui in poteſtatē ... talis ... aui præ ... patern... teſtamentū ... vt poteſtatem.
[b] Teſtamentū quatuor modis rumpi poteſt.
[c] Poſthumi quatuor modis dicuntur naſci, ſi naſcantur, ſi adoptentur, ſi primum locum ſubeāt, ſi recidant in patriā poteſtatem.
[d] Verba ſpecialiter prolata non poſſunt ad alium protrahi.
[e] Matrimoniū alium non poterat eſſe cum ancilla, ſ. d cōtuberniū tātū.

non eſt in ipſius poteſtate, heres inſtitutus, & in defectum cōditionis exheredatus, deceſſit: pendente [a] etiam tunc conditione tam inſtitutionis quàm exheredationis. Dixi heredem eum [b] ab inteſtato [c] mortuum eſſe: quia dum vixit, neque ex teſtamento [d] heres, neque exheredatus fuit. Herede autem [e] ſcripto ex parte filio, coheres poſt mortem filij inſtitui poteſt.

Qui morte aui recidit in poteſtatem patris, ſi antè reperitur inſtitutus, teſtamentum non rumpitur. Bar.

1. ¶ Filiusfamilias miles de caſtrenſi peculio fecit teſtamentum, habens filium in eiuſdem [f] poteſtate. cum militare deſiſſet, patre [g] eodémque auo [h] defuncto, quæſitum eſt, an rumpetur eius teſtamētum. Non quidem adoptauit: [i] nec hodie ei natus eſt filius, nec priore ſubducto de poteſtate ſuo herede, vlterior ſucceſſit in proximum locum: [k] ſed † tamen in poteſtate ſua habere cœpit quem non habebat, ſimúlque paterfamilias factus eſt, & filius ſub eius recidit poteſtate. * Rumpetur ergo teſtamentum. Sed ſi heres ſit inſtitutus vel exheredatus iſte eius filius, non rumpitur, quia nullo circa eum nouo [l] facto, ſed ordine quodam naturali nactus eſt poteſtatem. 2. ¶ Si quis [m] ex certa vxore natum ſcribit heredem, in periculū rumpendi teſtamentum deducit, [n] ex alia ſu-

r ¶ *Allegatione.* reddita. *& facit ad hoc. ȝ. de rit. nup. l. non eſt. & l. quanquam. §. fin. & C. de interdi. ma. l. ſi patris. & l. ſi curator. & l. curatorem.*
ſ ¶ *Heredem eſſe poſſe.* ſic. *C. de nup. l. & ſi contra.* Sed arg. contra. *j. de reg. iur. l. quod ab initio. & de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & Inſti. de inut. ſtipu. §. j. & de exhered. lib. in princip.*
t ¶ *Statu.* prædicto. Nec ob. ȝ. *eodem. l. ſi quis poſtumos. §. j. & §. ſed & ſi ex ea.* quæ ſunt contra: quia ibi [a] impediebatur matrimonium iure naturali & diuino: hic iure ciuili tantùm. *argumen. infra de adul. l. ſi adulterium. §. primo.* Item caſum iſtum licitum eſt expectare. ſecus in contrariis.
u ¶ *Fit heres.* facit *infra de lega. j. ſi duobus. §. fin* ¶ Sed prin. eiuſdem. l. eſt argu. contra. Item ſic. *C. de cadu. tollen. §. his itaque. & Inſti. de heredi. inſti. §. non autem.*

ſceptis liberis.

Poteſt quis inſtituere poſtumum ex ea quæ tunc ſibi vxor eſſe non poteſt honeſtè, ſed ſpes eſt quòd eſſe poſſit. Bartolus.

3. ¶ Si quis † eo tēpore quo nōdum eius vxor eſſe poſſet, teſtator natum [o] ex ea ſcripſit heredem, an poſtea contracto licito matrimonio natus, heres ex teſtamēto eſſe poſſit, quæritur veluti ſi † ſcribas hodie heredē qui tibi ex Titia natus erit, quando Titia ancilla, [p] vel minor annis vigintiquinque ea, cuius † pater tuus tutelam adminiſtrauit, aut tutor tu ipſe fuiſti, poſtea Titia vxor iuſta tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore [q] annorum vigintiquinque, & vtilis anni, & rationum allegatione: [r] an natus heres eſſe poſſit? Nemo certè dubitabit, ex Titia quę tūc propter tenorē ætatis vxor duci non potuit quando teſtamentū fiebat, natum poſtea ea vxore ducta, heredem [ſ] eſſe poſſe. Et generaliter nato poſt teſtamentū herede ſcripto, aditus eſt ad hereditatē, in qualicunque † ſtatu [t] teſtamenti faciendi tempore fuerit quæ poſtea teſtatori ciuiliter nupta eſt. 4. ¶ Quid autem ſi filium poſt teſtamentum natum ex beſſe, filiam autē poſt teſtamentum natam ex triente ſcripſit heredē, nec vllum coheredem dedit, nec ſubſtituit inuicem alium? Vnus natus ſolus ex teſtamento fit heres. [u]

GAllus.] CASVS. Licet aduocati parū lucrantur de hac lege: quia tamen re & fama difficilis eſt, bene eſt notanda, & ante caſus poſitionem ita eam ad ſuperiorem continua. quia. ȝ. egit qualiter propter præteritionem poſthumorum teſtamenta rumpantur, & de hoc dicitur ſupra eod. commodiſſimè. & l. ſi poſthumus. & l. poſthuma. ideo Gallus Aquilius ad ſuſtentationem teſtatorum inuenit viam & medicinam vt teſtamenta non infringantur, dando conſilium quòd nepos ex filio poſthumus inſtitueretur ab auo: vt ita inſtitutus non rumpat teſtamentum eius. docet autem fieri inſtitutionem in eum caſum, in quem caſum nepos non inſtitutus rūpet teſtamētum: & docet etiā qualiter & quibus verbis debeat fieri. & durat conſiliū ſuū vſque illuc: quidā rectè, &c. ibi autē incipiunt verba domini Scæuolæ, & abinde incipit reprehēſio dicti domini Scæuolæ ad dictū domini Galli: & reprehendit eum multifariè multiſq; modis, ſicut videbis per paragraphorū caſus. Item antequam venias ad ſpecialem caſus poſitionem, collige breuiter totam intentionem huius. l. Antiquis tēporibus teſtamenta per filios rumpebantur: & aliquādo ita, quòd nulla erant ipſo iure, puta ſi filius eſſet præteritus qui iam erat natus. aliquādo aliqua erāt teſtaméta ab initio, & poſtea rumpebantur: puta ſi nondum natus præteriebatur, & poſtea naſcebatur: circa quos inſtituēdos ſatis per antiquos ſapiētes prouiſum erat: ſed quia periculum erat in præterēūdis nepotibus, in quibus nō erat prouiſum: ideo Gallus prædictus dat ſuum prædictū conſilium, ſcilicet ſic vt ipſi debeant inſtitui ab auo ſi naſcātur mortuo patre & auo. cuius conſiliū Scæuola ſuppleuit dicendo idem in pronepote, & dicēdo idem ſi pater non moriatur, ſed emancipetur vel deportetur. ſic ergo Gallus prouidet circa eos qui mortuo patre & auo naſcūtur: ſed nō prouidet eis qui naſcuntur viuo patre & auo poſt teſtamentū aui, vel qui naſcūtur viuo auo, & mortuo iam patre. ſed poſtea venit Velleius. & prouidet eis: & primò in iis qui naſcūtur poſt teſtamentū aui viuo auo, mortuo iam patre, & hoc ſiue mortuus ſit iam pater tempore teſtamenti aui, ſiue nō, ſed poſt factum teſtamentū moritur. & hoc erit primum caput. Velleiæ. Item prouidet Velleius

[a] Generalia verba cū dictione geminata qualiſcunque, non cōprehendunt caſum prohibitum iure naturali, vel diuino.
† Matrimoniū poteſt cōtrahi per conſtitutū in vltimis, hoc eſt in mortis articulo: idque cauſa prolis legitimandæ: *vt no. in. l. nuper. C. de natu. libe. & in regula ſine culpa. & ibi Io. An. de regu. iur. lib. 6.*
† Inſtitui poteſt poſthumus, ex ea quę in præſenti vxor eſſe non poteſt: ſpes tamen nō inhoneſta eſt vxorē eſſe poſſe: vel, vt ait Baldus, inſtitutio poſthumi ex vxore poſſibili de futuro valet, licet nō ſit poſſibilis de præſenti.
† Tutor eiuſue filius, pupillam ducere nō poteſt, niſi redditis rationib[us] tutelæ & ea effecta maiore 25. annis.
† Qualiſcūque dictio geminata, de qua vide *Bartol. in l. 2. §. præter ait. ȝ qui ſatiſdare. text. in l. & ſi inſtrumenta in verbo qualiſcunque, et ibi Gl. & Bart. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcalis:* & Gloſſ. *in l. 1. & ibi Barto. C. de fide inſtrum.*

in eis qui nascuntur ante testamentum aui viuo auo & patre nepotis, id est filio aui. & quia timor est ne solo instituto filio tollatur de medio filius in vita, & sic nepos efficiatur proximus auo, sicque rumpat testamentum aui inueniens se ab eo præteritum, ideo qualiter institui possit nepos, consilium dedit. & hoc est secundum caput. l. Velleiæ. Sed quia repertus fuit quidam casus valde difficilis, qui neque primo neque secundo capite legis Velleiæ continebatur, neque etiã Galli consilio, scilicet in eo nepote qui post testamentum nascitur viuo adhuc filio, quàm postea de medio tollitur: ideo Iul. commixtis capitibus. l. Vell. consilium dedit: & ita nullus casus in hac lege relinquitur intactus circa nepotes per auum instituendos. siue enim nascitur nepos posthumus post mortem patris sui & aui, prouidetur per hanc. l.

Consilium Galli est quòd nepotes nasci turi ex filio tempore testamenti viuente, qui aliàs non poterant institui tanquam postumi alieni, id est, non obtinentes tunc primum locum, instituantur casu quo essent futuri sui post mortem aui: ne ipsi præteriti rumpant testamentum. Alexander.

XXIX. SCÆVOLA *libro sexto Quæstionum.*

GAllus [a] † sic [b] posse [c] institui postumos [d] nepotes induxit, *Si filius* [e] *meus viuo me* [f] *morietur:* [g] *tunc* [h] *si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis* [i] *post mortem* [k] *meam in decem mensibus proximis* [l] *quibus filius meus moreretur, natus nata erit, heredes sunto.*

† Pulchrè in hanc legem Alc. li. paradoxorum j. ca. j. & deinceps. & Lælius Taurellus. & Duarenus. libr. 2. disputa. ca. 38. Gouean. & Cuiac. hic. hic addendæ Marij Solomonij & Emanuelis à Costa repetitiones.

siue post mortem patris & viuo auo, siue vtroque viuo nascatur, siue vterque erat viuus tempore testamenti. Dicta breuiter intentione totius huius legis, veniamus ad casum ponendum specialiter in princip. eiusdem. Ego habebam filium Titium, & ipse Titius habebat vxorem prægnantem. ego in infirmitate positus volebam taliter testamentum meum ordinare, quòd non rumpetur etiam si nepos mihi ex dicto meo filio nasceretur. Gallus ergo dat mihi tale consilium circa hoc, scilicet vt ita dicam in testamento: Titium meum filium instituo mihi heredem ex parte, & extraneum ex alia. & hoc ideo dico, quia si in solidum, & moreretur ante patrem, & postea moreretur pater, venisset res in causam caduci, & esset ruptum testamentum: *vt. C. de cadu. tol. §. pro secundo.* ergo nõ esset timendum de ruptione per aduentum postumi: cum quod ruptum est, amplius rumpi non possit: vt. j. titu. j. nam & si, subaudi, vnde postumus mihi rumperet, licèt in solidum esset institutus: sed veniret ab intestato. & positionem istam tene in tota l. ista. & si dictus meus filius me viuo moriatur, & ego postea moriar, & postea nascatur nepos ex vxore prædicta filij mei, siue etiã neptis, nascatur dico intra. x. menses proximos postquam filius meus mortuus erit, ille nepos vel neptis heredes mihi sunto. & si taliter dixero, non rumpetur meum testamentum per nepotem postumum natum ex vxore filij mei à me instituti. si autem non esset institutus dictus meus nepos postumus, vt dictum est: rumperet testamentum meum. mortuo enim filio meo me viuo, & mortuo me postea, & nato nepote meo postumo intra. x. menses numerandos à tempore mortis dicti mei filij, inuenit se à me dictus nepos proximior quàm sit filius meus mortuus, quamuis & ego mortuus sim, præteritum. inueniens ergo se à me præteritum, rumpit testamentum meum. & bene dixit Gallus, si filius meus me viuo morietur, & non ponit in filia: nam nepotem ex filia non habet necesse auus instituere: *vt. s. e. placet.* præteritio enim matris vel aui materni habetur pro exheredatione: *vt. d. l. placet. & Insti. de exhere. lib. §. fin.* si ergo habetur pro exheredatione, ergo non rumpitur testamentum. Item ideo dicit intra. x. menses numerandos à tempore mortis filij mei: quia si post. x. menses nascatur nepos, non rumperet testamentum, vtpote cum non credatur filius dicti filij: *vt in Authen. de restitu. & ea quæ parit. §. si.* Viuianus.

a ¶ *Gallus.* scilicet qui cognominatur Aquilius: *vt infra ea. l. §. & bene.* Azo.

b ¶ *Sic.* id est, tali cautela. vel sic, id est, his verbis: si filius meus, &c. Azo.

c ¶ *Posse.* & necesse est, ne testamentum rumpatur: *vt. j. titu. j. l. postumorum.* & dic institui, id est, substitui. nam omnis substitutio [a] est institutio: sed non conuertitur. & dic, pro constanti habuit Gallus quòd hîc præcessit filij institutio. aliàs ipso iure non valeret testamentum: [b] *vt Instit. de exhere. lib. in prin. & infra e. §. in omnibus.*

a Directa. Pau.

b Idem Bal. & communiter omnes scribentes, vt referunt Lanc. Alex. & Ia. contrarium tamen tenent Bar. P. & Sal.

d ¶ *Postumos.* i. quasi posthumos. quod est verum habito respectu quòd alio exeunte de medio incipiant posse fieri sui: *vt dicta. l. postumorum.* Sed eo respectu, quòd post mortem aui nascatur, propriè sunt postumi. quia nascuntur post mortem aui: *vt supra de testa. tute. l. quid si nepotes. in fine.* [c] & sic bona est continuatio, dictum est qualiter postumi præteriti rumpant testamentum: nunc qualiter prouideatur ne rumpatur secundum primum & secundum secundum. Item & hæc, dictum est de vero postumo: nunc de quasi secundum alium. vel verius, nulla est facienda continuatio.

c Istam. l. alleg. Bar. in contrarium: sed male: *secundum Ia.*

e ¶ *Si filius.* ecce consilium Galli vsque illuc: quidam, &c. [a] Et not. quòd de nepotibus tantùm natis post mortem aui dicit Gallus: vt hic, sed Velleius etiam de natis viuo auo: *vt infra. §. nunc de lege.* Item not. quòd Scæuola reprehendit Gallum in multis: vt & aliàs Pomponius ait: *vt supra de negotiis gestis. l. Pomponius.* Et primò reprehendit de superfluitate: *vt infra eodem. §. quidam.* Secundò de insufficientia: & hoc in multis. Primò de pronepote, de quo non dicit Gallus: *vt. §. idem credendum.* Item in alio in. §. sed & si viuo. Item in alio in. §. tametsi. Item & in alio: quia de naturali morte filij tantùm dixit: nam idem est de ciuili vel simili casu: vt §. & quid si tantùm. & in aliis potest notari reprehensio: sed Velleius non reprehenditur: vtpote post Gallum adueniens non dixit reprehensibile, id est, aliquid propter quod debeat reprehendi: sed ad plenum: *vt infra. §. & bene.* nam quanto iuniores, tanto perspicaciores: vt ait Priscianus. Item no. quòd dicit filius, non filia: quia nepotem ex filia possum præterire: *vt Institu. de exhere. li. §. mater. & infra. §. nunc de lege.* [b]

a Nisi videretur expediens secundum Al. de Imol.

Cum sit institutio de nepote in casu prouiso per Gallum, non est necesse quòd de morte filij fiat mentio. hoc dicit. Vel sic: Institutio facta de filio & nepote, intelligitur de nepote nascente post mortem filij: & sic in casu prouiso à Gallo Aquilio. Alexander.

f ¶ *Viuo me.* auo. & hoc ideo dicit, quia si filius post mortem patris moritur, nepos non rumpit testamentum [c] aui per. l. Vell. *vt infra titu. j. l. si quis filio exheredato, in princip. & supra eod. si quis postumos. §. si filium. & C. de inoffic. testa. l. si quis.* & ita ponit Gallus eos tantùm casus quibus testator habuit necesse instituere nepotem.

b Nihil probat, secundum scriben.

c Quia testator nõ tenetur facere mentionem in testamento nisi de proximiore: *vt Auth. de her. & Fal. in prin. col. 1.*

g ¶ *Morietur.* aliàs moritur: aliàs morietur. scilicet naturaliter. præsens pro futuro: *vt. j. de verb. sign. l. verbum erit.* & in hoc reprehenditur à Scæuola: *vt. j. §. & quid si tantùm.*

h ¶ *Tunc.* in eum casum. vel id est mortuo filio: *vt arg. j. de cond. & demon. l. iiij. in fin.*

i ¶ *Neptis.* & hoc abundat, cum poterat contineri sub masculo: *vt. j. de verb. sign. l. j.*

k ¶ *Post mortem meam.* vel me viuo, eadem ratione: *vt. C. eo. l. si. & j. §. vnde & si filius.* secundum quosdam. Sed certè id per Velleium: *vt. §. nunc de lege.* non per Gallum: vt & hic dicitur. & sic etiam hic reprehenditur per Velleium ex interpretatione. & in. §. nam & si. subaudi, etiam me mortuo.

l ¶ *In decem mensibus proximis.* [d] morti filij. nam toto tempore potest ex eo nasci, non vltra: nisi fortè per paucos [e] dies secundum quosdam physicos: *vt j. de suis & legi. l. intestato. §. & post decem. & in Auth. de resti. & ea quæ pa. §. fina. coll. iiij & facit supra de sta. homi. l. septimo mense.* & dies mortis computatur [f] in decem mensibus. ¶ Sed quid si post duos dies nascatur? videtur præteritus: [g] *vt supra eo. l. commodissimè.* Sed dic contra: *vt ibi not. per. l. C. eod. l. fina.*

d v. Menoch. de arbitrariis iudicis. centur. 1. casu. 89. num. 40. & sequētib.

e Scilicet duos. & ita partus qui nascitur post decē menses & duos dies, dicitur legitimus. & est de mente Ias. licèt contrarium teneat Bald. Aret. & Alex.

f Dies termini computatur in termino, vt hic & Iacob. de Arena. Bald. Alber. Angel. Alexan. de quo vide plura apud Bernardū de Luco reg. 190. Dumasium regula Dies termini 197. adde eundem regula 196. vbi contrariam adfert regulam.

g Et sic legitimus, quod Menochio non placet. d. loco num. 48.

¶ *Quidam rectè.*] CASVS. Hic incipiunt verba Scæuolæ Gallum reprehendentis in eo quod dixit Gallus in consilio suo in princi. huius. l. & reprehendit eum curialiter de verbis superfluis, vsque illuc, idem credendum est, &c. Gallus enim ita dixit in suo consilio, testatorem facere debere ad hoc vt testamentum suum non rumpatur per nepotem suum postumum quem sperat nasci fortè post mortem filij, & post mortem sui testatoris: Titium filium meum instituo mihi heredem: & si dictus meus filius me viuo morietur, & ego postea moriar, & postea nascatur nepos ex vxore filij mei, siue etiam neptis nascatur: nascatur dico intra decem menses proximos postquam dictus meus filius mortuus erit: ille nepos vel neptis heredes mihi sunto, &c. Certè institutio dicti nepotis vel neptis (dicit Scæuola) potuit fieri per auum etiam si non posuisset aliquid in institutione de morte filij: sed ita dixisset, Titium filium meum mihi instituo. Item instituo mihi nepotem vel neptem qui nascetur ex eo post mortem meam, &c. & tũc valet institutio dicti nepotis vel neptis eo casu, quòd ex verbis testatoris concipi posit, scilicet ad hoc vt non rumpatur testamentum: nam consilium Galli fuit inductum ad hoc vt nepos vel neptis natus vel nata non rumperet testamentum. cum ergo testator secundum Galli consilium fuerit testatus, fecisse videtur ob timorem ne nepos rumperet testamentum. & ideo hæc institutio quæ fuit facta non habita mentione mortis filij, trahitur ad eum casum in quem nepos rumperet testamentum: scilicet si mortuo filio in vita aui nascatur postea nepos post mortem aui testantis. Viuianus.

Quidam

a Sequuntur Bar. & Ia. licet contra Imo. P. & Alex.

a ¶ *Quidam.* prima reprehensio.[a]

b ¶ *Credunt.* scilicet vt valeat institutio siue substitutio nepotis, etiam non facta mentione mortis filij: & valebit eo casu qui ex verbis scilicet Galli concipi posset. Vel dic, amittendum &c. Vel vt eo casu &c. & in idem recidit.

c ¶ *Non exprimat.* id est non dicit illa verba, Si filius meus viuo me moritur: sed simpliciter, id est ita dixit: Si quis mihi nepos post mortem meam nascetur, heres esto. & dic, instituit,[b] id est substituit: *vt in princip. legis.* Idem si dixit, Filium & nepotem qui ex eo mihi nascetur post mortem meam, heredem instituo. vel etiam sic: Si filius heres[c] non erit, nepotem qui ex eo nascetur, substituo. Vel sic: Filium instituo, & nepotem substituo. Vel sic: Filium & nepotem ex eo instituo. sentiens de nascituris. nam ex his omnibus casibus videor eum substituere in eum casum in quem rumperet præteritus:

† Sunt qui putant, ex abundanti vel legendum esse, & vt scilicet Scæuola significat, verbis pro institutione pro tacita conditionali accipi & conditio pro expressa habeatur.

b Instituere, pro substituere.

c Substitutio vulgaris, si heres non erit, in suis ita intelligitur, si heres esse non poterit. v. Socinum regul. 46.

1. ¶ Quidam[a] rectè admittendum credunt[b] etiam si non exprimat[c] de morte filij, sed simpliciter instituat: vt eo casu valeat, qui † ex verbis concipi possit.

Sicut institui potest nepos nasciturus ex filio secundum consilium Galli, sic pronepos ex nepote: siue solus nepos supersit tempore testamenti, siue solus filius, siue filius & nepos. hoc tamen vltimo casu testamentum euertitur, si contingat viuo testatore decedere filium institutum primò, & deinde nepotem præteritum. Alexand.

2. ¶ Itē credendū[d] est Gallum existimasse & de pronepote: vt dicat testator, *Si me viuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos,*[e] & † cætera. 3. ¶ Sed & si viuo[f] filio iam mortuo pronepote,* cuius[g] vxor prægnas esset, testamentum faceret,[h] potest dicere,[i] *Si me viuo filius decedat, tunc qui pronepos.* 4. ¶ Num si[k] & filius & nepos viuat, concipere[l] vtrisque mortuis, viuo se, tunc qui pronepos nasceretur? Quod similiter admittendum[m] est: ita sanè,[n] si prius nepos,[o] deinde filius decederet: ne successione[p] testamentum rumperetur.

Promissio facta in vno casu, porrigitur ad alios sibi similes. hoc dicit. Bartolus.

scilicet in casu Galli quando me viuo moritur filius: & postea me mortuo nascitur nepos intra decem menses &c. vt enim testamentum non rumperetur, hoc feci. ¶ Quid autem si filium & nepotem natum institui? Respon.[d] tunc videor eodem ordine[e] instituisse. *arg. j. de lega. ij. l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. pe. & C. de verbo. signifi. l. fin. & j. eod. §. instituens. & ∫. de vsufru. l. quoties. & etiam hic innuit.* Sed arg. contra. *∫. de vsufru. l. si mulieri. & j. de lega. j. l. si quando. §. j. & j. de sol. l. nec enim. & in Authen. de mona. in fin. col. j.* Item contra. *C. de impub. & ali. substi. l. si.* Sed ibi[f] testator erat extraneus: hic pater & auus. Sed quidam dicunt: dicto casu filium esse heredem, & nepotem etiam filio viuo, vt si emancipet filius nepotem post mortem aui: & sic quærit nepoti: *vt. j. de lega. iij. l. si à patre.* aliàs nec momento esset heres: *vt. j. de ac. qui. here. l. placet.* & hoc etiam dicunt per hunc. §. & exponunt ex verbis, scilicet testatoris. nec reprehenditur Gallus, secundum eos. Solutionem primam teneas.

d Et nol. secundum Bal. l. in l. Gaius I. sol. matri. & est sing. secundum Dyn. Lancel. & Sist.

e Argumentū ab ordine, de quo v. Euerar. in loc. ab ordi. num. 4. Hinc etiam notant immutationem consiliis aliquibus inde intelligi ordine successiuo. v. Rumunā singular. 44.

f Est vera in fe[r]ē quo ad illum text. dic tamen quod ibi fuit expressum per testatorē vt simul admitterētur, secundum Ia.

¶ *Idem credendum.*] CASVS. Nota quòd Scæuola quasi insidiator calcanei Galli reprehendit eum quasi verba superflua posuerit in suo consilio. & hoc fecit. ∫. proxi. §. nunc autem intendit eum reprehendere quasi minus sufficienter dixerit: hoc autem ostendit in eo quod de pronepote Gallus omisit: & circa hoc ponit tres casus. Vnus casus est, quando mortuus filius erat, & nepos viuebat, qui nepos habebat vxorē prægnantē ex qua sperabatur nasci pronepos vel proneptis. certè bene debebat Gallus formasse verba cōsilij sui in hoc casu: hoc. s. modo: Titiū nepotē meū mihi heredem instituo: & si dictus meus nepos decedat me auo viuo, & ego postea moriar, & postea nascatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei: nascatur dico intra. x. menses proximos postquā nepos meus mortuus erit: ille pronepos vel proneptis heredes mihi sunto. Secūdus casus est, quando filius viuebat, & nepos ex eo mortuus erat, cuius nepotis mortui vxor prægnans erat, & auus volebat facere testamentū. quo casu hoc modo debebat Gallus formasse verba consilij sui quod dedit auo, Titium filium meum instituo. & si dictus filius meus me viuo morietur, & ego postea moriar, & postea nascatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei mortui: nascatur dico intra. x. mēses proximos postquā filius meus prædictus mortuus erit: ille pronepos vel proneptis heredes mihi sunto. Tertius casus est, quādo filius & nepos ex eo viuebant, & dictus nepos habebat vxorem prægnantē ex qua sperabatur nasci pronepos vel proneptis, & auus volebat facere testamentum taliter quòd non rumperetur per natiuitatem pronepotis vel proneptis: quo etiā casu hoc modo debebat Gallus formasse verba cōsilij sui quod dedit auo, scilicet vt ita deberet dicere auus in testamēto suo: Titium filiū meū & Gaium nepotē meū ex dicto filio mihi heredes instituo: & si dictus meus filius & nepos me viuo morietur, & ego postea moriar, & postea nascatur pronepos vel proneptis ex dicta vxore nepotis mei: nascatur dico intra. x. menses proximos postquā dictus filius meus & nepos mortui erūt: ille pronepos vel proneptis heredes mihi sunto: quo casu si filius & nepos viui existentes tēpore testamēti mortui fuerint antequā testamentum faciens, & postea auus, & postea nascatur pronepos vel proneptis: non rumpetur testamentū proaui cum inuenient se institutos. si autem non inuenissent se institutos à proauo, bene rumperent testamentum eius. & quod dico in hoc vltimo casu: idem intelligas in secundo & primo. Viuian.

d ¶ *Idem credendum.* secunda reprehensio, & est de insufficientia. & curialiter fit magis quam si diceret, hoc omisit.

e ¶ *Pronepos.* subau. siue proneptis post mortē meā in. x. mēsib' proximis quib' nepos morietur &c. *vt in princ. l.* ¶ Et no. quod hic solus nepos viuit. j. proxi. solus filius. at in alio sequēti viuit vterque. ¶ Itē no. quòd hic & sequenti casu incidit Scæuola in vitium superfluitatis, de quo reprehendit Gallum supra proxi. §. nam dicit decedat. Sed dic quòd referendo verba Galli circa illud, hoc facit non approbando vitium.

f ¶ *Sed & si viuo.* alia reprehensio insufficientiæ circa eundem pronepotem.

g ¶ *Cuius.* nepotis.

h ¶ *Faceret.* auus.

† Et cætera, particula seu clausula, formæ superioris repetitiua est, cuius vi censetur oratio plena, perfecta, & completa, vt hic subintelliguntur, siue proneptis post mortem meā in. x. mensibus proximis, quibus nepos me' moreretur, natus, natáve erit, heredes sunto. Porro quæ hac clausula contineantur, an essentialia, an accidentalia contractus, an & clausula derogatoria, an & præceptū guarentigiæ. vide apud Baldum in. §. idem credendum j. eod.

* nepote in optimis manuscriptis, rectius quā Florentiæ pronepote.

i ¶ *Dicere.* s. auus: tunc qui pronepos &c. & repete vt. ∫. proxim. §. dixi.

k ¶ *Nam & si filius.* aliàs nam. & aliàs num, interrogatiuè. aliàs vnde. & dic duob. modis casum. Primò in filio instituto, nepote præterito, & pronepote substituto. & hic planus. Secundò[a] quòd filius & nepos fuerunt instituti: & pronepos substitutus vtroque eorum mortuo viuo testatore.

a Vera est in se: sed nō quo ad tex. secundum eosdem.

l ¶ *Concipere.* Pone, auus substituit pronepoti hoc modo: Si filius & nepos moriantur me viuo: tunc qui pronepos nascetur post mortem meam in decem mensibus proximis quibus nepos meus morietur, heres esto. Et no. quòd dicit, post mortem meam: quia de hoc loquitur Gallus. sed Vellerus etiam de nato in vita testantis: *vt. j. eo. §. nunc de lege.*

m ¶ *Admittendum.* vt valeat dicta substitutio, & est reprehensio Galli de insufficientia.

n ¶ *Ita sanè.* s. est hoc admittendum.

o ¶ *Prius nepos.* quia si filius decederet prius, nepos rumperet testamentū per. l. Vell. nō ergo pronepos ex nepote natus, cū iam inueniret ruptū: quia quod iam ruptum est,[b] amplius rumpi non potest: *vt. j. tit. j. l. nam & si. & j. eo. §. in omnibus.* & hoc secundū primum casum. at secundum alium non est vis quis ante decedat: dummodo non decedant ambo in vita patris: & tunc subandi[c] hic, maximè: vel etiam secundum eundem dic, prius quàm scilicet auus, deinde nepos. q. d. si vnus & alter ante auum decedat.

b De iure ciuili: sed de æquitate prætoris reconualescit si moriatur antequam testamentū habeat effectum, secundum Alex. & Ias. in princip. huius l.

c Non tenetur secundum Bar. & Pau. quia violat text. secundū primum casum.

p ¶ *Ne successione.* s. nepotis præteriti, secūdum primum casum: vel pronepotis secundum alium. sed tunc hic versus, ne successione &c. refertur non ad proxi. sed ad superius, scilicet quod admittendum, ne &c. vel etiam referas ad illud admittendum, & etiam ad ambos superiores. §. §. secundum eundem casum: & secundum hoc dic ne rūpat successionem, cum sit præteritus.

¶ *Et quid si tantum.*] CASVS. Quidā libri habēt, quod tamē si in mortis filij casum. sed ego habeo, & quid si tantū in mortis &c. & ita cōtinua ad superiora: reprehēsus supra Gallus quasi insufficienter fuerit locut', certè & adhuc pōt circa alia reprehēdi quasi minus sufficiēter dixerit. ipse enim in prin. huius. l. verba sua cōcepit notando tātum casum mortis filij, dicēdo quod auus ita debebat ponere in testamento suo ad hoc vt nepos suus postumus nasciturus fortè post mortē filij & aui non rūperet testamentū: Titium filiū meū mihi heredē instituo: & si dictus meus filius me viuo moriatur, & ego postea moriar, & postea nascat mihi nepos ex vxore filij mei siue etiā neptis: nascat dico intra. x. mēses proximos postquā filius me' mortuus erit: ille nepos vel neptis heredes mihi sunto. sed hoc fuit insufficienter dictū: quia & alij possunt casus euenire præter casum mortis in quib. pōt filius de patris potestate exire: & si moriatur postea pater, & postea nascatur nepos ex vxore filij, & inueniat se præteritū ab auo: rūpet testamentū aui. Quid enim si aquæ & ignis interdictioné pareretur fili' institutus: & póstea pater q fecit testamētū, moriat, & postea nascatur nepos ex vxore filij interdicti: nūquid rūpet ita bene nepos testamētum aui, ac si filius mortuus esset, si inueniat se præteritū dictus nepos? & subaudi, & certè sic. Itē quid si dictus filius institutus si ante mortē patris q.

fecit testamentum, emancipatus à patre: & postea moriatur pater qui fecit testamentum: & postea nascatur nepos ex vxore filij emancipati prædicti: nunquid rumpet ita bene nepos testamẽtum aui ac si filius mortuus esset, si inueniat se præteritum dictus nepos? & subaudi, & certè sic: vt in fine. §. dat intelligere. Debebat ergo ita dicere Gallus in consilio suo quod posuit in princip. huius. l. Titium filium meum mihi heredem instituo: & si dictus meus filius me viuo moriatur, vel me viuo deportetur, siue aqua & igni ei interdicatur, vel me viuo à me emancipetur, & ego postea moriar, & postea nascatur mihi nepos siue neptis ex vxore dicti mei filij: nascatur dico intra decem menses proximos postquam filius meus mortuus vel deportatus vel emancipatus erit: ille nepos vel neptis heredes mihi sunto. nam hi duo casus, scilicet deportationis filij, & emancipationis eiusdem, licet ad leg. Vell. non pertineant quantum ad dictæ. l. verba: tamen ex sententia eiusdem. l. Vell. similes debent esse casui mortis filij: de qua morte sola filij locutus fuit Gallus in princ. huius. l. vt dictum est. & bene dixi quòd dicti duo casus non pertinent ad verba. l. Vell. ipsa enim habet duo capita tantùm, ad aliquod quorum non pertinent dicti duo casus. Vnum eius caput loquitur de nepote nato in vita aui post mortem filij: vt infra ea. l. §. nunc de lege. Secundum caput loquitur cum tempore testamenti erat natus filius & nepos. dicti autem duo casus, scilicet de deportatione & emancipatione filij respiciunt nepotem qui post mortem aui nascitur filio sublato de medio deportatione vel emancipatione. quod autem dixi in deportatione & emancipatione filij instituti, idem esset in deportatione & emancipatione nepotis ex cuius vxore speratur nasci pronepos: sicut notaui supra proxi. §. tres casus circa hoc. Viuianus.

5. ¶ Et quid si tantùm a in mortis filij casum conciperet? b Quid c enim si aquæ & ignis d interdictione peteretur? e Quid si nepos, f ex quo pronepos institueretur, g vt ostendimus, h emancipatus esset? i Hi enim k casus, & omnes l ex quibus suus heres post mortem scilicet aui nascetur, non pertinent ad legem Velleam: sed ex sententia legis Velleæ & hæc omnia admittenda m sunt, vt n ad similitudinem mortis cæteri o casus p admittendi sint. q

Hîc ponitur noua reprehensio contra Gallum circa casum. Casus in terminis per se patet. Bart.

a ¶ *Et quid si tantùm.* aliàs quid tamen. & aliàs quid si tantùm. & dic casum a secundum Py. quòd tres fiant hic oppositiones contra superiorem proxi. §. & non soluantur. Prima b super eo quod dixerat, vtrisque. nam quid si in casum mortis filij tantùm. & de nepote tacuit? Secunda c de deportatione, & tertia de emancipatione. q.d. dictis tribus casibus non est ibi prouisum. sed absurdum videtur quòd Scæuola contra seipsum opponat, & non soluat: quare dic casum quòd vna sit quæstio contra verba Galli qui de naturali tantùm morte filij dixit, per quam filius exit de medio. quæritur ergo hic an sufficienter videatur dixisse, cum & aliis modis possit filius exire de medio, vt deportatione & emancipatione & aliis &c. certè non. & sic reprehenditur Gallus de insufficientia. Alij referunt ad omnia supradicta, vbi de morte fit mentio.

a Reprobatur per Bar. Pau. & Ia.
b Quæ ponitur in princi. §. in vers. quid enim.
c In vers. quid erit.

b ¶ *Concipere.* scilicet testator substitutionem. non videtur sufficere. quid enim &c.

c ¶ *Quid.* scilicet erit.

d ¶ *Aquæ & ignis.* loco d cuius est deportatio: *vt infra ad legem Iuliam pecul. l. tertia. & de pæ. l. secunda. §. primo.* quæ est e mors ciuilis: *vt. j. de contra tabu. l. j. §. si filium. & ṡ. pro suc. l. actione. §. publicatione.*

d Aquæ & ignis interdictionis loco est deportatio.
e Mors ciuilis species deportatio.

e ¶ *Peteretur.* iste filius.

f ¶ *Si nepos.* substitutus.

g ¶ *Institueretur.* id est substitueretur.

h ¶ *Ostendimus.* supra. §. idem credendum. & cautè de filio de quo incipit, transit ad nepotem, vt ostendat idem in vtroque.

i ¶ *Emancipatus esset.* non soluit. quid ergo? dicunt quidam f nó contineri: *vt argu. supra eod. l. commodissime.* g *& supra sol. mat. l. si cum dotem. & infra de verbor. obligat. l. ex ea. §. insulam.* & sic bene reprehenditur Gallus: & quod subiicit, admitti hos casus ex sententia. l. Vell. exponunt, h vt testator possit eos exprimere non quòd habeantur pro expressis: licèt de morte sit expressum. Sed tu dic eos haberi hic pro expressis ex sententia. l. Vell. sed fortè Galli sententia fuit eadem: sed reprehenditur quòd non expressit. nam sicut morte filius desinit esse suus, & exit de medio, sic deportatione: cum similis mortuo deportatus sit, vt dixi. Item per emancipationem iure ciuili desinit esse suus, & exit de medio: secus si per prætorem: *vt infra de bono. posses. l. si cum patrono. §. j.* quia ergo casus amissus similis est expresso, pro expresso habendus est: est enim morti similis deportatio, vt dixi: & emancipatio: *vt. C. de instiu. & substit. l. si mater.* nec refert quid de æquipollentibus contingat: *vt. C. de dona. quæ sub mo. l. fi. a.* Nec ob. *in Authen. de here. ab intest. §. nullam. coll. ix.* vbi tollitur differentia emancipationis: quia illud quando nullum est factum testamentum. Sed quid si emancipatus readoptetur? videtur non nocere nepoti: *vt infra si ta. testa. nul. exta. l. prima. §. si quis.* secus in filio deportato restituto: *vt infra de contra tabul. l. prima. §. final.* nisi restitutio esset post mortem aui: quia tunc cum nepos est heres, non potest desinere: *vt Institu. de fideicommiss. hered. §. restituta.*

f Et malè secundum Bal. Par. Sosi. Aret. Ale & Ia.
g Non obstat cum seq. quia ibi casus expressi, iuxta dissimiles omissis secundum Bart. & Ia.
h Et malè, secundum eosdem.

k ¶ *Hi enim.* nil nocet Gallum non dixisse: quia lex Vell. dicit. sed hoc est falsum: hi enim &c.

l ¶ *Omnes.* similes, quando viuente testatore præcedens persona de medio a tollitur: vt si fiat seruus pœnæ: *vt Institut. quibus modis ius pa. pote. sol. §. penultim.* hi enim non pertinent ad Vell. quia primo capite. l. Velle. cauetur de nepote nato in vita aui post mortem filij: *vt infra eodem. §. nunc de lege.* in secundo cum tempore testamenti erat natus nepos & filius: hic autem nascitur suus post mortem aui. quod accipe, id est, si fuisset natus viuo auo, in sua potestate futurus erat: *vt Institut. de hered. ab intesta. §. postumi.* sed sententia locum habet: b vt subiicit. dicunt enim verba eius, si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit: *vt. j. eod. §. nunc de lege.* & bene verba se habent ad omnes casus pertinentia, id est qualitercunque suus heres esse desierit, per mortem, vel emancipationem, vel deportationem. & hoc est quod hic subiicit.

a Perdêdo ciuitatem: ex mente Ale. & Ias.
b Ex interpretatione & identitate rationis quod fieri potest, etiam in correctoriis, ex mente Aret. Sosi. & Ale.

m ¶ *Admittenda.* vt testamentum non rumpatur, & nepos ex substitutione admittatur. nam hi casus habentur pro expressis: vt dictum est.

n ¶ *Vt.* aliàs & aliàs, & vt.

o ¶ *Cæteri.* aliàs certi, scilicet similes prædictis.

p ¶ *Casus.* Consuluit Gallus superius auo & nepoti & pronepoti c si moriatur filius, vel incidat casus qui ex interpretatione morti æquiparatur: nunc vult etiam ei consulere in casu qui similiter ex interpretatione morti assimilatur: vtpote si captus fuerit ab hostibus d filiusfamil. auus ita dicat in institutione, si filius meus antequam redeat ab hostibus filium susceperit: sit mihi heres nepos meus. nam postea nunquam rumperet testamentum aui. & est istud verum siue filius antequam redeat, decedat post mortem patris, vel ante: vel siue nepos nascatur ante viuo auo & patre, siue post mortem aui: quamuis casus iste non pertineat ad legem Vell. principaliter, quæ multos casus abstulit rumpendi testamentum: & ex interpretatione tantùm admittatur.

c Dic quòd illa fuit suppletio Scæuolæ non prauitate Galli. Bald.
d Distingue, captus in bello ciuili, aut à gentibus imperatoris mortui, concludit Bal. in. l. 1. vers. sed nunquid. ff. de cadu. tollen. hodie non.

q ¶ *Sunt.* aliàs sunt. & aliàs sint.

¶ *Quid si is.*] CASVS. Quidam libri habent, quòd si is qui &c. Alij habent, quod si qui filium &c. Alij habent, quod si quis filium habeat &c. sed ego habeo, & melius, quid si is qui filium &c. & dicas hic quòd Scæuola adhuc prosequitur materiam suam quam incepit: scilicet vt reprehendat Gallum, quasi minus sufficienter videatur dixisse in principio huius legis quoad casum huius. §. quasi verba eius ad casum istum non videantur sufficere: qui casus est talis: Gaius in ciuitate existens habebat filium Titium: qui Titius habebat vxorem ex eo prægnantem. postea fuit captus Titius ab hostibus: & sic pater eius Gaius remansit in ciuitate cum dicta vxore Titij prægnante. volebat hic Gaius facere testamentum taliter quòd nepos nasciturus non rumperet istud. nónne minus sufficienter dixit Gallus in princi. huius legis: quia in isto casu nihil dixit? certè sic. debebat enim verba consilij sui etiam ad hunc casum referre, vt consuleret testatorem dicere hoc modo: Filium meum Titium ab hostibus captum mihi heredem instituo: & si dictus filius meus me viuo morietur postquam ab hostibus redierit, aut decederet dictus meus filius antequam ab hostibus redierit, siue me mortuo, siue me viuo: tunc deinde si quis mihi ex eo nepos siue quæ neptis in decem mensibus proximis quibus filius meus moreretur, natus natáve erit, heredes sunto: & tunc deinde similiter si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis in decem mensibus proximis quibus filius meus captus fuit, natus natáve erit, mihi heredes sunto. subaudi, & est bonum comprehendere casum illum quem supra posui: & si dictus filius meus me viuo moreretur postquam ab hostibus redierit &c. posset enim esse quòd rediret ab hostibus viuo testatore, & moreretur postea adhuc viuo testatore. vnde non sufficeret ille solus casus si moreretur filius antequã ab hostibus rediret. & hoc indicat verbum in litera positum: aut si quando &c. Item subaudi, bonum est comprehendere casum illum in testamento aui, quem casum, supra dixi: aut si decederet dictus meus filius antequam ab hostibus redierit, siue me auo mortuo, siue me viuo &c. vt sic nepos institutus non rumperet suum testamentum: nepos dico qui

qui post mortem aui nasceretur : non rumperet dico quamuis filius qui erat apud hostes, decesserit post mortem patris qui fecit testamentum, vel etiam adhuc illis viuis, scilicet patre & se filio apud hostes constituto. ipse enim filius qui moritur viuo patre suo, adhuc viuit dum moritur. & bene reprehenditur Gallus: quia non fecit mentionem de hoc casu in consilio suo : quia hic casus non est determinatus per legis Velle. verba, quæ habet duo capita: vt dixi supra proxim. §. & primum caput loquitur de eo nepote qui natus est in vita aui, filio autem mortuo : in nostro autem casu filius viuebat apud hostes. Secundum caput loquitur de nepote nato viuente filio cum ambo sibi forẽt in potestate: postea fili[9] tollitur de medio. hic autem iam erat filius per captiuitatem de medio sublatus: reprehenso ergo de prædictis Gallo, & viso quòd. l. Vell. verba non pertinent ad hunc casum: melius est admittere ex interpretatione. leg. Vell. vt auus de hoc casu faciat mentionem cum testatur, quàm quòd non faciat mentionem. Viuianus.

† Aliàs vt testatur Glo. sed Fl. est, vt & in omnib. ferè nostris manuscrip.

6. ¶ Quid si qui [a] filium apud hostes habebat, testaretur? quare non induxere, † vt si antequam filius ab hostibus rediret, quamuis post mortem patris, decederet, [b] tunc deinde [c] nepos, vel etiam adhuc illis viuis post mortem scilicet aui nasceretur, non rumperet? nam hic casus [d] ad legem Velleam non pertinet. [e] Melius [f] ergo est vt in eiusmodi vtilitate, [g] præsertim post legem Velleam, quæ & multos casus rumpendi abstulit, [h] interpretatio admittatur, [i] vt * instituens [k] nepotem qui sibi post mortem suus nasceretur, rectè instituisse videatur, quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset, rumperétque præteritus atque [l] etiam si generaliter, quidquid sibi liberorum natum erit post mortem: aut, quicunq; natus fuerit, sit institutus [m] si suus nasceretur.

a ¶ *Quid si is qui.* Quare non induxit Gallus vt testator sic diceret: filium, si de hostibus redierit, instituo: aut si filius antequam ab hostibus redierit, decesserit : tunc qui mihi ex eo nepos in decem mensibus quibus filius est captus, natus erit, heres esto? deficit enim istud hic, & sunt hæc verba testantis [a] quod autem sequitur, quamuis &c. sunt verba Scæuolæ reprehendentis Gallum de insufficientia vsque in fin. quod si Gallus induxisset, & testator dixisset : nepos non rumperet, quod est in fin. quamuis post &c. & secundum hoc habeas, aut. sed aliàs est, vt: & tunc possunt esse verba omnia Scæuolæ, quasi dicat, quare non induxit Gallus aliquem modum vt si filius decederet apud hostes, non rumperet testamentum: *vt supra tit. j. l. lege:* vnde debuit exprimere hunc casum morti similem.

a Reprobatur per Bart. Ioan. de Imo. & P.

b ¶ *Decederet.* filius.

c ¶ *Deinde.* sic construe duobus modis: tunc deinde nepos post mortem scilicet aui nasceretur, quod est infra, nasceretur. Vel [b] cum etiam nasceretur adhuc illis viuis scilicet auo & filio. Vel secundò sic, quamuis post mortem patris decederet filius apud hostes : deinde nepos post mortem aui, scilicet nasceretur. Vel etiam nasceretur adhuc [c] viuis, scilicet auo & filio. & secundum primum intellectum isti ablatiui, illis viuis, determinant verbum nasceretur, secundum alium verbum decederet. & verè Gallus hoc non dixit cum exigebat filium mori viuente auo, item nepotem nasci mortuo auo, & mortuo suo patre : *vt supra in princip. huius. l.* quod hic non est, quocunque duorum prædictorum modorum exponas. Tertij dicunt, illis viuis, scilicet illo patre viuo: & ponitur plurale pro singulari *sic supra de petitio. heredi. l. diuus. in fin.*

b Reprobatur secundum B. Bal. P. & Alex.

c Reprobatur etiam secundum eosdem.

d ¶ *Nam hic casu.* cum post mortem aui apud hostes decedit filius. adhuc enim se restringit. & continua: licèt Gallus non dixit, lex Vell. fortè dixit: sed non est verum. nam &c.

e ¶ *Non pertinet.* quia ea loquitur cum postumus seu nepos iste nascitur viuo auo: sed pertinet quo ad mentem: *vt infra eod. §. videndum.*

f ¶ *Melius.* i. bonum, vel, id est quàm contrarium.

g ¶ *Vtilitate.* aliàs vtilitatem. & habeas in fi. admitteret, vel administret. aliàs vtilitate: & tunc habeas in fi. admitteretur. Vel dic huiusmodi interpretatio [d] admittetur vtilitate : id est propter vtilitatem publicam [e] ne testamenta [f] rumpantur, vt instituens &c. & tunc sic continua sine. §. & habeas vt, & sic est secundum Py. aliàs deest vt: & incipit. §. instituens &c.

h ¶ *Abstulit.* vt. j. eo. §. *videndum.* Azo.

i ¶ *Admittatur.* vt testator possit hunc casum exprimere: & sunt omnia plana. Vel dic etiam vt omissus habeatur pro expresso: quia dixit tantum secundum consilium Galli, & eius verba. non autem de hostibus fecit mentionem: *vt argumen. supra. e. §. quidam. & no. supra proxim.* §. & fiet hæc interpretatio & suppletio per Scæuolam super verbis Galli: quasi Gallus hoc senserit. cum enim dicat de mortuo filio viuo auo : vt supra in princip. siue hic decedat apud hostes viuo patre, habent locum hæc verba Galli prima, si me viuo &c. siue eo mortuo, habet locum mens : cum fingatur mortuus prima hora captiuitatis : *vt supra titu. j. l. lege.* sed illa verba, illis viuis, obstant [g] huic intellectui, siue dicas nascere-tur, scilicet nepos: siue decederet, scilicet filius, cum Gallus exigat nepotem natum post mortem aui & filij. dic ergo quòd huiusmodi interpretatio siue extensio fiat circa verba. l. Vell. cum sint generalia : si quis suus heres &c. *vt infra eodem. §. & bene.* & quod dicit multos, scilicet alios : *vt. d. §. videndum. & supra. §. proxim.* sed præteritus dictus nepos rumperet: *vt supra eodem. l. si quis postumos. §. j.*

d Interpretatione benigna testamẽta adiuuanda sunt vt valeant. *ad. de Glo. l. 3. in fi. C. de inofficioso vbi dixi.*

e Præsumimus facilè ea quæ Reipublicæ vtilia, *vt hic,* posthumũ nasciturum: quia vtilius est Rempublicam repleri hominibus & nõ rũpi testamenta. *v. Mantic. 12. de coniect. vlt. volunt.*

f Testamenta non rũpi publicè interest.

g Bene reprobat Alexan. & B.

¶ *Instituens nepotem.*] CASVS. Quidam libri habent, vt instituens nepotem, &c. & ego ita habeo: & tunc ita dicas, Ad hoc vt ille qui instituit nepotem, qui nepos post mortem aui suus nasceretur auo, rectè instituisse videatur, subaudi instituat nepotem quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset: & præteritus ab auo rumperet testamẽtum eius subaudi, & ita faciendo videbitur sibi prouidisse in omnem casum contra nepotem prædictum nasciturum : ita quòd ipse nepos testamentum eius non rumperet, atque, id est sicut videretur prouidisse sibi contra omnes si generaliter quicquid sibi liberorum natum erit post mortem suam testantis, aut quicunque natus fuerit post mortem suam testantis, institutũ sit si suus nasceretur. vel verius fortè dicas quòd instituens nepotẽ rectè instituisse videtur quibuscunque casibus nepos si post mortem natus esset suus, rumperet testamentũ: quia præteritus, subaudi, instituat nepotem qui sibi post mortem suus nasceretur. Item subaudi, & si ita faciat, videbitur sibi prouidisse in omnem casum contra nepotem prædictum nasciturum. siue ergo in isto casu tollatur de medio proxima persona filij post mortem ipsius filij: *vt s. ea. l. in princ.* siue per deportationem, siue per emancipationem: *vt supra ea. l.* §. & quid si tantùm. siue quòd decedat filius apud hostes viuo patre suo in ciuitate existente, siue mortuo siue viuo patre fuit captus ab hostibus: *vt supra. §. prox.* institutus videtur nepos, ita vt tanquam præteritus non rumpat testamentum aui. Alij habent in litera, instituens nepotem qui sibi &c. & alij habent ibi principium. §. & est plana litera. & dicas quòd Scęuola vt tollat omnes difficultates, dicit quòd si quis instituat nepotem qui sibi testatori suus post mortem suam testatoris nascetur, videtur sibi in omnem casum prouidisse, sicut & dum instituit quemlibet de liberis qui suus nascetur. nam tunc nec nepos nec pronepos, nec alius inferior poterit rumpere testamentum velut præteritus. Alij nõ habent hic. §. & habent sicut primi, vt instituens &c. & tũc cõtinua cum superioribus hoc modo : cum non prouiderit Gallus, scilicet. s. proxi. §. &. §. & quid si tantùm. nec ad. l. Vell. pertinent: melius est quàm contrarium, vt nostra interpretatio admittatur. nostra autem interpretatio est hæc, vt instituens nepotem qui sibi post mortem &c. & secundum hoc dicitur interpretari qui prorogat. & est sic. j. *ad Tertyl. l. j. §. qui operas.* & hunc casum non est necesse quòd in terminis ponam : quia per superiores. §. §. potes colligere casus eius positionem. Viuian.

* perperàm hîc scribebatur nota. §. expuncta vocula, vt.

k ¶ *Instituens.* aliàs est. §. instituens. secundum Py. est, vt instituens. & deest. §. & dic quòd Scæuola habet generalem institutionem quæ sic fit, Nepos qui post mortem nascetur, suus heres esto. est enim generalis quo ad casus omnes, siue filius post mortem meam desinat esse suus, siue per alium casum morti similem: & sic nepos præteritus rumperet. sic enim dicit, nascetur suus. sicut & istæ sunt generales : quicquid liberorum &c. aut quicunque &c. sed istę sunt generales quo ad omnes casus, & etiam quo ad omnes inferiores qui nascerentur sui. sed prima ad nepotes tantùm.

l ¶ *Atque.* id est perinde generaliter videtur substituisse per verba superiora, atque id est sicut si generaliter dixisset, quidquid & cætera.

m ¶ *Institutus.* s. rectè & generaliter videtur instituisse: ita subaudi, si suus &c. non [a] igitur nepos cum pronepote simul, sed ordine admittuntur: *vt not. s. eo. §. quidam rectè.*

a Ordo inter nepotem & pronepotẽ seruatur in succedendo. Nec enim vnà cum nepote pronepos simul admittitur, sed ordine.

¶ *Si eius.*] CASVS. Multis vicibus dictum est supra quod Scæuola intendit ad reprehensionem Galli, quòd facit & de pronepote tractando: *vt supra eadem. l. §. idem credendum.* & de casibus morti similibus: *vt supra ea. l. §. & quid si tantum.* & adhuc materiam reprehensionis prosequitur, quærẽdo an iste casus qui subjicitur, ad consilium Galli pertineat, an ad. l. Vell. & est casus talis: Gaius habebat filium Mæuium : qui Mæuius habebat vxorẽ prægnantem. illa vxor Mæuij fuit prægnans capta ab hostibus: & Gaius cum suo filio Mæuio remãsit in ciuitate. hic Gaius in infirmitate positus fecit testamentum, & ita dixit : Filium meum Mæuium mihi heredem instituo : & si filius meus me viuo morietur,

tunc si quis mihi ex eo nepos siue quæ neptis post mortem meam intra.x.menses proximos quibus filius meus moreretur, natus natáve erit, heredes sunto. dicta nurus prægnās apud hostes existens peperit apud hostes auo viuo.i.Gaio prædicto qui fecit testamentum: & viuo Mæuio prædicto marito suo, filióque dicti Gaij.postea nepos ex ea natus rediit ab hostibus pri* mortuo patre suo Mæuio, & postea mortuo auo suo Gaio.nunquid rumpit testamentum dicti sui aui? & certè non, quia inuenit se ab eo institutum: & non facio vim vtrum excludatur à rumpendo testamentum aui ex iure antiquo Galli, an vero ex.l.Velle.quāuis quæsitum sit vtrum excludatur per vnum ius, an verò per aliud: quia ex quo excluditur, non facio vim à quo dictorum iurium excludatur. quod autem dictū est in nepote nato apud hostes, idem est in pronepote: vt potes videre in hoc casu. Gaius habebat filium Titium, & ex eo nepotem, & nepos habebat vxorem prægnantem: mortuus fuit filius Titius: & postea vxor nepotis prægnans fuit capta ab hostibus: & nepos remansit in ciuitate cum auo: & auus in infirmitate fortè positus fecit testamentum: & ita dixit: nepotem meum mihi heredem instituo: & si dictus meus nepos me viuo morietur, tunc si quis mihi ex eo pronepos siue quę proneptis post mortem meam intra.x.mēses proximos quibus nepos meus moreretur, natus natáve erit, heredes mihi sunto. dicta pronurus pręgnās apud hostes existens, peperit apud hostes viuo proauo.i.Gaio prędicto qui fecit testamentum: & viuo nepote prędicto marito suo: postea pronepos ex ea natus redit ab hostibus prius mortuo patre suo, & postea mortuo proauo suo Gaio. non enim rumpit in hoc casu testamentum dicti sui proaui: sicut nec nepos reuersus testamentum aui, vt dictum est.s̄.quia inuenit se à dicto proauo suo institutum: nec in hoc casu facio vim similiter vtrum excludatur à rumpendo testamentum proaui de iure Galli, an per.l.Vell. Viuianus.

† Sic Flor. & manuscr. perperam igitur in vul. viuo auo & eius filio.

* perperam idem in vulga. ed. addebatur.

Consilium Galli quod loquitur de nepote nato post mortem testatoris, extenditur ad casum quo nascitur eo viuo: sed fingitur natus post mortem. Alex.

7. ¶Si eius qui filiū[a] habeat, & nepotē[b] ex eo[c] instituat, nurus prægnas ab hostibus capta sit, ibique viuo[d] † pariat, mox ille[e] post mortem patris atque aui[f] redeat: vtrum hic casus ad legem Velleam respiciat, an ad ius antiquum aptandus sit, possitque vel ex iure antiquo,[g] vel ex Vellea institutus non rumpere? Quod* quærendum est, si iam mortuo filio pronepotem.[h] instituat, redeátque[i] mortuo.[k] Sed cum testamentum ab eo non rumpitur,[l] nihil refert vtrum ex iure antiquo an ex lege Vellea excludatur.[m]

Consilium Galli extenditur ad pronepotem in ciuitate nasciturum ex nepote nondum nato tempore testamenti, vt possit filio testatoris substitui: nec nocet præteritio nepotis, si viuo auo testatore fuit de medio subductus. Alexander.

a ¶*Filium*. quem dixit institutum. aliàs non tenet testamentum: vt supra in prin.no.

b ¶*Nepotem*. nondum natum: quia dicit prægnans.

c ¶*Ex eo*. filio nasciturum.

d ¶*Viuo*. aliàs viuo auo & eius filio, & bene: & si non habeas, subaudi.

e ¶*Ille*. scilicet nepos.

f ¶*Atque aui*. primò pater, postea auus moritur. aliàs rumperet nepos: vtpote filio eum præcedente: *vt.C.de inoffic.testa.l.si quis filium.*

g ¶*Ex iure antiquo*. quod Gallus induxit, quasi sit natus auo mortuo: quia nunc primum suus est cum redit iam auo mortuo. vel ex l.Vell. quia verè est natus viuo auo. & non soluit: sed infra proxi. respon. solues.

h ¶*Pronepotem*. s. non natum. & dices nepotem viuere: & est per omnia superiori similis.[a] at alij,[b] vt Py. & Io. habent nepotem: & si habeas, pro, dicunt quod abundat pro: & subaudiunt, magis. & est ratio, quia magis dubium quam in præcedenti. nam in præcedenti potest[c] aptari.l.Vell. quia nepos natus est auo viuente: ergo locum habet.l.Vell. *vt.j.eo.l.nunc de lege.* Item institutus est nepos filio viuo, at in sequenti est institutus filio mortuo, &.l.Vell. in primo capite loquitur cum factum est testamentum filio viuo & auo & nepos nascitur filio viuo & auo, vel auo viuo, & mortuo filio: licet ex interpretatione.l.Vell. idem sit & si testatus sit filio mortuo & sic Vell. aptari non potest: sed nec Gallus qui vult filiū mori post testamentum viuo testante. at hic erat ante mortuus & sic magis est dubium: sed Azo. & H. non placet[d] cum hoc & superius respon. aptetur[e] ad.l.Vell. vt.j. statim dices.

i ¶*Redeatque*. scilicet pronepos ab hostibus: vel dic nepos secundum aliam literam.

k ¶*Mortuo*. eo. s. proauo, & patre suo pronepotis prius. vel si habeas, nepotis, dic eo. s. auo: & ponitur propriè, instituat.

l ¶*Rumpitur*. quia institutus: idem & si præteritus: quia non erat suus cum auus moritur, licet verè natus.

m ¶*Excludatur*. à rumpendo, cum non rumpat nisi non adita hereditate. & sic nō soluit. Quid ergo dicemus in superiori casu? vide tur neutrum ius habere locum: ius antiquum.i.[f] Galli, nō: quia hic nepos natus est verè viuēte patre & auo, licet apud hostes: & Gallus loquitur cum nepos nascitur post mortem patris & aui. Item ius postliminij in capto apud hostes locum habet secundum Gallum: *vt supra eodem.§. quid si is qui filium.* cum ergo fingatur ea hora natus qua captus fuit, sicut & mortuus & captus fuit viuente auo: ergo debet haberi pro iam nato viuente auo: & sic cessat Gallus. Item quia non nascitur auo vt suus cum nascitur verè, quia tunc est captus: & sic seruus. Item quia tunc alius eum præcedit. Item Velle. cessat. quia illa[a] loquitur primo capite cum nepos nascitur viuo auo, & post mortem filij. at hic natus est filio viuo. Item nec secundo,[b] quia locum habet cum nepos nascitur viuo auo, & viuente filio, *vt infra eodem.§.nunc de lege.* At hic cum redit ab hostibus, videtur nasci: & sic nascitur post mortem vtriusque. Sed econtra videtur[c] vtrumque ius habere locum: Gallus, quia redit post mortem aui, & sui patris: & tunc videtur nasci cum redit: & sic cum post mortem vtriusque nascitur, habet locum Gallus: *vt.s̄.eod.in prin.* Item.l.Vell. quia natus est in veritate viuente auo: ergo Vell. habet locum. Item per hoc ius[d] postliminij præsumitur, de quo modò dixi. Sol. quidam dicunt Gallum in pręcedenti respon. & Vell. in hoc præsenti habere locum. Sed tu dic in vtroque Gallum. nam omnia quæ dicuntur vsque ad.§.nunc de lege, à prin. l. respiciunt ad regulam Galli.s̄.in prin.l.positam: quia post mortem vtriusque videtur nasci cum redit ab hostibus. Itē pater mortuus est viuente auo: & hoc præsente nepos mortuus est verè. Item viuebat filius tempore testamenti: & sic locum habet Gallus. idem per omnia in hoc casu prout habes pronepotem. Item[e] & prout habes nepotem, habet locum Gallus eo inspecto quòd nascitur post mortem testantis nepos: nec ob.[f] quòd verè ante fuit natus: quia inspicio quando primò fuit suus. nec fingit Cornelia natum prima hora captiuitatis, quia hoc erat impossibile eum tunc nasci: sed non est impossibile aliquem mori prima hora captiuitatis, quod ipsa fingit. Item nec ob. ius postliminij quod videtur locum habere in nato apud hostes: *vt.C.de cap.l.j.* quia ibi rediit cum matre vel patre: hic non. Item hic inspicio veritatē[g] (quia verè[h] fingitur suus demum post mortem patris & aui) non fictionem, vt fingatur natus quando mater capiebatur, & in ciuitate stetisset. & quod veritas fictioni præualeat, no.C. *de iis qui ve.ata.impe.l.fin.* Item potest esse quòd etiam vere decessit post mortem patris & aui. Item ad hoc quod dicit ius antiquum, facit.j̄ *de reg.Cat.l.fin. & supra de testa.tut.l.si hereditas.§. qui filium.*

a Quo ad ius: sed non quo ad factum & sequūtur. *Bart. Bal. Pau. Alex. & Ias.*

b Reprobatur *secundum eosdem.*

c Imò non. *Bald. Paul. & Ias.*

d Et bene, *secundum prædi.*

e Non est verum *Bald. & Pau.*

f Ius antiquū pro Galli Aquilij cōsilio.

a Legis Velleæ primum caput locum habet cū nepos nascitur viuo auo & post mortem filij.

b Dic quod ille casus pertinet ad Iulianum: & non adj Velleianū. *Alex.*

c Non tenetur *secundum Bal. Pau. Alex. & Ia.*

d Præsumitur ius postliminij.

e Istud fuit reprobatum in prima Glo.

f Bene respondet vsque ad fin. *secundum Bar. Pau. et Ias.*

g Veritatē inspicimus non fictionem.

h Fictionē vitiari Inhabilitate extrema ad quod, hinc colligit Barto. in.l.si vt qui. ¶ num. 4. j̄ de vsucap. adde Gl. l.2. in verbo familiæ. C. de inoff.donat.

Forsitan.] CASVS. Gaius habebat filiū Titium: & sperabat ex eo habere nepotem: quia vxor filij erat prægnās, & ex nepote adhuc non nato sperabat habere pronepotem. fecit dictus Gaius testamentum: & ita in eo dixit, filium meum Titium instituo: & si filius meus me viuo morietur, túc si quis mihi pronepos siue quæ proneptis post mortem meam in.x. mensibus proximis quibus filius meus moreretur, natus natáve erit, heredes sunto. & sic instituit pronepotem nasciturum, & præteriit nepotem nasciturum. post illud testamentum factum natus fuit nepos viuo Titio patre suo instituto: & accepit vxorem dictus nepos. concepit tempore procedente vxor dicti nepotis filiū, qui erit pronepos dicti Gaij: & postea decessit Gaius proauus, decessit postea nepos Gaij paterque dicti pnepotis nascituri, & postea decessit auus dicti pronepotis nascituri.i. Titius filius Gaij: decessit Gaius. & postea natus fuit dictus pronepos à proauo Gaio institutus. quæritur, an rectè ipse pronepos videatur institutus fuisse à dicto Gaio proauo? Et videtur quod non: quia auus suus fuit præteritus, id est nepos Gaij. Sed respondet quod non nocet: quia nepos præteritus decessit ante filiū. sicut autem admittitur hic pronepos natus præmortuo nepote, & filio Titio, & Gaio testante, vt dictū est: ita admittitur dictus pronepos si nascatur ex nepote postea.i. post testamētum viuo filio prædicto Titio subaudi, & viuo nepote & proauo, & non rumpet hic pronepos testamentum proaui si prædęcedat nepos & filius, & postea moriatur proauus: atque idem est sicut si adoptatur aliquis extraneus ab auo nepotis, tanquā ex eo nepote natus esset, quem extraneum ante instituerat prædicto modo. quo quidem casu adoptatus in locum pronepotis admittitur ex dicta institutione ad succedendum proauo adoptiuo: & non rumpet eius testamentum. ad quod est.s̄.eo.filio.§.si. Vel aliter legās finem huius.§. vt per Accur. secundum Viuia.

Forsitan.

Sequuntur hanc Glo. Bar. Bal. Van. Alex. & Ias.

a ¶ *Forsitan.* Filium institui, [a] & nepotem præterij, & adieci, si me viuo filius meus morietur:tūc qui pronepos nascetur, heres esto. nascitur postea pronepos mortuo patre suo & auo & proauo. quæritur, an rectè sit institutus? Videtur quòd non:quia pater suus fuit præteritus.sed non nocet:quia decessit [b] ante filium: & sic est rectè institutus, & tenet testamētum.& hoc prout habes mortuo patre, &c. & cum post omnium mortem nascitur, pertinet ad consilium Galli.

b Is si nō venit tempus instituendi, secundum Alexan.

b ¶ *An.* abundat vnū an, vel istud, vel illud.j. an non potuerit, &c.

c In Flor. sed manuscrip. & vulg. legitur mortuo patre quod non probo.

c ¶ *Istis.* scilicet sequen.

d ¶ *Nepos.* præterit⁹.

e ¶ *Post testamentum.* idem [c] si ante.

c Imò non si ante.

f ¶ *Patre.* instituto.

g ¶ *Ex eo.* s.nepote.

h ¶ *Concipiatur.* pronepos.

i ¶ *Isque.* pronepos.

k ¶ *Patre.* vtroque. s. suo, & sui patris.

l ¶ *Auo.* patris sui mortui. alij habent, isque viuo patre, [d] deinde auo. & dic viuo. & quod.j.dicit post, mortem.s.omnium qui erāt in medio qui præcesserunt pronepotem apud hostes natum. & dic nascitur, i.adgnascitur. ¶Sed quo modo tunc ad Gallum pertinet hic casus? Respond. dices quòd hic pronepos fuit natus apud hostes viuo patre & auo & proauo: sed rediit his mortuis, & proauo vltimo loco mortuo:& sic cum rediit, videtur nasci:*vt.s.proxi.§.*

d Stare non potest secundū Alex. & Ias.

8. ¶ Forsitan [a] addubitet quis, an [b] istis [c] casibus si nepos [d] post testamentum [e] nascatur viuo patre [f] suo, deinde ex eo [g] concipiatur, [h] isque [i] viuo † patre [k] deinde auo [l] nascatur: an non potuerit heres institui, quia pater ipsius non rectè [m] institutus esset. Quod minimè est expauescendum. [n] hic enim suus heres nascitur, & post mortem [o] nascitur. 9. ¶ Ergo [p] & si pronepos admittetur [q] qui natus erit ex nepote: postea viuo filio, atque [r] si ex eo natus esset, adoptatur.

Hic est quinta & vltima pars primæ partis: in qua ponuntur tres regulæ generales circa consilium Galli. Bartolus.

e Reprobatur secundam Are. & Ia. contra & C. & l. de Ias.

m ¶ *Non rectè.* quia nullo modo, [e] rectū enim erat si institueret. vel dic non rectè, quia fuit substitutus: sed institui nō poterat: quia erat apud hostes: & ibi decessit hic nepos ante auum:*vt.j.prox.§.*

n ¶ *Expauescendum.* quasi rectè institutus.i.substitutus videatur pronepos.

o ¶ *Post mortem.* scilicet omnium.

p ¶ *Ergo.* sic infert: Si pronepos admittitur natus post mortem omnium: ergo qui natus est in vita omnium prædictorum, postea non rumpit testamentum: sed vt institutus admittitur, & non rumpet etiam, si illi præcedant.

q ¶ *Admittetur.* ex institutione ad succedendum.

r ¶ *Atque.* i.sicut hoc alio, si ex eo, &c. Sed tunc per Vell. Vel etiam dic per Gallum. & dico de pronepote nato apud hostes: vt prædixi. & sic sunt tres casus in hoc.§. Vel sic:Ergo si pronepos.s. prædictus.i.ille qui natus erit ex nepote: nepote dico mortuo postea, i. post testamentum filio viuo: subaudi, & auo: admittitur: quod verum est, eum admitti. & sub. non rumpet atque, &c. & sic sunt duo casus tantùm huius.§.& pertinent ad Gallum.

r ¶ *Atque.* dic q̀ pronepotē institui ex emancipato nepote natum:& post emancipationem conceptum.hic nō rumpet. Vel dic etiam extraneum adopto quasi ex nepote natum quem ante institueram prædicto modo: *vt in prin.§.no.ad quod.s.eo.l.filio.§.fina.* Item quod hic.§.dicit de morte nepotis præteriti & filij instituti: intellige secundum ordinem quem dixit supra eo. §. nam & si filius.s.quod primitus decessit nepos, & postea filius:secus si econtra. Item no. hic in fi. similitudinem quæ est inter ciuilem potestatem & naturalem.

¶*In omnibus his.*] c a s v s. Sceuola ponit in hoc.§.tres regulas. Prima est talis: Gaius habebat filiū Titium, & ex eo sperabat habere nepotē:quia vxor filij erat forte prægnās. certè ad hoc vt testamentū quod vult facere Gaius valeat, siue non stet in periculo rumpendi, necesse est q̀ instituat nepotem nasciturum. & de hoc habuisti per totam hanc.l.nunc autem dicit q̀ debet etiam filium instituere in aliqua parte si vult q̀ testamentum suum valeat: quia si exheredaret filium, ita dicendo secundum cōsilium Galli(quod consilium durat vsque ad sequentem.§.) filium meum exheredo: & si me viuo morietur, nepotē qui mihi ex eo nascetur post mortem meam, heredem instituo. & post mortem suam filij inuenietur exheredatus filius:& ideo nihil valeret exheredatio:& ideo filius rumperet testamentum se præteritum inueniens. In secunda regula dicitur quòd si filius prædictus Gaij sit ab hostibus captus, potest pater eum præterire, & nepotem ex suo nascirurū instituere:& non rumpet filius præteritus testamentum si apud hostes decedat, quasi dicat, si redierit ab hostibus, bene rumpet testamētū: *vt.j.ti.j.l.si quis filio.§.sed & si pater eius.* In tertia regula ponitur talis casus: Habebat Gaius filium, & ex eo nepotem, & ex nepote pronepotem: & sperabat habere ex pronepote atnepotem, & ex atnepote trinepotem. instituit sibi heredem filium, & atnepotem & trinepotem & nepotem & pronepotem præteriit. certè valet testamentum. est autem hoc intelligendum si nepos & pronepos præteriti moriantur ante filium: *vt.s.ea.l.§. nam & si filius & nepos.* Vivian.

10. ¶ In omnibus his specie-bus [f] illud seruandum est, vt filius dumtaxat [t] qui est in potestate, ex aliqua parte sit heres institutus. [u] Nam frustra exheredabitur post mortem [x] suam, quòd non esse nacessariò * in eo filio qui apud hostes [y] est, si ibi decedat: & in nepote certè, & pronepote: [z] quorum si liberi [a] heredes instituantur, institutionem nunquam exigemus: quia possunt præteriri.

Primum caput legis Velleæ prouidet quod nedum possit institui nepos nasciturus post testamentum viuo auo mortuo iam filio tempore testamenti: sed etiam possit institui nepos nasciturus post testamentum viuo auo, & mortuo filio, qui tamen viuebat tempore testamenti. Alex.

f ¶ *Speciebus.* cùm instituuntur nepotes pronepotes & abnepotes. H. Et dic quòd tria dicit. Primò, quòd filius debet institui. Secundò, quòd filius captus ab hostibus potest præteriri. [a] Tertiò dicit nepotem & inferiores posse præteriri si filius prædecedat qui instituitur.

** necesse: hæc varietas est in Flo. sed in vet. man. & vulg. edit. rectiùs legitur, non est necesse.*

a Si ibi moriatur: aliàs non. secundum Bar.

t ¶ *Duntaxat.* q. d. non inferiores: vt infra proxim. respon. & sic determinat dictionem, filius. Vel dic quòd determinat verbum, in potestate. q. d. emancipatus potest præteriri: quia nihilominus valet testamentum: licèt posset rumpi per contra tabulas. [b]

b Dic corroborando dictā Gl. quod etiam vbi non interuenit sententia iudicis, quòd sufficit sola agnitio per cōtra tabul. Glos. est singu. in verbo, antequam in l.fin. C.de cura. furio.

u ¶ *Institutus.* vel exheredatus purè. nam, &c.secundum quosdam.quod non placet: quia pura exheredatio non posset hic esse: vt statim dices.

x ¶ *Post mortem.* scilicet expressis verbis:nec etiam tacitè, vt hic esset.nam si filium exheredo:& si me viuo morietur, nepotem qui mihi ex eo nasceretur post mortem meam, heredem instituo:secundum consilium Galli post mortem inuenitur exheredatus:& ideo non valet:*vt hic, & supra eodem.l.si ita.§.fin.& .l.filius à patre.in princip.*

c Fictione legis Corneliæ. secundum B. & Pau.

y ¶ *Apud hostes est.* vt instituatur & ibi decedat: aliàs reuersus rumpit testamentum: [c] *vt.j.tit.j.l.si quis exheredatus. § sed & si pater.& facit.j.eo.cum apud.*

z ¶ *Pronepote.* repete, non est necesse quod instituatur quorum institutionem non exigimus si liberi primi gradus instituantur: vt subficit. nam valet præsens testamentum, licèt posit rumpi si filius præmoritur ante patrem:*vt.j.titu.j.l.posthumorum.* Vel dic [d] possunt præteriri si modò præmoriantur hi nepotes & pronepotes ante filium:*vt.s.§.nam & si.*

d Prima tenetur secundum eosdem.

a ¶ *Liberi.* primi gradus:vt dixi. Vel dic liberi nepotum:quia dixi filium instituo:& si me viuo moriatur:tunc pronepotes, &c.sic enim potuit præterire nepotem.

¶*Nūc de lege.* c a s v s. Vidisti cōsiliū Galli quo modo cōsuluerit qualiter instituatur nepos qui post mortē aui nascitur, ne rūpat testamentū aui: sed quia illud sufficiēs nō erat, eo quod de eo tantū nepote instituēdo dicebat qui post mortē aui nascebatur: ideo Iulius Velleius adinuenit cōsiliū in nepote nato viuēte auo. Et no. quod hæc.l.Velleia à Iulio Velleio inducta duo habet capita, scilicet primū & secundū: licèt nō multum apertè de secūdo in litera dicatur:sed quia dicit litera, primū: credo quod sit dictū respectu secūdi capitis:& loquitur primū caput quando quis non habet filiū, & instituit nepotē qui nasciturus est se auo viuo ex vxore filij iā mortui: & istud idē caput habet locū quādo facit aliquis testamētū: & habet filiū viuū qui filius moritur post factū testamentū ante natiuitatē nepotis instituti: quibus quidē duobus casibus nepos prædictus ab auo institutus nō rumpit testamentū eius: & de primo dictorū duorū casuum planum est quod dixi: sed in secūdo videbatur contrarium:quia tempore testamēti aui filius præcedebat nepotem, quia viuebat filius (vt dictum est) vnde nō videbatur necesse quod nepos nasciturus institueretur: sed certè imò est necesse, quia debemus inspicere tempus quo nascitur nepos, quo tempore fortè non erit filius viuus, vnde nepos inueniēs se proximum auo, & ab eo præteritū, rumperet tantùm testamentū suum. quamuis enim verba.l.Vell. sint ita cōcepta, is omnis virilis sexus qui testamentū faciat, instituat eū, subaudi qui ei futurus erit suus heres si filius mortuus est iam se testante viuo, &c. tamē admittūt nepotem ad hereditatē aui:vt eius non rumpat testamentum, siue instituatur nepos ab auo eo tēpore quo filius non sit viuus, siue eo tēpore quo filius sit viuus: qui tamen filius postea de medio tollitur in vita aui, & ante natiuitatem nepotis.debet ergo auus faciēs testamentum ita dicere in hoc secundo casu primi capitis.l.Velle.

filium meum mihi heredē instituo: & si filius meus me viuo morietur, tunc qui mihi nepos siue quæ neptis viuo me natus natáve fuerit intra decem menses quibus filius meus mortuus fuerit, heredes mihi sunto. & hoc vult dicere vsque illuc, etiam si parente viuo &c. Viuianus.

a ¶ *Nunc de lege.* Gallus prouidit circa nepotes natos post mortem aui: sed Vell. circa natos in vita aui. & fuit Iulius Vell. iurisconsultus sicut & Gallus: non consul, vt Velleius tutor: *vt. §. ad Vell. l. ij. & habet hæc. l. duo capita.* Primum, quando filio mortuo instituo nepotem iam nasciturū, qui nascitur me viuo. Item locū habet quando filius viuit tempore testamenti: & eo instituto substituatur nepos nasciturus in vita aui post testamentum aui, & post mortem filij. Secūdum caput habet locum quādo tempore testamenti viuit filius & nepos: & filio instituto substituitur nepos ne rumpat testamentum si filius viuo patre decederet: vt infra titu. j. leg. postumorum.

11. ¶ Nunc de lege [a] Vellea videamus. Voluit viuis nobis natos [b] similiter [c] non rumpere testamentum. 12. ¶ Et videtur primum caput [d] eos spectare, qui cum nascerentur, sui heredes futuri essent. Et rogo [e] si filium habeas, & nepotem nondum natum tantùm ex eo heredem [f] instituas: [g] filius decedat: mox viuo te [h] nepos nascatur? [i] Ex verbis dicendum est non rumpi testamentum: vt non solùm illud primo capite notauerit, si nepos [k] qui eo tempore instituatur, quo filius non sit: verùm & si viuo patre [l] nascatur. Quid enim necesse est tempus testamenti faciendi respici, [m] cum satis sit obseruari id tempus quo nascitur [n]? Nam & si [o] ita verba sunt, *Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus qui ei suus heres futurus erit,** & cætera.

Primo declarat intellectum secundi capitis legis Velleæ. Secundo illud extendit ad nonum casum. Secunda ibi in. §. videndum. Bartolus.

Etiam si [viuente*] parente viuo nascantur, [p] 13. ¶ Sequenti parte [q] succedentes in locum liberorum, non vult lex [r] rumpere testamentum. & ita interpretandum est, vt si & filium & nepotem & pronepotem habeas: mortuis vtrique [s]*, pronepos institutus succedens in sui heredes locum, non rumpat. Et bene verba [t] se ha-

b ¶ *Natos.* institutos vel exheredatos. Io.

c ¶ *Similiter.* sicut natos post mortem Gallus rumpere non voluit. Io.

d ¶ *Primum caput.* ergo aliquid debet dici magistraliter: sed secundum respectu primi dicitur: *vt infra de reb. dub. l. qui duos. in proposita.* Item quia. j. dicit, sequenti parte. Item. j. §. videndum. posteriori parte.

e ¶ *Quid ergo.* plana est illatio. aliàs est, & rogo. & sub. rescribe mihi quid iuris sit si filium &c.

f ¶ *Heredem.* scilicet nasciturum nepotem.

g ¶ *Instituas.* id est substituas.

h ¶ *Te.* auo.

i ¶ *Nascatur.* quid iuris erit. Io. & dic primò filium decedere post testamentum. Secundò nepotem nasci. Tertiò, mori auum: vt sic verbum mox, determinet verbum nascatur. & est plana. Alij dicūt [a] quod determinat, decedat viuo testatore, & supplent quod si nepos nascatur viuo testatore. & dic filium institutum: aliàs testamentum non [b] valet, etiam si decedat filius: *vt. §. eo. l. si filius qui in potestate.*

k ¶ *Nepos qui eo.* aliàs deest [c] qui, & tunc est plana est litera. si habeas qui, dic si nepos: [d] scilicet nascatur, quod est. j. viuo auo qui nepos &c. verumetiam quod est. j. scilicet notauerit, secundum Azo. ex sentētia etiam viuo patre, scilicet sui patris: sed præmoriente patre nepotis antequam nascatur nepos & no. quòd Azo dicit quòd quando filius non viuit tempore testamenti, habēt locum verba & sententia. l. Vell. sed quando viuit, tunc sententia tantum, vt hic videtur colligi: sed potest dici quod vtrobique habent locum verba & sententia. sic enim verba dicunt, quicunque nascerentur, sui heredes futuri essent: vt & infra statim, tametsi &c. vt in princ. huius. §. at in vtroque casu suus heres est futurus cum nascitur mortuo iam filio. Item probo per id quod postea dicit. quid enim necesse est tempus testamenti inspici, cum satis sit seruari tempus quo nascitur? sed Azo dicit ibi quo ad sententiam. Ex prædictis apparet quod tertius casus [e] non pertinet ad primum caput. l. Vell. quantum ad verba, cum eo tempore quo nascitur, non sit suus heres: quia nascitur adhuc viuente filio: sed tamen locum habet sententia secundum Hug. & sic intelligunt quidam hoc respon. vt Azo. Hug. & Rog. verumetiam &c. & de hoc tertio casu loquitur: & propriè ponunt patre, scilicet nepotis: sed eis ob. j. ibi, tempus quo nascitur. Sed dices. i. adgnascitur, quod est filio postea mortuo: *vt. j. tit. j. l. postumorum.* & ita ibi, etiam si parente &c. sub. tamen. & ita est plana secundum eos.

a Non tenetur *secundum Paul. Imol. & Ias.*
b Imò, bene verum est tamen, quod hæc subauditio gl. est de mente Vell. *vt sentit Bart. hic & idē Bar. in prin. huius. l.*
c Hæc lec. est melior & planior, *secundum Ima.*
d Vtraque lectura in eundem sensum incidit *secundum Bar.*
e *Qui ponitur in. §. ille casus. j. eod. secundum Pau.*
f Reprobatur per Bart.

l ¶ *Patre.* qui est filius [f] quo ad auum.

m ¶ *Respici.* aliàs inspici.

n ¶ *Quo nascitur.* vt nullus modo eum præcedat: vt primum caput habeat locum.

o ¶ *Tametsi.* refert verba. l. Vell. primi capitis quæ dicunt de suo: sed tamen & nepos nascitur suus duobus prædictis casibus: cum filius est de medio sublatus: *vt Insti. de here. quali. & dif. §. sui.* & sic habeas ibi. §. etiam si parente, vbi incipit secundum caput. Vel dic [a] licèt verba dicant de eo qui nascitur suus futurus: tamen & qui nascitur viuo patre & auo, comprehenditur per sententiam. & sic de tertio casu dicit hic, &. §. proxi. & non erit. §. etiam si, sed ibi, & bene &c. vel ibi erit. §. sequenti parte &c. vel neutrobique. & expone hæc verba vt sunt verba. l. hoc modo: Is omnis virilis sexus qui facit testamentum, ita debet dicere, qui ei, id est testamentum facienti suus heres futurus erit &c. id est cum nascetur heres esto. ¶ Ideo autem dicit, virilis: quia ascendens per sexum fœmininum, non habet necesse instituere: [b] *vt Institu. de exhere. lib. §. mater.* vel secundum Py. dic, is qui faciet testamentum, ita dicat, omnis virilis sexus qui ei suus heres futurus est &c. scilicet heres esto: & tunc etiam [c] neptis ex filio videtur instituta, cum sit per lineam virilem: secus si ex filia: vt modo not.

¶ *Etiam si.*] CASVS. Credo quòd incipit secundum caput dictæ legis Vell. quod quidem secundum caput loquitur non de nepote nascituro, sed de iam nato. nam & de eo nepote dedit Velleius consilium, scilicet qualiter si quis habeat filium & nepotem, & timeat ne in vita sua fiat ei suus nepos sublato de medio filio, debeat nepos ab eo auo institui. sed & si habeat aliquis filium, & nepotem & pronepotem: & ita dicat, filium & nepotem meum mihi heredes instituo: & si me viuo moriatur dictus meus nepos, & filius, instituo mihi pronepotem. certè mortuis vtrisque, scilicet filio & nepote in vita testantis, pronepos prædictus institutus à proauo succedens in locum sui heredis proauo per mortem, scilicet filij & nepotis, non rumpet testamentum proaui, cum sit ab eo institutus, vt dictum est. Viuianus.

p ¶ *Nascantur.* nepos pronepos & deinceps. vel dicas: hic incipit de secundo capite. 2. Vel dic [d] hæc verba esse de sententia primi.

q ¶ *Parte.* i. capite. l. Vell. vel dic gradu personarum.

r ¶ *Lex.* quo ad verba secundi capitis. vel dic quo ad sententiam primi: vt patet in præmissis.

s ¶ *Vtrisque.* i. filio & nepote, cum vterque fuit institutus: vel filius: sed nepos præteritus, & nepos primò decessit quam filius: alioquin aliud esset: vt dixi supra, nam & si filius.

¶ *Et bene verba.*] CASVS. Verba Galli in prin. huius. l. posita sunt defectiua: & ideo sunt suppleta per nos, dicit Scæuola: vt supra ea. l. §. idem credendum. &. §. & quid si tantum. &. §. quid si is. verba autem. l. Vell. non sunt defectiua: imò bene se habent: quia pertinent ad omnes casus, id est extenduntur ad omnes casus suppletos in Galli sententia. quæ verba sunt supra proxi. §. ibi, qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus instituat eum qui ei futurus erit suus heres si filius mortuus est iam se testante viuo. quæ verba admittunt nepotem ad hereditatem aui, vt eius non rumpat testamentum siue instituatur nepos ab auo eo tempore quo filius non sit viuus, siue eo tempore quo filius sit viuus: qui tamen filius de medio postea tollitur in vita, qui & ante natiuitatem pronepotis: vt dixi supra proxim. §. & hoc est verum dicit Scæuola de verbis. l. Vell. scilicet quod pertineant ad omnes dictos casus si testator sibi prouidere volens contra nepotem vel pronepotem natum viuo filio, dicat ita in testamento, si quis ex iis heredibus qui sui sunt, suus esse desierit: tunc sit heres ille qui suus heres inueniatur. Vnde pone quod habebam filium Titium, & ex eo nepotem Seium, & ex nepote pronepotem. heredes institui filium & nepotem pone: & institui mihi dictum pronepotem: vel etiam eum exheredaui sub illa conditione, si sui heredes desierint esse sui heredes. nunquid rumpet amodo testamentum meum proaui? Et dicitur quòd non, etiam si efficiatur mihi proximus per mortem filij mei & nepotis, & postea ego moriar. & hoc est verum siue filius decedat, & postea nepos me auo viuo qui sum proauus ad dictum pronepotem, & postea ego proauus moriar. Vel dic quòd loquitur de verbis secundi capitis. l. Vell. vt no. in libro meo. Viuianus.

t ¶ *Et bene verba.* secundi capitis [e] vt probatur. *j. proxi.* §. & sunt hæc verba, si quis &c. & plenius sunt. *j. proxi.* §. Alij dicunt [f] hæc esse

a Et mihi secundum eundem.
* Hic vult adiicitur, cum nascetur, ... stituendi necessario potestatē habeat & continuatur sequens §. Etiam si &c.
b Isto iure ... cus de ... Auth. secundum Ale. & Ias.
* Ita legit Tatellus, quamquam in Fl. Pand. viuente sit inclusum parenthesi, vt pro deleto habeatur.
c Neptis ex filio masculo dicitur esse ex linea masculina, vt hic. Idque accepta emphyteusi & se & suis heredibus descendentibus per virilem sexum videtur comprehendi neptis ex filio masculo, licet non comprehendatur nepos masculus ex filia fœmina. v. Mars. singulari ...
* vtrisque.
d Et male, secundum eundem.
e Probatur Bar. & Ias.
f Et male, secundum eundem.

esse verba Scæuolæ quę omnino extendunt verba. l. Vell. quę sunt supra proxi. §. ibi, qui ei suus heres futurus erit: & extēdunt, ad omnem casum quo quis suus esse definit. sed prima placet: & dic hoc secundum caput habere locum quando tempore testamenti viuit filius & nepos, vel nepos & pronepos: vel etiam omnes alij continentur: & medius vel medij tollantur de medio, & vltimus incipiat esse suus qui non erat: *vt hic, & infra titu. j. l. postumorum.*

bent, *Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit:* ad omnes casus pertinentia, quos supplendos in Galli Aquilij a sentētia diximus: nec solum b si nepos viuo patre decedat, nec succedens pronepos* auo mortuo rumpat: sed & si superuixit patri, ac decedat: dummodo heres institutus sit, aut exheredatus.

Si filius fuit captus ab hostibus viuente patre, & post patris mortem decessit, fingitur desiisse esse suus patre viuente: & ideo nepos substitutus secundum consilium legis Velleæ in secundo capite admittitur ex substitutione: & sic testamentum rumpitur. hoc dicit vsque ad. §. ille casus. Alexander.

a ¶ *Galli Aquilij.* qui Gallus de morte tantū naturalis filij dixit: sed Scæuola suppleuit in emancipatione & deportatione: per quæ quis definit esse suus: *vt. s. in prin. & . §. quod si is.* at hæc. l. hoc capite comprehendit omnes casus quibus quis definit esse suus dummodo viuat tempore testamenti.

* Goueanus & alij quidam putant legendum nepos, & hic iā quarto loco p̄ prona scribi pronepos cum sit scribēdum nepos.

b ¶ *Necsolum.* scilicet pertinent verba &c. & dic, habeo filium, & ex eo nepotem, & ex nepote pronepotem, institui filium quod est opus: *vt. s. eo. §. in omnibus.* præterij nepotem, substitui pronepotem si me viuo decedat filius. erit ergo consultum per dictam substitutionem in duos casus: scilicet si nepos præteritus decessit ante suum patrem, & postea pater. deinde auus qui est proauus ad pronepotem, qui modo non rumpet testamentum proaui. item in alio si ponas filiū institutum prædecessisse. & deinde nepos decessit, & tertiò proauus: sed hoc casu exigo nepotem vel institutū, vel exheredatum: aliàs rumperet præmortuo suo patre: *vt. s. §. nā & si. & . §. in omnibus. & . j. ti. j. l. postumorum.*

Videndum.] CASVS. Supra proxi. §. facta est mētio de verbis secūdi capitis. l. Vell. quæ verba fuerunt talia, vt ibi dicitur. & hic materialiter iterum ponūtur, Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit aliquo modo tamen liberi eius & cæteri, id est nepotes & pronepotes & deinceps heres succedant in locum dictorum suorum qui sui esse desierint. modò quæritur hic, nunquid per interpretationem dictorum verborū possit admitti casus quē tibi statim dicam: quasi pertineat ad secūdum caput. l. Vell. Gaius habebat filium Titium, & ex eo Seium nepotem, & filius fuit captus ab hostibus: & Gaius remansit in ciuitate cum Seio nepote: & fecit testamentum hic Gaius, & instituit sibi heredē dictū nepotem: & decessit idem Gaius: postea decessit filius apud hostes existens, vel decessit filius ante apud hostes quàm decederet in ciuitate pater eius Gaius. nunquid dictus nepos succedendo in locū sui heredis non rumpet testamentū aui ex consilio secundi capitis. l. Vell. prædicto? videtur quod ex dicto consilio non rumpat: quia. l. Vell. in dictis suis verbis nō posuit aliquid quod significaret tempus quo suus esse desinat ille qui est suus & proximior. ergo videtur quod siue ante mortem testatoris, siue post suus esse desinat per mortem ille filius qui est apud hostes, non rumpet testamentum aui nepos ab eo institutus secundū dictum consilium. imò dico tibi plus: quia etiam si mortuo patre testāte desinat per mortem esse suus filius qui erat apud hostes, videtur desiisse esse suus viuo patre: quia nec rediit, nec nunc potest redire: & sic fingitur esse mortuus prima hora captiuitatis. & sic optimè pertinet iste casus quem dixi, ad secundum caput. l. Vell. quia caput loquitur quando aliquis habet filium viuum, & nepotem ex eo natum, & instituit eos: & postea tollitur de medio filius viuente auo & nepote. Viuianus.

c ¶ *Parte.* i. secundo capite. l. Vell. cum dicit, si quis &c. alij dicūt a hæc verba Scæuolæ: & subaudiunt, qua parte &c.

a Displicet Bartolo & Pau.

d ¶ *Liberi.* i. filij ADDITIO. Dic quòd imò veniunt nepotes: & alii descendentes, & non tantum filij, secundum Bartol. Alex. Are. & Ias.

e ¶ *Cæteri.* i. nepotes & inferiores.

f ¶ *Succedunto.* subaudi, instituantur ne rumpant: vel verius instituti non rumpant: *vt infra proxim. §. & sic sunt verba. l. hucusque.*

g ¶ *Apud hostes.* quem non est necesse institui: *vt supra eodem. §. in omnibus.*

h ¶ *Succedendo* in locum sui heredis, scilicet ipse nepos.

i ¶ *Addidit.* scilic. Vell. in secundo capite. quo tempore scil. definat esse suus heres ante mortē aui vel post, seu tempore captiuitatis vel mortis: sed generaliter dixit, si quis suus heres &c. sed in primo capite sic, si viuo testatore: *vt. s. §. nunc de lege.* Item Gallus in vita, similiter si me viuo &cæt. *vt supra in princi.* & quia nō distinxit hoc capite: nec nos distinguemus, a nisi vellet dicere aliam rationem b specialiorem: quia fingitur tempore captiuitatis decessisse, & sic suus esse desinere. & sic in vita aui desinit esse suus: sicque nepos institutus non rumpet, aliàs præteritus rumpet: *vt supra eod. l. si quis postumos. §. j. & hic subiicit.*

a Imò debemus distinguere secundū Bal. Alex. & Ias.

b Et hæc ratio secūda est melior, secundum P. & Ias.

14. ¶ Videndum num hac posteriore parte c, *Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit: liberi* d *eius* & cætera, e * *in locum suorum sui heredes succedunto:* f possit interpretatione induci, vt si filium apud hostes g habens, nepotem ex eo heredem instituas: non tantùm si viuo te filius decedat, sed etiam post mortem, antequam ab hostibus reuersus fuerit, succedendo h non rumpet. Nihil enim addidit, i quo significaret tempus: nisi quod k (licet audenter l) possis dicere viuo patre hunc suum heredem esse desisse, m licet post mortem decedat: quia nec rediit, nec potest n redire.

* & cæteri.

k ¶ *Nisi quod.* al. nisi quod licet. & sic expone, quod licet. i. quod licitum est.

l ¶ *Audenter.* i. audaciter, in bonam partē: aliàs in malam: *vt. C. vnde vi. l. si quis in tantam.*

m ¶ *Desisse.* pertinet ergo per interpretationem ad secundum caput: non quoad verba, quia verè decessit post mortē aui. ¶ Sed quid differt hic casus ab illo supra eo. §. quid si is? Respond. ibi post mortem aui spectabatur nepos: vnde hoc secundum caput locum non habet: hic vbi iam est natus.

n ¶ *Potest.* cum decessit.

Irritum.] CASVS, Dictum est. š. eod. l. j. in vltimo respon. de vno modo quo testamentum fit irritum: nunc autem illam materiã de testamento irrito vult iurisconsultus altius pertractare: & de ea tractat per totam hanc. l. & seq & vsque ad. l. certum est. Et diuides hanc. l. hoc modo, vt ponas vnum casum vsque ad. §. eius qui deportatur, &c. Alium autem vsque ad. §. hi autẽ omnes, &c. Alium vsque ad. §. sed nec eorum, &c. Alium autem vsque ad. §. quatenus tamen, &c. Alium vsque ad. §. filiifami. qui continuatur cum. l. nam si, &c. Ponas ergo ita casum huius. §. irritum. Si post testamentum factum testator ab hostibus capiatur, vel passus sit testator se vendi ad pretium participandum, vel sit damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam ei adimat: fit testamentum eius irritum statim cum sententiam passus est: nec expectatur quòd per pœnam sit consumptus, nisi sit miles de militari delicto ad mortem damnatus & in ipsa damnatione permissum sit ei testari. nam tunc non solum potest testari post sententiam contra se latam, sed etiam testamentũ quod prius fecit, valet si dixit illud valere. Sed quid si aliquis à præside sententietur deportandus post factum à se testamentum? Certè irritum fit eius testamentum hoc tamen intelligas cum Imperator comprobauerit sententiam pręsidis latam super dicta deportatione, & non ante. nam cum præses sententiat aliquem deportãdum, scribit hoc principi antequam sententiam executioni mandet: & principis responsio expectatur. & idem si præses interlocutus est scribendo principi de decurione puniendo, vel de puniendo filio nepotéve decurionis post sententiam de eis puniendis à se prædicatam. nam non statim lata sententia præsidis, est pœnæ seruus dictus decurio, vel filius vel nepos eius: sed cum princeps comprobauerit per suas literas dictam præsidis sententiam: licèt post sententiam à præside latam soleant recipi in carcerem dicti deportandi vel decuriones vel filij eorum & nepotes. vnde si ante respõsionem principis decesserit dictus deportandus vel decurio vel filius decurionis vel nepos, valebit eius testamẽtũ: nisi cõscisset sibi mortem, eo quòd volebat prius mori quàm damnari ex delicto quod se commisisse sciebat. si autem consciisset sibi mortẽ alia de causa, non irritatur eius testamentum: puta tædio vitæ, vel propter impatientiam aduersæ valetudinis, vel causa iactationis, sicut faciunt quidam philosophi. Si autem iste talis non fecit testamentum, cognatis defertur eius hereditas. prædicta autem distinctio habet locum etiam in milite qui fecit testamentum, vel ab intestato decessit. Sed quid si prædicti quorum testamenta facta sunt irrita propter causas supradictas, appellauerunt à sententia contra eos lata? Certè capite non minuuntur: nec eorum testamenta fiũt irrita: sed & de nouo testamentum facere possunt: nec etiam ea ratione quòd videantur incerti de statu eorum, prohibentur de nouo testamentum facere. sed & si præses non recipit appellationem eorum, sed pœnam eorum remoratus est scribẽdo Imperatori qualiter eos præses per sententiam damnauerat: non fiunt eorum testamenta irrita interim. & bene debet pręses taliter remorari pœnam, vt dictum est, nisi in casibus: veluti si ille quem condemnauit, est latro manifestus, vel talis qui prorupit in seditionem in ciuitate quam regebat præses prædictus: vel talis qui commisit factionem cruentam, puta quia interfecit vnum de maioribus ciuitatis: vel si sit alia iusta causa, propter quam immineat ciuitati periculum, nisi incontinenti puniatur condemnatus. his enim casibus non tenetur præses Imperatori scribere, sed statim condemnatum punire debet, & postea scribere hoc Imperatori ad suã excusationem. Sed pone q aliquis fuit dãnatus illicite: vt puta decurio fuit damnatus ad bestias: certe non fit eius testamentum quod prius fecerat, irritum: quia sententia non valuit ipso iure. & idem est in testamento eius dãnati qui non erat de iurisdictione præsidis. Item scias quòd pręter illos casus quos dixi in princ. huius. §. est & alius in quo testamentũ fit irritum: vt in eo qui etiam post mortẽ suam damnatus est crimine læsæ maiestatis, vel de crimine repetundarum. Item scias quòd quamuis fiat irritum testamentum eius qui ab hostibus capitur, vt dictum est: tamen si reuertatur ab hostibus, recipit testamentũ vires suas. Item & si apud hostes decedat, confirmatur testamẽtum per. l. Cornel. quæ fingit eum mortuum prima hora captiuitatis. si ergo. l. Cor. fictio cõualescere facit testamentũ, & restitutio principis indulta ei qui capite damnatus erat, facit conualescere. [FILIIFAMILIAS.] Filius meus vixit in militia principis: & ibi lucratus est castrense peculium: & postea reuersus est domũ: sicque factus est veteranus: & me patre viuente fecit iure communi tastamentum de dicto peculio. postea ego decessi, vel eum emancipaui. certè non irritatur testamentum eius. & idem est si dictus meus filius fecit testamentum in militia existens, vel iure militari, vel iure communi. Viuianus.

l ¶ *Captus*. hic fit seruus hostium: & sic perdit ciuitatem & libertatem: *vt supra de capi. demi. l. fina.* recipit tamen vires testamentum eo reuerso: *vt infra ead. l. §. quatenus.* sed si ciuitatem tãtũ, vt deportatus, tunc idem: *vt supra de testa. l. eius. §. si cui.* Idem si minimam capitis deminutionem sit passus: *vt Instit. quibus mo. testa. infir. §. alio.*

† hinc colligũt in iure dicendi nullum, nõ habere locum edictum successorium.

† quoniam via intestati est aperta, nec vllũ testamentum reperitur quod obstet.

† Nepos conceptus & natus post mortẽ aui non admittitur de iure ciuili, vt hic. sed Bald. post Dynũ, & Cynũ admitti putat ex æquitate edicti, de his qui ante apertas tabulas.

† id est, apud hostes.

† & à patre præteritus, vt subiicit.

† viuo auo. † natus, sed conceptus in ciuitate, aliàs si conceptus apud hostes, obi ne... C. de captiuis. † in locum suorum hæredum.

Passus

a ¶*Passus sit.* in quo quatuor sunt necessaria: *vt not. s. de sta. ho. l. & seruorum.* §. j. Accur.
b ¶ *Passus est.* nam trahit hæc sententia statim ad se executionem: *vt. j. de pœnis. l. qui vltimo.* vt dicunt decretistæ de sentent. excom. ADDITIO. No. hanc glos. quòd sententia excommunicationis trahit secum suum effectum. & hoc est quod dicitur quòd trahit secum executionem: *vt not. hic, & c. pastoralis. extra de appell. & de offic. ord. c. ad reprimendam. & viij. q. iiij. in summa. de sent. excommuni. is cui. §. fin. lib. vj.* secundum. Bal. hic.
c ¶*Seruus efficitur.* hodie nemo bene natus &c. *vt in Auth. de nup. §. quod autem. coll. iiij. Item facit sup. de testa. l. eius. §.*
d ¶*Delicto.* quæ multa sunt: *vt. j. de re mili. per totum.*
e ¶*Permitti.* si impetrauit à iudice cum damnaretur: *vt. s. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si miles. & adde quod no. Cod. de testa. mili. l. & militibus. & facit. j. de vete. mili. succes. l. j. & ij.*
f ¶*Militari.* contra. *C. de inof. test. l. si quādo.* Solu. ibi vt pagano, hic vt militi fuit concessum. & sic cuique suo iure testari concedi videtur. vel aliter vt ibi. Accur.
g ¶ *Permittitur.* à iudice.
h ¶*Si militari.* incipit respondere. *& facit. j. de mili. testa. l. idem erit dicendum. & l. ex militari. & l. idem & si pater. & infra de lega. iij. l. si quis. in prin. §. j.*
i ¶ *Non statim.* hoc cum à præside. si autem à præfecto vrbis, statim: *vt infra de pœnis. l. ij. §. j. & de interdi. & releg. l. inter pœnas. & de le. iij. l. j. §. hi.* ¶ Sed quare hoc, cum habeat merum imperium? Respon. *vt no. supra de offic. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & facit infra quando app. sit. l. j. in princip.* Accursius.
k ¶ *Filio.* decurionis. & nepote qui idē habent priuilegium: *vt infra de pœnis. l. moris. §. ista fere.*
l ¶ *Principi.* quod facere, non ipse punire debet: *vt. j. de pœnis. l. diui fratres. §. decurionibus. & de bo. eor. l. ij.* sic & aliàs principis sentētia seruatur: *vt. C. vbi sena. vel clarissimi. l. quoties.* Accur.
m ¶ *Decesserit.* etiam in carcere: *vt. s. de testi. Infort.*

num se dari passus sit [a] ad actū † gerendū, pretiúmue participandum. 6. ¶Sed & si quis fuerit capite dānatus, † vel ab bestias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam adimit, testamentum eius irritum fiet: &* non tunc cū cōsumptus est, sed cum sentētiam passus est: [b] nam pœnæ seruus efficitur: [c] nisi fortè miles fuit ex militari delicto [d] damnatus. nam huic permitti [e] solet testari, ut diuus Hadrian⁹ rescripsit. & credo* iure militari [f] testabitur. Qua* ratione igitur damnato ei testari permittitur? [g] nunquid & si quod ante habuit factum testamētum, si ei permissum sit testari, valeat: an verò pœna irritum, factum, reficiendum est? Et si militari [h] iure ei testandum sit: dubitari non oportet quin si voluit id valere, fecisse id credatur.

Si damnatio suspēditur per rescriptionē principi factā, testamentū non rumpitur etiā si reus decedat: nisi cōscius criminis se occiderit. Bartolus.

7. ¶Eius qui deportatur, non statim [i] irritū fiet testamentū: sed cū princeps factū comprobauerit. tūc enim & capite minuitur. Sed & si de decurione puniēdo, vel filio [k] nepotéve pręses scribēdū principi [l] interlocutus* est: nō puto statim seruum pœnę factū, licèt in carcere soleant diligentioris custodiæ causa recipi. Nec huius igitur testamentum irritū fiet prius quàm princeps de eo supplicium sumendum rescripserit. Proinde si ante decesserit, [m] vtiq; testamentū eius valebit, nisi mortem sibi cōsciuit. Nā eorum qui mori magis quàm damnari maluerint ob consciētiam criminis, testamenta irrita constitutiones faciunt, licèt in ciuitate decedant. Quòd si quis tædio vitæ, [n] vel valetudinis aduersæ impatientia, vel iactationis [o]* vt quidā philosophi, in ea causa sunt, vt testamenta eorum valeant. Quam distinctionem in militis quoque testamēto diuus Hadrianus dedit epistula [p] ad Pomponium Falconem: vt si quidem ob conscientiam delicti militaris mori maluit, irritum sit eius testamentum. quòd si tędio vitæ vel dolore, valere testamentum: aut si intestatò decessit, cognatis: [q] aut si non sint, [r] legioni [s] ista sint vindicanda.

Testamentū dānatorū nō rūpitur si est appellatum, siue appellatio fuerit recepta, siue nō: nisi cū per appellationem executio non differtur. Bartolus.

8. ¶ Hi autem omnes quorū testamenta irrita dānatione fieri diximus, [t] si procurauerint, capite nō minuūtur: atque ideo neq; testamenta quæ antea fecerunt, irrita fient: & tunc testari poterunt. hoc enim sæpissimè est cōstitum. [u] nec videbūtur quasi de statu sui dubitātes nō habere testamēti factionē. [x] sunt enim certi status, nec ipsi de se interim* incerti.* [y] 9. ¶ Quid tamē si appellationē eius pręses nō recepit, sed imperatori scribēdo pœnam remoratus est? Puto hunc quoq; suum statū interim retinere, nec testamentum irritum fieri. Nam vt est oratione diui Marci expressum, tametsi prouocātis, vel eius pro quo prouocatur, appellatio nō fuerit recepta: pœna tamē sustinēda est quoad princeps rescripserit ad literas præsidis, & libellum [z] rei cū literis missum: nisi fortè latro manifestus, vel seditio præerupta, factioque [a] cruēta, vel alia iusta causa, quam mox præses literis excusauit, [b] moram non recipiant, non pœnæ festinatione, sed præueniendi periculi causa. tunc enim punire permittitur, [c] deinde scribere.

Sententia nulla testamenti factionem non tolit. Bartolus.

10. ¶Quid si quis fuerit dānatus illicitè, [d] pœna non sumpta? [e] an testamentū eius irritū fiat, videamus: vtputa decurio ad bestias: an capite minuatur, testamētumq; eius irritū fiat? Et non puto: cū sententia eū nō tenuerit. [f] Ergo & si quis eū qui nō erat iurisdictionis suæ, damnauerit: testamentum eius non erit irritum, [g] quemadmodum est constitutum. 11. ¶ Sed ne eorum qui testamenta rata sunt, sed irrita fient, quorum memoria post mortem damnata est: vtputa ex causa maiestatis, [h] vel ex alia tali causa. [i]

n ¶*Tædio vitæ.* vt fecit Dido.
o ¶*Iactationis.* vt fecit Empedocles. [a] Io.
p ¶*Epistola.* aliàs epistola: aliàs epistolam. & subaudi mittens. *& facit. j. de re mili. l. omne. §. qui se. & de bo. eo. l. ij. & C. qui test. fa. poss. l. iij. & qđ ibi not. & j. ad Sila. l. j. §. si q̄s non metu.* Accur.
q ¶*Cognatis.* ipsius: *vt j. de vete. & milit. suc. l. j. & ij.*
r ¶ *Non sint.* aliqui cognati. Accur.
s ¶*Legioni.* in qua militabat: *vt. C. de here. decur. l. ij.*
t ¶*Diximus. s. ea. l. §. irritum.* Accur.
u ¶*Constitutū est.* vt b. *s. de testa. l. qui à latronibus. §. fi. & ar. j. de pœnis. l. ij. §. fi. & j. ad Turp. l. j. in fin. & s. de iis qui no. infa. l. furti. §. j. & qui satisd. coga. l. sciēdum. §. si fundum. Item facit. j. de accu. l. pe. & de solu. l. reo. & an per alium causa ap. l. ij. & s. de procur. l. qui proprio. §. item.*
x ¶*Factionem.* vt. *s. de testa. l. de statu.*
y ¶*Incerti.* f. interim: vt statim subiicit, non respectu futuri.
z ¶ *Libellum.* repete, ad. *& facit. j. nihil noua. l. j. & de app. recipiend. l. sciendum.*
a ¶*Factioq;.* hoc semper in malam partem ponitur.
b ¶*Excusauerit.* i. explanauerit excusando quod fecit. i. excusando se quòd statim imposuit pœnam. aliàs accusauerit.
c ¶*Permittitur.* Non [c] enim oportet tunc deferre appellationi: *vt. j. de app. cōstitutiones. & C. quorū app. nō reci. l. ij. & arg. C. de offi. præf. præt. Orientis. l. si quos. & j. de re mili. l. ij.* Arg. contra ad hoc. xj. q. ij. si episcopus.
d ¶ *Illicite.* statim ponit exemplum.
e ¶*Sumpta.* in pręsenti: *vt fuit. s. proxi. respon.*
f ¶ *Non tenuerit.* cōmutabiliter. tenuit quidem, sed tamen commutari potest à principe, nō ab eo qui eam tulit: *vt. j. de pœnis. l. moris. §. ista.*
g ¶ *Non erit irritum.* sic. *C. si à non compe. iud. l. si. & ne de sta. defun. l. si pater. & j. de pœnis. l. ij. in fin. & ad hoc. ij. q. j. in primis.*
h ¶*Maiestatis.* contra principem vel rēp. accusatus, vel animatus vel armatus est: *vt. j. ad l. Iul. maie. l. fin. & Insti. de her. quæ ab inte. §. per contrarium.*
i ¶ *Alia causa.* vt [e] repe

a Idem & Calanum Indum fecisse auctor est M. Cic. libr. de diuinatio. a.

b Testari possunt qui à dānatione appellarunt.

* certi.
* id est, appellatione pendēte, ac proinde regula quæ dicitur, Neminē dubitantem de suo statu testari posse, intelligēda est de eo qui incertus est de statu suo præsenti, non de futuro.

c Appellationi nō semper deferendum est.

d Testamentū damnati ab eo qui iurisdictionem in eū non habuit, tali dānatione nō fit irritum.

e Testamenta quibus criminibus fiant irrita.

tundarum: *vt.j.de accusa.l.ex indiciorum.* Item hæresis: *vt. C. de hereti.l.iiij.* Item apostatus: *vt.C.de aposta.l.apostatarum.*

a ¶ *Diximus.s.eo.§.irritum.*

b ¶ *Iure postliminij vt Insti.quib.non est permiss.facere testa.§.fi.*

c ¶ *Lege Cornelia.* vt *d.§.Insti.& supra de testa.l.lege.*

d ¶ *Conualescet.* vt *ar.j.de bo.lib l.iij.§.si deportatus.& de leg.iij.l.j.§.si quis.& C.de sen.pas.l.fin.*

e ¶ *Ad testandum.* etiam quantum ad alia: *vt Instit. quib.non est permiss.fa.testa.in princip.& s.ad Macedo.l.ij.& j. de fur.l.si quis vxori.§.j.*

f ¶ *Emãcipatione.* quãdo videbatur magis dubitari: quia isto casu patitur capitis demiutionem, sed in superiori nõ: *vt.s. ad Macedo.l.si filius.§.fi.*

Reuersorum ab hostibus, si sunt restituti per principem, testamenta reconualescunt. Bartolus.

12. ¶ Quatenus tamẽ diximus[a] ab hostib. capti testamẽtum irritum fieri, adiiciendum est, postliminio reuersi vires suas recipere iure postliminij:[b] aut si ibi decedant, lege Cornelia[c] confirmari. Ergo† & si quis damnatus capite in integrum indulgẽtia† principis sit restitutus, testamẽtum eius conualescet.[d]

Mutatione status in melius, testamentum non rumpitur. Bartolus.

13. ¶ Filiifamilias veterani sui iuris morte patris facti,* testamentũ irritum non fieri constat. nam quantum ad testandum[e] de castrensi peculio, pro patrefamilias habendus est: & ideo nec emancipatione[f] irritum fieri militis vel veterani testamentum, verum est.

Rupto primo gradu qui valet iure speciali, secundus qui dependet ex eo, non rumpitur. Bartolus.

VII. VLPIANVS *lib.10.ad Sabinum.*

SI[*] miles[g] iure ciuili testamentum fecerit, & primo gradu heredem eum scripserit, quem iure militari[h] poterat secundo[i] eum quem communi iure potest: & post annum missionis decesserit: primus gradus irritus fiet, & à secundo incipiet testamentum.

Agnatione filij ciuilis rumpitur testamentum. Bar.

NAm si miles.] CASVS. Titius in militia existẽs fecit testamentum iure communi, & instituit sibi Seium quem non poterat instituere nisi de iure militari: puta quia erat dictus Seius deportatus: & substituit ei Gaium quem iure communi poterat instituere: & postea decessit post annum quo fuit missus de militia. certè testamentum fit irritum quantum ad primum gradum prædictum. ea enim quæ fiunt iure militari, non valent post annũ missionis: & ita Seius primo gradu institutus non habebit hereditatem: sed Gaius in secundo gradu institutus. Viuian.

g ¶ *Nam si miles.* quidam habent, nam si. & continuant sic: Dixit veterani militis testamentum tenere etiam post annum à die missionis, & etiam si emãcipatio interuenerit: sed hoc vbi iure communi testatus est. nam si iure ciuili, i.[a] militari coram duobus vel tribus testibus &c. quod non placet: quia tunc post annum non valet in aliquo gradu: sed hæc lex vult contra. 2. Dic ergo principium l. si miles. & quòd iure ciuili, i. communi, s. coram septem testibus fecit testamentum.

h ¶ *Militari* vt deportatum: *vt.j.de mili.testa.l.neque.§.j.*

i ¶ *Secundo.* sic. *s.titu.j.l.iij.§.j.* Accur.

CErtum est.] CASVS. Dictum est supra eo.l.iij.iii.respon. quòd testamentum rumpitur si agnascitur testatori suus heres non institutus ab eo, vel exheredatus. certè hæc lex dicit esse idem si post testamentum testator adoptet vel arroget filium suum vel filiam. [FILIA.] Titius habens filiam & nepotẽ ex filio mortuo, eos simul emancipauit: & postea fecit testamentũ in quo eos præteriit. certè non faciunt testamentum irritum vel iniustũ: quia vna emancipatione exiuerunt de potestate patris. illi autẽ soli faciunt iniustum, qui sunt in potestate & nõ est vis in eo quod dicit vna: quia ita fuit de facto quòd eos simul emancipauit, vt dixi. sed & idem esset si in diuersis temporibus eos emãcipasset: quia semper non faciunt testamentum iniustum, cum nõ sunt in potestate patris eiusdémque aui ad nepotem. Viuianus.

k ¶ *Certum est adoptione.* nam & sic transit hoc iure in potestate: *vt.s.de adop.l.j.* sed hodie contra. & si non tenetur eum instituere: *vt.C.de adop.l.cum in adoptiuis.§.sed ne articulum.& .§.sed si quidem.* secus[b] in arrogato: *vt hic,& .d.l.§.fi.* Acc.

l ¶ *Solet rumpi.* vt *s.titu.j.l.filius.§.j.& Instit.quib.mo.test.infir.*

† Restitutio in integrum & fictio postliminij idem operantur in testamentis.

† Quid si principis indulgentia in testamẽto condendo interuenisset, quia hic dicit, per eius indulgentiam recõualescit quod ante nõ subsistebat: an sine eo vel eius consensu possit reuocari? dic q. sic, per ea quæ no. Bart. *in.l.omnium.in..not. C.de test.*

* factum test.

* Vulg. Nam si miles.

a Iure ciuili testari hic nõ est iure militari: sed iure cõmuni vt.j.eod.

b Instituere adrogator adrogatum filiũ cogitur.

in prin. & hoc nisi sit institutus ante adoptionem: *vt.s.tit.j.l.filio.§.fin.quæ est contra,* Accur.

m ¶ *Vel nepos.* ex filio. nam ex filia sequeretur sui patris potestatem, non aui materni: *vt Instit.de patr.po.§.si.* Accur.

n ¶ *Quia vna.* aliàs vnà cum. aliàs deest cum. Itẽ dic quòd dictio vnà, est aduerbium. q. d simul cum emancipantur, exeunt. 2. Vel dic quòd sit nomen adiectiuum de emancipatione. q. d. filia exit vna, & nepos alia emãcipatione. sed in filiis exiguntur tres secundum antiqua tempora, quæ hic considerauit: hodie in omnibus sufficit vna: *vt.Cod.de adop.l.fin.* non ergo est hæc lex pro eis qui dicunt, emancipato[a] filio per consequens videri nepotem emancipatum: quod reprobatur: *vt supra de adop. l. si nepos.* nam nec hic quicquam de filio dicit.

o ¶ *Testamentũ.* quod postea faciet pater, id est non facient nullum licet prætereantur: quod facerent si essent in potestate: *vt.s.eo.l.j.* Accur.

VIII. IDEM *lib.11.ad Sabinum.*

VErum[*] est, adoptione[k] vel adrogatione filij filiæve testamentum rumpi: quoniam sui heredis adgnatione solet rumpi.[l]

Præteritione filij vel nepotis emancipati testamentum non rumpitur. Bartolus.

1. ¶ Filia cũ emancipatur vel nepos,[m] quia vna[n] emancipatione† exeunt de potestate, testamentum[o] non rumpunt.

Per reuersionem testatoris ab hostibus, vel filij instituti, testamentum non rumpitur. Bartolus.

IX. PAVLVS *lib.2.ad Sabinum.*

SI pater ab hostibus capiatur, filio[p] manente in ciuitate: reuerso eo[q] non rumpitur testamentum.[r]

X. IDEM *lib.1.ad Vitellium*

SEd nec filius[s] postliminio rediens rumpit patris testamẽtum, vt Sabinus existimauit.

Per secundas tabulas vacuas primæ non rumpuntur.

XI. VLPIANVS *libro 46. ad Edictum.*

SI binæ* tabulæ proferantur diuersis temporib. factæ, vnæ prius, aliæ postea, vtræque tamẽ septem testium signis signatæ, & apertæ posteriores vacuæ* inuẽtæ sint, id est nihil scriptum habentes omnino: superius testamentum non est ruptum: quia sequens nullum est.[t]

SI pater.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suum Seium in testamento quod in ciuitate fecit. postea fuit captus ab hostibus: & sic fuit factum irritum dictũ testamentum: *vt.s.eo. si quis.§. irritum.* & postea reuersus est ab hostibus: & sic testamentum recipit suas vires iure postliminij: vt.d.l.si quis.§. quatenus. certè non rumpit dictum testamentum, id est non facit iniustũ dictus filius, cum sit in eo institutus: *vt.s. posthu.* sed retẽto eodem casu, si fili⁹ fuit captus ab hostibus, & pater in ciuitate remansit, & postea reuertatur dictus filius: non facit iniustum testamentum prædictum, cum in eo fuerit institutus. Viuianus.

p ¶ *Filio.* instituto à patre. Accursius.

q ¶ *Eo.* sc. patre. Accur.

r ¶ *Testamentum.* quod fecerat pater ante captiuitatem. nam si in captiuitate, non valeret: *vt.s.de testa.l.eius.* Azo. Alij dicunt filiũ fuisse testatum patre capto, quod nõ rumpitur reuerso patre post mortem filij. quod nõ placet: quia nõ potest testari, cum sit incertus sui status: *vt.j.vnde legi.l.ij.§.si decesserit.* Aliud in filio deportati quod dic vt not. *C.de senten.pas.l.fi.* Accur.

s ¶ SEd nec filius. subaudi, institutus. & sic nõ obstat. *s. eo.l.si quis filio exheredato.§.sed si pater.in fi.§.* Accur.

SI binæ.] CASVS. Titius fecit testamentum in scriptis: & fecit illud signari signis septem testium: & instituit in eo sibi heredem Seium: postea stetit per annum, & accepit quandam chartam non scriptam, & fecit eam signari septem testium signis, volens dare fortè intelligere consanguineis suis quòd aliud testamẽtum faceret in scriptis ad eorum vtilitatem. Certè hæ secundæ tabulæ non rumpunt primas: quia secundæ sunt nullæ, & nihil valent. Viuianus.

t ¶ *Nullum est.* quia[b] non est ibi testatio mentis: quod est necesse: *vt.s.de testa.l.j.& facit Institu.quib.mo.test.infir. §. j. & supra ad Vell.l.quamuis.§.si conuenerit.& infra de adi. lega. l. & si transferam.& Institu.quib.mod.tol.obli.§.præterea.* Hug. *& .s.titu.j.l.si filius.* Accursius.

* al.incip.Certum est. al. Si verum est.

a Emancipato filio, nepos emancipatus nõ intelligatur.

† Ergo à contrario filii qui vna mancipatione nõ effugit vires patriæ potestatis, testamentum rumpit, cum emancipatur. *quid & Hermo.& Graci credunt lib.3. epit.tit.3.*

* Testamentũ secundum minus solenne primum solenne nõ rumpit: de quo per Bar. *in.l.si iure.col.2. versic.quæro, dicit testator.j. de leg.1.*

* Negatiua probatur inspectione schedulæ vacuæ. *facit.l.v.t. C.de reb.credit. l.cum de lege.j. de probat.l.j.C. de errore aduocat.* vnde etiam colligunt. Negatiuã probari posse inspectione oculorum.

b Testamentũ nullum est in quo nõ est mẽtis testatio.

Postumus

POstumus.] casvs. Titius habens vxorem prægnantem fecit testamentum:& fecit illud signari septem testium signis:& instituit sibi Seium extraneum heredem, & præteriit ventrem vxoris:postea viuente dicto Titio vxor sua peperit: & sic ruptum fuit testamentum. & postea ante dictum Titium patrem decessit dictus postumus. certè quamuis heres in dicto testamento institutus nõ potuisset habere hereditatem de iure ciuili vel bo. poss. de iure prætorio si dictus postumus vixisset post mortem patris, eo quod dictum testamentum per dictũ postumum ruptũ est, vt dictum est: tamen quia decessit postumus ante patrem, videtur nec natus: vnde institutus habet hereditatem vel bonorum pos.& legatarij quibus fuit legatum in dicto testamento, legata sua consequentur. Et quod dictum est in testamẽto rupto, habet locum in testamento iniusto, & in testamento irrito. Et in testamẽto iniusto ita pone exemplũ: Dictus Titius habens filium in potestate, instituit sibi heredẽ Sempronium consanguineum suum, & dictum filium præteriit: & sic est testamentum suum, scilicet Titij, iniustum, siue ipso iure nullum: vt ff. eo.l.j. postea decessit dictus filius ante patrem. certè perinde erit, ac si nunquam fuisset dictus filius in rerum natura.& sic dictus Sempronius habebit hereditatem vel bo. poss. qui quidem Sempronius habuisset hereditatem ab intestato si dictus filius nunquam fuisset in rerum natura, & dictus Titius intestatus decessisset. secus autem si dictus Sempronius non fuisset ita coniunctus testatori vt dictum est, quia tunc haberet hereditatẽ vel bo. poss. licet filius qui fecit esse iniustum testamentum, decesserit ante patrem. Alij dicunt, quod siue erat coniunctus testatori Sempronius, siue non semper debet habere hereditatem. & in litera subaudiunt hic, maximè. In irrito autem ita pone exemplum: Pone quòd dictus Titius fecit testamentum:& in eo instituit dictum suum consanguineum, cum non haberet filium natum vel nasciturum. postea fuit idem Titius captus ab hostibus, vel passus est se vendi ad pretium participandum, vel fuit damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam quæ vitam adimit: *vt supra eo.l.si quis.§.irritum.* vel fuit deportatus: *vt.d.l.si quis.eius qui.* vel etiam post mortem suam fuit damnatus. *l.Iul.maie.& d.l.si quis.§.sed nec.* quibus omnibus casibus testamentum constituitur irritum:& ante mortem suam indulgentia principis restitutus est dictus testator:& postea decessit: *vt.d.l.si quis.§.quatenus.* vel ante mortẽ suam apellauit.& postea decessit. certè habebit dictus institutus heredi. vel bo. pos. & tenebitur legatariis legata præstare, quamuis dictam heredi. vel bonorum pos. habere non potuisset si non fuisset restitutus testator, vel si non appellasset. [si paganvs.] Titius fecit testamentum,& instituit sibi heredem Seium:& multa legauit quibusdam: & seruo suo libertatem dedit. postea fecit secundum testamentum, & instituit sibi heredem Gaium: & fidei eius Gaij commisit vt prius testameetum valeret. Certè nihilominus est ruptum prius testamentum: sed omnia quæ in eo continentur, possunt per fideicom. peti à Gaio scripto in secundo testamento. Viuianus:

a ¶*Videatur.* vt.ff.eo.l.ij.§.ex his. Accursius.

b ¶*Signatum.* ad quod. *C.de secun.tabu.l.ij.* Hug.

c ¶*Rẽmque obtinebit.* Sed contra. *C.de post.here.instit.l.ij.* Sol. ibi post mortem defuncti decessit, hic in vita. Vel aliter vt ibi dixi. 2. Item contra *Inst.de exher.lib.in prin.* Sol. ibi in nato tempore testamenti: hic post. 3. Item *contra.ff.eod.qui vxorem.* Sol. vt ibi Accursius. additio. Dic secundum Bartol. hic quòd ibi decessit post mortem fictam.& sic ratio est eadem sicut quando decessit post mortem veram. & hoc quod dicitur de decedente postumo post mortem, intellige quando decessit in tali ætate, quòd testamentum post mortem approbare nõ potest. si enim posset approbare, & approbaret, esset idem quod in filio iam nato: de quo per Bart. *in.l.filio præterito ff.eo.*

† Posthumi præteriti viuo testatore contingens, facit testamentum conualescere iure prætorio, quod ad institutionẽ heredis & legata.

Testamentum ruptum postumi agnatione, eo decedente viuo testatore reconualescit de iure prætorio. idem si filius iam natus præteritus viuo testatore decedat, vel impedimentum capitis deminutionis tempore mortis cessauerit. Bartolus.

xii. Idem *lib.4. Disputationum.*

POstumus † præteritus, viuo testatore natus decessit. Licet iuris scrupulositate, nimiáque subtilitate testamentum ruptum videatur: a attamen si signatum b fuerit testamentum, bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest, rémque c obtinebit, d vt & diuus Hadrianus & imperator noster rescripserunt. Idcircóque legatarij & fideicommissarij habebunt ea quæ sibi relicta sint, e securi. Idem &* circa iniustum f & irritum g testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data h fuerit ei qui rem ab intestato auferre possit.

* Vide quæ scripsit in hũc locum Alciat. lib.Parad.7.c.8.

Testamentum primum confirmatum per secundum valet iure codicillorum. Bartolus.

1. ¶Si paganus qui habebat iã factum testamẽtum, aliud fecisset, & in eo comprehendisset fidei heredis cõmittere, i vt priores tabulæ valerent: omnimodo prius testamentum ruptum est. quo rupto potest queri an vice codicillorum id valere deberet, cum hæc verba sint fideicommissi. Et sine dubio vniuersa quę illic scripta sunt, in causa fideicommissi erunt, non solùm legata & fideicommissa, sed & libertates, k & heredis institutio.

Filio sublato de medio, nepos tenet locum sui: & testamentum rumpitur si non reperitur institutus vel exheredatus. Bartolus.

xiii. Gaivs *libro secundo Institutionum.*

POstumorũ † loco sunt & hi qui in sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo fiunt parentibus sui heredes: vt ecce si filium & ex eo nepotẽ neptémve in potestate habeam: quia filius gradu præcedit, is solus l iura sui heredis habet: quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius me viuo m moriatur, aut quali-

† Inst. de exhered. liber. §. postumorum.

d ¶*Obtinebit.* iure prętorio, non ciuili.

e ¶*Relicta sint.* Cõtra *ff.de leg.ij.l.si quis testamento.* Sol. ibi de rigore: hic de æquitate. 2. Vel illud in filiis ab intestato venientibus. *argu. infra de leg.ij.l.Celsus.§.fin.* hic in extraneo veniente ab intestato: quia in codicillis sperat hereditas relicta per fideicommissum: vel veniente ex testamento per secund. tabu. secundum Azo.& Hug. *& facit ff.tit.j.l.si à primo.& l.si postumus.ij.respon.& ff.de codicill.l.cõficiuntur.§.si quis post.in fin.§.& ff.de fideicom.liber.l.si pater duos.& ff.ad Trebell.l.cum heres instituta.*

f ¶*Iniustum.* id est a nullum. quod est in filio præterito: *vt est exemplum infra eo.l.filio.*

a Iniustũ testamentũ hic dici, in quo desint solennia: irritum autem, ex quo heres non adiit, putat Alciat.lib.1. Para.cap.8.

g ¶*Irritum.* per capitis deminutionem testatoris qui postea fit sui iuris: *vt Instit.qui.mo test.infir.§.non tamen.& quod subiicit si bon.poss.scilicet contra tab.*

h ¶*Datæ.* id est, delata fuit ei, s. filio præterito, non tamen eam voluit: sed renuit, qui &c. & secundum hoc refert se tantum ad iniustum, non ad irritum hic ver. si bonorum &c. secundum Azo. Alij referunt ad vtrumque, & dicunt, si bo. pos. secundum ta. fuerit delata, sub. & accepta, ei. s. heredi scripto, qui rem &c. sub. maximè. erat enim fortè alius filius institutus, & alter præteritus: *vt. & ff.tit.j.l.ij.§.fi.* sed præteritus non vult. & secundum hoc dic auferre ab extraneis, vel etiam à fratre pro parte. Accursius.

i ¶*Fidei heredis committere.* scilicet se. Accursius.

k ¶*Libertates.* scilicet directæ: & institutio b trahitur ad fideicõ. *vt.ff.de mil.testa.l.quærebatur.& facit Inst.qui.mo.testa.infir.§.sed si quis.& ff.ad Treb.l.si quis priore.& ff.de her.inst.l.fin. & quod not.ff.de iis qui not.infa.l.furti.§.j.*

b Institutio interdũ ad fideicõmissum trahitur.

POstumorum.] casvs. Non solum dicuntur postumi illi qui nascuntur post mortem testatoris, vel in vita post testamentum tamen factum: *vt.ff.e.l.postumi.* sed etiam illi qui sunt nati ante testamentum parentum: fiunt tamen parentibus sui heredes succedendo in locum sui heredis. de quo ita ponas exemplum: Filiũ & ex eo neptem vel nepotem in potestate habeo. certè quamuis nepos vel neptis prædicti sunt ita bene in potestate mea sicut filius: tamẽ filius prædictus præcedit eos quantũ ad me gradu:& ita ipse solus habet iura sui heredis. si ergo dictus meus filius moriatur me viuo, aut exeat de potestate mea qualibet alia ratione, incipit dictus nepos & neptis succedere in locum filij: sicque iura suorum heredum nanciscuntur quasi per agnationem:& ita fiunt mihi loco postumorum. sicut ergo teneor instituere filium existentẽ adhuc in mea potestate, vel exheredare si volo valere test. meum ita teneor instituere vel exheredare dictũ nepotẽ & neptem si volo testam. meum ab eis non rumpi, eis tali modo vt dictum est succedentibus mihi in loco suorum heredum. hoc dicit. Viuianus.

l ¶*Is solus.* vt *Inst.de her.ab inte.§.ita demum.& ff.de contra tab.l.illud.§.j.& Inst.de her.qua.& dif.§.sui.* Accursius.

m ¶*Viuo.* demum. secus c si postea: *vt supra eo.l.si quis filio.j.resp.* nisi apud hostes filius decesserit: *vt.d.l.si quis filio.§.sed & si pater.& ff.titul.j.l.si quis postumos.§.diuersum.& C.de inoffic.test.l.si quis filium.* & per hoc differt hic nepos ab ascendẽtibus, puta patribus defunctorum: qui d patres & post mortẽ filii sui succedunt in locum nepotum, & irritant filij testamentum: *vt supra de inof-*

c Nepos prætertus superstes post mortem testatoris aui rumpit testamentum defuncti.

d Pater filij testamentum irritat.

fic. testa. l. pater filium. non adgnascendo, sed per contra tab. vt ibi no. Sed illud fortè speciale est in patre: quia eundem gradum obtinet ad filium, quem nepos ad eundem filium, scilicet primũ. non ita in auo quod in patre: sed erit idẽ quod hîc & in nepote, vt nõ rumpat. nam non erat necesse cũ institui vel exheredari, cum alius cum præcederet: *vt ar. supra. e. l. si quis filio. j. respon.*

bet ratione [a] exeat de potestate mea: incipit nepos neptísve in eius loco succedere: & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium vel exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam testamentum: ita & nepotem neptémve ex eo necesse est mihi vel heredem instituere, vel exheredare: ne fortè me viuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptísve, quasi adgnatione rumpant testamentum. idque lege Iunia Vellea prouisum est. [b]

Legitur duobus modis. primo si exheredaui masculum, & natus est masculus, non rumpit testamentum. Item si exheredaui fœminam, & nata est fœmina. & sic diuersimodè intelligitur. Secundo modo legitur quod testator exheredauit per hæc verba: si filius masculus natus natáve sit. tunc illud, ve, accipitur pro &: & vtrisque natis testamentum rumpitur. Bartolus.

XIIII. PAVLVS *libro singulari de Adsignatione libertorum.*

SI ita facta sit exheredatio, *Si filius* [c] *natus*, [d] *natáve sit, exheres esto*: vtrisque natis [e] non [*] rumpitur testamentum.

Statim cum postumus nascitur etiam patre viuo apud hostes testamentum rumpitur: nec reconualescit filio interim decedente. Bartolus.

a ¶*Alia ratione.* vt per deportationem: *vt sup. tit. j. l. Gallus. § & quid si tantum.* vel per maximam capitis deminutionem, vel etiam minimam, vt per emancipationẽ: *vt d. §. dicitur.*

b ¶*Promissum est.* secũdo capite, quod de vtroque viuo tempore testamenti dicit: *vt. s. ti. j. l. Gallus. §. nunc de lege. in. fin. §. & §. quid si is qui filium in fi.* Nec obstat. §. ille casus. vbi dicit posteriori capite, scilicet. l. Velle. non permitti institui: quia verum est expresse, sed tacitè sic. Vel aliter vt ibi plenè not. Item cõtra *in ea. l. §. in omnib.* Sed expone vt ibi. & *fa. Instit. de exhered. libe. §. postumorum. &. & C. d. de lib. præte. l. ij. & s. de testa. tute. l. si hereditas. §. primo.* Accursius.

SI *ita.*] CASVS. Dictum est. s. eo. l. iij. q ad hoc vt valeat testamentum meum, necesse est quod instituam vel exheredem postumum meum in mea potestate futurum. aliàs rumpitur eo nato testamentum meum. Modo pone quòd ita dixi, si filius vel filia natus vel nata sit, exheres esto. post testamentum prędictum factum, vel in vita, vel post mortem meam natus filius & filia: certè non rumpit testamentum: quamuis sub conditione sint exheredati nam talis conditio intelligitur etiam si non exprimatur. Viuianus.

* Nã particula illa ve, pro copulatiua accipitur. *l. Si quis ua j. de aur. & arg.* Vide Ant. Aug. *lib. 4. e. 17.* vbi docet temerè ab Haloand. sublatã hîc fuisse negationem.

c ¶*Si filius.* Sed nonne hæc exheredatio sub [a] cõditione est facta? ergo nulla: *vt. s. ti. j. l. ij. §. j.* Respõ. cõditio [b] hæc cũ tacitè intelligat inesse, etiam apposita pro nõ scripta habetur: & ideo pura videtur exheredatio: *vt. j. de condi. & demon. l. aliquando. & quando dies le ce. l. si Titio. §. fi. & j. de here. Insti. l. iam dubitari.* Azo.

a Exhæredatio sub conditione expressa fieri non potest.

b Exhæredatio facta sub conditione tacita valet: talis enim conditio pro non apposita habetur: ideóque talis exhæredatio pro pura habetur.

d ¶*Natus.* secus si dixerit: si filius mihi nascet, exheres esto. quia filia nata rumpitur testamentum: quia inuenit se præteritam, non exheredatam: *vt. j. de ventre in pos. mit. l. j. §. quare & si ita.*

e ¶*Vtrisque natis.* diuisim potest intelligi. i. vno filio nato non rũpit testamentũ vel filia nata non rũpitur testamẽtum. sic ponitur *C. de bo. quæ lib. l. fi. §. ipsum autẽ.* sed vtroque nato rumpetur: *vt arg. s. tit. j. l. ij. & l. commodissimè.* vel dic etiã vtroq; simul nato nõ rumpi. *ar. s. tit. j. l. si ita scriptum sit. Azo. & j. tit. ij. l. Titius & Seius. & s. quod fal. tut. aucto. l. j. & facit. s. de test. tu. l. si quis ita. §. j.*

c v. Romanũ singulari 109.

QVi vxorẽ.] CASVS. Titius Bononiẽsis habẽs in ciuitate vxorẽ prægnantẽ fecit testamẽtũ, & instituit sibi heredẽ Seium, & postumũ præteriit. postea fuit ab hostibus captus: & ita irritum est factũ dictum testamentũ eius: *vt. s. eo. si quis. §. irritũ.* & eo existẽte apud hostes natus est ei in ciuitate dictus postumus: qui quidẽ postumus rũperet testamentũ patris si pater remãsisset in Bononia, & ab hostib. captus nõ fuisset. nunc autẽ nõ rũpit, cum iam irritũ sit, vt dictũ est postea decessit dictus postumus in ciuitate, & postea mortuus est pater apud hostes: & sic cõfirmatũ est dictũ eius testamentũ per. l. Corne. quæ fingit eum mortuũ prima hora captiuitatis: *vt. d. l. si quis. §. quatenus.* modò quęritur vtrum Seius institutus habet hereditatem Titij ex dicto testamento? Et videtur quòd sic: quia testamentum confirmatum est per. l. Cornel. vt dictum est: item quia postumus decessit ante patrem, vt dictũ est: *vt. s. eo. l. postumus.* Sed hîc dicit quòd non: quia (sicut dictum est) dictus Titius testator fingitur mortuus prima hora captiuitatis, & ita antequam filius postumus nasceretur & moreretur, & sic fingitur natus postumus post mortem patris: & sic ruptum est testamẽtum patris per eius postumi natiuitatem. & sic est plana hęc lex. Viuianus.

XV. IAVOLENVS *libro quarto Epistularum.*

QVi vxorem prægnantem habebat in hostium potestatem peruenit. [f] quęro filio nato quo [g] tempore testamentum in ciuitate factum rumpatur: & si filius antè moriatur quàm pater: an scripti heredes hereditatem habituri sint. Respondi: non puto dubium esse quin per legẽ Corneliam quæ de confirmandis eorum testamentis qui in hostium potestate decessissent, lata est, nato filio continuò eius testamentum qui in hostium potestate sit, rumpatur. sequitur ergo vt ex eo testamento hereditas ad neminem perueniat.

Per secundum testamentum in quo heres est institutus purè vel sub conditione, primum rumpitur: nisi conditio sit talis per quam secundum testamentum statim reddatur nullum. Bart.

XVI. PONPONIVS *libro secundo ad Quintum Mucium.*

CVm in secundo † testamẽto heredẽ eum qui viuit, [h] instituimus: siue purè, siue sub cõditione: si tamẽ conditio existere potuit, [i] licèt non extiterit, superius testamentum erit ruptum. multum autem interest, qualis conditio posita fuerit. Nam aut in præteritum concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurum. In præteritum concepta ponitur, veluti, *Si Ti-*

f ¶*Peruenit.* condito testamento quo ventrem præteriuit.

g ¶*Quo.* id est, aliquo tempore post captiuitatem patris viuo vel mortuo patre. Duo enim quærit, an testamentum rumpitur per natiuitatem filij: & an eo præmortuo reconualescat. & ad primam videtur non rumpi: nam est ruptum per captiuitatem: *vt supra eo. l. si quis filio. §. irritum.* ergo plus rumpi nõ potest: *vt supra eo. l. nam & si. §. j. in fi.* Sed dic contra: quia fictione. l. Corne. valebit: *vt infra de vulga. substi. l. lex Cornelia* & sic potest rumpi. Secundo dicit non restitui post mortem filij: cui est contra *supra. e. postumus.* Solu. ibi iure prætorio permittitur: hîc ciuili vetatur. Vel hîc propter. l. Cornel. quæ fingit eum mortuum prima hora captiuitatis: & sic iste est verus postumus: vtpote post mortem fictam natus, sicque ruptum non restituitur: *vt. C. de postum. here. l. ij. & iij.* Alij subaudiunt, eo tempore quo &c. Accursius.

† Literæ quæ ab initio non valent, ex postfacto conualescunt. *Glo. in c. ex tenore. super verb. terminum, extra de fore compe.*

CVm *in secundo.*] CASVS. Institui mihi heredẽ Gaiũ in testam. meo: postea feci secundum testam. & institui mihi Seiũ in eo, siue purè, siue sub impossibili conditione, siue sub conditione quę possit existere. Certè prius testam. erit ruptum Est tamen differentia inter conditiones appositas in institutione heredis in secundo testamẽto instituti: quia aut est apposita in præteritũ hoc modo, si Titius cõsul fuit, instituo mihi heredẽ Seium. & tunc si Titius cõsul fuit, valet secundũ testam. & rumpitur primũ: aliàs non. aut est in præsens hoc modo. si Titius consul est, instituo mihi heredem Seium. & certè si Titius consul est, valet secundũ testam. & rumpitur primum. aliàs non. non autẽ in futurũ: puta hoc modo, instituo mihi Seium si Titius cõsul erit. & tunc valet secundum testa. & rumpitur primũ, siue existat cõditio siue nõ. nã existere potest. si autem dixissem in secundo testamento, instituo mihi Seium heredem si Titius digito cœlum tetigerit: tunc habetur pro pure instituto propter impossibilem conditionem: & sic valet testamentum secundum, & rumpitur primum. Viuianus.

h ¶*Viuit.* maximè, subaudi. nam idem si postumum. Vel dic ideo dicit, quia secus si iam mortuus: sicut si non capacem: *vt. j. de his. qui. vt indi. l. cum quidam* Azo.

i ¶*Potuit.* hoc expone: *vt. s. eo. l. j.* H. Item exigitur & hoc, vt tale fuerit secundũ testam. quod hereditas potuerit adiri de iure ciuili: si enim nõ de iure ciuili, licet de iure prętorio potuerit nõ tamen rũpetur superius: *vt. s. tit. j. l. si filius qui in potestate. & j. e filio.* secundum Io. *& facit. j. de adi. le. l. & si. & Inst. qui. no. test. infir. §. j.*

Si vera

a ¶*Si vera est*.i.si verum est quod ea conditione innuitur.
b ¶*Quid si ad præsens*. facit.̄s.*si cer.pe.l.cũ ad præsens.& l.seq.& ̄j.de verb.obli.l.conditio.& Inst.de verb.obli.§. conditiones.& ̄j. de condi.insti.l.institutio.§.fi.* ¶Sed videtur huic.§.contra.̄j.*de here.insti.l.si Mæuia*.Sed refert, conditio [a] de [b] præsenti vel præterito sit falsa, *vt hîc*: an nugatoria.[c] vt ibi. Item cõtra. ̄j. *de leg.ij.l.si ita quis in testamento*.Sed illud est propter largam [d] & amplam significationẽ illius verbi, potest. Item contra.̄j. *de condit. & demõ.l.cum ita legatum.§.pen*. Sed illa [e] est de futuro, licèt implicet quoddã præsens quod est falsum, & [f] ita impossibile. & in illa refert ponatur si, [g] conditionaliter, aut causatiuè: *vt.̄j. de condi. & demon. l. demonstratio falsa.§.item si fundum*. At hîc intelligendum est etiam [h] de [i] ea quæ vera est conditio de præsenti, vel præterito: non [k] de ea quæ implicetur in cõditione, vel in parte conditionis.H.
c ¶*Si sit*. scilicet Titius consul.
d ¶*Non sit*.ergo [l] prius rumpitur, secundum Io.& est argum. ̄j. *de condi.insti.l.si.& de cõdi.& demon.l.obtinuit.& Inst.de here.insti.§.impossibilis. & adde hîc quod ibi no*.Vel dic primum nõ rumpi, argu. ̄j. *de iis quibus vt indig.l. cum quidam.& ̄s.ea.l.§.j.& ij*.H.

a Conditionis de præsenti vel præterito falsæ, & nugatoriæ differentia.
b V. Gloss.in.l.cũ.ĩ.de.re.̄j. falsa.de condit.& demonstrat.
c Nugatoria cõditio.
d Potest.latam habet significationem.
e est.
f Conditio de futuro implicans quoddam præsens falsum.
f Impossibilia quæ falsa.
g Si, ponitur cõditionaliter, interdum causatiue.
h Hæc Gloss.est cõtra ipsa visque ad fi.secundum Bar.nam debet dicere non de ea quæ implicat conditionẽ quæ pro parte est de præsenti pro parte est de futuro.
i Cõditio vera de præsenti vel de præterito.
k Conditio implicata in conditione vel in parte cõditionis.
l Vtrum prius testamentum rumpatur si conditio impossibilis adiiciatur secundo testamento.
† Quidam putant corrigi hãc legem per No. uel.115. alij, vt ...Alc.4.par. ...& Cu... non putãt. l.Papinianus.§. ...de inoff.test.

tius consul fuit. quæ cõditio si vera est, [a] id est si Titius consul fuit, ita est institutus heres, vt superius testamentum rumpatur. tum enim ex hoc heres esset.* si verò Titius consul non fuit, superius testamentum non est ruptum. Quòd si ad præsens [b] tẽpus conditio adscripta est herede instituto, veluti, *Si Titius consul est*: eũdem exitum habet: vt si sit, [c] possit heres esse, & superius testamentum rumpatur. si nõ sit, nec possit heres esse, nec superius testamentum rumpatur. In futurum autem collatæ conditiones, si possibiles sunt, [&] existere potuerunt, licèt non extiterint, efficiunt vt superius testamentum rumpatur, etiam si non extiterint. Si verò impossibiles sũt, veluti, *Titius si digito cælum tetigerit, heres esto*: placet perinde esse quasi conditio adscripta nõ sit, [d] quæ est impossibilis.

Filio præterito relicta in testamento non debentur: nisi filius ius suum omiserit. Bartolus.

XVII. PAPINIANVS *libro † quinto Responsorum.*

Filio [e] præterito qui fuit in patris potestate: neque libertates cõpetunt, neque legata præstantur, si præteritus fratribus [f] partem hereditatis auocauit. Quòd si bonis se patris abstinuit: licet subtilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuebitur. [g] †

Si extraneus institutus incipiat esse suus, institutio non vitiatur. Bart.

XVIII. SCÆVOLA. *libro quinto Quæstionum*

Si qui [i] heres institutus est, à testatore adrogetur, potest dici satis ei factum. † quia & antequam adoptetur, institutio vt in extraneo locum habebit. [h]

Causa testati non trahit ad se causam intestati, si testator prohibuit. secus si non prohibuit. Bart.

XIX. IDEM *libro sexto. Quæstionum.*

Si ego & Titius instituti simus, & à nobis [i] postumus exheredatus sit, à substitutis nostris non sit exheredatus: Titio defuncto ne ego quidem adire potero. iam enim propter instituti personam, à quo postumus exheredatus est, in cuius [k] locum substitutus vocatur, [l] à quo postumus exheredatũs non

Fllius.] CASVS. Institui mihi duos heredes filios meos: & tertium qui erat in mea potestate, præterij. sed certè si præteritus vult dicere testamentum nullum, & diuidere hereditatem patris cum fratribus ab intestato, non valebit aliquid quod fit in testamento, adeò quòd nec libertates valebunt. si autem præteritus noluit prædicta facere, voluntas mea testatoris seruabitur de æquitate. Viuianus.
e ¶*Filio*. ablatiui soluti. Accursius.
f ¶*Fratribus*. institutis. & dic quòd nec instituti fratres, nec hic filius præstant: cum ex toto sit nullum: *vt.̄j.eo.l.si ego & Titius*. Item quid si scripti erant extranei à quibus partem suam frater auocauit? Respond. quòd nec adhuc præstant extranei propter dictam rationem: licet sit argum. contra *supra eadem. l. si posthumus.§.idem*. sed hodie hîc secus: *vt.Codic. de lib.præte. Auth.ex causa*.
g ¶*Tuebitur*. vel deponens vel passiuum. ¶Et no. quòd licet hoc testamentum dicatur nullum in quo filius præteritus est, *vt.Inst. de exhe.lib.in prin.& ̄s.tit.j.l.si filius*. tamen est intelligendum si ipse velit dicere nullum: non semper taceat. *sic.C.de inof.test.l.scimus in princi*. vbi dicit ipso iure inesse repletionem. Item sic ̄j.*de le.j.si fundum.§.qui fundum*. vel de rigore est nullum. sed hîc de æquitate dicit. & no. ̄j.*de le.præst.l.si is qui. circa prin. & l.si duo*. quæ huic concordant. Item facit.̄s.*tit.j.l.si.& .infra de except.rei iudi.l.ij.& ̄s.l.postumus*. Item contra.*C.de postu.here.l.ij*. Sed ibi in postumo: hic in iam nato.

Si quis.] CASVS. Dictum est.̄s.*eo.l.j*. quod testamentum non valet ipso iure in quo pater præterit filium quem habebat in potestate. Sed pone quod eum instituit, & postea eum de nouo cœpit in potestate habere. Certè valet ita bene testamentũ, ac si eum instituisset in sua potestate existentem. Et ponit hæc lex exemplum: puta quia instituisset sibi quendã extraneum, & postea eum arrogauit. & est ratio: quia & si eum non arrogasset, institutio eius locum haberet vt in extraneo. Viuianus.
h ¶*Habebit*. *vt supra titu.j.l.filio.§.fina*. secus in exheredato: *vt. infra de contra tabu.l.non putauit.§.si quis emancipatum*. Accursius.

Si ego.] CASVS. Seius instituit me heredem, & postea exheredauit filium quem ex vxore sua habere sperabat: & postea instituit sibi heredem Titium: & ita intra gradum institutionis meæ & dicti Titij exheredauit dictum suum postumum: & postea substituit mihi Gaium: & postea substituit dicto Titio meo coheredi Sempronium: & in dictis substitutionibus nihil dixit de dicto postumo: & ita eum à gradu substitutionum præteriit: & ita substitutiones non valuerunt nato dicto postumo, id est ruptæ fuerunt. mortuo Seio dicto testatore decessit Titius meus coheres: & ita in eius Titii partem vocatur Sempronius substitutus eius. modo quæritur, nunquid ego possum pro mea parte adire hereditatem? Et videtur quod non: quia testamentum ruptum est ex eo quod postumus natus inuenit se præteritum ab illo substituto, cui pars dicti Titii coheredis mei delata est. nam non potest pro mea parte valere vt adeam ex eo hereditatem: & ruptũ est pro parte dicti Titij coheredis mei, cuius Titij mortui pars hereditatis delata est dicto Titio substituto, à quo substituto postumus fuit præteritus: ideo ex quo non ualet pro parte dicti mei coheredis: & pro mea debet ruptum esse ita quod adire non possum: quia dictus Seius testator etiam ex post facto non potest pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus. Sed & si dictus meus Titius coheres adhuc viuat, non potest adire sine me, nec ego sine eo, sed simul possumus adire: quia si ego aditem solus, ipse posset postea repudiare suam partem: vt pars per eum repudiata deferatur dicto eius substituto à quo postumus fuit præteritus: & ita rumperetur totum testamentum, vt dictum est: & sic eueniret inconueniens, scilicet quod auferretur mihi pars mea quam adiuissem: & idem esset si ipse Titius adiret solus pro sua parte, & ego postea repudiarem meam. & hoc dicit principium & finis huius legis medium autem responsum ponit talem casum: Poneretento casu in principio legis posito, quod ego & Titius meus coheres fuimus inuicem substituti: & in substitutione fuit præteritus dictus postumus: postea dictus Titius decessit antequam adiret pro sua parte, vel repudiauit. nunquid ego possum adire, & esse ex asse? Et dicitur quòd sic, non obstante quòd dictus postumus fuit præteritus à dicta nostra substitutione: quia egomet qui fui substitutus coheredi meo, possum adire ex institutione de me facta, à qua institutione postumus fuit exheredatus, vt dictum est. ita valuit, Viuianus.
i ¶*A nobis*. tantùm hoc expresso: vel intra gradum facta exheredatione. alioquin ab omnibus videtur exheredatus: *vt.̄s.tit.j.l.ij.§.ij*. Accursius.
k ¶*In cuius*. scilicet instituti: sed imò videtur non vocari: *vt.C. de impub.& ali.substitut.l.penultima*. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit facta substitutio vtrique: hic singulis, secundum Bartol.
l ¶*Substitutus vocatur*. [a] quia potior est me coherede. præfertur enim substitutus [b] coniuncto: sed aliàs quandoque habet plus coniunctus quàm substitutus: *vt infra de suis & legi.l. si ex pluribus*. sed licèt vocetur hic substitutus, non tamen est heres: quia eius gradus rumpitur: nec tamen patitur habere coheredem. sic & aliàs in vxore: *vt in Authent.qui mo.na.effi.sui.§.si quis autem defunctus.colla.vj.& infra ad Tertyl.l.æquissimum.§.j.& l.ij.§.obiicitur*. Item secundum hoc fallit regula tradita infra *de diuer.præ.l.de accessionibus*. sicut & in Turbonem. *vt supra qui po.in pig.ha.l.Claudius*. Azo.

† Passiuè. vt.l. cõsilio.̄s.de cur.fur.
† I. nõ esse necesse vt denuo heres instituatur vel exheredetur.
a Substitutus in legato excluditur per filiũ legatarij. in.l. generaliter.in si. ver. quæ omnia. C. de instit. & subst.

a ¶ *Ruptū est*: est enim hoc ideo, quia inuenit exheredatus à persona tantùm: & ita non tenet exheredatio: *vt. j. ti. j. l. iij. §. ij.* Itē no. q̃ non potest rumpi pro parte.[a] *vt hic, & j. de fideicom. liber. l. pater si duos.* Idem per natum præteritum: *vt. s. ti. j. l. fi.* aliud in testamento inofficioso: *vt supra de inoffi. testa. l. circa.* Accur.

a Tollit in testamento militis: vt plenè dix. in. l. ij. de milit. testa.

est; ruptum[a] est testamentum.

1 ¶ Sed si ego & Titius inuicem substituti simus, quamuis quasi in partem substitutionis exheredatus non sit: mortuo vel repudiante Titio me posse adire puto,[b] & ex asse heredem esse.

2. ¶ In prima tamē specie, & si viuat Titius, neq; ego sine illo, neque ipse sine me adire poterit:[c] quia incertum est an adhuc altero omittente[d] rumpatur testamentum. itaque simul adire possumus.

Testamentum incisum à testatore non sanæ mentis non rumpitur. Bart.

XX. IDEM *lib. 13. Digestorum.*

Lucius Titius integra mēte & valetudine testamentum fecit vti oportet: postea cum in valetudinem aduersam incidisset, mente captus[e] tabulas easdē incidit. quæro an heredes his tabulis instituti adire possint hereditatem. Respondit, secundum ea quę proponerentur, non ideo minus adire[*] posse.

b ¶ *Puto.* quia non inuenitur persona à qua sit exheredatus postumus. Azo.

c ¶ *Adire poterit.* vt teneat sua aditio sic vt nec possit retractari. H.

d ¶ *Omittente.* i. repudiante. Azo.

Lucius.] CASVS. Lucius Titius cū esset sanus mente & corpore, fecit testamentum, in quo heredem sibi instituit Seium. postea factus infirmus mente & corpore illud incidit. & certè nihilominus valet. Viuianus.

e ¶ *Mēte captus.* alioquin secus. quod dic vt nob. C. *de test. l. nostrā. & facit. j. de secun. tab. l. j. § si linū. & l. seq. & § semel. & j. titu. j. l. j. in prin.*

b Testamentū factū tempore sanæ mentis, non potest tempore insanę mentis reuocari.

* Flo. adiri.

DE HIS QVÆ &c.

Quia per deletionem cassatur testamentum: ideo de h. d.

Irritū etiā fit testamētū parsve testamēti ea quā testator cōsulto deleuit, induxit vel inscripsit. l. pen. & vlt. hoc tit. l. in fraudem. §. j. de mil. test. quo de genere irriti hic titulus est. Deleta dicimus quæ lituris corrupta sunt, Inducta quæ cācellis, Inscripta, quæ aliis literis. Superscripta, quæ in deletorū locum venerant. Gellius 20. Vestrum, inquit, aboleuerant & vestri superscripserunt. Cuiac.

DE HIS QVÆ IN TESTAmento delentur, inducuntur, vel inscribuntur

TITVLVS IIII.

Primò ponit vnum dictum. Secūdò exponit quodlibet verbum illius dicti per multas particulas. Secunda. ibi, Legi autē. Secunda subdiuiditur in multas particulas. Bartolus.

I. VLPIANVS *lib. 15. ad Sabinum*

Quæ in testamēto.] CASVS. Titius faciens testamentū instituit sibi heredem Seium, & dedit legata & libertates pone: & ante cōsummationē testamēti deleuit ipse testator, & induxit vel scripsit nō deberi quędā legata. quæritur, vtrum debeantur an non dicta legata? Et distinguitur in hac. l. aut non erat testamētum consummatū: aut erat. Primo casu aut fuerunt incōsulto deleta & inducta, vel scriptū quòd non debeātur: aut cōsultò. si incōsultò, & legi possunt: nihilominus valet. si autem cōsultò: non valent ipso iure. Si autem alius scripserit quod non debeātur, vel induxit vel deleuit sine iussu testatoris, pro nihilo est dicta scriptura vel inductio vel deletio. Quòd autem dixi incōsultò deleta nihilo minus valere si legi possunt: intelligas si oculo perspici potest quod scriptū est. Si autē non possit legi, sed extrinsecus tantùm intelligas, nō videtur legi posse: & ita non debentur. Ad hoc autem vt inconsultò deleta nihilominus valeāt: sufficit si legi possunt, vt dictum est: & hoc siue sint inducta ab ipso testatore, vt dictum est: siue ab alio cū voluntate testatoris. Item hoc siue sint inducta pro parte, siue perducta in totum. Si ergo testator scribat in vltima parte testamēti, lituras, inductiones, superinductiones ipse ego feci: non videbitur referri ad ea quæ inconsultò contigerunt. Si autem dicta incōsultò deleta legi non possint, non debentur. Secundo casu. i. quādo post cōsummationē testamēti testator induxit vel deleuit legata, vel scripsit quòd nolebat deberi: distīgue similiter: aut cōsultò hoc fecit, aut incōsultò. Si consultò, non dicuntur legata valere ipso iure, sicut dictum est in prima parte: sed petentes ea repelluntur per exceptionem. Si autem inconsultò, non repellerētur petētes: & hoc siue legi possunt, siue non: quamuis si ante cōsummationem testamenti essent inducta, distinguatur legi possint vel nō vt dictū est Et est ratio: quia & si totum non extaret testamentum inconsulto testatore, nihilominus valerent ea quæ in eo scripta essent: sed si ipse testator fecisset consultò non extare totum heredi testamentum, actiones legatariis denegarentur. Sed pone quod dictus testator ademit dicto heredi totum illud in quo eum instituerat, eo qod ipse heres condidit testamētum suum. certè iure videbitur ademptio facta, quasi nec data fuerit ei hereditas adēpta. Sed quid si in dicto testamento cōfirmauit codicillos futuros & postea fecit codicillos, & reliquit aliquid in codicillis: & postea deleuit ita malè vt appareat quid reliquit an debeatur relictum? Et certè non: quia codicilli non valent, cum sint à testatore deleri. Viuianus.

Quæ in testamēto legi possunt,[f] ea incōsultò deleta & inducta nihilominus valēt: cōsultò, nō valēt.[g] Id verò[h] q̃ non iussu domini scriptū, inductū deletúmve est, pro nihilo est.

Legi autem sic accipiendū, nō intellegi,[i] sed oculis perspici quę sunt scripta. Cæterùm si extrinsecus[k] intelliguntur, non videbuntur legi posse. Sufficit[l] autē si legibilia sint inconsultò deleta, siue ab ipso[m] siue ab alio, Sed nolentibus,[n] *Inducta* accipiendū est & si pducta sint. 1. ¶ Quod igitur incautè factum est, pro nō facto est, si legi potuit.

Hic format vnam quæstionem circa præmissa. Bartolus.

¶ Et ideo si nouissimè (vt solet) testamento fuerit adscriptum: *Lituras, inductiones, superinductiones ipse[o] feci:* non videbitur[p] referri ad ea quæ inconsultò contigerūt. Proinde & si inconsultò supscripsit[q] iduxisse se, manebūt: & si ademit,[r] nō erunt adempta.

Hic format aliam quæstionem circa præmissa Bartolus.

2. ¶ Sed si legi[s] nō possunt quæ inconsultò deleta sunt, dicēdum est non deberi. sed hoc ita demū, si ante consummationem testamenti factum est.[t]

Hic facit vnam quæstionem circa id quod proximè dixerat: Bartolus.

3. ¶ Sed consultò[u] quidē dele-

f ¶ *Quæ in testamento legi possunt.* post deletionē. sed si non possūt legi, tunc distinguitur an ante consūmatū, vt tunc nō valeat: si post, sic: *vt infra ea. l. §. sed si legi. & §. sed cōsulto.*

g ¶ *Non valent.* ipso iure, si ante testamentum cōsummatum factum sit. si postea per exceptionem: *vt. j. videtur dicere. §. sed cōsultò. & j. de lega. j. l. si ita scriptum. & j. eo. l. iij. & de secun. tab. l. fi. § testamento.* Accur.

h ¶ *Id verò.* redit ad primum. & dic pro nihilo scilicet est quod inducit: sed scriptura inducta valet: *vt modò in princip. & j. ibi, quod igitur incaute. & facit. j. de adimen. leg. l. nihil. & C. de testa. l. l. si vnus. & quod ibi not. & C. de transa. l. penul.*

i ¶ *Non intelligi.* scilicet tantum. Hug.

k ¶ *Si extrinsecus.* alicuius[a] ingenio, vel subtilitate sua: non ex ipsa litera, vel ex vi ipsius literæ: sed ex his fortè quæ præcedunt in testamento, vel quæ sequuntur. Azo.

a Legi non dicūtur quę ingenij sagacitate ex qualiquali scriptura colliguntur: sed quæ oculis ipsis leguntur.

l ¶ *Sufficit.* redit ad primum casum.

m ¶ *Ab ipso.* scilicet testatore sicut deleta inconsultè.

n ¶ *Sed volentibus.* scilicet testatoribus. & dic siue pro parte inducta, siue in totum perducta volentibus testatoribus: & tunc dic, valent. sed aliàs est, nolentibus: & tunc dic non valent.

o ¶ *Ipse.* scilicet ego testator.

p ¶ *Non videbitur.* sic *supra de transa. l. cum Aquiliana. & de contrahen. emp. l. in lege fundi.*

q ¶ *Superscript.* id est, testator,[b] inconsulte,[c] volens[d] fortè experiri pennam, scripsit se fecisse inductiones quæ ab alio inconsultè factæ erant. certe manent relicta, scilicet valida. Accursius.

b Notarius qui additionem fecit instrumento, idem additiones à se factas probare debet. Bart. hic. Guid. Papæ sing. [illegible]

c Inconsultè facta pœnā [illegible] merentur.

d Deletio non consulta non habetur pro vera deletione.

r ¶ *Et si ademit.* scilicet inconsulte. & est plana. Vel dic inconsulte: sed tunc non erunt adempta, scilicet alia quæ per alium inconsultè deleta erant. vel dic ademit. i. scripsit se ademisse: quæ erant deleta, non videntur adempta, id est alia quæ per alium inconsulte deleta erant.

s ¶ *Sed si legi.* ad principium bene accommodatur.

t ¶ *Factū est.* i. cōtingit deletio. aliàs contra. *vt. j. §. prox.* & hoc est ideo, quia præsumimus quòd si ea præstari voluisset, iterū ea reliquisset & refecisset sic vt bene possent legi. cum igitur nō fecerit, videtur pœnituisse, & voluntatē mutasse. & est sic ad istum. *§. s. de testa. tute. l. si quis. §. si quis cum. & s. de testa. l. heredes.* §. j. Hug.

u ¶ *Sed consultò.* post consummationem testamenti, vt habeat locum quod de exceptione dicit: *vt infra de leg. j. l. si ita scriptum.* & vt differat à præcedenti. Accursius.

Exceptione

ta exceptione [a] petentes repelluntur: inconsultò verò, non repelluntur: siue legi possunt, [b] siue non possunt: [c] quoniam si totũ testamentum non exstet, [d] constat valere omnia quæ in eo scripta sunt. Et si quidem illud conscidit testator denegabuntur actiones. si verò alius [e] inuito testatore: non denegabuntur.

Iste versiculus refertur ad totum dictum. Bartolus.

4. ¶ Et hereditatis portio adẽpta vel tota hereditas, si fortè sit substitutus, [f] iure [g] facta videbitur: [h] non quasi adempta: quoniã hereditas semel data adimi facilè nõ potest: sed quasi nec data. [i]

5. ¶ Si quis codicillos in testaménto confirmauit, & codicillis aliquid adscripsit, mox deleuit ita vt appareat, [k] an debeatur? [l] Et Põponius scribit codicillos deletos non valere.

In dubio cancellatio restringitur ad rationem ipsi cancellationi adiectam. Barto.

II. IDEM *libro quarto Disputationum.*

Cancellauerat † quis testamentum, vel induxerat, et si propter † vnũ heredẽ facere dixerat. id postea testamentum signatum est. [n] quærebatur de viribus testamenti, déq; portione eius propter quem se cancellasse dixerat. Dicebam, si quidẽ vnius ex heredibus nomen induxerit, sine dubio cęteram [o] partem testaméti valere, † & ipsi soli denegari actiones: sed legata ab eo nominatim relicta debebuntur, si voluntas [p] ea fuit testantis, vt tãtùm heredis institutio improbetur. Sed si ĩstituti nomẽ induxit, & substituti reliquit: institutus * emolumentũ hereditatis nõ habebit. sed si omnia † nomina induxerit, vt ꝓponitur: adscripserit autẽ idcirco se id fecisse, quia vnum heredem offẽsum habuit: multum interesse arbitror vtrũ illum tãtùm fraudare voluit hereditate, an verò causa illius totum testamentum infirmare: vt licèt vnus inductionis causam præbuerit, verùm omnibus obfuerit. Et si quidem soli ei ademptam voluit portionem, cæteris nihil nocebit inductio: non magis quàm si volens vnum heredẽ inducere, inuitus & alium induxerit. Quòd si putauerit totum testamentum delendum ob vnius malum † meritũ, omnibus denegantur [q] actiones. Sed an legatariis denegari actio debeat, quæstio est. [r] In ambiguo [s] tamẽ interpretandum erit & legata deberi, & coheredum institutionem non esse infirmandam.

Instrumentum quod cancellatum est, siue in eo aliqua nomina legatariorum inducta, non omnino

a ¶ *Exceptione*. Contra. j. eo. l. pe. §. *sed nonnullos*. Sol. vt ibi.
b ¶ *Possunt*. hic post consummationem. secus si ante: *vt. §. proxi.*
c ¶ *Non possunt*. particularis deletio non nocet: quoniam nec vniuersalis. Accursius.
d *Non extet*. quia perditum est post mortem vel ante mortem, & hoc de iure ciuili: sed [a] quantum ad bonorum possessionem petẽdam necesse est post mortẽ extare tabulas: *vt. j. si ta. testa. null. exta. l. j. & de secũ. tab. l. j. §. semel. & §. si linum. & si tab. test. nul. exta. l. j. §. pe. & C. de testa. l. nostram.* ¶ Item quod dicit, quoniam si totum &c. arg. sumitur à [b] minori. Hu.
e ¶ *Si verò alius* pręter heredem. nam tunc denegabuntur actiones: & hoc est quod sequitur, & hereditatis.
f ¶ *Substitutus*. qui cõscidit (aliàs incidit) inuito testatore: patitur [c] enim pœnam vt amittat hereditatẽ: *vt arg. C. de lega. l. non est dubium. & l. pen. & j. ad Trebel. leg. Paulus respondit si certa.* Accur.
g ¶ *Iure*. hic incipit responsum. Accur.
h ¶ *Videbitur*. s. adẽptio. & dic tunc per. l. vt referas ad proxi. vel dic ꝑ testatorẽ, & referas ibi, & si quidẽ &c.
i ¶ *Nec data*. efficaciter, [d] quod tempore additionis est inspiciendum: *vt. j. tit. j. l. et qui.* hic autem nullo tempore videtur efficaciter data: & hoc de fictione. verè tamẽ fuit data: sed tamen obstat exceptio. legatarij similiter repellũtur exceptione: vt & in hoc §. sed consultò. sed in legato non est opus fictione, quia semel efficaciter datum ipso iure transferri potest in alium pro voluntate defuncti: *vt infra de adimen. leg. l. iij. j. respon. & de lega. ij. l. peto. §. fratre. & l. cum patre. §. libertis.* quod in herede non est. Item quod sit heres iure mero, probatur: quia aliter non differretur fisco hereditas: sed ad heredes ab intestato: quod negatur: *vt infra eo. l. proxi.* nisi probetur quòd ideo id fecit testator, vt perueniret ad legitimum: *vt. j. eo. l. fi.* Vel ad eum quem in primo testamento instituerat: *vt. j. de secun. tab. l. pe. § testamento.* Azo. & adde quod est. C. *de testa. l. nostram. & §. de mino l. si sine. §. sed quod Papinianus. & facit. s. tit. ij. l. si ita. § regula. & j. de mili. testa. l. si certarum. § si eodem testamento. & j. de adimen. lega. l. ex parte. & l. legatum. § pater.* Sed arg. contra *in eo. tit. l. filio. § matri.*
k ¶ *Apparent*. quid est relictum. Accursius.
l ¶ *Debeatur*. scilicet relictum.
m ¶ *Deletos*. consultò vt dixit: licèt possint legi, vt in prin. huius l. & §. consultò. Accursius.

Cancellauerat.] CASVS. Institui mihi tres heredes: pone Titiũ & Caium & Sempronium: & Titio substitui Mæuium: postea cancellaui vel induxi totum testamentum: & dixi me hoc facere propter Titium prædictum solum: & postea dictum testamentum signatum fuit sigillis testium. modò quæritur, vtrum valeat testamentum: & si valeat, vtrum valeat quantum ad partem illius propter quem me cancellasse dixeram. Iuris autem consultus interserit alia antequam quæstionem propositam soluat. & dices quod si nomen tantum vnius ex tribus dictis heredibus induxi vel cãcellaui, certè ipse solus erit exclusus, alij autem non, sed legata relicta à dicto excluso debebuntur ita demum si ea fuit voluntas mei testatoris testantis vt sola eius institutio cassaretur: & etiam substitutus dicti exclusi non repellitur ab hereditate. In nostro autem casu. s. quando omnia nomina heredum induxi, sed dixi me facere propter solum Titium, distinguitur vtrum Titium tantum fraudare volui hereditate: an voluerim infirmare testamentum totum causa illius. Primo casu aliis nihil nocebit, non magis, quàm si volens ego vnum tantum heredem cancellare, inuitus, & alium cãcellaui. Secundo casu omnibus heredib. denegabuntur actiones ex testamẽto. Si autem est dubium in dicto nostro casu vtrum totum testamentum, an vnius heredum tãtum nomen volui ego testator cancellare: tunc institutio coheredis prædicti Titij non infirmatur: & legata in dicto testamento relicta à dictis coheredib[us] debentur. Viuianus.
n ¶ *Signatum est*. sc. à testibus: nõ autem dicas à testatore de nouo totum factum: quia tunc nõ esset dubium.
o ¶ *Cæteram*. rarò [a] inuenietur in singulari cętera pars, sicut codicilli & pugillares: *vt. j. de verb. signi. l. non est. sic. C. de sacr. san. eccl. l. generalis.*
p ¶ *Voluntas* [b] *ea fuerit*. non aliàs: *vt. j. de leg. ij. l. Celsus. §. quod alicuius. quæ est cõtra.* Solu. vt ibi. Item facit in eo. *titu. l. si Titio. §. Iulianus.*
q ¶ *Denegantur*. contra *infra de here. instit. l. paterfami. in fi.* Sol.
r ¶ *Quæstio est*. sed nõ soluitur. sed. *j. l. proxi. in prin.* Sol. scilicet vt legata præstentur.
s ¶ *In ambiguo*. i. cum dubitatur an totũ testamentum: vel vnius nomẽ tantùm testator inducere voluerit. H.

Proximè.] CASVS. Quidam nomine Valerius Nepos fecit testamentum: & instituit sibi tres heredes pone: & reliquit multa legata & libertates. postea mutata voluntate incidit testamentum, & nomina heredũ induxit ea intentione, quia putauit eos heredes indignos hereditate sua. Certè dixit imperator Antoninus quòd hereditas non pertinet ad heredes scriptos, sed ad fiscum. & cum esset quæstio coram eo Antonino de hereditate prædicta inter dictos heredes scriptos & aduocatos fisci & legatarios quibus erant relicta legata, ita dixit ipse Antoninus aduocatis fisci: vos habetis aduocatos vestros. & potestis petere cum eis hereditatem dicti Valerij nepotis. Iunius autem Zeno qui erat vnus de legatariis, ita dixit: De legatis relictis à dicto Valerio nepote quid statuetis domine imperator Antonine? Et duxit secum dictus legatarius pro suo aduocato Cornelium Priscianum: & Antoninus ita respondit eis: Videtur vobis voluisse testamentum valere dictus testator qui nomina heredum induxit, vt dictum est? certè non videntur: vnde legata non videntur deberi. Cornelius autem Priscianus aduocatus dicti legatarij ita respondebat: nomina heredum tantùm induxit dictus testator, & non legata. vnde legata debent remanere firma. Calphurnius autem aduocatus fisci ita respondit ex aduerso contra dictum aduocatum legatarij: certè non potest illud testamentum valere, quod heredem non habet. Testamentum autem super quo disputamus, non habet heredem: quia inducti fuerunt à dicto testatore, vnde non valet: & sic legata ex eo non debentur. Cornelius autem Priscianus aduocatus legatarij respondit: ergo non valebunt libertates prædictæ à dicto testatore relictæ: quod esset absurdum. Imperator autem prædictus ita iudicauit, quòd ea tantùm quæ inducta sunt à dicto testatore. i. nomina heredum sunt irrita, nõ autem legata & libertates: & hoc reprobatis opinionibus quorundam

[a] Ex testamento inconsultè deleto potest adiri iure ciuili hereditas: at non bonorum possessio secundũ tabulas peti.

[b] Argumẽtum à minori ad maius de quo dixi. ad. l. vij. C. qui ætate vel professione se excusant. lib. 10.

[c] Institutus vel substitutus cancellãs testamentum suum testamentariũ amittit.

[d] Hæreditas semel data verũ ipso iure tollatur per deletionem.

† Hæc materia est peculiaris in casu cancellationis: & hic agitur verũ cancellatio vitiet instrumẽtum. Et dic quòd aut agitur petitorio, & tunc si sit cãcellatio in loco suspecto, in totũ vitiatur. aut possessorio, & sic secus. de quo semper Bar. in l. si Mandem. § si eum. de mili. testam.

† Propter particula denotat causam proximam & immediatam. Baldus.

† Cancellatio in vno facta, ad alium nõ porrigitur.

* Quidam putant legẽdum, substitutus, quãuis Flor. & in omnib. manuscri. legatur institutus.

† Cancellatio omnium seu in toto facta, limitatur secũdum testatoris voluntatem. in dubio verò ad alium non porrigitur.

[a] Cætera pars in singulari pro cætera partes.

[b] Cancellationis causa in dubio restringit eius effectum: hic causa facti restringit factum: & causa verbi restringit verbum.

† Præsumitur nemo iis officere velle qui nõ demeruerint.

diuersorum qui diuersa super dicta quæstione sentiebât. Viuian.
a ¶ *Proximè.* i. his diebus quęstio ventilabatur in consistorio principis: talis. s. cum quidam scilicet testator &c.
b ¶ *Vindicaretur* quia nō habebat agnatos vel cognatos qui vellent succedere ei ab intestato. alioquin contra: *vt. j. si tabu. test. nul. l. j. §. pe. & infra e. l. fi.* Vel distingue vtrū inducat testator vt decedat intestatus: vt tūc cognati: *vt infra eod. l. finali.* an quia reputat heredes indignos: & tunc fiscus: *vt. C. de iis qui. vt in dig. l. hereditas.* ¶ Quid si non apparet? Respon. fauore legatorum præsumitur magis indignos reputasse: vt sic habeat fiscus & sic intelligitur. l. ista: *vt infra eodem. §. sed in re dubia.* nam cum[a] aufertur hereditas ab indigno, & applicatur fisco, exigūtur legata & fideicommissa: *vt infra ad Sila. l. cum fisco. & infra si quis ali. test. a. pro. l. si quis dolo. §. si fidei. & infra de iis qui. vt indig. l. cum quidam. & l. tabulis. §. finali.* Azo. Si autem verbo tantùm contradicat, scilicet nolo valere: non sufficit: *vt Insti. quibus mo. testa. infir. §. ex eo. in fi. & Cod. de testa. l. sancimus.*
c ¶ *Inductum sit.* ante consummationē testamenti: *vt. j. de leg. j. si ita scriptum. & s. eo. l. j. §. sed & si legi. & §. sed consulto.* quæ est contra.
d ¶ *Putasse.* aliàs statuisse putasse: & subaudi, & aliàs alterum tantùm.
e ¶ *Faceret.* & certè potest tamen probandum est: *vt. j. eo. l. fina.*
f ¶ *Benigniorē.* sic[b]. *j. de rebus dubiis. l. si fuerit. §. fin. & infra de regu. iur. l. ea quæ. §. fi. re. & infra de reb. dubiis. l. quoties in actionibus. & infra de verbo. obli. l. quoties in stipulationibus & de lega. ij. leg. Titia. §. Lucius.* Hug.
g ¶ *Sententia.* subaudi ex. Azo.
h ¶ *Consulibus.* s. existentibus.
i ¶ *Cum Valerius.* ecce sententia. Azo.
k ¶ *Dixit.* Antoninus imperator.
l ¶ *Vestros.* quasi dicat, estis cūm procuratore fisci corā eis. & est procurator Cæsaris vnà cum præside: *vt. C. si aduer. fiscum. l. ij. & C. vbi cau. fis. l. ad fiscum.* Azo.
m ¶ *Zeno.* legatarius vnus.
n ¶ *Heredum induxit.* interrogatiuè[c]. *& sic infra de le. iij. l. Ansidius.* Accursius.
o ¶ *Leonis.* alterius legatarij.
p ¶ *Nō habet.* vt *& j. de codicil. l. fi. & Inst. de leg. §. ante heredis.*
q ¶ *Manumisit.* i. libertates reliquit.
r ¶ *Remotis.* fecit eos cessare: & habito consilio reuocauit eos ad se. ¶ Et nota quòd iudex[d] non debet habere consiliū cū aduocatis litis: & quòd imponit[e] finem dictis eorū quando sibi videtur. Sed arg. contra *C. de postulan. l. quisquis. §. apud vrbem.* Accur.
s ¶ *Dixit.* respondendo circa legata.
t ¶ *Nepotem.* proprium nomen testatoris.
u ¶ *Quæ induxit.* & sic legata, cum non sint inducta, debebuntur: sed etiam libertates inductę debebuntur fauore libertatis, vt consequenter apparet. Hug.

† Antonini philosophi.

* Valerius Nepos, vt ex sequentibus apparebit.

† Imperatorē iudicem esse in causa imperij & fisci, hinc colligit Bart.

a Indigno qd aufertur cedit fisco: cum onere tamen legatorum & fideicommissorum.

† Iudex in causa propria, Imperator ea ratione esse potest: vt in c. cum venisset. cum Glo. 2. post me, ibi, sed dic quòd papa. extra de iudi.

* Quidam interpretātur ærarij præfectos ex l. cum quidā. j. de his quæ vt indig. alij rationalem.

b Benigniorem sententiam in re dubia sequi oportet.

c Vbi institutio heredis abest, testamentū propriè dici non potest.

d Iudex cū litis aduocatis consilium habere nō debet.

e Iudex finem dicendi aduocatis potest imponere.

irrita sunt: sed eatenus duntaxat, quatenus testator induxerit. Bartol.

III. MARCELLVS *lib. 29 Digestorum.* †

PRoximè[a] in cognitione principis cum quidam * heredū nomina induxisset, & bona eius vt † caduca à fisco vindicarentur:[b] diu de legatis dubitatum est, & maximè de his legatis quæ adscripta erāt his quorū institutio fuerat inducta. Plerique etiam legatarios excludēdos existimabant. quod sanè sequendum aiebam, si omnem scripturam testamenti cancellasset. nonnullos opinari, id iure ipso perimi, quod inductum[c] sit: cætera omnia valitura. Quid ergo? non & illud interdum credi potest, cum qui heredum nomina induxerat, satis se consecuturum putasse,[d] vt intestati exitum faceret[e]? Sed in re dubia benigniorem[f] interpretationem sequi, nō minus iustius est quàm tutius. Sententia[g] imperatoris † Antonini Augusti Pudente & Pollione cōsulibus:[h] Cùm Valerius[i] Nepos mutata voluntate & inciderit testamētum suum, & heredum nomina induxerit, hereditas eius secundum diui patris mei cōstitutionem ad eos qui scripti fuerint pertinere non videtur. Et aduocatis fisci dixit:[k] Vos habetis iudices vestros.[l] * Viuius Zeno[m] dixit: Rogo, domine Imperator, audias me patienter. de legatis quid statues? Antoninus Cæsar dixit: Videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina heredum[n] induxit? Cornelius Priscianus aduocatus Leonis[o] dixit: Nomina heredum tantùm induxit. Calpurnius Longinus aduocatus fisci dixit: Nō potest vllum testamētum valere, quod heredem non habet.[p] Priscianus dixit: Manumisit[q] quosdam, & legata dedit. Antonin⁹ Cæsar remotis[r] omnibus cum deliberasset, & admitti rursus eodē * iussisset, dixit:[s] Causa præsens admittere videtur humaniorem interpretationem: vt ea duntaxat existimemus Nepotem[t] irrita esse voluisse, quæ induxit.[u] Nomen serui quem liberum esse iusserat, induxit.[x] Antoninus rescripsit, liberum † cum nihilo minus fore. quod videlicet fauore constituit libertatis.

Si de eodem facto sunt plura instrumenta: vnius cancellatio, alterius vires non tollit: nisi de mente constet. Bartolus.

IIII. PAPINIANVS *libro sexto Responsorum.*

PLuribus tabulis † eodē exemplo scriptis,[y] vnius testamenti voluntatem eodem tempore dominus solenniter cōpleuit. si quasdam tabulas in publico depositas abstulit, atque deleuit: quæ iure gesta sunt, præsertim cum ex cæteris tabulis quas nō abstulit, res gesta declaretur, non constituentur[z] irrita. Paulus notat. Sed si vt intestatus moreretur, incidit tabulas, & hoc adprobauerint hi qui ab intestato venire desiderant: scriptis auocabitur[a] hereditas.

x ¶ *Induxit.* fortè inuitus secundum R. non tamen hoc constabat: nam si constaret quod consultè fecisset, sine dubio non deberetur libertas. si constaret quòd inconsultè, sine dubio deberetur: *vt infra de leg. ij. l. si idem. & de manumiss. testa. l. si peculium. §. j. secundū* Azo. erat ergo dubiū an voluerit reuocare vel nō reuocare. Ac.

P*Luribus tabulis.*] CASVS. Feci testamentū, & institui mihi heredem Titium & Seium: & illud test. feci scribi in duab. chartis, i. in qualibet charta totum integrum: & ambas chartas deposui in archiuo publico, vel in sacristia beati Dominici. postea vnā de dictis chartis abstuli & deleui, & nō aliā. certè non constituuntur propter hoc irrita ea quæ iure à me gesta sūt: nisi hoc feci ea volūtate, vt intestatus decederem: & hoc probetur ab eis qui veniūt mihi ab intestato. tunc enim habebunt hereditatem meam dicti ab intestato mihi venientes, & nō heredes prędicti à me scripti. Viui.
y ¶ *Scriptis.* vt *sunt infra de secun. tab. l. j. §. sed si quis in duobus. & §. sed si in duobus.*
z ¶ *Constituentur irrita.* Innuit hic quod si etiam aliæ tabulæ non essent, non fierent irritæ. & sic est arg. contra *s. l. prox. §. sed in re dubia. & l. j. & ij.* & sic not. quòd dictio præsertim, abundat: vt & aliàs maximè: *vt. C. de test. manu. l. fi. §. j.* Vel nō ipso iure, vt hic, sed ope exceptionis, vt ibi: cū post cōsummatū testamētum id factū est.
a ¶ *Auocabitur.* p legitimos: *vt hic, & j. si tab. testam. nul. ex l. j. §. pe.* & sic legata non debētur. sed si ideo qa reputabat eos indignos quos instituerat, vel etiā dubiū est quare fecerit, fiscus habet: *vt. j. de iis quibus vt indig. l. cū quidā. & l. cū tabulis. §. fin. & plene no. C. de iis quibus vt indig. l. hereditas.* Accursius.

* eosdem.

† Cum legatū reperitur inductum aut deletum consultò à testatore non debetur: aliud si casu: fallit priore casu fauore libertatis vt hic, & piæ causæ. v. Tiraq. tract. piæ causæ priuileg.

† Potest ergo quis habere plures tabulas vnius testamēti. contra Glo. post princip. extra de rescript.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

Supra de filiis & cæteris descendentibus natis & nascituris dixit: nunc generaliter de extraneis instituendis.

Ab initio huius libri quo testamētū definiuit esse supremæ volūtatis nostræ sententiā iustā, nihil aliud egit quā vt intelligeremus quæ sit iusta sententia, q. test. iustū, q. iniustū vel alias irritū aut ruptū. Nūc incipit dicere de partib. test. anctorū: ac primū de heredis institutione, parte prima summaq; vel toto potius ipso. nā sine heredis institutione nullū test. est & vel sola heredis institutio, testamētū. nā tabulas testamenti instituit, vt M. Tullius loquitur, q. heredē instituit. Idē etiā instituere tutorē dixit. Porro institutus heres is esse intelligitur cui à morte vel cōditione primo loco testator deferri hereditatē voluit. Ac præterea q. heredes instituere possint didicimus i. tit. ex hoc discemus q. heredes institui possint & quēadmodū, & de partib. faciēdis inter coheredes ac de iure adcrescēdi nonihil, q. inter coheredes sēper locū habet. q. a iuris fictione singuli heredes vocati in assem videntur, quātūuis licet à testatore separētur. quæ fictio cessat in legatariis. nā & heredes vnius psonæ i. defuncti vice fingūtur atq; figūtur, nō legatarij. nec enim iuris successores sunt. Cuiac.

Q*Vi testatur.*] CASVS. Ille qui facit testa. potest facere eius initiū ab institutione heredis: & si vult, potest facere initium

ab exheredatione:& si facit testamētum nuncupatiuum, sufficit si heres quem vult instituere, sit nuncupatus, etiam si nō sit scriptus. Item potest instituere mutum & surdum:& si non vult legata relinquere, vel aliquem exheredare, potest complere testamentum suum in quinque verbis, vt dicat: Lucius Titius heres mihi esto.& hoc est verum q̄ possit cōplere quinque verbis eo modo q̄ dictus est, si testatur sine scriptis. imò & tribus verbis potest sine scriptis cōplere testamentū: vt dicat, Lucius heres esto. nā supra dictū pronomen mihi, & supradictū nomen Titius abūdat. & si instituat sibi heredē Titiū in vno fundo, valet institutio detracta mētione fūdi: & sic habebit totā hereditatē Titius. si autē scribat testator: Lucius heres: valet institutio Lucij: licet nō dixerit, Lucius heres esto. & idē erit si dicat testator, Lucius esto. sed nō idē erit si dicat testator Lucius: & nō adiiciat: heres esto: vel aliquid aliud quod demonstret quoquo modo q̄ testator voluerit Luciū esse suū heredē. si autem ita dixit testator: Seius ex parte puta quarta, Gai[u] ex parte. vj. nec adiecit, heres esto: valet institutio nihilominus. & idē est si ita dixit: illa vxor mea esto: licet non adiecerit verbum, heres. Item idē est si ita dixit, Seiū heredē esse, & non adiecit verbū, iubeo, Viuianus.

† Quis & quo ordine heredes instituendi, pulchrè Plato dia. 11. de legi. Verba Sab.

† Il. qui testator, heredis instit. Verba Vlpiani.

† Testamētum valet ad pias causas sine institutione hæredis. v. Tiraq. tract. pia caus. priuileg. 13. Verba Sabini.

DE HEREDIBVS instituendis.†

TITVLVS V.

1. VLPIANVS *libro 1. ad Sabinum.*

Qui testatur, †[ab] heredis istitutione plerumq; † debet [a] initiū facere testamēti licet [b] etiā ab exheredatione quā nominatim [c] facit. Nā diuus Traian[9] rescripsit, posse nominatim etiā ante heredis institutionē filiū exheredare.[d] 1. ¶Institutū autē heredē eū quoq; dicimus, qui scriptus [e] nō est, sed solūmodo nūcupatus. 2. ¶Mutus & surdus rectè heres institui [f] potest. 3. ¶Qui neq; legaturus quid est, neq; quēquā exheredatur[9], quinque verbis pōt facere testamētū, vt dicat: *Lucius Titius mihi heres esto*. Hæc autē [g] scriptura ptinet ad eū qui nō pet scripturā testatur, [h] qui poterit etiā tribus verbis testari: vt dicat, *Lucius heres esto*. nam & *mihi* & *Titius* abūdat.[i] 4. ¶Si ex fundo fuisset aliquis solus [k] institutus: [l] valet institutio, detracta [m] † fundi mentione.* 5. ¶Sin autem [n] sic scribat, *Lucius* [o] *heres* licèt non adiecerit, *esto*: credimus plus nuncupatum, minus [p] scriptum. & si ita, *Lucius esto*: [q] tantundē dicimus. ergo & si ita, *Lucius*, solummodo: † Marcellus nō subtiliter [r] nō putat hodie hoc procedere. Diuus autem Pius cum quidā portiones inter heredes distribuisset ita, *Ille ex parte tota*, [s] *ille ex tota*: [t] nec adiecisset, *heres esto*: [u] rescripsit valere institutionem. quod & Iulianus scripsit. 6. ¶Item diuus Pius rescripsit, *Illa vxor mea esto*: institutionem valere, licet deesset *heres*. 7. ¶Idē Iulianus, *Illum heredem* [x] *esse*, non putauit valere: [y] quoniā deest aliquid. Sed & ipsa valebit, subaudito [z] *iubeo*.

Defectus conditionis de præterito vel de præsenti, vitiat institutionem: sed si de futuro, purificat. si ex facto testatoris depēdet. hoc dicit secūdū Dy.

11. IDEM *libro secundo ad Sabinum.*

Circa eos qui ita heredes instituti sint, *Ex patribus quas adscripsero*: non putat [a] Marcellus

a ¶*Debet*. id est solet vel potest. *sic. s. de offi. procon. l. iij. §. fina.*

b ¶*Licet*. id est licitum est. & dic, facit, id est facere debet: *vt supra de liberis & postu. l. iij. §. ante.*

c ¶*Nominatim*. nominatim enim fieri debet: *vt Inst. de exhered. lib. in prin.* Accursius.

d ¶*Exheredare*. & legare: *vt Insti. de leg. §. ante.* & argu. contra. *C. de testa. l. ambiguitates.*

e ¶*Scriptus non est*. hoc intellige in test. nuncupatiuo. nam si [a] fiat testamētū in scriptis, oportet nomē heredis vel à testatore, vel à tabellione, vel ab alio vice sua, vel saltē à testibus inscribi: *vt. C. de testa. l. iubemus, & in Authen. ibi signata*. Azo. & sic intellige. *j. de codic. l. fin.*

a Heredis nomen in testamento scripto, scribi debere vel à testatore vel à tabellione, vel ab alio vice testatoris, vel saltem à testibus.

f ¶*Institui*. & adire: *vt. j. de acq. her. l. v.* & procuratorem facere: *vt. s. de procur. l. mutus.* non testari, nisi à principe impetret. quod dic vt supra *de testamen. l. qui in potestate. & l. si mutus.* Accur.

g ¶*Hæc autē scriptura*. superior. s. qui neq; legaturus est &c. Azo.

h ¶*Testatur*. si autem in scriptis, tunc præter præfata verba subscriptiones testium essent necessariæ: *vt. C. de testa. l. hac consultissima.* Azo. *& s. de test. l. pe.* Sed lo. quòd. s. in scriptis: hîc sine. & sic hîc sub. etiā. q. d. non solum quinque verbis potest testari qui testatur in scriptis: sed [b] etiam sine scriptis: qui & poterit testari tribus verbis, vt subiicit.

b Testari quis potest scripto & per nuncupationē tribus etiam verbis.

i ¶*Abundat*. sic *Inst. de stip. seruo. §. seruum.* Sed arg. contra. [c] *C. de constit. pec. Auth. ibi posita. & l. si quis ita.* vbi impersonaliter nō obligatur. ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd impersonalitas ex parte eius qui obligatur, vitiat dispositionem, vt ibi. ex eis cui obligatio quæritur, vel qui disponit ad sui commodum, nō vitiat: *vt hic, & l. stipulatio ista. §. si quis ita de verb. obli. j.* subintelligitur enim persona loquentis: & ideo cum testator dicit, Titius heres esto, intelligitur, s. mihi: & per hoc credo quòd si notarius dicat, rogatus scripsi, debet intelligi, s. à partibus vel à testatore &c.

c Impersonalitas obligati vitiat re, nō eius cui obligatio adquiritur vel ... magis fa... testamēto, ... iniustę ... ionis ... oni.

k ¶*Solus*. secus si habebat coheredē vniuersalem: *vt. C. eo. l. quoties. & j. tit. j. cohered. §. si. & facit infra eo. l. si alterius & Inst. quibus modis test. infir. §. sed & si quis. & infra ad Trebellia. l. si quis priore. & s. tit. iij. l. cum quidam.* Item fallit in milite quod hîc dicit: *vt infra de mili. testa. l. vj.*

l ¶*Institutus*. vt instituo talem heredem in fundo Botriano: nec fecit alium heredem: & habet alia multa bona: in omnibus aliis institutus est. bene dico in omnibus, cum non habeat alium coheredem vniuersalem. Accursius.

m ¶*Detracta*. i. ac si nihil dixerat de fundo: sed simpliciter instituo te heredem: quia erit heres in totum.

n ¶*Sin autem*. adiunge ad §. qui neque.

o ¶*Lucius heres*. quando ad testandum se deputauerat.

p ¶*Minus scriptum*. & ita tenet institutio Azo. ad quod *infra eo l. quoties. §. sed si non & de condi. & demon l. cum auus. & de lega ij. l. vnum ex familia in fin. & l. cum pater. §. cum imperfecta.* & idē est si est nuncupatiuū: quia credimus plus nūcupatū esse quàm est.

† Concor. c. si pater. in Glo. super verbo, testari. ante me ibi. scire debes. extra de test. lib. 6.

* Verba Vlpiani, quæ ad testamentū scriptum pertinēt.

† Vt dicitur in l. errore. C. de testamen. ergo sequens Marcelli sententia, non debet præualere.

q ¶*Esto*. & deficiat heres.

r ¶*Non insubtiliter*. non & in, sunt duæ [a] negationes, quæ faciūt vnam affirmationē: *vt j. de verb. sig. l. duobus.* quasi dicit. i. subtiliter putat hodie non procedere. Sed Py. vno [b] verbo tantū posse fieri institutionem dixit. *vt C. de testa. l. errore.* Sed certè ibi bene dicit testator, heres esto: licet tabellio non scripserit. sed ipsi dicunt hîc in pro valde poni, i. non valde subtiliter putauit hoc nō procedere. sic ponitur. *C. de vete. iu. enu. l. j. §. omnia.*

a Negationes duæ faciunt affirmatiuam: vt hîc. sed & tres vt in, nec teneri. Bart. hîc.

b Institutio vno tantū verbo fieri potest.

s ¶*Ex parte tota*. id est quota, puta quarta.

t ¶*Tota*. puta ex semisse vel simili.

u ¶*Heres esto*. sed esto tantùm, vel neutrū etiam. Azo. magis [c] enim res quàm verba sunt intuendę: *vt. j. de adime. leg. l. iij. §. conditio. & j. de iure do. l. promittendo in princ. & j. de leg. j. l. si in testamento.*

c Res potius intuendæ sunt quàm verba.

x ¶*Illum heredem esse*. verba testantis.

y ¶*Valete*. institutionem his verbis factam: illū heredē esse. Azo.

z ¶*Subaudito*. sic *C. de fideicommiss. l. verbum volo*. Azo.

Circa eos.] CASVS. Institui mihi heredem Titium & Seium ex partibus quas adscripsero, & postea nullas partes adscripsi: nunquid erunt heredes? & dixit Marcellus quòd non. & perinde dixit esse ac si ita dixisset: Instituo mihi heredem Titium & Seium si eis partes adscripsero: & postea non adscribam partes. Sed ipse malè dixit: imò valet prima prædicta institutio, in qua ita dixi: Instituo mihi heredem Titium & Seium ex partibus quas adscripsero, & pro eis partibus debent habere hereditatem Titius & Seius ex quibus adscripsero eos heredes. Si autem postea non adscripsi (vt dictum est in nostro casu) ex æquis partibus erunt heredes. Videor enim de eis defecisse duplicem institutionem: quarum vna est talis: Instituo mihi Titium & Seium heredem. alia est talis: Instituo mihi Titium & Seium heredem ex partibus quas adscripsero. si autem ita dixissem, Instituo mihi heredem Titium & Seium vel Seium solum in illa parte in qua me instituit quidam alius Titius heredem: tunc si Titius non instituit me heredem in aliqua parte, videtur nec Seius à me in aliqua parte institutus. videtur enim in isto casu inesse conditio si Titius instituit me heredem in aliqua parte. per hoc etiam potes hoc modo distinguere in nostro casu in prin. l. posito, verum ita scribam: instituo mihi heredē Titium & Seium pro partibus quas adscripsi. an ita dicam, instituo mihi Titium & Seium heredem ex partibus quas adscripsero: Vt ibi dictum est: vt primo casu nulla sit institutio in illis partibus à me postea adscriptis: sicut esset nulla institutio & hoc alio casu, Titius & Seius sint mihi heredes ex his partibus quibus ex testamento matris scripti fuerunt, scilicet si intestata dicta mater decessit. In secundo autem casu valeat institutio eo modo qui dictus est supra. Viuianus.

a ¶*Nō putat*. in vtroq; malè dixit Marcellus, vt hîc subiicit, sed magis &c. sed erat ꝑ eo, q̄a si de præterito poneretur: puta, ex qua parte Titius me scripsit, ex tali instituo Seiū: vel ex qua parte mater nostra nos, instituit, ex ea vos instituo: deficiente conditione ista de præterito, deficit testamentum: *vt. j. hac l. sic ergo & si de*

futuro. sed certè nō sunt similia: quia vbi de pſenti vel de præterito apponitur cōditio quæ est falsa, nullo momēto potest dici tenuisse testamētū: at vbi de futuro, tenet, licet suspendat: & ita cōsideratur initiū: *vt. s. tit. ij. l. cum in secundo.* & pro hoc est quod dicitur: quòd pro non scripta vadūt sine onere: quòd non contingit in quasi caducis & caducis, inspecto quòd initium aliquod habuerunt: *vt. C. de cadu. tol. l. j. §. j. & §. pro secundo. & §. in nouissimo.* ¶ Sed quid si instituti ex quibus partibus adscripsi? Respon. nullis partibus adscriptis non valet: *vt patet ex prædictis & faciunt ad l. istam infra eod. l. illa autem. & l. si quis ita scripsit. & de condi. instit. l. instituto talis. & Codic. de institu. & substitu. l. si testamentum. & de annu. lega. l. ij.* Sed argu. contra. *s. pro soc. l. si ita coita.*

eos heredes, nullis adscriptis partibus: quemadmodum si ita essent heredes instituti, *Si eis partes adscripsero*, Sed magis est vt sic vtraque institutio accipiatur,[a] si voluntas defuncti non refragatur: ex quibus partibus adscripsero. si minus,[b] ex æquis: quasi duplici[c] facta institutione quam sententiam Celsus libro sextodecimo Digestorum probat: aliter atque probat[d] in illa institutione, *Ex qua parte me Titius heredem scripsit, Seius heres esto.* tunc enim si non est à Titio scriptus,[e] nec Seius[f] ab eo. nec immeritò. hic enim creditur inesse[g] conditio. sed Marcellus hæc similia putat.[h]

1. ¶ Potest autem interesse,[i] vtrum ita quis scribat: *Ex his partibus quas adscripsi*, an *adscripsero*: vt superiore[k] modo dicas nullis adscriptis partibus nullam esse institutionem: quomodo in illis[l] * Marcellus: *Ex his partibus ex quibus testamento matris scripti fuissent, heredes sunto*,[m] si intestata mater decesserit, hos non esse institutos.

III. IDEM *lib. 3. ad Sabinum.*

Seruus alienus[n] vel totus, vel pro parte[o] sine libertate[p] heres institui potest.

In institutione videtur adempta conditio quæ adiicitur libertati. Bartolus.

1. ¶ Si seruum meum purè heredem scripsero, sub conditione liberū: differtur institutio in id tempus quo libertas data est.[q]

De adiectione alterius alteri potest adiici conditio. Bartolus.

2. ¶ Si quis ita scripserit, *Si Titius heres erit, Seius heres esto*,[r] *Titius heres esto*: quasi quæuis conditio expectatur Titij aditio, vt Seius heres fiat. Et sanè & Iuliano & Tertilliano hoc videtur.[s]

Licet ius institutionis non mutetur: tamen qualitas acquisitionis mutari potest. Bartolus.

3. ¶ Qui fideicommissam libertatem sub conditione accepit, potest ab herede[t] purè cum libertate heres institui: &[u] non expectata conditione libertatem & hereditatē consequitur: & erit interim necessarius, & existente conditione voluntarius heres efficietur: vt non desinat[x] heres esse, sed vt ius in eo mutetur successionis.[y] 4. ¶ Aperturæ

a ¶ *Accipiatur.* vt sint heredes, supple ex partib. ex quib. adscripsero, quod est. j. & hoc partibus adscriptis.

b ¶ *Si minus.* i. si partes testa. non expressit: aut non adscripsit ex quibus &c. Quod autē dicit, si voluntas &c. interpositio est. & dic quòd defunctus potest exprimere se velle eos esse heredes: vel si partes non adscriberet. Item contra. j. eo. l. *Clemens. in fi.* Sol. vt ibi.

c ¶ *Duplici.* i. & instituere, & partes adscribere. *sic supra de arb. l. Celsus.*

d ¶ *Atque probat.* Celsus in illa &c.

e ¶ *Scriptus.* tempore testamenti.

f ¶ *Seius.* f. scriptus ab eo intelligi debet.

g ¶ *Inesse conditio.* dic impropriè: *vt. s. si certum peta. l. itaque & facit. j. eo. l. hoc articulo.*

h ¶ *Hæc similia putat.* s. conditiones prædictas & de futuro, & proximam de præterito: sed malè putat: & hoc subiicit, potest autem &c. & erit ratio differentiæ quam no. in prin. huius. l.

i ¶ *Interesse.* i. distingui.

k ¶ *Superiore.* s. quando in præterito.

l ¶ *In illis.* s. in institutionibus. aliàs illo. s. institutione.

m ¶ *Sunto.* i. volo vt sint. & sunt verba testantis: inferiora verba sunt iurisconsulti. Accursius.

Seruus alienus] CASVS. Seruum Titij institui mihi heredem. valet institutio: & idē esset si esset seruus meus & Titij prædicti. Si autē seruum meum proprium instituā mihi heredē pure, & dēei libertatem sub conditione: nō ante habebit hereditatē quàm veniat conditio libertatis: sed tunc erit liber & heres. [SI QVIS ITA. Meuius ita scripsit in testamento suo: si Titius mihi erit heres, Seius heres esto, Titius pdictus heres esto: certè nō ante Seius erit heres, quàm suę institutionis cōditio extiterit. i. si Titius adeat hereditatē. [QVI FIDEICOMMISSARIAM.] Titius instituit sibi heredem Seium, & dedit Sticho seruo suo libertatē fideicōmis. si nauis ex Asia venerit. Seius heres pendente condi. libertatis fideicōmis. Sticho per testatorē datæ, eundem Stichū instituit sibi heredē. & dedit ei libertatē purè, & decessit dictus heres. nunquid valet institutio quam fecit dictus heres cum libertate de dicto Sticho? & dicitur quòd sic: & non expectata conditione prædictæ libertatis fideicōmissariæ sibi per testatorē relictę cōsequitur dictus Stichus ex testamento dicti heredis libertatē & hereditatē: & interim pēdente dicta cōditione erit heres necessarius dictus Stichus. existente autē dicta cōditione efficietur heres volūtarius: & ita de necessario efficiet heres volūtarius. [APERTVRÆ.] Institui mihi heredē filiū meum impuberē: & substitui ei cū libertate pupillariter Stichū seruū meū: & postea decessi. antequā aperiretur testamentū meū, dictus Stichus dedit se ad arrogandū Gaio: & ita statum mutauit: & postea fuit emancipatus dictus Stichus à patre prædicto adoptiuo & postea decessit impubes in pupillari ætate. nunquid erit dictus Stichus necessarius heres impuberi? an verò voluntarius? & dicitur quòd necessarius. nam siue velit siue nolit, erit heres ex substitutione prędicta. aperturę enim tabularum dilatio non mutat ius necessarij heredis. Ideo antē posui in casu quod fuit Stichus emancipatus à patre adoptiuo ante mortē impuberis: quia si tempore mortis impuberis inueniretur dictus Stichus in potestate patris adoptiui, non erit necessarius, imò voluntarius: *vt. s. de liberis & postu. l. si sub conditione.* secundū prædicta ergo potes planè intelligere hanc literam, siue habeas, non mutat: siue habeas, mutat. quia primo casu dices, vt dixi, quòd Stichus fuit emancipatus à patre adoptiuo ante mortem impuberis: secūdo autem non. Viuianus.

n ¶ *Seruus alienus.* sui non potest sine libertate heres institui iure isto: sed hodie eo ipso est liber: *vt. C. de necess. ser. l. quidam.* Ir.

o ¶ *Pro parte.* quia communis erat.

p ¶ *Sine libertate.* sed an cum ea: dic vt no. j. eo. l. *sed & si in conditione. §. si seruum communem. & facit infra tit. ij. l. seruus.*

q ¶ *Data est.* perinde ergo habetur ac si vtrumque sub eadem conditione esset datum. *vt infra eo. l. quoties. §. si.* & hoc nisi fuerat alienatus pendente conditione. tunc enim emptoris iussu adibit: *vt infra eo. l. qui filio. §. si quis.* Apparet[a] ergo secundum has. ll. quòd heredem instituendo non dabat libertatem: Sed contra. j. *de manu testa. l. diuus Pius.* hodie autem constat quòd videtur dare libertatem instituendo eum heredem: *vt. C. de neces. here. l. quidam.* quamuis posset dici aliud esse cum instituitur purè non data libertate sub conditione, vel sub alio modo: & aliud cum data est sub conditione: *vt hîc dicit*: quia non videtur voluisse testator quòd haberet hereditatem vel libertatem nisi conditione existente. Item hodie distinguitur in casu huius §. plenius: *vt. C. de neces. ser. l. si. & facit. j. de lega. ij. l. qui concubinam. §. cum testamento.*

r ¶ *Esto.* hucusque sunt verba testatoris.

s ¶ *Hoc videtur.* & bene: *vt infra eo. l. qui soluendo. & facit infra de condi. insti. l. si Titius. & infra si quis omis. cau. test. l. si in testamento.* Sed argu. contra *infra de condi. & demon. l. in conditionibus. §. j. in princi.* Sed patet responsio. *s. tit. ij. l. si ita.* Item facit infra eo. l. si seruo.

t ¶ *Ab herede.* s. eius qui reliquit fideicommissariam libertatem.

u ¶ *Institui.* etiam pendente conditione. Hug.

x ¶ *Vt non desinat.* mero iure: sed quantum ad effectum desinit si vult repudiare. potest enim: *vt infra de acquir. here. l. si seruum. §. si quis hac. in fi. §. sicut & filius. & Inst. de here. quali. & dif. §. sui.* Erit ergo heres[b] nomine, sed non re. sic & qui restituit per Trebel. *vt Inst. de fideicommissariis here. §. restituta.* & in minore in integ. restituto cōtra aditionem: *vt. s. de mi. l. & si sine. §. sed quod Papinianus.* Vel dic non desinit si non vult repudiare.

y ¶ *Successionis.* id[c] est, qualitas succedendi. *& facit. C. de fideicō miss. l. post mortem. & de bo. lib. l. mater. & de Lati. lib. tol. §. sed & si sub conditione. & infra qui & à quibus. l. si priuatus. §. fin. & infra tit. j. l. fin. §. fi. & supra de dolo. l. filius. & supra de lib. & postu. l. Gallus. in fin. & supra de vsufru. l. si vsusfructus in princ.* Sed arg. contra[d] *infra de leg. ij. l. vnum ex familia. in princi. & ad Trebel. l. sed si ante.* ADDITIO. Dic quòd ideo potest dare libertatem antè, quia nemini præiudicaret. ideo non potest restituere hereditatem

ditatem ante, quia alij præiudicaret: *vt. l. post mortem. C. de fideicommiss. & l. filiusfamilias. §. diuus Seuerus. ꝭ. de lega. j. & l. cũ pater. §. filia. de lega. ij.* secundum. Bart.

a ¶ *Non mutat.* Ro. habet, non mutat. sed Py. deest non. ¶ Dic ergo secundum Ro. quòd si arrogo extraneum quem substitueram filio meo impuberi, erit necessarius impuberi. non ergo mutat ius necessarij heredis, id est, non facit quo minus sit necessarius, qui tempore mortis testatoris erat in potestate, qui retro tempore institutionis non erat. & sic primo regulam ponit: postea eam exemplificat, sed ineptè ponit de dilatione aperturæ tabularum in vita defuncti, cum demum post mortem fieri debeat: sed pro hoc infra eod. *l. si seruum meum. & l. quoties. §. seruus. & supra de liberis & posthumis. l. filio. §. finali.* & secundum hoc non est contra. *supra de liberis. & posthumis. l. si sub conditione.* quia ibi post mortem testatoris. Si deest nõ, similiter dic quòd ponitur regula quam exemplificat: vt si filium puberem & impuberem institui, & puberem impuberi substitui: & pubes me mortuo dederit se in arrogationem: dico eũ fore vel posse esse necessarium heredem impuberi si tẽpore mortis impuberis sui iuris inueniatur: aliàs erit voluntarius: *vt. d. l. si sub conditione. & .ꞩ. de inoff. testa. l. antepe.* Vel secundum hunc casum dic quòd post mortem impuberis dedit se in arrogationem: & sic ponit propriè eum necessarium fore: & pro hac positione est. ꝭ. *tit. j. l. sed si plures. §. quos. possum.* & secundum hoc mutatio fit etiã post mortem, posset etiam secundum Io. hæc litera legi in vita, vt mutet quando filium emancipaui post testamentum, vel seruum manumisi, quos institueram: *vt infra sicut solemus, &c.* sed in hoc alio casu econtrario quando scilicet de extraneo fit necessarius: vt quia arrogaui institutum extraneum: & secundum hoc non dilatio facit principaliter mutari, sed ipse status commutatus dilatione facit mutari ius necessarij heredis. Item potest poni secundum vtramque literam quòd filius impubes prædictus dedit se in arrogationem post mortem patris. nam erit patri necessarius heres & non erit: prout erit sui iuris, vel non est sui iuris tempore mortis fratris impuberis: vt patet ex prædictis. Vel dic quòd olim erant sui heredes ante apertas tabul. & transmittebant: sed extranei non, nisi post apertas tabulas? & sic iste adrogatus est suus: & potest dici cum non, & sine non.

b ¶ *Dederit.* patri impuberis.

tabularum dilatio, necessarij heredis ius non mutat,[a] vt solemus in substituto impuberis dicere. Nam est relatum, si se adrogandum dederit[b] substitutus impuberi defuncti filius, necessarium eum fore.

Seruus heres potest sub omni conditione institui, filius verò sub potestatiua tantum: cui si non paruerit, ab hereditate excluditur: & coheres statim potest adire non expectato quòd impleat conditione. Bartolus.

IIII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

SVus quoque heres[c] sub conditione[d] heres potest institui: sed † excipiendus est filius: quia non sub omni conditione institui potest. Et quidem sub ea conditione quæ est in potestate ipsius,[e] potest. de hoc enim inter omnes constat.[f] Sed vtrum ita demum institutio effectum habeat, si paruerit conditioni: an & si non paruerit, & decessit? Iulianus putat filium sub eiusmodi,[g] conditione institutum, etiamsi[h] conditioni non paruerit, summotum[i] esse: & ideo[k] si coheredem habeat ita institutus,[l] non debere eum[m] expectare donec conditioni pareat filius:[n] cum & si patrem intestatum faceret[o]

† *Quidam hic notãt flagitiũ Triboniani, quia isto iure filia fuerit eiusdem iuris, à quib. ego dissentio.*

SVus quoque heres.] CASVS. Hic casus porrigitur vsque ad. l. seq. §. solemus. & iungas hoc principium cum. §. j. in. l. seq. Et dicas ꝙ non solum extranei possunt institui heredes sub conditione casuali & mixta & potestatiua: quamuis non exheredentur in earũ conditionum defectum, sed etiam illi qui possunt esse sui heredes, quamuis non nũc sint, sicut nepotes sunt: & deinceps cæteri liberi quos præcedit pater eorum vel auus, vel alij superiores, quãuis possunt redigi ad suorum conditionem dicti instituti per mortem dictorum qui eos præcedunt ad testantem. postea reuertaris ad secundũ responsum huius. l. & dicit ibi quòd filius testatoris nõ potest sub omni conditione institui nisi in eius defectũ exheredetur, sed sub potestatiua sic. Pone ergo ꝙ filius fuit institutus sub conditione potestatiua. nũquid ita demum habebit effectum dicta institutio filij. s. vt faciat filius patrem non decedere intestatũ si pareat conditioni, an non etsi non pareat? & distingue, an habet coheredem dictus filius, aut non. si habuit coheredem, & non pareat dictæ conditioni potestatiuæ, summotus est filius prædictus à faciẽdo patrem decedere intestatum quãtum ad partem coheredis sui: & ideo dictus filius coheres potest adire pro parte sua hereditatẽ antequam certum sit vtrum dictus filius pareat dictæ conditioni, vel non quãuis expectare deberet dictus coheres si verum esset ꝙ filius non in parendo conditioni faceret in totum patrem decedere intestatum. si autem non habuit filius coheredem, bene facit patrem intestatum decedere si non pareat dictæ conditioni potestatiuæ. Sed quæ est potestatiua conditio? Respondet iuriscõsultus, nõ potest hoc definiri: quia magis est in facto quàm in iure. vnde cõmittitur iudici videndum quæ sit potestatiua conditio. quędam enim videntur potestatiuæ quæ quandoque non sunt, puta instituo mihi heredem filium meum si Alexandriam peruenerit vsque ad. xv. dies. nam si conditio hyemis est talis quòd non potest adimplere, non est potestatiua: potest etiam esse potestatiua dicta conditio si dictus filius erat prope Alexandriam per vnum miliarium puta. Item & hęc conditio potest esse non potestatiua, imò valde difficilis: puta instituo mihi filium meum heredem si. x. Titio dederit vsq; ad. xv. dies. puta si Titius est vltra mare forte, & filius institutus Bononiæ. Sed pone ꝙ dictus filius sub potestatiua conditione institutus non habuit coheredem de quo dictũ est: sed habuit substitutum. certè viuo filio non erit heres substitutus, scilicet cum talis sit dicta cõditio potestatiua vt vltimo momento vitæ filij possit adimpleri: puta si. x. Titio dederit, heres esto. sed post mortem filij, & non adimpleta dicta conditione ab eo, bene erit heres substitutus: nec in hoc casu est necesse quòd pater exheredet filium à substituto si nõ adimpleat filius dictam conditionem potestatiuam. imò & si facta sit exheredatio, nullius momenti est, & non habet effectum, quia videtur facta post mortem filij: quam exheredationem non valere ostendimus. ꞩ. de libe. & postu. l. Gallus. §. in omnibus. Si autem diceres necessariam esse exheredationem à substituto, vel à sequẽtibus gradibus: iã eueniret inconueniens quia per consequens esset necessaria exheredatio filij à coherede suo. est ergo verum generaliter ꝙ filius institutus sub potestatiua conditione nõ est exheredatus in eius defectũ. Sed pone quòd filius fuit institutus sub potestatiua conditione, & non habuit substitutũ, nec coheredem: & pendente dicta conditione incipit decedere dictus filius. nunquid erit antequam moriatur heres patri suo ab intestato? & distinguitur inter conditiones potestatiuas: quia aut fuit talis quæ vltimo momento vitæ filij non potuit adimpleri per filiũ: puta si Alexandriam perueneris tu filius, heres esto. aut potuit primo casu intestatus patri heres esse dictus filius: secundo non. Viuian.

c ¶ *Suus quoque heres.* i.[a] qui potest esse suus: vt nepos[b] pronepos, & deinceps: *vt. ꝭ. eo. l. ij. §. j.* Sed est. l. iij. prout est ibi lex, apud Iulianum. Accursius.

d ¶ *Conditione.* quia non sub casuali,[c] nisi in eius defectum exheredetur: *vt. C. de insti. & substi. si pater.*

e ¶ *In potestate*[d] *ipsius.* vt si dederis illi vnum nummum, vel aliquid leue: *vt. ꝭ. eo. l. j. §. puto.* Accursius.

f ¶ *Constat.* est enim pro pura habeda: *vt. ꝭ si quis omis. cau. testa. l. j. §. qui sub conditione.* Debet ergo cõditio esse possibilis.[e] & honesta: *vt. ꝭ. de cõdi. Insti. l. filius. & l. si. & ꝭ de condi. & demõ. l. Lucius.* Ioan. Sed hodie omne grauamen reiicitur quãtum est in debito bonorum subsidio: *vt. C. de inoffi. test. l. quonia.* ¶ Sed quid si sub mixta[f] fuerit institutus filius? H. distinguit: aut impeditur casu, aut sponte sua non vult parere. si casu, ab intestato est heres. si sponte, repellitur. Ioan. cõtra. dicit enim ab initio nullam esse institutionẽ. *arg. ꞩ. de arb. l. litigatores. §. idẽ. Iul. & l. item si vnus. § sic. si in duos. & adde quod no. C. de instit. & subst. l si pater.*

g ¶ *Eiusmodi.* conditione potestatiua.

h ¶ *Etiamsi, aliàs si.* aliàs etiam si. & abũdat etiam. *sic. C. de manu. testa. l. fi. §. j.* Vel dic quòd innuat idẽ in cõtrario casu. *sic. ꝭ. de ver. obli. l. quicunque. §. si quis.* Vel adiunge ad dictionem, filium.

i ¶ *Summotum.* i. summouendum: *vt. ꝭ. si quis omis. cau. testa. l. j. §. qui sub conditione. & ꝭ. de secu. tab. l. sub conditione. §. sed & si is.* etiam colligitur. ꝭ. *de condi. insti. l. ij. & ꝭ. de leg. pra. l. item à substituto.* ¶ Sed quid si fuit iussus, sed non potuit? videtur admitti, quasi nec sit potestatiua secundum. Io. Sed contra videtur inspici generalitas: *vt infra proxi. §..*

k ¶ *Et ideo.* quia filius potest institui sub potestatiua, & valet testamentum: & ideo, &c.

l ¶ *Institutus.* sub conditione potestatiua.

m ¶ *Eum.* coheredem.

n ¶ *Pareat filius.* imò statim adire debet: & si postea filius non pareat conditioni, & sic decesserit, non facit patrem intestatum: & accrescit eius portio coheredi. H. at substitutus expectat: *vt. ꝭ. eo. §. sed & si filio.*

o ¶ *Faceret.* i. facere posset: vt quia sub mixta esset institutus. nã

a *Is qui suus esse potest, nõ potest institui sub quauis cõditione.*

b *Nepos an possit institui sub cõditione. v. Gloss. in. l. 4. in verb. erat. C. de inst. & substit.*

c *Vtrum filius possit institui sub cõditione casuali.*

d *Vtrum sub potestatiua cõditione filius possit institui. v. Campegiũ de dote parte. 1. quæst. 29.*

e *Quid si pro parte possibilis & pro parte impossibilis? dic valere pro eã parte ꝑ qua est possibilis. Alex. in. l. impossibilis. ꝭ. de verb. obli. & Bart. in. l. 1. in. fi. de condi. inst.*

f *Vtrum sub mixta conditione fili⁹ possit institui. adde. Gl. in. l. 1. in verbo erat. Cod. de institutionib.*

duas habet tunc vias filius: vel quòd non pareat conditioni, & dicat nullum testamentum. vel quòd velit parere, & tunc eo parente. i. adimplente conditionem, admittitur coheres, *arg. ȝ. de inst. testa. l. filio.* sic & alias instituti expectant prǫteritos: *vt. j. de contra tab. l. illud. §. fi.* Vel dic faceret. i. si diceremus fieri patrem intestatum si filius non pareat conditioni potestatiuæ: debet coheredes expectare: vt modò dixi de mixta. quod tamen dicere non debemus: vt statim subiicit. Vel dic faceret quando non habet coheredem vel substitutum: & dic expectare debet filius vsque ad finem vitæ suæ: vel post mortem.

a ¶ *Quæ sententia.* scilicet vt valeat testamentum filio instituto sub potestatiua: & sic non possit filius dicere nullum testamentum, vt subiicit: cum habeatur pro pura vt dixi: & hoc si habeat coheredem vel substitutum: aliàs facit nullum non parendo, & patrē intestatum. vel vltimo vitę spiritu viuens quando non poterat impleri in fine vitę: vel post mortem filij quādo potest impleri in fine vitæ: *vt j. eo. l. apud Iulianum. & j. de condi. insti. l. fi.*

b ¶ *Definiri.* id est, pro regula tradi hoc quod sequitur, facti potestas est vtrum, &c. id est, an facile de facto possit adimpleri: sed & iuris est: *vt. j. de condi. insti. l. filius.*

c ¶ *Indifficilis,* id* est, valde difficilis. *sic. ȝ. de libe. & posthu. l. Gallus. §. ille casus. & facit. ȝ. si quis cau. l. ij. §. quod diximus.*

d ¶ *Ad generalem definitionem.* scilicet prędictam, facti potestas, &c. vt consideretur an [b] possit de facili adimpleri, vel non: & sic ad arbitrium iudicis refertur. *sic. ȝ. de impen. l. pe. §. fi. & de vsur. l. mora. & de legi. & senatuscon. l. non possunt.* 2. Vel generalem definitionem considera, quod generalius & frequentius fit. nam & hoc si exierit de scholis, est potestatiua: licèt accidere possit quòd exire non possit: sed frequentius contingit quod possit.

e ¶ *In eius potestate.* & quæ [c] potest impleri vltimo momento vitæ & sic non erit substitutus heres viuente filio: sed nec exheredari potest in hoc casu: quia [d] post mortem suam inuenitur exheredatus: secus si sit alia cōditio potestatiua quæ non potest impleri vltimo vitæ momēto. tunc enim etiam viuente filio potest substitutus heres esse, scilicet ex quo certum sit conditionem impleri non posse per filium: *vt j. de condi. insti. l. fi.* & hæc est ratio in primo casu, vt quamdiu viuit filius, non sit locus substitutioni: quia quamdiu [e] locus est institutioni, non est locus substitutioni.

f ¶ *Heredem substitutum.* cum vltimo vitæ spiritu possit impleri conditio. Azo.

g ¶ *Extaturum.* q̄a tūc primum sit verū defecisse cōditionē. Azo.

h ¶ *Substituto filij.* aliàs filio: aliàs filij. & est sensus, quòd valet secundus gradus licèt ab eo nō sit filius exheredatus: *vt & ȝ. de lib. & posthu. l. si posthumus. §. quod vulgo.*

i ¶ *Frustra est.* scilicet facta.

k ¶ *Ostendimus.* vt *& ȝ. de libe. & posthu. l. si ita. §. fi. & l. Gallus. §. in omnibus.* & huius ratio est ideo, quia non potest locum habere exheredatio donec conditio institutionis impleri potest. at impleri potest quamdiu viuit filius: & sic viuente filio non habet locum exheredatio: postea frustra fieret, *vt hic & in dictis legibus. & j. de bo. lib. l. si libertus sub §. æstimo.*

l ¶ *Alioquin.* i. si diceres in superiori casu filium exheredari debere, cum rectè sit institutus. s. sub cōditione potestatiua: similiter diceres & in hoc alio casu à coherede debere exheredari vbi rectè fuit institutus sub conditione potestatiua: *vt. ȝ. eo. l. j. §. j.* quod est falsum. nam vbi rectè est institutus, exheredari non debet: *vt. ȝ. de libe. & postu. l. si posthumus. §. quod vulgo.* æquipollet enim ei qui est infra *eo. l. iam dubitari.*

m ¶ *Apud. Marcellus notat.* aliàs lex, alias. §. incipit. & dic notat, addendo.

n ¶ *Vltimo vitæ.* Contra. *j. de condi. & demon. l. hæc conditio.* Sed ibi sub. etiam. & facit. *C. de contrahen. stipu. l. si.*

* Sic Flo. rectè. i. in potestate iudicis est qui iudicat de facto.

* indifficilis.

† Definitio & etymologia vbi simul concurrunt, magis statur definitioni. *Bar. in l. 1. §. 1. ȝ. de su. idem Paulus de Castr. in l. pen. ȝ. de iust. & iure.*

a Indifficile, pro valde facili.

b Generalis definitio hic an ea sit quæ de facili potest adimpleri: an quæ arbitrio iudicis: an quæ frequentius fit vel accidit.

c Cōditio potestatiua impleri potest vltimo vitæ spiritu.

d Exheredari nemo post suā mortem potest.

e Substitutioni non est locus, quamdiu institutioni locus esse potest.

non parendo conditioni, proculdubio expectare deberet. Quæ sententia [a] probabilis mihi videtur: vt sub ea conditione institutus, quæ in arbitrio eius sit, patrem intestatum non faciat.

Conditio dicitur potestatiua vel non, secundum id quod frequenter accidit. Bartolus.

1. ¶ Puto rectè generaliter definiri: [b] vtrum in potestate fuerit conditio, an non fuerit, facti potestas* est. Potest enim & hæc, *Si Alexandriam peruenerit:* non esse in arbitrio, per hyemis conditionem. Potest & esse, si ei qui à primo miliario Alexandrię agit, fuit imposita. Potest & hæc, *Si decem Titio dederit:* esse in difficili, [c] si* Titius peregrinetur longinquo itinere, propter quæ ad generalem definitionem [d] recurrendum est. †

Sub conditione potestatiua quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu viuo filio, non admittitur substitutio: nisi in ea dies fuerit adiectus: secus si vltimo vitæ spiritu impleri non potest. hoc dicit cum principio l. sequentis. Bartolus.

2. ¶ Sed & si filio sub conditione quæ in eius potestate [e] est, herede instituto, nepos sit substitutus siue extraneus: puto viuo filio nō extaturum heredem substitutum, [f] post mortem verò extaturum, [g] nec necessariam à substituto filij [h] exheredationē: cum & si fuerit facta, frustra est. [i]* post mortem enim filij facta est quam inutilem esse aliàs ostendimus. [k] Opinamur igitur filium si sit institutus sub ea conditione, & sit in eius potestate non indigere exheredatione à sequentibus gradibus: alioquin [l] & à coherede indigebit.

V. *Apud* Iulianum libro vicensimonono Digestorum.* MARCELLVS. *notat.* [m]

SI eiusmodi sit conditio sub qua filius heres institutus sit, vt vltimo vitæ [n] eius tempore certum sit eam existere non posse, & pendente ea decedat: intestato patri heres erit: [o] veluti*, *Si Alexandriam* [p] *peruenerit, heres esto.* Quòd si etiam nouissimo tempore impleri potest, veluti, *Si decem Titio dederit, heres esto:* contra puto. [q]

o ¶ *Heres erit.* & transmittit ad suos heredes: & hoc nisi habeat substitutum: *vt infra. l. proxi. & infra de condit. instit. l. fina. ibi, nam superior quidem species, &c.* vel ad coheredem: *vt supra ead. l. §. j.*

p ¶ *Alexādriam.* cùm sit prope. aliàs non esset potestatiua: *vt. ȝ. eo. l. suus. §. puto.*

q ¶ *Contra puto.* non enim erit filius heres ab intestato, nec transmittit: sed alij sequentis gradus admittuntur: cum nec hic sit substitutus vel coheres: *vt infra de condi. insti. l. fin. §. altera.*

* Verba Iul... ex persona ... lla. locum ...

* In vulg. ... lex, Apud ... atque ita ... go citari solet.

S*Ed si in conditione.*] CASVS. Filius fuit institutus sub potestatiua conditione, & fuit ei datus substitutus: & in dicta cōditione fuit apposita dies hoc modo: Instituo mihi filium meum heredem si in capitolium intra triginta dies ascenderit. certè si non pareat conditioni dictus filius intra triginta dies, repellitur, & substitutus admittitur. [SOLEMVS.] Institui mihi heredem Titium: ipse Titius ante mortem meam fuit in insulam deportatus, & postea fuit restitutus, & postea ego decessi, certè bene habebit hereditatem meam: quia illud quod euenit ei medio tempore, id est, inter institutionem eius & mortem meam, nihil ei nocet. [SERVVS ALIENVS.] Institui mihi heredem Stichum seruum Titij sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & postea decessi. Titius prædictus dominus dicti Stichi tradidit eundē Stichum fortè ex donat. seruo cuidā quem in mea hereditate reliqui. & ita acquisitus est Stichus hereditati meæ, & mihi si viuerem: & ita deuenit dictus Stichus ad eum casum à quo incipere nō potuisset. nam si meus fuisset tempore dicti mei testamenti in quo eum Stichum heredem institui, vt dictum est: non possem eum instituisse neque purè, neque sub conditione, cum ei non dedissem libertatem cum institutione secundum ista iura. postea dictus Stichus peruenit ad quendam extraneum: qui extraneus bona fide & iusto titulo possedit eum per triennium: & sic eum vsucepit: & sic exiuit de dicto casu à quo incipere non potest: & sic nō videtur peruenisse ad eum casum: & ideo institutio de eo per me facta (vt dictum est) non vitiatur. [SI SERVVM COMMVNEM.] Ego & Titius habebamus seruum cōmunem, & dictum seruum mihi heredem institui cum libertate: & antequam morerer, emi partē suam à Titio quam habebat in dicto seruo. certè quamuis antequam eū redimerem non deberet esse meus heres necessarius, erit tamen nunc. Sed pone ꝙ filium meum impuberem mihi heredem institui, & ei substitui pupillariter dictum seruum mihi communem cum dicto Titio: & postea partem Titij redemit dictus impubes. certè non erit hoc casu necessarius heres impuberis dictus seruus. Sed retento primo casu, nunquid possum dicto seruo adimere libertatem in codicillis quos postea feci? & distinguitur. aut eum redemi à dicto Titio meo socio: & sic fuit factus heres meus necessarius. aut non redemi: & sic non fuit mihi heres necessarius. Primo casu dicta ademptio libertatis non valet, secundo sic. & est ratio quare in primo nō valet ademptio, quia cum eo casu à semetipso libertatem receperit seruus prædictus, iam à semetipso videretur ei adimi libertas: quod esset absurdum: quia sicuti legari sibi à semetipso non potest dictus seruus, ita nec à se herede insolidum & in totum adimi potest ei libertas. Viuianus.

VI. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

Sed si conditioni [a] dies esset adiectus, vtputa, *Si Capitoliũ intra dies triginta ascenderit*: tantundem potest dici, vt si non paruerit conditioni, substitutus possit admitti filio repulso. consequens* est sententiæ Iuliani, & nostræ.

Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. Bartol.

1. ¶ Nepotes autem, & deinceps cæteri qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta, sub omni [b] conditione institui possunt, etsi redigantur ad filij conditionem.

Incapacitas medij temporis institutionem non vitiat. Bart.

2. ¶ Solemus dicere media tẽpora [c] non nocere: vtputa ciuis Romanus heres scriptus, viuo testatore factus est peregrinus, [d] mox ciuitatẽ Romanã puenit. [e] media tempora non nocent.

¶ Seruus alienus sub conditione [f] heres scriptus, traditus est seruus hereditario: mox vsucaptus [g] ab extraneo. Non est vitiata [h] institutio.

a ¶ *Sed si conditioni.* facit [a] *supra. l. proxi. in fi.*
b ¶ *Sub omni.* Instituitur ergo hic nepos ne præmortuo filio viuo auo preteritus nepos rũpat per. l. Vell. *vt. s. de iniu. rest. l. postumorum.* tunc enim sub omni conditione institui potest, *vt hic, & s. eo. l. suus. & j. de suis & le. here. l. j. §. sciendum.* ¶ Quid autem si filius non est? Respon. tunc & idem quod in filiis secundum Ioa. & Azo. [b] vt tantum [c] sub potestatiua conditione possit institui: & hoc subiicit, si redigantur &c. id est, redigi possunt. q. d. prædicto casu vbi filius præcedit sub qualibet, licet possit redigi ad conditionem filij si filius nõ esset: quia tunc vt filius debet institui sub potestatiua tantùm. 2. Alij contra: & dicunt, redigantur, scilicet quo ad alia, nõ quo ad hoc: & pro primo quòd liberi primi gradus plusculum habeant, est. *C. ad Trebel. le. iubemus. §. fin.*
c ¶ *Media tempora.* Tria sunt tempora: tẽpus [d] testamenti, mortis, & aditionis. licet enim in medio eorum extraneus heres fiat non capax, si tamen his temporibus sit capax, satis est: *vt hic, & j. eod. l. si alienum. §. j. & Instit. de here. quali. & dif. §. in extraneis. & facit. infra de secun. tab. l. j. §. sed & si quis. & j. eo. l. quoties. §. seruus cum liber. & l. seruum meum. & infra. l. proxim.*
d ¶ *Peregrinus.* i. [e] deportatus. & sic non capax: [f] *vt. C. de here. insti. l. j.*
e ¶ *Peruenit.* per restitutionem in integrum, vel per indulgentiam principis: *vt. C. de sen. pas. l. j. & l. cum indulgentia.*
f ¶ *Sub conditione.* vt si dederit illi decem, vel simili. aliud fortè si sub ea, cum liber erit: quia alienus seruus sub ea institui potest, sed proprius non: *vt. j. de condi. insti. l. seruus alienus ita.* si ergo esset institutus, fortè vitiaretur institutio si traditus esset seruo hereditario vel ipsi testatori qui peruenisset in eum à quo sic institui non posset. Item bene dicit sub conditione: quia si purè fortè, vitiata esset institutio cum traditus esset seruo hereditario, vel ipsi testatori, quia peruenisset in eum casum &c. & quia sic purè sine adiectione libertatis seruum proprium instituere non potest hoc iure: *vt Institu. de heredi. institu. in princ.* Sed hodie contra: vt ibidem dicitur. Vel dic secundum Ioa. si hereditarius mandasset, esset vitiata, cum non esset cui quæreret si tunc conditio existeret. nam ipsam sibiipsi quæri per seruum istum absurdum est: sed tunc alienatus quærit nouo domino. *& facit supra. §. prox.*
g ¶ *Mox vsucaptus.* i. statim vsucaptus pendente conditione: vt quia aliquo modo bona fide vel iusto titulo peruenit ad illum extraneum possessio hæc.
h ¶ *Non est vitiata.* & sic existente conditione iussu illius domini adire poterit hereditatem, & sibi quærere. H.
i ¶ *Cum libertate.* Dicas quòd alienum [g] non possum instituere cum libertate, etiam si postea fiat testantis, sed sine sic: *vt infra eo. l. si alienum. & supra prox. §.* At proprium cum libertate, & non aliter olim. hodie [h] contra: *vt supra no. proxi. §.* Si autem communem [i] aut cum libertate, & non valet vt sit necessarius, nisi postea partem socij redimat: *vt hic, & j. proxi. respon.* Sed socio accrescebat: *vt Insti. de dona. §. fin.* Hodie contra. nam erit liber & necessarius heres dato pretio partis socio: *vt C. de communi ser. ma. l. j. §. j. ibi, licet ipse communis seruus &c.* Sed simpliciter tenet: *vt. s. eod. l. seruus. in princ.* & etiam hodie accrescit hereditas socio: *vt dict. l. j. de communi ser. ma. & j. ad. l. Falci. l. Plautius. & C. eod. l. ij. & s. pro soc. l. verum. §. seruo communi. & facit. j. l. prox. & l. duo. & j. tit. j. l. si seruus communis.*
k ¶ *Partem.* quæ erat aliena: & sic habet totum.

a Conditioni, quæ diem tacitè continetur, potest dies expressè interdũ adiici.
b In summa de Iusti. Cyn. in. l. si pater ind. tit.
c Nepos patre mortuo, sub conditione tãtũ potestatiua ab auo instituendus.
* idque consequens.
d Capacem hereditatis esse sufficit vno trium temporũ, testamenti, mortis, aditionis.
e Peregrinus a deportato.
f Peregrini incapaces capiẽdi ex testamẽto.
g Instituere seruum alienũ cum libertate nõ possumus: quã si postea fiat testantis.
h Instituere seruũ propriũ, etiam nulla facta mentione libertatũ possumus.
i Instituere seruum communem hodie quemadmodũ possumus.

l ¶ *Non efficietur.* sed voluntarius: *vt. j. tit. j. l. si seruus communis. ij. Responso.* & est ratio: quia quos possum mihi heredes facere necessarios, & filio meo &c. *vt. j. tit. j. l. sed si plures. §. j.* at seruum cõmunem non possum facere necessarium nisi redimam: ergo nec filio meo, licet ipse redimat.

Si seruus cum libertate institutus redimatur in vita testatoris, efficitur necessarius: secus si post mortem. Bartolus.

3. ¶ Si seruum communem cum libertate [i] dominus heredem scripserit, & eum redemerit: necessarius efficietur. Sed si substitutus sit impuberi, & partem [k] redemerit impubes, necessarius non efficietur: [l] vt Iulianus scribit.

Si seruus solus cum libertate instituatur, libertatem recipit à seipso: ideo à seipso adimi non potest. Bartolus.

4. ¶ Sed si sit cum libertate [m] institutus, an ei libertatis datio codicillis adimi possit, apud Iulianum quæritur. Et putat in eum casum quo necessarius fieret, [n] ademptionem non valere: [o] ne à semetipso ei adimatur libertas. Seruus enim heres institutus, à semetipso [p] libertatem accipit. Quæ sententia habet rationem. nam sicuti legari sibi nõ potest, ita nec à se adimi.

VII. IVLIANVS *libro trigensimo Digestorum.*

m ¶ *Cum libertate.* intelligas vbi totus suus erat seruus. nã [a] si communis, non posset insti tui cum libertate. Azo. *vt. s. prox. §. no.* Sed Io. dicit etiam in communi secus.
n ¶ *Fieret.* quod [b] erit si non fuerit alienatus vel manumissus: *vt. Instit. de here. insti. §. seruus autem.* Vel secundum Ioan. quod erit si redimatur.
o ¶ *Non valere.* nam nec in testamento eodem conceditur, nisi [c] admittatur vtraque: *vt s. de liber. & posthum. l. si ita. §. regulam. & fa. Insti. de codicil. §. nec codicillis. in fi.*
p ¶ *A semetipso.* id est ne libertas quam à se habet ei adimatur: seruus enim &c. ¶ Et not. quòd libertas serui instituti cum libertate, non potest alij legari: nec ab ipso instituto adimi & est ratio: quia habet eam à seipso, [d] id est non habet vt heres, quia sic esset res hereditaria, [e] sed vt singulare commodum quod de herede in alium consueuit dari; sed hic ipse sibi, *vt hic & infra de acquirend. here. l. ex parte.* quia ergo nõ habet eam vt heres, nõ potest ei adimi vt heredi. nam &c. sicut à simili, [f] non [g] potest sibi legari libertas: vel ipsemet sibi: cu ipse sit heres: ita nec adimi. *sic infra de adimẽ. lega. l. legata inutiliter. §. fina.* ¶ Sed videtur quòd possit legari sibi ipsemet: *vt. C. de communi ser. ma. l. fin. contra.* Solu. ibi erat alius heres institutus, vnde libertas videtur per ipsum legari sibi: at hic ipse solus est heres institutus. vnde se sibi dare non potest. & sic solu. *infra de lega. j. l. senatus. §. fin. contra.* Nam ibi non erat institutus, quinimo nec [h] sua res potest sibi à se legari: *vt infra de leg. j. & quidem & l. legatum. §. heredi.* Et est alia ratio quare non potest libertas adimi: quia quæ simul [i] data, scilicet hereditas & libertas, non possunt separatim adimi: propter quam rationem etiam hereditas sine libertate adimi non potest: *vt supra de liber. & posthum. l. si ita. §. regulam.* Sed in nostro casu est prædicta specialis ratio. Item & alia, quia si libertas posset adimi, ergo & hereditas: quod non debet esse: *vt Instit. de cods. §. fi.* ¶ Not. ergo quod protinus est liber & heres: *vt Instit. de here. qua. & diffe. in princip. & supra si cer. pe. leg. eius qui.* & est ratio quòd à semetipso, quia sic oportet hereditatem adire quam à semetipso non acciperet: at hic notabiliter tantùm de libertate dixit. ¶ Item cum [k] habeat libertatem à seipso, vt hic, ergo cur non potest ei à seipso legari? Respond. ibi sunt [l] opposita heres & legatarius: vnde [m] in eodem esse non possunt. hic hereditas [n] & libertas non sunt opposita, imò quasi connexa: & hæc est ratio: quia libertas [o] non est res hereditaria: vt dixi. Vel speciale est in libertate.

SI seruus communis.] CASVS. Ego & Titius habebamus Stichũ seruum communem: ego institui eum heredem sub conditione, si nauis ex Asia venerit. & me adhuc existente viuo, Titius prędictus fecit testa. & dedit dicto seruo libertatem sub condi. si Seius consul factus fuerit. postea ego decessi, & dictus Titius similiter: & postea venit nauis ex Asia, & ita extitit conditio institutionis. sed conditio prędicta libertatis pendet adhuc. Certè potest dictus seruus adire hereditatem meam iussu heredis dicti Titij. Sed & si dictus Titius dictum Stichum alienauit pendente condi. libertatis quam ei dederat. siue alienauit eum heres dicti Titij, eo Titio mortuo iussu noui domini adibit hereditatem meam dictus Stichus. Viuianus.

a Instituere seruum communẽ non possumus cum libertate.
b Institutus seruus manumissus, si non alienetur, aut manumittatur à domino, vel si redimatur, defuncto erit necessarius.
c Legendum adimatur.
d Habere libertatem à semetipso is dicitur, qui eam non habet vt hæres, sed vt singulare incommodũ qđ de hærede in alium consueuit dari.
e Hæreditatiũ id dicitur qđ à testatore capimus non ab hærede.
f Argumentũ à simili.
g Legari libertas alicui ab eodem nõ potest: vt nec q̃squam sibi ipsi legari potest.
h Legari cuiquam à se res sua nõ potest.
i Simul data nõ possunt separatim adimi.
k Libertas alicui à seipso legari potest, at non legari. & cur.
l Opposita sunt heres & legatarius.
m Opposita in vno & eodem esse nõ posũt.
n Hereditas & libertas non sunt opposita: sed connexa.
o Libertas nõ est res hereditaria. vt hic. Imò qđdã cõnexũ & inseparabile ab effectu institutionis: legatum nõ est cõnexũ: sed oppositũ. In eandem autẽ personam cadere non potest ius directarũ institutionum & ius obliquũ legatis. *l. si heres. j. ad Treb.*

a ¶ *Si seruus communis.* Tria sunt: nam hereditas sub conditione. Item libertas eodem testamento sub alia conditione relicta fuit. Item postea liber factus viuo testatore. Is erit ergo heres domino voluntarius, si existat conditio hereditatis: licet pendeat conditio in testamento datæ libertatis. ad hoc supra *eo. l. seruus. §. qui fideicommissariam.*

SI seruus communis [a] sub conditione[b] heres institutus, viuo testatore libertatem consecutus sit: etiam † pendente conditione testamentariæ libertatis adire[c] hereditatem potest.

1. ¶ Item siue testator eum alienauerit, siue heres[d] post mortem testatoris: iussu domini[e] hereditatem adibit.

Si hereditatis delatæ à duobus dominis dies simul cedit: seruus vtrique necessarius heres erit. Bart.

VIII. IDEM *libro secundo ad Vrseium Ferocem.*

DVo socij quendam seruũ communẽ testamento facto heredem & liberũ esse iusserant, ruina simul [f] oppressi perierant. Plerique responderunt, nam quamuis sit incertum ex qua parte quilibet eorum sit heres, tamen rectè & certo modo facta est institutio. & est similis dicta institutio isti alij institutioni: vter ex fratribus meis, id est Titio & Mæuio vxorem Seiam duxerit, heres esto: vter non duxerit, heres ne esto. quæ institutio conditionalis est.

hoc casu duobus orcinum * heredem existere. & id est verius.

1. ¶ Sed & si sub eadem conditione seruum communem vterque socius liberum heredémque esse iussisset, eáque extitisset, [g] idem iuris erit.

Error in corpore, vitiat institutionem & legatum.

IX. VLPIANVS *libro quinto ad Sabinum.*

QVotiens † volens alium heredem scribere, alium[h] scripserit, in corpore hominis errás, veluti, frater [i] meus, patronus meus: placet neque eum heredem esse qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur: neque eum quem voluit, quoniam scriptus non est. [k] 1. ¶ Et si in re quis [l] errauerit, vtputa dum vult

b ¶ *Conditione.* Si autem purè, tota hereditas videtur acquirenda socio: *vt infra ad leg. Falci. l. Plautius.* Hug.

† Conditio cuius effectus nihil operatur expectari non debet.

c ¶ *Adire potest.* cum iam extitit conditio hereditatis.

d ¶ *Heres.* id [a] est qui [b] esset heres si hic seruus conditione defecerit. 2. Vel dic coheres [c] qui eum seruũ non existente conditione libertatis, nec aliàs eo libero alienauit: & tunc extitit conditio hereditatis. Sed secundum hoc non videtur quòd posset dare pretium partis: *vt infra titul. j. l. si seruus communis.* ¶ Sed nunquid hæc alienatio per heredem facta seruo adimet libertatem sicut hereditatẽ? Respon. non: *vt infra eo. l. pater filio.*

a Quis fuit ille hæres qui seruum hic alienauit post mortem.

b Imò hic nõ potest: quia pendẽte conditione, & quãdo spes est institutionis, alius substitutus vel ab intestato venire non potest. *l. quandiu. de adquir. heredit. l. antequam. Co. comm. de successionibus.*

c Subaudi in solidũ: & qui etat re tantum coniunctus. *vt not. in l. 2. ⁊. si pars heredit.*

e ¶ *Domini.* noui: *vt infra eo. l. quoties. §. seruus.*

D*Vo socij.*] CASVS. Ego & Titius dictum nostrum seruum communem instituimus heredem nobis: & dedimus quilibet nostrum ei libertatem in testamento. postea simul ambo perimus. certè erit nobis ambobus heres necessarius dictus seruus: quamuis si non perissemus simul, nõ esset ambobus necessarius, sed primo decedenti si eum redemit ante mortem suam: vt supra eo. l. sed si in conditione. §. si seruum. Vel si non redemit, sed communis remansit, non erit necessarius ei, sed socio acquiretur hereditas, vt dictum est in primo casu. Sed & si nos qui simul perimus, vt dictum est, instituimus cum libertate heredem dictum nostrum seruum quilibet sub eadem conditione, & existat conditio: erit similiter vtrique nostrum necessarius heres. Viuianus.

f ¶ *Simul.* nam si alter prius periisset, remaneret seruus alterius cuius solius posset esse amodo necessarius.

d Vbi non apparet quid prius & posterius, ibi iudicandum est de pluribus tanquã simul cõcurrentibus.

g ¶ *Extitisset.* idem & si diuersis, dum tamen eodem tempore existat secundum Ioan. si ergo diuersis temporibus, secus: vt no. ⁊. *in l. sed & si in conditione. § si seruum.*

Q*Votiens.*] CASVS. Cum velllem scribere heredem fratrem meum, ita scripsi: Patronum meum instituo heredem. vel cũ vellem instituere patronum, scripsi fratrem meum. certè neuter habebit: quia in corpore illius quem volebam instituere, erraui. & idem est si in legando erraui in nomine appellatiuo. nam debebitur neutrum: vtputa dum volebam lãcẽ legare, legaui vestẽ. [SED SI NON] Pone ego nõ erraui in corpore, sed in parte: puta cum dictassem ex sex vnciis heredẽ scribi Titiũ, notarius scripsit ex quatuor vnciis: vel egomet scripsi eũ in quatuor. certè erit heres Titius in sex vnciis. sed econtra si volebã Titium scribi heredem in quatuor vnciis, & notarius scripsit eum in sex heredem vel ipse ego: certè erit Titius heres tãtũ in quatuor vnciis. & idẽ in legato. nam si pro centum scripta sunt ducenta: non debebuntur legatario nisi centum. [TANTVNDEM.] Ego volui Titium esse mihi heredem sub conditione, & non aliter: & notarius vel ipse ego non scripsi conditionem in instit. non erit heres Titius. sed econtra si volui Titiũ heredẽ purè instituere, & notarius scripsit institutionem conditionalem; erit Titius heres pure. sed & si volebam instituere heredem in parte dimidia Titium siue quendam qui vocatur Primus: & scriptus est Primus & secundus: solus Primus habebit. [SI QVIS NOMEN.] Ego volens instituere Titium qui erat rubeus, & habebat minus vnũ oculum, ita dixi: instituo mihi heredem Titium rubeum habentem minus vnum oculum. certè erit heres dictus Titius: quanuis nõ nominauerim eum in institutione. si autem non demonstrarem eum certum, nõ valeret institutio. quandoque tamen videretur quibusdam incertus, est tamen certus, & heredit. obtinet, puta si ita dicam, vter ex fratribus meis, scilicet Titio & Mæuio, Seiam vxorem duxerit, ex dodrante heres esto: vter non duxerit, ex quadrante heres esto. [HEREDES.] Heredes dicuntur succedere testatori in iure: quia hereditas est ius: & si plures sunt ab aliquo instituti, omnes æqualiter sunt heredes, nisi testator diuiserit inter eos hereditatem siue ius hereditarium. [SI DVO SINT.] Institui mihi heredem Titium in quatuor vnciis fundi mei Corneliani: & Seium in octo vnciis dicti fundi. certè detracta fundi mentione tantam partem habebit quilibet eorum in tota hereditate mea, quantam ei dedi in dicto fundo: nisi mea cõtraria voluntas appareat. [SI QVIS ITA.] Titius ita scripsit in testamento suo: Stichus seruus meus liber esto: & posteaquam liber erit heres esto. certè simul competit ei libertas & hereditas: & ita erit heres necessarius Titij. [SI QVIS PRIMVM.] Titius instituit sibi heredem Primum in quatuor vnciis hereditatis suæ, & secundum in aliis quatuor vnciis: & ita postea dixit dictus Titius: Si dictus Secundus mihi heres non erit, Tertio facio mihi heredem in octo vnciis. postea Titio mortuo Secundus repudiauit suas quatuor vncias. certè hic Tertius habebit octo vncias in hereditate Titij, i. habebit quatuor vncias quæ non erant alicui datæ iure institutionis. alias autem quatuor vncias quæ erant datæ dicto Secundo qui repudiauit, habebit dictus Titius iure substitutionis. [SERVVS.] Stichum seruum meum institui mihi heredem cum libertate: & postea eum alienaui in Titium. certe iussu Titij adibit hereditatem meam. si autem ante mortem meam eum à Titio redemi, valet prædicta institutio: & erit mihi necessarius heres. [SI SERVVS QVI EX DIE.] Stichum seruum meum institui mihi heredem purè, & volui quod esset liber à Paschate in antea: postea alienaui eum in Titium, vel manumisi. certè valet institutio quam de eo feci, & existet heres Stichus mihi. & intelligas quod eo casu quando fuit manumissus à me, adibit suo arbitrio: quando autem fuit à me alienatus in Titium, adibit iussu Titij. Sed pone quod post institutionem quam de dicto Sticho feci pure, & dationem libertatis post Pascha, alienaui vsumfructum dicti Stichi in Titium. Certè & institutio prædicta valet: & hoc casu differtur dicta institutio in id tempus quo extinguetur dictus vsusfructus: & non sufficit venire diem postquam dedi ei libertatem, nisi & desinat Titius vsumfructum in eo habere. inuito enim fructuario habere nõ potest libertatem. Sed pone quod dicto Sticho dedi libertatem post Pascha: institui autẽ eum heredem purè, vt dictũ est in primo casu. nõ autem alienaui eũ postea vel manumisi. certe veniente Paschate erit heres & liber. Itẽ quid si dedi ei libertatẽ post Pascha, & hereditatem sub cõditione si nauis ex Asia venerit, & non alienaui eum postea vel manumisi, & postea veniat Pascha, & postea conditio? certè liber & heres erit. & hoc dicit. Viuianus.

* Sic Flo. & in omnib. manu... ser. quidam ... sunt quosdam codices habe... re, orcinum & heredem, id ... esse rectius.

† Concor. ... hac prin. c. ... sup. ... in fin. cum ... si. post prin. ... tra de offic. ... lega.

h ¶ *Alium.* recogitans de alio certo. & occurrerit mihi alius quẽ puto esse illum: non imò ibi valuit institutio, sed iure quodam diuino & extraordinario: ergo [a] Iacob heres fuit de iure Isaac, & neque Esau: quia de altero errauit in corpore, de alio noluit.

i ¶ *Frater.* aut credo hũc Seium esse Titium fratrem meum, cum non videam: & non valet: *vt hîc.* aut credo hunc Seium esse fratrem: & obtinet. *C. eod. l. si pater.* aut non credo, sed [b] fratrem nomino: *vt. ⁊. eo. l. nemo. §. qui frater.* aut in nomine tantum proprio erro: *vt. C. de testa. l. si quis in nomine. & ⁊. de rebus dubiis. l. qui habebat Flaccum. & facit. ⁊. de iure delibe. l. fin. & . C. de testa. l. neque professio.*

k ¶ *Non est.* nec nuncupatus. *& facit. ⁊. de suppel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. & de rebus dub. l. in ambiguo. & pro emp. l. ij. §. cum Stichum.*

l ¶ *In re quis.* aliàs est in rebus quis: id est appellatiuis nominibus: aliàs est, in reliquis: id est nominibus rerum appellatiuis. *& facit. ⁊. de leg j. l. iiij.*

a Institutio est nulla quotiens erratur in corpore instituti. Itaque de iure Iacob non fu... rit heres p... tris sui Isaac: quia Isaac e... rauit in co... pore credens eum esse Esau *vt hîc.* nisi quis dicat Iacobum etiam de iure heredem fuisse: cum Isaac non fuerit omnino erra... sed dubitans quod ex verbis appare... (vox Isaac, ... nus Esau.) & illa dubitatione institu... voluerit. Præterea certi... factus rei ge... stæ institu... nem compro... bauit.

b Institutio an vitietur, si cum appello fratrẽ meum qui mihi frater non est.

Hoc

lancē relinquere, veſtē leget: neu trū debebit. hoc, [a] ſiue ipſe ſcripſerit, ſiue ſcribendū dictauerit.

Error in quantitate continua vel diſcreta diſpoſitionē nō vitiat: & qđ eſt dictū, præualet ei quod eſt ſcriptū. Bar.

2. ¶ Sed ſi non in corpore errauit, ſed in parte, [b] puta ſi cū dictaſſet ex ſemiſſe [c] aliquē ſcribi, ex quadrante ſit ſcriptus: Celſus libro duodecimo Quæſtionum, Digeſtorū vndecimo, poſſe defendi ait, ex ſemiſſe heredem fore: quaſi plus nuncupatum [d] ſit, minus ſcriptum. quæ ſententia reſcriptis adiuuatur generalibus. Idemq; eſt & † ſi ipſe teſtator minus ſcribat, cū plus vellet adſcribere. 3. ¶ Sed ſi maiorem [partē] adſcripſerit teſtamentarius, [e] vel (quod difficilius eſt probatione) ipſe teſtator, vt pro quadrante ſemiſſem: [f] Proculus putat ex quadrāte fore heredē, quoniā ineſt quadrās in ſemiſſe [g] quā ſententiam & Celſus probat.

4. ¶ Sed & ſi quis pro cētū, [h] ducenta per notam [i] ſcripſiſſet: idem † iuris eſt. nam & ibi vtrūque ſcriptum eſt, & quod voluit, & quod adiectum [k] eſt. quæ ſententia non eſt ſine ratione.

Error in conditione quam quis deſtinauit inſerere, inſtitutionem vitiat. Bartol.

5. ¶ Tātumdē Marcellus tractat & in eo qui conditionē deſtinans inſerere, non addidit. nam & hunc pro non inſtituto putat. [l] Sed ſi conditionem addidit, dum nollet: detracta ea heredem futurum: [m] nec nuncupatum videri, [n] quod contra volūtatē ſcriptum eſt. quam ſentētiam & ipſe & nos probamus.

6. ¶ Idē tractat & ſi teſtamētarius [o] contra voluntatem teſtatoris conditionem detraxit [p] vel mutauit, heredem non futurum, [q] ſed pro non inſtituto habendum.

Perſona inſtitutioni adiecta per errorem, heres non erit. Bart.

7. ¶ Sed ſi cum † primum [r] heredem ex parte dimidia ſcribere deſtinaſſet, primum & ſecundū ſcripſit: [ſ] ſolus primus ſcriptus heres videbitur. & ſolus heres exiſtet, quaſi ex parte dimidia inſtitutus.

Sufficit heredem demonſtrari aliter quàm nomine proprio. Bart.

8. ¶ Si quis nomē heredis quidē non dixerit, ſed indubitabili ſigno † eū demonſtrauerit, quod penè nihil à nomine diſtat, nō tamē eo quod contumeliæ [u] cauſa ſolet addi, valet inſtitutio.

9. ¶ Heres [x] inſtitui, niſi vt certè † demōſtretur, [y] nemo poteſt.

Sufficit perſonas eſſe certas: licet portionum diſtributio ex futuro euentu dependeat. Bart.

10. ¶ Si quis ita dixerit, *Vter* † *ex fratribus meis Titio & Mæuio Seiā vxorē duxerit, ex dodrāte: vter nō duxerit, ex quadrante heres eſto*: hic rectè factā inſtitutionē eſſe certū eſt: [z] ſed quis ex qua parte, incertū. 11. ¶ Planè erit ſimilis inſtitutio ſi ita facta fuerit, *Vter ex ſuprāſcriptis fratribus meis Seiā vxorem duxerit, heres eſto.* Sed & hanc puto valere inſtitutionem, quaſi † ſub conditione [*] factam.

Per inſtitutionem ſucceditur in ius defuncti: & plures in dubio intelliguntur æqualiter inſtituti. Bart.

12. ¶ Heredes, iuris ſucceſſores ſunt: [a] & ſi plures inſtituantur, diuidi † inter eos à teſtatore ius oportet. quod ſi nō fiat, omnes æqualiter [b] heredes ſunt.

Plures inſtituti in re certa diuidūt ſibi hereditatem æqualiter, niſi teſtator manifeſtiſſime aliud voluit. Bart.

13. ¶ Si duo ſint heredes inſtituti; vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe eiuſdē fundi: Celſus expeditiſſimā Sabini ſentētiā ſequitur, vt detracta [c] fūdi mētione, quaſi ſine partib9 [d] heredes ſcripti hereditate potirētur, ſi modò volūtas patrisfamilias manifeſtiſſimè nō refragat[ur].

Dictio poſtea, nō impedit diē hereditatis & libertatis ſimul cedere. Bar.

14. ¶ Si quis ita ſcripſerit, *Stichus liber eſto: & poſtea* [e] *quàm liber erit: heres eſto*: Labeo, † Neratius & Ariſto opinātur detracto verbo medio, *poſtea*, † ſimul ei & libertatem & hereditatem [f] cōpetere. quæ ſententia mihi quoque vera videtur. 15. ¶ Si quis primum [g] ex triente, ſecundum ex triente heredē inſtituerit: & ſi ſecundus heres non erit, tertium ex beſſe heredem ſcribat: hic ſecundo repudiante, beſſem habebit non ſolùm iure ſubſtitutionis, [h] ſed & inſtitutionis: id eſt trientē iure ſubſtitutionis trientem iure inſtitutionis.

16. ¶ Seruus cū libertate heres inſtitutus, ſi ſit alienatus, iuberi adire [i] ab eo poteſt cui alienatus eſt. [k] Sed ſi redemptus ſit à teſta-

a ¶ *Hæc*. ſ. verum eſt.
b ¶ *In parte*. ſc. quota rerum. Azo.
c ¶ *Ex ſemiſſe*. Imò videtur ex quadrante: *vt infra de lega. j. qui quartam. ij. reſponſo.* Sol. vt ibi.
d ¶ *Nuncupatū. fa.* ſ. *eod. l. j. §. ſi autem. & j. de condi. & demon. l. cum autem.*
e ¶ *Teſtamentarius*. id eſt, ſcribens teſtamentum.
f ¶ *Semiſſem*. ſcilicet ſcripſit.
g ¶ *In ſemiſſe*. Maiori b ſummæ minor ineſt. *ſic. ſ. de arbi. l. diem §. ſi plures. & de pecu. l. hinc quæritur. & j. de verbor. obligat. l. j. §. ſi ſtipulanti. & de re iudica. l. ſi quis cum reo.* Item facit. *C. de teſta. l. errore. & ſ. de ſta. hom. l. imperator.*
h ¶ *Pro centum*. quæ relinquere volebat.
i ¶ *Per notam*. i. [c] ſignum repræſentans, nempe. cc.
k ¶ *Adiectum*. i. ſuperfluum.
l ¶ *Putat*. Imò [d] videtur pure inſtitutus: *vt. C. de inſti. & ſubſtit. l. pe. & j. de lega. ij. l. cū pater. §. ſi contra.* Solu. eſt pro non inſtituto, ſ. ſic vt diſtinauit: ſed pure. Sed huic ſo. *ob. ſ. eo. §. ſed ſi non in corpore.* vbi voluntas præualet ſcripturæ, Sed ibi dictauit: hîc tātùm in corde deſtinauit. 2. Vel dic, morte præuētus nō addidit: non inſtituturus ſine cōditiōe: at ſecus in cōtrario ſecūdū R. 2. Vel hęc eſt opi. Mar. quæ non tenet, vt in ſimili caſu. *ſ. e. l. ij.*
m ¶ *Heredem futurū*. putat Marcellus. Io.
n ¶ *Videri*. ſc. putat repete. Io.
o ¶ *Si teſtamētarius*. i. [e] ſcribens teſtamentum: vt eſt tabellio: *vt ſ. ea. l. §. ſed ſi maiorē.*
p ¶ *Detraxit*. omnino. Azo.
q ¶ *Non futurum*. ſc. purè. H. ſed prout teſtator voluit. ſ. ſub cōditione: *vt. ſ. ea. l. §. ſed ſi maiorem.*
r ¶ *Primum*. ſ. ſolum.
ſ ¶ *Scripſerit*. ex dicta dimidia. & dic deſtinaſſet, licet nō ſit ſcriptum: *vt. ſ. §. ſed ſi non in corpore.* Accur.
c Bonorum possessio iuris ea dicitur quæ non est plena, quæ non trahit secum plenum effectum, puta distrahendorum bonorum.
d Bonorum possessio facti, plena est.
e Bonorum possessio quæ decernitur instituto in die incertum, iuris est seu à iure permissa: at nõ facti, seu plenum effectum habens.
f Alienationes igitur factæ medio tempore ab instituto in diem, existente die confirmantur.

a Imò habemus l. j. de iure deliber. & l. j. de successorio edicto.
b In institutione heredis magis est periculũ, ideo non est ita grauandus.
† Hoc est inter prima dilationẽ datam heredi. l. ad prætor. j. de iure delib. vel postquã creditores in possessione fuerint antequam hereditas adeatur. l. si diu. j. quib. ex causis in possessionem eatur.
† Qui alliis locis semper vocantur curatores.
* curatorem
* scilicet Sabinus.
c Vide hic totum.
d Ægritudo solutionem non differt.
e Amplia hanc Glo. vt procedat, etiam sententia sicut & in litis contestatione: & vt not. in. l. in. extra de rer. iudi. & hanc Glossam Bart. cõmendat hic: & plenius in d. l. ij. §. si quis in iudicio. s. si quis cau.
f Procuratorem æger debet mittere.

Alteróque

a ¶ *Alteróque mortuo.* ad hoc *infra de lega.* j. *l. si fundum.* §. *his verbis.* & *.j. eo. l. Cornelius.* Accur.

b *Q*Via.] *Substitutio.* s. vulgaris, quæ [a] fit hoc casu verbis affirmatiuis. *sic. C. eo. l. fi.* regulariter contra. *vt Inst. de vulga. substi.* §. j. Accur.

[a] Substitutio vulgaris regulariter non fit verbis affirmatiuis.

c *I*Dq.] *Senatus.* cuius nomen non habemus.

*S*I te solum.] C A S V S. Ex parte dimidia hereditatis meæ Titium solum pure heredem institui: & ex altera dimidia institui eundem sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & ei substitui Seium hoc modo: Si Titius mihi heres nó erit, substituo ei Seium: & postea decessi. nunc Titius repudiauit hereditaté meam, pendente adhuc conditione prædicta. vnde Seius substitutus adiuit hereditatem pro illa dimidia ex qua purè institueram Titium. modò quæritur, vtrum pendente conditione vel penitus deficiente possit dictus substitutus esse heres etiam ex illa alia dimidia ex qua Titius fuit institutus sub dicta códitione? Et dicitur quòd sic. Sed quid si dictum Titium institui heredem in totum purè, & postea eúdem sub conditione? Certè nihil valet secúda institutio. Item quid si institui dictum Titiú in tota hereditate sub dicta conditione: & postea instituam eundem si Gaius Consul factus fuerit? Certè quæcunque conditio prius existat, erit heres tuus: & secunda institutio non valebit. & h. d. Viuian.

† Substitutio sicut in legatis fit in hereditatibus. vt hic. & l. heredibus. j. de lega. 2.

d ¶ *Substituero.* tibi in partem illam tantùm ex qua sub conditione te institui. Accur.

e ¶ *Non existente.* nunc respondet.

f ¶ *Sequentem institutionem.* nisi [b] habeat coheredem: *vt. j. eod. l. si quis ita scripserit.* Azo. Sed videtur contra. *j. de cond. & demon. l. nam ad ea.* Sed ibi [c] in legatis: hic in institutionibus: *vt & .j. tit. j. l. fi.* §. *fi.* Accur.

si vterque viuat, ambo heredes esse: altero mortuo, [a] eú qui superit, ex asse heredem fore:

XXV. V L P I A N V S *libro sexto Regularum.*

*Q*Via tacita substitutio [b] inesse videatur institutioni.

XXVI. C E L S V S *libro sextodecimo Digestorum.*

*I*Dq; † & in legato eodem modo relicto senatus [c] censuit.

Si prima institutio est plena, secunda in eodem testamento facta nihil operatur. & idem vbi sub pluribus conditionibus disiunctiuè relinquitur. Bart.

XXVII. P O M P O N I V S *libro tertio ad Sabinum.*

*S*I te solum ex parte dimidia purè, ex altera sub códitione heredé instituero, & substituero [d] tibi: non [e] existente conditione, substitutum ex eadé parte heredem fore Celsus ait.

1. ¶ Sed si te heredé instituero, & deinde sub conditione te eundé instituam: nihil valere sequenté institutioné, [f] quia satis plena prior fuisset. 2. ¶ Sed si plures institutiones ex eadé parte [g] sub diuersis conditionibus fuerint factæ: vtra prior conditio extiterit, id faciet [h] quod supra diximus, si purè & sub conditione idem instituatur.

Varietas ordinis institutionem non vitiat. Bartolus.

XXVIII. V L P I A N V S *libro quinto ad Sabinum.*

*S*I quis ita institutus * sit, *Titius heres esto, si Secundus heres non erit:* deinde, *Secundus heres esto:*

* Vulgata editio habet substitutus. sed omnes manuscr. cum ill. libro, institutus.

b Hoc est ibi habebat coheredem, hic nó: vel dic, ibi pro parte purè, pro alia sub conditione. Hic primò purè secundò sub conditione.

c In institutionibus præualet institutio plenior: in legatis, vltima.

d Id est hæc conditio disiunctim posita est non copulatiuè.

g ¶ *Eadem parte.* in genere eadem: puta instituo te ex triente si imperator intrauerit Italiam: te eundem, si nauis venerit in Asia, instituo in alio triente. 2. Vel dic quòd sit eadem omnino: vt instituo te si imperator intrauerit Italiam, ex triente: & si nauis ex Asia venerit, in eodem triente. & dic [d] quòd disiunctim posuit conditionem. secus si copulatiuè: quia tunc omnes debent existere: *vt Inst. eo.* §. *pen.* & *infra de verbo. obliga. l. si quis ita stipulatus.* & *infra tit. ij. l. si plures.* 3. Vel dic vt in. l. illa, si plures. not. Item facit in eo. tit. l. si heredi.

h ¶ *Id faciet.* vt quæcunque existat, faciat institutionem valere. Accursius.

*S*I quis ita.] C A S V S. Ita dixit testator: Titius heres esto, si Secundus heres nó erit. & postea dixit, Secundus heres esto. certè quamuis vltimò sit scriptus Secundus, tamen primò erit heres si voluerit: & si non voluerit heres esse, tunc demum erit heres dictus primus. & hoc dicit. Viuian.

[e] Ordinis peruersio non nocet.

i ¶ *Placet.* vt. j. titu. j. l. ij §. *fina.* & *de secun. tabu. l. ij.* §. *si quis ita scripserit.* & .j. *eo. l. quo loco* & *l. ex facto.* ¶ Item not. hic quòd [e] nó nocet ordinem peruerti, [f] cum demum omnia locum habent perfecto testamento, & mortuo testatore.

[f] Nomina & verba transposita idem significant. Bal.

*H*Oc articulo.] C A S V S. Ita dixit testator: Titius & Seius quanta quisque eorum ex parte heredem me habuerit scriptum, heres mihi esto. mortuo dicto testatore inuenitur quòd Titius eum testatorem instituerat iam heredem in dimidia pone bonorum suorum: Seius autem in nihilo. modò quæritur, vtrum dictus Titius & Seius possint esse heredes dicti testatoris, vel etiam aliquis eorum? Et certè inspicere debemus testatoris voluntatem. si autem illa non appareat, de stricto iure nullus eorum erit heres: quia per dictum articulum, quisque, omnes significantur, sed de æquitate Titius erit heres pro tanta parte quanta testatorem instituerat. i. pro dimidia, Seius autem in nihilo. & h. d. Viuianus.

† Non primò igitur nominatus, sed qui prius succedet, locum instituti occupabit.

placet [i] primo † gradu Secundú esse institutum.

Nomen quisque, propriè est collectiuum: sed fauore institutionis vt distributiuum assumitur. Bart.

XXIX. P O M P O N I V S *libro quinto ad Sabinum.*

*H*Oc articulo *quisque,* [k] omnes [l] significantur: & ideo Labeo scribit: si ita scriptum sit, *Titius & Seius, quanta quisque eorum ex parte heredem me habuerit* [m] *scriptum, heres mihi esto.* nisi omnes [n] habeant scriptum heredem testatorem, neutrum heredem esse posse: quoniam [o] ad omnium factum sermo refertur. in quo [p] puto testatoris mentem respiciendam. Sed humanius est, [q] eum quidem qui testatorem suum heredem scripserit, in tantam [r] partem ei heredem fore. qui autem eum non scripserit, nec ad hereditatem eius admitti.

XXX. V L P I A N V S *libro vicensimoprimo ad Edictum.*

*P*Ignori obligatum seruum necessarium domino posse fieri imperator Seuerus rescripsit: ita tamen, si paratus sit prius creditori satisfacere. [s]

Et liberi & serui possunt heredes institui. Bartolus.

XXXI. G A I V S *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

*N*On minus [t] seruos quàm liberos heredes institueré possumus: si modò eorum scilicet serui sint, quos ipsos heredes instituere possumus:

k ¶ *Quisque.* al. quisquis. Accur.

l ¶ *Omnes significantur.* [a] vt. C. *de pact. l. si creditores.*

[a] Verbú collectiuú vniuersale ponitur p distributiuo. Cæterú de nominibus collectiuis & distributiuis. vide hic Bart.

m ¶ *Habuerit.* scilicet iam: vt hoc verbum, habuerit, præteriti temporis sit. secus si futuri: *vt. j. de iis quæ pro non scrip. l. j. in fin. quæ est contra.* & *.j. eod. l. si ita quis.*

n ¶ *Omnes.* Verbum [b] plurale diuisum geminat significationem singularis: *vt infra de condi. & demonstra. l. falsa demonstratio.* §. *fina.* & *infra eodem. l. pater.* Azo.

[b] Verbú plurale diuisum geminat significationem singularis.

o ¶ *Quoniam.* Not. quòd ad omnium factum sermo refertur, in [c] quo puto testatoris mentem inspiciendam.

[c] Ex mente testatoris sermo ad omniú nominatorú factum referri potest.

p ¶ *In quo.* sermone: vt. j. *de lega. ij. l. non aliter.*

q ¶ *Humanius est.* in dubio.

r ¶ *In tantam.* Erit ergo vnus heres, & non alius. *sic. j. eo. l. pater.* & *j. de cond. & demonst. l. falsa demonstratio.* §. *fi.* & *.j. de condit. insti. l. ij.* §. *fina.* Sed contra. C. *de imp. & ali. subst. l. quã.* & *l. cum quidam.* Sed [d] in prima inæqualitas, in alia fraternitas tollit contra. Item facit supra eo. l. ij. ¶ Sed quid [e] de alia parte erit? Respond. *vt. j. eod. l. si quis ita scripserit.* ¶ Et quod hic dicit, in tantam, intellige quòd ambo instituerant. ¶ Sed quid [f] si quilibet in dodrante hunc scripsit, vel econtra quilibet in triente? Respon. tot vnciæ fient de hac hereditate, quot illæ esse videntur. *arg. j. eo. l. interdum.* §. *pater.* & *l. item quod Sabinus.* Item facit infra *de leg. ij. l. si ita relictum. in prin.* & *l. si pluribus. j. respon. in verb. quilibet.* Accursius.

[d] Vide alias solutione: hic apud Bart.

[e] Hoc est, an iste solus totam hereditaté habiturus sit.

[f] Id est, quid si vterque scripsit heredem.

*P*Ignori.] C A S V S. Stichum seruum meum obligaui Titio pro x. & postea eundem seruum institui mihi heredem cum libertate: & decessi. certè si paratus est dictus Stichus satisfacere creditori, poterit heres mihi domino esse, & necessarius erit. Viuian.

s ¶ *Satisfacere.* nó aliter: [g] *vt. C. de neces. ser. l. j. cõtra.* & *facit Insti. de noxa.* §. *sin autem damnũ.* & *.C. de ser. pign. da. l. j.* & *l. ab eo.*

[g] Hoc verú est in seruo specialiter obligato non in generaliter obligato.

*N*On minus.] C A S V S. Non solum liberi homines possunt heredes institui, sed etiam serui alieni: dum tamen eorum domini sint capaces hereditatis. aliàs nó. Sed & si in hereditate Titij mortui est seruus aliquis, eum heredem instituere possum: quia hereditas dicti Titij, qui capax erat, eius locum obtinet. Viuianus.

t ¶ *Non minus.* facit. j. *de le. j. l. si mihi.* §. *regula.* & *dic vt ibi,* & *C. eo. l. neque.* & *.j. de acquiren. hered. l. si seruus.* Sed arg. contra *supra de ædil. edic. l. cum tam.* §. *fina.*

a Testes ex persona dominorum testamenti factionem habent.
b Hæreditas defunctum repræsentat.

a ¶ *Cum testamenti.* Not. quòd testamenti[a] factio cum seruis, ex persona dominorum introducta est.
b ¶ *Posse.* ab extraneo.
c ¶ *Dominam.* Not. hereditatem[b] dominam esse, & defuncti locum obtinere.
d ¶ *Obtinere.* sic *Insti. eo. §. seruus alienus. & .j. eod. l. seruus. & .j. de leg. j. l. legatum. §. seruo heredit. & de acqui. re. do. l. hereditas. & de vsuc. l. certam. & .j. de leg. ij. l. debitori. in fin. & de noua. l. nouatio. in fin.* Accursius.

Illa institutio.] CASVS. Ita dixi in testaméto meo: Illos instituo mihi heredes, quos Titius voluerit. Certè talis institutio nihil valet: nam testamenta & institutiones non debent pendere ab alieno arbitrio. Secundò dicit quòd Titium ab hostibus captum, vel seruum eius possum heredem instituere. & si quidem reuersus fuerit Titius ab hostibus, potest adire cum fuit institutus: & potest seruum suum iubere adire, cum seruum suum institui. si autem non fuerit reuersus, sua institutio nihil valet. serui autem sui institutio ad hoc valet, vt ille qui existeret heres ei capto si reuersus fuisset ab hostibus, possit heres existere mihi testatori per dictum seruum à me institutum, cum captus mortuus est apud hostes. Viuia.

† Vide Anto. Aug. lib. 4. c. 15. vbi confutat Accur. opi. putantis hanc esse captatoriam institutionem.

cum testamenti[a] factio cum seruis, ex persona dominorũ introducta est. 1. ¶ Hereditarium seruum ante aditam hereditatem ideo placuit heredem institui posse,[b] quia creditum est hereditatem dominam[c] esse, [&] defuncti locum obtinere.[d]

Vltima voluntas non debet ex alieno arbitrio pendere. Bart.

XXXII. IDEM *libro primo de testamentis ad Edictum prætoris vrbani.*

Illa institutio,[e] *Quos † Titius voluerit:* ideo vitiosa est, quòd alieno arbitrio pmissa est. Nam satis constanter veteres decreuerunt testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendêre.[f]

Captus ab hostibus & seruus eius potest institui propter spem postliminij. Bartolus.

1. ¶ Is qui apud hostes est, rectè heres instituitur: quia iure postliminij[g] omnia iura ciuitatis in personã eius in suspẽso retinentur, non[h] abrumpuntur.[i] Itaque si reuersus fuerit ab hostibus, hereditatem adire poterit. Seruus quoque eius rectè heres institui tur: & si reuersus sit ab hostibus, potest eum iubere adire hereditatem. si verò ibi decesserit:[k] qui[l] ei heres existet, potest per seruum[m] heres fieri.

c Testamentorum iura per se firma sunt.
d Testamenta ex alieno arbitrio pendere non debent.
e Testamento non potuit quis statuere de rebus in eum casum, quo suæ futuræ non sunt.
f Testamenti factio relata ad cõsiliũ sapiẽtis an valeat? Dic, substãtiam testam̃ti non posse cõferri in personam sapientis: dictationẽ verò scripturæ posse, de quo plura vide hic apud Bartolũ.
g Sapientis ad consilium relatum negotium & de hac clausula vide Glossam in l. si mandato. ss. §. vlt. in verbo acceptasse. mãdati. Glossam in l. ex ea parte. in prin. ss. j. de verbo oblig. plenius autem apud Euerard. in loco ab vsitato. nu. 6.
h Postliminij iure omnia iura ciuitatis in suspenso.
i Suspendatur aliquid an abrumpatur multum interest. vide Monferratum tract. de successione regum. vers. datur & alia tertia.

e ¶ *Illa institutio.* Not. testamentorum[c] iura per se firma esse, & nõ[d] ex alieno pendere arbitrio. Accursius.
f ¶ *Pendere.* & est ratio: quia[e] vult conferre in alienum arbitriũ, quod vix in suo permittitur. s. statuere de rebus in eum casum quo suæ futuræ non sunt. *& facit .j. eo. l. illa autem. & l. si quis Sempronium. & l. captatorias. & l. Clemens. §. fi. & Insti. de here. ab intest. §. at hi. ibi. quod secus &c. & .j. de condit. & demonst. l. nonnunquã. & .s. de arbi. l. item si vnus. §. idem Pomponius quærit.* ¶ Et no. secundum Azo. arg. quòd[f] non debeat valere, cum sic dicit testator, vt tabellio scribat legata deberi cuicunque iusserit Titius. vel lego centum cuicunque dixerit Titius: quia confertur in arbitrium Titij factum. secus si confertur in eius arbitrium, id quod de iure est: vt si dicat, Volo te ita scribere sicut dixerit aliquis[g] sapiẽs, quò magis debeant valere & tenere quæ reliqui in testamento, & quæ ibi statui. Itẽ in libertate hoc fallit: *vt .j. de fideicom. liber. l. fideicommissa.* Sic ergo ex hac glo. habes arg. quòd compromitti potest vt feratur sententia prout de iure videbitur alicui sapienti.
g ¶ *Iure postliminij.* ¶ Nota quòd iure[h] postliminij omnia iura ciuitatis in persona eius in suspenso[i] retinentur.
h ¶ *Non abrumpuntur.* id est non tolluntur.
i ¶ *Abrumpuntur.* Sed contra videbatur: quia ciuis Romanus non est: ad quod .s. *e l. sed si in conditione. §. solemus. & .j. ad l. Fal. l. j. in prin.*
k ¶ *Decesserit* dominus.
l ¶ *Qui ei.* scilicet capto.
m ¶ *Per seruum.* vtpote hereditariũ. R. *& facit .j. de le. j. l. id quod. & l. seruus ab hostibus. & de bo. liber. l. si necem. §. si deportatus.*

Si quis.] CASVS. Scripsit Seius in testaméto suo: Titius ex parte dimidia heres mihi esto: & idem Titius ex altera parte dimidia, si nanis ex Asia venerit, heres esto. mortuo dicto Seio Titius adiuit ex pura institutione: & ita pro dimidia. certè siue conditio alterius institutionis pendeat, siue defecit, ex asse heres est: quia & si dicta conditio existeret, superuacuum esset, & nõ proficuum ei: quia etiam si aliquo modo non esset institutus in dicta parte ex qua fuit sub conditione institutus, nec quisquam alius: ipse in totum institutus videretur. Viuian.
n ¶ *Idem Titius.* Quid ergo si alius sit institutus sub conditione? nunquid hic interim est heres in solidum? Respond. Io. non: quia quandocunque[a] potest esse locus instituto, non est locus substituto. vnde institutus pro parte, pro ea sola interim est heres. Sed arg. contra .s. *famil. erciscun. l. si heres. & arg. .j. de aßign. lib. l. sub conditione.* Sed pro Io. est arg. *infra de bonor. posses. secun. tabu. l. ij. §. quãdiu. & supra si pars here. peta. l. ij.* Azo. & plene dic vt not. ibi. Accur.

a Substituto locus non est, quoties locus instituto esse potest.

Non expectatur conditio cuius nihil operatur euentus. Bart.

XXXIII. IDEM *libro secundo de testamentis ad Edictum prætoris vrbani.*

Si quis ita scripserit: *Titius ex parte dimidia heres esto: idem Titium*[n] *ex altera parte dimidia, si nanis ex Asia venerit, heres esto:* cũ ex pura institutione adierit heres, quamuis cõditio alterius institutionis pendeat, ex asse fit heres,[o] scilicet etiam[p] conditione[q] deficiente: cum non prosit ei quidquam conditio existens: quippe cum nõ dubitetur, quin si quis ex parte dimidia heres institutus sit, nec præterea[r] quisquam alius,[s] ipse ex asse heres institui videatur.

XXXIIII. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

Hereditas † ex die vel ad diem[t] non rectè datur: sed vitio temporis sublato manet institutio.

Institutio plurium ex rebus certis valet, & sunt heredes æqualiter: & res illas tanquam prælegatas accipiunt. Item ibi dicitur esse res, vbi perpetuò debet esse, non vbi ad tempus. Bartolus.

XXXV. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

o ¶ *Ex asse fit heres.* nisi in conditionali habuerit coheredem substitutum: *vt .j. de acqui. here. l. cum heres. §. qui ex parte. & .s. eod. l. si te solum. & facit infra de acquir. hered. l. si tu ex parte.* Sed arg. contra .j. *quando dies leg. ced. l. huiusmodi.*
p ¶ *Etiam.*[b] aliàs iam.
q ¶ *Conditione.* scilicet quia non[c] potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.
r ¶ *Præterea.* aliàs ꝓpterea. Accursius.
s ¶ *Quisquam alius.* idem si alius qui heres non est: *vt infra de rebus du. l. vtrum ita.* Az. & sic totum habet: *vt .s. eo. l. hoc articulo. & .j. eod. l. paterfamilias. in fi. & l. qui filio. §. fi. & l. seq.* Accur.

b Etiam dictio implicat casum contrariũ Bart. Nouel. de defensoriõ §. & indicare. in fine.
c Testatus & intestatus pro parte nemo decedere potest.
† Ita etiã prælatura non potest dari vsque ad tempus: vt in cap. volens, cum Gl. vlt. ibi: prælatura enim extra de fi. presbyte.

Hereditas.] CASVS. Ego institueram aliquem ex die vel ad diem, statim erit heres, si voluerit ille quem institui. Viuian.
t ¶ *Ad diem.* certũ:[d] *vt Insti. eo. § heres.* in incertum enim potest: *vt .j. eod. l. qui filio. & l. in tempus. in princ. & .s. de libe. & postu. l. filius à patre. ij. respon.* (Idem[e] quod hic, est in libertate: *vt .j. de manumiss. test. l. libertas. & l. ideoque.*) sed in milite secus: *vt. C. de test. mili. l. certi. & .j. de mili. testa. l. miles ita. & l. in fraudem. §. pe. & facit ad l. 3. de adop. l. quæsitum. & Inst. de here. inst. §. impoßibilis.* Sed argum. contra .j. *de regu. iur. l. actus.* Sed ibi nulla fit mentio institutionis. Item contra. C. *de here. inst. l. extraneum.* Azo. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit dies incertus mortis instituti: & sic certum est ipso viuente diem cedere, secundum Bar.

d Hereditas ad incertum diẽ dari potest: ad certum non potest, nisi à milite.
e Libertas ad diem dari non potest.

Ex facto.] CASVS. Quædam quæstio de facto fuit recitata coram domino Vlpiano, & quæsitum ab eo quid iuris in ea esset. Quidam Romanus, & per consequens Italicus, puta Titius, habebat magnas diuitias in Roma & in prouincia: & cũ de prouincia soleret merces deuehere Romam, & ita in Italiam, pecuniam misit de Italia ad prouinciam ad merces cõparandas, & Romam vehendas: & comparatæ sunt per nuntios suos: nondum tamen Romam deuectæ. & iste Titius fecit testamentum: & scripsit Seium heredem in rebus suis prouincialibus, & Gaium in Italicis: & quibusdam aliis legata reliquit. modò quæritur, ad quem de dictis heredibus pertineant dictæ merces? Ipse autem dominus Vlpianus antequã hanc quæstionem soluat, alia multa interserit, & primò dicit: Receptum est à sapiẽtibus quòd institutio de rebus certis facta de aliquo vel aliquibus valeat: sed in iudicio fami. erciscund. non debet institutus in certa re, amplius habere quàm rem ipsam. vnde si vnus fuit institutus in fundo Corneliano qui faciebat .ix. vncias hereditatis, & alter fuit institutus in fundo Liboniano, qui faciebat .iij. vncias hereditatis: certè hi duo erũt heredes æqualibus partibus: verumtamen adiudicabitur vnicuique eorum fundus qui ei relictus est, cũ ergo dictos fundos habeãt iure præceptionis, æs alienũ debet sustinere quilibet eorum pro dimidia: sicut quilibet est heres pro dimidia. Quid ergo si tantũ est æs alienum,

num, quòd eo soluto nihil in hereditate remanet? Dicta institutio ex dictis fundis facta nihil valet. prius enim debet solui æs alienum, quàm legata. dictos autem fundos dictum est iam quòd habent iure prælegationis. Item quid si lex Falci. interueniens esset factura recisionem legatorum, si dicti fundi essent in veritate legati? certè & in hoc casu cum fuerunt instituti in dictis fundis, debet recidere Falcidia eos, cum habeant iure præceptionis, vt dictum est. Item quid retento eodem casu, si incertum est an Falcid. sit interuentura? certè in hoc dubio debent sibi adinuicem cauere dicti heredes cum satisdatione: quòd si apparuerit vnum vel alterum amplius præceptionis nomine accepisse quàm ex lege Falcidia accipere liceret: quanti ea res erit, tantam pecuniam det coheredi suo. Cum ergo hæc ita se habeant: cum duo fuerunt instituti in duobus fundis, vt dictum est: ergo institutio de qua dictum est in princip. l. debet valere, id est quando vnus est institutus in rebus Italicis, & alius in prouincialibus. & idem erit in hac institutione quod dictum est in institutione fundorum: scilicet vt quilibet sit heres pro dimidia, & in iudicio famil. erciscun. adiudicentur res Italicæ illi qui fuit institutus in Italicis: & prouinciales adiudicentur illi qui fuit institutus in prouincialibus. & sic cum dictas res habeant iure præceptionis, æs alienum soluent pro dimidia: licet plus sit in Italicis rebus quàm in prouincialibus, vel econtra. & isti duo qui habent iure præceptionis res Italicas & prouinciales, & alij supradicti legatarij debent contribuere ad supplementum legis Falcid. Ad sciendum autem quæ res contineantur appellatione rerum Italicarum & prouincialium, debemus voluntatem defuncti inspicere. si autem voluntas defuncti non appareat, continebuntur appellatione rerum Italicarum illæ res quas testator disposuit perpetuo habere in Italia. & idem dico circa res prouinciales. si autem aliquo tempore aliquid transtulit de Italia ad alium locum, puta ad prouinciam, non eo animo vt in prouincia haberet, sed vt denuo ad Italiam reuocaret: non dicitur augere res quæ sunt in prouincia: neque deminuere res Italicas. & de hoc ponit quatuor plana exempla vsque illuc, quæ res &c. & ibi vsque ad finem soluit quæstionem in princip. l. propositam, dicendo quòd dictæ merces quæ sunt emptæ in prouincia vt Romam veherentur, ad eum heredem pertinere debent qui in Italicis rebus institutus fuit: siue sint peruectæ Romam viuo testatore, siue non: & siue scit testator eas esse emptas, siue non. & hoc dicit vsque ad fi. Viuianus.

EX facto proponebatur quidam[a] duos heredes scripsisse, vnum rerum prouincialium, alterum rerum Italicarum: & cum merces in Italiam deuehere[b] soleret,[c] pecuniam misisse in prouinciam ad merces comparandas: quæ comparatæ sunt vel viuo eo, vel post mortem, nondum tamé in Italiam deuectæ. Quærebatur,[d] merces vtrum ad eum pertineant qui rerum Italicarum heres scriptus erat, an verò ad eum qui prouincialium. Dicebam[e] receptum esse, rerum[f] heredem institui posse,[g] nec esse inutilem institutionem, sed ita, vt officio iudicis familiæ erciscundæ[h] cognoscentis contineatur, nihil[i] amplius eum qui ex re institutus est, quàm rem ex qua heres scriptus est, consequi. Ita igitur res accipietur:[k] verbi gratia pone duos esse heredes institutos, vnum ex fundo Corneliano,[l] alterum ex fundo Libiano:[m] & fundorum alterum quidem facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem. Erunt quidem heredes ex æquis[n] partibus, quasi[o] sine partibus instituti: verumtamen officio iudicis tenebuntur, vt vnicuique eorum fundus qui relictus est, adiudicetur[p] vel attribuatur.

1. ¶ Vnde scio quæsitum, æris alieni onus pro qua parte adgnosci debeat. Et refert Papinianus* (cuius sententiam ipse[q] quoque probaui) pro hereditariis partibus eos adgnoscere æs alienum debere: hoc est, pro semisse.[r] fundos etenim vice[s] præceptionis accipiendos. Quare si fortè tantum sit æs alienum, vt nihil detracto eo superesse possit:[t] consequenter dicemus institutiones istas ex re[u] factas nullius[x] esse momenti. Et si fortè Falcidia interueniens recisionem esset legatorum[y] factura, hîc officio iudicis recidit præceptiones[z] istas,[a] vt non plus quisque eorum habeat,[b] quàm esset habiturus si legatum[c] accepisset,[d] vel aliud,[e] vel etiam præceptiones. Quòd si fuerit incertum an Falcidia interuentura sit: rectissimè probatur, † officio iudicis cautiones esse[f] interponendas.[g]

2. ¶ Cum hæc ita sint, hæc etiam institutio de qua[h] quæritur, non est repellenda,[i] si alius rerum prouincialium, alius rerum Italicarum heres fuerit scriptus. officióque iudicis attribuentur singulis res quæ adscriptæ[k] sunt: erunt tamen heredes ex equis partibus: quia nulla[l] pars[m] adscripta

a ¶ *Quidam*. s. testator.
b ¶ *Deuehere*. s. de prouincia.
c ¶ *Soleret*. s. testator qui erat mercator.
d ¶ *Quærebatur*. responsio huius questionis differtur vsque in finem huius legis: ibi, quæ res in proposito &c. Azo.
e ¶ *Dicebam*. ego Vlp. & no. quòd altius exorditur materiam antequam soluat.
f ¶ *Rerum*. certarum.[a] & tunc si nullus est alius, hic totum habebit: *vt.s.eod.l.j.§.si ex fundo*. Si verò alius est: aut ex vniuerso, & tunc[b] habet locum. C. *eod.l.pe.* aut[c] ex re certa, & tunc habet locum quod hic dicit.
g ¶ *Posse*. vt fuit in princip. l.
h ¶ *Familiæ erciscundæ*. scilicet de actione.
i ¶ *Nihil amplius*. quia nihil plus est in hereditate, nisi duo fundi: vt subiicit. Vel dic, nihil amplius scilicet debet habere iure prælegationis. Azo.
k ¶ *Accipietur*. aliàs præcipietur. & in libro domini Accursij correctum est.
l ¶ *Corneliano*. qui valet dodrantem: vt subiicit. Azo.
m ¶ *Libiano*. qui valet quadrantem: vt hic subiicit. Azo.
n ¶ *Aequis partibus*. scilicet quotis, cum hereditas[a] sit ius: *vt supra eodem. l. quoties. §. heredes*. Imò loco[b] legatariorum sunt habendi: *vt. C. eod. l. quoties. quæ est contra*. Sol. ibi erat alius ex vniuerso: hic non. 2. Vel dic quòd licet obtineant vicem legatarij quo ad actiones: tamen verè sunt heredes. 3. Prima[c] placet.
o ¶ *Quasi*. expressiuum est veritatis.
p ¶ *Adiudicetur*. partim iure prælegationis, partim iure hereditario: *vt infra de milit. testa. l. si certarum. & infra de acquiren. possessio. l. j. §. si ex parte & ad Trebell. l. deducta. §. nummis. & facit infra de lega. ij. l. peto Luci. j. respon. & infra de legatis tertio. l. post emancipationem. §. fin. & .C. famil. erciscun. l. si qua*.
q ¶ *Ipse*. scilicet ego Vlpianus.
r ¶ *Pro semisse*. sic. C. *si certum petatur. l. j. & C. eodem. l. si compensandi*.
s ¶ *Vice præceptionis*. quæ præceptio est vltra medietatem cuiuslibet fundi.
t ¶ *Poßit*. in toto patrimonio. Accur.
u ¶ *Ex re*. id est ex fundis.
x ¶ *Nullius esse*. quo ad hoc vt valeant præceptiones: heredes tamen sunt: quia hereditas[d] dicitur etiam quæ soluendo non est: *vt. j. de verb. sign. l. hereditatis. & facit infra ad Treb. l. j. §. denique. & ad. l. Falci. l. in ratione. §. quod vulgo*.
y ¶ *Legatorum*. scilicet extraneis relictorum.
z ¶ *Præceptiones*. id est locum[e] habet Falcidia in istis prælegatis sicut in aliis legatis.
a ¶ *Istas*. vt. *C. ad leg. Falci. l. à coheredibus. & infra ad. l. Falci. l. Nesennius*. & dic, recidet, scilicet. l. Falci. vel iudex. & dic quando & aliis legatis est grauatus. aliàs etiam qui habet quadrantem, cum habeat vltra quartam semissis, non deduceret Falcid. Azo. Item qui habet iure prælegationis, non proficit suis legatariis: sed coheredi sic: *vt. d. l. Nesennius*.
b ¶ *Eorum habeat* in prælegatis.
c ¶ *Si legatū*. i. nō plus cōsequitur vnus ab alio de fundis in quibus instituti sunt, quàm si esset eis legatū aliis heredib9 institutis.
d ¶ *Accepisset*. tanquam extraneus, non tanquam heres.
e ¶ *Vel aliud*. in fideicommissis.
f ¶ *Esse*. inter se coheredes.
g ¶ *Interponendas*. de reddēdo retro quātū apparuerit vltra Falcidiam acceptum: *vt. j. si cui plus quàm per. l. Falc. l. j. j. respon*.
h ¶ *De qua*. in principio legis dixi.
i ¶ *Repellenda*. sed approbanda.
k ¶ *Adscripta*. id est in quibus instituti sunt.
l ¶ *Qua nulla*. s. quota. & pone hic contra. C. *eod. quoties*. Solue *vt. s. modò notaui*.
m ¶ *Pars*. scilicet expressa.

a Heres rerum certarū instituti potest: & quomodo.
b Heres institutus in re certa alio instituto vniuersaliter, loco legatarij est.
c Heredes instituti in rebus certis, æqualiter instituti intelliguntur.

* l. 78. 76.
a Hereditas ius est.
b Institutus in re certa vice legatarij est quod ad actiones attinet: aliàs, verè est heres. Glo. in. d. §. si quis priori. j. ad Trebellianū, putat. Institutum in re certa, loco heredis haberi ad excludendā querelā tantū: quod ad alia, legatarij. Martinus & Burrigarius, filium institutū in re certa haberi loco heredis, extraneū loco legatarij. Bartolus, Institutū in re certa non esse heredem vniuersalem vel legatarium, sed tertiā quandam speciem ex vtrisque collatam. † d. l. 78. j. eod.
c Institutis in re certa non competere beneficium. l. vlt. C. de edicto D. Hadriani tollendo. hinc colligas: cum instituti in re certa habeatur loco legatariorū quibus non datur illud beneficium. Contrarium tenet Bartolus hic: quòd institutus in re certa nō expectat inuitus aditionem aliorum: Imò agnitione sua totum testamentum confirmat.
d Hereditas dicitur etiā quæ soluendo non est.
e Falcidia locū habet in istis prælegatis sicut in aliis legatis.

a ¶ *Quæres*.quia scilicet sunt heredes ex æquis partibus.
b ¶ *In aliis*.puta vineis.
c ¶ *In aliis*.puta pratis.
d ¶ *Supra ostendimus*. scilicet vt pro æquis partibus teneantur ad æs alienum.*vt supra eo.§.vnde scio*.

est. Quæ res [a] facit, vt si fortè in aliis [b] facultatibus plus sit in Italicis fortè quàm in prouincialibus, in aliis [c] minus, & æris alieni ratio vrgeat, dici imminutionem eandem fieri, quam supra [d] ostendimus. Proinde & si aliis [e] fuerint legata relicta, contributio [f] admittéda erit. 3. ¶ Rerú [g] autem Italicarum vel prouincialium significatione quę res accipiendæ sint, videndum est. Et facit [h] quidem totum [i] voluntas defuncti. nam quid senserit, spectandum est. Veruntamen [k] hoc intellegendum erit, rerum Italicarum significatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita disposuit, vt perpetuo haberet. Cæteroquin [l] * si tempore in quo † transtulit in alium locum, non vt ibi haberet, [m] sed vt denuo ad pristinum locum reuocaret: neque augebit [n] quò transtulit, neque minuet [o] vnde transtulit: vt puta de Italico patrimonio quosdam seruos miserat in prouinciam, fortè Galliam, ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, recursuros [p] si comparassent: dubium non est quin debeat dici ad Italicum patrimoniú eos [q] pertinere [r] debere: vt est apud Mucium relatum, cum fundus erat legatus vel cum instrumento, vel cum his quæ ibi sunt. Agasonem [s] enim missum in villam à patrefamilias, non pertinere ad fundi legatum Mucius ait quia non idcirco illo erat immissus, vt ibi esset. [t] Proinde si seruus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quasi ad tépus relegatus: responsum est, cum ad villæ legatú non pertinere. Quare ne serui quidem qui operari in agro [u] consuerunt, qui in alios agros [x] reuertebantur, & quasi [y] ab alio cómodati: in ea sunt códitione vt ad legatú [z] pertineát: [a] quia nó ita in agro fuerant, vt ei agro viderentur destinati. Quę [b] res in proposito [c] quoque suggerit, vt Italicarum rerú esse credantur hæ res, quas in Italia esse testator voluit. 4. ¶ Proinde & si pecuniam misit in prouinciam ad merces comparandas, & necdum comparatę sint: dico pecuniam quę idcirco missa est, vt per eá merces in Italiá adueherétur, in Italico † patrimonio iniungendam. Nam & si dedisset in prouincia de pecuniis quas in Italia exercebat, ituras [d] & redituras: dicédum est hác quoq; Italici patrimonij esse rationem. 5. ¶ Igitur efficere dici, * vt merces quoq; istæ quæ comparatæ sunt vt Romá veherentur: siue prouectæ sunt eo viuo, [e] siue nondum: & siue scit, siue ignorauit: ad eum heredem pertinere cui Italicæ res sunt adscriptæ.

e ¶ *Si aliis*. non solùm coheredibus.
f ¶ *Contributio*. vt omnes insimul tribuant ad supplementum Falcidiæ.
g ¶ *Rerum significatione*. id est appellatione.
h ¶ *Facit*. nota patrimonium constitui ex voluntate patrisfamilias.
i ¶ *Totum*. id est responsionem prædictam.
k ¶ *Veruntamen*. scilicet in dubio.
l ¶ *Cæteroquin*. id est alioquin.
m ¶ *Haberet*.subaudi, perpetuò, si non habes in textu.
n ¶ *Augebit*. scilicet res quæ sunt eo loco &c.
o ¶ *Minuet*. scilicet res quæ sunt ibi, vnde &c. *& facit.j.de leg.ij.l. quæsitum.j.respon.& §.si.& l.si ita legatum.& l.qui filium.& not.supra de pigno.l.debitor.& C.de verb.sign.l.j.& infra de auro & argen.lega.l.si vxorem.§.cum ita*.
p ¶ *Reuersuros*. id est recursuros. Accur.
q ¶ *Eos*. scilicet seruos.
r ¶ *Pertinere*. quanquam sint missi ad prouinciam.
s ¶ *Agasonem*. qui ducit equos vel mulos, vel asinos: *vt.s.si quadru.pau.fe.di.l.agaso*.
t ¶ *Ibi esset*.perpetuò.
u ¶ *In agro*.non destinato eis. Accur.
x ¶ *Agros*. ad quos erant destinati.
y ¶ *Quasi*. expressiuum [a] est veritatis.
z ¶ *Legatum*. illius fundi in quo destinabantur aliquando.
a ¶ *Pertineant*.repete superius non.
b ¶ *Quæ*. nunc soluit primam quæstionem in principio legis.
c ¶ *In proposito*. i.in proposita quæstione.
d ¶ *Ituras*. pecunias. *argu.infra de rebus.du.l.quidam relegatus.& facit infra de fun.instru.& instru.legi.l.quæsitum.§.Papinianus.& l.Seia.§.idem quæsiit.& l.prædia.§.j*.Accursius.
e ¶ *Eo viuo*.scilicet testatore.

*Sic Flo.rectè. Ant.Aug.lib.2.e.2.

† In aliis manuscr. est, aliquid, in aliis verò melioribus est, aliquo. quidam suspicatur legédum iniquo.

a Quasi particula expressiua veritatis dicitur quoties veritatem exprimit non similitudinem.

S*I quis ita*.] CASVS. Seius ita dixit in testamento suo: Ex qua parte codicillis Titium heredem scripsero, heres esto. postea non fecit codicillos, & decessit: vel fecit codicillos, & in eis nullam partem dicto Titio asscripsit. certè erit heres Titius quasi fuerit institutus in testamento sine parte. Viuianus.
f ¶ *Heredem*.in testamento. Accursius.
g ¶ *Scripsero*.de futuro non fit conditio [b] vt impediat, sed de pręterito sic: *vt hic,& .s.eod.l.ij.§ post autem is*. Nec ob.j.*eod.l.Clemens.§.fin*.vt ibi dices. & hoc vbi sibi testator apposuit conditionem. si autem extraneo, tunc si de præterito, valet: *vt supra e.l.ij.& l.hoc articulo*.si de futuro, non: quia est captatoria: *vt infra e.l.ille.& infra de iis quæ pro non scrip.ha.l.ij.in fin*. ¶ Sed quare secus quando sibi apponit conditionem de futuro, & aliud quando extraneo? Respond. secundum Ioan. cum conditio [a] pendet ex testatore, si deficiat, habetur pro pura. *& facit infra de condit.instit.l.institutio.& C.de institu.& substitu.l.penult*. Sed contra supra *eodem.l.quoties.§.tantundem*. Sed dic vt ibi. ¶ Item not. quòd alicubi [b] videtur esse conditio, & non est: *vt hic,& infra de op.leg.l.illud aut illud.& infra de ali.leg.l.à filio.§.fina*. Sed argu. contra *infra de vsufruct.leg.l.qui plures*. ADDITIO. Dic quod ibi scriptura erat imperfecta circa personas quæ à iure non supplentur: hîc circa portiones quæ à iure supplentur: *vt supra eodem.l.item quod Sabinus*. secundú Dyn. & Bar. & Bald.

b Quid in conditione vbi códitio habetur pro impleta: qua actione agetur: dic qu[...]stione in factú per Bart. in d.l. C. de instit. & substi. eo.l.in testa. de condit. & demonstra.

a Códitio pendens à testatore, & deficiens habetur pro pura.

b Códitio quędam est apparens non tamen vera.

† Sic Fl.in aliis est, deduceretur.

Defectus conditionis de futuro quæ dependet ex facto testatoris, institutionem non vitiat. h. d.

XXXVI. IDEM *lib. octauo Disputationú.*

SI quis ita scripserit heredé: [f] *Ex qua parte codicillis Titium heredem scripsero*, [g] *heres esto:* etiá si pars in codicillis nó fuerit adscripta, erit tamen heres, quasi sine parte institutus.

Non admittitur concursus instituti & substituti. Bart.

XXXVII. IVLIANVS *libro vicensimonono Digestorum.*

CVm in testaméto ita scribitur: [h] *Si filius meus me viuo morietur, nepos ex eo post mortem* [i] *meá nat⁹ heres esto:* duo grad⁹ [k] heredú sunt. nullo eni casu vterq; ad hereditaté admittit. Ex quo apparet, si nepoti Titi⁹ substitutus fuerit, [l] & fili⁹ patri heres extiterit, nó posse Titiú vnà [m] cum filio heredem esse: quia non in

C*Vm in testamento.* CASVS. Gaius ita scripsit in testamento suo: Filium meum Sempronium mihi heredem instituo: & si dictus filius me viuo morietur, tunc nepos ex eo post mortem meam natus heres mihi esto: & dicto nepoti substituo Titium. Certè si filius non moriatur viuo testatore, & post mortem testatoris velit habere hereditatem, non admittetur nepos, nec Titius nepoti substitutus. [HÆC VERBA.] Titius ita scripsit in testamento suo: Publius & Marcus & Gaius inuicem substituti heredes mihi sunto. certè videtur eos instituisse, & postea adinuicem substituisse. videtur enim ita dixisse testator: Publius & Marcus & Gaius sint mihi heredes, & sint invicé substituti. [QVI TRES.] Titius habens tres filios, scilicet Publium & Marcium & Gaium, ita scripsit: Filij mihi heredes sunto. & postea ita scripsit: dictus Publius filius meus exheres esto. certè quamuis per verba generalia instituerit omnes filios heredes, tamen verba specialia exheredationis faciunt vt non videatur instituisse nisi Marcum & Gaium. & hoc dicit. Viuian.
h ¶ *Scribitur*. subaudi [c] filio instituto. aliàs non essent duo gradus.
i ¶ *Post mortem*.facit secundum Galli consilium: *vt.s.de libe.& posthu.l.Gallus.in prin*. Accur.
k ¶ *Duo gradus*. instituti, & substituti: vt filius quidem institutus, nepos autem habeatur substitutus. Accursius.
l ¶ *Substitutus fuerit*.etiam vulgariter: scilicet si nepos non erit heres &c. & sunt tres gradus.
m ¶ *Vnà cum filio*. licet testator dixerit, si nepos heres non erit,

* effici dici

c Institutio enim nepotis non valet, filio non instituto.

Titius

Titius heres esto:& hic nepos non erit heres.

a ¶ *Sed in secundum.* id est, in locum deficientis secundi gradus ex quo cœpit posse adiri hereditas sed hic non cœpit posse adiri hereditas:ergo Titius repellitur:*vt.j.de acquir.hered.l.xj. & facit infra.tit.j.l.si mater.* Accursius.

primum,sed in secundum [a] gradum substituitur.

Copula vltimo loco posita, etiam inter præcedentes solutè positos videtur apposita.Vel sic:Soluta resoluitur in coniunctam.Bartolus.

1. ¶ Hæc verba,*Publius,Marcus,Gaius inuicem substituti,heredes mihi sunto:* sic † interpretanda sunt, vt breuiter videatur testator tres [b] instituisse heredes, & inuicem eos substituisse, perinde ac si ita scripsisset: *Ille & ille & ille instituti, heredes & substituti sunto.*

Indefinita non comprehendit eum de quo specialiter est prouisum. Bartolus.

2. ¶ Qui tres filios habebat, & ita scripserit: *Filij mei heredes sunto: Publius filius meus exheres esto:* videri potest prima parte duos dumtaxat [c] filios heredes instituisse.[d]

Post mortem legatarij potest seruus legatus heres institui. Bar.

XXXVIII. IDEM *libro trigensimo Digestorum.*

b ¶ *Tres instituisse.* breuiter duos gradus comprehendit.*sic infra titul.j.l.Lucius.§.alter.*

c ¶ *Duos duntaxat.* Sed quid si duos tantùm habeat, & idem scripsit? Respond. eum heredem esse: *vt infra titu.j.l.si quis cū quem.in princip.* Item nota [a] quòd sequens scriptura determinat & restringit præcedentem. *sic infra de verborum signification.l.si cum fundum. & de acquirend. possession. l.si is qui. & supra de calumn.l. hac actio.*

d ¶ *Instituisse.* Not.sequentem scripturam determinare & restringere præcedentem.Accursius.

QVi filio.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & filium meum impuberem exheredaui: & eidem impuberi exheredato legaui Pamphilum seruum meum: & postea ita dixi: Instituo mihi heredem pro parte dimidia dictum Pamphilum post mortem dicti mei filij impuberis. & do ei libertatem in eum casum. nunquid valet talis institutio dicti Pamphili? Et videtur quòd nō: quia dictum impuberem exheredaui, vt dictum est: vnde non videtur quod heredibus eius impuberis possim auferre dictū Pamphilum quem impuberi legaueram instituendo dictum Pamphilum heredem tali modo vt dixi. Sed respondet quod valet dicta institutio Pamphili: & post mortem impuberis erit mihi heres cum Titio prædicto. nam & si legassem dictum Pamphilum cuidam extraneo, puta Sempronio, & eundem post mortem dicti Sempronij heredem instituissem pro dimidia cum libertate, haberet post mortem Sempronij hereditatem meam cum dicto Titio. [SERVVS TESTAMENTO.] Stichum seruum meum scripsi mihi heredem purè:& dedi ei libertatem sub ista conditione, si intra calendas Decembris daret Titio.x. postea feci codicillos, & eidē seruo dedi libertatem purè in dictis codicillis: & postea decessi. nunc dictus seruus propter verba codicillorum volebat libertatem etiam ante calendas prædictas, & per consequens hereditatem. certè respondetur ei quòd ante dictas calendas non habebit hereditatem,nec libertatem, nisi det.x.dicto Titio. post calendas autem erit liber ex codicillis, & per consequens hereditatem habebit. [SI QVIS SERVVM.] Stichum seruum meum scripsi mihi heredem purè:& dedi ei libertatem sub conditione,si nauis ex Asia venerit vsque ad annum. & postea eum seruum vendidi Titio, & postea decessi. Certè iussu dicti Titij emptoris potest dict⁹ seruus adire hereditatem meam, etiam pendente dicta cōditione libertatis. si autem trāsiuit annus intra quem debebat venire nauis, & sic defecit cōditio libertati apposita,& sic amodo institutio nihil valet,& postea alienatus sit in dictum Titium:non potest eius Titij iussu adire hereditatē. Sed pone quòd dicto seruo cui libertatem sub dicta conditione legaui equum meum purè,non autem eum institui: & pendente dicta conditione eum manumisi,vel alienaui in dictum Titium:& postea decessi:Certè dictum legatum habebit eo casu quo fuit manumissus: aut acquiret illud Titio domino suo,in quem Titium per me viuentem alienatus fuit:& hoc siue tempore mortis meæ pēdebat adhuc conditio libertatis,sicut pendebat tempore quo eū manumisi,vel alienaui:siue extincta sit, quia nō venit nauis intra annum. si autem post defectū dictæ conditionis libertatis manumisi eū,vel alienaui Titium,legatum equi datum purè per me dicto seruo recidit ad irritū, sicut in superiori casu hereditatis. [CVM VENDITOR.] Vendidi Titio seruum meū Stichum:& antequam ei traderem,ipse Titius emptor fecit testamentum, & instituit sibi heredem dictum Stichum & Gaium: & decessit. ego venditor qui habebam adhuc dominium serui, iussi eum adire pro parte dimidia, in qua fuit institutus à dicto emptore: & ita mihi acquisita est. Gaius autem coheres serui adiuit pro sua dimidia. certè debeo ego venditor restituere dicto Gaio heredi emptoris coheredi dicti serui totum illud quod consequi non potuisset, si prius quàm iussu meo adiret seruus partem hereditatis, vendidissem eum dicto Titio, & tradidissem. i. dimidiam hereditatis emptoris, & totum seruū: quia non debeo facere lucrum eius serui nomine quem iure vendidi. Et hoc reprobata opinione quorundam, qui dicebant quòd ego non debebam restituere dicto Gaio, nisi pro ea parte qua extitit heres Gaius emptori. i. pro dimidia seruum,& pro dimidia illud quod acquisiui de dicta hereditate per dictum seruum, sicut pro dimidia habuit hereditatem emptoris Gaius.i.dicere,partem dimidiā serui,& partem dimidiam dimidiæ hereditatis,id est, quartam hereditatis. & hoc dicit cum.l.seq. Viuian.

QVi filio [e] impuberi exheredato Pamphilum legat, eundem [f] post mortem filij [g] ex parte heredem instituere eodem modo potest, quo is qui seruum Sempronio legatum, eundem [h] post mortem Sempronij ex parte heredem instituit.

Conditio tacitè hereditati adiecta, non potest in codicillis adimi. Bartolus.

1. ¶ Seruus testamento heres purè scriptus, [i] liber autem iussus [k] esse si intra calendas Decembres decem dedisset: si codicillis purè libertatem acceperit, intra calendas quidem neque liber [l] neque heres erit, nisi decem dederit: si intra calendas non dederit, liber ex codicillis [m] erit.

Sublata causâ viuo testatore per quam conditio vni rei adiecta,alteri repetita intelligatur, cessat repetitio conditione pendente. secus si esset iam defecta. Bart.

2. ¶ Si quis seruū suū liberum sub conditione, heredem purè scripsisset, cúmque vendidisset:

e ¶ *Qui filio.* siue leget testator seruum suum filio exheredato, siue extraneo: potest [a] eundem seruum instituere post mortem legatarij: quia dies incertus est.aliàs tolleretur dies:*vt.s.e.l.hereditas.*¶Sed an valeat legatū serui si hic solus seruus post mortē legatarij est institutus? Resp.nō:quia ante mortē legatarij nō: quia nemo est heres,postea non:quia libera persona inueniretur legata. *& facit.j.tit.j.l.si seruus communis.§.fi.& l.seq.& C.de neces.ser.l.pen.§.fi.*Accur.

f ¶ *Eundem.*scilicet Pamphilum.

g ¶ *Filij.*exheredati.

h ¶ *Eundem.*seruum.

i ¶ *Purè scriptus.* quoad verba.affectus autem eius est,vt conditionem adimpleat libertatis.& dic scriptus,solus,secundum Io.

k ¶ *Iussus esse.*sub hac conditione,si intra,&c.

l ¶ *Neque liber.* Ex [b] testamēto nō est liber : quia nō extitit adhuc cōditio:& per [c] cōsequēs nec heres:quia nō liber : & quia sub eadē cōditione [d] retardatur hereditas : *vt.s.e.l.seruus alienus.§.j. & ar.j.de condi.insti.l.cū seruus.& s.eo.l.Trebatius.§.fin.& ar.s.de ser.vrba.præd.l.xj.§.qui habet.* Item nec ex codicillis est liber pēdēte cōditione,vt hic dicit:quia noluit lex expectari an habeat vtrûque ex testamēto,& sic sit necessarius : quod est si existat conditio:vel voluntarius secundū Hug. Item si esset liber in codicillis,videretur remota cōditio libertatis,per cōsequens hereditatis: & sic directò [e] daretur hereditas in codicillis remouendo conditionem:quod esse non debet:*vt Inst.de codicil.§.fin.*Accur.

m ¶ *Liber ex codicillis.* & heres volūtarius secundū H. *vt ar.s.e.l.si seruus cōmunis.* Nec obstat.C.*de neces.ser.l.quidā.§.sed cū veteres.* vbi est necessarius:quia ibi nil de libertate dixit in testamēto.Sed alij dicūt,vt Io.etiā R.quod hic non est heres:vtpote deficiente conditione,sed tantùm liber:*vt argu.s.eo.l.& expleta.* Sed tunc libertatē quo modo cōsequitur,cū [f] nō existente ex eo testamento herede nil valeat : *vt.C.de fideicom.l.eam.* Respon.hîc habebat coheredem. Vel illud de relictis in testamento: hic autē de codicillis.[g] sed est hîc opus adiri [h] hereditatē à legatario.aliàs nō valet libertas:*vt.C.de cadu.tollen.l.j.§.in nouissimo.* & secundum hoc potest in fine legi cum non,secundum Io.qui habebat,ex codicillis non erit:scilicet non adita hereditate à legitimo.Accur.

a Institutere seruum suum heredem testator potest, post mortem eius cui seruū ipsum legauit.
b Fideicōmissi quod à nemine debetur suáque firmitate caret, dies cedere dici non potest.
c Heres esse nō potest qui non est liber.
d Hereditas cōditione retardatur.
e Codicillis directò hereditas dari non potest.
f Heredis defectu vitiatur testamentum.
g Codicilli qualoque nō rumpūtur, cum pro etiam testamento. vid. Socin.regul.60.
h Legata non debentur nisi hereditate adita : adeo vt si legata relicta sint codicillis, venientes ab intestato adire hereditatē debent. v. Gomezium. 2. Resolut.12.num.11. Sic legatis vel fideicommissis repetitis ab intestato venientibus, necesse est hereditatis aditionē fieri, vt factam esse ab ijs heredibus ab intestato.v. Simonem de Prætis.j.de interpret. vlt.volunt.7.dubitat. 1.solut.1.Codicillis relicta requirunt confirmationē per aditionem hereditatis.

a ¶ *Constitit institutio.* per conditionem defectam sub qua ipsa institutio facta videtur quantum ad quærendam hereditatem. secundum Rog. ¶ Sed nunquid si postea conditio extiterit, restituit emptor hereditatem seruo? Respon. nequaquam. Azo. expectatur ergo hæc conditio, quando seruus in eodem mansisset statu. nam ante conditionem nec se nec alium potest facere heredem: sed alienatione facta est quem faciat heredem: & ideo conditio non expectatur, quia vera non est conditio, sed quia propter naturam libertatis differtur institutio, eo scilicet non alienato. aliàs si esset vera conditio, expectaretur etiam eo alienato.

* Potius ita pungendum fuit, vendidisset pendente cõditione, iussu. &c.

pendente* conditione iussu emptoris seruus adire hereditatem potest: quia & constitit institutio,[a] & est qui ius imperandi[b] habet. 3. ¶ Quod si post defectam conditionem[c] alienatus fuisset, non potest iussu emptoris hereditatem adire: quia eo tempore ad eũ peruenisset, quo iam extincta institutio inutilis[d] fuerat. 4. ¶ Igitur[e] cum seruus sub conditione liber esse iubetur, & legatum purè accepit: si pendente conditione[f] manumissus vel alienatus fuerat, legatum habebit,[g] aut domino[h] adquiret: quamuis mortis[i] tempore conditio libertatis extincta[k] fuerit. Si verò post defectum conditionis manumissus aut alienatus fuerit,[l] legatum ad irritum recidit.[m]

Quicquid post venditionem venditori accrescit mediante seruo vendito: restituit emptori, vel eius heredi. Bartolus.

5. ¶ Cum venditor † seruum ante traditionem ab emptore pro parte heredem scriptum adire iubet, restituere coheredi serui necesse habet: quia lucrum facere eius serui iure quem vendidit, non debet.[n] Planè non totum[o] quod adquisierit restituet, sed pro ea dumtaxat parte qua seruus coheredem habuerit.

XXXIX. MARCIANVS *libro secundo Regularum.*

ID est[p] partem dimidiam serui, & quartam hereditatis.[q] Libro trigensimo Digestorum Iuliani Marcellus notat:[r] imò & id debet præstari quod consequi venditor non potuisset, si prius quàm adiret seruus partem hereditatis, is traditus esset.[s] quod est verum.

b ¶ *Imperandi.* nouus dominus.

c ¶ *Defectam conditionem.* libertatis, quæ fortè erat si nauis venierit ex Asia hinc ad mensem. & dic quod defectus[a] conditionis & libertatem & hereditatem sub conditione tacite repetita datã vitiat: alienatio solam adimit libertatem: *vt Institu. eo. §. seruus.*

a Conditionis defectus vitiat libertatem & hæreditatem sub conditione tacita repetitam: alienatio solam adimit libertatẽ.

d ¶ *Inutilis.* quia perinde est modo habendum, ac si fuisset purè institutus & simpliciter sine libertate data aliquo modo. H. quod hoc iure non valebat: hodie secus: *vt. C. de necess. ser. l. quidam.*

e ¶ *Igitur.* quod dixi in hereditate seruo relicta, idem in legato: cum sub conditione libertas sit ei relicta.

† Venditor tenetur restituere hæredi emptoris quidqd adquirit per seruum venditum.

f ¶ *Pendente conditione.* scilicet libertati adscripta.

g ¶ *Legatum habebit.* ipse manumissus: quia legatum purè cœpit deberi manumissione facta. Hug.

h ¶ *Aut domino acquiret.* cum fuit alienatus.

i ¶ *Mortis.* scilicet domini.

k ¶ *Extincta.* & sic videtur quòd non cedat dies huius legati quantum ad hoc vt valeat vel non à tempore mortis quod est bene notandum. Vel satis potest dici quod cedat à tempore mortis. Hug.

l ¶ *Fuerit.* scilicet seruus.

m ¶ *Recidit.* habuit enim quasi tacitè à seruo acquirendum legatum conditione libertatis adiecta. R. 2. Vel sic: quia perinde habendum est, ac si legatum simpliciter sine libertate fuisset ei relictum, quod nullum esset: *vt. C. de leg. l. seruum. & facit infra de leg. j. l. quæsitum. §* j Hug.

n ¶ *Non debet.* venditor.

o ¶ *Non totum.* de subtilitate iuris.

p ID *est.* nam videtur voluisse testator venditorem habere debere partem dimidiam serui, cum eum instituerit pro dimidia. Hug.

q ¶ *Hereditatis.* totius. cum enim fuit institutus seruus pro dimidia, & medietas serui remansura est penes venditorem: ergo medietas illius dimidiæ, & sic alia sit emptori restituenda, quæ est quarta totius hereditatis. H. & econtra qui coheres non erat nisi in dimidia: non poterat habere nisi medietatem serui, & mediam institutionis serui, quæ erat quarta totius: sed tamen statim corrigit.

r ¶ *Notat.* id est reprehendit ita, imò &c.

s ¶ *Is traditus esset.* & sic apparet corrigi quod dictum erat. s. eo. *l. proxima §.* plane non totum &c. *& facit. s. de act. emp. & vend. l. Iulianus. §. si quid seruo.* ¶ Sed cur non habet aliquid venditor, cũ testator sciebat seruum esse venditoris: Respond. contemplatione serui instituit in dubio: *vt. C. de vsufru. lega. l. si. & j. de leg. præst. l. ij. §. j.* ¶ Item quo modo coheres petit vltra quàm sit heres: *vt. C. de rei vindi. l. res alienas*: Respon. quod testator videtur cum voluisse habere totum, cui & partem dedit: *vt argu. j. de condi. & demonstratio. l. si quis eum quem.* perinde enim habetur ac si emptor proprium seruum instituisset sine libertate: & sic hereditas tota & seruus dabitur heredi emptoris.

Propter repugnantiam iuris communis admittitur concursus instituti & substituti. Bartol.

XL. IVLIANVS *libro trigensimo Digestorum.*

SI paterfamilias Titium quẽ ingenuum[t] esse credebat,[u] heredem scripserit: eiq; si heres non esset, Sempronium[x] † substituerit: deinde Titius, quia seruus fuerat, iussu domini adierit hereditatem, potest dici Sempronium in partem[y] hereditatis admitti. Nam qui scit[z] aliquem seruum esse, & eum heredem scribit, & ita substituit.[a] *Si Stichus heres nõ erit, Sempronius heres esto*: intelligitur tale quid dicere: Si Stichus neque ipse heres[b] erit, neque alium[c] fecerit. At qui eum quem liberũ putat esse,[d] heredẽ scripserit, hoc sermone, *Si † heres non erit*:[e] nihil aliud intellegitur significare, quã si hereditatem vel sibi adquisierit, vel mutata[f] conditione alium[g] heredẽ non fecerit. quæ adiectio ad eos pertinet qui patresfamilias heredes scripti, postea in seruitutem deducti fuerint. Igitur in hoc casu[h] semisses fient: ita vt alter † semis inter eum qui dominus instituti heredis fuerit, & substitutum,

SI *paterfamilias.*] CASVS. in hac leg. cum sequen. est talis: Titium seruum Mæuij, quem liberum esse credebam, mihi heredem institui: & si heres non esset dictus Titius, substitui ei Sempronium. dictus Titius seruus adiuit hereditatem meam iussu domini sui, & ita non fuit heres Titius mihi: sed dominus suus per eum. nunquid habebit substitutus hereditatem? Et videtur quòd sic: quia seruus nõ fuit mihi heres. Econtra videtur quòd non: quia ego videor velle habere substitutum hereditatẽ meam si Titius seruus Mæuij non erit heres, neque alium fecerit heredem. fecit autem dominum suum heredẽ. ergo videtur quòd substitutus nihil habere debeat. iudicatur tamen hic quòd Sempronius substitutus in partem hereditatis debet admitti. s. quartam: vt in fin. l. duo enim semisses debent de hereditate fieri: & intelligo quòd vnum integrum semissem debeat habere dictus Mæuius dominus serui, & alium cum substituto diuidere. Et hoc iudicauit Titus Cæsar in persona Parthenij sui serui: qui Parthenius fuit institutus à quodam credente eum esse liberum: & substituit ei quendam alium si heres non esset. secus autem si instituissem dictum Titium seruum Mæuij sciens eum esse seruum, tali modo vt dictum est. nam tunc nihil habebit substitutus: quia intelligitur substitutus in eum casum quo dictus Titius non esset heres, nec alium heredem fecerit. fecit autem dominum suum. si autem dictus Titius quem dicto modo institui, erat liber, & ego putabã eum liberum, ita demũ habebit substitutus hereditatem, si ipse institutus non erit per se heres, nec alium heredem fecerit in seruitutem postea redactus. Viuian.

† Alciat. lib. 1. disp. perperã propria auctoritate addi verbum coheredem contra fidem omnis scripturæ.

† Substitutionis vulgaris est natura, si heres nõ erit vel alium heredem non fecerit.

† Pro his verbis, Alter semis, putat Cuiac. Iulia. scripsisse As, & Tribon. pro notis illas duas literas perperam accepisse.

t ¶ *Ingenuum.* idem esset & si libertum.

u ¶ *Credebat.* forsan. nos enim ignoramus[a] quid ipse crediderit.

x ¶ *Sempronium* substitutum.

y ¶ *In partem.* quartam: *vt in fi. l. dices.*

z ¶ *Quis scit.* ergo & est seruus.

a ¶ *Et ita substituit.* id est his verbis.

b ¶ *Heres erit.* liber puta de nouo factus.

c ¶ *Neque alium.* cuius est iuri subiectus per arrogationem vel per seruitutem.

d ¶ *Putat esse.* vulgo deest esse.

e ¶ *Non erit.* subaudi, talem substituo. Accur.

f ¶ *Mutata.* de libertate in seruitutem.

g ¶ *Alium.* puta dominum suum.

h ¶ *Igitur in hoc casu.* scilicet primo casu huius legis

a Opinio hemens effectũ habet scripsi ad. Libera. 48. de peculio.

Diuidatur.

a ¶ *Diuidatur.* Sed quid fiet de alio semisse? Resp. dominus instituti habet præcipuum inspecta potius veritate quam opinione: licet quidã contra. & est etiam pro hoc. ȷ. *l. proxi.* quia verisimile est quod Imperator sibi præcipuum acceperit. Sed videtur distingui. aut voluit alium fieri heredem si appareret seruus: & tunc substitutus in totum repellitur si paruerit domino in adeundo. aut noluit: & tunc in totum admittitur: vt. *Cod. eo. l. cum proponas. quæ est contra.* Sol. ibi erat certum quid voluit per verba, si non erit heres, signare. hic contra. nam dubitabatur, an testator crediderit liberum. Item si crediderit liberum, dubitatur quid volebat per prædicta verba significari, si heres non erit. & distingue *vt Institu. de vulgar. substitu. §. final. & facit supra de euic. l. sed & si stipulatio. §. j. & j. de acquir. here. l. vij. & C. de iure delib. l. cum aliquis.* Accur.

æquis portionibus diuidatur.[a]

XLI. POMPONIVS *lib. 12. ex variis lectionibus.*

ET hoc Tiberius *[b] Cæsar constituit † in persona Parthenij: qui tanquam ingenuus heres scriptus adierat hereditatem, cum esset Cæsaris seruus. Nam diuisa hereditas est inter Tiberium & eum qui Parthenio substitutus erat, vt refert Sextus Pomponius. †

Defectus extrinsecus si tempore aperturæ tabularum cessat, testamentum reconualescit. Bartolus.

XLII. IVLIANVS *lib. 64. Digestorum.*

QVi soluendo nõ erat, duos Appollonios[c] liberos heredésque esse iusserat. Altero ante apertas[d] tabulas testamenti mortuo, non ineleganter defendi poterit, eum qui superesset, liberum & solum necessarium heredem[e] fore.[f] Quod si vterque viuit: institutionem nullius esse momenti propter legem Æliam Sententiam, quæ amplius quam vnus necessarium heredem fieri vetat.

XLIII. PAVLVS *lib. 1. ad Aeliam Sentiam.*

INuicem [g] enim eos sibi obstare.

Ex facto alterius alius exheredari non debet. Bartolus.

XLIIII. ALFENVS *lib. 5. Digestorum.*

b ¶ *ET hoc Titius.* Instit. *de vul. sub. in fin.* dicitur Tiberius: & sic binomius. ¶ Sed opponitur, si testator credidit liberum: ergo substitutio ei facta intelligitur facta vt libero: ergo dominus nihil habet, sed substitutus totum. Respon. opinioni testantis est veritas contraria: quia est seruus: quæ[a] præualet cum ignoramus certitudinem voluntatis. nam potest esse quod licèt liberum putabat, tamen voluit si quo casu detegeretur eius conditio, & seruus appareret, quòd dominus haberet: sed latebat hic quid voluerit.

QVi soluẽdo.] CASVS. Lex Ælia Sententia permittit q̃ ille qui non est soluendo creditoribus suis, possit sibi instituere vnum seruum suum heredem necessarium: & non plus. pone ergo quòd Titius non soluendo existens instituit sibi seruos suos heredes duos cum libertate: quorum seruorum quilibet vocabatur Apollonius. certè si vnus seruorũ eorum decesserit ante apertas tabu. testamenti dicti Titij, alter erit heres necessarius. si autem vterque viuat, nõ erit aliquis eorum heres: quia vnus obstat alteri, & econtra. non enim apparet quis primò institutus fuerit: quia ille solus heres esset. & h. d. cum. l. seq. Viuianus.

c ¶ *Apollonios.* secus si diuersorum nominum essent. Ro. quia tũc primo nominatus: nisi in casu: *vt. ȷ. eo. l. qui soluendo. & ȷ. qui & à qui. l. si quis heres.* Accur.

d ¶ *Ante apertas.* Hoc ideo dicit, quia[b] secundum hęc iura nõ cedebat dies hereditatis vt posset adiri nisi ante aperturas tabularũ etiã instituto pro parte herede: sed hodie statim à morte testatoris: *vt. C. de cadu. tol. l. j. §. j. & §. in nouissimo.* & ideo quia distinguitur ante apertas tabulas, vel postea: dices hodie ante mortẽ testatoris vel postea. & hoc maximè in necessario qui protinus post mortem eius est heres: *vt Insti. de here. quali. & diff. in prin.*

e ¶ *Heredem.* Not. quod [c] non valet, postea confirmatur contra regulam Catonianam.

f ¶ *Fore.* Imò videtur nullus: *vt. ȷ. de re. du. l. si fuerit. contra.* Sol. hic apparet quis sit heres altero mortuo, ibi non quis legatarius. Item hic testator vtrumque voluit esse heredem: ibi alterum tantum habere legatum. *& facit Insti. qui ma. non pos. §. j. & C. de necess. ser. l. j. & ȷ. de ma. test. l. in fraudem. & ȷ. e. l. a tẽpus. §. j. & ȷ. de ma. test. l. cum ex plurib. & ȷ. de testa. tute. l. duo. & ȷ. de vsufru. l.*

quoties. & ȷ. de leg. j. si quis legauerit. ¶ Item not.[a] quod non valet, postea confirmatur, contra regulam Catonianam. sed illa in legatis, hæc in hereditate.

g INuicem. cum non appareat quis prior, quis posterior nominetur: *vt. ȷ. eo. l. qui soluendo.* Accur.

PAter familias testamento duos heredes instituerat: eos monumentum[h] facere iusserat in diebus certis: deinde ita scripserat: *Qui eorum*[i] *non ita fecerit, omnes exheredes sunto.* alter heres hereditatem prætermiserat: reliquus heres consulebat, cum ipse monumentum extruxisset, * nunquid minus heres esset ob eam rem quód coheres eius hereditatem non adisset. Respondit neminem[k] ex alterius facto hereditati neque alligari, neque exheredari posse:[l] sed vti quisque conditionem implesset, quamuis nemo adisset:[m] præterea, tamen eum heredem esse.[n]

Conditio quæ de præterito fuit impossibilis, reiicitur. Bartolus.

XLV. IDEM *lib. 2. Digestorum à Paulo Epitomatorum.*

SI Mæuia mater mea, & Fuluia filia mea viuent,[o] *tum mihi Lucius Titius heres esto.* Seruius respondit, si testator filiã nunquam habuerit, mater autem superuixisset: tamen Titium heredem fore: quia id quod impossibile[p] in testamento scriptum[q] esset, nullam vim[r] haberet.[f]

Ex testamento non potest conueniri qui à defuncto grauatus non probatur: sed conuenietur ex mandato quod suscepisse probatur. Bartolus.

XLVI. AFRICANVS *lib. 2. Quæstionum.*

PAter familias.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium & Gaium: & iussit eis vt facerent ei monumentum intra duos menses pone. & postea ita scripsit in eodem testamento: Qui eorum heredum non ita fecerit monumentum vt præcepi, omnes exheredes sunto. Seius noluit adire hereditatem mortuo dicto testatore, imò eam repudiauit Gaius autẽ fecit monumentum secũdum testatoris præceptum. quæritur, vtrum ipse solus possit habere hereditatem? Et videtur quòd non, propter verbum testatoris. Sed respon. quòd sic: quia nemo potest exheredari ob alienum factum, sicut nec hereditati alligari. Viuianus.

h ¶ *Monumẽtum.* totum nam si pro parte, non sufficit: licèt secus sit in conditione quæ diuidi potest: vt quæ consistit in danda pecunia: *vt infra de cõdit. & demon. l. pen. & l. cum tale. §. fina. & infra de manu. testa. l. si ita fuerit. & not. plene. C. de condi. inser. l. si plures.*

i ¶ *Eorum.* Not. hanc voluntatem defuncti non seruari.

k ¶ *Neminẽ.* [b] Not. neminem ex alterius facto neque hereditati alligari, neque exheredari posse. Accur.

l ¶ *Posse.* Contra. ȷ. *de iis quæ in testa. delen. l. cancellauerat. in fi.* Sed illud propter voluntatem defuncti: quia ipsemet cancellauit. Item facit. ȷ. *eo. l. hoc articulo. & l. Titius. & ȷ. ad Sil. l. fi. & ȷ. de neg. gest. l. si ex duobus. & de iud. l. si petitor. & ȷ. de alie. iu. l. j. cum suis conc.*

m ¶ *Adisset.* nec monumentum fecisset.

n ¶ *Heredem esse.* insolidum: *vt. ȷ. eod. l. si quis ita scripserit. in fi.* ¶ Et no. hic præceptum[c] testatoris non seruari: quia dixit, qui eorum &c. sic & aliàs non seruatur. ȷ. *de leg. j. l. filiusf. §. diuus. & de condi. Insti. l. quidem.* & est ratio: quia ex alterius facto &c. vt hic dicit cum concor. dictis.

SI Mæuia.] CASVS. Titius habens matrẽ Mæuiam, & non habens aliquam filiam, ita dixit in testamento suo: Si Mæuia mater mea & Fuluia filia mea viuũt, tu mihi Lucius Titius heres esto & decessit. modò inuenitur mater viuere, & non inuenitur ei aliqua filia. certè habebit Lucius Titius hereditatem: quia conditio impossibilis de filia debet haberi pro non apposita. Viuianus.

o ¶ *Viuent.* i. viuunt in presenti tempore. Sed videtur contra. ȷ. *de iniusto testa. l. cum in secundo.* siue ponas de præsenti, siue de futuro. Sed ibi falsa, hic nugatoria.

p ¶ *Impossibile.* de natura. Not. quòd impossibile[d] de natura, in testamento adscriptum nullam vim habet. Accur.

q ¶ *Scriptum.* s. filiam viuere, quæ nunquam fuit.

r ¶ *Nullam vim.* sed remanet institutio pura quo ad illud: *vt. ȷ. ti. j. & Instit. eo. §. impossibilis.*

f ¶ *Haberet.* & sic non vitiat testamentum.

QVidam cum.] CASVS. Seium filium Titij instituere volebam: & nolebam quòd ad Titium patrem aliquid de here-

Hanc aberrationem pulchre soluit Theophilus in Græcis institutionibus in ti. de vulg. substitutione.

* Theophil. ... Titius.

† Iudex in causa propria ...

† ergo hic est alius ab auctore huius legis.

a Veritas opinioni testantis præualet, quoties ignoramus certitudinem voluntatis defuncti.

b Hanc Gloss. reprehendit Bart.

c Inualidum postea quandoque validatur: sic etiam validum quandoque inualidum redditur.

a Inualida postea confirmari possunt.

* instruxisset.

b Nemo puniri potest à testatore propter inobedientiam tertij, vt post Baldum tradit Corsetus singulari Testator. Romanus singulari iii.

c Testatoris voluntas nõ semper seruatur.

d Impossibilia natura in testamentis vim nullam habent.

Q

ditate mea perueniret. vnde vocaui dictam Seium, & ei exposui dictam meam voluntatem: & dixi ei, Ego instituam te sub conditione si emanciperis à patre tuo. Seius timens ne pater crederet se ab eo propter hoc offensum, petiit à me testatore ne sub dicta cōditione eum instituerem: & impetrauit à me vt Gaium amicum suum heredē instituerem, confidens dictus Seius filius Titij de dicto Gaio suo amico vt sibi patrifamilias facto restituat hereditatem meam. & sic ego institui dictum Gaium, & non petij ab eo vt restitueret hereditatem dicto Seio: & postea decessi. modò Gaius non vult adire hereditatem meam: vel si adiuit, non vult restituere dicto Seio. vnde quæritur, an Seius possit petere hereditatem ex fideicom. Et dicitur quòd non: quia ego testator non petij à Gaio vt restitueret ei hereditatem. habet tamen contra eum actionem vtilem mandati cum est nunc sui iuris, si Gaius recepit in fide sua de restituendo ei patrifa. facto hereditatem cum dictus Seius filiusfa. eum de hoc rogaret: sicut daretur vtilis actio mandati ei qui cum filiusfa. esset, pro aliquo fideiussisset, & paterfam. factus soluisset. dicta autem actio mādati vtilis, est inutilis dicto Titio patri Seij contra dictum Gaium: quia non est ex bona fide siue æquum id dicto Titio restitui per Gaium, quod ego testator ad eum nolui peruenire. Viuianus.

† Offensa autē dicitur quidquid alium ad tu bationē iniustè adducit. Bart.

Qvidam cum filiumfamilias heredem instituere vellet, ne ad patrem eius ex ea hereditate quicquam perueniret, voluntatem suam exposuit filio. filius cum patris offensam † vereretur, petiit à testatore ne sub conditione, *si à patre emancipatus esset*, heredem eum institueret: & impetrauit ab eo vt amicum[a] suum heredem institueret:[b] atque ita testamento amicus filij ignotus testatori, heres institutus est: nec quicquam ab eo[c] petitum est. Quærebatur, si ille amicus aut adire nollet, aut aditam nollet restituere hereditatem: an fideicommissum ab eo peti possit, aut aliqua actio aduersus eum esset: & vtrum patri, an filio competeret. Respondit, etiam si manifestum sit scriptum heredem fidem suam interposuisse:[d] non tamen aliter ab eo fideicommissum peti posse, quàm si & ipsum testatorem fidem eius secutum[e] esse probaretur. Si tamen cum à filiofamilias rogaretur amicus, & aditurum se hereditatē recepisset, & restituturum[f] patrifamilias facto: non absurdè dici possit, mādati actionem futuram, & eam actionem patri inutilem[g] fore: quia nō sit ex bona fide id ei restitui, quod testator ad eum peruenire noluerit. Sed nec filio vulgarem[h] competituram, verùm vtilem: sicuti dare placeret[i] ei qui cum filiusfamilias esset, pro aliquo fideiussisset, ac paterfamilias factus soluisset.

Dictio imo ponitur correctiuè, Bartolus.

a ¶ *Amicum.* credebas habere meliorem amicum quàm patrem, sed non fuit. ad hoc. C. *de cura. fu. l. fi.* §. j.

a Pater filio melior amicus dicitur.

b ¶ *Institueret.* Not. filium[a] non posse inuenire meliorem amicum quàm patrem.

c ¶ *Ab eo.* testatore de restituenda hereditate. hoc tamen voluit testator: sed non prodest vt hic petatur fideicommis. sed mandati agitur: vt subiicit. si autē rogasset testator, teneretur amicus adire & restituere, & sic pater peteret, vtpote sibi quæsitum per filium.

d ¶ *Interposuisse.* tacitè testatori, sed expresse filio. nec etiā est pactum futuræ successionis: quia testator consentit: *vt. C. de pac. l. fi.*

e ¶ *Secutum.* expressè.

f ¶ *Restituturum.* aliàs præstaturū. & sic est in libro domini. Acc.

g ¶ *Inutilem.* Contra. ꝟ. *de stipu. seruo. l. fi.* Sol. ibi in contractu, vbi tēpus cōtractus inspicitur. aliud in hereditate & legato: *vt hic, &* C. *de condi. inser. l. si vxor.* Item ibi dolo protrahebat tempus in quo esset sui iuris: hic non, cum testator patri quæri volebat. Item contra. ꝟ. *man. l. si mandauero. §. fugitiuus.* Sed ibi de pecunia domini empta erat res, & contractus ibi erat: hic secus.

h ¶ *Vulgarem.* i. directam mandati.

i ¶ *Placeret.* i. vtilem mandati: sed certè imò in factum: *vt. ꝟ. man. l. si verò non remunerandi. §. si filio.* sed eadem est in factum & vtilis: *vt no. ꝟ. de præscrip. ver. l. quoties. & facit. ꝟ. de fideiuss. l. si dubitet. §. fi. & de act. & obli. l. filiusfa. suo nomine. & de verbo. oblig. l. quidam. & C. de inoffi. testa. l. filius matrem.*

S*I ita scriptum.*] CASVS. Ita dixi in testamēto meo: Titius imò Seius heres mihi esto, vel ita: Titius heres esto: imò Seius heres esto. certè vtroque casu solus Seius erit heres. [QVIDAM.] Titius habens filiam Titiam, & vxorem prægnantem, ita dixit in testamento suo: Titia filia mea heres esto: & si quis mihi liberorum nascetur me viuo vel mortuo, tunc qui virilis sexus vnus plurésue nascentur, ex parte dimidia vel etiam quarta sit mihi heres. id est, ex sex & tribus vnciis, id est ex dodrante: siue ex. ix. vnciis. qui autem fœminei sexus vna plurésve natæ erunt, ex parte quarta sit mihi heres, id est ex tribus vnciis. & postea decessit dictus testator: & postea dicta sua vxor peperit filium masculum. quæritur, ex qua parte sit heres dictus postumus? Et dicitur quod hereditas debet diuidi in septem partes, de quibus debet habere dicta Titia filia testatoris quatuor partes, postumus autem tres: quia dicta Titia fuit instituta in totum, & xij. vnciis. postumus autem in. ix. vnciis siue in dodrante, vt dictum est. vnde videntur datæ dictæ Titiæ tres vnciæ plus quam postumo, id est quarta pars hereditatis: vel debent fieri de hereditate viginti vna partes, scilicet vt dicta Titia habeat xij. partes, & postumus ix. quod tantundem valet. Sed quid retento eodem casu si postumus & postuma nati sunt? Certè tantum debet habere sola Titia, quantum simul postumus & postuma. diuidetur itaque tunc hereditas in. xxiiij. partes: & Titia habebit. xij. & postumus. ix. & postuma. iij. quia hoc videtur voluisse testator. [IN TESTAMENTO.] Ita scripsi in testamento meo: Lucius Titius ex duabus vnciis sit mihi heres: Gaius Attilius sit mihi heres ex vna parte: Mæuius sit mihi heres ex vna parte: Seius sit mihi heres ex duabus partibus: & postea decessi. quæritur, qualiter hereditas mea diuidi debeat inter prædictos? Et dicitur quòd dictus Lucius Titius debet habere duas vncias in quibus fuit institutus: Gaius Attilius Mæuius & Seius debent habere reliquas. x. vncias: quasi sine partibus instituti fuerint quæ. x. vnciæ taliter inter eos debent diuidi, scilicet vt Seius qui fuit institutus in duabus partibus, habeat. v. vncias: Gaius Attilius autem & Mæuius, quorum quilibet fuit institutus in vna parte, habeant alias. v. vncias, i. quilibet eorum duas vncias & dimidiam. Viuianus.

XLVII. IDEM *lib.* 4. *Quæstionem.*

SI ita scriptum fuerit: *Titius, imò* † *Seius heres esto:* Seiū solum heredem fore[k] respondit. Sed & si ita, *Titius heres esto, imò Seius heres esto:* idem erit dicendum. 1. ¶ Quidam testamento ita heredes instituit: *Titia*[l] *filia mea heres esto.*[m] *si quid mihi liberorū me viuo mortuóve nascetur: tunc qui virilis sexus vnus plurésve nascentur, ex parte dimidia*[n] *& quarta: qui* fœminini sexus vna plurésve natæ erunt, ex parte quarta mihi heres sit.* * postumus ei natus est. consulebatur, quota ex parte postumus heres esset. Respondit, eam hereditatem in septem partes distribuendam: ex his filiam quatuor, postumum tres, habituros: quia filiæ totus as, postumo dodrans datus est: vt quarta portione amplius filia quàm postumus ferre debeat. Ideo si postuma[o] quoque nata esset, tantumdem sola filia, quātum vterque postumorum habituri essent.[p] Itaque in proposito[q] cum as filiæ,[r] dodrans postumo sit datus: vigintiunam[s] partes fieri: vt filia duodecim, nouem filius babeat.

† Imò particula correctiua de cuius vi & significatione vide plura apud Bartolum ... tat interdum copulatiuè ... firmatiuè ...

* qua

* heredes ... to.

k ¶ *Fore.* Ponitur ergo correctiuè[a] verbum imò. *sic infra de ma. test. leg. Stichus.* aliàs pro &: *vt Cod. de nouo Co. fa. §. quibus. ibi. imò &c.* quandoque per vel: *vt. Cod. de sacrosanct. eccles. l. iubemus. §. œconomus.* Sed ar. contra infra *de condi. & demon. leg.* nam ad ea vbi distinguitur incontinenti vel ex interuallo. Accursius. ADDITIO. Dic quod ibi non erant verba correctiua, sed alterius voluntatis tantùm dispositionem continentia, secundum Dy. & Bar.

a Imò particula correctiua facit Bart. in ... iubemus. §. ... de sacrosanct. ... de. quando ... ponitur ... tiuè per ... l. iurisgenti... §. quinimò ... ...

l ¶ *Titia.* iam nata.

m ¶ *Heres esto.* simpliciter instituta, in asse instituta videtur.

n ¶ *Dimidia & quarta.* totius hereditatis.

o ¶ *Postuma quoque.* i. postumus & postuma.

p ¶ *Habituri essent.* & tunc diuiditur hereditas in. xxiiij. vncias.

q ¶ *In proposito.* cum solus postumus est natus.

r ¶ *Cum as filiæ.* iam natæ.

s ¶ *Vigintiunam.* quod tantum est, quantum & septem prædictę.

t ¶ *Filia.* iam nata. sed contra huic. C. *de leg. l. cum quæstio.* vbi tantum

tantum aufertur priori, quantum confertur secundo. Sol. illud in natis: hic in postumis qui non sic auferunt, cum inueniant insolidum heredẽ. Vel hîc secundis in certis vnciis: ibi secundus in medietate vel tertia eius quod reliquerat priori. Vel hic voluit excedere assem: ibi erat dubium, an voluerit vel non: & ita nõ excedit: *vt ibi, & .j. eod. l. qui non militabat. §. filiis.* ¶ Item contra *Institu. eod. si plures. ibi, partibus eos*, &c. vbi asse distributo post ea institutus in tantumdem admittitur: aliàs ad vacantem. Solu. ibi in natis: vel hoc corrigitur secundum Ir. Vel verius hîc voluit testator habere tantũdem: cum dixerit ex quota parte, scilicet dimidia & quarta: vel tantùm quarta. ¶ Item contra *infra eod. l. qui non militabat. §. filiis.* vbi videtur ademisse de asse quantum secundo contulit. sed ibi dubium erat an voluerit assem excedere: hic constabat quòd sic. Alij quòd hic as expressim filiæ fuit assignatus: ibi simpliciter institutio facta, quod non placet: quia hæc lex hoc non dicit. *& facit infra ad Trebel. l. Marcellus. & supra de lib. & postu. l. si ita scriptum. & de lega. j. l. si quis testamento. §. j.*

Qui primo relinquit vncias, postea partes, intelligitur partes facere de residuo. Bartolus.

2. ¶ In testamento ita scriptũ est: *Lucius Titius ex duabus vnciis, Gaius Attius* [a] *ex parte vna, Mæuius ex parte vna, Seius ex partibus duabus heredes mihi sunto.* consulebatur quid iuris esset. Respondit, hác scripturam illam interpretationẽ accipere posse, vt Lucius Titius duas vncias habeat: cęteri autem quasi sine partibus instituti, ex reliquo dextante heredes sint: quem dextantem [b] ita diuidi oportet, vt Seius quincũcem, Attius & Mæuius alterum quincuncem habeant.

XLVIII. MARCIANVS *lib. 4. Institutionum.*

HIs verbis, *Titius hereditatis meæ dominus* * *esto:* [c] rectè institutio fit.

Verba maledictionis vniuersalia institutionem non vitiant. Bartolus.

1. ¶ Illa institutio valet: *Filius meus impiissimus* † *malè de me meritus, heres esto.* purè enim heres instituitur cum maledicto: [d] & omnes huiusmodi [e] institutiones receptæ sunt.

Seruus de adulterio accusatus, à domina non potest institui. Bartolus.

2. ¶ Interdum nec cum libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur: vt constitutione diuorum Seueri & Antonini significatur: cuius verba hęc sunt: Seruum adulterij accusatum, * [f] non iure testamento manumissum [g] ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerit eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eũdem à domina collata institutio nihil momenti habeat.

Falsa demonstratio non vitiat institutionem si de persona instituti constat. Bartolus.

3. ¶ Si in patre, [h] vel patria, vel alia simili adsumptione falsum scriptum est: dum de eo qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

Inutilis est institutio serui alieni cum libertate: nec tracta temporis confirmatur. Bartolus.

XLIX. FLORENTINVS *lib. 10. Institutionum.*

SI alienum [i] seruum liberum & heredẽ esse iussi, & is postea meus effectus est, neutrũ [k] valet: quia libertas [l] alieno seruo inutiliter [m] data [n] est.

In extraneis heredib. requiritur capacitas tempore testamenti, & mortis, & aditæ hereditatis: media vero tempora non nocent. Bartolus.

1. ¶ In * extraneis heredib. illa obseruantur, vt sit cum eis testamenti factio, [o] siue ipsi heredes instituantur, siue hi qui in potestate eorum sunt: & id duobus [p] temporibus inspicitur: testamẽti facti, vt cõstiterit institutio: & mortis testatoris, vt effectũ habeat. Hoc amplius, & cum adibit hereditatem, [q] esse debet cum eo testamenti factio: siue purè, siue sub conditione heres

a ¶ *Attius.* proprium nomen: vt ibi, Gaius Attius.

b ¶ *Dextantem.* i. decem vncias: *vt Insti. eo. §. hereditas. & facit. j. eo. l. si quis ita.* Accur.

HIs verbis.] CASVS. Hæc l. habet. iiij. partes. Prima dicit quòd hæc institutio valet, Titius hereditatis meæ dominus esto. Secunda dicit, quòd etiam hæc institutio valet, Filius meus impiissimus malè de me meritus heres esto. nam videtur purè institutus cũ maledicto. Tertia dicit quòd talis institutio non valet, si domina quę erat accusata de adulterio cõmisso cum Sticho seruo suo, de quo etiam adulterio accusatus erat dictus Stichus, instituat dictum Stichum heredem cum libertate. nam non valet data ei libertas ante sententiam, & per consequens nec hereditas. Quarta dicit, quòd institutio de aliquo facta valet si certum est de quo sensit testator: quamuis erratũ sit in patre heredis, vel in patria, & in alia simili assumptione, puta in agnomine. Viuianus.

c ¶ *Dominus esto.* nam heres [a] & dominus idem est: *vt Insti. de here. qua. & diff. §. pe.* idem si dicam, bona mea tibi relinquo. [b] *vt Instit. de testa. mili. §. idem priuilegium. & C. de testa. l. quoniam. & de secun. nupt. l. hac edictali. in princ.* & hoc nisi alium instituisset heredem tunc enim videtur fideicommissarius.

d ¶ *Cum maledicto.* i. cum maledictione, & purè videtur institui: licèt illa verba, Filius meus impiissimus heres esto, fuerint dicta.

e ¶ *Huiusmodi.* Contra *supra eod. l. quoties. § si quis nomen.* Solu. vt ibi.

f ¶ *Accusatum.* aliàs adulterio maculatum. *& facit Institu. eo. §. est autem. & .j. eo. l. si non lex. & de leg. ij. cum filius. §. seruus, & C. de collu. detegen. l. j.* Accur.

g ¶ *Manumissum.* simpliciter sine hereditate.

h ¶ *Si in parte.* aliàs in parte. i. heredis. aliàs parte. scil. prouinciæ. nam si in substantia personæ erratur, tunc secus: *vt .s. eo. l. quoties. in princi. & facit. j. de rebus dub. l. quoties. & l. qui habet. & C. de testa. l. si in nomine. & Insti. de leg. § si quis in nomine & .j. de condit. & demon. l. falsa. circa princip.*

SI alienum.] CASVS. Stichum seruum Titij mihi heredẽ institui cum libertate. certè non valet institutio, nec libertas: quia libertas directa alieno seruo inutiliter datur. & prędicta adeo sunt vera, quod & si dictus Stichus sit effectus postea meus, nihilo magis valeat institutio vel libertas. [IN EXTRANEIS.] Cum instituo mihi extraneos heredes, necesse est ad hoc vt possint acquirere hereditatem meam, quod sint capaces tribus temporibus, scilicet tempore testamenti mei, & tempore mortis meæ, & tempore quo adeunt hereditatem, aliàs non possunt acquirere. si autem efficiantur non capaces à tempore testamenti vsque ad tempus mortis, vel à tempore mortis vsque ad tempus aditionis: nihil eis nocet. & idem dico si illi sint à me instituti qui sunt in potestate dictorum extraneorum: quia dictis tribus temporibus debent esse capaces domini institutorum, & dicta media tempora nihil nocent. Viuianus.

i ¶ *Si alienum.* prorsus secus in communi: *vt .s. eo. l. sed & si in conditione. §. si seruum communem. & .§. seq. & ibi nota.* & secus in proprio: *vt not. .s. eo. l. quoties. §. seruus cum libertate.*

k ¶ *Neutrum.* nec institutio, nec libertas.

l ¶ *Libertas.* directa: *vt. C. de manumiss. test. l. seruo tuo.*

m ¶ *Inutiliter.* inspecto initio. *sic & .j. de vsuc. l. sequitur. § si autem. & .j. de reg. iur. l. pen. & .s. de noxa. l. in delictis. § si extranei. & quod iussu. l. j. § fin. & Institu. qui da. tut. pos. § seruus. & .j. de condit. instit. l. seruus alienus.*

n ¶ *Data.* Not. quod [a] ab initio non valet, non potest postea valere licèt recidat in eum casum à quo incipere potest.

o ¶ *Testamenti factio.* passiuè, vt subiicit.

p ¶ *Duobus.* aliàs trib. aliàs duob. sed adiicitur tertiũ. & sic idẽ est.

q ¶ *Hereditatem.* ¶ Not. ergo in extraneo tria: *vt hic, & Instit. de here dum qua. & diffe. § in extraneis.* sed in suo & necessario duo tantùm, sc. testamenti, & mortis: quia [b] post mortem statim est heres, etiam si non adeat. sed secundum Io. in suis mortis tantùm: *vt Insti. de here qua. & diffe. § sui.* in necessario tantùm duo. scil. testamẽti & mortis: *vt .s. in prin. huius l.* Sed certè quod dixi in suo, idem in necessario tantùm. & est verum quoad hoc vt sciamus vtrum sit suus vel necessarius, non quo ad hoc vtrum sit capax. Vnde dic in necessario exigi tria tempora: *vt .s. eo. l. proxi. § interdũ.* quia nititur habere ex testamẽto. Idem in suo. si & ipse nititur habere ex testamento sicut quilibet extraneus. Veruntamen tempus mortis & aditionis idem fuit. si ab intestato, tunc sufficit tempus mortis in suo. Item in legatis sufficit tẽpus mortis: *vt .j. de le. præstan. bono. poss. contra tabu. pe. l. interuenit. & .j. de iure fis. l. nõ intelligitur. § quando autem. & de rebus dub. l. si cognatis.* ¶ Itẽ cõtra. *.j. de lega. ij. l. non oportet.* Sol. vt ibi. ¶ Itẽ cõtra. *.j. de acqui. here. l. si seruus eius qui capere.* Sed illud de benignitate receptũ est. ¶ Item ar. contra. *.s. de sta. ho. l. & seruorum. § ingenui. & .C. de hæreti. Auth. item de Nestorianis.* Sed specialia sunt. Item facit *.j. pro emp. l. j. in prin. & de secun. tab. l. j. § exigat. & .j. pro herede. l. si. &*

* Nam veteres heredem dominum vocabant. Instit. de her. qual. & diff. § pro herede.

† Memorabilia exempla eorum qui impiissimos & male meritos filios heredes instituerunt, refert Valerius Max. lib. 5. ca. 9.

* Sũt qui emẽdent maculatũ cõtra fidem exemplarium omniũ arg. l. reos C. ad l. Iul. de adul.

a Heres & dominus pro eodem.

b Relinquo, verbum ad vltimas voluntates refertur vt verbum dedit ad donationem inter viuos v. Tiraquel. in repeti. leg. si vnquam, in verbo susceperit liberos. Cod. de reuocandis donat. num. 205. Idem illud verbũ adiectũ certæ rei seu certis rebus vel quantitati inducit legatũ: vniuersitati bonorum institutionẽ adde Alex. 2. consil. 5. 2. consil. 124. 6. consil. 95. 3. consil. 1. Lanfranc. in ru. Reynoldus num. ... de testamentis.

* Quod non hoc eleganter explicat Viglius in comment. ad § in extraneis, de her. qualit. & diff. Instit. lib. 2. qui § ex hac lege ad verbum sumptus est.

a Initio quod non valet, nec ex postfacto validum est.

b Sui hæredes post mortem statim sunt hęredes, etiamsi non adeant. adde Gloss. & quod ibi est scripsi. l. cum hereditas ... D. de acq. her. ... Falcidiam.

supra eo. l. sed & si in conditione. §. sol. mus. & ℥. eod. l. liber. §. si heres. Item. ℥. de vsuca. l. cum vir ar. contra. Accursius.

a ¶ *Mutatio.* i. capacitatis.

SErvum.] CASVS. Seruum heredem institui cum libertate: & postea vendidi ei qui nō potest capere ex testamento: & postea eum redemi. erit liber & ex testamento meo mihi heres: nec medium tempus quo fuit apud nō capacem, vitiauit institutionem. fuit enim meus dictus seruus tempore testamenti mei, & mortis meæ. si autem remansisset penes dictum non capacem, vitiata fuisset institutio. si autem erat capax ille cui vendidi dictum seruum, & apud eum remansit dictus seruus: iussu emptoris adeundo hereditatem meam dictus seruus acquireret ei emptori capaci hereditatem. [SI IN NON FACIENDO.] Institui mihi heredem Titium sub cōditione si non tangeret cœlum digito. certè perinde, est heres ac si nulla apposita fuisset conditio. [HEREDITAS.] Pro maiori parte solent diuidere testatores hereditatem in. xij vncias quæ continentur appellatione assis siue ponderis: quamuis quidam quandoque diuidant in dupōdium & tripondium & quadripondium, & sic de singulis. & dictæ xij. vnciæ ad partes redactæ habent propria nomina, quæ clarè hic exponuntur per glos. Viuianus

institutus sit. Nā ius heredis eo vel maximè tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentū & mortem testatoris vel conditionem institutionis existentē, mutatio[a] iuris heredi non nocet: quia, vt dixi tria tempora inspicimus.

Medium tempus non nocet quin institutus heres fiat.

I. VLPIANVS *lib. 6. Regularum.*

SEruum meum heredē institutum cū libertate, si viuus vendidero ei cū quo testamenti factio nō est, posteáque eum redemero: ex testamēto mihi heres esse poterit. nec medium tēpus quo apud eum fuit, vitiauit[b] institutionem: quia verum est, vtroque tempore tam testamēti faciendi quàm mortis tempore meum fuisse. vnde si apud eum remanserit, vitiatur institutio: vel si cum eo testamenti factio[c] est, iussu eius adeundo adquiret ei hereditatem.[d]

Impossibilis conditio de institutione reiicitur. Bartolus.

1. ¶ Si in nō faciendo[e] impossibilis conditio in institutione heredis sit expressa: secundum omnium sententiam heres erit, perīde ac si purè institutus esset.

Hic iurisconsultus ponit omnia nomina vnciarum. Bartolus.

2. ¶ Hereditas † plerūq;[f] diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione[g] cōtinētur. habent autē & hæ partes propria nomina ab vncia vsq; ad assem puta hæc: [sescunx,[h]] sextans,[i] quadrans,[k] triens,[l] quincunx,[m] semis,[n] septunx,[o] bes,[p] dodrans,[q] dextans,[r] deunx,[s] as.[t]

b ¶ *Vitiauit.* & *facit.* ℥. *l. prox.* §. *j.* & ℥. *e l. seruus alienus.* §. *fin.*

c ¶ *Factio.* Nota. tribus[a] temporibus debet esse heres extraneus capax: suus temporibus duobus.

d ¶ *Hereditatem.* facit *Insti. eo.* §. *seruum.* & ℥. *eo. l. quoties.* §. *si seruus.* & ℥. *eod. l. non minus.* & ℥. *de lega. j. l. si mihi.* §. *regula.*

e ¶ *Si in non faciendo.* vt si digito cœlum non tetigeris: *vt Insti. de inuti. stip.* §. *impossibilis.* & ℥. *de verb. oblig. l. impossibilis.* Idem est si est in faciendo *vt Insti. eo.* §. *impossibilis.* Accur.

f ¶ *Hereditas plerunque.* quia quandoque in plures: quandoque in pauciores: *vt Insti. eo.* §. *hereditas* & §. *non autem.*

g ¶ *Appellatione.* assis[b] & libræ vel pondo vel ponderis. nam hęc quatuor nomina synonyma[c] sunt, i. idem significantia. Azo.

h ¶ *Sescunx.* i. d vncia & dimidia: *vt* ℥. *de inoffic. testa. l. Papinianus.* §. *pro in de si sit.* & ℥. *de lega. præst. l. filium. y. respon.* & C. *de libe. præte. l. fi.* §. *cum etiam.* sic nullum nomen est hic quod significet vnciam. Accur.

i ¶ *Sextans.* i. duæ vnciæ.

k ¶ *Quadrans.* hoc & sequens nomen non ab vnciarum numero, sed à certa portione assis sumpta sunt.

k ¶ *Quadrans.* i. quatuor vnciæ. imò quarta assis pars.

l ¶ *Triens.* i. tres vnciæ. imò quatuor, i. tertia pars totius assis. L. B.

m ¶ *Quincunx.* i. quinque vnciæ.

n ¶ *Semis.* i. sex vnciæ, & sic medietas hereditatis.

o ¶ *Septunx.* i. septem vnciæ.

p ¶ *Bes.* i. octo vnciæ.

q ¶ *Dodrans.* i. nouem vnciæ.

† *L. 13.* §. *j.* ℥. *eod. Vide Mecianū, & Anton. Aug. lib. 1. c. 1. Duaren. libro 2. disput. cap. 36.*

a Capax extraneus hæres esse debet tribus tēporibus: suus duobus.

b As, libra, pondo, pondus, synonima.

c Synomina p idem significātibus.

d Sescunx pro vncia & dimidia.

r ¶ *Dextans.* i. decem vnciæ.

s ¶ *Deunx.* i. vndecim vnciæ.

t ¶ *As.* i. xij. vnciæ. & sic appellatione assis tota hereditas cōtinet.

TAlem.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: Stichus seruus meus liber esto: & si liber erit, heres esto. certè valet institutio quamuis quidam non valere putarent. [SI QVIS ITA.] Ita dixi in testamento meo, Stichus seruus meus si meus erit cum moriar, liber & heres esto. postea eum alienaui in Titium: & postea decessi. nunquid iussu dicti Titij poterit adire hereditatem meam dictus Stichus, & ei Titio acquirere? Et videtur quòd sic: quia conditio apposita per me libertati & institutioni intelligeretur ibi, etiam si non esset apposita illa, scilicet Stichus si meus erit cum moriar &c. & eo casu iussu emptoris adiret hereditatem, & ei acquireret: vt supra eod. l. proxi. iij. respons. Dicit tamen quòd non: quia apponendo in institutione expresse dictam conditionem, videor velle quòd alius non habeat hereditatem meā nisi ipse Stichus liber factus. Sed quid si post dictam institutionem sub dicta conditione de Sticho per me factam manumisi eum, & postea decessi? Certè erit tunc meus heres suo proprio arbitrio: quia palam est me nolle eum excludere ab hereditate mea in eum casum quo postea manumisi: nec verba dictæ conditionis repugnant huic sententiæ: illa scilicet, si meus erit cum moriar &c. quia quamuis in hoc casu non sit meus seruus tempore mortis meæ, tamen ad minus est meus libertus. Viuianus.

LI. MARCIANVS *lib. 3. Regularum*

TAlem institutionē quidam valere non putabant,[u] *Stichus liber esto: & si liber erit heres esto.* sed diuus Marcus rescripsit* hanc institutionem valere, perinde atque si non erat adiectum:[x] *Si liber erit.*

Suus esse dicitur in quo quis ius patronatus retinet. Bart.

1. ¶ Si quis ita scripserit, *Stichus si meus erit cum moriar, liber & heres esto,* alienatus nō poterit iussu emptoris adire hereditatem: quāuis & si nō erat hoc[y] expressum, non aliàs liber & heres fieri poterat, quàm si mansisset[z] eius. Sed si viuus eum manumiserit, Celsus libro quintodecimo Digestorum scribit fieri hunc heredem. non enim hunc casum testatorē voluisse excludere palā est,[a] neque verba[b] omnino repugnant. nam quamuis seruus eius nō est, at certè libertus est.[c]

In seruo hereditario inspicitur conditio defuncti. Bartolus.

LII. PAVLVS *lib. 2. Regularum.*

SEruus hereditarius heres[d] institui potest, si modo testamenti factio fuit cum defuncto,[e] licet cum herede instituto non sit.

Si testator expleto asse alios heredes instituit, videtur eos in alio asse reuocare, non autem primus substituere. Bartolus.

u ¶ *Non putabant.* & malè.

x ¶ *Adiectum.* Contra. ℥. *de cond. insti. l. seruus alienus.* & *l. quia ratio.* Solu. vt ibi. & facit. ℥. *eo. l. quoties.* §. *si quis ita.*

y ¶ *Hoc* s. si meus erit &c.

z ¶ *Si mansisset.* sed per ipsum nouus dominus fieret heres: *vt.* ℥. *l. proxi. in prin.* & *facit.* ℥. *de cōd. insti. l. y.* & ℥. *e. l. si quis Semproniū.*

a ¶ *Palam est.* cum non sit verisimile ideo voluisse testatorem ei auferre hereditatem, quia festinauit ei dare libertatem. Sed cōtra infra *de leg. ij. l. qui concubinam.* §. *si Stichus.* Solu. ibi non dixit, si meus erit: sed si erit in potestate mea. Vel illa determinatur per istam. Accursius.

b ¶ *Neque verba* sc. si meus erit &c.

c ¶ *Libertus est.* ergo non est alienatus. Ro. & *facit.* ℥. *de penu. leg. l. cum dominus. in fi.*

SErvum.] CASVS. Iacente hereditate Titij defuncti institui mihi heredem Stichum seruum hereditarium. certè valet institutio ita demum si dictus Titius fuit capax tempore mortis suæ, licet heres eius non sit capax. Viuianus.

d ¶ *Heres.* facit. ℥. *eo. l. non minus.* §. *hereditariū.* & *Instit. eo.* §. *seruus alienus.* & ℥. *de lega. ij. l. debitor.* & ℥. *de acquiren. rerum do. l. in eo quod castrensi. in fi.* & *l. seq.*

e ¶ *Defuncto.* ¶ No. cū seruus[a] hereditatis iacētis[b] instituit, sufficit quod

* Secūdū Proculianos contra Sabinianos. *l. 8.* §. *si quis ita.*

a Hæreditarius seruus cùm instituitur, sufficit testamenti factionem fuisse cum defuncto, licèt nō sit cum hærede.

b Aliud si non iacet, sed est adita. *l. si Titio et mihi.* §. ℥. *de legat.*

quòd fuit testamenti factio cum defuncto: licet non sit cũ herede.

L *Vcius Titius.* CASVS. Lucius Titius faciens testamentum instituit sibi heredem Seium in semisse, & Sempronium in alio semisse: qui Seius & Sempronius erant sui filij fortè: & exheredauit Cornelium & Salustium & Varonem, qui erant similiter sui filij. & postea inuicem substituit dictum Seium & Sempronium. & postea reliquit quibusdam legata & libertates. & postea ita dixit: Dicti Cornelius & Salustius & Varo sint mihi heredes æquis partibus: & eos tres inuicem substituo & postea decessit. modò quæritur, quantum primi duo & secundi tres habere debeant? Et dicitur quòd primi duo habent vnum assem, id est duodecim vncias, & secundi tres habent alium assem. & ita diuiditur hereditas in dupondium, id est in xxiiij. vncias. Viuianus.

LIII. MARCELLVS *lib. singulari Responsorum.*

LVcius Titius Seio & Sempronio ex semissib. heredibus institutis, & ceteris[a] exheredatis, inuicẽ heredẽ substituit: deinde legata & libertates dedit: postea ita subiecit: *Cornelius & Salustius & Varo æquis partibus heredes sunto, quos inuicem substituo.* Quæro, quantum vel priores duo ex semissibus instituti, vel posteriores[b] habere debeant. Marcellus respondit, in obscuro esse, Cornelium & Salustium & Varonem primo, an secundo,[c] vel tertio[d] gradu heredes instituere voluerit: sed secundum scripturam testamenti quę proponeretur,* alterum assem eis datum[e] videri.[f]

Vt primum testamentum tollatur per secundum sufficit esse possibile vt ex secundo adeatur hereditas. Item seruus substitutus pupillo est ei necessarius, si suus reperitur tempore mortis patris pupilli. Bartolus.

LIIII. NERATIVS *lib. 1. Membranarum.*

PAter filio impuberi[g] seruum heredẽ substituit, liberúmque esse iussit. eum[h] pupillus vẽdidit Titio. Titius eum iam primo testaméto liberũ heredémque esse iussit. Superius testamẽtum Titij ruptum est: quia is seruus & heres potest esse: & vt superius[k] testamentum rumpatur, sufficit[l] ita posterius factum esse, vt aliquo casu potuerit ex eo heres existere.[m] Quod ad vim autem eius institutionis[n] pertinet, ita se res habet, vt quamdiu pupillo ex ea substitutione heres potest esse, ex Titij testamento libertatem hereditatémque[o] consequi non possit.[p] Si pupillus in suam tutelam peruenerit perinde ex Titij testamento liber herésque sit, ac si pupillo heres extitit, propiùs est, vt Titio quoque si velit,[r] heres esse possit.

a ¶ *Ceteris.* puta filiis. aliàs est inepta: *vt. j. de verborum obligationibus. l. quidam.*

b ¶ *Posteriores.* ex æquis partibus instituti.

c ¶ *An secundo.* s. ante substitutionem primorum.

d ¶ *Vel tertio.* q* videbatur, quasi ad proximiora sit faciẽda relatio. *arg. j. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fi.* & quasi ordo scripturæ sit seruandus.

e ¶ *Datũ.* ergo primo gradu videntur instituti sicut & alij. s. Seius & Sempronius. *& facit. s. eod. l. Titius.*

f ¶ *Videri.* ¶ No. ordinem scripturæ non seruari.

* poneretur.

* Ad proxima in dubio fit relatio.

d Ordo scripturę interdũ non seruatur. Tu dic, esse hic speciale. regulariter enim est cõtra, adeo vt talis ordo arguat ordinem intellectus: *vt no. s. in l. quotiens j. de vsufruc.*

P *Ater filio.*] CASVS. Titium filiũ meum impuberem mihi heredẽ institui: & ei seruum meũ Stichum pupillariter substitui: & ei libertatem dedi: & postea decessi. pupillus prædictus existens mihi heres dictũ Stichum vendidit Titio: qui Titius emptor iam facto à se primo testamento in secundo testamento liberum & heredem sibi iussit esse dictum Stichum. nunquid prius testamentum Titij emptoris Stichi est ruptum per secundũ eius testamentum prędictũ? Et dicitur quòd sic: quia ad hoc vt primũ testamentum alicuius rumpatur, sufficit ita secũdum factum esse, vt aliquo casu possit heres ex eo existere. potest autem dictus Stichus esse heres ex secundo testamento dicti emptoris in vno casu, sci. cum euanuit substitutio prædicta pupillaris impubere prædicto facto pubere. si autem impubes decessit in pupillari ætate, & sic locum habuit dicta pupillaris substitutio, & sic extitit heres dictus Stichus dicto impuberi, & sic habuit dictus Stichus libertatẽ ex testamento domini sui: voluntarius heres est Titij. & nõ necessarius interim autem donec pendet vtrum sit vel non sit heres impuberis dictus Stichus ex dicto secundo testamento emptoris, non potest habere libertatem & hereditatem emptoris. cum enim expectet libertatem ex testamento suo vel domini sui quam ei dedit in substitutione impuberis antequam emptor eum institueret, vt dictum est, non potest ex testamento emptoris eam habere. Viuianus.

g ¶ *Impuberi.* heredi instituto.

h ¶ *Eum.* seruum.

i ¶ *Testamento facto.* s. suo proprio Titij.

k ¶ *Superius.* id est primum.

l ¶ *Sufficit.* vt *Insti. qui mo. test. infir. §. posteriore. & supra de iniu. rup. testa. l. cum in secundo. & infra de iis qui. vt indign. l. cum quidam.*

m ¶ *Existere.* Not. rumpi[a] primum testamentum per secundum: dum tamen per secundum possit existere heres aliquo casu.

n ¶ *Institutionis.* factæ à Titio.

o ¶ *Hereditatemque.* Vtrumque simul. Azo.

q ¶ *Censuit.* Libonianus prohibens fieri in futurum, puta, si feceris me heredem, heres esto: *vt infra de iis quæ pro non scrip. l. j. in fi.*
r ¶ *Ostenderit.* futurum subiunctiui. sic & in verbo probauerit, & sic de futuro. Accursius.
s ¶ *In sententiam.* debet [c] enim institutio ex mera affectione fieri, non propter metum pœnæ [d]: *vt infra de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo.* nec cupiditate lucri (& sic qui [e] renuntiat præbendæ vt alius habeat, liberè facere debet) hic autem ponitur in voluntate heredis, scilicet vt si aliũ instituat: quanquam & sine hoc esset in eius potestate. & facit *supra l. proxi. cum suis concor.* Accursius.

S*I quis solidum.*] CASVS. Titius non existens soluendo creditoribus suis, instituit sibi heredem ex asse filium suum naturalem pone: qui naturalis non potest capere vltra vnam vnciam filiis legitimis & naturalibus extantibus. nunquid erit heres ex asse siue in totum? Et dicitur quod sic: quia satisfacto creditoribus, non remanebit ei nisi vna vncia, & fortè minus. Lex enim quæ vetat eum accipere vltra vnam vnciam, non habet locum in hereditate quæ non est soluendo. Viuianus.
t ¶ *Si quis solidum.* vt filius naturalis [f]: *vt. C. de na. libe. l. ij. item & C. de secun. nup. l. j.* Accursius.
u ¶ *A lege.* id est occasione legis impedientis.
x ¶ *Legi enim.* quæ ideo quem insolidum capere vetat, ne cõmodum sentiat totius hereditatis. non etiam ne onera sustineret solus. pœna [g] enim nemini immunitatem præstare consueuit: *vt infra de inter. & releg. l. antepenul. §. fina.* Ro. sic ergo pro [h] vtilitate aliorum hoc habet, non pro sua: sic *infra ad Treb. l. cogi. §. his. & infra si quis aliquem testa. pro. l. j. & infra de le. præ. bo. poss. contra tabu. l. iij. §. pen. & infra. tit. j. l. si is qui. & infra de contra tabu. l. non putauit. §. si quis sua. & infra de leg. ij. l. cum ei.*
y ¶ *Non esse.* non i capacem esse capacem, in odium sui.

S*Vb conditione.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum, & substitui ei Seium, & decessi. postea transiuit annus, & non venit nauis, & sic defecit conditio, & viuit adhuc Titius institutus. certè erit heres purè substitutus prædictus: quia in substitutione sua non repetij conditionem. Viuianus.

a Captatoriæ institutiones dicuntur quarum conditio confertur ad secretũ alienæ voluntatis.
† Petrus Faber vir clariss. & doctiss. ingeniose nos hanc vocẽ abundare.
* captationem.
b Testamẽti libera factio nõ potest impediri vel coarctari cõditionis adiectione.
c Institutio ex mera affectione fieri debet non metu pœnæ.
d Nã si metus qui cadit in cõstantem virũ renuntiationi tali interueniat: non est opus renuntiatiõ noua collatione: sed impetrata absolutione à iuramento, petitur ad beneficium, q[uod] renuntiauit, in integrum restitui: *vt no. Panor. in ca. super hoc. extra de renun. & in ca. abbat. quod metus causa. & Rota decis. 174. nil. dubitatum fuit anno. e cap. ex parte de offic. deleg.*
f Spurius non est capax institutionis.
g Pœna nemini immunitatẽ præstat.
h Inuito officiũ publicũ deferri potest, vt bene colligit Martinus de Caraziis Laudensis tract. de officialibus numero 151.
i Incapax, capax esse potest in odium sui.

Sub

a Ea fuit sententia Cyni & Petri. Alij ita distingunt conditionem quę alteri emolumentum afferat, videri repetitam. Bartolus. Aliud in legato esse aliud in institutionibus & substitutionib' quæ fauorabiliores sunt.
* duodecimo.

a ¶*Sub conditione*.casuali. aliud a fortè in potestatiua vel mixta, quæ semper intelligitur repetita:*vt.C.de cadu.tollen.l.j.§.pro secundo.& .§.ne autem.*Accursius.
b ¶*Repetamus*.expresse.
c ¶*Purè*.id est sine ea conditione quæ imposita erat instituto. inest tamen in substitutione illa conditio, si institutus heres nō erit:*vt Insti. de vulga. substitu.in prin.* ¶Cur ergo intelligitur repetiisse easdem partes in substitutione:*vt.j.tit.j.l.qui liberis.§.si.*Item eadem legata:*vt.j.de leg.j.l.licet imperator.* Item in legato translato eadem conditione: *vt infra de adimen.lega.l.legatum.quæ sunt contra*? Resp. hic substitutus de nouo grauatur quadam b alia conditione, qua non grauabatur institutus, scilicet si ille heres nō erit. per quod videtur releuari à prima. *arg. d.l.licet.* Item & quia institutiones c sunt fauorabiliores.Item contra.j.*de leg.ij.cum pater.§.ab instituto.*Solu. vt ibi. ¶Item not.contra repetitionem.& sic sunt argu.contra.s.*ad l.Aquil.l.quemadmodum in fi.l.& de ind.l.si iudex.*

b Conditio nō videtur repetita in substitutione, quæ aliā conditionem adijcit: quia omnis substitutio est cōditionalis institutio.l.penult.j.de leg.2. secus in legatis & alijs.
c Institutiones fauorabiliores legatis.vt hic. An & substitutiones? sic sane: sūt enim substitutiones ipsæ institutiones conditionales.

LXXIII. GAIVS *libro tertiodecimo ad* * *legem Iuliam & Papiam.*

SVb conditione a herede instituto, si substituamus: nisi eandem conditionem repetamus, b purè c eum heredem substituere intellegimur.

Institutus in certa re, erit heres in totum detracta mentione illius rei. Bartolus.

LXXIIII. LICINNIVS RVFINVS *libro secundo Regularum.*

SI qui ita heres institutus fuerit, *Excepto fundo, excepto vsufructu heres esto*: perinde erit iure ciuili, atque si sine ea re d heres institutus esset. idque auctoritate Galli Aquilij factum est.

LXXV. PAPINIANVS *libro duodecimo Quæstionum.*

SI filius substituatur ei à quo præteritus est: non vt intestati patris, sed ex testamento habebit hereditatem, e quoniam & quolibet alio substituto, si fuisset ab eo exheredatus, f inde testamentum inciperet, vbi filius esset exheredatus. g

Donari potest marito donationem reuocanti, aliàs secus: quia talis donatio morte confirmatur. Bartolus.

SI *quis ita.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium ex fundo meo Titiano, excepto vsufructu. certè heres institutus videtur in tota hereditate mea, detracta fundi mentione. & hoc dicit Gallus Aquilius.

d Exceptio quę est contra naturam actus vitiatur & non vitiat.

d ¶*Sine ea re*.i.sine d exceptione eius rei.s.fundi vel vsusfructus. *vt.s.e.l.§.j.si ex fundo.*totum enim simpliciter debet habere, cum non sit alius institutus: *vt.s.eo.l.ex facto proponebatur* §.j. idem est si plures instituti sunt:*vt.s.e.l.si alterius. Azo.& l.quoties.§.si duo.*

SI *filius sub.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & filium quem in potestate habebam, præterij, scilicet Seium: & postea eundem filium substitui dicto Titio. & ita non valet primus gradus in quo institutus fuit dictus filius, cum ab eo sit præteritus filius. nunquid habebit filius meus hereditatem meam ab intestato, an verò ex substitutione? Et dicitur quod ex substitutione: & ita ex testa. & est ratio, quia si substituissem dicto Titio Gaium, & à gradu substituti exheredassem dictum meum filium, à gradu autem instituti præteriissem eum: non valeret primus gradus in quo institutus fuit Titius, à quo fuit præteritus filius, vt dictum est: sed inciperet valere testamentum à secundo gradu substitutionis, à quo filius fuit exheredatus, vt dictum est, & ita tam in primo casu huius.l. quàm in secundo non pereunt legata. Viui.

e Filius præteritus in primo gradu & vulgariter substitutus, succedit ex substitutione vulgari.

e ¶*Hereditatem*.quia valet e testamentum à substitutione.
f ¶*Exheredatus*.ab instituto præteritus.
g ¶*Exheredatus*. ergo & hic incipit testamentum valere vbi esset institutus, quasi tantum faciat institutio, quantum exheredatio Azo.*& facit supra de libe.& postu.l.iij.§.fin. & infra tit.j.l.ex facto.§. Lucius.*restat ergo vt perinde habeatur filius, ac si ab eo testator cœpisset, primúmque institutum à quo filium non exhedauit, nullo modo instituisset. sed si esset postumus, totum testamentum rumperetur.

SEruus.] CASVS. Stichū seruum meum donaui vxori meę mortis causa certè me viuente est adhuc meus: & ideo si instituam eū heredem cum libertate, erit mihi heres necessarius. Itē & propter hoc quòd meus est, nō possum ei aliquid legare sine libertate. Vi.
h ¶*Manet vt supra de dona.inter vi.& vxo.l.si cum.§.fina.& l.quia.& l.sed interim.*Sed contra.*in eo.tit.l.si is seruus.* vbi dicitur esse in pendenti. Sed ibi fictione: Vel quod de futuro poterat esse, considerabat: hic præsens verum.
i ¶*Idem*.scilicet seruus.aliàs Vnde.
k ¶*Et hereditatem*.ex testamento domini erit &c.*vt & supra de dona.inter vi.& vxo.l.vxori.*Accursius.

l ¶*Potest*.vt.& .C.*de leg.seruus.& .j.de leg.j.l.planè. §.si coniunctim.& .j.eo.l.si socius.*Sed arg.contra.C.*de neces.ser. l.quidam.§.illo.*Sol. vt ibi.

A*sse toto.*] CASVS. Institui mihi Gaium in quatuor vnciis hereditatis meæ, & Sempronium in tribus: & de quinque vnciis residuis vsque ad asse, nihil dixi: & postea ita dixi in in eodem testamento, ille mihi heres esto quem fecero heredem in codicillis. & postea feci codicillos: & in eis institui mihi heredem Titium sine parte, & decessi. nunc queritur de duobus: vnum est, an valeat institutio Titij in codicillis facta. secundum est, quantum debeat habere Titius de dicta hereditate mea, & si dicta sua institutio valeat. & videtur quòd non valet institutio: quia in codicillis non potest dari hereditas. respōdetur tamen quod valeat: quia videtur data in testamēto, propter illa verba quæ in institutione dixi, ille mihi heres esto quem in codicillis heredem fecero. & habebit dictus Titius ex dicta institutione in codicillis facta dictas quinque vncias. Viuia.

† Donatio inutilis non impedit testamentum, nec mutat qualitatem hæredis. hoc est, Donatio inutilis nō impedit donātē quomi nº de rebus donatis disponat.

LXXVI. IDEM *libro quintodecimo Quæstionum.*

SEruus vxori à marito mortis causa donatus, mariti manet h vt & Iuliano quoque videtur. Idem i si † accipiat libertatem simul & hereditatem, k vi ro necessarius heres erit: nec sine libertate aliquid ei legari potest. l

Agitur ex scriptura declarata, nō ex scriptura declarante. hoc dicit. Vel aliter: in vna scriptura videtur contineri id quod continetur ad quā refertur. Bartolus.

LXXVII. IDEM *libro septimodecimo Quæstionum.*

ASse toto nō distributo, m ita scriptū est: *Quē heredē* n *codicillis fecero, heres esto.* Titium codicillis heredē instituit. Eius quidē institutio valet ideo, quòd licet † codicillis dari hereditas non possit, o tamen hęc ex testamento data videntur. p sed hoc tantum ex hereditate habebit, quātum ex asse residuum mansit.

† Codicillis hęreditas dari nō potest, sed declarari.

m ¶*Non distributo.* puta instituto Seio in octo vnciis Accur.
n ¶*Heredem.* Not. a quem institutū in codicillis b esse heredem.
o ¶*Non possit. vt. C. de codil.l.ij.*nisi sit miles: *vt infra de milit.testa.l.quærebatur.* Accursius.
p ¶*Videtur.*similia sunt.*infra de condi. & demonstra.l.si ita scripsero.& infra de condi.instit.l.institutio.& .C.de codi.l.j. & infra de leg.ij.l.vnum ex famil.§.si de Falcidia.& de verb.sig.l.lege. & infra.l.proxi.§.j.& infra de lega.iij.l.si quis.in princ. & .C. de manumis.testa.l.j.*

a Codicillis hæres quis directò esse potest: nō ipsa vi codicillorū sed testamenti.
b Nec rumpūtur codicilli p subsequētes codicillos: nec p subsequens testamentum.l.1.& ibi Bar.C.de codi.& in Spec. de instru. edi. §. vijo de impugnatione. nisi sint contrarij.Gl.& Bart.in.l.j C.eo.

Q*Vi non militabat.*] CASVS. Gaius paganus, id est non miles, habens in quadam prouincia quæ vocabatur Pannonia, bona quæ reliquit ei mater sua, valentia pone trecenta: & habens in quadam alia prouincia quæ vocabatur Syria, bona quæ reliquit ei pater suus, valentia pone centum: Stichum libertum suum instituit sibi heredem in dictis bonis maternis, & Titium in paternis, & postea decessit. nunc quæritur, quam partem quilibet dictorum heredum habere debeat de hereditate? Et dicitur quòd quilibet habet vnum semissem: & ita æqualiter sunt heredes. sed iudex familiæ erciscundæ qui cognoscit inter eos de diuidenda hereditate, debet sequi voluntatem dicti testatoris, adiudicando liberto dicta bona materna, quasi essent ei prælegata: & Titio paterna, quasi ei prælegata forent: & faciendo quòd ipsi ad inuicem præstent sibi cautiones cum satisdatione propter actiones dictorum prælegatorum nomine eis ad inuicem competentes: scilicet vt si acceperit aliquis eorum nomine prælegati plus quàm ei licuerit per.l.Falcid. restituat alteri. & ita erit salua Falcidia in dictis prælegatis, & quam adhuc nō erat certum locū habere eo fortè quòd relinquebat testator quædam alia aliis legata sub conditione quæ adhuc pendebat. si autem incontinenti certum est locum habere Falcidiam in prælegato vnius eorum in retinenda per eum Falcidia, siue in retinendo quadrantem, id est Falcidiam quilibet eorum, & extincta Falcidia de dictis prælegatis per quemlibet eorū, dodrantes dictorum prælegatorum compensabuntur ad inuicem vsque ad concurrētem quantitatem, opposita doli mali exceptione illi qui non vult compensationem admittere. de quibus omnibus ita ponas exemplum vt hîc ponit glos. in verbo, compēsetur. [LVCIO TITIO.] Gaius instituit sibi heredem Lucium Titium ex duabus partibus hereditatis suæ, quæ caperent octo vncias: & Publium Mæuium instituit ex quadrante, id est ex tribus vnciis: & ita diuisit hereditatem suam inter predictos in.xj.vncias: & ita nihil dixit de vncia quæ restabat ad assem: & decessit dictus Gaius

modò quæritur, qualiter debeat diuidi inter prædictos hereditas sua? Et dicitur quòd in dodrantem, id est, nouem vncias debet diuidi hereditas sua: & in quadrantem, id est, tres vncias, vt scilicet Lucius Titius institutus in besse, siue in duabus partibus hereditatis, siue in octo vnciis, habeat dodrantem, id est, nouem vncias, & Publius Mæuius habeat quadrantem, id est, tres vncias. nam ex eo quod testator instituit Publium Mæuium in quadrante, id est in tribus vnciis, videtur talem modum posuisse in duabus partibus hereditatis suæ, siue in besse, siue in octo vnciis in quibus instituit Luciũ Titium, scilicet vt ipse Lucius Titius habeat nouẽ vncias, siue dodrantem ex quo alios non instituit heredes, sicut euenit alibi. nam si legauit Gaius Titio decem libras, & nõ dixit de quibus denariis, nos intelligemus de quibus intellexit testator, contemplatione aliorum legatorum quæ reliquit dictus testator aliis nam si in aliorũ legatis expressit nummorum speciem, puta quia expressit de Bononinis: Titij prædicti legatum de Bononinis intelligemus. [FILIIS HEREDIBVS.] Duos meos filios institui mihi heredes æquis partibus: & postea institui mihi heredem filium fratris mei in duabus vnciis. certè decem vncias habebũt filij mei: duas autem fratris filius. & idem esset si dictum filium fratris mei instituissem antequam dictos meos filios. secus autẽ esset si nominatim instituissem mihi heredes filios meos in toto asse, vel in .xij. vnciis hereditatis meæ: & filium fratris mei instituissem sine parte nam alterum assem haberet tunc filius dicti mei fratris. [SEIVS MÆVIVS.] Seius instituit heredem Mæuium ex parte quam per leges capere posset Mæuius: & ex reliqua parte instituit Titium: & decessit Seius. modò inuenitur quod Mæuius potest capere totam hereditatem per legem non vetantem. & eã hereditatem vult habere. Certè Titius nihil habebit. si autem non instituisset Seius Titium ex reliqua parte, sed simpliciter: habebit Titius vnum assem primò, & Mæuius alterũ. si autem Mæuius nõ sit in aliquo capax, Titius habebit totam hereditatem: qui Titius fuit adiectus siue substitutus. Viuianus.

† Id est vterq; videtur institutus in dimidia.

† Monetæ si fiat mentio in instrumẽto, intelligitur moneta currẽs in loco celebrati contractus, nõ de currẽte alibi vel veteri. adde Gloss. in. l. semper in stipula. ssi. j. de reg. iur.

† Ad dupondium hereditatis nunquã sic transitus, vbi menti & volũtas testatoris, saluari possunt sine isto transitu.

LXXVIII. IDEM *lib. 6. Responsorum.*

QVi non militabat, [a] bonorum maternorum [b] quæ in Pannonia possidebat, libertum heredem instituit: paternorum quæ habebat in Syria, Titium. Iure semisses † ambos habere constitit: sed arbitrum [c] diuidendæ hæreditatis, supremam voluntatem, factis adiudicationibus, & interpositis propter actiones [d] cautionibus, [e] sequi salua Falcidia: [f] scilicet vt quod vice mutua præstarent doli ratione, quadranti retinendo compensetur. [g]

1. ¶ Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Mæuio ex quadrante, scriptis heredibus, assem in dodrantem [h] esse diuisum respondi. modum enim duarum partium ex quadrante declarari. [i] quod veteres nummis Titio legatis, nummorum † specie non demonstrata, cæterorum legatorum contemplatione receperunt. [k] 2. ¶ Filiis heredibus æquis partibus institutis, ac postea fratris filio pro duabus vnciis: [l] vnum assem inter omnes videri factum placuit, & ex eo decem vncias filios accepisse. [m] Túc † enim ex altero asse portionem [n] intelligi relictam, cùm asse nominatim dato, vel duodecim vnciis distributis, residua portio non inuenitur. [o] Nihil autem interest quo loco sine portione quis heres instituatur, [p] quò magis assis residuũ accepisse videatur. 3. ¶ Seius Mæuium ex parte † quam per leges capere possit, heredem instituit: ex reliqua Titium. [q] Si Mæuius solidum capere poterit, Titius adiectus aut substitutus heres non erit. [r]

LXXIX. IDEM *libro primo Definitionum.*

QVod si non sit reliqui facta mentio: [s] tantundem in altero asse habebit Mæuius, quantum Titius in primo. [t]

LXXX. IDEM *libro sexto Responsorum.*

QVod si Mæuius nullius capax sit, * in totum substitutus admittitur. [u]

LXXXI. PAVLVS *libro nono Quæstionum.*

CLemens Patronus † testamẽto cauerat, vt si sibi natus filius fuisset, heres esset: si duo filij, ex æquis partibus heredes essent: si duæ filiæ, similiter: si

† Partis appellatione, vt & residui, interdũ totum intelligitur. adde l. 3. C. de hered. inst.

* Capax hereditatis dicitur, si tẽpore mortis, tempore testamenti, & tẽpore alienationis sit habilis. not. per Gloss. & dicti. in. l. non parent vtr. preh. neat. in. fi. et le. 2.

† Sunt duo nomina eiusdem testatoris. vt in l. vlt. j. de inr. fisc.

a ¶ *Qui nõ militabat.* secus in milite: *vt. s. famil. ercis. l. heredes. §. j. & . j. ad Treb. l. cogi. §. sed si miles. & . j. de mili. testa. l. si certũ. §. j.*

b ¶ *Maternorum.* non est vis in paternis vel maternis, vel aliis bonis.

c ¶ *Sed arbitrum.* repete, constitit. Accursius.

d ¶ *Propter actiones.* legatorũ seu plegatorũ nomine cõpetẽtes.

e ¶ *Cautionibus.* scili. ab vnoquoque, vt alteri restituat: si ei plus quàm licuerit, fuerit legatum. Accursius.

f ¶ *Salua Falcidia.* quam vnusquisque habet in parte socij: & cõputat ei in parte socij quã retinet in re sibi prælata. ¶ Sed ad quid fit cautio, cũ statim fiat solutio [a] per cõpensationem? Respon. cautio [b] fit quando est dubiũ an habeat locum Falcidia. si verò certum esset, tunc statim fit compensatio: *vt. s. e. l. ex facto. §. & si fortè & . §. quod si fuerit.* Vel dic dictam cautionem fieri pro soluendo ære alieno pro dimidia: & sic propter actiones creditorum & legatorum: *vt & . s. eo. l. ex facto. §. vnde scio.*

g ¶ *Compensetur.* s. ab vnoquoque, vt alteri restituat si ei plusquã licuerit, fuerit legatum: vt ecce bona in quibus libertus erat institutus. valent. ccc. Titij. c. & pone. cxx. deberi. Cũ ergo quilibet sit heres ex semisse, quilibet soluet. lx. & sic liberto remanẽt. ccxl. & Titio. xl. si ergo dicat Titius, non habeo Falcidiam semissis, scilicet. l. & tu liberte habes. ccxl. ergo. cxx. ex persona tua, & . cxx. ex mea. ex illis quos habes ex persona mea, volo Falcidiam scilicet. xxx. libertus dicet, & tu habes. xl. scilicet. xx. ex tua persona, & . xx. mea: illa. xx. quæ habes ex mea, compenso tibi: & sic non debeo nisi decem, & hoc sufficit: quia sic habet Titius. l. quæ sunt quarta semissis totius hereditatis. ¶ sic [a] ergo fit cõpensatio generis ad genus. *sic. s. de leg. ij. vnũ ex familia. §. si de Falcidia. & si pars hered. peta. l. ij. & facit. j. e. l. ex facto & . s. famil. ercisc. l. si pater. & . C. fami. ercisc. l. si cognitionem.*

a Solutio fieri potest per cõpensationem.

b Cautio fit quando est dubiũ an habeat locũ Falcidiæ.

a Compensatio generis ad genus admittitur.

h ¶ *In dodrantem.* id est, in nouem vncias.

i ¶ *Declarari.* hoc ipso quòd quadrantem relinquit, cùm primò duas partes alij reliquisset, in nouem tantùm vncias videtur diuisisse hereditatẽ: quarum duas partes habebit Lucius, tertiã Publius. Ir. ¶ Et nota q; sequens [b] scriptura determinat præcedẽtem: *vt supra eo. cum in testamento. §. fina. & de testa. l. heredes. §. sed & si notam. & infra proxi. respon. & supra l. proxi. & infra. l. proxima.*

b Sequẽtia seu sequentes scripturæ declarãt præcedentia, & è contra.

k ¶ *Receperunt.* vt si in aliis legatis est facta mentio certe pecuniæ, de [c] eodem genere intelligitur, cum indistinctè nummos legauit: *vt infra de lega. iij. l. nummis. & de lega. j. l. si seruus plurium. §. fina. & supra proxi. respon.*

c Genus in præcedentibus cõprehensum in sequentibus repetitum intelligitur.

l ¶ *Pro duabus vnciis.* scilicet instituto.

m ¶ *Accepisse.* sequens [d] ergo scriptura exponit & restringit primam. *sic. s. §. proxi. not.* Sed contra. *s. eod. l. si ita quidam.* vbi exceditur as. Sol. vt ibi. Accursius.

d Sequẽtia exponunt & restringunt præcedentia.

n ¶ *Portionem.* à testatore expressam. alioquin habebit dimidiam hereditatis, scilicet aliàs. xij. vncias: *vt. Inst. eo. §. partibus. & . s. eo. l. item quod Sabinus. §. sed si asse. & . l. interdum. §. ij. & . iij.* hodie verò hoc casu cum certa portio datur, asse etiam nominatim expleto, non exceditur as: sed deminuitur primo quantum datur secundo: *vt. C. de lega. l. cum quæstio.*

o ¶ *Non inuenitur.* scilicet in asse iam distributo. at in nostro casu non est totus as in alium translatus nominatim.

p ¶ *Instituatur.* asse nondum distributo. alioquin dimidium dabitur, *vt dixi modo. & facit supra. eo. l. quo loco.*

q ¶ *Titium.* instituit vel substituit.

r ¶ *Non erit. sic. s. eo. l. item quod Sabinus. §. alter atque.*

s QVod si non.] *Mentio.* sed simpliciter fuit institutus Titius.

t *In primo.* id est, tantum vnus quantum & alter, cum Mæuius sit capax. aliàs secus: *vt infra. l. proxi.* ¶ Item not. quod melius dixisset secundo, cum dixit primo.

u QVod si Mæuius.] *Admittitur.* nam residui, [e] &c. *vt. C. eod. l. ij. & infra de verb. sig. l. cæterorum.* Accursius.

e Residui appellatione cæterum totum intelligitur. adde Aretinũ in. l. 2. Cod. de hered. instium.

CLemens.] CASVS. Quidam nomine Clemens Patronus ita cauit in testamento suo, cùm non haberet filios, sed expectaret habere: Si mihi filius natus fuerit, sit mihi heres. si duo filij mihi nati fuerint, ex æquis partibus sint mihi heredes. si autẽ duæ filiæ mihi natæ erunt, ex æquis partibus sint mihi heredes. si autẽ filius & filia mihi nati erunt, filius sit mihi heres ex duabus partibus: filia ex tertia.] & postea decessit dictus Clemẽs Patronus: & postea nati fuerunt ei duo filij & filia. modò quæritur, qualiter hereditas debeat diuidi? Et dicitur quòd quinque partes de ea debent fieri: & ex eis debet habere vnus ex filiis masculis duas partes. & alius alias duas partes: & filia vnã. & est ratio, quia testator voluit quòd filij

filij essent pares in hereditate: quia si esset solus filius & filia, filius haberet in duplo plus quàm filia. [SI ITA SCRIPSERIT.] Ita dixit testator in testamento suo: quanta ex parte à me Titium heredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius heres esto. & decessit. modò quæritur, an valeat dicta institutio? Et dicitur quòd sic: quia non est captatoria. nam non est collata in arbitrium alterius: sed in factum præteritum testatoris. si autem nullum testamentum dicti testatoris recitatum est, quia forté nō fecit aliquod, est nulla institutio prædicta, ea ratione, quia non fuit vera conditio prædicta in præteritum apposita: & non ea ratione quod fuerit captatoria: quia non fuit. Viuianus.

filius & filia, filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Duobus filiis & filia natis, quærebatur quémadmodū in proposita specie partes faciemus, cum filij debeant pares esse, vel etiam [a] singuli duplo plus quàm soror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet, vt ex his binas masculi, vnam fœmina accipiat.

Relatiua quantitatis etiam inducunt conditionem: quæ cùm defecerit, inanis videbitur substitutio vel institutio. Bartolus.

1. ¶ Si ita scripserit testator *Quanta* † *ex parte me à Titio heredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi heres esto:* non est captatoria [c] † institutio. Planè nullo recitato testamento ab ipso testatore, inanis videbitur institutio, remota [d] suspicione captatoriæ institutionis.

Ex voluntate defuncti prius est locus successioni ab intestato quàm ex testamento. Bartolus.

LXXXII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Quæstionum.*

SI quis ita heres instituatur, *Si* † *legitimus heres vindicare nolit hereditatem meam:* [e] puto deficere conditionem testamenti illo vindicante. [f]

Quando plures leges concurrunt ad vnum effectum: si cessat vna remanet virtus alterius. Bartolus.

LXXXIII. IDEM *libro octauodecimo Quæstionum.*

a ¶ *Vel etiam.* vel [a] pro &.

b ¶ *Accipiat.* sic. ꝫ. *de libe. & postu. l. si ita. & supra. eod. l. si ita, §. j.* Sed quid econtra si duæ filiæ, & vnus filius? Resp. tantum filius quantum illæ duæ filiæ habebit per hanc legem, & per prædictas similes. Accur.

c ¶ *Captatoria.* quia [b] non est collata in secretum alienæ voluntatis, imò testatoris: sicut etiam dicitur supra *eod. l. captatorias.*

d ¶ *Et remota.* & pro etiam. & hoc, quia deficit conditio quæ inesse videbatur. Sed contra. ꝫ. *eod. l. ij. in princi. & l. si quis ita sibi scripsit heredem.* Solu. ibi circa eandem personam: scilicet, esto heres ex qua parte te institui. hic circa diuersas: scilicet in quātum institutum Titium, in tantum Seius sit heres. secundum Io. 2. Vel dic, quod hîc dicitur, videbatur inanis, non tamen erat per leges illas. 3. Vel est inanis vt conditionalis: est tamen valida, vt puta tacita per leges prædictas. quæ duæ vltimæ in idem recidunt.

S*I quis ita.*] CASVS. Institui mihi heredem Seium extraneum sub hac conditione, si Titius qui debebat esse meus heres ab intestato si testamentum non fecissem, vindicare nolit hereditatem meam: & postea decessi. certè legitimo herede volente hereditatem meam, non admittitur institutus. & ita fallit hîc illa regula qua dicitur, quia legitimus non admittitur instituto volente. Viui.

e ¶ *Meam.* sub. talem instituo. Accursius.

f ¶ *Vindicante.* Sed an ex testamento vindicat legitimus, vel ab intestato? Dicitur quòd ex testamento, ne obsit regula [c]: Quandiu ex testamento poterit adiri, cessat ab intestato: *vt infra de acquir. heredi. l. quandiu. & infra de regu. iur. l. quandiu.* Item ad hoc. ꝫ. *quib. mod. vsusfru. amitt. l. interdum. & infra de except. do. l. fina. §. j. & infra eo. l. Lucius.* Sed [d] tu dic ab intestato. nec obstat dicta regula: quia speciale est hîc propter defuncti voluntatem, qui voluit vindicationem legitimam esse quasi quandam conditionem: *vt not. C. communia de success. l. antequam.* Accursius.

S*I non lex.*] CASVS. Non solùm si lex Ælia Sentia impediat libertatem serui, non potest dominus dicti serui etiam non soluendo existens facere eum sibi heredem necessarium: sed etiam si alia lex, vel senatusconsultum, vel etiam cōstitutio impediat dicti serui libertatem. de lege autē Ælia Sentia impediente ita exemplum pone: Titius non soluendo existens, instituit sibi heredem cum libertate Stichum seruum suum: & postea instituit sibi eodem modo Pamphilum seruum suum. certè lex Ælia Sentia nō vult quòd

a Vel, pro &.

† Quanta, dictio, inducit cōditionem.

† Quare hæc institutio non possit dici captatoria, docet Ant. Aug. *lib. 4. emend. cap. 11.*

b Captatoria institutio non est quæ nō est collata in secretum alienæ voluntatis.

† Substitutio vulgaris potest fieri hæredi ab intestato.

c Testati causa regulariter præcedit causam intestati.

d Intestati causa ex voluntate testatoris præcedit causam testati in ordine succedendi.

Pamphilus ad libertaté perueniat: *vt supra eo. qui soluēdo.* de alia lege [a] impediente pone exemplum: *vt. ĵ. de manu. l. legis.* de senatusconsulto impediente dic vt. ĵ. *qui & à qui. l. in fraudem.* de cōstitutione impediente dic vt. ꝫ. *e. his verbis. §. interdum.* [TEMPORIBVS.] Ego non soluendo existens institui mihi heredem Titium: & dedi libertatem directam vel fideicōmissariam tribus meis seruis pone: & iussi dicto heredi: vt dict[o] seruus hereditatē meā restitueret. & postea decessi. dictus autem heres nolebat adire hereditatem, dicens eam sibi suspectam. modò quæritur, vtrū omnes dicti serui libertatem habeant, & possint eū cogere adire, & sibi ipsis restituere: an verò primus ex eis vel secūdus vel tertius? Et dicitur quòd primus tantū. Sed pone quod primus est absens: nūquid audiendus est secūdus? Et dicitur quòd non: quia non est certum vtrum primus velit sibi restitui hereditatem, an non. si enim primus velit sibi restitui hereditatem, præferendus est vt dictum est: & secundus & tertius debent eo casu serui remanere. si autem hereditas mea esset soluendo creditoribus, prætor tuebitur libertatem omniū dictorum seruorum, & eis omnibus faciet hereditatem restitui. Viuianus.

SI non lex Ælia Sētia, [g] † sed † alia lex, [h] vel senatusconsultum, [i] aut etiam constitutio [k] serui libertatem impediat: is necessarius fieri non potest, etiam si nō sit soluēdo testator. 1. ¶ Temporibus diui Hadriani senatus cēsuit, si testator qui cum moritur * soluendo non fuit, duobus pluribúsve libertatem dederit, eisq; hereditatem restitui iusserit, & institutus heres suspectam sibi hereditatē dixerit: vt adire [l] eam cogatur, & ad libertatem [m] perueniat, qui priore † loco scriptus fuerit, eique hereditas restituatur. idem seruandum in his quibus per fideicommissum libertas data fuerit. [n] Igitur si primo loco scriptus [o] desideraret [p] adire hereditatem, nulla difficultas erit. Nā si posteriores [q] quoque liberos se esse dicent, & restitui hereditatem desiderent: an soluendo sit hereditas, & omnib. liberis factis restitui deberet * apud prætoré quæreretur. Absente autem primo sequens desiderans adire hereditatem, nō est audiendus: quia si primus [r] velit sibi restitui hereditatē, præferēdus est: & hic [s] seruus futur[us] [est.]

Seruus cui testator de necessitate debet libertatem, non potest eius necessarius heres fieri. Bartolus.

LXXXIIII. PAVLVS *libro vicesimotertio Quæstionum.*

SI seruo fideicōmissa * data sit

g ¶ *Si non lex Ælia Sentia.* quia tunc demum vnus, non plures: *vt. ꝫ. eo. l. qui soluēdo.* Accursius.

h ¶ *Lex.* vt lex Iulia de adul. *vt. C. de adul. l. verba.* vel Flauia, *vt ĵ. de manu. l. lege. Flauia.*

i ¶ *Senatusconsultum.* vt in fraudem fisci: *vt infra qui & à quibus. l. in fraudem ciuitatum.*

k ¶ *Constitutio. vt supra. eo. l. his verbis. § interdum. item. C. qui nō pos. ad liber. perue. l. j. & ij. item. C. si man. ita fue. ali. l. ea quidem.*

l ¶ *Vt adire.* censuit senatus dico.

m ¶ *Ad libertatem.* directam, & directò manumissus.

n ¶ *Data fuerit.* hereditas quæ restitui iussa est.

o ¶ *Scriptus.* heres, f. seruus qui in effectu quodammodo heres est: *vt. ꝫ. quod cum eo. l. filius. §. j.*

p ¶ *Desideraret.* solus. & dic adire, & sibi restitui, vel adire primo gradu institutum vt sibi restituat.

q ¶ *Posteriores.* id est, nominati post primum seruum.

r ¶ *Primus velit.* si autem nolit, remanebit seruus, & posterior habebit hereditatem. *sic. C. de testa. ma. l. fina. §. si vero quidam ex seruis.* ¶ & sic forté aliud [b] erit in institutis: quia cum heredes instituuntur plures, primus est heres & necessarius & liber, siue velit siue nolit: *vt. ꝫ. eod. qui soluendo.* 2. Vel forté idem est de istis fideicommissariis. *arg. ĵ. ad Treb. l. facta. in fi.*

f ¶ *Et hic.* posterior. *& facit. ꝫ. de tuto. & cu. da. ab iis. l. si impuberi. & ꝫ. ad Treb. l. mulier. §. non est. & l. si cui. in prin. & l. si res. §. j.*

S*I seruo.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium & rogaui eum per fideicommissum vt Sticho suo meo daret libertatem purè. & decessi. postea Titius prædictus dictum seruum heredem sibi fecit cum libertate. nunc quæritur, an dictus seruus sit necessarius heres dicti Titij? Et dicitur quòd non. non enim accepit aliquod beneficium à Titio qui eum instituit cum libertate: quia malo suo velle tenebatur eum manumittere. & idem esset si dictus Titius emisset ab aliquo dictum seruum ea lege vt manumitteretur,

a Quibus legibus, senatusconsultis, & constitutionibus impediatur libertas.

† De hac lege Ælia Sentia vide Politianum *in miscellaneis cap. 71.* & Fran. Balduinum *in commen. ad tit. de libertinis Instit. lib. 1.*

† Impedimenta plura quotiens interueniunt, vno remanente impeditur effectus seu actus, oportet igitur ea omnia quæ obstant remoueri: vt ad impediendū actū sufficiat vnum impedimentum remanere.

* moriebatur.

† Primo loco nominatus semper est præferendus in iis quæ nō possunt competere pluribus sed vni tātum.

* debeat.

* data esset.

b Hæc verior: quia licèt in directo hærede obseruentur tres qualitates (sunt enim alij necessarij voluntarij, sui) in hærede tamen fideicommissario secus est: quia nunquam reperitur nisi voluntarius. Nam si reperiretur necessarius, directò caperet, nec esset opus restitutione

nam & hic malo suo velle eum manumittere tenebatur. & idem si emisset eum ab aliquo de pecunia ipsius serui: quia & hic malo suo velle tenebatur eum manumittere. Vnde non est mirum si omnibus his casibus non est dictus seruus ei heres necessarius, sed voluntarius. Viuianus.

a ¶ *Data sit libertas.* purè. si in diē, tūc ante diē est necessarius: *vt. j. de adqui. hered. l. si seruū quis. §. si quis.* Idē si sub conditione: *vt. s. e. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam. & l. pater.*

b ¶ *Defuncto.* s. herede qui hunc seruum instituit. *& facit. j. eodem. l. testamento.*

c ¶ *Diui Marci.* & Commodi ad Aufidiū Victorinum: *vt. Cod. si man. ita fue. alie. l. secunda Azo. & facit infra de leg. ij. l. vnum ex familia. & supra de pactis. l. si vnus. §. pactus.* Accursius.

d ¶ *Sua pecunia.* id est peculiari, quæ[a] videtur sua conniuentibus oculis: *vt infra de manu. l. is qui.*

e ¶ *Extorquere.* scilic. ex constitutione diui Seue. & Anto, *vt. d. l. is qui.*

† Institutus à me seruus cui necessariò à me præstanda erat libertas, mihi nō est necessarius heres sed voluntari*. Is enim cui necessariò debetur libertas, nō est necessarius sed voluntari*.

† Beneficium conferre nō videtur, qui debitū seu id quod debet creditori reddit.

a Serui peculium habere dicuntur propriū sed conniuentibus oculis.

libertas[a]: heres hunc eundem seruum cum libertate heredem reliquisset: quæsitū † est, an necessarius fiat heres. Et humani* est, & magis æquitatis ratione subnixū, non fieri necessarium. Qui enim etiā inuito defuncto[b] poterat libertatem extorquere, is liber esse iussus, non † magnū videtur beneficiū à defuncto consequi: imò nihil cōmodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatē. 1. ¶ Idē probandū erit & in illo seruo quē testator ea lege emerat, vt manumitteret si heres fuerit institutus. Nam & hic seposito beneficio testatoris, proprio iure poterit ad libertatem peruenire ex constitutione diui Marci[c]. 2. ¶ Idem & in eo qui propria sua data pecunia[d] emptus est ab aliquo. nam & hic poterit ab ipso testatore libertatem extorquere.[e]

Si in qualibet parte alternatiuæ mens testatoris non verificatur: disiuncta accipitur pro coniuncta. hoc dicit & est singularis lex: & non habet nisi vnam propriam concordantiam. Bar. & Bald.

LXXXV. SCÆVOLA *lib. 2. Responsorum.*

LVcius* Titius qui fratrē habebat testamento ita cauit: *Titius frater meus ex asse mihi heres esto. si mihi Titius heres esse noluerit: aut (quod abominor) prius morietur, quàm meam hereditatē adierit, aut filiū[f] filiámve ex † se natum natámve non habebit:[g] tunc Stichus & Pāphilus serui mei liberi & heredes mihi æquis partib. sunto,* quæro, cū Titius hereditatem adierit, & liberos aditæ hereditatis tempore non habuerit: an Stichus & Pamphilus ex substitutione liberi & heredes esse possint. Item quæro, si ex substitutione neque liberi neque heredes esse possint: an in partem hereditatis videantur adiecti. Respondit, Apparet quidem non eam mentem testatoris fuisse, vt quenquam[h] heredem adhiberet fratri, quem apertè ex asse heredem instituisset. Igitur si frater adiit, Stichus & Pamphilus heredes non erunt: quos eo* amplius noluit heredes esse, si frater prius quàm hereditatem adiret, decessisset liberis relictis. Nam prudens consilium † testantis animaduertitur. Non enim fratrem solum heredem prætulit substitutis, sed & eius liberos[i].

Seruus potest institui sub conditione si voluerit: nec eget exheredatione in conditionis defectum: & per eam efficitur voluntarius: & implendo conditionem videtur hereditatem adire. Bartolus.

LXXXVI. MARCIANVS *libro septimo fideicommissorum.*

IAm dubitari nō potest, suos[k] quoq; heredes sub hac conditione[l] institui posse, vt † si voluissent, heredes essēt. si heredes nō essent, alium, quem visum erit, eis substituere: negatúmque hoc casu necesse esse sub contraria[m] conditione filium[n] exheredare: primum quidem, quia tunc

b v. Intellectū huius legis apud Forcatulū dialogo. 30. Necyomant. num. 3.

LVcius[b] Titius.] CASVS. Lucius Titius habens fratrem Titium ita dixit in testamento suo: Titius frater meus mihi ex asse heres esto. si autem Titius mihi heres noluerit, aut (quod abominor) prius morietur, quàm meam adiret hereditatem, aut filium filiámve ex se natum natámve non habebit: tunc Stichus & Pamphilus serui mei sint liberi, & sint mihi heredes æquis partibus. & postea decessit dictus testator: & Titius non habens aliquem filium adiuit hereditatem iuam modò quæritur, an dictus Sticus & Pamphilus sint liberi & heredes ex substitutione prædicta: & si non sunt liberi ex substitutione & heredes, an in partem hereditatis videātur adiecti per dicta testatoris verba? & videtur quod debeant esse liberi & heredes ex substitutione: quia substituti fuerunt Titio, quicunque de tribus casibus eueniret. primus casus est in verbis testatoris, si Titius noluerit heres esse. secundus est, si Titius voluerit heres esse, decesserit tamen antequam adiret. tertius casus est, si Titius noluerit heres esse: filium autem vel filiam, non habuerit. licèt ergo voluerit heres esse: quia tamē non habet filiū vel filiam, non debet habere hereditatem: sed debent eam habere Stichus & Pamphilus substituti. Respon. tamen hîc quòd non erunt heredes & liberi ex substitutione, ex quo Titius adiuit: licèt filium non habuerit vel filiam: quia testator non solùm non voluit eos esse heredes, si Titius frater suus vellet hereditatem, non habens aliquē filium: sed etiā noluit esse heredes si frater decessisset liberis relictis priusquam hereditatem adiret. nā animaduertimus consilium testatoris prudens fuisse, scilicet vt non solū fratrem hereditatem habere volentē prætulerit dicto Sticho & Pāphilo substitutis, sed etiā liberos Titij. siue ergo Titius solus velit habere hereditatē, præfertur substitutis siue non extet Titius, sed liberi sui extent, & velint habere hereditatem, præferūtur substitutis, verbum ergo aut, positū inter verba testatoris ibi, aut filiū filiámve, &c. debet intelligi pro &, vt ita dicti serui videātur substituti Titio in duobus tantùm casibus, & non in tribus, vnus est, si Titius heres esse noluerit. alius est, si Titius voluerit esse heres, decesserit tamen sine liberis antequam adiret. de illo autem non est dubium quod non videntur dicti Stichus & Pamphilus adiecti in partem hereditatis: quia non videtur ea mēs testatoris fuisse, vt aliquem vel aliquos adhiberet fratri heredes, quem fratrem apertè ex asse heredē instituit. Viuianus.

* Ista l. secundū omnes scribentes est ad hoc multū notabilis quod dicitur in summario. de quo vide Gl. & Card. in Clem. 1. in verb. quem etiā de concess. præbē.

† Hæc verba, Ex se porrigūtur ad vlteriores nepotes.

f ¶ *Aut filiū.* aut[a] pro &: *vt & .C. de verb. sig. l. pen. & de insti. & substitu. l. generaliter.* & apparet per responsionē huius. l. Azo. *& facit. j. de reb. dub. l. si is. §. cum ita.* & sic nō obstant iura quæ dicunt alteram[b] de disiunctiuis sufficere veram esse: *vt. j. de condit. inst. l. v. & de ver. oblig. l. si ita. & l. si quis ita.* Accursius.

g ¶ *Non habebit.* etiam hereditate non adita.

h ¶ *Quenquam heredem.* i. coheredem: *ad quod infra. tit. j. l. verbis.*

i ¶ *Liberos.* tacitè[c] sc. ab intestato, cum sint ei proximiores. *sic Inst. de pup. subst. §. vel singulis. & infra de codicil. l. conficiuntur. in princ. & j. tit. j. l. si pater impuberis.* Azo. & *s. eo. l. si quis ita heres.* & sic non obstat. *s. eo. l. ex facto etiam agi.* Accursius.

a Aut pro &: adde ... conditi. & ... manif.

b Disiunctiuarum vnam veram esse sufficit.

* Flo. eos.

c v. Mantica de coniect. vltim. volunt. 4. nu. ... † v. Simonem de Prætis 3. vltim. volunt. interpr. 3. solut. 2. num. 4.

IAm dubitari.] CASVS. Per id quod dictū est. *s. eod. suus quoque. & l. Cornelius. §. quod si hi.* amodò dubitari non potest quòd sui heredes possunt heredes institui sub hac conditione, si volent. & quod potest eis substitui aliquis si heredes esse noluerint sui. & non est necesse ad hoc vt valeat dicta institutio, quod exheredentur sub contraria conditione, id est, si heredes esse nollent. & est ratio quare non est necesse: quia tunc tantùm est necesse, cum in potestate sui instituti non sit an heres existeret, puta quia institutus est sub casuali conditione: & quia si semper esset necessaria exheredatio sub contraria conditione, in nostro casu non posset reperiri contraria conditio possibilis, & ad hoc apta. nam si ita diceret testator: filius meus si volet heres esto. huic conditioni esset contraria conditio possibilis ista, si nollet heres esse, esto exheres. quod quidem ridiculosum esset ponere in testamento. & si apponatur in testamento, pro excessu quodam & superfluo habendum est. est ergo verum quia sui heredes possunt institui heredes sub hac conditione, si volent. & non est necesse eos exheredari sub contraria conditione. Sed nunquid possunt abstinere ab hereditate ex quo adimpleuerunt conditionem dicendo se esse velle heredes? Et dicitur quòd non. & idem dico in qualibet alia conditione quæ sit in eorum potestate. Viuianus.

† Potestatiua nulla magis cōditio est quàm hæc, si velis. Nihil enim magis liberū est quàm volūtas quæ cogi non potest.

k ¶ *Suos.* vt filios. Accursius.

l ¶ *Sub hac conditione.* hæc[d] enim verba in necessario, vt seruo faciunt conditionem. In extraneo nil operātur: *vt hic & . j. de condi. inst. l. verba. & . s. eo. l. Cornelius.* Accursius.

m ¶ *Sub contraria conditione.* scilicet si nolit esse heres, eum exheredo. Ro.

n ¶ *Filium.* suum heredem, de quo dictum est in principio.

d Hæc verba, si velis, in necessario hærede faciunt cōditionem: in extraneo nihil operantur.

Id exi-

a *Id exigeretur.* i. exheredatio in conditionis defectum. Ro.
b ¶ *Cum in potestate.* i. cùm esset institutus sub casuali vel mixta conditione: *vt C. de insti. & substi. l. si pater. & ꝟ. de lib. & posth. l. filius. in prin.* & est tunc speciale vt fiat sub conditione exheredatio. aliàs contra. ꝟ. *de libe. & posthu. l. iij. §. purè.* Azo.

tantum id exigeretur,[a] cum in potestate[b] eius[c] non esset an heres patri existeret, expectãtis extrinsecus[d] positæ conditionis euentũ: deinde quòd & si quacũque posita cõditione deberet filius sub contraria cõditione exheredari, in proposito[e] ne possibilis quidem reperiri posset: certè si verbis exprimeretur, inepta fieret. Huic enim conditioni, *Si volet, heres esto:* quę alia verba cõtraria cõcipi possunt quàm hæc: *Si nolet heres esse, exheres esto?* quod quàm sit ridiculum, nulli non patet.[f] 1. ¶ Non ab re[g] autẽ hoc loco velut excessus,[h] hic subiungetur: suis ita[i] heredibus institutis, Si voluerint[k] heredes esse:[l] non permittendũ amplius abstinere se hereditate: cum ea conditione[m] instituti, iam non vt necessarij, sed sua sponte heredes extiterunt. Sed & cæteris conditionibus † quę in ipsorum sunt potestate,[n] si sui pareant:* ius abstinendi adsequi non debent.[o]

LXXXVII. HERMOGENIANVS *libro tertio iuris epitomarum.*

EX vnciis sex primo herede instituto, secundo ex octo, si tertius ex residua parte, vel nulla portionis facta mentione heres instituatur,[p] quinque vncias[q] hereditatis[r] tertius habebit. In viginti quatuor etenim partes hereditate distributa,[s] tertio[t] ratio[u] calculi, † veluti ex decem partibus instituto quinque vncias adsignauit.[y]

Qui semel est heres, in perpetuum non potest desinere esse heres. Bartolus.

LXXXVIII. GAIVS *libro singulari de Casibus.*

EI qui soluendo non est, aliquo casu euenit, vt & seruus cum libertate heres existat, & præterea alius heres adiiciatur:[z] veluti si seruo cum libertate herede instituto, ita adiectum sit, *Si † mihi Stichus heres erit, tunc Titius quoque heres esto.* Nam Titius antequam Stichus ex testamento heres extiterit, heres esse non potest. Cùm autem semel heres extiterit seruus, non potest adiectus efficere[a] vt qui semel heres extitit,[b] desinat heres esse.

Hæc lex ponit tres casus in quibus seruus communis æquiparatur seruo proprio. & gloss. ponit casum. Bartolus.

LXXXIX. PAVLVS *libro secundo Manualium.*

c ¶ *Eius.* cùm non est potestatiua scilicet cõditio.
d ¶ *Extrinsecus.* id[a] est extra filij potestatem. & quidam habẽt, expectantis euentum: alij, expectando euentum: alij, expectato euentu.
e ¶ *In proposito nec possibilis.* aliàs, in proposito impossibilis: & tunc subaudi, & apta. bene enim reperiri potest, puta si nolet esse heres: sed nõ apta. aliàs est, in proposito possibilis &c. sed tunc subaudi, non tamen apta: vt apparet ex sequen.
f ¶ *Non patet.* i. cuilibet pateret. nam ridiculum[b] esset eum excludere ab hereditate ita demum si vellet excludi: imò debet ita quis exheredari, vt sit exclusus ab hereditate siue velit siue nolit.
g ¶ *Non ab re.* i. non sine causa subiungitur illud quod subiicit, suis &c.
h ¶ *Velut excessus.* id[c] est superfluum quoddam. nam cùm supra hac eadem. l. & in toto hoc titu. tractatum sit qualiter quis possit heres institui vel exheredari: superfluum & excessus quidam est hic adiũgere de hereditate acquirenda vel non: vel qualiter acquiritur vel quando. nam satis de hoc tractabitur. ꝟ. *de acqui. hered.* Azo. & secundum hoc non est. §. suis &c. sed hoc, nõ ab re. &c. licet enim sit excessus, est tamen pertinens: & ita non sine causa tãgit parum. 2. Vel dic quòd instituatur alius heres si filius nolit, exceditur: quia primò filio datur facultas immiscendi: & sic filius excedit, & ille exceditur, secundum Rog. q. d. quòd instituatur alius si filius nolit, non est ab re: sed quòd filius exheredetur si nolit esse heres, hoc est ab re: & sic est. §. suis. 3. Vel tertiò excessus est exheredari si nolit esse heres. & verba, non ab re, determinant verbum, excessus: non verbum, subiungetur. q. d. non est excessus ab re qui sic adiungitur, si nolit esse heres, cùm demum volens excluderetur. ¶ Sed quid si dixit, si voluerit, scilicet per futurum subiunctiui? Dicunt[d] aliud dicendum: *vt argu. infra de verb. obliga. l. si quis stipulatus.* 2. Vel dic idem[e] per quemcunque modum verbi ponatur illud in stipulatione: *vt & aliàs supra communia præ. l. fina. in fin.*
i ¶ *Suis ita.* scilicet si volens.
k ¶ *Si voluerint.* modò respondet.
l ¶ *Esse.* s. simul. *ad quod.* ꝟ. *de aqua plu. arc. l. in diem.*
m ¶ *Conditione.* si volent.
n ¶ *Sunt potestate.* vt si decem det, & similes: *vt infra de condit. instit. l. fina.*
o ¶ *Non debent.* Imò videtur quòd etiam impleta conditione possunt dimittere: *vt supra de condic. ob caus. l. prima. §. prima. & de condit. institut. l. si quis ita heres. & l. si pupillus. & infra de condit. & demon. l. in conditione. & de acquir. hered. l. cum qui bonis. quæ sunt contra.* Solu. hic in suo: ibi in extraneo. quod non valet per. l. illam, cum qui bonis. Sed dic aut implet conditionem vt sit heres, vt hic: an vt possit esse, & conditionem tantum purificet, vt in contrariis: *vt infra de acquir. hered. l. Antistius.* ¶ Item an hic filius potest repudiare qui fuit institutus si volet?[f] videtur quòd non. nam ante adimpletam[g] non: *vt infra de leg. ij. l. si ita scriptum. §. prima.* postquam voluit non: quia est heres: *vt hic & infra de acquir. hered. l. necessariis.* & sic est mirum quòd non est necessarius: & tamen non potest spernere. Respon. potest antequam velit. & illa. l. si ita. loquitur in conditione quæ suspenderat. quòd hic non facit: sed solùm hoc operatur vt non sit necessarius. Sed quidam contra: *vt not. infra de acquir. hered. l. si is qui heres. §. j.* Accursius.

EX *vnciis.*] CASVS. Dictum est *supra eo. l. si alienum. §. fin.* quòd testatores diuidunt quandoque hereditates eorum in. xij. vncias. & quandoque in. xxiiij. Modò pone quòd Titius instituit heredem in. vj. vnciis quendam nomine primum: & secundum instituit in. viij. vnciis: & ita diuisit inter hos duos. xiiij. vncias: & sic assem excessit. tertium autem instituit ex residua parte: siue instituit tertium sine parte, non facio vim. modò quæritur, qualiter debeat hereditas inter prædictos tres diuidi? Et respon. quòd aut vis diuidere hereditatẽ tanquam dupondium, id est tanquam. xxiiij. vn. aut tanquam assem, id est tãquam. xij. vn. primo casu debet habere primus sex vn. secundus. viij. tertius. x. secundo casu debet habere primus tres vn. secundus iiij. tertius. v. quocunque tamẽ modo diuidas, non est vis: quia propter hoc non deminuitur vel augetur hereditas, vel partes heredum quas in ea habent. Viuianus.
p ¶ *Instituatur.* & ita de eo, aliàs in eo quod de dupondio, scilicet decem vnciis est institutus: *vt supra eod. leg. quæsitum.*
q ¶ *Quinque vncias.* facta computatione assis. Rogerius.
r ¶ *Hereditatis.* diuisæ in. xij. vncias: quia in. xxiiij. diuisa voluit testator vt hic tertius haberet. x. vncias. sed cum dupondium[a] pluriúmve vnciarum ratio ad assem reducatur: qui ex. xxiiij. vnciis id est, dupondio. x. vncias foret habiturus: is ex. xij. id est ex asse habebit quincuncem: *vt Inst. eod. §. videamus. in fin.*
s ¶ *Distributa.* quod voluit testator.
t ¶ *Tertio.* aliàs tertio: aliàs tertij, id est ratio portionis tertii.
u ¶ *Ratio calculi.* ratio calculi inducit, vt qui. x. ex dupondio. v. ex asse ferat. & qui sex, habeat. iij. & qui. viij. habeat. iiij. & sic omnes ad dimidiam.
x ¶ *Partibus.* id est vnciis.
y ¶ *Aßignauit.* etenim quæ est portio decem ex vigintiquatuor. eadem est. v. ex xij. qui. x. ergo ex. xxiiij. erat habiturus, is habeat. v. ex. xij.

EI *qui soluendo.*] CASVS. Quamuis generaliter non possit ille qui non est soluendo, habere nisi vnum heredem: *vt supra eo. l. si is qui soluendo* tamen euenit aliquando quòd duos habeat heredes: veluti si ita dicat in testamento suo, instituo mihi heredem Stichum seruum meum cum libertate: & si mihi Stichus heres erit, tunc Titius quoque heres esto. nam Titius antequam Stichus ex testamento heres extiterit, heres esse non potest. cum autem semel extiterit seruus heres, non potest Titius adiectus efficere vt desinat heres esse Stichus qui semel extitit heres. Viuianus.
z ¶ *Adiiciatur.* Videbatur ex quo habebat aliquem liberũ, quòd non possit habere seruum heredem: *vt supra eo. l. si is qui.* Sed fallit hoc casu. & est ratio: quia liber non est heres, nisi demum & tunc primum cum seruus erit heres. at illa locum habent quando ab initio esset heres liber.
a ¶ *Efficere.* vt & *supra eod. l. iij. §. si quis ita.*
b ¶ *Extitit.* sic *supra de mi. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. & Inst. de fideicom. here. §. restituta.*

a Extrinsecus posita cõditio dicitur quę extra potestatem eius cui conditio adscribitur:

b Exhæredari nemo soles sub hac cõditione, si velis exhęredari. Sic enim exhæredatio inuiti & nolentis.

† i. exceptionibus, vel circunstantiis, vt docet subiectum exemplum.

c Excessus quid sit, hoc loco Accursius, nõ intellexit, tametsi tres interpretationes hoc loco adferat. Est verò hic excessus, idem quod digressio & parergon. adde Alciatũ. 2. parergon. 34.

* Flo. pariant propareant. l. pro.

d Andr. de Pisis & Petrus de Bella pertica.

e Hæc fuit Dyni sententia.

f Volo, verbũ, nec directum, nec obliquum dicitur: sed secundum naturam verbi cui adiicitur. Bart. in l. cum qui. §. Seia. in fi. de leg. ij. & a testatore plurium qd non potest. Bart. & post eum Ang. in l. gerit. in fin. de acquir. hered.

g Institutus filius sub conditione si velit an possit repudiare? Potest. Atqui ab aditu videtur vt repudiare possit antequam conditionem impleuerit, hoc est antequam hæres esse voluerit? Respondeo, nõ est, quia hæc repudiatio, sed defficientia conditionis: quæ desinit, itaut in atque dicit, Nolo esse hæres.

† Calculi ratio seruanda.

† Instituti conditionaliter & per posterius potest, qui non potest nominari simpliciter & per prius. Bald.

a Dupondium pluriúmve assium ratio ad assem semper reducitur.

SI socius.] CASVS. Titium socium meum institui mihi heredem ex asse: & seruo qui erat meus & suus, legaui purè equum meum, & non dedi libertatem dicto seruo. certè nō valet dictum legatum. si autem legassem ei seruo prædicto modo sub conditione, valeret legatum si inueniretur liber tēmpore conditionis existentis. nam & proprio heredis seruo ab herede rectè sub conditione legatur per testatorem. per prædicta ergo apparet quòd dictum seruum quem habeo cōmunē cū Titio, possum heredem instituere sub cōditione sine libertate, & dare eū coheredem Titio socio meo quem institui, tāquam si alienus seruus: quia & si esset seruus prædictus proprius dicti mei socij quem institui, possem eum instituere heredem sub conditione cum domino suo qui est meus socius. Viuianus.

* Fl. consistit.

SI socius [a] heres institutus [b] sit ex asse, & seruo communi legetur purè sine libertate: [c] hoc legatum non consistit. [d]* Planè sub conditione ei vtiliter & sine libertate legabitur: quoniam & proprio seruo [e] ab herede rectè sub conditione legatur. Quare etiam heres institui sine libertate, vt alienus, [f] socio herede scripto poterit: quia & proprius [g] cum domino heres institui poterit.

Non sufficit mortis tempore quem fuisse seruum si ante conditionis euentum libertatem à lege consequitur. Bartolus.

XC. TRYPHONINVS *libro vicesimoprimo Disputationum.*

TEstamento † domini seruus sub cōditione cum libertate heres institutus, pendente adhuc conditione necem domini detexit: cumque prætor mereri libertatem decreuit. [h] Etsi postea cōditio testamēti extiterit, aliūde liber est, id est ex pmio †, non est testamento. igitur [i] non est necessarius domino heres. licet [k] autem ei volenti adire.

Imperator non debet institui causa litis vitandæ.

XCI. PAVLVS *libro 5. Sententiarum.*

IMperatorem litis [l] causa heredem institui, inuidiosum est: † nec calumnia facultatem ex principali maiestate capi oportet.

Falsa causa vitiat institutionem: legata tamen firma permanent. Bartolus.

XCII. IDEM *Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex primo, seu decretorum libro secundo.**

PActumeius * Androsthenes Pactumeiam magnam filiá Pactumeij Magni ex asse heredem instituerat, eique patrē eius substituerat. Pactumeio Magno occiso, & rumore † perlato quasi filia quoque eius mortua, mutauit [m] testamentum, Nouiúmque Rufum [n] heredem instituit, hac præfatione: *Quia heredes quos volui habere mihi, continere † non potui, Nouius Rufus heres esto.* Pactumeia Magna supplicauit imperatores nostros: & cognitione suscepta, licèt modus [o] institutioni * contineretur, quia * falsus * non solet obesse, tamen ex voluntate testantis putauit Imperator ei subueniendum. igitur pronuntiauit hereditatem ad magnam pertinere, [p] sed legata [q] ex posteriore testamento eam præstare debere † proinde ac si in posterioribus tabulis ipsa fuisset heres scripta.

a Seruus cōmunis tribus casibus cōparatur seruo proprio.

a ¶ *Si socius.* In [a] tribus casibus parificat seruū communē proprio: vt ecce ego & Titius socij habemus seruū communem. si instituam Titium heredem, non possum legare dicto seruo communi: quia nec seruo proprio: & hoc purè. 2. Itē sub cōditione possum legare dicto seruo communi: quia & proprio heredis. 3. Item instituere possum seruum communem vnà cum socio: quia etiam seruum alicuius vnà cum domino. Accursius.

† Istam. l. cum sua Gl. reputat valde singu. & no. *Bald. hic.*

† Præmiū debetur pditionem & homicidas reuelantibus, *adde l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiest.*

b ¶ *Institutus sit.* à socio.

c ¶ *Libertate.* fideicōmissaria. nam tunc valet: *vt. j. de leg. ij. l. si legatarius.* §. j. Accur.

d ¶ *Non consistit.* propter regulam Catonis. hoc enim esset in proprio heredis: *vt. Insti. de lega. §. an seruo. & d. l. si legatarius.* §. j. quod quidem valeret socio non instituto herede: *vt sup. pro socio. l. verum. §. si seruo.*

e ¶ *Seruo.* heredis. Azo. de testatoris cōstat: *vt. s. e. l. si seru⁹ vxori.*

b Institui simul cū domino seruus potest.

f ¶ *Vt alienus.* testatori & heredi. Azo. ¶ Et not. quòd seruus [b] & dominus simul instituuntur ab aliquo.

g ¶ *Proprius.* seru⁹ heredis. Azo. ¶ Itē quare institui potest cū domino, & nō ei legari? Rū. quia tūc nō debet domin⁹ ei dare aliq.d.

TEstamento.] CASVS. Stickum seruum meum institui mihi heredem cum libertate sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & postea fui occisus: postea cōditione dictæ institutionis pēdente detexit dictus seruus necem meam: & sic prætor decreuit eum libertatem mereri, & ita habet libertatem ex præmio, & non ex testamento. nunquid erit necessarius heres mihi, an voluntarius? & dicitur quòd voluntarius. Viuianus.

h ¶ *Decreuit.* vt. j. *de bo. liber. l. si necesse. & C. pro quibus cau. ser. pro præ. li. acci. l.* j. Accursius.

i ¶ *Igitur.* bene valet: *vt Insti. eo. §. seruus. autem à domino. & ar. s. eo. l. si seruo. & l. si seruus communis.* Sed videtur contra. *s. e. l. iij. qui fideicommissariam.* vbi postea fit necessarius. Sed ibi ab homine hîc à lege fit liber. Publica [e] enim vox priuatæ præiudicat.

e Publica vox priuatæ præiudicat.

k ¶ *Licet.* i. licitum est. Accursius.

IMperatorem.] CASVS. Cum timerem quòd Titius vellet mihi mouere litem super fundo Titiano quē posidebam, vel heredibus meis, institui eadem causa imperatorem mihi herędem, vt grauem aduersarium haberet post mortem meam dictus Titius. certè non valet institutio. Facultas enim calumniæ non debet capi ex honestate principis. Viuianus.

l ¶ *Imperatorem litis.* alij mouendæ, vel ecōtra sibi nō mouendæ: & sic causa vitandi iudicij. sed videtur hoc licere: *vt sup. de ali. iudi. l. ex hac. §. sed heredi* Sol. speciale in principe, qui [a] plus sibi cauere debet. *sic. s. de iur. fisc. l. res. §. lite. & Inst. quib. mo. testa. infir. §. fi. in fi. & C. vnde vi. l. meminerint. & de testa. l. volumus.*

a Princeps magis causæ debet à re illicita quàm alij & priuati.

PActumeius.] CASVS. Quidam nomine Pactumeius Androsthenes instituit sibi heredem ex asse Pactumeiam Magnam filiam Pactumeij Magni: & substituit ei dictum Puctumeium Magnū. postea Pactumei⁹ Magnus prædictus fuit occisus: & postea peruenit rumor ad dictum testatorē quòd & Pactumeia Magna ex asse instituta esset mortua: ipsa tamen in veritate nō erat mortua. dictus autem testator credēs eam mortuam, mutauit testamētum suum, & quendam nomine Nouium Rufum sub hac præfatione heredem instituit: Quia heredes quos volui mihi habere, contingere non potui, Nouius Rufus heres esto. & postea decessit dictus Pactumeius Androsthenes testator. postea venit Pactumeia Magna ex asse primò instituta (vt dictū est) & supplicauit quibusdā imperatoribus tunc existentibus, id est imperatori tūc existēti, vt cogeret dictū Nouium Rufum secūdò institutū ad dimittendam hereditatem prædictam sibi Pactumeiæ Magnæ primò institutæ. Imperator autem misit pro Nouio Ruso: & dixit prædicta. Nouius autē Rufus respōdit & dixit: Si ipsa vult mihi aliquid dicere, det mihi libellū. vnde ipse dedit ei libellū, & tandē fuit lis contestata inter eos corā imperatore. Imperator autem postea pronuntiauit hereditatem ad Pactumeiam Magnam prædictam pertinere. putauit enim ei subueniendum ex voluntate testantis, quamuis in institutione Nouij Rufi contineretur talis modis, *Quia heredes quos volui mihi habere, contingere non potui* &c. & quamuis propter dictum modum videatur debere habere hereditatem dictus Nouius Rufus, ideo quòd falsus rumor non solet obesse instituto: habebit ergo Pactumeia Magna hereditatem: sed legata relicta à Nouio Ruso in secundo testamēto, debebit Pactumeia Magna præstare legatariis: perinde ac si in posteriori siue in secundo testamento ipsa fuisset heres instituta. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

† Vnde Imperator Pertinax nullius se aditurum hereditaté professus est quæ lite perplexa delata esset, vt legitimi heredes & necessarij priuarentur. *Capitol. in eod.*

* Sunt qui emendant, per o, quibus adstipulor, vt hîc, nec in. l. vlt. j. ad Trebell. * *Vide Alc. lib. dispun. 4. c. 1.*

† Fama publica præstat iustam credendi causam.

† contingere.

* institutioni, pro institutione. i. pro e.

* quia tamen falsus rumor.

* Sunt qui legere malint, qui falsus, contra fidem. Flor.

† *Concord. Gl. in c. ad audientiam circa med. in ver. si. & legata præstantur. extra de rescrip.*

m ¶ *Mutauit.* testator. Accursius.

n ¶ *Rufum.* aliàs Rusum: & est proprium nomen. aliàs rursum.

o ¶ *Modus.* id [b] est causa: *vt. j. de condi. & demonstra. l. demonstratio.* & est hoc, scilicet quia heredes &c. quia Falcidia non debetur ei, id est non solet &c. *vt. C. de fal. causa ad. per totum. & infra de condi. & demon. l. falsa.* nisi [c] probetur quòd testator non erat aliàs relicturus: *vt infra de condi. & demon. l. cum tale. §. falsa.* & hoc subiicit. probatur enim hîc per præfationem [d]: quia heredes &c.

b Modus pro causa.

c Falsa causa non vitiat institutionē nisi probetur testatorem aliàs nō fuisse instituturum. vt hîc.

d Præfatione probat causam finalem dispositionis.

p ¶ *Pertinere.* Non ergo tenet secundum testamentum. Sed contra [e] *s. de inoffi. testa. l. si instituta. §. fi. & l. seq.* vbi valet: quod patet: quia rumpitur per querelam Sol. hoc est hîc propter primum testamentum, vel propter præfationem secundi, per quam patet quod testator nolebat valere secundum Accursius.

e Falsa causa inserta & expressa in testamento vitiat dispositionē ipso iure: secus si non inserta sed in mente retenta.

q ¶ *Sed legata.* Nota speciale [f] contra regulam quæ est. *C. de fideicom. l. eam quam. vt ibi no. & facit ad hanc. l. C. de testa. mili. l. si cū & infra de secun. tabu. l. qui ex liberis. in princ. & supra de pac. l. tale. §. fina. & supra de testa. tute. l. pen. & Inst. quibus mod. test. infir. §. si quis priore.*

f Legata interdum valent viciata institutione.

SVB-

SVBSTITVTIONVM alia.

1 Vulgaris.
- 2 *Vulgaris expressa.*
- 3 *Partim expressa, partim tacita.*
- 4

Pupillaris.
- 5 *Pupillaris expressa.*
- 6 *Partim expressa, partim tacita.*
- 7

Exemplaris.
- 8 *Exemplaris expressa.*
- 9 *Partim expressa, partim tacita.*

21 Breuiloqua.
- *Vulgaris.*
- *Pupillaris.* — *Vulgaris.* *Pupillaris.*
- *Pupillaris.* — *Vulgaris.* *Exemplaris.*
- *Pupillaris.* *Exemplaris.* — *Vulgaris.* *Fideicommiss.* *Fideicommiss.*

10 Compendiosa.
- 11 *Militaris directa.*
- *Pupillaris.* 12 *Vulgaris.* *Directa militaris.*
- 13 *Fideicommiss.*
- *Pupillaris.* 14 *Vulgaris.* *Fideicommiss.*

- 15 *Pupillaris tacita.* / 16 *Exemplaris tacita.*
- 17 *Vulgaris tacita.* / 18 *Exemplaris tacita.*
- 19 *Vulgaris tacita.* / 20 *Pupillaris.*
- 22 *Pupillaris.*
- 23 *Pupillaris.* — *Vulgaris.* / 24 *Pupillaris.*
- 25 *Vulgaris.* — *Exemplaris.* — *Pupillaris.*
- 26 *Vulgaris.* *Fideicommiss.* *Pupillaris.* — *Fideicommiss.* *Exemplaris.*
- 27 *Vulgaris.* *Fideicommiss.*
- 28 *Vulgaris.* / 29 *Pupillaris.*
- 30 *Vulgaris.* — *Exemplaris.* *Pupillaris.*

DOMINO IOANNI DE SELVA, INVICTI FRANCORVM Regis Senatorum præsidi meritissimo, iuriúmque interpreti facundissimo, Fabianus Bodeti scholastichus ex sorore nepos. S. P. D.

Quæ tibi pridem dum apud Tolosates publicè de iure responsitans inter togatos summa dicendi facundia pollebas, ac demum iuris obscuri interpretationibus, æquique ac boni consultationibus velut alter Cato praeras, innumeræ erant laudes: vt earum vel in pusillis imitator efficerer, simul vt iuris studiosorum, præsertim iuniorum, votis satisfacerem, qui substitutionum rationem compendio ac methodo sibi tradi postulabant: ex scabrosis iurium circa substitutiones nodis typum pro ingenioli mei modo collegi, vbi singula quæ ad hanc rem spectant, oculata fide perspici possint: non dissimilem valde rem Imperatoris Iustiniani inuento conatus, qui cognationum gradus in schemate etiam proposuit, vt & auribus & oculorum inspectione iuuenes proficerent. Hoc igitur inuentum meum, qualequale est, tibi, à quo magnifica in me collata beneficia ingenuè profiteor, pluráque spero, soli dedico, maiora de me in posterum vt speres iubens, ac à te in primis, & quocunque melius sentiente corrigi paratus, & tuo obsequio perpetuò mancipatus. Vale.

1 VVLGARIS substitutio, est secunda institutio directa: quæ à quolibet & cuilibet fieri potest: & nihil habet specialitatis. *Imol. & La. fran. de Oriano in l. centurio. ff. de vulga. Iason in l. j. colum. iij. illo titu.* ¶ Et dicitur vulgaris, quia vulgo omnibus potest fieri. *Glos. in c. Rainutius. de testa. Gl. Inst. de vulg. subst. in prin. de quo latè per Bar. in d. l. j. post Guil. de Cuneo.* ¶ Et habet quinque effectus, quos expedit *Bart. in d. l. j. & ibi Ale. & Ias.* 1. Primus in homine sui iuris intelligitur, si heres non eris, vel alium heredē non feceris. *l. cū proponas. C. de here. inst. §. fi. Inst. de vulga.* 2. Secundus, ꝙ testamentū potest assumere vires ab ipsa vulgari substitutione. *l. iij. §. fi. ff. de lib. & postu.* 3. Tertius, quòd vulgaris expressa continet pupillarem tacitam. *l. nam hoc iure. ff. eo.* 4. Quartus, quòd per vulgarem succeditur testatori. *Inst. de vulga. in prin.* 5. Quintus, quòd vulgaris facit de suo & necessario voluntarium. *l. si filius heres. ff. de liber. & postu.* & durat hæc vsque ad aditionem hereditatis, & ea adita expirat. *l. post aditam. C. de impu. Glos. in d. c. Rainutius. & in. §. qua ratione. Inst. de pup.* Et de eius speciebus vide in cellulis suis.

2 ¶ Expressa dicitur tripliciter, Primo in genere, vt sunt illę quæ comprehenduntur in breuiloqua vel compendiosa. *Glo. in l. Lucius. ff. eo. & in l. in testamento. C. de testa. mili. in l. precibus. C. de impu. & ibi docto.* 2. Alia est expressa in specie, vt est illa quæ exprimit speciem substitutionis, vt si heres non eris, talis sit. sed potest illud esse, quia noluerit, vel non potuerit. *l. cum proponas. C. de here. inst.* & nullus horum casuum singularium hic exprimitur: ideo dicitur expressa in specie, & non singulariter. 3. Alia dicitur expressa singulariter, quæ exprimit casum singularem in quo comitatur: videlicet si heres esse nolueris, talis sit. facta tamen in casu impotentiæ trahitur ad casum nolentiæ: & econtra. *l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & postu.* limita tamen quinque modis, de quibus per Alex. *in d. l. j.*

3 ¶ Partim expressa & partim tacita dicitur duobus modis, Prima quoad verba, vt sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendiosa. nam respectu verborum generalium dicuntur expressæ: respectu verò verborum specialium dicuntur tacitę. Prima Glo. *in l. in testamento. C. de testa. mili.* appellat eas tacitas & expressas. & ita concordant Glos. *in l. precibus. C. eod. & in l. Lucius. ff. eod.* quæ dicunt eas expressas, & Glos. *in. §. qua ratione. Institu. de pupil.* quæ dicit eas tacitas. 2. Alia est quo ad casus, vt si heres esse nolis. quia iste casus nolentiæ comprehendit & trahitur ad casum impotentiæ. *l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & postu.* quia paria sunt nolle & non posse. *l. j. §. vsus. ff. de procu. facit tex. in l. fin. C. de institu. & substitu. sub condi. fact.* & sic quo ad casum expressum appellatur expressa, quo ad tacitum tacita. *Bart. in d. l. j. & ibi Alex. Ias. & scribentes.*

4 ¶ Moribus introductum est vt pater filiis suis in potestate cōstitutis minoribus xiiij. annis possit testari pupillariter substituēdo. *l. ij. ff. de vulg. in princ. & Institu. eo. in prin.* dum tamen concurrant octo quæ sunt necessaria quo ad hoc vt pupillaris possit fieri filio: de quibus per text. Gloss. & Barto. *in. d. l. ij. & in l. in testamento. C. de testa. mili.* Et finitur hæc pubertate & aliis modis.

ff. Infort. R

de quibus *per gloss. magistram, & ibi text. & doct. in. l. in pupillari. ff. eodem. facit. §. masculo. Institu. de pupil.* habètque alios effectus, videlicet quòd pupillaris expressa continet vulgarem tacitam. *dict. l. nam hoc iure.* Secundus est, quòd per eam succeditur pupillo. *Institu. de pupil. in princip.* Tertius, quòd pupillaris substitutio expressa excludit matrem, & quoscunque venientes ab intestato. *l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inoffic. testa. ff. d. l. precibus. & l. si testamento. C. de impube.* cum per eam succedatur ex testamento. *l. ij. de acqui. here. ff.* Quartus, quia quos pater potest sibi necessarios facere, & filio suo. *d. l. ij. §. prius. in fin.* Bart. & omnes ibidem.

5 Expressa dicitur illa quæ fit verbis expressis: vt si heres sis, & moriaris in pupillari ætate, talis sit. Tacita vero est illa quæ continetur in vulgari expressa. *Barto in dict. l. secunda. column. quarta.* Et quamuis glos. *in. §. qua ratione. Institu. eod.* dicat quòd ista fit verbis affirmatiuis, vulgaris vero negatiuis, nihil est: quia imò omnis substitutio directa, siue sit expressa, siue tacita: habito respectu ad eum cui fit substitutio, fit verbis negatiuis, siue priuatiuis; vt si non sis heres, vel si moriaris in pupillari ætate &c. respectu verò illius qui substituitur, affirmatiuis, vt talis sit. de quo late Barto. & post eum scribentes *in dicta. l. secunda. Lanfran. in. d. l. centurio.*

6 Partim tacitæ & partim expressæ quo ad verba, sunt illæ quæ comprehenduntur in breuiloqua & compendiosa, vt in vulgari dixi. Quo ad casus verò in casu. l. *Iulianus. de acquiren. heredi. ff. & l. pater. de priui. credi. Barto in. d. l. ij. colum. iij. versicul. & secundum hoc.*

7 Exemplaris ideo dicitur, quia fuit facta ad exemplum pupillaris substitutionis. *l. ex facto. ff. eod. l. humanitatis. C. eod. & Instit. eo. in. §. qua ratione.* quia sicut pupillaris fit pupillo, qui sibi prouidere non potest per testamentum: ita exemplaris furioso, prodigo, surdo, & muto, qui sibi prouidere etiam non possunt per testamentum. differt tamen hæc à pupillari in causa efficiente: quia pupillaris fuit introducta moribus, vt supra dixi: exemplaris verò lege principis. *d. l. humanitatis.* ¶ Et requiruntur quatuor, de quibus per Iasonem *in. d. l. humanitatis.* ad hoc vt possit fieri. 1. Primò, qui eam facit, sit ascendens: vt pater vel mater. *d. l. humanitatis.* 2. Secundò, ꝙ ille cui fit, perpetuo morbo laboret. 3. Tertiò, quòd tali filio relinquatur legitima. 4. Quartò, quòd si talis mente captus haberet liberos, quòd saltem vnus ex eis substituatur. *Iason. in. d. l. humanitatis. de materia omnes Barto. Bald. Alexand. & Iason in. d. l. ex facto. ff. eod.* ¶ Et de eius speciebus vide in cellulis suis.

8 Expressa est illa quæ fit verbis expressis: vt si decedas in furiositate, talis sit heres. Tacita verò est illa, quæ continetur in vulgari vel pupillari expressa. *docto. in. d. leg. ex facto. & in dict. leg. humanitatis.*

9 Partim tacita, & partim expressa quo ad verba, est illa quæ comprehenditur in breuiloqua vel compendiosa: quo ad casus vero est, si fiat isto modo: si filius meus decedat in furiositate, talis sit. si cesset furiositas, remaneat tamen prodigalitas, vel surditas, ad istos casus trahitur. *Barto. in. d. l. ex facto. col. vj.* & sic in casu furiositatis expresso est expressa: in casu verò surditatis tacito est tacita. & casus expressus trahitur ad alios casus tacitos. *d. l. Gallus. ff. de lib. & postu. §. & quid si tantum.*

10 Compendiosa dicitur, quia sub compendio verborum plures substitutiones seu plura tempora complectitur, & fit per hoc aduerbium, quandocunque. *gloss. in leg. verbis ciuilibus. ff. eod. & in d. c. Rainutius & in. c. si pater. de testa. lib. vj.* videlicet hoc modo: quandocunque filius meus decessrit, talis sit heres. vel potest fieri sine illo aduerbio, quandocunque: vt quando testator vno certo certo tempore complectitur plures ætates. *text. in leg. centurio. ff. eod. & ibi scribentes.* Et dicit Barto. ibidem quòd ipsa compendiosa à pagano facta, non est species substitutionis de per se: sed est quædam adiectio. quod intellige, id est quidam modus inducendi alias substitutiones sub noua forma verborum: respectu cuius potest dici species de per se, siue fiat à pagano, siue à milite. *Areti. in rubric. ff. eod. & gloss. j. in. l. uerbis ciuilibus. ff. eod. Iason ita declarat in. d. leg. centurio. ff. eod. columna decima.* sed quando fit à milite, tunc verò est species substitutionis de per se. & hoc est quod voluit glos. *in dicta rubric.* & Iason *in. d. leg. verbis ciuilibus.*

11 Quando compendiosa facta est à milite maioribus per verba merè directa, utroque tempore comprehendit militarem: & semper erit directa militaris in qua veniunt tantùm bona defuncti. *l. centurio. ff. eod. & ibi gloss. & scriben. facit. l. miles etiam. ff. de testa. mili.*

12 Si autem compendiosa fit à milite per verba directa suo filio pupillo in potestate cōstituto, vtroque tempore erit directa. nam intra tempora pubertatis valebit vt vulgaris & pupillaris: post vero erit directa militaris. *l. precibus. Cod. de impu.* secundum intellectum verum Fulgo: quamuis glos. ibi dicat quòd si mater sit in medio, obligatur. & idem glos. *in. dict. l. centurio. & dict. c. si pater.* malè tamen: quia mater nullum habet in hoc priuilegium. Barto *in. d. l. centurio.* & ibi Alexand. & Ias. & idem Iason *in dict. l. precibus.* quia illud secundum scribentes haberet locum quando fieret per verba communia.

13 Vbi autem compendiosa fit per verba merè obliqua, vt per verbum rogo reddas, restituas, & per alia ministerium alterius exigentia ad transmissionem hereditatis, de quibus per Bartolum & Lanfrancum *in dicta. l. centurio. ff. eodem.* tunc est semper fideicommissaria, siue fiat à pagano, siue à milite. scribentes in supradictis locis. de qua tractatur. *ff. & Cod. ad Treb. & Instit. de fideicom. here.*

14 Sed si compendiosa fiat à pagano per verba communia suo filio pupillo in potestate existenti, valet vtroque tempore tanquam fideicommissaria. *Barto. & Bald. in dicta. l. centurio. & idem in. l. ex tribus. Cod. de inofficioso testamento. Ange. consil. centesimovigesimo quinto. incipien. hoc est testamentum.* quam opinionem sequuntur glos. *in dicta. l. centurio. in dict. l. precibus. in dicto cap. Rainutius. §. fina. Instit. eo. & in dicta. l. ex tribus.* Contrarium teneas, quòd imò intra tempora pupillaris ætatis valeat tanquam vulgaris & pupillaris iure directo: post verò pupillarem ætatem efficiatur fideicommissaria. *& istud sequitur glos. in. §. qua ratione. Institu. de pupil. & in cap. si pater. de testa. libr. sexto. sequitur Cy. post multos antiquos in dicta leg. precibus. & ibi Salice. Fulg. Pau. & Alexand. Et hanc opinionem indubitatam dicit dictus Alexand. in dicta leg. centurio. & ibi post eum Iason reprobando glo. contrarias.* ¶ Et nota quòd in materia substitutionis compendiosæ versatur triplex species verborum. Nam quædam sunt verba directa, quædam communia, & quædam obliqua. 1. Directa sunt illa quæ denotant ius competere ipso iure, & quæ important tale ius ex quo possit adiri hereditas de iure ciuili, vel bonorum possessio peti de iure prætorio. *Lanfranc. in. l. centurio. ff. eod. & Bald. in. l. fina. C. de sacrosanct. ecle.* & sunt hæc, instituo, *vt toto titu. ff. de heredibus instituendis.* idem in verbo, heres esto. *l. fina. Cod. de heredibus instituendis. & l. j. in fin. ff. illo titu.* idem in verbis, dominus esto. *leg. his verbis. ff. de heredibus instituendis.* idem in verbo, moriatur. *c. si pater. de testa. libr. sexto.* Et verbum, assigno, est directum. *l. prima. ff. de assigna. liber. cap. secundo. de officio ordinarij.* Idem dic in verbo, adiudico. Verbum, accrescat, est etiam directum. *l. qui patri. ff. de acquirenda hereditate. & l. vnica. C. quando non petentium partes petentibus adcrescant.* Idem in verbis concedo, & detraho. *Lanfran. in. d. l. centurio.* 2. Communia verò sunt illa quæ stant in significatione directi & obliqui, vt est verbum, permaneat. *l. si cum ante. C. de donatio. propter nupt. & text. in. l. tale pactum. §. fin. & ibi glos. & Barto. ff. de pact. & Bald. in. l. prima. Cod. de pact. inter emptorem & venditorem. & Bald. in dicta. l. fina. Cod. de sacrosan. eccle. Ful. in consil. quadragesimoprimo.* Idem dic in verbo, redeat. *l. si duobus. de mili. testa. ff.* Idem dic in verbo, pertinere, (*secundum Barto. in. d. l. centurio. cum quo transeunt Io. de lig. & Bald. in cap. si pater. de testa. libro sexto.* pro quo facit quod habet glos. not. *in. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi.* quod verbum, pertinere est commune ad petitorium & possessorium. *& ibi sequitur Bart. facit etiam glos. in. l. cum mater. in glo. ij. ff. de inofficioso testamento.* quæ dicit verbum, pertinere, esse latum. idem glo. *in. c. inter dilectos. de fide instrumentorum.* quæ dicit quod verbum, pertinere, est tam latum quòd per ipsum censetur omne ius in iudicium deductum vndecunque debeatur. & illam reputat singu. Ang. *in consi. ducentesimononagesimoquinto. incipien. visis attestatio.* &c. ex quo tamen vide glo. *in. c. fin. de electio. libro sexto. quæ videtur similis.*) Dic etiam quòd verbum, deuoluatur, est commune. *Lanfran. in. d. l. centurio.* Item verbum, deueniat, est commune. *Bal. in. d. l. fina. & de isto verbo sunt duo tex. in. l. penult. ff. de solu. alius est in prima constit. in vsibus feu.* Idem dic de verbo, habeat. *Ange. in. §. extraneo. Instit. de pupil.* (vide tamen tex. qui videtur dicere quòd sit obliquum, *in. l. qui concubinam. ff. de lega. iij. §. j. & ibi Bar.* & de verbo, succedat, vide Lanfrancum & Iasonem *in dicta. l. centurio.* Et nota quòd nullum est verbum tam commune, quin per adiectionem verbi eo ipso efficiatur directum. *Lanfran. vbi supra.* 3. Obliqua verba sunt illa quæ exigunt factum alterius: vt est verbum, restituatur. *l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulga.* idem in verbo, detur. *l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct. lega.* idem in verbo, reddatur, & in aliis: *de quibus per doct. in. d. l. centurio. & in. d. l. fina. C. de sacrosan. eccle.*

15 Pupillaris tacita regulariter continetur in vulgari expressa, quādo ipsa vulgaris facta est per patrem pupillo in potestate constituto, & hoc siue mater sit in medio, siue non. *glo. in. l. precibus. Cod. de impu. in verbo, omnino. & tex. in. l. fina. Cod. de institu. & substi. sub condi. fac. & ibi glo. & glo. in. §. qua ratione. Institu. de pupil. doct. vltramon. in cap. Rainutius. de testa.* & ita teneas, licèt glo. aliter voluerit *in. l. centurio. ff. eod.* quam reprobat Iason & alij *in. l. precibus supra allega.* ¶ Quod tamen limita verum nisi vulgaris esset facta simul maiori & pupillo: quia tunc propter imparitatem non continetur in ea pupillaris tacita. *l. quamuis. C. de impu. & aliis substi.* 2. Limitatur etiam nisi constaret de voluntate patris nolentis pupillarem tacitam in vulgari comprehēdi. *l. nam hoc iure. §. fina. in verbo, si voluntas parentis non refragetur. ff. eod. & in dict. l. quamuis. C. de impu. in verbo, si modo non contra-*

riam

riam &c. 3. Limitatur tertiò si pater facit vulgarē & pupillarē suo filio, prouidendo ei in omnem casum: quia tunc expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. §. filio. ff. eo. 4. Quartò limita quando vulgaris esset facta per dictionem taxatiuam tantummodo. Iason. in. d. l. nam hoc iure. Aduerte tamen quia ista pupillaris tacita non admittitur contra matrem. glos. in. l. precibus alleg. sequitur illam Barto. & omnes in. l. j. ff. eo. in tertio substitutionis vulgaris effectu. col. vij. nec etiam cōtra patrem pupil. & alias personas de quibus per Barto. in. d. l. ij. Cum opinione Bartol. transeunt indifferenter Moder. & maximè Alexander. in. d. l. centurio. & Albe. de Rosa. in repeti. istius rub. lxiij. col. Salic. & Paul. in. d. l. fi. C. de Instit. & subst. opin. Barto. compro. Are. duplici fundamento, quia in materia exhorbitanti, quando est fauorabilis, prout est ista, fit extensio de persona ad personam quando concurrit eadem tacita voluntas etiam in stipulatione quæ est stricti iuris. l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. & pro ea parte est tex. in. l. generaliter. in prin. C. de secun. nup.

16 Exemplaris tacita comprehenditur in vulgari expressa furioso facta, si tempore quo fiebat vulgaris, erat furiosus. argu. l. si prædia. ff. de re. corũ. secus si eo tempore quo fiebat, non erat furiosus ille cui fiebat: quia casum aduersamq; fortunam &c. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. obl. ff. Bart. in. l. ex facto. ff. eo. ita tenuit Oldra. Laudu. vt refert Albe. in repeti. rubri. ff. eo. col. lxxxij.

17 In pupillari expressa cōtinetur vulgaris tacita. l. nam hoc iure. ff. e. l. in testamento. C. de mili. testa. glos. in. §. qua ratione. Instit. eo. quæ excludit matrem pupil. & omnes venientes ab intestato. glo. in. l. fi. C. de institu. & substitu. sub condit. fac. & ibi scriben. omnes approbantes eam: quod tamen limita secundum Bart. in matre defuncti: quia sicut per pupillarem tacitam non excluditur mater pupilli, ita nec per vulgarem tacitam mater testatoris. Bart. in. l. ij. in princ. ff. eo. in col. vij. versi. vlterius quæro.

18 Exemplaris tacita continetur in pupillari expressa, quãdo ipsa pupillaris fit furioso. Bar. in. l. ex facto. col. v. ff. eo. quia in habentibus symbolum facilior est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vindi. l. item si acceptolatum. ff. de acceptila. l. iij. §. finali. de bo. pos. & ita Guil. de Cuneo & Rai. dum tamen pupillaris nō fuerit facta cum limitatione temporis: quia tunc vltra tempus nō extenderetur. l. si ita quis. ff. e. & sicut pupillaris tacita non excludit matrem nec aliàs personas, de quibus per Barto. in. d. l. ij. ita nec etiam exemplaris tacita, à paritate rationis. Bart. in. d. l. ex facto. nisi appareat de voluntate contraria defuncti. glos. in. di. l. precibus. & tex. in. d. l. nam hoc iure. Et aduerte quia illa voluntas probabitur per duos testes vel per coniecturas. Bart. in. d. l. ij. in prin. pe. & fin. col. Bald. Ang. Salic. & Paul. in. d. l. precibus. Salic. & Iason. in. l. quamuis. C. de impu.

19 An tacita vulgaris contineatur in exemplari expressa? credo quòd sic eo modo quo in pupillari quando testator instituit furiosum: quia vbi est eadem ratio, idem ius debet statui. l. illud. ff. ad. l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obli. de quo per scriben. in. d. l. ex facto ff. eo. & in. §. qua ratione. Instiut. eo. illa ratione, quia vbi duæ sunt causæ naturalis & accidentalis, semper naturalis præualet: vt. s. dixi. per. l. qui habet. ff. de tute.

20 Exemplaris substitutio quando fit pupillo per patrem intra tēpora pupillaris ætatatis, si pupillus erat in potestate, valet pupillaris, post verò vt exemplaris: quia vbi cōcurrunt duę causæ naturalis & accidentalis, semper præualet naturalis. l. qui habet. ff. de tut. post verò pupillarem ætatem erit exemplaris, dum tamen nō fuerit facta cum limitatione temporis. d. l. si ita quis. Bart. in. l. ex facto. ff. eo. & ibi post eum scriben.

21 Ista duplici nomine nũcupatur, scilicet reciproca: vt in. l. nam hoc iure. §. quod genus. ff. e. & alio breuiloqua, de quo est text. in. l. cum in testamento. ff. de here. instit. §. hæc verba. & non fit nisi pluribus personis duabus vel tribus paris vel disparis numeri. declarat Bar. in. d. l. Lucius. col. iij. ff. eo. & appellatur reciproca propter mutuam & alternatiuam repetitionē substitutionis quam in vnaquaque persona facere testator intelligitur. Iason. in. l. in testamento. C. de test. mili. aliæ tamen vni personæ. Et fit per hæc verba: Titium & Seium heredes instituo, & eos inuicem substituo. l. Lucius. & l. coheredi. §. qui discretas. ff. eod. l. j. & ij. C. eo. vel per hæc, Luciũ & Titium heredes instituo: & vter eorũ viuat, heres esto. l. Titius & Seius. cum. l. seq. ff. de here. instit. l. si fundum sub conditione. §. his verbis. & d. l. ij. vel isto modo, Titium & Seiũ instituo & substituo. l. si pater impuberi. secundum vnam lect. ff. eod & cōtinet plures in se substitutiones, aliquãdo duas, aliquãdo quatuor de quo plenè dicetur in singulis cellulis ex ipsa descendentibus.

22 Breuiloqua, has duas solùm comprehēdit, quando fit duobus maioribus vel duobus imparibus, scilicet vni puberi & impuberi: vel vni existen. in potestate, & alteri non existen. quia tunc breuiloqua comprehendit solum istam substitutionē quæ potest æqualiter ambobus fieri. l. nã hoc iure. §. sed si alter. ff. e. & l. ij. C. e. Lãfran. in. d. l. Centurio. & l. in testamento. C. de testa. mili. & de veritate huius plenè Bartol. & Iason post eum in. l. Lucius. ff. eo. & idem Iason in. l. in testamento. Cod. de testa. mili. Lanfran. in. dict. l. centurio.

23 Hæ duæ comprehenduntur in breuiloqua quando fit duobus impuberibus exheredatis. argumento. §. non solum. Instit. de pupil. substitu. quia cum pater nihil talibus relinquat, non potest eis substituere vulgariter, cum per vulgarem succedatur testatori, & per pupillarē pupillo. institut. eo. in princ. pupillariter verò nedũ potest substitui instituto, quinimò exheredato. l. j. in fi. ff. eo. & d. §. non solum. quare breuiloqua duobus exheredatis facta duas dicitur pupillares continere, vt declarant Bart. Alex. Pan. & Iason in. d. l. Lucius. ff. eo. & late Bar. in. d. l. j.

24 Has quatuor dicunt iura in breuiloqua comprehendi, quando fit duobus pupillis in potestate constitutis institutis. l. Lucius. §. aliter. & in. l. nam hoc iure. §. j. ff. eo. sequitur Lanfran. in. d. l. cēturio. Bar. & doct. in. d. l. Lucius. & in. d. l. nam hoc iure.

25 Istæ sex continentur in breuiloqua quando fit duobus pupillis mente captis, videlicet duæ vulgares si non adeatur hereditas. duæ verò pupillares si decesserint in pupillari ætate. exemplares etiam duæ si moriantur post pupillarem ætatē in furiositate. theorice tradit hoc Bart. in. d. l. Lucius. & Lanfran. in. d. l. cēturio. Posset etiam dici quòd breuiloqua cōtinet sex aliàs si fiat per hæc verba: pupillos meos duos sanæ mentis heredes instituo, & eos inuicem substituo si decesserint in pupillari ætate vel quandocunque: videlicet duas vulgares, duas pupillares, & duas fideicommissarias. de quo Barto. & Lanfran. in locis quibus supra.

26 Licèt substitutio breuiloqua de se non comprehendat fideicommissarias, sed semper directas: fallit si ei adiungatur compendiosa, & fiat hoc modo duobus pupillis furiosis: vos instituo, & inuicem substituo siue moriamini in pupillari ętate, vel aliàs quãdocumque: quia tunc in ea comprehenduntur octo substitutiones scilicet duæ vulgares. duæ pupillares, duæ exēplares, & duæ fideicommissariæ. Bart. in. d. l. Lucius. & Lanfran. in. d. l. centurio. Iason in. l. in testamento. C. de testa. mili. idem si pater dixerit, substituo vos inuicem vulgariter, pupillariter, exemplariter, vel per fideicommissum. de quo tex. melior de iure in. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebel. Alexan. in. d. l. Lucius. cir. fi.

27 Istæ duæ fideicommissariæ continentur solùm in breuiloqua quando facta est duobus in codicillis, ar. l. Scæuola. ff. ad Trebel. ar. glo. in. l. verbis ciuilibus. ff. eo. & glo. l. j. de iure codicil. ff. Bar. in. l. Lucius. & ibi Alex. & Iason.

28 Si compendiosa fiat à pagano maiori per verba communia cũ adiectione temporis importati per distributiuum. quandocũque: vel per aliam dictionem distributionem temporis significantem, à principio valet tanquam vulgaris: adita verò hereditate erit fideicommissaria. Bart. in. l. d. centurio. ff. eo. col. ix. vers. ij. oppo.

29 Vbi autem compendiosa fit per verba merè directa à pagano filio pupillo in potestate constituto intra tempora pupillaris ætatis, valet vt vulgaris & pupillaris, postea nullo iure. l. verbis ciuilibus. ff. eo. in verbo frustra. §. extraneum. Instit. eo. & text. fortis in. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. j. & glo. in. l. in pupillari. & in. l. centurio. ff. e. glo. in. l. Scæuola. ff. ad Terbel. in. §. qua ratione. Institu. eo. in. c. Rainutius. de testa. in. c. si pater. eo. titul. lib. vj. reprobata glo. in. §. fin. Instit. de pupil. substit. quæ sub dubio voluit cōtrarium. Bal. in. d. l. centurio. & ibi Moder. licet circa istam materiam Bart. in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & in. l. centurio. sæpe variauerit.

30 Aliquando substitutio compendiosa fit duobus pupillis furiosis per verba mere directa: & tunc continet tres substitutiones, scilicet vulgarem vsque ad aditionem hereditatis: pupillarem vsque ad. xiij. annos: post verò vsque ad tempus sanæ mentis exemplarē. Bar. in. d. l. centurio. & ibi Lanfran. & omnes.

ff. Infort.

F I N I S.

DE VVLGARI ET PVPILlari substitutione.

Substitutio est[a] secunda institutio, etiã si sit vlterior: vt & omnes secunda nuptiæ sunt post primas: vt. C. de secund. nupt. in rubric. *Et dicas quòd quinque[b] sunt genera substitutionum, scilicet vulgaris, pupillaris, exẽplaris, breuiloqua. Itẽ cõpendiosa,[c] quæ fit à milite tatum, & habet naturã pupillaris & fideicõmissariæ:* vt not. C. eo. l. precib. *Itẽ est fideicõmissaria duplex,* vt Institu. eo. §. fin.

¶ *Alia pars testamẽti est heredis substitutio, cui[v] definitio hæc. Datio[d] hereditatis delatæ vel adq̃sitæ alteri. Vulgaris[e] nimirum delatæ nõ adq̃sitæ, quæ cõmuni iure fit omnib. ex eadẽ. l. 12. tab. quæ & heredes & tutores & legatarios instituere p̃misit. Pupillaris[f] delatæ & adq̃sitæ, quæ proprio iure fit à patre e liberis impuberibus qui sunt in potestate vel postumis q̃ tales sunt vt in potestate futuri sint, ut ex eadẽ leg. vt q̃ iure patriæ potestatis parenti p̃misũ tutorẽ dare.* l. impuberi. De adm. tut. *permisit etiã heredẽ dare, illo sc. capite, Paterfa. vti super pecunia tutelave suæ legaßit, ita ius esto, nã & si ius potestatis morib. receptũ dicatur.* l. patre. De his qui sunt sui vel aliẽ. iur. *tamẽ. 12. tab. adscribitur etiã rectè. ergo & substitutio pupillaris q̃ fit iure potestatis. Sed quia illo capite fit tatũ mẽtio pecuniæ suæ, ad q̃ verba respexit etiã.* l. cũ pater. §. mãdo. De leg. 2. l. testãdi. C. de testa. *nec palã p̃mittit vt de tutela ita de pecunia impuberũ testari, ideo morib. potius cõstare existimatur. Ceterũ nulli[k] alij sunt casus substitutionũ quã hi duo, Delatæ hereditatis q̃ primus casus dicitur, Et adq̃sitæ qui secũdus.* l. precib. C. De imp. & aliis subst. *nã & quæ sit furiosis ex Cõstitutione Iustiniani in secũdũ casum fit. & q̃d dicitur tertiũ genus substitutionis in. l. 4. hoc tit. vel in primũ intelligitur fieri vel in secundũ vel in vtrunq̃, nec alia ratione dicitur tertiũ genus q̃ quod formulã habeat diuersam à vulgari & pupillari substitutione, & introducta potißimum propter caduca vt remedio substitutionis reciproca valeret inter coheredes ius adcrescẽdi antiquum potius quã ius caduci. & [h]formulã si inspicias, certe multa sũt genera substitutionũ. Si successionẽ, duo tatũ, Vulgaris & Pupillaris. quæ diuisione comprehẽduntur quæcunq̃, ad earum instar rediguntur, & duplices,[i] siue vt Theophilus loquitur, vulgaripupillares.* Cuiac.

DE VVLGARI ET pupillari[a] substitutione.

TITVLVS VI.

1. MODESTINVS *libro secundo Pandectarum.*

Heredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti, primo gradu:[a] substituti, secundo vel tertio. 1. ¶ Heredis substitutio duplex est, aut simplex:[b] * veluti, *Lucius Titius heres[c] esto. Si mihi Lucius Titius heres[c] nõ erit,[d] siue erit, & intra pubertatem decesserit: tunc Gaius Seius heres[e] mihi esto.*

2. ¶ Substituere liberis tam heredibus institutis quàm exheredatis[f] possumus: & tam eũ quem heredẽ nobis instituimus, quam alterum. 3. ¶ Substituere liberis pater non potest, nisi si heredem sibi instituerit.[g] Nam sine heredis institutione[h] nihil in testamento scriptum valet.

Heredes autem.] CASVS. Quidã heredes dicunt instituti & quidã substituti. Instituti sũt illi q̃ sunt in primo gradu scripti: substituti autẽ sũt illi q̃ sũt scripti in secũdo, vel in 3. gradu, vel deinceps. Heredis autem substitutio quędã est simplex, veluti Luci[9] Titi[9] heres esto: & si nõ erit heres, Sei[9] tũc sit mihi heres. quædã est duplex, vt filius me[9] heres mihi esto: siue heres nõ erit, siue heres erit, & intra pubertatẽ decesserit: tũc Gaius Sei[9] heres mihi esto. & valet substitutio quã facio filio meo impuberi: siue institua eũ, siue exheredẽ: & siue substituã illũ quẽ mihi heredẽ institui, siue aliũ. si autẽ nõ instituisse mihi aliquem heredẽ, non valeret substitutio quã filio meo feci. Viuia.

a ¶ *Gradu*, id est loco: *vt. j. de secun. tabu. l. ij. §. defertur.* Azo.

b ¶ *Simplex*. simplex est vt pupillaris tantũm, vel[l] vulgariter tantũm. duplex quando vtraque simul Accur. ADDITIO. Dic quòd in illa simplicitate & duplicitate attenditur expressio verborum, non interpretatio iuris, *secundum Bar. & Bald.*

c ¶ *Lucius Titius heres*. ista est institutio: & eam ideo apposuit, q̃a substitutio[m] non potest esse sine institutione: *vt. j. ea. l. §. fi.* Az.

d ¶ *Heres non erit*. hæc[n] est substitutio vulgaris.

e ¶ *Gaius Sei[9] heres mihi*. Hæc[o] dictio, mihi, nihil nocet quo minus etiã alia bona q̃ patris veniãt in pupill. & quo min[9] et ipsi pupillo sit heres. & quasi p[r] obliquũ mihi: *vt. j. de sec. tab. l. sita. §. q. filio & Inst. de pu. subst. in pri. ibi, quo casu &c. et. s. ti. j. l. pater. in. fi.*

f ¶ *Exheredatis*. dic[q] pupillariter: *vt Instu. eo. §. nõ solum. & C. de leg. l. cũ quidam. & . j. ad leg. Falc. l. qui fundum. §. qui filios. nõ per fideicomm. vt. j. eo. l. coheredi. §. cũ filiæ. & ibi. & ideo si pater.*

¶ Sed an præterito posit substitui pupillariter? Respon. cũ nullũ sit testamẽtum etiam secundum has leges: *vt Instit. de exhereda. lib. in prin.* sequitur vt nec pupillare valeat: *vt Insti. de pup. subst. §. liberis. & . j. e. l. prox. §. sed si eos. & . §. quisquis* Accursius.

g ¶ *Instituerit*. milite[r] excepto: *vt. j. l. pro. §. quisquis. & . j. de militesta. l. miles ita. §. si.*

h ¶ *Institutione*. ab initio: *vt. s. de iis quæ in testa. delen. l. p̃ximè. & Insti. de leg. §. ante.*[a] Item ex postfacto non valet, nisi fuerit hereditas adita ex testamẽto: *vt. j. de contra tab. l. filium. circa prin. & j. proxi. §. quisquis. & . §. adeo.* ¶ Sed cõtra. s. *tit. j. l. fi.* Sol. ibi speciale. ¶ Itẽ cõtra[b] in[c] *Authen. vt cũ de ap. co. §. si igitur tales. col. vij. quæ est. C. de lib. præte. Authen. ex causa.* Sed ibi propter solam præteritionem est nullum: hic q̃a substituit sine institutiõe. Vel illud est ius nouum. ADDITIO. Dic q̃ per illã Authen. confirmatur substitutio pupillaris: tamẽ intellige quãdo institutio præcedit, quãuis inutilis. *Bar. Bal. Pau. Imo. Sozi. Aret. Alex. & Ias.*

Impuberibus in potestate constitutis non recasuris post mortem testatoris in potestatem alterius potest substitui pupillariter: quin imò & adoptatis in locũ nepotum. debet tamẽ substituẽs sibi primo loco facere testamẽtũ, nisi sit miles. & ad cõfirmationem pupillaris requiritur quòd adeatur hereditas ex paterno. hoc dicit vsque ad. §. interdum. Alex.

MOribus.] CASVS. Per leges & mores introductum est vt quis posit facere testamentũ liberis suis impuberibus. i. pupillarẽ substitutionem prædictam: quæ quidem durat vsque ad. xiiij. an. in masculis, & vsque ad. xij. annos in fœminis. & hoc est verũ si sint liberi in potestate parentis facientis eis substitutionem. nam emancipatus non potest taliter substitui, postumus autem sic, & nepotibus & pronepotibus: & sic deinceps qui per mortem aui vel proaui non sunt recasuri in potestatem patris eorum, veluti quia pater eorum est mortuus. si autem patres eorum eos præcedant ad auos vel proauos: ita demum substituere eis potest auus vel proauus, si heredes eos instituant, vel exheredent. ita enim per l. Vell. succedẽdo ipsi auo vel proauo in locum patrum non rumpunt testamentum aui vel proaui. si autem non essent instituti vel exheredati, non rumperent testamẽtum auorum vel proauorum, quod est principale testamentum: & rupto principali pupillare nihil valeret. sed & si quis habens filium adoptauerit sibi filium. s. Titium in locum nepotis, potest ei Titio impuberi pupillariter substituere. [QVISQVIS AVTEM.] Si facio testamentum filio meo impuberi, i. pupillarem substitutionem: & mihi debeo facere testamẽtum, instituẽdo in eo dictũ meum filiũ vel exheredando, & aliũ instituẽdo. Si autẽ mihi nõ faciã testamentum, nõ valet substitutio prædicta, nisi essem miles. nã tunc bene possem substituere dicto filio meo etiã nõ faciẽdo mihi testamẽtum. sed & si faciã mihi testamentũ ego paganus, & in eo institutus nõ adeat hereditatẽ meã: substitutio quam feci dicto meo filio, euanescit. si autem ille quem in meo testamẽto institui, dimittat ex testamẽto, & adeat ab intestato hereditatẽ meã, puta quia erat meus forte agnatus: seruabitur & valebit substitutio prædicta. euenit tamen quandoque q̃ ille quem heredẽ in testamẽto meo institui, compellitur adire hereditatẽ meã ad hoc vt dicta substitutio valeat, & totũ testamẽtũ quod feci dicto meo filio: puta institui mihi heredẽ in testamẽto meo quendã extraneũ, & dictum meũ filiũ exheredaui: & ei filio substitui tertiũ, & grauaui substitutũ impuberis vt totã hereditatẽ impuberis restitueret quarto: & postea decessi. modò extraneus à me institutus non vult adire hereditatẽ. filius autẽ meus prædictus postea decessit in pupillari ætate: & ita habuit locũ substitutio quam ei feci de tertio: & per cõsequẽs fideicõmissum relictũ quarto à dicto substituto. certè fideicõmissarius q̃ vocabatur quart[9], nõ poterit cogere substitutũ prædictũ vt adeat hereditatẽ impuberis, & sibi restituat: quia substituti aditio nihil valeret ex eo q̃ hereditas mea nõ est adita ab eo quẽ institui. Coget igitur dictus fideicõmissarius illũ quem institui, vt adeat hereditatẽ meã: & facta aditione per cõsequẽs poterit dictus substitutus impuberis adire hereditatẽ impuberis, & fideicõmissario prædicto restituere. Si autẽ viuat adhuc dictus me[9] filius, nõ potest dictus fideicom. cogere adire hereditatẽ meam illũ extraneũ quẽ institui, vt per cõsequẽs adeat substitutus dicti mei filij hereditatem eius mei filij, & sibi fideicõ. restituat dictus substitutus. nã donec viuit dictus meus filius, improb[9] iudicatur fideicõmissar. qui vult hereditatẽ suã. Sed q̃d si ille extraneus quẽ institui heredẽ in meo testamẽto vt dictum est, erat minor. xxv. annis, & repudiauerit hereditatẽ meã me mortuo, & sic per cõsequẽs annihilata fuit substitutio quã feci dicto meo filio, & postea dictus meus filius in pupillari ætate decedat, & postea petat & impetret dictus minor in integ. resti. vt adire posit hereditatẽ meã quã repudiauerit, & eam adeat? Certè proficiet hæc aditio secũdis tabulis. i. substitutioni in secũdis tabulis factę, i. substituto siue substitutis dicti filij mei. s. vt

vtiles

a Substitutio & secunda institutio etiam vlterior.
b Substitutionum quinque genera.
c Substitutio compendiosa quid.
v Diuisionem substitutionis ad iurisconsultorum mentem propius accedentem quàm q̃ vulgò traditur, pete ex Duar. 1. disput. cap. 7.
d Substitutio est datio hereditatis delatæ, vel adquisitæ alteri.
e Substitutio vulgaris quid.
SEd *si plures.*] CASVS in prin. fuit continuatus cum casu pręceden. vsque ad. §. quos possum. Sicut possum facere mihi heredem necessarium seruum meum & filium: ita possum eosdē facere necessarios heredes cuidam filio meo impuberi, substituendo eos vel aliquē eorum ei impuberi. [FILIO IMPVBERI.] Institui mihi heredem ex asse filium meum impuberē, & pupillariter substitui ei Titium, & decessi. postea dictus impubes exstitit mihi heres, & in pupillari ætate decessit: sic quod locū habuit substitutio. modò vult dictus Titius substitutus habere hereditatē impuberis, & nō meam quam adiuerat dictus impubes, vt dixi. quæritur vtrum ita possit separare? Et dicitur q; non. per aditionē enim prædictā quā fecit impubes de hereditate mea, cœpit taliter mea hereditas suæ esse iuncta, vt amodo separari non possit. ideo aut vtriusque nostrum habere debet hereditatē, aut neutrius. & idē est si dictū impuberem non institui ex asse, sed ex parte dimidia, & Titium prædictum in alia dimidia, & eum pupillariter dicto impuberi substitui, & vindicauit locum sibi substitutio prædicto modo: & postea Titius impuberi substitutus, & à me pro dimidia institutus meā repudiauit hereditatem. nam impuberis hereditatē sine mea habere non potest. sed & si dictum impuberem exheredaui, & dictū Titium ex asse heredem mihi institui, & non dedi ei coheredem vel substitutum aliquem, & substitui pupillariter dictum Titium impuberi, & postea decessi, & postea decessit filius meus in pupil. ætate, & nunc Titius vult repudiare hereditatem meam, & habere hereditatem impuberis ex substitutione: non potest hoc facere. non enim valet testamentum quod feci dicto meo filio impuberi substituendo ei dictum Titium, nisi per eundem Titium adita fuerit heredi. nec enim sufficit ad secundas tabulas, id est ad testamentū siue substitutionem quam feci dicto meo filio ad hoc vt valeant dictæ secundæ tabulæ, sic factum esse meum testamentum, vt ex eo hereditas adiri possit: imò oportet quòd adeat, & aliàs non valent secundæ tabulæ prædictæ. si autem dicto Titio ex asse à me instituto dedissem coheredem vel substitutum, potes colligere per superiora quòd Titius omittat meam hereditatem, & substitutus suus vel coheres adeat. vnde potest tunc habere Titius hereditatem dicti mei filij impuberis quem exheredaui. [AD SVBSTITVTOS.] Filium meum impuberem mihi heredem institui, & ei Titium pupillariter substitui, & postea decessi. & postea Gaius instituit sibi heredem dictum impuberem, vel aliquo alio modo aliqua acquisiuit impubes: & postea in pupil. ætate decessit: & sic vindicauit sibi locum substitutio Titij. certè ad dictum Titium pertinent ex substitutione non solùm ea in quibus eum impuberem institui: sed etiam ea quæ postea acquisiuit impubes. nam & si eum impuberem exheredassem, potuissem ei substituere. Hoc tamen fallit si ego essem miles cum institui impuberem, & hac mente substituissem ei Titium, vt Titius haberet ea tantùm quæ à me peruenerunt ad impuberem. nam tunc non habebit Titius ex substitutione nisi ea quę à me habuit impubes. Item fallit in alio casu qui est talis: Arrogaui mihi aliquē impuberem, & eum postea heredem mihi institui, & ei substitui pupillariter Titium: & postea decessi, & postea aliquid aliūde acquisiuit dictus impubes, fortè à fratre suo naturali: & postea decessit impubes. certè ad Titium substitutum dicti impuberis arrogati non pertinent nisi ea quæ habuit à me ipse impubes, & non alia quæ habuit aliunde. sed ea quæ habuit à me dictus impubes, non habet omnia dictus Titius, sed tres partes tantùm: quartam autem bonorum meorum quam debui dicto arrogato reliquisse ex rescripto diui Pij siue vellem siue nollem, non habet dictus Titius substitutus: nisi specialiter in illa quarta substituerem pupillariter dictum Titium dicto impuberi. nā tunc eam habebit substitutus impubere in pupillari ætate decedente. facere autem dictam substitutionem specialē in dicta quarta mihi arrogatori est sine dubio permittendum. Non solùm autem habet dictus Titius substitutus ea quæ impubes habuit à me arrogatore eo modo qui dictus est: imò & habet omne id quod beneficio mei arrogatoris acquisiuit impubes: vtputa quia quidam meus amicus vel cognatus ei impuberi aliquid reliquit. [NEMO INSTITVTVS.] Institui mihi heredem Stichum: & si heres non esset dictus Stichus, substitui eundem sibiipsi. certè nihil valet substitutio. Si autem mutauissem causam in substitutione, bene valeret substitutio, puta si institui dictum Stichum si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & si non venerit, substitui eundem sibiipsi. sed & si non mutaui causam in substitutione, tamen valet quandoque substitutio de seipso Sticho instituto facta, puta si institui mihi heredem dictum Stichum & Titium, & ita postea dixi, Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber & heres in Titij parte esto. nam eo casu Titio non adeunte erit Stichus liber, & in totum heres. si autem ita dixissem: Stichum & Titium mihi heredes instituo: & si Stichus heres non erit, idem Stichus liber & heres esto: nō valeret substitutio. distinguitur ergo ita breuiter in hac. l. cum aliquis est institutus, & sibi substitutus: aut est in testamento vnus gradus tantum, aut plures. primo casu non valet substitutio, nisi causa mutetur. secundo valet quandoque etiam sine causæ mutatione: & quandoque non sine causæ mutatione. Viuian.

illis postea quàm heredes extiterint[f] patri, obierunt: soli superstites ex substitutione heredes existent pro rata partium ex quibus instituti sint: nec quicquam valebit[g] ex persona defunctorum.

Potest testator filio suo impuberi illum facere heredem necessarium, quem sibi testatori facere poterat. Alexand.

1. ¶ Quos possum[h] heredes mihi facere necessarios, possum & filio:[i] vt seruum meum, & fratrem suum,[k] quamuis in rebus humanis nondum sit. Postumus igitur † erit fratri heres necessarius.[l]

† Abstinendi beneficium ab hereditate paterna, competere fratri, vt à fraterna hereditate abstineat, hinc colligit Bar. arg. l. si filius qui patri. j. eod.

Si filius agnouit hereditatem paternam, non potest substitutus ei pupillariter habere pupillarem sine paterna, cum vnum patrimonium esse cœperit. & vbi non aditur hereditas ex paterno testamento, non valerent tabulæ pupillares. h.d. vsque ad. §. si ex asse. Alex.

f ¶ *Heredes exstiterunt.* facit. *j. de suis & legiti. l. si ex pluribus. & j. eo. l. si plures.* Accur.

g ¶ *Valebit* vt *& s. eo. l. qui liberis. §. hæc verb. i. ibi, neque hereditas &c.* & pone hic contra. *j. de acquir. hered. l. qui patri.* vt ibi[a] posui, & solui modò.

a Dic quòd ibi substitutio fuit valita cum iure accrescendi. Pau. & Ia.

h ¶ *Quos possum.* eos omnes, & solos: *vt. j. eo. l. si seruus communis. in prin. & s. eo. l. j. §. prius. & j. de acquir. hered. l. si pupillus. §. sed quod in fratrem. & C. de neces. ser. l. ij. & l. quidam. §. fin.*

i ¶ *Filio.* pupillo pupillariter substituendo ei.

k ¶ *Suum.* s. filij. Accursius.

l ¶ *Necessarius.* subaudi posthumus, si non habes.

2. ¶ Filio impuberi heredi* ex asse instituto substitus quis est. exstitit[a] patri filius heres. an possit substitutus separare hereditates, vt filij habeat, patris non habeat? Non potest: sed aut vtriusque debet hereditatem habere, aut neutrius. iuncta enim hereditas cœpit esse. 3. ¶ Idémque est si pater me heredem scripserit ex parte, & filium[b] ex parte: & ego patris hereditatem repudiauero. nam neque filij hereditatem habere possum.[c]

Nisi adeatur hereditas ex testamento paterno, non valent tabulæ pupillares. h.d. & ad hoc semper allegatur. Alexand.

4. ¶ Si ex asse heres institutus, filio exheredato substitutus, repudiauerit patris hereditatem, cum non haberet substitutum:[d] non poterit filij adire. Nec enim valet filij testamentum, nisi patris fuerit adita[e] hereditas: nec sufficit ad secundarum tabularum vim,[f] sic esse factum testamentum, vt ex eo adiri hereditas possit. 5. ¶ Ad substitutos pupillares pertinent & si quę postea pupillis obuenerint. Neque enim suis bonis testator substituit, sed impuberis, cum & exheredato substituere quis possit.[g] nisi mihi proponas militem[h] esse qui substituit heredem hac mente, vt ea sola velit ad substitutum pertinere, quæ à se ad institutum peruenerunt.

Substitutio facta ab arrogatore non trahitur nisi ad bona arrogatoris: & ad acquisita impuberi beneficio arrogatoris. Alex.

6. ¶ In adrogato[i] auté impubere dicimus ad substitutú eius ab adrogatore datum non debere pertinere ea quæ haberet[k] si adrogatus nó esset, sed ea sola quæ ipse ei dedit adrogator: nisi fortè distinguamus, vt quartá quidem, quam omnimodo ex rescripto diui Pij debuit ei relinquere, substitutus habere non possit: superfluum habeat. Scæuola tamen libro decimo quæstionum putat vel hoc[l] adrogatori permittendum. quę sententia habet rationem. Ego etiam amplius puto, & si quid beneficio[m] adrogatoris adquisiit, & hæc† substitutum posse habere: vtputa adrogatoris amicus† vel cognatus ei aliquid reliquit.

Si aliquis substituitur sibiipsi, non valet substitutio nisi aliquam vtilitatem cõtineat: vt quia mutetur causa, vel substituatur in maiori portione quàm fuerit institutus. Alex.

7. ¶ Nemo institutus, & sibi[n] substitutus, sine causæ mutatione[o] quicquá proficit, sed hoc[p] in vno gradu.[q] Cæterú si duo sint gradus, potest dici valere substitutionem,[r] vt Iulianus libro trigésimo Digestorú putat, si quidem sic sit[s] substitutus sibi, cum haberet coheredé Titiú, *Si Stichus heres non erit, liber[t] & heres esto*: nó valere substitutioné.[u] quod si ita,[x] *Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber & heres & in eius[y] partem esto*: duos gradus esse, atque ideo repudiante Titio Stichum liberum & heredé fore.[z]

Capacitas substituti consideratur secũdum tempus quo cedit dies substitutionis. Alexand.

XI. PAVLVS *libro primo ad Sabinum.*

SI is[a] qui heres[b] institutus est, filio[c] substitutus sit: nihil ob-

a ¶ *Exstitit.* sicque commixta sunt bona.

b ¶ *Ex parte filium.* & me viuo substituit.

c ¶ *Habere possum.* imò contra: *vt.j.eo.l.si filius.* Sol. ibi speciale, quia substitutus erat frater impuberis. 2. Vel hic adiuit impubes paternam: ibi non. 3. Vel hic nemo adiuerat patris hereditem: & sic non valet pupillaris, nisi ipse adeat[a] paternam: *vt.s.l.ij.§.adeo. & .j.ad Trebel.l.ita tamen.§.qui suspectam. & .j.proxi.§. & facit.s.tit.j.l.liber homo.§.fin. & .j.de acquiren.hered.l.qui patri. & l.j. & l.ij. & de bon.lib.l.nam absurdum. & de lega.ij.l.neminem. & C.eo.l.testamento. & .j.ad Trebel. antepen. & .C. de iure delib.l.quidam.* & dic vt ibi. ¶ Sed arg. cõtra. *s. de ado. l. liberum.* ADDITIO. Dic quod ibi loquitur in iuribus omnino separatis, ita quod vnum non dependet ab alio: sed tabulæ pupillares quantum ad confirmationem dependent ex testamẽto paterno. *Bar. & Ia.*

d ¶ *Non haberet substitutum.* sibi in paterna hereditate. Accursius.

e ¶ *Adita.* vel habita pro adita: *vt.s.eo.l.ij.§.planè.*

f ¶ *Ad secundarum tabularum vim.* id est, ad hoc vt valeant secundæ. & facit. *s.eod.l.ij.§.adeo. & l.j. in fin.* ¶ Sed arg. contra supra de iniusto testa. *l. cum in secundo.*[b] *& .j. de contra tabu. l. illud. in princ. & l.quod vulgo.* Item facit *infra de acquir.heredi.l.filius.*

g ¶ *Quis possit.* vt *Instit.eo.§.non solum. & .j.ad leg.Falci.l.q fundum.§.qui filios. & .C. de leg.l.cum quidam.*

h ¶ *Militem.* vt *.j. de mili.testa. l.miles.§.si miles.* & est ratio, quia facit puberem pro parte intestatum: quod per se potest. in priuato secus: *vt Insti.de here.instituen. §. non autem.in fi.§.*

i ¶ *In arrogato.* non solùm in milite, *vt in superiori.§.in fi.* Accursius Florentinus.

k ¶ *Haberet.* non ab arrogatore.

l ¶ *Vel hoc.* vel pro saltem, vel pro etiam. & dic hoc. s. posse substituere in quartam, quod erit verum vsque ad pubertatem: sed in aliis in quibus dicit arrogatorem substituere posse, poterit etiam per fideicommissum vltra pubertatem substituere: *vt.s.de adop. l.si arrogator §.sed an impuberi.* & sic corrigitur quod distinxerat. in cæteris autem bonis dicit restitui illis qui haberent arrogatione non facta: *vt.j.eo.l.causa.*

m ¶ *Beneficio.*[c] ad hoc. *s.de iure do.l.profectitia.j.respon. & .§.j. & .s.solu.matr.l.si vero.§.item quicquid. & .j.ad Trebel.l.facta.§.si heres ante. & s.de vsufru.l.sed & si. & .C.de pac.conuen.super do.l.ex morte.in fi. & .s.de testa.tute.l.qui tutelam.in prin. & .s.de pecul.hoc quæritur.§.potest.* quæ faciunt contra consules[d] Mediolanen. *vt.s.de procu.l.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.* ¶ Sed argu. contra *.j.de acquiren.rerum domi.l.pe.in prin.*

n ¶ *Sibi.* nemo sibi potest substitui liber vel seru', nisi in duob' casibus, scilicet cum causa mutatur: quia aliá vtilitaté habet ex substitutione quàm ex institutione. Item cum sunt duo gradus, id est, duo instituti. nam tunc sibi soli non sibi & socio potest, hoc modo: Titius & Seius heredes sunto: & si Seius heres[a] non erit, Titium in suam & Seij partem substituo. sed in suam partem tantùm, non potest.

o ¶ *Mutatione.* causa mutata: hoc modo: Titius heres esto si nauis ex Asia venerit: & si heres non erit, idem Titius heres esto. conditione deficiente substitutio locum habebit: *vt.j.eo.l.si.§.Titius.*

p ¶ *Sed hoc.* scilicet quòd si causa non mutatur, non valet substitutio. Azo.

q ¶ *In vno gradu.* i. in vna persona: *vt.j.eod.l.si.§.Titius.*

r ¶ *Substitutionem.* cum distinctione tamen quæ sequitur, si quidem &c. quia sibiipsi non potest: sibi & coheredi potest. valere dico substitutioné, etiam si causa non mutatur.

s ¶ *Substitutus sit.* scilicet Stichus seruus testatoris primò institutus cum libertate, sicut & postea. alioquin esset causa mutata, & valeret substitutio. & secundum hoc dic heres non erit scilicet & liber.

t ¶ *Liber.* scilicet Stichus.

u ¶ *Non valere substitutionem.* quantú ad hereditatem: licèt per hoc consequatur libertatem: *vt.j.l.si.Ir.* quod non placet: sed non valet substitutio. at institutio firma remanet, & erit liber & heres ex ea sic intercalatur posterior dies: *vt.s.de mino.l.iij.§.minorem.*

x ¶ *Quòd si ita.* scilicet dixerit testator, si Titius, &c.

y ¶ *Et in eius.* & pro etiam. q.d. non tantùm eum substituo in suam partem, sed etiam in partem eius coheredis.

z ¶ *Heredem fore.* si non vult esse liber & heres ex institutione. nec enim est necessarius sub tali conditione institutus, si volet, vel simili: *vt.j.titu.j.l.verba.* & plenè dic *vt.j.l.si.§.j.*

SI *is qui heres.*] CASVS. Quendam deportatum mihi heredem institui, & filium meum impuberem exheredaui: & dictum deportatum ei substitui: & decessi. certè licèt hereditatem meam habere non possit eo quòd erat deportatus tempore quo eum institui, tamen si inueniatur capax eo tempore quo vindicat sibi locum substitutio dicti mei filij, id est, tempore quo in pupillari ætate decesserit dictus filius, puta quia restitutus inuenitur: deportatus heres erit filij ex substitutione. & idem est econtrario. nam si inuenitur capax hereditatis meæ, & non capax tempore quo vindicat sibi locum substitutio: habebit meam hereditatem, & non hereditatem filij mei ex substitutione. Viuianus.

a ¶ *Si is.* extraneus.

b ¶ *Heres.* id est, liber.

c ¶ *Filio.* scilicet impuberi.

* Flo. heredi.

a Aditio enim confirmat pupillarem substitutionem. vide sing. Bald. in l. humanitatis. 7. col. ver. s. C. de impub. & aliis substitutis.

b Dic, ibi agi de reuocatione primi testamenti, vbi sufficit sola potentia adeundi. hic autem agi de confirmatione tabularum pupillarium, vbi requiritur actualis aditio, secundum Bart. & Ias.

c Inspiciẽdum est quo nomine aliquid fiat, quo respectu, & qua, seu cuius contemplatione, vt quid sibi vel alij adquirere dicatur. vide Buccardum in loco de tãquam seu respectiuis. nu. 5. & passim.

d Legati missi ad Imperatorem Constantinopolitanũ. de quibus vide Glossam & quod ibi scripsi in l. qui proprio. §. procurator. in verbo ad minor. s. de procuratorib.

a Heres duob' casibus substituitur: seu duobus modis substitutio profectur: puta si heres erit, vel non erit. Bald. in l. cum proponas in 1. colla. C. de here. insti. & verbum, substitutio, est directum, quod nunquam obliquatur. Bal. in l. precibus. C. de impu & aliis substi.

† hoc.

† Donatũ filio ab amico patris, videtur donatũ ipsius patris, cõtemplatione. Eadẽ ratione donatum sponsę ab amicis sponsi, sponso quęrat non sponsæ. v. Tiraq. tract. de pœnis temperandis. caus. 33. num. 64.

Substi-

a ¶ *Subſtitutione.* quod non poterit capere ex inſtitutione.
b ¶ *Cum filius.* licèt ex teſtamento patris capere non potuerit, cum alius adierit: alias nec ſubſtitutio valet: *vt ſupra.l.ij.§.planè.* potuit enim mutare conditionem per reſtitutionem in integrum.
c ¶ *Pœnas.* id [a] eſt damnum, ſi tempore mortis pupilli non ſit capax. *& facit.ſ.titul.j.l. ſed & ſi conditioni.§. ſolemus.& .l.ſi alienũ. §.in extraneis.* [b] *& .l. liber homo.§.ſi heres.* ¶ Sed alij dicunt quòd ſubſtitutus fuit grauatus in aliquo ſub aliqua pœna. ad quod. *C.de iis quæ pœ.no.l.j.* quod non placet: quia hoc tempore non [c] poterat imponi: *vt Inſtitu. de leg.§.fina. & infra de iis quæ pœn.no.l.j. & .ij.*
d ¶ *Non ſit.* quia tunc capax erat.

[a] Hanc interpretationẽ vt textui nõ conuenientem reprobat Bartolus.
[b] Inſtitutus à teſtatore capax tribus temporibus eſſe debet, *vt hîc.* Inſtitutus vero pupillo, ſi capax tempore mortis fuerit, rectè capiet: idque ſufficiet.
[c] Imò poterat pœna hoc tẽpore imponi, *v. Bart.in.l.c.j. de his quæ pœnæ nomine.*

erit ei in ſubſtitutione [a] ſi tunc capere poſſit, cum filius [b] deceſſit. Contra quoque poteſt pœnas [c] in teſtamento pupilli pati, licèt in patris paſſus non ſit.[d]

Filius à patre inſtitutus, & fratri pupillariter ſubſtitutus, poteſt paternam hereditatem repudiare, & amplecti pupillarem: & non tenebitur ad legata niſi quæ relicta ſunt in tabulis pupillaribus habita ratione Falcidiæ ſi imminet: in cuius computatione non veniunt bona paterna, ſed bona pupilli. Alex.

XII. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

SI filius qui patri, [e] ac poſtea fratri [f] ex ſecũdis tabulis heres extitit, hereditatẽ patris recuſet, fraternam autem retinere malit: audiri debet. [g] Iuſtius [h] enim prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris conceſſerit. etenim [*] ius dicenti propoſitum eſt, liberos oneribus hereditariis [i] non ſponte ſuſceptis liberare, nõ inuitos ab hereditate [k] remouere: præſertim quòd remotis tabulis ſecundis legitimam [l] haberet fratris hereditatem. Itaque legata dumtaxat ex ſecundis tabulis præſtari debent, habita ratione facultatium in Falcidia, non patris, vt aliàs ſolet, [m] ſed impuberis.

[*] Non reperitur melior textus in toto corpore iuris in materia exiſtentis ſui heredis, ſecundum Bald.hîc.

SI filius qui.] CASVS. Titius habens filium puberem & alium impuberem inſtituit eos ſibi heredes, & pupillariter ſubſtituit dicto impuberi dictum puberem. dictus pubes effectus eſt heres patris pro dimidia ipſo iure ciuili, non autem per inſtitutionem. extitit poſtea heres impuberis ex dicta ſubſtitutione: & volebat recuſare hereditatem patris, & fratris hereditatem retinere. nunquid poteſt? & dicitur quòd de iure prętorio poteſt. propoſitũ enim prætoris eſt liberare filios volentes liberari oneribus hereditariis, quæ onera ſuſceperunt ipſo iure ciuili, etiam coacti ab ipſo iure ciuili. non autem eſt propoſitum dicti prætoris remouere eos inuitos ab hereditate ſiue patris ſiue fratris. nam & ſi non fuiſſet ſubſtitutus fratri, haberet eius legitimam hereditatem. dictus ergo filius qui non habet niſi hereditatem fratris, præſtabit tantùm illa legata quæ fuerunt in ſecundis tabulis relicta, habita ratione ſolius hereditatis impuberis, & non hereditatis patris: quamuis ſi haberet patris & fratris hereditatem, haberetur ratio in Falcidia detrahenda de legatis relictis in ſecũdis tabulis etiam facultatum patris, nedum impuberis. Viuian.

e ¶ *Patri.* non [d] per immixtionem vel aditionem, ſed ipſo iure: vt infra ſubiicit, etenim, &c. *& Inſtitu.de hered.quali.& diffe.§.ſui.* Alioquin contra: *vt ſupra titu.j.l.iam dubitari.in fine. Azo.* 2. Vel [e] dic [f] quòd recuſat per in integrum reſtitutionem, quia minor. Viuian.
f ¶ *Fratri.* qui frater repudiauit paternum, vel adiuit. & ſic eſt ſpeciale [g] in fratre, vt poſsit impetrare ſeparationem. ¶ Item [h] pone iſtum habuiſſe alium coheredem quia adiuit. Azo. ¶ Sed contra *infra de acquir.hered.l.Iulianus.ibi, cæterum, &c.* vbi dicit neceſſarium eum fratri. Sed dic abſtinere tamen poteſt, *vt hîc dicitur.*
g ¶ *Debet.* Contra.*ſ.eo.l.ſed ſi plures.§.filio.& .§.ſi ex aſſe.& .C. de iure delibe.l.quidam elogio.* Sed ſpeciale: in fratre, ſubiicit notabiliter, fratri, &c. & redditur ratio infra quia ab inteſtato, cum dicit, legitimam & cætera. & ſic per teſtamentum non debet fieri deterior conditio, cum ab inteſtato poſſet ſeparare. 2. Alij dicũt aliter: *vt not.in.d.§.filio.* ¶ Item facit infra *de acquir.hered.l.ſi quis filiumfamilias.§.ſi filium.* Accur.
h ¶ *Iuſtius.* id eſt iuſtè: vel iuſtius quàm contrarium.
i ¶ *Hereditariis.* parentis.
k ¶ *Hereditate.* fraterna.
l ¶ *Legitimam.* ab inteſtato.
m ¶ *Solet.* vt *infra ad legem Falcid.in ratione.§.quod vulgo.& §.ſi filio.& .§.quæſitum.*

[d] Tertia ad hanc legẽ interpretatio hęc notatur à Bartolo.
[e] Prima interpretatio ad hanc legẽ hæc conſtituitur à Bartolo.
[f] Reprobatur ſecundum B.B.P.A.
[g] Imo non eſt ſpeciale ſecundum ſcriben.
[h] Secunda ad hanc legẽ interpretatio Bartol.
[i] Reprobatur communiter per doctõ.

QVo gradu.] CASVS. Non eſt vis quantum ad commodum ſubſtituti quo gradu eum ſubſtituam liberis meis impuberibus, vtrum ſecundo gradu vel tertio vel quarto, & ſic de ſingulis: quia ſemper habebit bona dictorum impuberum eis in pupillari ætate decedentibus. nam ſiue ita dicam: inſtituo mihi heredes filios meos impuberes, & ſubſtituo eis pupillariter Titium: ſiue ita dicam: inſtituo mihi heredem Gaium, & filios impuberes ita ei ſubſtituo, & filiis prædictis impuberibus ſubſtituo Titium: ſiue ita dicam, inſtituo mihi heredem Gaium, & ei ſubſtituo Sempronium, & Sempronio ſubſtituo filios meos impuberes, & filiis meis impuberibus ſubſtituo Titium, & ſic de ſingulis gradibus: ſemper habebit Titius hereditatem impuberum eis in pupillari ætate decedentibus. Viuian.

XIII. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

QVo gradu [n] heres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt.

n ¶ *Quo gradu.* puta ſi filius inſtituitur, & alius ei ſubſtituitur: qui ſi non vult, ſubſtituatur tertius vel quartus eidem filio. ſemper enim valet. Accurſius.

Pubertas eſt terminus & finis pupillaris ſubſtitutionis. Alex.

XIIII. IDEM *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN pupillari ſubſtitutione licèt longius tempus comprehenſum [o] fuerit, tamẽ finietur † ſubſtitutio pubertati.†

† Pupillaris ſubſtitutio finitur pubertate.
† Pubertati, p pubertate. l.p e: vt.ſ.l.fi.de hered.inſtit. patiant pro pateant. & .l.vlt. eo.tit. inſtitutioni, pro inſtitutione.

Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi intra tempus pubertatis, trahitur ad omnia bona patris & filij: poſtea verò ſolùm ad bona filij cum fructibus ex priuilegio ſpeciali. Bartolus.

IN pupillari ætate.] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem, & taliter ei ſubſtitui: ſi filius meus deceſſerit intra ſexdecim annos, ſubſtituo ei Titium. poſtea deceſsi. poſtea vixit dictus meus filius vſque ad decimumquintum annum, & ita vltra pubertatem, & poſtea deceſsit intra dictos.xvj.annos. nunquid habebit Titius bona impuberis ex dicta pupillari ſubſtitutione? & dicitur quòd non. & dic vt plenius dixi ſupra eodem.l.verbis. Viuian.
o ¶ *Cõprehẽſum fuerit.* quia credebam filium habere.viij.annos, cum haberet.x. & ſubſtitui vſque ad ſex annos, ſecundum Ioannem. 2. Vel dic quod expreſsim ſubſtituit vſque ad vigintiquinque ann.pupillariter. *argumen.j.l.proxima.* vel compendioſè dixit, quandocunque. ¶ Et not. non [a] vitiari vtile per inutile: ſed valet vt poteſt valere. *ſic habetur infra de conditio.& demon.l.Mauius.in verbo, dare.* ¶ Item nec tranſit in fideicommiſſum: nec fit coheres: *vt ſupra e.l.verbis. & facit infra eo.l.ſi ita quis ſubſtituerit.& .l.ex facto.§.item quæritur.* Argu.infra *de condit.& demon.l.pater.§.conditioni.* [b] ¶ Item no. hic ſex [c] modis expirare pupillarem ſubſtitutionem. 1. Primo pubertate, *vt hîc.* 2. Secundo per aliud teſtamẽtum quod valet: *vt.ſ.eod.l.ſi quis eum.§.fina.* 3. Item adgnatione poſthumi: *vt.j.eodem.l.ſi pater filium.* 4. Item ſi non adeatur hereditas ex paterno: *vt.ſ.eod.l.ij.§.adeo.* 5. Item capitis deminutione etiam minima pupilli: *vt.ſ.de adop.l.nec ei.§.eorum.* 6. Item taxatione teſtantis: *vt.j.eo.l.ſi ita quis.*

[a] Vtile per inutile non vitiatur, ſed valet vt poteſt valere.
[b] vide hîc Bartolum.
[c] Subſtitutio pupillaris ſex modis expirat.

XV. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

CEnturio † [p] filiis ſi intra quintũ & vicenſimũ annũ ætatis ſine liberis vita deceſſerit

† Pro centurio. Ant. Aug. lib.3.c.7.

CEnturio.] CASVS. Quidam miles qui habebat ſub ſe.c.milites, ſubſtituit directò & non per fideicommiſſum Titium filio ſuo Gaio qui erat impubes, ſi intra vigintiquinque annos ſine liberis filius impubes decederet: & ita fecit ei pupillarem ſubſtitutionem: longius tamen tempus quàm ſit pubertas, comprehendit in ſubſtitutione. Certè ſi decedat dictus impubes intra pubertatem, capiet Titius ſubſtitutus ex dicta ſubſtitutione non ſolùm bona dicti militis, ſed etiam propria bona impuberis quæ aliunde quàm à patre adquiſiuit. & hoc faciet de iure communi, ita quòd non erit neceſſe quòd trahatur ſubſtitutio ad fideicommiſſum. ſi autem decedat dictus impubes poſt pubertatem, capiet dictus ſubſtitutus militis bona cum fructibus quæ in eius hereditate inueniuntur, propter priuilegium militare, non autem alia bona impuberis. & bene dixi propter priuilegium militare: quia ſi fuiſſet paganus dictus teſtator, non caperet ſubſtitutus etiam bona ſua eo caſu, nedum alia impuberis bona. *vt.ſ.l.proxim.dixi.* Viuianus.
p ¶ *Centurio.* miles erat qui.c.militibus præerat: *vt.C.de teſta.mil.l.j.* Accurſius.

a ¶ *Directò*.si ille sit ei heres.
b ¶ *Propria bona*.filij,non solùm paterna.
c ¶ *Communi*.scilicet paganorum:*vt.s.l.proxi*.
d ¶ *Post eam*.id est,xiiij.annos.
e ¶ *Aetatem*.scilicet filio decedente.
f ¶ *Dumtaxat*.scilicet bona capiet iure directò forsan,[a] non fideicommiss. licet Py. dixit contra:quia[b] miles etiam maiori substituere potest: *vt infra de testa.mili.l.milites etiam his.& l.miles ita heredem* nec mater impuberis est in medio.tūc enim compendiosa post pubertatem trahitur[c] ad fideicommissariam: *vt.C.e.l.precibus*. Nam & aliàs in priuato vulgaris expressa non continet[d] in se tacitam pupillarem si mater est in medio:licèt aliàs contineret:*vt.C.de instit.& substi.l.fina.in fin*. Si autem esset paganus qui faceret hanc cōpendiosam, si vsque ad xxv. ann. vel quandocunque decesserit, ille sit heres: si decedat in pupillari ætate, valet, vt pupillaris. si postea, nulla:[e] *vt.s.l.proxi*.Sed in milite valet postea, vel vt fideicommissaria, *secundum Py*. Vel directò, secundum legem istā, vt modò no. Si autem dixisset paganus, substituo: tunc tenet in pupillari ætate, & postea habebit locum fideicommissaria: quia illa verba bene possunt trahi ad fideicommissar. *sic.C.de instit.& substi.l.generaliter*. & ideo debet trahi ad ea quæ possunt intelligi fieri pro quolibet tempore.*arg.s.eo.l.iam hoc iure.& facit.j.ad Trebel.l.Scæuola.& de condit.& demonst.l.pater.§.conditiones.* quæ sunt arg.contra ad fi.huius legis.

a Imò sine forsan secundum Bar.Bald.Pauļ.Ang.Alex.Sozi.& Moder.hî..

b Substituere pupillariter miles potest maiori, seu etiam post tempora pubertatis.

c Nihil est B.P.Ale.Sozi.Aret.& Moder.

d Imò continet:sed sine effectu.Bar.Pau.Alex.& oa.

e Idem tenet Bar.Bald.Pau.Alex. sed Areti. dicit communem opinionem esse in cōtrarium.

rint, directò[a] substituit. Intra quatuordecim annos etiam propria bona filio[b] substitutus iure communi[c] capiet:post eam[d] autem ætatem[e] ex priuilegio militum, patris dumtaxat[f] cum fructibus inuentis in hereditate.

Si seruus legatus substituitur pupillo: euanescit legatum in conditionis euentum. Bart.

XVI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI quis eum[g] quem testamento suo legauit,rursus à substituto filij liberum esse iusserit: liber erit,[h] quasi legato adempto.[i] Nam & in legato in his testamentis[k] nouissima scriptura erit spectanda: sicut in eodem testamento, vel testamento & codicillis confirmatis[l] obseruaretur.

Rupto testamento paterno rumpitur pupillare, & remanente paterno remanet pupillare. Bart.

SI *quis eum*.] CASVS.Titius instituit sibi heredem filium suum impuberem, & Stichum seruum suum legauit Seio, & postea ita dixit: Si dictus filius meus heres mihi erit,& in pupillari ætate decesserit, substituo ei Gaium, & do libertatem dicto Sticho quē in testamento meo legaueram Seio. & postea decessit dictus testator.& postea vindicauit sibi locum substitutio pupillaris. Certè videtur ademptum legatum Stichi Seio datum:& erit liber Stichus.nam nouissima scriptura est seruanda in legatis & testamentis, & in vno testamento & in codicillis testamento confirmatis.

Si suo testamento.] Titius in hora tertiæ instituit sibi heredem filium suum impuberem. postea in hora vesperarum vocauit septem testes, & fecit testamentum dicto impuberi ita dicendo: Si filius meus impubes extiterit mihi heres,& in pupillari ætate decesserit: substituo ei Titium. & postea decessit dictus testator. certè valet vtrumque testamentum, & non rumpitur principale per secundum accessorium. sed si vtrumque testamentum fecisset in hora tertiæ,& postea fecisset testamētum sibi tantum,vltimum rumperet duo prima, nisi in vltimo præterisset filium, quia tunc non valente ipso iure vltimo,non rumpit superiora testamenta.

g ¶ *Si quis eum*.seruum.
h ¶ *Liber erit*. eo tempore quo conditio substitutionis extiterit: *vt.j.eod.l.si seruus.in fin.* vnde cum hic videatur legatum ademptum,vltima[f] scriptura valet.
i ¶ *Adempto*.legato sub conditione: imò purè:*vt infra eo.l.fi.§.nos dicimus.*
k ¶ *In his testamentis*. ergo duo sunt testamenta, vnum pupillare,& aliud paternum.*& dic vt Instit.de pupillari substitut.§.igitur.& infra eod.l.qui plures.in fin.& l.patris.& supra eod.l.ij.§.prius.H.*
l ¶ *Confirmatis*.maximè sub.*vt Institu.de ademp.l.§.j.& vt ibi no.* Sed ideo hic sic dixit,quia[g] confirmati testamento pro parte testamenti habentur: *vt infra de codicil.l.quidam.& facit ad legem.j.de lega.ij.l.si idem seruus.& de lega.iij.l.si quis.in princip.& C.de necessar.ser.l.quidam.§.fina.& infra de manu.testa.l.si peculium.§.j.& C.de pac.l.pacta.*Sed arg.contra *infra de leg.j.l.si mihi.§.fina.*

f Vltima scriptura valet. Nam posteriora prioribus detrahunt.

g Codicilli testamento confirmati, pars seu pro parte testamenti habentur.

m ¶ *Alia rursus hora*. Oppo.cum vnum sit testamentum:*vt.s.e.l.ij.§.prius*.ergo vno contextu:*vt.s.de testa.l.heredes.§.si*.Respon.alia hora continuata, non remota. 2. Vel dic quòd si factum est testamentum vno contextu, potest præmittere vel suum vel filij testamentum:*vt.s.eo.l.ij.§.fi.& j.eo.l.coheredi.in prin.*& sic est vnum. Si[a] autem ex interuallo,suum præmittere debet, & potest etiam fieri alia hora, & erunt duo quodāmodo testamenta: *vt Inst.de pup.substi.§.igitur.*

1. ¶ Si suo testamento perfecto,alia rursus hora[m] pater filio testamentum fecerit adhibitis legitimis testibus, nihilominus id valebit:[n] & tamen patris testamentum ratum manebit.[o] Nam & si sibi & filio pater testamentum fecisset, deinde sibi[p] tantùm: vtrumque[q] superius rumpetur. Sed si secundum testamentum ita fecerit pater, vt sibi heredem[r] instituat, si viuo se[s] filius decedat: potest dici non rumpi superius testamentum: quia secundum non valet, in quo filius præteritus[t] sit.

Filio potest substitui etiam nasciturus post mortem ipsius filij. Alexander.

XVII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

SVbstitui[u] liberis is etiam potest, qui post mortem eius natus fuerit,cui substitutus[x] heres fuerit.

n ¶ *Valebit*. ad hoc.*j.e.l.patris.in fi.* 2. Vel dic valebit.f.testamentum filij: *vt.d.l.patris.in fin.*
o ¶ *Manebit*. paternū enim testamētū caput est & principalis causa, pupillare verò accessoriū & sequela. Nec[b] principale potest rumpi per accessoriū: sed principale[c] p principale testamentū rumpitur, ideoque[d] & accessorium rumpitur.& hoc est,nā &c.Azo.*& fac.j.de iis qui.vt indi.l.post.§.qui principale.*
p ¶ *Deinde sibi*.f.legit, & efficax, quia filium exheredauit vel instituit: vt differat à sequenti casu.
q ¶ *Vtrumque*. f.patris,& filij.
r ¶ *Heredem*. aliquē extraneum.
s ¶ *Si viuo se*. sub[e] hac conditione, si viuo,&c. 2. Vel dic si.i.quamuis.& dic quòd sibi instituit heredem aliquem extraneum purè. ¶Et not.quòd licèt alias distinguā quātum ad bonorum possessionem petendam inter posthumum natum & mortuum viuo patre & posthumum natum & mortuum post mortem patris: *vt.C.de posthu.hered.insti.l.ij.& s.de iniust.test.l.posthumus*.tamen quantum ad hoc an primum testamentum per secundum rumpatur, illud non attendo: quia licèt institutus in secundo testamento quo posthumus fuit præteritus, & postea natus viuo testatore decesserit,possit petere ex eo sec.ta.bon.pos. vt dicit.l.illa,posthumus:tamen per tale secundum non rumpitur primum, imò oportet vt ex secundo aliquis potuerit esse heres, vel adire ex eo hereditatem:*vt.s.de iniusto testa.l.cum in secundo.* & licèt possit ex aliquo testamento peti.bo.pos.se.ta. non tamen sequitur,quòd quis ex eo possit esse heres:*vt.j.de se.ta.l.ij.§.si sub conditione.& Inst.qui.mo.testa.infir.§.non tamen. Azo.& facit.j.eo.l.si pater.*
t ¶ *Præteritus*.ad hoc.*s.de libe.& posthum.l.si filius.& l.penult.& C.de testa.l.hac consultissima.§.pen.& Insti.quib.mod.test.infir.§.j.*

SVbstitui.] CASVS.Institui mihi heredem filium meum impuberem, & postea ita dixi: Si quis mihi natus fuerit post mortē dicti impuberis quem institui,sit heres dicto impuberi.& decessi. & postea decessit dictus filius meus impubes in pupillari ætate,& postea ex vxore mea prægnante existente tempore mortis meæ natus est mihi posthumus.certè ille posthumus habebit hereditatem dicti impuberis sui fratris.Viuianus.

u ¶ *Substitui*.dic natum[f] post mortem instituti posse substitui.[g] ¶Sed arg.contra.[h] *j.de vsufr.leg.l.qui plures.& j.de re.du.l.v.*
x ¶ *Substitutus*.nondum natus.

SI *seruum*.] CASVS.Titius habens seruū cōmunem cum Seio puta Stichū,instituit sibi heredē filiū suū impuberē:& eundē Stichū cū libertate pupillariter substituit dicto impuberi. & postea emit dictus Titius à Seio partem quā habebat Seius in dicto Sticho: & postea decessit dict' Titius:& postea vindicauit sibi locū dicta pupillaris substitutio.dicto impubere in pupillari ætate decedēte,nū quid erit dictus Stichus liber & heres impuberis ex cōstitutione prædicta necessarius,an vero volūtarius? Et dicitur quòd necessarius. si autem post mortē Titij redemisset Stichi partē dictus impubes,erit Stichus liber,nō autē heres impuberis necessarius, sed voluntarius. si autē neque Titius neque impubes redemit partem Stichi à dicto Seio, potest ipse Sticus de æquitate offerre dicto Seio pretium dimidiæ sui Stichi,& cōsequi libertatē ex testamēto Titij,& hereditatem impuberis.[SI SERVVM.]In testamento meo legaui

a Testamentū in quo pater filio pupillariter substituit vno contextu fieri non est necesse, [illegible] que suum vna hora:pupillare alia hora potest facere, [illegible] tamen vt à suo incipiat, deinde pupillare.

b Accessorium principale nō rumpit.

c Principale [illegible] quē principale rumpi potest.

d Principali rupto, rumpitur accessorium.

e Vtrum hæc verba, si viuo se filius decedat, sint verba legis an potius testatoris:[illegible] sunt non [illegible] toris, vt [illegible] diata hac [illegible] ma interpretatione notat Bartolus.

f Substitui potest natus post mortem instituti.

g Imò dic institui.Bald.

h Hic certificatur ex [illegible] facto, ibi [illegible] Bart.

legaui Titio Stichum seruum meum: & institui mihi heredem filium meum impuberem: & pupillariter dictum Stichum substitui dicto impuberi cum libertate, vel institui mihi heredem dictum Stichum cum libertate. certè valet dicta substitutio vel institutio. & primo casu cum eum substitui, euanescit legatū de Sticho existente conditione dictæ substitutionis per mortem impuberis. & idem est si dictus Stichus legatus Titio substitutus sit dicto impuberi post mortem dicti Titij legatarij. nam semper euanescit legatum de Sticho existente condi. dictæ substitutionis, etiam non expectata morte legatarij Titij. h. d. cum. l. sequ. Viuian.

a ¶ *Si seruus communis substitutus.* ab vno dominorum.

b ¶ *Impuberi.* scilicet filio.

c ¶ *Patrefamilias.* testatore.

d ¶ *Non necessarius.* quia [a] nec potuit esse necessarius patri: *vt supra titu. j. l. sed si in conditione. §. si seruum. & quos possum, &c. vt supra e. l. sed si. §. quos possum.*

e ¶ *Ratio suggerit.* nō rigor iuris. *ad quod ĵ. de statu lib. l. si peculium. §. is cui.*

f ¶ *Offerens.* sufficit [b] sola oblatio: *vt hic.* 2. Vel dic etiam consignatio & depositio: *vt. C. de ser. commu. ma. l. j. §. j.* ¶ Et not. quòd hodie est hoc verum in omni casu: *vt. d. l. j. de seruo communi manu.* non ita olim: *vt Insti. de dona. §. si. & not. in. d. l. sed si in conditione. §. si seruum.* nisi in casu huius. l. concordat huic *Inst. de noxali. §. si autem damnum. & C. de pa. qui fil. dis. l. ij. & j. de libe. cau. cum duobus. & arg. ĵ. ad Treb. l. si cui purè. §. fi. & de acquir here. l si quis seruum. in prin. & ĵ. ad Sil. l. domino.*

a Necessarius pupillo esse non potest qui necessarius patri esse non potuit.

b An hic sufficiat oblatio, an vero requiratur consignatio & depositio, adi Bald.

Si seruus communis cum libertate substituatur impuberi, efficitur ei necessarius si per testatorem fuit redemptus: secus si per impuberem. si autem à neutro sit redemptus, tunc poterit seruus pretium partis offerre socio, vt libertatem & hereditatem consequatur. Alex.

XVIII. VLPIANVS *libro sextodecimo ad Sabinum.*

SI seruus communis substitutus [a] sit impuberi [b] cū libertate: si quidem à patrefamilias [c] fuisset redemptus, erit impuberi necessarius. si verò ab impubere redemptus: nō necessarius, [d] sed voluntarius fit heres: vt Iulianus libro trigesimo Digestorū scribit. Quòd si neque à patre neque à pupillo fuerit redemptus: æquitatis ratio suggerit, [e] vt ipse pretium partis suæ domino offerens, [f] possit & libertatem & hereditatem consequi. 1. ¶ Si Titio fuerit legatus seruus, posse eum impuberi substitui [g] cum libertate, [h] quemadmodum institui potuit legatus: & euanescit [i] legatum existente conditione substitutionis.

XIX. IVLIANVS *libro trigesimo Digestorum.*

IDem est [k] & si post mortem legatarij seruus substitutus sit.

Testamentum patris & filij impuberis habetur pro vno: & sufficit vna solennitas si cōficiatur vno contextu. & vnum potest confici in scriptis, aliud nuncupatiuè. Alex.

XX. VLPIANVS *libro sextodecimo ad Sabinum.*

PAtris & filij testamentū pro vno habetur etiam in iure prætorio. [l] Nam vt Marcellus libro Digestorum nono scribit, sufficit tabulas esse patris signatas, etsi resignatę [m] sint filij: & septem signa [n] patris sufficiunt. 1. ¶ Si pater sibi per scripturā, [o] filio per nūcupationē, vel cōtra fecerit testamētum, valebit.

Substitutio pupillaris fieri potest ad minus tempus quàm pupillaris ætatis: & tunc vltra illud tempus effectum non habet. Alex.

XXI. IDEM *libro quadragesimoprimo ad Edictum.*

SI ita quis substituerit, *Si filius meus intra decimum annum decesserit, Seius heres esto:* deinde hic ante quartumdecimum post decimum [p] decesserit: magis est vt non possit bonorum possessionem substitutus petere. non enim videtur in hunc casum substitutus.

Qui impugnat testamentum per contra tab. siue obtineat siue succumbat: priuatur commodo pupillaris substitutionis. Alex.

XXII. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IS qui cōtra tabulas testamenti patris bonorū possessionē petierit, [q] si fratri impuberi substitutus sit, repellitur a substitutione.

g ¶ *Substitui.* & institui potest seruus legatus.

h ¶ *Cum libertate.* hodie etiam sine ea: *vt. C. de neces. ser. l. pen. in fine.*

i ¶ *Euanescit.* redit ad primum. *& facit supra eod. l. si quis eum quem.* Accursius.

k IDem est. quo ad hoc vt euanescat legatū. sed hoc casu statim euanescit legatum non expectata morte legatarij, quam venturam certum est: *vt. ĵ. de leg. j. si post mortem. §. si secundum quosdam.* 2. Sed certè licèt non expectem mortem, tamen conditionem institutionis exigo existere, id est, quòd impubes decedat, ad hoc vt sit liber & heres: *vt. C. de neces. ser. l. pen. §. fin. & facit infra de manumis. testa. l. si peculium. §. j. & ȝ. tit. j. l. qui filio. in princ.*

PAtris & filij.] CASVS. Institui mihi heredē filiū meum impuberem, & ei pupillariter substitui Titium: & sic feci mihi vnum testamentū, & impuberi aliud. certè ista duo testamenta habentur pro vno, non solùm iure ciuili, sed etiam iure prætorio. nā si meum testamentum quod in scriptis faciebam, est signatum: & si testamentum filij mei quod in scriptis similiter faciebam, est resignatū, id est apertum: nihilominus valet vtrumque, & habentur loco vnius testamenti. sed & si in meo testamēto quod in scriptis faciebam, sunt signa septem testiū, & in testamento filij mei quod in scriptis similiter faciebā, non sit signum alicuius testis: nihilominus valet vtrumque, & sunt loco vnius. sed & si meum testamētum feci in scriptis, filij autem mei testamentum feci per nuncupationem, vel econtra: nihilominus valebit vtrumque. non tamen dicit in hoc casu quod sint loco vnius testamenti. Viuian.

l ¶ *Prætorio.* Imò [a] non. *vt. ĵ. de secūn. tab. l. si ita. §. fina.* Sed certè verum est de iure prætorio quo ad id quod subijcit, nam, &c.

m ¶ *Resignatæ.* id [b] est apertæ, non signatæ. 2. Vel id est, signatæ, sed apertæ coram præside & coram honestis personis: *vt Cod. quemadmodum testa. ape. l. ij.* H.

n ¶ *Signa.* id est, sigilla de iure prætorio inducta: sed subscriptiones de iure ciuili: *vt I[illegible]st. de test. §. sed prædicta.*

o ¶ *Per scripturam.* per hoc videtur quòd sint duo testamenta. *arg. C. de testa. l. iubemus. §. & quemadmodum.* adsimilatur ergo præcedenti casui per copulam, sed [c] &, quia vtrobique valet pupillare testamentum. Sed differunt [d] in hoc: quia in primo vnum, in secundo duo [e] sunt. (Est [f] ergo vnū quo ad quid: & quo ad quid duo. Vnum, quia vnus testator, & vna signacula: *vt hic & infra de sec. tab. l. vt bonorum.* Sed pro duobus habetur, quia duæ hereditates: *vt Institu. eodem. §. igitur.*) ¶ Item quia expugnato iure ciuili (vt per querelam [g]) paterno pro parte, non infirmatur pupillare: *vt supra de inoffic. test. l. Papinianus. §. sed nec.* ¶ Item quia expugnato testamento paterno in totum per contra tabu. non rumpitur pupillare: *vt infra eodem. l. & si contra.* ¶ Item quia paternum in scriptis, pupillare nuncupatiuum potest esse: *vt hic, & infra de secun. tabu. l. si ita. §. fin.* ¶ Item [h] quia institutus in paterno, in pupillari substitutus si habet coheredem, potest omittere [i] paternam hereditatem, & pupillarem amplectitur, vt *infra de acquiren. hered. l. quæsitum. & ȝ. eo. l. sed si plures. §. si ex asse. & facit. ĵ. de acquir. hered. l. si quis mihi bona. §. pe. & ȝ. e. l. si quis eum quem. §. si suo.*

p ¶ *Post decimum.* dixit intra, decessit post. ¶ Et nota quòd specialis [k] permissio derogat tacitæ concessioni. *sic. C. de procu. l. maritus. & concordat infra eodem. l. qui plures liberos. in principio, & l. ex facto. §. item quæro. & supra eodem. l. in pupillari. & de liber. & posthu. l. commodissimè. sic supra sol. matrim. l. si cum dotem. in princip.* ¶ Arg. contra supra *de condic. cau. da. l. si extraneus.* l *& infra de supel. leg. l. legata. in princip. & infra de fun. instru. l. quæsitum. §. fina.* [m]

SI ita quis.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suum impuberem qui erat minor. x. an. & taliter ei substitutum dedit, si filius meus decesserit intra. x. annum, Seius heres esto. & decessit dictus testator: postea dictus filius impubes decessit post. x. annū intra. xiiij. nunquid habebit hereditatem substitutus? Et dicitur quòd non: quia non fuit substitutus in eum casum. & h. d. Viuian.

IS qui contra tabulas.] CASVS. Institui mihi heredem filiū meū impuberem, & alium filium meum puberem à me emancipatū præterij, & eundem præteritum substitui pupillariter dicto impuberi instituto, & decessi: & postea dictus præteritus petiit contra tabu. bonorum pos. in bonis meis. certè ex quo voluit impugnare principale testa. per contra tabu. nihil consequetur ex testamento secundario, id est, ex substitutione impuberis. Viuian.

q ¶ *Petierit.* secus si tantùm renuntiet: *vt. ȝ. eo. l. si filius.* at si succubuerit, perdit vtrumque vt indignus. si obtinet in principali, perdit substitutionem vt indignus: *vt. ĵ. de iis qui. vt indign. l. ij. & l. v. §. qui principale. & de acquir. hered. l. quæsitum.*

a Testamentū patris & filij pro vno habentur etiam iure prætorio.

b Resignatæ tabulæ quæ dicuntur.

c Quoties post dictionē sed, ponitur copula &, denotatur diuersitas facti, & identitas iuris. *Bar. Pau. Alex. & Ias.*

d Testamentū paternū & pupillare, duo sunt: & quæ differētiæ sint vtriusque.

e Id est duæ personæ, & duæ hereditates.

f Testamentū paternū & pupillare, simpliciter non est vnū, sed secundū quid. Est vnum respectu causę, quia ab vno fit. Est & vnū respectu solennitatis vt & cōsistentię, quia rupto paterno, pupillare nō cōsistit. *l. si quis eum. §. si suo. ȝ. eod.* & respectu iuris accrescendi. *l. qui patri. ȝ. de adquir. hered.*

g Nō ipso iure.

h adde Posse etiam fieri illa duo testamēta diuersis temporibus, incipiendo tamen à priori seu paterno. *l. si quis eum §. vlt. ȝ. eo.*

i Differūt igitur in iure adeundi vel repudiandi.

k Specialis permissio derogat tacitæ.

l Hæc lex non est huic legi contraria. *Bal.*

m vide eundē Baldum hic

2 ¶ *Substitutione.* Oppo.j.eo.l.& *si contra tabulas.* vbi non rumpitur pupillare, expugnato principali contra tabulas. Respon. nec hic expugnatur, sed vt indignus repellitur, vt dictum [a] est. *& facit.j.de contra tab.l.filium.§.omnibus.& .§.non solum.& ad Trebel.l.si cui purè.§.necnon illud.& supra de inoffic.testa.l.Papinianus.§.meminisse.*

a Vel dic.ipse idem qui expugnat, non admittit: ibi non est idem ipse qui expugnat, sed alius qui admittitur.

stitutus sit, repellitur à substitutione.[a]

Spes substitutionis reciprocæ non transmittitur ad heredes: & in dubio censetur facta per nomina appellatiua: ideo illi solùm qui heredes sunt. vocantur pro hereditariis portionibus.h.d.cum.l.seq. Alexand.

XXIII. PAPINIANVS *libro sexto Responsorum.*

QVi plures [b] heredes instituit, ita scripsit: *Eósque omnes inuicem substituo.* post aditam à quibusdam [c] ex his hereditatem vno eorum [d] defuncto, si conditio substitutionis exstitit, [e] alio herede partem suam repudiante, ad superstites [f] tota portio pertinebit: quoniam inuicem in omnem causam [g] singuli substituti videbuntur. Vbi enim quis heredes instituit, & ita scribit: *Eósque inuicem substituo:* hi substituti videbuntur, qui heredes exstiterunt.[h]

XXIIII. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

SI plures sint instituti ex diuersis partibus, & omnes inuicem substituti: plerumque [i] credendum, * & ex iisdem partibus substitutos, ex quibus instituti sunt: [k] vt si fortè vnus ex vncia, secundus ex octo, tertius ex quadrante sit institutus: repudiante tertio, in nouem [l] partes diuidatur quadrás: ferátque octo partes qui ex besse institutus fuerat, vná partem qui ex vncia scriptus est: nisi fortè alia mens fuerit testatoris: quod vix [m] credendum est, nisi euidenter fuerit expressum.

Qvi plures.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium & Gaium & Sempronium: & ita postea eis dixi: Vos omnes inuicem substituo & decessi. postea hereditatem meam adiuit Titius & Seius: & postea decessit Titius: & sic portio sua Titij ad heredem suum deuenit. postea Gaius repudiauit partem suam, & ita in parte sua Gaij exstitit conditio substitutionis: & postea Sempronius adiuit pro sua parte. & sic habes qđ Titius & Seius & Sempronius adiuerunt pro suis partibus, & quòd Titius decessit, & ita pars sua adita deuenit ad heredem suum, & qđ Gaius partem suam repudiauit, & sic in ea locum habuit substitutio. quæritur, vtrum heres Titij prædicti veniat ad substitutionem cum Seio & Sempronio? Et dicitur qđ non, imò solus Seius & Sempronius qui exstiterunt mihi heredes nullo mediante. illi enim qui per se heredes mihi exstiterunt, soli videntur substituti qualitercunque vnus viuus suam portionem amiserit. & hoc dicit. Viuianus.

* Ex rescripto D.Pij.l.7.C.e.

b ¶ *Qui plures.* quatuor ad minus.

c ¶ *Quibusdam.* tribus puta.

d ¶ *Eorum.* adeuntium.

e ¶ *Exstitit.* ita scilicet, an alio &c.

f ¶ *Ad superstites.* tantùm.q.d.non ad heredes mortui: licet secus sit in iure accrescendi: *vt hîc, & .j.eo.l.Lucius.§.fin.& .j.de le. here.l.si ex pluribus.* ¶ Item oportet quòd suas partes acceperint ex institutione: vt admittantur ex substitutione, non gratia repudiantis: *vt hîc in fi.& .C.de iure deli.quidam.& .s.eo.l.si plures.& de lega.ij.l.cum pater.§.libertis.*

g ¶ *In omnem causam.* id est in quacunque causa vnus suam portionem amiserit.

h ¶ *Exstiterunt.* & nullo mediante. heredes [b] enim heredis heredes sunt aliquo mediante: *vt no.j.eo.l.qui liberis.§.hæc verba.* ¶ Et not. quòd per hoc repellitur heres heredis & repudians.

b Heres heredis dicitur heres: generaliter contrarium no. in.l.qui liberis. §.hæc verba.§.eo. vbi Bal. singulariter limitat, vbi verbum heres, est prolatum à testatore. nam tunc non venit heres heredis appellatione heredis. *vide per Bart. in.l.filius, §.diui. in fin.de leg.i.*

SI plures.] CASVS. Institui mihi heredem Titium in vna vncia: & Seium in octo vnciis, & Gaium in tribus vnciis, & eos inuicem substitui, & postea decessi: & postea Gaius repudiauit suas tres vncias. certe dictæ tres vnciæ debent diuidi inter Titium & Seium, ita quòd fiant inde nouem partes. & de his nouem partibus trium vnciarum debet habere octo partes Seius in octo vnciis institutus, & vnam Titius ex vncia institutus: nisi euidenter appareat aliam fuisse meam testatoris voluntatem: quia tunc mea voluntas seruaretur. Viuianus.

i ¶ *Plerunque.* quare hoc dicit, *in fi.l.dicet.*

k ¶ *Instituti sint.* vt *& .C.eo.l.j. & .s.eo.l.si in testamento. & .l.qui liberis.§.fi.& .l.si pater.& .j.eo.qui cum plures.*

l ¶ *In nouem.* videbatur institutũ in vncia habere duodecimam trium vnciarum, & ita institutum ex.viij. debere habere. viij. de tribus in.xij. diuisis. & sic remanent tres vnciolæ vacantes: [c] ne ergo istud contingat, ita fit computatio.

c Quæ accrescent eisdem pro rata: & sic in effectu tantum valet vna computatio sicut altera, *secundum Pau.*

m ¶ *Quod vix.* sic est.s. *de indi.l.vix.* ergo si non euidenter fuit expressum: tamen si ex aliis coniecturis apparet, satis est: vt quia propria nomina substituendo dixit: *vt.j.ad Treb.l.nonnunquam.* ¶ Item si eos aliquam pecuniã æqualiter dare iussit: [a] *vt.j.de reb. du.l.vtrum.§.fin.& .j.ad Treb.l.quoties.* & propter hoc dixit, plerunque, in prin.l.

a Sequitur id. Glo.Barto.

Extraneus in dubio post mortem omnium liberorum videtur esse substitutus. Bartolus.

XXV. IVLIANVS *libro vicesimoquarto Digestorum.*

SI pater impuberes filios inuicem substituerit, [n] & ei qui nouissimus mortuus fuerit, Titium: respondendum est, solos fratres bonorum possessionem [o] accepturos: & quodammodo [p] duos grad° huius institutionis * factos, vt primo fratres inuicem substituerentur: si illi nõ essent, tunc Titius vocaretur.

Substitutio vulgaris habet locum etiam in instituto decedente viuo testatore. Alex.

XXVI. IDEM *libro vicesimonono Digestorum.*

SI pater filium impuberem heredem scripserit, & ei substituerit si quis sibi [q] post mortem [r] natus erit: [s] deinde viuo fratre [t] postumus natus fuerit, testamentum viuo rumpetur: [u] post mortem autem fratris viuo patre natus, solus heres patri suo existet.[x] †

SI pater.] CASVS. Seius instituit sibi heredes duos suos filios impuberes, & eos inuicem substituit. Item substituit Titium ei ex dictis impuberibus qui nouissimus mortuus fuerit: & decessit dictus Seius. modò quæritur, vtrum dictus Titius admittatur cum dictis impuberibus fratribus ad bono. poss. secundum tabul? Et dicitur qđ non: imò soli fratres admittũtur: quia de institutione dictorum fratrũ duo gradus sunt facti. & tertio gradu est vocatus Titius. non sunt dicti fratres instituti, vt dictum est. & si vnus decedat, eorũ alter est substitutus: & si substitutus postea decedat, vel non habeat hereditatẽ, veniet Titius ad hereditatem. & hoc dicit.

* institutionis hîc pro substitutione videtur posuisse. nam sic est in omnib. lib. itaque perperam quidã emendant, substitutioni.

n ¶ *Substituerit.* aliàs instituerit, aliàs substituerit. nam siue [b] dixit, vos inuicem instituo: siue dixerit, vos inuicẽ substituo: heredes videtur eos instituere & substituere breuibus verbis: *vt.s.tit.j.l.cum in testamento. §. hæc verba.* si autem simpliciter filios instituit, & si morerentur, Titium substituit: vltimo morienti videtur substitutus Titius: *vt.C.eod. l.pen.* [c]

b Hæc Glos. est in omnib. valde singularis secundũ Alex. in.l.inter.§.de lib. & postu. & secundum Pau. ibi.

o ¶ *Possessionẽ.* secũdũ tab. *vt.j. de bo.pos. sec.tabu.l.ij.§.defertur.*

c adde.l.j.& 37.j.eo.& l.Lucius.s. de here. dub.instit.

† Propriè sui dicuntur existere. l.vlt.j.de condit.instit.

p ¶ *Quodammodo.* i. breuiter: *vt dixi per l.cum in testamento.* & secundum hoc non computatur gradus tertius, id est Titij. & secundum hoc cautè dicit, institutionis. 2. Vel dic, quodãmodo, id est verè duos gradus institutionis & substitutionis. & secundum hoc non computatur prima institutio inclusa in breuibus verbis. *& facit.j.eo.l.vel singulis.& .j.de vsufruct.leg.l.codicillis.in princ. & de rebus dub.l.qui duos.in prin.*

SI pater filium.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suum impuberem, & postea ei ita substituit: Si quis mihi natus fuerit post mortem dicti impuberis, sit heres dicto impuberi. & postea decessit dictus Titius. postea viuente dicto impubere natus est ei impuberi frater. certè rumpitur testamentum. si autem nascatur postumus viuo patre & mortuo impubere, existet solus heres patri suo Titio prædicto: quia in eum casum fuit institutus. Viuianus.

q ¶ *Sibi.* patri viuenti. Accursius.

r ¶ *Post mortem.* illius impuberis quem instituerat. Accur.

s ¶ *Erit.* sub filio meo substituto, per quod videtur tantum facere vulgarem cum designaret impuberem moriturum in vita patris: & ita non heredem.

t ¶ *Fratre.* postumi.

u ¶ *Rumpetur.* quia eo casu natus est qui non est testamẽto comprehensus: *vt supra de liberis & postumis. l. commodissimè. & .l. postuma. Azo.* ¶ Sed contra. C. *de postu.here.l.fina.* Solu. vt dixi *in l.commodissimè.* Accursius.

x ¶ *Existet.* iam existente conditione, & eo casu in quo fuit institutus: *vt supra de liberis et postumis.l.cum postumus.* Dicet quis, Qualiter substitutus pupillariter esse potest, cum institutus in paterno viuo testatore decessit, & irrito facto paterno [d] irritatur pupillare:

d Subaudi post mortem instituti decedentis viuo testatore.

pillare: *vt supra eodem.l.ij.§.j.* Respond. non est: quia hic posthumus ex testamento paterno est heres, non ex pupillari. nec enim impubes extitit heres, & in pupillari ætate decessit, & ideo substitutus patri [a] est heres, non impuberi: *vt Institu. de pupil. substi. in princip. Azo.* ¶ Item nonne est incertus [b] heres, & sic non valet: *vt supra tit.j.l. quoties. in principio. & .§. heres?* Respon. imò certus [c] indubitabili signo: scilicet ex se nasciturus: *vt supra titu.j.l. quoties.§.si quis nomen & .§.si quis ita dixerit.* Accur.

a Fuit igitur hæc substitutio vulgaris. imò pupillaris. v. Bald. hîc.
b Subaudi iste posthumus institutus.
c Certus dicitur qui indubitabili signo demonstratus est: cuiusmodi demonstratio vim proprij nominis habet.

Substitutus vulgariter vni, censetur substitutus alteri cui ille erat substitutus. Alex.

XXVII. IDEM *libro trigesimo Digestorum.*

SI Titius coheredi suo substitutus fuerit, deinde ei Sempronius: verius puto in vtramque partem [a] Sempronium substitutum esse.

SI Titius.] CASVS. Institui mihi Titiū heredem & Seium, & Seio substitui Titium, & prædicto Titio substitui Sempronium. postea antequam Titius adiret hereditatem meam pro sua parte, post mortem meam decessit: Seius antequam partem suam adiret. & ita Titius habere nunc totam hereditatem meam potest. postea decessit Titius antequam adiret. modò quæritur, vtrum Sempronius Titio substitutus habeat ex substitutione solam partem Titij, an verò & partem Seij cui fuit Titius substitutus? Et dicitur quòd vtramque. Viuianus.

a ¶ *Vtramque partem.* neutro heredum adeunte. quod dic *vt Institu. eo.§.sed si instituto. & facit infra eodem.l.coheredi.in principio.*

Fictio legis Corneliæ sicut testamentum confirmat paternum, ita & pupillare si pupillus post mortem testatoris verè vel fictè in pupillari ætate decesserit. h.d. cum.l. sequen. Bartolus.

XXVIII. IDEM *libro sexagesimosecundo Digestorum.*

LEx † Cornelia [b] quæ testamenta eorum qui in hostiū potestate decesserunt cōfirmat, non solùm ad hereditatē ipsorū qui testamenta fecerunt pertinet, sed ad omnes hereditates quæ ad quemque ex eorum testamento pertinere potuissent, si in hostium potestatem non peruenissent. Quapropter cum pater in hostium [c] potestate decessit, [d] filio impubere relicto [e] in ciuitate, & is intra tempus pubertatis decesserit: hereditas ad substitutum pertinet, [f] perinde ac si pater in hostium potestatem non peruenisset. Sed si pater in ciuitate decessit, filius impubes apud hostes: si quidem mortuo [g] patre filius [h] in hostium potestatem peruenerit, non commodè † dicitur, hereditatem eius ex ea lege [i] ad substitutos pertinere? Si verò viuo patre filius in hostium potestatem peruenerit, [k] non existimo [l] legi Corneliæ locum esse: quia non efficitur per eam vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit, heredes habeat. [m] Quare etiam si pubes [n] filius viuo patre captus fuerit: deinde mortuo in ciuitate patre, [o] in hostium potestate decesserit: [p] patris hereditas ex lege duodecim tabularum, [q] non filij [r] ex lege Cornelia, ad agnatum proximum pertinet.

† Coniunge.l. bona. de capt. infra.

† non incommodè: vt.l.pater. §. si mortuo.j.de capt.

LEx Cornelia.] CASVS. Institui mihi heredem filium meum impuberem, & ei pupillariter substitui Titium: & postea fui ab hostibus captus: & ita testamentum meum fuit irritum factum: & per consequens pupillare. postea apud hostes decessi: & postea dictus filius meus impubes decessit in pupillari ætate in ciuitate. certè hereditas pertinet perinde ad Titium substitutum, ac si ego nunquam ab hostibus captus fuissem: quia lex Cornelia quæ testamenta eorum qui in hostium potestate decesserunt, confirmat perinde ac si nunquam capti fuissent, pertinet non solùm ad hereditatem ipsorum qui testamenta fecerunt, sed etiam ad omnes hereditates quæ potuissent pertinere ad quemcunque ex eorum testamento si in hostium potestatem non peruenissent. Sed retento eodem casu pone quòd dictus meus filius captus fuit ab hostibus me patre iam in ciuitate mortuo, & ibi decessit dictus meus filius. certè hoc casu per dictam.l. Corneliam pertinet hereditas dicti impuberis ad dictum Titium ei substitutum. si autem me patre adhuc in ciuitate viuente dictus impubes fuit ab hostibus captus, & ibi decessit me iam in ciuitate mortuo, non habebit substitutus eius hereditatem ex dicta.l.Cornelia. nam non efficitur per dictam.l. vt dictus impubes qui nulla bona in ciuitate reliquit, habeat heredem vel heredes. & idem dicerem si filius meus etiam pubes captus fuerit ab hostibus me adhuc in ciuitate viuente: & postea me in ciuitate mortuo decesserit in hostium potestate existens. nam eo casu hereditas mea pertinet ad proximum adgnatum ex.l.xij.tabul. quæ solet vocare adgnatos ab intestato. non autem pertinet ad dictum adgnatum hereditas dicti mei filij ex lege Cornelia: quia vt dictum est, nullam hereditatem reliquit in ciuitate dictus meus filius cum fuit ab hostibus captus, scilicet quia ego tunc viuebam. Viuian.

b ¶ *Lex Cornelia.* de hac habes *supra de testa.l.lege. & Inst. quibus non est per.fa. testa.§.fina. & supra de inust. testa. leg. qui vxorem.*

c ¶ *Cum pater in hostium.* aut capitur pater, & filius remanet: *vt hîc:* aut econtra: *vt infra.§.sed si pater.in fin.* aut vterque: *vt infra leg.proxi.*

d ¶ *Decesserit.* ante filium: aliàs cessat Cornelia: *vt infra de cap.l. quòd si filius.in princip.*

e ¶ *Relicto.* instituto, & ei substituto dato pupillariter. ¶ Et nota relicto. secus si post mortem impuberis caperetur pater: sicut & in filio infra distinguitur.§.*sed si pater. & .§.si verò.*

f ¶ *Pertinet.* ex testamento pupillari. Azo.

g ¶ *Mortuo patre.* prius verè, non fictione legis Corneliæ: ne sit contra *infra.l.proxi.* & statim dices.

h ¶ *Filius.* impubes, si non habes in textu.

i ¶ *Ex ea lege.* non ex verbis, cum secundæ tabulæ sint irritæ capitis deminutione: *vt supra de iniust. testam.l.si quis ex.§.irritum.* sed suppletione & benignitate prætoris: vt in contrario: *vt infra de capt. leg. pater.§.si mortuo.* ¶ Sed oppone, quòd pater capitur, deinde filius, tertiò pater in captiuitate moritur, quartò moritur ibidem filius. ecce pater fingitur prima captiuitatis hora mori. ergo filio viuente debet succedere substitutus filij per hunc. §. quod lex infra proxim. negat. Sed respond. quòd ad id quod supra dixit, si quidem mortuo patre filius in &c. subauditur verè, [a] & non fictè. [b]

k ¶ *Peruenerit.* & ibi decesserit impubes, quia impubes ex lege Cornelia fingitur decessisse. secus si reuertatur, & pubes decesserit.

l ¶ *Non existimo.* ad hoc scilicet vt ex testamento pupillari aliquis sit heres. est tamen locus Corne. vt substitutus ex testamento sit heres, scilicet ex vulgari expressa, vel saltem ex tacita. [c]

a Subaudi mortuo in ciuitate.
b Vide rationē in.l.proxim.Gl. vlt.l.pater.j.de captiui. & .l. quod si filius
c Pupillo viuo patre decedente verè vel fictè, licet pupillaris fiat caduca, tacita tamē vulgaris in ea cōprehensa nō expirat: vt quę ad succedendū sit efficax: Idē tenet Gloss.j.in verbis duodecim tabularū. Quod Dynus non admittit ex.l. quod si filius.j. de captiuis. vbi dicitur non posse inquiri de secundis tabulis. Cōtra Guillielmus has Accursij Glossas tuetur. Ex tacita enim vulgari succedi nō nato posthumo. l.vlt.j. de ventre in poss. ergo idem dicendum si moriatur viuo testatore. Non obstare dicegl quod si filius in qua tamē si dicatur nihil posse tractari de secundis tabulis, hoc est de substitutione pupillari, non tamen negatur tractari posse de tacita vulgari.

m ¶ *Habeat.* non distinguitur quis prius moriatur, scilicet filius apud hostes, vel pater domi: *vt.j.proxi.respon.*

n ¶ *Pubes.* factus ille impubes prædictus.

o ¶ *Patre.* prius.

p ¶ *Decesserit.* scilicet post, quando est plus dubij, quàm si econtra filius ante decessisset.

q ¶ *Duodecim tabularum.* ad agnatum &c. & hoc intelligo cum non erat aliquis substitutus: Vel si erat, obierat viuente patre. Vel ille admittitur ex vulgari expressa, vel saltem tacita quæ in pupillari expressa continetur: *vt.j.eo.l.iam hoc iure.*

r ¶ *Non filij.* quia nulla.Io. *& adde dist. quam habes infra de capti.l.pater.in fin.*

XXIX. SCAVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

SI pater captus sit ab hostib⁹, mox filius, [s] & ibi ambo decedant: quamuis prior pater decedat, [t] lex Cornelia ad

SI pater.] CASVS. Ego pater fui captus ab hostibus: & postea fuit captus dictus filius meus impubes cui pupillariter substitueram Titium: vt dictum est in.l. sequen. & apud hostes ambo decessimus. certè siue ego ante decessi, siue dictus meus filius, non habebit substitutus impuberis hereditatem ex substitutione per dictam leg. Corneliam. si autem impubes reuersus fuisset in ciuitatem, & in ciuitate decessisset, bene veniret substitutus per dictam leg. Corneliam: quia & si ego & ipse in ciuitate decessissemus, veniret substitutus per dictam leg. Corneliam. Viuianus.

s ¶ *Moxfilius.* id est in eodem momento, & statim vnus post alium: *vt supra communia prædio. leg.si cum duas. secundum Ir.* Vel dic, id est incontinenti. & tunc perinde est ac si simul: quia ea quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. vel, id est eodem bello, id est eodem tempore. Quid ergo si ex interuallo? Respond. habet locum substitutio filij, secundum H. Sed Bul. dixit idem etiam si ex interuallo: *vt in distinct. infra de capti. leg. pater. in fine.*

t ¶ *Decedat.* tunc autem pertinet, quoniam &c. Azo. *vt.j. de capti.l.quod si filius.in fin.*

a ¶ *Substitutus.* ex vulgari præmoriente patre, vel pupillari vel tacita vel expressa præmoriente filio. ratio autem huius legis est, quia non potest dici heres filius dum pater speratur reuerti. ergo substitutus locum non habet.

QVidam.] CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Proculum in tribus vnciis, id est in quarta parte hereditatis suæ: & quendam nomine Quietum instituit in nouem vnciis, quæ sunt dimidia & quarta hereditatis, postea substituit Quieto in nouem vnciis instituto quendam nomine Florum: & Proculo in tribus vnciis instituto substituit quandam nomine Sosiam. & postea ita dixit, si neque Florus Quieto substitutus, neque Sosia Proculo substituta heredes mihi erunt, simul repudiantes hereditatem meam: Quieto & Proculo à me institutis substituo tertio gradu coloniam Leptitanorum in dicta dimidia & quarta hereditatis meæ in qua institui Quietum prædictum, & substituo Gaium & Cornelium & Stichum ex quarta parte hereditatis meæ id est ex tribus vnciis in quibus institueram Proculum, & substitueram Sosiam: & volo quòd de dicta quarta parte habeat duas vncias dictus Cornelius, & duas dictus Stichus & ita diuisit testator prædictus in hac secunda substitutione in sex vncias dictam quartam hereditatis suæ, id est supradictas tres vncias. postea decessit Proculus in tribus vnciis institutus, & Sosia ei substituta viuente adhuc dicto testatore. & sic dictæ tres vnciæ sunt factæ in causam caduci, & sic ad heredem Proculi non possunt pertinere, nec etiam ad heredem Sosiæ ei substitutæ. & postea decessit dictus testator, & prædictus Quietus in nouem vnciis institutus adiuit hereditatem pro ea parte. modò quæritur, vtrum dictæ tres vnciæ factæ in causam caduci pertineant ad dictum Quietum Proculi coheredem, qui quidem Quietus adiuit hereditatem: vt dictum est, an ad Gaium & Cornelium & Stichum substitutos tertio gradu? Et dicitur quòd debent pertinere ad Quietum: quia ea videtur fuisse testatoris voluntas, vt ita demum substitueret tertio gradu scriptos heredes, si tota hereditas vacasset. in nostro autem casu non vacauit: quia Quietus adiuit hereditatem, vt dictum est. & hoc ideo præsumitur, quia plures quàm duodecim vncias inter eos distribuit. nam Coloniam Leptitanorum substituit tertio gradu in nouem vnciis, & Gaium & Cornelium & Stichum substituit tertio gradu in sex vnciis: & ita substitutos prædictos in tertio gradu substituit in quindecim vnciis. Viuianus.

pupilli substitutionem non pertinebit: nisi reuersus in ciuitate impubes decedat: quoniam† & si ambo in ciuitate decessissent, veniret substitutus.

Ex præsumpta voluntate defuncti coniunctus præfertur substituto. Bartolus.

XXX. IVLIANVS *libro septuagesimooctauo Digestorum.*

QVidam testamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta [b] heredem instituit: deinde Quieto Florum, Proculo Sosiam heredes substituit: deinde si neque Florus neque Sosia heredes essent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, [c] & ex quarta complures heredes substituit in plures quàm tres [d] vncias. Quietus hereditatem adiit. Proculus & Sosia viuo testatore decesserunt. [e] Quæritur, quadrans Proculo datus, ad Quietum, [f] an ad substitutos tertio gradu pertineat. Respondi eam† videri voluntatem patrisfamilias fuisse, vt tertio gradu [g] scriptos heredes ita demum substituerit, si tota hereditas [h] vacasset: idque apparere euidenter ex eo quòd plures quàm duodecim vncias inter eos distribuisset: [i] & idcirco partem quartam hereditatis de qua quæritur, [k] ad Quietum pertinere.

Sufficit quem semel heredem extitisse, nisi testator eum heredem esse tempore mortis requirat: quod ex dictione, tunc, præsumitur. Bartolus.

XXXI. IDEM *libro singulari de Ambiguitatibus.*

IN substitutione filio ita facta, *Quisquis mihi ex suprascriptis* [l] *heres erit, idem filio heres esto.* quæritur, [m] quisquis heres quandoque [n] fuerit, intellegatur: an quisquis tum heres erit, cum filius moriatur. Placuit prudentibus si quandoque heres fuisset. [o] Quamuis enim viuo pupillo heres esse desisset, fortè [p] ex causa de inofficioso, quæ pro parte [q] mota est, futurum tamen cum heredem ex substitutione creditum est.

1. ¶ Non simili [r] modo in hac specie dicendum est, si quis cum filios duos haberet, Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio substituisset, [s] *Si Lucius*

IN *substitutione.*] CASVS. Exheredaui filium meum impuberem, & Titium & Seium mihi heredes institui: & ita postea substitui dicto meo filio: Quisquis mihi ex suprascriptis heres erit, idem heres esto dicto meo filio. & postea decessi, & postea dictus Titius & Seius adierunt hereditatem meam. postea tutor dicti mei filij egit querela inofficiosi testamenti, siue eam intentauit contra dictum Titium, & vicit contra eum: & ita fuit ruptum testamentum meum pro parte qua Titius fuit institutus: & sic desiit heres esse dictus Titius. postea decessit dictus filius meus in pupillari ætate. nunquid veniet dictus Titius ad hereditatem impuberis ex substitutione? Et videtur quòd non quia tempore mortis dicti impuberis non inuenitur meus heres, & ego dixeram in substitutione, Quisquis mihi ex suprascriptis heres erit, sit heres filio meo. dicitur tamē hic quòd heres erit impuberi, quia fuit meus heres: vt dictum est. licet esse desierit. secus esset in hoc alio casu, pone quòd habebam filiū puberē qui vocabatur Gaius, & filiū impuberem qui vocabatur Lucius. exheredaui impuberē, & institui puberē: & ita substitui dicto impuberi exheredato si Lucius filius meus impubes decesserit, & in pupillari ætate: & si dictus filius meus Gaius pubes quem institui, heres mihi non erit: tunc Seius heres esto dicti impuberis. nā isto casu si Gaius filius impubes fuit mihi heres ante mortem impuberis, & si tempore mortis impuberis non sit heres: habebit locum substitutio Seij. & hoc facit dictio tunc, posita in substitutione. Viuianus.

stituti repellerentur. supplet ergo dictum testatoris, ne aliquid inepte dicatur: *vt & .5. tit. j. l. j. §. fi. & l. fi.* ¶ Item apparet quòd verba illa, quòd si neque &c. copulatiue ponuntur. *sic supra titul. j. l. Lucius.*

b ¶ *Ex parte dimidia & quarta.* id est dodrante.

c ¶ *Leptitanorum.* nomen villæ vel ciuitatis.

d ¶ *Quàm tres.* quia in dodrante erat institutus.

e ¶ *Decesserunt.* sicque eorum pars est in [a] causa caduci: *vt. C. de cadu. tolle. l. j. §. & cum triplici.*

f ¶ *Quietum.* coheredem. Accursius.

g ¶ *Tertio gradu.* ciuitatem & alios, seu alios tantum.

h ¶ *Tota hereditas.* id est tam gradus institutorum quàm substitutorum primo loco.

i ¶ *Distribuisset.* id est distributæ essent vnciæ. *Ioan.* non dicas quòd distribuerit. quia [illegible] substituti admitterentur: ergo ciuitas in dodrante, & alij in quadrante. ¶ Item Quietus habet & ipse dodrantem: & sic fierent. xxj. vnciæ: sicque Quietus non haberet dodrantem totius assis: quod testator voluit: igitur in totum sub-

k ¶ *De qua quæritur.* in qua Proculus erat institutus. *Azo. facit infra de vsufruct. leg. l. codicillis. in principio.*

l ¶ *Suprascriptis.* scripserat enim aliquos heredes cum filio, vel etiam exheredauerat filium.

m ¶ *Quæritur, quisquis.* sub. an.

n ¶ *Quandoque.* aliàs quandocunque.

o ¶ *Fuisset.* breuis solutio.

p ¶ *Fore.* Aduerbium fortè, [a] varietatem facti, non iuris dubitationem [b] inducit. Nam cōstat heredem esse institutum ante perlatam querelam: quia dicit, desiisset: *vt. j. de re iudic. l. non potest videri desinere. & .5. de inofficio. testa. l. j.* ¶ Item & constat, quòd in aliis variis casibus quis desinit esse heres: vt si fiat seruus heres: *vt. j. e. l. ex facto. §. fi.* ¶ Item Instit. *de here. quæ ab intest. §. per contrariū.* in quibus erit idem quod hic. ¶ Sed oppo. qui semel [c] est heres &c. *vt supra de mino. l. aut prætor. §. sed quod Papinianus. in fin. §.* Sol. illud regulare: *vt supra tit. j. l. ei qui in fin.* 2. Vel dic quòd non [d] per prætorē, *vt ibi:* sed per restitutionem in integrum: quia nec facit heredem: *vt Instit. de bono. posses. §. quos autem.* sed iure ciuili sic, vt in præmissis.

q ¶ *Pro parte.* secus si in totum. [e] quia pupillare euanescit: *vt. 5. de inoffi. testa. Papianus. §. sed nec.*

r ¶ *Non simili.* sed per contrarium.

s ¶ *Substituisset.* dic quòd instituerat vel exheredauerat impuberem: aliàs non valet testamentum. item puberem instituerat, vt patet.

Gaius

* Sunt qui e[illegible] ostendunt, quan[illegible]

† Substituto coniunctus interdum præfertur ex voluntate defuncti: vt & veniēs ab intestato. *l. si quis ita heres institutus. §. de hæredib. instit.*

a In causa caduci dicuntur ea quæ [illegible] quaeritur qui viuo testatore post eius testamentum decessit.

a Fortè dictio varietatem facti, nō iuris dubitationē inducit. vt hîc. Et sic consiliū potest dari per verbum, fortè *secundum Bal. & Alex.* licet Rapha. cōtra.

b *Contra Gloss. no. in. c. v. extra de iuf.* inducit tamen aliquādo dubitationem *vt per Feli. in. c. accedens. extra vt lite non contesta. & Gl. in. in tit. [illegible] verfi. appellandam. de app.*

c Semel heres, an semper heres sit.

d Semel heres, nunquā hæres esse desinit. facto hominis vel iudicis: legis tamen dispositione, hæres desinere potest. *vt h[illegible] adde Angel. hoc amplia. & ibi Bald. & de fideicō. Nouell. de heredib. & Bald. [illegible] autem & ibi Angel.*

e Substitutioni locus non est supto in totū testamēto per querelam.

a ¶ *Gaius filius.* institutus.
b ¶ *Esto.* scili. substitutus. & est quidam[a] tertius hic Seius. & habeas. §. neque mihi, &c. Alij non[b] habent, & Gaium & Seium idē esse dicunt: & sic vnus filius alij filio substitutus secundum eos. Et not. quòd hic articulus tunc,[c] denotat diuersitatem inter hunc & superiorem casum: *vt. j. de condit. & demonst. l. iiij. in fine.*
c ¶ *Mortem.* vt tunc sit heres Gaius, *vt hic:* & capax: *vt. §. eo. l. si is qui heres. & facit ad hanc legem infra de adimen. leg. l. alumnæ. §. fina. & de codi. l. si quis cum. in fine. j. respon. & §. eod. l. qui liberis. §. fin.*

a Et bene Alc. & Iaf.
b Et malè. Aleand.
c Tunc, particula, significat tempus extremū. & de eius significatione, vide omnino per Bald. in. l. ex illa. C. de appell. & in Auth. contra rogatus. j. col. C. ad Treb.

filius meus impubes decesserit, neque mihi Gaius filius[a] heres erit: tūc Seius heres esto. nam ita prudentes hoc interpretati sunt, vt ad impuberis mortem[c] conditio substitutionis esset referenda.

Ex presumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem respectu vnius defuncti: sed inter se in hereditarias portiones. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

QVi complures[d] heredes ex disparibus partibus instituerat, & in his Attium: si Attius non adierit, cæteros ex iisdem partibus quibus instituit, heredes ei substituerat: deinde si Attius non adisset, Titium coheredem eis qui substituti sunt, adiecit.[e] Quæsitum est, quam partem[f] is, & quam cæteri habituri essent. Respondi, Titium virilem, cæteros hereditarias: veluti si tres fuissent,[g] Titium partem quartam Attianæ partis habiturum: reliquarum partium hereditarias[h] partes ex quibus instituti erant, reliquos habituros esse. Quòd si non solum Titium, sed etiam alios adiecisset heredes: hos quidem viriles partes habituros: veluti si tres puta coheredes fuissent substituti, extranei duo adiecti: hos quintas[i] partes Attianæ partis, reliquos autem coheredes hereditarias partes habituros esse dixit.

QVi complures.] CASVS. Institui mihi quendam heredem nomine Attium in duabus vnciis hereditatis meæ: & Gaium in. iiij. & Seium in. v. & Cornelium in vna: & postea ita dixi: si dictus Attius non adierit pro sua parte, substituo ei dictum Gaium, & Seium & Cornelium ex eisdem partibus quibus eos institui: & do eis tribus coheredem Titium, & decessi: & postea Attius noluit adire hereditatem meā: & ita habuit locum substitutio, & dicta heredis adiectio. modo quæritur, quam partem habere debeat dictus Titius adiectus, & quam Gaius & Seius & Cornelius de duabus vnciis in quibus fuit Attius institutus? Et dicitur quòd Titius habebit quartam partem duarum vnciarum Attij, & prædicti tres habebunt tres partes dictarum duarum vnciarum, & diuident dictas tres partes dictarum vnciarum inter se pro eis partibus pro quibus à me instituti fuerunt. si autem adiecissem Titium & Stichum coheredes prædictis tribus, fient tunc quinque partes de dictis duabus vnciis Attij, & Titius & Stichus habebit quilibet vnam quintam: & aliæ tres quintæ diuidentur inter prædictos tres pro his partibus pro quibus eos heredes institui: & sic est plana hæc lex. *Viuianus.*
d ¶ *Qui complures.* quatuor puta computato Attio.
e ¶ *Adiecit.* substituendo, nō instituēdo: alioquin etiam si Attius non adiret, nihilominus heres esset Titius: *vt. j. de secun. tabu. l. ij. §. si quis ita scripserit.*
f ¶ *Quam partem.* s. Attianæ partis cum Attius non adierit.
g ¶ *Tres fuissent.* s. substituti præter Titium.
h ¶ *Hereditarias.* Cur[d] non solus medietatem: *vt. §. tit. j. l. Titius fundi?* Respon. quia[e] omnes[f] separatim fuerunt instituti. ¶ At opponitur: ergo debent habere viriles: *vt Insti. de here. insti. §. si plures?* Resp. verum esset nisi præcessisset partium[g] distributio etiam in institutione. tunc enim videtur easdem partes repetiisse in personis eorum tantum quos instituit: *vt. §. eo. l. si plures.* Azo. ¶ Magis obstat. §. *eo. l. si pater filio.* Sed & ibi coniunctim fuerunt instituti. Vel hic substituendo nominatim dixit, pro partibus hereditariis vos substituo: vt hic patet: quod ibi nō fecit. ¶ Item contra. C. *eod. l. fina.* §. j. vbi habent omnes viriles. Sed ideo quia ita habuerant ex institutione: vt ibi not. *& facit. j. de statulibe. l. qui pecuniam.*
i ¶ *Quintas.* i. quilibet quintam.

d Cur hic omnes coniuncti non admittuntur ad vnam dimidium, Attius in aliam.
e Diuinat secūdum Bart. dic potius id accidisse quòd illos coniunctos instituerat ex disparibus portionibus. Videt itaque in substitutione vt in institutione separatos, secundo in hac substitutione partes hereditarias nominatim expressas: in cōtrario casu vno sermone institutos, atque ita in substitutione non separatos.
f Hoc est, hi omnes non coniuncti fuerunt, sed instituti separatim.
g Hoc est, ibi fuerunt substituti per distributiuam quæstio.

SI mater.] CASVS. Titia instituit sibi heredem filium impuberem cum erit pubes, & ei vulgariter tali modo substituit, si dictus meus filius non erit mihi heres, substituo ei Seium. & postea decessit Titia, & postea decessit dict[9] eius filius in pupil. ætate. nūquid habebit substitutus hereditatem? Et videtur quòd non: quia substitutio nō potest ante habere locum, quàm habeat locum institutio. institutio autem non videtur posse habere locum nisi adueniente pubertate, sicut apparere uidetur ex verbis institutionis prædictis. dicitur tamen hic quòd substitutus habebit hereditatem ex tacita pupillari, quæ subintelligitur in dicta vulgari: vt dictum est supra eo. iam hoc iure. nam non videtur in nostro casu in diem collata institutio, sed hereditatis tantùm petitio propter vtilitatem impuberis.

Mater potest instituere filium in tempus pubertatis, & ei substituere vulgariter. Bartolus.

XXXIII. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

SI mater ita testetur, vt filium impuberem, cum erit[k] annorum quatuordecim, heredem instituat, eique pupillaribus[l]* tabulis si sibi heres non erit, alium substituat: valet substitutio.[m]

Si filius institutus in primo loco sit heres, cessat substitutio vulgaris tam prima quàm omnis alia sequens. Alexander.

1. ¶ Si filius, & ex eo nepos postumus, ita heredes instituantur, vt Gallo Aquilio placuit.[n] & nepoti, si is heres non erit, Titius substituatur: filio herede existente, Titium omnimodo, id est etiam si nepos natus non fuerit, excludi[o] respondit.

[SI FILIVS, ET EX EO.] Seius habens filium habentem vxorem prægnantem, venit ad mortem, & fecit taliter testamentum: Instituo mihi filium meum heredem: & si filius meus morietur me viuo, tunc si quis mihi nepos ex eo, siue quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis quibus filius meus morietur, natus natave erit, heredes sunto, & si dictus nepos vel neptis mihi heres non erit, substituo ei Titium. & decessit dictus testator, & filius suus prædictus institutus extitit ei heres. certè amodo non potest habere hereditatem alterius substitutus nepoti vel nepti: siue nepos vel neptis nascatur, siue non. nam si non potest habere locum amodo nepos vel neptis, multo minus habebit locum substitutus eius, scilicet Titium. *Viuianus.*
k ¶ *Cum erit.* nec filius intelligitur ad[a] tempus institutus, sed purè: *vt Cod. quando di. le. ced. l. ex his. & infra quando di. leg. ce. l. Firmio.* §. j. nisi aliud sensisse testatorem probetur: *vt infra de manumiss. testa. l. si ita scriptum fuerit. §. cum Titius.* & tunc vitio temporis sublato heres erit: *vt supra eod. hereditas.* erat autem dubitatio de substitutione: quia videbatur facta antequam posset valere institutio: sed vt dixi, pro[b] pura est institutio.
l ¶ *In pupillaribus.* non quòd pupillaris substitutio ibi fiat, sed quia pupillus institutus fuit, est vulgaris. fœminæ[c] enim pupillarem non faciunt: quia in potestate non habent: *vt supra eod. l. ij. respon.*
m ¶ *Substitutio.* nec in substitutione videtur repetita eadem conditio seu dies: *vt supra titul. j. l. si sub conditione. & facit infra de leg. j. l. si cui.*
n ¶ *Placuit.* scili. si filius morietur viuo testatore: & nepos post mortem testatoris nascatur: *vt supra de libe. & posthum. l. Gallus. in principio.*
o ¶ *Excludi.* vt *& supra titu. j. l. cum in testamento.* in locum enim deficientis primi & secundi gradus videtur eum substituisse: *vt & supra eod. l. quidam testamento. & supra titu. j. Lucius.* ¶ Sed pone quòd filius vixit post mortem defuncti: & repudiauit hereditatem. ¶ Item similiter nepos repudiauit: nunquid admittitur Titius? Videtur quòd non: quia filius extitit heres ipso iure, licèt postea repudiauerit. E contra videtur admittēdus: quia nec filius nec nepos hereditatem adiuit, imò vterque repudiauit. Sed certè nō[d] est admittendus, illa scilicet ratione, quia filius non decessit testatore viuo: & substitutio ita facta erat, si filius me viuo morietur. Item verba[e] superiora, si heres non erit: expone cum esse posset, quia filius præmoreretur, non heres. *& facit infra de adquiren. here. l. quamdiu.*

* Pupillares tabulæ qua ratione hic Africano dicātur, explicat Viglius tit. de pupil. substi. in prin. inst. lib. 2.
a Institutio filij ad tempus non intelligitur facta, nisi aliud sensisse testatore probetur.
b Imò hęc substitutio, cum erit annorum xiiij. cōditionalis est nō in diem. l. si cui. §. hec autem. j. de legat. i. l. si Titio. j. quando dies legatarum. Vide plura hic apud Bartolum.
c Substituere pupillariter fœminæ non possunt, & cur.
d Substitutionem vulgarem impedit sui heredis existentia, vt hîc, quod verum sit, vide hîc Bartolum.
e Verba, Si hæres non erit, ita intelliguntur, cùm hæres esse poterit.

EX duobus. CASVS. Institui mihi heredes duos meos filios impuberes: & ei qui supremus moreretur, substitui Titium. postea ambo impuberes simul decesserunt. certè Titius erit heres vtriusque eorum. & est ratio, quia supremus dicitur non solùm is qui post aliquem est, sed etiam ille post quem nemo est. in nostro autem casu omnes videntur supremi decessisse: quia nullus eorum

Supremus seu vltimus est quem nemò sequitur, licet nullus præcedat: & econtra proximus dicitur quem nullus præcedit, licet nemo sequatur. Alexander.

XXXIIII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

EX duobus impuberibus ei † qui supremus moreretur heredem [a] substituit. Si † simul † morerentur, vtrique heredem esse respondi :* quia supremus[b] non is demum qui post aliquem, sed etiam post quem nemo sit, intellegatur : sicut & è contrario proximus non solùm is qui ante aliquem, sed etiam is ante quem nemo sit intellegitur.

Heres ex substitutione vulgari admittitur ad substitutionem impuberi factam per hæc verba, quisquis mihi heres erit, &c. Bartolus.

1. ¶ Filiū † impuberē & Titiū heredes instituit : Titio Mæuiū substituit: [c] filio quisquis sibi heres esset ex suprascriptis, substituit. [d] Titius omisit hereditatē, Mæuius adiit. [e] Mortuo deinde filio, putat magis ei soli [f] ex substitutione deferri pupilli hereditatem, qui patris quoque [g] hereditatem adierit.

Licet testamentum per contra tabul. expugnetur, firma tamen manet substitutio pupillaris : & relicta à substituto pupillari debentur omnibus. Alexander.

2. ¶ Etiam si [h] contra patris tabulas bonorum possessio petita sit substitutio tamen pupillaris valet : & legata omnibus præstanda sunt, quæ à substitutione data sunt.

Ista lex reputatur difficilis, & habet tres partes. Prima durat vsque ad ver. sic & crescere. Secunda vsque ad ver. his consequens. Tertia vsque ad finem. & secundum quòd textus habet tres partes, ita glo. magna quæ est hîc, quæ ponit casum, habet tres partes prout ponit casum. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro quinto Quæstionum.*

ET si contra tabulas [i] patris

remansit post alium. & idem est econtrario. nam non solum dicitur proximus esse alicui qui ante aliquem alium est ; sed etiam is ante quem nemo est. [FILIVM. Seius instituit sibi heredes Gaium filium suum impuberem, & Titium extraneum: & Titio prædicto substituit Mæuium, & prædicto suo filio taliter substituit quisquis ex suprascriptis scilicet Titio & Mæuio heres mihi erit, substituo eum filio meo. & postea decessit prædictus Seius Titius institutus omisit hereditatem : Mæuius autem ei substitutus adiuit ex substitutione, postea decessit dictus impubes. quæritur, cui deferatur hereditas eius impuberis : vtrum Titio quia amisit hereditatem patris, an Mæuio qui adiuit hereditatem patris ex substitutione? Et dicitur qđ Mæuio. [ETIAM SI CONTRA.] Filium meum emancipatum præterij, scilicet Titium, & Seium filium impuberem, & in mea potestate constitutum institui mihi heredem in totum: & ei impuberi substitui Gaium & à dicto impubere reliqui multa legata danda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam aliis extraneis : & à Gaio substituto reliqua similiter multa legata : & postea decessi. postea emancipatus petiit bonorum possessio. contra tabu. eo quòd à me præteritus fuit, & vicit: & ita ruptum est testamentum meum : & sic factum est quòd ipse emancipatus habuit dimidiā hereditatis meæ ab intestato: & alia dimidia remansit apud impuberem prædictū. postea in pupillari ætate decessit impubes. nūquid habebit hereditatē impuberis Gaius prædictus substitutus ei? Et dicitur quòd sic: & tenebitur præstare legata à se relicta, & etiam ab impubere. Sed & si dictum emancipatum præterij, & dictum impuberem institui in tribus vnc. & Cornelium extraneum institui in. ix. vnc. & dicto impuberi substitui dictum Gaium, & multa legata reliqui à dicto impubere præstanda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam aliis extraneis: & à dicto Gaio impubere substituto reliqui similiter legata: & committente dicto emancipato præterito edictum, vt scilicet contra tabulas petat bonorum possess. non solum dictus emancipatus, sed etiam dictus impubes: & sic excludam dictum Cornelium in. ix. vnc. institutum, & habeant ambo soli hereditatem meam, scilicet emancipatus pro dimidia, & impubes pro alia dimidia, cum ex institutione non habuerant nisi tres vnc. & postea impubes decedat in pupillari ætate, & veniat ad hereditatē suam dictus Gaius ei substitutus : certè tenebitur dictus substitutus præstare legata ab impubere relicta coniunctis personis tantùm: * sicut & impubes si viueret teneretur præstare tantùm coniunctis personis : & licèt si non esset petita bonorum possess. contra tabulas : impubes vel eius substitutus posset detrahere ab omnibus legatariis Falcidiam, puta quia essent relicta legata impubere vltra dodrantem suæ partis : tamen petita contra tabulas (quo casu non tenetur impubes vel eius substitutus ad præstanda legata nisi coniunctis personis, vt dictum est) augebuntur legata relicta ab impubere cōiunctis personis: ideo quia non præstat extraneus legatariis legata: ita quòd Falcid. in eis non habebit locū, vel tanto minus detrahet nomine Falcidiæ de legatis relictis coniunctis personis, quantum ei adcreuit propter hoc quòd extraneis legata non præstat. & sicut ipse filius impubes plus debet coniunctis personis nomine legatorum etiam ex eo quòd petita contra tabulas extraneis non præstat legata, vt dictum est: ita plus debet dictus impubes & eius substitutus ex eo quòd per bonorum possess. contra tabulas plus ad filium impuberem prędictum peruenit quàm haberet ex institutione, cū postea ex substitutione peruenerunt ad eum tres vnciæ, vt dictū est: per bonorum autem possess. cōtra tabulas peruenerunt sex vnciæ ad eum, vt dictū est: & ita duabus rationibus crescūt legata cōiunctis siue exceptis personis relicta. & idem debet esse contra, scilicet vt quemadmodum portio quæ per bono. possess. cōtra tabu. adcreuit impuberi, auget legata, vt dictū est: ita & portio quę adcreuit impuberi propter bonorum possess. contra tabul. minuat legata coniunctis personis ab impubere relicta: puta quia impubes: sicut dixi in princi. fuit à me institutus ex asse : & per bonorum possess. contra tabulas quam accepit frater suus emancipatus, & à me præteritus, dimidia hereditatis sit ei impuberi ablata. nam pro ea dimidia sibi ablata substitutus eius exoneratur circa legata. & hoc dicit cum. l. sequen. *Viuianus.*

a ¶ *Heredē substituit.* vt *infra de reb. dub. l. qui duos.* licèt singulari numero vsus sit: *vt. j. de leg. j. qui filiabus. §. j.* & ideo de vtriusque portione detrahit Falcidiam: *vt infra eod. l. qui duos.* ¶ Sed contra. *j. ad Treb. l. eum qui.* Solu. hîc totum volebat ad substitutum peruenire : ibi partē. [a] 2. Vel dic vt ibi.

b ¶ *Supremus.* ad[b] hoc *j. de verb. signifi. l. proximus. & l. in vulgari. & vnde cog. l. j. §. proximus.*

c ¶ *Mauiū substituit.* s. vulgariter.

d ¶ *Substituit.* sc. pupillariter.

e ¶ *Adiit.* & sic testatori directò est heres: *vt Institu. de pupillari substitu. in princi.*

f ¶ *Soli.* scil. Mæuio. non autem Titio repudianti: *vt supra eodem. l. qui plures.*

g ¶ *Patris quoque.* vnde cōtinetur substitutus vulgaris. nā verbū quisquis, ad solum Titiū pertinere non[c] potuit, nec[d] ad pauciores quàm duos. sic ergo qui eorum duorū erit heres. ille admittetur: secus tamen si dicam in testamento: quisquis mihi heres erit, det decem illi nam duo cōprehenduntur, i. [e] etiam qui venit ab intestato, non solùm scripti. *vt. j. de codicil. l. si quis.* hic non nisi scripti veniunt: *vt. s. eo. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hac verba. & facit. s. eo. l. v. & . j. eo. l. cum ex filio. §. si.*

h ¶ *Etiam si.* pone impuberē in potestate cōstitutū institutum, & emancipatū puberē præteritū, & extraneū pupillo substitutum, à quo sunt relicta legata, quæ valēt, licèt cōmisso edicto per emancipatum. i. licèt egerit per cōtra tabu. etiā si impubes petierit cōtra tabu. *vt dices. j. l. proxi.* ¶ Et quæro hic, quare rupto testamēto per querelā in totū rumpitur pupillare: *vt. s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed nec.* & non per cōtra tabulas, *vt hic, & . j. l. proxi.* Respon. quia testamentū[f] est de iure ciuili, & querela[g]. (sic vnum[h] potest tollere aliud: *vt Insti. de leg. ag. tu. §. si.*) sed cōtra tabulas est de iure prætorio quod[k] nō tollit testamētū: quia cum prætor[l] non potest facere heredē, multominus desinere: *vt Inst. de bono. possess. §. quos autē.* inde[m] est ꝙ in querela dicitur quæri de viribus testamēti: in cōtra tabu. nō, sed de patris & filij qui agit an sit filius seu pater, vel nō: *vt. s. de inof. testa. l. filio. §. cōtra tabulas.* & differt in alio: quia querela nascitur demū hereditate adita: *vt. C. de inoffi. testa. l. si quis filiū.* sed cōtra tab. etiā prius: *vt. j. de cōtra tabu. l. illud. in fin.* ¶ Et secundū hoc nō ob. *s. e. l. ij. §. j.* quia ibi iure ciuili rūpitur per præteritionem posthumi: *vt. s. de iniust. testa. l. posthumus.* ¶ Itē nō ob. *s. eo. l. is qui.* quia ibi vt indignus repellit, vt ibi dixi.

i ¶ ET *si contra tabulas.* Pater filium puberem emancipatum prępteriit: impuberem in potestate cōstitutum instituit: & ei extraneum substituit: à quo substituto & etiam ab impubere legata reliquit. prępteritus egit contra tab. & sic aperta est via instituto, vt & ipse habeat per contra tabu. tandem in pupillari ætate decessit. quæritur, an teneatur amplius substitutus ad legata? & dicit eum teneri amplius quàm teneretur pupillus: quia hic omnib[9], pupillus

† Substitutio facta vltimo morienti videtur facta omnibus simul morientibus.

† Substitutus vltimo decedēti, vtrique simul morienti, directo succedit.

Ita, postremus dicetur, is post quē nemo est, licet nulli simul sint postremi. Vt hinc etiam quoque colligas, Relatiuum quis vel qui, in pluribus etiam verificari non in vno tantum, idque ex præsumpta volontate defuncti qui voluit in hæreditate vltimi recipere hæreditatem primi. *adde. l. qui duos. j. de rebus dub.*

† Simul quæ fiunt, prius neque posterius habentur.

* Iuxta hanc sententiam videtur iudicasse P. Scipio. Is enim duobus militibus qui simul & eodē tempore murū ascenderant, donauit coronam muralem, quā ei qui primus ascendisset promiserat. Auctor Liu. *lib. 26. ab vrb. cond.*

f co. l. 34. j. ad Trebel.

* Fallitur hic Viuianus, dum putat substitutum impuberis non teneri ad legata relicta extraneis petita bonorū poss. contra tab. tenetur enim ad ea præstāda. proinde speciē facti ex Accursio collige.

a Vide hic Albericum.

b Supremus quis dicitur.

c Imò potest, & quidem ad vnum. *l. si in testamento. §. ij. si quis omissa causa testamenti.* & in ea opinione est Dynus aduersus hanc Gl.

d Quisquis, dictio, requirit ad minimū duos.

e Quisquis mihi hæres erit formula continentur etiā venientes ab intestato.

f Testamētum est iuris ciuilis.

g Querela inofficiosi testamenti est iuris ciuilis.

h Ius ciuile alio iure ciuili tolli potest.

i Bonorum possessio contra tabulas iuris est Prætorij.

k Prætor ius ciuile tollere non potest.

l Hæredem constituere non desinere facit Prætor.

m Querelæ & bonorum possessionis contra tabulas differentia. In querela quęritur de viribus testamenti: in contra tabulas, de his qui agunt.

lis conjunctis tantùm personis: & sic augetur [a] onus legatorum. ¶ Hic[b] alio casu si ponas pupillum esse in vncia vna institutũ, extraneum in.xj. & pupillo substitutum datum, & relicta legata ab vtroque si habeat pupillus contra tabu. commisso sibi edicto per puberẽ præteritum, & sic habeat dimidiam hereditatis: pro ea rata dabit substitutus legata, non pro vncia tantùm: & hoc omnibus. nam & pupillus teneretur vt pro vnciis, non pro vna tantùm: sed solummodo conjunctis. ¶ Ecõtra[c] decrescit onus legatorum si ponas pupillum in assem institutum, & per puberem agentem contra tab. ablatum ei dimidium. nam pro dimidia dabuntur legata, non pro asse, sed à substituto omnibus à pupillo conjunctis. & probantur etiam hæc. j. *de lega. præ. l. filium quis. & de lega. iij. l. fina. §. fin. & de contra tabu. l. non putauit. §. fi.* ¶ In exheredato pupillo ponere nõ potes: (tum quia[d] non habet cõtra tabu. *vt. j. de contra tabul. l. non putauit. in prin.* tũ quia [e] à substituto eius legari non posset: *vt. j. de lega. j. l. ab exheredato. j. respon.* Sed quidam dicunt, quòd in eo potest poni, si modo per præteritum committatur edictum, *per eãdem l. j. de lega. j. ij. respon.* Sed certè de substituto instituti nõ exheredati ibi dicit.) Itẽ nec de præterito pupillo potest dicere: quia non potest reliqui ab eius substituto. *argu. Cod. de leg. cum quidam.* licet ei posset dari contra tab. *vt Cod. de lib. præte. l. maximum. & adde quod not. supra. l. proxi. in fin.* Accursius.

[a] Substitutus tenetur omnibus præstare legata, vbi pupillus non tenetur nisi conjunctis personis & non vicissim. *l. qui fundũ. § qui filium. j. ad l. Falcidiam. l. filium. j. de legat. præstand.*

[b] Legata debentur à pupillo omnibus, pro vncia quã habet ex voluntate defuncti: pro vnciis adcrescẽtibus, conjũctis tantum personis debentur.

[c] Legata, propterea quòd.

[e] Propositũ in proposito id operatur quod oppositum in opposito.

[d] Exhæredato non datur bonorũ possessio contra tabulas.

[e] Exhæredati substituto non potest substitui.

petita sit à pupillo[a] bonorũ possessio, in substitutũ tamen eius[b] actionem legati[c] dandam esse, ita vt augeatur* præterea: quòd[d] filius extraneis[e] non debuerit. ¶ Sic & crescere à substituto data legata, si per bonorum possessionem plus ad filium peruenisset: quẽadmodum & ipse filius plus exceptis[f] deberet. ¶ His cõsequens esse existimo, vt si impubes ex asse heres scriptus sit, & per bonorum possessionem semis ei ablatus sit, substitutus in partem legati nomine exoneretur: vt quemadmodũ portio quæ per bonorum possessionem accesserit, auget legata: ita & hic[g] quæ abscesserit, minuat.

Licitum est testanti facere tot gradus substitutionum quot vult, & plures possunt substitui in locum vnius, & econtra. & si substituatur nouissimo morienti, videtur testator voluisse inter omnes conseruare ius legitimarum hereditatum, vel successionum ab intestato. h. d. cum. l. seq. Alexander.

XXXVI. MARCIANVS *lib. 4. Institutionum.*

POtest[h] quis in testamento plures gradus heredũ facere: puta, *Si ille heres nõ erit, ille heres esto*: & deinceps plures: vt nouissimo loco in subsidiũ vel seruum necessarium heredẽ instituat. 1. ¶ Et vel plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singulis singuli, vel inuicem ipsi qui heredes instituti sunt.

XXXVII. FLORENTINVS *libro decimo institutionum.*

VEl singulis liberis, † [vel] qui eorum nouissimus morietur, heres substitui potest. Singulis, si neminem eorum intestatò decedere velit. Nouissimo. si ius legitimarum[i] hereditatium integrum inter eos custodiri velit.

Potest quis omnibus liberis substituere, vel parti eorum, aut nulli, aut ad tempus totum pupillaris ætatis, vel ad partem eius. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS *libro singulari de secundis tabulis.*

QVi plures liberos habet, potest quibusdam substituere, neque vtique necesse habet omnib:[k] sicuti potest nulli substituere. 1. ¶ Ergo & ad breue[l] tẽpus ætatis substituere potest, vtputa: *Si filius meus intra annum decimũ decesserit, Titius ei heres esto.* 2. ¶ Itaque & si diuersos substituat post finem[m] ætatis admittendum erit: veluti, *Si intra decimum annum decesserit. Titius heres esto. si post decimum, intra quartumdecimũ, Mæuius heres esto.*

Aditione facta à coacto ex Trebelliano confirmantur tabulæ pupillares. Bartolus.

a ¶ *A pupillo.* instituto, alio committente edictum.

b ¶ *Eius.* impuberis.

c ¶ *Legati.* relicti in substitutione: *vt. s. l. proxi. in fi. & infra de le. præst. l. filium. §. quod si impubes.* sed relicta pupillo dabit *sicut dicitur. j. de leg. iij. l. fin. §. fin.* Nec ob. *Insti. de pup. subst. § liberis* quia ibi iure ciuili annullatur: *vt ibi no. & s. l. proxi.* vnde non valet substitutio ibi.

d ¶ *Quòd.* i. quia.

e ¶ *Extraneis.* sed parentibus. *Azo. ad quod. j. de legatis. ij. cũ patronus.* substitutus autem omnibus etiam extraneis.

f ¶ *Exceptis.* nõ aliis, sed substitutis omnibus, si ab eo sunt relicta: *vt. j. de leg. præst. l. filiũ.* Et est ratio, quia substitutus [f] in totũ quod succedit, volũtate testatoris succedit. *Azo.* Quę autẽ sunt personę exceptæ, habes. *j. de lega. præst. l. j. & ij. & C. de contra tab. l. j.*

g ¶ *Ita & hic.* Contrariorum[g] eadem est ratio. *sic. j. ad leg. Fal. l. si heres institutus. & s. mandati. l. si mandato. §. quotiens. & Instit. de contrahen. empt. §. cum autem.* ¶ Sed arg. contra. *s. de nego. gest. l. si quis negotia. & de procura. l. qui proprio. §. vsque adeo. & §. item contra. & facit ad. l. j. de lega. j. l. si heres. & de conditio. & demonstratio. l. Plautius.*

[f] Substitutus volũtate testatoris succedit.

[g] Contrariorũ eadẽ est ratio.

POtest.] CASVS. Faciens testamentum potest facere plures gradus heredum hoc modo: Instituo mihi heredem Titium: & si Titius heres non erit, Seius heres esto. & si Seius heres non erit, Mæuius heres esto. & sic deinceps. & vltimo substituto potest substituere seruum suum, vt sit heres necessarius. Item potest substituere plures in locum vnius: & in locum pluriũ potest substituere vnum. Item potest substituere cuilibet de institutis alium extraneum dãdo cuilibet suum substitutum extraneum. Itẽ heredes institutos potest adinuicem substituere. Item si habet duos filios pone impuberes, potest dare substitutum cuilibet eorum per se: & tunc si vnus eorũ filiorum decedat, habebit substitutus eius partem mortui: & ita non decedit nunc ab intestato dictus filius: quia pater eius dicitur ei fecisse testamentum substituendo ei. & idem erit in alio filio postea decedẽte. Item potest substituere illi soli de dictis filiis qui vltimò moreretur: & tunc si vnus decedit, alter succedit ei iure legitimo, id est ab intestato. & si alter postea decedat, substitutus eius habebit vtrinque hereditatem ex substitutione. hoc dicit cum l. seque. Viuianus.

h ¶ *Potest.* vt[a] *Insti. de vulga. subst. in prin.*

i VEl singulis.] Legitimarũ. sic *Insti. eod. §. vel singulis. & C. eod. l. penul.* Sed contra[b] *j. de lega. ij. l. Titia Seio. §. Seio.* vbi per fideicommissum videtur eos inuicem rogare, non ius ab intestato reseruare. Sol. ibi.

QVi plures.] CASVS. Si habeo quatuor filios, & eos heredes instituo: possum substituere duobus, & aliis duobus nullum dare substitutum. nam & possum ita eos instituere, vt nulli eorum substituã. & si possum deminuere numerũ illorũ quibus substituo, vt dictũ est: ergo si impuberes sunt possum deminuere cum eis substituo pupillariter, tempus quod solet poni in pupillari ætate vel substitutione, hoc modo: si Seius filius meus heres mihi extiterit, & intra decimum annum decesserit, Titius ei heres esto: cũ in pupillari substitutione soleat poni tẽpus. xiiij. an. Item & ita possum substituere: Si Seius filius meus heres mihi extiterit, & intra decimum annũ decesserit, Titius sit ei heres. si autem post decimum annum decesserit dictus filius meus, intra tamen. xiiij. annum, Mæuius heres esto. [EI SI PATRE.] Titius instituit sibi heredem Seium filium suum impuberem, & rogauit eum per fideicõmissum, vt si in pupillari decederet ætate, restitueret hereditatẽ Gaio. & postea dedit pone tutorem filio suo Sempronium: & decessit dictus Titius. nũc dictus Seius filius eius & tutor Seij nolebant hereditatẽ adire: vnde Gaius fecit eos cogi vt adirent, & adiuerũt. Postea in pupillari ætate decessit dictus Seius. nunquid ex dictis secũdis tabulis pertinebit hereditas ad Gaium fideicõmissarium, vel debebit ei restitui? Et videtur quòd non: quia testamẽtum Titij patris Seij prædicti fuit iure ciuili destitutũ, ideo quia Seius adire noluit, & per consequens secundæ tabulæ. vnde quamuis per coactionem resuscitetur principale testamentum: non tamen videtur debere resuscitari secundas tabulas: licet resuscitẽtur legata & fideicommissa specialia in principali testamento relicta. & hoc quidam dixerunt: sed certè malè dixerunt: quia bene debent resuscitari secũdæ tabulæ resuscitato principali testamento: quia sunt pars principalis testamenti. *Viuianus.*

k ¶ *Omnibus.* substituere. Accur.

l ¶ *Ergo & ad breue.* quia abbreuiare potest numerum: ergo[c] & tempus. *sic. s. de iudi. l. nonnunquam, & facit. j. eod. l. ex facto. §. item quæro. & supra eod. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari. & l. verbis. & infra de mili. testamen. l. miles ita. §. j. de secund. tabu. l. ij. § si primus.*

m ¶ *Finem ætatis.* i. decem annorum.

† Vide quę scripsit in hunc locum Viglius in §. vel singulis. de pupil. substit. Instit. lib. 2.

[a] Gradus plures heredũ facere quis in testamento potest, vt & potest substituere singulis liberis vel vltimo morienti.

[b] Substituens vltimo morienti, nõ videtur filios inuicem substituere. Verum id ibi non accidit, quod vltimus substitutus sit extraneus, testator, sed quod prohibuerit alienari fundum: ideo videtur fideicõmissum inuicem relictũ. Dynus aliter soluit quę vide apud Bart. hic.

[c] Argumẽtum de persona ad tempus, valet, secundum Bar. Pau. Alex. & Ias. *vt. l. videamus. §. pen. s. de in litem iurando.* vt & alibi de tempore ad res. *l. miles ita. §. & quia diximus. j. de militari.* & de tempore ad locũ. *l. quoties in diem. j. de ver. oblig. l. vim. s. si certum. l. si res. s. de tritic aria.*

Infort.

a ¶*Si à patre institutus.* filius, per hoc quod dicit patre, & impubes. Accursius.
b ¶*Restituere.* si decesserit in pupillari ætate.
c ¶*Fideicommisso.* aliàs commisso: aliàs commissario.
d ¶*Confirmentur.* valebant [a] enim vtpote filio herede ipso iure: *vt Insti. de here. qua & dif. §. sui.* sed per aditionem accepit effectum [b] quasi [c] heres contrahat: *vt infra ex quib. cau. in pos. ea. l. ij. in fin.*

a Displicet Dy. & Bar. ideo dic quod filio instituto fuit datus cohæres extraneus, qui cohæres partem suã postea repudiauit, *secundum Dy. Bar. Bald. Imo. Alex. Are. & Ias.*
b Displicet omnibus, dẽpto Pau.
c Aditione hæres videtur quasi cõtrahere cũ legatariis.
d Repudiare videtur qui nõ sponte sed coactus adit.

3. Si à patre institutus, [a] rogatúsque hereditatem restituere, [b] coactus ex fideicommissario [c] adierit: quamuis cætera quæ in eodem testamento relicta sunt, per eam aditionem confirmentur, [d] vt legata & libertates: secundas tamen tabulas [e] non oportere resuscitari destituto [f] iam iure ciuili testamento, Quintus Ceruidius Scęuola noster dicebat. sed plerique in diuersa sunt opinione: [g] quia & pupillares tabulæ pars sunt [h] prioris testamenti. quo iure vtimur.

e ¶*Tabulas.* in quibus rogatus fuerit restituere.
f ¶*Destituto.* cum sua voluntate spontanea non adiit. *Azo.* per [d] quod videtur repudiare: *vt Inst. de here. qua. & diff. §. fin.*
g ¶*Opinione.* & bene: *vt infra ad Trebell. l. nam quod. §. si quis. & l. apud Iulianum. §. j. & infra si quis omiss. cau. test. l. si quis omissa.*
h ¶*Pars sunt.* vt *Insti. eo. §. liberis.*

Filio impuberi emancipato non potest pupillariter substitui: sed potest eius institutio omitti: & per fideicommissum sibi in tempus pubertatis relinqui: quod importabit tantumdem quantum substitutio pupillaris. Bartolus.

XXXIX. IAVOLENVS *libro primo ex posterioribus Labeonis.*

CVm ex filio quis duos nepotes impuberes habebat: † sed alterum eorum in potestate, alterum non: & vellet vtrumque ex ęquis partibus heredem habere: [i] & si quis ex his impubes decessisset, ad alterum partem [k] eius transferre: ex consilio [l] Labeonis, Ofilij, Cascellij, Trebatij eum quem in potestate habebat, solum heredem fecit: & ab eo alteri [m] dimidiam partem hereditatis, cum in suam tutelam [n] venisset, legauit. quòd si is qui in potestate sua esset, impubes decessisset, alterum heredem ei substituit. [o]

† habere.

CVm ex filio.] CASVS. Titius habebat duos nepotes ex filio suo mortuo: vnus quorum erat in dicti Titij potestate, alius non. & volebat quemlibet pro dimidia instituere: & adinuicem pupillariter eos substituere. tamen ei qui non erat in sua potestate, non poterat pupillariter substituere: alij autem sic. quæritur, quid habet facere Titius vt habeat dictũ suum propositum? & certè debet instituere heredem solum suum nepotem illum quem habet in potestate: & ab eo legare alij qui non est in potestate sua, dimidiam hereditatis cùm fuerit factus pubes nepos prædictus qui nõ est in potestate. & econtra debet illũ nepotem qui non est in potestate, substituere pupillariter illi nepoti qui est in potestate. & ita faciendo idem cõsequetur testator ac si inter eos pupillarẽ substitutionẽ fecisset posito quod valeret substitutio pupillaris inter eos, quæ quidem non valet in persona nepotis in potestate non existentis, vt dictum est. nã moriẽte in pupillari ætate nepote in potestate cõstituto, habebit sine dubio ex pupillari substitutione totam hereditatem nepos non cõstitutus in potestate: & econtra moriente in pupillari ætate nepote nõ cõstituto in potestate, retinebit sibi totã hereditatẽ nepos in potestate cõstitutus, in qua tota ipse fuit institutus, vt dictum est. nam non fuit grauatus nomine legati dare dimidiã hereditatis nepoti non constituto in potestate, nisi cũ nepos non constitutus in potestate esset pubes, vt dictum est ipse autẽ decessit in pupillari ætate, & sic amplius pubes effici non potest. & hoc consilium testatori dederunt quatuor Iuriscõsulti, scilicet Labeo & Ofilius & Cascellius & Trebatius. [FILIO IMPVBERI.] Filium meũ impuberem mihi heredem institui: & ita ei substitui, Titius sit mihi heres si mihi nullus meus filius fuerit heres. Sei° autẽ sit mihi heres si dictus meus filius impubes heres mihi erit, & impubes mortuus fuerit. & decessit. modò quęritur, nunquid valeat substitutio? Et dicitur quòd sic. filio enim impuberi in singulas causas aliũ & alium heredes substituere possumus. [QVIDAM] Ita dixi in testamento meo: Instituo mihi heredes Titium & Seium. & ita cõiunxi eos re & verbis. & Seio substituo primum. Titio autem nullum substitutũ dedi. postea ita dixi, Instituo mihi heredes similiter Gaium & Sempronium, & Gaio substituo secundum, & Sempronio substituo tertium. me adhuc viuẽte decessit dictus Titius & Seius: postea ego decessi: & sic partem dicti Seij debet habere primus eidẽ Seio substitutus: modò quæritur, ad quẽ debeat pertinere pars Titij cui nemo erat substitutus, vtrum ad dictum primum substitutum Seij, an verò ad Gaium & Sempronium coheredes dicti Titij? Et dicitur quòd debet pertinere ad substitutum Seij. nã Seius erat coniunctus Titio, vt dictum est. vnde sicut partem Seij habet substitutus eiusdem Seij, ita & habere debet partem Titij Seio coniuncti, iure adcrescendi. *Vinianus.*

i ¶*Heredem habere.* hic auus desiderabat vt quicunque eorum decederet impubes, solida eius dimidia perueniret ad alium: quod facilè [a] erat sibi disponere in eo qui in ipsius aui potestate erat. sed in emancipato durum videbatur: cùm ei pupillariter alium substituere non posset. ¶ Item si rogauit eum per fideicommissum saltem quartam transmittat ad eum qui in proximiori gradu esset quàm frater, si impubes decederet, vt est mater defuncti impuberis: quare horum quatuor sapientium consilio est testatus auus, vt filio quem in potestate habebat, emancipatum pupillariter substitueret: & emancipato si ad. xiiij. annum peruenerit, dimidiam cum fructibus legauit idem si nihil dictum fuisset de fructibus: *vt. ĩ. de vsur. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius.* hic emancipatus si ante xiiij. ætatis an. decedat, ad heredem nil transmittit: cum conditionale legatum sit: *vt infra de legatis. ij. l. si cui.* nec querelam inoffic. intendere potest, cum plenè erant ei omnia restituenda: *vt Cod. de inofficios. testam. l. si pater.* ¶ Sed hodie [b] puto contra: *vt Cod. de inof. testa. l. quoniam. Azo. & in Auth. de trien. & se. §. prohibemus. col. iij.* ¶ Item quæro, si hic [c] cui dimidia pars hereditatis relicta est, pro parte præstet legata. Resp. secundum Ir. quòd sic: *vt. ĩ. de mili. testa. l. militis codicillis. in prin.* sed & onus æris alieni pro parte subibit: *arg. ĩ. de leg. j. l. ab omnibus §. fin. & . ĩ. de leg. ij. l. cum filius. §. Lucio.* ¶ Sed arg. contra, ĩ. *ad Trebel. l. mulier. §. si.* 2. Vel verius dic vt no. ĩ. *de leg. j. l. non amplius. §. fin.*

a Hęc Gl. sustinetur hic per Imo. Alexan. & Ia. quamuis displiceat Bal.

Expressum facit cessare tacitum. Bartolus.

1. ¶ Filio impuberi † in singulas causas [p] alium & alium heredem substituere possumus: veluti vt alius [q] si sibi nullus filius fuerit, [r] & alius, [s] si filius fuerit & impubes mortuus fuerit, heres sit.

† Expressum facit cessare tacitum: *vt hic: quod limitabis per. l. non rectè. C. de fideicommiss.* vt non procedat quando tacitè insunt: quia illo casu nõ tantum non facit tacitum cessare, imò eorum expressio nihil operatur. *de quo vide in. l. 2. & ibi Dyn. ĩ. de lega. 2.*

Ius adcrescendi transit ad illum ad quem transit portio iure substitutionis. Bartolus.

2. ¶ Quidã quatuor heredes fecerat, & omnib. heredib. præter vnum substituerat. vnus ille [t] cui nõ erat quisquã substitutus, & ex cæteris alter viuo patrefamilias decesserat. Partẽ cui nemo erat substitut°, ad substitutũ quoque [u] pertinere Ofilius Cascellus responderunt [x]. quorum

b Hæc Gl. quamuis hic approbatur per Bald. & Imol. displicet tamen Bar. Ang. Alexand. Alb. & Ia.
c Is cui legatur dimidia hæreditatis, tenetur ad onera debitorũ, creditorum, legatorũ. *adde. l. si quis sernum in fi. cũ. l. sequenti. j. de legat. 2.*

k ¶*Partem eius.* totam, & insolidum. Azo.
l ¶*Consilio.* modo respondet.
m ¶*Alteri.* s. emancipato. *Azo.*
n ¶*Tutelam* intra. xxv. annum, secundum quosdam. *arg. C. de his qui ve. æta. impe. l. fin.* Sed [d] dic ad. xiiij. annum: *vt. ĩ. de lega. ij. l. cũ filio.* 2. Alij dicunt, i. sui iuris: & nepos erat in potestate patris sui, cui auus non vult quæri.
o ¶*Substituit.* pupillariter, & sic nulla quarta retinetur: *vt. C. de inoffi. test. l. ex tribus.*
p ¶*In singulas causas.* i. in vulgarem casum vnum, & in pupillarem alium. Azo.
q ¶*Alius.* puta Titius. H.
r ¶*Fuerit heres.* aliàs non habetur heres, sed intelligitur. H.
s ¶*Et alius.* puta Sempronius. H. ¶ Et no. quòd hoc [e] casu vulgaris substitutio non concipit pupillarem, nec pupillaris vulgarem. alioquin non esset alius & alius in diuersis casibus substitutus, sed ambo in vtroque *secundum Ioan.* quod lex ista prohibet. *Azo. sic ĩ. eo. l. iam hoc iure. in fin.*
t ¶*Vnus ille.* aliàs vnus ex illis, sc. heredibus, ille. s. cui, &c.
u ¶*Quoque.* non solum ad duos heredes qui supersunt. hic enim substitutus [f] directò testatori est heres: *vt. ĩ. eod. l. ex duobus. §. filium.*
x ¶*Responderunt.* Sed hic extraneus non fuit ei qui decessit, nec re nec verbis coniunctus: cur ergo iure accessionis aliquid habet? Respon. ideo [g] quia ille cui fuit substitutus, cõiunctus fuit. ADDITIO. Dic idem si non esset: quia inter heredes disiunctos est locus iuri adcrescendi. *Bartolus. Paulus. & Alexander.*

d Hæc cautio. Cum in suã tutelã venerit succedit in locum pupillaris substitutionis, ideòque nõ extẽditur nisi ad xiiij. vsque annum.
e Substitutio vulgaris interdum non concipit pupillarẽ nec pupillaris vulgarem.
f Substitutus directò testatori est hæres.
g Ius adcrescendi trãsit ad eũ ad quem iure substitutionis portio comuniti transit.

Causa.]

sententia vera est.

Substitutus impuberi qui se postea dedit arrogandum, habet vtiles actiones si postea impubes decedit. Bartolus.

XL. PAPINIANVS *libro vicesimonono Quæstionum.*

CAusa † cognita impubes [a] adrogatus, decesserat. Quemadmodum [b] legitimis heredibus [c] auctoritate principali prospicitur vinculo cautionis: ita si fortè substituit naturalis [d] pater impuberi, succurrendum erit substituto. [e] nam & legitimis heredibus futuris non aliæ quàm vtiles actiones præstari possunt.

Substitutus ei qui est substitutus coheredi suo, vtroque defuncto vocatur in vtriusque portionem. Bartolus.

XLI. IDEM *libro sexto Responsorum.*

COheredi [f] substitutus, [g] prius quàm hereditatem adiret, [h] aut conditio substitutionis existeret, [i] vita decessit. [k] Ad substitutum [l] eius, siue ante substitutionem, [m] siue postea substitutus [n] sit, vtraque portio [o] pertinebit: nec † interest, prior substitutus post institutum, an ante decedat.

I. ¶ Ex his verbis, *Eósque inuicem substituo*: non adeuntis [p] portio scriptis heredibus pro modo sibi [q] vel alij [r] quæsitæ [s] portionis defertur.

Iste.§.ponit sex notabiles casus: vt patet ad literam. Bartolus.

CAusa.] CASVS. Filium meum impuberem institui mihi heredem: & ei pupillariter Titium substitui. & postea decessi. venit postea Seius, & causa cognita eum impuberem adrogauit: quia monstratum fuit iudici causam adrogationis honestam esse, & impuberi expedire. certè Seius adrogator debet cauere tabellario publico si intra pubertatem impubes decesserit, restituturum se bona illis qui ad successionem impuberis venturi essent, si adrogatio non fuisset facta. & hoc casu per istud vinculum cautionis non solùm legitimis heredib. impuberis prospicitur, sed etiam Titio ei substituto. quibusdam tamen videbatur non debere prospici ita substituto sicut legitimis per dictam cautionem: quia per adrogationem ruptum est testamentum pupillare: & ita substitutus amodò est extraneus impuberi. legitimi autem non efficiũtur propter hoc extranei. sed certè ipsi malè dicunt: quia eiusdem conditionis sunt in hoc casu legitimi, quo est substitutus, si dicta cautio non esset interposita. nam sicut substitutus non admitteretur rupto pupillari testamento per adrogationem: ita nec legitimi admitterentur patre adoptante bona impuberis peculij iure occupante. Interposita ergo cautione prædicta substituto similiter vt legitimis prouisum est, sc. vt sicut legitimi habent vtiles actiones ex dicta cautione, ita & habeat substitutus. &. h. d. l. licèt per pauca verba. *Viuianus.*

l.1.§.33.ad Treb.

a ¶ *Causa cognita impubes.* demum [a] causa cognita adrogatur: & sunt causæ. s. *de adop. l. nec ei. §. eorum vsque in fin.* & inter cætera cauet seruo publico de restituendis bonis adrogati illis personis quæ erant habituræ si adrogatio facta non esset: & sic legitimis & aliis prouidetur: *vt hic & s. de adop. l. nec ei. §. fin. & l. non aliter. & l. his verbis & l. seq. & Instit. de ado. §. cum autem.*

a Adrogatio quibus, ex causis & qua solennitate fieri debet.

b ¶ *Quemadmodum.* i. sicut.

c ¶ *Heredibus.* adrogatis.

d ¶ *Naturalis.* & legitimus.

e ¶ *Substituto.* Contra adrogatorem qui forte [b] est heres, sed restituit. Nam rumpuntur [c] secundæ tabulæ: *vt. d. l. nec ei. §. j.* Succurritur ergo hoc casu his personis vt vtiles habeãt actiones. nec enim possunt habere directas: quia iure isto nullum [d] habet heredẽ qui in alterius potestate moritur, nisi filius esset habens castrense, faciens testamentum: aliter non. Secus autem esset iure Auth. *vt in Auth. de here. quæ ab intesta. §. ij. coll. ix.*

b Imò adrogator non est hæres adrogati, sed diuersum genus adquisitionis. *Instit. de adqui. per adrogat.*

c Subaudi, stricto iure.

d Testamentum ingressi religionem valere, si relinquat parentibus legitimam, hinc colligunt, *Bart. in au. l. si qua mulier. impu. col. in fi. C. de sacrosan. eccl. & ibid. Bal.*

COheredi.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Mæuium: & dictum Mæuium substitui Titio coheredi suo, & eidem Mæuio substitui Semproniũ: & postea decessi. postea decessit dictus Mæuius antequam pro sua parte hereditatem meam adiret, vel antequam existeret conditio substitutionis per repudiationẽ Titij coheredis sui. & postea repudiauit Titius: sicq; extitit cõditio substitutionis per quã fuit substitutus Mæuius Titio. certè ad dictum Sempronium substitutum Mæuij pertinebit vtraque portio hereditatis, id est portio Titij, & portio Mæuij: & hoc siue ante substitutionem qua fuit substitutus Mæuio Titio coheredi suo, substitutus fuit Sempronius Mæuio, siue postea. nec facio vim vtrũ Mæuius primo loco substitutus Titio decedat post dictum Titium institutum: an verò decedat ante eum: quia semper existente cõditione substitutionis qua Mæuius fuit substitutus Titio, habebit Sempronius substitutus Mæuij partem Titij, & partem Mæuij. [EX HIS VERBIS.] Institui mihi heredem Titium in tribus vnciis hereditatis meæ, & Seium in. iiij. & Stichum seruum Sempronij in. v. & postea ita dixi in dicto testamento meo: eósq; inuicem substituo. & postea decessi. postea Titius in tribus vnciis institutus renuit pro sua parte adire. certè tres suæ vnciæ, in quibus eum institui, deferuntur Seio in quatuor vnc. instituto, & Sticho seruo Sempronij in. v. vnc. instituto quæ. v. vnciæ fuerunt acquisitæ Sempronio per dictum Stichũ, & deferuntur eis pro modo quæsitæ portionis hereditatis meæ. i. pro ea parte pro qua eos institui. institui autem Seium in quatuor vnciis, & Stichum in. v. vt dictum est. *Vivia.*

f ¶ *Coheredi.* duo fuerunt instituti, Titius & Mæuius, Titio quoque substitutus fuit coheres suus, id est Mæuius. Mæuio quoque substitutus fuit Seius. secundum Ro. dic ergo coheredi, scilicet Titio. Accursius.

g ¶ *Substitutus.* s. Mæuius.

h ¶ *Adiret.* Mæuius ex institutione scilicet: aliàs extincta esset vulgaris: *vt. C. eo. l. post aditam.*

i ¶ *Existeret.* sci. prius quam hereditatem repudiet Titius.

k ¶ *Vita decessit.* Mæuius institutus, idémque coheres substitutus eius. Accur.

l ¶ *Ad substitutum* [a] *eius.* Mæuij, scilicet Seium.

m ¶ *Ante substitutionem.* primi substituti. Ro.

n ¶ *Substitutus.* scilic. Seius.

o ¶ *Vtraque portio.* cũ vterque decessit antequã hereditatẽ adiret. *& facit Institu. eod. §. sed si instituto heredi. & s. eo. l. si Titius cohered.* ¶ Nec obst. cõtra. j. *eod. l. qui habebat:* [b] *vt ibi not.*

p ¶ *Non adeuntis.* i. [c] repudiantis. Accur.

a Substitutus substituti cohæredis, in vtriusq; portionẽ videtur esse substitutus.

† Ordinẽ verborum non attendit, sed effectum.

b Quia ibi deficit cõditio in persona instituti, hic non. secundũ Alex.

c Non adire, i. repudiare.

q ¶ *Sibi.* s. repudianti. *Accur.*

r ¶ *Vel alij.* puta domino repudiantis.

s ¶ *Quæsitæ.* i. quærendæ. nec enim plus confertur quàm competeret repudianti. 2. Vel dic sibi. s. coheredibus substitutis. & tunc concor. *vt. s. eod. l. qui liberis. in fin. & l. si in testamento.* ¶ Sed in id quod dicit alij: videtur vocari dominus serui instituti ex substitutione. & sic est contra. *s. eo. l. qui liberis. §. hac verba.* Sed dices seruum remansisse eius: *vt. s. eo. cum filio. in fine.*

Cum filio.] CASVS. Ad euidentiam huius. §. nota quòd adhoc vt pater vel alius parens possit pupillariter substituere filio vel filiæ vel nepoti vel nepti, necesse est quòd eos habeat in potestate, & aliàs non valet substitutio: *vt supra eo. l. ij. §. j. & Institu. de pupil. substi in prin.* quibus autem temporibus debeat eos habere in potestate, sicque valeat tunc substitutio, dicit hic. §. pone ergo quòd Sempronius instituit sibi heredem filium suum impuberem vel filiam qui vel quæ erat in sua potestate tempore testamenti, uel instituit sibi heredem nepotem ex filio mortuo, qui nepos tenebat locum patris sui tempore testamenti dicti Sempronij sui aui, & eodem tempore erat in potestate dicti sui aui, vel instituit sibi heredem nepotem nasciturum ex vxore filij sui mortui & substituit dicto filio vel filiæ, vel dicto nepoti nato vel nascituro Seium pupillariter. & sicut pono exemplum in substitutione filij, ita intelligas in omnibus prædictis. & hoc modo dixit Sempronius: instituo mihi filium meum impuberem heredem: & si heres non extiterit, vel extiterit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Seium. postea dictus Sempronius emancipauit dictum impuberẽ, & decessit dictus Sempronius: & sic tempore mortis suæ non inuenitur in eius potestate dictus impubes: & postea in pupillari ætate decessit dictus impubes. modò quæritur, quis veniat ad hereditatem, vtrum Seius ei substitutus, an verò legitimus impuberis heres? Et dicitur quòd legitimus heres impuberis, & non substitutus: quia dicta pupillaris substitutio est ex eo irrita facta, quia dictus impubes exiuerit de potestate Sempronij patris sui ante mortem eiusdem Sempronij. Ad hoc enim vt stet firma substitutio pupillaris, necesse est quòd impubes sit in potestate patris substitutionem facientis tempore testamenti, & tẽpore mortis ipsius patris. & hoc in prima parte vsque illuc, Quòd si heredem, &c. ¶ Secundò dicit, pone (retento eodem casu) quòd dictus Sempronius pater impuberis rogauit per fideicommissum dictum Seium quem substituerat pupillariter filio suo, quòd hereditatem suam Sempronij restitueret Titio si impubes in pupillari ætate diem suũ obierit: & postea dicta substitutio Seij est facta irrita eo modo qui dictus est supra. & sic hereditas Sempronij & etiam impuberis peruenit ad legitimũ impuberis heredem, vt dictũ est. Nũquid tenebit dictus legitimus heres filij impuberis restituere hereditatem Sempronij patris Titio prædicto, quãuis ipse legitimus non fuerit rogatus de restituendo Titio, sed solummodo substitutus impuberis fuit rogatus vt dictũ est? Et dicitur quòd sic, detrahet tamen quartam Trebellianicam de dicta hereditate patris. &

2. ¶Cum † filię, vel nepoti qui locum filij tenuit, [a] aut post testametum cœpit tenere, [b] parens substituit: [c] si quis ex his [d] mortis [e] quoque tempore non fuit in familia, [f] substitutio pupillaris fit irrita. 3. ¶Quòd si heredem filium [g] pater rogauerit, [h] si impubes [i] diem suum obierit, Titio hereditatem suam restituere: † [k] legitimum [l] heredem filij salua † Falcidia [m] cogendum patris hereditatem, vt † ab impubere fideicommisso [n] post mortem eius [o] dato, [p] restituere [q] placuit. Nec aliud [r] seruandum, cum † substitutionis conditio puberem ætatem verbis precariis † egreditur. [s] Quæ ita † locum habebunt, si † patris testamentum iure valuit. alioquin si non valuit, [t] ea scriptura quam testamentum esse voluit, codicillos nõ faciet, nisi † hoc expressum est: nec † fideicommisso propriæ facultates filij tenebuntur. [u] Et ideo [x] si pater filium exheredauerit † & ei nihil reliquerit: nullum [y] fideicõmissum erit alioquin si legata vel fideicommissa filius acceperit, intra modũ eorum fideicommissum hereditatis à filio datum, citra † Falcidiæ rationem debebitur. [z]

ita tenetur dictus legitimus dare Titio dictum fideicommissum vniuersale, sicut tenetur dare fideicommissum speciale relictum ab impubere post mortem eius impuberis. & hoc in secũda vsque illuc, nec aliud, &c. ¶Tertiò dicit, pone quòd dictus Sempronius non substituit Seiũ filio suo pupillariter: sed vulgariter hoc modo: Instituo filiũ meũ impuberem mihi heredem, & rogo eum quòd restituat Seio hereditatem meam: & quandocunque decesserit ipse impubes, siue intra pubertatem, siue post, rogo Seium prædictum substitutum vt hereditatem meam restituat Titio per fideicommissum quandocunque dictus impubes diem suum obierit. & si hereditas ex substitutione ad dictum Seium peruenerit, & postea dictus Sempronius decessit: & aliquo casu factum est quòd dicta substitutio irrita facta fuit, puta quia Seius substitutus fuit deportatus: & postea dictus impubes quandocunque decessit: & sic hereditas deuenit ad legitimum eius heredem: nunquid legitimus heres tenebitur præstare & restituere hereditatem patris dicto Titio: quamuis de hoc rogatus non fuerit à Sempronio? Et dicitur quòd sic, detracta tamen quarta, sicut cogeretur dictus legitimus dare Titio fideicom. speciale relictum Titio ab impubere post mortem eius impuberis. & hoc in tertia vsque illuc: quæ ita locum, &c. ¶Quartò dicit, ea quæ dicta sunt in secunda & tertia parte huius. §. scilicet quòd legitimus heres impuberis teneatur ad restituendam patris hereditatem Titio, vel teneatur dare eidem Titio fideicommissum speciale relictum eidem Titio ab impubere prædicto, ita demum vera sunt, & locum habebunt, si testamentum Sempronij prædicti patris impuberis valuit de iure. si autem non valuit, puta quia non fuerunt ibi septem testes, sed pone tantùm quinque, qui quinque testes sufficiunt in codicillis: non tenebitur dictus legitimus ad prædicta: quia dicta scriptura quam voluit Sempronius valere vt testamentum, & quæ non valuit vt testamentum, vt dictum est, non valebit tanquam sint codicilli: quia hoc testator non expressit, vt valeret iure codicillorum, si non posset valere iure testamẽti. Si autem hoc expressisset testator, bene valeret vt codicilli: & bene tenetur legitimus ad prædicta. & hoc vsque illuc: nec fideicommisso. &c.

¶Quintò dicit: quamuis dictum sit supra in secundo & tertio dicto huius. §. quòd legitimus heres impuberis tenetur restituere Titio hereditatem Sempronij patris impuberis: tamen propriæ facultates filij impuberis quas habuit aliunde quàm à patre, non tenebuntur fideicommisso Titio relicto per dictum Sempronium impuberis patrem id est, dictus legitimus heres impuberis non tenebitur eas præstare ex dicto fideicommisso prædicto Titio. vnde euenit quòd si dictus Sempronius exheredauit dictum filium suum impuberem, & nihil iure legati ei reliquit: & eidem substituit dictum Seium: & postea rogauit dictum Seium substitutum quòd hereditatem impuberis exheredati restitueret Titio si impubes in pupillari ætate decesserit, vel si quandocunque decesserit: & postea substitutio irritetur vno de his modis qui dicti sunt supra: sicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis heredem: non tenebitur legitimus præstare dictas facultates ex fideicommisso Titio prædicto. si autem dicto impuberi exheredato reliquit pater eius Sempronij legata vel fideicommissa, & eidem substituit dictum Seium: & postea rogauit dictum Seium substitutum quòd hereditatem impuberis exheredati restituat Titio prædicto, si impubes in pupillari ætate decesserit, vel si quandocunque decesserit: & postea substitutio irritetur vno ex his modis qui sunt dicti supra: sicque deueniant facultates impuberis ad legitimum impuberis heredem: tenebitur dictus legitimus dare dicto Titio dictas facultates impuberis relictas Titio per fideicommissum à filio impubere siue à filio substituto: tenebitur dico eas dare Titio intra modum dictorum legatorum vel fideicommissorum filio exheredato à patre relictorum: id est tantum tenebitur legatarius dare Titio de facultatibus impuberis, quantum capiunt legata vel fideicommissa quæ pater reliquit impuberi, & non plus. Sed nunquid detrahet Falcidiam de dictis legatis dictus legitimus vel fideicõmissis quæ tenetur præstare Titio, quæque pater reliquit filio. vt dictum est: vel nunquid detrahet Falcidiã de dictis facultatibus impuberis quas tenetur dare Titio intra modum legatorum vel fideicõmissorum impuberi à patre relictorum? Et dicitur quòd non, quamuis in secũdo casu huius. §. detrahat quartam Trebellianicam, vt dictum est: & est ratio, quia nec ipse impubes cui data sunt à patre legata vel fideicommissa, posset detrahere Falcidiam si rogatus esset Titio restituere dicta legata vel fideicommissa: nec etiam substitutus eius impuberis posset detrahere Falcidiam si rogatus esset Titio dicta legata restituere vel fideicommissa: *vt j. ad l. Fal. l. lex Falcidia. §. si Vitianus.*

a ¶*Tenuit.* tempore testamenti: *ad quod supra tit. primo. l. sed & si §. nepotes. Accursius.*

b ¶*Cœpit tenere. vt. s. eod. l. ij. §. sed si extraneum.*

c ¶*Substituit.* directò vulgariter vel pupillariter, cum semper contineatur vtraque: *vt. s. eod. l. iam hoc iure. in princip.*

d ¶*Si quis ex his.* s. filia vel nepos.

e ¶*Mortis.* testatoris.

f ¶*In familia* quia emancipatus, vel in adoptionem datus: *vt Instit. qui. mo. ius pa. §. sed si pater. & j. de cap. l. pater.* sunt enim plura necessaria vt teneat: *vt no. s. eo. l. ij. circa prin.*

g ¶*Filium.* impuberem.

h ¶*Rogauerit.* per fideicommiss. & sic per obliquum, non directò: vt supra.

i ¶*Impubes.* sc. tunc restituat: & quandocunque [a] etiam post pupillarem ætatem, secundum H. & dic, i. pupillare tantum, vt differat à sequenti ibi, nec aliud, &c.

k ¶*Restituere.* accipe placuit. quod est infra.

l ¶*Legitimum.* ad hoc *C. de fideicommiss. l. eam. & C. eod. l. precibus. in fine.*

m ¶*Falcidia.* Trebelliana.

n ¶*Fideicommisso.* s. speciali vnius rei vel fundi, & sic fit arg. de speciali ad generale fideicommissum.

o ¶*Eius.* s. filij.

p ¶*Dato.* i. relicto. alias, est fideicommissum datum.

q ¶*Restituere.* Titio fideicommissario.

r ¶*Nec aliud.* redit ad primum casum quando fuit rogatus de generali quandocunque decederet, secundum H. 2. Vel dic quòd supra tantum intra pupillarem ætatem, hic quandocunque decederet. ¶Et no. quòd hic assumunt quidam quòd substitutione facta vltra pubertatem in forma pupillaris debet restitui hereditas substituto. sed certè non de directa, sed de fideicommissaria hic dicit: quia supra dixit, rogauit. & infra dicit precariis.

s ¶*Egreditur.* nam & tunc cogitur legitimus filio intestato decedente. Accur.

t ¶*Non valuit.* scilicet iure testamenti: nec codicillorum, nisi hoc actum sit: *vt subiicit, & infra de codicil. l. j. & infra de mili. testamen. l. si miles.* ¶Item hoc nisi [b] inter filios: *vt. Cod. fami. ercis. l. fin.*

u ¶*Tenebuntur.* i. non erunt adstricti, i. aliquis nomine eorum non tenebitur. ¶Sic ergo no. institutum [c] de suis propriis bonis non posse grauari, sed de bonis tantùm testantis: *vt infra ad Trebel. l. ex facto. in prin. & §. non tantum.* & hic subiicit in exheredato *vt & Instit. de singu. re. per fideicommiss. re. §. hoc solum. & j. de leg. ij. l. imperator. in princ. & §. j.* ¶Sed hoc fallit si tantum percepit de fructibus relictorum, quantum alij dare est grauatus: *vt. j. de leg. j. l. filiusfamilias. §. apud. & j. de leg. iij. §. j. & j. de leg. ij. l. cum pater. §. Titio.*

x ¶*Et ideo.* quia est necesse vt voluntas patris sit iusta, *secundum Ioan.*

y ¶*Nullum fideicommissum.* cum iniustè sit sic testatus, vt eum oneraret [e] quem non honorauit: *vt. Cod. de fideicommiss. l. pen.* sed substitui potest ei directò: quia in hoc non grauatur: *vt supra eo. l. j. § pe.*

z ¶*Debebitur.* at relictum à substituto eius non debetur: *vt. C. de leg. l. cum quidam.* quæ est contra. ¶Et no. circa Falcidiam quòd legatarius [f] singularis rogatus aliis restituere nõ deducit Falcidiã: *vt hic, & plene no. C. communia de lega. l. j. §. si.*

† Substitutio pupillaris cuius conditio eo cui facta est substitutio, iuris ante mortem testatoris, effecto alio quàm per dignitatẽ modo.

† Substitutio facta intra tempora pubertatis per verba mere obliqua (vt est hic verbũ restituere) nõ trahitur ad directam.

† Substitutio fideicommissaria minuitur per Falcidiam: at non directa.

† Fideicommissum in dubio videtur relictũ ab ipso filio instituto impubere, licet relinquatur post mortem suam.

† Substitutio fideicommissaria potest fieri intra & post tẽpora pubertatis: id est, omni tempore.

† Precaria verba, obliqua & fideicommissaria.

† Testamentum non potest incipere à substitutione fideicommissaria, licet possit incipere à directa.

† Substitutio non valet, vbi nõ valet testamentum.

† Codicillaris clausula, tacitè non subintelligitur, sed debet adiici expresse.

† Substitutione fideicommissaria non veniunt bona propria impuberis, licet sec⁹ in pupillari.

† Exhæredatio non potest fieri in fideicommissaria substitutione, vt in pupillari.

† Falcidiã nemo præter vniuersalem heredẽ deducit.

a Glossa nota quòd dictio, impubes, accipitur demonstratiuè: quod falsum: imò positiuè secundum Pau.

b Codicillaris clausula in testamento inter liberos subintelligitur, aliàs nõ intelligitur nisi sit expressa. adde aliũ casum huic similem in Glo. l. in testamento. §. j. de fideicom. libertatib. plures vide apud Manticam. de coniecturis vltimarum volunt. titul. 9. Clarum §. fin. q. §. testamentum q. 8.

c In substitutione fideicommissaria sicut in directa pupillari secundum Bald & Pau. de Hætes inst. tus an & quando possit grauari in sua bona à testatore.

e Onerari alius non potest, quàm qui honoratus est.

f Falcidiam nõ deducit legatarius rogatus aliij restituere.

Qui

Qui discretas.] CASVS. Titius fecit testamentum, & ita inter sex pone heredes suam hereditatẽ diuisit. instituit eam in tertia parte hereditatis suę, i. in quatuor vnciis, primum & secundum. & in alia tertia instituit tertium & quartum, & in alia tertia instituit quintum & sextum. & postea ita dixit: dictos meos heredes inuicẽ substituo. Certè si primus non habeat uam partem, id est dimidiam tertiæ, secundus ei coniunctus eam habebit. si autem primus & secundus non habeant tertiam eis relictam, puta quia agnoscere noluerunt, admittentur ad eam tertiam tertius quartus & quintus & sextus prædicti. *Viuianus.*

Substitutio breuiloqua vocat prius in institutione coniunctos: postea disiunctos. Bartolus.

4. ¶Qui discretas[a] portiones coniunctis pluribus separatim dedit, ac post omnem institutionis ordinem ita scripsit: *Quos heredes meos inuicem substituo:* cõiunctos † primo † loco vice mutua substituere videtur †: quibus institutionum partes non agnoscentibus, cæteros omnes coheredes admitti.

† Prior scriptu[ra] determinat sequentem.

† Coniunctus disiuncto præfertur etiam in substitutione reciproca: vel ita, substitutio reciproca generaliter facta refertur prius ad coniunctos, deinde ad cæteros.

† Ex coniunctione præsumitur volũtas defuncti.

a Discretę partes quomodo relinquantur.

a ¶*Qui discretas.* tertiam duobus, & aliam tertiam aliis duobus, & aliis duobus aliam tertiam. *& facit. C. de cadu. tol. §. his ita. & ɉ. de coniun. cum eman. lib. l. j. §. si quis. ex nepotibus. Azo.*

Substitutio breuiloqua non refertur ad eos quibus specialiter est substitutum. Bartolus.

5. ¶Qui patrẽ & filiũ pro parte heredes instituerat, & inuicẽ substituerat: reliquis coheredibus datis, post completũ assem ita scripsit: *Hos omnes inuicem substituo:* volũtatis fit quæstio, commemoratione omnium, patrem & filiũ substitutioni coheredũ miscuisset, an eam scripturã ad cæteros omnes trãstulisset. quod magis verisimile videtur propter specialem[b] inter patrẽ & filium substitutionem.

Legata in secundis tabulis relicta contribuuntur cum relictis à substituto. Bartolus.

Qui patrem.] CASVS. Titius in testamento suo instituit sibi heredem Seium in tribus vnciis pone: & Gaium filium Seij instituit sibi in aliis tribus vnciis: & dictum Seium & Gaium adinuicem substituit. Item instituit sibi postea heredes primum & secũdum & tertium pone in aliis sex vnciis hereditatis suæ: & ita compleuit siue distribuit totam hereditatem suam siue totum assem inter dictos heredes. & postea ita in eodem testamẽto scripsit: vos omnes inuicem substituo. & postea decessit: & postea Seius prædictus repudiauit suam partem hereditatis. quæritur, vtrum Gaius eius filius habeat eam solus, an verò cum prædictis primo & secundo & tertio? Et dicitur quòd solus Gaius habebit partem patris sui. & hoc ideo, quia specialis fuit facta substitutio inter dictum Gaium & patrem suum: licèt Titius testator scripsit postea generalem substitutionem dicendo, hos omnes inuicem substituo, &c. quia illa generalis pertinet tantum ad illos inter quos non fuit facta specialis. *Viuianus.*

b Substitutio reciproca generalis non extenditur ad eos inter quos substitutio facta est specialis.

b ¶*Specialem.* facit[b]. *ɉ. de adimen. leg. l. alimẽta. §. Basilica. & de ver. oblig. l. doli. & ɜ. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorẽ. §. deinde. & C. de dolo. l. j. & ɉ. de lega. ij. l. seruis vrbanis. §. fin. & ɜ. de ædil. edic. l. bouem. §. iumentorum. & C. de pact. conuen. l. fi.*

c ¶*Coheres.* Paterfamilias habens. cc. in bonis, filium impuberẽ & Titium extraneũ æqualiter instituit. Item Titium filio substituit, & c. legauit à substituto. tandem filio decedente Titius totã hereditatẽ habet partim ex paternis, partim ex pupillaribus tabulis. petũtur legata ex pupillaribus. opponitur Falcidia. dicit hic q; nõ potest opponi, cum habeat quartã & plus computata parte quam habuit ex paternis tabulis, quæ debet cõputari ac[c] si partim purè, partim sub cõditione esset aliquis institutus. Aliud erit hoc secundo casu, sc. si pater dedit coheredem Titium: & substituit pupillariter Seium, & à substituto. c. legauit. nã Seius deducit Falcidiam, licet pars Titij pinguis remaneat Titio. sic enim pinguedo Titij non nocet Seio ad petendam Falcidiam: sed pinguedo Titij in paterna nocet eidẽ in pupillari parte. Et verè dicto secũdo casu cẽsentur coheredes: vt sic quilibet suam Falcidiam deducat separatim, s. Titius coheres, & Seius substitutus. nam & duo legatarij eiusdem rei legatæ vni in paternis, alij in pupillaribus tabulis, cẽsentur collegatarij, & concurrunt vt ambo habeant ac si in eisdẽ tabulis esset eis legata. *Viuianus*[c].

c Substitutionis & institutionis similitudo.

d Imò Gloss[a] apud Bald. secus si in diuersis dispositionibus: vt in testamento & codicillis. Alexan. & Ias.

d ¶*Præstabit.* Nam hic legata augẽtur propter pinguem partem huius heredis. & eadẽ ratione relicta ab ipso coherede in institutione, i. in primis tabulis debẽt augeri propter partem pupillarẽ. Sed sec[us] est in iis quæ sunt relicta à pupillo in institutione: *vt. ɉ. ad legem Falci. qui fundum. §. qui filium. & l. in ratione. §. quod vulg. & §. quæsitum. Azo.* ¶Apparet ergo in hoc casu quòd fit contributio relictorum tam in principalibus quàm in secundis tabulis: & sic si habeat quartam saluã de portione sibi data, omnia secundis tabulis relicta integre dabit. ¶Sed ar. cõtra. ɜ. *quib. mod. vsusfr. amit. l. si sub conditione. in fin.* Sed hic paternum & pupillare vnum est.

6. ¶Coheres[c] impuberi filio datus eidemq; substitutus, legata è secũdis tabulis relicta perinde præstabit,[d] ac si purè partẽ, & sub conditione partem alteram accepisset. Non idem[e] seruabitur alio[f] substituto. nam ille Falcidiæ rationem induceret, quasi planè[g] sub conditione primis tabulis heres institutus: tametsi maximè coheres filio datus[h] quadrantem integrũ[i] obtineret. Nam[k] & cum legatum primis tabulis Titio datur, secundis autem tabulis eadem res Sempronio: Sempronius quandoque Titio concurrit.

e ¶*Non idem.*] Not. quòd non[a] extraneus deducit Falcidiam. *sic. ɉ. ad legem Fal. l. cum emptor. Azo. & arg. C. de dolo. l. j.*

a Falcidiam deducit non extraneus.

f ¶*Alio substituto.* qui non est institutus cum filio.

g ¶*Planè.* i.[b] simpliciter. ADDITIO. Not. ex hac glos. quòd idem importat verbum, simpliciter, quod verbum de plano. *de quo per Bartolum in Extrauagante ad reprimendam. super verbo, de plano.*

b Planè & de plano idem q; simpliciter.

h ¶*Datus.* & non substitutus. *Azo.*

i ¶*Quadrantem integrum.* etiam totius hereditatis vel fortè integram suam dimidiã. per quod videbatur Seium substitutum non inducere Falcidiã. sed secus est: quia in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ est imponẽda: *vt. ɉ. ad legem Fal. l. in singulis.*

k ¶*Nam & cum.* verè hic Seius intelligitur coheres Titij cum pupillo instituti: quia si cui in testamẽto paterno legatur, & eadẽ res alij in pupillari, collegatarij videntur: *vt hic, & ɉ. de leg. j. plane. §. si coniunctam. lo. & facit. ɉ. ad legem Falcid. l. quod si alterutro.*

Substitutio pupillaris facta vltimo morienti in pupillari ætate, expirat si vltimus moritur factus pubes: licèt primus in pupillari ætate decesserit. Bartolus.

7. ¶Cum pater[l] impuberi † filiæ quæ nouissima diem suum obisset, tabulas secundas fecisset, & impubes filia superstite sorore pubere vita decessisset: irritam esse factam substitutionem placuit, in † persona quidem prioris, quia † non nouissima decessit: in alterius verò, quia puberem ætatem compleuit.

† Substitutio facta impuberi vltimo morienti, expirat si vltimo moriens decedit pubes.

† Substitutio collata in vnius persona non extẽditur ad aliam.

† Substitutionis verbis cessantib. cessat ipsa substitutio.

Cum pater.] CASVS. Titius habens duas filias impuberes, scil. Gaiam & Seiam, instituit eas heredes, & ita secundas tabulas siue substitutionẽ fecit, Illi meæ filiæ impuberi quæ nouissima morietur, substituo Sempronium. & postea decessit dictus Titius. postea autem Gaia facta est pubes: & Seia quæ non erat adhuc facta pubes, decessit in pupillari ætate sup[er]stite dicta Gaia pubere: & post eã decessit dicta Gaia. certè nõ valet amodo prædicta substitutio: imò irrita facta est in persona vtriusque filiæ, s. Gaiæ & Seiæ. & sine dubio in persona Seiæ impuberis quæ prior decessit, vt dictũ est, est irrita dicta substitutio ea ratione, quia non decessit nouissima, i. vltima. in persona autem Gaiæ puberis ideo irrita dicta est substitutio, quia tempore mortis suæ inuenitur ingressa esse puberem ætatem: licèt nouissima decessit, vt dictum est. *Viuianus.*

l ¶*Cum pater.* duas filias pupilias habebat: & ei quæ vltima in pupillari ætate decederet, substituit. *& facit. ɜ. eo. l. vel singulis.*

Non videri.] CASVS. Filiũ meũ Seium impuberẽ institui mihi heredẽ: & ita pupillariter postea ei substitui: Seius prædictus fili[us] meus si (quod abominor) intra pubertatis annos decesserit, tũc in locũ partẽmve eius Titius esto heres. & postea decessi, & postea in pupillari ętate decessit dictus Seius fili[us] meus. venit Titius prędictus substitutus, & petit totam hereditatẽ impuberis ex substitutione. opponunt se ei legitimi impuberis: & dicũt quòd substitutio nõ valuit, pluribus rationibus: & ideo hereditatẽ ex substitutione habere nõ debet. Prima ratio est, quia dicta substitutio nõ fuit facta sicut solent fieri aliæ substitutiones. solent autẽ fieri hoc modo: Si filius meus impubes intra pubertatem decesserit, iubeo mihi heredem Titium esse. Alia ratio est, quia in partẽ impuberis fuit Titius substitut[us] ei, sicut apparet in verbis substitutionis ibi, tunc in locũ partẽmve, &c. Et ideo nõ videtur quòd debeat habere substitutus totam hereditatem, sed partem, s. dimidiã. sed certè malè dicunt legitimi. & prima eorum ratio sine dubio nihil valet. Item secunda nõ valet: quia & ille qui certæ rei heres instituitur, coherede ei nõ dato, debet obtinere hereditatẽ totã. *Viuian.*

a Dubitandi duç rationes in hac lege, & quç illæ sint.

a ¶ *Partémve.* Hoc[a] facit dubiũ, quia dicit partem: sed non nocet: quia totum cõprehenditur: *vt probat in fi. & .s.tit. j.l.j.§.si ex fundo. & .j. ad Trebel. l. si quis priore. in prin. & .s.titu. j.l. quoties. §. si duobus.* & quod dicit, conditionem, scil. aliam quàm si decesserit. 2. Alij dicunt[b] dubiũ quia nõ fuit hic expressa institutio: sed quia dixi, in locum, videor instituere ac si expresse instituissem, & conditionem adiecissem, si heres &c. sic & aliàs admittitur institutio de parte, & valet, vt subiicit. *& facit .s. titu. j.l. Lucius.*

b Non tenetur secundum Bar. Alexan. & Iaf.

Hic est nota. §. & legitur duobus modis. & vterque est pulcher casus: & secundum primam lecturam hoc dicit: Substitutus in partem, admittitur in totum si non reperiatur alius. Vel sic: Substitutio facta filio si impubes decesserit, valet: licet verè institutio non præcedat: quia præcedere fingitur. Bartolus.

8. ¶ Non videri cum vitio factam substitutionem his verbis placuit: *Ille filius meus, si (quod abominor) intra* † *pubertatis annos decesserit, tunc in locum partémve*[a] *eius Titius heres esto.* non magis quàm si post demonstratam conditionem sibi heredem esse substitutum iussisset. Nam † & qui certæ rei heres instituitur, coherede non dato, bonorum omnium hereditatem obtinet.

† Substitutionis pupillaris formula.

† Substitutio particularis trahitur ad ius vniuersum, coherede non dato

Si duos impuberes simul decesserunt, substitutus succedit vtrique eorum ex pupillari directa: alias vltimo tantum in cuius hereditate reperiret hereditatem primi tanquam bona aliunde quæsita. Bartolus.

Qvi duos.] CASVS. Titius instituit sibi heredes duos suos filios impuberes, scilicet Seium & Gaium & ita quemlibet in sex vnciis & ab vtroque dictorum filiorum legata reliquit quibusdam: & postea eis ita substituit: Cornelium substituo filiis meis cũ ipsi ambo mortui erũt in pupillari ætate. & postea reliquit legata à dicto substituto præstanda de parte Seij impuberis. & postea decessit dictus Titius. & postea dicti sui filij perierunt simul in pupillari ætate. certè dicitur hic quòd Cornelius substitutus habet hereditatem cuiuslibet pueri per se. si autẽ periissent in diuersis temporibus dicti pueri, succederet dictus substitutus tantùm vltimo decedenti: & in eius hereditate inueniret hereditatem prius mortui: quia vltimò mortuus successit ab intestato prius mortuo. & in isto casu quando diuersis temporibus perierunt, non veniet in ratione Falcidiæ detrahendç de legatis relictis ab vltimo moriente hereditas prioris pueri mortui: quia substitutus non habet iure testamenti nisi sex vncias vltimo decedentis. vnde si sex vnciæ vltimò decedentis erant nimiis legatis oneratæ, & sex vnciæ primò decedentis non erãt nimis grauatæ, sed totus eorum dodrans tantùm erat expensus in legatis, & non quadrans: & velit substitutus commiscere sex vncias primi, & sex vncias secundi: & de vtrisque habere tantum, quòd habeat quartam totius hereditatis Titij testatoris. non potest: imò detrahet Falcidiã tantùm de ex vnciis secundo morientis. i. vnciã & dimidiam, & de quadrante sex vnciarum primò morientis qui remanebat apud eum substitutum solutis legatis à primo moriente relictis, soluet legata à secundo moriẽte relicto: & ita cum de tota hereditate[e] deberet habere alias tres vncias nomine Falcidiæ, nõ habebit nunc nisi vnciã & dimidiam, vt dictum est. & dicit litera, quia substitutus non habet iure testamenti nisi sex vncias vltimò decedentis: & Falcidia non habet locum nisi ex testamento. vnde etiam conuenit ꝙ legata si qua sunt relicta à dicto substituto impuberis primò decedentis, recidant ad irritum: quia pupillus primò decedens ab intestato decessit (vt dictum est) & ideo suum pupillare testamentum factum est irritum. *& h. d. Viuianus.*

b ¶ *Duæ hereditates.* vterque ergo ex testamento succedit: *vt .s. e. l. ex duobus. & .j. de reb. dub. l. qui duos. Azo.*

Cōditio est modus qui suspēdit id quod agitur quoad ex pacto confirmetur. Vel, euentus futurus qui in dubio est sit an non sit. Et fortè quia substitutiones omnes in casum & sub cōditione fieri videntur. l. Iulianus si quis omis. cau. test. inde auctori subiit animum tractare generaliter de cōditionibus institutionū, vtilibus s. & inutilib. vel quæ remittuntur quæve circumscribuntur, quæ tractatio porrigi etiam potest ad conditiones quæ substitutionibus inseruntur præter eas quæ inseri aut intelligi in eis cōmuniter solent. Cuia.

a Conditionū plures sunt modi.

DE CONDITIONIBVS institutionum.

TITVLVS VII.

1. VLPIANVS *libro quinto ad Sabinum.*

SVb impossibili [n] cōditione, vel alio mōdo [o] * factam institutionem placet nō vitiari. [p]

* Sic rectius Fl. quam modo, vt in vulg. & omnibus manusc. mendo autem, i. vitio.

Cōditio, si meus erit, verificatur in proprietate tantum totius, vel partis: nisi contraria volūtas appareat. Bart.

11. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

SVb impossibili.] CASVS. Instituite heredē si cœlum digito tetigeris: & ita sub impossibili condit. de natura. certè non vitiatur institutio, sed conditio. & idem est si alio modo sit impossibilis conditio, scilicet de iure: puta instituo te heredem si patrem tuum ab hostibus captum non redemeris, vel si patri tuo pauperi alimenta non præstiteris. semper enim vitiatur conditio, & non institutio: *vt. ℥. eo. conditiones. & l. filius. Viuianus.*

n ¶*Sub impossibili.* de facto: quia [b] natura resistit: *vt. ℥. eo. l. si quis ita institutus.*

b Impossibilis est de facto cōditio cui natura resistit.

o ¶*Alio modo.* id est de iure impossibili: *vt infra eo. l. conditiones.* 2. Vel dic alio, id est contrario impossibili: vt tota die dicimus, nisi aliud conuenit: & ibi, quicunque aliud euangelizauerit: id est contrarium.

p ¶*Non vitiari.* vt *Inst. de here. insti. §. impossibilis. & ℥. e. conditiones. j. & l. conditiones. ij.* ¶Sed contra [c] *Inst. de leg. §. fin.* Sol. hîc apposita fuit honorato: vt ibi, relinquo si cœlum tetigeris digito. ibi onerato, vt det heres si cœlum digito tetigerit, secundum *Azo.* & est ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit per sequentem voluntatem: sicut & si lego vsumfructum sine aditu, non valet adiectio: *vt supra si vsusfruct. pe. l. j. §. j.* quasi dicat, tange si potes. 2. Vel ibi non fuit impossibilitas [d] in conditione, sed in ipso relicto: vt des illi chimæram. & si non dederis, da. x. nomine pœnæ. & sic. x. non sunt legata sub conditione, sed nomine pœnæ relicta. ¶Item contra infra. *e. l. filius.* Solu. fauore [e] honorati habetur pro non apposita: vt hîc. Sed si expediat totam institutionem dicere nullam, vt quia ab intestato liberius est habiturus: potest: *vt ibi: vt arg. C. de leg. & consti. l. quod fauore.* Sed in filio speciale: quia non potest sub conditione, nisi potestatiua institui: vt ibi. ¶Item contra. *e. l. si Titius.* Sol. ibi speciale [f] quando propter perplexitatem occurrit impossibilitas. ¶Item contra *Institut. de inuti. stip. §. si impossibilis.* vbi vitiatur. Sed ibi [g] in contractu. & est ratio, quia ibi vtriusque consensus exigitur: *vt supra de pac. l. j. ibi, duorum consensus &c. & infra de actionib. & obligationib. l. non solum.* at hîc ex voluntate testantis tantùm: sed in contractibus innominatis secus quam in aliis: quia ita ibi agitur si fuit impossibilis, sicut & si possibilis fuisset conditio: nam condicam ea cessante: *vt. C. de condi. ob cau. l. si militem.* 2. Vel ibi loquitur cum re contrahitur obligatio: secus si consensu & verbis: 3. Vel illa non est impossibilis conditio: *vt C. de procu. l. ita demū.* ¶Item quid [h] si in personam tertij fuit apposita: conditio impossibilis? Resp. pro non apposita habetur: *vt ℥. titu. l. ij. l. si Mæuia.* licet quidem contra. ¶Item quid si matrimonium vel sponsalia fiant sub impossibili conditione? Quidā dicunt

c Impossibilis conditio imposita honorato non vitiat: onerato impleta vitiat.

d Impossibilis conditio in re relicta, vitiat.

e Impossibilis cōditio fauore honorati habetur pro non apposita.

f Impossibilis conditio perplexa, vitiat.

g Impossibilis conditio vitiat contractus nominatos: at nō institutiones & innominatos contractus.

h Impossibilis cōditio in personā Titij adiecta pro non apposita habetur in institutione.

a Impossibilis conditio non vitiat contractum sponsaliorum & matrimonij, adde c. vlt. extra de conditionibus appo sitis.

valere[a]. & facit ad legem istam supra tit. ij. l. qui seruum. meum. §. penul. & de iniust. testa. l. cum in secundo. in fi. & infra de condit. & demon. l. iij.

Si testamento. CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo: Stichus seruus heres mihi esto si meus erit cum moriar, vel qui meus erit cum moriar. & post factum testamentum alienauit dictus testator vsumfruct. in dicto Sticho, vel partem Stichi: & postea decessit dictus testator: nunquid erit heres Stichus? Et dicitur quòd sic: nisi probetur testatorem non aliter voluisse Stichum esse suum heredem, nisi tempore mortis suæ testatoris totus Stichus inueniatur esse in dominio suo. Sed pone quòd duos seruos instituit sibi heredes hoc modo: primus & secũdus si mei erunt cum moriar, liberi sunto, & mihi heredes & post testamentum alienauit vnũ de eis: & postea decessit. nunquid solus non alienatus erit eius heres? dicitur quòd sic. *Viuianus.*

SI testamẽto cõprehẽsum sit. *Ille seruus si meus erit*, aut, *Qui meus*[a] *erit cum moriar, heres esto:* quatenus accipiatur, *meus*, quæritur.[b] Et si quidem alienauit in eo vsumfructum, nihilo minus ipsius[c] est. Si verò partem in eo alienauit: an deficiat conditio institutionis, quæritur. Et verius est non defecisse cõditionem,[d] nisi euidentissimis probationibus testatorem voluisse apparuerit pro hac conditione hæc verba inseruisse,[e] si totus seruus in dominio eius remãserit. tũc enĩ parte alienata cõditio deficit.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bartolus.

† Eum qui plura proponat in rescripto, quorum alterũ sufficiat ad victoriam, alterum pbã do liberari. hinc colligit Gl. p. in c. olim. in med. extra de rescrip.

1. ¶Sed si duo † serui ita sint heredes instituti: *Primus & Secundus si mei erunt cum moriar, liberi & heredes sunto:* & alter ex his sit alienatus: Celsus rectè putat sic recipiendum, atque si singulos separatim sub eadem cõditione[f] heredes instituisset.

b Paria sunt dicì, Qui, & , si meus erit.

a ¶*Qui meus* hęc[b] paria sunt: *vt. j. de leg. iij. l. nuper in fine.*

b ¶*Quæritur.* an planam vel nudam vel totam proprietatem contineat, vel eius partem. *Azo.*

Conditio potestatiua habetur pro impleta si stat per eum in cuius personam debet impleri. Bartolus.

c Id est, si alienarit proprietatem.

c ¶*Ipsius est.* Quid si contra[c] fecerit videtur idem: *argum. supra de vsufruct. l. iiij.* Sed dic contra: *vt infra ad Sil. l. j. §. j.*

III. PAVLVS *lib. 1. ad Sabinum.*

SI ita heres institutus sim, si decẽ dedero: & accipere noluit cui dare iussus sum pro impleta conditione habetur.[g]

d ¶*Non fecisse conditionem.* Sed quis erit heres? Resp. vt in seruo communi diximus. *vt. s. de here. instit. l. sed si in conditione. §. si seruum commun. em. argu. j. e. §. sed si duo.* ¶Itẽ not. hic, quod[d] commune est, meũ est. *sic. j. de verb. signifi. l. pupillus. §. si. & s. de ritu. nupt. l. illud.* Sed ar. contra. *s. de procu. l. Poponius. §. sed is. & j. de leg. j. l. serui electione. §. Labeo. & l. sequen. & s. de rerum diui. l. in tantum. §. vniuersitatis. & de interroga. act. l. si defensor. §. qui interrogatus. & j. de aur. & arg. leg. l. Quintus. in princ.* Sed in[e] dubio dicas non dici meum, nisi totum sit meum.

d Commune quod est, an & quando meum sit, vel non sit.

e Meum in dubio, aut, potius non verè est meũ, quod est meum tantum pro parte.

e ¶*Inseruisse.* ad quod. *j. de condi. & demon. l. in conditionalibus. & de lega. ij. l. Iulianus. §. seruos.* Accursius.

f ¶*Sub eadem conditione.* s. si meus erit. ¶Et not. per hoc potest reprobari illa propositio, duo[f] & tria sunt quinq;. vel, duo & duo & tria sunt septem. *Azo.* & secundum quod hic dicitur, est vera, id est duo sunt de numero septem. & tria sunt de numero septem. H. ¶Item no. verbum[g] plurale geminat significationem singularis. *sic infra de lega. iij. l. qui concubinam. §. si Stichus. & de cõdit. & de. l. falsa. in fi. & l. qui fundus. & supra de here insti. l. hoc articulo. & l. si paterfami. testamento.* Sed argu. contra. *Cod. de impu. & aliis substit. l. ij. & l. quamuis. & l. penul. Item facit. s. tit. ij. l. talem. §. j.* Accursius

f Duo & tria an semp quinque dici possint.

g Plurale significationem singularis geminat.

Si ita heres.] CASVS. Titius instituit me heredem sub condi. si dedero Seio. x. decessit dictus Titius. postea ego obtuli. x: Seio. & ipse accipere noluit. certè perinde ero heres, ac si conditionem expleuissem: quia per me non remanet. *Viuianus.*

h Oblatio sufficit ab eo facta, qui iussus est decẽ dare, nisi absit is cui iussus est dare. Tunc enim requiritur depositio & consignatio.

i Legatarij loco nõ est is, cui hæres esse iussus, si decem ei dederit, ea decẽ dederit.

g ¶*Habetur.* Sufficit henim sola oblatio: *vt. j. de statuli. l. statuliberos. §. Stichus.* nisi absit cui dandũ est, quia tũc debet deponi: *vt e. tit. l. cum heres. in prin.* ¶Sed an iste cui est dandũ, loco legatarij sit. Respon. non: *vt. j. si quis omis. cau. testa. l. si quis sub conditione.* Ar. contra. *j. de le. iij. l. fideicommissa. §. cum esset. Azo.* ¶Item quod hic dicit haberi pro impleta, verũ est etiam in institutione. Porro in legato secus est. nam si statim possit impleri, quia est in dãdo habetur pro impleta si prohibet legatarius implere. sed si non poterat statim impleri, vt quia. x. lego tibi si feceris domũ hinc ad centũ dies: licet prohibeat. s facere, tẽpus tamen expectatur: *vt. j. de uerb. oblig. l. in illa stipulatione si. calend.* secus si ita relinquatur libertas Arethusæ, si tres pepererit: & per heredem fiat quo minus possit parere. tunc enim propter malitiam heredis statim habetur pro impleta: *vt. j. de statulibe. l. statuliberos. §. j. & fi. & l. seq. & l. si peculium. §. penul. & facit. j. de condi. & demon. l. iure ciuili. & infra de regu. iur. l. in iure.*

IIII. VLPIANVS *libro octauo ad Sabinum.*

SI qui ita sint instituti, *Si socij vna bonorum meorum permanserint*[h] *vsque † ad annos sedecim, heredes sunto:* inutilem esse institutionem secundum verborum significationem[i] Marcellus ait: Iulianus autem quoniam & ante aditam † hereditatem iniri societas potest, quasi rei futuræ[k] valere institutionem. quod est verum.

Si quis ita.] CASVS. Titius instituit sibi heredes Gaium & Sempronium sub conditione si permanserint socij ipsi inter se vniuersorum ipsius testatoris vsque ad sexdecim annos, & postea decessit testator: nunquid valet dicta institutio? Et videtur Marcello quòd non: ideo quia testator videtur voluisse quod prius sint heredes quàm socij: & econtra non videntur posse esse heredes antequam conditionem adimpleant, id est antequam sint socij. Iulianus autem dixit valere dictam institutionem: & bene dixit: quia & ante aditam hereditatem potest iniri societas eiusdem hereditatis quasi rei futuræ. sed & si dictus Gaius qui habuit coheredem Semproniũ, fuit institutus sub conditione si seruum hereditarium non alienauerit, potest implere conditionem cauendo dicto suo coheredi de non alienando dictum seruum. si autem non habuisset coheredem, sed solus esset institutus sub dicta conditione, videtur institutus sub impossibili conditione, cum non habeat cui caueat: & ideo erit heres remota conditione prædicta: *vt dixi supra eo. l. j.*

† Vsq; particula tempus continuum requirit.

† habitam.

Hic. §. tractat de Muciana cautione.

1. ¶Idem Iulianus, scribit eum qui ita heres institutus est, Si seruum hereditarium non alienauerit: cauentem[l] coheredi[m] implere conditionem. Ceterùm si solus heres scriptus[n] sit, sub impossibili[o] conditione heredem institutum videri. quæ sententia vera est:

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtramque partem esse veram: sed ad veritatem disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram. Bartolus.

h ¶*Permanserint.* erat[a] enim testator socius omnium bonorum cum aliquo de illis ad. xvj. annos. Accursius.

a Permanere ea dicuntur quæ antea fuerunt, & cœperunt, at nõ ea quæ nũc primum incipiunt.

b Dubitãdi rationes in hac lege.

c Decidendi ratio.

i ¶*Significationem.* Hoc[b] ideo, quia ex verbis conuincitur quòd testator prius voluit esse heredes quã socios. sic enim dixit, meorum. 2. Itẽ est contra quod non possunt prius esse heredes: quia oportet quod sit impleta conditio: *vt. j. e. l. ei qui ita hereditatem.* 3. Rursus socij in alienis bonis esse non possunt antequam essent domini. i. heredes Sed[c] quia potest iniri societas ante aditam hereditatem, & sic postea adiri potest, valet institutio secundum Azo. ¶Sed an debeant stare in societate per. xvj. annos antequam adeant? Azo. videtur quòd non: quia conditione impleta remanet solus dies, qui habetur pro non adiecto: *vt supra titu. ij. l. hereditas.* Sed certè imò non videtur impleta ex contractu, sed ex perseuerantia in dictum tempus. Aliud si instituo te post. xvj. annos si cras feceris hoc: quia ibi solus dies remanet.

k ¶*Futuræ.* fit enim societas pręsentium & futurorum bonorum. & quod dicit ante aditam hereditatem. post mortem tamen: quia tunc non valeret nisi dominus consentiret: *vt. C. de pac. l. fina.* nisi fieret super hereditate incerti hominis: *vt supra pro soc. l. iij. §. j* sed talis societas hereditatis incertæ non implet istam conditionem. quia specialiter testator dixit, meorum.

l ¶*Cauentem.* modò respondet.

m ¶*Coheredi.* de non alienando: *vt infra de condi. & demon. l. Muciana.* sed an hæc cautio Muciana est? Respon. sic. per. l. istam quæ generaliter dicit quando est in non faciendo conditio. ¶Sed op. impleri potest viuente eo cui est imposita. s. herede post mortem serui: ergo ipsa locum non habet, sed conditionis euentus expectandus: *vt infra de condi. & demon. cum tale. §. Titius. & l. pater. §. socrus.* Sed dic, tristis est talis expectatio: *vt infra eo. l. cum tale. in princip.*

n ¶*Scriptus* sub dicta conditione.

o ¶*Sub impossibili.* cum non est cui caueat: & ideo pro non adiecta habetur: *vt. d. l. Muciana, in fin. & facit infra eod. l. mulier. in princip.*

princip. & de condit. & demon. l. cum sub hac. Accursius.

SI heredi.] CASVS. Institui mihi heredem Titium sub conditione si ascenderit capitolium: & si dederit Seio. x. certè non erit mihi heres Titius nisi prius vtrique [a] conditioni paruerit. si autem institui eum sub conditione si ascenderit capitolium, vel dederit Seio decem: satis est obtemperare ei conditioni cui voluerit, & erit heres. & hoc dicit. *Viuianus.*

a ¶*Coniunctim.* b scilicet si illud & illud: disiunctim, si illud aut illud: *vt Institu. de here. instituen. §. si plures.* & verbum, cui libet, sunt duæ partes. vel si vna, subau. obtemperari satis est: *vt habes Instit. in dicto. §.* [c] si autem disiunctim, id est separatim in diuersis partibus testamenti, tunc secus: *vt infra de condi. & demon. l. sub diuersis. & l. quod traduum. & l. nam ad ea. in princi. & l. per fideicom. & facit ad hanc. l. infra de verb. oblig. l. si ita quis. & l. si quis ita. & infra iudi. sol. l. cum quærebatur. & de condi. & demon. l. cum pupillus. & supra titu. y. l. si te. in fi. & infra de reb. dub. l. si is qui. §. vtrum.* ¶Sed quandoque disiuncta [d] pro copulatiua ponitur: *vt supra tit. y. l. Lucius. & C. de ver. si. l. penult. & C. de instit. & substi. l. generaliter & infra de ver. signifi. l. sæpe.* quæ sunt arg. contra. Sed specialia sunt.

a Conditionibus pluribus adpositis omnes cumulatim seu implere necesse est, nisi alternatiue adiectæ sint, tunc enim vnam cumulatiue vel implere sufficit, de quo tamen vltimo. v. institutionẽ apud Grassum lib. sententiar. §. Institutio. quæst. 21.

b Coniunctim & Disiunctim legis formulæ.

† Legendũ separatim vocibus cui libet. l. cui placet: satis est enim alterutram impleri.

c Disiunctim cõditiones dantur, vel ita si illud aut illud: vel in diuersis partibus testamenti. Priore casu cui libet satisfieri sufficit. Posteriore omnibus parẽdum.

d Disiuncta quandoq; pro copulatiua ponitur.

V. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

SI heredi plures conditiones coniunctim [a] datæ sint, omnibus parendum est: quia vnius loco habentur. si disiunctim sint, cuilibet. [b] †

Impossibilitas de institutione reiicitur. Bartolus.

VI. VLPIANVS *libro nono ad Sabinum.*

SI quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius fecisset: cum monumentum in triduo perfici non possit, dicendum erit conditionem euanescere, [c] quasi impossibilem.

VII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI quis sub conditione [d] heredes instituisset, si inuicem cauissent se legata eo testamento relicta reddituros: placet remitti eis conditionem: quia ad fraudem legum respicerent, quæ [e] vetarent quosdam legata capere: quanquam & si cautum esset, in ipsa actione exceptione tuendus esset promissor. [f]

Iurisiurandi conditio heredi, vel legatario, vel fideicommissario, vel mortis causa donatario apposita remittitur: siue sola, siue coniunctim, siue disiunctim cum alia fuit apposita. hoc dicit vsque ad. §. quoties. Bart.

VIII. VLPIANVS *libro quinquagesimo ad Edictum.*

QVæ sub conditione [g] iurisiurandi relinquuntur, à prætore reprobantur. [h] Prouidit enim ne is qui sub iurisiurandi conditione quid accepit: [i] aut omittendo [k] conditionem [l] perderet hereditatem, legatúmve: aut cogeretur turpiter accipiendi [m] conditionem [n] iurare. Voluit ergo eum cui sub iurisiurandi conditione quid relictum est, ita capere, [o] vt capiunt hi quibus nulla talis iurisiurandi conditio inseritur. & rectè. Cum enim faciles [p] sint nonnulli hominum ad iurandum, † contemptu religionis: alij perquam [q] timidi, [r] metu

† In hanc sententiam eleganter Plato, dialogo 12. de leg.

SI quis ita.] CASVS. Institui mihi heredem Titium sub conditione, si monumentum post mortem meam in triduo proximo mortis meæ fecisset: & postea decessi. inuenitur postea verum esse quòd dictum monumentum non potest fieri in dicto tempore, certè euanescit conditio prædicta quasi impossibilis de natura, & ita erit mihi heres spreta conditione. Viuianus.

c ¶*Euanescere.* Sed nunquid facere debuit monumentũ? Resp. vtique. R. *sic. s. de arbi. l. Celsus. §. idẽ ait.* duo enim fuerunt testatoris præcepta. *Azo sic. j. de condi. & demon. l. hæc scriptura. in prin. & facit infra de leg. j. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. Item facit. s. eo. l. j.*

SI quis sub conditione.] CASVS. Instituit Titius sibi heredes Seiũ & Gaium sub conditione si inuicem cauissent se soluturos legatariis legata in eodem testamento relicta ab eodem Titio: inter quos legatarios erant quidam qui per legem legata capere non poterant. puta quia erant in metallum damnati: vt infra de his quę pro non scriptis. l. iij. & postea decessit Titius testator prædictus. nunquid tenentur sibi ad inuicem facere dictam cautionem si volunt esse heredes? Et dicitur quòd non: quia dicta conditio videtur apposita in fraudem legum, quæ leges vetant aliquos capere legata. sed & si vnus de dictis coheredibus cauisset alteri de soluendis legatis, & legatarius non capax exigeret ab eo legatum, habet excep. contra eum. *Viuianus.*

d ¶*Si quis sub conditione.* Arg. contra eos qui copulant aliquos in matrimonium, & [e] iurant quod [f] neuter iure consanguinitatis separet matrimonium. præsumitur enim quod scierint consanguinitatem. ¶Arg. contra. *C. de emic. l. pe. Azo* quilibet enim ignorare præsumitur: *vt supra de proba. l. verius. & C. qui manu. non pos. l. super seruis.*

e ¶*Quæ* leges. *Accursius.*

f ¶*Promissor.* siue promiserit non capaci: *vt infra vt le. no. ca. l. j §. si quis sub conditione.* siue heredi. nam & heredi obiicitur exceptio, non legatario, cum ex pacto heredis legatario non detur actio: *vt C. de pact. l. pactũ successorum.* ¶Sed quidam dicunt dari: quia interest heredis: *vt infra de verbo. obliga. l. stipulatio ista. §. si stipuler.* & secundum hoc etiam ei obiicitur exceptio. sed certè ibi stipulanti, non alij: *vt. C. eo. titu. l. liber homo. in fi. & facit supra de condi. sine cau. l. j. & infra de superficie. l. j. §. quod ait. & infra vt in posses. leg. l. j. §. j. in fi. & ad legem Falcid. l. quod de bonis. §. j. & l. Seius & Augerius. Accursius.*

e Præsumptio doli colligitur ex pactis vel clausulis insolitis. v. Cepollã in tract. de simulat. contractib. num. 42. & ibid. præsumpt. 13. Euerard. in loco ab vsitato. nu. 6. Mollinæũ in regula 24. Cancellariæ num. 118. ... bonitas in ... renuntiat. ... solitis huiusmodi clausulis præ... vt alie...

QVæ sub conditione.] CASVS. Institui te heredem, vel legaui tibi centum, vel fideicommissum reliqui: vel mortis causa donaui sub conditione, si iuraueris te facturum mihi monumentum ponamus. postea decessi. certè remittitur tibi conditio iurisiurandi per prætorem, & debes facere monumentum, & consequi postea hereditatem meã, vel legatum, vel fideicommissum, vel mortis causa donationem. & consultissimè interuenit prætor ad redimendam conditionem iurisiurandi. nonnulli enim homines sunt faciles ad iurandum propter religionis contemptum: & malum esset quod illi ita faciles consequerentur aliquod prædictorum ita facilè iurando. Item & quia alij homines valde sunt timidi ad iurandum, adeo quòd credant esse superstitiosum iurare: & hoc faciunt metu diuini numinis: & malum esset quòd illi ita timidi perderent illud quod relictum est eis, ex eo quod iurare timent & nolunt. Sed quod si institui te heredem si iurares te facturum mihi monumentum, & si Titio decem dederis? certè remittitur tibi conditio iurisiurandi: & debes dare Titio decem. & idem si dictas duas conditiones asscripserim tibi alternatiuè. nam semper remittitur tibi conditio iusiurandi. teneris tamen (vt dictum est) facere illud quod iussus eras iurare facere vel dare, dum tamen illud non sit improbum, vel impossibile de facto. Quid enim si mortuus est Stichus vel manumissus viuo me testatore quem iussus eras à me iurare manumittere? certè non videris conditione defectus. implere enim debes voluntatem meam si potes. si autem non potes iure vel facto prohibente (vt dictum est) nihilo minus habere debes hereditatem. Item scias quod ille cui apposita est conditio iurisiurandi, non habet necesse adire prætorem vt sibi remittat conditionem iurisiurandi. semel enim in perpetuum à prætore remissa est: & est remissa legatario etiam ignorante herede. vnde si legatarius cui apposita est conditio iurisiurãdi, decedat post mortem testatoris qui ei reliquit legatum, & ante mortem suam legatarij fecerit ipse legatarius illud quod rogatus erat iurare facere: heres ipsius legatarij petet legatum quasi fuerit purum à conditione iurisiurandi: id est ac si non esset apposita conditio iurisiurandi. nam in perpetuum à prætore remissa, vt dictum est. *Viuianus.*

g ¶*Quæ sub conditione.* Prætor reputauit quandam conditionem turpem, quæ non videtur turpis: vt ecce instituo te, vel tibi lego, vel causa mortis dono, si iuraueris aliquid te daturum vel facturum. & est ratio [a] quare sit habenda turpis: quia quidam facilè iurant, & forte non seruant: alij potius relictum dimitterent quàm iurarent.

h ¶*Reprobantur.* quo ad iuramentum: sed conditio est implenda, nisi [b] sit turpis aliàs: *vt infra e. §. quoties. & infra proxi. voluit &c. & infra de condition. & demonstrationib. l. hæc scriptura.*

i ¶*Accepit.* destinatione. *Azo.*

k ¶*Omittendo.* propter.

l ¶*Conditionem.* iuramenti. *Azo.*

m ¶*Accipiendi.* scilicet relictum, cogeretur turpiter iurare.

n ¶*Conditionem.* scilicet se impleturum. Accursius.

o ¶*Capere.* scilicet absolute.

p ¶*Faciles.* Ad id quod dicit faciles, [c] est sic. *C. de indic. vidu. l. ij.* & ad id quod dicit difficiles, sic. C. *ad. l. Iul. rep. l. fi. & C. de fid. instru. l. fi. §. fi.*

q ¶*Perquam.* id est valde.

r ¶*Timidi.* repete, sunt ad iurandum.

a Iurisiurandi cõditio turpis ideo habetur, quia facilitas aperitur periuriis.

b Turpis conditio non est implenda.

c Iurant plerique iniussu & sponte, alij inuiti.

diuini numinis, vsque ad superstitionem:[a] nec vel hi[b] vel illi[c] aut cōsequerentur aut perderēt quod relictum est, prætor cōsultissimè interuenit.[d] Etenim potuit is qui voluit[e] factum quod religionis cōditione adstringit, sub conditione faciendi[f] relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerentur cōditione. 1. ¶ Hoc edictū etiā ad legata pertinet, nō tātùm ad heredū institutionem. 2. ¶ In fideicommissis quoque oportebit eos qui de fideicōmisso cognoscūt, subsequi prætoris edictum, eapropter, quia vice legatorū funguntur. 3. ¶ Et in mortis causa donationib. dicendū est edicto locū esse, si fortè quis[g] cauerit, nisi iurasset se aliquid facturum, restituturū quod accepit. Oportebit itaque remitti cautionem.[h]

4. ¶ Si quis sub iurisiurādi cōditione, & præterea sub alia[i] sit institutus: huic vidēdum est an remittatur cōditio. Et magis est vt remitti iurisiurandi cōditio[k] debeat, licèt alij conditioni parendū habeat[l]. 5. ¶ Sed si sub iurisiurandi[m] conditione sit institutus, aut si decē milia dederit, hoc est alternata conditione, vt aut pareat conditioni,[n] aut iuret: aliud quid videndum, nunquid remitti ei cōditio non debet, quia potest alteri cōditioni parendo esse securus. Sed est verius remittendā conditionem:[o] ne alia[p] ratione † conditio alia[q] eum vrgeat ad iusiurandum.

Licèt iusiurandum remittatur: tamen dādum vel faciendum est quod sub illo iuramento præcipiebatur. Item conditio potestatiua vel modus habetur pro impleto si non stetit per eum qui debet implere, sed per casum. Bartolus.

6. ¶ Quotiens heres iurare iubetur daturum se aliquid vel facturum, quod non improbum est:[r] actiones hereditarias non † aliàs habebit, quàm si dederit vel fecerit id quod erat iussus iurare.[s] 7. ¶ Mortuo autem vel manumisso Sticho viuo testatore, qui[t] ita heres institutus est, si iurasset se Stichum manumissurū: non videbitur defectus cōditione[u] heres: quamuis verum sit compellendum eum[x] manumittere si viueret.[y] Idem est & si ita heres institutus esset quis: *Titius heres esto, ita vt Stichum manumittat.* aut, *Titio centum ita lego, vt Stichum manumittat.* nam mortuo Sticho nemo dicet summouendum eum. Non videtur enim defectus conditione, si parêre conditioni non possit. Implenda est enim † voluntas,[z] si potest.[a]

Quòd à iure remittitur, non est necesse remitti à iudice. Item tacita conditio nō impedit transmissionem. Bartolus.

8. ¶ De hoc iureiurādo remittendo[b] nō est necesse adire prętorem. † Semel enim in perpetuum à prætore remissum est,[c] nec per singulos remittendum. Et idcirco ex quo dies legati cesserit,[d] remissum videtur etiam

a ¶ *Ad superstitionē.* id est[a] putāt esse superstiosum iurare. vel, id est dicere, etiam per superstitionem volunt iurare: quod nō licet si sit publicè improbata: vt per Iunonē, Apollinem, & similia: secus in superstitione nō publicè reprobata: vt per,[b] crede mihi: qđ est iuramentum monachorum: *vt. s. de iureiur. l. non erit. §. diuus Pius. & §. sed & si q. s.*

b ¶ *Hi.* faciles ad iurandum. *Accursius.*

d ¶ *Vel illi.* difficiles ad iurandum.

d ¶ *Interuenit.* vt sacramentum prædictū remitteret. *vt supra in princ. huius legis.* ¶ Sed contra. *s. de iureiuran. l. si quis eum. & . C. cō. vtriusq; iudi. l. si cum. patrono.* Solu. illa[c] in contractibus: hæc in vltima voluntate hoc non placet: *vt supra de pac. l. pactum.* Sed dic[d] ibi de præterito: hîc de futuro erat iurandum[e]. ¶ Item contra. *i fra de manu. testa. l. si quis liber.* Sol. ibi speciale fauore eius: quia talis posset esse conditio, quam seruus implere non posset, vt cum Titia contrahere matrimonium: quia matrimonium non est cum seruo secundum leges licèt secus secundum canones[f]: & sæpe sub iuramento continetur quod seruus facere non posset. vel dic q ibi de præterito. ¶ Item contra. *s. de condi. & demon. l. municipibus.* Solu. speciale ibi. 2. Vel dic ibi non dicit an debeat remitti conditio iurisiurandi, vel non: sed sit possibilis vel non: & qualiter, & per quos possit ei pareri. 3. Vel dic quod ibi de præterito. ¶ Item contra. *infra de acqui. hered. l. Antistius.* Sol. vt ibi. 2. Vel dic & ibi de præterito[g]. & est ratio ad hāc generalem solutionē de præterito: quia in præterito non potest aliter impleri cōditio: quia non potest amodo non dare vel nō facere. sed si de futuro, sic. sic dicimus de periuro an fiat infamis: *vt. C. de trāsac. l. si quis maior. & facit ad hoc. j. ad Trebel. l. aut facta. §. si sub cōditione. & . j. de leg. j. l. si quis inquilinos. in fi. & . j. de condi. & demon. l. hac scriptura. & l. non dubitamus. & de leg. ij. cum pater. §. filius. & . C. communia de leg. l. ij. & . j. quando dies leg. ce. l. v. & . j. de bo. lib. l. libertus sub conditione. & . j. de mili. test. l. si à milite. §. edictum. & . j. de leg. iij. l. non dubium. §. j. & . j. eo. l. conditiones contra edicta.*

e ¶ *Voluit.* s. prætor.

f ¶ *Faciendi.* simpliciter sine iuramento.

g ¶ *Si forte quis.* sci. donatarius, cum accipiat à donante. *ad quod Insti. de dona. §. j.* Accursius.

h ¶ *Cautionem.* sc. iuramenti.

i ¶ *Sub alia.* si decem dederit.

k ¶ *Conditio.* s. iurisiurandi.

l ¶ *Parēdum habeat.* i. parere necesse habet. similis expositio supra *de rei vendi. l. in fundo. & facit infra de verb. obl. l. in illa stipulatione si Kalendis. Item facit. j. si quis omis. cau. testa. l. qui autem. §. fi. & . j. e. l. si quis ita heres.* ¶ Item & huic debet parere, licèt non iuret: *vt. s. in princi. huius. l. not.* ¶ Sed cur secus *infra de condi. & demon. l. cum tale. §. Maniæ.* vbi innuit quod nec alteri sit parendum. Solu. vt ibi.

m ¶ *Iusiurandi.* vt vadat Romam.

n ¶ *Conditioni.* de dandis decem.

o ¶ *Conditionem.* sacramenti tantùm, nō facti vel dandi quod sub sacramento continetur: *vt. s. de condit. & demon. l. hac scriptura. §. j.* Azo. ¶ Et not. s. in prin. huius. l. vbi turpe contineretur sub iuramēto: *vt. j. prox. §.*

p ¶ *Ne alia.* id est, si ei nō remitteremus: alia ratione, &c. id est, quia alia alternatim ei coniungitur: cogeretur ad id ad quod non cogitur in simplici: & sic cōditio alia, s. alternatim iuncta. 2. Vel dic, conditio alia, puta grauis, cui non potest parere cōmodè, cogetur, &c. & sunt similia. *s. de transa. l. cum hi. §. sed cum lis. & de re. c. qui sub tu. l. magis. §. si pupillus. & de suspe. tu. l. tutor. §. liberi. versic. sed si patronū. & de iudi. l. ij. § sed & si agant. & l. sed si susceperit. §. j.* ¶ Sed arg cōtra. *j. qui & à qui. l. fina. §. is qui operas.*

q ¶ *Alia.* alternatim iuncta. *Accursius.*

r ¶ *Nō improbum est.* tunc secus: *vt infra. l. proxi.*

s ¶ *Iussus iurare.* solo iureiurādo ei remisso: *vt. j. de condit. & demon. l.* hęc scriptura. & *infra de manu. test. l. si quis libertatem.*

t ¶ *Qui.* scilicet heres.

u ¶ *Defectus cōditione.* Imò videtur deficere. & sic est contra. *s. ad. l. Aquil. l. inde Neratius. §. idē Iulianus.* Sol. ibi post mortē testatoris decessit, hîc eo viuo. hoc nō valet: qa & ibidem dicit idem quando ante. 2. Alij quod hic non erat in mora manumittendi: ibi sic. 3. Vel hîc aliàs erat relicturus: ibi nō. 4. Tu dic quòd ibi fuit ab alio occisus: hic sua morte obiit. Et quod dicit hic viuo: idem si post mortem, dummodo ante moram: *vt infra de condi. & demon. l. antepenul. §. j.* ¶ Item contra ad idem. *C. de condi. inser. l. legatum. & infra de condit. & demon. l. in testamento.* Sed ibi erat conditio quæ pendebat ex suo & alterius facto, scilicet si illi nubat: hîc ex facto manumittentis tantum: quia inuitus manumittitur: *vt. C. de manumis. test. l. fina. §. licet enim.* & adde hic distinctionem quam habes. *C. de instit. & substit. sub condi. fac. l. j. Item facit ad. § infra de leg. j. l. turpia. §. j. & l. si fundum. §. Iulianus. & C. de cadu. tol. § ne autem. & infra de ver. sig. l. quæret aliquis. in fi. & de reg. iur. l. iure ciuili. & arg. infra de cura bo. dan. l. j. & infra. eo. l. si quis testamento.*

x ¶ *Eum.* heredem.

y ¶ *Viueret.* scilicet seruus.

z ¶ *Voluntas.* scilicet defuncti ab herede, vel legatario.

a ¶ *Si potest.* heres, vel legatarius.

b ¶ *Remittendo.* sic[a] *in Authen. de here. & Fal. circa princ. col. j. & . C. ne liceat poten. l. j. in prin. & xxiij. q. j. c. i.*

c ¶ *Remissum est.* per hanc legem.

d ¶ *Cesserit.* id est, dies mortis testatoris venerit, à quo solent puta legata cedere: *vt. C. de caducis toll. l. i. §. 1. & in. §. in nouissimo.* Sed videtur remanere conditio vt det vel faciat: *vt supra eodem. §. quoties.* Resp. conditio expressa & hominis, id est testantis, non fuit nisi iurisiurandi: sed legis & tacita est de dando vel faciendo

quod

a Quid sit religio, quid item superstitio, pulchrè Budæus *in annot. prio. in. de adil. edic. l. i. §. apud Iulianum. ibi, superstitiosum, &c.*

b Iuramentum ita cōcipi potest, Crede mihi.

c Iurisiurandi conditio verū facilius remittitur in cōtractibus quàm in vltimis voluntatibus.

d Iurisiurandi conditio de futuro nō remittitur: secus de præterito.

e Quod non licet iurare.

f Matrimoniū inter liberam & seruum, & inter seruū & seruam tenet, secundum Canones.

g Iuramenti de præterito & futuro summa est diuersitas. Priùs aliter impleri non potest, quàm iurādo. In posteriore facilè potest peierari.

† Nam quod vna via prohibetur, alia permitti non debet. *conc. c. vlti. in Gl. super ver. & peior aliter, post med. ibi, & quod nomine meo. extra de off. de deleg.*

h Iurari de futuro an possit.

i Conditio iurisiurandi remitti potest, cōditio tamen alia ei copulatiuè adiecta, vel alternatiuè, implenda est.

† Iurisiurandi conditio remitti potest, licèt non remittatur præceptū dandi vel faciendi.

† In archetypo erat, non enim sed Taurel. deposit nō, vt ipse adfirmat in adnotat. s. Sanè in omnibus manuscr. abest negatio. recte.

† Quod ergo illicitū est, contra id potest quis venire propria auctoritate. *simile in c. venerabilem. cū Glo. super verbo, venire. extra de elect.*

a Remissum à lege, à iudice implorari non debet.

a Conditio tacita se conditionalem non facit.

quod erat iurandum, quæ tacita[a] non facit rem conditionalem: *vt infra de condit. & demon. l. conditiones.* est ergo hic purum quantum ad transmittendum: quia conditionale non transmittitur: *vt C. de cadu. tol. §. sin autem.*

C*Onditiones.*] CASVS. Legaui Titio. x. sub conditione si non redemerit ab hostibus patrem suum ab eis captum. vel sub ista alia conditione: si non præbuerit alimenta parentibus suis pauperibus vel patrono suo. & postea decessi. certè habebit dictum legatum Titius remissis sibi dictis conditionibus tanquam contra bonos mores insertis. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

a ¶ *Non redemerit.* scilicet eum instituo, vel ei lego. ad[b] quod naturaliter filius tenetur: aliàs potest exheredari: *vt. C. de episc. & cleric. Authent. si captiui. & facit Instit. de lega. in fin. & C. de his quæ pœn. no. l. j. & infra eodem leg. conditiones. & quod not. supra eodem. l. j.* Accursius.

b Patrē ex carcere liberare filius naturaliter tenetur: aliàs potest exheredari. adde. l. si idem. l. quāuis. l. filius ma ... [illegible]

ignorante scripto herede. ideóque in herede legatarij rectè probatur, vt post diem legati cedentem si decesserit legatarius, debeat heres eius actione de legato vti, quasi purè legato relicto ei cui heres extiterat.

IX. PAVLVS *libro quadragesimoquinto ad Edictum.*

1 CONditiones quæ contra bonos mores inserūtur, remittendę sunt: veluti, si ab hostibus patrem suum non redemerit:[a] si parentibus suis, patronóve alimenta non præstiterit.

Vna scriptura videtur continere id quod continetur in alia ad quam illa refertur. Bart.

X. VLPIANVS *libro octauo Disputationum.*

INstitutio talis, *Si codicillis Seium heredem scripsero, heres esto*: non est inutilis in quouis herede instituto, præter filium.[b] est enim conditionalis institutio: nec videtur hereditas codicillis data, quod interdictum est:[c] verùm conditionalis est hæc institutio, quæ testamento data esset.[d] Proinde & si ita scripserit, *Cuius nomen*[e] *codicillis scripsero, ille mihi heres esto*: pari ratione dicendum erit institutionem valere, nullo iure impediente.

1. ¶ Si quem ita institutum ponamus, *Ille, si eum codicillis heredem scripsi, heres esto*: valet institutio[f] etiam in filio qui in potestate est: cum nulla sit conditio quæ in præteritum confertur, vel quæ in præsens: veluti, *Si rex Parthorum viuit, Si nauis in portu stat.*

I*Nstitutio.*] CASVS. Ita dixi in testamento meo: si codicillis Seium heredem instituero, heres esto. & postea feci codicillos, & in eis institui mihi heredem dictum Seium: & postea decessi. certè valet dicta institutio. nam est data Seio hereditas conditionaliter à me in testamento meo: & non videtur esse data in codicillis in quibus prohibitū est fieri institutioné. secus auté si prędicto modo instituissem mihi heredem filium meum in mea potestate constitutum: quia tunc erit inutilis institutio: & quasi à me præteritus dictus meus filius faceret ipso iure non valere testamētum meum. nam filius debet institui purè, vel sub potestatiua cōditione: *vt. s. de here. institu. §. suus. & l. iam dubitari.* Vel si instituatur sub casuali conditione: debet in eius defectum exheredari: *vt. C. de instit. & substi. si pater.* in nostro autem casu fuit casualis conditio: & in eius defectum non fuit à me exheredatus dictus meus filius: & ideo non est mirum si est inutilis institutio. & quod dixi. s. in persona Seij, scilicet vt valeat institutio: idem esset si ita dixissē: cuius nomē in codicillis scripsero, ille mihi heres esto. & postea fecissem codicillos, & in eis scripsissem nomen Seij. nam valebit institutio nō quasi in codicillis facta, quod est prohibitū, sed quasi facta in testamento. si autem ita dixissem in testamento: ille Seius quem in codicillis heredem scripsi, heres esto: & in veritate scripseram Seium heredem in codicillis quos ante testamentum prædictum feceram, valet institutio non solùm si dictus Seius erat mihi extraneus, sed etiam si erat filius meus: cum conditio in præteritum collata, sicut fuit prædicta, non videatur, nec sit conditio: & ideo videatur filius purè institutus. & quod dixi in conditione in præteritum collata, idem esset in ea quæ esset collata in præsens tempus, puta si rex Parthorum viuit: vel si nauis in portu stat. Viuianus.

b ¶ *Præter filium.* vt & *s. de here. insti. l. suus. in prin.* secus in verbo præteriti temporis: *vt j. proxi. §. j.*

c ¶ *Quod interdictum est.* vt. *C. de codicil. l. ij. & j. eo. l. quidam.* nisi in milite: *vt. j. tit. ij. l. quærebatur.* Accur.

d ¶ *Data esse.* sic. *j. de condi. & demon. l. si ita scripsero. & s. de here. insti. leg. asse. & l. si quis ita scripserit. & j. de vsufru. lega. l. quis plures. & de leg. ij. si quis in princ. testamenti. & de leg. j. si ita sit adscriptum.* Et sic videmur[c] eligere, cum eligimus quem tu nominabis: *sic. j. proxim. respon. & s. quod cuiusque vniuer. l. item eorum. §. si decuriones.* Sed ar. contra *j. de codicil. l. quidam referunt.* Accursius.

c Eligere an videamur cum ... dicimus ... eligere nominatum à tertio.

e ¶ *Cuius nomen.* licet solum nomen sit scriptum in codicillis. Et est arg. pro P. qui dixit quòd per[a] solum nomen proprium in testamento potest fieri institutio, sicut per duo verba: *vt. s. de here. insti. l. j. §. sin autem.*

f ¶ *Valet institutio.* hic valet de præterito: quia vel vera est, & statim tenet institutio quasi pura. vel falsa: & sic tanquam impossibilis habetur pro non adiecta: & sic valet, secundum. *Hug.* quod vltimum non est verum: *vt. s. de iniust. testa. l. cum in secundo testamento. & facit. j. de verbo. obliga. l. conditio & l. si ita stipulatus fuero hanc summam. & Instit. de verbo. obliga. §. conditiones. & supra titul. ij. l. circa. & infra de secūd. tabu. l. an scriptus. & de bon. lib. l. ij. §. si patronus. & supra si cer. peta. l. cum ad præsens.* Accursius.

a Institutio potest fieri per solum nomen proprium alicuius vt per duo verba. Ita que si quis tabulas testamēti manu tenēs, aut testaturus, dixerit simpliciter aut scripserit Titium, videbitur hoc solo actu eum instituisse.

Nota hic bonum exemplum de cōditione mixta.

XI. IVLIANVS *libro tricesimonono Digestorum.*

SI quis testamento hoc modo scripserit, *Filius*[g] *meus si Titium adoptauerit, heres esto: si non adoptauerit, exheres esto*: & filio parato adoptare, Titius nolit se adrogandum dare: erit[h] filius heres quasi expleta conditione.

XII. HERMOGENIANVS *libro tertio iuris Epitomarum.*

VErba hæc, *Publius Mæuius si volet, heres esto*: in necessario[i] conditionem faciunt: vt si nolit,[k] heres non existat. nam in voluntaria heredis persona frustra[l] adduntur: cum & si non fuerint addita, inuitus nō efficitur heres.

Implementum conditionis non inducit aditionem vel legati acquisitionem irreuocabilem. Bart.

XIII. IVLIANVS *libro trigesimo Digestorum.*

S*I quis in testamēto.*] CASVS. Ita scripsit Gaius in testamento suo: Seius filius meus heres mihi esto si Titium adoptauerit. si autem non adoptauerit, exheres esto. & postea decessit. filius cū vellet adoptare Titium, Titius noluit se dare ei. certè erit filius heres Gaij quasi expleuerit conditionem, cum per eum non remaneat. & c. h. d. Viuianus.

g ¶ *Filius.* vel erat emancipatus: vel (quod est verius) in defectum mixtæ conditionis fuit exheredatus: & sic tenet testamentum: *vt hic, & C. de institu. & substi. l. si pater.*

h ¶ *Heres erit.* Imò non erit: *vt. j. de leg. ij. l. vxorem. §. heres.* vbi dicit inualidum esse relictum sub tali conditione relictum. Sol. ibi stetit per filium, hic non: vt hic dicit, parato &c. *ad quod infra de condi. & demon. l. iure ciuili. & l. mulcta. & j. de reg. iur. l. in iure ciuili.* 2. Vel dic quòd hæc[b] conditio, si adoptauit, est contra bonos mores: & ideo inualida conditio seu rogatio de adoptando: vt ibi dicit: & ideo pro non adiecta debet haberi. Et quod hic dicit filio parato: sub. maximè. non autem dicit quòd institutio vel legatum non valeat, sed rogatio de adoptando.

b Cōditio adoptandi turpis est & ideo remittitur. Turpe est igitur cogi ab aliquo quenquam adoptare.

V*Erba hæc.*] CASVS. Ita scripsi in testamento meo: Publius Mæuius qui est filius meus, si volet, heres esto. & decessi. certè conditionalis est dicta institutio, scilicet vt si nolit esse heres, non sit: & hoc ideo, quia dictus Publius Mæuius est meus filius, vt dixi: & ita esset necessario mihi heres si non posuissem illa verba, si volet: & idem esset si esset meus seruus. si autem non esset meus filius vel seruus, & ita esset voluntarius heres, & non necessarius: frustra addidissem dicta verba, si volet quia & si non addidissem, non afficeretur mihi heres si nollet. Viuianus.

i ¶ *In necessario* qualis est filius & seruus: *vt Instit. de here. qua. & diffe. in prin. & §. sui.*

k ¶ *Si nolit.* ridiculum[c] tamen est fieri exheredationem in hunc casum: *vt supra de hered. institu. l. iam dubitari. & facit supra de here. institu. l. Cornelius.* Argu. contra *j. de manu. testa. l. si quis locuples. in fin.*

c Exhæredatio collata in voluntaté exhæredati ridicula est.

l ¶ *Frustra.* sic. *Cod. de fideiusso. l. non rectè. & supra man. quis mutuam. & infra de verborum. obligation. l. si ita stipulatus fuero. §. si Titius.* ¶ Sed arg. contra. *s. de vsur. l. si stipulatus. & j. de leg. j. l. si quando.*

E*I qui ita.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium sub conditione si. x. dederit Seio, & postea decessi. certè ad hoc vt habeat hereditatem meam dictus Titius, duo sunt ei necessaria. Pri-

mum est, vt adimpleat conditionem. Secundum est, vt postea adeat hereditatem meam, per quam aditionem acquiri solet hereditas. & idem est si legassem dicto Seio sub dicta conditione. nam post impletam conditionem necesse est quòd agnoscat legatum ad hoc vt habeat legatum irrepudiabiliter. loquitur enim hic de ea acquisitione legati quæ est irrepudiabilis ad hoc vt concordet iuri quod est in hereditate.

EI qui [a] ita hereditatem vel legatum accepit, si decem dederit: neque hereditas, neque legatum aliter adquiri potest, quàm si post impletam [b] conditionem id egerit scriptus heres vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquiri solet. [c]

a ¶ *Ei qui ita.* aliàs si quis ita. aliàs ei qui ita.
b ¶ *Impletam.* hic enim opus est adimpleri conditionem: *vt.j. de condi. & demon. l. qui heredi.§.fi.*
c ¶ *Acquiri solet.* id est adierit hereditatem: vel legatum agnouerit. sed in hereditate potest hoc tolerari. Sed in legato qualiter: cum statim impleta conditione quæratur dominium legatario: *vt supra quemadmodum seruitus amit. l. si partem.§.j. & infra de legat. ij. l. si legatum.* Respon. loquitur [a] hic de ea acquisitione quæ est irrepudiabilis & incommutabilis: quod contingit post agnitionem legati. ante enim quæsitum est: sed non sic vt repudiari non possit: & ferè [b] nō quæsitum dicitur, cum propter repudiationem perinde habeatur ac si legatum non esset: *vt infra de lega. j. l. seruum filij. § si quis. & l. si tibi homo. §. cum seruus. & supra ad legem Aquil. l. nam sicut.* ergo acquiri solet incommutabiliter: sed ante quæritur, sed commutabiliter. ¶ Item ad hereditatem est contra *infra de acquiren. hered. l. Antistius.* vbi [c] fit heres implendo conditionem. Solu. ibi impleuit conditionem, vt heres esset: hic vt esse posset, & purificaret conditionem: & haberetur pro purè instituto: quem constat non esse heredem nisi adeat. *ad quod supra de condic. ob cau. l. j. §. j. & de condic. indebi. l. in summa. §. sed & agere. & infra eod. l. si pupillus. & hic innuit.* ¶ Item contra *supra de here. institu. l. iam dubitari in fine:* Solu. ibi impleuit conditionem, vt esset heres: hic vt purificaret conditionem. Sed alij hanc distinctionem in extraneo admittunt: sed suus semper fit extunc heres: *vt. d. l. iam dubitari. arg. pro eis infra de conditio. & demonstra. l. conditionibus pupillus.* sed corrigitur. *j. de acquiren. here. l. cum bonis.* vbi idem in vtroque dicit.

† Huc pertinēt ea quæ de promissis non seruandis disserit M. Cic. *lib. 1. Offic.*

a Legata adquiruntur fictè à tempore mortis testatoris: verè sed reuocabiliter à tempore aditæ hæreditatis: aliâs est irreuocabilis, idque à tempore agniti legati.

b Quæsitum ferè non dicitur quod repudiari potest.

c Adire hæreditatem vtcum quis videatur conditionem implendo.

XIIII. MARCIANVS *libro quarto Institutionum.*

2 COnditiones contra edicta imperatorum, [d] aut contra leges, [e] aut quæ legis vicem [f] obtinent, scriptæ, vel quæ contra bonos† mores, [g] vel derisoriæ [h] sunt, aut huiusmodi quas prætores [i] improbauerunt, pro non scriptis habentur: & perinde ac si conditio hereditati siue legato adiecta non esset, capitur [k] hereditas legatúmve.

Conditio turpis adiecta in institutione filij vitiat testamentum. item non dicimur posse, quòd honeste non possumus. Bart.

COnditiones.] CASVS. Institui te heredem si eam duxeris in vxorem quam de sacro fonte suscepisti: vel reliqui tibi legatum sub dicta cōditione. certè perinde capies hereditatem meam vel legatum, ac si dicta conditio non esset adiecta hereditati vel legato. & hoc ideo, quia dicta conditio est contra dictum imperatoris quod est. C. de nuptiis. l. si quis alumnam. & idem esset si apposuissem conditionem quæ esset contra. ll. puta institui mihi heredem quendam senatorem si acciperet in vxorem quandam libertinam: vt. s. de ritu. nupt. l. lege Papia. & idem similiter esset si apposuissem conditionem quæ esset contra ea quæ legis vicem obtinent, puta institui mihi heredem Titium curatorem Seiæ si acciperet dictam Seiam in vxorem: vt. s. de ritu nup. l. senatusconsulto. & idem esset similiter si apposuissem conditionem quæ esset contra bonos mores: puta institui mihi heredem Titium si patrem suum non redimeret ab hostibus: vt. s. eod. conditiones. & idem esset si apposuissem conditionem quæ esset derisoria: puta institui mihi heredem Titium si publicè sui ludibrium fecerit: vt. s. de his qui not. infa. l. j. & ij. §. fin. idem esset si apposuissem talem conditionem quam prætor reprobat: puta institui mihi heredem Titium si iurauerit se facturum mihi monumentum: vt. s. eo. quæ sub conditione. Viuianus.

d ¶ *Imperatorum.* vt instituo te heredem si eam ducas in vxorem quam de sacro fonte leuasti: *vt. C. de nupt. l. si quis alumnam. §. fin.* idem magis si contra edicta Iesu Christi.
e ¶ *Contra leges.* vt senator libertinam ducat: *vt infra de rit. nup. leg. lege.*
f ¶ *Vicem obtinent.* vt contra senatuscon. curator adultam suam sibi coniungat: *vt. C. de interdic. ma. l. j.*
g ¶ *Bonos mores.* vt ne patrem ab hostibus redimas: vel ne patronum alàs: *vt. s. eo. l. conditiones.*
h ¶ *Derisoriæ.* vt [a] si ludibrium sui populo faciat, vel vocetur vespertilio: *vt. j. ad Trebel. l. sed sciendum. & l. facta. §. si danda. in fi. §. vel vt. j. eo. l. quidam.* Accursius.
i ¶ *Pretores.* vt si coegeris illum per metum tibi vendere, instituo te heredem, vel tibi lego: vel si iuraueris te aliquid daturum vel facturum: *vt. s. eod. l. quæ sub conditione. in prin. & in. §. quoties.*
k ¶ *Capiur.* vt. s. eod. leg. j. nisi ei à quo relinquitur, imposita sit: *vt Institu. de leg. §. fin. & facit. j. de leg. j. si quis inquilinos. in princ. & §. pe. & §. fi.*

a Derisoriæ conditionis exemplum.

Harmenop. 5. tit. 5.

XV. PAPINIANVS *libro sextodecimo Quæstionum.*

FIlius qui fuit in potestate, sub conditione scriptus heres quam senatus aut princeps improbant, [l] testamentum infirmet [m] patris, ac si conditio non esset in eius potestate. [n] nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem, [o] verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt: nec facere nos posse [p] credendum est.

Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionem. Bart.

XVI. MARCIANVS *libro quarto Institutionum.*

SI Titius heres erit, [q] *Seius heres esto: si Seius heres erit, Titius heres esto:* Iulianus inutilem [r] esse institutionem scribit, cum conditio existere non possit.

FIlius.] CASVS. Ego filium quem in potestate habebam, institui mihi heredem sub prædicta conditione quam princeps improbauit: puta si acciperem in vxorem illam quam de sacro fonte suscepi. certè facit non valere testamentum meum, ac si conditio non esset in eius potestate. nam filius debet institui sub conditione sibi potestatiua, vt dixi. s. eo. institutio. & est ratio quare non videtur esse in eius potestate dicta conditio: quia credendum est facere nos non posse illa facta quæ lædunt pietatem vel existimationem vel verecūdiam nostram. & vt generaliter dixerim, credendum est nos non posse facere ea facta quæ contra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea cōditione quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam senatus improbauit: puta institui mihi Titiam filiam meam heredem si fideiusserit pro Seio apud Sempronium, & postea soluerit. quæ conditio est contra senatusconsultum Velleianum. Viuianus.

l ¶ *Improbant.* pone exemplum *vt. s. l. proxi.*
m ¶ *Infirmet.* [b] non ita si patronus. nam rumpit per contra tabu. sed conditio habetur pro non apposita: & ex testamento est heres: *vt infra de bonis libertorum. l. si libertus sub conditione.* ¶ Item quia non habetur hæc conditio pro non adiecta: *vt supra. l. proxi. & l. conditiones.* quæ sunt contra. Respondeo *vt supra eod. l. j. notatur.*
n ¶ *Potestate.* quod est necesse [c] vt valeat institutio: *vt. s. de here. institu. l. suus. & C. de insti. & substi. l. si pater.*
o ¶ *Existimationem.* id est famam: *vt. j. de var. cog. l. pe.*
p ¶ *Nos posse.* licèt de facto fieri facilè possit. *ad hoc. j. de verbor. sign. l. nepos. & de auro & argen. leg. l. vestis. §. vestimenta. & j. de fur. l. pen. & s. de vsur. l. iij. & iiij. & s. quibus ex cau. ma. l. in eadem. & xxij q. ij. c. faciat homo quod potest.*

b Si filius instituitur sub cōditione turpi vel impossibili de iure, talis conditio non reijcitur, sed vitiat institutionem. vide Grassum libro sentent. §. Testamentum. quæst. 37. nu. 4.

c Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionem.

SI Titius heres erit.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: si Titius heres erit, Seius heres esto: & si Seius heres erit, Titius prędictus heres esto, certè istæ institutiones non valent: quia propter perplexitatem conditio existere non potest. Viuianus.

q ¶ *Si Titius heres erit.* hic Titius ergo debet esse primò heres: *vt supra de here. insti. l. seruus alienus. §. si quis.* & alter primò eadem ratione: quod esse non potest: *vt in proœmio Digest. §. discipuli. Azo. ibi, quia quod primum &c. vt supra titu. j. l. fi. §. Titius. in fin. §.*
r ¶ *Inutilem.* ratio est in euidenti: quia vt sit Titius heres, oportet vt primò eius conditio impleatur, id est quòd Seius primò sit heres: *vt. d. l. de here. institu.* ¶ Sed Seius hoc facere non potest, nisi & sua conditio impleatur, scilicet quòd Titius primò heres sit. inuicem ergo propter perplexitatem [d] verborum se impediunt. *sic. j. de verb. oblig. l. si Titius. & de regu. iur. vbi repugnantia.* sed [e] vbi esset impossibilis de natura vel de iure, valeret institutio, ea habita pro non scripta: *vt supra e. l. j. & l. conditiones. & l. si quis ita institutus. & Insti. de here. insti. §. impossibilis.* quæ sunt contra. ¶ Item videtur superuacua hæc conditio: *vt. s. eod. l. verba. contra.* Sed ibi implere conditionem, scilicet volendo fieri heres & adire, ab eodem & simul fiunt: hîc ab alio: vnde debet impleri conditio prius quàm alter possit adire: *vt. j. eo. l. si ita scriptum.* quod euidētius apparet si ponas cōditionē quæ eget longo tēporis tractu, vt si

d Impossibili cōditioni natura vel lege cōditione impossibili ratione perplexitatis differentia. Prior nō vitiat institutionem, posterior vitiat.

e vide quæ scribit ad Accursium l. 4. in verbo erat. in princ. C. de Institut. & substit.

ditio existere non possit.[a]

XVII. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

SI plures [b] institutiones ex eadem parte [c] sub diuersis [d] conditionibus fuerint: conditio quæ prior extiterit, occupabit institutionem.

Conditio adiecta in institutione, videtur in legato repetita. Bartolus.

XVIII. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

CVm seruus [e] purè liber, & heres scriptus [f] sub conditione [g] sit, & si heres non extiterit, [h] legatum acceperit: in legato repetitam † videri * conditionem [i] diuus Pius rescripsit.

1. ¶ Hac † ratione & Papianus scribit, cum auia nepotem sub conditione emancipationis pro parte heredem instituit, & postea codicillis scriptis hoc amplius ei legauit, [k] quàm quòd heredem eum instituit, repetitam videri conditionem emancipationis etiam in legato, quamuis in legato nullam, vt in hereditate, substitutionem * fecisset.

XIX. IDEM *libro octauo Institutionum.*

SI ita scriptum fuerit, *Titius heres esto: si Titius heres erit, Meuius heres esto:* si Titius suspectam adierit [l] hereditatem, potest Meuius suo arbitrio adire, & quartam retinere.

Conditio de non petendo in vltimis voluntatibus, per acceptilationē impletur. Idem si alio modo de iure peti non potest. Bart.

XX. LABEO *libro secundo posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

vt si domum fecerit. ¶Item an erit idem econtra, si dicam, Titius heres esto, si Seius heres non erit: & Seius heres esto, si Titius heres non erit? Sed potest ibi dici quòd extensio huius verbi, erit, dabit vtilem vel inutilem institutionem: & sic expectabitur [a] alterius repudiatio. 2. Vel dicas quòd qui primò adierit, ille sit heres: & si alius postea velit, non potest: *vt arg. infra de verborum obligationibus. l. si Titius.* ¶ Sic ergo aliud [b] est in conditione faciendi: & aliud in non faciendi. sic aliàs in altera cauetur: *vt supra eodem. l. si quis ita & infra de conds. & demon. l. Mutianæ.* altera impleri debet ante: *vt supra de here. insti. l. iij. §. si quis. & j. de condit & demon. l. qui heredi. §. si.*

a ¶ *Non possit.* vtraque vel altera. duæ enim sunt.

SI plures.] CASVS. Institui mihi heredem Titium in duabus partibus hereditatis meæ: & Seium institui mihi herēdem in tertia parte sub conditione si nauis ex Asia venerit: & Gaium institui in eadem tertia si Sempronius consul factus fuerit: & postea decessi. certè quæcunque dictarum conditionum prius extiterit, ille habebit dictam tertiam cui fuit adscripta dicta conditio quæ prius extitit. Viuianus.

b ¶ *Si plures.* Institui [c] Titium ex triente, si nauis ex Asia venerit. Item Seium ex eodem triente, si nauis venerit ex Africa. Et secundum hoc propriè dicit plures institui: & nil est contra. 2. Vel dic quòd eundem sic institui. ¶ Sed tunc quo modo plures? Respond. quia bis facta fuit, tamen in eandem partem, & in eundem heredem.[d]

c ¶ *Eadem parte.* in specie. ¶ Sed quid si ex alio triente primo, & ex alio secundo instituit eundem sub diuersis conditionibus? Respon. existente conditione vnus institutus ex ea erit heres: & si in secundo habeat institutus substitutum, expectatur conditionis euentus illius institutionis: alioquin idem quod hîc, vt in solidum sit heres: *vt. j. de acquir. here. l. cum heres. §. si. & l. seq. & s. de here. Instit. l. si te solum. in prin. &.* §. j. Accursius.

d ¶ *Sub diuersis conditionibus.* in diuersis testamenti partibus appositis *secundum Io.* ¶ Sed contra *j. de condit. & demonst. l. sub diuersis. & l. quod traditum. & l. nam ad ea.* Sed hic à primo recedere noluit, & hoc expressit: alioquin contra præsumitur. 2. Vel hic fuerunt alternatiuè positę. *Azo* & simul, ad quod est quod no. *s. eod. l. si heredi.* 3. Vel hic in hereditatibus in quibus non fuit tātum expectandum vt testamentum valeat: illud in legatis. *& fac. s. de procu. l. pluribus.*

CVm seruus.] CASVS. Sticho seruo meo dedi libertatē purè, & eum heredem institui sub conditione si nauis ex Asia venerit: & si heres mihi nō extiterit, legaui ei centum: & postea decessi. vult ergo modò dictus seruus habere statim legatū, & repudiare hereditatē. certè non habebit legatum nisi prius existat prædicta cōditio hereditati apposita. videtur enim in legato repetita: & ita etiam videtur repetita conditio in isto alio casu, Titia instituit sibi heredem nepotē suum Seiū in dimidia hereditatis suæ sub cōditione si emanciparetur à patre suo, & postea fecit codicillos in quibus legauit eidem nepoti centum vltra illud in quo eum heredem instituit, & postea decessit. certè eadem conditio videtur repetita in legato in codicillis dato, quæ fuit adiecta in institutione, quamuis in legato non fecisset substitutionē sine repetitione conditionis, sicut fuit adiecta in institutione. Viuianus.

e ¶ *Cum seruus.* proprius [e] testatoris, [f] Alij de alieno, [g] Vel testatoris, sed viuo testatore alienato. Accursius.

f ¶ *Scriptus.* pro parte, vt conueniat cum seq. casu, quia dicit de legato quod non valeret nisi ab intestato esset repetitum si coheredem non haberet, *vt. C. de fideicomm. l. eam quam.*

g ¶ *Sub conditione.* si Titius fuerit consul.

h ¶ *Non extiterit.* quia [h] defecit conditio.

i ¶ *Conditionem.* sc. [i] quòd [k] Titius sit consul, & dic etiam libertatē, *vt hîc, & infra de condit. & demonst. l. auia.* alioquin inutile esset legatum: *vt. Cod. de leg. l. seruus.* & adde de libertate vt dicitur, *& no. supra titul. ij. l. Trebatius. & l. sequen.* ¶ Item hoc nisi talis sit conditio quæ legatum reddit inutile: *vt infra de leg. j. l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si quis à filio. & infra de fideicommiss. lib. l. fin. & infra de verbo. obligat. l. Titia. §. idem respondit. quæ sunt arg. contra. Azo.*

k ¶ *Hoc amplius ei legauit.* prædia illa sub. *vt infra de condit. & demonstrationibus. l. auia.* ¶ Et not. de repetitione, [a] *sic infra de cō dit. & demonstr. l. cum seruus. in principio. & de lega. ij. l. Latinus. in fine. & infra de manu. testa. l. diuus. & de leg. ij. l. in repetendis. & infra de vsufruct. lega. l. codicilis.* ¶ Sed argui contra, *supra titul. ij. l. sub conditione. & infra de an. leg. l. Seio. §. vxori. & supra de actio empti. l. si venditor. & nota. Institut. ad. l. Aquil. §. ex hoc capite.*

SI ita.] CASVS. Ita scripsi in testamento meo: Titius heres mihi esto: & si dictus Titius heres erit, mihi Mæuius heres esto: & rogo eos ambos per fideicommissum vt hereditatem meam restituant Sempronio: & postea decessi. cum Titius nollet adire meam hereditatem, Sempronius fideicommissarius fecit eum cogi per prætorem vt adiret: & ita Titius coactus adiuit. sicque quartam non retinuit: tamen restituit Sempronio ex Trebelliano partem quam coactus adiuit. modò quæritur, vtrum prædictus Mæuius posſit pro sua parte adire suo arbitrio sine coactione, & quartam retinere cum restituet Sempronio prædicto? & videtur quòd non: quia cum Titius suspectam adiuerit, perinde est quantum ad eum ac si non adiuisset. vnde quia Titius non adiuisset, videtur quòd Mæuius adire non posſit: qui Mæuius fuit à me institutus sub conditione si Titius adiuisset, vt dictum est. Item & quia Titius coactus adiuit: videtur quod Mæuius adire debeat eodem modo ac si esset coactus, & sic quartam non retineat. dicitur tamen hîc quòd & suo arbitrio posſit adire dictus Mæuius: & quòd quartam Trebellianicam à Sempronio retinere posſit. Viuianus.

l ¶ *Adierit.* Coactus [b] per fideicommissar. quia erant rogati alij restituere. ¶ Item adeunte Titio completa est conditio Mæuij: *vt s. titu. ij. l. iij. § si quis.* Dubitatio autem huius legis erat hæc, *secundum Azo.* quia cum Titius suspectam adiit, perinde est quantum ad eum ac si non adiisset: vnde quasi non adiisset, videbatur quòd hic adire non posset: vel quia Titius fuerit coactus adire, videbatur quòd & hic coactus adire debet: & sic quartam retinere non debet: quia qui [c] coactus adierit, quartam non retinet: *vt infra ad Trebel. l. quia poterat.*

MVlier.] CASVS. Titia vxor mea promisit mihi centum nomine dotis, & feci secum pactum de dicta dote lucranda si ipsa in matrimonio præcederet. postea constante matrimonio ipsa venit ad mortem, & instituit me heredem sub conditione si dicta. c. non peterem nec exigerem: & dedit mihi duos coheredes purè: & postea decessit. certè si ego denuntiem dictis meis coheredibus qdòd per me non stat quo minus liberem eos per acceptilationem ab obligatione dictorum. c. statim sum heres pro tertia parte. si autem non dedit mihi aliquem coheredem dicta mea vxor, videtur me instituisse sub imposſibili conditione, eo quòd non habeo cui denuntiem: & sic ero eius heres in solidum habita dicta conditione imposſibili pro non scripta. [SI QVIS HEREDITARIVM.] Institui mihi heredem Titium si manumitteret Stichum seruum meum: & postea decessi. certè potest Titius manumittere dictum Stichum de facto, licet non de iure: & heres esse: & post aditionem hereditatis per Titium factam conualescet libertas Stichi. [SI QVIS TE.] Titius instituit te heredem sub conditione si tu eum instituisses heredem. certè quocunque gradu probes te eum instituisse, eris eius heres. & idem esset si Titius instituisset te heredem sub conditione, si tu ei aliquid legasses. nam quocunque gradu probes te ei aliquid legasse, eris eius heres. Viuianus.

a Imò nō expectabitur alterius repudiatio, quia non poslet repudiare, cum nondum sit delata. *l. si qui haer. j. de adquir. hereditate.* Dicendum itaq; institutionē nō vitiari: quia adeūdo de facto, filii implet conditionē & facto deficere desinit. vt l. j. 1. [illegible] vel quod [illegible] decedente, alter erit.

b Conditionis faciendi & nō faciendi differentia.

† Excepto vno casu quem Lodo. Romponis in singulis in verb. cōditio. vide omnino p Bart. *in l. fuit conditionē de here. instit.*

* Sunt qui dicant hic legendū esse libertatem: contra fidem Floren. & omnium librorum, & cōtra rationem iuris, ni fallor.

† Cōditio adiecta Institutioni, videtur adiecta legato.

c Heres institutiones hic, an debeant intelligi de diuersis personis vel de eadem.

d Et ideo respectu personæ, vna est: verborū conceptionis, plures.

e De quo seruo hic agatur.

f Hanc interpretationē vt verissimā commendat. *Bart.*

g Hęc falsa. *Bartolus.*

h Imò quia noluit esse hæres. *Bartolus.*

i Cōditio quęnam hic intelligatur repetita in legato.

k Alij statuliberitaris conditionem hic intelligūt, *vt Iabus de Acci. arg. l. aula j. de condit. & demonstr. apud hanc lōc.* alij, [illegible] *vt* [illegible] alij, si [illegible] nō extiterit, quia noluit. *vt Bart.*

a Amplius. particula repetitiua est eiusdem conditionis. *vt hîc.* Idem in indictione, supra & vltra, & similibus, quia conditio quæ est in augmēto videtur esse repetita in eo quod auctum est.

* Hal. mentionem.

b Coacta aditio est aditio, & putam reddit conditionē si hæres erit: vnde, cōditionem, si hæres erit, ita interpretamur, si heres erit sponte vel coactè.

c Trebellianicam non deducit, qui coactus hereditatem adiit.

a ¶ *Debebat.* sub [a] pacto lucrãdę dotis si [b] ipsa præmoriatur, vt habeant locum sequentia.
b ¶ *Instituerat.* pro parte.
c ¶ *Neq; petisset.* id est accepto ferret. & sic iuris sunt: *vt infra de libe. lega. l. iij. §. nunc de effectu.* aliàs [c] locum hãberet cautio Mutiana: *vt infra de condit. & demonstratio. l. Mutiane.*

MVlier quę viro suo ex dote promissam pecuniã debebat, [a] virum heredem ita instituerat, [b] si eam pecuniam quam doti promisisset, neque [c] petisset, neque exegisset. Puto, si vir denuntiasset cæteris heredibus, per se non stare quo minus accepto faceret id quod ex dote sibi deberetur, statim cum heredem futurum. Quòd si solus heres institutus esset in tali conditione nihilominus puto statim eum heredem futurum: quia ἀδύνατος † conditio pro non scripta [d] accipienda est.

Si conditio non potest impleri de iure, sufficit quod impleatur de facto. Bartolus.

1. ¶ Si quis hereditarium seruum iussus est manumittere, † & heres esse: [e] quamuis si manumiserit, nihil agat, tamen heres erit. verum est enim eũ manumisisse: [f] sed post aditionem libertas seruo data secundum voluntatem testatoris conualescit. [g]

Substitutus est proprie institutus: vel substitutio est proprie institutio. Bartolus.

2. ¶ Si quis te heredẽ ita instituit, [h] † si se heredẽ instituisses, aut q. d sibi legasses: nihil interest

d ¶ *Pro nõ scripta.* vtpote impossibilis, cũ non est cui caueat: *vt supra eo. si qui. §. idem Iulianus. & j. de condit. & demonst. l. Mutiana. & facit ad hoc. C. de here. institu. l. si compensandi.*
e ¶ *Heres esse.* & hęc institutio nulla videbatur, cũ prius deberet manumittere seruum hereditarium, quàm heres esset: *vt supra de heredi. institu. l. iij. §. si quis. & infra de condi. & demonst. l. qui heredi. in fine.* & manumittere non poterat nisi heres esset, vtpote non dominus: *vt. C. de his qui à non do. l. iiij.* valet tamen magis per volũtatem defuncti quàm per manumissionem.
f ¶ *Manumisisse.* sc. de facto: & sic non sufficit de facto fieri, etsi de iure non teneat: *vt. infra de sta. libe. l. pe. & l. Stichus si hered. & infra de manumiss. test. l. seruum testamento. & infra de condit. & demonst. l. Mauius & infra de verborum oblig. l. quidam in fin.* ¶ Sed arg. contra. [d] *j. de condit. & demon. l. hæc conditio.* [e] *& supra quod quisque iur. l. j. in fi.* [f] *& C. si man.* [g] *ita fuc. ali. l. ea quidem.*
g ¶ *Conualescit.* Contra infra *qui & à qui. l. si seruo.* vbi conualescit. Solu. non [h] ipso iure, vt ibi: sed tamen si veniat contra factum suum, obstabit exceptio: *vt. s. de pig. act. l. si rem alienam. & l. j. & de pig. l. si à Titio. & facit ad hoc. C. de lib. cau. l. si ab eo. & quod ibi not.*
h ¶ *Instituit.* in præteritum, non in futurum: *vt. s. tit. ij. l. hoc articulo. & j. de his quæ pro non script. l. j. in fi.*
i ¶ *Vel quid.* sub. etiam modicum. [i]

SEruus. CASVS. Seruum Titij institui mihi heredem, cum liber erit. certè valet institutio. proprium autem meum seruum nõ possem taliter instituere: quia cum ei libertatem dare possem, debeo ei dare libertatem si volo eum liberum esse, & mihi heredem vel purè vel in diem, vel sub conditione: nec facultatem habere debeo instituendi eum heredem in casum obuenientis ei libertatis à quocunque alio. *& hoc dicit cum l. seq. Viuianus.*
k ¶ *Non potest.* sc. vt institutio sit conditionalis. Ro. sed erit pura conditione habita pro nõ scripta. Tu dic, [k] nulla est omnino, *secundum Io. vt hic dicit.* Sed contra *s. tit. ij. l. talem. in prin.* Solu. ibi bis data fuit libertas seruo. Primò purè & vtiliter, secũdò sub cõditione, & inutiliter. vt & hic: quare licèt ex secunda datione nõ teneat, tenet tamen ex prima pura & vtili. ¶ Itẽ facit. *Insti. qui tu. da. poss. §. seruus.* vbi eodem modo distinguitur in seruo tutore dato: licèt illa distinctio videatur tolli *per l. s. de test. tu. l. si here. §. fin.* vbi non refert inter seruum suum & alienum tutorem datum. Sed dic quòd vterque liber est: sed alter directò, cum suus: alter per fideicommissum, cum alienus.
l QVia ratio. Si volo seruum meum heredem instituere, debeo ei libertatem relinquere vel purè, vel in diẽ, vel sub cõditione: nec debeo fortunę committere vt fiat liber ab aliquo domino futuro, vt sic postea sit heres. *Azo.* 2. Vel dic ratio, scilicet vt non pendeat ex alieno arbitrio. *vt supra tit. ij. l. illa.* ¶ Itẽ & ille [l] qui potest stare certò, nõ stet incertò: vt dicit prouerbium: *vt hic, & s. tit. ij. l. quoties. §. heredes.* Accursius.
m ¶ *Libertatem dare.* scilicet ex quo dat ei hereditatem. ¶ Sed contra *s. titu. ij. l. hereditas ex die.* Sol. libertas [a] & hereditas potest differri, vt post Pascha sit liber & heres: sed tantùm heres nõ. verùm in prædicto casu subducitur tempus quantum in hereditate: vt sic habeat commodum medij temporis, secundum Azo. 2. Vel dic, ex die incerto: *vt. s. titu. ij. l. in tempus. & l. qui filio.* Accursius.

quo gradu is à te heres institutus, vel quid [i] ei legatum sit, dum modo aliquo gradu id te fecisse probes.

XXI. CELSVS *libro sextodecimo Digestorum.*

SEruus alienus ita heres institui potest, *Cum liber erit:* proprius autem ita institui non potest: [k]

XXII. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

QVia ratio [l] suadet, eum qui libertatem [m] dare potest, ipsum debere aut præsenti die, aut in diem, aut sub conditione dare libertatem, nec habere facultatem, in casum à quolibet [n] obuenientis libertatis heredem instituere.

XXIII. MARCELLVS *libro duodecimo Digestorum.*

VTer ex fratribus meis consobrinam [o] nostrã duxerit vxorem, ex dodrante: [p] qui † non duxerit, ex quadrante heres esto. [q] aut nubit alteri, aut nõ vult nubere consobrinam qui ex his duxit vxorem, habebit dodrantem: erit alterius quadrans. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipsi ducere noluerunt, sed quia illa nubere noluerit: ambo in partes æquales admittuntur. [r]

n ¶ *A quolibet.* futuro domino, quasi fato committẽdo: *ad quod infra de condi. & demonstr. l. j. in fin. & de lega. iij. sed & si sic.* Accursius.
VTer.] CASVS. Ego habens duos fratres, & vnam consobrinam: ita dixi in testamento meo. Vter ex fratribus meis consobrinam nostram vxorem duxerit, heres mihi esto ex dodrante: ille autem frater meus qui eam non duxerit, heres mihi esto ex quadrante. & postea decessi: & dicta consobrina nupsit vni de dictis meis fratribus certè ille cui ipsa nupsit, habebit dodrantem hereditatis meæ, & alter quadrantem. si autem aliquis eorum nõ duxit eam in vxorem, eo quòd ipsa noluit: tunc erunt ambo mihi heredes pro ęquali portione, quia per eos non remanet quin conditionem adimpleant: sicut si essent instituti heredes si darent centum Titio, vel facerent mihi monumentum: & per eos non remaneret quin darent centum, vel monumentum facerent. & idem esset si dicta consobrina decessisset viuo me testatore: & ita certum est quòd per eos non remanet quin conditionem adimpleant. *& hoc dicit cum. l. sequ.* Viuianus.
o ¶ *Consobrinam.* quæ dicitur consobrina, habes *Institutio. de gradibus. §. quarto.* & licitum [b] est tale matrimonium secundum leges: *vt Institutio. de nuptiis. §. duorum autem.* & intellige hoc verum quando honestè ei nubere poterat: aliàs conditio pro non adiecta habetur: *vt Cod. de institutionibus & substitutionibus l. ij. & infra de conditionibus & demonstrationib. l. cum ita. & l. seq. & l. Titio. §. j.* & sic tunc vterque admittitur in semisse: *vt infra proxi.* satis probatur. Sed secundum canones [c] constat talem conditionem pro non adiecta debere haberi: cum interdictum sit tale matrimonium. Azo.
p ¶ *Dodrante.* id est. ix. vnciis.
q ¶ *Heres esto.* hæc institutio est pura: sed distributio partium sub conditione: *vt. j. l. proxi. in fin.* vnde viriles habent portiones deficiente conditione: & secundum hoc non est contra. [d] *j. de condi. & demonstr. l. in testamento.* vbi aliter distinguitur: quia ibi sub conditione fuit relictum.
r ¶ *Aequales admittuntur.* ¶ Quid si alteri nupserit, & per alterum non stetit quo minus ei nuberet? Respon. secundum Io. alter. ix. alter. iij. habebit: licèt finis huius. l. ei sit cõtrarius. Azo. Sed non ob. quia vtrique nubere non poterat. ¶ Item pone quòd neuter vult eam ducere. Io. viriliter admittentur: quia duplex est institutio: scilicet pura sine parte, item cum partibus discretis sub conditione: *vt. j. l. proxi.* sicut sunt duo arbitri præcepta: *vt. s. de arb. l. Celsus.* cum ergo deficit conditionalis, remanet pura: *vt. s. tit. ij. l. si quis ita scripserit.* Et sic quatuor casibus vterq; admittitur in virilem portionem, & æqualem: id est vterque in semissem: puta si illa moriatur viuo testatore, vel etiã postea, dummodo antequam sit in mora contrahendi: *vt. j. l. proxi. & j. de condit. & demonst. l. pen. §. j.*

a Dotis lucrãdæ pactum habet locũ, siue dos sit soluta, siue non sit soluta.
b Institutio mariti in dotis locco ei debito, non cẽsetur facta animo cõpẽsandi.
c Conditio nõ petendi verum impleatur per cautionẽ Mutianã. Dic hæc conditio si nõ petierit, si ad ius refertur per testatorem potest ei satisfieri acceptum ferẽdo debitori: si id factũ, non satisfit ei per acceptilationẽ. In vltimis verò voluntatibus hæc conditio, si nõ petierit, ad ius: l. liceti. j. vt legatorum. in contractibus, ad factum etiã refertur. l. vbi pactũ. C. de transac.
† Id est impossibilis. nã Græci hoc verbum tam pro necessaria quã pro impossibili vsurpant.
† Quid ex his verbis colligatur. vide Guid. Papæ. decis. 311.
d An sufficiat aliquid de facto fieri.
† Sic substitutio dicitur proprie institutio. Bald. in rub. C. de impube. & ali. substitu. nec debet fieri nisi verbis expressis. Bal. in l. fi. in oppo. Cod. de hær. institu.
e Facto fieri sufficit vbi de iure fieri non potest.
f Ibi consideratur pœna edicti, in qua cõsideratur effectus, non merum factum.
g In pœna & odio stricta fit interpretatio, & ideo verba referuntur ad ius.
h Vel, ibi libertas sponte ex facto datur hic ex necessitate, ideoque nõ est beneficiũ sed debitum.
i Legatarius dicitur, etiã is qui est vnius nummi legatarius.
k Institutio serui proprij sub hac conditione Cùm liber erit, nõ est pura, aut conditionalis, sed nulla.
l Certò q stare potest, non stet incertò. vel, Tene certũ dimitte incertum.

a Hæreditas sola nõ potest dari in diem vel sub conditione, sed cum libertate sic.
† Hæc verba olim aberant in manuscriptis sed postea fuere addita ex Pisano libro.
b Iure ciuili non canonico, consobrinam ducere licet.
c c. non debet. extra de consang.
d Conditio mixta si impeditur per casum, dispositio deficit.

penul.§.j. Item si illa non vult nubere. Item quando vterque sine iusta causa non vult. Item quando honestè eam ducere non possunt: vt dictum est. Econtra in duobus inæqualiter: scilicet si alteri nupserit post mortem testatoris, vel in vita post testamentum: *vt hic, & Cod de institu. & substitut. l. si quis heredem*. Item si alter noluit ducere volentem: *vt hic, in. si. colligitur.*

Plerumque [a] enim hæc conditio *si vxorem duxerit, si dederit, si fecerit:* ita accipi oportet, quòd per eum non stet quo minus ducat, det,[b] aut faciat.

XXIIII. PAPINIANVS *libro sexto Responsorum.*

QVi ex fratribus meis Titiam consobrinam vxorem duxerit, ex besse heres esto. qui non duxerit, ex triente heres esto. Viuo testatore[c] consobrina defuncta, ambo ad hereditatem venientes, semisses habebunt: quia verum est[d] eos heredes institutos, sed emolumento portionum euentu nuptiarum discretos.

XXV. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

SVb conditione heres institutus seruus, sine iussu domini conditioni parêre † non potest.[e]

XXVI. POMPONIVS *libro secundo ad Quintum Mucium.*

SI pupillus sub conditione[f] heres institutus fuerit: conditioni etiam sine tutoris auctoritate parêre potest. Idémq; est & si legatum ei sub conditione relictum fuerit: quia conditione expleta, pro eo est quasi purè ei hereditas vel legatum relictum sit.[g]

Conditio quæ continet inhumanitatem, respuitur: & ex sermonibus incongruis præsumitur quis non sanæ mentis, nisi probetur contrarium. Bartolus.

XXVII. MODESTINVS *libro octauo Responsorum.*

a ¶ *Plerumque.* nam quandoque non sic est: vt potest colligi ex distinctione quam nota. 3. eo. l. j. Hu.

b ¶ *Det.* [a] sic *in Authenti. vt exac. instan. do. §. fina. & facit. ad l. j. de secund. tabul. l. ij. §. si quis ita. & de an. leg. l. Mauia. in princ. & C. de condi. inser. l. ij. & C. de inst. & substitu. l. j. & j. de leg. j. l. turpia. §. ij. & de contrahen. empt. l. hac venditio. & supra de here. institut. l. quoties. §. si quis. & infra de condi. & demonst. l. si Titius. & j. l. prox.*

QVi ex fratribus.] c *Viuo testatore.* vel post mortem ante moram: *vt. s. leg. proxim. not.* ¶ Item dic quòd & in vita testatoris potest impleri: vt ibi not.

d ¶ *Quia verum est.* hæc est ratio quare hæc & superior. l. non obstat distinctioni quæ fit, *infra de condit. & demonst. l. in testamento. & facit ad hoc supra. l. proxim. cum suis concor.*

SVb cõditione.] CASVS. Institui mihi heredem Stichum seruum Titij sub cõditione si ascenderit ipse Stichus capitoliũ. & postea decessi. certè non potest Stichus adimplere conditionem inuito domino suo, scilicet quantum ad hoc vt dominus fiat heres. Sed pupillus sub conditione institutus, vel cui sub conditione est legatum relictum, bene potest parere conditioni etiam sine auctoritate tutoris: quia propter hoc non efficitur statim pupillus heres, vel acquirit legatum: sed in eo statu efficitur quasi purè ei hereditas relicta sit vel legatum. *& h. d. cum. seq.* Viuianus.

e ¶ *Non potest.* vt dominus fiat heres: paret tamen, & facit purã, vt dominus possit iubere adire: *vt. j. de condi. & demonst. l. in conditionibus. §. j. qua est contra.* 2. Vel dic quòd nec eam purificat si [b] domino non placet quod facit. alioquin sic, *vt ibi,* vt ita possit iubere adire. *& facit. j. proxi.*

f SI pupillus sub conditione. si seruierit illi per mensem. secus si in dãdo: *vt no. j. de cõdi. & demon. l. in conditionib. in prin.*

g ¶ *Relictum sit.* quasi dicat, non eo ipso quæritur hereditas vel legatum. nam nec purè relicta statim quæritur: *vt. s. eo. l. si quis ita. & ibi not. s. de condic. ob cau. l. j §. j.*

QVidam.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium sub conditione, si reliquias eiusdem Titij testatoris proiiceret in mare. & postea decessit dictus testator. Seius autem prædictus heres non proiecit reliquias in mare: sed tradidit eas sepulturæ in memoriam humanæ conditionis. nunquid repellitur dictus heres ab hereditate? & videtur quòd sic: quia dictus testator videtur propter suum præceptum non fuisse sanæ mentis: & ideo non potuisse aliquem instituere: & sic illum qui esset legitimus heres ab intestato, posse de iure hereditatem habere: & ita verum est, nisi heres scriptus probet contrarium, scilicet testatorem non fuisse

ff. Infort.

[a] Per quẽ non stat quominus fiat, fecisse is videtur.

† Sunt qui putent negationẽ hanc abundare. nam constat seruũ conditioni sine iussu domini parere posse. l. 3. j. de cond. & dem. nisi dicas posse quidem, non tamen vt ob id videatur dominus se gessisse p herede.

[b] Hoc verum est in cõditione dandi. in faciendi verò non est opus vt domino placeat. arg. §. *sed cum factum Inst. de stipul. seruorum.*

furiosum. si autem probet, non est ab hereditate repellendus: laudandus est enim ex eo quòd non proiecit dictas reliquas in mare. [QVEM TESTAMENTO.] Ei Titio quem testamento purè instituit sibi heredem Seius, codicillis à se Seio postea factis adscripsit conditionem dictus Seius in dictis codicillis: & ita scripsit: Volo mihi esse heredem, Titium si det Gaio centum. nunquid si vult hereditatem Titius, tenetur dare centum dicto Gaio? & dico quòd non. hereditas enim non potest adimi in codicillis: & dictus testator intelligitur cogitasse de adẽptione hereditatis in codicillis facienda, si heres non adimpleret dictam conditionẽ in codicillis appositam. sicut autem nõ potest adimi hereditas in codicillis, vt dictum est: ita nec dari. &c. h. d. tota lex. Viuianus.

QVidam in suo testamento heredem scripsit sub tali cõditione, si reliquias eius in mare abiiciat. Quærebatur, cum heres institutus conditioni nõ paruisset, an expellendus esset ab hereditate. Modestinus respondit: Laudandus est[h] magis quàm accusandus heres, qui reliquias testatoris nõ in mare secundum ipsius voluntatem abiecit, sed memoria humanæ conditionis sepulturę tradidit. Sed hoc prius inspiciendum est, ne[i] homo qui talem cõditionem posuit, neq; compos mentis esset.[k] Igitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest:[l] nullo modo legitimus heres de hereditate controuersiam faciet scripto heredi. 1. ¶ Heredi, quem testamento purè instituit, codicillis scripsit[m] † conditionem. quęro, an ei parere necesse habeat.* Modestinus respondit: Hereditas codicillis [neque dari[n]] neq; adimi potest. porrò in defectu conditionis, de ademptione hereditatis cogitasse intellegitur.[o]

* *Filio instituto sub conditione potestatiua quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu decedentis, antequã impleat conditionem, fit locus substituto & venientibus ab intestato ipso viuo: secus in ea conditione quæ vltimo vitæ spiritu adimpleri: quia tunc ipso mortuo admittuntur. Bartolus.*

XXVIII. PAPINIANVS *libro tertiodecimo Quæstionum*

h ¶ *Laudandus est.* est enim derisorium: [a] *vt supra eod. conditiones.* ¶ Sic & aliàs voluntati [b] testatoris non paretur: *vt infra ad Trebell. l. debitor. ibi, nam & eum &c. & C. de his qui. vt indi. l. non oportet. & infra de lega. l. j. l. seruo alieno. §. fin. & supra de relig. & sum. fu. l. at si quis. §. at si quis. & §. hæc actio. & C. de Institu. & substit. l. reprehendenda. Azo.* Item facit, *supra de peri. & commo. rei vend. l. j. §. licet.* Sed argu. contra, *infra de condit. & demonstra. l. Mauius.* Solu. hic fauore [c] religionis speciale. *argum. supra de religio. & sum. fu. l. sunt persona.*

i ¶ *Ne.* id est an.

K ¶ *Mẽtis esset.* quod est verum, vt [d] præsumatur non fuisse compos mentis, nisi probetur contra.

l ¶ *Amoueri potest.* per scripturam probãtem eum fuisse sanæ mentis. ex [e] sermonibus enim præsumitur non sanæ mentis: hoc est, talis præsumitur non sanæ mentis: hoc est, talis [f] præsumitur, cuius verba gerit: *vt hic, & s. de tute. & cura. da. ab his. l. is qui. §. diuus. & j. de lega. j. l. apud Iulianũ. §. fi. & l. iiij. §. j.* sic & talis, cuius & gesta ducit: *vt. j. de iniur. l. itẽ apud §. si quis virginem,* quo non probato, institutio nulla est: *vt. Cod de testa. l. qui in potestate.* & sic legitimus faciet controuersiam hereditatis. *& facit. C. qui testa. fa. pos. l. iij. & . de codicillis. l. nec codicillos.* ¶ Item not. arg. quòd si [g] quis vtatur re vt dominus, quòd præsumitur dominus, licet non sit: quia possideat.

m ¶ *Adscripserit conditionem.* sub. ei quem &c.

n ¶ *Dari.* directò: *vt. s. eo. l. institutio. & Institu. de codicillis. § fin. & C. de codicil. l. ij.* nisi [h] à milite: *vt. j. titu. ij. l. quærebatur. & l. militis. in princ.*

o ¶ *Intelligitur.* Sed an cum effectu est cogitatio? Respõ. quidam sic, vt confiscetur: *vt. C. de his qui. vt indig. l. hereditas.* Sed ibi expressim, dixit eos indignos. Item pro eis. *j. de leg. iij. l. cum quis decedens. §. Seiam. in fi.* Sed ibi alij assignauit. Et eodem modo respõ. *ad. l. j. ad Treb. l. Scæuola.* Itẽ pro eis. *j. de his qui. vt indig. l. quidam.* Sed ibi perfectum fuit secundum testamentum hic codicillus. 2. Sed Azo dicit quod in vanum [i] cogitauit: *vt. j. de codicil. l. diuus. & Insti. de codil. § fi. ibi, neque conditio &c.* Item pro eo. *C. de testa. l. hac consultissima. §. si quis autem.* sed interpretari potest: *vt s. de testi. l. heredes. § ij.*

SI filius] CASVS. Ego habens filium in potestate, & ex eo duos

[a] Conditiones derisoriæ pro nõ scriptis habentur.

[b] Voluntatib⁹ testatorum non semper parendum est.

† adscripsit. non, vt est in l. 6. j. de iur. codic.

[c] Religionis integræ tuẽdæ causa à voluntate maiorum, seu testantium discedere impunè possumus.

[d] Præsumptus furiosus, se mẽtis compotem probare debet.

[e] Præsumitur quis stultus siue furiosus & demẽs ex sermonibus quibus vtitur. *vt hic. similis est Gl. in l. filium. ss. j. de adquir. hered. & in. l. ne codicillos. j. C. de codicillis.*

[f] Præsumitur quisq; talis vt loquitur.

[g] Præsumitur dominus qui vtitur vt dominus.

[h] Hæreditas codicillis directò dari à pagano non potest: à milite potest.

[i] Id est sine effectu. *v. Azo.*

SI filius [a] sub conditione heres erit, & nepotes [b] ex eo substituantur: cum non sufficit sub qualibet conditione filium heredem institui, [c] sed ita demum testamentum ratum est, si conditio fuit in filij potestate: consideremus nunquid intersit quæ conditio fuerit adscripta: vtrum quæ moriente filio impleri non potuit, veluti, *Si Alexandriam* [d] *ierit filius, heres esto*: isque Romæ decessit: an verò quæ potuit etiam † extremo vitæ momento impleri, veluti, *Si Titio decem dederit* [e] *filius, heres esto.* quæ conditio nomine filij per alium [f] impleri potest. Nam superior quidem species conditionis [g] admittit viuo filio nepotes [h] ad hereditatem: qui [i] si neminem substitutum haberet dum moritur, [k] legitimus patri heres extiterit.* Argumentóque est quod apud Seruium quoque relatum est. Quendam [l] enim refert ita heredem institutum, si in capitolium * ascenderit: quòd si non ascendisset, legatum ei datum: cúmque antequam ascenderet, mortem obisse: [m] de quo respondit Seruius conditionem [n] morte [o] defecisse: ideóque moriente eo legati diem cessisse. [p] Altera verò species conditionis viuo filio [q] non admittit nepotes ad hereditatem, qui substituti si non essent, intestato auo heredes existerent. [r] neque enim [s] filius videretur obstetisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur: quemadmodum [t] si exheredato eodem filio, nepotes, cum filius moreretur, heredes fuissent instituti.†

† Conditiones hæ vltimo vitæ momento impleri non possunt quæ consistunt in facto: (vt ire Romam) Dandi conditiones possunt etiam per alium: vt hac via conditio censeatur impleta. l.59 in fin.j.de statu lib.

nepotes: institui mihi heredem dictum filium sub cõditione quæ erat in eius potestate: nam nec sub alia conditione poteram eum instituere ad hoc vt valeat meum testamentum: & dictos meos nepotes ei substitui, & postea decessi: & postea venit ad mortem dictus meus filius antequam adimpleret dictam conditioné. quæritur, vtrum dicti nepotes veniant ex substitutione filio in mortis articulo constituto? & distinguitur inter potestatiuas conditiones. nam aut fuit talis quæ non potuit impleri moriente filio: veluti si ad Alexandriam ierit filius, heres esto. & dictus filius Romæ est in mortis articulo, quæ valde ab Alexandria distat. aut fuit talis potestatiua conditio quę potuit impleri extremo momento vitæ: veluti si Titio.x. dederit filius, heres esto. quæ vltima potest adimpleri per alium nomine filij prædicti. primo casu veniunt nepotes ex substitutione filio in mortis articulo constituto, & adhuc viuo. nam cum certum sit eo tempore filium Alexandriam ire non posse: ergo certum est eum nõ exiturum heredem: & sic veniunt substituti ad hereditatem. si autem retento eodem casu non habuisset aliquem substitutum filius, existeret mihi heres legitimus ipse idem filius in mortis articulo cõstitutus. & ad istum eundem casum adduco tale simile: Titius instituit sibi heredem Seium si in capitolium ascenderit. quòd si non ascenderit, legauit ei cẽtum. postea dictus Seius fuit in mortis articulo constitutus antequam capitolium ascenderet: & ita certum est eum ascendere non posse capitolium, & sic nõ posse esse heredem. certè incipit cedere dies legati statim cum cœpit esse Seius in mortis articulo. Secundo autem casu, id est quando filio meo quem institui, apposui conditionem potestatiuam quę poterat adimpleri vltimo vitę momento: non admittuntur ad hereditatem nepotes prædicti filio substituti, viuo ipso filio, licèt in mortis articulo constituto: qui quidem mei testatoris nepotes existerent mihi auo heredes ab intestato mortuo dicto meo filio, si eos non substituissem eidem filio: nec eis nepotibus ab intestato mihi succedẽtibus, vt proximè dictum est, filius prædictus iam mortuus potest obstare quin mihi succedant ab intestato: quia demum post mortem eiusdem mei filij destitutum est testamentum meum in quo eum institui, vt dictum est. quasi dicat: si destitutum fuisset testamentum ante mortem filij, non obstaret filius nepotibus ab intestato succedere volentibus: sicut in primo casu dictum est: quando scilicet talis fuit conditio apposita institutioni filij, quæ vltimo vitæ momento adimpleri non potest. sic nec in isto casu quem statim ponam, obstat filius nepotibus: puta exheredaui filium meum, & institui mihi heredes nepotes ex eo cum ipse filius morietur. nam non potest hoc casu obstare nepotibus, cum ipsi veniant ex testamento ad hereditatem meam aui demum mortuo filio. &.h.d. hæc lex. Viuianus.

a ¶ *Si filius.* Ad euidẽtiam not. duas regulas, scilicet quòd [a] quandiu locus est successioni ex testamento, non habet locum ab intestato. Item quandiu [b] est locus institutioni, non est locus substitutioni. *& probantur istæ regulæ.j.de acquiren.here.l.quandiu.& de regu.iur.l.quandiu.& .C.communia de succes.l.ante.* H. ¶ Item no. quòd filius [c] non potest sub conditione institui, nisi si potestatiua, sub qua institutus non facit patrem intestatum non parendo, si habeat coheredem vel substitutum: aliàs sic: *vt supra de hered. instit.l.suus. circa princip.* ¶ Item not. quòd potestatiua [d] alia est quæ potest tunc impleri vltimo vitæ spiritu: vt dare decem: & tunc nec substitutus nec ab intestato aliquis venit nisi post mortem filij. Alia quæ non potest tunc impleri vltimo vitæ spiritu: vt si ascendat capitolium. & tunc substitutus admittitur etiam filio viuo. vel si substitutus non est, admittitur legitimus: & cum ipse filius sit legimus, ipse idem succedit patri ab intestato in articulo [e] mortis existens.

b ¶ *Nepotes.* vel quilibet extraneus: *vt.j.de hered.insti.l.suus.* H. Imò cautè dicit, nepotes: quia vt substituti vel vt legitimi admitterentur: *vt infra hac.l.*

a Testamentaria successio excludit ab intestato successionem.
b Institutus excludit substitutum.
c Institui filius nõ potest sub conditione aliã quàm potestatiua.
d Conditionũ potestatiuarũ alia potest impleri vltimo vitæ spiritu, alia non potest eo tempore impleri. Prior est in dando: posterior in faciendo.
e In articulo mortis, potest quis effici heres alterius: quod prodest ad transmissionem.

c ¶ *Institui.* aliàs instituisse.

d ¶ *Alexandriam.* cum ipse impropriè sit tempore testamenti institutus: vt sic sit potestatiua. sed alij dicunt hic poni exemplum de mixta: *vt Cod. de institutionibus & substitutionibus.l.si pater.* *quod non placet.*

e ¶ *Decem dederit.* cum diues sit.

f ¶ *Per alium.vt.s.de sta.ho.l. Arethusa.in fin.* sed superior non.

g ¶ *Superior species conditionis.* si Alexandriam ierit.

h ¶ *Filios nepotes.* substitutos. nam moriente instituto constat quòd ipse non potest implere conditionem. ergo [a] ea deficiente admittitur substitutus vel coheres: aliàs si non haberet substitutum vel coheredem, idem filius succederet vt legitimus patri ab intestato defecta ei cõditione in articulo mortis posito: vt hic subiicit, *& supra de here.instit.l.suus.§.fin.* ¶ Sed an cum nepotes admittuntur, quærent patri morienti, vt sic habeant postea vt hereditatem patris, an non, & ita habeant vt aui? argu. quòd non [b] quærant. *C.de bon.quæ liber.l.j.in fin.* Econtra quòd sic, *arg.j.de acquir.heredi.l.placet.*

* existerit.

* Vide in hunc locum Duar. lib. 1. disput. 13.

a Conditionem non implente instituto admittitur demum substitutus vel heres. sic que, conditione impossibili facta institutioni, redditur substitutio pura. l. [illegible] condit. [illegible] heredi.instit.

† Quidam notant hic deesse quędam verba Papiniani.

b Substitutio cessat quoties locus esse instituto potest.

i ¶ *Qui.* scilicet filius.

k ¶ *Moritur.* idem filius.

l ¶ *Quendam.* extraneum.

m ¶ *Mortem obijsse.* & sic conditio eo viuente defecisset.

n ¶ *Conditionem.* institutionis.

o ¶ *Morte.* superueniente, in vita tamen.

p ¶ *Cessisse.* & sic ad heredem transit, quod aliàs non fieret: *vt.C. de cadu.tollen.§.sin autem sub conditione.*

q ¶ *Viuo filio.* quia quamdiu ipse viuit, possibile est conditionem impleri: & cum [c] possit locus esse instituto, cessat substitutio. ¶ Item post mortem filij demum incipit esse certum conditionem impleri non posse: & sic admittuntur substituti: vel si nulli sunt substituti, cum tunc certum sit patremfamil. decessisse intestatum, soli nepotes inueniuntur proximiores: & sic succedunt auo vt legitimi: *vt hic subiicit, & Institut.de hered. ab intesta.§. cum autem.* ¶ Nec ob. *in eod.titu.§.ita demum.* vbi tempore mortis morientis inspicitur quis tunc est proximior: quia illud nullo condito testamento. *quæ distinctio* [d] *probatur Instit.de leg.ag.suc. §.proximus.*

c Rectè, esset enim hæc acquisitio momentanea.

r ¶ *Heredes existerent.* vel sub. auo non filio qui nunquam fuit heres. Sed R. dicit ipsi filio qui ab intestato patri successisset deficiente conditione Insti. cum nullum coheredem vel substitutum haberet; *vt.s.de heredi.instit.l.suus.* quod non placet, cum non sit eo viuo conditio impleta: & ita non fuit heres: & hoc statim probatur, neque enim &c.

d Hanc distinctionem tenet Bart. in.l.qui se patris. C. vnde liberi. in 2. col. versi. contra istam lecturam oppo. no. vide ibi.

s ¶ *Neque enim.* benè dico quòd nepos succedit auo ab intestato: quoniam filius qui non successit, ille non impedit eos quin auo immediatè succedant.

t ¶ *Quemadmodum.* Innuit quòd valeret testamentum in quo filius exheredatus est, etiam post mortem suam, si demum post mortem filij exheredati destituatur testamentum. & sic est contra *supra de lib.& postu.l.si ita.§.fina.* vbi ab initio non tenet. Solu. hic destituitur ab initio, vt & ibi: & similitudo quæ fit per verbum quemadmodum, [e] est vt deferatur: *vt hic, & supra.* sed non tempore: quia supra post mortem filij. hic eo viuo. ¶ Item non in hoc vt admittantur nepotes in vita: sed superiori sic. Vel hic habuit coheredem nepos: ibi non: vt ibi no. ¶ Sed tunc quomodo deseritur testamentum post mortem filij? Respond. vt amodo non possit rumpi per querelam: & sic admittuntur nepotes instituti. 2. Vel dic quòd fuerit exheredatus sub conditione potestatiua. s. si non dederit illi decem, & sic optimè conuenit cum prædictis. ¶ Sed tunc ob. *supra de libe.& posthu.l.iij.§.purè.* sed ibi prohibet sub casuali vel mixta. & in institutione distinguitur. 2. Vel dic, destituitur rupto testamento per querelam quando coheredem habeat nepotem purę institutum. *& facit.j.vnde lib. l.scripto.* Accursius.

e Quemadmodum vox, similitudinem [illegible] cit.

DE IVRE DELIBERANDI.

Heredes instituti quibus dictum est, deliberant de adeunda hereditate: ideo de hoc dicit. Accursius.

¶ *Substitutus scribitur vulgari modo sub conditione, si non creuerint instituti in diebus.*

C.l.71. De adq. hered. quod tēpus heredibus institutis dari solebat à testatore ad consultandū & deliberadū vtrū expediret eis adire hereditatē nec ne, & imitatione testatorū, si forte heredes instituerint sine cretione, prætor postulātibus heredibus institutis extraneis vel etiā suis, nō necessariis, totidē dies dabat. Sed & substitutis. l.penult. Iustinianus alia tēpora aliumque ordinē deliberādi excogitauit, ac multo tutiorem vtiliorémque, rationē adquirēdæ hereditatis quàm ex deliberatione, nēpe ex inuētario. neque enim detrimētosa esse hereditas potest ei q facto inuētario adiuit. Cuia.

DE IVRE DELIBERANDI.

TITVLVS VIII.

Seruo heredi instituto non datur ius deliberandi, sed domino suo. h.d.

I. VLPIANVS *libro sexagesimo ad Edictum.*

SI seruus fuerit heres institutus, vtique non ipsi [a] præstituimus tempus ad deliberandum, sed ei cuius seruus est: quia pro nullo isti habētur apud prætorem. [b] Itémque si plurium seruus sit, vtique omnibus dominis præstituemus. 1. ¶ Ait prætor: *Si tempus ad deliberandum petet,* [c] *dabo.*

2. ¶ Cum dicit tempus, nec adiicit diem: sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, [d] quem diem [e] præstituat. [f] *

II. PAVLVS *libro quinquagesimo septimo ad Edictum.*

ITaque [g] pauciores centū dierum non sunt dandi.

III. VLPIANVS *libro sexagesimo ad Edictum.*

NEcnon illud sciendum, nōnunquam semel, nonnunquam sæpius [h] diem ad deliberandum dandum esse, dum prætori suadetur tempus quod primum aditus præstituerat, non sufficisse.

IIII. IDEM *libro sexagesimo primo ad Edictum.*

SEd hoc impetrari non debet nisi ex magna causa.

V. IDEM *libro septuagesimo ad Edictum.*

ARisto scribit, non solú creditoribus, sed & heredi instituto prætorem subuenire debere: [i] hisque [k] copiam instrumentorum [l] inspiciendorum facere, vt perinde instruere se possint, expediet, nécne, agnoscere hereditatem. 1. ¶ Si maior [m] sit hereditas, & deliberet, heres & res sint in hereditate quæ ex tractu tēporis deteriores fiant: adito prętore potest is q deliberat, sine præiudicio eas iustis pretiis vendere: qui possit etiam ea quę nimiú sumptuosa sint, veluti iumenta aut venalicia, [n] itē ea quæ mora deteriora fiant, vendere: quique præterea curaturus sit vt æs alienum quod sub pœna vel sub pretiosis pignoribus debeatur, soluatur.

VI. GAIVS *libro vicesimotertio ad Edictum Prouinciale.*

IGitur [o] si quidem in hereditate sit vinum, oleum, frumentum, numerata pecunia: inde fieri debebunt impendia. si minus, à debitoribus hereditariis exigenda pecunia. quòd si nulli sint debitores, aut iudicem prouocent: venire [p] debent res superuacuæ.

VII. VLPIANVS *libro sexagesimo ad Edictum.*

AIt prætor: *Si pupilli, pupillæ*

---

* Concor. in c. pi. cum Gloss. 2. extra de tempo. or. & facit cap. finem litibus. cū Gl. §. ibi & hoc est generale. de dolo & contu.

SI seruus.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Stichum seruum meum. vult seruus tempus ad deliberandum vtrum adeat hereditatem vel non. certè non debet ei dari. nam seruus pro nullo est: sed debet mihi dari, si volo, qui sum dn̄s eius. [AIT PRÆTOR.] ita dixit prætor: Si aliquis heres institutus petet à me tempus ad deliberandum, ego dabo ei. postea dicit Vlpianus, cum dixit prætor, tempus dabo: nec adiecit quantum tempus: ostendit esse in potestate iudicis quantum tempus det: non tamen debet dare minus quam centum dies. sed & pluries potest dare tēpus ad deliberandum: veluti si primum tempus datum nō sufficit heredi: sed non debet dare vltra semel nisi ex magna & iusta causa per heredem probata. & istud est in fauorem & adiutorium creditorum. scilicet quòd heredibus præstituatur tempus intra quod adeant. sed & heredibus debet subuenire prætor. s. iubendo creditoribus hereditariis vt faciant heredibus copiam instrumentorū suorum inspiciendorum, vt exinde possint heredes se instruere expediat eis agnoscere hereditatem, nécne. & h.d. vsq. ad l. Aristo. §.j. Viuianus.

a ¶ *Non ipsi.* quia [a] nec conditioni sine iussu domini parere potest, *vt.s.tit.j.l.sub conditione.* nec adire, nisi præcedat iussus: *vt.j. de acqui.here.l.si quis mihi.§.iussum.* sed nolle adire possunt, *vt.C. de here.instit.l.ij.in fi.* Azo.

a Institutionis conditioni seruus parere, sine iussu domini non potest. nec adire hereditatem sine eiusdem iussu: tametsi nolle adire possit. verū eo nomine tempus ad deliberādum non datur.

b ¶ *Apud prætorem.* nec [b] quantum ad ius ciuile: *vt.j. de regulis iuris.l.quod attinet.& .l.seruitus.& .s. de testa.l.qui testamento.§. seruus.* nec prætoris edicto, *vt ibi & hic, & .j.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.seruo.& .j.de vsucap.l.nunquam.§.seruus.*

b Serui p nullis iure ciuili, & prætorio habentur.

c ¶ *Petet.* heres, non autem legatarius: cum tantùm lucrum afferat legatum: *vt.s.man.l.si hereditatē.* ¶ Et no. quòd hic dicit de maiore, quàm sit pupillus, *& .j.eo.l.ait prætor.* dicit de pupillo.

d ¶ *Potestate.* sic *.j.de bo.aucto.iudi.poss.l.in vēditione.§.de tempore.& .j.de leg.j.l.si quis à filio.§.si quis plures.& .j.de effra.l.j.§. expilatores.& .j.de verb.oblig.l.continuus.§.cumita.*

e ¶ *Diem.* dummodo non vltra nouem menses, à nobis annum: *vt.C.eo.fin.§.sed quia quidam.*

f ¶ *Præstituat.* post centum dies tamen: *vt.j.l.proxi.*

g ITaque. pro &, Vel illatiuè: quia prætor diem non adiecit: itaque nos adiiciamus.

ff. Infort.

h NEcnon.] *Sæpius.* dummodo [a] vltra centum dies, & minus. ix. mensibus à iudicibus: & minus anno à nobis inter totum *vt.Cod.eodem.l.fin.§.sed quia. quæ est contra.* 2. Alij quod illa corrigitur: sed hodie [b] hoc tempus est superuacuum, si fiat inuentarium: *vt.Cod.eodem.l.fin.§.j.& Institu.de hered.qua.& diff.§.pe.& facit supra de eden.l.si quis ex argentariis.§.fina.& .l.sequ.& .Cod. de dila.l.ij.& infra vt leg.no.ca.l.j.§.si ei cui.& infra de lega.iij.l.xj.§.si quis decem.& .Co.si sæpius in integ.resti.l.j.& infra.de bo.aucto.iudi.pos.l.fi.§.fi.& .s.de mino.l.si ex causa.§.fina.& .l.seq.*

a Deliberandi spatium sępius dari potest ex magna causa.

b Inuentariū faciens, deliberandi necessitatem non habet.

ARisto.] CASVS. in princi. huius.l. continuatur. l.j. supra eo. [SI MAIOR.] Institui mihi heredem Titium in magna mea hereditate, in qua erāt vinum, & oleum, & frumentum, & numerata pecunia, & iumēta ad vendendum: & erant etiam credita in hereditate mea quæ debebā sub pœna vel sub pretiosis pignoribus: & postea decessi. & dictus heres deliberat. Nunquid pendente deliberatiōe potest sine præiudicio suo vendere dictas res quę propter moram deteriores futuræ sunt, vel nimiū sunt sumptuosæ? Et dicitur quòd sic. Item debet soluere dicta debita, & etiam facere sibiipsi impendia ex dictis rebus sumptuosis, quæ tempore sunt perituræ. si autem non sint ibi res prædictæ: propter prædicta expedienda est exigēdáque pecunia à debitoribus hereditariis. si autem non sint in hereditate debitores, vel sunt, sed soluere nolunt: debet prædictus heres deliberans vendere res superuacuas propter prædicta expedienda. *h.d.cum.l.sequē.* Viuianus.

i ¶ *Debere.* statuendo diem adeundæ hereditatis: *vt.j. de cura. bo.dan.l.j.& de bo.aucto.iu.poss.l.si seruus.& .s.de hære. instit.l.si quis instituatur.§.j.*

k ¶ *Hisque.* heredi & creditoribus. ad quod, *infra de acqui. here.l. Aristo.& de bo.aucto.in.pos.l.fi.* Sed [c] post aditionem creditores non petunt instrumenta rei.

l ¶ *Instrumentorum.* hereditariorum: *vt.d.l.Arist.* 2. Vel secundum quosdam existentium penes creditores hereditarios: *& facit quod no.s.de eden.l.j.§.edenda.& d.l.de bo.aucto.in.pos.l.fi.*

c Instrumenta edere creditoribus heres adita hæreditate non cogitur ad fundādam eorū intentionem: licēt cogatur eis edere ad stabiliēdam eorum replicationem.

m ¶ *Si maior.* quàm sint onera. 2. Vel id est, quia multæ res sunt in ea. Accursius

n ¶ *Venalicia.* i, [d] serui venales. *& facit.j.de cura.bon.dan.l.j.& de ven.in poss.mit.l.prima.§.mulier. & .j. de acquiren. here. l.pro herede.§.seruos.& .§.de petitio.here.l.diuus.in princi. & .l.si bona fidei pos.& .s.de procu.l.procurator totorum.& .j.eo.l.ait prætor.& supra de fer.l.solet.*

d Venalicia, quæ dicantur.

o IGitur. facit ad hoc. *C.de bo.quæ li.l.fi.§.vt autem.& .C.de admini.tuto.l.lex.in fi.& .l.seq.*

q ¶ *Venite.* i. vendi.

AIt prætor.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem institui, & ei Titium tutorem dedi. datum est tutori nomine pupilli tempus ad deliberandum. nunquid potest interim deminui de bonis hereditariis per tutorem? & dicit prætor quòd vetabit interim deminutionem, nisi causa cognita & viri boni arbitratu fiat dicta deminutio. Vlpianus autem laudat illud quod dixit prætor: & vult similiter dicere quid contineatur appella-

tione deminutionis per prætorē vetitæ. & certè per dicta verba nō solùm impeditur alienatio rerū, verū etiā exercitiū actionum hereditariarum. Itē dicit dictus Vlpianus quæ sit causæ cognitio de qua prętor mētionē fecit. Et dicit, q̃ si iusta causa sit deminuēdi, debet pmitti deminutio, puta causa funeris. Itē permittit causa eorū quæ sine periculo non possunt prętereriri: & vescēdi gratia: & vt ędificia hereditaria sarciātur: & ne agri hereditarij remaneant inculti: & vt restituatur creditori pecunia quæ ei debetur sub pœna vel pignore quæcūq; autē dictarū causarū interueniat, siue alia similis, debet cū permissu prætoris fieri deminutio, & nō aliter. *Viuianus.*

nomine postulabitur[a] *tempus ad deliberandum an expediat eum hereditatem retinere, & hoc datum sit: si iusta causa esse videbitur, bona interea deminui, nisi si causa cognita boni viri arbitratu, vetabo.* 1. ¶Merito prætor impedit interim deminutionem, quandiu nomine pupilli petitur tēmpus ad deliberandum. 2. ¶Quid sit autem, *deminui vetabo*, videamus. His verbis prætor non tantùm alienationē impedit, verumetiā actiones[b] exerceri non patitur. Est enim absurdum, † ei cui alienatio interdicitur, pmitti actiones exercere. & ita Labeo scribit. 3. ¶In causę autē cognitione hoc vertetur, an iusta causa sit vt deminuere prętor permittat. Ergo & funeris causa deminui permittet: itē eorū quę sine piaculo nō possunt prętereriri. Vescēdi gratia ęquè deminui permittet. Sed & vbi vrguet, ex aliis quoq; causis permittere eum oportet: vt ædificia sarciantur: ne agri inculti sint: si qua pecunia sub pœna debetur, vt restituatur: ne pignora distrahantur. Ex aliis quoque iustis causis prætor aditus deminutionem permittet. neque enim sine permissu[c] eius debet deminutio fieri.

a ¶ *Postulabitur.* per prætorem.

b ¶ *Actiones exerceri.* sed in[a] pcuratore secus cui exercitiū demādatur nec tamē vēdit: *vt. s. de procu. l. pcurator totorū.* & [b] in tutore & curat. *vt. s. de admin. tut. l. fi.* ¶Itē in omni ecclesiastica psona: *vt. C. de sacros. eccl. l. iubemus.* ¶Itē quod hic dicit, est verum, nisi sint res perituræ: *vt. s. eo. l. Aristo. §. j. cum concor. & j. hac. l. & s. de peti. here. l. diuus. & j. vt in poss. lega. l. si is cui. §. qui legatorum. & l. penult.*

c ¶ *Permissu.* Sed nōne aliàs vendit tutor sine iudice res[c] quæ seruari non possunt: *vt. Co. de administ. tut. l. lex quæ. in fi.*? Respon. ibi erant pupilli: hic nondum. ¶Item quare de pupillo specialiter dicit *in princ. huius l. cum s. l. j. generaliter dixerat*? Respon. quòd sibi plus permittitur: quia etiam causa vescendi: quod. s. non erat. Item siue erat hereditas maior, siue non quod supra in *l. Aristo. §. j.* non erat, *secundum Ir.*

a Procurator cui exercitium demādatū est, vendere non potest.

† Concor. Gl. i. prope fi. in vers. & dicit text. in c. edocere. extra de rescript. & Gl. i. in ca. contingit. circa prin. extra de transact.

b Exercitium nudum res habentes personæ vt tutores, curatores, ecclesiasticę personæ, res eorū quorum negotiū gerunt, vēdere non possunt, nisi tempore sint perituræ.

c Tutor res pupilli, quæ seruari non possunt, potest alienare & vendere sine iudice.

VIII. IDEM *lib. 61. ad Edictum.*

SI quis suus heres postea quá se abstinuerit, tunc petat tēpus ad deliberādum: videamus an impetrare debeat. Magísque est vt ex causa debeat impetrare, cum nondum bona venierint.[d]

SI quis.] CASVS. Institui mihi heredem filium meum quē habebam in potestate. me mortuo ipse abstinuit ab hereditate mea: vendita tamen non fuerunt postea adhuc bona mea per creditores. nec alius hereditatem meam adiuit postea adhuc: nunc petit dictus meus filius tempus ad deliberandum. nunquid habere debet? Et dicitur quòd sic: & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hereditate. *& h. d. cum. l. seq. Viuianus.*

d ¶ *Venierint.* No. suum[d] repudiantē postea adire indistinctè si bona sint in suo statu: *vt hic & C. de repu. hered. l. fina. in princi.* hodie maior intra triennium, nisi res alienatæ sint: minor habet triennium post vtilem annum etiam rebus alienatis per in integrum restit. *vt. C. eo. l. fi.* ¶Sed contra huic & illi *C. de iur. & fact. igno. l. ij.* Sol. ibi in tacendo: hic expresse. Vel verius ibi erat substitutus. at legitimus[e] suum non excludit nisi post triennium hodie: *vt arg. supra de mino. l. quod si minor. §. Scæuola* 2. Vel dic vt no. plenè *C. de iur. & fac. igno. l. ij.* ¶Itē[f] quid in emācipato? Item quid in materna[g] hereditate repudiata? Respon. *vt no. C. de repu. here. l. si & facit. j. ad Tertyl. l. filij mater. §. j. & j. de op. leg. l. mācipiorum. in fi.* ¶Item extraneus[h] post repudiationem non potest adire: *vt. C. de rep. here. sicut*, nisi minor, in quo dic *vt. s. de min. l. quòd si minor. §. Scæuola.*

e Filius. aliud in extraneo, nisi i sit pupillus. *lo. vt. s. eo. l. ait prætor. & facit. s. de inoffic. test. l. si instituta. §. de inofficioso. Azo. & C. de ordi. cogi. l. fi. & s. de peti. here. l. heres furiosi. §. sed & si quid. & j. vt in poss. leg. l. qui legatorum.*

d Repudiare hereditatē hæres suus, postea adire indistinctè potest: si bona sint in suo statu.

e Legitimus suum repudiātē non excludit nisi post trienniuū.

f Repudiatam hereditatē patris emancipatus an adire possit.

g Repudiatam hereditatē matris an filius possit adire.

h Repudiatam hereditatē extraneus nō potest adire.

i Alimenta liberi, Imò extranei (pupilli tamen) dū deliberant de adeunda hereditate defuncti, consequūtur.

IX. PAVLVS *libro 58. ad Edictum.*

FIlius[e] dū deliberat, alimenta habere debet ex hereditate.

Quando sunt plures gradus heredum: cuilibet per se assignatur tempus ad deliberandum. Pau.

X. MARCELLVS *libro vicesimo-octauo Digestorum.*

SI plures[f] gradus sint heredū institutorū, per singulos obseruaturum se ait prętor id quod [de] præfiniendo tēpore deliberationis edicit: videlicet vt à primo quoque ad sequentē translata hereditate, quamprimum inueniat successorē qui possit defuncti creditoribus respondere.

SI plures.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & substitui ei Seium, & decessi: postea petit primus tempus ad deliberandum. certè bene debet habere: & si deliberatione habita repudiet hereditatem, & Seius substitutus petat similiter tempus ad deliberandum habere debet, dando enim prætor tempus ad deliberādum etiam substituto, quàm primū id est, citius inueniet successorem q̃ respōdeat creditoribus defuncti. Vi.

f ¶ *Si plures.* facit *j. titu. ij. l. quamdiu institutus. & quod no. C. de cura. bo. dan. l. j.*

Appellatione filij continetur naturalis in seruitute conceptus, & in figura matrimonij. Paul.

XI. IAVOLENVS *libro quarto ex posterioribus Labeonis.*

QVi filium[g] * libertinū[h] habebat, heredē eū instituerat: deinde ita scripserat: *Si mihi filius nullus erit qui in suam tutelā*[i] *veniat, tum Dama seruus liber esto.* is filius pupillus libertinus erat. quærebatur si Dama liber esset. Trebatius negat:[k] quia filij appellatione libertinus quoq; contineretur.[l] Labeo contra: quia eo loco verum[m] filium accipi oportet. Trebatij sententiam probo, si tamen testatorem de hoc filio locutum esse apparet.[n]

QVi filium.] CASVS. Titius habēs filium impuberem ex ancilla sua, & sic suum seruum manumisi eū: & ita effectus est libertinus. instituit dictus Titius sibi heredē dictum suum filium impuberem & libertinū. & postea ita dixit: si filius mihi nullus erit q. in suam tutelá veniat: tunc Dama seruus me* liber & heres esto. & decessit dict* testator. quærebatur, an Dama liber esset ex dictis verbis testatoris? Et dicit Trebatius q̃ non, ea ratione, quia filij appellatione libertinus quoque prędictus filius testatoris continetur: & ipse libertinus erat pupillus: & sic in suā tutelam veniebat: ergo Dama nō debet habere libertatem, cum testator ita dixerit, vt dictum est: si filius mihi nullus erit qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus meus liber & heres esto. & verum dixit Trebatius si appareat ex aliquo indicio testatorē de hoc filio locutū esse. Labeo autē voluit dicere contrarium: sed reprobata est eius sentētia. Viuia.

* Vide Alciat. libr. 4. parerg. c. 6.

g ¶ *Qui filium.* pupillum.

h ¶ *Libertinum.* habuit enim ex ancilla sua vel ex aliena, & postea fuit manumissus: & sic non erat legitimus, sed naturalis.

i * ¶ *Tutelam.* id est adultam ætatem: *vt. j. de leg. ij. l. cum filio.*

k ¶ *Negat.* s. eum statim liberum esse. nam hic articulus tunc,[a] extraneum tempus significat: *vt. j. de condi. & demon. l. iiij. §. fi.*

l ¶ *Contineretur.* No. appellatione[b] filij etiam naturalis continetur *sic & j. de lega. ij. l. Lucius. §. fin. & l. cum pater. §. volo. & j. ad Trebel. l. heredibus. §. fi.*

m ¶ *Verum.* i. iustum & legitimū: sed hic nō fuerat legitimus: ergo nullus erat filius qui in suā tutelam venire posset: vnde videbatur q̃ statim esset liber: sed cōtra est: vt subiicit. ¶Et no. secūdū Labeonem q̃ appellatione[c] filij, legitimi tātùm cōtinētur. *sic. C. de instit. & substitu. l. generaliter. §. fi. in eo quod dicit iusta sobole* &c.

n ¶ *Apparet.* In[d] dubio perpēditur hoc ex dignitate & volūtate & cōditione eius qui fideicōmissum reliquit: *vt. j. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis. & facit ad. l. istam. s. de here. instit. l. quoties. in prin.* ¶Sed arg. contra *in. d. l. generaliter. §. fi. C. de institu. & substitu.*

a Tunc particula extraneū tempus significat.

b Filij appellatione etiā naturalis continetur.

c Filij appellatione legitimi tantùm continentur.

d Fideicommissa interpretamur ex dignitate, voluntate, & conditione eius qui fideicōmissum reliquit.

DE TESTAMENTO MILITIS.[e]

Quia dixit in genere de testamētis: nūc in specie. sed in C. ecōtra.

De testamento militis separatim titulus datur, quoniam in eo non seruantur regulæ iuris Ciuilis, quæ in testamento pagani seruantur. nam nuda voluntas militis, testamentum est, voluntas pagani, nisi solemnis, testamentum non est. & hoc quidem priuilegium militiæ Constitutiones principum dederunt. itaque solemnia iuris quæ exposita sunt supra non desiderantur in testamentis militum, quæ fecerunt in expeditione manentes in numeris. Cuia.

e vide in hunc tractatum, auctoritates à me laudatas ad tit. C. de testamento militis.

Militibus.]

M*ilitibus*.] CASVS. Quia milites sunt simplices à legum obseruatione: ideo voluerunt imperatores antiqui & noui ꝙ rata esset eorum voluntas quoquo modo testati fuissent, etiam si nuda voluntas eorum sit in testamento. Secundò planè dicit vnde dicatur miles. Tertiò dicit vnde dicatur exercitus. Quartò reddit rationē quare prætor tractat in Infortiato de testamētis militum separatim à testamentis paganorum, de quibus dictum est, scilicet quia cognouit prætor ex cōstitutionibus principū obseruari singularia iura & propria in testamētis militum. & hoc dicit cum lege seq. Viuian.

Digestorum

seu Pandectarum Liber vicesimus nonus.

DE* TESTAMENTO militis.

TITVLVS I.

I. VLPIANVS *libro quadragensimoquinto ad Edictum.*

MIlitibus † liberā testamēti factionem primus quidem diuus Iulius Cæsar cōcessit: sed ea concessio temporalis erat: postea verò primus diuus Titius dedit: post hoc Domitianus: postea diuus Nerua plenissimam indulgentiā in milites contulit, eámque & Traianus secutus est: & exinde mandatis [a] inseri cœpit caput tale: Caput ex mādatis. Cum in notitiam [b] meam prolatum * sit, subinde testamenta à commilitonibus relicta proferri, quæ possint in controuersiam deduci, si ad diligentiam legum reuocentur, & obseruātiam: secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimósq; cōmilitones, [c] simplicitati eorum consulendū existimaui: vt quoquo modo testati fuissent, rata esset eorū voluntas. Faciant igitur testamenta quo modo volent, faciāt quo modo poterint: sufficiátque ad bonorū suorum diuisionē faciendā nuda [d] volūtas testatoris. Miles [e] autē appellatur vel à militia, † id est duritia quam pro nobis sustinent: aut à multitudine: aut à malo quod arcere milites solent, aut à numero mille † hominum: dictum à Græco verbo, tractum à tagmate. nam Græci mille hominum multitudinē, τάγμα appellant: quasi millensimum [f] quemque dictum. vnde ipsum ducem χιλίαρχον * appellāt. Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

a ¶ *Mandatis*. principum.
b ¶ *Cum in notitiam*. aliàs: cū innocentiā: aliàs, cum in notitiam.
c ¶ *Cōmilitones*. Not. ꝙ appellat [a] se militē. *sic infra de verborum significatione. l. familiæ. Azo.* Et nota, fidelissimos. aliàs secus: sicut in clericis, *vt. C. de episcopis & clericis. l. generaliter. & .j. eod. l. testamēta eorum. in prin. & .§.j.*
d ¶ *Nuda*. à [b] solennitate: & dic, aut est domi: & tunc iure communi: *vt. C. eo. l. pe.* aut in prælio: & tunc etiā nullo vocato teste: *vt C. eo. l. milites.* dū tamē duobus saltem testibus probetur: *vt. j. eo. l. Lucius.* aut in tentorio: & tunc sunt duo vocandi: *vt. j. eo. l. diuus.*
e ¶ *Milites.* alludit vocabulo. *sic infra de acquirend. possess. l. j. in princip.*
f ¶ *Millesimum*. quia de mille vnus strenuus eligebatur.
g D*E mili.*] *Ideo. sic. j. de vsur. item apud. §. hoc edictum.*

S*I miles.*] CASVS. Quidā miles cū posset iure militari testari, cœpit eo iure facere testamentū quo pagani communiter faciūt: & antequam compleret testamētum, decessit: fuit tamen quæsitū, an valeat illud quod fecit de testamento: Et respon. quòd sic. licet enim in pagano non valeret testamētum inceptum, & non consummatum: tamen in milite diuersum debet probari, scilicet vt valeat. licet de hoc Pomponius dubitauerit. neque enim dictus miles qui voluit testari iure communi, videtur statim renūtiasse beneficio militari: nec credendum est ꝙ elegerit dictum modum testandi ad impugnandū illud quod facerer testando: sed magis voluisse valere iudicium suum vtroque genere testādi, scilicet communi & militari. & hoc propter fortuitos casus valentes contingere circa testamentum suum iure militari factum: qui casus illud viciare possent: & vnus casus esse posset si transiret annus à tempore missionis de militia: quo casu non valet testamentum iure militari factum: vt Institu. e. §. & quod in castris. & sicut dictus miles tacitè videtur voluisse ꝙ testamentum suum valeat vtroque genere testandi, vt dictum est: ita plerique pagani testamentum facientes solent expresse per scripturam adiicere in testamento, velle valere testamentū etiam iure codicillorū: & tūc sine dubio erunt codicilli, si sit testamentum dicti pagani imperfectum: & iure codicillorum valebit. Viuianus.

* De militari testamento.
† ita demum tamē si essent [illegible] sui, sed D. Augustus id etiam aliis tamē aliàs permisit. Institu. quib. nō est permiss. fa. testam. qui locus cum isto sic videtur cōciliandus: qua tamen in re caeteri valde
a Militis nomē adsumere vel ipse princeps nō dedignatur vsurpare.
b Testari iure communi an & quando miles rogatur.
* prolatum.
† malitia. Vide in hunc locum Alcia. lib. prætermiss. a. hoc ipso sit.
† Eutropius lib. 1. Rerum Romanarum de Romulo loquens, Mille, inquit, pugnatores delegit, quos à numero milites appellauit.
* hæc verba in paucis admodū manuscriptis emendate legebantur, in vulgata autem editione prorsus corruptè. ac ne ipsa quidem Florētina scriptura satis plena videtur, quæ enim adhuitas inter miles & tagma: Chiliarchum autem vocāt, qui singulis millium millibus præerat. Q. Curtius. lib. 4 histor. de Alexan.

II. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

DE militis testamēto ideo [g] separatim procōsul edicit, quòd optimè nouit, ex constitutionibus principalibus propria atque singularia iura in testamenta eorum obseruari.

Id quod ex nostra voluntate dependet, intelligimur facere omni iure quo melius facere possumus. h. d.

III. VLPIANVS *libro secundo ad Sabinum.*

SI miles qui destinauerat cōmuni iure testari, antè defecerit quàm testaretur: Pomponius dubitat. [h] Sed cur nō in milite diuersum [i] probet? Neque enim qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiauit. Nec credendus est quisquam genus [k] testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, [l] sed magis vtroque genere voluisse, [m] propter fortuitos casus, quemadmodū plerique pagani solent cum testamenti * faciunt per scripturam, adiicere, velle hoc etiam vice codicillorum valere. [n] quisquam [o] dixerit, si imperfectum sit testamentū, codicillos non esse? Nam secundum nostram sententiam etiam diuus Marcus rescripsit.

IIII. IDEM *libro primo ad Sabinum.*

IVre militari surdum [p] & mutum testamentum † facere posse ante causariam missionem [q] in numeris [r] manentem placet.

V. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

MIlites etiam his qui heredes extiterunt, possunt substituere [f] in his dumtaxat quæ sunt ex testamento eorum consecuti.

VI. IDEM *libro quinto ad Sabinum.*

SI miles vnum ex fundo heredem scripserit: creditur [t] *

h ¶ *Dubitat.* an valeat iure militari, vel non.
i ¶ *Diuersum.* quàm in pagano, in quo non tenet: *vt Cod. de testa. l. hac consultissima. §. si quis autem. & .§. ex imperfecto.*
k ¶ *Genus testandi.* iure communi.
l ¶ *Iudicia.* iure speciali. & ad hoc quòd [a] eligens vnum non renuntiat alteri *infra tit. j. l. Claudius. & infra si quis omiss. cau. test. l. quia autem. j. respon.* ¶ Sed arg. contra. C. *de testa. l. non codicillum. & supra de diuor. l. fin. §. fin.*
m ¶ *Voluisse.* testari.
n ¶ *Valere.* Vt [b] & .C. *de codicil. l. fin. & .j. de vulgar. substitu. l. coheredi. §. cum filiæ. & ad idem. Cod. de codicillis. l. j.*
o ¶ *Quisquam.* aliàs, nec quisquam. aliàs deest nec, & tunc subaudi, non dicet: nam &c. & aliàs est quis. & lege interrogatiuè.

I*Vre militari.*] CASVS. Surdus & mutus miles in militia existens potest iure militari facere testamentum. Viuian.
p ¶ *Surdum.* id est eū qui est surdus & mutus. Quid [c] autem sit in pagano, plenè dicitur. *C. qui test. fa. poss. l. discretis. & supra de test. l. qui in potestate. §. fin. & l. seq.* H.
q ¶ *Missionem.* sed an post, dic *vt Inst. eod. §. quinimo.*
r ¶ *In numeris.* i. exercitu.
f M*ilites.*] *Substituere.* directo cum illi decesserint. aliàs nullum esset priuilegium: *vt Institu. de pupilla. substitut. §. fina. & probatur hoc infra eodem. l. miles ita. §. exheredato. & Cod. eodem. l. in testamento. in fin. & supra titu. iij. l. centurio.*

S*I miles.*] CASVS. Si miles instituat sibi heredem Titium ex fundo: quantum ad totum aliud suum patrimonium remanet intestatus. miles enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: quod non est in pagano. Viuian.
t ¶ *Creditur.* Imò contra: *vt infra eod. l. si certarum.* quæ est contra. Solu. creditur hic scilicet à iure: si probatur hoc voluisse militem. nam præsumo [d] quòd heredi omnia dare voluerit: vt ibi.

a Eligens vnū an & quando renuntiet alteri.
b Codicillaris hæc est clausula.
* testamētum faciunt per scripturam.
c Testari an possit surdus & mutus paganus seu non miles.
† Surdum & mutū etiam à natura, posse consentire & bona sua donare hinc colligitur: donare inquam & cōsentire, non loquendo aut scribendo, sed tradendo. licet enim non intelligat actum verbi, intelligere tamen potest actum facti. Et hac ratione potest surdus & mutus etiam à natura cōsentire & donare.
* Fl. creditum.
d Præsumitur quisque actum quem gerit, facere omni iure meliore, vel vti melius facere potest.

¶ Item contra. *C.e.l.quanquam.* Solu. vt modò dixi. 2. Vel ibi instituit ex vncia vel vnciis: vnde non potest ibi probari contrarium. hîc in re certa. & est ratio, quia ibi in quotis: & ideo secundum eam proportionabilitatem in cæteris videtur quod hîc in singulis non videtur sic fieri. si autem vnum ex paganicis instituat vel ex castrensibus, illa sola habet: *a* *vt. C. eo. l. j. & ij. & ibi not. distinctè. & facit. s. de here. instit. l. j. §. si ex fundo. & de vulg. substit. l. coheredi. §. fi. & j. ad Trebel. l. cogi. §. sed & si. & j. de regu. iur. l. ius nostrum. & j. de castren. pecu. l. hereditate. §. j. & Instit. de hered. instit. §. non autem.*

a Adcrescendi ius non habet in reliquo patrimonio, qui à milite institutus est in re certa.
† Et paganus ad pias causas vt refert. *Tiraquellus* 12. *privilegio piæ causæ. adde l.* 27. j. a.

quantum ad residuum patrimonium intestatus decessisse. Miles † enim pro parte testatus potest decedere, pro parte intestatus.

Inspicitur animus militis circa testamentum, vt non rumpatur agnatione: quod in pagano secus esset.

VII. IDEM *libro nono ad Sabinum.*

Qvi † iure [a] militari testatur, etsi † ignorauerit prægnatem vxorem, vel non fuit prægnas: hoc tamen animo fuit, vt vellet, quisquis sibi nascetur, exheredem esse: testamentum non rumpitur. [b]

VIII. MARCELLVS *libro decimo Digestorum.*

IDem est & si adrogauerit [c] filium, nepósve [d] successerit in locum filij. [e]

IX. VLPIANVS *libro nono ad Sabinum.*

IDémque erit dicendum & si nato filio viuo se, maluit eodem [f] testamento durante decedere. nam videtur iure militari refecisse testamétum: 1. ¶ Vt est rescriptum à diuo Pio * in eo qui cum esset paganus, fecit testamentum, mox militare cœpit. nam hoc quoque iure militari incipiet valere, si hoc maluit [g] miles.

X. IDEM *libro vndecimo ad Sabinum.*

FAcere [h] testamentum hostium potius * nec † iure militari potest.

Sermo debet intelligi secundum conditionem personæ ad quam dirigitur. Bartolus.

† Ant. August. lib. 5. c. 7.
† Ignorantia non officit testamento, si testator voluit vt non officeret. vnde colligunt, renunciare quemque posse ex certa scientia instrumento, etiamsi ignoret quę in eo continentur, quod tamē fallit in muliere & minore. *vt notatur in. l. stipulatio. ij. de verb. oblig.*

Qvi iuris.] CASVS. Miles iure militari faciens testamétum, & ignorans vxorem suam prægnantem esse, cum esset prægnans, præteriit postumum: vel in veritate non erat prægnans, sed post testamentum viuo dicto milite concepit & peperit: & vtroq; prædictorum casuum fuit eo animo dictus miles, vt vellet suum heredem esse illum quicunque sibi nasceretur. nō rumpitur testamétum eius. Et idem est si post testamentum arrogauit filium. nam non rumpet eius testamentum arrogatus si maluit miles prædictus decedere durante eodem testamēto. idémque est similiter si post testamentum nepos successit ei in filij mortui locum. & idem est si post testamētum natus est filius ei viuo se: & ita est in isto alio casu. Quidam paganus fecit testamétum non iure: & postea cœpit militare: & voluit qđ dictum suum testamétum valeret iure militari. Certè bene incipiet valere iure militari. & hoc dicit cum duabus. ll. sequen. Viuianus.

* j. e. tit. l. 15. §. 2.
* id est captus ab hostibus. *Ant. Aug. libr. emen. 4. c. 10.* sic accipitur passiue. *& in. l. 15. s. ex quib. caus. maior. & l. ij. 12. & 22. j. de captiuis.*
† Nec, particula implicatiua est.

a ¶ *Qui iure.* facit. *C. eo. l. sicut. & l. si cum. & j. eo. l. si filius. & s. de iniusto. testa. l. si quis filio. §. irritum. versi. qua ratione. & j. eo. l. in fraudem. §. ij. & Insti. eo. §. sed & si quis.*
b ¶ *Non rumpitur.* scilicet agnatione postumi.
c IDem est & si adrogauerit. post testamentum.
d ¶ *Nepósve.* id est natus ex filio adrogato.
e ¶ *Filij.* quia non rumpitur testamentum.
f IDemque. Eodem. scilicet testamentum quod ante fecerat.
g ¶ *Maluit.* de hoc dic vt. *j. eo. l. tribunus.*

FAcere.] CASVS. Miles in hostium potestate positus non potest facere testamētū iure cōmuni: nec etiā iure militari. Viuianus.
h ¶ *Facere.* supra *de testa. l. eius. in prin.*

EX militari.] CASVS. Miles capite damnatus ex militari delicto potest testari super bonis castrensibus, & non super aliis: & iure militari, non alio iure. Si autem fidem sacramenti rupisset dictus miles, non posset aliquo iure testari. Quid si miles sit incertus an sit sui iuris? Certè potest facere testamentum: & idem dico si incertus esset an pater suus viueret. Sed quid si pater dicti militis decesserit, & ipse miles ignorabat, & fecit testamentum in militia? Certè bona sua castrensia pertinebunt ad heredem, & nō bona patris sui, quia milites relinquunt scriptis heredibus ea duntaxat quæ habent: paterna autem bona non habebat adhuc dictus miles: quia pro herede adhuc non gesserat. Sed quid si dictus miles sciebat bene patrem decessisse, & instituit sibi heredē Titium in castrensibus & paternis bonis: & postea cogitauit de testamēto mutando, & de instituendo sibi alium heredem in paternis bonis solis: nunquid dicta bona habebit primus heres, scilicet Titius? Et dicitur quòd non: sicut nec supra in proxi. casu. habebūt ergo hoc casu paterna bona venientes ab intestato, & non primus heres, neque ille quem in secundo instituere in corde gesserat. Sed si retento eodem casu decesit factus veteranus, vniuersa bona debent ad Titium primum heredem pertinere, & non ad venientes ab intestato. & est ratio: quia postquam factus est veteranus, non potuit de parte bonorum testari, & de parte non. *& hoc dicit vsque ad. l. neque. §. j.* Viuian.

XI. IDEM *libro quadragensimoquinto ad Edictum.*

EX militari * delicto † capite damnatis testamétū facere licet [i] super bonis duntaxat castrensibus: sed vtrum iure militari, an iure cōmuni, quæritur. Magis autem est vt iure [k] militari eis testandum sit. Nam cum ei quasi † militi tribuatur i° testādi: cōsequens erit dicere, iure militari ei testādum. quod ita intelligi oportet, si non sacramenti fides [l] rupta sit. * 1. ¶ Si miles incertus an sui iuris sit, [m] testamentum fecerit: in ea cōditione est testamentum eius, vt valeat. Nā & si incertus [n] an pater suus viuat, testamentū fecerit: testamentū eius valebit. 2. ¶ Si filiusfamilias ignorās [o] patrē suum decessisse, de castrensi peculo in militia testatus sit: non pertinebunt [p] ad heredem eius patris bona, sed sola castrensia.

* non autem communi, [illegible] addit Auctor[illegible]
† De militaribus delictis diffuse Alexander ab Alexandro *lib. 2. c. [illegible]*

XII. PAPINIANVS *libro sexto Responsorum.*

MIlites enim ea dumtaxat quæ haberent [q] *, scriptis relinquunt.

* habent.

XIII. VLPIANVS *libro quadragensimoquinto ad Edictum.*

IDem est [r] & si de testamento mutando cogitauit, non quia adimere volebat castrensia bona heredi scripto, sed quia de paternis testari volebat, & alium heredem scribere. 1. ¶ Sed si iam veteranus [s] decessit: vniuersa bona [t] etiam paterna ad he-

i ¶ *Licet.* secus in pagano: *vt. s. de testa. l. eius qui. §. j. & §. fi.*
k ¶ *Vt iure militari.* aliàs naturali: *vt. s. de iniusto test. l. si quis ex. §. irritum. & infra de leg. iij. l. si quis. in princ. §. miles. & j. de veter. mili. suc. l. prima.* ¶ Sed contra. *C. de inofficioso testa. l. si quando.* Solutio, vt ibi. & adde hic distinctionem quæ est. *C. eodem. l. à militibus.*
ADDITIO. Dic secundum Bartolum hic q; si cum milite loquebatur, intelligitur quòd facit iure militari. nam sermo debet intelligi secundum conditionem personæ ad quam dirigitur: *vt hic, & l. plenum. §. equitij. supra de vsu & habita. & per Dynum in cap. ea quæ. de regulis iuris. lib. vj.*
l ¶ *Sacramenti fides.* id [a] est si non facit contra aliquod capitulum quod iurauit: vt ire ad hostes: vel vendere arma.
m ¶ *An sui iuris sit.* quia dubitat an fuerit cōpetens iudex, videlicet ille coram quo fuit emancipatus: quod est opus: *vt. C. de eman. liber. l. j. & l. fin.* vel an sint latrones vel hostes, qui eum ceperunt, vt in pagano dicitur: *vt. j. de leg. iij. l. j. in prin.*
n ¶ *Nam & si incertus.* secus [b] in pagano: *vt. s. de testa. l. de statu. & j. de leg. j. l. j. in princi. & de codicil. l. Aristo. & infra de acquirend. here. l. heres. quæ sunt contra.* sed si [c] heres de statu suo dubitet, non nocet aditioni: *vt infra tit. j. l. sed & si de sua.* & dic vt ibi.
ADDITIO. Pro [d] intellectu istius Gl. dic quòd si est incertus an sit filiusfam. vel paterfam. miles potest testari: quia quomodocunque se habet, permittitur sibi testari: secus si miles sit incertus an sit sui iuris vel seruus: puta est incertus an sit captus ab hostibus, vel à latronibus: quia tunc non potest testari *secundum Iacob. de Ra. Pe. & Cy. & Bald.*
o ¶ *Ignorans.* maximè, secundum quosdam. Accur.
p ¶ *Non pertinebunt.* secus si paganus. i. veteranus est factus: *vt j. l. iij. in fi. & j. de castren. pecu. l. hereditate. §. j.* Accur.
q MIlites.] *Habent.* & tenēt, scilicet in castris. *sic infra de ver. oblig. l. stipulatio ista habere.* & subaudi, scilicet si voluerit. & de paganis remanet intestatus: *vt. C. eo. l. j. & ij.* hic enim de paganis testari noluit.
r IDem est. vt heres castrensium non habeat nisi castrensia.
s ¶ *Veteranus.* post annum missionis: secus si ante: *vt Inst. eo. §. sed hactenus.*
t ¶ *Vniuersa bona.* vt. *j. de castren. pecu. l. hereditate. § primo.*
¶ *Neque enim.* CASVS. in. §. deportati. vsque in finem l. cum seq.

† Privilegia in dubio intelligantur cōce[illegible] secundū qu[illegible] litatem pers[illegible] na.
* id est nō fo[illegible] tis proditor[illegible] vt rectè Gra[illegible] interpretatur.
a Testamenti iure militari factio nō potest concedi à principe militi de fide rupta cōdēnato. vnde colligūt: Notario falsi damnato, non posse indulgeri instrumentorum conficiendorum facultatem: licet ei damnato ex alio crimine, possit id ei concedi.
b De suo statu incertus paganus, testamentum facere nō potest.
c De statu suo dubitans adire potest.
d Incertitudo an quis sit paterfamilias vel filiusfamilias, differt ab incertitudine an quis sit sui iuris vel seruus.

redem pertinere castrensium, Marcellus libro vndecimo* Digestorum scribit † NEQVE enim [a] iam potuit, de † parte [b] bonorum testari. 2. ¶ Et deportati,[c] & ferè [d] omnes qui testamenti factionem non habēt, à milite heredes institui possunt. Sed si seruum [e] pœnæ, heredem scribat, institutio nō valebit, sed si mortis tempore in ciuitate inueniatur, institutio incipit conualescere [f] quasi nūc data hereditate. Et generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles scribit heredes, vt institutio incipiat vires habere, si mortis tempore [g] talis inueniatur, vt à milite institui poterit.

3. ¶ Si seruum proprium, quē liberum esse credidisset, miles heredem sine libertate instituit: in ea conditione est, vt institutio non valeat.[h]

Fauore militis & fauore libertatis & institutionis fideicommissaria libertas trahitur ad directam.

4. ¶ Cum miles in testamento suo seruo libertatem dederit, eidémque & à primo [i] & à secūdo [k] herede per fideicommissum hereditatem reliquerit: [l] quamuis & primus heres & substitutus prius quàm adierint hereditatem, mortem obierunt:[m] non debere intestati exitum facere, Imperator noster cum diuo Seuero rescripsit: sed perinde habendum est, ac si eidem seruo libertas simul & hereditas directò data esset:[n] quæ vtraque ad eum peruenire testatorem voluisse negari non potest.

XIIII. MARCIANVS *libro quarto Fideicommissorum.*

TRactabatur,[o] an tale aliquid & in paganorum testamentis indulgendum esset. Et placet non sine distinctione hoc fieri: sed si quidem viuo testatore & sciente decessissent, nihil noui [p] statuendum: si autem ignorante, aut post mortem eius, omnimodo subueniendum.[q]

XV. VLPIANVS *libro quadragesimoquinto ad Edictum.*

IN fraudem [r] planè creditorum nec miles amplius quàm

sequ. Non solùm deportati, sed etiam omnes illi qui aliàs ex testamento capere non possunt, à milite heredes institui possunt, præter seruum pœnæ, quem heredem instituere nō potest. sed si tempore mortis dicti militis inueniatur in ciuitate dictus pœnæ seruus, conualescit institutio. & idem est in omni alio non capace à milite instituto, & postea capace inuento tempore mortis militis. Quid si dictus miles instituat sibi heredem seruum suum quē liberum esse credebat, & non dedit ei libertatem? Certè non valet institutio. Sed quid si dictus miles instituit sibi heredem Titium, & ei substituit Seium: & dicto suo seruo libertatem dedit: & rogauit dictum institutum & substitutum vt hereditatem restituerent dicto seruo: & postea decessit dictus miles: & postea antequam adirent, decesserunt institutus & substitutus: nunquid habebit libertatem & hereditatem dictus seruus? Et dicitur quòd sic: ac si libertas & hereditas data esset ei directò. In testamento autem pagani distingueretur in prædicto casu: quia si decederent institutus & substitutus viuente dicto testatore & sciente, tunc nihil noui statuendum esset, & sic non valeret libertas testamēto data dicto seruo. si autem decessissent dictus institutus & substitutus ignorāte testatore, vel post mortem testatoris: subueniēdum est vt valeat libertas, & habeat hereditatem dictus seruus libertate donatus. Viuian.

a ¶ *Neque enim.* continuatur cum superiori lege, idem, &c.

b ¶ *De parte.* cum iure communi debeant testari: *vt Insti. eo. §. sed hactenus.*

c ¶ *Deportati.* hi [a] non capiunt iure communi: *vt. C. de here. instit. l. j. & ff. de bono. posses. l. edicto prætoris.* sed ex testamento militis sic: *vt hic, & infra de leg. iij. l. si deportati. §. si miles.* sic ergo hic passiuè accipitur testamenti factio: *vt Institu. de here. quali. & dif. §. testamenti.*

d ¶ *Et ferè.* sunt autem multi: *vt no. Inst. de lega. §. legari.* ferè autem dicit propter illud quod est. *ff. prox. §. & §. si seruum. & de his quæ pro non scrip. ha. l. fin. & ff. de his quibus vt indig. l. mulierem. & infra eo l. miles. §. mulier. & C. de hæret. l. fin. & sic facit. C. eo. l. ex testamento.*

e ¶ *Seruum pœnæ.* ad hoc. *ff. de his quæ pro non scriptis. l. ij.*

f ¶ *Conualescere.* sic [b] *infra de rebus dub. l. si cognatis.* ¶ Ar. contra. *ff. de reg. iur. l. quæ ab initio.*

g ¶ *Mortis tempore.* in aliis tria tempora: *vt. ff. de here. inst. l. si alienum. §. j.*

h ¶ *Non valet.* vt [c] *Institut. qui d. t. tu poss. §. planè. sic & infra de fideicommiss. liber. l. gener. aliter. §. si quis tu.* ¶ Sed contra. *Cod. de heredit. instit. l. cum proponas. vbi tenet testamentum.* Solutio. nec ibi tenet institutio in primo casu: & ideo substitutus admittitur. Item in secundo ideo ibi tenet, quia erat communis, vnde erat cui quæreret posset: hic proprius; vnde non erat cui quæreret posset nisi ipsi testanti, vel eius futuro legitimo facto heredi: quia erat eadem persona secum. Item facit. *Cod. de neces. ser. l. secunda.*

i ¶ *A primo.* scilicet instituto.

k ¶ *Secundo.* scilicet substituto.

l ¶ *Reliquerit.* s. vt qui eorum esset heres, restitueret.

m ¶ *Obierunt.* viuo vel mortuo testatore. sed in pagano distinguitur: *vt. ff. l. proxim.*

n ¶ *Data esset.* quod quidem tam militiç quàm libertatis fauore contingit. R. *& sic est. C. ad Trebel. l. penult. §. cum autem. & ff. ad Trebel. l. facta. in fine.*

o TRactabatur an tale aliquid. quale est illud quod dictum est de militis testamento. *ff. l. proxi. in fin.*

p ¶ *Nihil noui.* id est, nil valebit. & sic non valet libertas eo testamento data: potuit enim mutare. & non fecit: & ideo videtur firmare: *vt supra eodem. l. idem erit. & argumen. C. de inoffic. testamen. l. ij.*

q ¶ *Subueniendum.* est testamento vt valeat, & quidem fauore libertatis. Sed hodie videtur hoc ius commune etiam sine fauore libertatis vel militiæ: *vt. C. ad Trebellia. l. penultim. §. cum autem.* vbi mortuo instituto transeunt actiones sine restitutione. Sed illud quando est in quem transeant: hic erat seruus in [a] quem transire non potest fideicommissum nisi sit liber: & liber [b] esse non potest nisi adita hereditate: *vt. C. de caduc. tollend. l. j. §. in nouissimo.* Sed dispensatur fauore libertatis: *vt hic, & infra ad Trebellia. l. facta. §. fina. & supra l. proxim.* fauore libertatis & militiæ. ¶ Et sic not. valere [c] testamentum sine institutione.

IN fraudem.] CASVS. in princip. est planus vsque ad. §. sicut autem. Miles potest dare hereditatem suam sua voluntate, & etiam adimere ei cui dedit. vnde nullius erit momenti militis testamentum si ipsum miles cancellauerit vel inciderit. si autem post cācellationem valere voluerit testamentum suum: valebit ex suprema eius voluntate. Quid si miles induxit testamentum suum: & postea cum anulo suo signauit ipsum? certè tunc distinguitur quo proposito signauit. nam si signauit ex eo quòd pœnituit eum quòd mutauerat voluntatem cum induxit testamentum: intelligitur renouatum testamentum. si autem ideo cum anulo signauit, quia volebat ita stare clausum testamentum, ne possent legi ea quæ in eo scripta fuerant: existimabitur potior causa iudicij militis facti irriti propter dictam inductionem: & ita sicut erat irritum testamentum per inductiones, ita remanebit. [TESTAMENTVM ANTE.] Titius paganus fecit non iure testamentum: & postea factus miles decessit. nunquid militari iure valet dictum testamentum? Et dicitur quòd sic: nisi dictus miles contrarium dixisset. Sequens. §. dicit quòd si aliquis scribat se heredem in testamento militis: non remittitur ei pœna senatusconsulti Liboniani, de qua dicitur infra de falsis. l. diuus. [MILES ET AD TEMPVS.] Hic. §. dicit quatuor quæ permittuntur militi quæ non permitterentur pagano. Primum est, quia potest Titium instituere vsque ad Pascha: & dicere quòd à Paschate in antea sit sibi heres Seius. Secundum est, quia potest dicere ita in testamento suo: Titius sit mihi heres: & postquam nauis ex Asia venerit, Seius sit mihi heres. Tertium est, quia potest ita dicere: Titius sit mihi heres vsque dum nauis ex Asia venerit. Quartum est, quia sibi & filio suo potest facere testamentum iure militari, & soli filio, & non sibi: & hoc casu cum facit soli filio testamentum, ita demum valet, si miles prædictus in militia decesserit, vel si decessit domi intra annum à tempore quo fuit missus de militia. [BONORVM.] Generaliter determinatum est institut. de bonorum possessionibus. §. fin. intra quantum tempus potest peti bonorum possessio. nunquid post illud tempus poterit heres militis petere bonorum possessionem in bonis militis? Et dicitur quòd non: & sic etiam vtitur iure communi in hoc alio casu: Legauit miles Titio fundum sibi in dotem inæstimatum datum. certè sicut lex Iulia hoc prohibet in paganis: ita & in militibus. &c. h. d. cum. l. sequ. Viuianus.

r ¶ *In fraudem.* facit. *ff. de hered. insti. l. qui soluendo. & l. soluendo.* Nec [d] enim in alterius damnum alteri debet dari priuilegium:

* decimo,
† In vulg. erat. I. t. 4. NEQVE.
† Catoniana regula locū non habet in testamento militis. Est enim de iure ciuili, à quo miles absolutus est.

a Deportatus non capit ex testamēto pagani, licet ex testamēto militis capere possit.

b Militis testamentum facilè cōualescit quàm pagani.

c Militis testamentū vitiatione ... [illegible]

a Fideicōmissum trāsire in seruum nō potest, nisi fiat liber.

b Seruus ex testamento liber esse nō potest nisi adita hereditate.

c Testamentū sine institutione quandoque valet. adde, l. proxim. ff. de his quæ in testamento. verū id casuale est non regulare.

d Priuilegium alicui concessum, in damnum patris redire non debet.

vnum necessarium facere poterit. 1. ¶ Sicut autem hereditatem miles nuda [a] voluntate dare potest, ita & adimere potest. Denique si cancellauerit testamentum suum, vel inciderit: nullius erit momenti. Si tamen testamẽtum cancellauerit, & mox valere voluerit: valebit ex suprema voluntate. Et ideo cum miles induxisset testamẽtum suum, mox anulo suo signasset: [b] qui super ea re cogniturus [c] erit, considerabit quo proposito id fecerit. nam si mutatæ voluntatis eum pœnituisse probabitur, renouatum testamentum intellegetur. Quòd si ideò, [d] ne ea quæ scripta fuerint, legi possint: causa irriti facti iudicij potior [e] existimabitur. 2. ¶ Testamentum [f] ante militiam [g] factum à milite, si in militia decesserit, iure [h] militari valere, si militis voluntas † contraria non sit, diuus Pius rescripsit.

Priuilegium militis non tollit delictum scribentis. Bart.

3. ¶ Si quis se scribat heredem in testamẽto militis: non remittitur ei senatusconsulti [i] pœna.

4. ¶ Miles [k] * & ad tempus heredem facere potest, & alium post tempus, vel ex conditione, vel in conditionem. 5. ¶ Item tam sibi quam filio iure militari testamentum facere potest: & soli filio, [l] tametsi sibi non fecerit. quod testamentum [m] valebit, si fortè pater vel in militia vel intra annum militiæ decessit. 6. ¶ Bonorum possessionem vltra tempora [n] edicto determinata, nec militis posse agnosci Papinianus libro quartodecimo quæstionum scribit: quia generalis [o] est ista determinatio.

XVI. PAVLVS *libro quadragensimotertio ad Edictum.*

DOtalem fundum si legauerit miles: non erit ratum legatum propter legem Iuliam. [p]

XVII. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SI certarum rerum heredes instituerit miles, veluti aliũ vrbanorum prædiorum, alium rusticorum, alium cæteratũ rerum: valebit institutio, perindéque habebitur atq; si sine partibus heredes eos instituisset, résque omnes suas per præceptionem cuiq; legãdo distribuisset. [q]

1. ¶ Iulianus etiam ait, si quis alium castrẽsium rerum, alium cæteratũ † scripsisset: quasi duorum hominum duas hereditates [r] intellegi: vt etiam in æs alienum quod in castris contractum esset, solus is teneatur, qui castrensium rerum heres institutus esset: extra castra contracto ære alieno is solus obligetur, qui cęterarum rerum heres scriptus esset. Cui scilicet cõueniens videtur respondisse, vt ex quaqua causa debeat militi: vel huic heredi, vel illi, ipso iure debeatur. Quòd si † alterutra pars bonorũ æri alieno quod ex ea causa pẽdebit, nõ sufficiat, & ꝓpter hoc

vt.C.de eman.li.l.nec auus.

a ¶ *Nuda.* à solennitate verborum. verbis [a] tamen opus est: [b] *vt* ĩ.*eo.l.Lucius.*

b ¶ *Signasset.* id est, sigillasset & clausisset. Accursius.

c ¶ *Cogniturus.* id est, iudex considerabit.

d ¶ *Si ideo.* scilicet clausit & sigillauit.

e ¶ *Potior.* quàm causam reformari. nam neque firmatur. ¶ Sed quid in dubio? Respon. non cancellatum remaneat, *vt hic,* & quia dixit probabitur supra proximè. *& facit ad.l. sup. de testa.l.ad testium.* §.*si signa. & .l.si testamentum quod resignauerit. & infra si tabu. testa. l.j.* §.*si heres. & supra eo. l.idem erit. & infra eod. l.tribunus.* §.*si. & .l.Titius. in fin. & Instit.eo.* §.*sed & si quis.*

f ¶ *Testamentum.* nõ solenne.

g ¶ *Ante militiam.* ¶ Sed quomodo erat miles [c] ante militiam? Respond. miles non militans: & in eo hoc intellige. secus si paganus erat: *vt hic, & infra eo. l.tribunus.* §.*fin. & supra eo. l.idem.* quę sunt contra.

h ¶ *Iure.* ciuili, mutato personæ statu plenius tenet prima voluntas: *vt supra eod.l. neque.* §.j. *& argu. supra de act.emp.l.si quis alienam. & de rei vin. l.si à Titio.*

i ¶ *Senatusconsulti.* scilicet Liboniani: q[uo]d [d] fuit factum ad supplendam. l. Cornel. de fal. ¶ Et quod dicit pœna, dic falsi: *vt infra de fal. in rub. & l. diuus.* sic ergo priuilegium [e] testantis non tollit delictum scibentis: sed priuilegium scribentis tollit: *vt.C. de his qui sibi adscri.l.quod adhibitus. & facit.* ĩ.*de his qui sibi adscri.l.si.*

k ¶ *Miles.* facit.ĩ.*eo. l.miles ita.* §.ij. *& .l. quærebatur.* §.*fin. & .C. e.l.certi.* Sed aliud in pagano: *vt.š.de hered.institu.l.si hereditas. & Instit. de hered. instit.* §.*heres pure.* Hug.

l ¶ *Soli filio.* vt.ĩ.*eo.l.miles ita.* §.*fi.* in pagano secus: *vt.š.de vulg. substi.l.ij.* §.*quisquis autem.*

m ¶ *Quod testamentum.* scilicet solius filij.

n ¶ *Tempora.* c.dierum, vel anni: *vt Instit.de bo.pos.* §.*liberis.*

o ¶ *Generalis.* scilicet vt non sit vlla exceptio.

p DOtalem.] *Legem Iuliam.* quæ [f] inhibet alienationem fundi dotalis: *vt Instit.qui ali.non licet.in princ. & facit.*ĩ.*de leg.ij.l.cum pater.* §.*qui dotale.* ¶ Et nota priuilegium [g] non tollere priuilegium, *sic.š.ex quibus cau.ma.l.fi.* ¶ Sed an debeatur hoc casu æstimatio? Respond. non, cum legatarius non habeat eius commercium: [h] *vt.*ĩ.*de leg.ij.l.mortuo.* §.*Labeo.*

SI certarum.] CASVS. Titius miles instituit sibi Seium heredem in vrbanis prædictis suis, & Sempronium in rusticis, & Gaium in omnibus aliis suis rebus: postea decessit dictus miles. nunc quæritur, an valuerit dicta institutio? Et dicitur quòd sic, & perinde haberi debet ac si instituisset eos sine partibus, & prælegasset dicto Sio vrbana prædia, & Sempronio rustica, & Gaio alias suas res, vt sic habeant æquales partes vniuersę hereditatis: sed dictas res habet vnus ab aliis suis coheredibus per præceptionẽ. Sed quid si instituit Seium in castrensibus suis rebus, Gaium autem in aliis? nunquid ille qui institutus est in castrensibus, tenebitur ære alieno per militem contracto in aliis rebus, vel econtra? Et dicitur quòd non: imò quilibet heredum tenebitur pro illo tantũ ære alieno quod contractum est in illis bonis in quibus ipse institutus est. & quod dixi in debito à milite: idem est in credito. Sed quid si pars instituti in castrensibus rebus non sufficiat æri alieno per militem contracto super castrensibus bonis, & ita noluit hereditatem adire: & institutus in paganicis rebus quæ non erant grauatæ multum ære alieno, adiuit pro sua parte: nunquid tenetur satisfacere etiam illis creditoribus qui crediderunt super bonis castrensibus? Et dicitur quòd sic: aut si non vult satisfacere, debet eis dimittere totam hereditatem. & quod dixi in instituto in paganicis, idem esset in instituto in castrensibus econtra. [SI EODEM.] Titius miles instituit sibi heredem Seium: & in eodem testamento exheredauit dictum Seium. certè adempta videtur Seio hereditas: paganus autem non posset ita adimere per exheredationem. [SI PATER.] Filiusfamilias miles & castrense peculium habens instituit sibi heredem patrem suum in dicto peculio: & quibusdam legata reliquit. pater autem nolens legatariis respondere, omisit aditionem ex testamento, & possidebat alio modo quasdam res ex dicto peculio. certè tenetur legatariis. & idem esset si dolo desiisset possidere dictas res peculiares. [SI MILES TESTAMENTVM.] Titius miles fecit testamẽtum in militia existens, & legata in speciebus certis in dicto testamento quibusdam reliquit: & postea in eodem testamento ita dixit: si quos codicillos faciam, eos cõfirmo in hoc meo testamẽto. his cõpletis remissus fuit de militia: & postea domi existens fecit codicillos, & reliquit quibusdã aliis legata in speciebus certis similiter: & intra annum quo fuit de dicta militia missus, decessit. nunquid in codicillis seruabitur forma iuris ciuilis & communis: scilicet vt de dictis legatis in codicillis relictis possit detrahi quarta, cũ quadrãs solutis legatis nõ remaneat heredi? & videtur q[uod] non: quia dicti codicilli fuerunt (vt dictum est) cõfirmati in dicto testamẽto in militia facto. vnde sicut de legatis in dicto testamento relictis non potest detrahi Falcidia iure militum speciali, ita videtur quòd non possit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis. Dicitur tamen hic quòd bene possit detrahi Falcidia de dictis legatis in codicillis relictis: & hoc ideo, quia iam desierat esse miles cum fecit codicillos. Viuian.

q ¶ *Distribuisset.* sic & in pagano: *vt.š.de hered.instit.l.ex facto.* §.j. *& facit supra eo.l.si miles. & quod ibi not. & .C.eod.l.j. & .ij. & quæ ibi not.*

r ¶ *Duas hereditates.* ad hoc supra de compensationibus. *l.si cum militi. & supra famil.ercis.l.heredes.* §.j. *& facit* š.*eo.l.si miles. & quod ibi not. & .C.eo.l.j. & .ij.*

a Idoque miles nutu testamentum facere non potest. An ad pias causas & inter liberos nutu factum testamẽtum valeat. vide Tiraquellũ tract. *de priuileg. piæ causæ. priuileg.8.* Mantican.4. *de coniectur. vlti. volunt.4.*

b Testamẽtum inter liberos imperfectum quidem valet: nõ tamen nutu fieri potest nisi forte casu lingua præpedita, testamentum scriptum notario legendum dederit, & nutu adprobauerit. *vide Manticã. d. loco.*

c Miles, ante militiam esse potest, non militans scilicet.

† Hunc locum pulchrè ac subtiliter explicat Viglius *in commenta. ad.* §.*sed & si quis ante. de mili.test. Institu.lib.2.*

d Liboniani senatusconsulti necessitas.

* *De hoc.* §.*vide in.c.1.in Glo.super ver. alsque deductione. circa med. ibi, compendiosa quæsiti bit verbis. extra de testa.*

e Priuilegium testantis non tollit delictum sed priuilegiũ scribentis.

f Dotalis fundi alienatio lege Iulia prohibetur. de aliis dotis priuilegiis. v. Campegium *de dote. parte. 1. quæst. 80.*

g Priuilegium non tollit priuilegium.

h Dotalis rei commercium non est. *adde Bartolom Nouella vt immobilia. n2.* §.*& multum.6.*

† id est paganicarum.

† *Ius accrescẽdi locũ habet fauore creditorum: quod alliãs locũ non haberet, facit lex cum de hereditate.* ĩ. *de adquir.hered.*

Soluere.

a ¶ *Soluere*.i.tradere: & hoc ne priuilegium [a] noceat creditoribus: *vt supra eo.l.cum filius.* & est ad hoc infra *titu.j.l.cum hereditate.* & *infra de bono.pos.l.sed cum patrono.in prin.* ¶ Item contra *infra eo.l.si duobus.* Sol. ibi. ¶ Item contra *supra quibus mod.vsusfru. amit.l.si sub conditione.* sed ibi sunt duo testantes: hic vnus. ¶ Item ibi duo testamenta: hic vnum. ¶ Itẽ quare in princip. huius legis non concomitatur æs alienum res, vt hic? Respon. ibi b non est vniuersitas: hic sic. nam bona castrensia vna vniuersitas est: & sic est paganica alia: & ita ibi totum patrimonium intuetur æs alienum: *vt.j.ad Trebel.l.j.§.si heres* & *.s.de iud.l.si fideicommissum.§.tractatum.*

is qui ex ea parte heres institut[o] est, nõ adierit: alterum qui adisset, compellendum esse aut defendere totam hereditatem, aut totam creditoribus soluere.[a]

Miles potest hereditatem relinquere: & eandem adimere in eodem testamento. hoc dicit.

2. ¶ Si eodem [b] testamento miles eundem heredem, deinde exheredem scripserit: adempta videtur hereditas: cum in paganorũ testamento sola hereditas exheredatione adimi nõ[*] possit.

3. ¶ Si pater à filiofamilias milite ex castrensi peculio heres institutus, omissa causa testamẽti aliquid ex peculio possidebit, dolóve malo fecerit quo minus possideret: datur in eum legatorum actio.[c] 4. ¶ Si miles [d] testamentum in militia fecerit, codicillos post militiam, & intra annum missionis moriatur: plerisque [e] placet, in codicillis iuris ciuilis regulã [f] spectari debere, quia non sunt à milite facti: nec ad rem pertinere, quòd testamento confirmati sunt: [g]

b ¶ *Si eodem.* prout habes in fine. §. non[c] possit: Pone casum in seruo herede instituto, & libero. nam eodem testamento potest ei adimi hereditas sola sine libertate: & hoc à milite, non à pagano: *vt* & *.s.de liber.* & *posthu.l.si ita.§.regula.* Et quod dicit, exheredẽ, id est hereditatem adimendo dicendo, exheredo vel adimo. 2. Itẽ pone in libero extraneo instituto, & eodem testamento postea exheredato. nam hoc miles facere potest non paganus: quia res est in extraneo inepta exheredatio: *vt.j.de verbor. oblig.l.quidam cum filium.* sed miles nuda voluntate aufert: *vt.s.eo.l.in fraudem.§.j.* & secundum hoc ordina literam in fi. nisi sola exheredatione non possit &c. 3. Si verò habeas siue d non, dic quòd miles potest adimere hereditatem datam eodem testamento, cum hoc possit paganus: & fortè fiet istud etiã per verbum exheredo, quod aptè ponitur iam eo instituto. aliàs non: *vt.d.l.quidam.* & *facit.s.de test a.l.heredes.§.si quid post.* & *C.de testa.l.hac consultissima.§.si quis autem.* & *l.sancimus.* ADDITIO. Dic secundum Bald. hic quòd prima casus positio est vera secundum literam negatiuam: vltima secundum affirmatiuam est vera: sed media est falsa: *vt.s.de here.inst.l.si pater.*

c ¶ *Legatorum actio.* vt in eum qui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatẽ: *vt.j.si quis omis.cau.testa.l.j.* & intellige patrem teneri ad finem peculij, & perpetuo: licèt aliàs deberet teneri & soleat nomine peculij vsque ad annum tantùm, scilicet cum ab intestato filius decessit: vt omnia hæc probantur apertè *.j.de castren.pecu.l.pater qui.* H. ¶ Item dic, quòd nisi fuisset testatus pater, iure peculij occupasset: *vt.j.de castren.pecu.l.ij.*

d ¶ *Si miles.* ad euidentiã dic quòd Falcidia[e] cessat in testamento militis: *vt.C.ad.l.Falc.in testamento.* & *.C.eo.l.in testamento.*

e ¶ *Plerisque.* & bene.

f ¶ *Regulam.* i. solennitatem vt habeat locum Falcidia.

g ¶ *Confirmati sunt.* & ideo videbatur tempus testamenti tantũ inspiciendum: & perinde ac si in testamento essent relicta legata in codicillis: *vt.j.de codicil.l.ij.§.codicillorum.* sed tamen secus: *vt hic dicit,* & *infra.l.proxi.* & *infra ad.l.Falci.l.si miles.* H. ¶ Et notat, quòd [f] si legatus reseruat [g] sibi primam vacaturam in aliqua ecclesia, & excommunicauit rebelles: & eo facto priuato cœpit locus vacare: quòd non teneat eius excommunicatio: vt tempus in quo præbenda debet conferri, inspiciatur: & non quo ipse retinuit. sic arbiter non potest statuere diem in tempus in quo non est futurus arbiter: *vt supra de arbi.l.si cum dies.§.si intra.* & *facit infra de codicil.l.conficiuntur.§.si miles.* & *.C.de manu.testa.l.j.* & *continua.l.sequentem.*

SI verò.] CASVS. Pone quòd in dicto testamento & in dictis codicillis vt in proxi. §. l. præceden. reliquit dictus miles legata in quantitate consistentia: & tot reliquit, quòd vtrisque simul compositis & computatis excedunt dodrantem, & tangunt quadrantẽ qui debet ad minus remanere heredi de iure. quo modo minuentur per Falcidiam legata in quibus dictum est locum habere Falcidiam, id est legata in codicillis data? Respond. quòd ex omnibus bonis debent solui solida legata in testamento data: quia de eis non debet detrahi Falcidia, vt dictum est. illud autem quod superest de dictis legatis, debet diuidi inter heredes ex vna parte, & illos legatarios quibus legatum est in codicillis, ex alia hoc modo scilicet vt legatarij habeant dodrantem, & heredes quadrantem. Sed quid si dicta legata in testamento relicta consumant quantitatem vniuersorum bonorum? nunquid habebunt aliquid illi legatarij quibus legatum est in codicillis, an nihil? & certè hic talis modus seruabitur. Pone quòd dictus miles habebat in bonis. xij. & in testamento legauit. xij. & in codicillis. iiij. & sic legauit. iiij. plus quàm haberet in bonis. certè ista quatuor debent statim detrahi de vtrisque legatis: & ita remanebunt legata testamenti. x. & legata codicillorum duo. certè de duobus quæ remanent relicta in codicillis, detrahetur Falcid. & non de. x. quæ remanent relicta in testamento. & hoc ideo, quia & si antequam esset missus de militia dictus miles, legasset nõ solùm in testamento, sed etiam in codicillis dicta. xvj. contribuerentur omnia legata, & pro rata ex omnibus legatis decederet dicta portio quam amplius legauerat, quàm in bonis suis habebat, id est dicta quatuor. Si autem legasset in dicto testamento quinque, & in dictis codicillis alia quinque; cum habeat in bonis suis. xij. soluuntur integra quinque legatariis testamenti: & quod deest heredi ad quartam, supplebitur eidem de legatis in codicillis relictis. i. de aliis quinque. vnde heres habebit tria, & legatarij codicillorum habent quatuor. Viuian.

ideóque in his legatis quæ testamento data sunt, legi Falcidiæ locum non esse: at in his quæ codicillis scripta sunt, locum esse.

XVIII. TRYPHONINVS *libro octauodecimo Disputationum.*

SI verò composita [h] vtraque legata, tam quæ testamento, quàm quæ codicillis data sunt, [i] vltra dodrantem sint: [k] quæritur quatenus minuantur ea in quibus Falcidia † locũ habet.[l] Commodissimè autem id statuetur, vt ex vniuersitate bonorum in solidum solutis legatis quæ testamento miles dederat, id quod supererit, pro dodrante [m] & quadrante diuidatur inter heredes, & eos quibus codicillis legata data sunt.

1. ¶ Quid ergo si cõsumãt vniuersorũ bonorũ [n] quantitatẽ legata quę testamẽto data sũt: [o] vtrum † nihil ferent hi quibus codicillis legatũ est, an aliquid? Et quoniam [p] si adhuc miles [q] hæc quoque legasset, [r] contri-

h ¶ *Si verò composita.* id est [a] computata: cum sint in quantitate relicta. nã supra locutus est vbi sunt in specie relicta: vt si vni fundum, alij domum legauit: & tunc euidens est de quo detrahitur, & quid debeat soluere heres. si verò in quantitate sunt hæc & alia relicta: tunc meritò quæritur quantum vel quo modo debeat soluere heres. Azo.

i ¶ *Data sunt.* i. relicta videntur.

k ¶ *Vltra dodrantem sint.* ita quòd totam substantiam cõsumant: vt differat ab vltimo casu legis. §. quòd si post &c. 2. Vel dic quòd & hic aliquid remanebat heredi: vt & ibi: & sic fit idẽ casus. ¶ Et dic quòd Titius. cccc. habebat in bonis: & in testamẽto tempore militiæ facto legauit. ccc. in codicillis factis post militiã intra annũ legauit nonaginta. & decessit intra eundem annum. de primis. ccc. nõ detrahet Falci. heres cum cessat in testamento militis: sed de relictis in codicillis sic: quia tunc non erat miles. Secundò quæritur, si in testamento. cccc. codicillis. c. legauit? Resp. idem esse quod esset hic alio casu, scilicet quando omnia quingenta in testamento legasset. nam tunc sicut antea deduceret quod in bonis nõ est, deminuẽdo cuilibet legatario quintam eius quod ei relictũ est: sic & nunc deducet de quolibet quintam tam de legatis testamenti, quàm codicillorum: & sic legatarij codicillorum debẽt habere. lxxx. ex quibus detrahitur quarta, scilicet. xx. at legatariis testamenti nil detrahitur: sed detracta quinta quadringentorum, scilicet. lxxx. quod non erat in bonis, solidum residuum habent, scilicet. cccxx. sic ponitur casus *.j.ad.l.Falci.l.si post missionem.*

l ¶ *Locum habet.* vt sunt relicta in codicillis: *vt.s.l.proxi.in fi.*

m ¶ *Dodrante.* vt dodrantem legatarij, quadrantem heres ferat.

n ¶ *Bonorum.* quæ sunt. cccc.

o ¶ *Testamẽto data sũt.* quia. cccc. testamẽto, codicillis. c. legauit.

p ¶ *Et quoniam.* nunc adducit simile per quod soluet.

q ¶ *Adhuc miles.* i. nondum missus de militia.

r ¶ *Legasset.* in testamento quæ dedit in codicillis.

a Priuilegium militibus concessum nocere non debet eorum creditoribus.

a Instituere aliquem ex rebus certis, & ex certis patrimonij differunt, est enim patrimonium quid vniuersale, vnde, licet æs alienum non sequatur certũ [illegible], sequitur tamẽ vniuersitatẽ. Hinc etiam colligitur differentiã esse inter res certas & quotam partẽ. Res enim certas non inducere diuisionem, quotas, inducere.

c Hæc prima Gloss. lectio negatiua est.

a Vide Anton. Aug. li. 1. emen. c. 5. sic Pliniũ omnibus quidẽ manifesta decreti negatio, sed postea in plerisque addita fuit inter versiculos ex libro Pisano, recte nam adimi quidẽ potest, vt [illegible] & l. 20. C. de hered. inst. l. 20. [illegible] ad l. Falc. sed si solus & ex asse heres scriptus erat, non sola hereditas videbitur adempta, sed etiã legata omnia, & totũ denique testamentum corruet.

d Hæc vltima Gloss. interpretatio affirmatiua est.

e Falcidia cessat in militis testamento.

f Adde rationẽ ad hãc Glo. quia reseruatio legati dicitur expirare cũ legatione. in c. præsenti. de offic. lega. in 6. Card. in cle. 1. q. 2. ext. de præben.

g Reseruatio expirat, expirato seu finito officio. Ita quæ quis finito officio facit, ea subsistere non possunt vi & effectu anterioris reseruationis seu receptionis, adde [illegible] de iure pa[illegible] l. cum qui. [illegible] de iurisdict. l. [illegible] de [illegible] l. [illegible] muneribus. C. de decurionib.

† Falcidiã proportionaliter detrahi, nõ respectu totius hereditatis, hinc colligit Bald. sed & Falcidiã detrahi de aliis legatis, vbi non detrahitur de certis relictis.

† Testamento relicta diminuuntur per relicta in codicillis. Quin relicta in codicillis fingi relicta in ipso testamento, hinc colligit Bald.

a Composita legata hic Accursio pro cõputatis accipiuntur: sed verius est pro cumulatis accipi.

buebantur omnia, & pro rata ex omnibus decedebat ea portio quam amplius [a] legauerat quàm in bonis habuerat: nunc quoque idem fiat: deinde † constituta [b] quantitate † legatorum quæ codicillis data sunt, ex summa quæ efficiebatur debita si æquo iure [c] omnia deberentur, quartam deducat his solis [d] quibus codicillis legata sunt. 2. ¶ Quod si post [e] vtraque legata solida computata deprehenderetur quod remaneat apud heredem, non tamen sufficiens quartæ [f] eorundem legatorum: [g] quod ei deest, detrahatur his solis quibus codicillis legata data sunt.

XIX. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

QVærebatur, si miles qui habebat iam factum testamentum, aliud fecisset, & in eo comprehendisset, fidei heredis committere vt priores tabulæ valerent: quid iuris esset: Dicebam: Militi licet [h] plura testamenta facere: sed siue simul [i] fecerit, siue separatim, vtique valebunt, si hoc specialiter expresserit: nec superius [k] per inferius rumpetur, cum & ex parte heredem instituere possit: hoc est, ex parte testatò, ex parte intestatò decedere. [l] Quinimò & si codicillos ante fecerat, poterit eos per testamentum sequens cauendo, in potestatem institutionis redigere, & efficere directam institutionem quæ erat precaria. Secundū hæc in proposito [m] referebam, si hoc animo fuerit miles, vt valeret [n] prius factum testamentum: id quod cauit, [o] valere oportere: ac per hoc effici, vt duo testamenta sint. Sed in proposito [p] cum fide* heredis committatur, vt valeat prius testamentum: apparet eum non ipso iure valere voluisse, sed magis [q] per fideicommissum, id est in causam fideicommissi & codicillorum vim prioris testamenti conuertisse. [r]

1. ¶ Vtrum autem totum testamentum in eam causam cōuersum sit, hoc est & heredis institutio, an verò legata tantùm & fideicommissa & libertates, quæritur. Sed mihi videtur non solùm cætera præter institutionem heredis, sed & ipsam institutionem in causam fideicommissi vertisse: nisi aliud testatorem scripsisse probetur.

2. ¶ Si † quis à milite heres ad tempus [f] scriptus esset, & alius ex tempore: quæritur an posterior heres à priore relicta legata debet. Et arbitror hunc non debere: [t] nisi alia voluntas militis probetur.

XX. IVLIANVS *libro vicesimoseptimo Digestorum.*

TRibunus militum si intra dies certos quàm successor eius in castra venerat, manēs in castris codicillos fecerit, [u] & ibi decesserit: quoniam desinit [x]

a ¶ *Amplius.* præmitte, legauerat amplius &c. hoc enim fieri debet: *vt Instit. ad leg. Falc. in fin. & facit. C. eo. l. in testamento. §. sane. & ✝. ad l. Falc. l. in ratione. §. quod vulgo.*
b ¶ *Constituta.* id est considerata, quæ est. lxxx.
c ¶ *Aequo iure.* nam si nulli detraheretur Falcidia, ita his deberetur totum quinta detracta quæ in bonis nunc erat, vt legatariis testamenti: sed in nostro casu non debetur æquo iure, cum his detrahatur Falcidia. illis non.

† Quartarum duarum detractionem ex hoc loco probari colligit Baldus. quarū fit mentio in c. Raynaldus. &. c. Raynutius. extra de testamentis. Nam hic primo de vniuerso patrimonio detrahitur legitima quæ est tertia secūdum numerum liberorum: dein de de aliis octo vnciis quarta: & sic semis qui efficit duas quartas.

d ¶ *His solis.* id est ab his solis.
e ¶ *Quòd si post.* redit ad primum casum legis.
f ¶ *Quarta.* quæ sunt xx. de. lxxx.
g ¶ *Legatorum.* scilicet in codicillis relictorum: vt in primo casu huius legis. non autem dicas quòd heres retineat sibi quartam totius hereditatis de legatis codic. quia sic nihil eis remaneret.

† Quantitatis relictum deminuitur alio relicto quantitatis: secus in relicto speciei, quod non minuitur per aliud legatum quantitatis *vt l. fideicommissorum ✝. vt in poss. legat.* vel speciei *vt. s. in proxima lege. §. vlt.*

QVærebatur.] CASVS. Titius miles fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium: & quibusdam aliis reliquit legata: & quibusdam fideicom. & quibusdam seruis libertatem dedit: & postea fecit aliud testamentum, & instituit in eo Gaium heredem, & fidei Gaij commisit vt prius testamentum valeret. modò quæritur, vtrum valeat prius testamentum: & si valet, vtrum valeat directò, an per fideicommissum: & an valeat quantum ad institutionem, & quantum ad omnia alia quæ in eo sunt? & antequam respōdeat ad dictas quæstiones: dicit quòd licitum est militi plura facere testamenta: & siue faciat ea simul siue separatim, valebunt si specialiter dixit miles ne superius per inferius rumperetur. Item dicit quòd miles potest pro parte decedere testatus, & pro parte decedere intestatus. Item dicit quòd si miles fecit codicillos, & rogauit venientes ab intestato vt restituerent hereditatem suam Sempronio per fideicommissum, & postea fecit testamentum, & in eo dixit, volo quòd dictus Sempronius habeat hereditatem meam per codicillos supradictos. efficietur directa institutio codicillorum, quæ prius erat precaria. Si potest facere miles dicta tria: ergo & in nostra quæstione debet valere prius testamentum in quo instituit Seium: & valebit iure fideicommissi, & non directo: nam commisit fidei heredis in secundo testamento instituti, vt prius testamentum valeret. & non solum alia quæ sunt in testamento primo, valebunt iure fideicommissi: sed etiam institutio, nisi contrarium scripsisset testator. [SI QVIS A MILITE.] Titius miles instituit sibi heredem Seium vsque ad Pascha: & Gaium à Paschate in antea. certè pro constanti ponit quòd valet institutio vtriusque. Sed nunquid legata à primo herede data debebit soluere secundus post Pascha? Et dicitur quòd non: nisi testator hoc voluisset. Viuianus.
h ¶ *Licet.* id est licitum est.
i ¶ *Simul.* aliàs semel: aliàs simul, id [a] est incontinenti vnum post aliud: *vt. s. si cer. peta. l. lecta. §. dicebam.* ADDITIO. No. ex hac glo. quòd illa simul fieri intelliguntur, quorum vnum fit post alterum sine temporis interuallo. vnde facit ad quæstionem an possint testificari duo qui per foramen viderunt duos adinuicem commisceri. de hoc no. iij. q. viij. c. nihilominus. ¶ Not. etiam ex ista glos. q id [a] dicitur simul fieri, quod fit pluries sine tēporis interuallo: *& facit ad no. in l. vulgaris in prin. ✝. de fur. secundum Bald. hic.*

a Incontinenti quę fiunt simul fieri videntur.

a Simul si qd fit etiam pluries sine temporis interuallo.

k ¶ *Nec superius.* in priuato verò semper vnū per aliud rūpitur: *vt. s. de iniust. test. a. l. j. & . ij.* vel vtrumque vice vnius habetur: *vt ✝. de secun. tab. l. j. §. sed in duobus. Azo.* at codicillos plures [b] priuatus potest facere: *vt Inst. de codicillis. §. codicillos.*
l ¶ *Decedere.* vt & *s. eo. ti. l. si miles. in fi.*
m ¶ *In proposito.* i. in primo casu legis.
n ¶ *Vt valeret.* s. prius testamentum. s. directo iure: quamuis verba non portent: quia fidei commisit heredis.
o ¶ *Cauit.* expresse.
p ¶ *In proposito.* i. in casu primo legis.
q ¶ *Magis per fideicommissum.* Contra. ✝. e. *l. si militis. §. j.* vbi vtrumque directo valet. Solu. hic miles videtur expressisse vt priores tabulæ iure fideicom. valerēt. sic enim dixit, fidei heredum. alioquin si in secundis non faceret mentionē priorum, vtrumque valeret directò: vt ibi Nec obstat quod superius dixit, si hoc specialiter &c. quia subaudi ibi maximè: vel exigitur expresse quando verba non portant.

b Limita, nisi codicilli essent eadem die facti, & nō appareret de prioritate, & essent contrarij: quia tunc non valerēt. Bar. in d.l. ... C. de codicil. ... lij dicūt quod vltimus, l. quo adimitur quod in cæteris fuerat dispositū. vide Bald. in præallegata l. ...
* fidei.

r ¶ *Conuertisse.* ergo institutus in secundo tam hereditatem restituit instituto in primo, quàm legata relicta in primo soluet, tanquam in secundo relicta: & hoc subiicit, vtrum autem totum &c.

† Substituere vnū alteri nō videtur qui inter plures coheredes distribuit tempora. Ideoque relicta à primo, non videntur repetita à secundo.

f ¶ *Ad tempus. s. eodem. l. in fraudem. §. penul.*
t ¶ *Non debere.* aliud in substituto pupillo: *vt. ✝. ad. l. Falci. l. in ratione. §. quod vulgo. & vulgari: vt. ✝. de leg. j. l. licet.* hic autem non est substitutus.

TRibunus.] CASVS. Tribunus cuiusdā cohortis militum finiuit tempus suum: & fuit ei missus successor in tribunatu in castris in quibus erat causa militiæ: & sciens dictus tribunus successorem venisse, fecit codicillos adhuc manens in dictis castris: & ibi decessit. modò quæritur, an dicti codicilli valeant iure militari? Et dicitur quòd non: imò iure communi. vnde si non sint in eis ea quæ debent esse in codicillis iure com muni factis, non valebunt. [CVM ALIQVIS.] Titius paganus fecit testamentum non iure pone: & postea cœpit militare: & existens in militia aperuit dictum testamētum: & legit: & postea suo sigillo signauit. certè incipit valere dictum testamentum ac si in militia factum fuisset. & idem esset si postquam factus est miles, aliquid interleuit de dicto testamento, vel perduxit pennam super aliqua parte ipsius testamenti: vel si adiecit aliquid vel emendauit. aliàs autem non valet iure militari. Viuian.
u ¶ *Codicillos fecerit.* sciens [c] successorē aduenisse: alioquin fortè secus: *vt. s. de offi. præsi. l. si forte.*
x ¶ *Desinit haberi.* sic & simplex miles tantùm dum est in numeris: *vt. ✝. eo. l. ex eo.* licet antea factum duret ibi postea per annum: quod hic non est: *vt. ✝. l. proxi.* ¶ Item facit. ✝. *de bon. poss. ex testamen. mili. l. j.* ¶ Sed arg. contra *in Auth. de administ. §. penulti.* vbi per decem dies ante desinit præses. ADDITIO. Dic secundum Bal. hic quòd hic loquitur de priuilegio: ibi de iurisdictione inter subditos exercenda. Et est ratio quare citius clauditur administratio: quia in fine officij officiales consueuerunt esse nimis gratiosi: *vt not. C. vnde vi. l. meminerint.*

c Quod dicitur in officio constitutū iurisdictionē ob prides..., donec venerit successorē aduenisse. *l. si forte. ff. de offic. præsid.* locum etiam habet in beneficiis. v. *Romanum singul. 383.*

Inciderit.

a ¶ *Inciderit.* scilicet incidendo filium, vt aperiret & legeret.
b ¶ *Signauerit.* per quod probare videtur: *vt.* ꝫ. *quod iussu.l.j.§. sed & si serui.* & ꝫ. *quib.mo.pig.vel hypo.sol.l.Titius.§.fin.* & j. *de codicil.l.conficiuntur.§ si miles.* Item facit. ꝫ. *de iusti. & iur.l.ius ciuile.* & ꝫ. *e.l.idémque,in fin.* & ꝫ. *communia prædi.l.fin.*

militis loco haberi postquã successor eius in castra venit, ideo cõmuni iure ciuiũ Romanorũ codicilli eius æstimandi sunt.

1. ¶ Cum aliquis facto testaméto militare cœperit: id quoque testamentũ quod ante quã militare cœperit fecerat, aliquo casu intellegitur militię tempore factũ: veluti si tabulas inciderit,[a] & legerit testamentum, ac rursus suo signo signauerit:[b] amplius si & aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emẽdauerit. Quòd si nihil horũ * inciderit: testamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit.[c]

XXI. AFRICANVS *libro quarto Quæstionum.*

QVod constitutũ [d] est, vt testamentũ militiæ tempore factum, etiam intra annum post missioné [e] valeret: quantum ad verba eius,[f] ad eos dũtaxat † qui mitti [g] solent, id beneficiũ pertinere existimauit. secũdũ quod neque præfectos, neq; tribunos, aut cæteros qui successoribus acceptis militare[h] desinunt, hoc priuilegium habituros.

Testamentum militis filiifamilias non rumpitur minima vel media capitis deminutione.h.d.

XXII. MARCIANVS *libro quarto Institutionum.*

MIles filiusfamilias si capite [i] minutus fuerit, vel [k] emãcipatus, vel in adoptioné datus à patre suo: testamentũ eius valet, quasi ex noua voluntate.[l]

XXIII. TERTYLLIANVS *libro singulari de Castrensi peculio.*

IDem & si paterfamilias miles de castrensibus rebus duntaxat [m] testatus, adrogandũ se dederit. si verò missus[n] iam hoc fecerat,[o] non valet testamentum.

c ¶ *Non pertinebit.* vt & j. e. l. *Titius.* Nec obstat. ꝫ. *e. l. in fraudẽ. §. testamentũ.* quia ibi miles non militans, hic paganus fuit testator.

QVod cõstitutum.] CASVS. Constitutum est. ꝫ. eod. in fraudem. §. testamentum. quod testamentum à milite militię tempore factũ valeat etiam intra annum à tempore quo miles qui fecit testamentum, missus est de militia. certè quantum ad dicta verba cõstituti pertinet tantum ad eos qui de militia mitti solent, & non ad illos qui desinunt militare sine missione, scilicet successoribus acceptis: sicut est præfectus & tribunus & alij qui sine missione desinũt militare: *vt etiam.* ꝫ. *l. proxi. in prin.*

d ¶ *Quod constitutũ.* vt *Insti. eo. §. & quod in castris.* & j. *eod. l. quod dicitur.* & *C. eod. l. ex testamento.*

e ¶ *Post missionem.* causariam vel honestam. sunt [a] enim multa genera: *vt* j. *de re mili. l. milites. §. missionum.*

f ¶ *Eius.* constituti.

g ¶ *Mitti.* i. remitti solent.

h ¶ *Militare.* i. militiæ præesse. non [b] enim erant milites: *vt.* j. *de bo. pos. ex testamen. mili. l. j.* Sunt enim quidã ad pugnandum inepti, sed [c] ad disponendum apti: *vt. §. de cap. l. postliminium. §. fina.* Secus ergo si isti essent commilitones. & *facit.* ꝫ. *e. l. tribunus. in prin.* & ꝫ. *quibus ex cau. maio. l. abesse.*

MIles.] CASVS. Titius filiusfamilias in militia existens fecit testamentum: & postea durante militia fuit à patre emancipatus, vel in adoptionem datus, & ita capite minutus: sicque fuit ruptum testamentum suum minima capitis deminutione interueniente: & postea durãte eadem militia dixit quoquo modo velle valere primum testamentũ. certè valebit ex noua voluntate. Et idem esset si paterfami. miles de castrensibus duntaxat testatus se dederit adrogandum durãte militia. nam quamuis per adrogationem ruptum sit dictũ testamentum: tamen si militia durante dicat quoquo modo ꝙ velit valere, valebit ex noua voluntate. si non dedit se adrogandum eo tempore quo erat iam de militia missus, & sic desierat esse miles: non valebit testamentum ex noua voluntate: ruptum enim est testamentum postquam militare desiit. h.d. cum. l. seq. Viuian.

i ¶ *Si capite.* minima capitis deminutione, vt subiicit. si autem maxima, dic *vt.* ꝫ. *de iniusto testamẽ. l. si quis filio exheredato. §. sed & si quis.* si autem media: tunc vide Glo *Insti. de capi. demi. §. cum autem.* quia ibi dicitur idem quod in minima capi. deminu. & hoc fauore militis. secus in priuatis.

k ¶ *Vel.* pro id est.

* In arch. erat bonorum, minus recte. Taurel. in adnot. in omnib. manuscr. recte est, horum.

† Priuilegia extendere non possum?, nec ab eorum verbis recedere.

a Missionum militariũ multa genera sunt.

b Tribuni licet præsint militib.*, nõ sunt tamen milites, vnde colligũt, Præfectos hospitaliorum & huiusmodi locorũ, non frui priuilegiis eorum quibus præsunt.

c Sapientẽ seu doctorem militi præferri, hinc colligit Bald.

l ¶ *Voluntate.* s. prima quoquo modo retineat voluntatem. ruptum enim fuerat minima capitis demi. *vt Inst. quibus mod. testa. infir. §. alio.* & *§. non tantùm.* & *facit Inst. eo. §. sed & si quis.*

m IDem est.] *Duntaxat.* secus fortè de aliis.

n ¶ *Missus.* i. remissus de militia, & sic iam paganus factus.

Verba testamentorum militum debent seriose esse dicta de institutione heredis, non iocose, aut cum quadam leuitate. hoc dicit.

XXIIII. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

DIuus Traianus[p] Statilio Seuero ita rescripsit: Id priuilegium quod militantibus datũ est,[q] vt quoquo modo facta ab his testaméta, rata sint: sic intellegi debet, vt vtrique prius constare[r] debeat testamentum factum esse: quod & sine scriptura & à nõ militantibus fieri potest. Si ergo miles de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis[s] ad hoc hominibus † vt volũtatem suam testaretur, ita locutus est, vt declararet quem vellet sibi esse heredem, & cui libertatem tribuere: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus: & voluntas eius rata habenda est. Cæterùm si, vt plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui, *Ego te heredem*[t] *facio:* aut, *tibi bona mea relinquo:* † non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec vllorũ magis interest, quã ipsorum quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti:[u] alioquin non difficulter post morté alicuius militis testes existerent qui adfirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona cui visum sit: & per hoc iudicia vera subuerterentur. *

Qualitas iuncta verbo vel participio debet intelligi secundum tempus verbi vel participij. hoc dicit ista solennis lex. Bart.

XXV. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.* †

TItius[x] prius quàm tribunus legionis factus esset, testa-

o ¶ *Hoc fecerat.* i. dederat se adrogandum: quia rumpitur postquam desiit militare. Accursius.

DIuus Traianus.] CASVS. Datum est supra eo. l. j. priuilegium militantibus, vt testamenta ab eis facta quoquo modo, sint rata & firma. modò pone quòd quidam militans dixit alicui per ludum, ego facio te heredem, vel relinquo tibi bona mea. nunquid habebit ille bona militis cui miles ita locutus est? Et videtur quòd sic: quia verba sunt ita larga, quoquo modo facta testamenta à militibus, sint rata. dicitur tamen hic quòd non debet pro testamento obseruari: alioquin priuilegium militum in eorum lęsionem retorqueretur: quia post mortem alicuius militis de facili inuenirentur aliqui testes qui dicerent se audiuisse militem dicentem se relinquere bona sua ei de quo dicere vellent: & per hoc subuerterentur vera militum iudicia. sed hoc modo debent restringi dicta verba quoquo modò &c. vt ad minus hoc faciat miles volens facere testamentum. debet enim vocare quoscunque testes vult, & debet eis dicere: ego vocaui vos ad hoc vt vltimam meam voluntatem tester coram vobis. & postea debet nominare coram eis heredem, & seruum cui vult dare libertaté, & ei dare: & tunc videbitur sine scriptura testatus esse: & erit rata eius voluntas. Viuian.

p ¶ *Diuus Traianus.* de verbo ad verbũ habes Inst. eo. §. j.

q ¶ *Datũ est.* vt. ꝫ. e. l. j.

r ¶ *Constare.* legitimis probationibus: *vt.* j. *eo. l. Lucius.*

s ¶ *Conuocatis.* sic [a] ergo debent [b] esse rogati testes cum non est mortis angustia præpeditus. quod dic vt not. *C. eo. l. milites.* & *facit.* j. *de leg. iij. l. Pamphila.* Accur.

t ¶ *Heredem.* non [c] rogando testes: nec angustia mortis impeditus, & *est sic. C. de testa. l. fin.*

u ¶ *Nõ admitti.* sic. *C. de resc. vẽ. l. ratas.* & *Inst. ad l. Fal. in prin.*

TItius.] CASVS. Titius paganus fecit testamẽtũ pone nõ iure. & postea fuit factus tribunus legionis militũ: & existẽs in dicta militia decessit manẽte eodẽ testamẽto. quæritur, vtrũ valeat iure militari? Et dicitur ꝙ non: nisi dictus tribunus in militia existẽs declarauit aliquo modo se velle valere. per constitutiones enim principũ nõ cõfirmantur omnia testamẽta militũ, sed illa sola quæ fecerunt in militia. fecisse autẽ in militia dictum testamentũ dictus tribunus videtur, cum aliquo modo declarauit se velle valere testamentum quod ante fecerat, vt dictum est. Viuianus.

x ¶ *Titius.* paganus. nec ob. ꝫ. *eo. l. in fraudem. § testamentum.*

† Miles testamentũ in actu militiæ facere non potest, nisi sint duo testes rogati.

† Relinquo verbum trahitur ad institutionem heredis. vide *l. his verbis.* ꝫ. *de hered. inst.*

* Flo. subuertuntur.

† *L. 95.* j. *ad l. Falc.*

a Conuocare testes & rogare idem.

b Testes rogati in militis testamento esse debent, nisi mortis angustia miles ipse sit prępeditus.

c Rogatum testem non præsumi hinc colligunt.

a ¶ *Eodem.* testamento, id est non facto alio.
b ¶ *Testamenta.* scilicet quælibet.
c ¶ *A militibus.* id est in actu militiæ existentibus. *& facit.s.eo. leg. idémque.in fi.& .l.tribunus.in fi.& .j.de lega.ij.l.j.§.j.*

mentum fecit: & postea † cinctus, manẽte eodem [a] defunctus est. quæro an militis testamẽtum videatur esse. Marcellus respondit: testamentum quod ante tribunatum fecisset, nihil si postea ab eo factum dictum esse probaretur quod valere vellet, ad commune ius pertinet. Constitutionibus enim principum, nõ militum testamenta, [b] sed quæ à militibus [c] facta sunt, confirmãtur. Sed planè fecisse testamẽtũ eum interpretandum est, qui se velle testamẽtum quod ante fecerat, valere, aliquo modo declarauit.

Priuilegium datum militibus vt eorum testamenta valeant intra annum missionis, habet locum in honesta missione, nõ in ignominiosa. idem in filiofamil.

XXVI. MACER *libro secundo Militarium.*

TEstamẽta eorum qui ignominiæ † causa missi sũt, statim desinant militari iure valere: quod [d] anni spatium testamentis eorũ [e] qui honestam vel causariãm missionem meruerunt, tribuitur. 1. ¶ Ius testandi de castrẽsi peculio, quod filiisfamilias militantibus concessum est: ad eos qui ignominiæ causa missi sunt, non pertinet: quòd hoc [f] præmij loco merentibus tributum est.

XXVII. PAPINIANVS *libro sexto Responsorum.*

CEnturio † secundo * testamento posthumos heredes instituit, neque substitutos dedit: quibus [g] non † additis, ad superius testamentum se redire testatus est. [h] Cætera quæ secundo testamento scripsit, esse irrita placuit: nisi nominatim ea confirmasset ad priorem voluntatem reuersus.

Filiusfamilias miles potest filium impuberem instituere, & eidem substituere: non tamen potest ei tutorem dare.

XXVIII. VLPIANVS *libro trigensimosexto ad Sabinum.*

CVm filiusfamilias miles decessisset filio impubere herede instituto, eíq; substituisset in aui potestate manenti, tutorésque dedisset: diui fratres rescripserunt substitutionẽ quidem valere: tutoris autẽ dationem non valere: [k] quia hereditati quidem suæ miles qualem vellet [l] substitutionẽ facere potest: veruntamen alienum ius [m] minuere non potest. [n]

XXIX. MARCELLVS *libro decimo Digestorum.*

SI à milite scriptus heres sua sponte adierit hereditatẽ, & rogatus totã hereditatẽ restituerit: ex Trebelliano trãseũt actiones. [o] 1. ¶ Miles testamẽto suo manumittẽdo nihil efficit in eo cuius libertas lege Ælia Sentia [p] vel aliqua [q] impeditur. 2. ¶ Edictũ [r] prætoris quo iusiurandum heredibus institutis legatariisq; remittitur, locum habet etiam in militum testamentis, sicut etiam in fideicommissis. Idémque si turpis [s] esset conditio.

Patri manumissori filij militis præterito datur bo. poss. contra tabu. in bonis aduentitiis filij: non in castrensibus. h.d. cum.l.seq.

3. ¶ Patri eius qui in emancipatione ipse manumissor [t] extitisset, contra tabulas testamenti dandam bonorum possessionẽ partis debitæ [u] placet exceptis his rebus quas in castris adquisisset: quarum liberam testamenti factionem habet.

XXX. PAVLVS *libro septimo Quæstionum.*

T*Estamenta.*] CASVS. Titius miles fecit testamentum in militia minus solenne, cum esset sui iuris: & postea honesta vel causaria missione fuit remissus domum: & mortuus est intra annum à tempore missionis. certè valet testamentum eius iure militari. secus autem si ignominiæ causa missus fuisset: quia tunc non valeret. & quod dictum est in eo milite qui sui iuris erat tempore testamenti, idem in eo qui erat in potestate patris. Viuianus.
d ¶ *Quod.* id est quia.
e ¶ *Eorum.* scilicet tãtum. nam [a] vnde debent puniri, non [b] debent præmium reportare: *vt.s. de neg. gest. l. siue hereditaria. & facit.s.eod.l.quod constitutum. & .j.eod. l. quod dicitur. in prin. & .§.j.*
f ¶ *Quòd hoc.* id est quia hoc. Accur.

C*Enturio.*] CASVS. Ita fuit de facto quòd centurio cohortis militum fecit testamentum in quo instituit sibi heredem Titium: & postea in eadem militia existens fecit testamentum secundum, in quo posthumos suos heredes instituit, nec eis substitutos dedit: quibus substitutis non additis in secundo testamento testatus est in eodem secundo testamento se redire ad superius testamentum. certè omnia alia quæ sunt in dicto secundo testamento, sunt irrita propter dictam testationem nisi post dictã testationem cõfirmasset omnia quæ erant in secundo testamento. Viuianus.
g ¶ *Quibus.* scilicet substitutis.
h ¶ *Testatus est.* fecerat enim primum testamentum, postea secundum in quo instituit posthumos: & quædam reliquit ab eis. in fi. testamẽti adiecit: redeo [c] ad primum testamentum. vnde quæritur, an primò instituti debeant relicta à posthumis? Respon. non: quia omnia quæ in secundo testamento scripta erant, videtur retractasse. *& sic non ob. infra e.l. militis.* §.j. 2. Vel dic, quod dixit in fine secundi testamenti, si postumi heredes non essent, redeo ad primum. nam & tunc irritatur secundum si postumi non sint heredes: & sic non debent perimi legata à postumis: licèt aliud sit in substitutis: *vt.j. de leg.j.l. licet.* Accur.
i ¶ *Cætera.* nunc respon. & facit.s. *de vulg. substi. l. si quis eum.*

C*Vm filiusfamilias.*] CASVS. Titius miles qui erat in potestate patris, decessit in militia, & filium suum impuberem qui erat in aui potestate, instituit sibi heredem, & substituit ei Titium, & dedit ei tutorem Sempronium. modò quæritur, an valeat dicta substitutio? Et dicitur quòd sic: quia miles potest facere hereditatis suæ quamcunque substitutionem vult. prædicta autem tutoris datio non valuit, ideo quia non potuit dictus miles minuere per dationem tutoris ius potestatis quod habebat pater eiusdem militis in filium eiusdem militis. Viuian.
k ¶ *Non valere.* vt *& .j.eo.l. miles.§. nec tutorem. & .s. de testa. tute.l.ij. & de admi. tut. l. impuberi.* Accur.
l ¶ *Qualem velit.* etiam extraneum, nedum filium: & directò: *vt C. eodem. l. in testamento.*
m ¶ *Ius.* s. patriæ potestatis.
n ¶ *Non potest.* ad [a] hoc. *C. eo. l. si Rufinus. & de statuis & imaginib. l. & virtutum.*

S*I à milite scriptus.*] CASVS. Seius miles instituit sibi heredem Titium, & rogauit eum per fideicommissum vt hereditatem suam restitueret Gaio. dictus Titius adiuit dictam hereditatem spõte, & restituit Gaio non detracta quarta, sicut nec detrahere potuit. certè transeunt hereditariæ actiones in dictum Gaium fideicommissarium. Secundò dicit quòd miles in testamento suo non potest dare libertatem illi seruo cuius libertas impeditur per leg. Æliam Sentiam, vel per aliquam aliam. Tertiò dicit quòd sicut in testamentis paganorum remittitur heredibus & legatariis & fideicommissariis conditio iurisiurandi, & etiam turpis conditio: ita & in testamentis militum. [PATRI EIVS.] Titius miles erat relaxatus à potestate patris, & habebat bona castrensia & aduentitia. fecit testamentum in militia existens, & instituit sibi heredẽ Seium: & dictum suum patrem præteriit, & decessit. modo quæritur, an pater habeat contra tabulas contra testamentum militis prædicti? Et dicitur quòd sic quantum ad bona aduentitia: & non quantum ad bona castrensia. nam in bonis castrensibus habet miles liberam testamenti factionem. & hoc dicit cum. l. seq. Viuian.
o ¶ *Transeunt actiones.* vt *& infra ad Trebel. l.j.§ in filij.* non [b] tamen quartam retinet: *vt ea. l. §. denique. nec ex militis.* & sic quo ad quædam habet locum Trebellianica, & quo ad quædam non. Accursius.
p ¶ *Aelia Sentia.* vt. *C. eo. l. si Rufinus.*
q ¶ *Vel aliqua.* scilicet lege, puta Flauia: *vt infra de manu. l. lege. & .j. qui & à qui. l.ij.*
r ¶ *Edictum.* de quo fit mentio supra *de condit. institu. l. quæ sub conditione.*
s ¶ *Si turpis.* vt habeatur pro non adiecta: vt in testamento pagani: *vt.s. de condi. insti. l. conditiones. & .l. conditio.*
t ¶ *Manumissor.* impropriè. [c] *sic.s. de offic. proconsul. l.ij.*
u ¶ *Debita.* quæ [d] est tertia, si est maior centenario, & liberos non habet. sic enim est in patrono: *vt Inst. de success. lib. §. cum verò.* Idem [e] ergo in patre: *vt.j. si à pa. quis fac. ma. l.j. in prin. & Insti. quibus mod. ius pa po. sol. §. præterea. in fi. §.*

† Testamẽtum factum à pagano, postea facto milite, non valet iure militari nisi factus miles illud confirmauerit.

a Præmium reportare non debet quis vnde pœnam meretur.

b Anni spatium quod datur militibus missionem cõsecutis, locum non habet in militibus ignominiæ causa missis. vnde colligunt testamẽtũ infamis valere iure communi, sed non iure priuilegiato. *facit. l.1. C. de secundis nuptiis. l. Claudius.j. de his quibus vt indignis. l. sinat. in fi. s. de testamentis.*

† Sic Flo. ignominiæ, non autem ignominia. vt & paulo post. & forsan ita locuti sunt veteres.

† Vide. l. centurio. s. de vulgari.

* j. tabulis secundi testamẽti. Zoannetus in Pand.

† Edidi. emendat Zoannetus. c.t. restitutiue. vt sit non editis, non natis posthumis.

c Ad primam voluntatem qui reuertitur, secundæ pœnitere videtur, nisi cõtrarium exprimat. atque ita virtute confirmationis non primum testamentum ex primo fit rectum, secundo inutili reddito.

a Priuilegium militis extendi debet ad dispositionẽ bonorum eius, non ad diminutionem iuris alterius.

b Trebellianica ex testamento militis non retinet qui eius hereditatẽ restituit: licet ex Trebelliano transeãt actiones in eum cui facta est restitutio, vt hinc colligas, Trebellianicam in testamẽto militis in quibusdam locum habere, in aliis non habere.

c Manumissor dicitur impropriè qui emãcipat filium.

d Quarta seu legitima quæ debetur patri emancipanti & patrono, est tertia.

e Argumẽtũ à patrono seu manumissore ad patrem emancipantem.

Nam.

a Querelæ inofficiosi testamẽti aut contra tabulas testamentum factum de castrensi peculio non est obnoxium, vt hîc. [...] obnoxiũ est, & petitur legitima conditione ex lege. l. cum lege. C. de episcopis. & ibi in Authentica presbyteros. Nouella de sanctiss. episc. §. presbyt. [...] C. ad Trebell. l. vlt. C. de inofficioso. [...] rubrica, si quis à parente manumissus. [...] de Aret. & Cyn. in Authen. ex causa. C. de liberis præteritis. Bartol. per text. Nouell. vt cum de appellat. vbi dicitur testamẽtũ [...] sed filius non potest testari, nisi de castrensi vel quasi: vt hinc constat: Querelam hodie competere aduersus testamentũ filii militis.

b Adcrescendi ius retro trahit & actum conualescere facit, vnde notant: Facta per eũ qui nõ habebat ius plenum, conualescere, si plenum ius ei superueniat.

c Legata ex testamento militi (idem in ad pias causas dicitur) ex quo hæreditas non aditur, non debentur.

NAm in bona castrensia nõ esse[a] dandá contra tabulas filij militis bonorum possessionem; diuus Pius Antoninus rescripsit.

Seruus duobus legatus, vno legatario manumittente efficitur liber: licèt postea ambo legatarij legatum repudient.

XXXI. MARCELLVS *lib. 13. Digestorum.*

SI miles Titio & Seio seruum legauerit, & cú Titius manumisisset deliberante Seio moxq; is[b] legatum omisisset, liberandum[c] fore dico: quia & si heres, seruum alicui legatum interim manumisisset, liber esset.[d]

XXXII. MODESTINVS *lib. 9. Regularum.*

SI secundú probabilem volútatem[e] militis hereditas eius non adeatur, nec res castrenses heredibus[f] competunt.

Ista lex duos casus ponit per pulcherrimam rationem: & vnus est quando postumus natus est milite existente in militia: secundus quando nascitur post militiam. Bartolus.

XXXIII. TERTVLLIANVS *Libro singulari de Castrensi Peculio.*

SI filiusfamilias miles fecisset testamentum more militiæ, deinde post mortem patris[g] postumus ei nasceretur: vtique rumpitur eius testamentum. verùm si perseuerasset in ea voluntate, vt vellet adhuc illud testamentum valere: valiturum illud, quasi rursum aliud factum,[h] si modò militaret[i] adhuc eo tempore quo nasceretur illi postumus. 1. ¶ Sed si filiusfamilias miles fecisset testamentú, deinde † postea viuo eo, & adhuc auo[k] quoque superstite nasceretur ei postumus, non rumpitur eius testamentum: quia cú id quod nasceretur, in potestate eius non perueniret, nõ videtur suus heres adgnasci: ac ne auo quidem suo hunc nepotem postumum, cum viuo filio nascerctur, suum heredem protinus adgnasci: & ideo nec aui testamẽtum rumpi: quoniam licèt in potestate aui protinus esse inciperet, tamen antecederet eum filius;[l] 2. ¶ Secundú quæ, si filiusfamilias miles testamentú fecerit, & omiserit postumú per errorem, non quod volebat exheredatum:[m] deinde postumus post mortem aui, viuo adhuc filio, id est patre suo, natus fuerit: omnimodo[n] rumpet illius testamentú. 3. ¶ Sed si quidem pagano iam illo facto natus sit: nec conualescet ruptum. si verò militante adhuc natus fuerit, rumpetur:[o] deinde si voluerit ratum illud esse pater, conualescet sic, quasi denuo factum.[p] Sed & si viuo auo nascatur postumus, hic non rumpet continuo patris testamentum. si superuixerit post mortem aui viuo adhuc patre, rumpet: quòd[q] nouus illi nunc primum heres adgnascitur. ita tamen, vt nunquam[r] possit duorum simul testamenta rumpere, & aui & patris.

XXXIIII. PAVLVS* *lib. 4. Quæstionum.*

EIus militis qui doloris impatientia vel tædio vitæ mori maluit, testamentum valere, vel intestati bona ab his qui lege vo-

a ¶ NAm non esse.] vt. j. si à pa. quis fue. ma. l. j. §. est & aliud. & j. de bo. lib. l. etiam. §. patronus. nec querela inofficiosi testamenti: vt C. de inoffic. testa. l. fin. & s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. j. H.

S I miles.] CASVS. Miles Titio & Seio seruum suum legauit, & decessit. dicto Seio deliberante verú vellet habere legatum, vel non: Titius suus collegatarius manumisit dictum seruum, & postea dictus Seius omisit legatú. núquid valet libertas prædicta? Et dicas quòd sic. & est ratio: quia & si heres seruum alicui legatú deliberante legatario manumisisset, & postea legatari9 repudiasset: liber esset seruus prædictus. *Viuia.*

b ¶ *Is.* s. Seius.

c ¶ *Liberandum.* i. liberum: quia retro[b] accreuisse videtur ei dominium: *vt. s. ad legem Aquil. quia retro.*

d ¶ *Liber esset.*] vt & *j. de manu. lig. & j. de opti. leg. l. cum optio. & facit. s. si cer. pet. l. proinde.* Accur.

S *I secúdum.*] CASVS. Titius miles instituit sibi heredes Seiú & Gaium sub aliqua honesta conditione, puta si nauis ex Asia venerit, in bonis paganis & castrensibus, & decessit. heredes nolunt adire hereditatẽ, & volunt habere sola bona castrensia. certè non possunt hoc obtinere. *Viuianus.*

e ¶ *Probabilem voluntatem.* vt quia sub cõditione honesta eos instituit.

f ¶ *Heredibus.* scilicet[c] scriptis. *R. & facit supra de here. instit. l. iij. §. si quis.*

S *I filiusfamilias.*] CASVS. Titius filiusfamilias miles iure militari fecit testamẽtum: & instituit sibi heredem Seium, & eo existente adhuc in militia decessit pater eius, & natus est ei filius postea. certè rumpitur testamentum suum dictum adgnatione postumi: nisi perseuerasset in voluntate vt vellet adhuc dictum testamentum valere, tunc enim benè valeret, quasi rursus fecisset testamentum. secus autem si natus fuisset ei militi filius post dictum testamentum, & ante mortem patris ipsius militis: quia tunc non rumpetur testamentum eius: quia dictus filius militi natus non est in potestate patris, sed aui. Sed nunquid eodem casu rumperet testamentú aui, si quod fecisset auus? Et dicitur quòd non. & est ratio: quia licèt in potestate aui statim cú nascitur esse incipiat, tamen antecedit eum nepotem filius miles prædictus qui est eius pater. si ergo, vt dictum est, filiusfa. miles faciat testamentum, & postumú prætereat per errorem: non autem ideo prætereat, quia velit eum esse exheredem: deinde postumus post mortem aui, & viuo adhuc filio, id est patre suo fuerit natus: omnino rumpet testamentum patris sui. potest tamen quandoque facere reconualescere testamentum suum dictus miles. & quandoque non. nam si adhuc eo militante nascatur ei dictus postumus post mortem patris sui, deinde voluit dictum suum testamentum esse ratum, conualescet testamentum taliter ac si de nouo factum esset. si autem dicto milite iam pagano facto natus sit dictus postumus, non conualescet testamentum, etiam si dicat quondam paganus miles ipsum conualescere velle. & hæc omnia vera sunt nato nepote mortuo auo. si autem viuo auo nascetur filius, non rumpet continuò testamentum patris: sed ita demum rumpet, si superuixerit auo viuo adhuc dicto suo patre. & est ratio quare tunc rumpit: quia nunc primum, i. mortuo auo viuo patre suo adgnascitur heres patri suo quamuis autem in hoc casu cum superuixit auo viuo patre suo, rumpat testamentum patris, vt dictum est: tamen aui testamentum non rumpet. & hoc propter dictam rationem, scil. quia pater suus miles antecedebat eum. *Viuia.*

g ¶ *Post mortẽ patris.* qui est auus quo ad postumum. secus si in vita: *vt. j. proxim. §.* Accursius.

h ¶ *Aliud factum.* sc. testamentú sola volútate: nõ quòd hæc voluntas sit testamẽtum, sed perinde primum resuscitatur, ac si illud fieret: *vt. s. eod. l. miles filius.*

i ¶ *Militaret.* aliud si desiit militare: *vt infra eod. l. §. sed si quidem. & facit. j. eod. l. militis. §. ij. & s. eod. l. idemque.*

k ¶ *Auo.* quantum ad nascentem.

l ¶ *Antecederet eum filius.* vt *Insti. de exhered. lib. §. postum. & C. de postu. l. j. & iij.*

m ¶ *Exheredatum.* tunc enim secus: *vt. s. eo. l. qui iur. & C. eod. l. sicut.*

n ¶ *Omnimodo rumpet illius testamentum.* An autẽ resurgat, statim distinguit.

o ¶ *Rumpetur.* testamentum patris.

p ¶ *Factú.* vt in principio huius legis.

q ¶ *Quòd.* i. quia. & *ad hoc. s. de libe. & postu. l. filius. §. 1. & facit infra de lega. j. l. penul.* Accursius.

r ¶ *Vt nunquam.* nam si auus primò moriatur, rumpit testamentum patris. & si pater præmoriatur, rumpit testamentum aui per legem Velleiam: *vt. s. de iniust. testa. l. postumorum.* si autem ambo simul, & tunc neutrú: cum neuter sit præmortuus, & sic appareat secundi morientis ruptum. ¶ Sed quidam dicunt vtrunque rumpi: *arg. j. de reb. dub. l. qui duos.* Sed ibi fauetur substituto, quia venit secundum volútatem: hic autem præter voluntatem venit.

E *Ius militis.*] CASVS. Titius miles fecit testamẽtum, & postea impatientia doloris, vel propter tædium vitæ se præcipitauit. nunquid valet testamentum eius? Et dicitur quòd sic, & heres ab eo institutus habebit bona sua. sed & si non fecisset testamentum, bona sua haberent venientes ab intestato, & non fiscus. [SI MILITIA.] Titius miles fuit de militia remissus: & intra annum missionis cœpit facere aliud testamẽtum, cum aliud in militia fecisset: nec perficere potuit secundú, morte præuentus. núquid secundum non perfectum rumpet primum? Et distinguitur: aut primum erat factú iure militari, aut cõmuni. primo casu rumpet, secundo non. secus autem si dictus Titius antequá remitteretur de militia, fecisset dicta testaméta: quia túc siue fecit primú iure militari siue cõmuni, semper per secúdú rúpetur, siue secúdú fuit perfectum, siue non. militis enim testamentú sola perficitur volútate

† Nepos nascẽs viuo patre & auo, nõ rumpit patris testamẽtum: quia patri nõ adgnascitur tanquam filius, cùm non sit in potestate patris sed aui. Quia nec aui quidem testamentum rumpit huiusmodi nepos, quia à patre præceditur.

* Papinianus.

vnde sequitur quod ille miles qui plura scribit per varios dies, videtur sæpe facere testamentum. *& hoc dicit cum l. seq. Vlpianus.*

a ¶ *Rescripsit.* secus si conscientia criminis. *& ad hoc. s. de iniusto test. l. si quis filio exheredato. §. proinde. & C. qui testa. face. pos. l. ij. & j. de bo. eorum qui ante sen. l. ij. & iij.*

† ad Pōponiū Falconem. *l. si quis filio. §. eius qui. s. de iniust. rupto.*

cantur, vindicari diuus Hadrianus rescripsit.[a] †

Facilius tollitur quod valet iure speciali, quàm quod valet iure communi. Bartolus.

1. ¶ Militia missus intra annum testamentum facere cœpit, neque perficere potuit. potest dici, solutum ita esse testamentum quod in militia[b] fecit, si iure militiæ fuit scriptum: alioquin si valuit iure communi, non esse iure rescisum.

2. ¶ Nec tamen circa militem[c] eadem adhibebitur distinctio.[d] nam quocunque modo[e] testamentum fecerit,[f] nouissima[g] voluntate rescindetur: quoniam voluntas quęque militis testamenti est. †

XXXV. IDEM *libro 19. Quæstionum.*

Miles si testamentum imperfectum[h] relinquat, scriptura quæ profertur, perfecti testamenti potestatem obtinet. nam militis testamentum sola[i] perficitur voluntate: quique[k] plura[l] per dies varios scribit, sæpe[m] facere testamentum videtur.

XXXVI. IDEM *lib. 6. Responsorum.*

Militis codicillis ad testamentum[n] factis, etiā† hereditas iure videtur dari.[o] Quare si partem † dimidiam[p] hereditatis codicillis dederit, testamento scriptus ex asse heres partem dimidiam habebit: legata autem testamento data communiter[q] debentur. 1. ¶ Miles castrensium bonorum & non castrensium diuersis heredibus institutis,[r] postea[s] castrensium bonorum alios heredes instituit. Prioribus tabulis tantum † abstulisse videtur, quantum in posteriores contulerit: nec videtur mutare[t] etsi prioribus tabulis vnus heres scriptus fuisset.

2. ¶ Miles in supremis ordinandis ignarus[u] vxorem esse prægnatem, ventris non habuit mētionem. Post mortem patris filia nata, ruptum esse testamentum apparuit: neque legata deberi. Si qua verò medio tempore scriptus heres legata soluisset: vtilibus[x] actionibus filiæ datis, ob improuisum casum esse reuocanda: nec institutum, cum[y] bonæ fidei possessor[z] fuerit, quod inde seruari non potuisset, præstare.* 3. ¶ Veteranus moriens testamentum iure communi tempore militiæ factum, irritum esse voluit, & intestatus esse maluit. Heredum institutiones ac substitutiones in eodem statu mansisse[a] pla-

b ¶ *Militia.* fecerat enim duo testamenta: quorum vnum fecit in militia: aliud intra annum missionis: & istud secundum non compleuit: rumpitur primum per secundum si primum fuit factū iure militari, aliàs non.

c ¶ *Tamen circa militem.* i. circa eum qui adhuc militat.

d ¶ *Distinctio.* quæ est facta circa eum qui desiit militare.

e ¶ *Quocunque modo.* siue cōmuni, siue militari. Et not. hac. l. facilius[a] tolli priuilegium quàm ius commune: *vt in Authen. de non alie. §. quia verò verisimile. in fi.*

a Priuilegium facilius tollitur quàm ius commune. *idē Gl. in l. 1. in fi. in vltima Glo. C. si aduersus vendi. tioni. l. assiduis. C. qui potiores. & in l. prius. C. si de momentanea possessione.*

† Sic Flo. & manuscr. forte rectius esset, quoniā voluntas quæque militis testamentū est.

f ¶ *Fecerit.* adhuc militans. R.

g ¶ *Nouissima.* licèt non sit solennitate cōmuni suffulta. R. *& facit Instit. quib. mod. testa. infir. §. ex eod. & s. de iniust. testa. l. ij.*

h *Miles. Imperfectum.* iure cōmuni: sed perfectum iure speciali. *Accursius.*

i ¶ *Sola.*] vt *infra eo. l. Lucius.*

k ¶ *Quique.* s. miles.

l ¶ *Plura.* scil. testamenta.

m ¶ *Sæpe. &c.*] vt *s. e. l. quærebatur. & facit. C. eo. l. milites. & quod ibi not.*

b Sæpe & plures fieri videtur, quod fit per dies varios, cum interuallo nimium temporis.

† Testari cui liberè cōceditur, eidem & codicillos facere permittitur, & in codicillis hereditatē relinquere regulariter contra *Inst. de codicillis. §. codicillis. l. Scæuola. j. ad Trebell.*

Militis.] CASVS. Titius miles fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium, & multa ab eo legata reliquit: & postea statim fecit codicillos: & in eis instituit sibi heredem Gaium pro dimidia: & postea decessit. modò quæritur, an ille qui fuit institutus in codicillis, debeat habere dimidiam hereditatis? Et dicitur quòd sic, & aliam dimidiam debet habere Seius in testamento ex asse institutus: & prædicta legata à solo Seio in testamento data debent communiter solui per dictum Seium & Gaium. & non mireris si dictus Gaius in codicillis pro dimidia institutus habere debet dimidiā hereditatis: quia militis codicillis ad testamentum factis, etiam hereditas iure directo videtur dari: licèt secus sit in codicillis pagani. [MILES.] Titius miles instituit sibi heredem Seium in bonis suis castrensibus, & Gaium in paganicis: & postea fecit secundum testamentum, & in eo instituit sibi heredes Petrum & Martinum in dictis suis castrensibus bonis: & decessit postea. certè Petrus & Martinus erunt heredes in castrēsibus bonis, & non Seius primò in eis institutus. & idem esset si in primo testamento instituisset dictum Seium solum in castrēsibus & paganicis bonis: & postea prædicto modo secūdum testamentum fecisset. tantum enim videbitur abstulisse priori testamento, quantum contulit in secundo. [MILES IN SVPREMIS.] Titius miles habens vxorem prægnantem fecit in militia testamentum: & ignorans vxorem esse prægnantem, ventris in eodem testamento non habuit mētionem, & Seium sibi heredem instituit: & decessit postea dictus miles. & postea fuit ei nata postuma. nūquid rumpit testamentum prædictum? Et dicitur quòd sic. vnde non debētur legata in eo relicta. sed si dictus Seius heres soluisset aliqua de dictis legatis medio tempore inter mortē testatoris, & natiuitatē filiæ prædictæ, poterit reuocare ipsa dicta filia vtilibus actionibus, id est indebiti cōdictionibus eidem filiæ datis, & hoc propter improuisum casum natiuitatis dictæ filiæ datis, quę rumpit testamentum. si autem aliquis de legatariis cui per heredē solutum est, non inueniatur soluendo, habebit filia inde damnum: nec poterit recuperare ab instituto, cum antequam filia nasceretur fuerit bonæ fidei possessor. [VETERANVS.] Titius miles in militia existens iure communi condidit testamentum: & in eo instituit sibi Seium & Gaium, & ab eis multa quibusdam legata reliquit: & dictis heredibus substituit duos alios, & postea fuit de militia remissus, & veteranus effectus. & in periculo mortis postea existens dixit quòd volebat irritum esse dictum testamentum: & quod intestatus decedere volebat & postea decessit. modò quæritur, an dictæ institutiones & substitutiones & legata permaneant in eodem statu: an verò annihilentur? Et respond. quód institutiones & substitutiones in eodem statu permanent nihilominus. legatarij autem legata petentes summoueri debent secundum ius commune exceptione doli mali. si autem dicti legatarij essent in possessione rerum eis legatarum, potior esset eorum causa: vnde heredes ab eis repetere non possent. [MILES IVRE.] Titius miles in militia iure communi testamentum fecit: & postea in eadem militia existens fecit secundum testamentum super omnibus bonis suis iure militari. & postea fuit de militia domum remissus: & postea stetit domi per annum, & decessit: & sic non valuit secundum testamentum iure militari factum: vt supra eodē in fraudem. §. testamentum. nunquid vires primi testamenti per secundum rupti redintegrātur ex eo quòd secundum rumpit primum, & est annihilatum ex eo quòd testator decessit post annum missionis? Et dicitur quòd non. *Vlpianus.*

† Miles in codicillis potest hæreditatem directam relinquere totam & pro parte.

† Miles potest duobus testamentis factis [illegible] cedere: & [illegible] intelligitur prius mutatum quatenus ei derogat per secundum.

* pręstari est in archetypo, [illegible] vna littera [illegible] catum ibi [illegible] ait Ant. Augu. lib. 1. c. 1. scribi que debuisse præstare. In manuscriptis tamen etiam scriptū reperi præstari.

a Ad pro iuxta. Denotat autē vicinitatem. vnde ad domū videbitur insul[illegible] factus qui sit iuxta domū & iuxta domū fieri intelligitur, qđ fit prope per duos pedes. *l. quidam Hiberus. s. de ser uit. vrbanorum. facit. l. si statua. j. de furtis. adde l. 2. §. toties. j. de damno. Gulielmum Cuneū in l. mentitisse. s. de offic. procons. adde Gl. de consecrat. distinct. [illegible] c. nunquam [illegible] in l. ad illud [illegible] adhuc. C. [illegible] iuxta [illegible] quēadmodū [illegible] accipitur vide. l. vlt. [illegible] nium regund. [illegible] Onus decrescit, pro rata &* [illegible]

n ¶ *Ad testamentum.* i.[a] iuxta: vel id est testamento confirmatis. aliàs post. *Accursius.*

o ¶ *Dari.* & directò: *vt. s. eo l. quærebatur.* ¶ Nec obstat *Institu. de codicil. §. codicillos.* quia ibi speciale.

p ¶ *Dimidiam.* & aliam dimidiam scriptus in codicillis. H.

q ¶ *Communiter.* ab vtroque, quāuis non sint repetita. cum[b] enim ab instituto in assem decrescat emolumentum, decrescat & onus. *sic. s. de vulg. substit. l. & si contra. & j. de leg. ij. l. fi. §. fi. & j. ad. l. Falc. l. Plautius.*

r ¶ *Institutis.* vno in vnis, alio in aliis: & hoc in primo testamēto.

s ¶ *Postea.* in secundo testamento.

t *Mutare.* i. aliud esse etsi vnus, &c. s. quàm si plures. vel dic primum testamentum, s. in aliis bonis. ¶ Nec obstat contra *s. eod. l. quærebatur.* Sol. vt ibi. *& l. centurio cōtra.* Sol. vt ibi. ¶ Item aliud in priuato quàm hic dicat: quia ex toto rumpitur primum: *vt. j. ad Treb. l. si quis priore. contra.* Accur.

u ¶ *Ignarus.* aliud si sciens: *vt. C. eo. l. si cum. & l. sicut. & est ad hoc s. eo. l. si filius. in prin. & §. ij.*

x ¶ *Vtilibus actionibus.* & condictione indebiti, & condictione sine causa: *vt. s. de condic. indeb. l. j. ij. iij. iiij. & v.* Accur.

y ¶ *Cum.* i. quia. Accur.

z ¶ *Bonæ fidei possessor.*] vt. *s. de peti. here. l. item veniunt. §. eos autem qui iustas. &c.* & huic bonæ fidei iustam causam præbuit testator.

a ¶ *Mansisse.* quia nō[c] sic mutari iure testamentū perfectū potuit *vt. C. de test. l. sancimus. & s. de testa. heredes. §. si quis post. & s. e. l. eius. §. fi. & Inst. qui. mo. test. infir. §. ex eo.* ¶ Sed nōne vt indign[illegible]

est heres

a Indignus est heres, qui testator expresse heredem mutauit.

b Testamentū nudis verbis non reuocatur: licet nudo facto puta testamēti ipsius incisione reuocetur.

c Legata nuda voluntate reuocari possunt.

est[a] heres qui voluntatem non habet: vt. C. de his quib. vt indig. l. heredit. & infra de his quib. vt indig. cum quidam? Respond. in prima expresse dixit eos non mereri: hic non. 2. Item in alia fecit secundum testamentum, hic non: sed tantum noluit valere primum: & hoc in verbis. secus[b] si in facto: vt quia tabulas inciderit: vt infra si tab. test. nul. ex ta. l. j. §. si heres. & C. eod. l. nostram. quæ sunt contra.

cuit: legata vero petentes, exceptione doli mali secundum ius[a] commune summoueri: cuius exceptiónis vires ex persona petentis [b] æstimantur. & alioquin potior est in re pari causa possessoris. 4. ¶ Miles iure communi testatus, postea testamento iure militiæ super bonis omnibus facto, post annum militiæ vita decesserat. prioris testamenti quod ruptum esse constabat[c], non redintegrari vires constitit.[d]

XXXVII. PAVLVS lib. 7. Quæstionum.

SI duob.[e] a milite liberto scriptis heredibus, alter omiserit hereditatem, pro ea parte intestatus videbitur defunctus[f] decessisse: quia miles† & pro parte testari potest: & competit patrono ab intestato bonorum possessio:[g] nisi† si hæc voluntas defuncti probata fuerit, vt omittēte altero, ad alterum vellet totam redire† hereditatem.

XXXVIII. IDEM lib. 8. Quæstionum.

QVod dicitur, si miles intra annū quàm missus[h] est decesserit, valere eius testamētum quod iure militari fecerat: verum est etiam si post annum cō-

a ¶ Secūdum ius commune. quod est[c] vt nuda voluntate adimantur legata: vt. j. de adi. leg. l. iij. §. fin. & l. & si transferam. & l. ex parte. & j. de leg. iij. l. si iure. Accur.

b ¶ Petentis. scil. legatarij, non quòd heres habeat ius retinendi, cum teneatur ex prima voluntate. vnde si soluat, repellitur repetens: vt subiicit, & j. de excep. do. l. apud. §. preterea. & arg. in eo. titu. l. si procurator.

¶ Sed quo modo habet legatarius, cum fuit ademptum, licet heres non repetat? Resp. aufertur vt indigno: ar. j. de his qui. vt indig. l. cum quidam.

† Paganus ex pluribus causis decedit. l. 2. in fi. §.

c ¶ Constabat alioquin secus: vt. s. eod. l. quærebatur.

† Adcrescendi ius interdum procedit ex voluntate testatoris expressa.

d ¶ Cōstitit. sufficit ergo quod ex secundo testamento heres esse potuit, si intra annum decessisset: vt Instit. quibus modis testa. infir. §. posteriore & s. de iniust. testa. l. iij. §. sed constante.

† Redire seu redeat verbū indirectum.

SI duobus.] CASVS. Titius habebat libertum Stichum, qui libertus fuit factus miles: & existens in militia fecit testamentum, in quo instituit sibi heredes Seium & Gaium. & postea decessit dictus libertus miles. vnus ex dictis heredibus omisit pro sua parte hereditatem, nunquid coheres suus habebit totam hereditatē iure accrescendi? Et dicitur quòd non, imò pro dicta parte omissa videtur miles intestatus decessisse. miles enim pro parte potest testari, & pro parte intestatus decedere. & dictæ partis omissæ competet Titio patrono bonorum possessio ab intestato. & hæc vera sunt, nisi probetur testatorem voluisse alterum heredem totam habere hereditatem altero omittente: quia tunc habebit alter totam, & patronus nihil. Viuianus.

e ¶ Si duobus. Dic Titium institutū in castrensibus, Seium in paganicis, qui Seius repudiauit. non[d] accrescet Titio, sed patrono ab intestato: vt infra de bo. lib. l. si filius. §. j. ¶ Nec obst. s. eo. leg. si certarum. §. quod si alterutra. quia hoc fauore patroni, repellitur in castrensibus à contra tabulas: vt infra de bo. lib. l. iij. §. patronus. & ideo etiam in cæteris admittitur. Et eodem modo soluitur. C. de cad. tollen. §. his ita. vbi præfertur coheres legitimo in iure accrescendi. 2. Vel dic quod indistinctè hic instituit duos. ¶ Nec obst. s. eod. leg. si certarum. quia ibi est ideo, quia non erat soluendo hereditas: & per hoc nullus ab intestato volebat: arg. supra de mino. & si sine. §. sed quod Papinianus. & C. de neces. ser. l. fin. Sed tunc est contra dictam. leg. C. de cad. tol. Sed erit speciale in institutis à milite. & est ratio: quia & prius potuit pro parte testatus decedere, quod est secus in priuato: ideo accrescit potius quàm detur legitimo. vnde legatariis[e] non accrescit inuitis: vt. C. de cadu. toll. §. vbi autem. quia non redditur pro parte intestatus. Accursius.

d Adcrescendi ius non habet locum in testamento militis.

e Nō adcrescit legatariis inuitis.

f ¶ Defunctus. sc. miles.

g ¶ Bonorum possessio. vnde legitimi: vt. j. vnde legi. l. ij. §. j. & facit. C. eo. l. j. & ij. Accur.

QVod dicitur.] CASVS. Titius miles fecit testamentum iure militari: & filium suum sibi heredem instituit, & ei Seium substituit: & postea fuit missus de militia: & intra an-

num missionis decessit: & filius suus prædictus decessit post annum. nunquid substitutus habebit hereditatem? Et videtur quòd non: quia substitutio non habuit locum nisi post annum missionis. Respond. tamen quòd sic. & est ratio: quia sufficit testatorem mortuum esse intra annum missionis ad hoc vt valeat testamentum, etiam si post annum conditio institutionis vel substitutionis extiterit.

ditio institutionis extiterit, mortuo eo intra annum. & ideo si heredi filio substituerit, nihil† interest quando filius moriatur. sufficit enim patrem intra annū obisse. 1. ¶ Miles testamentum fecerat: deinde† non ignominiæ [i] causa missus, rursum cinctus [k] est in alia militia.[l] quærebatur an testamentum eius quod in militia fecerat, valeret. Quæsiui vtrum iure militari, an communi iure testatus est. Et si quidem communi iure testatus est: nulla dubitatio est quin valeat. Sed si vt miles fecisset testamētum: agitare cœpi, quando [m] adsumptus [n] fuisset postquam desiit in numeris [o] esse: vtrum intra annum, an post annum cognoui intra annum eum adsumptum. ergo si eum adhuc iure militari valeret, [p] rursus eodem iure posset testari: [q] nunquid etiam post annum eo mortuo valeat testamentum? Me mouebat: quòd alia militia est posterior. Sed humanius est dicere, valere testamentum, quasi coniuncto [r] munere militiæ. [s] Non loquor de eo qui voluit [t] valere testamentum etiam adsumptus.[u] hic enim quasi in militia sequen-

† Conditionis existentis effectus trahitur retro à die mortis testatoris, in institutione & in hæreditate. adde Dynum in ca. 1. de regulis iuris, in 6. An in legatis? Idē: quod ad essentiā, nō quod ad adquisitionem. adde l. 1. §. 1. ad Sylanianum. Badd. bic.

† Sic Flo. sed in lib. Rogerij deest negatio vt idem hic addita glossula notauit abesse debere: quia ignominiæ causa missorū testamenta statim infirmantur. l. 26. 3. e. sed fallitur Rogerius. nam si ignominiæ causa esset missus frustra quæreretur postea an post annū mortuo valeret testamentum. Consilio.

[MILES TESTAMENTVM.] Titius miles fecit in militia testamentum, & postea fuit remissus domum ex honesta causa. & postea fuit in alia militia missus. & postea decessit in militia secunda existens. quæritur, an testamentum quod fecit prima militia, valeat? & distinguitur, aut fecit testamentum iure communi, aut iure militari. primo casu valet sine dubio dictum testamentum: secundo casu distinguitur, vtrum fuit testator adsumptus ad secundam militiam intra annum à tempore missionis primæ militiæ, an post annum. primo casu valet testamentum, secundo casu videtur quòd non valeat: quia secunda militia est alia à prima. Sed certè humanius est dicere vt valeat testamentum quasi coniuncto munere militiæ primæ & secundæ. sed si in hoc secundo casu existens in secunda militia dixisset se velle valere testamentum factum in prima militia tunc nullum dubium esset quin valeret testamentum videtur enim fecisse in secunda militia testamentum. & si paganus fecisset non iure testamentum, & postea factus miles dixisset se velle illud valere: hoc casu valet iure militari: vt supra eodem leg. idémque. Viuianus.

h ¶ Missus est. honeste vel causariè. alioquin secus: vt. s. eod. l. testamenta. ad hoc. C. eod. l. ex testamento. & s. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si quis in militia. & Insti. eo. §. sed hactenus. & s. eo. quod constitutum. & j. §. j. & argu. C. de testamen. manu. l. j & qui po in pigno. ha. l. potior. Azo.

i ¶ Non ignominiæ. in lib. R. deest non. & sic legebat, in misso ignominiose. in alio indubitanter loquitur, scil. quòd honeste mittitur, non dico causariè: quia ille non debet iterum cingi, [a] vt. C. de re mi. leg. vj. lib. xij. & est pro. R. exemplum pagani: vt. in fin. huius leg.

a Doctor degradatus vel priuatus doctoratu non potest iterum fieri doctor de quo mt. in l. 2. & ibi Gl. C. de cing. mil.

k ¶ Cinctus est. non sine Augusti affatibus: vt. C. de diuer. offic. l. ij. lib. xij.

l ¶ Militia. sci. prima.

m ¶ Quando assumptus. i. quanto tempore currēte postquam &c.

n ¶ Adsumptus. ad secundam militiam.

o ¶ In numeris. primæ militiæ.

p ¶ Valeret. s. si ignominia missionis non obstaret. ignominiosè quippe missorum militaria testamenta statim infirmantur etiam non transgresso anno: vt. C. eo. ex testamento. R.

q ¶ Testari. i. testamentum valere dico: vt argu. s. de excu. tut. l. pen. in prin. & arg. j. de iure fisc. l. si.

r ¶ Quasi coniuncto. vt sic ab initio potius de militia ad aliā translatus per interpretationem videatur, quàm missus ignominiosè iterum cinctus censeatur. R. ad quod. j. de bon. pos. ex testa. mili. leg. j.

s ¶ Militiæ. primæ & secundæ.

t ¶ Voluit. expresse.

u ¶ Adsumptus. ad secundam militiam.

ti fecit teſtamentum, exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit.[a]

XXXIX. IDEM *lib. 9. Quæſtionum.*

SI filiusfamilias miles captus, apud hoſtes deceſſerit: dicemus legem Corneliam etiam ad eius teſtamentum pertinere.[b] Sed quæramus ſi pater eius prius[c] in ciuitate[d] ex filio, an ſimiliter teſtamentum patris[e] rumpatur. Et dicendum eſt non rumpi teſtamentum: quia ex eo tempore quo captus eſt, videtur deceſſiſſe.

XL. IDEM *lib. 11. Reſponſorum.*

LVcius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis † dictauit: & antequam † literis præſcriberetur,* vita defunctus eſt. quæro an hæc dictatio valere poſſit. Reſpondi, militibus quoquo modo velint, & quo modo poſſunt, teſtamentum facere conceſſum eſſe:[g] ita tamen, vt hoc ita ſubſecutum eſſe, legitimis probationibus[h] oſtēdatur. 1. ¶ Idē re-

a ¶ *Cœpit. vt. ſ. eo. l. idemque erit. in ſi.*

S*I filiusfamilias.*] CASVS. Titius filiusfamilias miles fecit in militia teſtamentum iure militari, & poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic fuit ruptum teſtamentum ſuum: & poſtea ibi deceſſit. certe reconualeſcit per mortem ſuam teſtamentum ſuum, & hoc ex lege Cornelia, quæ fingit eum mortuum fuiſſe prima captiuitatis hora. Sed pone quod pater dicti militis capti deceſſit prius in ciuitate ſua, quàm decederet ipſe miles apud hoſtes, relicto nepote in ciuitate ex dicto milite nato poſt captiuitatē eiuſdem militis ſui patris: & poſtea decedat apud hoſtes dict⁹ miles, qui vt dictum eſt, fecerat teſtamentū in militia ante captiuitatem. nunquid per agnationē dicti filij ipſi⁹ militis rumpetur teſtamētum patris eiuſdē militis? Et videtur quòd ſic, quia natus fuit dictus filius viuo patre ſuo milite, & remanſit poſt mortē aui viuente patre ſuo: licet apud hoſtes eſſet pater ſuus: vt. ſ. eo. filiusfa. §. fin. Dicitur tamen hic quòd non rumpitur teſtamentum: quia ſicut dictum eſt, ex quo dictus miles deceſſit apud hoſtes, videtur per. l. Cor. prædictam deceſſiſſe eo tempore quo captus eſt, & ſic ante annum: quo caſu certum eſt quod non rumpitur teſtamentū patris: *vt. d. l. filiusfamilias.* §. j. Viuianus.

b ¶ *Pertinere.*] vt. ſ. *de teſt. l. lege Cornelia.* Accur.

c ¶ *Prius.* quàm filius. ſ. ſed tamen poſt captiuitatem filij.

d ¶ *Nepote.* nato poſt captiuitatem filij, i. ſui patris. *Azo.* Idem ſi ante captiuitatem, ſed poſt reſtitutionem: *vt. ſ. eo. l. ſi filius. §. ſed ſi viuo.* ſi verò tempore teſtamenti natus, *dic vt. ſ. de liber. & poſtu. l. filius. §. filium.* Accur.

e ¶ *An ſimiliter teſtamentum patris.* i. huius captiui qui pater eſt nepotis: ſic rumpitur teſtamentum aui per nepotem, qui fingitur locum filij tenuiſſe viuente auo: *vt. ſ. de libe. & poſtu. l. ſi quis poſtumos. §. ſi filium. ibi diuerſumque.* &c.

f ¶ *Deceſſiſſe.* & ita eo tempore quo filium ſuum in poteſtate habebat, id eſt viuente auo: vnde nepos eius teſtamentum non irritat: *vt. ſ. eo l. ſi filius. §. j.*

L*Vcius Titius.*] CASVS. Miles dictauit notario ſuo teſtamētū ſuū per notas ſcribendū: & antequā notarius perficeret teſtamen[t]ū, deceſſit dictus miles. nunquid valebit tanquā teſtamentū dictatio quā fecit miles dicto notario? Et dicitur ꝙ ſic, ſi legitimis probationibus, puta duorū teſtiū, probetur dictā dictationē à milite factā fuiſſe. Secundo dicit: pone, dictus miles qui iure militari teſtatus eſt, reliquit Sticho ſeruo ſuo legatū purè, vel ſub cōditione, & nō habita mētione libertatis. nūquid erit liber? Et dicitur ꝙ ſic. Tertiò dicit, pone quod ita dixit dict⁹ miles in teſtamēto ſuo: Pāphila ſerua mea ex aſſe mihi heres eſto. & poſtea in eodē teſtamēto Sempronio cōmilitoni ſuo eandē reliquit: & eius Sēpronij fidei cōmiſit vt eā manumitteret: & poſtea deceſſit dictus miles. nūquid Pāphila erit eius heres, ac ſi directe ei dediſſet libertatem miles? Et dicitur ꝙ ſic. miles enim prædictus qui ancillā ſuā heredem inſtituit, vt dictū eſt, poteſt intelligi ignoraſſe cōpetere ancillæ libertatē ex inſtitutione: & ideo ſine cauſa poſtea à Sempronio cōmilitone petiſſet vt eandē manumitteret, cum ex priore inſtitutionis ſcriptura libera & heres facta eſſet. & ſic legatum non valuit. ſi non valuit legatū ipſius ancillæ: ergo fruſtra fuit rogatus legatarius per fideicommiſſum vt eam manumitteret. *Viuianus.*

g ¶ *Conceſſum eſſe.* contra. ĵ. *de bono. poſſeſ. l. ſed cum patrono. §. ſi.* Sol. hoc eſt priuilegium militis. *Accurſius.*

h ¶ *Probationibus.*[a] No. communē probationē in teſtamēto militis fore neceſſariam. i.[b] ad minus duorū teſtiū:[c] quia pluralis &c.

† v. Tiraquelliū tract. de priuil. piæ cauſ. priuil. 18.

† v. Tiraquelliū tract. de priuil. piæ cauſ. priuil. 6. & an Notæ ſeu imbreuiatura probet. v. Bart. in. l. quoties. §. ſed ſi non in corpori. ſ. de hæred. inſti. Bal. 17.

* perſcriberetur.

a an valeat nutu factum. v. I. Gloſſ. in. l. 13. in verbo Nulla.

b Probatio cōmunis in militari teſtamēto requiritur.

c Probatio cōmunis dicitur quæ fit ad minus per duos teſtes.

ſpondit, ex teſtamento eius qui iure militari teſtatus eſſet, ſeruum, qui licet ſub conditione, legatum meruit, etiam libertatem poſſe ſibi vindicare.

2. ¶ Idem reſpondit, Lucius Titius miles teſtamentum ita fecit: *Pamphila ſerua mea ex aſſe mihi heres eſto.* alio deinde capite Sempronio commilitoni ſuo eādem Pamphilam reliquit: cuius fidei commiſit, vt eā manumitteret. quæro, an heres eſſet Pamphila, auque ſi directò accepiſſet libertatem. Reſpondi, intelligēdum, militem qui ancillam ſuam heredem inſtituerat, ignoraſſe,[k] poſſe ex ea inſtitutione etiam libertatem ei competere, & ideo ſine cauſa poſtea[l] à commilitone petiſſe vt eandem manumitteret. cum ex priore ſcriptura libera, & heres effecta eſt, poſtea nullo præiudicio voluntati facto fruſtra legata eſt.

XLI. TRYPHONINVS *lib. 18. Diſputationum.*

MIles ita heredem ſcribere poteſt: *Quoad viuit Ti-*

vt. ſ. de teſti. l. vbi. & dic vt no. C. eo. l. milites. & facit. ſ. eo. l. diuus.

i ¶ *Vindicare.* Cōtra. C. *de neceſ. ſer. l. quidā. §. illo. & de fideicō. l. ex fideicōmiſſo.* Sol. hic ſpeciale in milite: quia[a] magis præſumitur liberalis: *vt. C. e. l. ex his. & in Auth. vt lib. deca. §. ſi quis autem.*

k ¶ *Ignoraſſe.* nō mirū: quia adhuc non erat lex quæ hoc dicit. C. *de neceſ. ſer. l. quidam.* videtur ergo legare: vt ſic manumiſſa accipiat hereditatem: ſed erat ſpeciale vt directò ſit libera & heres, cum & per legatum ei relictū idem contingat: *vt. ſ. proxi. reſpon.* Accur.

l ¶ *Poſtea.* dic, fruſtra eſt poſtea legata libertas nullo &c. cum & idem habeat per propriam voluntatem.

M*Iles ita.*] CASVS. Ita poteſt miles heredem ſibi ſcribere: Titius ſit mihi heres donec viuet: & poſt mortem eius Titij Septitius ſit mihi heres. ſi autē ſcribat miles, Titius vſq; ad annos decem heres eſto: & à decem annis in antea non ſcripſit aliquem heredem, vſque ad decem erit teſtatus, & abinde in antea inteſtatus. ex prædictis patet quod miles poteſt inſtituere heredē ex certo tempore, & ad certum tempus. & quando inſtituit ex tempore, hereditas defertur venientibus ab inteſtato antequam dies veniat quo admittatur inſtitutus. & ita illud quod militi licitum eſt in bonorū ſuorum portione, ſ. vt pro parte poſſit decedere teſtatus, & pro alia inteſtatus: competit ei ex eodem militari priuilegio etiam in ſpatio temporis, licet ſi nō modicum ſpatium, ſ. vt pro parte temporis inueniatur teſtatus, & pro parte non. [MVLIER IN QVA.] Hic. §. ponit duos caſus in quibus miles communi iure vtitur. Primus eſt, quia non poteſt in teſtamento ſuo aliquid relinquere mulieri in quā turpis ſuſpicio cadere poteſt, puta adulterij cum ipſo milite cōmiſſi. Secundus eſt, quia non poteſt ei dare tutorē miles qui eſt in aliena poteſtate. [SI MILES.] Titius miles fecit teſtamentum: & inſtituit ſibi heredē Seium: & filium ſuū exheredauit: vel ſciēs eum filium ſuum eſſe, ſilentio eum præteriit: quod in milite pro exheredatione habetur: & eidem filio ſubſtituit Gaium: & ſubſtituto ampla legata de ſuo reliquit: & ab eo ſubſtituto reliquit aliis legata: & poſtea deceſſit dict⁹ miles teſtator. modo quæritur, an valeāt legata quæ à dicto ſubſtituto reliquit? Et dicitur quod non. quamuis enim ampla legata de ſuo reliquerit ſubſtituto, vt dictum eſt, tamē non inſtituit eum in aliqua parte ſuorum bonorum: vnde non eſt mirum, ſi non poteſt ab eo legata relinquere, non enim reliquit ab eo legata tanquā à legatario, quæ quidem valerent: ſed tanquam à ſubſtituto filij exheredato ergo, vt ex prædictis patet, miles ſubſtituere poteſt: emācipato etiam poteſt ſubſtituere: quamuis paganus non poſſit ſubſtituere filio ſuo impuberi emancipato. & cum ſubſtituit miles filio emācipato: habebit locum ſubſtitutio tātum in his bonis quæ ab ipſo milite peruenerunt ad eum filium cui ſubſtituit: non etiam in his quæ habuit filius tempore ſubſtitutionis, vel poſtea acquiſiuit. nā & ſi ſubſtituiſſet filio ſuo viuo adhuc auo poſt acquiſitā filio militis aui hereditatē, nemo dicat ad ſubſtitutum pertinere. & hæc omnia vera ſunt ſi habes. §. ibi, exheredato miles &c. ſi autē habeas ibi. §. miles & emācipato &c. erit ille. §. ſeparatus ab ipſo. §. ſi miles exheredauerit &c. & huius. §. ſi miles. aliquantulū diuerſificabitur caſus ab eo quod dixi: erit tamen planus. [SI MILITIS.] Titius miles fecit teſtamētum in militia: & inſtituit ſibi heredē Seium: & filium ſuum impuberem exheredauit: & eidē filio ſubſtituit Gaiū pupillariter. quæ ſubſtitutio valet: vt ſupra. §. & poſtea deceſſit dictus miles: & Seius non adiuit hereditatem ſuam. & poſtea dictus filius militis deceſſit in pupillari ætate. nunquid Gaius veniet ex ſubſtitutione ad hereditatem impuberis? Et videtur quod non:

a Præſumitur miles magis liberalis quàm paganus.

Ceſſat hæc correctura in pagano. l. pen. ſ. ſo. C. de neceſſa. ſeruis hæred.

non: quia ex quo non est adita hereditas ex principali testamēto, perinde est ac si non esset factum principale testamētum. ergo nō videtur quòd valeat accessorium. i. pupillare: *vt s. de vulg. substit. l. ij. §. adeo.* Dicitur tamē hic quod veniet substitutus ex priuilegio testatoris militis. nam & si sibi penitus non fecisset testamentum, valeret tamen substitutio. *Viuianus.*

tius, heres esto: [a] *post mortem eius, Septitius.* Sed si ita scripserit, *Titius vsque ad annos decē heres esto*, nemine substituto: intestati causa post decem annos locum habebit. Et quia diximus, ex certo tēpore, [b] & vsque ad certum tempus milites posse instituere heredem: his † cōsequens est, vt antequā dies veniat quo admittatur institutus, intestati hereditas [c] deferatur: & quod in bonorum portione ei licet, [d] hoc etiam in temporis spatio, licet non modicum sit, ex eodem priuilegio cōpetat. 1. ¶ Mulier in qua turpis suspicio cadere potest, [e] nec ex testamento militis aliquid capere potest, vt diuus Hadrianus rescripsit. 2. ¶ Nec tutorem [f] ei qui in aliena est potestate, miles dare potest. 3. ¶ Si miles exheredauerit filiū, vel sciēs [g] eū filiū suū esse, silētio præterierit, an legatū à substituto eius [h] dare possit, quæsitum est, Dixi nō posse, licet ampla legata reliquerit. † Exheredato. 4. ¶ Miles [i] & emácipato [i] filio substituere [k] potest: verùm hoc ius [l] in his exercebitur, quæ ab ipso ad eū cui substituit, peruenerint: non etiam in his si quæ habuerit, vel postea adquisierit. Nā & si filio suo, viuo adhuc auo, substituit: post adquisitá ei aui hereditatem nemo diceret ad substitutū pertinere.

5. ¶ Si militis adita non fuerit hereditas: an substitutio quā pupillo fecit, valeat, quęritur. Et cōsequens erit hoc dicere: quia permittitur militem [m] filio facere testamentum, quamuis sibi non fecerit.

a ¶ *Esto.* scilic. Titius. Azo.

b ¶ *Ex certo tempore.* hoc nō dixit hic: sed aliàs in suis liberis. nam primum exemplū legis diem habet incertum: *vt. j. de condi. & demonstr. l. j. 2.* Vel dic etiam cōtra illum esse certum: quia certū est exiturum: *vt in Auth. de here. & Falci. §. his omnibus. coll. j.*

c ¶ *Intestati hereditas.* in priuato secus: quia die sublato purè essent heredes: *vt. s. de here. Insti. l. hereditas.* Accursius.

d ¶ *Et licet.* vt pro parte possit decedere testatus, pro parte intestatus: *vt. s. eo. l. si miles vnū.* hoc in spatio téporis cōpetit, licet sit tempus non modicum ex eo priuilegio, post quod debet esse heres. ¶ Et est sic quod tépus [a] sicut summa est pars re. *s. de eden. l. j. §. diē autē.* & [b] in tēpore est plus & minus, vt in re: *vt Instit. de act. §. plus autem.* & hęc erit ratio quare priuatus nō possit ex tempore heredē instituere: quia sicut est in rebus, sic fit ex tempore. *Accur.*

e ¶ *Cadere potest.* quia eam cognouit: *vt. j. de his quib. vt indig. l. mulierem. & facit. C. de dona. inter virum & vxo. l. ij.* in alio secus: *vt. j. de dona. l. affectionis.* ¶ Item hoc nisi tempore mortis [c] bonę opinionis erat absque suspicione: *vt. s. eod. l. neque §. ij.* & non suspicio. *sic. C. de codicil. l. quamuis. &. C. de iudic. l. apertissimi.* Accur.

f ¶ *Nec tutorē.*] ad hoc. *s. e. l. cum filius. cū suis concordantiis. Hu.*

g ¶ *Sciens.*] sic. *C. eo. l. sicut. & l. si cum.*

h ¶ *Ei.* s. exheredato: *vt. C. de leg. l. cum quidam.* idem si ipsi substituto, secundum quosdam. *& dic vt ibi.*

i ¶ *Emancipato.* eodem filio. aliàs si esset in potestate filius, etiā paganus posset. & sic non esset priuilegium militis.

k ¶ *Substituere.* directò: *vt. C. e. l. in testamento. in fi.* Accur.

l *Hoc ius.* quod dixi in emancipato. & sic nō ob. *Inst. de pup. sub. §. non solum. & s. de vulg. & pup. l. sed si plures. §. ad substitutos.* vbi etiam res pupilli in substitutionem veniunt. *& facit. s. eod. l. milites etiam. & C. de impub. & aliis sub. l. precibus. in fine. & s. de vulg. sub. l. centurio. in fin.*

m ¶ *Permittitur militem.* vt *& s. eo. l. in fraudem. §. item tam sibi.* in pagano secus: *vt. s. de vul. subst. l. ij. quisquis.*

EX eo tempore.] CASVS. Titius fuit electus tyro: & fuit ei preceptum quod iret ad standum cum aliis militibus qui erant in quodam castro pro imperatore, & qui erant ibi scripti in numeris eorum & in matricula: & fuerunt ei dati nummi pro expensis in itinere faciēdis. & postea ipse cœpit ire: & venit ei periculū mortis antequā esset in dicto castro, & in dictis numeris redactus. nūquid potest iure militari testamentum facere? Et dicitur quòd non potest: quia ex eo tempore iure militari potest quis testari, ex quo in numeros relatus est, & non ante. *Viuianus.*

n ¶ *Relatus est.* vel iussus cingi: *vt. j. l. proxi.*

† Argumētum de re ad tēpus est probabile: vt hinc statuas, ea quæ recipiūt diuisionē in substātia, recipere diuisionem in tēpore.

a Tempus sicut summa pars est rei.

b In tempore plus est & minus.

† Viglius in cōmentariis ad §. non solum. de pupill. inst. Instit. illū locū hunc substitet ac do ... explicat. Pu... autē dictionē exheredato, ptinere ad præcedens respōsum & hunc sic incipere: Miles & emancipato. &c.

Quod Taurello præter missum à nobis minime negligi debuit. Cont.

c Quando tempus mortis inspiciatur, & quando non: v. Bal. in rub. de verb. & re. signi. fic. in fi. Bart. & Alexa. in l. 2. §. quando autē. C. de iure fisci.

o ¶ *Lecti.* Electio [a] ergo nō tribuit ius electo: sic nec elect' successor facit desinere prædecessorē: *vt in Auth. de admini. §. fi.* Itē nec sola electione filij ad dignitatē fit sui iuris: *vt in Auth. vt cost. quæ de di. §. fin.* Nec Imperator est, nisi suscepta infula: *vt. C. de quadr. præs. l. j. in fi.* Nec tribunus, nisi accepto cingulo: *vt. C. e. l. tribunus.* Nec miles, nisi sit in numero script': *vt hic.* Nec magister: *vt. s. de excus. tu. l. si duas §. minuere.* Nec pistor: *vt. s. de excusat. l. fi.* ¶ Sed arg. cōtra *Instit. quibus mod. ius pat. pot. sol. §. filius. & in Authen. de defen. ciui. §. & si eadē. & C. de decu. l. fi. lib. x. & j. de bo. pos. ex test. a. milit. l. vnica. §. fi.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quod ibi loquit in casibus specialib. in quibus ex sola electione cū acceptatione secuta quis cōsequitur dignitatē: sed hic loquitur in dignitatibus minoribus, in quibus elect' quis non potest cōsequi dignitatē: *vt no in Auth. de arb. §. illud. coll. vij. & in Auth. cōstit. quæ de dig. §. 1. coll. vj. cum conco. secundum Bart. hic.*

Non à tempore electionis, sed ex eo tempore quo scriptus est in matricula militum, incipit quis priuilegio militari vti. Bartolus.

XLII. VLPIANVS *lib. 45. ad Edictum.*

EX eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, [n] antè non. Proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti [o] tirones sint, & publicis expensis iter faciunt, [p] nondum milites sunt. debent enim in numeros referri. [q]

Habetur pro facto quod de proximo est fiendum Bartolus.

XLIII. PAPINIANVS *lib. 6. Responsorum.*

FIliusfamilias equestri [r] militia exornat', & in comitatu principum retentus, cingi cōfestim [s] iussus, testamentum de castrensi peculio facere potest. †

XLIIII. VLPIANVS *lib. 45. ad Edictum.*

REscripta principū ostendūt omnes omnino qui eius sunt gradus, vt iure militari testari non possint, [t] si in hostico [u] deprehēdantur, & illic decedāt: quo modo velint, & quo modo possint, testari: siue præses [x] sit prouinciæ, siue quis alius qui iure militari testari non potest.

p ¶ *Iter faciunt.* ar. cōtra. *s. quib. ex cau. maio. l. qui mittuntur. §. antepen. & penul.*

q ¶ *In numeros referri.* item stigma, [b] hoc est nota publica, brachiis eorum debet infigi: *vt C. de fabricen. l. stigmata. & alia quæ not. s. ex quibus cau. maio. l. pe.* Accur.

FIliusfamilias.] CASVS. Si filiusfamilias equestri militia honoratus, & in comitatu principum retentus, & iussus cōfestim in militia cingi, fecerit testamentum, iure militari valebit. Sunt etiam quidā, sicut præses prouinciæ, qui non possunt iure militari testari: qui quidem si in hostili loco deprehendantur in periculo mortis cōstituti, possunt facere testamentum quo modo volunt, & quo modo possunt. *h. d. cum l. seq.* Viuianus.

r ¶ *Filiusfamilias equestri.* No. militia [c] equestris. Item cælestis: *vt clericorum.* Item legalis, vt aduocatorum: *vt. C. de aduoca. diuer. iudi. l. aduocati.* Item remiges & vigiles milites sunt: *vt. j. de bono. possess. ex testa. mili. l. j.*

s ¶ *Confestim.* Habetur [d] cinctus, qui statim est cingendus. Habetur perditum, quod statim est perdendū: *vt. j. pro emp. l. si quis cū.* Habetur datum quod paratum est vt detur: *vt. j. de lega. ij. l. item legato. & in Authen. vt exac. instan. do. §. fi.* deficit cōditio, quam constat statim defecturam: vt potestatiua quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu: *vt s. de condit. insti. l. fi.*

t ¶ REscripta. *Non possint.* quia non sunt milites.

u ¶ *Hostico.* aliàs hostili loco: aliàs hostilico: & aliàs hostico.

x ¶ *Præses.* qui [e] non erat de numero militum: sed ob aliquam caussam illic erat, & sic de aliis: vt hic, *& s. eod l. quod constitutum & j. de bono. posses. ex testa. mili. l. j.* ¶ Sed contra habetur. *C. eod. l. scrinarios.* Solu. vt ibi.

a Electio non tribuit ius aut priuilegia dignitatis electo. adde Abbatem in cap. postquam de electione: Parisium 4. consilior. 19. adde legem Publius j. de condit. & demonstr. & l. eme a Zenone. C. de quadriēnij præscriptione. vide tamē octo exceptiones ad hanc regulam apud Duenasiū. Regula electio. 231.

b Stigma quid.

† Vide quæ ad intellectū huius capitis scripsit Viglius in commen. ad. §. sed & si quis. de milit. testam. Instit. lib. 2.

c Militia multiplex, equestris, cælestis, legalis, aduocatorū & militū.

d Statim aut mox futura, habentur pro factis vt sint pa... ria aliquid esse factum & in proximo faciendum.

e Testari sine solennitate in hostio (vel vt Baldus loquitur in manibus hostium) quis paganus etiam potest.

DE ADQVIRENDA VEL &c.

Post deliberationem adit institutus, vel repudiat: & ideo de hoc dicit. & dic adire & repudiare extraneorū, immiscere & abstinere suorum. vt Institu. de hered. quali. & differen. §. extraneis.

Posteaqua exemit militū testamēta iure cōmuni ciuiū Romanorū, redit ad institutū ordinē, & quia deliberationē sequitur aditio

vel repudiatio hereditatis, subiicit titulũ de adquirẽda vel omittẽda, hereditate. In indice titulorũ est amittẽda. quod forsitã rectius, quasi amittere sit genus, omittere species. Sed & omittere generaliter accipitur tit. 4. & quæ vulgo amitti animo, & omitti dicitur. l. pen. De vi. Amittitur repudiatiõe, abstẽtione, recusatione, & omissione. i. si intra præstituta tẽpora non adeatur. Omittere ꝓprie est tẽpore excludi vel nõ petere intra tẽpus. l. quod si minor. §. Scæuola. De minor. l. j. §. vltim. vt in poss. leg. l. j. C. quan. non pet. par. Adquiritur antẽ cretione, aditione, gerītione pro herede, immistione, agnitione. qb. modis opera heredis interuenit aliqua. Sed & sine facto vllo suis heredib. adquiritur iure ciuili etiã inuitis & ignorantib. & ante apertas tabulas. ea re existere dicũtur, nõ fieri. Hereditas est ius successionis directæ in dominiũ sigulariũ rerũ, & in õne ius mortui. Aditio est actus solẽnis vindicãda hereditatis delatæ ex testamento vel ab intestato. Cretio est aditio ex deliberatione testamento ꝓfinita. Pro herede gestio est actus quilibet quasi heredis. Missio est iure prætorio data suis heredib. forma adquirendæ hereditatis. Agnitio est nuda volũtas suscipiẽdæ hereditatis. Repudiatio est declaratio cõstituentis nolle se heredem esse, quæ fit in iure solemniter. Recusatio quæ fit quoquo modo. Abstentio est iure pratorio data suis heredibus forma spernendæ hereditatis. Cuiac.

† In indice Titulorũ, est scriptum amittenda.

DE ADQVIRENDA VEL† omittenda hereditate.

TITVLVS II.

Aditione partis totum quod potest quæritur, siue simul, siue discretis partibus hereditas deferatur. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

I. PAVLVS *lib. 2. ad Sabinum.*

QVi totam[a] hereditatem adquirere[b] potest, is pro parte eam scindendo adire non potest.[c]

II. VLPIANVS *lib. 4. ad Sabinum.*

SEd & si quis[d] ex pluribus partibus in eiusdem hereditate institutus sit: non potest quasdam partes repudiare, quasdam agnoscere.[e]

Donec est locus instituto, excluditur substitutus. Alexand.

III. IDEM *libro. 6. ad Sabinum.*

QVãdiu prior heres institutus hereditatem adire potest,[f] substitutus non potest.[g] †

† Quia substitutio dicitur secunda institutio. Bal. in rub. C. de impub. & ali. sub. dicitur tamẽ quãdoque institutio, in. l. si quis hereditarium. & si quis heredum. ʒ. de hered. insti.

Eius est priuatio, cuius est positio. Alexander.

IIII. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

NOlle[h] adire hereditatem non videtur, qui non potest adire.

Mutus, surdus, & prodigus cui bonis interdictum est, possunt hereditatem adire. Alexander.

V. IDEM *libro primo ad Sabinum.*

MVtum, necnon surdũ, etiã ita natos, ꝓ herede gerere, & obligari hereditati[i] posse cõstat. I. ¶ Eũ cui lege[k] bonis interdicitur, heredem institutum posse adire hereditatem cõstat.[l]

Hereditatem quocunque modo delatam filius adeundo non obligat patrem, nisi præcedat iussus: sed in bonorum possessione sufficit si ratihabitio subsequatur. Bartolus.

VI. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

g ¶ *Non potest.*] vt. j. l. in. d. l. quamdiu. in prin. hoc tamẽ fallit in casib. vt. ʒ. de vulg. substi. l. fi. §. si Titius. in fi. & ʒ. de here. Insti. l. si pater. & j. de bo. liber. l. libertus patrono. Sed hæc vltima potest aliter intelligi. & facit. j. de secun. tab. l. ij. §. defertur. & §. primo gradu. & C. de edi. diui Hadria. tol. l. j. Acc.

h ¶ NOlle. aliàs nolle. & est sensus: Non[a] potest repudiare qui non potest adire. ad quod est. j. eod. l. is qui heres. & l. is potest. Alij habẽt, velle. q. d. si aliquis gerat pro herede in bonis viuentis non potest: vt. j. eo. l. nemine. & l. qui superstitis. & eius est priuatio, cuius affirmatio, & econtra. sic. j. de regu. iur. l. eius est. & l. qui potest. §. quod quis. Accur.

a Repudiare non potest qui adire non potest.

MVtum.] CASVS. Ille qui est natu mutus & surdus, si institutuatur ab aliquo heres, potest gerere pro herede, & obligari potest hereditati. Quid de prodigo cui bonis interdicitur, & curator datur? Certè potest cum auctoritate curatoris sui adire hereditatem, si institutus est. Viuianus.

QVi totam.] CASVS. Titius instituit me & Seium heredes. Seius repudiauit suam partẽ ego autem nolo adire nisi pro mea parte, certe non possum hoc facere: imò debeo habere totam, aut nihil. Viuianus.

a ¶ *Qui totam.* Pone casum vt C. *de impub. & al. subst. l. testamẽto.* vt aliquid videatur addere lex sequens. nam dicit, sed & si quis &c. ¶ Item pone in instituto ex asse: qui si gerit pro herede pro parte, totã hereditatem videtur agnouisse: *vt. j. eo. l. si ex asse.* & secundũ hoc nõ[a] potest pro parte adire & successiuè. *& facit. j. eod. l. si solus. §. item puto. & C. de omni agro deser. l. iiij. lib. xj.*

a Adiri hæreditas pro parte non potest.

b ¶ *Adquirere potest.* si tota sit delata. alioquin secus esset: *vt. j. e. l. si solus. § idem puto in fi.* §. ¶ Item hoc si per se. si autem non per se, sed per alium: dic *vt. j. eo. l. si ego. & l. si ex sua parte.*

c ¶ *Non potest.* idem in legato vnius rei: licet in herede legatarij sit secus: *vt. j. de lega. j. l. legatarius. & de lega. ij. l. neminem. & l. grege.* secus si plura legata essent, nec onus sit vni iniunctũ: *vt j. de legat. ij. l. sed duob.*

SEd & si quis] CASVS. Testator me ex pluribus partibus heredem instituit: & ego volo habere quasdam partes, & alias non. certe non debeo audiri. Viuianus.

d *Sed & si quis.* primo ex tertia. s. est institutus Titius: & idem Titius secundo ex alia tertia: tertio & idem Titius ex alia tertia.

e ¶ *Agnoscere.* Imò agnoscendo[b] aliquã ex eis, cæteras acquirit: nec est opus aliqua aditione, etiã si nõ delatæ essent cæteræ partes cum adiit vnã: quia sufficit semel adiuisse. & hoc intelligas in eadem persona: non tamen per alium est acquirenda hereditas. *vt. j. eo. l. si solus per totam. l.* Quod ergo dicit hic, & ʒ. l. proxi non potest. s. quum sit heres in totum. ¶ Sed cum partem repudiat, partem adit: cur[c] præualet aditio? Resp. quia fauorabilior: *argu. ʒ. de lib. & postu. l. cum quidam.* ¶ Itẽ quid si partẽ repudiat, & aditionem aliarum differat:[d] Respon. non valet: *vt. j. eo. l. si solus. in princip.* & est ratio quam dixi. *& facit. C. eo. l. quidam. & ibi not.*

b Partis vnius adgnitione, aliam quis agnoscere intelligitur. v. Grassum. §. iur. adcrescẽdi. q. 11.

c Aditio fauorabilior repudiatione; ideóque ea præualet.

d Aditio partiũ differri potest quibusdam partibus repudiatis hæreditatis.

QVamdiu.] CASVS. Si testator me instituat, & Seiũ mihi substituat: quamdiu ego adire possum, & volo, potest adire Seius mihi substitutus. velle autem meum non potest habere locum sine possibilitate. vnde si non possum adire, non prodest mihi si adire volo. *h. d. cum. l. seq.* Viuianus.

f ¶ *Potest.* quod est vsque ad. xxx.[e] annos: *vt. C. eo. l. si curatoris.*[f] est enim de iure ciuili aditio, ergo perpetua: *vt Insti. de perpe & tẽp. act. in prin.* licet P. dixerit vsq; ad annũ, *per. l. C. eod. l. cũ antiquioribus.* Sed ibi de herede heredis qui nõ adit post annũ: sed ipse viuẽs sic perpetuo: nisi statutũ sibi tẽpus vt adeat, sit elapsum: *vt. j. e. quamdiu institutus.* vel nisi repudiet: *vt. C. de repu her. l. sicut.* Ac.

e Iuri adeundi (quod est extra accotũ) præscribitur xxx annis. adde aliam Glo. in l. licet. C. de iure deliber. Curasium. 6. Miscellan. 21.

f l. licet. C. de iure deliber.

i ¶ *Hereditati.* quia in aditione non desideratur nisi voluntas declarata. perfectum est enim opus, si intelligat[b] quid agat: *vt j. de bo. posses. infan. su. con. l. fi. & Instit. de here. quali. & diffe. §. fi.* ¶ Itẽ potest iussu domini adire, aut alium adire iubere: *vt. j. eo. l. pater. §. j & ij. & facit. ʒ. de here. instit. l. j. § mutus.* Accursius.

b Sequuntur hanc Glo. Bar. Bald. Paul. Alexan. & Aretin. aliàs esset in potestate curatoris: & sic solus non posset adire, secundum Bar. B. P. & Alexand.

k ¶ *Eum cui lege.* id est à iudice per legem: *vt. ʒ. de cura. furio. l. j. in prin.* no. & dic quia prodigus. secus si propter delictum: vt si cõmisit crimen maiestatis, vel etiam hæreticus fuit: *vt. C. ad. l. Iul. ma. l. pen. & de hereti. l. Manichæos.*

l ¶ *Constat.* cum auctoritate curatoris: *vt arg. C. de admi. tu. l. cũ quidam.* ¶ Nec obst. j. *de regu. iur. l. furiosi.* quia nulla est voluntas sc. in alienando: secus in acquirendo. *arg. ʒ. de rebus cred. l. certi cõdictio. § sed si numerauero. & j. de verb. oblig. l. is cui. & facit. ʒ. de testa. l. filius. & l. is cui.* Accur.

QVi in aliena.] CASVS. Seruus vel fili[9] meus fuit heres institutus à Titio: & dictus meus filius vel seruus adiuit hereditatẽ sine iussu meo. nũquid adeũdo possum me obligare dictę hereditati? Dicit ꝙ nõ: nec etiã ratũ habere possum ex post facto: licet secus sit in bo. pos. quam filius vel seruus meus agnouit sine iussu meo. quia illã agnitionẽ bene possum habere ratã. Sed & si legitima hereditas matris delata sit filio meo ex senatuscõsulto Orficiano, & adeat eã sine iussu meo: idẽ est, vt possim habere ratã aditionẽ. Sed & si nõ adierit filius meus hęreditatẽ matris suæ, ego tamẽ diu possedi eã: videor adiuisse hereditatẽ. Sed quid si filius meus à Titio institutus erat à me emãcipat[9], & putabat se esse in potestate mea, & sic iussu meo adiuit hereditatẽ Titij volẽs mihi acquiri? certe nõ acqrit mihi hereditatẽ, nec etiã sibi. Si autẽ nõ erat à me emãcipat[9], & ego iussi ꝙ adiret, & ipse me mortuo adiuisset: bene obligaretur hereditati. & hoc siue dubitet vtrũ sit filiusf. an sit factus paterf. per morte meã, siue nõ dubitet, velit tamẽ sibi adquirere adeũdo. Quod autẽ dictũ est in prin. huius legis. s. ꝙ ille q est in potestate alicuius, nõ potest eũ inuitũ hereditati obligare ĩ qua institutus est qui est in potestate, fallit quãdoq;: nã interdũ filiifa. etiã sine aditione adquirũt hereditatẽ iis in quorũ sunt potestate: vtputa si nepotẽ quẽ habeo ex filio meo, instituã mihi heredẽ: & filiũ. i. patrẽ suũ exheredẽ, & decedã: & ita veniat dictus meus nepos institutus in potestatẽ patris sui. nã etiã sine aditione faciet dictũ suũ patrẽ meũmq; filiũ heredẽ necessariũ mihi. cũ enim dict[9] meus nepos fuisset mihi necessarius heres si nõ habuisset patrem, bonũ est vt nũc cũ patrẽ habet, faciat eũ mihi necessariũ heredẽ, etiã sine aditione ipsius nepotis, vt dictũ est. secus autẽ si dictus meus filius quẽ exheredaui, adoptasset sibi in filiũ post mortẽ meã quendã extraneũ quẽ heredẽ instituerã. nam ille extraneus quem adoptauit, nõ faciet eũ mihi heredẽ necessariũ: iubesi tamẽ debet

per

per iudicē dicto meo filio, vt si vult & adeat hereditatē meā, creditorib. satisfaciat. aliàs cōminari ei debet iudex se datu rū hereditatē creditorib. si intra certum tēpus ab eo iudice statutum nō adierit: & est ratio quare in hoc casu nō sit mihi necessarius heres filius meus per extraneū à me institutū quē postea adoptauit: quia tempore mortis meæ non fuit dictus extraneus in potestate dicti mei filij: nec est in mea potestate. vnde cum ipse non esset mihi extiturus heres necessarius: eo quòd non erat in mea potestate, non faciet filium meum mihi necessarium, imò voluntarium. [CELSVS LIB. XV. DIGESTORVM.] Titius instituit sibi heredem Seium, & decessit. & cum Seius hereditatem adire nollet, venerunt duo de creditoribus dicti Titij, & dixerunt ei: Si tu non adeas. nos occidemus te. vel nihil ei dicendo intulerunt ei timorem iustū vel non iustū ad hoc vt adiret. Seius autē prædictus dixit eis: Expectate me, quia ego reuertar statim ad vos, & adibo hereditatem, ex quo nō potest esse aliud & iuit ad duos suos amicos vel ad tres, & retulit eis prædicta, & dixit eis: Ego volo redire ad dictos creditores, & adire tamen quicquid faciam nolo quod aliquid valeat: & ita sitis testes. reuersus fuit ad dictos creditores, & adiuit, fallendo taliter eos vt dictum est. Certè dicitur hìc quòd si dictus Seius erat liber, non erit heres. si autem erat seruus, non faciet heredem dominum suum. *Viuianus.*

a Alcia. lib. 4. pared. ta. 1.

Qvi in aliena[a] est potestate, non potest inuitum[a] hereditati obligare eum in cuius est potestate, ne æri alieno pater obligaretur.[b] 1. ¶Sed in bonorum possessione placuit[c] ratam haberi[d] posse eam quam citra voluntatem adgnouit is qui potestati subiectus est.

2. ¶Sed & si legitima hereditas filio delata sit ex senatusconsulto[e] Orfitiano matris idem erit probandum.[f]

Ex diuturnitate temporis præsumuntur omnia solenniter acta. Bart.

3. ¶ Sed & si non adierit filius, diu[g] tamen possedit pater[h] hereditatem credendus est[i] admisisse hereditatem: vt diuus Pius & Imperator noster rescripserunt.

Qui iussu alterius adit, præsumitur solum iubenti quærere velle, si iussum credat valere. secus si sciat inualidum, vel sine iussu adiit. Bartol

4. ¶Si is qui putabat[k] se filiūfamilias, patris[l] iussu adierit: cum neque sibi,[m] neque ei qui iussit,[n] quæsisse hereditatē cōstat quāquam[o] is quem pater[p] iussit adire, & decessit, si adierit iam mortuo patre, obliget se hereditati, vt Iulianus libro trigensimoprimo Digestorū scripsit. Nam cū[q] qui dubitat vtrum filiusfamilias, an paterfamilias morte patris factus sit,[r] posse adire hereditatem magis admittit.

Si filius in potestate est alicui heres necessarius: facit patrem necessarium heredem. secus si fuit voluntarius. Bartolus.

5. ¶ Interdū[s] filiifamilias & sine aditione adquirūt hereditatem his in quorum sunt potestate: vtputa si nepos ex filio exheredato heres sit institutus.[t] patrē enim suum sine aditione faciet heredē,[u] & quidem necessariū.

6. ¶Sed si quis heres institutus[x] adoptetur à filio exheredato, necessariū eum non facit: sed iu-

que iussu alicuius adiuit, vt ibi, nā eum &c. *vt. s. ti. j. l. qui iure.* ¶In secundo non sibi, quia non voluit: nec iubenti, quia nō potuit. sic infra de reb. dub. l. in ambiguo. Et benè sic distinguitur: quia propositum adeuntis dicit lex distingui, vt quæratur possessori. Cur ergo non attenditur vt quærat sibi scienti conditionem suam, vel dubitanti, vel erranti in ea: *vt infra de acquirend. rer. domi. l. homo liber.* Et fortè ideo hìc sic distinguitur, adeat cum iussu, vel non: quia non creditur sibi velle acquirere cum adiuit iussu. sed sine iussu, contra. & hæc omnia cum is qui putabat se filiumfamilias scit se non esse necessarium heredem. alioquin si putabat se necessarium quamuis sit extraneus heres, nec adire nec repudiare potest: *vt infra eodem. l. is qui. & l. sequent.* ¶Dic ergo. si is qui putabat, errando in facto vel in iure: sed infra dubitando, secundum primum. 2. Vel dic, qui putabat scilicet errando in facto: sed infra in iure, secundum alium. 3. Vel dic, qui putabat scilicet errando vel dubitando: non tamen sibi, sed iubenti acquirere volens: sed infra sibi, secundum tertium. Accursius.

l ¶*Patris.* putatiui.

m ¶ *Sibi.* quia non vult. *Accursius.*

a ¶*Inuitum.* i. eum cuius non præcesit uoluntas. vt differat à casu sequenti, sed in bonorum &c. præcedere enim debet iussus *vt j. e. l. si quis mihi. §. iussum.* sed se benè obligat hodie: *vt. C. de bon. qua libe. l. si.* Accursius.

b ¶*Obligaretur.* i. inuitus. *Accursius.*

c ¶*Placuit.* etiam si ab initio non consentiat.

d ¶*Ratam haberi.* vt *& C. qui admit. ad bo. possess. l. j. & j. rē ra. hab. l. bonorum.* sic & Trebellianica restitutio potest haberi rata: *vt. j. ad Trebel. l. seruo inuito. §. j.* sic & peti potest per procuratorem: sed hereditas non adiri: *ut. j. e. l. Paulus.* Accursius.

a Aliàs, incipit, per curatorem. al. per procuratorem.

e ¶*Senatusconsulto.* vt *Insti. ad senatuscons. Orfi.* nā & ea legitima dicitur, licet non sit ex lege. xij. tabula. *vt. j. unde legi. l. ij. §. si. & l. seq.* Accursius.

f ¶*Idem erit probandum.* vt. s. non possit adiri. *Accursius.*

g ¶*Diu.* i. longo tempore: *vt. j. qui & à quib. l. si eum fideicommissa. §. Aristo.*

h ¶*Pater.* filio sciente & non contradicente. idem & si possedisset filius: *vt. C. de peti heredi. l. si filius. Azo. & ar. s. ad Macedonia. l. si filius.* ex b tempore ergo præsumitur solennitas obseruata. *sic. s. de vsuris. l. cum de in rem verso.*

b Præsumitur solennitas ex tēpore seu tēporis diuturnitate: de quo vide plura apud Socinum regula Solennitas 376.

i ¶*Credēdus est.* vterq; i. pater & filius. *Azo.* vel dic pater, in quē transeunt obligationes *secundum has. ll. vt. j. eo. l. placet.* Accur.

k ¶*Si is qui putabat.* Tria dicit. primum, si is. secundum, quanquā &c. tertiū, nam cum &c. in primo adiuit viuo iubente, in secundo eo mortuo: in tertio viuo vel mortuo[c]. Dic ergo *secundum Ioan.* quòd facit differentiā inter errantē, vt in primo casu, & dubitantem, vt tertio casu: vt primi aditio nō teneat, alterius sic: *vt. j. eo. l. qui putabat. §. qui bona. & §. fin.* ¶Sed arg. cōtra. *C. de cōdic. indeb. l. si.* & expresse reprobatur dicta distinctio. *j. de condit. & demōst. l. multum. in fin.* vbi de errante & dubitante dicit quemlibet posse adire. Et quis erret vel dubitet, *dic vt. s. de testa. l. de statu.* Distingue ergo inter dubitantē & errantē in facto: vt quia credat matrē suam fuisse vxorē, quæ fuit concubina, vt in primo. & eum qui in iure: vt ibi. nam eum &c. & secundum hoc sciebat ibi patrē mortuū, sed non credebat per hoc filiū fieri sui iuris. 2. Vel melius, in omni errante vel dubitante attēdas an eius erat propositi, vt si liber vel paterfamilias esset, vellet esse heres: an verò iubēti tātùm quæri, nec de se aliquid cogitauit. in primo casu quærit sibi si abs-

c Imò verò mortuo Bal. & P. nisi saluādo Gl. intelligeres patrē quòd erat naturalis tantùm. Bald.

n ¶*Qui iussit.* quia non potuit.

o ¶*Quanquam.* ab initio iussus inutilis aditionē vitiat: *vt. s.* quāquā ille qui ex postfacto fit inutilis, non vitiat quin quærat adeūti. & est ratio,[a] quia sufficit semel fuisse vtilem. *argu. j. de diuer. & temp. præ. l. de accessione. in fi.* 2. Alij dicūt ideo obligari hereditati filium, quia succedit patri qui tenebatur hereditari ratione iussus.

a Hæc ratio displicet Bar. Alex. & Aretin. ideo dic q ratio est secundū Bar. quia sciebat filius iussū esse reuocatum per mortē patris: nec præsumitur adire ex necessitate iussus.

p ¶*Pater.* s. verus. *Accursius.*

q ¶*Nam eum.* valet aditio mortuo iubente. nā valet quandoque etiam eo viuo quando adiens dubitabat, sed non errat secundum primum, vel quando errat in iure secundum alium, vel quādo sibi quærere voluit adiens secundum tertium. *Accursius.*

r ¶*Factus sit.* igitur de sua conditione dubitabat. secus si testator: *vt infra eo. l. sed si de sua.* ¶Item error vel dubitatio facti esse potest, si credebat viuere patrem cum esset mortuus. idem iuris si sciebat mortuum, sed non credebat quòd per hoc filius fieret sui iuris. *& facit. j. eod. l. si quis mihi bona. §. iussum. & de vsucapio. l. iusto.* Accursius.

s ¶*Interdum.* regulariter[b] cum filius instituitur, iussus præcedere patris, & sequi aditio debet, vt patri quærat: *vt. j. e. l. si quis mihi bona. §. iussum.* Sed hìc fallit. *Accursius.*

b Hæreditatem adire iussū patris filius institutus debet.

t ¶*Institutus.* ab auo qui vtrumque in potestate habebat. *Accur.*

u ¶*Faciet heredē.* & ita quærit ei. cū enim exheredatus[c] filius habeatur pro mortuo: *vt in Auth. de hered. & Fal. §. exheredatos. coll.* j. nepos[d] sit heres auo ipso iure, & necessarius: *vt in fine huius legis. & Insti. de here. quali. & diffe. §. sui.* quæ videtur contra, sed non est, cum hic pro mortuo sit. ¶ Item per consequens eodem momento quærit patri in cuius est potestate: *vt. j. e. l. placet.* & necessarium facit: *vt hic, & in fine huius legis:* quia quod filius quærit, patri quærit. hodie secus: *vt. C. de bo. quæ libe. l. fin & facit. j. de castren. pecu. l. ex castrensi. in prin.* Accursius.

c Exhæredatus filius pro mortuo habetur.

d Exhæredato filio, nepos fit hæres ipso iure & necessarius.

x *Institutus.* ab aliquo extraneo, vt locum habeat quod dicit in fine: quia ipse nō esset &c. 2. Vel dic à patre suo in cuius erat potestate institutus. 3. Vel retine personas superiores: & dic, nepos ab auo, i. à patre filij exheredati, qui filius exiuerat de sui patris potestate. alioquin nulla esset adoptio, cum mortuo auo nepos in sui patris caderet potestatem: *vt Insti. quibus modis ius pat. pote. solui. §. j.* sed certè hic vltimus casus stare non potest: quia adoptione facta statim & hereditas iam quæsita nepoti, vtpote suo heredi, acquireretur adoptanti: *vt supra de adop. l. si pater. in princ.* & sic iam denuo adiri seu acquiri potest. ¶ Item & finis non posset bene adaptari. ¶Itē nec aliæ duæ positiones casus valent: sed hæc

valet, vt dicas quòd Titius filium suum exheredauit, & extraneũ instituit: eóque mortuo antequam adiret, à filio exheredato est adoptatus. *Azo.*

a ¶ *In potestate.* adoptantis vel patris eius.

b ¶ *Nam per eum.* bene dico quòd non facit eum necessarium. nam &c. hæc tamen regula fallit infra *de castren. pecu. l. ex castrensi.* & dic vt ibi not.

c ¶ *Extiturus.* s. necessarius.

d ¶ *Cels.* aliàs. §. Celsus. aliàs. l. eum.

e ¶ *Fallens.* vt quia præsciens se cogendũ, clam[a] vel coram quibusdam fuit protestatus quòd licet adiret, pro nihilo volebat esse. ad quod *infra de legat. ij. l. si quis. in princi.*

f ¶ *Non fieri.* Imò fit, sed abstinet: *vt supra quod met. cau. l. si mulier. § si metum. & infra eod. l. si metus.* quæ sunt contra. Solu. hic fallens: ibi non. 2. Alij dicunt, quòd hic de æquitate, ibi de rigore. 3. Alij econtra quòd ibi de æquitate prætoria: hic de stricto iure, id est ciuili. 4. Alij, non fit heres, scilicet cum effectu, quia abstinet. prima placet. ¶ Item opponitur: metus[b] verborum non fuit iustus, ergo non impedit fieri heredem: *vt supra quod metus caus. l. v. vj. & vij. & quibus ex causis maio. l. metus.* Solu. hic fallens. vnde etiam si nullus fuisset metus, non tenuisset aditio. ¶ Item opponitur. *C. eo. l. cum aliquis.* sed ibi per iudicem cogitur adire. sic *infra ad senatusconsul. Trebel. l. nam quod. §. qui compulsus.*

a Protestatio eorum quę dependent à mera nostra voluntate, clam & non adiecta causa fieri potest, neque requiritur partis præsentia: secus si actus penderet ex voluntate mea & alterius, tũc enim protestatio parti innotescere debet. *l. vltim. §. item si prædixerit. j. mandat. l. si fideiussor. 3. mandati. l. actione. §. renunciare. j. pro socio. l. 1. §. de liber. agnosc.*

* Sic Flor. & in manuscr. sed aptius videbatur verborum, quamuis, & mirabilium verborum metus esse possit. Taurel. in adnot.

* fallens, id est, clanculum quod Græci [illegible] dicunt.

b Metus verborum non est iustus metus.

beri debet vel adeat: quoniam mortis tẽpore in potestate[a] non fuerit. Nam per eum[b] quis existere necessarius non potest, qui ipse non esset exstaturus.[c]

Protestatio præcedens actui sequẽti contraria facit vt subsequens actus nihil operetur. hoc dicit secundum Dy. Bartolus.

7. ¶ Celsus[d] libro quintodecimo Digestorum scripsit, cum qui metu verborum,* vel aliquo timore coactus, fallens*[e] adierit hereditatem: siue liber sit, heredem non fieri[f] placet: siue seruus sit, dominum heredem non facere.[g]

Vulgaris substitutio expirat, si per institutum alteri hereditas acquiratur. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro primo ad Sabinum.*

SI quis filiumfamilias[h] heredem instituerit, & ita scripserit: *Si mihi Titius iste filiusfamilias heres non erit, Sempronius heres esto:* filio adeunte iussu patris,[i] substitutus excluditur.

Suus hereditatem patris non agnitam transmittit cum beneficio abstinendi. Bartolus.

1. ¶ Si filius prius quàm sciret[k] se necessarium extitisse patri heredem, decesserit relicto filio necessario: permittendum est nepoti abstinere[l] se aui hereditate: quia & patri eius idem tribueretur.[m]

Hereditatem agnitam per defunctum, non potest heres eius repudiare. Bartolus.

2. ¶ In omni successione qui ei[n] heres fuit: Titio quoque heres fuit: Titio quoque heres videtur[p] esse, nec potest Titij omittere[q] hereditatem.

Qui non potest se obligare, non potest adire. Bartolus.

VIII. VLPIANVS *lib. 7. ad Sabinum.*

MOre nostræ ciuitatis[r] neque pupillus neque pupilla sine tutoris auctoritate obligari possunt.[s] Hereditas autem quin[t] obliget nos[u] æri alieno, etiam si non sit soluendo,[x] plus quàm manifestum est. De ea autem hereditate[y] loquimur, in qua non succedunt huiusmo-

g ¶ *Non facere.* hoc potest intelligi cum seruus ab aliquo cõpellitur, non à domino. alioquin contra: *vt. j. si quis omis. cau. test. l. j. §. j. Azo. & facit ad. l. s. de nego. gest. at qui natura. §. si libero. & de tutel. l. qui testamento. in fin. & de iudiciis. l. ij. circa princ. & de auct. præst. l. j. in fi. & de acquir. re do. l. homo liber. in princ.* ¶ Arg. contra supra *de rit. nup. l. si patre.*

c Ne dicas cum Dyno, ibi metum fuisse reuerentialẽ, quia metus etiã reuerentialis inducit actus rescissionem. Dic igitur, ibi fuisse actum qui non pẽdebat ex mera voluntate facientis. Itẽ ibi nullam præcessisse protestationem.

S*I quis filium familias.*] CASVS. Seius instituit sibi heredẽ Titium filium Gaij: & bene sciebat dictus Seius dictum Titiũ esse in potestate dicti sui patris: & ita postea in eodem testamẽto dixit dictus testator: si mihi dictus Titius heres nõ erit, Sempronius mihi heres esto. & postea decessit dictus testator, & postea dictus Titius adiuit hereditatem iussu sui patris. nunquid excluditur dictus substitutus: Et videtur quòd non: quia Titius non est heres, imò pater suus: vt infra eo. placet. sed certè imò excluditur. nã cũ testator ita dixit, si mihi Titius heres non erit. Sempronius mihi heres esto &c. intelligitur à iure taliter intellexisse: si Titius neq; ipse heres erit, neque alium heredem fecerit, Sempronius mihi heres esto &c. sciebat enim testator, vt dixi, filiũfamilias esse Titium. si autem ignorasset, haberet locũ quod dicitur. s. de hered. instituen. si paterfamilias. [SI FILIVS.] Ego habens filium in potestate, & ex eo nepotem, institui mihi heredem dictum meum filiũ, & decessi: & ita est mihi necessarius heres dictus meus filius ipso iure. ipse autem nesciens prædicta, decessit instituto sibi herede dicto meo nepote, suóque filio. vult nunc dictus nepos adire patris hereditatem, & à mea abstinere. certè bene potest hoc facere tanquam heres patris. nam cum pater eius si viueret, posset beneficio prætoris abstinere à mea hereditate: ergo & heres suus. secus autem si dictus meus filius extitisset mihi heres: quia tunc dictus meus nepos qui adiuit hereditatem patris, non posset se abstinere à mea. & hoc quidem esset in quolibet alio herede heredis. *Viuianus.*

h ¶ *Si quis filiumfamilias* alterius, & sciebat eum filiumfamilias esse. alioquin distingue vt in seruo: *vt supra de heredi. instituen. l. si pater. & l. seq.*

i ¶ *Patris.* licet ergo pater non filius videatur esse heres: *vt. s. eo. l. qui in aliena. §. interdum.* non ideo deficit conditio: quia intellexit si heres non erit, i. si hereditatem sibi vel patri non acquisierit: *vt dicta. l. si pater.* Accursius.

k ¶ *Sciret.* Quid si ignorauerit? Resp. idem,[a] nisi se immisceret.

l ¶ *Abstinere.* & habere paternam. sed si vellet abstinere[a] à paterna, & habere auitã, posset: *vt. Cod. si vt ab hereditate se abstine. l. prima & secunda. & Cod. vnde libe. l. qui se. Azo.*

m ¶ *Idem tribueretur.* si viueret: *vt infra eodem. l. ei qui. & Instit. de heredum quali. & differ. §.* Sed his prætor permittit. ergo idem ius habebit eius heres, *vt. Cod. de iur. deliber. l. cum antiquioribus. in fine. & de regul. iur. l. qui in ius.* ¶ Item contra *inf. a proxi. §.*

n ¶ *Quoi ei.* puta Seio.

o ¶ *Qui Seius.*

p ¶ *Videtur.* Non quia heres[c] heredis &c. *vt & Cod. de hered. instituen. l. fina. & infra de verbo signifi. l. heredis. & supra de petit. heredi. l. iij. §. sed j. Titio. & dic vt ibi not. & ad idem. Cod. de lega. l. in annalibus. & infra de iur. immu. l. iij.* Fallit in casibus: *vt infra de verbo. sign. l. sciendum. & supra de vulg. substit. l. qui liberto. §. fin. & C. de vsufru. l. antiquitas. & de vulg. substit. l. si filius. & infra de castren. pecu. l. j.* vno modo litera intellecta. *Accursius.*

a Contrarium tenet Petrus & notat Cynus *in l. cum proponas. C. de hered. instituend.*

b Vide Bart. *in l. gerit 7. column. versi. sed quæro in fin. de acquir. hæred.*

c Hæres hæredis mei, hæres esse intelligitur testatoris, quod tamẽ certis casibus fallit, vt hic.

q ¶ *Omittere.* j. vt. s. *prox. §. contra.* Solu. hic adierat Titius: ibi non. *Accursius.*

M*Ore nostræ.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium pupillũ filium Seij quondam, & decessi. nunquid adire hereditatẽ meam sine tutoris auctoritate & æri alieno obligari potest? Et dicitur quòd non. & est ratio, quia nec pupillus nec pupilla possunt obligari sine tutoris auctoritate. hereditas autem bene obligaret eos æri alieno hereditario, si adire possent eam, & adirent: etiam si ipsa hereditas esset non soluendo: quia bene obligat maiores qui per se adire possunt, & adeunt. secus autem si dictus pupillus quẽ institui, esset meus filius vel seruus, & ita mihi heres necessarius. nam tũc non esset ei necessaria in aditione tutoris auctoritas: quia ipso iure esset heres etiam sine aditione. si autem dictus Titius esset filius Seij (vt in primo casu dixi) & viueret dictus Seius, & iussu ipsius Seij adiuerit hereditatẽ meam dictus Titius, acquirit eã patri suo, licet sit Titius ita parui temporis, vt nõ sit cõsilij capax. si autem tempore quo dictum Titium institui, pater eius Seius nõ viuebat, vt dictum est primo casu, & dictus Titius erat maior infante: bene potest adire hereditatem auctoritate tutoris, quamuis similis furioso videatur esse, *& h. d. cum. l. seq.* Viuianus.

r ¶ *Ciuitatis.* Romanæ, per excellentiam: *vt Institu. de iure nat. §. ius autem.* quem seruamus: *vt. s. de legi. & senatusconsul. l. de quibus. in princip.*

s ¶ *Obligari possunt.* sc. hereditati, vt subiicit. *& s. de auct. præstan. l. obligari. §. hereditatem.* est ratio, ne habeant damnum: *vt Insti. de auct. tuto. §. neque.* & ne vexentur: *vt. s. de mino. l. minor. xxv. annis.* ¶ Idem[d] de adulto dicas sine curatore: *vt. C. de admin. tu. l. cum quidam.* si autẽ est infans, solus tutor: *vt. C. eo. l. si infanti. §. j.* 2. Vel dic secundò obligari alicui ex pacto: vt similitudinariè ponatur. s. quod sequitur de hereditate.

t ¶ *Quin.* i. quòd. *Accursius.*

u ¶ *Obliget nos.* & sic obligaret pupillos: *vt hic, & j. ad Trebell. l. non enim, & j. qui. ex cau. in possess. ea. l. iij.* Accursius.

x ¶ *Soluendo.* j. vt *& C. eo. l. si testamenta.* nisi fiat inuentarium: *vt C. de iure delibe. l. fi. §. si autem.*

y ¶ *De ea autem hereditate.* vt pupilli eam non adeant sine tutore. &

d Adultus curatorem habens sine curatore hæreditatẽ sibi delatam adire non potest: & in eo comparatur pupillo. *de [illegible] l. 3. C. de in integrum restit. minorum* Francisc. de Cold. in repetit. *l. si curatorem habens. C. de in integr. restitut. minorum.* in verbis, hunc contractum [illegible] non oportet. in prin.

re.& facit infra *de condi.& demonst.l.cum pupillus.& de reg.iur.l.pupillus. Accursius.*

a ¶*Necessariæ.* huic enim ipso iure obligātur licet possint se abstinere iure prætorio: *vt supra.l.proxi.§.j.& infra de fideicommis. liber.l.cum quasi.§.sed & si quis.* ¶Item & necessarius [a] heres tantùm quandoque abstinet quo ad quid: *vt supra de hered.inst.l.iiij.§.qui fideicommissaria.* quod qualiter intelligendum sit, dicam infra *eod.l.necessariis.& supra de min.l.ait prætor.§.non solum. Azo.*

di personæ quasi necessariæ.[a]

1. ¶Impubes [b] qui in alterius potestate est, si iussu eius adierit hereditatem: licèt consilij [c] capax non fuerit, ei adquirit hereditatem.

Pupillus potest cum tutoris auctoritate hereditatem adire. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

PVpillus si fari [d] possit, licèt huius ætatis sit, vt causam adquirendæ hereditatis non intelligat: quamuis non videatur scire huiusmodi ætatis puer, (neque enim scire, neque decernere * talis ætas potest, [e] non magis quàm furiosus [f]) tamen cum tutoris [g] auctoritate hereditatem ádquirere potest. hoc enim fauorabiliter eis præstatur.

X. VLPIANVS *libro septimo ad Sabinum.*

SI † ex asse heres destinauerit partem [h] habere hereditatis, videtur in assem pro herede gessisse.

XI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

b ¶*Impubes.* maior infante, aliàs solus pater: *vt.Cod.eodem.l.si infantis, in principio. Accursius.*

c ¶*Consilij.* pleni: aliquid tamen habent, *vt dixi.& facit infra eod.l.pater.§.finali. Accursius.*

d ¶*Pupillus si fari.* id est, [b] maior infante. aliàs solus tutor: *vt.Cod.de iure delibe.l.si infanti.§.j.* vel infans tutore auctore: *vt infra ad Trebellia.l.seruo inuito.§.si pupillo.* subaudi ergo hîc, maximè. sed in hoc differt: quia si est maior, non potest solus tutor: vt statim dices.

e ¶*Discernere potest.* sic supra *de iureiuran.l.qui iurasse.& de iu.& facti ignoran.l.regula.& C.de fal.mo.l.j.& infra rem pup.sal.fo.l.fin in fine.*

f ¶*Furiosus.* sed [c] in isto adit solus curator: *vt.Cod.de cura furio.l.finali.§.tali.& infra eodem.l.qui seruum suum.* Sed an faciat furiosum heredem, dic vt ibi. at ibi oportet ambos consentire: *vt C.eodem.l.potuit & ad hoc infra de reg.iur.l.in negotiis.*

g ¶*Cum tutoris.* vt *supra.l.proxima.no.* At [d] curatoris auctoritas non sufficit pupillo: *vt infra de appell.l.cum in vna.§.tutor.* sed adulto sic: *vt.Cod.de administ.tuto.l.cum quidam.* ¶Item in bon.possess. solus tutor: *vt infra de bonorum possessionib.l.tutor. Accursius.*

SI *ex asse.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium in omnibus meis bonis, & decessi. Titius adiuit pro dimidia, & aliam dimidiam non vult habere. certè oportet malo suo velle quòd habeat totam. *Viuianus.*

h ¶*Partem.* tantùm, vel sciens se in solidum heredem, vel credēs tātùm de patre quam vult adire. ¶& dic, destinauerit, [e] id est proposuerit cum effectu, scilicet adeundo: *vt supra eodem.l.j.& ij.& infra de lega.ij.l.neminem.& l.si cui.& infra eodem.l.qui se.& de leg.j.l.legatarius.* ¶Sed contra *infra eo.l.ex semisse.* Solu. vt ibi. *Accursius.*

IMpuberibus.] CASVS. Si impubes sit heres institutus à patre suo, & mortuo patre adiuerit hereditatem sine auctoritate tutoris, & velit postea abstinere, poterit etiam sine in integrum restitutione. sua enim aditio nihil valuit ipso iure. si autem esset pubes, & sine curatoris auctoritate adiuerit, non haberet ius abstinendi, nisi per in integrum restitutionem. si autem se non immiscuit aliquo modo: potest beneficio prætoris abstinere sine aliqua in integrum restitutione: & ipso iure potest per prætorem abstinere: non autem est necesse quòd propter hoc personaliter prætorem adeat. Et ex hoc determinatur quæstio de facto ad postulationem duorum qui de hoc quæsiuerunt: vnus quorum vocabatur Oceanus, & alter Victorinus: quæ quæstio fuit talis: Titius habens filium, & ex eo nepotes in potestate, habuit contractum cum Seio, & fuit in eo deceptus, & decessit instituto sibi herede dicto suo filio. dictus autem filius suus noluit donec vixit agnoscere hereditatem suam: nec aliquid de hereditate amouit: nec pro herede in ea aliquid gessit. & postea decessit dictus filius institutis sibi heredibus dictis suis filiis qui erant pupilli & nepotes dicti Titij testatoris. certè dicti pupilli possunt abstinere ab hereditate auita, & sic non teneri oneribus hereditariis auitæ hereditatis. & ideo non est eis necessarium in integrum restitui aduersus dictum contractum in quo fuit deceptus auus: quia ipso iure non tenentur. possunt ergo dicti pupilli habere hereditatem patris eorum, & abstinere ab hereditate auita: nec est eis necesse quòd personaliter adeant prætorem pro abstinendo: vt in principio huius legis, ei qui se. & facit optimè supra eodem si quis filium.§.primo & hic est intellectus huius legis cum l.sequenti. *Viuianus.*

a Abstinendi beneficiū quibus casibus cōpetat necessariis heredibus tantùm, hoc est iis, qui tantùm sunt necessarii hæredes.

b Infante maior pro eo qui fari potest.

* Alludit ad formulam cretionis cernitóque, &c.

† Indiuidui partem faciens, totū fecisse videtur.

c Furiosi tutor solus adire potest, aut quæ facit heredem.

d Hæreditati adeundæ sufficit curatoris auctoritas adulto, at non pupillo.

e Destinat, qui proponit cum effectu.

IMpuberibus [i] liberis omnimodo abstinendi potestas fit: puberibus autem ita, si se non immiscuerint.

Suus qui se non immiscuit, potest abstinere beneficio edicti prætoris sine aditione iudicis. Bartolus.

XII. VLPIANVS *libro 11. ad Edictum.*

EI qui se non miscuit [k] hereditati paternæ, siue maior sit, siue minor, [l] non esse necesse prætorem adire, sed sufficit se non miscuisse hereditati. Et est in semenstribus * Viuiis Soteri & Victorino rescriptum, non esse necesse pupillis in integrum restitui ex auito contractu, quorum [m] pater [n] constituerat non adgnoscere hereditatem, [o] neque quicquam amouerat, [p] vel pro herede gesserat.[q]

Illa hereditas repudiatione amittitur, quæ potest adiri, secus si adiri non poterit. Bartolus.

XIII. IDEM *lib.7. ad Sabinum.*

i ¶*Impuberibus.* per hanc legem dicit Paulus [a] non esse necessariam in integrum restitutionem impuberibus etiam cum tutore adeuntibus: alioquin idem esset in impuberibus quod in puberibus. nā [b] & puberes restituuntur: *vt.j.eod.l.si minor.* 2. Sed [c] tu dic quòd hic impubes sine tutore, pubes sine curatore adiuerunt, cum non haberent tutorem [d] vel curatorem: cuius impuberis aditio non tenet ipso iure: *vt supra eodem.l.pupillus.* ergo sine restitutione deserit: at puberis tenet cum curatorem non habet: *vt.Cod.de in integrum restitut.mino.l.si curatorem.* & ideo non sine restitutione iuuatur, si adiuit: vt hîc, *& infra eodem.l.necessarius.* si autem curatorem habet, similis est pupillo: *vt dicta.l.si curatorē.* 3. Vel secundò [e] intellige quòd impuberes vocet minores viginti quinque ann. qui iuuantur etiam si adierint, vel ipso iure, vel per restitutionem in integrum: vt ex præmissis patet. at puberes vocet maiores viginti quinque ann. qui nullo modo iuuantur: *vt hîc, & Cod.de repu.hered.l.quarta.* & secundum hoc non facit hæc lex pro Paulo, in eo quòd dicit pupillum [f] soluentem debitum naturale condicere, non præhabita restitutione: *vt & supra de condi.indeb.l.interdum.* quia hîc nec ante aditionem tenebatur, nec post: cum sine tutore adiuit. at ibi naturaliter saltem tenebatur: & ideo non condicit solutam & consumptam sine restitutione: *vt ibi not.& facit supra de mino.l.ait prætor.§.sed & si heredi.& infra.l.proxima. Accursius.*

k ¶EI *qui se non miscuit.* erit [g] ergo suus: *vt in rubr.no.*

l ¶*Siue minor.* sed minor [h] etiam potest: *vt supra.l.proxima.*

m ¶*Quorum.* pupillorum.

n ¶*Pater.* cui successerant pupilli.

o ¶*Hereditatem.* aui, id est, patris sui. idem si decessisset ignorans delatam: *vt supra eo.l.si quis.§.j.*

p ¶*Amouerat.* quia [i] tunc beneficium abstinendi amisisset, cùm sit suus: *vt infra.eodem.l.si seruum.prætor ait.* in extraneo secus: *vt infra eodem.l.si quis extraneus. Accursius.*

q ¶*Gesserat.* in bonis aui. *& facit Cod.si min.se ab heredi.abstin.l.prima.& supra.l.proxima.& infra eodem.necessarius. Accursius.*

ISqui heres.] CASVS. Institui te heredem, si nauis ex Asia venerit, & decessi. tu ante conditionem prædictam existentem repudiasti hereditatem meam: & postea venit conditio. tu videns quòd locuples erat hereditas mea, volebas eam adire non obstante repudiatione. nunquid potes? Et dicitur quòd sic: nec obstat quòd lege cauetur, quòd is qui heres institutus est, vel cui legitima hereditas delata est, repudiatione hereditatem amittit: quia illud verum est, si in ea causa erat hereditas tempore repudiationis, vt adire potuerit, quod in nostro casu non erat. & idem esset, si sub quauis alia conditione te heredem instituissem, etiam sub potestatiua conditione. Vidisti ergo vnum casum in quo non valet repudiatio hereditatis. nunc volo tibi dicere plures alios. Primus est, si tempore repudiationis dubitet heres viuat testator, necne. Secundus est, si substitutus repudiet eo tempore quo heres non decreuerat vtrum vellet hereditatem, vel nō.

a Legendum Placentinus, eius autem opinio reiicitur hîc ab Accurs. & omnib. dd.

b Puberes cum curatore adeūtes restituuntur.

c Abstinere potest impubes siue se nō immiscuit, siue se immiscuit sine tutore: si cum tutore, potest quoq; abstinere petita restitutione. Adultus verò non habens curatorem, si se non immiscuit, potest abstinere: si se immiscuit, potest petita restitutione.

Quid si curatorem habet? dic vt in pupillo dictum est.

d Imò siue pupillus non habebat tutorem siue habebat, eius auctoritas nō interueniit.

* Al. Diui Seueri.

e Hæc interpretatio iure admitti non potest rectéque reiicitur ab interpretibus.

f Soluens pupillus debitum naturale, nō potest condicere solutum, nisi petita restitutione, vt in ſi.

g Miscere se hæreditati paternæ propriè dicuntur sui.

h Minor etiam potest se immiscere hæreditati paternæ.

i Abstinēdi beneficium amittit, qui quid amouet ex hæreditate.

Tertius eſt, ſi filiusfamilias ab aliquo inſtitutus, vel cui legitima aliqua hereditas eſt delata, repudiet ſine patre, vel pater ſine eo. vterque autẽ eorum ſimul bene poteſt repudiare. Quartus eſt, cũ heres inſtitutus putat ſe neceſſariũ, heredẽ, cũ ſit volũtarius. nam non poteſt repudiare, nec heres etiã exiſtere, tãquam volũtarius. Quintus eſt, cum heres inſtitutus putat nõ valere teſtamentum, vel eſſe falſum. ſi autẽ dicitur à quibuſdam teſtamẽtũ eſſe falſum, ipſe autem heres certus eſt quòd nõ eſt falſum: bene poſſet repudiare hereditatẽ ſibi ex eo delatã, ſicut & poſſet adquirere ſi vellet. Sextus eſt, cum heres inſtitutus, idémque legitimus repudiauit quaſi inſtitutus. nã non amittit propter hoc hereditatem quaſi legitimus. ſed econtra ſi repudiauit tanquã legitimus, diſtinguitur: quia aut ſciuit ſe heredẽ inſtitutũ, aut ignorauit. primo caſu videtur repudiaſſe vtroque modo, id eſt tanquam inſtitutus, & tanquam legitimus. ſecundo in nullo caſu nocebit repudiatio neque ad teſtamẽtariam quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quia adhuc non fuerat ei delata. patet ergo per prædicta quòd ille poteſt hereditatem repudiare, qui & adquirere poteſt, & non alius. Item patet quòd ille qui vult repudiare hereditatem vel bonorum poſſeſſionem, vel etiam acquirere: debet eſſe certus teſtatorem eſſe mortuum: & aliàs non poteſt adquirere: vel repudiare. *& hoc dicit vſque ad l. pro herede.* Viuianus.

IS qui heres inſtitutus eſt, vel is cui legitima hereditas delata eſt repudiatione hereditatem amittit. Hoc ita[a] verum eſt, ſi in ea cauſa erat hereditas, vt & adiri poſſet. Cęterùm heres inſtitutus ſub cõditione, ſi ante cõditionẽ exiſtentẽ repudiauit: nihil egit,[b] qualiſqualis[c] fuit conditio, etſi in arbitrium[d] collata eſt.

Qui non poteſt propter dubitationem, ſeu inhabilitatem, conditionis pendentiam adire, non poteſt repudiare Bartolus.

1 ¶ Si quis dubitet,[e] viuat teſtator, néene repudiando, nihil agit.[f] 2. ¶ Subſtitutus quoq; ſimiliter ſi antè repudiat quam heres inſtitut⁹ decernat de hereditate:[g] nihil[h] valebit repudiatio.

Hereditatem delatam filiofamilias, nec ipſe ſine patre repudiare poteſt, nec econtra: ſed vterque ſimul. h. d. l. cum ſeq. Alex.

3. ¶ Neque filiusfamilias[i] repudiando ſine patre, neque pater ſine filio alteri nocet: vtrique autem poſſunt repudiare.

XIIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IDem eſt etiam ſi legitima[k] hereditas filiis obuenit.

Si putans ſe neceſſarium heredem, cum ſit voluntarius, repudiet vel adeat. nec repudiatio vel aditio valet. h. d. cum. l. ſequenti Alexander.

XV. VLPIANVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IS qui putat ſe neceſſarium,[l] cum ſit voluntarius: non poterit[m] repudiare.[n] nam plus eſt[o] in opinione, quàm in veritate.

XVI. IDEM *libro vicenſimoquarto ad Edictum.*

ET è contrario[p] qui ſe putat neceſſarium, voluntarius

a ¶ *Hoc ita.* ſ. quòd inſtitutus repudiet. & ſic ad primũ non proximũ dictum refertur. Vel ſic: hoc ita verũ eſt eã eſſe delatã, ſi adiri &c. non ſic, hoc ita ſcilicet delatã poſſe repudiari, ſi in ea &c. quia hæc conuertibilia ſunt,[a] eſſe delatam, & poſſe adiri: *vt. j. de verbo. ſignifi. l. delata. & ſic male loqueretur.* Accurſius.

b ¶ *Nihil egit* niſi[b] corã iudice creditorib. inſtantib. renuntiet, & ſe nõ aditurum dicat etiã ſi conditio extiterit: *vt. j. de cur. u. bonis. da. l. j. & j. e. l. in pluriũ in ſi.* quæ ſunt contra. *ar. s. de orig. iur. l. ij. §. & cum placuiſſet & de offic. præſi. l. legatus.* ¶ Item contra. *j. eo. l. necis. §. ſed ſi quaſi.* zol. *per. l. j. e. l. illud.* ¶ Item cõtra. *C. de pac. l. j.* Solu. vt ibi. ¶ Itẽ aliud eſt in bonorum poſſeſſione petenda, quàm in aditione hereditatis: *vt. j. de ſecund. tabu. l. ij. §. ſi ſub conditione. & §. ſi quis ita. concordant. j. de regu. iur. l. qui poteſt. & j. de ſucceſ. edict. l. j. §. decretalis. & de leg. j. ſi ita ſcriptum. §. j. & j. eod. l. is poteſt. & l. ſi quis extraneus. §. ſed ita.*

c ¶ *Qualiſqualis.* dummodo non impoſſibilis de natura vel[c] iure: quia tunc habetur pro non adiecta. vel niſi ſit talis vt habeatur pro impleta: vt quia non ſtat per heredem: *vt. s. de condit. inſti. l. j. & l. conditiones. & j. quando dies leg. ce. l. v. & de condu. & demonſt. l. obtinuit. & l. aliquando.* Accurſius.

d ¶ *Arbitrium.* ſ. heredis. & ſic eſt poteſtatiua. & dic tacitè, vt ſi decem des, heres eſto. ſecus ſi expreſſe, vt ſi voles: *vt. s. de condit. inſti. l. ſi. & l. verba.* Vel in arbitrum extranei tacitè, nõ expreſſe: *vt. j. de condit. & demonſt. l. nõnunquam.* hæc autem conditio, ſi ille arbitretur, heres eſto, vel tibi lego, videtur pura *vt. j. de leg. ij. l. j.* ¶ Item quidam dicunt quòd ſi expreſſit, ſi voles heres eſto, nõ fit pro pura, quanquam ſtatim poſſit adquirere. & ſic tunc fallit regula: *j. eo l. is poteſt.* ſed primò debeo purificare. ſed dic vt prædixi. & not. *s. de here. inſtit. l. iam dubitari.*

e ¶ *Si quis dubitet.* quis dicitur dubitare, *dic vt. j. e. l. cum quidam. §. quod dicitur.* Accurſius.

f ¶ *Nihil agit.* quia nec adiri poteſt. *vt. j. e. l. heres inſtitutus. & l. ſequen. Hug.*

g ¶ *De hereditate.* ſ. repudianda.

h ¶ *Nihil valebit.* quia nec adire poteſt: *vt. s. ea. l. in princip. & l. quamdiu. & j. eo. l. quamdiu. & facit. C. de cap. l. nec nos. & j. eo. l. qui ſuperſtitis.*

i ¶ *Neque filiusfamilias.* inſtitutus filius ab aliquo cõtẽplatione[e] patris: vt ſic profectitia[f] ſ. ſit hereditas: *vt. s. de vul. ſubſtitu. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.* vel ſui[g] cõtemplatione: & ſic aduentitia nõ poteſt repudiari vt patri noceat: ſed iubebit adhuc eum adire: *vt hic, & C. de pactis. l. filius.* & econtra pater nõ nocet filio: quia nec antea pertinebat ad filium: *vt. j. eod. l. placet.* Vel non nocet: quia poſt mortẽ patris adire poterit. ¶ Sed an ipſi patri? fortè non. Arg. contra. *s. ſolu. matrim. l. ij. §. denique.* At ſequens lex quando ab inteſtato: vt per Orficianum: *vt ſupra eod. l. qui in aliena. §. ſed & ſi legitima.* ſed nouo[a] iure, ſecundum quod quæritur proprietas filio, in aduentitia indubitanter obtinet quod hic dicit: *vt. C. de bonis quæ lib. l. fin. 2.* Alij dicunt hic à matre filium inſtitutum. *& l. ſequenti* ab eadem hereditate delatam ab inteſtato: & dicunt etiam iure iſto cã quæri filio: *per l. s. eod. l. qui in aliena. § ſed & ſi.* quod non placet, quia primò per Cõſtantinum hoc fuit inuentum: *vt. C. de bonis mater. l. j.* & licet filio auferatur, ſtatim patri quæritur. ¶ Item op. *Inſt. per quas perſo. §. j.* vbi pater dat cui vult. Reſpõ. poteſt adquiſitum nunc: quia iam nõ eſt ſpes filio: ſed ante, quia ſpes eſt filio, ſi fiat ſui iuris, non poteſt pater repudiare, ſicut in ſeruo: *vt Inſtitu. de heredi. inſtituend. §. alienus.* tempore enim aditionis in hereditate conſideratur conditio inſtituti. ſecus in legatis, & in ſtipulationibus vt ibi not. ¶ Item ſecus eſt in domino & ſeruo: *vt infra de leg. j. l. legatum ſeruo. & de ſucceſſ. edict. l. l. j. §. per ſeruum. & facit. C. de repu. bono. poſſeſſ. l. filio. & ſupra de iureiur. l. quando magis. ibi, ipſi autem deſen. &c. & C. eo. l. venientem. & de fideicommiſſ. l. ex repudiatione.* ADDITIO. Iſtam tenent Baldus & Alexander. tamen tenent contrarium Bartolus & Paulus, qui dicunt bonorum quidem poſſeſſionem per dominum poſſe repudiari, non autem hereditatem & rationem diuerſitatis adferunt quia aditio hereditatis conſiſtit in expreſſione animi, at bonorum poſſeſſio non item. *Cont.*

k IDem eſt etiam ſi legitima. Orficiano: *vt ſupra eo. l. qui in aliena. § ſed & ſi legitima.*

l IS qui. Neceſſarium[b] quis ſit ſuus[c] & neceſſarius, vel neceſſarius[d] tantum: habes *Inſtitut. de hered. qua & diff. in principio.*

m ¶ *Non poterit.* in[e] eodem errore conſiſtens. vt ſic verba ad idem tempus referantur: ſicut arbor mala non facit fructus bonos, ſcilicet exiſtens mala. & eſt ratio: quia credens[f] ſe neceſſarium, credit ſe non poſſe repudiare: & quia de iure ſuo non eſt certus: quod omnium heredum commune eſt. ADDITIO. *l. in repud. here. Cont.*

n ¶ *Repudiare.* vel adire: *vt infra. l. proxi.*

o ¶ *Plus eſt.* quia in[g] animo conſiſtit aditio: *vt Inſt. de here. quali. & diffe. §. fi.* ¶ Et not. generale[h] dictum. *ſic. j. de iniur. l. eum qui §. fi. & l. item apud. §. interdum. & ſupra quibus mo. vſusfr. amit. l. is qui.* Sed arg. contra *infra. de cri. expil. here. l. fi. & pro emptore. l. ij. §. & ſi à pupillo. & Inſt. de lega. §. ſi quis rem. & de ma. vind. l. iiij.* ADDITIO. Dic quod hîc loquitur in aditione quæ conſiſtit in ſolo animo vbi magis inſpicitur opinio: ibi in his quæ in ſolo animo non conſiſtunt, ſecundum Bart. rectè. tametſi interdum certa ratio huiuſmodi dictorum generalium quæ vulgus Brocardica vocat, reddi non poſſit. *Contius.*

p ET è contrario. ſed in quo eſt econtra, cum idem videatur? Reſpon. s. non repudiat, hîc econtra non adit: ſed vtrobique erat voluntarius, ſed putabat quòd eſſet neceſſarius. ¶ Sed nunquid econtra ſi in ueritate erat neceſſarius tantùm, ſed ſe uoluntarium credidit? Reſpon. ſi neceſſarius tantum, protinus eſt heres: *vt Inſt. de here. qua. & diff. in principio.* niſi in caſu quando fit de neceſſario voluntarius: *vt ſupra de her. inſt. l. iij. §. qui fideicommiſſariam.* ¶ Sed quidam dicunt eum non fieri protinus heredem. per hunc caſum huius legis: & in hoc dicit econtrario. ſi autem ſuus & neceſſarius eſt, per prætorem voluntarius fit: *vt no ſupra. e. l. more.* & ideo adire non poterit vel repudiare, cum in ſuo iure errat. ADDITIO. Hanc interpretationem probat. Barto. per omnia. licet Baldus quodammodo impugnet. *in. l. potuit. C. e. Contius.*

Non

a Adiri poteſt quod delatum eſt, niſi error aut incertitudo ſit in adeunte.
b Renunciatio ſimplex iuri de futuro non valet, niſi fiat iudicii: tunc enim videtur facta, iudice acceptante pro abſente. adde Gl. l. poſtquam. 4. Cod. de pactis. Gl. in l. cũ pro quo. §. de in iure vocando. adde Socinũ regula. 338. Gloſſ. l. ij. de cura. bon. dando.
c Repudiare hereditatẽ an & qua ſolennitate debeat heres ſub cõditione inſtitutus.
d Impoſſibile aliud natura, aliud iure.
e Conditionũ aliæ pro non adiectis, aliæ pro impletis habentur, vt hac Gloſſ.
f Contemplatione patris filio relictũ, ipſi patri relictum videtur, vnde id in vniuerſũ patri quæritur, & profectitiũ peculium appellatur, vt hic & Gl. l. 1. in fin. C. qui admitti. Gl. in l. cũ oportet. 6. in verb. ex eius ſubſtantia. C. de bonis quæ liberis. In dubio autem filij cõtemplatione relictum intelligitur non patris. Gl. e. l. vlt. in fi. C. de vſufruct. adde Mãticam. 8. de coniecturis vltim. volunt. 16.
g Profectitia intelliguntur quæ filius ab aliquo accepit patris contemplatione, vt hic & dictis Gloſſ.

a Aduentitiorum proprietas liberis nouo iure adquiritur.
b Neceſſarius & voluntarius heres opponũtur.
c Suus & neceſſarius heres quis.
d Neceſſarius heres quis.
e Errans repudiare non poſſe dicitur quãdiu in eo errore conſiſtit.
f Neceſſarius heres non poteſt repudiare hereditatem.
g Aditio in animo conſiſtit.
h Opinio præfertur veritati.

a ¶*Non potest.* scilicet adire hereditatem, etiam si velit in errore permanere.

b NEc is. aliàs incipit, is qui. & deest, nec. & tunc primus & secundus casus idem sunt. Tu habeas, nec, & erunt duo casus. *Accursius.*

existere non potest.[a]

Incertus de viribus testamenti nō potest ex testamento adire: secus si sit certus: licet per alium super viribus testamenti quæstio mota sit. Alexa.

XVII. IDEM *lib. 7. ad Sabinum.*

NEc is[b] qui non valere testamentum, aut falsum esse putat, repudiare[c] potest.[d] Sed si certum sit,[e] falsum non † esse quod falsum dicitur: sicut adeūdo adquirit, ita & repudiando amittit hereditatem.

Repudiatione vnius iuris non videtur repudiatum aliud: nisi repudiatum non potuit sine illo repudiari. Alexander.

1. ¶Heres institutus, idémque legitimus[f] si quasi institutus repudiauerit: quasi legitimus non amittit[g] hereditatē. Sed si quasi legitimus repudiauit: si quidem scit se heredem institutum, credendus est vtrumque[h] repudiasse. Si ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit, neque ad testamentariam, quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata.[i]

Qui habet ius adeundi principaliter & per se non impeditum, ad sui vtilitatem is repudiare potest: aliter non. Bartolus & Alexan.

XVIII. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

c ¶*Repudiare.* vel adire: *vt infra. l. proxi.*

d ¶*Potest.* etiam si nolit: quia de iure suo est incertus.

e ¶*Sed si certum sit.* Puta[a] cum ipse heres dicitur falsum commisisse, tunc certus est de iure suo: & ideo adire vel repudiare potest. secus si alius dicitur fecisse falsum: *vt hic. & infra eodem. l. cum falsum. & l. cum quidam. in fi. Accursius.*

f ¶*Legitimus.* quia proximior.

g ¶*Non amittit.* Potest ergo vno iure repudiare.[b] & altero amplecti: sicut & ille qui iure ciuili & prætorio succedere potest: *vt. C. eo. l. puberem.* & hoc verum si nulli sint legatarij: aliàs tenetur ad onera ac si ex testamento adiisset: *vt. C. si quis omis. cau. testa. l. ij. in princi.* ¶Item potest hic ratio colligi quod operetur substitutio duobus extraneis substitutis, vos inuicem substituo: cum iure adcrescendi sunt idem consecuturi: quia vno iure repudiare, altero amplecti poterunt.

h ¶*Vtrumque.* i. hereditatem vtroque iure obuenientem? & est *sic infra eo. l. in pluriū.* ¶Sed contra *supra. eodem. l. is qui. ij. respon.* in eo quòd[c] potest hic repudiari legitima quę non est delata. *Sol. infra eo. illud.* ADDITIO. Dic quòd censetur esse delata propter quendam occultum ordinem, *secundum Baldum.*

i ¶*Delata.* bona ratio: *vt supra. e. l. is qui ij. respon. & infra de succ. edic. l. j. §. cum furiosi.* habes ergo quòd adhuc potest adiri ex testamento: quia non tenuit repudiatio cum ignorabat sibi delatā. sed si potest adire ex ex testamento, non est locus ab intest. quia quandiu est locus testamentariæ, &c. *vt infra eo. l. quandiu. & infra de regu. iur. l. quamdiu. & C. communia de suc. l. antequam. & Cod. vnde li. l. ij. & facit infra de exce. rei. iudi. l. ex sextante. in princ. & infra de regu. iu. l. quoties ex duplici.*

k ¶ *Obfuit.* impleta enim conditione se purè institutum putat: *vt s. de condi. insti. l. si pupillus.* quæ opinio veritati cõsonat. sic etiam verè fuit institutus. ¶ At in contrario: *s. eo. l. heres ibi, & sub condi. &c.* à veritate dissonat: ideoque non adit: *ar. s. eo. l. cum quidam. §. quid ergo.* 2. Vel dic quòd ibi ignorabat purè vel sub conditione esset institutus, & sic non applicabat animum suum ad vnum magis quàm ad aliud: sed hic bene putabat se institutũ sub cõditione. Sed hoc nihil aliud est dicere quàm quòd hic ignorabat, ibi dubitabat. quã reprobauimus, *s. eo. l. vj. §. non enim.* 3. Vel dic quòd ibi fuit completa conditio eo inscio, scilicet fato: hic à se sciente potestatiua, vel eo sciente casualis. 4. Vel ibi est casus econtra: quia ibi sub conditione institutus putauit purè: hic econtra.

SI *quis here.*] CASVS. Gaius instituit heredem sibi Semproniũ in dimidia, & Titium in alia dimidia: & postea dictum Sempronium substituit dicto Titio, & postea decessit dictus Gaius testator. Sempronius autem gessit pro herede in sua parte antequam ex causa substitutionis deferretur ei pars Titij. id est antequã Titius repudiaret suam partem: & postea dictus Titius repudiauit suam partem. nunquid Sẽpronio accrescet dicta pars Titij? & dicitur quòd sic, etiam inuito: & ita erit Sempro. heres in totum. Sed pone quòd dictus Sẽponius cum Titio institutus erat meus filius vel seruus, & iussu meo adiuit here. dicti testatoris pro sua parte, & postea manumisi dictũ seruũ, vel emancipaui filium: & postea Titius eorũ coheres repudiauit suã partem, & postea dictus meus filius vel seruus olim adiuit partem Titij ex causa substitutionis. nunquid erunt heredes pro parte Titij? Et dicitur quòd sic: licet ego pater vel dominus eorum habeã eorum partem. si autem non adiuissent ex causa substitutionis partẽ Titij, obueniret dicta pars Titij mihi patri vel domino: quia ea quæ obueniunt ex substitutionibus, siue substitutiones sunt appendices præcedẽtis institutionis. partem cuius institutionis ego pater vel dominus habeo ex persona dicti filij mei vel serui qui iussu meo adiuerunt ex institutione, vt dictum est. & ita in hoc casu cum filius meus vel seruus non adiuerunt ex substitutione: est idem quantũ ad ius accrescendi, quod in primo casu huius legis. Sed quid si dictus Gaius instituit filium meum purè in sex vnciis, & me in aliis sex sub condit. si nauis ex Asia venerit vsque ad annum, & defecit dicta conditio, & ego iussi dictum meum filium adire suã partem, & ita mihi acquisita est pars filij mei? nunquid propter hoc accrescet mihi dicta mea pars? Et dicitur quòd non: credo tamen quòd eam habebo quasi accreuerit filio meo. Item quid si dictus Gaius instituit duos meos filios, & ego vnum adire iussi, & sic sua pars mihi quæsita est? certè ad hoc vt per alium meum filium mihi sua pars acquiratur, debeo eum iubere adire: & aliàs non acquiritur mihi per eum sua portio. credo tamen quòd si ipse nolit adire, quòd iure accrescendi mihi acquiratur. Viuia.

l ¶ *Titio.* coheredi.

m ¶ *Ex causa quoque.* q. d. non[a] solum in parte in qua est institutus, sed & in parte in qua est substitutus. ¶ Et dic, heres erit ea dalata, non prius, & etiam sine alia conditione.[b] secus vbi per alium fit heres: *vt infra eod. l. si solus. in fine.* ¶ Sed quid[c] si vult habere vt coheres iure accrescendi, non vt substitutus? Dicunt quidam quòd potest: & hic subaudiunt, si volunt: quod euidentius ostenditur in hoc exemplo vbi sunt tres heredes, & vnus solus alteri substitutus: quo decedente, si iure substitutionis veniat, solus habet. si iure accrescendi, non: imò & alter cum eo venit. 2. Imò certè videtur quòd etiam si nolit, habeat iure substitutionis, & iure accrescendi. nam postea dicit quòd accrescit quoque ei inuito. q. d.[d] ignoranti accrescit substitutio, quia & ei inuito: *vt infra de reg. iur. l. qui potest. & facit. Cod. de impu. & aliis substit. l. testamento. & de iure deliberan. l. quidam. & supra de vulga. substi. l. sed si. §. filio.* 3. Vel dic, ex causa quoque substitutionis, non solùm iure accrescendi, & ignorans in vtroque, quia & inuitus; vt subiicit. Item facit, *infra de suis & legi. here. l. si ex pluribus.* ADDITIO. Vulgo putant glossam hanc putare substitutum hoc casu adquirere vtroque iure scilicet tam substitutionis, quam adcrescendi. idem etiam putant, *Cyn. Oldrad. Castrens. Bald. & Imola. & vt putat Bartho.* Sed mihi videntur Bartho. & Accursius. hoc tantùm velle vt ex causa tantum substitutionis non etiam institutionis adcrescat pars deficiens. Contius.

n ¶ *Erunt nanque heredes.* pater & dominus. & secundum hoc bene dicit, idẽ: & benè sequitur, sunt enim &c. sed hoc est falsum: imò manumissum[e] & emancipatum sequitur: *vt. j. e. l. solus. §. j.* quæ est contra. Dic ergo, erunt heredes, scilicet filius & seruus. Ratio autem quæ sequitur, ad subauditum refertur, hoc modo, dixi vbi adierunt, secus vbi non adierunt. Tunc enim dicimus idem quod supra, scilicet quòd habeat substitutionem qui habet institutionẽ, erunt nanque &c. & quod dixit, appendices. q. d. applicentur substitutiones eis qui habent institutiones. Non autem dicas quòd pendeat substitutio ex institutione: vt vbi vna valeat, ibi & alia, & vbi non vna, nec alia, quia quandoque valet vna, & non alia, *vt. s. de libe. & postu. l. ij. §. fin.*

o ¶ *Si exclusus.* dic patrem[f] & filium institutos: sed pater sub cõditione, filius purè. Accur.

p ¶ *Dicendum erit.* hoc ideo, ne semper euitaret implere conditionem, quod faceret, si sine ea iure accrescendi alia portio sibi daretur. & secundum hoc in potestatiua ponitur.[g] Sed melius est dicere quòd pater iubendo filiũ adire, non acquirat hoc ipso ex sua persona suã portionem, quia defecerat cõditio. alioquin secus esset, *vt. s. eo. l. si ego.* sed benè sibi acquirit ex persona serui iure accrescendi, quasi accreuerit ipsi seruo, ne alioquin inueniatur pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod esse non debet, nisi in milite, *vt Instit. de heredi. instit. §. non autem.* 2. Alij hic dicunt patrem institutum sub conditione potestatiua, & filium substitutũ.

ff. Infort.

[a] Dubitans an adire possit.

[b] Verba actuũ pro potentialibus.

[c] Hic cõditionem potestatiuam facilem, quando pro ea implenda quis nõ exponit se periculo maris vel terræ: aliàs dicitur difficilis. *Ang. & Imola. in l. si. s. de condi. insti. Alexan. consil. 91. 4. parte.*

[d] Conditio casualis est, quæ in euentu fortunæ posita.

† Hic pertinet exemplum quod diffusè tractat M. Cic. *lib. 2. de inuent. rhet.* vbi constitutionẽ negotialẽ explicat.

[a] Substitutionis & adcrescẽdi ius in vnam & eãdem personam potest concurrere.

[b] Legendum aditione. *Cont.*

[c] Substitutionis & adcrescẽdi iure in eandẽ personã cõcurrente, vtrũ quis possit repudiare vnum ius, puta adcrescendi, & adire ex iure substitutionis vel è contra? Nõ potest. Cur autẽ vide hic Glos.

[d] Substitutio adcrescit inuito, neque repudiari potest ab eo, cui quoque competit ius adcrescendi.

[e] Rectè & ita omnes interpretantur.

[f] Institutus pater cũ filio nõ censetur institutus ordine successionis: sed æqualiter. *Bald.*

[g] Tam de potestatiua, quã de casuali intelligi debet vt rectè Castr. hic. *Cont.*

a ¶ *Eum*. filium, vel dic patrem.
b ¶ *Suam*. scilicet patris. Accursius.
c ¶ *Vnum iusserit*. scilicet adire. Accursius.
d ¶ *Alium*. vt per illum fiat heres, qui tamen potest nolle adire: *vt. C. de hered. insti. l. ij.* & tunc habet iure accrescendi: *vt. C. quando non pe. par. l. j. & facit. j. l. proxi.*

erit cum [a] non quæsisse suam [b] portionem. 2. ¶ Sed si ex duobus filiis vnum iusserit, [c] debebit & alium [d] filium iubere adire.

XXXVI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI ex sua parte dominus vel pater adierit, necessarium [e] est iussum, vt filius vel seruus coheredes adeant.

XXXVII. IDEM *libro 5. ad Sabinum.*

HEres in omne ius [f] mortui, non tantùm singularum rerum dominium succedit, cum & † ea quæ in nominibus sint, ad heredem transeant.

Qui vult vnam partem, videtur velle alteram adcrescentem. Bart.

XXXVIII. VLPIAN. *libr. 43. ad Edictum.*

SI duo sint necessarij [g] heredes, quorũ alter se abstinuit, [h] alter postea quàm prior abstinuit, immiscuit se: dicendum est hunc non posse [i] recusare quo minus tota onera hereditaria subeat. Qui enim scit aut scire potuit, [k] illo abstinente se oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur. [l]

XXXIX. IDEM *libro 46. ad Edictum.*

QVamdiu potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur. [m]

Qui repudiat paternam, potest adire pupillarem hereditatem si habet coheredem: aliàs secus. Bart.

XL. IDEM *libro quarto Disputationum.*

QVæsitum est, an licet quis paternæ hereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, [n] vel faciat: an creditoribus paternis cogatur respondere: vtputa si impuberi fuerit substitutus. In qua specie Iulianus libro vicensimosexto digestorum scripsit, incidere eum [o] in edictum, [p] si se immiscuerit impuberis hereditati. [q] Nam † qui [r] iudicium parentis oppugnauerit, [s] non debet ex eadem hereditate quicquam cõsequi. [t] Sed Marcellus eleganter distinguit, multum interesse vtrum ex asse fuerit institutus in patris testamento, an ex parte: vt si ex parte, potuerit sine metu remota patris successione, impuberis hereditatem amplecti. [u]

SI ex sua.] CASVS. Gaius instituit me & filium meũ vel seruũ: & ego adiui pro mea parte. certè nõ possum habere partem filij vel serui mei nisi iubeam eos adire, & ipsi adeãt. e ¶ *Necessarium*. secus in cõtrario casu. & est ratio: [a] *vt. s. eod. l. si ego cõtra. & facit. s. l. prox. in fi.* ADDITIO. Dic quod nõ acquiritur patri iure institutionis, sed accrescẽdi. & ita intelligit ista glo. *& facit. j. de leg. ij. l. si mihi pure. secundum Barto. hic.*

HEres in omne.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & decessit. certè Seius succedit ei non tantùm in dominium singularum rerum suarum, sed etiã in omne ius quod ipse Titius habebat. vnde etiam ea quæ in nominibus sunt, transeunt ad dictum Seium iure hereditario. Viuianus. f ¶ *In omne ius*. si est vnus. aliàs non in omne, sed [b] in vniuersum ius mortui: *vt. j. de ver. signif. l. nihil. & de reg. iur. l. nihil. & l. heredem.* & dic in id ius quod [c] potest ad heredem transire. non ergo vsusfructus vel alia iura quæ cum persona finiuntur. *& facit. j. de bo. posses. l. j. & ij. & iij. in prin. & §. j. & iij.*

SI duo sint.] CASVS. Institui mihi heredes duos meos filios, & decessi: & vnus eorum abstinuit se ab hereditate mea prætoris beneficio. alter autem postea se immiscuit. certè ille qui se immiscuit, omnia onera hereditaria subire debet, siue velit, siue nolit. & ratio planè redditur in litera. Seq. l. planissima est.
g ¶ *Necessarij*. & sui. Accursius.
h ¶ *Abstinuit*. quod potuit: *vt. j. eod. l. necessarij*: sed necessarius tantùm non. *vt Insti. de hered. qua. & diffe. §. j.*
i ¶ *Non posse*. etiam si velit suam portionem recusare: quia est sibi imputandum si adiuit sciens alium abstinuisse: secus si nondum abstinuisset: vel abstinuisset, sed hic ignorat quando habet locum [vt] *j. e. l. cum hereditate.*
k ¶ *Scire potuit*. consulendo peritiores. *sic. j. de bo. pos. l. in bonorum. & s. de iuris & fac. ign. l. regula. § sed iuris.* & hoc cum facilè scire potuit: *vt. d. § sed iuris. & arg. j. de verb. sig. l. Nepos Proculo.* ¶ Item no. quòd iuris [d] ignorantia nocet hic in damnis. & sic est contra. *s. de iuris & facti igno. l. error i. fi. & l. iuris ignorantia. & l. regula.* Sol. hic fallit: vt & aliàs in ll. illis. 2. Vel dic fingitur [e] hic scire, tum quia originem habet à lucro, tum quia agnoscebat in sua parte scienter, fingatur idẽ velle in accrescente, vt hic subiicit. Sed quidam reddunt rationem quasi potuerit cõsulere peritiores.
l ¶ *Adire videtur* vt omnibus satisfaciat, nec admittitur probatio in contrarium: quia [f] est fictio, [g] non præsumptio. ¶ Et facit ad hoc quòd inuito [h] accrescit. *C. quando non pe. par. l. j. & ij. & l. si quis heres in prin. & C. de impu. & ali. substi. l. testamento.*
m QVamdiu. Non defertur. fallit hæc regula. *s. de here. insti. l. si quis*. [i] ¶ Item non ob. *j. vnde lib. l. pe.* quia ibi non poterat adiri ex testamento, vtpote deficiente condit. institutionis, quę cerat [k] si emanciparetur intra decem dies. ¶ Item quid est quod aliàs dicit lex, quod quamdiu potest dari contra tabu. non dabitur secundum tabu: *vt j. de secun. tab. l. æquissimum. in princ. & j. de contra tab. l. illud. §. fi.* nam contra tab. datur ab intestato: *vt. C. de col. l. vt liberis*? Respond. non dari ab intestato eam, sed ex testamento: *vt. C. de col. l. filiæ dotem. & Instit. de bo. pos. §. sunt autem. & j. de bo. posses. l. sed cum. §. ij.* nec est dicendum dari eam ab intestato, nisi cum nullus adit ex testamento. nam & tunc datur: *vt. j. de contra tabu. l. illud. in prin.* ¶ Item quod dixi non dari secundũ tab. quamdiu habet locum contra tab. non dixi quòd de iure ciuili adiri non possit: vnde fortè, adibit. ¶ Sed contra hæc. *d. l. illud. in fin. & facit ad hanc. l. j. de reg. iur. l. quamdiu. & s. eo. l. nec is. § fi. & j. eo. l. illud. & l. in plurimum. & l. quamdiu. & C. com. de succ. l. antequam. & j. si ta. testa. nul. ex. l. j. § j. & in Authen. de hered. & Fal. § ad hæc coll. j. & s. de testa. tu. l. si quis sub conditione. in prin.*

QVæsitum.] CASVS. Filium impuberem & Titium institui mihi heredes, & posteà ita dixi: Si filius meus adierit pro sua parte, & in pupillari ætate decesserit: substituo ei dictum Titium. & postea decessi: & postea dictus meus filius adiuit pro sua parte, & in pupil. ętate decessi. Titius autem vult ei succedere ex substitutione: nõ autem vult partem in qua ego eum Titium institui. veniunt modò creditores mei, & conueniunt dictum Titiũ pro parte sua Titij quã ipse Titius non adiuit. nunquid possunt? Et dicitur quòd sic, ac si adiuisset hereditatem meam pro sua parte. & idem est si dictum Titium solum instituissem, & filium meum exheredassem & eidem filio dictum Titium pupillariter substituissem. nam non poterit Titius habere impuberis hereditatem sine mea. & hic casus colligitur in litera, licet non nimis planè. secus autem esset si instituissem Titium & Sempronium, & filiũ meum prædictum exheredassem, & pupillariter ei substituissem dictum Titium, & Sempronius adiuisset pro sua parte. nam mortuo eo postea in pupillaari ætate bene potest Titius adire ex substitutione hereditatem impuberis, & dimittere partem meæ hereditatis. & idem esset si dictus Titius quem institui cum Sempronio, esset meus filius. & hoc vult dicere cum. l. sequen. Viuianus. ADDITIO. Hęc Viuiani species non potest saluis cęteris legibus & harum trium legum verbis, consistere, ideo fingenda est species in extraneo cum alio æquè extraneo coherede instituto. item fingendum est filium impuberem à primo gradu fuisse exheredatũ, tam in hac. l. quæsitum, quàm in. l. seq. *ex sententia Baldi & Castrens. & Imol. Cont.*
n ¶ *Habeat*. ex substitutione facta filio.
o ¶ *Eum*. substitutum. Accursius.
p ¶ *In edictum*. fortè [a] illud, si quis omissa causa testa. l. j. quanquã illud non videatur prospicere creditoribus, sed legatariis & fideicõmissariis. 2. Vel [b] dic quod aliud edictũ erat quod nõ habemus, quod creditoribus paternis subueniebat hoc casu vt paterna videatur adita. ADDITIO. Posterior Accursij sententia est verior. Sed dicere possumus hîc intelligi edictum de rebus auct. iud. pos. quo prętor cogebat eos qui gessisse videbãtur pro herede, respondere creditoribus hereditariis, & ni hoc facerent mittebat creditores in possessionem. *arg. l. paterfamil. j. de reb. iudi. auct. possid.*
q ¶ *Hereditati*. spreta paterna hereditate.
r ¶ *Nam qui*. q. d. ex quo non vult paternam, dimittat & pupillarem & suam, vel vtranque, vel nullam. *& est ad hoc. j. ad Trebel. l. ita. §. qui suspectam. & de contra tabu. sub conditione. § fi. & de iis qui. vt indig. l. v. §. qui principale. & de leg. præst. l. qui filium. §. omnibus. & §. non solum. & s. de vulga. substi. l. is qui.*
s ¶ *Oppugnauerit*. spernendo hereditatem patris.
t ¶ *Consequi*. ratione pupilli.
u ¶ *Amplecti*. si ex asse, non: quia cum nullus adiit paternam, ergo vitiatur testamentum, & per consequentiam pupillare: *vt. s. de vulga. substi. l. ij. §. adeo.* habebat igitur hic coheredem qui adiuit. 2. Et dic extraneum, non pupillum: quia tunc secus: *vt. s. de vulga. substi. l. sed & si. § filio.* quæ est contra. 3. Et dic distinctionem quæ est. *C. eo. l. quidam.*

a Portio quæ mihi per aliũ adquiritur, nõ potest adquiri nuda voluntate, ideo sine iussu non adquiritur.

† Heres succedit non solùm in dominio, sed & in omni obligatione actiua & passiua.

b Vniuersi & omnis differentia. Heres nõ vnicus succedit in vniuersum ius defuncti, at non in omne ius.
c Ad heredem non transit omne ius defuncti: sed id tantùm quod transire potest. Nec enim ad heredem transeunt quæ personalia fuerunt defuncto, vt est vsusfructus & si quid simile.

d Ignorantia iuris interdum nocet in damnis.
e Fingitur quis interdum scire quod accrescit. Paria sunt enim scire & facile scire posse.
f Probatio nõ admittitur aduersus fictionem.
g Fictionis & præsumptionis differentia.
h Accrescit inuito.
i Eandem exceptionem faciũt Græci interpretes. Cõt.
k Id ex verbis colligi nõ potest & nihilominus deficere potuit non addito tempore, si tempus petendę bono. posses. ex testa. præterierat.

† Contra. casu re. extra de reg. iur.

a De quo edicto hîc loquatur Iurisconsultus.
b Hanc opinionem Bartolus non probat, cum in lege hîc dicatur non posse habere pupillarẽ. Putat itaque hanc fuisse edicti sententiam, repudiata paternam hereditatem pupillarem adire non posse.

Filius

a ¶ *Filius.*] *Abstinuit.* in qua erat institutus.

b ¶ *Fratris.* cui fuit substitutus: *vt in fi. l.* & hoc [a] potuit fieri *vt Institut. de pupil substitu. §. non solum.*

c ¶ *Obtinere.* Imò cum non sit adita ex paterno, non tenet pupillare: *vt supra de vulgari. substitutione. l. ij. §. adeo. & supra. l. proxim. in fine.* Solut. & [b] hic alius cum filio fuit institutus, qui adiuit. 2. Vel dic speciale [c] in filio abstinente: quia [d] adhuc videtur esse heres: *vt infra de fideicommissar. l. cum quasi. §. sed & si quis.* 3. Vel illud fauore libertatis: & sic tenebis primam. 4. Vel dic speciale alia ratione: quia ab intestato erat habiturus eam. Non est ergo ei inuidendum si ex substitutiōe habeat quod intestato erat habiturus. ¶ Sed in contrariis extraneus erat ex asse institutus. *ad quod supra de vulgar. substitut. l. si filius.* Accursius.

a Substitui qs exheredato potest.

b Improbatur Baldo.

c Imò. Regula est, existentiā sui hæredis cōfirmare tabulas pupillares.

d Heres filius etiam sum videtur esse, licèt se abstineat.

Existentia sui heredis confirmat tabulas pupillares ad commodum filij abstinentis. Bartolus.

XLI. IVLIANVS *libro vicensimo sexto Disputationum.*

Filius qui se paterna hereditate abstinuit, [a] si exheredati fratris [b] hereditati se immiscuerit, & pro herede gesserit: poterit ex substitutione hereditatem obtinere. [c]

Existentia sui heredis confirmat tabulas pupillares ad commodum filij cui facta est substitutio. Bartolus.

XLII. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

* Iulianus libro vicensimo sexto Digestorum scripsit, si pupillus [d] paterna hereditate se abstinuisset, [e] deinde ei aliquis heres extitisset, non esse eum [f] conpellendum creditoribus paternis [g] respondere: nisi substitutus ei [h] fuit. Inclinat [i] enim in hoc, vt putet [k] substitutum [l] etiam patris [m] onera subiturum. [n] Quæ sententia à Marcello † rectè notata [o] est. Impugnat [p] enim vtilitatem pupilli, qui [q] ipse saltem [r] potest habere successorem. [s] Metu enim onerum patris timidius quis [t] etiam impuberis [u] hereditatem adibit. Alioquin [x] (inquit [y]) & si frater [z] fuit, omissa causa testamenti ab intestato possidebit [a] hereditatem, & quidem impune. Nec enim videtur [b] voluisse fraudare edictum, [c] qui sibi prospicit ne oneribus patris pupilli hereditas [d] implicaretur. Sed quod in fratre scripsit, credo ita intelligendum, si non impuberis frater fuit, sed testatoris. [e] Cæterùm [f] vtique si frater à pa-

† Tres sententiæ Iurisconsultorū hic diuersæ. Iulianus putat, abstinentē se ab hereditate paterna posse obtinere fraternā non ex substitutione: sed ab intestato. Marcellus contra, etiā ex substitutione obtinere posse putat. Vlpian9 distinguit in hunc modum, fratrē testatoris posse heredem esse impuberis ex substitutione, neque vllo modo heredē esse testatoris: fratrem verò impuberis, heredem suum esse vtrique.

* In vulg. incipit. l. Si pupillus.

Si pupillus.] Casus. Filium meum impuberem & Titium mihi heredem institui, & decessi. Titius adiuit hereditatem meam pro sua parte: impubes autem abstinuit: & postea decessit dictus impubes, & Sempronius extitit ei heres. nunquid ille Sempronius pro dimidia debet respondere creditoribus meis? Et dicitur quòd non. & hoc fuit primum dictum Iuliani, & bonum. Secundò dixit Iulian. quòd si ego substituissem dicto impuberi dictum Sempronium retento eodem casu, quòd ipse sustitutus debet sustinere onera hereditatis meæ pro ea parte qua impuberem institui. mea enim voluntate succesit filio meo impuberi prædicto: licet impubes à mea hereditate abstinuerit. & hoc vsque ad versici. quæ sententia &c. Tertiò dicit Iuli. in versi. alioquin &c. quòd si dictus Sempronius quem substitui filio meo impuberi, esset frater, bene posset onera heredi. meæ euitare, scilicet omittendo causam testamenti pupillaris, id est substitutionis quam de eo feci filio meo impuberi, & ab intestato hereditatē impuberis posidendo: & sine pœna potest hoc facere. nam non videtur dictus Sempronius voluisse fraudare edictum, si quis omis. causa testa. prospiciendo sibi ne pupilli hereditas implicaretur oneribus hereditatis meæ patris. dominus autem Mar. reprehendit in versic. quæ sententia &c. secundum dictum Iulian. in quo dixit Iulianus. vt dictum est, quòd substitutus impuberi debet sustinere onera hereditatis testatoris pro ea parte qua impubes fuit institutus, etiam si impubes abstinuit se ab heredi. & dicit quòd etiam eo casu non tenetur dictus substitutus: quia illud quod dixit Iulianus, esset contra vtilitatem impuberis: quæ vtilitas est vt habeat successorem: qui pupillus de iure potest habere successorem, etiam si ipse pupillus non sit heres patris. quis enim vellet esse successor impuberis, si timeret quòd propter succesionem impuberis deberet sustinere onera hereditatis patris, à cuius heredit. abstinuit se impubes: vt dictum est? q. d. nullus. siue ergo Sempronius prædictus succedat impuberi ab intestato, vt in primo casu Iuliani siue ex substitutione, vt in secundo casu: non debet sustinere onera heredi. patris, cum impubes se abstinuerit à patris hereditate, vt dictum est. Tertium autem dictum Iulian. remanet firmum, cum determinatione tamen domini Vlpiani cuius est hæc. l. dicit enim dictus Vlpianus esse intelligendum dictum tertium Iuliani in fratre testatoris, & non in fratre impuberis. si enim esset dictus Sempronius frater impuberis, & esset substitutus impuberi, vt dictum est: & esset Titius institutus cum impubere, vt dictum est: & adiuisset Titius pro sua parte, vt dictum est: & impubes abstinuisset pro sua parte, vt dictum est: & postea decesisset dictus impubes, vt dictum est: & substitutus vellet de iure ciuili omittere causam testamenti pupillaris, & ab intestato hereditatem impuberis posidere, sicque sibi prospicere, vt oneribus heredi. patris impubes non teneatur: non potest hoc facere, cum sit sine dubio necessarius heres patris de iure ciuili quantum ad sustinenda dicta onera hereditatis. & hoc dicit à versi. sed quod in fratre &c. vsque ad. §. si in societatem. credo tamen quòd sicut impubes per prætorem habet ius abstinendi ab hereditate patris: ita & frater suus ei substitutus. [Si in societatem.] Titius filius meus me viuo inchoauit societatem cum quibusdam, & post mortem meam perseuerauit in eadem societate, nunquid propter hoc videtur se immiscere hereditati meæ, vt oneribus hereditariis teneatur? Et distinguitur, vtrum rem cœptam in dicta societate sub patre perfecit post mortem patris, & tunc videtur se immiscere hereditati meæ. an nouā inchoauerit: & tunc non videtur se immiscere. Quid si seruum meum manumisit post mortem meam? certè bene videtur se immiscuisse. Quid si dictus meus filius erat miles, & de castrensi peculio emit à me seruos, & ego postea eum heredē institui, & rogaui eum quòd dictos seruos manumitteret, & postea decessi, & ipse abstinuit se ab hereditate mea, & postea manumisit dictos seruos: nūquid videtur se immiscuisse hereditati meæ? Et dicitur quòd non, nisi hoc euidenter ostendatur quòd quasi heres manumisit. Viuianus.

d ¶ *Si pupillus.* aliàs, Iulianus lib. xxvj. Digest. scribit. sed tunc non habetur paulò post, Iul. scribit. aliàs, si pupillus.

e ¶ *Abstinuisset.* per in integrum resti. postquā se immiscuerat. 2. Vel dic ab initio se abstinuit: sed habebat coheredem qui adiuit. 3. Vel nullum habebat: vt iam dicam. Accur.

f ¶ *Eum.* s. heredem pupilli.

g ¶ *Paternis.* i. patris pupilli.

h ¶ *Ei.* i. pupillo. Accur.

i ¶ *Inclinat.* s. Iulianus per hoc quod dicit, nisi substitutus.

k ¶ *Vt putet.* sed malè, vt statim subiungit.

l ¶ *Substitutum.* s. pupilli.

m ¶ *Patris.* pupilli.

n ¶ *Subiturum.* hoc ideo. quia patris voluntate succedit. Azo.

o ¶ *Notata.* i. reprehensa.

p ¶ *Impugnat.* sententia Iulia.

q ¶ *Qui.* pupillus.

r ¶ *Saltem.* & si partem non habeat.

s ¶ *Successorem.* substitutum, scilicet quamuis pater non habeat. & hoc notat, saltem. ¶ Sed si non tenet paternum, quo modo tenet pupillare: *vt supra de vulga. substi. l. ij. §. adeo. & supra eod. l. quasitum. in fine?* Respon. pater non habuit hunc, sed alium. Vel pater nullum alium habuit: & tenet eius testamētum, licet hic abstinuit: quia semel fuit heres: sed per restitutionem est abstentus, vnde nihilominus heres permanet: *vt supra de mino. l. & si sine. §. sed quod Papi.* 2. Vel dic quod ab initio abstinuerit: sed nihilominus remanet heres: *vt infra de fideicommiss. liber. l. cum quasi. §. sed & si quis.*

t ¶ *Quis* substitutus impuberi. Accur.

u ¶ *Impuberis.* s. tantùm, non patris.

x ¶ *Alioquin.* prædicta in extraneo: alioquin &c.

y ¶ *Inquit.* Iul. temperando quod dixerat. 2. Vel dic Marcellus. q. d. & si verum dixisset Iulia. alia via occurreretur eius dicto.

z ¶ *Frater.* testatoris: vt. ĩ. apparet ibi, si quid &c.

a ¶ *Possidebit hereditatem.* s. impuberis. & hoc innuit cum postea dicit, pupilli hereditas implicaretur.

b ¶ *Nec enim videtur.* Not. non [a] committit dolum qui fraudem repellit. *sic. ĩ. de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. & ĩ. si quis omiss. caus. testa. l. qui autem. §. non simpliciter. & l. mater. §. j. & ĩ. de inoffic. testa. l. Papianus. §. quarta in fin. §.*

a Dolum non committit qui fraudem repellit, & sibi prospicit.

c ¶ *Edictum.* quod coercet eos qui omissa causa testa. posident ab intestato: *vt. ĩ. si quis omissa cau. testa. l. j.*

d ¶ *Hereditas.* quam adiit. Accur.

e ¶ *Testatoris.* qui aliàs ab intestato erat habiturus bona impuberis: quia patruus. Accur. Floren.

f ¶ *Cæterùm.* nā frater pupilli respōdebit creditoribus paternis:

alioquin non bene continuatur nisi sic exponas. ¶Sed hîc quæritur, vtrum frater ille impuberis erat institutus in parte, & substitutus in alia parte: an substitutus tantùm: primo casu potest paternam repudiare, & pupillarem adire: *vt supra de vulga. substitu. l. si filius.* in secundo nec pupillare tenet: *vt supra de vulga. substitu. l. ÿ. §. adeo.* Resp. fuit hic institutus pro parte, & substitutus in alia: & nõ exponas vt dicas eum teneri creditorib. patris, sed ita frater testatoris existat voluntarius, sed frater pupilli necessarius: quia quos possũ, &c. *vt supra de vulg. substitu. l. sed si plures. §. j. Azo.* & erit hic necessarius patri vel etiam fratri: *vt. d. l. dicitur. Hu.* Sed & tunc poterit adire ex substitutione, & impetrare separationem bonorũ paternorum ex æquitate prætoris: *vt supra de vulga. substitu. l. si filius.* & hoc dicit hic R. licèt abstinere possit. 2. Vel[a] aliter intellige. l. illam vt ibi not. & adde distinctionem quam feci ad solutionem multarum legum. *C. eo. l. quidam & supra eod. l. j. & . ÿ. & supra de vulga. substitu. l. sed & si. §. filio. & . l. si filius. & supra e. l. quæsitum.*

tre fratri substitutus impuberi sit: sine dubio necessarius heres existet.[a]

Qui perseuerat in inchoatis in vita patris, se videtur immiscere: secus si noua inchoaret. Bart.

1. ¶Si in societatem, quam viuo patre inchoauerat filius post mortẽ patris perseuerauerit: Iulianus rectè distinguit, interesse vtrum rem cœptam sub patre perficit,[b] an nouam inchoauit. Nam si quid nouum in societatem inchoauit,[c] non videri[d] miscuisse hereditati patris scripsit.

Qui manumittit seruum paternum, videtur se immiscere: secus si seruum castrensis peculÿ. h. d. cum. §. seq. Bart.

2. ¶Si seruũ paternũ filius[e] manumiserit, sine dubio miscuisse se paternę hereditati videbitur.

3. ¶Proponebatur filius à patre de castrẽsi peculio seruos cõparasse, eósq; à patre manumittere rogatus, cũ heres esset ab eo institutus. quærebatur, si se abstinuisset paterna hereditate, eósque manumisisset, an miscuisse se paternæ hereditati videatur. Dicebamus, nisi euidẽter quasi heres manumiserit, non debere eum calumniam [f] pati, quasi se miscuerit hereditati.

Per seruum hereditarium non potest quæri aliquid quod sit hereditatis. Bartolus.

XLIII. IVLIANVS *libro trigensimo Digestorum.*

HEres per seruum hereditarium eiusdem hereditatis partẽ,[g] vel id quod eiusdem hereditatis sit, adquirere nõ potest.

Gesta per pupillum bona fide, habentur rata eo per restitutionem non abstento. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro quadragensimoseptimo Digestorum.*

QVotiens pupillus patri heres extitit,* & abstinuit[h] se hereditate: quamuis patris bona sub creditoribus fiant, tamen † rata haberi debent quæcunque pupillus bona fide gesserit.[i] & ideo ei qui fundum [k] tutore auctore à pupillo emerit, succurrendum erit. nec interest, pupillus soluendo sit, néc ne.

Aditio hereditatis non est opera: ideo requiritur iussus domini. Bartolus.

XLV. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

a ¶ *Existet.* patri: nec non impuberi: sed poterit abstinere à paterna si vult: *vt supra de vulg. subst. l. si filius.*

b ¶ *Perficit.* & tunc adire videtur.

c ¶ *Inchoauit.* post mortem patris.

d ¶ *Non videri.* hoc ideo, quia sui iuris factus, voluntati paruisse dici non potest: quia huic rei non assensit. vbi verò cœptã patris iussu perfecit, patris iussui parendo adire videtur. *Azo.* sic [b] aliàs refert perficiat cœptum, an inchoet nouum: *vt. s. pro soc. l. si id quod. §. si filius & . s. de admi. tut. l. tutorem qui. & . s. de tut. & ra. distr. l. si postea.*[c] *& . s. de neg. gest. l. eum actum. & . l. Proculus. & . l. at qui natura. & . l. nam & Seruius. & de mino. l. iÿ. §. fi. & . §. Scio.*

e ¶ *Filius.* suus: secus in emancipato:[d] quia de iure ciuili sola voluntate adire non potest: sed quædam solennitas in bono. possess. petenda ibi desideratur. *vt. C. e. l. j.* quæ est contra. ¶Item secus in milite: vt infra. §. prox.

f ¶ *Calumniam.* speciale in milite: *vt. s. prox. §. 2.* Vel est hoc ideo, quia primò se abstinuerat: vt ipsa litera dicit. & hoc constabat: vnde non est in eo speciale: imò idẽ est in quolibet alio. *Azo. vt. C. de repu. heredi. l. sicut. & facit quod no. supra eo. l. pro hered. §. Pomponius.*

HEres per seruum.] CASVS. Institui mihi Titiũ heredem, & decessi. Titius iussit seruo qui erat in hereditate mea, vt dimidiam hereditatis meæ apprehenderet, vel etiam equum hereditarium. & ita fecit seruus. certè non acquirit dicto Titio.

g ¶ *Partem.* quotam. & sic not. quod nec pars, nec res singularis hereditatis ratione proprietatis vel possessionis, *vt hîc*, nec tota hereditas, nec aliquid aliud quæritur per eum: *vt. j. de acquir. rerũ do. l. per hereditariũ. & . l. heredit. & . de adquir. poss. l. j. §. veteres.* ¶Nec obstat. *j. de acquir. pos. l. j. §. item adquirimus.* quia ibi impropriè dicitur hereditarius. i. heredis: quia iã adiuit. ¶Sed quæ est ratio? Respon. quia[e] antequam adeat, non est suus: igitur per eum non quęrit postea quàm adiit. non quęrit per hereditarium: quia suus est factus cum desiit esse hereditarius: nisi impropriè quandoque: vt modò dixi. 2. Alij dicunt rationem esse vrgẽtem disputationem: *vt lo.* 3. Alij dicunt quia[f] dedignatur per comparem quæri. nam & asinus auribus intumesceret, si per comparem se videret cõprehendi. ¶Itẽ est & alia bona ratio, quia hereditas in qua est institutus, non potest per alium acquiri: *vt. j. eo. l. per procuratorem.* licèt secus sit in ea in qua seruus est institutus. ¶Nec obstat quod dicitur *in. d. §. veteres.* per seruum legatum vel donatum posse quæri. nam hæc nomina vel participia designant titulos. vnde licèt sit factus dominus legatarius, adhuc seruus legatus dicitur: & ita de cæteris. Sed hoc nomen hereditarius legatarius designat[a] dominam, hereditatem scilicet: vnde non dicitur hereditarius si factus est heredis.

QVotiens.] CASVS. Filium meum pupillum mihi heredem institui, & ei tutorem dedi, & decessi. & dictus meus filius extitit mihi heres, & quędam prædia hereditaria vendidit cum auctoritate tutoris & bona fide Sempronio. postea videns tutor quòd nimis erat onerosa pupillo hereditatas mea propter æs alienum imminens, petit restitutionem in integr. nomine pupilli: & ea habita abstinuit ab hereditate, & ita creditores mei acceperunt bona hereditaria. nunquid poterunt dicti creditores recuperare dicta prædia à dicto Sempronio? Et dicitur q; non, nec est vis vtrum dictus pupillus sit soluendo ad satisfaciendum Sempronio qui emit, an non: quia semper erit Sempronius securus. Viaianus.

h ¶ *Et abstinuit.* per in integrum restitutionem.

i ¶ *Bona fide gesserit.* vel ipse, vel eius tutor: secus si mala: *vt infra quæ in fraudem credi. l. pupillus. & de condictio. indebi. l. tutores. & . l. non est nouum.* Accursius.

k ¶ *Fundum.* ex hereditate. & facit ad hanc infra *de bo. aucto. iudi. possi. l. si non expedierit. §. j. & supra de mino. l. in integrum. & . l. si mulier.*

ADitio hereditatis.] CASVS. Hęc. l. ponit vnam regulam ad quã ponit siue subiicit tria exempla, & in fine respõdet tacitæ obiectioni quæ posset fieri contra regulam. Regula autem est talis: Aditio hereditatis nõ est in opera seruili. Primum exẽplum regulæ est tale: Habeo seruũ in dotem ab vxore mea: & sic omnia quæ acquirit dictus seruus ex operis suis, debent ad me pertinere. Modò pone quòd dictus seruus fuit institutus heres à Seio, & adiuit hereditatem. nunquid debet ad me pertinere dicta hereditas, ita quod soluto matrimonio non tenear restituere vxori meæ? an verò tenebor ei restituere? & dicitur q; teneor ei restituere: & hoc ideo, quia aditio heredit. non est in opera seruili. si nõ est in opera seruili, ergo mihi viro nõ acquiritur. Secundum exemplum regulæ est tale: Titius & Sempronius inierunt societatem inter se quęstus & compendij: & ita quicquid quilibet eorũ acquirit ex operis suis, debet esse commune. Quid ergo si vnus eorum institutus fuit heres à quodam tertio, & adiuit hereditatem? nunquid debet esse communis? Et dicitur quòd nõ, imò illius tantùm qui fuit institutus: quia vt dicit dicta regula, aditio hereditatis nõ est in opera. Tertium exemplũ regulæ est tale: Ego habeo vsumfruc. in Sticho, & Titius proprietatẽ. & sic acquirit mihi dictus seruus quicquid acquirit ex operis suis. pone ergo quod dictus seruus fuit heres institutus à Gaio. nunquid potest iussu meo adire hereditatẽ dictus seruus? & dicitur quòd nõ: quia vt dicit dicta regula, aditio hereditatis nõ est in opera. Tacita autem obiectio quæ posset fieri regulæ, est talis: Pone quod ego bona fide possideo Titiũ liberum hominem: & ita quicquid acquirit ex opera sua, mihi acquirit. Pone ergo quod Gaius instituit eũ heredem propter me: nunquid possum eum iubere adire? Et dicitur quòd sic, & mihi acquiret. ergo videtur quòd aditio sit in opera. sed respondet iurisconsul. & dicit quòd in dicto casu non videtur mihi acquirere dictus liber homo dictam hereditatem ex opera sua, imò ex re mea. fuit

enim

a Hæ duæ interpretationes vnius & eiusdem sunt sententiæ. Dic suũ heredẽ esse necessarium, fratrem tamẽ repudiare posse beneficiũ edicti prætoris cõcedentis beneficium abstinendi.

b Cœpta an inchoata quis pficiat, interest. Qui cœptum à patre perficit, patris voluntati obtẽperare videtur: at nõ qui nouũ negotium instituit.

c Videtur legendum. l. si tutor post.

d Subaud. non instituto: & id quidẽ de iure veteri non nouo. *vt notatur. s. eo. l. pro here. §. seruo.*

e Hereditarius seruus nihil quod sit hæreditariũ adquirere potest. Nã antequã adeat non est heres & sic nihil potest sibi quærere: postquã est adita, non est hereditarius.

f Asinus intumescit cũ per comparem videt se comprehendi.

a Est tamen dominus rei legatæ: quod est verũ à tempore aditæ hereditatis. *in l. Titio. j. de fur. & l. si heredit. seruus in fin. de leg. 1.*

* existit.

† Officiali remoto, gesta per eum legitimè rata haberi hinc colligũt. Quod si declaratum est, officialem nõ fuisse, gesta per eũ non tenentur. *l. neque. s. de rebus rerum.* nisi aliud succedat publicæ vtilitatis vt in his quæ gerunt in iudiciis vt sunt sententiæ. *l. Barbarius. s. de offi. præto.* adde Gl. *in. l. j. C. in quibus causis restitutio in integrũ non est necessaria. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. pen. s. de iureiurand.*

enim institutus propter me, vt dictum est: sicut acquireretur mihi stipulando, & per traditionem accipiendo ex re mea: & ita non obstat dicta oppositio. Viuian.

a ¶ *Aditio*. Ponit lex ista vnum [a] quod dicit in primis verbis: & illud nititur probare esse verum tribus rationibus, siue argu. siue exemplis. quarto inducit argu. in contrarium siue rationem: & ei respondet. Primum est illud, idcirco & cæt. Secundum, & cum quæstus, &c. Tertium, præterea, &c. Quartum, & quod à quibusdam. Et ei quarto argumento in contrarium respon. cum dicit, potest verum esse vt intelligatur & cæte. Azo.

A Ditio [a] hereditatis non est in opera seruili.

1. ¶ Idcirco si seruus dotalis adierit, [d] actione de dote eã hereditatem mulier recuperabit: quamuis ea quæ ex operis [c] dotaliũ adquiruntur, ad virũ pertineãt. 2. ¶ Et cũ quæstus & cõpendij societas initur: quicquid ex operis suis socius adquisierit, in medium conferet. sibi autem quisque hereditatem adquirit. [d]

3. ¶ Preterea nec fructuarius quidẽ seruus iussu ei⁹ qui vsumfructum in eo habet, adire here ditatẽ poterit. [e] 4. ¶ Et quod à quibusdã respondetur, [f] si liber homo qui bona fide mihi seruiebat, propter me [g] heres institutus erit, posse eum iussu meo adire hereditatem: potest verum esse, vt intellegatur non opera [h] sua mihi adquirere, sed ex re mea: [i] sicut in stipulando, & per traditionem accipiendo ex re mea mihi adquirat.

Quæstio falsi non impedit aditionem eius qui suo facto est certus de viribus testamenti. Bart.

XLVI. AFRICANVS *libro primo Quæstionum.*

C Vm falsum testamentũ diceretur: si quidẽ ipse heres accusaretur: [k] quoniam certus esse debeat [l] se falsum nõ fecisse, rectè adibit hereditatem. sin autem alius argueretur citra cõscientiam eius, [m] * non potest adire, [n] quasi dubitet verum esse testamentum.

Iussus reuocatur furore superueniente. Bart.

XLVII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

Q Vi seruum suum heredem institutum adire iusserat, prius quàm ille adiret, furiosus est factus. [o] Negauit [p] rectè seruum [q] aditurum: quoniam non nisi voluntate domini adquiri hereditas potest: furiosi † autem voluntas nulla est. [r]

Furor superueniens non reuocat ea quæ sunt perfecta vigore mandati, sed impedit perficienda. Bart.

XLVIII. PAVLVS *libro primo Manualium.*

S I quis alicui [s] mandauerit, vt si æstimauerit, [t] peteret sibi [u] bonorum possessionem: & postquam ille petiit, furere cœperit: nihilominus adquisita [x] est ei bonorum possessio. Quòd si antequam ille [y] petat, is qui mandauit petendam, furere cœperit: dicendum non est statim ei adquisitam [z] bonorum possessionem. Igitur bonorum possessionis petitio ratihabitione debet confirmari. [a]

Tutor qui non gerit, sed qui gerere potest, auctorari potest. Bar.

XLIX. AFRICANVS *libro quarto Quæstionum.*

[a] Aditionis actus non consistit in opera serui, vel ita. Aditio nõ sequitur operas serui.

b ¶ *Adierit*. ad [b] hoc 3. *solu. matrim. l. si dotale. & de pec. l. hinc quæritur. §. potest*. Accursius.

[b] Hereditas adita per seruũ dotalẽ mulieri soluto matrimonio restituitur.

c ¶ *Ex operis*. vel ex [c] re mariti. *C. de rei vxo. act. §. cũmque. & supra de iure dotium. l. si legato.*

[c] Dotalis seruus quod vel operis suis vel re mariti adquirit, ipsi marito adquirit.

d ¶ *Adquirit*. vt [d] & *supra pro soc. l. coheredi. & ll. sequentibus. & l. duo. §. fin.* hoc autem nisi sint socij omnium bonorum: *vt in eo. titu. l. ij. §. j.* Vel nisi contemplatione societatis sit aliquis institutus: *vt arg. infra in fi. huius. l. & no. supra pro socio. l. socium qui. §. fin. & l. sequen.*

[d] Socius bonorum seu negotiationis socio non communicat hereditatem adquisitam nisi sit socius omniũ bonorum.

e ¶ *Hereditatem poterit*. vt. 3. *eod. l. si quis mihi. in princ.* & dic vt ibi not.

f ¶ *Respondetur*. vt *j. de adquir. re. do. l. liber homo est.*

g ¶ *Propter me*. quod præsumitur, si dicat illum seruum illius: *vt C. eo. l. cum aliquis.*

h ¶ *Non opera*. quia liber homo est.

i ¶ *Sed ex re mea*. sic *j. de acquir. rerum do. l. liber homo. & 3. de vulgar. substitu. l. sed si plures. §. in arrogato. & facit Inst. per quas person. §. item nobis acquiritur quod serui. & quod ibi no. & d. l. liber homo. Item facit. 3. de vsu & habi. l. per seruum.*

C *Vm falsum*.] CASVS. Cum Titius diceret se meum heredem, & monstraret testamentum in quo dicebat se à me institutũ: venit Seius, & dixit dictum testamentum esse falsum, & dictũ Titium accusauit de falso. nunquid potest dictus Titius adire hereditatem meam? Et dicitur quòd sic. certus enim debet esse se falsum testamẽtum prædictum non fecisse. si autem dictus Seius accusaret & argueret Gaium falsum fecisse dictum testamentum citra conscientiam dicti Titij, non potest adire hereditatem meam dictus Titius. potest enim dictus Titius iustè dubitare verum sit verum dictum testamentum vel falsum: & sic cum dubitet, adire non potest. Viuian.

k ¶ *Accusaretur*. si autem heres accusaret falsum, tunc habet locum quod dicitur. *C. de iis qui. vt indig. l. alia.*

l ¶ *Debeat*. de facto suo: *vt. 3. ad Velleian. l. quanquam. & 3. de iur. & facti igno. l. plurimum.* quandoque tamen & suum factum dicitur quis ignorare iustè: *vt. 3. de condict. indeb. l. sed & si me. & de pac. do. l. inter. §. j.*

m ¶ *Eius*. s. heredis. Accur.

n ¶ *Non potest adire*. s. quia iusta est ignorantia alterius facti: *vt infra pro suo. l. fi.* ¶ Et no. citra conscientiam: vt si probabiliter in alieno potest scire, & tunc potest adire: *vt infra eod. l. Pannonius. §. rei.* quæ est arg. contra. & hoc subiicit, quia dubij, &c. *ad quod 3. e. l. sed & si de sua. §. cum autem. & facit. 3. eod. l. cum quidam. in fin. & l. nec is. in prin.* ¶ Sed contra. *C. de edic. di. Hadrian. tol. l. ij.* Sol.

ibi iam adierat cũ quæstio quasi falsi fuit mota. 2. Vel hic tractatur de aditione, quæ fit voluntate sola, & tribuit dominium: ibi de sola possessione quæ datur à [a] parente scripto. ADDITIO. Hæc posterior solutio est vera. nam in bon. possessionibus inspicitur tantum exterior solẽnitas & externus vitium vt detur vel negetur bo. possessio. *l. prima. §. sufficit de secund. tabu.* *Cont.*

[a] Videtur legendũ à præterito scripto heredi.

[*] Conscientia ver⁹ est iudex Sic alibi *in Glos. vnica, quæ multum à de. Ia. commendatur in. §. sed ista col. 2. Insti. de act. situata in. l. semper in coniunctionibus. in fi. de re. iur.* cõscientia bonus vir. Sic *Tho. vt à dicto Ias. In. §. prælleg. refertur, tenuit secunda secundæ. q. 67. arti. 1.*

Q *Vi seruum*.] CASVS. Titius Stichum seruum suum heredem à Seio institutum iussit hereditatem adire. prius autem quàm Stichus adiret, furiosus effectus est dictus Titius. certè non rectè adibit amodo Stichus. & est ratio: quia Titio non potest acquiri hereditas nisi sua Titij voluntate. ipse autem est furiosus, ergo nullam habet voluntatem. Secus autem esset si Stichus adiuisset, vel bonor. possess. petiisset antequam Titius inciperet furere: quia tunc bene est acquisita Titio bonor. possess. Item secus esset si Titius cœperit ante furere quàm seruus suus Stichus peteret bon. posses. & post petitam efficiatur sanæ mentis, & ratum habeat: quia tunc acquiritur ei Titio. & h. d. cum l. seq.

[†] Mandatum vt morte ita furore mandantis reuocatur.

o ¶ *Est factus*. qui iussit, id est, dominus.

p ¶ *Negauit*. Africanus. de se enim in tertia persona loquitur. *sic no. 3. sol. matri. l. diuortio.*

q ¶ *Seruum*. aliẽnũ. *j. eodem. l. cum heres. in princ.*

r ¶ *Nulla est*. vt *infra de regul. iuris. l. furiosi.* Sed [b] aliquando tacita in eo dicitur voluntas esse: *vt & supra soluto matrimonio. l. ij. §. voluntatem. & 3. de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. patre. & facit. j. l. proxi. & l. si per epistolam. & 3. eo. l. si quis mihi bona. §. fi.* Accurs. ADDITIO. Dic quòd ista iura hic allegata loquuntur in retinendo: hic loquitur in acquirendo de nouo. 2. Vel dic melius quòd in. d. §. voluntatem. si sanæ mentis esset, non posset contradicere. In. l. patre. non sufficit voluntatem cessare: imò requiritur expressus dissensus: *vt de diuor. per totum.* furiosus autem non dissentit: quia voluntatem non habet *secundum Bar. hic.*

[b] Furioso quãdoque tacita voluntas inesse dicitur.

s S *I quis alicui*. filio vel seruo institutis: *vt supra eo. l. si quis mihi bona. §. iussum.* 2. Vel dic procuratori: [c] *vt. j. de bo. pos. l. iij. §. acquirere. in aditione secus: vt. j. eo. l. placet.*

[c] Rectè.

t ¶ *Si existimauerit*. bene enim potest sic mandari: *vt. j. eo. l. eum qui. §. j. & 3. eo. l. si quis bona. §. pater.*

u ¶ *Sibi*. mandanti. Accur.

x ¶ *Adquisita*. retinet [d] enim eam quartam quæ iuris est: sicut eam quæ facti est: *vt. j. de vsucap. l. nunquam. § seruus. & infra de adquiren. pos. l. si is.* nam & matrimonium: *vt supra de iis qui sunt sui vel alien. iur. l. patre.*

[d] Furiosus intã ius retinet.

y ¶ *Ille*. filius, vel seruus, vel similes.

z ¶ *Adquisitam*. sicut ergo [e] morte reuocatur mandatũ petendæ bon. posses. *vt. j. rem ra. ha. l. si is. & j. e. l. si per epistolam.* & sicut per pœnitentiam. *3. eo. l. si quis mihi bona. §. fin.* sic per furorem: *vt hic. & 3. l. proxi.* Non ergo ob. *3. de cond. inde. l. indebitam.* quia ibi non fuit mandatum reuocatum expressè vel tacitè.

[e] Mandatũ reuocatur morte, pœnitentia, furore.

a ¶ *Confirmari*. per furiosum factũ sanæ mẽtis: *vt. C. de cura. furio. l. fi. §. tali.* & intra tempora petendæ bonorum possessionis: *vt j. rem ra. ha. l. bonorum. in princ.* quæ [f] tamen tempora cum sint vtilia, furioso non cedunt: *vt. j. de bono. pos. infan. fur. com. l. j. vt*

[f] Vtilia tempora furioso non cedunt.

prin.& facit.ỹ.de bono.pos.l.fin. 2. Vel dic per procuratorem: *vt arg.ỹ.eo.l.Antistius.§.si.*

P*Vpillum.*] CASVS. Titius pupillus habens duos tutores quorum vnus administrabat, alius non, fuit heres institutus à Seio: & eam hereditatem adiuit cum auctoritate illius tutoris qui non administrabat. nûquid obligatur hereditati? & dicitur quòd sic. quamuis enim dictus tutor non administraret, tamen non erat ei interdicta administratio.

PVpillum etiam eo tutore auctore qui tutelam non gerat, hereditatem adeundo obligari ait.[a]

a ¶ *Obligari ait.* Contra supra *de auctori.tuto.l.& si pluribus.* Sed ibi non fuit[a] concessa, id[b] est denegata: hîc autem concessa fuerat, licèt non gereret: vel si non fuerat concessa, non tamen denegata. Azo. *& facit ad.l.ista infra de solu. quod si fortè.§.j.& .C.de iure deliberan.l.potuit.& .§.eo.l.more.& l.pupillus.& Instit. de aucto-ri.tuto.§.neque.& supra de auctori.præstan.l.obligari.§.antepenul.* Accursius.

a Non concedi pro denegari.
b Denegari videtur quod nô conceditur.

Morte tutoris renocatur mandatum factum ab eo. Bar. Vel sic: Epistola de adeunda hereditate à tutore scripta, non habet effectum si tutor moritur ante aditam hereditatem.

L. MODESTINVS *libro singulari de Euremiticis.*

SI per epistulam seruo pupilli tutor hereditatem adire iusserit: si post subscriptam epistulam tutor moriatur antequam ex epistula seruus adiret, nemo dicturus est obligari postea pupillum hereditati.[b]

S*I per epistolam seruo.*] CASVS. Titius pupillus habebat seruum, & habebat tutorem Seium. dictus seruus fuit institutus heres à Gaio: & dictus tutor absens misit epistolam dicto seruo, in qua iussit ei vt adiret hereditatẽ dicti Gaij: & in fine epistolæ subscripsit dictus tutor nomen suum, & postea decessit dictus tutor antequam seruus adiret ex epistola, & postea seruus adiuit. nunquid obligatur dictus pupillus dictę hereditati? & dicitur ꝙ non. & hoc dicit. Viuianus.

Si dubitatur de viribus testamenti, non potest adiri hereditas. Bartolus.

LI. AFRICANVS *libro quarto Quæstionum.*

EVm qui duobus testamentis[c] eiusdem testatoris heres scribitur: cum dubitet num posterius falsum sit, ex neutro[d] eorum adire hereditatem placet.

Etiam in mandatis habet locum argumentum à contrario sensu. hoc dicit. Vel sic: Non valet aditio si non est seruata forma iussus. Bart.

QVamdiu institutus admitti potest, substituto locus non est: * nec antè succedere potest,[g] quàm excluso herede instituto. Eueniet[h] igitur vt necessarium sit remedium prætoris & circa denegandas primo actiones, & circa præstituendum tempus substituto:[i] quia intra diem primo præstitutum neque adire hereditatē potest, neque pro herede gerere.[k] Is autem qui tertio gradu scriptus est, si primo deliberante secundus decedat, ipse potest[l] succedere. Ergo expectamus in singulis, vt prius eis deferatur hereditas: tunc deinde postea quàm delata est, expectamus diem præstitutum: intra quem diem nisi aut adeat, aut pro herede gerat, denegamus[m] ei actiones.

Siue succedatur de iure ciuili, siue de iure prætorio: scripti præcedunt legitimos, etiam si conditio sit adiecta: & interim non potest repudiari nisi coram iudice. Bar.

LXX. PAVLVS *libro quinquagensimoseptimo ad Edictum.*

IN pluriū heredum gradibus hoc seruandū est, vt si testamētū proferatur, prius à scriptis incipiatur:[n] deinde transitus fiat ad eos ad quos legitima[o] hereditas pertinet, etiam si idem sit ad quem vtroque modo[p] pertineat. Nam hoc gradatim cōsequitur, vt prius ex testamento

QVamdiu.] CASVS. Institui mihi heredē Titium: & si Titius heres non erit, substitui ei Mæuiū. & si Mæuius heres non erit, substitui ei Gaium: & postea decessi: certè quamdiu institutus admitti potest, nō potest admitti substitutus aliquis. Quid ergo si Titius institutus tenet substitutū suū in verbis, & nō adit nec repudiat? Certe debet prætor ita dicere, Titio primo instituto statuo octo dies vt adeat: & si non adierit intra dictum tempus, denego ei abinde in antea actiones hereditarias: & in eum casum statuo Mæuio secundo instituto alios octo dies: & si non adierit intra dictum tempus, denego ei secundo abinde in antea actiones hereditarias: & in eū casum volo quòd Gaius tertio institutus habeat hereditatem. intra diem igitur primo præstitutum nō potest substitutus primi adire hereditatem, vel gerere pro herede. sed si deliberante primo decedat secundus. & postea primus repudiet: ipse tertio gradu scriptus potest succedere. Viuian.

g ¶ Potest. vt.s.e.l.iij.& de here.inst.l.cum in testamento. & s. de vul.substi.l.si mater.§.fi. ¶ Sed contra.s.de vul.substi.l.fi.j.resp. Solu.ibi non admittitur in eam partem quam habebat substitutus: vt ibi nota. ¶ Item contra.s.de here.inst.l.si quis heres.sed non est cōtra: vt ibi patet. ¶ Itē contra.s de mino.l.au prætor.§.sed quod Papinianus. vbi minor institutus potest admitti, & tamen substitutus admittitur. Solu. ibi per restitutionem, d non iure communi. non enim repudiauerat minor. Et eodem modo respon. ad illam.l. quòd si minor.§.Scæuola.in eo.tit.

h ¶ Eueniet igitur.ne longa mora fiat substituto: igitur &c.

i ¶ Substituto. Circa duo interponit se prætor. i. vt statuat tempus primo[a] instituto: post quod non audiatur agens pro hereditate vel pro aliqua alia actione. Item quod statuat tempus vt extunc admittatur substitutus: & hoc dicat. 2. Vel dic statuit tempus substituto vsquequo admittatur: quod erit post[b] tempus primum finitum, & ad instantiam sequentis substituti. hoc autem statuitur vt in instituto vel substituto variis ex causis: vt ecce ad instantiam substituti: vt hac. l. 3. Item quia speratur moueri querela inofficiosi testamenti quando certum tempus est statutum: vt. C. de inofficioso testa. l. sancimus. §. fin. 4. Quandoque quia heres institutus dicit se repudiaturum vel abstenturum: quo casu tres mēses statuuntur: vt.C.de iure deliberan.l.fin.§.j. 5. Quādoque quia instant creditores: & tūc statuitur tempus arbitrio iudicis. vt infra de bonis aucto. iud.possid. l. iiij. & de cura. bonis dan.l.j.& supra de hered.instit.l.si quis instituatur. 6. Quandoque quia ipsemet heres petit sine instantia alicuius: vt.s.de iure delibe. l.j.§.j. aliàs si non esset tempus statutum, perpetuo posset adire tam suus quàm extraneus nisi repudiasset, secundum nos: licet P. dixit in extraneo ad annum vsque: vt no.C.eo.l.cum antiquioribus. & facit ad hoc vt[c] vltra tempus statutum non audiatur. C.de inge.ma.l. diffamari. & .C.de accusat.l.si accusatoribus. & qui accusare non possunt. l. iij. & .l.si ea. & . j. de re iudi. l. contumacia.j.respon. de re mili. l. iij. §.si ad diem. & s.ex quib.cau.ma.l.sed & si per prætorem.§.ait prætor.

k ¶ Gerere. cum non sit ei delata: vt in prin.huius.l. quod est opus: vt.s eo.l.is qui.§.j.

l ¶ Ipse potest.i.qui tertio loco scriptus est. sed primus repudiat vel nō adit intra tēpus ei statutum. facit.s.de iure delib.l.si plures.

m ¶ Denegamus.Hodie omnino est heres, nisi repudiet. vt.C.e.l. fi.§.sin autem.& .§.si quis autem temerario.secundum Azo. & H. quę sunt contra. Alij quòd ibi ad instantiam creditorum, hic substituti. ADDITIO. postrema solutio verissima est, quia aduersus morosum interpretamur pro aduersario vt rectè Baldus ait. Cont.

IN plurium.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & de duobus meis consanguineis nihil dixi, & decessi. certè instituti prius possunt habere hereditatē meā, si volunt: vel prius possunt repudiare si volunt, quàm dicti duo mei cōsanguinei possint habere vel repudiare. prius enim debet incipi à scriptis, & postea debet fieri transitus ad eos qui veniunt ab intestato. & idem est si ille qui veniret ab intestato, sit à me institutus. nā non potest adire vel repudiare ab intestato, donec potest adire vel repudiare ex testamento. & quod dixi in hereditate de iure ciuili, habet locum in bonorum possessione de iure prætorio. Sed quid si ille qui succederet mihi ab intestato, fuit à me institutus sub cōditione si nauis ex Asia venerit? non potest certè adire vel repudiare ab intestato donec existat dicta conditio sub qua à me institutus fuit: sed post existentiam dictæ conditionis potest repudiare vtroque modo, id est ex testamento, & ab intestato: & in eo casu creditores hereditarij possidebunt bona hereditaria. Viuian.

n ¶ Incipiatur. circa adeundum vel repudiandum.

o ¶ Legitima. ab intestato: vt.s.pro soc.l.ij.§.de illo. & facit.s.e. l.quamdiu potest.& .C.communia de suc.l.antequam.

p ¶ Vtroque modo. primo ergo vt ex testamento repudiet heres: vt.s.eo.l.nec is.§.fi. ¶ Sed contra.j.e.l.illud. Sol. ibi sciens, hic ignorans. ¶ Item facit.j.de suc.edic.l.j.§.sed videndum.

d Posse nō dicitur, qui facit per beneficiū restitutionis seu per aliud remedium extraordinariū. Card. in Cle. 1. q. de causa possess.

a Tempus vero hic statuatur petente instituto, an vero substituto, aut filio, qui querelam mouere sperat: an potius heredibus vel creditoribus? Dicendū illis omnibus petentibus hic tempus statui.

b Substituto hic tēpus statuitur seu incipit, finito tēpore instituti.

c Adire nemo potest vltra tempus à lege statutum.

delatam, deinde legitimam repudiet. Idem iuris est in bonorum possessione, vt prius scriptus repellat[a] bonorum possessionem,[b] deinde is qui ab intestato petere potest. 1. ¶ Si verò ei ad quem legitima hereditas potest pertinere, conditio data sit:[c] nihil constituere[d] potest de legitima antequam dies conditionis transeat. Et ideo dicendum est & in eo casu,[e] si respondit neutram[f] hereditatem ad se velle pertinere: bona defuncti[g] à creditoribus possidenda sunt.

Seruum alienum ab hostibus redemptum potest quis sibi necessarium heredem facere: sed domino primo æstimatio debetur. Bart.

LXXI. VLPIANVS *libro sexagesimoprimo ad Edictum.*

SI seruum quis alienum ab hostibus redemerit, † & heredem eum cum libertate instituerit: magis puto fore eum liberum & necessariũ heredem.[h] Nam cum scribit ei libertatem, vinculo suo resoluit:[i] & in hoc solum[k] * reddit iure postliminij, vt non iterum seruus eius fiat, cuius erat antequam caperetur, (hoc enim satis impium est) sed vt pristino domino suam æstimationem omnimodo offerat:[l] vel maneat ei obligatus donec pretium soluat. quod libertatis fauore introductum est.

Potest quis pro parte temporis esse necessarius, & pro parte voluntarius. Bartolus.

1. ¶ Si quis hac lege[m] emptus sit, vt intra certum diem manumittatur, & cum libertate heres institutus sit: an ei succurrendũ sit vt se abstineat, videamus. Magísque est, vt donec dies non exciterit, possit ei necessarius heres effici, & non possit sese abstinere. sin autem dies præteritus fuerit, tunc non necessarius, sed voluntarius heres efficitur: & potest se abstinere secundum exemplum eius cui fideicommissaria libertas sub conditione debebatur.[n] 2. ¶ Si quis[o] dederit nummos domino vt manumittatur, puto huic omnimodo esse succurrendum.

Qui amouet aliquid de hereditate antequam abstineat, mala fide, perdit beneficium abstinendi: secus si post abstentionem. hoc dicit vsque ad finem. Bartolus.

3. ¶ Prætor ait: *Si per eũ*[p] *eámve factum erit, quo*[q] *quid*[r] *ex ea hereditate*[s] *amoueretur.*[t] 4. ¶ Si quis suus[u] se dicit retinere hereditatem nolle, aliquid autem ex hereditate amouerit: abstinendi beneficium non habebit. 5. ¶ Non dixit prætor, *Si quid amouerit*[x]: *sed, Si per eum eámve factum erit quo quid ex ea amoueretur.* Siue ergo ipse amouerit, siue amouendum

a ¶ *Repellat.* id est repudiet. Ioan.
b ¶ *Bonorum possessionem.* secundum tabu.
c ¶ *Data sit.* id est sub conditione est institutus, scilicet si Titius fuerit consul.
d ¶ *Constituere.* scilicet adeundo. sed an repudiãdo, statim dicet.
e ¶ *In eo casu.* quando conditio transiit, & extitit conditio. *& sic concor.* ȷ̃. *eo. l. illud.* Accursius.
f ¶ *Neutram.* id est neutro modo: ergo erat sciens.
g ¶ *Bona defuncti.* Sed quo modo potuit ante conditionem: *vt supra eodem. l. is potest. & l. is qui.* §. j. Respon. in[a] manu[b] iudicis: *vt argu. supra de orig. iur. l.* ij. §. *& cum placuisset. & de offic. præsid. l. legatus.* 2. Vel dic quòd extitit conditio: vt modo dixi.

SI seruum quis.] CASVS. Titius seruum Seij ab hostibus captum redemit bona fide: & postea fecit testamentum dictus Titius: & dictum seruum cum libertate instituit sibi heredem. certe erit dictus seruus liber, & dicti Titij heres necessarius. debet tamen dictus seruus nunc liber effectus præstare dicto Seio primo suo domino æstimationem sui ipsius. aut si non præstet, remanet ei obligatus donec soluat ei dictam æstimationem. & ratio est plana in litera. Sed quid si dictus Seius dominus serui vendidit dicto Titio dictum seruum non ab hostibus captum eo pacto vt eũ manumitteret intra mensem dictus Titius: & postea idem Titius instituit ante mensem eundem seruum heredem cum libertate: nunquid potest se seruus abstinere ab hereditate eius? & dicitur quòd sic præterito mense, non autem ante mensem, sicut euenit in eo seruo testatoris cui ipse testator dedit libertatem fideicommissariam sub conditione aliqua, & heres dictũ seruum ante conditionem instituit sibi heredem cum libertate: qui quidem seruus est heredi heres necessarius ante dictam cõditionem existentem, & post conditionem voluntarius. Item quid si seruus Titij dedit eidem Titio nummos, vt idem Titius eum manumitteret: & ipse Titius non manumisit eum, sed instituit eum cum libertate? nunquid erit eidem Titio heres necessarius? & dicitur quòd non, imò succurritur ei vt sit voluntarius. [PRÆTOR AIT.] Dictum est supra eo. l. necessariis. quòd prætor dat abstinendi facultatem heredibus suis & necessariis qui de iure ciuili sunt etiam inuiti heredes. nunc ponit idem prætor quoddam suum edictum ita dicẽs, si per eum eámve heredem factum fuerit vt aliquid amoueretur ex ea hereditate quæ ei delata est, abstinendi beneficium non habebit. dicit postea Vlpianus, Ex quo dixit prætor, si per eũ eámve heredem factũ fuerit vt aliquid amoueretur ex ea hereditate quæ ei delata est, abstinendi beneficium nõ habebit, vt dictum est: ergo siue ipse heres amouerit, siue amouendum per alios curauerit, habebit locum dictum edictum. siue ergo aliquid celauerit, interuerterit, vel consumpserit ex dicta hereditate: amouisse videtur. Item habebit locũ dictum edictum, siue vna res, siue plures amotæ fuerint: & siue res amotæ sint ex ea hereditate, siue ad eam pertineant. non autẽ videtur heres amouisse si rem abstulit non putãs eam esse hereditariam. Item non habet locum dictum edictum si se abstinuit, & postea amouit eam. nam non valebit propter hoc minus abstentio: tenebitur tamen hoc casu creditoribus actione furti. Viuianus.

h ¶ *Necessarium heredẽ.* est enim eius factus seruus: *vt.* ȷ̃. *de cap. l. in bello.* §. *si quis seruum.* ¶ Item hoc si nesciebat alienum: aliàs secus: *vt in. d. l. in bello.* §. *manumittendo. in fi.* §. Accur.
i ¶ *Resoluit.* quod vinculum qualicunque iudicio resoluitur: *vt C. de cap. l. liber.* Accursius.
k ¶ *In hoc solum.* iunge quod est. ȷ̃. sed pristino domino &c. non vt fiat denuo seruus eius. aliter est si sine redemptione redeat: quia domino redditur: *vt C. de capti. l. sicut.* Accursius.
l ¶ *Offerat.* sic *supra de vulgar. substitut. l. si seruus communis.* §. j. *& Insti. de noxali.* §. *si autem. &* ȷ̃. *si liber. ingen. esse di. l. ij. in princip. & C. de patrib. qui fil. distra. l. ij. in princip. &* ȷ̃. *ad Silan. l. domino à familia.* ¶ Et no. quòd duobus videtur teneri: redimenti: *vt.* ȷ̃. *de lega.* j. *l. senatus.* §. *finali.* & domino quondam: vt hic. quod falsum est simul. ¶ Sed dic, si redimo bona fide seruum, nec manumisi: oblato mihi pretio à domino intra trienniũ, soluitur ius pignoris. nec mirum si mihi tenetur: quia &[a] liber redemptus licet liber sit, tamen tenetur vel ad pretium, vel ad operas quinque ann. *C. de cap. l. ab hostibus. & l. fina. & supra de testamen. l. qui testamento.* §. j. post triennium autem offerri mihi redimenti seruum nil potest, nisi mala fide redemerim: *vt infra de cap. l. in bello.* §. *si quis seruum.* si autem manumisi, ius meum videor remittere: & sic ad primũ dominum redire videtur. sed hoc est impium, fauore libertatis: *vt hic, & infra de cap. l. in bello.* §. *manumittendo.*
m ¶ *Si quis hac lege.* i. pacto: *vt.* s̃. *deposi. l. j.* § *si conuenit.* Accur.
n ¶ *Debebatur.* vt. s̃. *de hered. instit. l. iij.* §. *qui fideicommissam & dic vt ibi. & facit. C. de ope. lib. l. mater. &* s̃. *de here. inst. l. pater.*
o ¶ *Si quis.* Quinque modis dic: primo domino futuro:[b] & tunc succurritur vt manumittatur: *vt.* s̃. *de iudi. l. vix.* §. *sed & si.* 2. Vel dic dederit, id[c] est dare voluerit: cum hoc per pactũ conuenerat: *vt.* s̃. *de iud. l. vix. in fi.* & hoc etiam casu succurritur, vt manumittatur. ¶ (Sed quid ad titulũ? Respon. quòd si postea manumittatur, erit voluntarius redimenti si ab eo instituatur.) 3. Vel dic tertio, dederit domino præsenti. ¶ (Sed tunc in quo succurritur? Respqu. vt sit voluntarius post manumissionem sponte factam: & sic consonat cum superiore. §.) 4. Vel dic quòd suadeatur ad manumittendum, non dico cogatur: *vt. C. de lib. cau. l. cum affirmes. & C. de condic. ob cau. l. si liber.* 5. Vel dic quinto vt cogatur manumittere sed hoc non placet: *vt. C. de transac. l. interpositas. & C. de lib. cau. l. post certi.* Accur.
p ¶ *Si per eum.* scilicet heredem.
q ¶ *Quo.* pro vt.
r ¶ *Quid.* id est aliquid.
s ¶ *Ex ea hereditate.* quæ ei defertur.
t ¶ *Amoueretur.* subaudi, abstinendi beneficium non habebit.
u ¶ *Si quis suus.* per hoc apparet quòd per id quod postea dicit abstinendi,[d] loquitur in suo herede: secus in extraneo: *vt.* s̃. *eo. l. si quis ex. in prin.* & est ratio, vt ibi not. Accur.
x ¶ *Amouerit.* scilicet ante: *vt.* ȷ̃. *ea. l.* §. *fin.*

a Renunciari iuri de futuro potest in manu iudicis. vt *hic. facit. l. ij. de curat. bonis dan do.* regulariter secus. *l. si quis sub conditione. infra de leg.* j.
b Idem si renunciet illis quorum interest. Nam renunciatio facta à præsente, præsenti pactum est. *arg. l. tale pactum.* ȷ̃. *de pactis.*
† Redemptum ab hostibus instituere heredem, & liberum facere possumus.
* Scribendum redit, *arg. l. 12.* §. *1.* ȷ̃. *de captiu.* Item illa verba, vt non videntur sic trãsponenda, non vt.
a Liber redemptori tenetur ad pretium vel operas.
b v. *Azonem in summa. C. de operis libertorũ. num. 3.*
c Verba actus pro potentialibus.
d Abstinẽdi suis repudians extranei.

Curauerit.

a ¶ *Curauerit*. etiam si non amouerit vel melius curauerit, scil. ab alio: & secuta fuerit amotio: *vt supra de eo per quem fact. est. l. j. §. j. & infra vi bono. rap. l. iij. §. ij. de iniur. l. non solum. in princip. & an. §. si mandato*. alioquin non puniretur: *vt infra de verbo. signific. l. sæpe. §. fina. & de iniur. l. item apud. §. si curauerit. & supra quod quisque iur. l. j. in fin. & C. de iur. delib. l. si. §. illo*.

b ¶ *Vna res*. habes quòd sub appellatione singularis numeri, & pluralis continetur, & econtra. *sic supra de nego. gest. l. iij. §. j. & infra vi bono. rap. l. ij. §. quod ait prætor. & infra de iniur. l. item apud §. si quis bona. & supra de testamen. tute. l. si quis ita. §. j.* Accursius.

c ¶ *Pertineant*. i. ad eius periculum, vt cõmodatæ, pignoratæ: *vt s. de peti. hered. l. non tantum. §. j.*

d ¶ *Nõ videri*. quod malo animo non fit, nullam pœnam meretur. *sic infra de fur. l. falsus. § si iactum. & l. si quis vxori. §. si quis de naui. & l. quiuis. §. ij. & supra de in rem verso. l. iij. §. non tantum. & infra de iu. fisc. l. ij. §. fin. & l. senatus. in princip. & s. de ser. corrup. l. doli. & supra eod. l. pro herede. §. seruos*. ¶ Sed arg. contra *infra de iniu. l. eum qui. §. si iniuria. & supra de legi. & senatusconsul. l. j.* ADDITIO. Dic quòd est speciale hic in aditione hereditatis, quę cõsistit in solo animo: *vt dicta l. pro herede. §. j.* 2. Vel dic quòd in. l. eum qui. animus erat delinquendi: & ideo punitur si alium ostendit quàm crediderit. Hîc verò non erat animus delinquendi. *Ad. l. j. supra de leg.* dic quòd posito quòd illa ignorantia debet puniri: hic tamen non debet puniri tanta pœna vt perdat beneficium abstinendi, secundum Bartol. hîc.

Singularis appellatione pluralis continetur, & e contra.

Animus enim in delictis quã spectatur.

Pœnam non meretur, quod malo animo non fit.

curauerit, [a] edictum locum habebit. 6. ¶ Amouisse cum accipimus, qui quid celauerit, aut interuerterit, aut consumpserit. 7. ¶ Ait prætor: *Quo quid ex ea amoueretur*. Siue autem vna [b] res, siue plures fuerint amotæ, edicto locus est: siue ex ea hereditate sint, siue ad eam hereditatem pertineant. [c]

8. ¶ Amouere non videtur, qui non callido animo † nec maligno rem reposuit: ne is quidem qui in re errauit, dum putat non esse hereditariam. Si igitur non animo amouendi, nec vt hereditati damnum det, rem abstulit, sed dum putat non esse hereditariam: dicendum est eum amouisse non videri. [d]

9. ¶ Hæc verba [e] edicti ad eũ pertinent, qui ante quid amouit, deinde [f] se abstinet. [g] Cæterum si ante se abstinuit, deinde tunc amouit: hic videmus an edicto locus sit. Magisque est vt putem istic Sabini sententiam admittendam, scilicet vt furti potius actione creditoribus [h] teneatur. Etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto [i] obligatur.

Finita causa dilationis, finitur dilatio. Bartolus.

LXXII. PAVLVS *libro primo ad Plautium.*

Si quis heres ita scriptus fuerit, vt intra certum tempus adeat hereditatem: & si non ita adierit, alius ei substituatur: prior autem heres antequam adiret, decesserit: nemo dubitat quin [l] substitutus vltimum diem aditionis expectare non soleat.

Quod quis facit vt filius, non vt heres, non inducit immixtionem. Bartolus.

LXXIII. IDEM *libro septimo ad Plautium.*

Si quis non quasi heres, sed quasi patroni filius [m] egens [n] à liberto paterno [o] ali velit: proculdubio hoc extra causam est immiscendi se bonis paternis & ita rectè Labeo scribit.

Conditio dandi impletur si datur plus: secus si minus. Bartolus.

LXXIIII. IDEM *libro duodecimo ad Plautium.*

Qui putat se decem dare iussum, cum quinque iussus sit: si decem dederit, fiet heres [p] adeundo. 1. ¶ At si quinque putet se iussum dare, cum decem dare iussus est, & dat quinque, non implet conditionem: [q] sed ad aliquid proficit, vt si adimpleuerit reliquũ, aliorum quinque datione videatur conditio esse impleta.

Liber putans se seruum, iussu alterius adeundo non obligatur: secus si sua sponte. Bartolus.

e ¶ *Hæc verba*. quæ sunt. s. eo. §. prætor. *Accursius.*

f ¶ *Deinde*. i. postea.

g ¶ *Abstinet*. i. abstinere vult, & abstinet de facto. nam de iure non potest. *vt. s. e. §. prætor*. nisi esset minor, per in integ. resti: *vt. s. eo. l. necessariis. §. sed tamen. & l. si minor.*

Verbũ actur pro potentiali.

h ¶ *Creditoribus*, quibus fuerũt traditæ, vel speciali pactione obligatæ: *vt. j. de fur. l. si is. in princip. & l. inter. §. hæc actio*. Vel erant missi in possessionem vacantium: aliàs non: *vt supra de præscrip. verb. l. si rem. §. fin.* Non autem heredi datur actio furti cum iacet hereditas: *vt infra eo. tit. l. hereditariæ. & infra si quis testa. lib. esse iussus. l. j. §. Scæuola.*

Furti actio non datur hæredi, iacente hęreditate.

i ¶ *Delicto*. sc. amouendo. *Accursius.*

k *Obligetur*. scil. hereditati. certè nullo modo: Imò nec aditione: *vt. C. de repu. hered. l. sicut*. nisi in casu: *vt in eo. titu. l. fina.* ¶ Item not. hîc quòd non tollit indultum beneficium, quod impedit indulgendum. *sic. s. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre*. i. amotio non tollit beneficium abstinendi iam habitum. est enim beneficium prætoris contra ius ciuile datum suis & necessariis vt abstinere possint: *vt. s. eo. l. necessariis.* ¶ Item hoc nisi veniat alia via: *vt. j. de suc. edict. l. j. §. sed videndum.*

Beneficiũ indultum non tollit, quod impedit indulgendum.

SI quis heres.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium ita vt intra diẽ Paschæ adeat hæreditatẽ: & si nõ ita adiret, substitui ei Seiũ, & decessi. & postea Titius decessit per octo dies pone ante Pascha & antequã adiret. certè non debet Seius substitutus expectare Pascha vt adire possit: imò statim adire potest. *Viuianus.*

l ¶ *Quin*. i. quòd. & facit *Institu. de bono. possess. §. penul. & Cod. qui ad bono. posses. l. fin. & infra de verbor. obliga. l. hoc iure. & l. cum stipulatus. & C. eo. l. cretionum.* ¶ Sed arg. contra infra *de ver. obli. l. in illa stipulatione. & l. insulam. & s. si quis cau. l. si eum. §. j.* ¶ Item contra *infra de condi. & demon. l. iij. in fi.* Sed ibi est verbum tunc: hic non. imò & si esset hic, non ideo suspẽderet ex quo cessaret primus: *vt. s. de hered. Institu. l. hereditas ex die*. at ibi est legatum quod ex die dari potest. ADDITIO. Vera solutio, quia stipulationes & legata tunc simul diem & conditionem habere intelliguntur, at hereditas non potest intelligi ex die relicta. *Contius.*

SI quis non.] CASVS. Titius habens filiũ & liberum decessit: postea filius non extitit ei heres: sed pauper existẽs quasi filius patroni petebat alimenta à dicto liberto. nunquid videtur propter hoc immiscere se bonis paternis? Et dicitur quòd non. *Viuia.*

m ¶ *Filius*. sci. patroni mortui. *Accur.*

n ¶ *Egens*. aliàs secus: *vt. s. de lib. agnoscen. l. si quis à liberis. §. alimenta. & §. de alimentis.*

o ¶ *Paterno*. No. libertum paternum, nostrũ libertum dicimus, non econtra: *vt. j. de verb. sig. l. licet. §. paternos. & facit ad. l. s. eo. l. pro herede. §. seruos. & §. si quid.* ¶ Item not. de quasi & tanquam: *sic. j. ad Trebel. l. mulier. §. si 1. & no. s. de adoptio. l. si pater. §. qui duos.*

Paternos libertos, nostros libertos etiam appellamus.

Quasi, & Tanquam participatiuã significatio.

QVi putat.] CASVS. Institui mihi heredem Titium sub cõditione si daret Seio quinque & decessi. Titius putans se iussum dare decem, dedit decem Seio. & certè adeundo postea efficitur heres. secus tamen esset econtra: puta si iussi eum dare decem, & ipse putans se iussum dare quinque, dedit. v. nam hoc casu nõ implet cõditionẽ. si tamẽ dederit dicto Seio alia quinq;, erit impleta cõditio, & adire poterit [QVI BONA.] Titius putans se nõ esse liberũ, sed meũ seruum, seruiebat mihi bona fide tãquã meus seruus: & ita seruiens fuit heres institutus à Seio: & iussu meo adiuit postea apparuit eum liberũ esse. nunquid creditores dicti Seij poterunt eum conuenire? Et dicitur quòd non. non enim est obligatus propter dictam aditionẽ. Et idem est in hoc alio casu. Gaius dedit libertatem Sticho seruo suo sub conditione si nauis ex Asia venerit: & instituit sibi heredem Semproniũ, & decessit. postea pendẽte dicta cõditione libertatis Seius instituit sibi heredem dictum Stichum: & dictus Sempronius heres Gaij iussit dictum Stichum adire dictã hereditatem Seij: & postea extitit dicta conditio ignorante dicto Sticho. & sic ignorans dictus Stichus fuit factus liber, & postea adiuit ex dicto iussu heredit. nam nõ obligatur hereditati dictus Stichus. secus autem si dictus Stichus non errabat in libertate sua tempore quo adiuit: sed dubitabat: quia tunc adeũdo bene esset heres. *Viuianus.*

p ¶ *Fiet heres*. quia pars est in toto: *vt. j. de verb. obliga. l. j. §. si stipulãti. & s. de pac. l. si vnus. §. si cum & . j. de excep. rei iud. l. si quis cum. in princ.* Hug.

Pars in toto suo est.

q ¶ *Non implet conditionem*. etiam pro parte quantum ad hoc vt pro parte sit heres: *vt. j. de condi. & demon. l. cui fundus. in prin. & supra de condic. inde. l. si non sortem. §. penul. & s. de condi. Instit. si quis hereditatem.* ¶ Sed cõtra infra. *d. l. cui fundus. §. j.* Sed aliud est cum est implenda conditio à pluribus: vt ibi dicit. ¶ Itẽ cõtra *supra eo. l. si quis extraneus. §. sciendum.* Sed imò alius est omnino casus: quia qualitatem, hic quantitatem conditionis ignorat. ¶ Itẽ

non obstat. j. *de condi. & demon. l. ij. in fi.* quia ibi non fato, sed implere volens.

a ¶ *Seruit.* liber homo.

b ¶ *Non obligabitur.* etiam si sui contemplatione est institutus: quia non libera voluntate adiit: *vt supra eod. l. qui in aliena. §. Celsus.* Et adde quod nota. *infra de acquiren. rerum domi. l. liber homo. & l. homo liber. & facit supra de hered. institut. l. liber homo.* ¶ Sed contra j. eo. §. de eo.

c ¶ *Ab aliquo.* non à domino.

d ¶ *Conditionem.* sub qua dominus ei reliquit libertatem.

e ¶ *Vel hereditatem.* scilicet domini. ¶ Et dic quòd etiam si purè sit relicta, ei non competit nisi ab adita hereditate: *vt. C. de caduc. tollend. §. in nouissimo.* ¶ Item contra *supra ead. l. §. qui bona fide.* Sed supra benè putabat se non esse liberum: & sic errabat. hic dubitabat [a] *Azo. sic supra eod. l. si quis extraneus. § sciendum. & l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit.* 2. Vel dic vt no. *supra eodem l. qui in aliena. §. j. & infra. l.* [b] *proxi.* ¶ Item est ad istam. j. *de condit. & demonstra. l. multum. & j. eo. l. sed si de sua. in prin.* Hug.

f ¶ *Heredem.* si vult sibi acquirere: secus si iubenti &c.

[a] Friuola respõsio, & quæ reiicitur ab omnibus, quia idem est in dubitante, & errante. *l. multũ. j. de condit. & demonst.*

[b] Vel dic, hic adiuit sponte: ibi necessitate seruili: quia iussus.

2. ¶ Qui bona fide seruit, [a] si quasi iussu domini adierit, non obligabitur [b]. 3. ¶ Similis est huic statuliber, qui iussus ab herede adire hereditatem, post conditionem libertatis existenté, cum hoc ignoraret, adiit. 4. ¶ De eo qui heres institutus ab aliquo, [c] dubitat an libertas ei ex testamento domini obtigerit, cum nesciat conditionem [d] libertatis extitisse, vel hereditatem [e] aditam: an adeundo heres fiat, videndum. Iulianus hunc diceret fieri heredem. [f]

Qui adiuit ex parte minori cum deferretur hereditas: pro maiori obligabitur, si eius erat propositi. Bartolus.

LXXV. MARCELLUS *lib. 9. Digestorum.*

EX semisse Titius heres scriptus est. quadrantis bonorum possessionem [g] per errorem petit. quæro an nihil actum sit: an verò perinde omnia seruanda sint, ac si quadrans nominatus non sit. [h] Respondit magis nihil actum esse: quemadmodũ cum ex semisse scriptus heres, ex quadrante per errorem adiit [i] hereditatem.

Quocunque iure aditur portio alia quæ potest acquiri, sine noua aditione acquiritur. Item qui ex institutione repudiat partem, potest in alia parte ex substitutione succedere, & repudiatam iure accrescendi habebit. Bartolus.

LXXVI. IAVOLENVS *lib. 4. Epistularum.*

SI tu ex parte [k] sexta sub conditione [l] institus fuisses heres, & omittente [m] partem suam Titio, cui substitutus eras, ex substitutione adisses, deinde cõditio iure sextãtis extitisset: quæro, an adire necesse [n] habueris, ne sextans tuus intereat. [o] Respõdit, nihil interest vtrũ ex substitutione prius adierit, [p] an ex prima institutione: cum ab vtraque [q] causa vna aditio sufficiat. [r] Sextãs itaq; qui sub conditionẽ datus mihi [s] est, ad me solũ [t] pertinet. 1. ¶ Itẽ si sub sextãtis ex quo institutus [u] esses heres, omiseris [x] aditionẽ: nunquid dubitas, quin ex substitutione adeundo. [y] Titianæ partis, † habiturus partẽ [z]

EX semisse] CASVS. Seius instituit sibi heredem Titium in sex vnciis, & decessit. Titius autem credẽs se institutum tantum in tribus vnciis adiuit, vel bonorum possessionem petiit pro tribus vnciis tantùm. nunquid valet quod egit? Et dicitur quòd non.

g ¶ *Bonorum possessionem.* secundum tabu.

h ¶ *Non sit.* in petenda vel danda bonorum possessione.

i ¶ *Adiit hereditatem.* de iure ciuili: vt differat à primo: sed videtur in totum: *vt supra eod. l. si ex asse. contra.* Solu. ibi sciuit se insolidum institutum. ¶ Item contra. j. *eo. l. si quis mihi bona. §. quòd si ex parte.* Sed ibi [c] in iubente fuit error, sed adiens erat certus, cuius scientia præualet: *vt. l. cum quidam. §. fi.* ¶ Item contrà. j. *eo. l. si quis extraneus. § sciendum. & j. si pars heredi. peta. l. illud.* Solu. hic error, ibi dubitatio: [d] *vt. j. l. proxi. in fin.* 2. Vel melius in omnibus distingue, an erat eius propositi, vt si sciret maiorem partẽ, adiret: 3. Vel non erat eius propositi. *arg. j. de mili. testa. l. qui iure.* quod est verisimile vbi erat maior: non tamen certum: quia potest esse alia pars grauata. 4. Alij ad omnes dicũt quòd hic insolidum est heres & quod dicit, nihil, s. vt sit pro parte. sed tũc non est differentia inter scientem & errantem. Respon. sic ita: vel etiam est, quia errans poterit vtramque dimittere quando sciet de alia: quod sciens non poterit: *vt. j. eo. l. si duo. & l. cum hereditate.* quod non placet: quia & hic quæsierat an insolidum esset heres: & tamen dicit nihil. 5. Alij distingunt, [e] an vna est institutio: & adiens pro parte sciens vel ignorans erit insolidum: vt in contrariis casibus omnibus: an vero plures institutiones, & adiens ex vna distinguitur sit sciens vel ignorans: verum ad hoc, vt sit vel nõ sit heres ex alia: *vt hic.* ADDITIO. Vera solutio est errorem hic interuenisse illic ignorantiam quid autem inter hæc intersit nemini non patet. *Contius.*

[c] Rectè. Perperã autem à Bart. & co. hęc solutio reprehenditur. *Contius.*

[d] Differunt & quo modo. *vide per Glo. in rub. j. de iur. & fact. igno. & plenè per Bal. in. l. fi. de condi. inde.*

[e] Hæc distinctio nõ procedit. *per. l. quidã singu. C. eodem. secundum. Lal.*

SI tu ex parte.] CASVS. Titius instituit me heredem in duabus vnciis hereditatis suæ sub conditione, & Seium in decem vnciis instituit. Item substituit me eidẽ Seio, & decessit. postea pendente conditione meæ partis Seius omisit suam partem, & ego adiui partem suam ex substitutione. & postea extitit conditio dictæ meæ institutionis. nunquid habeo necesse adire pro mea parte? Et dicitur quòd non: imò pertinet ad me dicta pars in qua fui institutus, etiam sine aditione. sufficit enim quòd adiui ex substitutione. Item quid si ego expressè dixi me nolle habere ex institutione dictam meam partem? certè non habeo eam tanquam ex aditione, & hoc dicit. credo tamen quòd accrescet mihi pars repudiata à me. Sed pone quòd dictus Titius meus consanguineus instituit me solum heredem: cuius quidem hereditatem haberem ab intestato, si me non instituisset: nunquid possum simul repudiare ex testamento & ab intestato? Et videtur quòd non: quia antequam repudiauerim ex testamento, non pertinet ad me ab intestato: & ita non possum repudiare ab intestato, cum ad me adhuc non pertineat. Dicitur tamen hic quòd possum simul vtramque repudiare. & eo casu intelligor prius repudiare ex testamento, & postea statim eodem momento intelligor repudiare ab intestato: sicuti videor antè repudiare ex testamento, & postea ab intestato acquirere eo casu quãdo volo ab intestato adire hereditatem dicti Titij mei consanguinei, & repudiare ex testamento. & hoc est verum si scio ex testamento mihi competere: quia si ignorarem me institutum à dicto Titio, non possem repudiare ex testamento: vt supra eo. l. nec is. §. heres. & hoc dicunt istæ duæ leges. *Vrsianus.*

k ¶ *Si tu ex parte.* In primo casu fuerũt duo instituti: Seius sub cõditione in duabus vnciis, & Titius purè in decem. Item Seius Titio substitutus. In secundo fuerunt tres instituti: Seius in duabus vnciis: Titius in quinque: & Gaius in quinque: & Seius Titio substitutus.

† sic dispunximus post verba Titianæ partis cum antea perperam dispungeretur post verbum adeundo. *Cont.*

l ¶ *Sub conditione.* quæ adhuc pendet.

m ¶ *Omittente.* i. repudiante.

n ¶ *An adire necesse.* iterum pro sextante.

o ¶ *Intereat.* si eam non adeas.

p ¶ *Adierit.* de secunda persona transit ad tertiam: & infra de eodem loquitur in prima. & sic est variatio personarum. *sic. C. de in ius voc. l. fin.*

q ¶ *Cum ab vtraque.* i. propter: 2. Vel subaudi præcedens. Azo.

r ¶ *Sufficiat.* conditione prius existente: ante verò ad eam quæ iam est delata. Nec dicas quòd propter aditionem primam habeat sequentem partem non aditam: sed accrescẽdi iure, cum non erat tunc delata & facit. j. *eo. l. si solus. in fi.*

s ¶ *Mihi.* i. tibi.

t ¶ *Ad me solum.* id est ad te solum: etiam si alij quàm Titius & Seius essent heredes. Sed quidam dicunt quòd hic fuerunt tres instituti: scilicet Mæuius cum Seio & Titio. & propriè hæc verba poni debent. & quod dicit, ad me solum, scilicet Seio repudiante. nec enim Titio accrescet, cum & ipse suam portionem repudiauit: quod non placet. sed infra proxim. respond. erit ille casus.

u ¶ *Institutus.* & alij duo quilibet in quinque: & tu vni ex his, puta Titio substitutus.

x ¶ *Omiseris.* i. repudiaueris.

y ¶ *Adeundo.* i. si adieris.

z ¶ *Partem.* Quidam dicunt quod & hic duo sunt instituti tantũ: & dicunt partem partis Titianæ, id est partem Titianam, id est in qua fuit institutus Titius. quod non placet: *vt infra de dam. infect. l. plures.* 2. Vel dic retento eodem casu partẽ Titij, id est sextantem totum: qui fuit factus pars Titianæ partis te repudiante. 3. Tu dic quòd tres eramus instituti, & sic sextantẽ amisisti, & accreuit mihi Gaio & Titio: cui Titio eras substitutus: & partẽ sextantis quæ venit ad Titiũ, habebis iure substitutionis. nam in accipiendo partẽ ex qua Titius fuit institutus, inuenies in ea medietatem sextantis. ¶ At si tantũ duo essent instituti: non partẽ sextãtis, sed

tis sed totum habebis cum parte Titij: *vt. 3. e. l. ij & 3. de here. instit. l. si quis ita scripserit.*
a ¶ *Esses.* i. vnam vnciam quæ ex tuo sextante Titio accreuerat.
b ¶ *Adeundo.* s. partem Titij cui fueras substitutus.
c ¶ *Possim.* & hic de secunda persona transit ad primam.
d ¶ *In potestate mea.* s. re integra.
e ¶ *Amittere.* id est repudiare. sic ergo possum repudiare sextantem, & adire dextantem, & econtra. sed in parte adita obueniet mihi pars repudiata iure accrescendi. & sic responsum est quæstioni, & non est contra *infra eodem. l. si solus. & supra eodem. l. secunda. & C. eodem. l. quidam.* quibus dicitur non posse vnam repudiari, & aliam amplecti. præterea in legibus illis omnes partes deferebantur iure institutionis: hic altera iure substitutionis vulgaris. sed tamen est idem quo ad effectum, vt dixi. si autem iure substitutionis pupillaris pars defertur, dic *vt supra eodem. l. quæsitum. & C. eo. l. quidam not. indistincte.*

esses? [a] Respondit: Non dubito quin si prima institutione adeūdo [b] heres esse possim: [c] in potestate [d] mea sit, quam partem hereditatis aut amittere [e] * velim, aut vindicare.

Qui vult consequens, vult & antecedens. hoc dicit. Vel sic: Ad positionem consequentis sequitur positio antecedentis. Bartolus.

LXXVII. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

ILlud dubitari potest, an si cū testamēto heres institutus essem ab eo qui etiam si intestatus decessisset, legitima hereditas eius ad me pertineret: an simul vtramque [f] hereditatem repudiare possim. * quoniam antequam ex testamento hereditatē repudiarim, legitima nondum ad me pertinet. verùm eodem momento intellegor & ex testamento [g] & legitimam repudiare: sicuti † si legitimam velim ad me pertinere, cum sciam [h] testamento mihi relictam: videbor ante repudiare testamentum, [i] & ita legitimam adquisisse. [k]

Vsus rerum communium aditionem hereditatis socij non inducit, nisi quis vltra fecerit quàm ex necessitate communionis facere tenetur. Bartolus.

LXXVIII. IDEM *lib. 35. ad Quintum Mucium.*

f ILlud. Vtramque. i. testamentariam, & legitimam, id est hereditatem ex vtraque causa. H.
g ¶ *Ex testamento.* duo enim actus interuenire videntur. *Azo.* sic *supra de donatio. inter virum & vxorem. l. ij. §. sciendum.* Accursius.
h ¶ *Cum sciam.* aliud si ignorem: *vt supra eodem. l. necis. in princip. & §. j. & l. si is ad quem. & ibi not.* ¶ Itē videtur contra huic. *l. j. & ij. dicto. 3. eo. l. in plurium.* Sed ibi ignorans: hic sciens: vt ibi not. Item facit. *C. de vnpu. & aliis substi. l. tertia.*
i ¶ *Testamentum.* i. testamentariam.
k *Adquisisse.* nam quandoque quæritur & repudiatur. sic. *j. de noua. l. Stichum. §. ij.* ¶ Sed quo modo eodem momento, cum non ex eodem modo deferantur: *vt. 3. eod. l. quandiu.* Respond. fingitur [b] prius fieri, quod primò est faciendum: quod facilè fieri potest, cum in animo tantùm consistat vtrumque: *vt Insti. de here. quali. & diffe §. fina.* ¶ Item arg. contra infra *de iniur. l. item apud. §. si quis verberato.* ADDITIO. Dic quòd illæ causæ se compatiūtur: *vt. l. nunquam. de priua. delict.* illa non: *vt. l. quandiu. supra eo.* secundum *Dy. & Bar.*

DVo fratres.] CASVS. Titius & Seius fratres habebant bona eorum communia, quę pater eorum eis reliquerat. Titius autem prædictus decessit sine filiis ab intestato: Seius autem frater eius rebus communibus vsus fuit, cum sciret eum mortuum. nunquid videtur propter hoc se obligasse hereditati fratris? & dicitur quòd nō, nisi eo animo fecit, quòd vellet heres esse: & videtur habere animum vt sit heres, si in aliqua re communi interponeret dominationem suam vltra quàm ipse in ea parte haberet.
l ¶ *Ne qua.* i. ne in aliqua re communi.
m ¶ *Interponeret.* aliàs adire videtur. & facit supra *eod. l. pro herede. §. j.* ¶ Argum. contra supra *pro socio. l. meritò.* ADDITIO. Dic quòd illa concordat: vt in iis quæ possunt fieri insolidum iure communionis, sic facta esse intelligantur. aliàs secus secundum Bartolum.

PLacet.] CASVS. Filius meus seruus fuit heres institutus à Titio: & meo iussu adiuit. certè statim mihi acquiritur hereditas, ita quòd nullo momento permanet apud filium vel seruum.
n ¶ *Quid aliud.* nimis largè loquitur. est ergo contra. *3. de conff.* Infort.

a Hæc portio potest cōpetere vbi duo tātum essent hæredes secus si essent plures.
* omittere.
* possim quod magis est.
† Repudiare testamentariā hereditatem videtur, qui ab intestato vult succedere.
b Fingitur prius fieri, quod primo ac facile fieri potest vt hic. sic qui repudiat ex testamento. Prius repudiare videtur, quàm ab intestato. Quoties enī fit aliquid, eo ordine tactū præsumimus, quo fieri debet.

dic. inde. l. si id quod dominus. Solu. ibi in naturali obligatione, hic in ciuili acquisitione: vt [a] ibi not. ¶ Item contra. *j. de solu. l. qui hominem. §. quidam.* vbi filius est heres, & sic confunditur obligatio fideiussorum. Sol. ibi pater directò tenebatur: quia iussu eius contractum fuerat, vel in rem eius versum: vnde fit cōfusio. 2. Vel illa loquitur secundum iura noua, secundum quæ filij habent aduentitia: vel in peculio castrensi. 3. Sed & aliter: [b] vt ibi not. ¶ Item contra *infra de lega. j. l. cum filio.* Solu. ibi. [c] ¶ Item contra *infra de condit. & demon. l. qui heredi.* Solu. ibi vt scripto, non [d] vt heredi. ¶ Item contra. *Cod. de vsufruct. l. fina. §. fin.* vbi patre capite minuto remanet filio vsusfructus. Solu. ibi speciale, quia à persona discedere non potest: *vt supra familiæ erciscundæ. l. si seruus.* 2. Vel ibi pater erat mortuus naturaliter, vel ciuiliter: vnde dicitur redire in filium, non autem quòd hactenus fuerit filij. *& facit infra de verborum significa. l. cepisse quis.*

DVo fratres fuerant: bona cōmunia habuerant. eorū alter intestato mortuus suū heredem non reliquerat. frater qui supererat, nolebat ei heres esse. consulebat, num ob eam rem, quòd communibus, cum sciret eum mortuū esse, vsus esset, hereditati se alligasset. Respondit, nisi eo consilio vsus esset, quòd vellet se heredem esse: non adstringi. itaque cauere debet, ne qua [l] in re plus sua parte dominationem interponeret. [m]

Quæ nobis acquiruntur per eos qui sunt in potestate nostra, momento non resident penes eos. Bartolus.

LXXIX. VLPIANVS *lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.*

PLacet, quotiens adquiritur per aliquem hereditas, vel quid aliud [n] ei cuius quis in potestate est, confestim † adquiri ei cuius est in potestate: neque momento aliquo subsistere in persona eius per quem adquiritur: & sic adquiri ei cui adquiritur.

In iis quæ acquirere potest quis per se, aditione partis totum quærit: secus in iis quæ quis potest quærere per alium. Bartolus.

LXXX. PAVLVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI solus heres ex pluribus partibus fuero institutus: vnam

SI solus.] CASVS. Titius instituit me heredem in iiij. vnciis hereditatis suæ, & postea instituit me in aliis iiij. & postea in aliis. iiij. & decessit. ego autem volo vnam partem repudiare, & aliam habere. certè non possum hoc facere. & idem est si habeam substitutum in aliqua vel aliquibus dictarum partium. sed & si instituit Seium in tribus vnciis, & Gaium in tribus & Mæuium in tribus vnciis, idem erit, scilicet si adiuero vnam partem, acquiram omnes alias, si tamen sint aliæ mihi delatæ: vt quia sunt mihi datæ purè, vel in diem, vel sub conditione & extitit conditio, vel venit dies.

[ITEM SI SERVVS.] Titius instituit sibi heredem seruum meum in tribus vnciis hereditatis suæ purè, & in aliis tribus sub condit. & Seium instituit in sex vnciis: & postea decessit dictus Titius, & postea dictus meus seruus adiuit iussu meo quo ad tres vncias sibi purè datas à Titio prædicto. & postea eum manumisi. & postea extitit conditio aliarum prædictarum trium vnciarum ei sub conditione relictarum. certè primæ tres vnciæ acquiruntur mihi, & secundæ tres vnciæ acquiruntur dicto meo seruo. & est ratio quare non mihi, sed ei acquiruntur dictæ tres vnciæ conditionales: quia omnia paria permanere debent in id tempus quo conditionalis portionis conditio extet, vt acquiratur mihi domino cui prior portio acquisita est. in nostro autem casu non permanserunt mihi domino cui acquisita est portio, paria, id est in eodem statu, eo quòd seruum manumisi. igitur mihi domino non acquiritur portio conditionaliter dicto seruo meo data. Sed quid si dictus meus seruus erat adhuc in mea potestate tempore dictæ conditionis existentis? nunquid acquiritur mihi dicta portio conditionalis sine alia aditione serui facta iussu meo? Et videtur quòd sic. quia hoc euenit in libero instituto partim purè, & partim sub conditione: qui quidem si adeat ex pura parte, & postea veniat conditio partis: acquiritur ei conditionalis sine noua aditione: vt hac eadem leg. §. idem puto. sed in hoc casu non est ita, imò adire debet iterum seruus iussu meo ad hoc vt mihi acquirat partem conditionalem factam puram per conditionis existentiam. & sic est differentia vtrum liber instituatur in diuersis partibus purè & sub conditione: an seruus alienus. *Viuianus.*

a Idem notatur in *l. frater à fratre 3. de condic. indeb.* probat Baldus.
b Et melius.
c Ibi filius est hæres patri quo ad commoditatem.
d Imo ibi loquitur in conditione quæ in factum cōsistit, hic in iuris adquisitione secūdum Dynum & Baldum.
† Eodem momento quo filius adquirit hereditatē, per filiū patri ea hæreditas adquiritur pleno iure. Prior illa adquisitio trāsiēs, posterior permanēs appellatur hic à Bald.

a ¶*Nec interest.* videbatur contra vbi habeo substitutum: quia tunc pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere nõ potest: sed altero casu potest: quod est contra ius: *vt. j. de regu. iur. l. ius nostrum.*

b ¶*Delatæ sint.* ante non: *vt infra de secun. tabu. l. ij. §. pro qua. & l. prima. §. scientiam. & supra eodem. l. is qui heres. & l. nec is. §. final.* licèt videatur contra *supra de heredi. institut. l. liber homo. §. finali.*[a] ¶Item videtur contra *supra eodem. l. si tu. §. finali. in fine.* Solutio ibi. ¶Item contra *supra eodem. l. cum hereditate.* Sed dic vt ibi.

† mixtis.
a Dic ibi hereditatem deferri mihi per alium ex noua dispositione, scilicet quia heredi primo successit, secundum Bar.
* omnes.

¶Item est sic *supra eodem. l. prima & secunda. & l. si ex asse. & Codic. eodem. l. quidam.*

c ¶*Coherede.* aliàs non expectaretur conditio: *vt supra eod. l. cum heres. §. j.* Accursius.

d ¶*Alterius.* in qua fuerat sub conditione institutus. Accursius.

e ¶*Ipsum comitari.* cõtra videbatur. ex aditione enim vnius partis quam fecerat iussu meo, videbatur & tũc alia pars mihi acquisita adueniente conditione.

f ¶*Paria.* in suo statu. *Accursius.*

g ¶*Ei.* scilic. domino. Accursius.

h ¶*Adquisita est.* quod hîc non fuit: vnde alteri vna, alij altera pars defertur: nec obstat *supra eodem, si quis heres. §. primo.* vt ibi notatur.

partem omittere non possum. Nec interest,[a] in quibusdam habeam substitutum, nécne.

1. ¶Idem puto etiam si aliis mixtis † heredibus, ex pluribus partibus heres institutus sim: quòd & hic adeundo vnam portionem, omnem* adquiro: si tamen delatæ sint.[b]

Si plures portiones eiusdem hereditatis deferantur mihi per alium in potestate mea constitutum, vna purè, altera sub conditione: adeundo ex pura iussu meo, illa tantùm mihi acquiritur: in conditionali verò expectatur conditionis euentus. Et si tunc reperitur sui iuris, potest eam acquirere sibi. si autem in mea potestate, acquiret, mihi interueniente noua aditione. h. d.

2. ¶Item si seruus meus ex parte heres institutus sit purè ex parte sub conditione, dato scilicet coherede,[c] & iussu meo adierit: deinde eo manumisso, conditio alterius[d] portionis extiterit: verius est non mihi esse adquisitam illam portionem, sed ipsum comitari.[e] Omnia enim paria[f] permanere debent in id tempus, quo alterius portionis conditio exter, vt adquiraiur ei[g] cui porior prtio adquisita est[h].

3. ¶Ego quidem puto, & si adhuc in potestate sit, iterum adeundum esse si conditio extiterit: & illud quod dicimus, semel adeundum, in eiusdem[i] persona locum habet, non cum per alium[k] adquirenda est hereditas.

Ius substitutionis non transmittitur ad heredes. Bartolus.

LXXXI. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

TOtiens videtur heres institutus etiam in causa substitutionis adisse,[l] quotiens † adquirere sibi possit.[m] Nam si mortuus esset,[n] ad heredem non transferret substitutionem.[o]

Cum seruus non capacis in totum vel in partem instituitur contemplatione sui: secundum tempus aditæ hereditatis inspicitur. Bartolus.

LXXXII. TERENTIVS CLEMENS *libro sextodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI seruus eius † qui capere non potest, heres instituatur, & anquam iussu domini adeat hereditatem, manumissus alienatúsve sit, & nihil in fraudem

i ¶*In eiusdẽ persona.* Dic quòd siue sim institutus in asse, siue simul, siue in pluribus vicibus, siue ex parte aliqua: adeundo[b] etiam modicum, videor adire in totum in quo sum institutus: & statim insolidum sum heres: *vt supra eod. l. si ex asse. & l. si ego.* ¶Item si in parte purè, & in parte sub conditione, & in diem, & nullus datus coheres, nec substitutus in defectum conditionis: & tunc idẽ: *vt. s. eo. l. cum heres. §. j.* & his duobus casibus habet locũ hæc regula: vt vna[c] aditio sufficiat. si autem habeo in conditionali parte substitutum, vel habeo coheredem in aliqua parte, tũc secus, quia tunc est in pendenti pars illa, vt in ea nunc non possit fieri heres: *vt. s. de heredi. institu. l. liber homo. §. si ita. & s. eo. l. cum heres. §. j.* 2. Alij contra: vt no. *s. eo. l. qui ex duabus. in princip.* Item habet locum hæc regula in casu sequentis legis.

b Aditio rei modicæ trahitur ad omnẽ portionem & integram institutionem.

c Aditio vnica sufficit ei qui sæpius institutus est.

k ¶*Non cum per alium.* puta filium vel seruum: secus si per eum cui succedo vt heres: *vt. s. de heredi. instit. l. liber homo. §. fin.* ¶Sic ergo no. quòd refert[d] sim heres per me, vel per alium: *vt hic.* sic & aliàs: *vt. s. de vulga. substit. l. qui liberis. §. fi. & aliàs. j. de ope. lib. l. cum patronus. §. j.* Item potest hic esse ratio: quia quando per seruum, opus est facto, s. iussu. at cum per me, sufficit[e] nuda voluntas. ¶Item facit ad. l. istam. *j. de contra tabu. l. si post mortem. §. si in adoptionem. & j. de bonorum possess. l. si cum patrono. & s. eo. l. Antistius. §. j.*

d Per alium & per se heredem esse interest.

e Voluntas nuda in aditione sufficit.

TOtiens.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium in sex vnciis, & Seium in aliis sex: & ita postea dixi: Si Seius mihi heres nõ erit, substituo ei dictum Titium. & postea decessi: & postea Titius adiuit hereditatem meam pro sua parte: & postea Seius repudiauit pro sua parte. nunquid pars Seij pertinet ad Titium sine alia aditione, eo quòd substitutus fuit ei? & dicitur quòd sic. secus autẽ si dictus Titius decessisset antequam Seius suam repudiaret partem: quia tunc repudiante postea Seio non transfert nec transtulit Titius ad heredem suum substitutionem. nõ enim erat Titius tẽpore repudiationis Seij in ea causa vt acquirere sibi potuerit: quia mortuus erat, vt dictum est: & ideo nec cum noua aditione heredis Titij, nec sine aditione habet heres Titij partem Seij. & hoc vult dicere. *Viuianus.*

l ¶*Adisse.* sci. adeundo ex sua persona: quod sufficit: *vt. s. eod. l. proxi. an si.*

m ¶*Possit.* quia est delata: & quia viuit. nam, &c.

n ¶*Mortuus esset.* ante aditam hereditatẽ. ¶Item & post eo casu quando sic substituitur: quisquis mihi heres erit, filio meo heres esto. cæterùm si nominatim vulgariter vel pupillariter sit substitutus, tunc adita sua portione si decedat, accrescit eius heredi iure accrescendi: sicut ipsi inuito, si viueret: *vt supra eodem. l. qui patri. & l. qui ex duobus. in princip. & l. cum heres. §. finali. & l. si quis heres. in principio. & C. de caducis tollendis. l. j. §. his ita. & s. de vulgari substitutione. l. qui liberis. §. finali, secundum Raynerium.*

o ¶*Non transferret substitutionem.* i. eam partẽ hereditatis quæ sibi obuenit ex substitutione. ¶Sed videtur huic. l. contrarium *supra eodem. l. qui patri.* Solutio. ibi proprio[a] nomine heredis expresso facta fuit substitutio: hic appellatiuo, quisquis heres, & cætera. R. 2. Sed secundum Ioannem hic in vulgari: ibi in pupillari substitutione. ratio est, quia pupillo adeunte sua paternæ iuncta est hereditas: vnde qui habet paternam, & pupillarem adiunctam habere cogitur. *Azo.* Sed non nego quin illa. l. sic intelligatur vt ibi not. verùm dico quod ista. l. loquitur cũ tres fratres fuerũt instituti, ibi soli duo. Et quod dicit hic quòd ad heredem non transfert substitutionem, verum est iure substitutionis: vt *j. de suis & legi. heredi. l. si ex pluribus.* sed[b] iure accrescendi transmittit: & sic potest intelligi *supra eodem. l. qui ex duabus. in principio. & l. cum heres. §. fi. & l. si quis heres. in principio, secundum Hug.*

† Spes substitutionis nõ transmittitur ad heredem.

a Substitutio fiat pprio nomine an appellatiuo interest.

† Pulchrè ponit Ioann. Vigl. in §. seruus autem plurium. de hered. instit. & in §. extraneis. de hered. quali. & differ. instit. lib. 2.

b Iuris accrescendi & substitutionis differentia.

SI seruus eius.] CASVS. Titius fuit in insulam deportatus, & ita ex testamento capere non potest. postea Seius instituit sibi heredem Stichum seruum eiusdem Titij: qui Titius ex testamento capere non potest: vt dictum est, & dicitur. Cod. de here. institu. l. j. & decessit dictus Seius. postea dictus Titius manumisit dictum seruum antequam ipse seruus adiret dictam hereditatem iussu ipsius Titij domini. nunquid ipse manumissus admittetur ad hereditatem? & dicitur quòd sic. & idem esset si Titius eundem seruum alienasset in Gaium antequam ipse seruus adiret iussu ipsius Titij. nam admitteretur tunc Gaius ad heredit. Seianam. Sed quid si dictus Seius dominus dicti Stichi à Seio instituti erat talis persona quæ poterat capere partem tantùm dictæ hereditatis, puta quia erat filius tantùm naturalis dict. Seij, & sic non potest capere ex hereditate patris vltra vnam vnciam filiis legitimis & naturalibus extantibus: vt in authen. quibus modis na. effic. sui. §. discretis? Certè idem est in ea parte quam capere non potest, quod dictum est supra in eo toto quod capere non potest dominus serui instituti, scilicet vt si antequam seruus suus adeat iussu suo, manumittat eum, vel alienet eum in Gaium, ipse manumissus admittatur ad eam partem heredi. in qua institutus fuit, quam dominus suus capere non poterat: vel cum fuit alienatus seruus, admittatur Gaius emptor. & hæc vera sunt si Titius manumisit dictum seruum vel alienauit bona fide, & non in fraudem. l. quæ prohibet eum Titium capere totam heredi. datam seruo suo, vel etiam partem. si autem manumisisset in fraudem dictarum legum, quas quidem supra nominaui, vel etiam alienasset paciscendo fortè cum eo de manumittẽdo, vel cum emptore serui instituti

vt ei

vt ei non capaci in totum vel in partem restitueretur: postea non admitteretur ad hereditatem dictus manumissus vel emptor. Vi.
a ¶ *Ad hereditatem.*] Contra. j. *de reg. iur. l. quod ab initio. & l. pen.* Sol. hic ex benignitate illud dici non potest interesse, per se an per aliũ capiat: quia vtrobiq; idem est: *vt. j. si quis aliquem tes. prohib. l. j. §. j.* quae videtur huic contra. & eodẽ modo respon. ad. *l. supra de hered. instit. l. si alienum. § in extraneis.* ¶ Sic ergo potest hic notari illud generale: quod[a] nõ tenet, confirmatur. ¶ Itẽ est ad. l. istam *supra de hered. insti. l. nõ minus. & j. eo. l. Antistius. §. j. & l. si solus. §. j. & j. de leg. ij. l. si debitor. §. fina. & j. de ser. leg. l. v.* Accursius.

* Inualidum quandoque confirmatur.

b ¶ *De parte.* de toto ad partem. *sic supra de admin. tut. l. si duo. in fin. & infra pro derelicto. l. an partis.* Accursius.

legis factum esset: ipse admittitur ad hereditatem. [a] Sed & si partem capere possit dominus eius: eadem dicenda sunt de parte[b] quam ille capere non potest. Nihil enim interest, de vniuerso quaeratur quod capere non possit, an de portione.

Portio accrescit portioni, non personae: & certè qui perdit portionem, perdit ius accrescendi: licet nomen heredis retineat. Bartolus.

LXXXIII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI totam[c] * an partem ex qua quis heres institutus est, tacitè rogatus sit restituere:[d] apparet nihil ei debere adcrescere: quia rem non videtur habere.

Ex testamento non potest esse heres qui de eius viribus dubitat: nisi sit suus, & in se verum sit testamentum valere: aliàs secus. & qui in omnem euentum futurum se heredem cognoscit, interim hereditatem decedens transmittit. Bartolus.

LXXXIIII. PAPINIANVS *lib. 16. Quaestionum.*

VEntre praeterito, si filius qui fuit emancipatus, aut exter heres institutus sit: quandiu rumpi testamentum potest, non defertur ex testamento hereditas.[e] Sed si vacuo * ventre mulier fuit, & incerto[f] eo filius in familia[g] retentus vita decessit: heres fuisse intellegitur:[h] emancipatus verò aut extraneus non aliter possunt hereditaté quaerere, quàm si non esse praegnatem sciant[i] Ergo si ventre pleno sit mulier: nonne iniquum erit, interea defunctum filium[k] heredi suo relinquere nihil?[l] Et ideo decreto[m] † filio succurrendum est: quia siue frater ei nascatur, siue non nascatur, patri heres futurus est. Eademque ratio facit, vt emancipato quoque subueniri debeat,[n] qui alterutro casu[o] rem omnimodo habiturus est.

* Flo. vacua.

† Decreti appellatio quam significationẽ hic habeat pulchre Alciat. lib. Parer. 3. cap. 14

Aditio facta metu, rescinditur. Bartolus.

LXXXV. IDEM *lib. 30. Quaestionum.*

SI metus causa adeat aliquis hereditatem: fiet vt quia inuitus heres existat, detur abstinendi facultas.[p]

Impeditus adire propter iustam absentiam, si decedat interim, ius petendi restitutionem ad adeundum suo heredi relinquit. Bartolus.

LXXXVI. IDEM *lib. 6. Responsorum.*

SI totam.] CASVS. Institui mihi heredem Titium in sex vnciis, & rogaui eum vt restitueret eas cuidam non capaci: & ipse mihi super hoc tacitam fidem accommodauit: & sic debet eas perdere, & debet eas habere fiscus: vt. j. de iure fisci. non intelligitur. §. j. ij. & iij. & postea institui mihi heredé Seium in aliis sex vnciis: & postea decessi. & postea Titius adiuit hereditaté meá pro sua parte praedicta: & postea Seius suam repudiauit. nunquid pars Seij repudiata accrescit Titio? Et dicitur quòd non. quãuis enim Titius adiuerit pro sua parte, tamé eam non videtur habere, eo quòd fiscus potest ei auferre, vt dictum est. vnde cum fingatur non habere suam partem, non potest sibi accrescere pars coheredis sui. Viuianus.

* Flo. Si totam, an partem aut partem Graeca figura. vt. S. l. j. de conce. digesto. vii. §. a. eũ possit an & deterioris & conscio Festum notate veteres em pro eum dixisse sed nõ puto Vlpianum tã ridiculum fuisse antiquariũ, licet Alciatus & Cuia. contra putẽt. denique non est hic scriptũ em, sed an de quo Festus non loquitur.

c ¶ *Si totam.* sc. hereditatem: si non habes in textu.
d ¶ *Restituere.* non capaci. nam verbum[b] tacitè, vitiũ notat. ¶ Et no. quòd hic non est capax, & non datur: *sed. j. l. prox. in iij. respon.* est indignus, & confiscatur. & dic *vt. C. de iis qui. vt indig. l. hereditas. & j de iure. fisc. l. iij. §. j. & ij. & arg. j. de verbo. signi. l. aliud.* & dic q secus est si iure substitutionis deferatur hereditas huic tacitè rogato: vt *supra de vulga. substitu. l. ex facto. §. si. contra.* hic ergo nihil accrescit rogato de parte coheredis repudiantis: quia nec ipse videtur institutus qui fidem accommodat: & hoc non prout dicit partem, sed prout totam.

b Tacitè particula vitium notat.

VEntre.] CASVS. Ego habens vxorem praegnatem, & filium emancipatum, feci testamentum: & institui mihi heredem filium praedictum, & ventrem praeteriui, & decessi. nunquid ex testamento potest mihi succedere dictus meus filius antequam postumus praeteritus nascatur? Et dicitur quòd non, quia hereditas non defertur ex testamento, quandiu potest rumpi testa. sed tunc demum potest mihi succedere dictus meus filius, cum certum erit postumum non nasciturum, & ita non posse per eũ rumpi testamentum. Sed quid si dictus filius decedat antequam certum sit postumum nasciturum, vel non nasciturum? Distingue: aut vxor mea habebat vacuum ventrem, aut plenum. si vacuum, & dictus filius emancipatus hoc sciebat: certè heres mihi fuisse intelligitur dictus meus filius: & sic heredes eius habebunt hereditatem meam. si autem hoc ignorabat dictus meus filius, non intelligitur mihi fuisse heres. si autem habebat vxor mea ventrem plenum, & dictus meus filius decessit antequam certum esset postumum nasciturum. vel non nasciturum, & postea certum factum fuit postumum non nasciturum, vt quia fecit vxor mea abortum: nunquid subuenietur dicto meo filio per praetorem, vt heres suus habeat totam hereditatem meam? Et dicitur quòd sic: quia hereditatem meam habiturus esset si viuus esset tempore quo certum factum fuit postumum non nasciturum. & idem per omnia esset si extraneum instituissem postumo praeterito, praeterquam in vno: quia extraneus decedens antequam certum sit postumum nasciturum vel non, transmittit aliquid de hereditate mea ad heredem suum etiam si postumus postea non nascatur. & hoc dicit in primo responso & secundo & tertio & in quinto. si autem filium in potestate mea constitutum instituissem, & postumum praeteriissem: haberet locum primum responsum huius legis, & secundum & quartum quod incipit, ergo si ventre pleno &c. vsque illuc, eadem ratio &c. & est plana haec. l. *Viuianus.*

e ¶ *Hereditas.* tum quia instituti expectant praeteritos: *vt. j. de secun. tabul. l. ij. in princip.* tum quia extranei expectant postumum in potestate nasciturum: *vt supra eod. l. cum quidam. §. j.* contra tabulas tamen potest petere emancipatus, quamuis institutus, beneficio praeteriti: *vt infra de contra tab. l. illud. §. fina.*
f ¶ *Incerto.* adhuc. i. dum esset incertũ hoc, vtrum venter esset vacuus, vel non.
g ¶ *In familia.* i.[a] in potestate. & sic mutat casum. *Accur.*

a Familia pro potestate.

h ¶ *Intellegitur.*] *vt supra eod. l. cum quidam. §. sine.*
i ¶ *Sciant.* i.[b] opinentur: & sit verum quod opinantur: & communis est opinio. haec enim tria sunt necessaria: *vt supra eod. l. cum quidam. § quid ergo. cum l. seq.*

b Scire pro opinari.

k ¶ *Defunctum filium.* emancipatum: imò suum: vt discrepet à sequenti casu.
l ¶ *Relinquere nihil.* certè sic. relinquit ergo contra tabu. vel etiam secundum tabulas si venter etiam erit vacuus, & nollet differre: *vt j. de contra tabu. l. illud. §. fina. & l. sequen.* ¶ Sed contra *supra si mulier ven. no. l. j. § sub praetextu.* Solu. vt ibi. ¶ Item not. quòd hic transmittitur[c] non adita hereditas, seu bonorum possessio. *sic infra de Carbo. edict. l. scriptus.* ¶ Item ad Silania. *l. iij. §. eleganter. & l. qui postumos.* ¶ Item. *C. de iis qui ante aper. tabu. l. j.* ¶ Item. C. *eodem. l. cum antiquioribus.* ¶ Item. C. *de legi. liberis. l. apud hostes.* ¶ Item C. *de institu. & substitu. l. fin.* ¶ Item infra *de bo. lib. l. si filius. §. fin.* ¶ Item. *C. de iure delib. l. si infanti.* ¶ Sed regulariter contra: *vt. C. eo. l. iij. & l. quoniam. & C. de cad. tollen. §. in nouissimo.*

c Trãsmittitur quandoque hereditas non adita.

m ¶ *Decreto.* dando contra tabu. *vt. d. l. illud. & l. seq.* & si non petiit, nihilo minus transmittit, vt dixi. *Accur.*
n ¶ *Debeat.* dando contra tabu.
o ¶ *Alterutro casu.* melius dixisset, vtroq;: sed ideo hoc dixit, quia si nasceretur, tunc ab intestato. si non, tunc ex testamento: ergo ex alterutro. *& facit. j. de vulg. substi. l. si filius* Accur.

SI metus.] CASVS. Ego habens multos creditores institui mihi heredem Titium, & decessi: & postea creditores intulerũt metum Titio, & fecerunt eum adire per vim. certé debet habere Titius beneficium abstinendi. *Viuianus.*

p ¶ *Facultas.* per beneficium edicti quod metus causa: *vt. j. quod met. cau. l. si mulier. §. si metu. & dic vt not. supra eod. l. vij. §. fina. contra. H.*

PAmnonius.] CASVS. Quidam Bononiensis nomine Pannonius Auitus fuit missus in quandam prouinciam nomine Ciliciam causa reipublicae Bononiae: & cum ibi esset, Titius vicinus suus Bono. instituit eum heredem. ipse autem Panno. decessit

Cilicia existens antequam sciret se heredem institutũ: & ante diẽ pręfinitũ ad petendã bono.posses.quod est cẽtũ dierũ: *vt.j.de suc.edi.l.j.§.quod dicimus*.procurator tamen suus quẽ Bononiæ reliquerat,petierat bonorũ posses.nomine eius.venit heres ipsius Pãnonij,& habuit cõsiliũ cũ sapientibus:& petiit ab eis vtrũ posset habere ratam petitionem bonorum posses. quã fecit procura. Pãnonij. & ipsi respõderunt ei ꝙ non,eo quòd nunquam trãsit ad heredem bonorum possessio nisi fuit petita à defuncto, vel rata habita per eum petitio quã pro eo fecit procurator suus: *vt. j. de bono posses. l. ij. §. acquirere*. vnde ipse heres Pannonij petiit in integrum restitutionẽ nomine ipsius Pannonij, eo quòd fuit læsus Pãnonius propter absentiam reipu. Bononiæ, vt dictũ est. nũq d potest eã restitutionẽ impetrare? Et dicitur quòd non de stricto iure: quia sicut dictum est, Auitus decessit intra diem aditionis* siue petitionis bonorũ posses. & sic non habebat Pannonius tempore mortis suæ in integrũ restitutionẽ, cum adhuc ipso iure bonorum posses.petere poterat.

* Flo.restitutionem locum sed dictioni locum,vetu præfigitur tãquam superflua.

PAnnonius Auitus cum in Cilicia procuraret,heres institutus, ante vita decesserat, quàm heredem se institutũ cognosceret.[a] Quia bonorum possessionem[b] quam procurator eius petierat heredes auiti ratam habere nõ potuerant:[c] ex persona defuncti restitutionẽ in integrũ implorabãt,[d] quæ stricto iure non cõpetit,quia intra diẽ[e] aditionis Auitus obisset.[f] Diuum tamẽ Pium contra constituisse[g] Mæcianus libro Quæstionum refert in eo qui legationis causa Romę[h] erat:& filium qui matris delatam possessionem[i] absens amiserat, sine respectu[k] eius distinctionis[l] restitutionem* habere. quod & hic[m] humanitatis gratia obtinendum est.

Eius qui est suspectus de crimine læsæ maiestatis, interim potest adiri hereditas Bartolus.

si nõ poterat ipse Pannonius petere in integrum restitutionẽ,ergo ad heredẽ suũ non transmittit petitionẽ ipsius restitutionis Dicitur tamẽ hic in fine ꝙ de humanitate siue æquitate possit heres Pãnonij petere in integrũ restitui & sic imperator Pius cõstituit in quodã alio qui legationis causa ꝓ ciuitate sua erat Romę & Romę decessit,vt fecit Pãno.in Cilicia.& idẽ cõstituit in quodã filio qui absens amiserat bonorũ posses.matris sibi delatã nã cõstituit resti.in integr.eum habere, nõ habita distictione stricti iuris prædicti.[REI PERDVELLIONIS.] Quidam puta Titius instituit sibi heredem filium suum, & decessit: & post mortem suam fuit accusatus de crimine perduellionis.i.ꝙ aliquid molitus fuit contra imperatorem.filius autem certus erat quòd pater non cõmiserat dictũ crimen.nunquid potest sibi quærere here. patris? Et dicitur quòd sic.si autẽ non esset certus,nõ posset quærere:quia debet eam tunc fiscus habere. [PRO HEREDE.] Titius ab intestato moriens fecit codicillos, & in eis petiit ab herede suo vt manumitteret seruos matris suæ Titij quæ mater decesserat ab intestato.Item præcepit eidem suo heredi vt sibi heredi & parentibus suis extrueret monumẽtum in possessione dictæ suæ matris. nunquid propter prædicta videtur dictus Titius gessisse pro herede in bonis matris?Et dicitur quòd sic.*Viuianus*.

a ¶*Cognosceret*.cum ergo tempus sit vtile,*vt.C.qui admit.ad bonorũ posses.l.ij*.qualiter ignorantia[a] incipit currere:*vt.s. de iis qui not.infa.l.genero.& j.de diuer.& temp.præscript.l.j.& s. de calũ.l.annus.& de ædil.edic.l. cum sex*? Resp.vt not.C.*de restit.mi.l.j*. ADDITIO. non dicitur hic quod ignoranti cucurrerit sed potius contrarium.*Castrens*.

a Tempus vtile petendę bonorũ possessionis an currat ignoranti adde *l. cum pater. §. surdo.j. de leg.2. Bal. in rebus dia. tis.C. de fideici*. Item ignoranti an & quando currat termin⁹ *Bal.in l. quamdiu C. qui admit.ad bon. pos*.

b ¶*Bonorum possessionem*.secundum tabulas.

c ¶*Non potuerant*. ideo quòd cum rata habetur, perinde est ac si nunc peteretur: sed nunc neque per defunctum neque per heredem peti potest? quia à defuncto non fuit rata habita: *vt supra rem ra.ha.l.bonorum.& l.si is cui. Azo. & infra de bono.posses.l.ij.§.acquirere.Accursius*. ADDITIO.*not.Dy.in c.ratum.de reg.iur.in 6*.

d ¶*Implorabant*.heredes Auiti.sic ergo officio iudicis,non actionis iure:sicut & minor:*vt.s.de mino.l.quòd si minor.§.fi*.

e ¶*Intra diem*.sc.anni,si erat de liberis:vel centum dierum,si extraneus:*vt Instit.de bono.poss.§.liberis.& j. de suc.edic.l.j.§.Largius*. Improprię[b] ergo dicit aditionis: i. petitionis bonorum possessionis. *Accursius*. ADDITIO.Nam & bona adiri dicuntur.*l.j.C.de testam.milit*. Sed dico eum loqui tam de bono. possessione quam aditione ciuili.*Contius*.

b Aditio improprie dicitur petitio bonorũ possessionis.

f ¶*Obisset*. & sic non habebat in integrum restitutionẽ,cum adhuc ipso iure eam bono.posses.petere posset.igitur ad heredẽ ius petendi in integrum restitutionem non trãsmisit:& sic stricto iure heres petere ex persona aui in integrum restitutionem non potest.hic petit de æquitate:quia aliter ad bonorum possessionẽ petendam venire non potest.nec enim potuit auus ad heredem bonorum possessionem transmittere *Azo. vt infra de bono.posses.l.ij.§.acquirere*.Accur.

g ¶*Constituisse*.Dedi ergo restitutionem. & sic est contra. C. *de restitutio milit.l.j*. Solu. vt ibi. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide Bartolum hic hanc materiam latè discutientem.ADDITIO. ibi de regore non datur vt & hic dicitur, sed ex æquitate hic datur.*Castrens*.

h ¶*Romæ erat*. & ibi decessit,vt superior.

i ¶*Possessionem*. bonorum subaudi.

k ¶*Sine respectu*.scribi enim sine.&c.

l ¶*Distinctionis*. decesserit ante exactos dies vel post.

m ¶*Et hic*. id est, in casu Pannonij proposito.

1. ¶Rei[n] perduellionis[o] † hereditatem suspensa[p] cognitione filius emancipatus cui de patris innocentia liquet, potest quærere.[q]

† In hunc locũ vide orationẽ Cic.pro C. Rabirio perduellionis reo.

Vltimam voluntatem condendo potest quis hereditatem adire. Bartolus.

2. ¶ Pro herede gessisse filiũ placet, qui moriens, comperto[r] matrem[s] suam intestatò vita decessisse, codicillis[t] petit[u] ab herede suo vt maternorum bonorum seruum manumitteret: ac sibi[x] parentibúsque suis[y] in possessione matris monumentum extrueret.

Ille actus qui in extraneo inducit aditionem,in suo inducit immixtionem.Bartolus.

LXXXVII. IDEM *libro decimo Responsorum.*

EVm bonis[z] patris se miscere conuenit,[a] qui re-

n ¶*Rei*. construe: filius emancipatus cui de patris innocentia liquet, potest quærere hereditatem, subaudi, patris sui. & hoc dico suspensa cognitione perduellionis.

o ¶*Rei perduellionis*. rei,id[a] est, accusati.*sic. Co.de adult.l.v. & l.quamuis & infra de Silania. l.propter veni. §.finali*.

a Reus pro accusato.

o ¶*Perduellionis*. i. lege Iulia maiestatis: *vt. j.de verb.signific.l.quos nos*.

p ¶*Suspensa*. id est, pendente principali causa, vel appelationis.

q ¶*Potest quærere*.non dicit quòd possit alienare. Item nec quòd in accusatione non procedat. & sic non est contra. *Cod. l ad.Iul.maiest.l.penult.& fi*. Erit ergo hic heres interim. sed desinet secuta condemnatione etiam post mortem: *vt Insti.ut. de here.ab intesta.§.per contrarium.& infra de leg.ij.l.cum filius.§.fi*. ¶Sed cõtra *supra eodem. l.cum falsum*. vbi dicit quòd de alieno facto non sumus certi:& sic non potest adire.Solu.hic est certus[b] quo ad opinionem *Azo*.Sed Hug.dicit debere liquere quo ad veritatem: quia dicebatur quòd certa die & hora deliquerat.& certo loco,& hic filius sciebat non esse verum,quia secum,id est,cum patre alibi tunc fuerat filius. *& facit infra de dona. l. post contractum. & l. donationes. §.fina. & de solu. l. quòd si forte. §. quid ergo. & l.reo*.

b Certitudinẽ plerunque metimur opinione.

r ¶*Comperto*.sic.C.*eo.l.si auia*.secus si ignorans:*vt.C. eod. l.quoniam.& j.de lega.j.l.ser uum filij.§.si quis*.

s ¶*Matrem*.quondam.hæc enim citra ius & nomen heredis non potest facere,& ideo est heres:vt hic,*& s.eo.l.pro herede.§.pen. & l.Iulianus.§.seruum.& §.proponebatur*.

t ¶*Codicillis*.sui filij.

u ¶*Petit*.sc.filius.

x ¶*Sibi*.sc.filio.

y ¶*Suis*.sc.filiis.

E*Vm bonis*.]CASVS.Titius abstinuit se ab hereditate patris:& hereditatem matris adiuit Titius:& possedit agrum paternum tanquam maternum,scilicet credẽs eum esse maternum. nunquid propter hoc videtur amisisse abstinendi consilium quãdo habuit in bonis patris?Et dicitur quòd non.conueniens est enim eum demum bonis paternis se videri immiscuisse,qui aliquid faciẽdo pro herede gerere videretur,etiã si non esset in potestate patris. quod quidem non reperitur in casu suprapo sito. Sed pone quòd dictus Titius qui adiuit hereditatem matris,vt dictum est,erat pupillus, & erat creditor matris,& ita propter aditionem confusæ fuerunt actiones suæ. & pone quòd ipse in integrum restitutus fuit ab oneribus hereditariis.Certè debent ei restitui dictæ actiones confusæ.*Viuianus*.

z ¶*Eum bonis*.demum,& omnem.Azo.

a ¶*Conuenit*. i. conuediens est intelligi se, &c. quasi dicat, suus heres[c] eo facto se immiscet,quo extraneus ꝓ herede gereret. ¶Et not. differentiam[d] inter adire & immiscere: *vt hic, & Institut. de here.quali.& diffe.§. extraneis*. quandoque tamen ponitur vnum

c Immixtionis & pro hærede gestionis similitudo.

d Adeũdi & se immiscendi differẽtia & similitudo.

pro alio

pro alio:vt.j̄.ad Tertyl.l.ij.§.si bonorum.& .C.de leg. here. l.si defuncti.Accursius.

a ¶Remoto.i.si remotum esset. Accur.

b ¶Familiæ.i.patriæ potestatis.

a Familiæ vinculum. pro iure patriæ potestatis.

c ¶Non videtur.quia nec extraneus pro herede gereret vel adiret:vt.ȝ.eo,l.pro herede.& l.si seruum.§.pe. sic econtra.j̄.eo.l.gerit. in fin.& .ȝ. eod. l.si extraneus.§.interdum. in aliquo tamen videtur differre suus ab extraneo, secundum quosdam:vt not.supra eo.l. pro herede.j.& .ij.casu. l.Accursius.

moto [a] familiæ [b] vinculo, pro herede gerere videtur. & ideo filius qui tanquam ex bonis matris cuius hereditatem suscepit, agrum ad hereditatẽ patris pertinentem, vt maternum ignorás possedit: abstinendi consilium, quod in bonis patris tenuit, amisisse non videtur.[c]

Minore restituto restituuntur actiones confusæ. Bartolus.

1. ¶ Pupillis, quos placuit oneribus hereditariis esse liberandos,[d] confusas[e] actiones restitui oportet.[f]

d ¶Liberandos.per in integ. rest. quia adierant: vt.ȝ.eo. l.necessariis. ADDITIO. De pupillis non de minoribus loquitur vt falso. Accur.Cont.

e ¶Confusas.quos habebant contra hereditatem vel econtra.†

† Item veiles non directas quæ semel extinctæ non suscitantur. l. qui res. §.aream j̄ de solu.Castr.

f ¶Oportet.maiori autem qui ex causa quandoque desinit habere hereditatem, actiones restituuntur, nisi dolũ adhibuit: vt.j̄. de iis qui.vt indig. l.heredem.& ad Sila. l.propter.§.neptis. & .ȝ. de here.vel act. ven.l.ij. [§.pen.]Cont.

Hereditas animo aditur: licèt nihil hereditarium attingatur. Bartol.

LXXXVIII. PAVLVS lib.1. *Questionum.*

GErit pro herede, qui animo adgnoscit successionem, licet nihil attingat hereditarium. Vnde & si domum pignori datam[g] sicut hereditariam retinuit cuius possessio qualisqualis[h] fuit in hereditate: pro herede gerere videtur. Idẽmque est & si alienam rem vt hereditariam possedisset.

GErit.] CASVS. Titius retinuit tãquam ex hereditate matris quandam domum pignori datam matri certè pro herede gerere videtur in bonis maternis. & idem est si alienam rem non pignoratam matri possedit vt hereditariam: quia etiam ille gerere videtur pro herede, qui animo agnoscit poss. licèt nihil cõtingat hereditarium, vt fuit in dictis duobus casibus proximè positis. Viuia.

Restitutio pupilli prodest fideiussoribus eius. Bartolus.

LXXXIX. SCÆVOLA lib.13. *Questionum.*

SI pupillus se hereditate abstineat:[k] succurrendum est & fideiussoribus ab eo datis, si ex hereditario contractu conuenirentur.[l]

g ¶ Datam. defuncto ab aliquo suo debitore: & sic cœpit possidere ciuiliter & naturaliter:vt.j̄.de acqui.rerum do.l. per seruum. Accursius.

h ¶Qualisqualis.Sed nonne vera:vt.j̄.de actio.& obligat. l.qui à seruo:Resp.Io.non vera:vt.j̄.si quis test. li. l.j. §.seruo. & no.j̄. de acquir.poss.l.si de eo.§.j.Accur.

i ¶ Alienam.etiam si in ea nullum ius habuit defunctus: vt & .ȝ. eodem.l.si quis extra.§.interdum.solus[b] enim animus sufficit qualitercunque declaretur: vt Instit.de here.quali.& diffe.§.fin. & .C. vnde legi.l.non hoc.& .ȝ.de rei vin.l.si ager.& .C.eod.l.si sorori. & l.si auia.& supra eodem.l.pro herede.in prin.& . §.j. ¶ Sed contra supra eodem.l.pro herede.§.si quid tamen.Solu.vt ibi. Accursius. ADDITIO. Dic quòd nomen heredis ibi accipitur pro filio & sic gessit ibi pro herede,hoc est pro filio, non proprie vt heres, secundum Bar.hic.

b Animus seu volũtas quibus modis declaretur: vide in.l. Fulcinius.§.quid sit Latitare. ex quibus caus. in poss.ea.l.reprehẽdendæ. C. de insti.& substi.sub conditione factis. Bal.in rubri. C. de fide instrum.

SI pupillus.] CASVS. Pupillus immiscuit se hereditati patris:& creditoribus hereditariis dedit fideiussores. postea per in integrum restitutionem abstinuit se à dicta hereditate,& ita liberatus fuit à dictis creditoribus. certè & fideius. prædictis succurrendum est. Viuianus.

k ¶Abstineat.per in integr.resti.quia adiuerat cum tutore.

l Conuenirentur.ab hereditariis creditoribus quibus eos dedit. sic.ȝ.de admini.tut.l.ij.& de procur.l.minor. ¶ Sed contra. C. de fideiuss.mi.l.j.& .ij. Sol.hic creditoribus datur in alium regressus, ibi non:vt ibi no. Et eodem modo solue.§.de mino.l.in causa.& de arb.l.si pupillus.vel vt ibi.Accur.

PEr curatorẽ.] CASVS. hic in principio est facilis:quia dicit q hereditas iure ciuili per procuratorem acquiri non potest. Secundò dicit:Filiusfamilias miles instituit sibi heredem filium suũ: & filius militis adiuit iussu aui sui. nũquid acquirit auo? Et dicitur quòd sic.& plana ratio est in litera.Viuianus.

m ¶Per curatorem.aliàs incipit,Paulus.aliàs lex, Per procuratorem. ¶Et dic generalem[a] vel specialem.(Sed hoc fallit[b] in procuratore generali Cæsaris:vt.ȝ.de offi procu.Cæsa.l.j.§.fi.& .j̄.de iur. fisc.l.aufertur.§.pe. 2. Item secus in bono.posses.vt.j̄.de bono.possess.l.iij.§.adquirere.& .C.man.l.si maritus & est ratio: quia bo.[c] posses.non consistit in solo animo, vt Institu. de here. quali.& diffe.§.fina. statim[d] enim quòd mando de adeundo, iam adeo: & ita nihil remanet faciendum per procuratorem. ¶ Item per meam[e] voluntatem & animum debeo fieri heres, non per alienã. 3. Item secus[f] in Trebellia. restitutione eadem ratione: vt infra. ad Trebellianum.l.quia ita.§.primo.) Sed[g] R. dixit. quòd per specialem tantum potest adiri hereditas, & bonorum possessio peti. & hic vetet per generalem. argum. supra de mino.l.illud.§.si talis. Sed argu. contra supra de administrato. tut.l.si duo. Sed certè cum bonorum possess. possit rata haberi, ab eo etiam qui nullum habet mandatum, petita: magis per habentem generale mandatum. 3. Tertij etiam dicunt per generalem posse peti hereditatem & bonorum possess. Sed quòd hic dicit, loquitur quando procurator[h] meus esset institutus nomine meo, quia per eum non fio heres: ipse tamen tenetur mihi mandati si ad meum mandatum fuit institutus, & institutionem recepit:vt.ȝ.de here.institu.l.quidam.sed & si non rogaui, sed tantum fuit euidens voluntas testãtis vt mihi quæreretur, mihi restituet:vt.j̄.de adquir.rerum dominio. l. liber homo. 4. Prima placet:vt neci[i] per specialem,nec per generalem possim adire,nisi fortè in casu quando suspendi voluntatem meam in eum eo modo quo dicitur.ȝ.eod. l.si quis mihi bona.§ sed si mandaui.& .l.si quis alicui.sed & sic dixit H.non posse fieri.

a Hæreditas an adiri per procuratorem generalẽ vel specialem possit.

b Hæreditas adiri quẽadmodum possit per procuratorem Cæsaris.

c Bonorũ possessio non consistit in solo animo, est enim petenda à iudice.

d Adire intelligitur,q mandat adiri hæreditatem.

* Sic Fl. & hæc quidem lectio vera est, sed in manusc. & vul. edit.legitur,per procuratorem, rectius, meo quidẽ iudicio.

e Adire hereditatem quisque propria tãtum voluntate potest,nõ aliena.

f Trebellianicę restitutio, non potest fieri solo animo.

g Hæreditas quoties per alium aditur,an per specialem procuratorem adiri debeat.

h Procurator institutus hæres meo nomine,an & qua actione mihi teneatur.

i Hęreditas neque per specialem, neque per generalẽ adiri potest,nisi cum suspenditur voluntas adire volentis.

Hereditas non potest adiri per procuratorem: & mutatione personæ desinit peculium esse castrense. Bartolus.

XC. PAVLVS libro duodecimo Responsorum respondit.

PEr curatorem [m] * hereditatem adquiri non posse.

1. ¶ Idem respondit: Si iussu aui nepos patris qui de castrensi peculio testamentum fecit, hereditatem adisset: adquisisse [n] ei[o] ea de quibus pater testari potest: quia castrensia esse mutatione personæ desierint.[p]

Abstentio facta mala fide non prodest: quod præsumitur si omnia bona patris emerit: vel per interpositam personam mercatus fuerit. hoc dicit secundum verum intellectum. & est notabilis lex. Bartolus.

XCI. IDEM libro quintodecimo Responsorum respondit.

SI is qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam personam emptoris bona patris mercatus [q] probatur: perinde eum conueniri oportere à creditoribus,[r] atque si bonis paternis se immiscuisset.

Non valet aditio facta iussu patris à nepote qui est in potestate aui. Bartolus.

n ¶ Adquisisse.pleno iuré olim:vt.ȝ.eo.l.placet. Hodie quo ad vsumfructum:vt.C.de bon.quæ libe.l.pe.& fi.

o ¶Ei.sc.auo.Accur.

p ¶Desierint.& facit.C.de inoffi.test.l.si.in fi.

SI is qui.] CASVS.Ego habens multos creditores institui mihi heredem filium meum,& decessi:& filius meus prædictus se ab hereditate mea abstinuit:& cum creditores mei possiderent bona hereditaria per fraudem,supposuit dictus meus filius quendã qui emeret dicta bona,& sibi filio donaret. certè potest conueniri dictus filius à creditoribus ac si se immiscuisset bonis meis. Viuian.

q ¶Mercatus.ante abstentionem. nam[k] posterius delictum vel factum non obligat hereditati:vt.ȝ.eo.l.si seruum.§.fin.

k Delictũ filij post abstentionem cõmissum cum non obligat.

r ¶ A creditoribus.Imò non:vt.C.de repu.here.l.ij. Solu. hic omnia,ibi res certas. 2. Vel verius, hic fraudulenter:[l] ibi non.& sic soluitur aliud contrarium.j̄.ti.ij.l.fi.& facit ad.l.istam.ȝ.quib.mo. pign.vel hypo.solu.l.sicut.§.superuacuum.& . C. de distrac.pign. l. & qui sub imagine.& .ȝ.de auct.tu.l.pupillus.§.sed & si per interpositam.& C.quod metus cau.l.pen.& fi.& .C.de natu.libe. l.iij.§. & quod de subeunda.

l Abstẽtio præsumitur simulata & fraudulenta, si abstinens postea reperiatur omnia bona possidere.etiam titulo per interpositã personam quæsito.

FIliusfamilias.] CASVS.Filius meus Titius duxit vxorem Seiã: & habuit ex ea filios:& ipsa postea intestata decessit:& filij sui adiuerunt hereditatem eius mulieris iussu dicti mei filij eorum patris,& non meo. nunquid mihi adquirunt dictam hereditatemã Et dicitur quòd non. Viuianus.

a ¶ *Sublatis*. i. susceptis. *sic. s. de pact. dota. l. si liberis*.

b ¶ *Nihil actum esse*. Iure veteri. nouo autem secus[a] videtur: *vt. C. de bon. quæ libe. l. fin. & l. pen*. 2. Vel vt in auth. *de hered. ab intest. coll. ix. Azo*. Nam per illa iura non quæritur iussus, vt videtur. & facit. *s. ad Maced. l. filium*. Item arg. *supra de nego. gest. l. qui aliena. §. quanquam & C. de here. act. l. ij*. ¶ Sed arg. contra. *j. de ma. vind. l. apud filium*. Accursius.

a Id est hodie non requiritur iussus.

Pater.] CASVS. Si filius meus institutus est heres ab aliquo, & ego iubeo eum adire, non valet iussus, nisi ego sim certus vtrum filius sit institutus ex asse, vel ex parte, vel ex institutione vel substitutione, vel ex testamento, vel ab intestato: & nocet si ego sum mutus, dum tamen non caream intellectu. nam nutu substituere possum: & si scio literas, possum scribere quòd iubeo eum adire. & idem est si seruus meus sit institutus. sed & si ipse seruus sit mutus, iussu meo pro herede gerendo obligat me hereditati. *Viuianus*.

† quia adierunt iubente eo in cuius potestate non erant.

XCII. IDEM lib. 17. Responsorum.

Filiusfamilias duxit vxorem. ea filiis sublatis[a] intestata decessit. filij iussu patris non aui adierunt hereditatem. Quæro, an auo adquisita sit hereditas. Paulus respondit, secundum ea quæ proponuntur, nihil † actum esse.[b]

In mandante requiritur certitudo causæ. Bartolus.

XCIII. IDEM lib. 3. Sententiarum.

Pater quotiens filio mandat adire: certus esse debet, an pro parte, an ex asse: & an ex institutione, an ex substitutione: & an testamento, an ab intestato filius suus heres existat.[c]

Iussus potest fieri nutu & literis. Bartolus.

1. ¶ Mutus pater vel dominus,[d] filio vel seruo heredibus institutis, magis est vt si intellectu nõ careat,[e] nutu iubere possit adire hereditatem, vt ei[f] iure eius[g] commodum quæri possit: quod facilè explicari possit scientia[h] literarum.[i]

2. ¶ Mutus[k] seruus iussu domini pro herede gerendo, obligat dominum hereditati.

Non nocet nobis repudiatio facta de bonis viuentis. Bartolus.

XCIIII. HERMOGENIANVS lib. 3. iuris Epitomarum.

Qui[l] superstitis[m] bona repudiat:[n] post mortem eius adire hereditatem, item bonorum possessionem petere non prohibetur.

c ¶ *Existat*. i.[b] existere possit alicui. ¶ Sed videtur contra. *s. eod. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. & l. si quis extraneus. §. sciendum*. contra. Sed distingue, per te, an per alium quæratur hereditas. *Azo*. 2. Vel dic vt ibi. ADDITIO. Requiritur certitudo in patre sed non tanta. Bar. sed hec Barth. solutio non est satis explicata eam latius explicat Io. de Imola. sed non videtur rem satis assequi. Idcirco puto hanc generalem sententiam ex illa speciali distinctione explicandam esse. vt tunc sc. certitudo in patre exigatur quando esset futura eius conditio deterior secus si melior. *Contius*.

b Verba actus pro potentialibus.

d ¶ *Mutus pater vel dominus*. No. quòd duo nomina disiunctiuè posita, verbo singularis numeri pluraliter copulantur.

e ¶ *Non careat*. pater vel dominus. si autem pater careret, habet locum quod dicitur. *s. eod. l. cum heres. in prin*. si autem dominus, tunc habet locum quod dicitur. *s. eo. tit. l. qui seruum. & C. de cu. fu. l. fi. §. talis. & arg. s. eo. l. si quis alicui*. ¶ Item quidam referunt careat, ad filium, vel ad seruum: quod non potest stare, cum de eis cœpit pluraliter loqui. ¶ Item facit. *s. eo. l. Antistius. §. fin*.

f ¶ *Vt ei*. patri, vel domino.

g ¶ *Eius*. s. hereditatis.

h ¶ *Scientia*. quæ ei loquendo non est.

i ¶ *Literarum*. scribendarum. ¶ Et not. vbi[c] voce non est opus, nutus interuenit:[d] *vt. j. de regu. iur. l. vbi. & j. de act. & oblig. l. consensu*. Item facit. *s. eo. si per epistolam*. Azo.

c Nutus interuenit, vbi voce non est opus.
d Iussus potest fieri nutu vel literis.

k ¶ *Mutus*. facit *Instit. de here. quali. & diffe. §. fin. & s. eo. l. mutũ*.

Qui superstitis.] CASVS. in hac lege vsque ad l. Clodius, est talis: Repudiaui hereditatem Titij viuentis: & postea decessit dictus Titius: & instituit me heredem. nunquid possem adire hereditatẽ eius de iure ciuili, vel bono. poss. petere de iure prætorio? Et dicitur quòd sic: quia repudiaui illud quod mihi non competebat. Et scias quod recusatio hereditatis potest fieri non tantùm verbis, sed etiam re: puta abiiciendo à me res hereditarias. Sed quid si ego qui gessi pro herede, existimabam me esse pupillum, cum essem pubes, & ita errabam in ætate mea? Certè nihilo minus ero heres. *Viuianus*.

l ¶ *Qui*. vt ecce si repudio hereditatẽ Titij qui est viuus. nam post mortẽ potero effici heres vel de iure ciuili, vel de iure prætorio.

m ¶ *Superstitis*. pro certo. Idem[a] si dubitetur: *vt. s. eo. l. is qui heres. §. si quis. & C. de cap. l. nec nos*. ¶ Sed contra. *C. de bo. lib. l. fin*. Solu. ibi tacitè.[b] nam expresse non posset: *vt. j. de bon. liber. l. Paulus. §. patroni*. ¶ Item contra *infra de do. l. quidam. §. fin*. Solu. ibi delinquendo.

a Renuntiatio bonorũ viuentis, vel eius q̃ dubitamus viuere, nõ nocet.
b Renuntiare bonis viuentis tacitè possumus, at non expressè.

n ¶ *Repudiat*. idem si pactum facit: *vt. C. de inoffic. testa. l. si quando. C. de pact. l. pactum & l. si i. & C. de colla. l. pactum*. Idem si[c] iuret: *vt. C. de leg. & senatusconsul. l. non dubium*. ¶ Et no. eundem venire contra vbi non tenet quod fit. *sic infra de op. leg. l. homine. & infra ad Tertyl. l. filij. §. j*. ¶ Item no. de pact. futuræ successionis. Item not. nõ[d] posse repudiari quæ non possunt peti. *sic infra de le. ij. l. si ita scriptum §. si sub conditione. & infra de succ. edic. l. j. §. decretalis*.

c Renuntiatio bonis viuentis etiam cum iuramento iure ciuili non potest. vt hic. de iure canonico secus. c. quamuis. de pactis. in 6.

d Repudiari possunt, quæ peti non possunt.

XCV. PAVLVS lib. 4. Sententiarum.

Recusari hereditas non tantum verbis,[o] sed etiam re[p] potest & alio quouis[q] indicio voluntatis.

Error adeuntis in ætate propria, non impedit aditionem. Bartolus.

XCVI. HERMOGENIANVS lib. 3. iuris Epitomarum.

Qui se pupillum[r] falso existimans cum esset pubes, pro herede gessit: quo minus heres existat, nihil error talis ei nocebit.

Qui adit ex posteriori testamento inualido per iuris errorem, videtur ex primo repudiare secundum Papinianum: sed Paulus contra. Bart.

XCVII. PAVLVS lib. 3. Decretorum.

Clodius Clodian[s] facto prius testamento,[t] postea eundem heredem in alio testamento inutiliter facto instituerat. scriptus heres cũ posterius putaret valere, ex eo hereditatẽ adire voluit: sed postea hoc inutile repertum est. Papinianus † putabat[t] repudiasse cum ex priore hereditatẽ, ex posteriore autem non posse adire. Dicebam[u] non repudiare eũ qui putaret posterius valere. Pronuntiauit[x] Clodianum intestatum[y] decessisse.

o ¶ *Recusari. Verbis*. solis, cum quibus præsumo talem voluntatem qualem verba declarant: *vt. j. de supel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero*.

p ¶ *Re*. & verbis rem[e] à se abdicando. sed etiam sine verbis talia potest ostendere per quæ apparet eum nolle: *vt Institu. de hered. qualit. & diff. §. fina*. Nam[f] nihil refert re vel verbis aliquid fiat. sic *supra de legi. & senatusconsult. de quibus. & infra rem ra. hab. l. Paulus respon*. ¶ Item facit *Cod. de condic. indebi. l. indebitum. & infra ad Trebellia. l. restituta*. Item facit supra *pro socio. l. iij. j. respon*.

e Hæreditatem repudiat, qui rem à se abdicat nullis verbis interpositis.

f Re an verbis aliquid fiat nihil interest.

† Vide in hunc locum Vigl. in com. ad. §. ex autẽ. quibus modis testa. infirm. inst. lib. 2.

q ¶ *Alio quouis*. aliàs aliquouis: aliàs alio quouis. *Accursius*.

r ¶ *Qui se pupillum*. Not.[g] putat se nihil agere, tamẽ tenet quod agit. facit. *s. eod. l. sed & si de sua*. Accur.

g Opinioni præfertur veritas.

Clodius.] CASVS. Quidam nomine Clodius fecit de iure testamentum: & instituit in eo sibi heredem Titiũ: & postea fecit non de iure aliud testamentum: & instituit sibi eundem Titiũ: & decessit Titius cum putaret valere secundum testamentum: & ex eo adiuit. & postea nolebat ipse adire ex primo, cum nihil valeret aditio ex secundo. nunquid potest? Et pronuntiauit Papinianus decessisse intestatum Clodium, qui Titius adeundo ex secundo testamento videtur repudiasse ex primo: & quia aditio non valuit ex secundo. sed ipse malè dixit. non enim videtur Titius repudiasse ex primo, cum putaret secundum valere: & ideo poterit adhuc adire ex primo testamento. *Viuianus*.

s ¶ *Prius testamento*. solenni & vtili. *Accur*.

t ¶ *Putabat*. sed malè: *vt. s. de inoffic. test. l. mater*. Sed pro eo erat. *s. eo. l. filium emancipatum*. sed ibi sciens testamentum valere accepit ab intestato: vt ibi no.

u ¶ *Dicebam*. & bene: *vt. d. l. mater. & s. de peti. heredi. l. legitimã. & j. de leg. ij. l. si iure testamẽto. & l. Lucius. §. Sẽproniæ. & ar. s. ti. j. l. iij. ar. s. de dona. inter vir. & vxo. l. quod autẽ. § si vxor. & de le. ij. qui fideicommis. & l. Lucius. §. quisquis. & j. de appel. l. Seio*. Ac.

x ¶ *Pronuntiauit*. iudex huius causæ. *Accur*.

y ¶ *Intestatum*. ergo videtur iudicasse secundum Papi. vnde dic quòd malè pronuntiauit: quia per inutile[h] non infirmatur vtile: *vt Insti. qui. mo. testa. infir. §. ex eod. & C. de testa. l. hac consultissima. §. si quis. & d. l. qui fideicommissum. quæ sunt contra*. 2. Vel dic quòd bene pronuntiauit: sed non quia non possit adiri: sed quòd scriptus heres in priori testamẽto priusquam ex primo adiret, decesserit, *secundum Ioan*. & sic sunt. d. ll. contrariæ. & facit *infra de iis qui*.

h Inutili vtile nõ infirmatur.

qui vt indig. l. cum quidam. & de verb. oblig. l. si dati.

Post abstentionem coheredum, alius se implicās vniuersæ hereditati, vniuersis oneribus tenetur. Bartolus.

XCVIII. SCAVOLA *libro 26. Digestorum.*

QVæ neptis suę nomine, quā ex Seia [a] habebat, Sempronio tot dotis nomine spoponderat, [b] & pro vsuris in exhibitionē [c] certā summā præstabat: decessit relicta Seia filia, & aliis heredibus: cum quibus Sēpronius [d] iudicio [e] egit: condemnatique pro portionibus hereditariis singuli heredes, inter quos & Seia, [f] Sēpronio cauerūt [g] summam, qua quisque condemnatus erat, vsuris [h] eisdem quæ ad exhibitionē à testatrice præstabantur. postea excepta Seia filia cæteri heredes abstinuerunt [i] hereditate beneficio principis: & tota hereditas ad Seiam pertinere cœpit. Quęro, an in Seiā, quæ sola heres remansit, & omnia vt sola heres egerat, pro eorū quoque portionibus qui beneficio principali hereditate abstinuerint, vtilis actio dari debeat. Respondit, pro parte eorum qui se abstinuissēt, actiones solere decerni in eam quæ adiisset, & maluisset [k] integra hereditaria onera subire.

In eum qui post abstentionem vnius omnia bona vindicat, dantur actiones integræ. Bartolus.

XCIX. POMPONIVS *libro 1. Senatusconsultorum.*

ARisto in decretis Frontianis ita refert: Cū duæ filiæ patri necessariæ heredes extitissent, altera se paterna abstinuerat [l] hereditate, altera bona paterna vindicarat, totúmq; onus suscipere parata [m] erat: Sanctum Cassium prætorē causa cognita actiones † hereditarias vtiles daturum, rectè pollicitum ei quæ ad hereditatē patris accederat: denegaturúmque ‡ ei quæ se abstinuerat.

TESTAMENTA * QVEMadmodum aperiantur, inspiciantur, & describantur. †

TITVLVS IIII.

I. GAIVS *libro 17. ad Edictum Prouinciale.*

OMnib9 quicūq; desiderāt tabulas testamēti [n] inspicere, vel etiā describere: [o] des

QVæ neptis.] CASVS. Titiam habens filiam Seiam, & ex ea Seia neptem Semproniam: maritauit dictam neptem Sempronio: & c. nomine dotis eidem Sempronio spopondit: & quolibet mense dabat eidem Sempronio. x. nomine vsurarū dictorum centū promissorum pro dote pro satisfaciendo Sēpronio de exhibitione siue alimentis quæ dabat de suo vxori suæ quę erat, vt dictū est, neptis dictæ Titię. decessit tempore procedente dicta Titia auia, institutis sibi heredibus filia sua Seia, & duobus aliis impuberibus. postea Sēpronius maritus neptis egit contra dictos tres heredes auiæ ad cētum prædicta sibi promissa per auiam: & quilibet eorum fuit ei condemnatus pro hereditaria portione. & postea quilibet dictorū trium heredum promisit eidem Sēpronio soluere partem in qua erat ei condemnatus, cum eisdem vsuris quas Titia testatrix pręstabat quolibet mense eidem Sempronio pro alimētis dictæ suæ neptis. postea dicti duo heredes impuberes qui erāt coheredes dictæ Titiæ filiæ Titiæ testatricis, abstinuerūt se ab hereditate Titiæ per beneficium in integrū restitutionis ab imperatore impetratū: & sic tota hereditas cœpit pertinere ad dictam Seiam testatricis filiam. quæritur, vtrum dictus Sēpronius maritus neptis dictę Titię testatricis possit conuenire Seiam filiam testatricis pro partibus coheredum qui abstinuerūt? Et respon. quòd sic. Item habebit Seia filia testatricis omnes hereditarias actiones, & denegabuntur eis duobus coheredibus qui se abstinuerūt. & hoc idē retulit Aristo in Decretis Frontianis in quodā alio casu simili supradicto. *& h. d. cum l. seq.* Viuia.

a ¶ *Seia.* filia. *Accursius.*

b ¶ *Spoponderat.* sed non soluerat.

c ¶ *In exhibitionem.* i. propter exhibitionē quam faciebat vir: *sic ʒ. de excep. do. l. fi. j. respon. & ʒ. de in rem ver. l. pe. & fi. Accursius.*

d ¶ *Sempronius.* maritus neptis.

e ¶ *Iudicio.* sub. in. & dic egit ex promissione dotis.

f ¶ *Seia.* scilicet condemnata.

g ¶ *Cauerunt.* i. per cautionem promiserunt summam, &c.

h ¶ *Vsuris.* id est, sub vsuris.

a Abstinente se vno vel plurib. per in integrū restitutionē, actiones omnes transferūtur in eum cui fit restitutio.

i ¶ *Abstinuerunt.* beneficio in [a] integrum restitutionis: quia minores vel milites erant: *vt Inst. de her. qua. & dif. §. extraneis. & §. sciendum.*

k ¶ *Maluisset.* nec enim compellebatur: *vt. ʒ. eo. l. si minor. & facit ʒ. de suc. edi. l. fi. & ʒ. de mino. l. au prætor. § sed quod Papinianus. & ʒ. l. proxi. & ʒ. ad Trebel. l. j.* Accursius.

l ARisto. *Abstinuerat.* per in integ. resti. cum iam adiisset, secundum Azo. certè idem & si non adierat, sed abstinuit: quod potest: *vt. ʒ. eo. l. necessariis.* Accursius.

m ¶ *Parata.* ad quod non cogebatur secundum primum casum: *vt supra. l. proxi.* vel ad quod cogebatur, secundum alium. *vt. ʒ. eo. l. qui ex duabus. §. qui semel.*

TESTAMENTA QVEMADM. APERIAN. &c.

Gratia deliberationis & aditionis hereditatis de qua dictum est, opus est tabulas aperiri. ideo de hoc dicit. Accursius.

Quamuis ex asse heredes scripti hereditatem adquirere possint clausis tabulis testamēti, nō tamen ex parte scripti, nisi sui heredes sint. ideoq; post titulū de adquirēda hereditate, rectè subiicitur quēadmodū testam. aperiātur, recitentur, describātur. hoc verò fit lege Iulia vicesimaria, & remedio extraordinario ex hoc edicto in eū q fatetur penes se tabulas esse, nec vllā nō exhibēdi causā allegat: vel interdicto de tabulis exhibēdis in eū q inficiatur aut litigat. Cuiac-

OMnibus] Primò ponit mentē edicti. Secūdò rationem. Tertiò incipit exponere. Secūda ibi, Ratio. Tertia ibi, Si quis. Bar. CASVS. Titius fecit testam. & instituit sibi heredē Seiū, & mihi legatum reliquit, & decessit. nūc volo petere ab herede legatū. vnde peto ab eo corā iudice vt permittat mihi inspicere & legere, vel etiā describere tabulas testamēti: quia per testam. volo probare mihi relictū legatū: & dixi iudici: Domine, quæratis ab herede si habet vel habere potest tabulas testamenti. & cū iudex interrogaret heredē, heres respondit, bene habeo: sed non teneor ei facere copiā inspiciendi vel describēdi: probet alter de legato suo si vult. modo quæritur, vtrum heres ad prædicta teneatur? Et dicitur quòd sic: & nō solū mihi legatario tenetur ad prædicta, sed etiā procuratori meo. Et est ratio quare tenetur mihi, quia non bene possum probare corā iudice de legato meo, nisi inspectis & cognitis verbis testamenti: nec etiā possum trāsigere super legato nisi verbis testamenti lectis & cognitis. Sed quid si vnus de testibus qui signauerūt testamentū, neget sigillū suum agnoscere, cum ostenditur ei testamētum sigillatum coram iudice? pertinet enim ad officium iudicis facere venire corā se omnes testes qui signauerunt, antequam aperiat testamentum: & ostendet legatario ad sciendum vtrum ipsi agnoscant eorū sigilla. Certè non ideò minus aperientur tabulæ: habentur tamen aliàs suspectæ. Item non mirū si mihi legatario debet facere iudex prædictam copiam. nam instrumentum tabularum testamenti non est tantùm heredis, sed etiam est vniuersorū quibus aliquid est in eo relictum. Item illud quod dictum est, habet locum non tantùm in testamento iure perfecto, sed etiam in falso vel iniusto vel irrito. quamuis enim illa non dicantur testamenta propriè: tamen abusiuè testamenta appellantur. Item habent locum prædicta siue sit mihi relictum legatum in codicillis, siue in epistola, siue in principalibus tabulis, siue in secundis. Quid si liquet eū viuere ex cuius tabulis prædicta peto? certè nō debet mihi fieri copia. Et quod dixi in uno testamento, habet locum in pluribus. diem tamen & consulem tabularum non debeo describere vel inspicere: possem enim falsum committere. Quid si heres petat à iudice tempus ad exhibitionem testamenti mihi faciendam? certè habere debet secundum angustias seu prolixitatē loci in quo dicit esse testamentum. Item quid si neget se posse habere testamentum? certè tunc non habeo beneficium huius edicti: sed debeo agere contra eum interdicto de tabulis exhibendis. heres autem potest ad exhibendum agere pro tabulis testamenti ab alio possessis, & etiam vindicare. *& h. d. vsque ad. l. cum ab initio.* Viuianus.

n ¶ *Tabulas testamenti.* Videtur [a] ergo quòd ad solum testamentum in scriptis pertineat hoc edictum. sicut & interdictū de tabulis exhibendis: *vt. ʒ. de tabu. exhiben. l. j.* ¶ Item ad omnē scripturā quæ pertinet ad testamentū: *vt. ʒ. eo. l. ij. §. ad causam. & C. eo. l. iij.* ¶ Sed quid prodest hæc descriptio & inspectio? Respon. prodest: quia sic est clausum, quòd nullus scit etiam de testibus quid ibi sit scriptum: *vt. C. de testa. l. hac consultissima. in princi.* ¶ Item immutatur sola incisione, *arg. C. de testa. l. nostram.* ¶ Itē nunquid in nūcupatiuo scripto? an potest agi vt huius fiat copia? [b] Videtur quòd sit vtile, sicut & interdictum de tabu. exhi. nam & datur secūdum nuncupationem: *vt. C. de secun. tab. l. ij.* & edictum diui Hadriani vtile: *vt. C. de edic. diui Hadri. tol. l. fi.* ¶ Item & in aliis instrumētis hereditariis hoc fit: *vt infra ad leg. Fal. l. penul. §. fi. & pe. Item supra de eden. l. j. §. ij. & iij.* Accursius.

o ¶ *Describere.* & legere: *vt. ʒ. eo. l. ij. § inspectio.*

Diuisio.

† Adeunti hæreditatem pro solido, in solidum dantur actiones hæreditariæ: vt abstinenti insolidū, denegātur etiā in solidū.

‡ Sic rectius in veter. inquit. Taure. cum in archet. tamen sit, delegatucū.

* Vulg. Quēadmodum testamenta.

† Hic titulus videtur pertinuisse ad legē de vicesima, *vt Paulus libro 4. Sententiarū tit. 6. De qua in vita Marci per Capitol.* In vet. manusc. ad marginē huius titu. scriptū reperi, Hic incipit aliud exēplar.

a Hoc edictum directè pertinet ad testamēta quæ in scriptis fiunt: vtile verò ad nuncupatiua & alia instrumēta hereditaria.

b Quæ fit quandoque officio iudicis. *in Spec. tit. de offic. omnium iudic. §. 1. vers. item impetratur quandoq;* vt hic, per edictum de tabulis exhibendis. *Bart. in l. fi. ʒ. de tabulis exhiben.*

piciendi † deſcribendique poteſtatem futurũ ſe prætor * pollicetur. quod [a] vel ſuo, vel alieno nomine [b] deſideranti tribuere eũ manifeſtũ eſt. 1. ¶ Ratio autem huius edicti manifeſta eſt. Neque enim ſine iudice tranſigi, neque apud iudicem exquiri veritas de his controuerſiis quæ ex teſtamento proficiſcerentur, aliter poteſt, quàm inſpectis cognitíſque verbis [c] teſtamenti.

Vnus ex teſtibus neceſſariis adſcriptis in teſtamento contradicens, fidem teſtamenti facit vacillare. Bartolus.

2. ¶ Si quis [d] neget [e] ſigillum ſuum agnoſcere: non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ, ſed aliàs ſuſpectæ [f] fiunt.

II. VLPIANVS *lib. 50. ad Edictum.*

TAbularũ teſtamenti inſtrumentum [g] non eſt vnius hominis, [h] † hoc eſt heredis. ſed vniuerſorum quib. quid illic adſcriptum eſt: [i] quin potius publicum [k] eſt inſtrumentum.

Omnis ſcriptura quæ prima facie continet vltimam voluntatem, pertinet ad hoc edictum. Bartolus.

1. ¶ Teſtamentũ autẽ propriè illud dicitur, quòd iure perfectũ eſt. ſed abuſiuè teſtamenta ea quoq; appellam⁹, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta. Itémque imperfecta [l] ſolemus teſtamẽta dicere. 2. ¶ Ad cauſam [m] autẽ teſtamẽti pertinere videtur id quodcũque quaſi ad teſtamẽtum factum ſit, in quacũque materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremam volũtatem. Et tam principales quàm ſecundæ tabulæ edicto cõtinentur. 3. ¶ Si plura [n] ſint teſtamenta, quæ quis exhiberi deſideret: vniuerſorum ci facultas facienda eſt.

Si dubitatur de vita teſtatoris, teſtamentum non aperiatur, niſi cauſa cognita. Barto.

4. ¶ Si dubitetur vtrũ viuat an deceſſerit is cujus quis quod ad cauſá teſtamẽti pertinet, inſpici deſcribíque poſtulat: dicendum eſt, prætorem cauſa cognita ſtatuere id debere, vt ſi liquerit [o] eũ viuere, † nõ permitat inſpici tabulas, [p] & vt ipſam ſcripturam [q] quis inſpiciat, & ſigilla * [r] & quid aliud [s] ex tabulis velit ſpectare. 5. ¶ Inſpectio [t] tabularũ etiam lectionem earum indicat.

Inſpectio & deſcriptio tabularum fit ſine die & conſule. Barto.

6. ¶ Diem autem & conſulem tabularum non patitur prætor deſcribi vel inſpici, idcirco, ne quid falſi fiat. Namque etiam inſpectio [u] materiam falſo fabricando inſtruere poteſt.

Ex cauſa datur terminus ad exhibendum tabulas Bartolus.

7. ¶ Vtrum autẽ incontinenti poteſtatem inſpiciendi vel deſcribendi iubet: * an deſideranti tempus dabit ad exhibitionem? Et magis eſt vt dari debeat [x] ſecundum locorum anguſtias ſeu prolixitates. [y]

---

a ¶ *Quod*. i. quòd fiat copia deſcribendi & inſpiciendi.
b ¶ *Alieno nomine*. vt tamẽ de calũnia iuretur: *vt. C. e. l. ij.* & procurator debet iurare de calumnia: *vt & infra de dam. infect. l. qui bona. §. qui in alieno.* nec enim hoc omnimodam formam iudicij habet: vt dico in bo. poſſ. Vel dicas quòd ipſe dominus nõ procurator iurat: *vt. Cod. de iura. calumn. l. ij. §. ſin autem.*
c ¶ *Verbis teſtamenti.* & ideo æquum fuit vt deſiderium volontis aperiri teſtamentum reciperetur. *Azo.* ad quod ſupra *de tranſac. l. de his.* ¶ Item iuramentũ hoc prætextu retractatur: *vt C. de rebus cre. l. ſi.* & ſentẽtia [a] de æquitate, licèt non de rigore: *vt infra de except. rei iu. l. ſi mater. in prin.* ¶ Itẽ facit ſupra *de interrog. act. l. de ætate. §. ſi ex cauſa.*
d ¶ *Si quis*. ex teſtib.
e ¶ *Neget*. cum aperitur teſtamentum, & conuocantur teſtes vt ſua ſigila recognoſcãt: vt infra *eod. l. cum ab initio. & l. ſequen.* & vnus negat, id eſt, dicit ibi non eſſe ſuum, vel id eſt, reprobat. aliàs aliter ponitur, negat: *vt. Codice de peti. heredi. l. ſi putas.* ¶ Quis autem ſi dubitat? dicam idem, & hoc ſi non eſt ſuum ſigillum. aliàs præſumitur pro ſigillo: *vt infra rem ra. ha. l. nec ſatiſdatio. & in Authentic. de fid. inſtru. colla vj. §. ſi verò moriantur.*
f ¶ *Suſpectæ fiunt.* ergo vox [b] vnius inducit ſuſpicionem. *ſic infra de do. præle. l. Theopompus.* Sed Io. dicit hoc ſpeciale: quia maior ſolennitas exigitur hîc quàm alibi. ¶ Item argum. contra. *j. de queſtio. l. maritus* plenam autem probationem non inducit: *vt C. de teſti. l. iuriſiurandi.* ¶ Item quid ſi præter hoc ſint alia ſufficientia ſigilla? Reſpon. ſufficit, *arg. C. ſi ex fal. inſtr. l. ij. Accurſius.*
g ¶ TAbularũ.] *Inſtrumentum.* No. teſtamentũ vocari inſtrumẽtum, & publicum: vt ſtatim dicam & bene: quia generalis eſt appellatio inſtrumenti: *vt. ſ. de fide inſtru. l. j.* Accurſius.
h ¶ *Vnius hominis.* ſubaudi, tantùm.
i ¶ *Adſcriptum eſt.* vt & *. j. de tab. exhi. l. iij. §. ſolent.* & dic quòd eſt vniuerſorum vtilitate, non proprietate: ſed heredis tantùm proprietate: *vt infra. l. proxi.*
k ¶ *Publicum*. auctoritate. vt ei credatur, cum ſint ibi ſeptẽ ſigilla: etiã [c] ſi non viuant teſtes quod non placet: niſi ſit per manũ publicam ſcriptũ. 2. Vel publicum, id eſt, ad publicã vtilitatẽ pertinens: *vt. j. eod. l. vel negare. & facit. ſ. de eden. l. prætor. §. huius.* an autem ille cui eſt nihil legatũ, poſſit agere, vt ſic ſciat an ſit ſibi relictum? videtur quòd non: *vt in prin. huius. l. & j. de tab. exhi. l. iij. §. ſolent.* ¶ Sed dicas contra: *vt hic & ſ. l. j. in prin. & §. ratio. & j. eo. § ſi dubitetur. & no. C. de tabu. exhi. l. j.*
l ¶ *Imperfecta.* hoc quo ad hoc vt edictũ habeat locũ: *vt hic & interd. ẽt de tabu. exhi. vt infra de tabu. exhi. l. iij. §. hoc interdictum.* ¶ Sed contra *j. ad. l. Cor. de fal. l. ſi quis legatum* Solu. pro falſo & non perfecto teſtamẽto nec hoc edictum nec illud interdictum de tab. exhi locum habet: vt ibi. ſed pro falſo perfecto, vel pro vero & imperfecto vtrumque datur: *vt hic.* vel dic vt ibi. *no. in §. hoc interdictum.* ¶ Itẽ facit infra *de verb ſignifi. l. Paulus. & pro emptore. l. iij. §. ſeparata.* ¶ Sed ar. cõtra *Inſt. quib. mo. teſt. infir. §. ex eo.* ſed quo ad hoc, edictum obtinet quod hîc non vt rumpat primum.
m ¶ *Ad cauſam.* continebatur in edicto quod non habemus, quod omnis ſcriptura pertinens ad cauſam teſtamẽti poſſet peti: *vt & . C. eo. l. pe.* quod hîc exponitur. in illo autem de tab. exhi. cõſtat hoc dici: *vt. j. de tabu. exhi. l. j. in princ.* ſiue ergo ſit teſtamentum, ſiue codicilli, pertinent: *vt hic, & C. e. l. fin.* Sic ergo accipitur cauſa [a] teſtamenti, i. teſtatio mentis. Sic [b] ergo largè omnis talis ſcriptura eſt teſtamentum: *vt Inſt. de teſta. in princi. & facit infra de verbo. ſignifi. l. verbum pertinere. & de tab. exhib. l. j. §. hoc interd. ctũ & infra eo. l. ſicut.*
n ¶ *Si plura.* i. in pluribus chartis puta in vna Titius, in alia Seius ſcripti ſunt: & ſimul ſignata: & ſic eſt vnum: *vt. j. de ſecun. tab. l. j. §. ſi quis in duobus. & . j. de tabu. exhib. l. iij. §. j.* 2. Vel dic plura integra & ſimul ſignata: *vt ſ. de teſta. l. vnum. & . j. eodem. l. ſi in duobus.* 3. Vel tertiò quòd etiam prius vnum, poſteã aliud: & ſic primum ruptum: tamen pertinet ad hoc edictum: *vt ſupra proxi. §. Accur.*
o ¶ *Liquerit*. id eſt, liquidò apparuerit. quadriſyllabum. ¶ Sed nõne quilibet [c] præſumitur viuere, etiam vſque ad. c. annos, niſi probetur mortuus: *vt. C. de ſacroſan. eccle. l. fin.* ſed hic probatur viuere? Sed reſpon. quòd probatum erat eum mortuum: quod ſufficit [d] ſemiplenè ꝓbari per [e] vnum teſtem, vel aliã præſumptionem vt habeat locum hoc edictum.
p ¶ *Tabulas.* in totum.
q ¶ *Scripturam.* pro parte.
r ¶ *Et ſigillet.* ſcilicet inſpectam. Accurſius.
s ¶ *Et quid aliud.* aliàs, & quod aliud: & aliàs, & quid. & expone pro quod. q. d. & ſigillet, id eſt. ſigillatuꝫ cum ſe dicat id aliud quod vult inſpicere: puta aliqua ſigna quæ conſueuerunt apponi chartis: vt *in Auth. de fide inſtru. §. oportet. colla. vj.* ſi ergo eſſet mortuus, hoc permitteretur licèt ibi nihil ſit relictum, vt hic innuit: & no. *ſupra in principio huius. l. Accurſius.*
t ¶ *Inſpectio.* & hoc verbum erat in edicto quod hîc exponit, id eſt, ex quo permittitur [f] inſpectio à remotis, & lectio de proximo permittitur: quia cum quid conceditur, & id quod ex eo ſequitur, *arg. ſupra de iuriſd. om. iu. l. iij.* & econtra cum quid prohibetur. *C. de leg. & ſenatuſcon. l. non dubium. Accurſius.*
u ¶ *Nam inſpectio.* nedum deſcriptio & lectio. nam viſo eo die poſſet probari quòd teſtator eo die fuiſſet alibi: *vt ſupra de eden. l. j. §. editiones & . § idem.* & ideo non fit: *vt hic. & . C. eo. l. iij. in fin.* ¶ Sed contra. *ſ. de eden. l. prætor.* vbi rationes cum die & conſule eduntur, quæ ſunt communes, vt & teſtamentum: & cõmunium ſcripturarum fit editio cum die & cõſule. Sed ibi me mandãte, hic non: *vt. ſ. de eden. l. ſi quis ex. §. ex hoc.* ¶ Item hîc maior timor falſitatis: *vt. C. de fideicomm. l. ſi.* ¶ Item no. quod tollitur via malitiis. ſic. *C. de indic. vidu. tol. l. ij. Accurſius.*
x ¶ *Dari debeat.*] ſic. *ſ. de eden. l. prætor. §. fin. & l. ſeq. & ad exhi. l. ſed ſi hereditas. §. j. & Inſt. de offic. iudi. §. quòd ſi neget. & . j. de tabu. exhi. l. j. §. j. & arg. ſ. de interrog. act. l. qui interrogatur.*
y ¶ *Prolixitates.* ad hoc. *C. de dila. l. j. & . ſ. de feriis. l. oratione.*

Marginal notes:
a Sententia retractatur occaſione teſtamenti de nouo repertis.
a Cauſa teſtamenti prò mentis teſtatione.
b Teſtamenti vox latiſſima.
† Vbi enim eſt teſtamentum, mors teſtatoris intercedat neceſſe eſt. nam teſtamẽtum in mortuis cõfirmatũ eſt, alioqui non valet quandiu viuit is, qui teſtatus eſt. *Paulus ad Hebræos cap. 9.*
* ſigillet.
c Præſumitur quiſque viuere ad c. annos.
d Probari mortuũ ſemiplenè ſufficit ad edictum teſtamentorum aperiendorum & inſpiciendorum.
e Semiplena ꝓbatio eſt quæ fit per vnũ teſtem. vel ꝑ præſumptionem.
* præbebit.
b Vox vnius teſtis ſuſpicionem inducit.
f Inſpectio inſtrumenti permittitur lectionis cauſa, ſeu vt legi inſtrumentum poſſit.

Compelletur.

a ¶*Compelletur.* per hoc dictum.
b ¶*Si tamen neget.* vel non neget, sed causam quare nõ exhibeat, prætendat *vt infra de tabu.exhi.l.j.§.j.*
c *IPsi tamen heredi vindicatio.* hoc post aditam hereditatem.
d *Et ob id.* s. quia [a] datur vindicatio, datur ad exhibẽdũ: quod est

Hoc edictum competit confitenti contra negantem interdictum, & heredi vindicatio competit. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

8. ¶Si quis non negans apud se tabulas esse, non patiatur inspici & describi: omnimodo ad hoc compelletur. [a] Si tamen neget [b] penes se tabulas esse: dicendum est ad interdictum remitti, quod est de tabulis exhibendis.

III. GAIVS *libro 17. ad Edictum Prouinciale.*

IPsi tamen heredi vindicatio [c] tabularum, sicut cæterarum hereditariarum rerum competit: & ob id [d] ad exhibendum quoque agere potest.

In his. ll. tractatur quale debet esse officium iudicis in aperiendo tabulas postquam liquet quòd aperiri debẽt. Bartolus.

IIII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

CVm ab initio aperiẽdæ sint tabulæ, prætoris id officium est, vt cogat [e] signatores cõuenire, & sigilla sua recognoscere. [f]

V. PAVLVS *libro 8. ad Plautium.*

VEl negare se signasse. publicè enim expedit suprema hominũ iudicia exitum habere.

VI. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

SEd si maior [g] pars signatorum fuerit inuenta: poterit ipsis interuenientibus resignari testamentum, & recitari.

speciale in chartis: vt ita demum detur ad exhibendũ, si & meæ sint chartæ: *vt hic, & .s. ad exhibend. l. ij. §. j.* aliàs sufficit qualitercũque intersit exhiberi: *vt. s. ad exhiben. l. j. & l. iij. §. est autem. cum sequẽtibus. §§. & in ea. l. §. si quis extra heredẽ.* ¶An autem hoc [b] edictum detur heredi? Resp. sic: *vt. s. eo. l. ij. in princi. & C. eo. l. ij. & iij. Accur.*

CVm ab initio.] CASVS. Dictum est à prin. ti. vsque huc, qualiter heres tenetur mihi legatario facere copiam corã iudice inspiciendi & legẽdi & describẽdi tabulas testamẽti in quo mihi relictum est legatum. nũc vult dicere de vno q̃ debet facere iudex antequã faciat mihi dictã copiam. nã ante debet cogere testes qui suis sigillis signauerunt testamentum, venire corã se, & sigilla sua quæ apposuerunt testamẽto, recognoscere, aut negare se signasse. Sed quid si aliqui ex dictis testibus vel etiã omnes sũt absẽtes? Certè mittere debet iudex testamentũ ad eos vt agnoscant sigilla eorum: & postea debet aperire testamentũ, & recitare & facere mihi copiam prædictã. non autẽ debet iudex dictos testes absentes facere venire ad se: quia hoc sæpe eueniret cũ magna captione testium qui aberant causa expediendi negotia eorum. est enim iniquũ quod dictum officium testium sit eis damnosum. Sed quid si aliqua iusta causa subsit propter quam nõ potest iudicari apertura tabularum donec tabulæ mittantur ad dictos testes absentes, & reportentur ad iudicem? Certè tunc iudex debet curare vt aperiantur tabulæ interuenientibus viris optimæ opinionis: & debet mihi vel legatario fieri copia describendi verba testamenti, & recognoscendi verba legati. & hoc facto debent obsignari tabulæ testamenti ab illis viris optimæ opinionis, quibus interuenientibus (vt dictum est) sunt apertæ: & postea debent mitti dictæ tabulæ ad illum locum vbi sunt dicti testes absentes, vt ipsi recognoscant sigilla eorum. & hoc vult dicere vsque ad legem pupill. *Viuianus.*

e ¶*Cogat.* captis pignoribus: *vt arg. Instit. de satisd. tuto. §. penul.* 2. Vel pœnali iudicio: *vt supra si quis ius di. non ob. l. j.* ¶Et not. testes [c] cogi ad testificandum: *vt infra de tabu. exhi. l. locum. §. exhibere. & .C. de testib. l. si quando.* ¶Item dicas eos cogi si præsentes sint. aliàs non *vt infra eo. l. sed si quis. Accursius.*

f ¶*Recognoscere.* Iurando [d] dicere verum si sint sua vel non: & an sit testamentum illius: *vt hic & infra. l. proxi.* nec enim aliter creditur testibus: *vt. C. de testi. l. iurisiurandi.*

g *SEd si maior.* non est attendendum de maiori parte: quia idem esset & si nulli inuenirentur: *vt. C. e. l. ij. & .j. l. proxi.*

h *SEd si quis ex signatoribus aberit.* in alterius territorio. alioquin inuiti venirent: *vt. s. eo. l. cum ab initio. & .C. de testi. l. si quãdo. in prin. & de fide instr. l. iudices.* 2. Vel refert inter hãc cognitionẽ & testimonia. *Azo.* quia [e] etiã in eodẽ territorio cõstituti nõ cogũtur venire: cũ etiã suæ domi possit ostẽdi eis: sed testificatio fit corã iudice causæ. In casu tamẽ vbicumque sint, cogũtur venire, scilicet si consuetudo sit: *vt. s. de test. l. iij. §. si. Accursius.*

[c] Testes cogi possunt ad testificandum.

[d] Iurare signatores testamẽti, debent, sicut testes qui interrogantur.

[e] Iuramentum à signatoribus sui territorij iudex recipit per notarium missum in eorum domũ, ab his qui in alieno sunt territorio, per iudicẽ territorij: à quo postea testimonia remittuntur. Iudex enim principalis causæ publicæ testimonia debet, nõ is cui interrogatio est commissa. adde Glossam ver ... quãdo.

i ¶*Damnosum.*] sic. *j. de fur. l. si seruus communis. §. quod verò. & j. de cura. bonis dando. l. ij. §. quæritur. & .C. de testi. l. siquando §. sed cum. & .s. quibus ex causa. l. videlicet. & .C. de excusa. tut. l. apparitores.* ¶Sed hęc iniquitas [a] quãdoque toleratur & statuitur: *vt [o] infra de iis qui. vt indi. l. post legatum. §. his vero.*

[a] Iniquitas quandoque toleratur

VII. GAIVS *libro 7. ad Edictum Prouinciale.*

SEd si quis ex signatoribus aberit, [h] mitti debent tabulæ testamẽti vbi ipse sit, vti adgnoscat. nam reuocari eum adgnoscẽdi causa, onerosum est: quippe sæpe cum magna captione à rebus nostris reuocamur. & sit iniquũ, damnosum [i] † cuiq; esse officiũ suum. Nec ad rẽ pertinet, vnus absit, an omnes. Et si fortè omnibus absẽtibus causa aliqua [k] aperire tabulas vrgeat, debet proconsul curare vt interueniẽtibus optimæ opinionis viris aperiantur: [l] & post descriptum & recognitum factum, ab hisdem quibus interuenientibus apertæ sunt, obsignentur: [m] tũc deinde cò mittantur, vbi ipsi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua. [n]

Tabulæ pupillares non aperiuntur viuo pupillo, nisi ex causa. h. d. cum. l. seq. Bart.

VIII. VLPIANVS *lib. 50. ad Edictum.*

PVpillares tabulas, etiam si non fuerit superscriptum ne aperirentur: attamen si seorsum eas signatas testator reliquerit, prætor eas aperiri, nisi causa cognita, [o] non patietur.

IX. PAVLVS *libro 45. ad Edictum.*

SI mulier ventris nomine in possessione [p] sit: aperiendæ sunt secundæ tabulæ, vt sciatur cui demandata sit curatio. [q]

k ¶*Aliqua causa.* puta moriebatur heres: vnde nisi adiret nõ transmittebat ad heredes: sed nec adire poterat ante aperturam tab. *vt C. de caduc. tollen. §. cũ igitur & .j. eod. l. si in duobus. ij. respon. vel dabis exemplum. j. eo. l. si mulier. Accursius.*

[b] Sed dic, ibi adulsisse fuisse quãdam culpam, hic secus.

l ¶*Aperiatur* s. tabulę.

m ¶*Obsignentur.* i. resigillentur, i. iterum sigillentur: *vt. C. eo. l. ij. sic. s. deposi. l. j. §. si pecuniam. §.* Item no. hac l. testẽ [c] habere officiũ, & quidem publicum: quod sane intellige.

† Concor. c. fand. dilecto cum glos. super verbo, fassi. nere. prope prin. extra de renun.

[c] Testis officiũ publicũ habet.

n ¶*Sua.* & [d] ibi etiam domi suæ inrent: iudex tamen mittet aliquẽ de suis ministris ad recipiẽdum iuramentum: *vt. C. de episc. & cle. authen.* sed iudex. vel cõmittet iudici illius terræ: *vt in Auth. de testi. §. & quoniam. coll. vj.* quo facto vnà cum testamento sigillato remittentur dicta testiũ scripta ad iudicem illũ ordinarium coram quo petebatur aperiri, & aperietur, & decreto iudicis authenticabitur: & extunc habet vim publicæ scripturæ: q̃ prius non erat: *vt. C. de testa. l. publicati. Accursius.*

[d] De sententia huius Glossæ dixi initio huius legis.

PVpillares.] CASVS. Titius fecit testam. & instituit sibi heredẽ filium suum impuberem: & postea fecit pupillares tabulas, i. pupillariter substituit eidem suo filio: & dictas tabulas pupillares signauit seorsum à testamento suo: ita quòd testamentũ suũ erat in vna charta, & pupillare in alia certè siue testator subscripsit dictis pupillaribus tabulis quòd nõ aperiantur, siue non, non debet pati prætor eas aperiri nisi causa cognita: vt quia dico mihi relictum esse legatum in eis tabulis pupillaribus: vel quia mulier ventris nomine in pos. bo. testatoris sit, scilicet vt sciatur cui demandauit testator curationem ventris. *& hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.*

o ¶*Causa cognita.* puta pupillo mortuo. ad quod *C. eo. l. iij. & Institu. de pup. substit. §. sin autem. vel dic. vt. j. l. proxi. in prin.*

p *SI mulier ventris nomine in possessione.* missa per prætorẽ, quia prægnans inuenitur post mortem viri: *vt infra de ventre in pos. mit. l. j. in princ.*

q ¶*Curatio.* scilicet ventis. nam curator [e] non tutor datur ventri à magistratu: *vt. s. de tuto. & cu. da. ab his. l. ventri.* nec tamen hic tenet datio à testatore: sed debet per iudicem confirmari: *vt. s. de confir. tuto. l. j.* At pupillo qui est in ventre, potest à testatore tutor dari: *vt. Inst. de tute. § pe.*

[e] Curator ventri datur à magistratu: tutori à testatore.

SI in duobus.] CASVS. In duobus exemplariis authenticis fecit testamentum Titius, legatarius petit testamentum aperiri. certè sufficit alterum esse apertum: & non est vis à quo apertum sit, siue sui natura, siue alio modo: quia semper videtur apertum. Sed quid si tabulæ testamenti sunt exustæ vel suppressæ vel occultatæ, & ita non comparent? Certè debent legata solui legatariis si alio modo probent sibi relicta. Item scias quòd non solum testamentum aperiri potest legatarius petere, sed etiam codicillos, & secundas tabulas: quia pars sunt testamenti. quod autem dixi in duobus exemplariis authenticis, non habet locum si vnum exemplariũ est authenticũ, & aliud exemplum: quia aperto exem-

plo non videtur apertum authentichum. *& .h.d.vsque ad fin tit.* Viuianus.

a ¶*Si in duobus exẽplariis.* hoc[a] fieri potest, & vtrunq; est in authentichũ: *vt Insti. de testa. §.pe. & .j. de secun. tab. l.j. §. si quis in duob. & .s. de testa. l. vnũ.* secus si alteri ũ[b] est exemplum: *vt .j. eo .l. si.*

a Testamẽtum pot ẽ fieri in duobus exemplariis, & vtrũque hoc casu est authenticũ. b Testamentũ potest fieri in authentico, & simul rursus in exemplo.

b ¶ *Alterutro.* id est altero. *sic infra de lega. j. l. si ex toto. §. primo in fine.*

X. VLPIANVS *lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.*

SI in duob. exemplariis[a] scriptũ sit testamentũ: alterutro[b] patefacto apertæ tabulæ sunt.

Quod natura facit, non eget ministerio iudicis. Bartolus.

1. ¶ Si sui natura tabulæ patefactæ sunt, apertum videri testamentum non dubitatur. non enim quæremus à quo[c] aperiantur. 2. ¶ Si tabulæ non compareant, vel exustæ sint, futurum est vt subueniri legatariis debeat.[d] Idem est, si suppressæ vel occultæ[e] sint.

c ¶ *A quo aperiãtur.* vt. *& .j. de secun. tab. l. j. §. si rose. & .s. de iniusto testa. l. fin. & .s. de iis qui in testa. delen. l. j. §. sed consulto. & Co. eod. l. nostram. & .j. de verb. obli. l. cum seruus. & C. de condit. & demon. l. ij. & de leg. iij. l. fideicommissa. §. si cui & de aqua quoti. l. j. §. quæsitum.*

d ¶ *Debeat.* vt agant, licèt ignoretur quid contineatur in testamento: in processu tamen probabitur, vt sequatur condemnatio: *vt arg. .s. deposi. l. j. §. si quis argento:*

e ¶*Occulta.* & hic habentur ac si non sint, vel ac si apertæ sint, cum non appareant. *Accursius.*

XI. GAIVS *lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam.*

SIcut codicilli[f] pars intelleguntur testamenti: ita secundæ tabulæ[g] principalium tabularum partem obtinere videntur.

f *Sicut codicilli.* vt possint peti aperiri: *vt. C. eo. l. si. & facit. j. de codicil. l. quidam.* Accursius.

g ¶ *Secundæ tabulæ.* vt scilicet possint peti aperiri: nisi fuerint seorsum positæ: *vt .s. e. l. pupillares. & facit Insti. de pupil. substitu. §. liberis.*

XII. VLPIANVS *lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.*

SI quis fecerit testamentum, & exemplum eius: exemplo[h] quidem aperto, nondum apertum est testamentum. quòd si authentichum patefactum, est totum apertum.[i]

h *SI quis fecerit.*] Exemplo.[c] modò respondet.

c Visio aut cognitio exempli in quo continẽtur dicta testiũ nõ inducit testium publicationẽ. v. Romanũ singulari 51. facit ad Authentic. At qui semel. C. de probat.

i ¶ *Apertũ.* facit. *j. de secun. tabu. l. j. §. sed si vnum. & .j. de fide instru. l. ij. & in Auth. vt spon. lat. §. ij. & .C. de eden. l. procurator. & .s. familiæ ercisc. l. Papinianus. §. j & .C. de verbo. sign. l. sancimus.*

SI QVIS OMISSA CAVSA &c.

Quia instituti omittunt adire ex institutione propter euitanda onera legatorum, & accipiunt ab intestato: ideo de hoc dicit. Et not. quòd[d] propter tria introducitur hoc edictum. Primò propter eũ qui omittit ex testamento: & ipse idem tenet ab intestato: vt infra. l. j. in princ. *Secundò, vt legitimus habeat: & similiter in fraudem:* vt infra. l. j. §. fi. *Tertiò vt vadat ad substitutum:* vt infra eod. l. 3.

d Hoc edictum inductum est propter tria.

¶ *Heres qui omisit hereditatem testamento delatã, non obligatur legatariis aut fideicõmissariis aut libertatibus. sed excipitur hoc edicto is qui omisit hereditatem ex testamento, fortè agnatus proximus qui etiam ab intestato heres futurus erat, fraudãdorum scilicet eorũ causa qui quid in testamẽto acceperũt, si eã possideat ab intestato, p herede vel pro bonorũ possessore (nihil enim refert) vel etiam alio modo, vt puta pro possessore. l. j. §. totiens. l. vlt. hoc. ti. Hic honorarius est successor, quia ex edicto prætoris perinde obligatur legatariis & fideicõmissariis & libertatib. atq; si ex testamẽto bona vel hereditatem adquisiisset. salua Falcidia tamẽ. l. j. §. ad eos. Ad leg. Fal. l. 18. hoc tit. & saluo iure patronatus. l. penul. Si quæras de continuatione nulla est apertior. Cum enim & is qui præcedit ad adquirendam, & iste ad omittendam hereditatem pertineat, quis non videt rectè subiectas titulo. De adquirẽ. vel omit. hered. Cuiac.*

P*Rætor.*] CASVS. Titius instituit sibi heredẽ filium suum Seiũ: & multa legata reliquit quibusdã, & decessit. filius repudiauit hereditatẽ ex testamẽto patris, vt non teneretur aliquid dare legatariis: & cœpit eã possidere ab intestato. nunquid debet teneri nihilominus legatariis: Et dicitũ quòd sic: & nõ solùm habet locũ hoc edictũ si ego qui possum succedere ab intestato, sim institutus, & omitto ex testamẽto, & possideo ab intestato sed etiã si filius me[us] vel seru[us] sunt instituti: & ego cũ potui eos iubere adire, nolui id facere, & possideo ab intestato. Sed etiã si iussi eis vt adirent, & ipsi non obtemperauerunt mihi: non excusor propter hoc: quia potui eos compellere. Sed quid si seruus meus institutus ab aliquo, non certiorauit me de hoc, & ego possideo ab intestato hereditatem illius qui dictum seruum instituit? certè non incido in edictum. secus autem si fingerem me ignorare dictum seruum esse institutũ: quia tunc bene incido. Itẽ quid si testator cui poteram ab intestato succedere, instituit me heredem sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & si non venerit, substituit me ipsum mihi purè: & postea venit nauis, & ego omisi ex institutione adire, vt adeam ex substitutione? nunquid incido in edictũ? Et dicitur quòd non. Item quod si sum institutus sub cõditione potestatiua, & eam nolui adimplere, & ab intestato possideo hereditatem? certè in hoc edictum incido. sed & si ego qui omisi ex testamento, nõ possideo hereditatem iure legitimo, sed alio modo, puta quasi prædo fingens aliquem tit. mihi ab intestato possessionis? idem erit dicendũ, s. vt tenear legatariis soluere legata: ipsi tamẽ legatarij debẽt mihi in eo casu cauere quòd reddent mihi legata si mihi euicta fuerit hereditas. secus autẽ si ego omittens ex testamẽto, ex alia iusta causa possideã hereditatẽ: quia tũc nõ teneor hoc edicto, puta si eã possideo missus in poss. à iudice gratia seruandorum fideicommissorũ mihi à testatore relictorũ, vel gratia crediti mei seruandi. [ET SI NON POSSIDEAT.] Institui mihi heredem Seium, qui sine institutione poterat mihi succedere ab intestato, & ab eo multa legata & fideicommissa dedi quibusdam, & decessi. ipse autem Seius omisit ex testamento in fraudem prædictorum: & dolo fecit quo minus possideat ab intestato: & transtulit ad alium possessionem per fraudem. nunquid tenetur prædictis ac si adiuisset hereditatem ab intestato? Et dicitur quòd sic. & idem est si non habuit pos. ab intestato, & dolo eam dimisit, siue ab initio malitiosè fecit vt nõ possideret. Sed pone quod dictus Seius à me institutus omisit ex testamento per fraudem, vt dictum est, ad hoc vt ad alium legitimũ vel ad sibi substitutũ perueniat: nũquid tenetur legatariis? Et dicitur quòd sic. Itẽ nũquid legatarij poterũt cõuenire dictũ legitimum vel substitutũ ad quẽ peruenit hereditas dolo instituti? Et dicitur quòd sic. Sed quos cõuenient prius? verũ qui omisit, an legitimũ, vel subst. qui possidet hereditatẽ? Et distinguitur verũ institutus accipit pretiũ à legitimo vel subst. vt omitteret, an gratis omisit. Primo casu debet prius cõueniri institutus & legitimus, vel subst. in subsidiũ. Secũdo casu debet prius cõueniri institutus. Sed quid si etiã sub. cui dimissa est hereditas per institutũ, omittat ex substitutione, & possideat ab intestato, quia & legitimus erat defũcto dictus subst? Certè poterũt legatarij cõuenire institutũ & subst. & si sit inter legatarios aliquis cui legatum sit à dicto instituto & à subst. idem ille habebit actionem contra vnum eorum tantum quem voluerit eligere. & hoc dicit per prolixa verba vsque ad. l. si quis pecuniam. §. quanquam. *Viuianus.*

SI QVIS OMISSA CAVSA testamenti, ab intestato vel alio modo possideat hereditatem.

TITVLVS IIII.

Qui possidet ab intestato tenetur legatariis ac si adiisset ex testamento si hoc poterat. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro 50. ad Edictum.*

PRætor volũtates defunctorum tuetur:[k] & eorũ calliditati[l] occurrit, qui omissa causa testamẽti, ab intestato hereditatem partémve eius possident,[m] ad hoc vt eos circumueniant quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si nõ ab intestato possideretur hereditas: & in eos actionem pollicetur.[n]

Qui potest esse heres per se vel per aliũ, si omittit ex testamento, & habet ab intestato, hoc edicto tenetur. Bart.

1. ¶ Et parui[o] refert, vtrũ quis per semetipsum, an per aliũ adquirere potuit hereditatem. Nã quomodocunque potuit: si non adquisiuit[p] hereditatẽ, in ea causa est, vt incidat in edictũ[q] prætoris. 2. ¶ Prætermittere autem causam testamenti videtur,[r] qui

k ¶*Tuetur.* quas publicè expedit habere exitum: *vt supra tit. j. l. vel negare. Accursius.*

l ¶*Calliditati* demum. secus si sine fraude: *vt. j. eo. l. qui autem. §. si patronus. in fi. §. Azo. & facit supra tit. ij. l. fuit.*

m ¶*Possident.* omissa ad hoc &c. *Azo.*

n ¶*Pollicetur.* vtilem ex testamento.[a]

o ¶*Et parui.* quo ad hoc edictum nihil: sed alibi parui[b]: *vt. s. tit. ij. si ego. & .l. si ex parte sua. & no. in. l. si solus. in fi. & facit infra eo. l. cui. & supra de inoffi. testa. l. nihil. Accursius.*

a Quæ origine ciuilis est extẽsione prætoria. §. sed iste, Inst. de act.
b Videtur legẽdum nõ parui.

p ¶*Adquisiit.* ex testamento. *Accursius.*

q ¶*In edictum.* hoc scilicet, vt videatur adisse ex testamento.

r ¶*Videtur.* dominus seruo suo instituto. *Azo.*

Hereditatem

cum posset iubere, noluit id facere. 3. ¶ Quid ergo si seruus eius cum iuberetur adire hereditaté,[a] dicto audiens nõ fuit? Sed compellendus est [b] seruus hoc facere: ideóque dominus ab instato [c] veniens incidit in edictũ.

4. ¶ Sin autem nec certioratus est dominus à seruo, [d] & postea ipse ab intestato possedit [e] hereditatem: non debet incidere in edictũ, nisi † si fingit ignorantiá.

Si idem est sibi substitutus, potest institutionem omittere ex præsumpta voluntate defuncti. Bart.

5. ¶ Si proponatur idem & institutus & substitutus, [f] & prætermiserit institutionem: an incidat in edictum quæritur. Et non puto incidere: quasi testator hanc ei dederit facultatem, qui eum substituit.

Est in extraneo repudiare, in suo abstinere, in instituto sub conditione potestatiua cõditioné nõ implere. Ba.

6. ¶ Prætermittere est causam testamenti, si quis repudiauerit hereditatem.[g] 7. ¶ Qui sunt in potestate, statim [h] heredes sunt ex testaméto: nec quòd se abstinere possunt, quicquam facit.[i] Quòd si postea [k] miscuerunt, ex testaméto vidẽtur [l] heredes, nisi si abstinuerint [m] quidé se testaméto, verú [n] ab intestato petierint bonorũ possessioné. hic [o] enim incidẽt in edictũ. 8. ¶ Qui sub conditione institutus heres potuit parere cõditioni, nec paruit, cũ conditio talis sit, vt in arbitrio sit heredis instituti, deinde ab intestato possideat hereditatem, debebit edicto teneri: quia eiusmodi conditio pro pura debet [p] haberi.

Qui omittit ex testamento, tenetur hoc edicto, si possidet pro herede ab intestato, vel pro possessore, vel dolo desiit possidere, vel possessioné acquirere. hoc dicit vsque ad. §. fina. Bart.

9. ¶ Nõ quęrimus qui prætermissa causa testaméti ab ĩtestato hereditatem possideát, vtrũ iure legitimo possideát, an nõ. Nam quoquo iure possideát hereditaté, vel parté eius, cõueniri ex edicto poterũt: vtique si nõ ex alia causa [q] possideant: vtputa si quis omisit quidé hereditaté, sed ex causa fideicõmissi [r] possidet, missus in possessioné fideicõmissorũ seruádorũ causa: vel si proponas eũ crediti seruandi causa venisse in possessioné. ná nec ex hac causa legatariis respõdere cogetur. Totiẽs igitur edictũ prętoris locũ habebit, quotiens aut quasi heres legitim⁹ possidet, aut quia bonorũ possessionem accipit ab intestato, aut si fortè quasi prędo possideat hereditaté, fingens sibi aliquem titulũ ab intestato possessionis. Quocunq; enim modo hereditaté lucrifacturus quis sit, legata præstabit. 10. ¶ Sanè interueniéte cautione,[s] *euicta hereditate legata reddi*, etsi non possideat quis hereditaté, dolo auté malo fecerit quo minus possideat: eueniet vt perinde teneatur, atque si hereditatem adisset.

11. ¶ Dolo autem malo fecisse videtur quo minus possideat, qui ad alium tráſtulit possessionem per fraudem, vt legatarij cæteríque qui quid in testaméto accepẽrũt, [t] careant his quæ sibi relicta sunt. 12. ¶ Sanè quæstionis fuit, vtrum is demũ dolo malo facere videatur quo minus possideat, qui per dolum eá possessionem dimittat, quam aliquando habuit: an verò is quoque qui hoc ipsum malitiosè fecit, ne ab initio possidere inciperet. Labeo sibi videri ait, non minus [u] delinquere eum qui nõ incipiat possidere, quàm eum qui desinat. quæ sententia obtinet.

Qui omittit hereditatem vt vadat ad legitimum: tenetur legatariis si pecuniam recepit, possessore prius excusso. hoc dicit cum. l. sequenti. Barto.

13. ¶ Si quis per fraudé omiserit hereditaté, vt ad legitimũ perueniat: legatorum petitione tenebitur.[x]

11. IDEM *libro 7. ad Sabinum.*

Licet pro herede gerere non videatur [y] qui pretio accepto prætermisit [z] hereditaté: tamé dádam in eũ actioné exemplo eius qui omissa causa testaméti ab intestato possidet hereditaté,[a] diu⁹ Hadrian⁹ rescripsit. proinde legatariis & fideicõmissariis tenebitur. 1. ¶ Sed vtrũ ab eo erit incipiendũ, & sic ad heredé [b] veniédũ: an cõuertemus ordiné? Mihi videtur humanior esse hęc sététia, vt possessor hereditatis prior excutiatur, maximè [c] si lucratiuá habet possessionem.

Si institutus omisit ꝑpter pecuniá, & substitut⁹ ab intestato adit, quilibet tenetur propriis legatariis: & à communibus quilibet poterit insolidum conueniri. Bartolus.

a ¶ *Hereditatem.* ex testamento. *Accursius.*

q ¶ *Sed compellendus est.* hęc est responsio & est sic. *C. de iure delib. l. pe.* ¶ Sed contra.[a] *C. de here. insti. l. cum proponas in fin.* Sed quod hic dicit, ideo est quia séper posset fingi seruũ nolle adire. *sic supra de tráſact. l. cũ hi. §. sed cũ his.* Item secus est quàm hic dicitur, cum seruus adire non potuit: *vt. j. eo. l. excusatus. Accur.*

c ¶ *Ab intestato.* repudiádo successionem ex testamento. aliter nõ esset locus ab intestato: *vt. s. tit. ij. l. quandiu.* ¶ Sed an solus dominus potest repudiare? quidam dicunt quòd nõ, sicut nec adire. Sed dic contra: *vt infra de succes. edic. l. j. §. per seruum.*

d ¶ *A seruo.* instituto: quia ipse seruus sit institutus. hic tamé cum sciuit, debet ex testamento adire iubere.

e ¶ *Possedit.* dominus iam defecta conditione in testamento posita vt ex testaméto iam adire non possit.

f ¶ *Substitutus.* coheredi: [b] & [c] tunc facit. *s. ti. ij. quæsitũ. & l. Iulianus. circa prin.* 2. Vel aliter vt. *s. de vulg. substi. l. fi. §. j. & facit. j. eo. l. qui autem. § plane.*

g ¶ *Hereditaté.* testamentariam. *Accursius.*

h ¶ *Statim.* post mortem testatoris.

i ¶ *Quicquá facit.* quo minus ipso iure sint heredes: facere tamé potest abstentio quo minus teneantur creditoribus: *vt supra titu. ij. l. necessariis.* ¶ Ité vt hoc edicto teneantur: *vt. j. proxi.* ¶ Item quod dicit statim, verũ est, nisi sub conditione potestatiua instituantur: *vt s. de hered. insti. l. suus. & l. iam dubitari. & de condi. insti. l. si.*

k ¶ *Si postea.* ex interinteruallo post morté morté testatoris. *Acc.*

l ¶ *Videntur.* extunc quo ad effectum vt in edictum non inciderint nisi &c.

m ¶ *Abstinuerint.* antequam se immisceant. nam postea abstinere se non possunt: *vt. s. tit. ij. l. necessariis.*

n ¶ *Verúm.* pro etiam.

o ¶ *Hic.* i. hoc casu.

p ¶ *Haberi debet.* quo ad hoc edictum, non aliter: *vt. s. de acquiren. hered. l. is qui heres. & de condit. institu. l. hec verba & ad hoc infra eo. l. mater. §. in sententiam. & l. si quis sub cõditione. & infra de re iudic. qui potest.*

q ¶ *Ex alia causa.* non lucratiua, sed alia, vt subiicit statim, *& infra eo. l. fi.*

r ¶ *Fideicommissi.* à defuncto debiti. Rogefecerat enim quidam tertius primò testaméntum in quo legauerat mihi. x. præstanda ab isto defũcto modò qué instituerat, qui postea me instituit: ego omitto ex testamento: mittor in pos. pro fideicõmisso mihi debito à defuncto ex testamento cuiusdam primò testantis: vel erá creditor testatoris, & pro debito mittor in pos. omittendo hereditaté. nam non teneor creditoribus his duob. casibus. *& h. d. vt ar. C. de bon. auct. iud. possес. l. j.*

s ¶ *Cautione.* scilicet præstanda. *ad quod. C. de petit. here. l. fin. §. j. Accursius.*

t ¶ *Acceperunt.* s. destinatione. *Accursius.*

u ¶ *Non minus delinquere.* Jsic.[a] *j. de verb. oblig. l. in illa. §. j. & supra de rei vindi. l. ij. & de peti. heredi. l. sed & si lege. §. perinde.* ¶ Sed argu. contra. *s. pro soc. l. nemo. §. j. & quæ in frau. cre. l. qui autem. in prin. & j. siq d in frau. pa. l. j. § vtrum. Accur.*

x ¶ *Tenebitur.* s. omittens. ¶ Sed contra. *j. e. l. si quis pecuniam.* ibi, vbi verò gratis [b] &c. vbi possessorem tãtum dicit conueniri. Solu. ibi gratis omisit: hic accepta pecunia & sic conuenitur, excusso tamen prius legitimo: *vt. j. l. prox.* sic & distingue in eo qui omittit vt vadat ad substitutũ: *vt. j. eo. l. si non solus. pe. respon. & C. eo. l. j.* 2. Alij dicũt ꝙ hic idé erat legitimus & omittés. quod nõ placet. 2. Alij dicũt ꝙ tenebitur s. qui possidet. nec hoc placet.

y ¶ *Licet. Non videatur.* vt *supra tit. ij. l. fuit. & de peti. here. l. etiam si. §. plané si acceptam.*

z ¶ *Prætermisit hereditatem.* secus si gratis. tunc enim tantùm possessor tenetur: *vt infra e. si quis pecuniam. §. vbi verò gratis.*

a ¶ *Possidet hereditatem.* in qué constat dari per rubricam, *& s. l. j. in princ. & j. vt le. no. ca. l. ei quoque. Accur.*

b ¶ *Ad heredem.* scilicet legitimum. *Azo.*

c ¶ *Maximè.* abundat

a Seruus hoc casu esse adire cogitur.

† Ignorantiam fingens, fraudé committit.

b Imò substitutus non fuit cohæredi pupillariter, vt probat hic Gloss. ex legibus quas adducit. nec vulgariter. vt per Bartolũ hic. dicendum est igitur sibi ipsi fuisse substitutum mutata causa. Bartolus.

c Substitui enim nemo potest sibi ipsi. dic vt pauló ante dixi.

a Paria sunt nõ adquirere, & adquisitum omittere seu obiicere.

b Videtur innuere non esse aut cõmitti dolũ in eo quod fit gratis. quod intellige actiuè & passiuè. nam dolus est non tantùm in eo qui non sentit cõmodum, sed in eo qui malitiosè prorumpit in alterius damnum. *Bal. in l. qui fortuitis. 3. col. C. de pigno. act.* & quomodo ꝓbetur dolus, vide *Alex. post Bart. in l. meum. ff. quod met. cau.*

sic infra e. l. si quis pecuniã. ibi, & maximè &c. aliàs enim iste non tenetur: *vt. j. eo. l. si. quæ est contra.* ¶ Sed cũ a pecuniam dat, quo modo habet gratis? Respõ. alius pro eo dedit. vel nihilo minus dicitur habere gratis, nec enim dat bono modo. 2. Alij dicunt quòd hic ordo seruatur quando nihil accepit institutus: & sic abundat maximè. aliàs si accepit, quilibet à principio potest conueniri. pro quibus est. j *l. proxi.* 3. Alij dicunt quòd prior electiuè ponitur, & omittens nil accepit: & sic non conuenitur: *vt infra eodem si quis pecuniam. ibi, vbi vero gratis.* &c. ¶ Item videtur vtrumque simul cōueniri non seruato ordine: *vt infra. e. l. si non solus. cōtra.* Sol. hic ab vtroque idem legatum, ibi secus. vnde quilibet suis tenetur. ¶ Itē videtur quẽlibet in solidum teneri *vt. j. eo. l. si ab instituto.* Sol. ibi ambo possidebant, hic solus legitimus. & eodē modo respon. ad. l. *infra eod. l. si non solus in princi. &. §. ij. & l. si. ibi, nunc &c.* Sol. ibi. ¶ Item contra *j. eo. l. si non solus. §. fin. ibi, & aliàs &c.* Sol. ibi. ¶ Item contra *j. l. proxi.* Sed illam intellige secundum istam: vt ibi dices. ¶ Et facit b ad hoc quòd prius possessor cōuenitur, quod de debitore & fideiussore dicitur in Auth. *de fideiuss. §. j. col. j.* & de autore gerente & non gerente dicitur. *Co. de di. tu. l. ij. & arg. j de lega. ij. l. cum ab vno.*

a Dictatiuo tituo is etiã habere dicitur qui pecuniã rei obtinendæ causa dat illegitimè & iniustè.

b Possessor an primò sit cōueniendus.

III. POMPONIVS *lib. 3. ad Sabinum.*

SI pecuniã à substituto acceperis vt prætermitteres,[a] isq; adierit: an danda sit legatariis actio, dubitari potest. Et puto, si ipse quoque prætermiserit, & quòd[b] lege[c] ad se rediret, possidebit hereditatem, in vtrumq;[d] vestrum dandam: vt ei tamē cui ab vtroque[e] legatum sit, in alterutrum[f] detur actio.[g]

Si institutus omittit in fraudem, vt vadat ad alium: pecunia non accepta possidens solus tenetur: sed pecunia accepta tenetur vterque. Barto.

IIII. VLPIANVS *lib. 50. ad Edictum.*

SI quis pecuniam nō accepit, simpliciter[h] autē omisit causam testamenti, dum vult præstitum[i] ei qui substitutus est, vel legitimo: nunquid locus non sit edicto? Planè indignandum est, circunuentam voluntatem defuncti: & ideo si liquidò constiterit in necē legatariorum hoc factum, quàuis non pecunia accepta, sed nimia gratia collata: dicendum erit locum esse vtili actioni aduersus eum qui possidet hereditatē. 1. ¶ Et rectè dicetur, vbicunque quis dum vult præstitum ei qui se repudiante venturus est, nō repudiaturus nisi præstitum vellet, & maximè[k] si ob euitenda iudicia[l] id fecit: ibi dicendum est aduersus possessorem competere actionem, sic tamen, vt vbi quidem pecunia accepta repudiauit, vbi dicamus eum qui omisit, conueniendum:[m] vbi verò gratis, in fraudem tamen eorum quibus quid relictum est possessorem[n] debere conueniri vtili actione.

Quicũque procurat vt omittatur ex testamēto, ista actione tenetur Barto.

2. ¶ Quanquam de heredibus institutis videatur prætor loqui, attamen etiam ad alios hæc res serpet:[o] vt si sit legatarius à quo fideicommissum relictum est, & hic id egisset, vt omittatur hereditas, dolóq; id fecit, conueniri[p] debeat.

Venditor hereditatis tenetur quasi possidens, non quasi dolo desinens possidere. Barto.

3. ¶ Si quis vendiderit hereditatem, vtique possidere[q] videtur non dolo fecisse quo minus possideat.[r]

Si aliquis est grauatus in legitima, habet causam iustam omittēdi. Bart.

V. MARCELLVS *libro duodecimo Digestorum.*

EXcusatus videtur patronus, qui institutionem prætermisit, cùm aliter esset à liberto scriptus heres, quàm eum institui oportet.[s] Nam & si seruus eius[t] ex asse institutus fuerit, & per quemcunque casum non potuerit[u] iussu domini adire hereditatem: impune prætermitter ex testamēto hereditatē.

Non videtur permissum instituto vt adeat ab intestato ex eo quod aliqua fideicōmissa ab instato subintelliguntur relicta: & si fecerit, in edictum incidit: vt tamen prius relicta in testamento soluantur. sed si testator hoc expresse permiserit, non incidit in edictum vt omnia legata tribuantur. Bart.

VI. VLPIANVS *libro 50. ad Edictum.*

QVia autem is qui ab intestato possidet hereditatē,

c ¶ *Lege.* i. ab intestato. *Accursius.*

d ¶ *In vtrumque.* vt tamen prius possessor conueniatur: *vt supra. l. proxim. quæ videtur contra.* 2. Alij quòd hic vterque ab intestato apprehendit: *vt. j. e. l. si ab intestato.* quod est cōtra hãc literam. 3. Tertij quòd in fi. l. nil accepit institus hic sic. primam probo.

a ¶ *SI pecunia.*] Prætermitteres. adire ex substitutione. & vtroque dicit, quasi dicat, non solum institutus omisit. 2. Vel dic, non solùm si adiuit vt dixit tenetur, sed & si omisit. *Accursius.*

b ¶ *Quòd.* i. quia.

e ¶ *Ab vtroque.* idē ergo legauit ab vtroq; potuit enim & ab alterutro legasse: *vt. j. de leg. j. l. licet.* sed tūc si tantũ ab intestato, teneretur propter hoc quòd pecuniã acceperit: *vt hac. l. & j. l. pxi.*

f ¶ *In alterutrum.* i. in vtrũmque, secundum quòd distinguitur. *j. eo. l. si non solus. § si duo. & l. si ab instituto.*

e Alterutei pro vtroque.

g ¶ *Actio.* vtilis ex testamento. *Accursius.*

SI *quis pecuniam.*] CASVS. est vsque ad §. quanquam. [QVAMQVAM.] A prin. tit. vsque huc dictum est de heredibus ex testamento amittentibus, & ab intestato adeuntibus. s. vt teneantur legatariis. nunc dicit quòd idem est in aliis qui non sunt heredes: puta legatariis à quibus sunt fideicōmissa relicta. nam si ipsi id dolo procurauerint vt heres non adeat, tenentur nihilo minus fideicommissariis. Secundò dicit, quòd heres qui vendidit hereditatem, possidere videtur, & ea ratione legatariis tenetur: non eò quòd videatur dolo fecisse quo minus possideat. *Viuianus.*

h ¶ *Simpliciter.* i. sine pecunia, non sine fraude.

i ¶ *Præstitum.* i. hereditatem præstari siue dari.

k ¶ *Maximè.* abundat. a *sic supra eo. l. licèt in fi.* & probatur quòd abundat. *supra eo. l. j. in prin. & infra eo. l. qui autem. §. si patronus in fi. §. & infra. ea. l. §. quanquam.* ¶ Item ad id quod dicit, nō aliàs facturus *supra de ali. iudi. l. quia redhibito.*

a Maximè particula multis locis nostris abundat.

l ¶ *Iudicia.* i. vltimam voluntatem. *sic supra tit. j. l. vel negare.* H.

m ¶ *Conueniendum.* post nō valet. i. possessore prius excusso: *vt supra eod. l. licet.* 2. vel ibi loquitur quando gratis habebat.

n ¶ *Possessorem.* tãtùm fortè, & non repudiantem: licet quidam contra. *j. eod. l. si non solus. j. respon. & § fi. & facit quod no. C. eo. l. j. & j. ea. l. & l. prox.*

o ¶ *Serpet.* aliàs serpsit: aliàs repsit, & est sensus, id est transitur sententia.

p ¶ *Conueniri.* fraudis b particeps conuenitur, licet lucra ad eum non peruenerint. *sic. j. de ne. gest. l. ex facto.* ¶ Sed videtur hunc legatariũ non teneri, cũ legatum non habeat: *vt. j. de leg. j. l. si decōmissum.* Resp. imò quia tenetur cedere actiones saltem quas cum sua culpa cedere non possit: quia procurauit vt testamentũ nō valeret, tenetur: *vt. j. de leg. ij. l. si legatarius.* ¶ Sed an heres in subsidium? Arg. quòd sic. *j. de eo per quem fac. erit. l. finali. in princip.*

b Particeps fraudis conuenitur licet lucri non particeps.

ADDITIO. Aduerte hic secundũ Bart. quòd ista glo. debet intelligi quòd legatarius erat de illis qui veniunt ab intestato, & bona peruenerũt ad eum. aliàs tenerētur illi ad quos bona deuenerũt *secundum Iaco. de Are.* quod placet Bart. Solũ enim tenetur ex hoc edicto ille qui hoc procurat facturus sibi aliquid lucri: *vt l. j. §. non quærimus. j. e.*

q ¶ *Possidere.* quia pretiũ loco rei est: *vt. j. de pet. her. l. sed & rē. & j. de vsufruc. l. qui pretio.* ¶ Itē heres est nō ideo minus quod vēdidit, & legatariis omnib. tenet actione ex testamento: *vt. C. de here. vend. l. ij.*

r ¶ *Quo minus possideat.* Sed nōne c qui dolo desiit possidere, videtur possidere: *vt. j. de reg. iur. l. ad ea. §. semper?* Resp. verum est: sed tamē non d omnis qui videtur possidere, dolo desiit possidere.

c Possidere intelligitur qui dolo desiit possidere.

d Possidere dolo desisse non omnis videtur qui videtur possidere. Sunt [illegible] diuersa [illegible] & dolo desisse possidere.

EXcusatus. CASVS. Patronus institutus à liberto taliter quòd portio patroni est onerata: eo quod nimia legata reliquit libertus, potest omittere ex testamento, & adire ab intestato: & excusatus est ab hoc edicto. nam & si libertus instituit seruum patroni, & non onerauit partem patroni legatis, & patronus seruo iussit vt adiret, & seruus non potuit adire aliquo casu impeditus, impunè potest patronus permittere hereditatem liberti ex testamento quo instituit seruum patroni. *Viuianus.*

s ¶ *Oportet.* quia eius portio erat onerata legatis: *vt infra. l. proxi. §. si patronus.*

t ¶ *Eius.* scilicet patroni.

u ¶ *Non potuerit.* vel noluerit, secundũ R. ad quod *C. de her. inst. l. ij. in fi.* & sic speciale in patrono. 2. vel dic secus si noluerit: vt & idē fit in eo quod in alio: *vt. j. e. l. j. §. quid ergo. & facit. C. e. l. ij. §. j.*

QVia autem.] CASVS. Dictum est supra eodem. l. j. quòd is heres qui ab intestaato possidet hereditatem omissa causa testamenti,

conueniri potest si omittit causam testamenti:[a] quæsitum est, si quasi ex voluntate testatoris videatur omisisse, an cogatur præstare: vt † puta fratrem suum scripsit heredem, & codicillos fecit ab intestato, [b] petiitue à fratre vt si legitima hereditas ad eum pertinuerit, [c] fideicommissa [d] præstaret quibusdam. Si igitur omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem: videndum est an legatariis cogatur respondere. Et Iulianus libro trigensimo primo Digestorum scribit, cogendum primùm legata præstare: mox dimissis [e] legatis si quid superfuerit ex dodrante, tunc fideicommissa cogi præstare. Cæterùm si legata adsumant * dodrantem, tunc nihil fideicommissariis pręstandum. Habere enim integrum quadrantem [f] legitimum heredem oportet. Ordo igitur à Iuliano adhibetur, vt prius legata præstentur, deinde ex superfluo fideicommissa, dummodo quadrans non tangatur. Ego puto Iuliani sententiam ita accipiendam, vt si omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem:

menti, conueniri potest à legatariis. modò quęritur, an possit conueniri si quasi ex volūtate testatoris videatur ex testamento omisisse, puta quia fratrem suum scripsit testator heredem, & multa legata in testamento ab eo reliquit, & postea fecit codicillos, & in eis petiit à dicto suo fratre vt si legitima sua hereditas ad eum pertinuerit, præstaret quibusdam fideicommissa: & postea decessit dictus testator, & postea frater suus omisit hereditatem suā ex testamento, & adiuit ab intestato. nunquid tenetur respondere legatariis quibus legatum est in testamento? Et dicitur quod sic. tenetur etiam respondere illis quibus fideicōmissa sunt relicta ab intestato in codicillis. non tenetur tamen vtrique vltra dodrantem: imò quadrans integer debet apud eum remanere. prius etiam debet satisfacere dictis legatariis quàm dictis fideicommissariis. Sed quid si testator nominatim permisit dicto suo fratri vt dimitteret hereditatem testamento, & adiret ab intestato? Certè non incidit frater in edictum faciendo illud quod testator ei permisit: & ideo non tenetur respondere legatariis. Sed pone quòd dictus testator reliquit Titio & Seio legata in testamēto: & eisdem reliquit fideicommissa ab intestato. Item & ab intestato reliquit fideicōmissa Gaio. nunquid illum ordinem debemus sequi quē Iulianus supra monstrauit, scilicet vt illis quibus relicta sunt legata in testamento, & fideicommissa ab intestato, soluantur prius de dodrante dicta legata & fideicommissa: & si aliquid superest de dodrante, soluantur fideicommissa illi Gaio prædicto cui ab intestato tantùm sunt data fideicommissa? an verò contribuemus omnes fideicommissarios quasi æquales, scilicet vt prius soluantur sola legata: & postea si superest de dodrante, soluantur omnia fideicommissa æqualiter, & non habeant aliquam prærogatiuam fideicommissa data ab intestato dicto Titio & Seio quibus legatum fuit similiter in testamento ante fideicommissa data dicto Gaio ab intestato tantum? Et distinguitur hîc. Aut heres qui omisit ex testamento, & adiuit ab intestato, incidit in edictum omittendo ex testamento sine speciali testatoris permissu. Aut non incidit, vt quia specialiter ei hoc permisit testator, vel quia alia iusta causa interuenerit omittendi ex testamento. Primo casu præferendus erit dictus Titius & Seius, quibus ex testamento relicta sunt quędam, & ab intestato quædam, scilicet vt eis prius satisfiat de legatis eis relictis in testamento, & de fideicommissis eisdem relictis ab intestato. & si superest aliquid ex dodrante, satisfiat dicto Gaio fideicommissario, cui ab intestato tantum relicta sunt fideicommissa. Secundo verò casu debent contribui fideicommissa quasi exæquata, scilicet vt dicto Titio & Seio soluantur fideicommissa eis relicta ab intestato, & Gaio prædicto soluantur fideicommissa sibi similiter relicta ab intestato. legata autem relicta in testamento dicto Titio & Seio, non præstentur eis: quia iustè, vt dictum est, possidet heres ab intestato hereditatem. hoc dicit vsque ad.§. non simpliciter. *Viuianus.*

a ¶*Testamenti.* vt *supra eo.l.j.in principio. Accursius.*

b ¶*Ab intestato.* id est si contigerit non adiri hereditatem ex testamento.

c ¶*Pertinuerit.* quòd tamen hîc volebat testator: *vt infra hac.l.j. & .ij.*

d ¶*Fideicommissa.* non dixit legata: quia secundum [a] hanc.l. ab intestato non præstabantur: *vt Institu. de fideicommiss. here.§.præterea. Azo.* sed hodie [a] non est differentia: *vt.C.communia de leg. l.ij.* sed quo ad hæc quæ hîc dicuntur, idem est etiam hodie.

e ¶*Mox dimissis.* non fuit dicendum vt legata in testamento relicta præstaret, quasi adierit ex testamento, & simul fideicommissa ab intestato relicta quasi ab intestato adierit. hoc enim esset iniquum. *Accursius.*

† Relinquēs fideicommissum ab intestato, nō videtur cōcedere facultatē omittendi ex testamento, nisi hoc expressim & nominatim concesserit. vnde colligitur quod si ex l. vlt. C. de codicill. testator dixerit, vt actus valeret iure testamenti, & codicillorum, heres eligeret ex codicillis ab intestato, cum possit ex testamento, incidet in hoc edictū.

* absumant.

* Legata olim ab intestato nō præstabantur.

cogatur omnimodo [g] legata pręstare. Nec enim vtique omittere [h] ei hereditatem permisit, qui fideicōmissa ab eo relinquit ab intestato. 1. ¶Planè si nominatim id ei permisit † dicemus non eum incidere in edictum: quia vsus est facultate ea quam ei testator concessit. [i] Quod si non ei concessit specialiter testator omittere: is ordo erit sequendus, quem Iulianus ostendit. [k]

2. ¶Quid deinde dicemus, si iisdem & ex testamento legata, & fideicōmissa ab intestato fuerint relicta, [l] & præterea aliis fideicommissa? an ordinem illum debeamus facere quem Iulianus monstrat: [m] an verò contribuemus omnes fideicommissarios [n] quasi æquales? Et magis est vt ita distinguamus, multum interesse vtrum incidit in edictum heres, an non.

Nam si incidit, præferendi erunt hi quibus testamento relicta fuerunt quædam. [o] Sin verò non incidit, [p] quia hæc fuit testatoris voluntas, vt daret ei facultatem & ab intestato succedendi, vel quia alia [q] causa intercessit, quæ secundum ea quæ supra scripta sunt, non offendit

f ¶*Quadrantem.* contra omnes [b] etiam legatarios: *vt.C.eo.l.fi. & infra ad.l.Falcid.l.j.§. ad eos. & l. Nesēnius. §.j. & infra eo.l. duo.§. fi. Accursius.*

g ¶*Omnino.* deducta Falcidia: *vt dixi.*

h ¶*Omittere.* vt *supra de mili.test. l.iij. & .C. de conditio. inser. l. ij.* quod [c] enim, ponitur in grauamen, [d] non releuat: *sic & .C.si manci.ita fu.alie.l.fi.§.ij. Acc.*

i ¶*Concessit.*] sic. *supra eod.l.j.§.si proponatur.*

k ¶*Ostendit.* superiori parte legis.

l ¶*Fuerint relicta.* q.d. quædam prædia iure legati reliquit Titio in testamento, & eadem prædia eidem Titio reliquit iure fideicommissi ab intestato, si contigerit heredem ab intestato succedere, fortè [e] dicens: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorū. quod potest: *vt C.de codicil. l.finali.* ¶Item quædam alia prædia iure fideicommissi, & sic ab intestato reliquit alij.

m ¶*Monstrat.* vt præferatur Titius veluti ex testamento: *vt supra.e. l.j. ibi, Iulianus scribit &c.*

n ¶*Omnes fideicommissarios.* etiam Titiū: vt pote fideicommissarium per repetitionem.

o ¶*Quædam.* & sic Titius præfertur, & dictum Iuliani seruatur.

p ¶*Sin verò non incidit.* quod potuit contingere, quia &c. *vt supra.§.plane. & infra proximo.§. & supra.l.primo.§.si proponatur.*

q ¶*Alia causa.* puta vt fraudem testatoris repelleret: *vt supra.l. proxi. & infra eo.§.si patronus. & supra de acquiren.here.l. si pupillus.§.j. & .3.de inoffi.testa.l.Papinianus.§.quarta.in fine. & infra de leg.ij.l.cum pater.§.Titio.in fine.§.* & arguitur infra de vsucapio.*l.non solum.§.quod vulgo. Accursius.*

Non simpliciter.] CASVS. Dictum est supra eod.leg.j.in princi. & vsque huc, quod prætor dat actionem legatariis contra heredem qui omitit adire ex testamento, & possidet hereditatem ab intestato. certè illud non est intelligendum simpliciter, sed causā cognita. nam quandoque non dat in eum actionem legatorum, puta si testator promisit expressè ei omittere ex testamento, & adire ab intestato, vel si alia iusta causa interuenerit vt omitteret ex testamento: vel si inuenerit prætor bona ad alium pertinere, & repudiantem ex testamento nihilo minus sine dolo possidere: vel si inuenerit prætor illum qui omisit ex testamento, possidere, vel quasi possidere, postea desiisse sine dolo malo ante litem contestatam contra eum per legatarios. In istis ergo quatuor casibus non datur actio in eum qui omisit ex testamento. secus est in quodam alio casu quinto, qui est talis: Institui heredem Titium mihi extraneum, cùm non haberem alium qui mihi attineret. vnde si Titium non instituissem, bona mea essent vacantia, & ad fiscum pertinerent: & multa legata à dicto Titio reliqui, & postea decessi. Titius omisit ex testamento in fraudem legatariorum: & sic bona mea sunt vacantia, & ad fiscum pertinent. ante autem quàm fiscus peteret dicta bona, dictus Titius qui omisit ex testamento, cœpit ea possidere, & tenuit per quadriennium: & ita per dictam præscriptionem tutus est contra fiscum. nunquid tenebitur legatariis? Et dicitur quòd sic. & hoc dicit vsque ad §. si patronus. *Viuianus.*

a Ab intestato legata & fideicommissa præstantur.

b Falcidiā fraude nō excludi hinc colligit Baldus.

† Permissiuè loqui & conditionaliter differunt.

c Pœnæ præmio esse non debent.

d Materiā grauaminis supple per Bart. *in.l.si quis fus. C. de inoffic. testam. & Paul. de Castr. consil.232.*

e Relinquere ab intestato, & dicere, si testamentum non valet iure testamenti, valeat iure codicillorū, paria sunt. *Bart. & Albericus hîc: adde l. ex testamento. C. de fideicōmiss.*

a ¶*Iusta causa.* puta vt fraudem testatoris repelleret: *vt. s. §. prox.*
b ¶ *Ad alium pertinere.* puta quia euicta sunt sine suspicione vel repudiatione, vel vltra quadrantē nil omnino possidere, nec dolo fecisse quo minus possideret. *aliàs contra. s. e. l. j. §. toties. vsque ad finem legis. & infra proxi. respon.* Accursius.

edictum: dicendum est contribui fideicommissa deberé quasi exæquata.

Qui omittit dolo, tenetur hoc edicto, si possidet: secus si ex iusta causa. Bartolus.

3. ¶ Non simpliciter autē prætor pollicitus est se daturū actionem, sed causa cognita. Nam siue† inuenerit testatorē huius rei auctorem esse, ipsumq́; permisisse ab intestato succedere, aut si qua alia iusta† causa[a] omittendi interuenerit: vtique non dabit actioné in eū legatorū. 4. ¶Itē si inuenerit bona ad alium pertinere,[b] non dabit[c] actionem: si modò* nulla[d] suspicio collusionis religioné prætoris instruxerit. 5. ¶ Si autē is cui auferri hereditas potest,[e] aliq̃d possideat* de hereditate, & possidere[f] desierit sine dolo malo: magis est vt desinat cōueniri[g]. 6. ¶ Quod ergo tempus spectabimus, possideat, nécne? Litis[h] contestatæ tēpus spectari debet. 7. ¶Certè si vacātia bona quis possederit,[i] & quadriennium[k] præterierit: indubitatè conueniri poterit ex hac parte edicti, quia & omisit causam testamēti, & quia ab intestato possedit: & quidē sic, vt p̄scriptione quadriénij tutus sit.

Licèt patronus iustam causam omittendi habeat: tenetur ex hoc edicto si participat fraudem cum herede omittente. Bartolus.

† Quæ sine iustæ causæ omittendæ hæreditatis. Duæ hîc adferūtur à Iurisconsulto. Plures vide apud Bartolum.

† Causæ vbi fit mentio, ibi causa inspicienda & examināda. *l. cū hi. §. si præt. r. s. de transact.*

* Flo. si vero.

* possidebat.

c ¶ *Non dabit.* quibusdam.
d ¶*Si modo nulla.* i. si prætor non fuerit per suspicionē instructus collusionem intercessisse: *vt. s. e. l. j. §. si.*
e ¶*Potest.* scil. scriptus per legitimum: nec tamen aliquod præparamentū erat ad petitioné hereditatis. alioquin differrent legatarij secundum hęc tempora. hodie secus *vt. C. de peti. here. l. final. in princi. & . §. j.* 2. Vel fortè in odium eius etiam lite mota in petitione hereditatis non differrent legatarij etiam hoc iure.
f ¶ *Possidere desiit.* postea. *sic infra ad legem Falc. l. in ratione. §. imper.* Accursius.
g ¶*Desinat conueniri.* interim tamen dum possidet tenetur exacta cautione euicta hereditate: *vt. s. l. j. §. non quærimus.*
h ¶*Litis.* hæc est responsio. *sic supra de nego. ge. l. litis.*
i ¶*Qui possederit.* institutus omittēs ex testamento, & ab intestato tenens: nec vllus erat substitutus vel legitimus, & sic vacabāt.
k ¶ *Quadriennium.* à tempore denuntiationis: sed à tempore quo fuerit delata. xx. an. *vt infra de iure fisci. l. j. §. diuus. & § præscriptio. & . C. de quadri. præscript. l. j. & dic vt ibi not.* ¶ Item ante quadriennium poterit cōueniri: *vt. s. proxi. dixi. §. si autem. & . §. quod ergo. & . s. eo. l. j. §. non quærimus.* Accursius.

Si patronus.] CASVS. Libertus meus instituit me heredem ex debita mihi ab eo portione. i. ex tertia bonorum suorum: vt Insti. de suc. lib. §. sed nostra. & multa legata à me reliquit, & instituit sibi Titium in duab. partibus hereditatis: & ab eo similiter reliquit multa legata: & decessit dictus libertus. postea ego patronus omisi institutionē, quia dicta mea pars nimis erat exhausta legatis. postea dictus Titius meus coheres collusit mecum hoc modo: dixit enim mihi, ego omittam meam partem ex testamento, sicque ad legata non tenebor: & tu patrone accipies eam, & dabis mihi centum libras pone. & ita fecimus. vnde ego patronus habui totam hereditatem ab intestato. nunquid tenebor soluere legata à dicto Titio relicta? Et dicitur quòd sic, non tamen in tantum quod non remaneat mihi mea portio, id est tertia integra. si autem non feci collusionem cum coherede meo, non tenebor legata soluere. *Viuianus*

l ¶*Portione.* s. tertia: *vt Instit. de succe. lib. §. sed nostra*
m ¶*Coherede.* puta Titio: *vt infra dicit.*
n ¶*Omiserit institutionē.* Sed nónne idē si solus coheres omisisset vt onus tantum subeat patronus? Respond. idem: *vt infra de bonis lib. si libertus. & . l. si patronum. in princi.* Sed tamen in vno casu patronus habet ab intestato totum, in altero iure accrescendi habet totum[a]. *Azo.* Est ergo idem quando solus coheres, & quando ambo, sed colludendo. at tertio casu cum non collusit, non est idem cum nulla præstentur: *vt in fi. huius §.* Accursius.

a Vide hîc Albericum.

o ¶*Exhausta.* Hodie tollitur omne grauamē: *vt Inst. de suc. lib. §. sed nostra. in fi. §. Azo.* Sed olim non sic: *vt. j. de lega. ij. cum patronus.* & ibi diximus. *& infra de condi. & demon. l. si is legatū.* H.
p ¶*Legatorum.* à se relictorum. nam[a] propter fraudem priuilegium perdit,[b] secundum Ir. Vel quia nunc totum habet, & sic vltra legitimam, vt subiicit. Item relictorum à coherede cum quo collusit.[c] *vt supra eo. l. si quis pecuniam.* & quod subiicit in Titiū, scilicet coheredē qui tenetur de relictis à se. Itē tenetur de relictis à patrono si solus patronus omitteret: *vt infra de lega. ij. l. cum patronus. §. j.*

a Priuilegium quis amittit propter fraudem. b Displicet ... betico. quantam ... fraudem ... tat patronus non eo ... mam sua ... tit. l. præterea eadem. c Collusi ... que est ... bita in Ci... stitutionem ... ne & ibi Cast... ele. & in ... collusi. dat ... totum.

8. ¶Si patronus ex debita sibi portione[l] heres scriptus, dato sibi coherede[m] ex alia parte, omiserit[n] institutionem, quia debita pars eius erat exhausta,[o] omiserit & coheres, deinde possideat patronus ab intestato legitimá hereditatem totam: dandam in eum legatorum[p] actionem Celsus libro sextodecimo Digestorum ait, quæ in Titium competeret: sufficeréq; patrono, quòd integram debitam sibi portioné habeat. Hæc autem ita sunt, si coheres collusit cum patrono. aliter enim non esse patronum cogendum legata præstare. Neque enim interdictū est vt quis omittat hereditaté si sine fraude[q] id fiat.

Qui omittit contra tabulas, & adit ab intestato, tenetur hoc edicto. Bart.

9. ¶Hoc edictum[r] etiam ad contra tabulas bonorum possessionem pertinere magis dicendū est, scilicet vt qui accipiendo contra tabulas bonorum possessionem, liberis parentibúsque legata præstaret: si omiserit eā bonorum possessionem, & ab intestato possideat hereditatem: cogatur ea præstare quæ præstaret si contra tabulas bonorum possessionem accepit.*

* accepisset.

Relicta conseruantur ex hoc edicto cum sua causa, s. vt conditionalia debeãtur conditione impleta. Bartol.

10. ¶Si libertas sub cōditiōe fue-

q ¶*Sine fraude.*] vt & *supra tit. ij. si pupillus. §. j. & l. proxi. & . j. de lega. ij. l. cum pater. §. Titio. & . j. eo. l. præterea. & . l. si quis omissa. & C. e. l. ij.*

Hoc edictum.] CASVS. Filium meum in potestate mea constitutū institui mihi heredem, & ab eo reliqui multa legata danda liberis & parentibus & quibusdā extraneis: & filium meum emancipatū præterij. vnde cū præteritus possit petere bono pos. contra tabu. sicque committat edictum, taliter quod etiam institutus potest petere, & sic cum institutus petat bonorum possessionem cōtra tabul. teneatur præstare legata à se relicta liberis & parentibus, non autem extraneis legatariis: si ipse institutus omittat bonorum pos. contra tab. & ab intestato possideat hereditatem cum emācipato qui egit contra tab. & hoc faciat in fraudem liberorum & parētum quibus erāt à se relicta legata, vt dictum est: tenebitur eis præstare legata ac si accepisset bo. pos. cōtra tab. istud enim edictum, si quis omissa causa testamēti &c. pertinet etiam ad bonorum possessionē contra tabu. *Viuianus.*

r ¶*Hoc edictum.* Pone casum secundum Io. in filio in potestate constituto[d] & præterito[e], qui habet si vult bo. pos. contra tab. *vt C. de li. præ. l. fin. §. scimus.* qua petita præstabat legata quibusdā, *vt infra de leg. præ. l. j. & . C. de bo. pos. contra tab. l. j.* Item potest dicere nullum ipso iure testamentum, si vult: *vt Inst. de exhereda. l. in princip.* quod si faciat in fraudem eorum quibus præstaret legata si peteret contra tab. non facturus aliàs, nihilominus tenetur eis: *vt argu. supra eod. l. si quis pecuniam.* 2. ¶In emancipato poni non potest: quia ipse citra bonorum possessionem contra tab. adire nō potest: quia aditio de iure ciuili est. sed nec vnde liberi habet donec est locus bon. poss. contra tabu. *vt. j. si ta. te. nul. ex. l. j. in prin.* sed in præterito suo videtur reprobari: *vt infra de leg. præ. l. is qui. in prin. & . l. si duo.* vbi non præstat legata suus præteritus, etiam si per contra tab. venit: nisi dicas quòd fraus hîc faciat eum præstare. & sic reatus[f] beneficium excludit: *vt. C. vbi se. vel cla. l. prima.* 3. Pone ergo *secundum Azo.* in suo instituto qui habet contra tab. si alius præteritus commisit ei edictum: *vt. j. de bo. poss. contra tabu. l. iij. §. si quis ex liberis. & de leg. præst. l. is qui. §. vbi vero. & §. sed si scriptus.* si ergo omittat contra tab. & accipiat ab intestato, habet locum quod hîc dicitur: sed tunc ad omnia teneri videtur: *vt infra eod. l. si filius.* quare prima positio bona est. Vel pone sicut notatur. *j. de contra tabu. l. illud. §. fina.* in quæstione ibi facta. Item facit *infra eo. l. si filius qui. & quod ibi not.*

d Verum de filio in potestate præterito: An emācipato præterito qui omittit cōtra tabulas & adiuit ab intestato: An potius in suo instituto qui habet contra tabulas beneficio præteriti? Prior ... diatur sententia ... Secūda placet Dyno & ... Aretin. & ... Posterior ... per se, sed ... congruit ... ræ.
e Hæc interpretatio non subsistit propter legem ... ta ... contra tabulas.
f Reatus beneficiū exclu...

Si libertas.] CASVS. Institui mihi heredem Seium, & dedi libertatem Sticho seruo meo sub conditione si dederit Titio. x. & multa alia legata ab herede reliqui, & decessi: & postea Seius heres omisit

res omisit adire ex testamento, & adiuit ab intestato, cum esset meus frater fortè. certè de legatis planum est quòd possint ab eo peti. Item & Sticho prædicto competit libertas ac si heres adiuisset ex testamento: non tamen antequam det Titio decem. Viuian.

a ¶ *Paritum sit.* patet ergo per omnia idem esse ac si ex testamento adita esset hereditas:[a] *vt infra e. l. duo. §. fin. & l. si dolo. §. fin. & l. penul. & Cod. e. l. fin. & infra de leg. præstan. l. is qui. §. fin.* & facit. ĵ. *de condi. & demon. l. qui here. in fine. & ʒ. de condi. institu. l. quæ sub conditione. §. quoties.* ¶ Sed arg. contra. ĵ. *eod. l. si quis sub conditione.*

a Fallit tamen in lege proxima.

rit data, *Si decem dederit.* & omissa causa testamenti fuerit: non aliter libertas competet, quàm si conditioni paritum sit.[a]

Qui potest adire hereditatem, si omittit, beneficio huius edicti non vtitur. Bartolus.

VII. MARCELLVS *libro duodecimo Digestorum.*

QVidam Titium & Mæuiũ instituit heredes, & centum Titio legauit.[b] vterque omisso testamento legitimam adiit hereditatem. Non probè legatorum actionem Titius postulabit.[c] Idem, si vtrique legasset.

Pro eo quod in vim conditionis relinquitur, non competit actio: ideo non conseruatur hoc edicto. Bart.

VIII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

SI quis sub conditione dandorum decem, vel qua alia quæ in dando vel in faciendo fuit, heres institutus, omissa causa[d] testamenti ab intestato possideat hereditatem: videndum est an huic in cuius persona conditio collata est, subueniri debeat. Et magis est ne subueniatur. neque enim legatarius[e] est.

IX. PAVLVS *libro quadragesimoquinto ad Edictum.*

SEd & si adhuc parendi[f] conditioni tempus habeat, hac parte edicti non tenetur.

QVidam.] CASVS. Seius instituit sibi heredes Titium & Mæuium, & prædicto Titio legauit. c. & decessit. postea dictus Titius & Mæuius omiserunt ex testamento, & adiuerunt ab intestato. certè nõ potest Titius petere dicta. c. à Mæuio ita enim bene peccauit Titius sicut Mæuius: & idem esset si cuilibet eorum prælegasset aliquid dictus testator. Viuian.

b ¶ *Legauit.* i. prælegauit.[b]

b Prælegata hoc edictum non conseruãtur.

c ¶ *Postulabit.* quia alter alteri quòd omisit causam testamenti, obiicere non potest: quia vterque in ea causa est. ad quod facit. ĵ. *eo. l. si nõ solus.* §. j. Vnde Iuuenalis, Nihil[c] Catilina Cethego: *vt C. de hereti. l. quoniam. & C. de inoffi. testamẽ. l. in arenã. & facit. ĵ. de lega. præst. l. bonorum.* Accursius.

c Iudeus Iudæo nihil obiiciet: nihil Catilina Cethego.

SI quis sub.] CASVS. Institui mihi heredem Titium si daret Seio decem intra annum, & decessi: ipse autem Titius omissa causa testamenti ab intestato cœpit hereditatem meam possidere. Nunquid dictus Seius poterit petere ab eo dicta. x? Et dicitur quòd non. non est enim legatarius dictus Seius. Sed pone quòd intra dictum annum omisit ex testamento, & possidet ab intestato: & est adhuc intra dictum annum: & sic potest adhuc parere dictæ conditioni: nunquid tenetur Seio ad danda dicta. x? Et dicitur quòd nõ valuit repudiatio ex testamento, & aditio ab intestato, ideo quia non erat tempore repudiationis adhuc ei delata. *& h. d. cum l. seq.* Viuianus.

d ¶ *Omissa causa.* sed qualiter poterit omittere, id est repudiare ante impletam conditionem, cum nec fuerit delata ab intestato, vel ex testamento: *vt supra tit. j. l. is qui heres?* Respond. hic delata erat ab intestato defecta iam conditione quæ implenda erat intra certum tempus. lex verò sequens loquitur cũ adhuc supererat de tempore: & ideo bene respon. etiam. l. seq. cum non teneri hac parte edicti. q. d. non habet locum hoc edictum, cum nec repudiare ex testamento, nec adire ab intestato potuerit. in superiori verò casu locum habet edictum: sed non in illis in quorum persona fuit adimplenda conditio, *vt hic:* sed in persona conditionalium legatorum sic: *vt. ʒ. l. j. §. qui sub conditione.*

e ¶ *Neque enim legatarius.* Imò videtur quòd sic: *vt. ĵ. de lega. iij. l. xj. §. cum esset.* Sed ibi fuit pura institutio sub modo facta, vt det heredi rogato certam summam. hic sub conditione: *vt. ĵ. de cõdit. & demon. l. qui heredi. in fi. & l. Mæuius.* 2. Alij quòd hic fuit expressa conditio, ibi non. ¶ Item contra. *supra de condic. ob cau. l. dedi. §. fina.* Solu. ibi habuit initium: quia dare voluit quod debebat dare, hic non. vnde quasi in princ. est nata actio in factum. *arg. infra de polli. l. j. §. j.* ¶ Item argu. contra. *supra de transac. l. cum hi. §. hæc oratio. ibi. sed & si conditionis &c.*[d] ¶ Item contra. ʒ. *eod. l. qui autem. §. fina.* Sed ibi heres recipere, hic dare debebat. ¶ Item contra, *infra de leg. j. l. quidam testamento. §. finali.* Sed potest grauari si habuit: non autem dicit posse peti dandum causa implendæ conditionis.

d Dic ibi non esse legatariũ sicut hic: licèt in ea habeat locum oratio, quæ prohibet transactionem sine decreto prætoris.

f SEd & si adhuc parendi. expone: *vt & ʒ. proxi.*

Si plures possident ab intestato. vno omittente quilibet tenetur in virilem: si pecunia accepta, quilibet insolidum tenetur.

X. VLPIANVS *libro quinquagesimo ad Edictum.*

SI non solus,[g] sed cum alio[h] possidet hereditatem[i] is[k] qui omisit causam[l] testamenti: rectissimè Iulianus ait (quod & Marcellus probat) dandam in ipsum[m] quoque legatorum actionem vtilem. Nec enim aspernari debet, obesse sibi factum heredis scripti, cui[n] etiam profuerit.[o] Hoc autem ita est, nisi si pecuniam accepit is qui omisit causam testamenti: tunc enim insolidum[p] tenebitur.

Ei qui adeundo potest consequi hereditatem, si omittit, hoc edicto non subuenitur. Bart.

1. ¶ Cum substitutis ab institutis legata fuissent relicta, & tam instituti quam substituti omissa causa testamenti possideant ab intestato hereditatem: diuus Pius rescripsit, neque improbè neque imprudenter institutos legata recusare substitutis data. Rectè enim recusant in se dari legatorum fideicõmissorum petitionem substituto, cui liberum[q] fuit adeunti hereditatem, non fideicommissum petere, sed vniuersa bona obtinere.

SI non solus.] CASVS. Institui mihi heredem Titium meũ consanguineum: & nihil reliqui Seio qui erat similiter meus consanguineus: & multa legata reliqui à dicto Titio quibusdam, & decessi. postea Titius gratia dicti Seij, & non accepta ab eo aliqua pecunia, omisit ex testamento, & cœpit possidere hereditatem ab intestato cum Seio. certè non solum Titius tenebitur legatariis, sed etiã Seius: nec enim debet Seius aspernari obesse sibi factũ Titij heredis scripti cui Seio etiam profuit dictum factum dicti Titij heredis scripti, id est omissio ex testamento. secus autẽ si propter hoc Titius à Seio accepisset pecuniam: quia tunc tenetur insolidum ipse Titius ad legata. [CVM SVBSTITVTIS.] Titium & Seium meos filios institui mihi heredes, & Gaio & Sempronio legata reliqui: & ita postea dixi: si dicti mei filij non erunt mihi heredes, substituo eis dictum Gaium & Sempronium. postea decessi. instituti & substituti omiserũt ex testamento, & adiuerunt ab intestato here. modò petũt dicti substituti legata ab institutis. certè non possunt. liberum enim fuit substitutis adire ex substitutione, & vniuersa bona obtinere, & nõ petere legata. *h. d. vsque ad. §. si duo sint.* Viuia.

g ¶ *Si non solus.* scriptus.
h ¶ *Cum alio.* puta Titio fratre suo.
i ¶ *Hereditatem.* ab intestato, vt subiicit.
k ¶ *Is.* sc. scriptus.
l ¶ *Omisit causam.* gratia alterius, scilicet Titij fratris, qui vnà cum eo veniebat ab intestato.
m ¶ *In ipsum.* s. Titium cum quo possidet institutus. & dic pro parte, vt statim patet.
n ¶ *Cui.* s. Titio venienti ab intestato cum scripto: cum fortè frates erat.
o ¶ *Profuerit.* factũ heredis scripti. *sic. ĵ. de reg. iur. l. ex qua persona. & ĵ. e. l. mater. §. fin.* auctoris[a] enim dolus nocet habẽti causam lucratiuam: *vt. ĵ. de excep. do. l. apud Celsum. §. si quid autem.* ¶ Itẽ & hic participauit fraudem. præsciuit enim.

a Lucratiuam causam habenti, dolus auctoris nocet.

p ¶ *Insolidum.* sc. non pro parte tantùm. *Azo.* & dic tenetur omittens quasi hereditatem habens, cum pretium habeat partis, & alterutram habet partem. 2. Vel dic etiam Titium teneri insolidum: cum sit deterius[b] pretio corrũperere quàm precibus: sicut in sententia: *vt. C. quãdo prouo. nõ est neces. l. venales. & ĵ. ad Treb. l. seruo.* ¶ Item contra, *supra. eo. l. licèt.* nã hic non seruatur ordo cõuenentionis: ibi sic. Sol. hic vterque possidebat, ibi alter tantùm. Item & hic conuenitur qui gratis omisit causam testamenti: & hoc ideo, quia possidebat. & sic non obstabat. ʒ. *eo. l.* si quis pecuniam. ibi, vbi verò gratis &c. Item ad hoc. ʒ. *eo. l. si pecuniam.*

b Pretio corrumpere deterius est, quàm precibus.

q ¶ *Cui liberum.* q. d. ideo cum ipse omisit, omittentem incusare nõ potest. *sic. ʒ. eo. l. quidam.* ¶ Itẽ est alia ratio, quia potest habere totũ: *vt hic, & C. de impu. & aliis substit. l. iiij.* vnde sibi imputet: *vt. C. de testa. ma. l. fi. §. j.* ¶ Sed contra. ĵ. *eo. l. si in testamento. §. fin.*

Solu.vt ibi. ADDITIO. Intellige ista secundum illam prout loquitur in instituto qui repudiauit accepta pecunia:& eodem modo prout loquitur in substituto qui repudiauit accepta pecunia: scilicet si loquitur de pecunia legatorum relictorum ab alio. sed quando ab vtroque legata sunt relicta, tunc quilibet tenetur suis: nec discutietur primo possessor: vt hac.l.in fi. Ratio, quia cum subeat onera per se ex dispositione defuncti, lex mitius agit cum eo pro legatis ab eo relictis: & circa hoc vide distinctionem quam ponit Bart.*in.l.fi.ȷ.eo.*

Si institutus & substitutus omittunt ex testamento, & institutus solus possidet, tenetur ad omnia: & etiam substitutus qui dolo repudiauit: & si substitutus solus possidet, tenetur ad omnia, & etiam institutus si repudiauit accepta pecunia: si vterque possidet, vterque suis legatariis tenetur. Bartolus.

2. ¶ Si duo sint heredes, institutus [a] & substitutus, & † ambo omissa causa testamenti ab intestato possideant hereditatem: quæstionis est, an ambo cogantur legata præstare: & vtrum vnusquisque ea legata quæ à se relicta sunt, an verò ambo vtraque legata cogantur præstare. Ego puto in solidum aduersus singulos legatorum petitionem dandam. Sed vtrum [b] eorum [c] quæ à se legata sunt, an verò etiam eorum quæ ab altero herede, videamus. [d] Et aliàs [e] proponamus institutum solum possidere hereditatem: eorum legatorum quæ sunt à se [f] relicta, an etiam eorum [g] quæ sunt à substituto relicta, actionem patietur? Dicendum est, ita demum etiam eorum, si dolo substituti perueniat ad institutos hereditas sine pecunia. [h] Nam si pecuniam accepit substitutus: ipse [i] erit conueniendus: [k] Item si solus substitutus possideret: [l] si quidem pecunia accepta institutus omisisset, [m] dicemus institutum suis legatariis [n] respondere debere, substitutum suis. Si autem sine pecunia: aduersus [o] substitutum dabimus actionem. Nunc [p] cum ambo possideant: melius dicetur singulos suis legatariis respondere debere.

† Si institutus & substitutus repudiant in fraudem legatariorũ, vnusquisque eorũ tenetur legatariis insolidũ. quin interdũ substitutus tenetur omnibus.

Si duo.] CASVS. Institui mihi heredem Titium meum consanguineum, & ab eo quibusdam legata reliqui: & eidem Titio substitui similiter Seium meum cõsanguineum: & ab eodem Seio legata quibusdam reliqui, & decessi. postea institutus prędictus & substitutus omiserunt ex testamento, & adiuerunt ab intestato. modò quæritur, vtrum teneantur legata præstare? Et dicitur quòd sic, & insolidum. sed verũ dicemus petitionem dandã aduersus quemlibet eorum legatorũ quę sic à se relicta sunt: an verò ab vtroque legata præstare cogantur? Et dicitur quòd quilibet suis legatariis debet respondere. & hoc dicit hic. §. à prin. vsq; ad illum versum, & aliàs proponamus &c. & in fi. ibi, nã cum ambo &c. in illo autẽ versi. & aliàs proponamus &c. ponit talem casum: Pone quòd dictus institutus omisit ex testamento: & cum hereditas venire deberet ad dictum substitutum, permisit substitutus solum institutum ab intestato possidere: nũquid patietur dictus institutus actionem solummodo eorum legatorum quæ sunt à se relicta? an verò etiam eorũ quæ sunt relicta à substituto prædicto? & dicendum est ita demum etiam eorum legatorum à substituto relictorum actionem pati debere institutum qui solus possidet ab intestato, si dolo substituti peruenit hereditas ad institutum, & sine pecunia. nam si propter hoc accepisset substitutus pecuniam ab instituto: ipse substitutus esset conueniendus ad omnia legata: & intelligo in subsidium, scilicet vt prius institutus possidens conueniatur, & in subsidium substitutus. Item quid econtra si solus substitutus ab intestato possidet hereditatem? Certè si accepit propter hoc pecuniam institus à substituto, & participauit substitutus fraudem cum instituto, institutus respondebit suis legatariis, & substitutus suis. si autem sine pecunia omisisset institutus, aduersus substitutum datur actio omniũ legatorum. Sed pone quòd ego testator à dictis instituto & substituto eandem rem legaui Gaio, puta equum meum, & omissa causa testamenti possident ab intestato institutus & substitutus? Certè potest Gaius legatarius eligere quem vult conuenire ad legatum vel institutum vel substitutum. & si fuerit ab electo equum consecutus: ab altero petere amplius non poterit. Sed quid erit de libertatibus directis, & de datis per fideicommissum à dicto instituto & à substituto? Et respon. quòd vtrique competent, instituto & substituto omittentibus ex testamento, & adeuntibus ab intestato. *& h. d. vsque ad. l. de libertatibus.* § j. Viuianus.

a ¶ *Institut*°. aliàs instituti & substituti: aliàs, ĩstitut° & substitut°.

b ¶ *Sed vtrum.* repetit quæstionem, quia nõ clarè respondit qualiter intellexit insolidum. Accursius.

c ¶ *Eorum.* legatorum.

d ¶ *Videamus.* & certè quilibet pro relictis à se: *vt. ȷ. in fi. ibi, nũc autem &c.* ¶ Sed contra. *ȝ. eo. l. licet*, vbi seruatur ordo. Sol. vt ibi.

e ¶ *Et aliàs &c.* aliã proponit, & soluit, scilicet si institutus dedit pecuniam substituto: vt licet ipse institutus repudiet ex testamento, non tamen substitutus adiret ex substitutione: & sic institutus haberet ab intestato, quia ab intestato veniebat, non substitutus.

f ¶ *A se.* scilicet tantùm. Accursius.

g ¶ *Etiam eorum.* quæ sunt relicta à substituto.

h ¶ *Sine pecunia.* tũc enim substitutus conueniri non potest: *vt. ȝ. eod. l. si quis pecuniam. ibi, vbi vero gratis* &c.

i ¶ *Ipse.* s. substitutus.

k ¶ *Conueniendus.* pro omnibus relictis etiã ab instituto. & est ratio, quia à substituto repetita videntur: *vt. ȷ. de lega. j. l. licet.* H. sed secus in instituto, vt statim ponet. & est ratio, quia habet pecuniam: & [a] sic hereditatem habere videtur: *vt ȝ. de peti. here. l. si rem.* ¶ Sed contra. *ȝ. eo. l. licet.* vbi dicit primò possessorem quàm eum qui omisit pecunia accepta. Sol. & hîc intellige secundum eũdem ordinem. sic ergo prius conuenietur hic institutus quantum est in relictis à se.

a Hære[...] tem habe[...] detur qui[...] æstimatio[...] est consecu[...]

Legatarij communes possunt conuenire quem volunt, institutum vel substitutum: & competunt libertates tam directæ quàm fideicommissariæ. hoc dicit cum princip. l. sequen. Bartolus.

XI. IAVOLENVS *libro septimo Epistularum.*

SI ab instituto & substituto eadem res mihi legata [q] sit, & omissa causa testamenti hereditatem possideant lege: [r] etiam si ab vtroque herede solidum mihi debetur, tamen ab vno legatum consecutus, ab altero petere non potero. eligere itaque reum potero.

XII. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

DE libertatibus [f] quoque in hoc casu quæsitum est, an

l ¶ *Possideret.* ab intestato, data instituto pecunia vt repudiet ex testamento: vt sic substituto delata hereditate, eam repudiet ex testamento, & ab intestato habeat. Azo.

m ¶ *Omisisset.* qui ab intestato succedere nõ poterat.

n ¶ *Suis legatariis.* scilicet tantùm. & est ratio, quia relicta à substituto non videntur repeti ab instituto. Azo. Sed certè imò videtur quilibet, & pro quibuslibet, & prior possessor: in quo toto est contra. *ȝ. eod. l. licet.* Solu. vt ibi, quia ibi idem ab vtroque: hic secus.

o ¶ *Aduersus substitutũ.* pro omnibus scilicet, & pro relictis ab instituto ita demũ si participauit fraudẽ cũ instituto, & non aliter: *vt. C. eo. l. j.* ¶ Sed an institutus in subsidiũ ꝑ relictis à se instituto? Quidam dicunt quòd sic per. l. licèt. quòd non placet: quia ibi pecunia accepta. Dic ergo hic, quòd etiam in subsidium non tenetur institutus: *vt. ȝ. eo. l. si quis pecuniam. ibi, vbi vero gratis &c.*

p ¶ *Nũc.* soluit quæstionẽ factã *in prin. §. & facit. ȷ. eo. l. duo.* Acc.

q SI *ab instituto. Legata.* expressè, vel etiam tacitè à substituto: *vt. ȷ. de leg. j. l. licet.*

r ¶ *Lege.* id [b] est ab intestato, scilicet. l. xij. tabu. Vel alia. & facit. *ȷ. eo. l. iij. & ȷ. eo. l. duo. & l. si eadem.* ¶ Sed contra. *ȝ. eo. l. licet.* Solu. ibi. Item facit. *ȷ. de lega. j. l. planè. §. si eadem.*

b Lege hæreditatem possidere quid.

DE *libertatibus.*] Casum in hoc princ. vide. ȝ. in fi. casus proxi. præceden. [HEREDEM EIVS.] Institui mihi heredem Titium, & legata ab eo reliqui, & decessi: Titius autẽ prædictus omisit ex testamẽto, & ab intestato possidet heredi. & postea decessit dictus Titius: & habuit heredẽ Seium. certè Seius heres Titij heredis mei tenetur insolidum legatariis. cõtinet enim actio pro legato cõpetens rei persecutionem, & non pœnã: & ideo est perpetua. Si autẽ dictus heres heredis mei cõueniretur à legatariis propter dolum heredis mei qui defunctus est, non teneretur nisi in id quod ad eum heredẽ heredis peruenit: puta quia heres meus defunctus non solùm cõmisit dolum in omittendo ex testamento, & adeundo ab intestato: sed etiã in hoc quia quasdã res hereditarias in fraudem legatariorũ voluit ab intestato adipisci: imò permisit quosdã alios eas habere: quo casu licèt heres meus defunctus pro omnibus teneretur, vt. ȝ. eo. l. j. § sanè. dictus tamen heres heredis mei in id tantũ quod ad se peruenit, tenebitur: puta si aliquid ex illis rebus non adeptis à defuncto herede meo acquisierit. Viuian.

f ¶ *De libertatibus.* vel continua superiori proximæ, vel illi, si non solus. in fi.

a ¶ *Tam hæ.*] sic. *Azo.* Sed Al. sic, tam iis qui ab instituto quàm qui à substituto.
b ¶ *Tam directæ.* directæ sine dubio; in fideicommissariis distingue: vt. ſ. *vt quisque teneatur suis: vt. ſ. eod. l. si non solus. §. item si solus.* 2. Vel dic imò vterque insolidum tenetur fauore libertatis. *& facit. C. eo. l. ij.*
c ¶ *Persecutionem.* s. rei quæ peruenit ad heredem. *Azo.*
d ¶ *Dolum.* s. tantùm sub. quia non possedit ab intestato. tunc enim heres tenetur insolidum: & da hic exemplum veluti cum in legatariorum necem dolose quis egit ne ad se, sed ad alium hereditas deueniret: *vt supra eodem. l. j. §. penult.* ¶ Sed nunquid secūdum hoc locum habet hoc edictum etiam si defunctus sine dolo omisit? Respond. certè non: *vt infra de lega. ij. l. cum pater. §. Titio. & supra eo. l. qui autem. §. si patronus. in fine* §. quid est ergo quod hîc dicitur? Respond. si heres heredis qui omisit dolo malo ex testamēto, conueniatur quia adiuerit ab intestato, tenetur insolidum: nisi[a] cōueniatur propter dolum defuncti admissum in hoc, quia defunctus heres res quasdā voluit adipisci. licet enim defūctus præ omnibus teneretur: *vt supra eod. l. j. §. sanè.* heres tamen si quid ex rebus illis non adeptis à defuncto acquisiuerit, in id quod ad se peruenit, tenebitur. *Azo. & h. d.* Accur.

a Ex dolo defuncti descendit obligatio in hæredem: si ad hæredē aliquid peruenit: secus si nihil peruenit.

† Minima etiā possessio idem operatur quod vniuersalis.

competant tam hæ[a] quæ ab instituto, quàm hæ quæ à substituto datæ sunt. Et magis est vt competant tam directæ,[b] quàm fideicommissariæ.

Actio ex hoc edicto transit contra heredem insolidum: sed si defunctus tenebatur ex dolo, transit inquantum ad heredem peruenit. Bart.

I. ¶ Heredem eius qui omissa causa testamēti ab intestato possidet hereditatem, insolidum legatorum actione teneri constat. Magis est enim, rei persecutionem[c] quàm pœnam continere, & ideo & perpetuam esse. Hoc autem ita est, nisi propter dolū[d] defuncti conueniatur heres. tūc enim in id quod ad eum peruenit, conueniretur.

Siue partem siue rem ex hereditate quis possideat, hoc edicto tenetur. Barto.

XIII. GAIVS *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

ET si non totam aliquis hereditatem, partémve eius ex qua heres institutus est, ab intestato possideat, sed vel minimā † portiunculam, vel etiam vnā aliquā rē, tenetur hoc edicto.[e]

XIIII. IDEM *libro secundo de Testamentis ad Edictum Prætoris Vrbani.*

QVamuis non propriè pars hereditatis[f] in vna re intellegatur.

XV. IDEM *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NEc id iniquum est: cum ex suo quisq; vitio[g] † hoc incommodo adficiatur.

XVI. IDEM *libro secundo de Testamentis ad Edictū Prætoris Vrbani.*

CVm enim hereditas ab eo quoq; peti possit, qui vnam aliquam rem hereditario nomine possideat:[h] dubitari non oportet quin verum sit quod diximus.

ET si non. [CASVS. Institui mihi heredem Titium, & legata ab eo reliqui, & decessi: postea Titius omisit ex testamento, & adiuit ab intestato minimam portiunculam hereditatis meæ, vel etiam aliquam rem singularē: & totum aliud dimisit cuidam alij accepto ab eo pretio. certè tenetur ac si totam hereditatem ab intestato possideret: nec debet de hoc conqueri, quia hoc patitur ex sua culpa. nam & hereditatis petitione tenetur ille qui possidet vnam rem hereditariā. &. h. d. cum tribus. ll. seq. Viuian.

† In hanc sententiā Aristot. lib. 5. Eth. ca. 11.

e ¶ *Tenetur hoc edicto.* & insolidum: *vt. ſ. eo. l. j. §. non quærimus.* Sed excipitur minor. *vt. ʒ. eo. l. si dolo.*
f QVamuis.] *Hereditatis.* quod[b] videbatur opus: *vt in rubrica videtur. & facit Institutio. de fideicommiss. he. §. si quis vna.* sic nec res singulæ sunt pars domus: *vt. ʒ. de acquirēd. possess. l. qui vniuersas.* licet sit argu. contra quòd area sit pars:[c] *vt. infra ʒ. de solu. l. qui res. §. aream.* ADDITIO. Dic secundum Bartol. hîc quòd quandoque plures res faciunt vnum totum integrale: vt vnam vniuersitatem corporum: & tunc quilibet potest dici pars illius coporis: vt in. l. rerum mixtura. de vsucap. quædam sunt res quibus colligitur vniuersitas iuris: vt hereditas. & tunc nulla res potest propriè dici pars illius iuris: quia res est facti. ita loss. Infort.

b Hereditas enim est nomē iuris: ideoque in vna re non consistit.
c Dic etiam aream contineri appellatione domus vt l. si fundū. §. qui fundum ʒ. de le. 3.

quitur hîc.
g NEc id iniquum.] *Vitio.* sic. *ʒ. de regu. iur. l. quod quis ex sua.* Accursius.
h CVm possideat. *vt. ſ. de petit. hered. l. iiij. & l. penu. & l. regulariter. & l. legitimam.*

Qui omittit hereditatem absque dolo, non tenetur hoc edicto: sed ad petitionem fideicommissarij poterit cogi adire. Bart.

XVII. IDEM *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SI quis omissa[i] causa testamēti omnino eam hereditatem non possideat:[k] excluduntur legatarij. Nam liberum † cuique esset debet, etiam lucrosam hereditatem omittere: licèt eo modo legata libertatésque intercidunt.[l] Sed in fideicommissariis hereditatibus id prouisum est,[m] vt si scriptus heres nollet adire hereditatē, iussu prætoris adeat, & restituat. quod beneficiū his quibus singulæ res per fideicommissum relictæ sint, non magis[n] tributum est, quàm legatariis.

Plures omittētes ab intestato possidentes: ac si ex testamento adiuissent, conueniuntur. h. d. Bart.

XVIII. IDEM *libro secundo de Testamentis ad Edictum Prætoris Vrbani.*

SI duo † heredes instituti, ambo omissa causa testamēti ab intestato possideant hereditatē: tunc quia vterque prætorio iure perinde habetur atque si ex testamento hereditatem adisset, pro partibus[o] in singulos competit actio.

Ex hoc edicto petuntur legata salua ratiōe. l. Falcidiæ, vel portionis alio iure debitæ. h. d. cum. l. seq. Bart.

I. ¶ Admonendi sumus, huic in quē ex hac parte edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidiæ[p] concedendum.

XIX. IDEM *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

PRæterea patrono quoque qui ex asse heres institutus est, si ab intestato possederit hereditatem, commodum partis debitæ[q] quod habiturus foret si ex testamento adisset hereditatem, saluum ei debet esse.

SI quis omissa.] CASVS. Institui mihi heredē Seiū, & reliqui ab eo legata & fideicōmissa singularia & libertates, & decessi. posteà ipse omisit hereditatem ex testamēto, & ab intestato non possedit sine dolo. nūquid tenetur præstare legata & fideicōmissa & libertates? Et dicitur quòd non. si autem rogassem eum quòd totam hereditatem meā vel partem eius restitueret Gaio: posset Gaius eum inuitum cogere ad adeundum, & restituendū sibi: & hoc per senatuscō. Trebellianum. Viuianus.

† Hæreditatē etiā lucrosam liberū est cuique omittere: neque potest quis cogi hæreditatem adire: nisi per fideicōmissariū vniuersalem.

i ¶ *Si quis omissa.* Dolo vel non dolo, gratis nullo pretio accepto inde quia tunc secus: *vt. ſ. eod. l. licet. & l. si quis pecuniam.* Acc.
k ¶ *Nō possideat.* nec aliquis eā possidet: alioquin possessor cōueniretur si[a] fraudē adhibuisset. si autē fraudis ignarus erat. nō cōueniretur licet institutus in fraudē omisset. *Azo. vt. C. e. l. j.* Accur.
l ¶ *Intercidunt.* vt. *C. eo. l. ij. & ſ. e. l. qui autem. §. si patronus. & facit. ʒ de vi & vi arma. l. iij. §. si quis autem. & ʒ. eo. l. si seruum. §. j.*
m ¶ *Prouisum est.* Nihilominus & hic edictū habet locum: *vt. ʒ. eo. l. si seruum: §. j.*
n ¶ *Non magis.* nam nec istis nec illis: *vt. ʒ. ad Trebe. l. nam quod. §. fi. & l. mulier. §. fin. & l. si patroni. §. sed & si.*

a Fraudis participatione cū omittente hic requirit Gloss. quod & probatur l. quia autē §. si patronus. ſ. eod. & Bart. hic. Contrariū tamē tenet Placētinus & Petrus in l. 1. C. eo.
† Vulg. Duo here. inst. si.

DVo heredes.] CASVS. Istum casum habuisti. ſ. *eo. l. si nō solus. §. si duo. in princ. & in fin.* §. Secundò dicit hæc. l. quòd illi qui omisit ex testamento, & adiuit ab intestato, sicque tenetur legatariis, datur beneficium. l. Falcidiæ contra legatarios. Viuianus.
o ¶ *Pro partibus.* ad hoc. ſ. *eo. l. si non solus. in prin. & §. si duo. in fin.*
p ¶ *Falcidiæ.* ad hoc. *C. eo. l. fi. & ʒ. eo. l. cui seruus. & l. pen. & ſ. eo. l. quia autem. §. fi. & ʒ. ad legem Falcid. l. j. §. ad eos.* ¶ Sed contra hanc. l. ad princ. ſ. *de dolo. l. si duo.* vbi insolidum tenentur duo dolosi: sed ibi circa idem, hîc circa suam partem quilibet.
PRæterea.] CASVS. Si aliquis patronus sit heres institutus ex asse à liberto, & ab eo relicta sunt legata quibusdam: & patronus omittat ex testamento, & adeat ab intestato, sicq; legatariis teneatur: debet habere malo velle legatariorum commodum partis suæ quæ defertur ei à lege in bonis liberti: de qua parte dixi. ſ. e. quia autem. §. si patronus. & hoc ita bene ac si adiuisset ex testamento hereditatem liberti. Viuian.
q ¶ *Debita.* quæ est tertia. *vt Inst. de success. lib. § sed nostra. & fa-*

cit supra eodem.l.quia autem.§.si patronus.

SI eadem.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & legaui primo equum meum, & prædicto Titio substitui secundum: & ab eodem secundo substituto legaui eundem equum tertio: & postea decessi: & postea Titius institutus omisit ex testamento: & cum deberet venire hereditas ad substitutum, permisit substitutus solum institutum ab intestato possidere: & gratis hoc fecit. certè primus cui fuit legatus equus ab instituto, petet equum, & non tertius cui fuit legatus equus à substituto. Viuianus.

† Legatorum quæ hoc edicto conseruantur dominium recta via deferri ex hac voce colligit Bald.

a ¶ Accepit. destinatione. & dic quòd solus institutus adiuit ex testamento, vel ab intestato omissa causa testamenti: vt. C. de fideicommiss. l. quoties, ij. sed. ℨ. eod. si ab instituto secus.

In specie præfertur ille cui ab instituto relicta est. Bart.

XX. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

SI eadem res diuersis personis ab instituto & substituto fuerit relicta: non vterque, sed qui ab instituto accepit, [a] solus vindicabit. †

Actio ex hoc edicto competit contra patrem, qui ex persona filij omisit ex testamento, & adiuit ab intestato. Bart.

XXI. IVLIANVS *libro vicensimoseptimo Digestorum.*

SI † filius meus à matre † sua heres scriptus fuerit, & ego testamenti causa omissa, † bonorum possessionem [b] eiusdem filij nomine petiero: actio legatorũ in me dari debebit non secus ac si ipse [c] heres scriptus omissa causa testamenti bonorũ possessionem ab intestato accepissem.

Per hoc edictum non conseruantur ea quæ per se possunt subsistere: & de necessitate aliorum aditio non expectatur. Bart.

SI filius.] CASVS. Si ego sim institutus heres, & à me sint relicta legata, & ego omitto ex testamento, & adeo ab intestato in fraudem legatariorum: datur in me actio legatariis. & idem est si filius meus sit heres institutus. Viuianus.

† Hoc edicto tenetur pater, ad quem peruenit hereditas ratione patriæ potestatis.
† Materna bona filiorum olim patri adquirebantur, de quo tamen dubitabatur in Glos. l. ut. qui tm. ff. ℨ. titul. 2.
† Subaudi nolente filio: ne cõtradicat lex is qui heres in ff. ℨ. tit. 2.

b ¶ Bonorum possessionem. vnde legitimi: vt infra vnde legit. l. ij. §. finali & l. iij. Accursius.

c ¶ Ipse. sc. ego: sed. j. eo. l. mater. §. j. secus.

XXII. IDEM *libro trigensimoprimo Digestorum.*

SI in testamẽto ita scriptũ fuerit, *Titius heres esto. si Titius heres erit, Mæuius heres esto*: & Titi⁹ omissa causa testamẽti hereditatem legitimam possederit: Mæuio aduersus eũ petitio hereditatis dari non debet [d] pro parte quam habiturus esset si testamẽti causa omissa non fuisset. Cum enim omisso testamẽto hereditas possidetur, legatorum quidẽ & libertatium ratio habẽda est, quia aliter quàm ab herede dari non potuerunt. hereditatis verò quæ ita data est, rationem habere prætor non debet. Sua enim culpa [e] testator sub hac conditione hereditatis partem dedit, quã potuit purè dare. 1. ¶Quare & si ita scriptum fuisset, *Titius heres esto, Quisquis mihi ex suprascriptis heres erit, Stichus liber, herésque esto*: & Titius omisso testamento hereditatem possideat: libertatem [f] prætor Stichi tueri non debet, [g] nec hereditatis petitionem ei [h] dare.

35. ¶ Tulisse autem auxilium non tantùm is videtur qui seruauit dominum, hoc est,qui potuit ita opem ferre, vt saluus esset dominus: verùm isquoq; qui quidquid potuit fecit, tametsi dominus interfectus est : veluti si quis clamauit, vt ad auxilium conueniretur: aut terruit adgressores, atque ᵍ si quis turbã conuocauit: aut si corpus suum obiecit, vel aliàs corpore suo auxilium tulit. 36. ¶ Non tamen semper qui clamore vsus est,auxiliũ tulisse videtur. Quid enim si cum posset manu depellere à domino periculum, ille clamorem inanem elegit? Plectendus vtique erit. 37. ¶ Quid si vulnerati sint serui cum protegerẽt dominum? Dicendum est parci eis ʳ debere: nisi si aut ipsi sibi vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur: aut talia vulnera isti acceperunt, vt possent nihilominus opem ferre si voluissent. 38. ¶ Si dominus mortiferè vulneratus superuixerit, ˢ nec † de quoquam seruorũ suorum conquestus sit: etiam si sub eodem tecto fuerunt, tamen parcendum illis erit.

Dominus percussus potest purgare innocentiam seruorum suorum. Bartolus.

11. CALLISTRATVS *libro quinto de Cognitionibus.*

Diuus Marcus Cõmod⁹ Pisoni ᵗ rescripsit in hęc verba: Cum cõstiterit apud te Piso charissimè, Iuliũ Donatũ postea quàm cõterritus aduentu latronũ profugerat [in] villam suam, vulneratũ esse: mox testamento facto purgasse officiũ seruorum suorum : nec pietas pro seruis, ᵘ nec sollicitudo ˣ heredis obtinere debet, vt ad pœnam vocẽtur, quos absoluit dominus ipse.

Ad impossibile nemo obligatur.

m ¶ *Et aliàs.*cum de adulterio quęstio habetur,secundum quosdam. *& facit infra de quæstio.l.ex libero.§.de minore. & l.de minore.*Accursius.

n ¶ *Ferula.*sic.C.*de cur.publ.l.j.*

o ¶ *Dicis gratia.* hoc est perfunctoriè, aut defunctoriè. *Antonius Augusti.Emendationum lib.ij.cap.ij.*

p ¶ *Tulit.*id est,dixit se dolere. aliàs iudicis gratia tulit:id est,distulit faciendam vindictam per iudicem.

q ¶ *Atque.*id est,sicut.

r ¶ *Parci eis.*scilicet si debilitati per vulnera non iuuerunt postea dominum.Accur.

¶ *Si dominus.*] CASVS. Dominus quorundam seruorum fuit à quibusdam mortiferè vulneratus : vixit tamen postea aliquot diebus,& non fuit cõquestus de aliquo seruorũ quòd non dederũt auxilium ei. nunquid amodo torquebuntur, vel vltimo supplicio afficientur? Et dicitur q̃ non : & multo magis non punientur si dominus in testamento suo dixit expressè quòd serui exercuerunt bene officium suum in iuuando eum. & hoc dicit cum lege sequenti.Viuian.

s ¶ *Superuixerit.* ita quòd eo vulnere non decessit. ᵃ *arg.supra ad leg. Aquiliam. l. huic scripturæ.* 2. Vel secundum Irn. dic , etiam si decessit,quasi ᵇ dissimulatione remiserit : *vt Institu. de iniur.§ fina. & C.de reuocan.dona. l.j in fine. & l. fina. in fine. & de inoffic.testamen.l.omnino.& supra de proba. l.Procula. & de curatori. furio. l. si furioso. §. his consequens.* ¶Sed argumen. contra ad hoc *infra.l.iij.§.j.* Item facit infra. l.proxi. Accursius.Floren.

t ¶ *Diuus.*] *Pisoni.* præsidi prouinciæ.

u ¶ *Pro seruis.* torquendis.Accur.

x ¶ *Nec sollicitudo.* quæ cogit heredem testatoris vindicare necẽ ᶜ Azo.& *facit.C.famil.ercisc.l.in ipsius.& supra.l.proxi.in fine.& quod ibi no.* ¶ Sed an occisores potest dominus absoluere? ᵈ Respõ. nõ. cum ea actio cõpetat vnicuique de populo: *vt.j.de publi.iudic. l.j.* quippe illi in faciendo,at serui in omittendo delinquunt.

¶ *Si quis.*] CASVS. Cũ dominus occideretur,seruus eius non tulit ei opem , ideo quia valde graui valetudine erat affect⁹. Certè subuenitur seruo vt non puniatur : & idem est si dominus dixit quòd seruus eum occidit , & non probauit. & idem est si maritus occidit dominam serui, & non exaudiuit hoc seruus. secus si exaudiuisset, & opem non tulisset:quia tunc bene puniretur : nisi in vno casu, puta si maritus occidit vxorem in adulterio deprehensam : quia tunc non punitur seruus si non tulit ei opem. Item non punitur seruus si cum omnes domini sui aggressuram paterentur , & ipse omnibus simul non potuit auxilium ferre,tulit quibusdam. secus si potuisset omnibus ferre opem:& tulit tantum quibusdam.Item non punitur seruus si tempore cædis domini sui vel dominæ ita erat clausus sine suo dolo malo,vt nõ potuerit erumpere causa succur-

Vide Ant. Aug. li. x. c. 3.

ᵃ Vulnus dicitur mortale, licet mors non sequatur secundum Bald.

ᵇ Dissimulatione remittitur offensa & iniuria.

† Remittere iniuriã videtur, qui non conqueritur.

ᶜ Vindicta pro iniuria sibi illata an & quãdo permittatur. Gl. in c. i. §. hoc autem. qui feu. da. pos. in v. si feu. B. in. l. si pens. C. depos.

ᵈ Remittere actionem Reipublicæ cõpetentẽ priuatus nõ potest. adde quæ scr. si ad Gl. l. transigere. in verbo prohibitum. ibi, Item nunquid transactio. C. de transac. adde Borr. decis. 91. Cepola cons. 35. Gl. in l. venia. C. de in ius vocan. Bar. in l. i. §. vsque adeo. j. de iniuriis. vt hinc colligam dominum à seruis vulneratũ non posse remittere illam iniuriam seruis.

rendi eis. secus si fuisset in dolo vt clauderetur. & idem est vt non puniatur si erat ligatus taliter vt auxilium dare non posset. Item non punitur si taliter erat senex, quòd non potuit dare opem: & idem est si erat seruus surdus. & idem si cæcus, vel mutus, vel furiosus. h. d. vsque ad. §. si quis quem. Viuianus.

III. VLPIANVS *libro quinquagensimo ad Edictum.*

SI quis in graui [a] valetudine adfectus opem domino ferre nō potuerit, subueniēdū est ei.

Assertio interfecti non probat: nisi probetur aliter mors illata. Bart.

1. ¶ Si quis moriens dixisset, à seruo vim mortis allatam esse sibi: dicendum est, nō esse credendum domino [b] si [c] si moriēs hoc dixit, nisi potuerit & probari.

2. ¶ Si maritus [d] vxorem noctu intra cubiculum secum cubantem necauerit, vel vxor maritum: serui pœna senatusconsulti liberabuntur. Sed si exaudissent, & opem non tulissent: plectendi erunt: non tantùm si proprij essent mulieris, sed etiam si mariti.

3. ¶ Si tamen maritus in adulterio deprehensam occidat: quia ignoscitur [e] ei, dicendum est non tantùm mariti, sed etiam vxoris seruos liberandos, si iustum dolorem exsequenti domino non restiterunt. [f]

Licet seruo vni ex dominis gratificari. Bartolus.

4. ¶ Si cum omnes domini adgressuram paterentur, vni seruus opem tulit: an sit excusandus, an verò quia omnibus nō tulit, plectendus? Et magis est, vt si quidē omnibus ferre potuit: quamuis quibusdam tulit, supplicio adficiendum. si verò simul omnibus non potuit: excusandum, quia quibusdam opem tulerit. Nam illud durum est dicere, si cum duobus auxilium ferre non possit, elegit alteri esse auxilio, electione crimen eum contraxisse. [g] 5. ¶ Quare & si seruus mulieris, marito dominæ magis auxilio fuit quam dominæ, vel contra: dicendum est ignosci [h] ei debere.

6. ¶ Subuenitur eis qui eo tēpore quo dominus dominàve occisa est, clausi ita fuerunt sine dolo malo, vt erūpere succurrēdi causa, aut cōprehēdendi eos qui cædem fecerunt, nō potuerint. Nec interest, à quo clausi continebuntur: sic tamen, si nō data opera voluerint [i] se ita includi, ne opē ferre possint. Clausos † accipere debemus & si sunt vincti: si tamē ita vincti, vt omnino erumpere vincula, & auxilio esse non potuerunt.

7. ¶ Ignoscitur etiā his qui ætate [k] defecti sunt. 8. ¶ Surdus † quoque inter imbecillos numerandus est, aut inter eos qui sub eodem tecto non sunt: quia vt illi per † spatiū, ita hic per morbū nihil audit. 9. ¶ Cæcus quoque veniam mereri debet.

10. ¶ Mutū simili modo excipimus: sed ibi, vbi vocis tantùm auxilium superfuit. 11. Furiosos excipi nequaquam dubium est.

Qui defendit vnum ex seruis malefactoribus: videtur esse obnoxius criminis. Barto.

12. ¶ Si quis [l] quē eorū seruum seruámve ex ea familia, qui [m] eius [n] facinoris noxius erit, receperit vel celauerit sciēs dolo malo: in ea causa est, ac si lege quæ de sicariis lata est, facinoris noxi⁹ fuerit. 13. ¶ Si ex stipulatu seruus debeatur, & cædē domini arguerit, [o] & pro prēmio liber esse iussus sit: ex stipulatu actio stipulatori nō datur. Nā [p] & si supplicio adfectus fuisset, nō daretur. Quòd si sub eodē tecto nō fuit: [q] ex stipulatu actio in æstimatione serui vtilis erit creditori. [r]

Nō videtur vindicasse, qui nō vltro vindicauit, et fauore publicæ vtilitatis generalis locutio nō recipit restrictionem de habilitate personæ. B.

a ¶ *Si quis in graui.* id [a] est, valde graui. *sic. ff. pro socio. l. cum duabus. §. damna. & l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & postum. aliàs graui.*

a Vasallum grauiter vulneratum non cogi dominū defendere in bello hinc colligunt.

b ¶ *Credendum domino.* contra [b] seruos: sed pro seruis sic: *vt supra l. proxi. & l. j. in fin.*

b Non creditur dicto offensi, nisi probet.

c ¶ *Si.* id est, quamuis. *& facit. j. de Carbo. edict. l. j. §. si quis.* ¶ Non obstat. *ff. ad Velle. l. Seia. j. respon. & de inoffic. testa. l. non est enim consentiendum. & C. arb. tu. l. j. & de proba. l. rationes.* [c] *& l. exemplo. & de testa. l. verba. & in Authen. vt cum de appel. cogno. §. sine igitur omnes. col lario. viij.* ¶ Argu. contra infra *de bo. libert. l. qui cum maior. §. fina. & l. Paulus. §. j. & supra de cura. fur. l. si furioso. §. j. & C. de calumn. l. mater.* ADDITIO. Dic secundum Dy. hic quòd propter verba defuncti pœna non imponitur, vt hic: sed heres vt filius si accusat, à præsumpta calumnia excusatur: vt in contrario, secundum Bartolum.

c Enunciatiuę voluntates defunctorum an seruandæ. *vide Glos. & quæ ibi scripsi in. l. rationis. 6. C. de probatis.*

d ¶ *Si maritus.* sic. *ff. l. j. §. si vir.*

e ¶ *Ignoscitur.* quantum ad pœnam legis Corn. de sica. sed non in totum: *vt infra de adulte. l. si adulterium. §. imperatores. & l. nec in ea. §. ideo autem. & l. marito. j. respon. & ad leg. Cornel. de sica. l. j. §. fina.*

f ¶ *Non restiterunt.* Not. non [d] est culpa non resistere. [e] *sic supra de noxa. l. iij. §. si extraneus. & de act. emp. & vend. l. emptorem. ibi, & si non defendat. &c.*

d Non resistere, culpa non est.

e Vasallum nō cogi dominū iuuare inuitē hinc colligitur.

g ¶ *Contraxisse.* est ergo gratificationi [f] tunc locus: *vt & ff. de reli. l. si. & ff. loca. & cōdu. l. in naue Saupheli. & j. ad leg. Fal. l. pater filium.*

f Gratificationi in re pari interdum locus est. *Simile in. c. venerabilē. cum glo. super verbo, fauere. extra de elect.*

h ¶ *Ignosci ei debere.* Quidam interrogatiuè legunt, & dicunt nō debere seruo vxoris ignosci qui prætulit virum. & econtra, si seruus viri prætulit vxorem. Sed legito planē, & dic quòd possit eligere, quasi sit eorum communis: *vt & ff. eo. in. l. j. §. si vir. & ff. eo. l. §. si maritus.* Accursius.

i ¶ *Voluerint.* sic. *ff. quod me. causa. l. si mulier. in princ. & j. quod vi aut clam. l. j. §. sed & Aristo.*

k ¶ *Aetate.* id est, senectute vt no. *ff. eo. l. j. §. impubes.*

Si quis.] CASVS. Seruus vel serua Titij occidit eum: & Seius in domo sua recepit dictū seruum vel seruam. certè tenetur Seius. l. Corne. de sica Viuianus.

l ¶ *Si quis* extraneus. q. d. non debet quis recipere [g] aliquem noxium de seruis occisi. aliàs punitur. l. Corn. de sica. *sic. j. de excep. l. j. Item facit. ff. de ser. fug. l. j. §. j.*

g Receptator seruorum occisi domini punitur.

m ¶ *Qui.* seruus. *& facit. j. eo. l. lege. in prin.*

n ¶ *Eius.* occisi.

¶ *Si ex stipulatu.*] CASVS. Seius habens seruum Stichū promisit per stipulationem Titio eum ei dare: & postea cum existeret dictus seruus sub eodem tecto cum domino suo Seio, dictus Seius occisus fuit: postea dictus seruus argutè probauit & detexit mortem domini: & pro hoc præmio factus est liber. nunquid Titius prædictus poterit eum petere ab herede Seij ex stipulatione? Et dicitur quòd non. nam & non daretur dicta actio dicto Titio si dictus seruus fuisset vltimo supplicio affectus ex eo quòd non arguisset mortem domini: vt & supra eodem. l. prima. §. potuisse. si autem non fuisset dictus seruus sub eodem tecto cum domino eo tempore quo dominus fuit occisus, & sic non defendisset dominum, non fuisset passus vltimum supplicium. ex stipulatu actio vtilis erit Titio creditori contra heredem Seij ad æstimationem dicti serui. & ille seruus dignus est dicto præmio libertatis qui vltro prosiliuit ad accusandum interfectores domini: non autem ille seruus est dignus qui cum accusaretur ab interfectoribus domini, ipse retorsit in eos crimen: sed ille seruus qui arguit vltro necem domini, poterit ad libertatem peruenire, qui non poterat aliàs ad libertatem peruenire: puta si hac lege distractus erat, ne manumitteretur. hoc dicit vsque ad. §. de his quoque. Viuianus.

† Carceris appellatione continentur vincula: vt is in carceris quodam genere fuisse videatur qui ligatus fuerit.

† Surdus excusatur ab edicto pœnam iis qui audiuerint imponēte. Bal.

† Vicinos non esse qui intruitus habēt per diuersos vicos, hinc notat Bartolus.

o ¶ *Arguerit.* probando: [a] *vt Cod. pro quibus cau. ser. pro pra. ac. lib. l. prima.* sed videtur infra proxi. §. exponi.

a Arguere pro probare.

p ¶ *Nam.* bona ratio.

q ¶ *Non fuit.* ergo nō iure est affectus supplicio. hæc ergo iniuria creditori non obstat Hug.

r ¶ *Creditori* contra heredem. Sed videtur in primo dicto heredem teneri, cum à fisco habeat pretium: *vt Cod. pro quibus caus. ser. l. ij. contra.* Sed dic quòd hic à fisco non habet. vt ibi not. *& infra ad legem Falcidiam. l. atis.* 2. Vel aliter lege hunc. §. quia in primo casu erat sub eodem tecto, & non præbuit auxilium: sed post conuicit occisores, vnde euitat pœnam, & consequitur præmium. in secundo secus: quia non conuicit. In tertio verò non erat sub eodem tecto: vnde consequitur libertatem dato pretio domino à fisco: quod in primo casu non daretur: cum si non conuicisset, capitis pœnam esset passus: & sic nihil hic haberet heres. *& facit ad. §. infra de suis & legitim. l. iij. §. quod si necem. & infra de verborum obligationibus. l. si seruum Stichum. & l. qui seruum. & infra eodem. l. si seruus. & l. domino. & infra de bo. lib. l. si necem.*

Vtrum.

a Spontanei & coacti differentia.
b Spontaneum quid sit, vide Bar. in l. i. in fi. & vlt. notabili. 3. de qualitat.

* Hoc spectat l. 197. de verb. sig. vbi idē ad verbum repetitur. Ant. Aug. li. 1. cap. 1.

c Seruus interdum cōtra pactum ad libertatem peruenire potest.

a ¶ *Vtrum.* exponit prox. §. superiorem. vel exponit. *l. j. eo. l. lege. in prin.* ¶ Et no. differre [a] spontaneū [b] à coacto *sic infra de bo. lib. l. qui cum maior. § si libertus. & §. fi. & ij. de leg. ij. l. vnum ex familia. § j. & C. ne tu. vel cur. ve. con. l. j.*

b ¶ *Vtile.* contra supra *pro socio. l. actione. §. Labeo. & in Auth. de resti. & ea quae pa. §. ea verò colla. iij.* Solu. hic speciale vt etiā contra [c] pactum ad libertatem perueniat. *& facit. §. proxi. § si ex stipulatu.*

14. ¶ Vtrum [a] autē is solus videatur indicasse * vel arguisse, qui ad hoc prosilit vltro: an etiā is, qui cum accusaretur ipse, detorsit in alium crimen? Et magis est vt ille hoc prēmio dign⁹ sit, qui vltro ad accusationē ꝓsilit.

15. ¶ Hi quoque qui non potuerunt aliàs ad libertatem peruenire, vtputa si hac lege distractus erat quis, ne manumitteretur: poterunt propter hoc quod in commune vtile [b] est, ad libertatem peruenire. 16. ¶ De his quoq; seruis qui testamēto manumissi sunt, perinde atq; seruis supplicium [c] sumendum est.

17. ¶ De his qui antequā testamētum occisi occisæve aperiretur, profugissent; posteàque aperto testamento liberi scripti inuenirētur: perinde ac si de seruis quęstio habēda, suppliciúmque sumēdū [d] est. Nā est æquissimum, vltioni dominorum nō obstare indulgentiā [e] ipsorum: [f] quam [g] [quo] quisque [h] pleniorē esset expertus, eo [i] grauiorem sceleri suo pœnam merebitur.

Hîc iurisconsul. intrat aliam materiam. Supra expeditum est de quæstione & vindicta seruorum qui dominum non iuuarunt: & de præmio eorum qui malefactores indicauerunt. hic ponitur vnum edictum in quo prohibetur testamenta aperiri, recitari, vel describi, vel hereditates adiri sub certa pœna ante quæstionem adhibitam de morte defuncti: & contra facientibus pœnam imponit. Bartolus.

18. ¶ Quod ad causam testamēti pertinēs [k] relictū erit ab eo qui occisus esse dicetur, id ne quis sciens dolo malo aperiendū, recitandum, describendúmque curet, edicto cauetur, [l] prius quàm de ea familia quæstio ex senatusconsulto habita, suppliciúmq; de noxiis [m] sumptū fuerit. [n] 19. ¶ Aperire autē hic ille videtur, qui naturaliter aperit: siue sint signatæ, siue nō † sint ligatæ, sed tantū naturaliter clausæ. [o] 20. ¶ Aperire accipere debemus ꝓhibitos nos, vel palā, vel publicè, vel secretò. omnis enim apertura prohibita est.

21. ¶ Si quis ignorās occisum, aperuerit: nō debet hoc edicto teneri. 22. ¶ Et si sciens, nō tamen dolo aperuit, æquè non tenebitur: si fortè per imperitiam vel per rusticitatē [p] ignarus edicti prætoris vel senatuscōsulti aperuit. 23. ¶ Si quis tabulas quidem nō aperuit naturaliter, linū autē inciderit, excusatus erit: quia dolo caret qui ipsas tabulas non aperuit. 24. ¶ Si autem non totū testamentum, sed pars eius aperta sit: dicendū est in edictum incidisse eum qui aperuit. Parui enim refert vtrum totum, an pars [q] aperiatur.

25. ¶ Si quis codicillos [r] aperuerit, testamētū nō aperuerit, in edictū incidit. Nā & codicilli ad causam testamenti pertinent.

26. ¶ Itē siue iure valeat id qđ apertū est, siue nō valeat: attamē edicto locus est. 27. ¶ Eadē seruantur & de his quæ ad causam substitutionis pertinēt, si pupillus pupilláve occisus occisáve esse dicetur. 28. ¶ Si ali⁹ [s] aperuit, ali⁹ recitauit, † ali⁹ descripserit: [t] oēs in edictū incidēt, qui singula corū fecerunt. 29. ¶ Nō tantùm ex testamēto, sed etiam ab intestato hereditas ad hoc edictum [u] pertinet: vt ne quis

intellige vt dicitur. §. e. in. l. j. §. in eo.

¶ *De his quoque.*] CASVS. Quæritur, nūquid seruus occisi qui testamento habuit libertatem, debeat puniri ante aditam hereditatem occisi. Et dicitur quòd sic. sed & si ipsi serui profugerunt post mortem domini, & postea apertum fuit testamentum domini, & in eo inuenti sunt scripti liberi: & adita est etiam postea hereditas: debet de eis haberi quæstio, & supplicium: quia ęquissimum est indulgentiam dominorum qui dederunt seruis libertatem, non obstare vltioni mortis dominorum: quam indulgentiam dominorū prout quisque de seruis esset expertus, pleniorem vel grauiorem pœnā mereri debet propter suū scelus: quia non iuuit dominum. h. d. vsque ad. §. quod ad causam. Viuian.

c ¶ *Supplicium.* & quæstio: *vt infra eod. l. si exhered. item. §. fin.* &

d ¶ *Sumendum est.* & hoc dic vt. *§. l. j. §. in eo.* 2. Vel hic aliud, quia profugerunt: *vt arg. j. e. l. lege.*

e ¶ *Indulgentiam.* id est dationem libertatis.

f ¶ *Ipsorum.* scilicet dominorum.

g ¶ *Quam.* indulgentiam.

h ¶ *Quisque.* i. quicunque seruorum scilicet habet pleniorem: vt quia directam, vel sine conditione vel die.

i ¶ *Eo.* i. ideo &c. ad quod. C. *de epis. & cle. l. presbyteri. &. C. de reno. do. l. fi. & j. de re iud. l. ne libertatis. &. C. de offic. prato. l. j. & facit. §. proxi. §. & j. eo. l. exheredatus. §. fin.*

¶ *Quod ad causam.*] CASVS. Hic. § loquitur de secunda parte rubricæ, & dicit quòd si aliquis est occisus, heres eius non debet aperire vel recitare vel describere aliquid quod pertineat ad causam testamenti eius: nec etiam testamentum antequam de familia sua habeatur quæstio, & sumatur supplicium si fuerunt illi de familia, in culpa. & postea vadit iurisconsul. glossando planè verba huius. §. vsque ad. §. non tantùm ex testamento. Viuian.

k ¶ *Pertinens.* s. scriptum, testamentum vel codicillus sit.

l ¶ *Edicto cauetur.* Tria vetat, & per consequens quartū scilicet aditionē quæ ante aper. tab. fieri non poterat *vt. C. de cadu. tollen. l. j. §. cum igitur.* ratio est, vt facinus proprio commodo præferatur: *vt. j §. non tantum.* & si fiat contra etiam in primis, in. c. aureis puniutur: *vt. j. e. l. lege. §. ex hoc edicto.* sed si adiuit here. confiscatur: *vt inf. a. e. l. necessarios. §. j. et no. C. e. l. si ea. & l. cum fratrem.* ¶ Sed quid si ideo, vt sciret an sit heres, quod ignorare potest: *vt. C. de test. l. hac consultissima?* Respon. non tenetur, cum dolus eius cesset. ad quod est quod no. *§. quemadmodum test. ape. l. ij. in princip.* ¶ Item contra *§. eod. l. j. §. occisorum.* ibi, quid ergo si dominus. vbi ante hoc permittit aperiri. Solu. ibi ab extraneis, hic à familia fuit interfectus.

m ¶ *De noxiis.* i. familiaribus occisoribus, & non succurrentibus.

m ¶ *Sumptum fuerit.* id est pœnam capitis imponi postulauerit.

o ¶ *Naturaliter clausæ.* sine aliquo extrinseco adiuncto.

p ¶ *Rusticitatem.* [a] sic [b] *C. de testa. l. final. in princip. & supra de edend. l. j. §. fina. & supra de iurisdic. om. iud. l. si quis. §. doli. & supra de iur. & fac. igno. regula.* Sed arg. contra *infra de fal. l. diuus.* dic vt ibi not.

q ¶ *Vtrum totum an pars.* ¶ No. generale, quòd qui delinquit in [c] parte, in totum reus est. sic *Cod. de vete. iur. enucle. l. fina. §. penultim. & infra de leg. j. l. etiam.*

r ¶ *Si quis codicillos.* & ad hunc. §. *facit supra quemadmodum testa. aper. l. ij. §. j. & ij. & infra de tabu. exhibend. l. j. §. ij.* Sed argumen. contra *infra de fal. l. si quis legatum. in princip.*

s ¶ *Si alius.* sic *supra ad legem Aquil. l. item Mela. § si alius.*

t ¶ *Descripserit.* id est exemplauerit.

¶ *Non tantum.*] CASVS. Non solùm si occisus fecit testamentum, sed etiam si ab intestato decessit, non debet heres eius adire hereditatem, vel bono. posses. petere antequam quæstio de familia occisi habeatur. & est ratio quare hoc statutum est, quia si heres posset adire ante quæstionem habitam: ipse occultaret facinus familiæ propter suū cōpendiū. cùm enim serui culpabiles de morte domini deberent vltimo supplicio affici: vt supra eodem. l. j. §. potuisse. heres haberet damnum si facinus seruorum non esset occultum. Sed quid si interim antequam adeat propter dictam prohibitionem, decedat heres occisi? Certè transmittit ad suos heredes vtiles hereditarias actiones. Item quid si occisus in testamento suo instituit heredes Titium & Seium sub conditione si ad diem mortis suæ vsque ad mensem darent centum Gaio: & heredes non paruerint conditioni ex eo, quia non debeant tabulæ aperiri ante quæstionem de familia habitam? succurretur eis certè vt adhuc adimplere possint. si autem aliud impedimentum concurrat cum prædicto impedimento vt tabulæ non aperiantur occisi, vel hereditas non adeatur, puta si fuerit prægnas vxor occisi, vel esse putabatur (quo quidem etiam casu instituti adire non poterant) certè nihil prodest dictis heredibus impedimentum quæstionis seruorum: & ita non transmittent ad suos heredes hereditatem occisi non aditam. Viuianus.

u ¶ *Edictum.* quod est. *§. §. quod ad causam. & adde quod ibi no.*

† *Concor. tex. in ca. significauit. iuncta Gloss. in versic. sigillum. extra de appell. & c. 2. iuncta Gl. in no. in ea. versi. de fi. instr.*
a Rusticitas pœnā eleuat.
b Pœnæ minuendæ propter rusticitatem, de quo v. plenissime Tiraquellum *de pœnis causa.* 11.

c In parte delinquēs, in toto reus est.

† *Concor. tex. in c. olim. extra de rescrip. & in. c. cum olim. cum ibi no. s. per Glo. de off. dele.*

a ¶ *Suum.* quemcumque etiam extraneum.
b ¶ *Actiones.* pro hereditate vtiles,& pro hereditariis viribus.
c ¶ *Ante aditionem.* non factam ideo quia per ſenatuſconſ.impediatur.hoc autem cõſtare debet : vt ſtatim ſubiicit. Azo.& ſunt ſimilia, vt hereditas [a] non adita tranſmittatur : *vt.no.ſ.de acquir. heredi.l.venire.* ¶Sed regulariter contra : *vt. C.de cadu.tollen.§.in nouiſſimo.*

a Hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur.

adeat, bonorúmve poſſeſſionem petat antequam queſtio de familia habeatur, ne heres propter compendium ſuum familię facinus occultaret.

Si hereditas metu pœnæ huius edicti non adeatur: ſi interim heres decedat,tranſmittitur:ſecus ſi propter aliud impediretur adire. h.d. cum ver.ſeq.Bartolus.

30. ¶Eleganter Scæuola ait,vt quis ad heredem ſuum [a] vtiles actiones[b] tranſmittat,ſi fortè ante aditionem[c] deceſſit,exploratum eſſe debere idcirco eum non adire, quòd ſenatuſconſulto edictóque [d] terreatur. 31. ¶Si conditioni intra diem [e] ex die mortis præſtitutum parere iuſſi, [f] ignorantia non paruerunt, ſi idcirco ignoratum eſt, quia metu ſenatuſconſulti aperiri tabulæ non potuerunt : ſuccurritur [g] eis ad implendam [h] conditionem. 32. ¶Si & aliud impedimẽtum ſit de nõ adeunda hereditate, vel aperiendarum tabularum : ſit & ſenatuſconſulti : nihil prodeſſe impedimẽtum ſenatuſconſulti, ſi & aliud [i] fuit: veluti ſi prægnas vxor occiſi fuit, vel etiam putabatur,& propterea adire hereditatem inſtitutus non potuerit.[k]

IIII. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

QVi poſtumos heredes inſtituerat,[l] non natis poſtumis vxorem ſecundo loco [m] ſcripſit heredem. cùm à familia necatus diceretur, vxor diem ſuũ obierat. heredes mulieris actiones [n] ex conſtitutione[o] * ſibi dari poſtulabant.Eos ita demũ audiendos eſſe reſpõdi,ſi mulier quam in vtero nihil geſtare conſtabat, [p] propter ſenatuſconſultum hereditatem adire noluit. alioquin [q] prægnate [r] ea defuncta,nullam iniurię querelam interueniſſe.[ſ]

Pœna quæ imponitur extraneo adeunti,imponitur neceſſario ſe immiſcenti.Bartolus.

V. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

NEceſſarios heredes puto edicto comprehendi, [t] ſi ſe miſceant hereditati: 1 ¶Nec bonorum poſſeſſioné peti prætor præmittit. & ego puto ad omnes bonorum poſſeſſiones [u] hoc edictum pertinere.

Non aliàs publicabuntur bona niſi aditio contra edictum ſit ſecuta. Bartolus.

2. ¶ Non aliàs bona publicantur, quàm ſi conſtabit eſſe occiſum patremfamilias, & heredem ante quæſtionem de familia habitã, ſuppliciúmque ſumptum,adiſſe [x] hereditatem.

In occiſo clam, non habet locum hoc edictum.Bartolus.

3. ¶Vbi quis incuria [y] necatus eſt,vel medici inſidiis: adiri quidem hereditas poteſt, [z] ſed heredi defenſio [a] mortis incumbit.

d ¶ *Edictóque.* vt.j. *proxi.§.probatur.*
e ¶ *Si conditioni intra diem.* puta centeſimum.
f ¶ *Iuſſi.* heredes.
g ¶ *Succurritur.* ad hoc *C.de anna.excep.l.j.§.fin. & infra de condit. & demonſtr. l.in teſtamento.*
h ¶ *Implendam* etiam poſt diem.
i ¶ *Si & aliud.* ſenatuſconſul. quod eſt. ſ. *§.quod ad cauſam.*
k ¶ *Non potuerit.* vt.ſ. *de acquiren. heredi.l. cum quidam. §. quod dicitur. & l.venire.& infra. l.proxi. & concord. infra de dam.infect.l.fluminum §.idem ait ſi damni. & ſupra depoſi.l.j.§.meritò.* ¶Item no. magis [b] inſpici quod obeſt, quàm quòd prodeſt : quia & ſine hoc impedimento adire non potuiſſet: *vt arg.ſupra manda.l. antepenult. §. j. & infra de lega.præſt. l. iij. §.fina.* Sed arg.contra *infra de iure fiſc.l.iij.§. ſi quis palam. & ſupra de ſena. l. emancipatum. §.fina.* Accurſius.

b Noxia & quæ obſunt magis interdũ inſpicimus quàm quæ proſunt vt hî. l.2. §. ſi à pupillo.j. de vſucap. pro emptore. l. cum pater. § Mænio. ſ. de legat. 2. l. Falcini. §.quid ergo.j.quibus ex cauſ. in poſſ.eatur.hoc tamen fallit quando cauſa quę prodeſt,eſt potentior ea quæ nocet, & eam offuſcat: tunc enim inſpicimus quod prodeſt. *l. non intelligitur. §. ſi quis palam.j. de iure fiſc.l ſi vir vxorẽ.j. pro donato. l.emancipatum in fin. ſ. de ſenatoribus. Alexander. 1. conſil.100.*

ADDITIO. Ad. §.ſi quis palam. reſponde ſecundum Barto.quòd quandoque cauſa quæ prodeſt, eſt potentior, & ita quòd obfuſcat & perimit illam quæ nocet:& tunc inſpicimus quod prodeſt : vt in. d. §. ibi enim quis relinquit clam & palam : & eo ipſo quòd relinquitur palam, tollitur clandeſtina: ideo illa inſpicitur. hîc verò cauſa quæ nocet,eſt potentior. nam poteſt dici quòd propter metum edicti omiſit aditionem:qui ſi adire vellet,non poſſet alio impedimento ſubſiſtente:ſicut tangitur in gloſ. *in.l.ſi vir.j.pro dona. ad. l.emancipatum.§.fina.* dic quòd ibi erant duæ cauſæ quarum nulla nocet,ſed vna prodeſt, alia non : ideo inſpicitur id quod prodeſt, ſecundum eum.Bartol.

QVi poſtumos.] CASVS. Aliquis occiſus inſtituerat ſibi heredes poſtumos quos habere ſperabat ex vxore ſua : & ita dixerat poſtea:ſi poſtumi mihi non naſcentur, vxor mea ſit mihi heres. & poſtea vxor ſua quæ nihil geſtabat in ventre, deceſſit ante aditam hereditatem à ſe ex ſubſtitutione viri occiſi : & ideo adire noluerat, quia non erat adhuc habita quæſtio de familia. nunquid vtiles actiones hereditariæ dabuntur heredibus vxoris ? Et dicitur quòd ſic. ſi autem ipſa vxor erat prægnas ex occiſo tempore mortis ſuæ vxoris, & ita propter hoc etiam non poterat adire ex dicta ſubſtitutione,& ſic habebat duo impedimenta ad adeundum, ſcilicet illud ſenatuſconſul. & quia prægnas erat : certè non poterunt dicere heredes vxoris iniuriam mulieri factam per ſenatuſcon. & ſic hereditas prædicti occiſi ad eos heredes vxoris non peruenit. Viuianus.

l ¶ *Inſtituerat.* primo loco.
m ¶ *Secundo loco.* id eſt ſubſtituit ſi heredes non eſſent.
n ¶ *Actiones.* hereditarias.
o ¶ *Ex conſtitutione.* ſenatuſconſulti huius
p ¶ *Cõſtabat.* in rerũ natura: nõ apud homines. 2. Vel dic apud homines quo ad opinionem communem: *vt no.ſupra de acq.here. l.cum quidam.§.quod dicitur.*
q ¶ *Alioquin.* id eſt ſi aliud fuit impedimentum quàm ſenatuſ.puta quia prægnas erat:nihil habebit heres eius.
r ¶ *Prægnate.* ideoque adire non potuit: *vt.ſ.l.proxi.§.fi.*
ſ ¶ *Interueniſſe.* ſi hereditas eius non præſtetur heredibus: *vt ſupra.l.prox.§.finali.* hoc eſt dicere, nihil habebit heres mulieris:quia hereditatem [a] non aditam ad heredem mulier non tranſmittit : *vt Co.de iure delib.l.quoniam. & fa. ſupra. l. proxi. §. quo ad cauſam.*

a Sunt qui [...] gant,ex ſubſtitutione [...] fidem Flor. a Hereditatem non aditã [...] tuo regulariter tranſmittit.

NEceſſarios.] CASVS. Scias quòd non ſolùm voluntarij heredes occiſi continentur in ſenatuſ. ſcilicet vt non adeant ante quæſtionem habitam, ſed etiam neceſſarij : & non ſolùm non poſſunt adire heredi. ante quæſtionem habitam, ſed etiam non poſſunt petere aliquam bo.poſſeſſ. Si autem faciant contra, debent publicari bona: ſed non aliàs publicantur niſi conſtet eſſe occiſum patremfamil. & heredem eius adiſſe heredit.ante quæſtionem de familia habitam, & ante ſumptum ſupplicium. Sed quid ſi dominus eſt occiſus propter malam curam medici, vel inſidias medici, nunquid poteſt adiri hereditas ante quæſtionem habitam ? Et dicitur quòd ſic.defenſio tamẽ dictæ mortis incumbit dicto heredi.Viuianus.
t ¶ *Comprehendi.* vt auferatur eis hereditas.
u ¶ *Omnes bonorũ poſſeſſiones.* quæ [b] ſunt.vj. ordinariæ, & ſeptima extraordinaria : *vt inſtitu. de bo.poſſ.* ¶Et not.ſuum [c] non fieri heredem ipſo iure,niſi nomine: *vt no.ſ.de acquir.here.l.neceſſariis.& fa.ſ.l.prox.in fi.& .j.§.j.& l.in cognitione.& .C.eo.l.iij.* ¶Sed contra.ſ.*eod.l.j.§.quid ergo ſi dominus.* Sol. ibi ab extraneo.

b Bonorũ poſſeſſiones ſex ordinariæ:vna extraordinaria.
c Suus non fit heres ipſo iure, niſi nomine.

x ¶ *Adiſſe.vt & .C.eo.l.ſi ea.* hoc autem fit primo in accuſatis & conuictis occidentibus vel homicidis : *vt.C.vbi cauſæ fiſ.l.j.* non ergo punitur ſi putans mortuum adiit, cum ſit viuus. [d] *j.de fur.l. inter.§.pen.*

d Simile eſt in impetrante beneficiũ viuentis: *vt no. & concor.sex.in cle.* [...] *& ibi Gl.de ſ*[...]*fic.ordi. & melius in Cle. ſi de beneficio.* [...]

y ¶ *Incuria.* alterius quàm heredis: aliàs per hoc ipſum fieret indignus: *vt.j.de his quibus vt indig.l.indignum.*
z ¶ *Poteſt.* vt. *ſ.l.j.§.quid ergo ſi dominus.& Cod.eod.l.cum fratrem.*
a ¶ *Defenſio mortis.* id eſt vindicatio.*& fa.C.eo.l.j.*

ET ſi certum.] CASVS. Mortuo domino certum eſt apud iudicem quòd Stichus ſeruus ſuus occidit eum. certè adhuc debet torqueri Stichus,vt inueniatur mandator cędis: & ipſe Stichus ſolus dabitur quæſtioni : cæteri autem ſui conſerui tantùm puniuntur ex eo quòd non tulerunt domino auxilium : non autem torquentur. Secundò dicit quòd quamuis aliàs ſerui in caput domini non torqueantur, tamen bene torquentur in caput heredis qui eſt eorum dominus, ſiue ſit heres extraneus, ſiue ex ſuis: ad ſciendum vtrum ipſe heres occidit dominum, vel non. Tertiò dicit: pone quòd duo habebant ſeruos communes: vnde de dominis prædictis non comparet. certè ſerui communes debẽt torqueri ad ſciendum de caſu dicti domini non comparentis. Quartò dicit: Pone quòd ſerui appetierunt occidere dominum eorum : nõ tamen occiderunt certè

certè non habet locum Silanianum: sed ipse dominus potest eos castigare etiam post manumissionem à se de eis factam. &. h. d. cũ l. seq. Viuianus.

a ¶ *Quæstio.* Torquetur[a] percussor vt indicet mandatorem: *vt & infra eodem. l. prim. & arg. infra de iure fis. l. ij. §. diuus.* ¶ Sed ar. contra. *C. de accu. l. fin.*

VI. PAVLVS *libro quadragensimosexto ad Edictum.*

ET si percussor certus sit, tamen habẽda quæstio[a] est, vt cædis mandator inueniatur. vtique autẽ ipse[b] maximè quæstioni dabitur, quamuis & cæteri[c] puniantur. 1. ¶ Quamuis aliàs in caput domini[d] serui nõ torqueantur, rectè tamen fiet quæstio etiam si heredem accuset,[e] siue extraneus heres, siue ex suis sit.

Serui possunt torqueri pro non comparente sicut pro mortuo. Bartolus.

2. ¶ Si vnus ex dominis nõ† compareat, quærendum est de casu eius per seruos quos communes habuerunt. Magis[f] enim de salute aut vltione domini non comparentis, quàm in caput præsentis torquebuntur.

3. ¶ Si appetitus sit,[g] nec occisus dominus: nihil senatusconsulto cauetur. ipse enim in familiam suam potest animaduertere.[h]

VII. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Silanianum.*

ET in libertos[i] extraordinarium auxilium habebit.

VIII. IDEM *libro quadragensimosexto ad Edictum.*

SEnatusconsulto Pisoniano* cauetur, vt si pœnæ[k] obnoxius[l] seruus venisset † quandoque* animaduersum in eum esset, vt venditor pretium præstaret:[m] ne emptori iniuriam fecisse videatur senatus.[n]

Sed[b] hic est principalis[c] criminosus. Item fa. *C. de accu. l. non ideo minus. & C. eo. l. minoribus.*

b ¶ *Ipse.* percussor.

c ¶ *Cæteri.* s. mandatores.

d ¶ *In caput domini.* scilicet regulariter. sed hoc fallit hic & in aliis: *vt. C. de quæstio. l. j.*

e ¶ *Heredem accuset.* aliquis, quòd occiderit defunctum ille heres. ad quod. C. *eodem. l. sororem.* est enim ibi publica accusatio: *vt infra de publi. iudi. l. j.* 2. Vel dic quòd aliquis accusat occisorem aliquem de familia: qui videtur accusare heredem qui adiuit ante mortem vltam: nam finita accusatione ista coram præside, auferentur bona heredi per procuratorem Cæsaris: *vt Cod. vbi cau. fis. l. j.* & in vtroque casu serui torquentur, & contra heredem vel directò vel per obliquum torqueri videntur. 3. Vel dicas adiungi hunc casum cum præcedenti: quia percussor nominat heredem mandatorem: per quod videtur eum accusare vel inculpare.

f ¶ *Magis.* sic *supra proxi.* §. Accur.

g ¶ *Si appetitus sit.* id est, inuasus à seruis. Accursius.

h ¶ *Animaduertere.* occidendo de eis vt bestiis, cum causa sit iusta: *vt infra de lega. j. l. quid ergo. §. si heres. & infra de verborum obligation. l. qui seruum. & nota. supra. de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. prima.* Accursius.

i ET *in libertos.* qui patronum suum appetierunt: *vt supra proxi.* §. Et quod sit hoc extraordinarium, dic *vt. C. de liber. & eorum lib. l. ij.*

SEnatusconsulto.] CASVS. Cum dominus occideretur, seruus Seius Stichus nõ tulit ei auxiliũ, cum posset: & sic debet vltimo supplicio affici. heres occisi vendidit eum Titio pro. c. & postea de eo seruo suppliciũ est sumptũ. certè tenetur heres reddere emptori dicta. c. [SI FILIVSFAMILIAS.] Titius filiusfami. fecit testamentũ de castrensi pec. & instituit sibi heredes Gaiũ & Seiũ: & postea fuit occisus: & heredes prædicti adiuerunt hereditatem eius antequam facerent haberi quæstionem & supplicium de familia occisi, vel antequam vlciscerentur mortem occisi. certè hereditas debet pertinere ad fiscum: & fiscus tenetur præstare legata relicta ab occiso: & libertates eorum seruorum occisi qui excipiuntur senatuscon. vt non puniantur, puta quia non potuerunt iuuare dominum. h. d. cum. l. seq. Viuian.

k ¶ *Pœnæ.* capitis.

l ¶ *Obnoxius.* quia sub eodem tecto constitutus, domino occiso opem non tulit: *vt supra eo. l. j in prin. & §. hoc autem senatuscon.* si interim per heredem vel per alium venditur, debet dici hoc: *vt supra de ædil. edict. l. cum autem. §. excipitur. & l. quis sit. §. antep.* aliàs eo ablato emptori per pœnæ impositionem venditor reddit pretium: vt hic.

a Torqueri quis potest mandatoris indicandi causa.

b Vel dic, ibi ponitur regula, hic casus specialis.

c Torqueri principalis re[us] potest vt indicet socios, comites, auxiliatores, mandatores, participes & similes.

† Præsumitur interfectus is qui non apparet, ita torqueri seruos pute[s] pro domino non comparente æquè ac pro interfecto. Hinc etiã notatur, præsumi in conflictu interfectum, qui nõ compareat.

* Silaniano. hoc verò factũ est Nerone A. II. & Pisone Coss. Tac. li. 13. Ore[?]

† Alienatio non impedit filij vindictã.

* quandocunque.

m ¶ *Præstaret.* id est, redderet.[a]

n ¶ *Senatus.* aliàs senatusconsultum, scilicet Sila. nec[b] enim à lege debet nasci iniuria. *sic. C. vnde vi. l. meminerint.*

o ¶ *Patrisfami.* alicuius occisi à familia. quod est si heres adiuit hereditatem antequam habeatur quæstio familiæ: *vt supra eo. l. iij. §. quod ad causam. & l. necessarios. §. j.*

Ex quibus causis extraneis aufertur hereditas: ex eisdem causis castrense peculium confiscatur. Bartolus.

1. ¶ Si filiusfamilias qui in† castrẽsi peculio testatus est, occisus sit: oĩmodo id defendendũ est, vt ex quibus casib[us] ad fiscum patrisfamilias[o] bona pertinent, his casibus & huius peculium, potius[p] quàm ad heredes, qui deliquerunt in adeundo,[q] & similibus, vltive nõ sunt.[r]

Ad fiscum transeunt bona cum onere legatorum. Bartolus.

IX. GAIVS *libro septimodecimo ad edictum Prouinciale.*

CVm fisco caduca † bona defuncti addicuntur propter inultam † mortem, in eum legatorum actio datur: & libertates ratæ sunt, eorum[s] scilicet qui senatuscõsulto excipiũtur.[t]

X. PAVLVS *libro singulari ad Senatusconsultum Silanianum.*

SI exheredatus filius, antequàm adiretur patris hereditas, occisus sit, ex euentu inspicietur:[u] vt si adita fuerit hereditas, quasi alieni[x] fuisse videantur. Si verò irritum testamentum factum sit: quia ipsius essent si viueret, omnia perinde aguntur ac si dominus[y] esset.

1. ¶ Sub diuo Traiano constitutũ est de his libertis quos[z] quis viuus manumiserat, quæstionem haberi.[a]

XI. TRYPHONINVS *libro secundo Disputationum.*

IDémque[b] erit & de his qui

p ¶ *Potius.* scilicet ad fiscum pertineat.

q ¶ *In adeundo.* ante habitam quæstionem familiæ, & supplicium sumptum.

r ¶ *Vltive non sunt.* defuncti necem.

s CVm fisco.] Eorũ. seruorum.

t ¶ *Excipiuntur.* vt qui non fuerunt sub eodem tecto, nec conscij: *vt. s. l. j. §. hoc senatus.* ¶ Item impuberes[c] & alij: *vt infra eodem. l. excipiuntur. & facit s. tit. j. l. ij. §. finali. & de lega. j. l. si seruus plurium §. si quis. & j. de his qui. vt indig. l. cum tabulis. in fi. & infra ad Treb. l. Marcellus. & C. ad leg. Fal. l. iij. & de fideicommiss. lib. l. eam quam. & infra de iure fisc. l. iij. §. cum ex causa. & l. dicunt. & j. de verbo. signif. l. princeps bona.*

SI exheredatus.] CASVS. Titius exheredauit filium suum Seium, & instituit heredem Gaium, & decessit dictus Titius. & postea Seius su[us] filius fuit occisus antequã Gaius adiret. nunquid serui dicti Titij debent torqueri pro morte dicti Seij? Et distinguitur vtrum dictus Gaius adiuerit postea hereditatem, an non. primo casu videntur serui prædicti fuisse alieni, id est, heredis Gaij: & sic nec quæstio de his habetur, nec supplicium. secundo casu habetur de his quæstio & supplicium, ac si dominus eorum fuisset filius tempore quo fuit occisus. nam ipsius essent si viuerent. [SVB DIVO.] Titius manumisit seruos suos, & postea fuit occisus eis præsentibus. certè poterunt torqueri. & idem si accepissent dicti liberti ius anulorum aureorum. Item in. l. si seruus. pone quòd dictus Titius legauit quosdam suos seruos Seio, & postea ipsi facti sunt liberi, ideo quia detexerunt mortem eiusdem Titij. nunquid propter legatum impeditur dicta libertas? Et dicitur quòd non. Item in. l. in cognitione. dicit, pone quòd heredes dicti Titij aperuerunt testamentum eius antequam facerent haberi quæstionem & supplicium de familia: & sic possunt de hoc accusari vt soluant. c. aureos: vt infra eodem. l. lege. §. fina. certè vltra quinquennium non poterunt accusari si sunt extranei heredes. si autem sint de suis, poterunt perpetuo accusari. &. h. d. cum trib. ll. sequen. Viuian.

u ¶ *Inspicietur.* torqueantur serui patris pro filio, an non.

x ¶ *Alieni.* serui, & sic non torquendi, nec supplicium sumendum.

y ¶ *Si dominus.* s. filius. & dic seruorum cum fuit occisus, & sic torquentur: *vt & s. eo. l. j. §. domini appellatione & filiusfa.* & facit ad hoc quòd retrotrahatur[d] *supra de acqui. here. l. heres quandoque. infra de rebus dub. l. quædam. & infra de stipu. ser. l. si ex re. §. fi. & de reg. iur. l. omnes. & l. omnia.*[e]

z ¶ *Quos.* simpleg relatio. *sic infra de iniur. l. dominum.*

a ¶ *Haberi.* nam est æquissimum, &c. *vt. s. l. iij. §. de his.*

b IDemq. quo ad hoc & quædã alia nõ habetur ingenuus, licet

a Facit. l. si fundus. j. locati.

b Iniuriæ inde nasci non debent vnde ius nascitur, adde l. ex facto. j. de vulgari.

† Castrense peculium confiscatur propter delictum heredis filij.

c Quia serui tantum torqueri debent. concor. Glo. in. l. fi. in ver. seruos. C. de his qui vt indi. cum cãcor.

† Hoc verbo innuit hereditaté nõ fuisse aditam.

† Legata non debentur propter delictum testatoris. l. cũ filius. §. repetundarũ. j. de leg. 2.

d Euentũ futurũ quandoque spectamus in delictis indicandis, in quibus præsens iudicium dari non potest.

e Fingit lex interdum super mortuo vel super iure mortui. vt. l. si filius. j. de captiuis.

regulariter sic: *vt.C.de iur.aur.an.l.ij.*

a ¶ *Anulorum.* scilicet aureorum.

b S*I seruus.Occiso.* oppositio [a] in obiecto: vt homo mortuus.

c *Statuerit.* q. a necē defuncti vindicauit: *vt.C.pro qui.cau.l.j.*

d ¶ *Non impedit libertatem.* propter legatū. ¶ Sed an heres dabit æstimationē legatario? quod videtur: *vt.s.l.ij.§.si ex stipulatu.& l.senatus.& .j.e.l domino.*

e IN *cognitione.* Dixit [b] Hug. quòd ob solam aperturam sine aditione non perditur hereditas. & secundum eum subaudi hic, aperti, & hereditatis aditæ. sic & subauditur. *C.e.l.si ea.* non autem quòd actio in factum in. c. an. quinquennio tollatur: quæ pœna ob solam aperturam imponitur: *vt.j.eo.tit.l.lege.§.fin.* 2. Alij vt Io. & Azo dicūt quòd etiam hereditas perditur ob solam aperturam, *per.l.C.eo.l.si ea.& .j.e.l.fi.* ¶ Sed quocunque modo intelligas, quæ accusatio sit de herede? Quidam dicunt eum accusandum de his, & puniri in confiscatione bonorum. sed non videtur. nam non punitur nisi pecuniariter propter aperturam vel propter aditionem, scilicet amissione hereditatis. 2. Sed dico quòd occisores debent primo accusari: quo ipso & heredes bona amissuri videntur accusari: quibus conuictis hæc bona fisco deferuntur: *vt C.vbi causæ fisca.l.j.* & sic intelligitur. *s.eo.l.necessarios.§.non aliàs.* intra quinquennium ergo debet hoc expediri, *vt hic:* non dico quòd accusatio de homicidio quinquennio tollatur contra homicidas *l.querela.C.de fals.* sed effectus confiscandorum bonorum contra heredem tollitur quinquennio. *ad quod.j.de diuer.præscri.l.in omnibus.* 3. Dic ergo in cognitione. i. accusatione contra homicidas quinquennium est constitutum, scilicet quo ad effectum confiscandorum bonorum. 4. Vel dic, [c] in cognitione, id est in delatione quæ fit fisco de bonis iam punitis homicidis. & hoc si est extraneus heres. sed [d] proximus plus tenetur: scilicet quandocunq; homicidæ conueniantur vsque ad.xx.an. *arg.j.de parri.l.fin.* poterunt bona postea à fisco peti, vel intra quadriennium etiam à die denuntiationis, vel aliàs an.xx. à die quo cœpit fiscus petere posse: *vt.j.de iure fisci.l.j.§.pe.& .C.de quadri.præscrip.l.j.*

f ¶ *Extraneos* heredes.

g ¶ *Eos.* scilicet heredes. Accursius.

h ¶ *Teneri possunt.* scilicet si committerent id delictum: non dico quòd hic commiserint aperiendo vel adeundo: & sunt istę personæ. *j.de parri.l.j.ij.iij.& .iiij.*

i ¶ *Accusare.* per obliquū. 2. Vel dic, id est deferre per directū. Huic.l.est contra. *j.eo.l.Gaius.sol.ibi.* Item. *C.de fal.l.querela.* Sol. hic speciale. Imò & hic durat.xx.an. accusatio de homicidio: sed non quo ad effectum confiscandorum bonorum: vt dixi.

E*Xcipiuntur.*] CASVS. Dictum est supra eo.l.j.§.potuisse. & in prin. quòd serui qui non tulerunt auxilium domino, torquentur: & supplicium de eis sumitur certè istud fallit in seruis impuberibus qui fuerunt sub eodē tecto cum domino cū occideretur vel etiam alibi, & non fuerunt ministri vel participes cędis. si autē fuissent ministri vel participes, non parcitur eis in cæde domini. nam & in nullo alio delicto eis deberet parci Itē nō parcitur eis si erant proximi pubertati eo tēpore quo dominus fuit occisus, & si erant ad pedes domini cū occideretur, & postea facti puberes nō prodiderunt necē. Vi.

k ¶ *Excipiuntur.* vt.s.*eod.titu.l.j.§.impubes.& .§.impuberi.et.l.cum filio.in fin.*

l ¶ *Certum erat.* ad hoc de silentio facit. *C.de incest.nuptiis.l.ij.in fin.& .l.iij.in fi.& .l.iiij.in fi.* ¶ Et no. tria contra hunc: quorum si quod deficit, non habet locū quod hic dicitur. illa tria sunt hæc, q̄ prope pubertatē: q̄ ad pedes domini: & quòd tacuit.

m ¶ *Sub eodem.* quasi dicat, nō autem interuenerunt prædicta.

n ¶ *Participes.* vt in nostro casu, vbi videtur fuisse particeps propter tria.

o ¶ *Alia causa.* nam aliàs tenētur impuberes ex delictis: [a] *vt Institu.de obli.quæ ex delic.§.pen.* nisi quatenus miseratio ætatis &c. *supra de mino.l.auxilium.§.fi.* & nisi in crimine adulterij: *vt.j.de adul.l.si minor.*

S*I sequens.*] CASVS. Titius instituit sibi Seium, & substituit ei Gaium: & postea fuit occisus: & postea Seius adiuit hereditatem antequam necem defuncti vindicaret: & Gaius postea vindicauit necē. nūquid transfertur ad Gaium substitutū hereditas instituto delata? Et dicitur q̄ nō. pœna enim instituti nō debet esse præmiū substituti: imò dictā hereditatē habebit fiscus. Sed quid si dicti Seius & Gaius fuerunt ambo instituti, & fuit datum Seio prælegatum? certè non solum pars hereditatis aufertur Seio, & datur fisco, sed etiam prælegatum, eo q̄ nō vindicauit mortē Titij testatoris ante aditā hereditatē à se. sed & si veniret ab intestato ad hereditatē, aufertur ei. idemq; & si quasi patronus occisi veniat ad hereditatē, quāuis ille qui venit ab intestato, & ille q. venit quasi patron[us], admittātur suo iure. Vi.

p ¶ *Si sequens gradus.* substitutus.

q ¶ *Vltus.* accusando occisores.

r ¶ *Priore.* id est primo delata instituto.

s ¶ *Non esse hoc.* s. dicendum: & est hoc expeditum cum institutus primò adiuit quàm vindicaret: quod potest aliquando: *vt.s.eo.l.j.§.quid ergo si dominus.* ¶ Quid ergo si nullo modo adiuit: vel adierat cum non debuerat? Respon. quidam non idem: sed Io. idē. Arg. contra *in Authen.de here.& Falc.§.si verò institutio & substitutio.coll.j.& .j.ad Treb.l.ij.§.fi.*

t ¶ *Illius.* instituti qui non vindicauit necem defuncti. & facit ad hoc. *s.quod metus cau.l.si cum exceptiones.§.Pedius.in fin.§.Item facit ad.l.C.eo.l.si sororem.* Accur.

u ¶ *Legatum.* infra *ad Trebel.l.ita.§.qui suspectam.*

x ¶ *Venit.* id est venire vult.

y ¶ *Admittantur.* aliàs non, vt hic, *& .j.de iure pat.l.pe.j.respon.* ¶ Sed arg. contra. *s.de inoffi.testa.l.Papinianus.§.si quis impubes.& .l.pen.§.fi.& in Auth.de here.& Falc.§.si quis autem non implens.col.j.item facit supra proxi.§.* ADDITIO. Dic quòd ibi est in culpa,

a Oppositio in obiecto. *sic.l.seruo manumisso.s.de condict.indebiti.*

b Hæreditas an ob solam aperturam hic amittatur? Ioannes & Azo aiunt: Hugolinus negat: putat enim hæreditatem amitti si testamētum apertum & hęreditas adita. Quam sententiā tenet Glossa *ind.et.C.eo.*

ius anulorum [a] petierant.

XII. PAVLVS *libro singulari ad Senatusconsultum Silanianum.*

SI seruus à testatore occiso [b] legatus sit, & prætor pro præmio statuerit [c] liberum eum esse: dicendum est non impediri [d] libertatem.

Accusatio facta contra occisores habet effectum cōfiscationis bonorum contra heredes extraneos intra quinquennium: contra eos qui de morte defuncti possent de parricidio teneri, semper. Barto.

XIII. VENVLEIVS SATVRNINVS *libro secundo de publicis iudiciis.*

IN cognitione [e] aperti aduersus senatusconsultū testamenti eius qui à familia sua occisus dicatur, quinquénij tēpus cōstitutū est senatuscōsulto, Tauro † & Lepido cōsulibus: quod tamē ad extraneos [f] pertinet. nanque eos [g] qui parricidij pœna teneri possunt, [h] semper accusare [i] permittitur eodem senatuscōsulto.

† Anno vrbis. 763.

Impubes qui non iuuat dominum, non tenetur senatusconsulto nisi in eo tria concurrant, quæ exprimit hæc lex. Bartolus.

XIIII. MARCIANVS *libro vndecimo de publicis iudiciis.*

EXcipiuntur [k] senatuscōsulto Silaniano impuberes serui. Trebius autem Germanus legatus etiam de impubere sumi iussit supplicium, & tamen non sine ratione. nam is puer nec † multū à puberi † ætate aberat, & ad pedes domini cubuerat cum occideretur, nec postea cædem eius prodiderat. vt enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse etiā postea certum erat: [l] & his dumtaxat impuberib[us] senatuscōsulto parci credebat, qui tantum sub eodem [m] tecto fuissent. qui verò ministri vel participes [n] cædis fuissent, & eius ætatis, quanquā nondum puberis, vt rei intellectū capere possent, his non magis in cæde domini quàm in vlla alia causa [o] parci oportere.

† Pubertati proximus dicitur qui non multum abest à puberis ætate.

† pubetis.

Fiscus succedit in locum heredis indigni, & præfertur substituto etiam necessario, & necem vindicanti. Bartolus.

XV. MARCIANVS *libro singulari de Delatoribus.*

SI sequēs gradus [p] vltus [q] fuerit necem testatoris, an priore [r] hereditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus, non esse [s] hoc. Nam pœna illius, [t] huius præmium esse non debet.

Ab indigno aufertur hereditas & legatum, & quicquid quocunque iure de bonis testatoris mortis causa caperetur. Bart.

1. ¶ Cū ex parte heredi instituto legatū [u] quoq; erat, & in vlciscenda morte cessauerat: diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, tam hereditatis portionē, quàm legatum ei auferendum.

2. ¶ Heredib[us] autē qui in vlciscenda morte defuncti cessauerāt, tam testamento quàm ab intestato auferuntur bona: fortè & si quasi patronus venit, [x] quāuis hi suo iure admittātur. [y]

Etiam seruus communis pro præmio libertatem consequitur. Bar.

a Impubes tenetur etiā ex delicto, quod verum est omittendo. & ita debere intelligi hanc. l. secūdum Doc. hic. quod tamen dictū limitabis per tex. in cap. i. & quod ibi nota. extra de delict. pue. s. vt non procedat in delicto carnis quod in eo n. præsumitur.

c Prima est verior, secūdum Bal. hic.

d Ex Silaniano accusatio an quinquennio, an verò 20. annis finiatur? Directa instituta aduers[us] hęredes ob apertas tabulas, & aditam hæreditatē finitur quidēm quinquennio: aduersus propinquos semper durat, estque perpetua.

in culpa,hic in dolo:*vt in.l.propter veneni.§.neptis.j.eod.* 2. Vel istud delictum est maius illo 3. Vel aliter ibi delictum committitur solùm contra testamentum : & ideo petitur solum quicquid ex testamento capitur, non aliũde:hic delictum committitur circa vindicandam mortem:ideo perditur quicquid causa mortis capitur, *secundum Bar.*

XVI. MARCELLVS *libro duodecimo Digestorum.*

DOmino à familia occiso seruus communis necem eius detexit. fauore libertatis liber quidem fieri debet : pretij autem partem sibi contingentem socium consequi [a] oportet.

XVII. MODESTINVS *libro octauo Regularum.*

PRius [b] de se familia torquenda est:& si confiteatur,tunc interrogetur quo mandante [c] flagitium admissum sit.

XVIII. IDEM *libro nono Regularum.*

ET * inofficioso testamento queri idem, [d] & mortem vindicare defuncti non prohibetur. [e] Idque Paulus respondit.

In familia quæ non iuuit dominum, erit vindicta & supplicium. Bartolus.

XIX. IDEM *libro octauo Pandectarum.*

CVm dominus [f] occiditur, auxilium ei familia ferre debet & † armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis : quod si cum posset, non tulerit, meritò de ea supplicium sumitur.

XX. PAPINIANVS *libro secundo Responsorum.*

HEres qui veneni causam persequitur, res hereditarias vrgentes [g] ordinare saluis probationum indiciis [h] non prohibetur.

Mors clandestina ab extraneo facta aditionem non impedit:secus si à familia facta dicatur. Bart.

XXI. IDEM *libro sexto Responsorum.*

PRopter veneni [i] quæstionem tempus petendæ possessionis [k] non profertur : [l] cum eo quoque suspenso crimine [m] rectè [n] petatur. Aliud senatui placuit cum à familia dominus necatus dicitur,seruorum videlicet causa: [o] quorum libertatem quæstionis habendæ gratia negligi [p] necesse est.

Ei cui aufertur hereditas vt indigno propter dolum,non restituuntur actiones confusæ:secus si propter culpam. Bartolus.

1. ¶ Neptis quę possessionẽ [q] auiæ petierat,mortẽ ei⁹, interfectā sciẽs, [r] nõ defenderat. [s] fideicõmiss. quod auia ex alio testamẽto nepti debuit, ĩ restituẽdis fisco bonis nõ esse deducẽdũ placuit. dolus [t] enim heredis puni-

DOmino.] CASVS. Dominus fuit à familia occisus: & seruus quem habebat communem cum Titio, detexit necem. certè erit liber. heres autem occisi debet dare Titio partem pretij Titio contingentem. Viuianus.

a ¶ *Socium consequi.* Sed à quo? Respond.de bonis defuncti.quæ [a] si non sufficiunt, de publico. *argu.infra eod.l. lege Cornelia.in princ.* non autem à fisco prima facie:*vt nota.supra eodem.l.ij.§.si ex stipulatu.& pro quibus cau.ser.lib.pro præ.ac.l.j.& .ij.& de ser.communi ma.l.j.*

PRius.] CASVS. Dicitur hic quòd si dominus est occisus, quòd familia prius de se debet torqueri & si confiteantur quòd occiderunt dominum, tunc debent interrogari quo mandante occiderunt. Viuian.

b ¶ *Prius de se.* id est, an quis de familia fecerit : & sic videtur esse necesse vt præcedant indicia.regulariter [b] secus: *vt.j.de quæstio.l.j.in prin.*

c ¶ *Quo mandante.* non autem debet interrogari, mandauit Titius, aut Seius : *vt j. de quæstio.l.j.§.qui quæstionem.& facit.s.eod.l.& si certus sit percussor.& C.de iure fisci.l.ij.§.diuus.* ¶ Sed argum.contra.s.*de eden.l.j.§.rationem.* sed nil facit,vt ibi patet.aliàs est in litera,quo in anno flagitium.&c. ¶ Et tunc est arg.quòd testis [c] est interrogandus de die.*sic in Authen.de testi.coll.vij.& licet.ibi, & causam testimonij.&c.* Accursius.

EX inofficioso.] CASVS. Dicitur quòd quamuis heres non possit adire hereditatem occisi ante mortem occisi vindicatam:vt s.eo.senatus.§.j. tamen si filius occisi ab eo exheredatus sit, bene potest idem filius quæri de inofficioso testamento,& postea mortem vindicare.Viuian.

d ¶ *Idem.* filius exheredatus.

e ¶ *Non prohibetur.* Imò tenetur,vt successor ab intestato: *vt s. eo.l.si quis quem.§.fin.*

f CVm dominus. facit.s.*eo.l.j.§.eodémque.& .§.pen.& j.de iniur.l.sed si vnius.§.si iussu.in fi.* Accur.

HEres qui.] CASVS.Dominus fuit clã ab extraneo veneno interemptus: heres autem deliberabat vtrum adiret hereditatẽ eius,vel non:& prosequebatur accusationem quam fecerat de dicto extraneo. certè bene potest interim ordinare res hereditarias vrgentes,& propter hoc nõ amittit ius probãdi veneno interemptum testatorem.& siue pendeat dicta quęstio veneni,siue nondũ incepta sit:potest heres petere bonorũ possessionẽ in bonis occisi.secus autem est cũ dominus dicitur necatus à familia:quia tunc non potest peti bonorum poss. ab herede ante quæstionem de familia habitam.& supplicium sumptum.& redditur ratio in litera, quamuis non bona, scilicet quia si posset peti bonorum possessio, vel adiri hereditas ante quæstionem & supplicium seruorum: iam essent liberi serui quibus libertatem in testamẽto dedit occisus:& sic ambo torqueri non possent. bonum est ergo negligi libertatẽ eorũ donec de eis quęstio habeatur.dicitur autem negligi dũ non permittitur aditio hereditatis ante quęstionẽ.Sed(sicut dixi)dicta ratio nõ est bona: quamuis principale dictum sit bonũ.nam etiam manumissi torquẽtur:*vt.s.e.l.si exheredatus.*§.j. [NEPTIS QVÆ.]

Seius instituit sibi heredem Titiam,&ab ea Titia reliquit fideicõmiss.Gaiæ nepti dictæ Titiæ:& postea decessit dictus Seius:postea eadem Titia instituit sibi heredem dictã Seiam neptem:& postea fuit occisa ab aliquo dicta Titia:& dicta sua neptis antequam vindicaret mortem eius,petiit &habuit bonorũ possessionẽ in bonis dictæ Titiæ suæ auiæ: & ita debet restituere bona Titiæ fisco : vt.s.eod. necessarios. §.ij. nunquid in dicta restitutione fisco facienda debet Gaia neptis deducere fideicommissum quod ei debebat auia ex testamento dicti Seij ? Et dicitur quòd non: & hoc si dimisit neptis vindictam per dolum.si autem dimisit vindictam per negligentiam , puta quia non studuit inuenire interfectorem, cum posset : tũc quamuis amittat emolumentum bonorum auiæ,eo quòd debet restituere fisco:tamen retinet dictum fideicommissum: & cum per aditionem hereditatis auiæ extinctum fuerit debitum dicti fideicõmissi, rationis est hoc casu vt redintegretur eidem nepti ius debiti ipsius fideicommissi [PRÆSIDIS.] Cum Titius esset occisus à quibusdam,ego heres eius accusaui eos coram præside antequam adirem hereditatem , sicut debeo : vt.s proxim.§.& præses postea absoluit eos per iniquitatem suam: ego autem heres non appellaui à sententia præsidis , cum non possem.nunquid aufertur mihi hereditas à fisco?Et dicitur quòd non.Viuian.

g ¶ *Vrgentes.* Sed cur nõ oẽs cũ adiuit?potuit enim,cũ non à familia dicitur venenatus:*vt.s.e.l.j.§.quid ergo.& .C.e.l.cũ fratrem?* Resp. hic nõ adiuit,sed deliberabat: persequebatur tamen causam veneni:vnde vrgentes tantùm distrahit:nec tamẽ per hoc adit. *sic s.de iure delibe.l.Aristo.*§.j. 2. Vel dic quòd à familia dicitur necatus:*vt.j.l.praxi.& est sic supra de peti.here.l.diuus.& .l.si bonæ fidei possess.here.& .s.de administ.tut.l.tutor qui repertorium.*§.j.

h ¶ *Saluis indiciis.* quia [a] torquendos non vendat seruos, *arg.C. de adulteriis.l.iij.*

i PRopter veneni. ab [b] extraneo illati. & sic intellige.C.*eod.l. cum fratrem.*

k ¶ *Possessionis.* scilicet bonorum.

l ¶ *Profertur.* id est,prorogatur.

m ¶ *Crimine.* id est,accusatione.

n ¶ *Rectè petatur.* scilicet bonorum possessio.

o ¶ *Videlicet causa.* durius [c] enim torquentur serui quàm liberi: ideoque non potest adiri hereditas ante vindicatam necem. Azo. *& facit.s.si ex noxa.cau.aga.l.pe.& .l.fi.*

p ¶ *Negligi.* i.differtur aditio, & sic libertas negligitur, [d] id est, differtur, quæ adita hereditate cõpeteret : *vt.C.de cad.tol.l.j.§.in nouissimo.* Sed hæc non videtur bona ratio: & quia idem dici potest si ab alio sit occisus:& quia torquentur etiam si libertas diceretur competere:*vt.s.eo.l.iij.§.de his.& .l.j.§.in eo. & .l.si exheredato.§.fi.* [e] *Item facit.s.eod.l.j.§.quid ergo si dominus.& .s.l.proxi. heres.& .j.de leg.j.l.si seruus plurium.§.ij.*

q ¶ *Possessionem.* sub.bonorum,scilicet vnde cognati.

r ¶ *Sciens.* per hoc dolus præsumitur.

s ¶ *Non defenderat.* i.non vindicauerat.

t ¶ *Dolus.* Dolus [f] est cũ scit,& nõ vindicat:*vt hic.* Sed [g] si ignorauit per culpã, tũc est culpa:& perdit bona,nõ relictũ : vt subiicit : *vt.j.de iis qui.vt indig.l.heredẽ.* Si verò nec dolus nec culpa, tũc nullo modo punitur: *vt.C.eo.l.si vltio.* & secũdũ prædictã distinctionem accipe.s.*de inoffi.testa.l.eum qui.§.fi.& .C.de inoffic.*

a Præmia ex publico debetur seruis, qui necem dominorum vindicarũ.hic enim libertas seruo communi debetur. qui respectu defuncti plenè liber, respectu alterius domini, liber quoque est,licet ex bonis interfecti pretiũ condomino dari debeat pro parte serui indicãtis quod si nihil sit in bonis interfecti pretiũ soluendum est ex publico.

* Et de inofficioso. vel , ex inofficioso.

† Auxiliũ quatuor modis præstatur armis, manu, clamore,obiectu corporis.

b Imò torquetur si quis nõ potest, non præcedentibus indiciis. Dy.Bal.

c Testis,de die delicti admissi interrogandus est. Concor. tex. in.c.abbate sane.de re iudi. lib.6. & in cap.2.& ibi no. Panor. extra de fide instru.

a Vel vt non abstrahatur à probationib.

b Vel furtè à familia dũ tamen clam.

c Torqueri durius solent serui quàm liberi.

d Negligi pro differri.

e Domino à familia occiso, etiã hi quibus purè relicta est libertas , torquentur : si ab extraneo, non torquẽtur, ad. de Alberic.hic. & in.l.si exheredatus.s.eo.

f Dolo facit heres qui scit interfectũ testatorẽ, neque vindicat eius mortem.

g Scientis & ignorãtis culpa vel fine culpa differentia.

testa.l.si maritus.in fi. Item quod est supra qui pe.aut.l.fi.§.pe.quæ est arg.contra. ¶Item videtur quòd etiam si in dolo fuit, non perdat ius suum: vt.§.tit.proxi.l.duo.in fi.contra. Sol.hic fuit in dolo adeundo: vnde habetur pro facto quod dolo fecit, id est pro adita ex testamento; & sic remanet actio vt confusa. ibi non fuit dolus in adeundo, sed in omittēdo ex testamento. & idē habetur pro facto, id est pro adita ex testamento: & sic retinet Falcidiam.

tus est. Si autem neglegentia mulier emolumentum [a] bonorum amiserit: fideicommissum esse retinendum integrato [b] iure debiti, rationis est.

In dubio non dicuntur heredes indigni si non prouocauerunt. Bart.

2. ¶ Præsidis [c] iniquitate reis [d] illatæ [e] cædis absolutis, heredibus qui non defunctoriè [f] debitum officiū impleuerant, quáuis non prouocassent, [g] hereditatem auferri non oportere visum est.

Causa ciuilis bonorum contra heredes occisoribus condemnatis non finitur decennio, nec morte heredis. Bartolus.

XXII. PAVLVS *libro sextodecimo Responsorum.*

GAius Seius cum languesceret, questus est [h] se veneno occidi à seruo suo, & sic expirauit. cui heres exstitit Lucia Titia soror, & mortem eius exsequi neglexit, & ipsa post annum decimum [i] decessit. exstitit qui bona nuntiaret Gaij Seij. Quæro, an morte Titiæ extinctum sit crimen. [k] Paulus respondit, causam de qua quæritur, cum sit pecuniaria, morte ingratæ heredis extinctam non videri.

Ex causa per fideicommissarium cogitur heres adire ante vindicatam mortem defuncti. Bart.

XXIII. MARCIANVS *libro tertiodecimo Fideicommissorum.*

SI antequam patefieret testatorem occisum, [l] tabulæ testamenti apertæ essent, deinde innotuisset id admissū esse: causa cognita [m] puto † cōpellendum institutū adire [n] hereditatē quā suspectā diceret, & ex Trebelliano † senatusconsulto restituere.

XXIIII. VLPIANVS *libro quinquagesimo ad Edictum.*

SI quis quasi suspectam hereditatem [o] coactus adit, non tenetur [p] edicto.

Pro quolibet seruo aufugiente cōuicto, conuincenti quinque aurei de bonis conuicti, si habet, aliàs à fisco dantur. Bartolus.

XXV. GAIVS *libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.*

LEge Cornelia cauetur de præmio [q] accusatoris † qui requisiuit & renūtiauit eos seruos qui ex ea familia ante quæstionem fugerint: vt in singulos seruos quos cōuicerit, quinque aureos ex bonis occisi, aut si inde redigi ea quātitas nō possit, ex publico accipiat. Quod præmiū nō in omnes seruos qui sub eodem tecto locóve fuerint, sed in eos solos qui cædē admisissent, [r] accusatori tribuitur.

1. ¶ Præterea cauetur vt de his qui ante quęstionē habitam fugerint, si aperto testamēto liberi scripti inueniantur, lege de sicariis iudiciū [s] fiat: ita vt ex vinculis [t] causā dicāt: & cōuicti pinde ac serui [u] puniātur: & ei qui cōuicerit, deni aurei præmij nomine darentur ex bonis damnati. [x]

Qui testamenti tabu. aperuit contra edictum, tenetur ad c. au. actione pupillari: quorum medietas est actoris, alia medietas est fisci. Bar.

a ¶ *Emolumētum bonorum.* scilicet hereditariorum. vel, id est bono. posses.

b ¶ *Integrato.* Not. actionem [a] extinctam resuscitari. ad quòd *supra de here. vend. l. ij. §. pen. & d. l. heredem. & d. l. si maritus.* ¶ Arg. contra. §. *eo. l. si sequēs. §. fina.* Item facit. ĵ. *ad Trebel. l. pe.*

c ¶ *Præsidis iniquitate.* hoc aliàs iniuria dicitur: *vt Instit. de satis. in prin.*

d ¶ *Reis.* i. occisorib⁹.

e ¶ *Illatæ.* defuncto.

f ¶ *Defunctoriè.* i. [b] nō malitiosè. ad quod. ĵ. *de leg. ij. l. si seruus plurium. §. ij. in fine §.*

g ¶ *Non prouocassent.* Non ergo [c] appellare tenentur: vt hic, & sic est contra *C. eod. l. minoribus. vi. fin.* Sol. hic propter [d] inopiam necessitas remittitur: *vt arg. §. mand. l. si procuratorem. §. si ignorātes. secūdum Ioan. & Azo.* 2. Vel ibi alterius appellationi respondit, hic ipse non appellat. [e] 3. Vel non tenetur appellare, vt hic. si tamen appellat, prosequi tenetur: *vt ibi, argu. §. de euict. l. Herennius. §. Gaio.* ¶ In procuratore [f] dic vt supra *de neg. gest. l. liberto. §. fin. & C. de procu. l. inuitus.* ¶ In emptore [g] dic *vt in d. §. Gaio.*

GAius Seius.] CASVS. Gaius Seius habens sororē Luciam Titiam, iacens infirmus dixit quòd Stichus seruus suus infuderat ei venenum, & postea decessit: & ei extitit heres dicta sua soror: & ipsa adiuit hereditatem antequam faceret torqueri familiam, & supplicium de ea sumi: & postea decessit dicta Lucia Titia. transactis x. ann. venit Sempronius, & nuntiauit fisco bona dicti Gaij Seij. nunquid debent auferri dicta bona heredibus Luciæ Titiæ, & fisco applicari? Et dicitur quòd sic. nō enim est extinctum crimen Titiæ propter mortem suam. Viuianus.

h ¶ *Questus est.* sed non creditum: *vt. ĵ. eo. l. iij. §. j.*

i ¶ *Decimū.* Sed [h] nō videtur licere vltra quinquēniū: *vt. §. e. l. in cognitione.* cōtra. Sol. ibi [i] in alio casu loquitur, scilicet cū dicitur heres amisisse qui tabulas aperuit, vel hereditatē adiuit ante habitam quæstionē & suppliciū sumptum de familia. hic autē quando eo q̄ non vindicauit necē defuncti. 2. Vel istud intellige secūdū finē illius. l. scilicet in eo herede q̄ parricidij pœna teneri pōt, *vt hic.* 3. Vel hic dicit, post decē annos. i. q̄a heres cōpleuerat decē an. non dicit decēniū lapsum à die aditę hereditatis. facit. *C. ne de statu defunc. l. iij. & ĵ. de Carbo. edic. l. licet. & ĵ. de vsufr. leg. l. vxori maritus. in fi. & C. vbi causæ fis. l. ij. & C. si pend. appel. l. iij. in fi.*

k ¶ *Crimen.* non accusati occisoris

SI antequam.] CASVS. Titius instituit me heredem, & rogauit me quòd restituerem hereditatem Seio: & postea fuit occisus idem Titius: & ego nesciēs eum occisum aperui tabulas testamenti eius: & postea nolebam adire hereditatem, quia erat damnosa: Seius autem petit me compelli vt adeam, & ei restituā. certè causa cognita compelli debeo. si enim Seius esset talis persona quæ ex testamento capere non posset, non debeo compelli: aliàs debeo compelli. & si sum compulsus adire antequam vindicem mortem dicti testatoris, & etiam Seio restituere, nō habet locum edictum quod dicit hereditatē fisco restituendā, quod est. *supra eod. l. necessarios. §. non aliàs.* & ita habebit hereditatem dictus Seius fideicommissarius, & non fiscus. & h. d. cum. l. sequen. Viuian.

l ¶ *Occisum.* à familia. ¶ Sed nonne idem si notum esset heredi? Respon. non: quia tunc applicatur hereditas fisco, & fiscus conuenitur: *vt supra eodem. l. cum fisco. & infra ad Trebel. l. Marcellus. §. fina.* Sed hic ignorantia eum excusat: *vt supra eodem. l. iij. §. si quis ignorans.*

m ¶ *Cognita.* i. si talis erat persona cui debebat restitui. Azo.

n ¶ *Adire.* nec per hoc incidit in edictū: *vt. ĵ. l. proxi.*

o SI quis.] *Hereditatem.* occisi.

p ¶ *Non tenetur.* Iussus [a] iudicis excusat. *sic §. de mino. l. ait prætor. §. j.*

LEge Cornelia.] CASVS. Cum Titius esset occisus, quidam ex seruis suis aufugerunt ante quæstionem de eis habitam. venit Seius, & requisiuit dictos seruos, & nuntiauit vbi erant præsidi. certè debet habere pro quolibet seruorum quinque aureos ex bonis occisi: & si ex dictis bonis non possit redigi dicta quantitas, debet eam habere ex publico. & prædicta vera sunt si dicti serui occiderunt dominum eorum: quo quidem casu dicti serui puniuntur. l. Cornelia de sicariis. & si receperunt libertatem in testamento occisi, nihilo minus puniuntur tanquam serui. [EX HOC EDICTO.] Titius instituit sibi heredem Seium, & postea fuit occisus: postea dictus Seius aperuit tabulas testamenti antequam de familia occisi quæstio & supplicium haberetur. certè popularis actio prodita est contra eum in quinquaginta aureis soluendis per eum ex bonis occisi: quorum aureorum medietas debet esse fisci, & alia illius cuius opera conuictus est. sed & si aliud fecit contra edictum prętoris, veluti quia adiuit hereditatem ante mortem defuncti vindicatam, datur fisco actio contra eum. & intelligas hoc casu ad totam hereditatem. nam vt ex supradictis apparet, plura sunt propter quæ pœna edicti constituta est: *vt supra eodem. l. iij. §. quod ad causam.* Viuian.

q ¶ *Præmio.* No. præmio [b] incitari. *sic supra de insti. & iur. l. j. circa prin. & §. eo. l. iij. §. verum.*

r ¶ *Cædem admisissent.* quia maius [c] delictum est in faciendo, quàm in omittendo.

s ¶ *Iudicium.* id est accusantur. l. Cornel. de sica. quia dominum dicuntur occidisse.

t ¶ *Ex vinculis.* quia [d] fugerunt, etiamsi satisdarent. secus si non fugissent: *vt. ĵ. de custo. reo. l. ij. in prin.*

u ¶ *Ac serui.* hoc generale: *vt. ĵ. de pœ. l. j. in prin.*

x ¶ *Damnati.* fortè: & si non sufficiunt, ex publico: *vt. §. & C. de seruis qui pro præmio accu. li. l. ij. & facit. §. eo. l. iij. §. de his.*

Aduersus

a Actio semel extincta resuscitatur.

b Defunctoriè pro malitiosè.

c Appellare an & quando teneatur hæres qui accusauit reos interfecti testatoris.

d Inopia appellandi necessitas remittitur vt hic. Ita inopia in foro cōscientiæ excusat. Gloss. in c. sicut dignum. de homici. & in regula peccatū. de reg. iu. lib. 6.

e Dic potius, eum excusari qui nō appellat per simplicitatem, quod ei accidit qui credidit sententiam iustam esse. Vel dicā sententia iustè lata cogi appellare, non ab iniustè lata aut ea de qua dubitatur iuste sit lata necne. Vel ita. Appellare cogitur si dominus sit occisus à familia: appellationem saltem prosequi, si ab extraneo sit occisus & ita soluit, Albericus.

f Appellare vtrum teneatur procurator.

g Appellare vtrum teneatur emptor re euicta & sententia cōtra eum lata.

h Præscribi ius confiscandorum bonorum an quinquennio debeat.

i Hæc solutio Bartolo displicet.

† Fideicōmissi restitutio non differtur propter inultā necem defuncti.

† Fideicommissario vniuersali nō incumbit onus vindicandæ mortis defuncti: licet directo heredi incumbat.

† Nam (vt in orat. pro Roscio Amerino M. Cic. ait) accusatores multos esse in ciuitate vtile est, vt metu audacia cōtineatur. Vnde & apud Iudices (vt idē inquit lib. 2. de Inuēt.) de præmio sæpe accusatorū quæritur.

a Iussus iudicis excusat. Concor. text. in regula quod quis mandato. de reg. iur. lib. 6. & Gl. ord. in non videtur. qui iussu. ff. tit. de reg. iur.

b Præmia instituta hominibus ad officiū incitandis.

c Delicta in faciēdo grauiora, quā in non faciendo.

d Fugitiuū seu qui semel ex carcere aufugit, carcerandū seu in carcere cōtinendū ex eo delicto, ex quo aliàs non esset carcerandus: aut [illegible] quo casu [illegible] fideiussoribus posset aliàs [illegible] laxari, vt hac ratione [illegible] tat tale beneficiū, hinc colligit Hippolytus de Marsil. in repet. rub. de fideiuss. nu. 17. post Angelū in tract. malefic. in vers. fama publica. Bald. in l. nemo deincep. C. de episco. audient.

a ¶ *Aduersus edictum.* quod est. s. eo. l. ij. §. *quod ad causam.*
b ¶ *Plura sunt.* aperire, recitare, describere: *vt dicto.* §.
c ¶ *Popularem.* sic. j. *de sepul. viola. l. iij. ij. respon. & §. si.*
d ¶ *Damnati.* i. heredis hac actione conuicti: etiā si postea heres non adeat, *secūdū Ioan.* quia ob hoc solū q aperuit, nō publicātur bona, *secūdū H.* ¶ Sed alij contra: vt no. *C. eo. l. ay & s. eo. l. in cognitione.* & secundum eos & bona publicantur, & c. aurei præstantur de bonis heredis.

2. ¶ Ex hoc edicto actio proficiscitur contra eū qui aduersus edictū[a] prætoris tabulas testamēti aperuisse dicetur: vel si quid aliud fecisse dicetur. nā vt ex supradictis apparet, plura sunt[b] pper quæ pœna edicti cōstituta est. 3. ¶ Palā est autē popularē[c] actionem esse, cuius pœna in centū † aureos ex bonis dānati[d] Extenditur: & inde partem † dimidiam ei cuius opera conuictus erit, præmij nomine se daturum prætor pollicetur, partem in publicum redacturum.

F *Ideicōmissū.*] CASVS Sēpronius erat nat' cū Gaio Seio ex duob. fratrib', & ita erāt fratres patrueles. dictus Sēpronius instituit sibi heredem dictū Gaiū Seiū suū fratrē patruelē, & Titio reliquit fideicōmissum: & decessit dictus Sempronius: postea dict' Gaius Seius heres fuit occisus, & heredes eius soluerunt dicto Titio fideicommiss: postea hic Titius qui accepit fideicom. accusauit heredes dicti Gaij Seij heredis Sēpronij q mortem dicti Gaij Seij heredis Sēpronij nō vindicauerunt. nunquid potest, non obstante q accepit ab eis fideicommissum? Et dicitur quòd sic *Viuianus.*
e ¶ *Patruelis.* filij[a] duorū fratrū patrueles sunt: *vt Insti. de gradibus. §. iiij.* Et dic q frater meus patruelis instituit Gaium, & mihi ab eo fideicōmissum reliquit. Gaius decessit occisus. heredes eius soluerunt mihi fideicom. accuso eos, quia mortem Gaij non vindicauerūt. possum, [b]nō obstante quòd accepi ab eis fideicom. nam & fiscus debet mihi soluere: *vt. s. eo. l. cum fisco.* Accur.

Qui debitum accepit ab heredib. non prohibetur eos accusare de inulta morte defuncti. Bartolus.

XXVI. SCAVOLA *lib. 34. Digestorum.*

FIdeicōmissum qd ex testamēto fratris patruelis[e] Gaius Seius Titio debeat, ab heredibus Seij Titius accepit. Quæsitū est, cum necē Gaij Seij heredes eius non vindicauerint, an Titius nihilo minus eos heredes vt indignos accusare possit ob id quòd necē eius nō vindicauerint, nec obsit ei quòd ab iisdem fideicōmissum ex testamēto fratris patruelis consecutus sit. Respondit, nihil proponi cur obstaret.

Delictum vnius ex heredibus non nocet aliis. Bartolus.

XXVII. CALLISTRATVS *lib. 1. de iure fisci.*

SI de plurib. heredib. quibusdā inuitis aut ignorantib. apertū erit testamētū, nō omittūt portiones[f] suas qui culpa carēt.

S *I de pluribus.*] CASVS. Titius instituit sibi quattuor heredes & postea fuit occisus: postea duo ex eis inuitis vel ignorantibus aliis peruerunt testamentum, & adiuerunt hereditatē ante quæstionem & supplicium de familia habitum. certe illi duo tantum qui aperuerunt & adiuerunt, amittunt suam partem, & non alij. & dic vt. s. eo. l. iij. §. *quod ad causam.* Viuianus.
f *Portiones.* videtur ergo quòd ex sola apertura perdatur hereditas: quod est verum secundum quosdam. 2. Vel si velis tueri alios, dic quòd & adita hic fuit hereditas à quibusdam: *vt no. s. eod. l. in cognitione.* ¶ Et no. dolū[c] vnius alteri non nocere *sic. s. de here. instit. l. paterfam. & C. de dona. inter virum & vxo. l. res vxoris.* nec prodesse: *vt. s. si quis cau. l. si duo. j. resp.*[d] Accur.

SI QVIS ALIQVEM TESTARI &c.

Aliam causam ponit perdendæ hereditatis. & habet locum quādo cogo te vt me instituas. Itē & quādo cogo te vt alium instituas: licet hoc casu q dā secus: vt. C. eo. l. j. *Itē & quādo impedior testari vel de nouo, vel quia volo testamētū primū mutare:* vt. j. eo. l. j. in prin. ¶ *Non ex ea tantum causa S. C. quam exposuit supra, heredi quasi indigno eripitur hereditas, sed etiam ex Constitutione Hadriani si adierit hereditatem ex testamento vel ab intestato is qui volentem mutare aut facere testamentū prohibuerit, quo de crimine in oratione Isæi* [illegible]. *Idemq; erit si quis quē coegerit testari & sibi hereditatem relinquere,* l. j. C. eo. *quia & hic non habet defuncti voluntatem. & licet sub hoc tit. nihil de hac specie tractetur nominatim, tamen titulus indicat quæ sub eo dicuntur de illo qui prohibuit, porrigenda ad illum esse qui coegit. Aliæ causæ eripiendæ hereditatis reseruantur xxxiiij. tit. viij. in quo communes proponuntur legati vel hereditatis eripiendæ, in his duobus tit. hereditatis, solummodo. Cuiac.*

SI QVIS ALIQVEM TEstari prohibuerit, vel coegerit.

TITVLVS VI.

Ab eo qui prohibet testamentum fieri vel mutari, aufertur hereditas vt ab indigno. Bartolus.

1. VLPIANVS *lib. 48. ad Edictum.*

QVi dum[g] captat hereditatem legitimam, vel ex testamento,[h] prohibuit testamentarium[i] introire, volēte eo[k] facere testamentum,[l] vel mutare:[m] diuus Hadrianus constituit denegari ei debere actiones denegatisque ei actionibus fisco locum[n] fore.

Dolus domini prohibentis mutare testamentum, nocet seruo, & aliis institutis, non legatariis. Bartolus.

1. ¶ Si † domin' dolo fecerit ne testamētū mutaretur, in quo seru' eius scriptus erat: quāuis manumissus adierit hereditatē, actiones ei[o] denegātur: cū & liberis eius si quid fuerit datū, denegari debeat, etsi nō fuerit[p] in potestate. Sed si legatū ei relictū sit[q] idque restituere si rogatus: cōsequēs erit dicere admitti eum ad legatum, quod non[r] ipse habuisset, sed ad alium sit translaturus.

Q *Vi dum captat.*] CASVS. Cū pater meus vellet cōdere testamētū, ego phibui ire notariū ad eū: quia volebā habere hereditatē eius ab intestato. certe hanc hereditatē debet habere fisc' & nō ego & idē si pater meus instituit extraneū: & cū vellet mutare testamētū, extraneus nō pmisit venire notarium. Quid si Titi' instituit seruum meū: & cū vellet mutare testamentum, ego dolo feci quo minus mutaretur, & postea manumisi dictum seruū: certè non habebo ego vel ipse hereditatem. & idem est cum filium meum instituit dictus Titius, s. vt si ego prohibui mutare testamētum, nō habeā ego vel ipse hereditatem. secus si legatum fuisset filio meo relictum in testamēto quod ego mutare phibui & fuit rogatus vt alij restitueret. nā admittetur tunc ad legatū filius à me emācipat'. Et si omnes heredes instituti dolo fecerīt quo minus mutaretur testamētū, omnibus denegantur actiones & eidē est si phibuerunt venire testes. Sed si frater meus phibuit venire testes corā testatore q erat meus cōsanguineus, qui volebat alium instituere: nō nocebit mihi quin habeam legitimā hereditatem. Sed si institutus qui prohibuit mutare testamentum, rogatus erat hereditatē restituere Titio, veniet hereditas ad fiscū cum suo onere, s. vt fiscus retineat ex ea quartam Trebellianicam & restituat dodrātem Titio. *h. d. cum l. seq.* Vltima autem lex plana est. *Viuian.*
g ¶ *Qui dum captat.* extraneus institutus, vel agnatus non institutus.
h ¶ *Vel ex testamento.* dudum facto, in quo institutus erat.
i ¶ *Testamentarium.* i.[a] notarium scripturum testamentum.
k *Eo.* cuius hereditas capitur.
l ¶ *Facere testamentum.* hoc ad legitimum.
m ¶ *Mutare.* hoc ad extraneum.
n ¶ *Fisco locum.* Imò ad venientes ab intestato vtroque casu: *vt. j. eo. l. ij. §. fratris contra,* vbi fratri non aufertur. *& argu. j. si tabu. testa. nul. extra. l. j. §. pen.* Sol.[b] hic iste prohibens proximior erat aliis: aliàs delictū eius prioribus nocere non debet: nec etiam paribus[c] in suis partibus: *vt in ar. contrario.* Sed tantum in parte delinquentis: *vt. j. l. ij. in prin. & C. de his qui vt indig. l. hereditas.*[d] *& facit. j. ad Trebel. l. iij. §. fin. & de his qui vt indig. l. eum qui. §. fina. & in Auth. vt cum de appel. cog. § si conuictus. col. viij. & C. eo. l. ij.* ¶ Item nota haberi[e] quid pro facto quo ad præiudicium prohibētis. *sic. j. de cond. & demon. l. iure ciuili. & s. de rei vin. l. item si. §. fin.*
o ¶ *Actiones ei.* s. domino,[f] si forte qd ei à seruo legatū erat: quod potuit: *vt Inst. de le. §. ex diuerso. Azo. & H.* ¶ Imò dic, ipsi manumisso: *vt. j. quib. nō cōpe. bon. pos. l. j.* & qd pxime dixit de liberis.
p ¶ *Et si non fuerint.* eo tēpore quo cōpetūt actiones. fuerūt tamē eo tēpore quo pater vel dominus phibuit mutari testamētū alioquin cōtra,[g] *secūdū Io.* 2. Alij q etiā si vtroq; tēpore fuerūt sui iuris, *arg. s. tit. j. l. j. §. domini. & j. quibus non compe. bono. pos. l. j.*
q ¶ *Relictum sit.* ei qui prohibuit: *vt. s. de his quæ pro non scriptis. l. fi.* quæ tamen in hoc est arg. contra. sed non est: ratio, quia heres ibi distribuit, hic indignus.
r ¶ *Quod non.* sub. ideo quia non &c. *vt. j. de leg. ij. l. ei qui. & s. de excu. tu. l. legatarius. & s. de inoffi. testa. l. Papinianus. § meminisse. & j. ad Trebel. l. cogi. § hi qui. & facit. j. de his qui vt indig. l. post legatū. § si pater. & § si seruū. & § si filius. & j. ad Treb. l. facta. § fin. & j. de lega. præst. l. iij. § sed si proponas. & s. de exc. tut. l. tutor*

† *l. ij. quib. non compet. bo. poss.*

a Testamentarius pro notario ac scriptore testamenti.

b Probatur hæc solutio Dyno. *facit. l. si sequens s. a tutela prox.*

c Puta à duob' heredibus institutis qui ambo sunt pares in succedendo. Itē in succedentib. ab intestato, qui ambo sunt pares in succedendo.

d Distinctionē huius Gloss. videtur tollere lex *si quis in testa. circa fin. ver. ita tamen. C. de inofficiosis.*

e Habeatur quid pro facto in præiudicium prohibentis.

f Probatur Alberico.

g Imo idē *Dyno, Albericus.*

petitus.§.j.& de his quæ in test.delen.l.ij. ¶Sed arg.contra.j.*de le.ij.l.debitor.in fi.& .s.de acquir.her.l.si seruus eius qui capere.*
a ¶*Omnes dolo.* aliàs tantùm istis dolosis denegantur:*vt.j.l.prox.§.j.& arg.s.tit.j.l.si.*
b ¶*SI quis dolo.Facultas.*] sic & .j.*de itine.actúq; priua.l.veteres.& l.j.j.respon.*

2. ¶Si plures heredes instituti sint, & omnes dolo[a] fecerint quo minus testamentum mutaretur: dicendum est actiones omnibus denegari, quia omnes dolo fecerunt.

Qui impedit testes accedere, impedit testamentum fieri.

II. PAVLVS *libro quadragesimoquarto ad Edictum.*

SI quis dolo malo fecerit vt testes nõ veniant, & per hoc deficiatur[*] facultas[b] testamenti faciẽdi: denegãdæ[c] sunt actiones ei qui dolo fecerit, siue legitim[9] heres sit, siue priore testamento scriptus. 1. ¶Fratris autẽ factũ[d] fratri nõ nocet[e]. 2. ¶Si fidei[f] ei[9] qui dolũ admisit,[g] cõmissum est vt hereditatẽ restitueret: ea hereditas caduca cũ suis oneribus fiet, vt commodum legis Falcidiæ[h] fiscus sentiat, dodrantis autem fideicommissarius.

Licet testatorem placare blando sermone. Bartolus.

III. PAPINIANVS *lib.15. Responsorum.*

VIrũ qui[i] nõ per vim nec dolũ, quo minus vxor contra eũ mutata voluntate codicillos faceret, intercesserat, sed vt fieri adsolet, offensam ægræ mulieris maritali sermone placauerat, in crimen non incidisse respondi: nec ei quod testamento fuerat datum, auferendum.

c ¶*Deneganda.* est enim in rẽ ex parte opponẽtis ex altera in personam: *vt.j.de dol.ex.l.j.aliás.l.ij.in prin.*
d ¶*Factum.* prohibitio scilicet.
e ¶*Nõ nocet.* proprie nõ nocet quando testator prohibuit. improprie, i. prodest quia solus scriptus frater prohibuit mutari.*sic.s.de offi.procon.l.ij.*& dic & solue cõtra. *vt.s.l.j.in prin.* 2. Alij hoc referũt tãtũ ad primũ casum, *ar.j.de reg.iur.l.alteri.* ¶Et facit quod alteri[a] factũ alij nõ noceat:*vt.j.ti.ij.l.si heredis.§.fi & .s.de alie.iu.di.l.j.* Itẽ ad hoc quod prodest.*s.de inoffi.testa.l.postum.§.si q̃s ex his.*
f ¶*Si fidei.* sa.*j.ad Tre.l.iij.§.fi.& .s.e.l.cũ fisc.& .C.ad.l.Fal.l.iij.*
g ¶ *Admisit.* vt testamentum non mutetur.
h ¶*Legis Falcidiæ.* sci. Trebellianicæ.
i ¶*VIrum qui.* facit.*C.eo.l.fi.& arg.C.de sen.pas.l.fi.in fin.& fami.ercisc.l.in ipsius.* ¶Sed arg.contra.*j.de iniur.l.item apud Labeonem.in prin.*

* deficiat.

a Factum alterius, alij nõ nocet. *Concor.sex.in.c.ex parte decani. extra de rescrip. & in.c.fi. extra de præsump.*

b Dolo non facit, qui inducit testatorẽ blandis sermonibus & adulatorijs: ad testandum, vel non mutandum testamentum.
c Ibi fuerat dolus hic non.

DE IVRE CODICILLORVM.

Post maiores voluntates ponit de minorib. in quibus quinq; testes ad probationem, non ad solennitatem exiguntur: vt,C.eo.l.fi.§.fin.& Insti.eo.in fi.
¶ *Persequitur modo cæteras testamenti partes. Alia pars testamẽti sunt codicilli, maximè si fiãt ex testamento.l.pen.Test.quẽad.aper. Si ab intestato, imitatio testamẽti, vt epistola imitatio codicillorum.l.vnica.§.sancimus.C.de lat.lib.tol.vel epistola codicillorum supplementũ.l.41.§.Codicillis li.32.vt codicilli quãdoq; testamẽti, quæ epistola fideicomissaria.l.cũ quis.§.pater.eo.ac similiter vt vnius testamenti plures possunt esse codicilli ita vnius codicilli plures epistolæ.l.34.§.j.lib.31.eadẽq; differẽtia epistolæ & literarum.M.Tullius.Ternas accepi literas vna epistola.Verũ vt instituto more nullã definitionẽ prætermittã & inopiæ perseuerẽ subuenire nesciẽtiũ adhuc definire res quib.tamẽ studẽdis ne quidquã etatẽ cõsumpserũt suã, codicilli sunt testati vel intestati volũtas minus solẽnis. Ius ergo codicillorũ hoc, ne in eis diligẽtia legũ ea seruetur quæ in testamẽtis, ne hereditas in eis dari vel adimi poßit verbis ciuilib.nec si testamẽto confirmati sint. & vt neq; aliud quid quã in eis verbis ciuilib.scriptũ valeat, nisi testamẽto cõfirmati sint, & vt scripta in codicillis perinde habeatur atq; si testamẽto scripta esset. Codicilli si solius nominis rationẽ quæras pupillares sunt. Homerus. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ. Plinius codicil. Cuia.*

DE IVRE CODICILLORVM.

TITVLVS VII.

Si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere potest.

I. VLPIANVS *lib.4. Disputationum.*

SÆpissime rescriptũ[k] & constitutũ[l] est, cũ qui testamentũ facere opinatus est, nec voluit[m] codicillos id valere, videri nec codicillos fecisse: ideoq; qđ in illo testamento scriptum est, licet quasi in codicillis poterit valere, tamẽ nõ debetur.

Potest relinqui ei qui non est tempore testamenti, sed tẽpore codicillorum: secus econtrario. Bartolus.

II. IVLIANVS *lib.37. Digestorum.*

SI ei[n] qui post testamentũ factum[o] & ante codicillos scriptos[p] nat[9] esset, codicillis per fideicõmissũ aliquid daretur: vtile est[q]. 1. ¶Quòd si ei qui post testamẽtũ[r] factũ, & antequã codicilli scriberẽtur,[s] mortuus esset, datũ esset:[t] pro non scripto[u] habetur.

Facta in codicillis perinde habentur ac si facta essent in testamento. Bartolus.

2. ¶Codicillorũ i[9] singulare[x] est, vt quæcũq; in his scribẽtur perinde haberẽtur ac si in testamento scripta essent. ideoq; seruo q̃ testamẽti facti tempore testatoris fuisset codicillorũ tẽpore alien[9], nõ rectè libertas directa[y] datur: & cõtra, si cũ testamentũ[z] fiebat, alienus esset, codicillorũ tẽpore testatoris: intelligitur alieno seruo libertas data. & ideo licet directæ[a] libertates deficiũt, attamẽ ad fideicõmissarias eundũ est.[b]

Furiosus habetur pro absente, & non consentiente. Bartolus.

3. ¶Furiosus nõ intelligitur codicillos facere:[c] quia nec aliud quicquã[d] agere intelligitur: cũ per

k ¶*SÆpissime rescriptum.* in causis singularibus.
SÆpissime.] CASVS. Fecit testamentũ corã quinq; testibus. & non expressit si non valeret iure testamenti, quòd valeret iure codicillorum nunquid valent ea quæ in eo relicta sunt? Et dicitur quòd non: quamuis si opinatus esset faceret codicillos coram dictis testibus, valerent. *Viuianus.*
l ¶*Et constitutum.* in commune.
m ¶*Nec voluit.* expressim:*vt.C.eo.l.fi.§.illud.& .s.de vulga.subst.l.coheredi.§.cũ filia.* ¶Et no.hic generale quòd si[a] non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere potest.*sic.s.de consti.pecu.l.j.& .ij.& .C.de test.ma.l.si mater.& .j.tit.ij.l.fideicommissa.§.j.& .l.fin.& .s.de testa.l.antep.* ¶Sed arg.contra *Insti.de ad.p.§.fin.& .s.de seruit.rusti.prædio.l.via.j.respon.& .j.de le.ij.l.codicillis.& .j.l.proxi.§.j.* ¶Item contra.*j.ad Trebel.l.Scæuola.* Sed ibi de æquitate loquitur. imò hic secus, ideo quia voluit facere testamentum: sed ibi codicillos.
SI ei qui.] CASVS. Ad euidentiã huius.l.no. quòd secũdũ hæc iura postumo alieno legari non poterat: licet hodie possit: vt Institu.de le.§.postuma. Itẽ nota quòd ius codicillorũ est per se singulare, & non connectũ testamento: vnde ea quæ in codicillis relinquũtur, perinde habẽtur ac si in testamento siue codicillis essẽt relicta: *vt.j.ea.l.§.j.& .s.de mi.testa.l.si certarũ.§.fi.* & ita amodo sunt plana quatuor responsa vsque ad.§.furiosus.& dictus.§.cum sequẽ. planus est vsque ad fi.legis *Viuianus.*
n ¶*Si ei.* postumo alieno.*Accur.*
o ¶*Factũ.* primo loco.
p ¶*Scriptos.* secundo loco. *Accur.*
q ¶*Vtile est.* inspecto tempore codicillorũ, non testamenti quo ei qui nondum natus erat, sc.postumo alieno, legari nõ poterat. *Azo* secundum hæc iura[b] hodie[c] secus: *vt Insti.de leg.§.postumo quoque alieno.*
r ¶*Testamentum.* factum primo loco.
s ¶*Scriberentur.* secũdo loco.
t ¶*Datum esset.* in codicillis. *Azo.*
u ¶*Pro non scripto.* Tẽpus ergo codicillorũ inspicitur: *vt arg.j.eo.l.diuus.§.fi.& .l.quedã.& .l.quidam:* & sic[d] pro non scripto: *vt.C.de cadu.tollendis.§.& cum triplici.& .s.de here.instit.l.quo loco.in fin.*
x ¶*Singulare.* ex[e] eo quòd ibi finguntur quædam facta aliter quã sint, vt statim probat.
y ¶*Directa.* in codicillis: quia nec in testamento daretur seruo alieno: *vt Insti.de singu.re.per fideicommis.§.libertas.& .C.de manu.testa.l.seruo.* sed eam libertatẽ & in codicillis directo dare posset si tempore codicillorum esset eius, & testamento codicilli sint confirmati: *vt.j.de manu.testa.l.libertates.*
z ¶*Si cum testamentum.* quo relicta est libertas directa[f] subaudi: & sic non obstant iura quæ dicunt tempus codicillorum inspici: *vt.s.de manu.testa.l.j.& .s.de mil.testa.l.si certarum.§.fi.* licet Ioã. dubitauerit in positione huius casus.
a ¶*Licet directæ.* quia eo tempore quo dabatur, dominium testatoris in seruo non erat: & dic quòd refertur ad primum[g] & ad secundum casum.
b ¶*Eundum est.* Contra.*s.eo.l.j.* Sed non ob.vt[h] ibi dixi[i] in solutione illius contrarij. *Accur.*
c ¶*Facere.* sc posse:[k] *vt.C.eo.l.nec codicillos.*
d ¶*Nec quicquam.* vbi desideretur volũtas vel cõsensus de nouo.

a Valere non debet vt ad ij possit, id quod non valet vt [illegible] agimus.

b Subaudi antiquissima lege XII. tabularum. *Inst.de bonor. possess.in prin.*
c Posthodie relinqui potest.
d Nõ autem in causa caduci quod esset, si tẽpus testamenti inspiceretur.
e Singulare ius appellatur, quod dependet ex fictione.
f Codicillis directa libertas dari potest, dũ tamen seruus cui relinquitur libertas, duobus tẽporibus fuerit testatoris, scilicet tempore testamẽti & codicillorũ. *l.seruo.l.verũ.j.de manumiss.testam.* In fideicõmissaria vero libertate codicillis relicta, cõsideratur etiã tẽpus mortis.
g Imò ad secundum tantũ casum refertur. Nam in primo casu non valeret directò per fideicommissum.
h Verba directa in codicillis, ex præsumpta voluntate trahuntur ad fideicommissum.
i Hic de æquitate: ibi, de stricto iure.
k Codicillos facere furiosus non potest.

&: secun-

& secundū hoc nō obstat. ff. *solu. matri. l. y. §. fi. & de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre.* quæ sunt contra.

a ¶ *Absentis.* Contra ff. *de procur. l. y.* Solu. nō habetur ibi absens vt possit habere ratū, & sic concordat & facit. j. *de re iudi. l. furioso. & ff. de arbi. l. diem. §. si quis litigatorum. & j. quibus ex cau. in possessionem eatur. l. si pupillus.*

b ¶ *Inutiliter.* quia b non septem testes, vel nō rogati: quæ sunt necesse: *vt. C. de test. a. l. hac consultissima.*

c ¶ *Quasi hereditas.* i. iure directo.

d ¶ *Petitur.* à legitimis heredib. nā per fideicom. hereditas codicillis potest relinqui: *vt & Insti. e. §. fi. & C. eo. l. y. & ad Treb. l. & fi. e. & ff. si quis omis. cau. test. l. j. ni autē. circa prin. & j. ad Treb. l. Sceuola. & j. e. l. conficiuntur. §. j. & j. ti. j. l. antepe. & j. l. proxi.*

e ¶ *Falcidiæ.* i. Trebellianicæ.

omnia † & in omnib. absentis a vel quiescentis loco habetur †.

Hereditas non potest directo dari vel confirmari in codicillis: sed ad fideicommissum trahitur. Bartolus.

4. ¶ Hereditas testamēto inutiliter b data, non potest codicillis quasi hereditas c confirmari, sed ex fideicommisso petitur, d salua ratione legis Falcidiæ e.

Per codicillos factos ab intestato videntur rogati omnes quocunque iure succedentes inter natos & nascituros. Bartolus.

III. IDEM *lib. 39. Digestorum.*

SI quis cū testamētum nullū f habebat, codicillis fideicommissa hoc modo dedit: *Quisquis mihi heres erit, bonorúmue possessor, eius fidei cōmitto:* g fideicōmissa pstari debēt: q. a † paterfam. qui testamēti factionē h habet, & codicillos faceret, perīde haberi debet ac si oēs heredes i ei° essent, k ad quos legitima eius hereditas vel bonorū possessio peruētura l esset. 1. ¶ Sed & si post codicillos factos natus quis esset proximus adgnat°, vel suus heres, fideicōmissum pstari debebit. intellegitur enim is quoque heres scriptus: & ideo nō pinde m habēdus est ac si rupisset n hos codicillos.

Ad confirmationem codicillorum requiritur aditio ex testamento si factum est. Bartolus.

2. ¶ Testamēto facto, etiam si codicilli o in eo cōfirmati nō essent vires tamen ex eo p capient. Denique si ex testamento hereditas adita nō fuisset, fideicommissum ex huiusmodi codicillis nullius momenti q erit.

SI quis.] CASVS. Titius habēs testamēti factionē nō fecit testamētū, sed codicillos: & ita in eis dixit: quisquis mihi heres erit, bonorūve possessor: eius fidei cōmitto vt det Gaio centū, & Scio totidē. decessit, & habuit legitimos heredes. certe præstabant dicta fideicommissa siue erāt nati dicti legitimi heredes tēpore codicillorum. siue nō. si autem fecisset testamētum, & nō esset ex eo adita hereditas: nō deberentur fideicommissa data in codicillis. *Vivian.*

f ¶ *Nullum.* factum.

g ¶ *Fidei committo.* vt det illa & illa.

h ¶ *Factionem habet.* Aliter enim codicilli nō valēt: *vt. j. eo. l. diui. §. pe. & l. conficiuntur. §. codicilli. & l. Aristo. & ff. eo. l. y. §. furiosus.*

i ¶ *Heredes.* ex testamento.

k ¶ *Essent.* scripti. d

l ¶ *Peruentura.* ab intestato. ¶ Et no. e quòd secus probatur in substitutione pupillari: *vt ff. de vulgari substi. l. qui liberis. §. hæc verba. & Insti. de pupilla. substi. §. liberis. in fin. §.*

IIII. IDEM *lib. 63. Digestorum.*

EVm qui codicillorū tēpore soluēdo sit f, rectè libertatē dare placuit, f quāuis testamenti facti tempore soluendo non fuerit.

Per sequens testamentum renocātur codicilli, nisi aliquo indicio confirmentur. Bartolus.

V. PAPINIANVS *lib. 7. Responsorum.*

ANte tabulas * testamēti codicilli facti nō aliter valēt, quàm si testamēto quod postea factū est, vel codicillis cōfirmētur, aut voluntas eorum quocūque indicio t retineatur. Sed non seruabuntur ea de quibus aliter defunctus nouissimè iudicauit u.

In codicillis nō potest adiici conditio institutioni pure factæ. Bartolus.

VI. MARCIANVS *lib. 7. Institutionum.*

DIui Seuerus & Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrē, quæ cū purè liberos suos heredes instituerit, cōditionem emācipationis codicillis adiecit: quia neq; conditionē heredi instituto codicillis adiicere, x neq; substituere directò potest.

1. ¶ Codicillos & plures y quis facere potest: & ipsi° manu neq; scribi z neque signari a necesse est.

Nemo potest sibi legem imponere à qua non liceat recedere. Bartolus.

2. ¶ Licet in confirmatione b codicillorū paterfamilias adiecerit, vt non aliàs valere velit c quàm sua manu signatos & subscriptos: tamē valent facti ab eo codicilli, licet neq; ab eo signati, neq; manu eius scripti fuerint. d nam ea quæ postea geruntur, priorib. e derogant. 3. ¶ Codicillos is demum facere potest, qui & testamentum f facere potest.

Legata pro non scriptis non valent etiam in codicillis. Bartolus.

EVm qui.] CASVS. Hæc & sequētes duæ ll. planæ sunt. *Vivia.*

r *Soluendo sit.* videbatur codicillum trahēdum ad tempus testamenti: sed contra est: *vt. ff. eo. l. y. in prin. & j. eo. diui. §. fin. & C. de test. ma. l. j. & ff. de mili. testa. l. si certarum. §. fina.* a & dic testamentum factum ante codicillos. sed certe idem & si post, secundum. *Ir.*

s ¶ *Placuit.* aliàs non valeret fideicommissaria etiam solo euentu inspecto: sed in directo etiam consilium: *vt. Cod. qui manu. non pos. l. j. & fina.* & hoc propter legem Aeliam Sentiam: *vt Instit. quibus non est permiss. fa. testa. in prin.*

t ANte.] *Indicio.* expresso. ¶ Sed q. d si post: Resp. secundum quosdam idem: *vt. j. eod. l. ab intestato.* ¶ Imò secus est etiam hoc iure: *vt supra eo. l. si quis cum. §. fi.* quæ est contra. Sed hodie b siue ante siue post, semper confirmari videntur, nisi reprobentur: *vt Insti. eod. §. non tantum & C. eo. l. siue in initio.* & sic corrigitur Papinianus *Instit. d. §. per diuum Seuerum.* & ista lex.

u ¶ *Iudicauit.* aliquod relictū codicillis postea ademit testamento confirmans codicillos in aliis. c

x DIuus. Adiicere.] *vt & Instit. eo. §. fi.* ¶ Sed cōtra *supra de condi. insti. l. pe. §. pen.* Solu. hic forte in suo herede: ibi in extraneo. 2. Vel dic vt ibi. ¶ Itē contra. *j. eo. titu. l. institutio.* sed aliud est omnino casus: & facit *infra eod. l. quod per manus.*

y ¶ *Plures.* secus e in testamentis: quia per secundum f rumpitur primum nisi in milite: *vt supra de iniust. test. l. j. & Inst. quibus non est permiss. fa. testa. §. j. & supra de mili. testa. l. quærebatur.*

z ¶ *Scribi.* secus in testamento in scriptis: *vt C. de testamen. l. iubemus. & facit Insti. eod. in fi.*

a ¶ *Signari.* i. sigillari.

a Hæ leges conueniūt, quia in omnibus illis inspicitur tempus codicillorum, non testamenti.

* Hæc sententia Papiniani aliter refertur tit. de cōdicil. Instit. sed ideirco hic immutata est à compositorib. Pandec. ne rescripto Seueri & Antonini aduersetur. Duar. 2. disput. cap. vlt.

b Codicilli siue ante testamentum, siue post fiant, tacitè confirmati intelliguntur nisi reprobati inueniantur vt hic: similis est Gloss. in. l. siue initio. 6 ff. de iure codicillorum.

c Subaudi, non adēptis expresse vel tacite hoc ipso quod quędā abscidit, & inutilia reddidit. argum. l. Triboninus. in fi. ff. de testam. milit.

d Ibi enim datur hæreditas ex testamento, non ex codicillis.

e Testamento secundo solenni rumpitur primum.

f Dic hoc esse verum, si sit secundum testamentum solenne: aliàs nunquam, nisi habeat clausulam omne aliud testamentum cassantem: vt not. in. l. si iure. per Bar. in. 2. col. versic. quæro dicit testator. j. de leg. j. Sed confirmatur tale secundum nō solenne, cum dicta clausula per admissionē venientium ab intestato: & tollitur primum, nisi dic. a clausulam habeat. ita glo. ibi. Bart. vbi supra.

g Hæc vera.

h Vide hic Albertic.

m ¶ *Non perinde.* hoc quia dixit. quisquis, &c. secus si simpliciter reliquisset: *vt. C. eo. l. j.* contra. 2. Vel dic nec tūc rumpi codicillos cū non est factū testamentum à quo dicantur pendere: *vt. d. l. not.*

n ¶ *Repudiasset.* quia videt ex volūtate testatoris succedere: *vt. j. e. l. cōficiuntur. §. j.* ¶ Sed cōtra. *j. de le. ij. l. j. §. fi.* f Sol. ibi. & facit. *j. de lega. ij. l. decem. & j. ti. j. l. si fundū per fideic. §. fi. & l. antepe. & ff. l. proxi. in fi. & Insti. eo. tit. in fi. & ff. de vulg. substi. l. i. substitut.*

o ¶ *Codicilli.* facti post testamentum, non ante, secundum has leges: *vt. j. eo. l. antepen.* & dic vt ibi.

p ¶ *Ex eo.* h ex testamento ergo nascitur actio propter ea quæ codicillis data sunt: *vt. j. eo. ab intestato. Azo.* 2. Vel dic agi ex ipsis codicillis, i. vtili ex testamento: quia sunt testatio mentis: vel condictione ex lege: *vt. not. C. communia de lega. l. ij. §. fina.*

q ¶ *Nullius momenti.* nō est ergo per omnia idē ac si nō fuisset factum testamentum. sic enim valerent codicilli: *vt Insti. de fideicōmis. here. §. præterea. Azo.* & est ratio, quia facto testamento videt in codicillis rogare scriptos, h q cū nō adeāt, deficit fideicōmissū.

b ¶ *Licet in confirmatione.* quæ in testamento fiebat.

c ¶ *Velit.* codicillos futuros.

d ¶ *Fuerint.* Imò cōtra. *j. de leg. ij. l. si quis in principio testamenti.* nisi expresse prioris voluntatis pœniteat, vt ibi dicit. Solu. & hic s expressē pœnituit, & hoc subiicit, nā ea, &c. & similiter ibi in pri. l. dixerat valere secūdo relicta: sed postea determinat. 2. Vel solue vt ibih. ¶ Itē contra. *j. eo. l. conficiuntur. §. fi.* Solu. ibi non expressit. ¶ Item cōtra. *j. tit. j. l. si mihi & tibi. in. §. fi.* Sed dic quòd & ibi non expressit. ¶ Itē cōtra. *j. ti. ij. l. fi. in prin.* Sol. & ibi expressit. & sic concordat. & faciūt prædicta an valeat priuilegiū cōtra legē indultū, non obstāte tali lege. quod dic vt. *C. si contra ius vel vti. pub. l. fin.*

1. ¶ Si legatum nobis relictū constituerimus nolle ad nos pertinere , pro eo erit , quasi nec legatum[i] quidem sit:& ideo dicimus nec confusas[k] seruitutes, si fortè prædium mihi legatum prædio meo debuerit seruitutes. Et integra furti actio manebit, si seruus legatus sit ei cuius nomine furti agere poterit legatarius.[l]

Seruum existentem in fuga.vel in longinquo tempore testamenti,heres debet suis sumptibus persequi, & legatario dare.Bart.

XXXIX. VLPIANVS *libro vicesimoprimo ad Sabinum.*

g ¶*Non potest.* vt.ȷ.*titu.j.l.iij.v.& .vj.& l.si cui res.*Accur.

h ¶*Heredes possunt.* contra, *infra de condi.& demonstr. l. cui fundus.in fin.* Solut. illud intelligitur nisi det totum heredi quod debet ei dari. sed illo dato poterit[a] partem habere vnus heredum.

¶Item contra , *infra de verbo.oblig. l.ij.§.j.* Solu.ibi stipulatio non recipit diuisionem:hic autem res legata sic. *& facit.ʒ.de vsufruct. l.si aliȷ.*

a Legatarij, eiúsve hæredū differentia est. Ille pro parte adquirere, pro parte repudiare legatum nō potest, heredes eius possunt. adde Gloss.in l. neminem.4.ȷ.de legat.2. Grassū. §.Ius accrescēdi quæstione.24.

i ¶*Nec legatum.*vt *& .ȷ.eo.l.seruum filij.§.j.& l.si tibi homo.§.cū seruus.& .ʒ.ad leg. Aquil.l.nā sic.& ar.ʒ.de iureiur.l.non erit.§.si neque.& .C.de cura.fur.l.fi.§.pe.*Accur.

k ¶*Nec confusas.* quod esset si idem prædij vtriusque dominus esse cœpit:*vt.ʒ.quemadmo.ser.amit.l.j.*

l ¶*Legatarius.*quæ extingueretur si dominus esset factus:*vt.ȷ.de furt.l.à Titio.& facit infra de manu.l.ij.*

C*Vm seruus.*]CASVS. Legasti mihi Stichum seruum tuū post mortem tuā.ille Stichus aufugit cum culpa heredis tui.Certè dicitur hic quòd non solum operam in eum requirendo,sed etiam sumptū heres præstare debet.Sed & si legasti mihi fundū rusticū, & heres tuus fuit in mora præstandi , tenetur ad fructus etiam. & idem est si legasti mihi seruos,&heres tuus fuit in mora.nam tenetur ad operas.& idē est si legasti mihi iumēta,vel boues, vel nauiū,vel pecuniā. & non solum fructus tenetur heres præstare post moram , sed etiam interitū rei legatæ:sicut euēnit in stipulatione. Item tenetur ad partus ancillarum legatarū. Item tenetur præstare si hereditatē vel legatū acquisiuit seruus legatus.[SI TITIVS AME.] Vendidi equum Titio:& ipse Titius eundem legauit mihi in suo testamento antequam traderem ei ex causa venditionis, & antequam solueret mihi pretium. postea ego tradidi ei equum prædictum ex causa venditionis,& ipse soluit mihi pretium.& sic apparet quòd tempore legati ego vēditor habebam dominiū rei legatæ:& sic non videtur valuisse legatum:cum res mea mihi legari non possit.&tamen dicit quòd actione ex testamento vindicare potero ego venditor dictum equum ab herede emptoris.si autem post legatum relictum mihi vēditori ab emptore ego tradidi ei rē ipse autem non tradidit adhuc mihi pretium: tūc actione ex vendito petam pretium,& actione ex testamento equum. Sed ecōtra si ego non tradideram ei equum,sed ipse mihi pretium: sic potero agere ex testamēto contra heredē,vt me liberet ab actione ex empto. dictum est ergo quando emptor venditoris legat rem quā ab eo emit. Sed quid si legat alicui alij tempore quo nō erat adhuc ei tradita?Certe heres tenetur prçstare legatario actionem ex empto quam habet contra venditorem.[SI QVIS ALICVI.]Legaui tibi ius cædendi lapidē in fundo meo in quo erant forte lapidicinę. Certe nō trāsmittis ad heredē tuū nisi ego fecissem mētionem de herede. [HERES.] Tributa debebat fundus meus Titianus

fisco, vel alia de quibus dicitur in litera. eum fundum tibi legaui, & à te legatario nouo possessore exacta sunt prædicta. certè heres meus tenetur tibi ad id reficiendum. & secundum hoc expone literam. [SCIO EX FACTO.] Titius habés duos fundos Cornelianos, quorum vnus erat maioris pretij quàm alter, legauit mihi fundum Cornelianũ: & nõ apparet de quo: nec apparere potest ꝑ probationes legatarij. minor certè intelligitur legatus. [CONSTAT.] Rem Titij legaui Sempronio. certè valet legatũ, quamuis difficile sit heredi meo emere eam, puta quia Titius eam non vult vẽdere, vel nimis magnum pretium petit. Sed quid si legaui rem quæ publicis vsibus seruit, vel quæ in patrimonio imperatoris est? Certè non valet legatum, adeo vt æstimatio non debeat præstari. *Vivianus.*

* In vulg. est lex, Apud Iulianum.

CVm seruus legatus in fuga esset,[a] vel lõginquo absens exigatur:[b] operam præstare heres debet vt eam rem requirat, & præstet, & ita Iulianus scribit. Nam & sumptum an in hanc rẽ facere heres deberet, Africanus libro vicesimo epistularum * Apud Iulianum[c] quærit: putátque sumptum præstandum. quod & ego arbitror sequendum.

Heres post moram tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & de interitu, & omni casu. B.

1. ¶ Fructus autẽ hi deducuntur[d] in petitionẽ, nõ quos heres ꝑcepit, sed quos legatarius percipere potuit: & id in operis seruorum, vel vecturis iumentorũ, vel naulis nauium dicẽdum. Quod in fructibus dicitur, hoc & in pẽsionibus vrbanorum ædificiorũ intelligẽdum erit. In vsurarum[e] autem quantitate mos regionis erit sequendus. Iudex igitur vsurarum modum æstimabit, & statuet. Ipsius quoque rei interitũ[f] post moram debet: sicut in stipulatione, si post moram res interierit, æstimatio eius præstatur: item partus ancillarũ: & si seruus fuerit legatus, & hereditas,[g] vel legatum, vel quid per eũ adquisitum sit, heres præstare debet.

Res mea testatori debita potest mihi legari: & in quo consistat legatum declarabit euentus. idem in re aliena testatori debita. Bart.

2. ¶ Si Titius à me rẽ emisset, & eádem mihi legasset antequã ei traderẽ: mox ei tradidero, & pretiũ recepero: videtur quidẽ is prima facie rem mihi meã legasse, & ideo legatum non consistere:[h] sed ex empto actione liberatus,[i] vtique per legatum rẽ vindicare potero quam tradidi. Sed si nondum erat solutum mihi pretiũ: Iulianus scribit, ex vendito quidem me acturũ vt pretium exequar: * ex testamento verò, vt rem quam vẽdidi & tradidi, recipiam. Item subiungit, si pretium quidem mihi erat solutum, rem autẽ nondum tradideram: ex testamẽto me agentem, liberationem cõsequi. † 3. ¶ Idẽ Iulianus scribit, si fundum testator quem ab alio emerat, mihi legauit: heredem cogendum mihi actionem ex empto[k] præstare: scilicet si nondum res tradita fuerat vel defuncto vel heredi.

Si verba legati referuntur ad factum, in dubio concessio intelligitur personalis. Bart.

4. ¶ Si quis alicui legauerit licere lapidem cædere:[l] quæsitũ est, an etiã ad heredem hoc legatum transeat. Et Marcellus negat † ad heredem transmitti, nisi nomen heredis adiectum legato fuerit.

Onus tributi & vectigalis spectat ad heredem pro tẽpore præterito. Bar.

5. ¶ Heres cogitur legati prędij soluere vectigal præteritũ,[m] vel tributum, vel solariũ,[n] vel cloacarium, vel pro aquæ forma. *

In dubio debetur quod minus est. B.

6. ¶ Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos eiusdem nominis habens legasset fundum Cornelianum, & esset alter pretij maioris, alter minoris, & heres diceret minorem legatum, legatarius maiorẽ: vulgo ferebatur[o] * vtique minorem[p] eum legasse, si maiorem non potuerit docere legatarius.

Res quæ non est in communi commercio, vel est in magna difficultate, non potest legari: secus si est in communi commercio, sed non legatarij absque eius delicto: quia tunc æstimatio debetur. hoc dicit cum. l. sequenti. Bart.

7. ¶ Cõstat etiã res alienas legari posse: † vtique si parari possint: etiã si difficilis[q] earũ paratio sit.

8. ¶ Si verò Salustianos hortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus[r]

a ¶ *In fuga esset.* tempore testamenti. 1. Vel dic secundo post mortem culpa heredis. Accur.

b ¶ *Exigatur.* scilicet per legatarium ab herede. Distingue[a] ergo quatuor tempora: scilicet tempus testamẽti: & tunc suo sumptu heres recuperat: *vt hîc.* Si autem dubitetur sit in rerum natura, vel non, tunc cauet: *vt infra eo. l. seruo legato. §. finali.* 2. Item post testamẽtum ante mortem: & tũc heres persequitur sumptu & periculo legatarij. & est ratio: quia debet dari vbi erat tempore testamenti: *vt infra eodem. l. si seruus legatus. j. resp.* 3. Si autem post mortem, & aditã hereditatem: & tunc aut culpa heredis: & tunc tenetur ad æstimationem. aut non: & tunc cauebit de restituendo si ad eum peruenerit. Sed si alienus sit, vel heredis, similiter distinguitur, sit in culpa fugæ, vel non: *vt. j. eo. l. cum res. §. itaque si Stichus. & §. sequ. infra titu. l. j. l. si quis seruum.* hoc etiam casu cum fuerit in culpa, posset hic loqui. 4. Si autem ante aditam, videtur idem: cũ etiam in alieno potest culpa cõmitti post aditam hereditatem: *vt infra eo. l. cum res. §. sed si alienus. & argu. infra de reg. iur. l. omnis hereditas.*

a Fugitiuꝰ seruum legatus cuius opera & sumptib. quæri debeat. Idẽ quæri potest de re legata, in longinquo loco posita.

* consequar.

c ¶ *Apud Iulianum.* continuatur præcedenti. l.

d ¶ *Deducuntur.* ratione fugæ. & dic deducũtur, i.[b] detrahuntur. quod posset esse verũ secundum primam positionẽ casus superioris legis: sed non bene accederent sequentia: & ideo dicas fugisse post mortẽ, & culpa heredis. & deducuntur, i.[c] inducũtur in petitione. & concordant ad sequentia *infra ti. j. l. is qui. & l. patronus.*

b Deduci fructus pro detrahi.

c Deduci fructus pro induci in petitione.

e ¶ *In vsurarum.* facit supra *de admi. tut. l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. & supra de vsur. l. iij. §. fi. & l. Herennius. ij.*

f ¶ *Interitum.* vt & *infra eo. l. cum res in fine. & l. si seruus legatus. §. si seruus.*

g ¶ *Hereditas.* infra *eo. l. si tibi homo. §. cum seruus in fi.*

h ¶ *Non consistere.* quia quod meum est, amplius meum fieri non potest: *vt Insti. eo. §. sed si rem legatam. & C. eo. l. proprias.* Sed tamen hic valet: quia[a] potius quod ei debetur,[b] videtur mihi legare, quàm[c] quod sit meum: vnde saltẽ consequor liberationem. & facit ad hoc *infra de libe. leg. l. si ei cui. & j. de vsufruct. l. quoties. § si colono. & s. loca. l. si in lege. § fin. & j. eo. l. si tibi homo. § valet.*

a Legare nobis potest debitor quod ei debemus, ... est liberatum: at ... quod iam ... tuum est.

b forte legandum debeo.

c Debiti & nostri differentia.

† In vulgata lex Idem Iulianus.

i ¶ *Liberatus.* per traditionem quam feci.

k ¶ *Ex empto.* quasi videatur legasse ius quod habebat: *vt & j. proxi. §.*

l ¶ *Cædere.* hęc[d] posset esse seruitus prędialis, si ad vtilitatem prędij quod haberet legatarius, ei legaretur: *vt. j. de seruit. rusti. prædio. l. ergo. & l. veluti.* & transiret ad heredem. hîc ergo non habebat prædium ad cuius vtilitatem constitueretur illa seruitus: vnde ius est personale. non[e] dico seruitus personalis: *vt not. in eo. tit. l. pecoris.* sic & alibi infra *de vsufruc. leg. l. j. & de ser. leg. l. pater. & in d. l. pecoris.*

d Lapidem cædere posse in alieno interdũ est seruitus prędialis, si ad vtilitatem prædij quod habes id nobis debetur: interdum non seruitus prædialis, sed ius personale.

† Imò transit. vide Glos. & ... Ias. in l. si seruũ ... in fi. j. de ver. oblig.

e Ius personale à seruitute differre.

* i. ductu.

m ¶ *Præteritum.*[f] Imò legatarius possessor: *vt j. de pub. & vect. l. imperatores. & C. sine censu vel re. l. fin.* quæ sunt contra. Sol. dic corrigitur legatario: *vt. j. de censi. l. cum possessor. §. fina. & facit. j. titu. ij. l. qui concubinam. §. qui hortos.* Accur. ADDITIO. Quærit hic Bartolus quæ est ratio ꝙ heres tenetur? Et respond. quia res est obligata: ergo heres tenetur eam luere: *vt. l. si res. j. eo. secundum Iaco. de Aret. & Bar.*

f Futurum vero legatarius vsusfructuarius ... à contrario sensu vel ... l. 7. circa ... j. de vsufru. ... nisi tantum sit tributum, vt exequetur vsusfructus vtilitati. Glos. in l. concubinam. § qui hortos. j. de leg. ... adde Romanum sing. 116.

* ferebatur. Fl.

n ¶ *Solarium.* aliàs solarium: quia pro solo. † aliàs salarium. & omnia hæc agnoscit fructuarius pro futuro tẽpore: *vt infra de vsufruct. le. l. quæro. & supra de vsufruct. l. si pendentes. §. si quid. & l. hactenus.*

† Istum. §. limitabis per tex. in l. cum alienam. C. de lega. & per text. in ... filius. & ibi ... & ... extra de testa. vt non procedat in ecclesiæ maximè Romanæ: quia illo casu nec res nec eius æstimatio debetur ...

o ¶ *Ferebatur.* i. dicebatur à sapientibus.

p ¶ *Minorem.* sed si vellet heres dare maiorem, vtique poterit: *vt. j. de verb. oblig. l. qui ex pluribus.* nam is minor intelligitur: *vt Instit. de act. §. præterea. & j. de condi. & demon. l. sub diuersis. & l. leuissimam.* & sic intellige *j. tit. j. l. si ita relictum. § fi.* ¶ Et not. minimum[g] videri legatum. quod plenè not. *s. eo. l. legato.* Sed arg. contra. *j. tit. j. l. Gaius.* Item contra. *j. de aur. & arg. leg. l. qui lancem.* Solu. minor ibi media dicitur: *vt Institu. de ca. de. § j.* Item arg. contra *j. de testa. iure. l. duo.*

† Resp. ... ex. l. ... j. de vsufr. ... vbi ita quoque est legendum.

g Minimum ... & quando videatur legatum.

q ¶ *Difficilis.* sed nõ multũ difficilis: alioquin cõtra: *vt in fi. huius l. & j. de statulib. l. cum heres. §. non est. & j. tit. ij. l. nõ dubium. §. fi.*

r ¶ *Principalibus.* vt ibi solatietur, vel faciat hastiludium.

Martium.

a ¶ *Maritum.* ad vsum [a] publicum &c.
b ¶ *Nec æstimatio.* Contra.ʒ. *de contrahen.emp.l.pacta.§.fin.* vbi dicit posse vendi. Sed dic inter ignorantes, vt venditor teneatur: *vt in eo.tit.l.& liberi.* 2. Vel solue vt ibi. *& facit.ʒ.de offi.procur. Cæsa.l.j.§.j.& de transac.l.nulli.& facit Inst.eo.§.non solum.* Acc.

SEd si res.] CASVS. Legaui tibi rem cuius commercium non habeo: sicque si possidere eam non potes, puta per vitium personæ tuę, vt quia tibi contracto legaui militiam cursoris, & bene sciebam te esse contractũ: tamen habebis ęstimationem, quamuis legatum habere non possis. Viuian.

c ¶ *Non habet.* hoc est, ad legatarium non pertinet, siue habere non potest: vt quia est mutus, & legata est ei militia cantoris: vel debilis, & militia cursoris: vel seruus, & militia liberi, & hoc sciebat testator: *vt infra de lega.iij.l.fideicommissa.§.si quis seruo.* ¶ Et distingue: [b] aut nullius est commercium rei legatæ, vt quia vel sacra vel religiosa, vel liber homo, vel est cum graui difficultate: & tunc nec æstimatio debetur, nisi in casu: *vt su pra.l.proxim.§.fina.& infra eodem.l.senatus.§.fina.* Aut non est heredi, sed legatario est: & tunc valet: *vt infra titu.ij.l.mortuo.§.Labeo.* 2. Aut econtra: & tunc aut propter delictum suum, vt [c] quia Iudæus vel hæreticus cui legatur mãcipium Christianum: & non valet: *vt.d.§.Labeo.& de verborum obligatio.multum.* Aut propter corporis vitium, & testator scit: & tunc debetur æstimatio: alioquin non: *vt hic,& .d.l.fideicommissa.§.si quis seruo.& .ʒ.eo.l.filiusfa.§.si quid alicui.*

d ¶ *Ei cui.* quidã dicunt, id est ei cuius non sit illa res: cæterum sua res frustra ei legatur. 2. Vel dic ei cui &c.s.ex prædicta causa.

uibus deseruit, legauerit quis: furiosi est talia legata testamento adscribere. 9. ¶ Item campum Martium, [a] aut forum Romanũ, vel ædem sacram legari non posse constat. 10. ¶ Sed & ea prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt, si legentur: nec æstimatio [b] eorum debet pręstari: quoniam commercium eorum nisi iussu principis non sit, cum distrahi non soleant.

XL. IDEM *libro secundo Fideicommissorum.*

SEd si res aliena cuius cõmercium legatarius † nõ habet, [c] ei cui [d] ius possidendi non est, per fideicommissum relinquatur: puto æstimationem deberi.

Omnia possunt legari quæ nõ sunt prohibita. Item prohibita sunt quæ ædibus sunt iniuncta. Bar.

XLI. IDEM *libro vicensimoprimo ad Sabinum.*

CÆtera [e] * igitur præter hæc videamus. Et quidem corpora legari omnia & iura [f] & seruitutes possunt. 1. ¶ Sed ea quæ ædibus iuncta sunt, legari non possunt: [g] quia hæc legari non posse senatus censuit [h] Auiola & Pansa † consulibus.

Legatum purum ab initio inualidum, non confirmatur impedimento cessante: secus in legato conditionali. Bartolus.

2. ¶ Tractari tamen poterit, siquando marmora vel columnæ fuerint separatæ ab ædibus, an legatũ conualescat. Et si quidẽ ab initio nõ constitit legatũ, ex post facto non conualescet: quemadmodũ nec res mea legata mihi, si post testamentũ factũ fuerit alienata: [i] quia vires ab initio legatum non habuit. Sed si sub conditione legetur, poterit legatum valere, si existentis conditionis tempore mea non sit, vel ædibus iuncta non sit: secundum eos qui & emi rem meam sub conditione, & promitti mihi stipulanti [k] & legari aiunt. Purum [l] igitur legatum Catoniana † regula impediet: conditionale non: quia ad conditionalia [m] Catoniana non pertinet.

Ex vnius ædibus possunt res affixæ in aliam transferri, si idem est dominus vtrarumque in solidum. secus si vnius tantum, vel pro parte. h. d. cum.§.si duobus. Bart.

3. ¶ Itẽ quæri potest, si quis binas ędes habẽs, alteras legauerit, & ex alteris [n] aliquid iunctum ei cui ædes legauit: an legatum valebit. Mouet quæstionem, quòd ex senatusconsulto & constitutionibus licet [o] nobis ab ædibus nostris in alias ædes transferre, possessoribus earum futuris, [p] id est non distracturis: & ita Imperator noster & Diuus Seuerus rescripserunt. Nunquid ergo

CÆtera.] CASVS. Postquàm ergo vidimus de rebus legatis quarum nõ est commercium in communi, sed legatario soli: videamus de aliis rebus quæ sunt in commercio omnium. Et certè non solum corpora legari possunt, sed etiam nomina & seruitutes. marmora autem vel columnæ ædibus iuncta vel iunctæ legari nõ possunt: & nõ conualescit legatum licet desierunt esse iunctę. nam & si leges mihi rem meam, sicq; non valet legatũ, nõ conualescit, licet desierit esse mea. si vero res mea mihi legetur sub cõditione: si inueniatur non mea tempore conditionis, bene valet legatum. nam & emere & stipulari rem meã sub conditione possum. regula ergo Catoniana non impedit legata cõditionalia: pura autem sic. & hoc vsq; ad.§. Item quæri. [ITEM QVÆRI.] Ego habebam domum Titianam & Seianam: legaui Sẽpronio Titianam, & marmora Seianæ. certè non valet legatum marmorum: quia legatarius prædictus non est possessor futurus vtrarumque ædium: imò remanet Seiana penes heredem testatoris. si autem esset possessor vtrarumque, bene valeret legatum. [SI DVOBVS.] Titio albo & Titio nigro legaui domum Sempronianam. Item eidem Titio nigro legaui fundum Seianum: & ad eius Seianæ domus extructionem legaui marmora ex dicta modò Semproniana. nunquid valet legatum marmorum? Et certè non, nisi quantum ad æstimationẽ. Et idem dico tibi in isto alio casu. legaui tibi domũ deductis marmoribus. non habebit heres meus marmora, sed æstimationem. [SED ET SI QVIS AD OPVS.] Legaui reipub. columnas domus meæ ad faciendum palatium nouum. certè bene valet legatum. & idem si promisi. Sed nunquid possum legare dictas columnas reipub. Mutinensium, cum domus illa ex qua lego columnas, sit Bononiæ? Et certè non. ad domum autem meam Mutinæ constitutam bene possum portare columnas de domo mea Bononiensi. Item scias quòd senatusconsultum factũ Auiola & Pansa consulibus, de quo dictum est supra ea.l.§.j. habet locum in omni ciuitate: & non solum ad marmora & columnas extenditur, sed etiam ad multa alia: scilicet vt non possint detrahi de domo per testatorem: de quibus videas per te vsque ad.§. sed si parauerit quædam &c. vbi dicit pone: Testator parauerat quædam de vna sua domo causa transferendi in aliam. certè bene potest legare dicta parata. Si autem legauit aliquid ædibus non iunctum, & postea ædibus iunxit, extinctum erit legatum. non autem extinguitur si heres iungat, etiam si ignorauit heres legata esse per testatorem ea quæ ipse heres ædibus iunxit: quia ista iuncta domui per heredem, cum prius legata à testatore fuissent, non erant iuncta ædibus tempore mortis testatoris. Viuian.

e ¶ *Cætera.* [a] de quibus dubitatur an possint legari.
f ¶ *Iura.* id est actiones.
g ¶ *Non possunt.* vt ea debeantur: sed debebitur [b] æstimatio: [c] *vt.ʒ.ea.l.§.si duobus.* Accursius.
h ¶ *Censuit.* hoc idẽ diuus Vespasianus: *vt C.de ædif.pri.l.ij.& facit supra de contrahen.emptio.l.senatus.* Ac.

i ¶ *Alienata.* Imò videtur valere: *vt.ʒ.de reg.Cato.l.j.in fi.* Sol. ibi in vita alienauit, hic post mortem. sed non placet hæc solutio: *vt Inst.eo.§.si res.& facit.C.eo.l.proprias.*
k ¶ *Stipulanti.vt.ʒ.de verb.obliga.l.si rem.& .l.si duo.& .l.nemo.& de contrahen.emp.l.existimo.*
l ¶ *Purum.* cuius [d] dies cedit à morte testatoris, non autem illa quorum dies cedit ab adita hereditate: *vt.ʒ.de reg.Cato.l.iij.* Quæ autem cedant ab adita hereditate, habes. C. *de cad.tol.§.in nouissimo.* hoc [e] autem fallit [f] in casu: *vt.ʒ.de opt.leg.l.si optio.* vbi legatum seruo legato cedit ab adita hereditate, & tamen vitiatur per regulam si est heres necessarius.
m ¶ *Ad conditionalia.* [g] quorum conditio etiam [h] si incontinenti moreretur testator, suspenderetur. alioquin quid dicemus si Titio rem suam lego sub hac conditione, si sua non erit cum moriar? Certè per regulam Catonianam vitiatur secundum R. *vt.ʒ.titu.j.l.heredem.& facit.ʒ.de condit.instit.l.mulier.§.penul.& de condi.& demon.l.Mauius.* ADDIT. Quærit hic Bar. quæ sit ratio quòd regula Catoniana habet locum in legatis conditionalibus? Respõ. secundum eundem, quia ex eo quòd testator apponit conditionẽ, apparet quòd non vult quòd inspiciatur tempus testamenti, sed aliud tempus futurum.
n ¶ *Ex alteris.* s. retentis. & repete, legauerit ei cui &c.
o ¶ *Licet.* vt. C. *eo.l.ij.& de ædifi.priua.l.si quis post hanc.*
p ¶ *Futuris.* vtrarumque ædium vel. i. ille de quo cogitauit senatus. s. verus dominus. & est hæc ratio, quia in [i] traditione potest constitui seruitus: *vt.ʒ.de ser.vr.præd.l.binarum.& facit.ʒ.tit.ij.l.fideicommissa §.si quis illi.& .ʒ.de damn.infect.l.si.*

[Left margin notes, partly cut off:]
...scribi nõ ... quæ ... vsu pu... adde Gl. ... de via pu... adde Glo. ... C. cõm. ... exceptionib. ... l. res fisci ... non po... ff. de rju... ... C. epol. ... C. ... pro ...
... ne nega... quidã ... putãt ... tamen & ... manu... reperitur. ... potest ... esse cõ... non ... & ius ... nõ ... argu. l. ... eod. ... rel ... non est ... quando ... in ... & l. ... dif. pri...
... est, ... esse vel ... reli... profi... quin... perij A... Spartia...

[Right margin notes:]
† Repetitur in l. a. j. de regula Catoniana.
a Cætera, dictio quid extensiuè & quid abbreuiata importet. v. Glo. in. c. quoniam contra falsam. in prin. in ver. &c. & ibi Lanfran. de Orta in prin. num. 3. de probationib.
b Æstimatio eorum, quæ ædibus iuncta legata sunt, ei si ea legari non possunt, debetur tamen, si talis fuerit defuncti volũtas. v. quæ scrip. si ad Glo. l. si quis [illegible] 12. in pr. in verb. ex voluntate ʒ. ed. add. Mantica. 8. de coniectur. [illegible]
c Legari iuncta ædibus possunt, nõ vt debeantur ipsæ res iniunctæ, sed earum æstimatio.
d Legati puri dies cedit, à die mortis testatoris.
e Catoniana regula locum non habet in legatis quæ cedunt ab hereditate adita.
f Dictorũ hoc ideo fieri, quia ibi tẽpus mortis & aditę hereditatis est vnum. l. si post mortem. in pr. ʒ. ed.
g Legatũ conditionale, vel in diẽ, vel sub modo, an debeatur naturaliter vel ciuiliter, & quid dicatur, vide plenè per Bar. in l. ist. stipulatio. ʒ. de ver. obl.
h Catoniana regula locum habet in legatis, quorũ cõditio impletur tempore mortis.
i Seruitus in traditione cõstitui potest.

& legari possit ei cui aliam domum legem? Sed negãdum erit: quia cui legatum est, nõ est possessor futurus. 3. ¶ Si duobus domum legauerit Sempronianam, & ex ea alteri eorum marmora ad extructionem domus Seianę, quam ei legauerit, non malè agitabitur, an valeat, quia dominus est vtriusque [a] legatarius: & quid si quis domum deductis marmoribus legauerit, quæ voluit heredem habere ad exstruẽdam domum quam retinebat in hereditate. Sed melius dicetur, in vtroque detractionem non valere. [b] legatum tamen valebit, vt æstimatio eorum præstetur.

Potest detrahi vel legari ex ædibus ad vtilitatem reipublicæ, in cuius territorio res est, non alterius. Bart.

4. ¶ Sed si quis ad opus reipublicæ faciendum legauit, puto valere legatum. nam & Papinianus libro vndecimo responsorum refert, Imperatorem nostrũ & diuum Seuerum constituisse, eos qui reipublicæ ad opus promiserint, posse detrahere ex ædibus suis vrbanis atque rusticis, & id ad opus vti: quia hi quoque non promercij [c] causa id haberent. Sed videamus vtrum ei soli ciuitati legari possit, in cuius territorio est: an & de alia ciuitate in aliam transferre possit. Et puto non esse permittẽdum: * quanquam cõstitutum [d] sit, vt de domo quam aliquis habet, ei permittatur in domum alterius ciuitatis transferre.

Hoc senatusconsultum habet locum vbique: & pro debito publico non debet domus destrui. Bart.

6. ¶ Hoc senatuscõsultum [e] nõ tãtùm ad Vrbem, [f] sed & ad alias ciuitates ptinet. 7. ¶ Sed & diuorum fratrum est rescriptum ad libellum Procliani & Epitynchani, ob debitum publicum [g] desiderantium vt sibi distrahere permitteretur, quod eis ius distrahendi denegauerunt.

Prohibitio senatus extenditur ad omne ædificium, vt ei iniuncta non detrahantur. secus in aliis quæ non non sunt affixa. Bart.

8. ¶ Hoc senatuscõsultum [h] nõ tantùm ad ædes, sed & ad balinea, vel aliud quod ædificium, vel porticus † sine ędibus, [i] vel tabernas, vel popinas extenditur. 9. ¶ Itẽ hoc prohibetur legari quod non aliàs præstari potest, q̃ vt ædibus detrahatur, subducatur, id est, marmora, vel columnæ. Idem & in tegulis, & in tignis & ostiis Senatus censuit. sed & in bibliothecis [k] parietibus inhærentibus. 10 ¶ Sed si cancelli sint, [l] vel vela, [m] legari poterunt: non tamen fistulæ vel castelli. [n] 11 ¶ sed * automataria, [o] aut si qui canthari [p] per quos aquæ saliunt, poterunt legari, maximè si impositicij sint. 12 ¶ Quid ergo in statuis dicendum? Si quidem inhærent parietibus, non licebit: si verò aliàs existant, dubitari potest: verùm mẽs senatus plenius accipienda est, vt si qua ibi fuerunt perpetua, quasi portio ædium, distrahi † non possint. 13 ¶ Proinde dicendum est, nec tabulas affixas, & parietibus adiunctas, vel singula sigilla [q] adæquata legari posse.

Licet res sit ædibus destinata, non prohibetur legari, & legatum extinguitur si postea per testatorem iniungitur: secus si per heredem. Bartolus.

14 ¶ Sed si parauit quædam testator quasi translaturus in aliam domum, [r] & hæc legauit: dubitari poterit, an valeat. Et puto valere. 15 ¶ Sed si ea quæ legauit, ædibus iunxit: extinctum [s] erit legatum. 16 ¶ Sed si heres ea iunxit, puto non extingui:

XLII. IDEM *libro secundo Fideicommissorum.*

Siue sciuerit, [t] siue ignorauerit.

XLIII. IDEM *libro 21. ad Sabinum.*

Senatus enim ea quæ sunt ædium, legari * [non] permisit. hæc autem mortis tempore ædium non fuerunt. heres ergo ęstimationem [u] præstabit. sed si detraxerit, vt præstiterit, * pœnis [x] erit locus: quamuis non vt vendat detraxerit, sed vt exsoluat.

Parua domuncula rustica potest destrui, & per consequens legari. Bart.

1 ¶ Marcellus etiam scribit, si maritus diætam in vxoris hortis quos in dotem acceperat fecerit, posse eum hęc detrahere quę vsui eius [y] futura sint, sine mulieris tamẽ dãno: nec ad hoc ei senatusconsultum futurum impedimẽto. Ergo si non est ei obfuturum quo minus detrahat, dici oportebit posse eum hæc legare quæ detrahere potest. 2. ¶ Legatum in aliena [z] voluntate poni potest, in heredis non potest. 3. ¶ Qui ab hostibus

a ¶ *Vtriusq;* alteri [a] in solidum, & alterius pro parte: per qđ videbatur valere: *vt.s.prox.§.* ¶ Et no. dici dominiũ, [a] qui est dominus partis. *sic.s.eo.l.seruus.§.fi.*
b ¶ *Nõ valere.* s. in re. & sic loquitur. *s.ea.l.§.j.* quæ videtur contra.
c ¶ *Non promercij.* [b] in quẽ casum vetatur: *vt.s.de cõtrahen.emp.l.senatus* ¶ Sed si negotiãdi causa fit prohibitio, cur phibetur legari? Rñ. qa & illud quodãmodo [c] ex negotiatione quæritur legatario: *vt.s.pro soc.l.nec adiecit.&.l.& ita.& facit.j.de dam.infec.l.fi.*
d ¶ *Cõstitutũ.vt.C.de ad.pri.l.si q̃s post hac.*
e ¶ *Hoc senatusconsultum.* adiunge cum præcedenti.§.
f ¶ *Vrbem.* s. Romam, per excellentiam: [d] *vt Insti.de iur.natu.§.sed quoties.*
g ¶ *Ob debitũ publicũ.* i. ob pecuniam quam debebant reipublicæ.
h ¶ *Hoc senatusconsultum.* de quo dicitur. *s.e.l.§.j.*
i ¶ *Aedibus,* aliàs, porticus sine ædibus: & aliàs, porticus in ædib⁹, scilicet applicatas.
k ¶ *Bibliothecis.* i. [e] armariis: *vt.j.titu.ij.l.librorum.§.sed & sibibliothecam.*
l ¶ *Cancelli.* i. [f] ostia quibus murus prętorij ante domum positi tecto nõ coopertus clauditur, *secundum H.*
m ¶ *Vela.* quę [g] frigoris causa vel vẽti ponũtur: *vt.j.de fun.instru.l.quæsitum.§.idem.* Acc.
n ¶ *Castelli.* [h] quid sit. legitur. *j.de aqua cot.& æsti.l.j.§.hoc interdictum.* & aliàs ponitur hic in masculino genere castelli, alibi in neutro genere castella. *vt.s.de act.emp.& vendi.l.fundi.§.castella.*
o ¶ *Automaria.* i. aliàs, ornatoria: puta tabulas pictas: *vt.j.de fun.instru.l.quæsitum.§.si domus.*
p ¶ *Canthari.* q vulgariter dociæ [k] dicuntur.
q ¶ *Sigilla.* sigilla [l] sunt quidam anuli de ferro qui ponuntur ad murum. Accur.
r ¶ *In aliam domum.* sic. *s.de act.empt.& ven.l.granaria.*
s ¶ *Extinctũ.* sic. *j.de aur.& argẽ.l.Seia.in fi.* Sed arg. cõtra. *j.tit.ij.l.fideicommissa.§.si rem,*
ADDITIO. Dic q̇ hæc res iniũcta dicitur desiisse extare, quia per se non censetur: *vt.l.qui vniuersas.de acquiren.pos.secundum Bar.*

t ¶ *Siue sciuerit.*] *sic.j.titu.ij.l.sed addes.§.si inquilinus.* ¶ Sed ar. contra. *s.de condi.inde.l.in summa.§.pen.*
ADDITIO. Tu dic secundum Bartol. hic quòd natura [a] condictionis indebiti est, vt quis teneatur inquantum factus est locupletior: *vt l.nam natura.&.l.si non sortem.§.libertus.s.de cond.indeb.* Si vero ignorans manumisit, ibi in nullo est locupletior: & sic non tenetur in aliquo. hic verò loquitur in actione ex testamento, quæ est alterius naturæ. Præterea si iniunxit domui suæ, satis effectus est locupletior, *secundum Bar.hic.*
Senatus enim.] CASVS. Titius legauit ea quæ sunt iuncta domui. an per heredem detrahentur de domo, aut pręstabitur ęstimatio? Et certè æstimatio præstabitur. Sed si testator legauit mihi columnas non iunctas ædibus, & heres post mortem testatoris eas iunxit ædibus postmodum detraxit de domo, & mihi legatario præstitit: punietur secundũ quòd leges volunt. Itẽ pone quòd vxor mea dedit mihi in dotem quosdam hortos: & ego feci domum delectationis causa. nũquid possum detrahere columnam de illa domo & legare? Et certe dicitur quod sic. [LEGATVM.] Lego tibi domum si volueris. certe bene valet legatum. sed hoc modo non valet: lego tibi domum si hæres meus voluit. [QVI AB HOSTIBVS.] Redemi Titium ab hostibus meis nummis. postea eum sibi ipsi legaui. certè valet legatum. *Viuianus.*
u ¶ *Æstimationẽ.* hoc quia est affixa modo. aliàs ipsam rem, nõ æstimationem: *vt.infra.titu.ij.l.nutu.§.fi.* quæ est contra.
x ¶ *Pœnis.* quæ sunt. *s.de contrah.emptio.& vend.l.senatus.& j.de dam.infec.l.fina.*
y ¶ *Quæ vsui eius.* i. [b] ad eius cõmodũ. secus si nihil est laturus nisi vt officiat: *vt.s.de imp.l.pro voluptariis.* & facit. *s.de dona.inter virũ & vxo.l.Marcellus.& quod ibi not.*
z ¶ *Legatum in aliena.* s. legatarij: *vt & infra*

a Partis vnius dominus etiã se dominum rei dicere ac pronunciare potest.
b Promercij causa habere.
c Legatum species est negotij seu negotiationis (est enim translationis causa) at non propria negotiatio.
d Vrbs per excellẽtiam, Roma.
e Bibliothecæ.
f Cancelli.
* Vt nec Adrianus permisit. Spartia. in eo.
g Vela.
h Castella.
i Automataria.
k Dociæ.
l Sigillum quo & an & quando sigillo credatur, notat Bal. in l.2. C.de rebus alie. non ali. Bartol. in l. quæ dotis. in fi. s. solut. matr. & Panor. in cap. quod super his. in ver. in gle. s. extra de fide instru.
† Porticus coniunctur appellatione domus: Quod vt sit, in porticu factum non in domo sed ad domum factum intelligitur. l. 1. §. in publico j. de flumi. nibus. l. quod conclaue. infra de damno. ar. bar §. de vestibulo. s. communi diuidundo. Bartolus hic.

a Indebiti condictionis natura ea est, vt qui tenetur quatenus factus est locupletior.
* castella.
* Automataria opera sunt quæ sua sponte mouentur, vt horologia. Alcia. lib. 1. parer. c. 10. vbi & quid sint canthari, explicat.
† detrahi.
* Sic H. & in manusc. vel cũ expunctionis nota, vel inter versiculos est addita negatio.
* & præstiterit. al. vt præstitit.
b Vsui esse dicuntur quę ad cuiusque commodum pertinent.

a Legatum an conferri possit in voluntatem legatarij.
b Legare potest legatario sub hac conditione testator, si volet legatarius.
c Legari nō potest voluntate expresse collata in arbitriū tertij.
d Legatum an & quatenus cō ferri possit in voluntatē heredis.
e Liberæ volūtatis verbū est, si voles: non liberæ, si iustum putaueris: vero modo legetur, interest. Posteriore nō priore casu consistit legatum.
f Liberum non est quod alicui vt bono viro iniunctum est.
† Fl. constitit.
g Pignori redemptus redimentis quatenus sit.

stra eod.l.[a] si ita.§.illi. &.j.de conditio. & demonstr.l.si ita expressum. quę dicitur aliena respectu heredis.*sic.j.de sal.interdi.l.j.* Valet ergo si [b] dicam, lego tibi si voles. At in extranei [c] voluntate tacita potest, expressa non potest: *vt infra eod.l.captatoria.& infra de condit. & demonst.l.nonnunquam. &.ʒ.de heredi.instituen.l.si quis Sempronium.* ¶Sed contra.j.*titu.j.l.j.* Sed expone vt ibi. ¶Item si [d] heres velit, non valet: *vt hic.* quod intellige si libera [e] sua voluntate: puta si voles. secus si [f] non libera, vt si iustum putaueris. quę valet: *vt.j.e.l.si sic.* 2. Vel nisi volueris, vel cum volueris: *vt.j.tit.ij.l.fideicommissa.§.sic fideicommissum.* quæ videntur contra. & sic facit.j. *de rebus dub.l.vtrum.§.cum quidam.*

a ¶ *Sibi poterit.* sic.C. *de commu. ser. ma u. l.ij.*

b ¶ *Pignoris.* tenetur [g] enim in pignore donec reddatur pretium redemptionis, vel etiam hodie seruiat per quinquennium, licet sit liber: *vt hic, &.ʒ.de test. l. qui testamento. circa princi. &.C.de capti.l.ij. & l.fin. & facit.j.de libe.lega.l.ij.§.j. & de lega.iij.l.aij.§.fina.&.j.eo.l.si domus.§.fin.* Accursius.

S*Eruum filij.*] Casus. Filium militem habebam, qui habebat peculium castrēse in quo erant serui. feci testamentum, & vnum de illis seruis legaui Titio credens illum meum esse, cum non esset: quo casu dicit lex non valere legatum: vt Instit. e. §. non solum. certè non erit incontinenti inutile legatum: sed expectabitur donec ego moriar. & si inuenietur dictus meus filius mortuus ante me nō facto testamento, sicque bona sua peruenerint ad me, firmum erit legatum: quia fingit me habuisse dominiū serui tempore quo testamentum feci. si autem superuixit mihi dictus meus filius, vel decessit ante me facto testamento, nō erit firmum legatum à contrario sensu literæ. [Si quis rem.] Titius legauit mihi seruum suum. ego ignorans mihi legatum, legaui eū Seio credens esse meum, vel etiam sine legato, vel nō credens, nō facio vim. postea cognoui mihi legatum esse à Titio dictū seruū, & volui ad me pertinere. certè valebit amodo legatum per me relictum Seio de eodem seruo: quia ex quo non repudio legatū tempore quo cognosco mihi legatū, videtur seruus meus fuisse ex illo tempore quo hereditas Titij mihi legantis adita est, & in veritate fuit meus. si autem repudiassem cū cognoui mihi legatū seruū, non valebit legatum de eodem seruo per me datum Seio, quia ius fingit fuisse hoc casu heredis Titij mihi legātis rem legatā ex illo tempore quo adita fuit hereditas dicti Titij: vt si quid interim acquisitum sit per seruum, sit heredis Titij: *vt.j.e.l.si tibi homo.§.cū seruus.* & est ratio, vt credo, quare non valet hoc casu legatū etiā quantum ad æstimationem dandam legatario cui legaui: quia repudiando legatum mihi relictum de dicto seruo, videor dictū seruum mihi acquisitum per legatum alienare: & sic nō mirum est si extinguitur legatum quod debeo alij reacquirere: vt.ʒ.e.l.si ex toto.cum similibus. [Si pocula.] Scyphos argenteos tibi legaui. me mortuo de eis fecit heres meus massam. vel tibi legaui massam argenti, & heres meus fecit inde scyphos. vel legaui tibi lanam, & heres meus fecit inde vestimenta. nūquid debebūtur legatario ea quæ extāt? & certè sic, si ego testator non mutaui voluntatem. Sed pone quod legaui tibi argenteam scutellam, & postea de ea facta est massa: & postea de illa massa factus est scyphus. certè debetur legatario scyphus. [Si area.] Legaui tibi aream: postea imposita est ibi domus. certè habebis domū & aream. [Eum qui.] Titius debebat mihi decem, & inde habebam chirographum siue instrumentum. legaui Seio dictum chirographum. certè videor legare debitum. nam & si venderem ei dictum chirographum, videor vendere ipsum debitum. & idem est si legem ei nomē. [Si idem.] Regulariter si seruus sit legatus, & est data ei libertas, præualet libertas: vt.j.tit.j.si idem seruus. quod dicit hic. §. fallere in tribus casibus. & videas eos per te. [Si statuliberum.] Seruo dedi libertatem in testamento sub conditione, si nauis ex Asia venerit: vnde ipse factus est statuliber. me mortuo heres meus eum legauit Titio. certè heres heredis mei qui tenetur legatario, melius faciet pro se si det statuliberum legatario, quàm si det eius æstimationem. & est ratio in litera, & plana. [Si duos.] Habebam fundum Titianum & Seianum. legaui primo vsumfructum Titiani, & secundo solidum Titianum. nunquid iure seruitutis debebit aditum ad fundum Titianum per fundum Seianum secundus cui fuit legatus vsusfructus in solidum, cui primo fuit legatus vsusfructus Titianus. Et dicitur quòd non, sed heres meus cogitur redimere aditum à secundo, & dare primo, vt possit habere vsumfructum suum. Viuianus.

redemptus est, legari sibi poterit, [a] & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris [b] quod in eo habuit qui redemit.

Regula Catoniana non habet locum in legatis in quibus impedimentum cessat ex causa quæ retrotrahitur. Bart.

XLIIII. Idem *libro vicesimosecundo ad Sabinum.*

SEruum filij sui castrensis peculij legare pater potest: & si viuo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remansit, consistit † [c] legatum. Cum enim filius iure suo [d] non vtitur, retro creditur pater dominium in seruo peculiari habuisse.

Qui rem sibi legatam ignorans legat, siue acceptat siue repudiat: valet legatum factum à se. Bart.

1. ¶ Si quis rem sibi legatam ignorans [e] adhuc legauerit, postea cognouerit, & voluerit ad se pertinere, legatum valebit: quia vbi legatarius non repudiauit, retro ipsius fuisse videtur, ex quo hereditas adita est. [f] si verò repudiauerit, retro videtur res repudiata fuisse heredis.

Si fiat mutatio de materia in formam, vel econuerso: legatum non mutatur, si testator voluntatem non mutauit. Bart.

2. ¶Si pocula quis legauit, & massa facta est, vel contra: item si lana legetur, & vestimentum ex ea fiat: Iulianus libro trigesimosecundo Digestorum scripsit, legatum in omnibus suprascriptis consistere, [g] & deberi quod extat. quam sententiam puto veram, si modò non mutauerit testator voluntatem. 3. ¶Sed & si lancem legauit, & massam fecit, mox poculum: debebitur poculum, durante scilicet voluntate.

Quod ædificatur in area legata, debetur legatario. Bar.

4. ¶Si areæ legatæ domus imposita [h] sit, debebitur legatario: [i] nisi testator mutauit voluntatem.

Vbi est eadem ratio, licitum est arguere de contractibus ad vltimas voluntates. Bart.

5. ¶ Eum qui chirographū legat, [k] debitū legare, nō solū tabulas, argumento est vēditio. Nā † cū chirographa veneūt, nomen venisse videtur. [l] 6. ¶ Sed & si nomē legetur: benignè id qđ debetur, accipiendū est, vt actiones aduersus debitorē cedantur. [m]

Legatū libertatis innalidū, ipsius serui legatum non perimit. Bartolus.

7. ¶ Si idē seruus & legatus, &

† Argumentū à contractibus ad vltimas voluntates permissum, vbi est eadem ratio.

c ¶ *Consistit.* si autem præmoriatur pater, vel filius testetur, non valet: [a] quia ius quod habet, legare videtur: *vt infra eodem.l.si domus.§.fina. & facit infra de castren.pecu.l.ij.* Accursius.

a Hæc Interpretatio displicet Bart. quem vide ad hanc legem.

d ¶ *Iure suo.* s. testando, quod potest: *vt Instit. quibus non est per. face.testamen.§.j.* Accur.

e ¶ *Ignorans.* si vero scisset, eo ipso videtur agnoscere: *vt.C.de iure delibe.l.si auia.*

f ¶ *Adita est.* hic veritatem [b] intuetur. *sic.j.e.l.si tibi homo.§.cum seruus.&.ʒ.si cer.pet.l.proinde.* aliàs fictionem [c] intuetur: *vt.j.tit.j.l.legatum. &.j.de fur.l.à Titio. &.ʒ.de pecu.l.sed si damnum.§.ij.* quæ sunt contra. & facit.j.*eo.l.si fundus.§.si Titius.&.ʒ.ad legem Aquil.l.nam sicut.&.ʒ.eo.l.legatarius.§.j.*

g ¶ *Consistere.* sic.j.*tit.ij.l.quæsitum.§.illud.&.l.item.§.pe.* ¶Sed contra.j.*eod.titu.l.lana.& infra de auro & argen.leg.l.Seia in fi.* Sol. ibi testator, hic heres hoc fecit. Itē secus in vsufructu, [d] qui rei mutatione [e] extinguitur: *vt.ʒ.qui.mo.vsufruct.amit.l.quid tamen.§.si massæ.& de vsufruct.l.qui vsumfructum.circa princ.*

h ¶ *Imposita.* à testatore.

i ¶ *Legatario.* quia eadē est area, licet domus imposita sit: *vt.j.de sol.l.qui res.§.aream.* Secus [f] econtra si legauerit domum, & eadē ceciderit viuo testatore, quia desinit esse domus: *vt infra eo.l.si ita legatum.§.si domus.& infra de verbo.oblig.l.inter.§ sacram. in fi.§.Azo.& concor.huic.j.titu.j.l.si area.& supra eodem.l.si ex toto. in prin.* Sed contra [g] infra *tit.ij.l si chorus.§.aream.* Sol. ibi [h] mutauit voluntatem. ¶Item contra.ʒ.*quib.mo.vsusfruct.amit.l.repeti.§.fin.* Sol. ibi in vsufruct.

k ¶ *Legat.* debitori: [i] vt differat à sequenti casu. 2. Vel hic chirographū, ibi [k] nomen. & facit.j.*tit.ij.l.qui chirographum.&.l.nomen.&.C.quæ res pig.ob.pos.l.ij.& de remis.pigno.l.creditricem.*

l ¶ *Videtur.* arg.C.*de here.vel act.ven.l.postquam.* ¶Et no.arg. quod no.*Inst.de lege Fusi.Ca.tol.*

m ¶ *Cedantur.* alij, nō debitori. at debitor haberet exceptionē: *vt infra vt in pos.leg.l.j.§.si debitori.& infra de lib.leg.l.iij.in pr.* ¶Itē cōtra.j.*tit.j.l.Gaius.* Sed ibi non legauit chirographū specialiter.

b Veritatem aliquando intuemur, neglecta fictione: & è contra.
c Fictio veritati opponitur.
d Mutatione rei quæ extinguantur.
e Vsusfructus rei mutatione extinguitur.
f Domo legata eàque post ad aream redacta, extinguitur legatum, vt hic. Imò area debetur, *l.grege.ʒ.eod.* secus erit si rursus in aream eiusmodi ædificata sit, tunc enim legatum extinguitur.
g Area legata an debeatur ædificium in ea positum.
h Vide aliam solutionē Iacobi Arenij hic apud Bar.
i Chirographū legari debitori potest.
k Nominis & chirographi legati differētia.

a ¶ *Iussus sit.* directo. & ita secundum istam regulam præualet legatum libertatis: *vt.j.titu.j.l.si idem seruus.& l.qui testamento.* sed hoc fallit in tribus casibus. Accursius.

b ¶ *In fraudem creditoris.* Quo modo ergo legatum valet si creditores fraudentur? Respon. fuit legatus si legatarius det. x. heredi.

liber esse iussus sit, [a] interdum procedere solum legatum poterit: vtputa si in fraudem creditoris [b] data erit libertas, vel si is sit seruus, qui in perpetuam seruitutem venierit. [c] idem erit vel si seruus sit fortè pignori [d] datus.

Legato statulibero expedit heredem soluere ipsum potius quam æstimationem. Bart.

8. ¶ Si statuliberum heres legauerit, expediet heredi ipsum statuliberum præstare magis quàm æstimationem. etenim æstimationem veram prestabit: [e] ipsum verò si dederit, existente conditione nullum sentiet damnum. iam enim æstimatio postea non petitur ab eo hominis liberi. [f]

Qui legat vsumfructum in fundo, videtur legare viam, si aliunde non habet. Bartolus.

9. ¶ Si duos [g] fundos habens testator, alterius mihi vsumfructum, alterum Titio leget: aditum mihi legatarius [h] non debebit: [i] sed heres cogetur redimere aditum, [k] & præstare.

Quod contingit medio tempore, non vitiat legatum. Bart.

XLV. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

SI à substituto pupilli ancillas tibi legassem, [l] cásque tu à pupillo emisses, & antequam [m] scires tibi legatas esse, alienaueris: vtile legatum esse Neratius & Aristo & Ofilius probant.

In legato generis heres de euictione tenetur: secus in legato speciei. Idem in stipulatione rem tradi. Bar.

1. ¶ Heres generaliter dare dānatus, sanum eum esse promittere non debet: [n] sed furtis & noxiis solutum esse promittere debebit: quia ita dare debet, vt eū habere liceat. [o] Sanitas autē serui ad proprietatē eius nihil pertinet. Sed ob id quòd furtum fecit seruus, aut noxam nocuit, euenit quo minus eum habere domino liceat: sicuti ob id quòd obligatus est fundus, accidere possit vt eum habere domino non liceat. 2. ¶ Si verò certus homo legatus est, talis dari debet, qualis est.

Ista lex quia breuis est, non summatur. lex verò, Cum res. etiam quia ponit tot casus, non recipit congruam summationem secundum Ia. de Are. sed diuide eam secundum Dyn. Primò ponit in quo loco debeat solui res legata. Secundo quid iuris sit si res legata non appareat. Tertiò qualiter culpa heredis æstimatur circa rem legatam. Secunda ibi, itaque. tertia ibi, culpa. Bar.

XLVI. IDEM *libro nono Epistularum.*

QVæ de legato [p] dicta sunt, eadem trāsferre licebit ad eum qui vel Stichum vel hominem dare [q] promiserit.

XLVII. VLPIANVS *libro vicesimosecundo ad Sabinum.*

CVm res legata † est: [r] si quidem propria fuit testato-

Itē quia Falcidia detrahitur de legato, non de libertate: *vt.s.de inoff. test.l.Papinian*. *§.quoniā.* & sic propter totū, non propter partem fraudantur creditores.

c ¶ *Venierit.* quod [a] fieri potest: *vt C.si manci. ita fue.alie. l.ea quidē.* ¶ Sed videtur hoc casu etiā legatum non valere: *vt.j.de fun.instru.l.iij.§.fin.* Sol. ibi tacitè, hic expresè fuit legatus. ¶ Item ad idē contra. *j.titu.j.l.si quis.* Sed ibi non legauit, sed vt ministrum meū elegit. Itē facit. *j. de fideicom. li.l.si seruus.& de codi. & demō. l.si quis eum.*

d ¶ *Pignori.* specialiter. secus [b] si generaliter: *vt.C.de ser.pignọ. da.l.ab eo.* ¶ Nec obst. *j.de fideicō.li.l.generaliter.§.si quis seruo.* qa ibi generaliter. Vel ibi de æquitate. ¶ Itē hoc nisi seruus luat se: *vt.s. de here. insti. l.pignori. & facit.C.de neces.ser. hered.insti.l.j.*

e ¶ *Præstabit.* si legatarius volet recipere. nec enim cogitur, nisi in casu: *vt.j.eo.l.si domus.§.qui consuetur.*

f ¶ *Liberi.* quia [c] non habet æstimationem: *vt.s.ad.l.Rhodiam de iac. l.ij. §.cum in eadē. & §.corporum.*

g ¶ *Si duos.* plenius est. *j. de vsufru. le. l. damnas.§ j.*

h ¶ *Legatarius.* id est Titius.

i ¶ *Non debebit.* obligatione personali. Sed quia non dando aditum videtur prohibere vti frui, habet cōfessoriam vtilem: *vt.s.si vsufru.pet.l.j.§.j.& si serui.vind.l.ij.§.recte.secundum R.* Sed certè ibi debebatur seruitus fundo fructuario: hîc non nisi cōstituatur: quia antea esse non poterat: cum ambo fundi erant eiusdem domini: *vt.s.quemadmo.ser.amit.l.j.*

k ¶ *Redimere aditum.* quē [d] aut retētione, aut cōditione incerti, & sine causa nullo dato redimet ab ipso legatario: *vt.s.de cōdic.inde. l.sed si metus.& de cōdic.sine cau.l.j.& de act.emp.l.si tibi.& .j eo. l.si fundū.§.qui fundū.& .s.si ser.vindi.l.testatrix.* ¶ Idē est si fundū alienasset: *vt Insti.e.§.ij.secūdū Ro.& facit.s.de ser.vrb.præ.l.si binas.& l.Olympico.& l.si binarū. & s.de relig.l.si qs sepulchrū.*

SI à substituto.] CASVS. Institui mihi filium impuberem meum heredem: & ei substitui Titium: & à Titio substituto legaui equum meum Seio. Seius eundem equum emit ab impubere, & postea vendidit Gaio. certè aget cōtra substitutum, & petet equū: & substitutus prestabit ei tantū quantum abest ei Seio ex emptione quam fecit ab impubere. [HERES.] Legaui tibi hominem in genere. vnde heres dedit tibi mediocrem seruum de hereditate mea: tu vis quod ipse caueat tibi de sanitate serui, & quod non sit ligatus seruus furtis vel noxiis. certè de primò non tenetur heres: sed de secundo sic. debet enim talem seruum legatario dare, qui non possit auferri legatario. sanitas autem serui nihil ad hoc facit: sed furtum à seruo factū vel noxia ab eo cōmissa bene aufert eum legatario. noxia enim caput sequitur. vnde legatarius tenetur illis qui sunt passi dānum à seruo datū: & ita est bene obligatus seruus pro furtis & noxiis, ac si testator eum obligasset alicui specialiter. sed si legaui Stichum, non debet heres cauere de sanitate, nec de furtis & noxiis. talem enim dabit, qualis est. Et quod distinxi in legato in specie vel in genere dato: idem distinguitur in stipulatione facta in genere vel in specie. Viuian.

l ¶ *Legassem.* s. ego testator.

m ¶ *Et antequam.* maximè. nam siue [a] sciat, siue nesciat, siue alienet, siue nō, tenet: quia desinit esse suus ex causa emptionis, & incipit esse ex causa legati: *vt j. eo.tit.l.huiusmodi. §. qui seruum. & .j.ad le. Fal.l.iiij. Azo. & Inst. eo. §.si rē alienam.* Accursius.

n ¶ *Non debet.* mediocrem tamen dare debet: *vt.s.eo.l.legato.*

o ¶ *Liceat.* ergo ipsum nō esse fugitiuum debet promittere: quia eum habere non licet: *vt.s.de act.emp.l.Iulianus.§.j.* & facit. *j.eo.l.si heres generaliter. & .j. de sol. l.qui decē.§.qui hominem. & .s.de euic. l.heres seruum.& .j.tit.ij.l.qui concubinam.§.si heres.& .j.l.proxi.*

p QVæ de legato. subaudi, in genere relicto. & secundum hoc disiunctio [b] testatoris erit quæ sequitur. *sic.s.de cond.inde.l.cum is.§.fi. & .j.de verbo.oblig.l.ij.* 2. Vel dic quod de legato. s. in specie: & tunc erit disiunctio legis illa quæ sequitur. Accur.

q ¶ *Dare.* i. [c] tradere. [d] alioquin cōtra: *vt.j.de verb.obli.l.vbi autem. in fi.* Acc.

CVm res.] CASVS. Hæc lex distinguit vbi res legata præstari debeat: & quando & qualiter heres teneatur si eam non habeat. & si quidē est res testatoris, & statim dari potest, statim debet eam heres dare: aliàs tenetur ad vsuras ex mora. si autem res sit alibi, certè debet præstari ibi vbi est: nisi testator voluisset alibi præstari. nam voluntatem eius sequemur, vel illud quod verisimile est eum voluisse. Sed quid si heres post testamentum transtulit eam ad alium locum dolo? Certè tenetur eam præstare in illo loco vbi legatarius eam petit, & potest petere. si autem eam transtulit ad alium locum sine dolo, præstabit eam in loco vbi eam transtulit. Si ergo Stichus pone legatus nō appareat culpa heredis interueniente: præstabit æstimationē. si autem sine culpa: cauebit legatario de restitutione serui si in suā potestatē peruenerit: sicut fit in rei vindi. Quid si dictus Stichus erat alienus, nō testatoris etiā, & aufugit sine culpa heredis? cauebit heres, vt prædixi: & idem si dictus seruus esset captus ab hostibus sine culpa heredis. Itē pone quod legaui tibi Stichum aut Pamphilū disiunctiuè. Stichus aufugit, vel ab hostib⁹ captus est sine culpa heredis. certè heres qui habet electionē in alternatiuo legato, prestabit legatario quodcūq; vult ipse heres, siue Pāphilum præsentē, siue æstimationē Stichi absentis. Sed pone quod dict⁹ Stichus decessit sine culpa heredis. certè adhuc habet heres electionē vtrum det legatario viuum, aut mortui pretium. Quid si dicti Stichus & Pāphilus sint ambo in fuga sine culpa heredis? Debet cauere heres quod quicunq; eorū peruenerit in suā potestatē, dabit eū legatario, vel absentis æstimationem. Distinxi ergo.s. vtrū culpa vel nō. culpa heredis res pereat, vel nō pereat. modo videam⁹ de qua culpa debet intelligi & certè debet intelligi de lata & leui & etiam diligētiam debet præstare heres. Sed nunquid casum præstabit heres, puta si fundus legatus perit chasmate? Et certè non: nisi culpa vel mora casum præcedant. Viu.

r ¶ *Cum res legata est.* in specie.

a Seruus vendi potest vt perpetuo sit seruus.

b Pignoris generalis & specialis differentia.

c Liber homo æstimationem non recipit.

d Redimere fructuarius hæres à legatario proprietatis aditum quemadmodum possit.

a Emens scienter rem sibi legatam sub conditione, non præiudicat sibi, quin possit petere legatum existente conditione, vt hinc colligas id genus emptionis vim non habere tacitæ repudiationis.

b Alternatiua testatoris & legis differentia hæc Bartolo displicet.

c Dandi promissor, facere tenetur accipientis.

d Dare pro tradere.

† Ista lex est magistralis secundum Bart. hic.

Qua

ris, & copiam eius habet heres: moram facere non debet, sed eã præstare [absque[a] mora: qua[a] intercedente, vsuras[b] & omnem vtilitatem præstãdã Sabinus ait.] Sed si res alibi sit quàm vbi petitur, primum quidẽ constat ibi esse præstandam, vbi relicta est:[c] nisi alibi testator voluit. Nam si alibi voluit: ibi præstanda est vbi testator voluit, vel vbi verisimile[d] est eum voluisse. & ita Iulianus scripsit tã in propriis quàm in alienis legatis.[e] Sed si alibi relicta est,[f] alibi autem ab herede translata dolo malo eius: nisi ibi præstetur vbi petitur,[g] heres cõdemnabitur doli sui nomine. cęterum si sine dolo: ibi præstabitur quo transtulit.[h] 1. ¶ Sed si id petatur quod pondere, numero, mensura continetur: si quidem certum corpus legatũ est, veluti frumentum ex illo horreo, vel vinum ex apotheca illa: ibi præstabitur vbi relictum[i] est: nisi alia mens fuit testantis. Sin verò non fuit certa species, ibi erit præstãdum vbi petitur.[k]

2. ¶ Itaque[l] si Stichus sit legatus, & culpa heredis non pareat: debebit æstimationem eius præstare. Sed si culpa nulla interuenit: cauere heres debet de restitutione[m] serui, non æstimationem præstare. [Idem † & in aliis[n] in rem actionibus Iulianus putat.] Sed & si alienus[o] seruus in fuga sit sine culpa heredis, idem dici potest. nam[p] & in alieno culpa admitti potest. Cauebit[q] autem sic, vt si fuerit apprehensus: aut ipse, aut æstimatio præstetur. quod & in seruo ab hostibus capto constat.

3. ¶ Sed si Stichus aut Pãphilus legetur,[r] & alter ex his vel in fuga sit, vel apud hostes: dicendum erit pręsentem pręstari, aut absentis æstimationem. Totiens enim electio est heredi cõmittenda, quotiens moram non est facturus legatario.[s] Qua ratione placuit, & si alter decesserit, alterum omnimodo præstandum, fortassis vel mortui pretium.[t] Sed si ambo sint in fuga, non ita cauendum, vt si in potestate ambo redirent, sed si vel alter: & vel ipsum, vel absentis æstimationem præstandam.

4. ¶ Item si res aliena vel hereditaria sine culpa heredis perierit, vel non compareat: nihil amplius quàm cauere[u] eum oportebit. sed si culpa[x] heredis res perierit, statim damnandus est.

Quando testamentum videtur factum principaliter causa heredis, tenetur de culpa leuissima. h. d. secundum Glos. Bar.

5. ¶ Culpa autem qualiter sit æstimanda, videamus: an non solùm ea quæ dolo proxima[y] sit, verùm etiam quæ leuis est:[z] an nunquid & diligentia[a] quoque exigenda est ab herede. quod verius est.[b]

Post moram periculum interitus pertinet ad heredem. Bar.

6. ¶ Item † si fundus chasmate perierit: Labeo ait vtique æstimationem non deberi.[c] quod ita verum est, si nõ post moram factam id euenerit. potuit enim eum acceptum legatarius vendere.[d]

Legatarius agit contra heredem ex delicto serui heredis etiam circa rem legatam. Bart.

XLVIII. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

SI heredis seruus rem legatam ignorante domino subtraxisset, & vendidisset: Atilicinus in factum[e] dandam actio-

a ¶ *Qua* scilicet mora.
b ¶ *Vsuras.* si erat pecunia. aliàs contra: nisi in casibus: *vt. s. de vsur. l. in fideicommissi. §. si auro. & l. cum quidam. § fi. & facit. s. e. l. cum seruus. & l. apud.*
c ¶ *Relicta est.* i. vbi factum est testamentum, secundum quosdam. tu dic, id est existit: *vt no. C. vbi fideicom. pet. l. j.*
d ¶ *Verisimile.* ex genere cõparationis, vel conditione personarũ. quod plenè no. vbi[b] soluatur, & vbi petatur. *s. de iudi. l. quod legatur. & ar. s. de arb. l. si cum dies. §. quid ergo.*
e ¶ *Alienis legatis.* f. rebus.
f ¶ *Relicta est.* i. existit.
g ¶ *Petitur.* de iure, qđ est in tribus locis: Vbi[c] est maior pars hereditatis. Item vbi heres habet domicilium. Itẽ vbi res est: *vt. s. de iud. l. si fideicommissum. in princip. & §. fina. & l. sed & si sic. §. si ea. & not. in d. l. quod legatur. s. de iudic.*
h ¶ *Transtulit.* nisi actor velit dari sua impensa vbi petitur: *vt. s. de rei vin. l. si res. & ad exhi. l. si hereditas §. j. & s. depo. l. si in Asia. §. j.*
i ¶ *Vbi relictum est.* i. existit. ¶ Et no. quod quantitas[e] vt species relinquitur. *sic. s. e. l. plane. §. sed hoc ita.*
k ¶ *Vbi petitur.* ratione fori. quod dic vt dixi *in. l. quod legatur.*
l ¶ *Itaq.* infertur ex illo. §. sed si alibi. &c. §. cæterum, non ex proxi.
m ¶ *De restitutione.* si ipsum apprehẽderit: *vt j. sequitur.* ¶ Sed ar. contra. *s. de rei vin. l. si à bonæ fidei. & l. si vero. & l. si culpa.* ADDIT. Dic secundum Barto. hic ꝙ ista iura in cõtrariũ alleg. concordant: quia hic & ibi tenẽtur de restituendo cauere, licet non de prosequendo.
n ¶ *Idem & in aliis.* vt fiat talis distinctio qualis est ab illo versi. itaque si Stichus vsque huc. Accur.
o ¶ *Alienus.* quem legauit testator.
p ¶ *Nam.* & bene dico sine culpa, nam &c. vt quia saltem fuit in mora: *vt. j. de verb. obl. l. si seruum. §. sin autem. & j. tit. j. l. si quis seruum.* Et quod subiicit, cauebit. s. quando non fuit in culpa. *& facit. s. eo. l. cum seruus. & quod ibi not.*
q ¶ *Cauebit.* scilicet heres.
r ¶ *Legetur* alternatiuè.
s ¶ *Legatario.* hic autem faceret moram: quia diceret heres se velle dare illum qui est ab hostibus captus. *& facit. j. tit. j. l. statuliberum. §. Stichus. & s. de eo quod cer. lo. l. ij §. qui Stichum.*
t ¶ *Pretium.* s. cum viuẽre nõ lõgè vilior foret qui est mortuus: *vt j. de fu. l. Stichũ aut Pamphilũ. quæ est cõtra.* Sol. vt ibi. ¶ Itẽ cõtra. *s. de noxa. l. si ad libertatẽ. §. si quis.* Sol. hic vterq;[f] est in obligatione: ibi alter tantũ s. seruus: *vt. j. de re iud. l. miles. §. decem.* ¶ Itẽ facit. *s. ad l. Aquil. l. Stichum. & j. de fideicommis. lib. l. si legatario. §. à duobus. & j. de vsufruct. leg. l. Titio.* Accur.
u ¶ *Cauere.* cum non comparet.
x ¶ *Sed si culpa.* multo magis si dolo: *vt. s. de rei vin. l. qꝫ si dolo.*
y ¶ *Proxima.* id est lata.
z ¶ *Leuis est.* in negligendo.
a ¶ *Diligentia.* i. vt faciat quod debet: nõ[a] autem dicas de leuissima eum teneri: *vt. j. ad Treb. l. mulier. §. si heres.* nec[b] enim gratia heredis legatum relinquitur: *vt ar. s. commo. l. sine certo. §. nunc videndum.* & est bona similitudo: *vt. j. e. l. si seruus legatus. §. cũ quid.* Sed H. hic dixit, teneri de leuissima. & facit. *s. eod. l. non amplius. §. j. & j. de verb. obliga. l. si seruum Stichum. §. j. & j. tit. j. l. cum ita. §. species. & j. de auro & argen. lega. l. si imaginem.*
b ¶ *Quod verius est.* quod dic per exempla *infra eod. l. quid igitur. §. si heres.*
c ¶ *Non deberi.* vt *argum. s. de iur. do. l. si is qui.*
d ¶ *Vendere.* & ideo omnino debet teneri, etiam si interitura[c] erat penes actorem: *vt. s. so. ma. l. si filio. §. si post diuortium. & j. de vsufr. lega. l. vj. & s. e. l. apud. §. ipsim. & j. de re iud. l. si homo. & de verbor. obliga. l. nemo. §. j.* ¶ Sed contra. *s. de rei vind. l. item si verberatum. in fi.* vbi distinguitur erat peritura aliàs, vel non. Solu. secundum Mar. & hic non erat peritura: quia erat venditurus.[d] Vel ibi iustam causam litigandi habebat:[e] hic non. ¶ Itẽ cõtra. *s. deposi. l. si plures. §. fi.* Sol.[f] ibi. ¶ Itẽ contra. *s. ad l. Rhod. de iact. l. fin. §. j.* Sol.[g] vt ibi. ¶ Itẽ cõtra. *s. quod me. cau. l. si cum §. quid si homo.* Dic vt ibi. ¶ Itẽ no inspici[h] qđ euenire potest: *sic. s. de iurisdi. omnium iud. l. si idem. §. fi. & j. de auro & argen. le. l. in argento. in princ. & supra de arbi. l. si cui.* Ar contra *supra qui & à qui. l. Iulianus.* [i] Item contra. *s. quod met. cau. l. si cum ex. §. quid si homo.* ibi, sed & sine culpa. Solu. ibi tenebatur in triplo.
e ¶ *In factum.* Imò furti noxalem, cum[k] res legata transierit in legatarium: *vt. j. de fur. l. à Titio. & j. ti. j. l. legatũ ita.* Sol. inspecta vniuersitate, in qua continetur res legata, hæc sicut cæteræ est heredis. vnde si ab heredis seruo surripiatur: actione furti deficiẽte, quasi sui domini rem subtraxerit hic seruus, ne huiusmodi scelere damnũ patiatur legatarius: aut ex maleficio quo res subtracta est, in factũ subsidiaria, aut neg. ge. vtilis, vel quia rei venditę ad lega-

S[*heredis.*] CASVS. Legaui tibi equum. seruus heredis mei surripuit equum ignorante dicto herede, & vẽdidit Titio. Certè tu legatarius habes actionem in factum contra heredem, vt dedat tibi seruum prædictum pro noxa, vel propter pretium dicti equi quod habet apud se. [S I V N V S.] Institui duos heredes, & legaui tibi Stichum & vnus ex heredibus eum occidit. Certè alter liberatus est: quia non fuit in culpa vt occideretur seruus. Viuian.

a Testamento obligatus quã diligentiã pręstare debeat.
b Legata non relinquuntur gratia heredis.
c Puta quia nõ habebat venalem.
d Imò quia hoc erat possibile. Bald.
† Contra. cum [illegible]
e Hanc rationem adprobat Dyn. Bald. verò ideo mitius agi in reali existimat, quòd ibi non sit vera obligatio.
† Mira exẽpla locorum, quæ chasmate perierunt, signaque imminentis huius periculi & remedia, vide apud Pliu. *lib. 2. c. 81. & seq. na. hist.*
f Ibi mitius agitur cum debitore, quia cũ tract[us] erat celebratus gratia solius creditoris. & quia casus contigit in re agentis non debentis.
g Ibi tempore culpæ debitũ non poterat adhuc peti, & ideò mitius agitur cum culpabili quã cũ moroso, quia casus efficit ne dies obligationis eueniat.
h Euenire quæ possunt inspicimus.
i Si præcessit delictum, culpa, vel mora, tunc inspicitur quod euenire potest. vt hic. *C. j. de neg. gest. l. si mora. §. sed si facere, alias sicus.*
k Furti actionẽ habens, an in factum actionem habeat.

tarium pertinentis pretium perceperit seruus: vel condictio subrogatur.at ipsa re per se inspecta,non heredis sed legatarij fit condictio,& furti actio noxalis competit si ab heredis seruo surripiatur,vt in contrariis secundum R. Vel [a] vocat hic in factum actionem furti,& condi. neg.gest. omnis [b] enim actio ex delicto vel quasi, ex contractu vel quasi, in factum potest dici. & secundum hoc diuidit cum subiicit,& noxæ &c. 2. Vel dic in factum. i. [c] propter factum serui datur actio ; scilicet furti &c. & sic non est nomen actionis. 3. Vel dic secũdum Azo. quòd heredis nõ testatoris erat res legata. 4. Vel hic non erat adita hereditas : vnde [d] res non est legatarij veritate inspecta : *vt.j.e.l.si tibi.§.cũ seruus.* & sic nõ agit furti, *vt.s.de præscri.ver l. si tibi rem.§.si.* Et quod dicitur *.j.de fur.l.si dominium.* dic de furto facto testatori dari legatario actionem furti.

a ¶ *Noxæ.* facit *.s.de min.l.quod si minor.§. si seruus.*

b ¶ *Ex peculio.* vel cõdictione furti : *vt.s.de pecu.l.iij.§.ex furtiua.* 2. Vel neg.gest.re perempta: *vt.s.de neg.gest. l.si.* & vna aliam tollit: *vt.C.de fur.l.j.* Accur.

c ¶ *Natura sit.* sic. [e] *.s. de dolo l.arbitrio.§.fin.* sed occidens tenetur cum distinctione: *vt.j. e.l.quid ergo.§.si heres.*

Si cui legetur.] CASVS. Legaui tibi.x.cũ eris xiiij ann.certe non habebis legatum nisi compleueris.xiiij.annos.Sed pone quòd legaui tibi hoc modo: Lego tibi.x.cũ ad.xiiij. annum perueneris,annua bima trima die. i. post triennium.i.dicere,post triẽnium quàm habueris.xiiij. ann. i. post.xvij.annum. tu autem eras maior. xiiij. annis.quæritur quando incipiat currere triennium prædictum,vtrum à tempore testamenti facti,vt sic plus differatur legatum: an verò si inueniatur legatarius maior esse decẽ & septẽ annorũ , vel xvij.annos cõplesse,incõtinẽti habere debeat legatũ:Et distinguitur:aut sciui ego testator legatariũ esse maiorẽ.xiiij.annorũ: aut ignoraui.primo casu incipit currere trienniũ à tẽpore testamẽti:secundo habet legatũ heres incõtinẽti si inuenietur esse decẽ & septem annorũ tempore testamẽti:& nõ expectatur ꝙ currat trienniũ. Sed quid si legatarius inuenitur.xv.annorũ tẽpore testamenti,& mortis testatoris?Certe post biẽniũ habebit legatũ,si ego testator ignorabã legatariũ esse maiorem.xiiij annorũ. si autẽ scirẽ, curreret trienniũ à tẽpore testamẽti,& ante nõ haberet legatarius legatũ.si autẽ inueniatur legatarius.xvj.ann.tẽpore testamẽti,habebit legatũ post annum si ego testator ignoraui eũ esse maiorem. xiiij.an.si autẽ sciui,expectabitur trienniũ.si autẽ inueniatur legatarius tẽpore testamenti qui habeat.xvj.annos,& nouẽ menses,& ita desunt ad.xvij.annũ tres menses tãtum, certe finitis illis tribus mẽsibus habebit legatum si ego testator ignoraui eũ esse maiorẽ. xiiij.annorũ.si autẽ sciui,expectabitur trienniũ.Et scias quia dictũ legatum hoc modo relictũ,lego tibi.x.annua bima trima die cum eris.xiiij.ann.est cõditionale & in diẽ.Dicitur autẽ cõditionale cũ legatarius est minor.xiiij.annis,vsq; ad.xiiij.annos cõpletos.sed à xiiij.annis vsq; ad.xvj.dicitur in diẽ. vnde primo casu nõ trãsmittit legatarius ad heredẽ suum petitionẽ ipsius,secũdo sic.& in hoc casu quo inuenitur legatarius minor.xiiij.an.tẽpore testamẽti,incipit currere triennium duntaxat cõpletis.xiiij.annis:nisi testator voluit conditionẽ facere de illis verbis,annua bima trima die &c. quia tunc nõ cederet dies legati nisi aduenięte cõditione.[SI TITIO.] Legaui Titio.x.quæ debebã Sẽpronio : & rogaui Titiũ ꝙ ea daret eidẽ Sẽpronio.creditor certè nõ aget cõtra Titiũ vt det ei.x. sed heres me⁹ aget cõtra dictũ Titiũ vt soluat illa.x.Sẽpronio creditori.& si dictus Sempronius habebat fideiussorẽ à me ꝓ dicto debito, etiã fideiussor aget contra Titiũ vt soluat Sempronio. & hoc dico siue sit soluẽdo fideiussor,siue non. Viu.

a In factum actio pro furti & condictione.

b Actio omnis ex delicto & contractu vel quasi in factũ dici potest.

c In factum actio pro furti actione propter factum.

d Hæreditate non adita legatarij res esse non dicitur.

e Cohæredis delicto nõ tenetur cohęres, quoties delicti obligatio originem habet ex persona hęredis.

nem:vt vel noxæ [a] seruum dederet dominus , vel ex peculio [b] præstaret quod ex venditione eius rei haberet.

Heres delinquens tenetur, non coheres. Bartolus.

1. ¶ Si vnus ex heredibus seruum legatum occidisset : omnino mihi non placet coheredem teneri , cuius culpa factum non sit ne res in rerum natura sit. [c]

Si legatum confertur in tempus certæ ætatis: vltimus annus debet esse completus vt debeatur: & exinde dies præstationi adiectus currit: nisi propter scientiam testatoris aliud inducatur. Bartolus.

XLIX. VLPIANVS *lib.23.ad Sabinum.*

SI cui legetur cum quatuordecim annorum erit : certo iure vtimur, vt tunc sit quatuordecim annorum, cum impleuerit. [d] & ita Imperatorem decreuisse Marcellus scripsit. 1. ¶ Ergo cum esset sic relictum, *Cum ad quartumdecimum annum peruenisset, annua bima trima die* , [e] & decem & septem annorum mortis tempore inueniatur : [f] præsens [g] legatum erit. proinde si quindecim annorum : consequenter dicemus post biẽnium [h] deberi. si sedecim , post annum debebitur. si menses [i] desint ad septimum decimum annum : [k] residuis [l] mensibus debetur. hæc ita, si putans minorem esse quatuordecim annorum, cum iam excessisset, sic legauit. si verò [m] scit ; triennium ad legati præstationem ex die testamenti facti numerabimus.

Tẽpus certæ ætatis honorati facit conditionem.secus in tẽpore simplici. h.d.Vel secundũ dominũ Ray.sic summatur: Dies incertus dispositioni adiectus, reddit legatum conditionale: non autem certus ex voluntate defuncti à fine ipsius computandus.

2. ¶ Hoc autẽ legatũ [n] & cõditionale est,& in diem. Cõditionale tamdiu , quamdiu quartusdecimus annus sit completus : [o] postea in diem. 3. ¶ Et ideo si quidẽ ante quartũdecimũ annũ decesserit,ad heredẽ nihil trãsit. certè postea [p] ad heredẽ transfert. Quòd si testamenti facti tẽpore minor quatuordecim annis filius inueniatur : puto tempus annua bima trima die præstationis ex die completi quartidecimi anni statim cedere, nisi euidens † alia mens probaretur testatoris aliud sentientis.

Si legatarius grauatur soluere creditori defuncti: heres & fideiussor agere possunt, non creditor. Bar.

3. ¶ Si Titio decẽ quæ ego debeo [q] legauero,& rogauero [r] eadẽ creditori [s] præstare: fideicommissum quidẽ in creditoris persona non valet , [t] quia nihil eius interest: heres verò [u] potest cum legatario agere , quia ipsius interest creditori solui , ne eum conueniat. ergo propter hoc valebit legatum. [x] 5. ¶ Sed si

d ¶ *Impleuerit.* sic.*C. quando di.le.ce.ex his. versi.* ergo [a] non sufficit si tantũ inchoauerit: *vt .j.de condi. & demon.l. non putabã.* secus si dixit.xiiij.an. *vt.j.de ma. test.l.si ita libertas.* ¶ Itẽ si dixerit cũ peruenerit ad.xiiij.an. idẽ qđ hic: *vt.j.ad Treb. l.Seius.* secus [b] si dixerit, cũ ꝑuenerit ad.xiiij.an. *vt .j.ad Treb.l.qui filium. §.j.* 2. Vel ibi speciale: quod est verius , ne fit contra quod statim sequitur. ¶ Item arg.contra *.j.de mun.& hono.l. ad rempublicam.*

e ¶ *Trima die.* lego xxx.sub cõd. vt sic omni anno decẽ soluãtur.

f ¶ *Inueniatur.* legatarius.A.

g ¶ *Præsens.* i. [c] purũ omniũ trium annorũ.

h ¶ *Post biennium.* q.d. primi anni est purũ:sed quod remanet , debet solui post biẽniũ.s.cõpletum. nam & proximo sequenti anno fiet solutio pro eo anno.

i ¶ *Si menses.* puta tres.Ac.

k ¶ *Annum.* s. complendum.

l ¶ *Residuis.* s.elapsis. & sic soluitur ꝓ tribus mensib.q.d pro primis tribus tẽporibus habetur vt purũ : & sic [d] videtur in fine anni soluẽdũ sic relictũ annua bima trima die.secus si simpliciter annuum: *vt.C.quando dies le.ce.l.j.*

m ¶ *Si vero scit.* s.eum esse maiorem.xiiij.ann.

n ¶ *Hoc autem legatum* s. relictum alicui minori.xiiij.ann.cum erit.xiiij.ann.annua bima trima die.

o ¶ *Copleuit.* vt *.j.de cõdi.& dem.l.quibus diebus.§.ij.& quando di.le.ce.l.si Titio.* ¶ Sed cõtra. [e] *C.quãdo di.le.ce.l.ex his.* Solu.ibi. ADDIT. Dic secundũ Bar.hic ꝙ ibi tẽpus certæ ætatis post legatũ perfectũ adiicitur præstationi:hic verò adiicitur substantię legati.

p ¶ *Postea.* quia est in diẽ *vt.j.quãdo di.le.ce.l.si cũ præfinitione.*

q ¶ *Debeo.* Sempronio. Accur.

r ¶ *Rogauero.* Titium legatarium.

s ¶ *Creditori.* scilicet Sempronio.

t ¶ *Non valet.* in vno saltẽ : q̃a eius interest habere duos debitores: *vt .j.de li.le.l.iij.in fi.* cõtra. Sol.ibi sub cõditione erat debitum,vel ibi alius nõ debitor legauit creditori. 2. Vel hic nõ contẽplatione [f] creditoris.aliàs secus:vt ibi. 3. Vel dic,nihil interest, id est non per omnia interest: sed in aliquo interest : & ea ratione tantùm scilicet ꝙ duos habet reos. Itẽ quia [g] habet actionem ex testamẽto:quæ habet naturã bonę fi.cum prius erat stricti iuris.

u ¶ *Heres vero.* cuius cõtẽplatione relinquit fideicõmissum. ad qđ *.j.e.l.seruo legato.§.si testator.& .s.fam.erc.l.si filia.§.Põponius. & .j.tt.ij.l.fideicõmissa.§.interdũ.& .j.e.l.si tibi.in prin.* ¶ Et no.hic heredi legari à legatario: *vt & no.s.e.l.plane.§.si duobus.*

x ¶ *Legatum.* i.fideicõmissum.nã primũ constat valere:licet alij sit restituendum, si modò legatarius vult. nec enim cogitur , cum nec heres cogatur propter singulares legatarios: *vt Inst.ad l.Fal.*

§.ex

a Tẽpori cum dictione adiecta, tempus completum intelligi debet.

b Differẽtia inter cum etat. 14. annorum : & anno 14.do lego. Priore casu tempus completũ esse debet : posteriore , cœptũ esse sufficit.

† Limitabis hunc text. per text. in l.vnica §.in nouissimo. C.de cad.tol. vt non procedat quando conditio tacitè inest.

c Præsens, id est purum.

d Annua die legatum, in fine anni solui debet : at non annuum.

e Tempus certę ætatis adiectũ præstationi non facit conditionem.

f Hæc est vera secũdum Bar. hic.

g Legatum hoc valere putat Accursius in eo quod actionẽ bonę fidei habeat pro stricti iuris actione. quod Bart. non probat in l.si creditori.in fi.s.ad l.Aquil. in fi.de liberatione.

§.*ex diuerso*.accepit ergo hic sponte.Accursius.

a ¶ *Debuit*.& legauit alij vt mihi solueret.

b ¶ *Intendere.vt & .j.de lib.l.si debitor.& .s.de compen.l.ij.& .j. proxi.§.*

¶ *Iulianus.*]CASVS. Retēto eodem casu,vt in.§.proxi.s.l.precedenti,quòd dictus fideiussor à me datus dicto Sempronio pro dictis decem legauit creditori ea: certè nō aget creditor contra heredem fideiussoris: sed ego principalis debitor agam contra eū vt soluat creditori, sicut fideiussor voluit. & si soluat heres fideiussoris dicta. x. creditori, non habebit contra me principalem debitorē actionem mandati ad ea à me repetenda: quamuis habuisset si fideiussor non legasset, ita vt dictum est. Sed quid si dictus fideiussor legauit Titio dicta. x. & rogauit eum vt dicto creditori soluat? Certè non solum ego principalis habeo actionem contra Titiū prædictū vt soluat creditori, quia mea interest, sed etiam heres fideiussoris eiusdémque testatoris. [MEMINISSE.]Damnaui heredem meum, vt vendat equū meum Titio, certè iusto pretio tenetur ei vendere. si autem nominaui pretium certū, pro illo debuit vendere, etiam si res valeret plus q̄ dixerim.Viuia.

c ¶ *Si fideiussor*.aliàs. §.Iulianus. & aliàs lex, si fideiussor.Accur.

d ¶ *Ex testamento actionem*. contra heredē fideiussoris: vt soluat creditori.

e ¶ *Nō poterit*. actione mādati. fuit ergo legatū eo animo vt gratis liberaretur reus sine spe actionis mandati.*& facit.s.proxi.§.& quod ibi no.* Item facit. *j.de lib.l.non solum.in prin.* ¶Item no.quòd expressum [a] est inualidum.s.creditori legatum:& tamen valet tacitum.Sed ar.contra. *s.de ser.rusti.prad.l.item sic.§.si.* ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide distinctionem quam ponit Bar.hic.

f ¶ *Vero pretio*.i.[b] iusto.*sic.s.de admi.tu.l.j.& de petit.hered.l.si possessor.§.si.& facit.j.eo.l.& si aquo.*

g ¶ *Necesse.sic.j.ad.l.Fal.l.si dignum.& l.in ratione.§.vendere.& l.qui fundum.in prin.*Accur.

¶ *I seruus.*]CASVS.Seruo trium dominorum legata fuerunt decem.certè pro domini portione eis acquiritur. Secundo dicit, Institui mihi extraneum heredem,& filium meū exheredaui,&ab instituto reliqui multa legata.filius agit querela inofficiosi testamēti contra heredem.& colluserūt simul in fraudem legatariorū, ita quòd heres nō defendebat causam inofficiosi testamenti,vel lusoriè defendebat,ita q̄ amisit causam. certè istud non nocet legatariis.&idē est si heres bene defendebat causam:sed in iniuriā heredis iudex pronūtiauit cōtra eū. Sed pone q̄ inter institutū & substitutū erat quæstio, & iudex pronuntiauit pro substituto in iniuriam instituti. veniunt legatarij, & petunt à substituto legata qui habet hereditatem, dicit substitutus, ego nō habeo hereditatē ex substitutione,sed per gratiam iudicis: vnde non teneor ad legata. Certè nō debet audiri: imò debet soluere eis legata,& etiam creditoribus respondere. [SI QVIS ANTE.] Testator fuit occisus à familia heredis: heres ab eo institutus adiuit hereditatē antequā faceret torqueri seruos ad inquirendum quis occidit testatorem: vnde amisit eam: & habet eam fiscus.tenetur respondere legatariis. Sed quid si fiscus nolit hereditatē,quia nō est soluendo? certè debet eam habere dictus heres,&malo suo velle debet respondere legatariis.& idem est si ipse heres qui nō fecerat seruos torqueri,tamen habebat hereditatem abscondse, credēs eam vtilē,postea vidit eam non esse vtilem. vnde cogitauit talem fraudem.rogauit enim vnum de vicinis suis vt deferret se fisco quòd teneret hereditatem ad fiscum pertinentem.& ita factum est. vnde fiscus petit ab eo, & ipse non defendit causam. nam & in isto etiam casu non euadet onera. [SI NVMERVS] Legaui tibi decem libras.tu intelligis de Bononiensib. grossis, & heres meus de paruis. certè si non apparet voluntas testatoris, debemus inspicere consuetudinem testatoris, & postea alia quæ planè in liter dicuntur. Si autem le[a]gaui hoc modo, Lego tibi nummos quos habeo in area:vel lego tibi lancem: certè tales debēt dari quales sunt: & tanquam species æstimandæ sunt. & hoc dicit cum. l. sequenti. Viuian.

testator decē mihi sub fideiussore debuit, [a] fideicōmissi petitio nō solùm heredi,sed & fideiussori cōpetit. interest enim eius solui mihi, * quàm ipsum cōuentū mandati actionem intendere. [b] nec interest,soluēdo sit,necne.

Vitiato expresso non vitiatur tacitum æquè principale.Bar.

6. ¶ Iulianus libro trigesimo nono Digestorū scribit,si† fideiussor [c] creditori legasset quod ei deberet,an legatū valeret. Et ait, creditoris quidē nihil interesse: verùm debitorem habere ex testamento actionē.[d] interest enim ipsius liberari: quippe cōueniri à fideiussoris herede non poterit.[e] 7. ¶ Quod si idem fideiussor Titio leget,& fidei eius commiserit, vt creditori soluat:& debitor & fideiussoris heres agere cum Titio ex causa fideicōmissi poterūt: quia vtriusque interest legatarium soluere.

Damnatus vendere intelligitur iusto pretio.Bart.

8. ¶ Meminisse autē oportet, cū qui dānatur hoc solū, fundū vendere: non gratis damnari hoc facere, sed hoc solum, vt vendat vero[f] pretio. 9. ¶ Quòd si certo pretio sit damnatus facere,necesse [g] habebit tanti vendere quanti damnatus est.

L. IDEM *libro 24.ad Sabinum.*

SI seruus plurium sit, pro dominij portione legatū ei relictum acquiret.[h]

Sententia lata contra heredem nō defendentem, vel culpabiliter non appellantem,legatariis non præiudicat: & quis non potest suam turpitudinem allegare. Bart.

1. ¶ Si hereditatis iudex contra heredē[i] pronuntiauerit non agentem causam, vel lusoriè agentem:nihil hoc nocebit[k] legatariis. Quid ergo si per iniuriā [l] fuerit pronuntiatum,non tamē prouocauit? Iniuria ei facta non nocebit legatariis, [m] vt & Sabinus significat. Si tamen secundum substitutum pronuntiet, [n] an illa legatariis teneatur,videamus. & cum ius facit hæc pronūtiatio, quod attinet ad ipsius personam: [o] nunquid legatariis teneatur. nec enim tam improbè [p] causari potest, secundum se iudicatum per gratiam. Respondebit igitur & legatariis, vt creditoribus.

Hereditas transit ad fiscum cum onere legatorum.Bart.

2. ¶ Si quis ante quæstionem de familia habitā adierit hereditatem, vel necem testatoris non defenderit, [q] legatorum persecutio aduersus fiscum [r] locum habet. Quid tamen si fiscus bona nō adgnoscat? Ex necessitate redundabit onus legatorum [s] ad heredem.Sed si subiecit delatorem sibi, vt ei [t] hereditas ad-

h ¶ *Acquiret. sic supra de acquiren.here.l.seruus communis.& .j.de stip.ser.l.seruus communis.sic & .j.de iniur.l.sed non esse.& infra titu.j.l.& Proculo.& .j.eod.l.si fundum.§.j.* Accursius.

i ¶ *Heredem*. scriptum pro legitimo,vel pro filio exheredato. ad quod. *s.de inoffi.testa.l.qui reipub.§.fina.* Accur.

k ¶ *Nocebit*. quia ageret contra institutū: vt not. *in.d.l.qui reipub.in fin.& .j.proxi.§.in fin.* ¶Sic ergo no. quòd colludenti [a] sententia [b] non prodest. *sic supra de dol.l.& eleganter.§.si dolo.* nec emptori: *vt.s.pro emp.l.qui fundum.§.procurator.*Accursius.

l ¶ *Per iniuriam*. cuius causam præbuit heres: *vt.s.de euic.l.si per imprudentiam.& .j.de fideiuss.l.exceptione.*

n ¶ *Non nocebit legatariis*. quia appellant: [c] *vt.j.de appel.l.si prolusorio.* Imò fortè ipso iure non nocet nisi in causa inof.test. & est simile in coherede cui non fit præiudicium,& tamen appellat. *j.de app.l.à sententia.*

n ¶ *Pronuntiet*. qui institutum repudiasse dicebat, & hereditatem ad se deuolutam. nam si verè substitutus non esset, qualiter legatarius teneretur?

o ¶ *Ad ipsius personā*.nā habetur pro substituto cū effectu:licet non repudiasset institutus. nō tamen est de casibus illis in quibus sit ius inter omnes,quos not. *s.de inoffi.testa.l.Papinianus.§.fi.*

p ¶ *Improbè*. No.improbum [d] esse allegare propriam turpitudinem.similia sunt.C. *de transact.l.transactione.* ¶Item concor.sunt. *j.de excep.rei iu.l.j.* ¶ Sed contra. *s.de pign.l.si superatus.§.j.*sed ibi non fuit collusum ab herede.

q ¶ *Non defenderit*. accusando occisores.*sic.C.de testi.l.j.*& dic vt no.*C.de his qui.vt indig.l.y.& l.cum fratrem.*

r ¶ *Fiscum*.ad quem bona veniunt: *vt.s.ad Sila.cum fisco.& .s.rit.y.l.y.& .j.ad Treb.l.Marcellus.§.fi.& .C.ad.l.Fal.l.etiam.*

s ¶ *Onus legatorum*.Nā quod eius odio [e] est inductum.s.heredis: nō debet cedere ad eius cōmodū:*vt & .j.de interdi.et releg.l.relegatorū.§.fi.* ¶Et est hic arg.ad.q.vtrū heres[f] nō implēs volūtatē defuncti,omnibus aliis deficiētib.cōpellatur ipse accipere, & legata dare:*vt in Auth.de here.& Falci.§.si quis autem non implens.*

t ¶ *Vt ei*.s.fisco,vel delatori nomine [g] fisci:vt sic non subeat hereditaria onera.*& facit.C.eo.si in fraudem.*

* subaudi, potius. Ant.Aug. li.4.emen.c.8.

† In vulg.edit. est lex.52.Si fideiussor.

a Tacitū quādoque valet vbi expressum non valet.

b Verum pretium pro iusto.

a Colludentibus sententia non prodest.

b Sentētia lata aduersus heredem nō colludentem, & legitimū se sine vlla culpa defendētē nocet legatariis, siue querela inofficiosi actum sit, siue testamētū fuit dictum nullū vel irritum. Bar.hic.

c Culpam admittit, qui iustè appellare potuit, & appellationē & iustas allegationes omisit, qui iudicem in se prouocauit. l.exceptione. j. de fideiussorib.

d Turpitudinē allegās propriā non auditur. quod est verū agēdo, sed excipiēdo secus & ita intellige hanc Glo. cum suis concor. secundum Bal.& Doct.in l.r.col.2.versi.quaro.hic.C.de condi.ob turpē cau.

e Odiosa non sunt in præmiū vertenda.

f Heres nō implens volūtatem defuncti, omnibus aliis deficientibus, cōpellitur accipere & legata dare.

g Deferēdi ex forma esse debet, vt delator nomine fisci deferre debeat.

iudicetur, & oneribus careret, vel minus plenè defendit causam: non se exonerat, exemplo eius qui collusoriè de hereditate litigauit.[a]

Legatum obscurum declaratur ex coniecturis hac l. expressis. Bart.

3. ¶ Si numerus nummorum[b] legatus sit, neque apparet quales sunt legati: ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo,[c] deinde regionis in qua versatus est, exquirenda est. sed & mens patrisfamiliæ, & legatarij dignitas, vel caritas & necessitudo: item earum quæ procedunt vel quæ sequuntur summatum scripta sunt spectanda.†

LI. PAPINIANVS *libro quarto Quæstionum.*

SEd si certos nummos, veluti quos in arca habet, aut certam lancem legauit: non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum vel rei legatæ continentur:[d] neque permutationem[e] recipiunt, & exemplo cuiuslibet corporis æstimanda[f] sunt.

Dictio cum, ponitur augmentatiue, non taxatiue Bart.

a ¶ *Litigauit.* vt supra proxi. §. dixit.

b ¶ *Si numerus nummorum.* puta centum solidos.

c ¶ *Consuetudo.* No. ex[a] septem colligitur de quibus senserit testator. Primum, consuetudo testatoris. s. loquendi, non[b] tendi: (ne sit contra. j. *de fun. instru. l. cum certum.* Item argu. contra *de vsufru. leg. l. damnas. §. si & de alis. leg. l. pe.*) 2. Secundum, consuetudo regionis. ad quod *j. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. fin. in fin. & s. de leg. & senatusc. l. nam ad ea.* (¶ Sed contra. *j. de triti. lega. l. cum certum.* Sol. aliud in vino & similibus q̃ in nummis, secundum R.) 3. Tertium, mens, quæ colligitur ex præmissis & sequentibus, vel etiam quia expressit: & hoc ante omnia inquiretur: *vt. C. de lib. præte. vel exhereda. l. ij. & j. de reg. iur. l. semper.* 4. Quartum, dignitas legatarij: *vt & s. de iudi. sed & si susceperit. §. sed si proponas. & j. de auro & argen. leg. l. Titia. §. fina.* 5. Quintum, charitas. i. dilectio: *vt. j. de reb. dub. l. si fuerit. & l. si is qui. §. j. & de lib. le. l. pe.* 6. Sextum, necessitudo. i. consanguinitas: *vt. s. de instit. & iur. l. fina. & j. de lib. lega. l. Aurelius. §. si Titius.* 7. Septimum, vicinitas[c] scripturæ. *sic. s. de test. l. heredes. §. sed & si notam. & s. eod. l. qui filiabus. j. resp. & s. de postu. l. j. § deinde adicit. & j. de auro & argen. l. Plautius. & l. species. & C. fami. ercis. l. quoties.* Sed[d] si ex his non apparet quid senserit, exiguiores debentur: *vt j. tit. ij. l. nummis.*

d SEd si certos.] *Continentur.* sic. *s. eo. l. planè. §. ij. & de do. præle. l. j. §. sed si dotem. & j ad leg. Fal. l. in ratione. §. diligenter. & j. e. l. si seruum legatum. §. qui quinque. & s. de pec. l. si creditor.*

e ¶ *Permutationem.* vt aliquid aliud pro eis soluatur. sic in aliis speciebus est: *vt. C. de solut. l. eum à quo.* Accursius.

f ¶ *Aestimanda.* id est habenda. hoc tamen fallit quandoque: *vt s. de in lit. iur. l. nummis. & j. de fideiuss. l. si ita. in fi.* Accursius.

SI cui serui.] CASVS. Testator ita dixit: lego Titio omnes seruos meos cum peculio. certè etiam ij qui non habent peculium videntur legati. [SI A FILIO.] Filium meum impuberẽ mihi heredem institui & ab eo tibi aliquid legaui sub conditione: & prædicto impuberi aliquem substitui à quo substituto purè legata repetij. decessit dictus impubes, adita tamen à se hereditate. certè purè & statim tenetur substitus ad dicta legata præstanda. Viui.

g ¶ *Nullum peculium.* quia verba illa, cum[e] peculio, causa[f] augendi non minuendi sunt dicta: *vt. j. de vi. tri. & oleo leg. l. cum vinum. in fin. & j. de auro & argen. leg. l. si quis.* Sed arg. contra. *j. de triti. lega. l. cum certis.* Accursius.

h ¶ *Sub conditione.* si nauis ex Asia venerit.

i ¶ *Legatũ sit* & à substituto expressè repetitũ: vt stati colligitur.

k ¶ *Extitit.* sub. maximè[g] quãtũ ad ea quæ hac. l. dicũtur: sed quantum ad id quod. j. l. proxi. dicit, nõ subaudio: quia ex vtriusq; tabulis nõ possent deberi legata: quod ibi concedit Azo, vt ibi dicetur.

l ¶ *Pure.* Hic distingue[h] quando quis instituit aliquem heredem, & ab eo legat, deinde substituit: intelliguntur à substituto repetita legata tacite:[i] nisi aliqua coniectura appareat mens testatoris contraria: *vt infra eo. l. licet.* & sub eadem die & conditione. *vt infra tit. j. l. cum pater. §. ab instituto.* Quòd si expresse repetit legata, nec repetit conditionem vel diem, purè præstantur à substituto: *vt hic, & s. eo. l. si quis à filio. §. sed si ita.* si vero repetit diem vel conditionem, expectabitur ea: nisi[k] erat talis quæ vitiat legatum: *vt supra eo. l. si quis à filio. in princ. & j. de fideicom. liber. l. si. §. j. & j. eo. l. si fundus. §. fina. & facit. s. de heredi. instit. l. sub conditione.* Accursius.

a Legatum obscurum ex septem coniecturis declaratur, ex consuetudine testatoris, regionis, ex antecedentibus verbis & consequentibus, dignitate legatarij, amore, consanguinitate, vicinitate scripturæ.

b Displicet Bartolo.

† *Facit ad hanc materiam, c. causam quæ. cum gl. super verbo, prædial. extra de rescrip.*

c Vicinæ scripturę mentem scribentis indicant. *a de Glos. in l. vlt. s. de vsufructu earum rerum quæ vsu consum.*

d Minimum debetur vbi voluntas testatoris certa colligi ex coniecturis non potest.

e Legata repetita à substituto pupillari, intelliguntur ab eo repetita etiamsi succedat ex tacita vulgari comprehensa in expressa pupillari.

f Cum peculio seruos legans, etiam sine peculio seruos legat: quia hæc verba, cum peculio, causa augendi non minuendi sunt adiecta.

g Augendi causa adiecta diminutionem operari non debet.

h Legata quando à substituto repetita intelligantur.

i Repetitio legatorum alia tacita est alia expressa. *vt hac glos.* est alia specialis, alia generalis. *Bal. hic.*

k Nisi particula, hic excipit à tacita repetitione, non ab expressa.

LII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinũ.*

SI cui serui omnes cum peculio legati sint: etiam hi serui debentur, qui nullum peculiũ[g] habent.

Repetitio à substituto simpliciter facta intelligitur pure, & impubere adeunte debetur ex primis tabulis, nisi relictum sit vltra, vel cõiunctim sit datus. h. d. cum prin. l. seq. Bar.

1. ¶ Si à filio impubere sub conditione[h] legatum[i] sit, & filius heres extitit,[k] deinde mortuus est; potest dici patremfamilias qui à filio sub conditione legauit, à substituto purè[l] repetiit, statim voluisse à substituto dari, si filius pendente conditione decessisset.

LIII. VLPIANVS *libro vicesimo quinto ad Sabinum.*

QVid ergo si maiorẽ[m] quantitatem à substituto reliquit? Quod excedit,[n] hoc erit quod à substituto relictum est. quod verò concurrit cum summa superioribus tabulis inscripta, inde[o] debebitur. 1. ¶ Sed si[p] repetierit legatum[q] cum alio, fortè fundum mihi legaue-

QVid ergo.] CASVS. Legaui tibi decem ab instituto supra, & à substituto legaui tibi viginti. postea institutus adiuit hereditatem, & decessit. quæritur, vtrum substitutus debeat triginta: Et certè non, imò viginti tantum. intelligitur enim testator voluisse augmentare legatum ab instituto relictum potius quàm alia viginti legare à substituto. Secundo dicit, legauit mihi testator duos fundos ab impubere, scilicet Titianũ & Seianum: & repetiit à substituto mihi & Titio vnum ex eis fundis, puta Titianum. certè hæc repetitio facit vt pars tantum fundi Titiani mihi debeatur. [SI QVIS.] Institui mihi Titium & Semproniũ, & à quolibet eorum insolidum legaui Seio equum meum. certè perinde est ac si Seio legatus esset dictus equus in testamẽto duorum. & quid iuris sit, habuistis. s. eo. l. planè. §. j. Secundo probat à simili. [SI HERES.] Legaui tibi Stichum seruum meum. heres meus occidit eum ex iusta causa: quia inuenit eum cum vxore sua. certè non tenetur amplius. Sed quid si dictus seruus commiserat noxam alicui, id est damnum dederat, puta in decem, & seruus prędictus valebat viginti: & cum expediret potius reficere dãnum quàm dare seruum, ipse dedit seruum pro noxa. certè tenet legatario. Quid si legaui tibi equum, & heres meus occidit eum? puto teneri heredem ad æstimationem. nec distinguo vt dixi in seruo: quia animal quod sensu caret, non potest delictum committere. Item quid si legaui tibi domum, & domus cœpit minari ruinam vicinis: vnde postulauerunt ab herede cautionem de damno infecto: & coherede non præstante eis cautionem, ipsi sunt missi in possessionem dictæ domus ex primo & secundo decreto: & ita domini sunt facti: nunquid tenetur heres meus tibi legatario? certè sic. Item quid si legaui tibi fundum: & heres meus intulit me mortuum ibi, & fecit fundum religiosum: vnde legatarius non potest eum amodo habere: nunquid tenetur heres prædictus tibi legatario? & distinguitur, aut habuit necesse testatorem ibi sepelire, quia nõ habebat alium locum, & tunc non tenetur ad fundũ, sed ad pretium sic, si intulit testatorem suo arbitrio. i. nõ præcipiente hoc testatore. aut non habuit necesse: & tunc tenetur. Dixi ergo in princ. huius. §. ꝙ si heres seruum legatum occidat cũ causa, ꝙ nõ tenetur. Sed quid si non occidit eum, sed cõpulit eum ad maleficium faciendum, & ipse propter hoc mortuus est: certè bene tenetur ad pretium legatario. si autem seruus legatus sua propria voluntate commisit maleficium propter quod mortuus est postea: non tenetur heres ad æstimationem. Sed quid si seruus legatus captus est ab hostibus? aut dolo heredis, & tenetur. aut sine dolo, & non tenetur. & idem dicerem in culpa lata & leui: *vt s. eo. l. cum res. in fi.* Viuian.

m ¶ *Maiorem.* fortè ab instituto decem reliquit: à substituto viginti. Accursius.

n ¶ *Quod excedit.* nunc respondet. Accur.

o ¶ *Inde.* i. ex primis tabulis. i. tanquam ab impubere relictum, non à substituto: & hoc quia impubes adiuit hereditatẽ. alioquin tanquã à substituto relicta debentur: *vt. j. ad. l. Fal. l. qui fundum. §. qui filium.* H. & hoc considerare necesse est propter Fal. si quæratur de parte impuberis vel substituti sit grauamen vel non. sic no. *j. ad. l. Fal. l. quòd si alterutro.* ¶ Item no. quòd partim ex vnis tab. partim ex aliis debetur: *vt & s. eo. l. proxi. nota.*

p ¶ *Sed si.* i. quamuis. ergo. s. dixit vbi est repetitum à substituto cum augmento, hic[a] cum deminutione.

q ¶ *Legatum.* vnius fundi, cum duos legasset: & hoc si habeas, cum alium. si vero, cum alio, tunc plana est.

a Repetitio legati fit interdum ad augendum: interdũ ad minuendum.

Vt pars

a ¶ *Vt pars mihi debeatur*. etiam viuente impubere: *vt. s. eod. l. plane. §. si coniunctim.* & facit supra de *vsufru. accres. l. si quis Titio & s. eo. l. Titia. §. nihil.* Accur.

...rat ab impubere, repetiit hunc ab impuberis herede mihi & Seio: repetitio hæc efficiet, vt pars mihi debeatur.[a]

Quod relinquitur à diuersis, perinde est ac si relinqueretur in diuersorum testamentis. Bartolus.

2. ¶ Si quis duos heredes scripserit, & dānauerit vnūquēq; solidā rem legatario præstare: idē est atq; si duobus testamentis legatum esset.[b] Nam † & si mihi & filio, vel seruo meo esset eodem testamēto legatū, sine dubio valeret legatū vtriusque: vt & Marcellus apud Iulianum adiicit.

Si heres rem legatam iustè interimit, non tenetur: secus si iniustè, vel non diligenter se habuit. Bartolus.

3. ¶ Si heres hominē legatū occidit ob facinus, hoc est merentem[c]: sine dubio dicendum erit eum ex testamento non teneri. 4. ¶ Sed si noxæ dedit, an teneatur, quia potest redimere? Et puto teneri.[d] 5. ¶ Sed si animal legatū occiderit: puto teneri, non vt carnē[e] præstet, vel cætera λείψανα:* sed vt præstet pretiū quāti esset si viueret. 6. ¶ Item si ædes legatas ob damnum infectū possideri passus est:[f] puto cū teneri. debuit enī repromittere:[g] 7. ¶ Sed si mortuum intulit, fecitq; religiosum locum legatū: si quidem patrēfamilias intulit, cum aliò inferre non posset, vel tam opportunè non haberet: ex testamento non tenebitur[h]. An verò teneatur vt pretium loci præstet? Siquidem ipse paterfamilias illò inferri voluit, ex testamento non tenebitur[i]. Quòd si heres intulit suo arbitrio: debebit præstare[k], si sit in hereditate vnde pretium prestetur. Testator enim qui legauit: vel alio inferri voluit, vel pretiū loci legatario offerri. 8. ¶ Itē si seruum non ipse occidit, sed compulit ad maleficiū, vt ab alio occideretur, vel supplicio adficeretur, æquissimum erit pretium eum præstare. quòd si sua mala mente ad hoc processit[l], cessabit æstimatio. 9. ¶ Seruus legatus si ab hostibus captus sit sine dolo[m] heredis, non præstabitur: si dolo, præstabitur.

Legata facta per verba diffamatoria, non valent. Bartolus.

LIIII. POMPONIVS *lib. 8. ad Sabinum.*

TVrpia legata quæ denotandi magis legatarij gratia scribūtur, odio † scribentis pro non scriptis[n] habentur.

Defectus conditionis inualidæ non perimit legatum. Bartolus.

1. ¶ Si Titiæ legatū relictū est si arbitratu Seij nupsisset, & viuo testatore Seius decessisset, & ea nupsisset: legatum ei deberi.[o]

Si conditio potestatiua deficiat per casum, legatum non perimitur. Bartolus.

2. ¶ Sed & si serui mors impedisset manumissionem, cum tibi legatum esset si eum manumisisset: nihilo minus debetur tibi legatum:[p] quia per te non stetit[q] quo minus perueniat ad libertatem.

Nominati per nomina propria, tenentur in viriles: per appellatiua, in hereditarias portiones. Bartolus.

3. ¶ Si pars[r] † heredum nominata sit in legando, viriles partes heredes debent: si verò omnes,[s] hereditarias.

LV. IDEM *libro 9. ad Sabinū.*

NEmo † potest in testamen-

---

b ¶ *Legatum esset*. distinguitur ergo, prius* rem vel æstimationē petat: *vt Inst. de leg. §. si res. & s. eo. l. plane. §. sed si duorum.* ¶ Sed contra *j. ti. j. l. Manius §. eū.* Sol. distingue vt not. R. *j. tit. ij. l. si pluribus* & Azo ibi suppleuit. & facit *j. eod. l. sermo alieno. §. ij.*

c ¶ *Merentē*. vt[b] quia cum filia vel vxore inuenit. & facit *infra de verbo. oblig. l. qui seruum. & s. de pign. ac. l. eleganter. §. fina. & C. de adulte. le. Gracchus.* Accursius.

d ¶ *Et puto teneri*. Imò videtur quòd nō, quia & talis fuerat dandus qualis erat: *vt. s. eod. l. si à substituto. §. fin. & j. eo. l. si legati. & s. de rei vindic. l. à quo. in fine. quæ sunt contra.* Solu. hic erat aliàs tātundem legaturus. *arg. C. de fideicomm. l. prædia.* 2. Vel hic sciebat noxium testator. *arg. j. e. l. si res obligata.* 3. Vel dic quòd hic magis expediebat retinere eum quam noxam dare. *arg. j. de bo. auct. iud. pos. l. prætor. §. his verbis. & s. de peti. here. l. vtiles. & de procu. l. vel in operis. & de rei vind. l. sin autē. §. in re petita.*

e ¶ *Non vt carnem*. Imò ad carnem & corium: *vt. s. de condic. fur. l. si seruus. §. boue. & s. de rei vind. l. solum. quæ est contra.* Sol. rei vindicatione agitur ibi, non actione ex testamēto: *vt hic*: & secundum hoc occidit post aditam hereditatem. 2. Vel dic q hic occidit ante aditā hereditatem, ibi post: *vt s. de dolo. l. & eleganter. §. item si seruum.* 3. Vel dic quòd hic erat alienum animal legatum: *vt infra titu. j. l. mortuo.*

f ¶ *Passus est*. heres. & dic ex secundo decreto: vt iam sit locus cautioni[c]: *vt. j. de dam. infect. l. si finita. §. postea autem.* aliàs[c] si ex primo tantum, non possidet: *vt. j. de acquir. possess. leg. ij. §. fina.*

g ¶ *Repromittere*. si hoc erat melius, non aliàs: *vt. s. de procura. l. sed hæ. §. fina.*

h ¶ *Non tenebitur*. *vt. s. de reli. l. scriptus. §. fi.*

i ¶ *Ex testamento non tenebitur*. etiam ad pretium.

k ¶ *Debebit præstare*. *vt. j. ti. j. l. Manius. §. in fundo. & s. de reli. l. si. j. respon.*

l ¶ *Ad hoc processit*. s. seruus. Accur.

m ¶ *Dolo*. & culpa: *vt. s. eod. l. cum res. §. pen. & l. hoc amplius. §. j.*

TVrpia.] CASVS. Legaui Titio decem, vt expēdat ea cum Sempronia cum qua adulterium commisit. certè non valet legatum: quia magis relictum est causa infamandi legatarium, quàm vt inde haberet aliquam vtilitatem. [SI TITIÆ.] Legaui Titiæ decem, si ad arbitrium Seij nupserit. Seius autem decessit me viuo, & ipsa nupsit postea. certè debet habere legatum. Itē pone q legaui tibi decem, si Stichum seruum tuū manumitteres. Stichus mortuus est morte naturali: & ita legatarius eum non potuit manumittere. certè habebit legatum nihilominus. [SI PARS.] Aut nomino heredes in legando propriis nominibus: aut dico, omnes heredes mei dent tale legatum. primo casu tenentur viriliter, secundo pro hereditariis partibus. *Viuian.*

n ¶ *Pro non scriptis*. Imò videtur quòd valeant: *vt. s. de here. instit. l. his verbis. §. j. contra*. Sol. refert an exprimat causam turpitudinis: vt illi adultero, vel illi ex monacho nato: & tunc nō valet: *vt hic*. 2. Aut in genere:[a] vt illi impio, vel maledicto: & tunc tenet legatum: vt ibi. sic est in commendatione rei vēditæ: *vt. s. de dolo l. quod venditor.* ¶ Itē contra *s. de libe. & posthu. l. si pepercerit. §. j.* Sed ibi in priuādo ab hereditate: hic in dando legato & facit *s. de here. instit. l. quoties. §. sed si nomen.* Item facit *C. quemadmo. test. ape. l. ij.* Accur.

o ¶ *Deberi*. vt & *j. de condit. & demonst. l. filiæ.* & est ratio, quia & si esset suspēsa quia viueret Titius, pro nihilo foret: *vt. j. de condi. & demon. l. cum tale. §. si arbitratu.*

p ¶ *Legatū*. sc. aliquid.

q ¶ *Per te non stetit*. sed per casum decessit, ergo viuo testatore, vel postea ante morā: *vt. s. de condit. instit. l. quæ sub conditione. §. quotiens* secus si post moram: *vt infra de cōdit. & demonst. l. pe. §. j.* si autem non casu, sed si ab alio occideretur viuo testatore: tunc agitur. l. Aquil. contra occisorem, in qua venit pretium legati: *vt s. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. idem ait. in fin. §. quæ est contra.* ¶ Item nō haberi[b] pro facto, quod casu impeditur: *vt & C. de condi. insér. l. si. & j. tit. ij. l. pater. §. Tusculanus.* est & alia ratio, quia p hoc legato magis potest grauari, quàm pro alio: *vt supra de mino. l. si minor viginti quinque annis seruum. & facit infra de condit. & demonst. l. cum ita.* Accursius.

r ¶ *Si pars*. vt quia quatuor instituit, & ex disparibus partibus, & duos rogauit vt darent aliis vel extraneis decem: si nominibus expressis, habet locum quod hic dicitur: si appellatiuis, quod in fine dicitur.

s ¶ *Omnes*. sed quando pars, illi tenentur, non alij. *& facit. j. eo. l. si heredes nominatim. & de stipu. ser. l. si communis seruus. & j. de statulibe. l. ita. & ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. & j. tit. ij. l. si plures. & de reb. dub. l. vtrum. § si.*

b An & quando dicatur aut præsumatur ignoranter factum & quando tacens habetur pro cõsentiẽte: vide per Bald. & communiter omnes, in l. cum alienam. C. de lega.

c Tẽpus quod debitori conceditur vt solutionem præparet cõmittitur arbitrio iudicis. vt hic. non decem dierum vt Glossa in l. omnes, in verbo confestim. Inst. de verb. oblig. non quatuor mensium, vt in Gl. fina. Instit. de inutilib. stipula. adde Menoch. de arbitr. Centur. 1. casu 27.

d Affectionis ratio quandoque habenda est.

Supra

enim benigna ratione receptum eſt quod ſupra[a] probauimus.

Ei qui habet dominium directum, poteſt legari ab eo qui habet vtile: & in dubio videtur quis legare ius quod habet in re. Bartolus.

5. ¶ Si fundus municipū[b] vectigalis ipſis municipib. ſit legatus,[c] an legatum conſiſtat, petiq; poſſit,[b] videamus. Et Iulianus libro trigeſimooctauo Digeſtorum ſcribit, quamuis fundus vectigalis municipum[e] ſit, attamē quia aliquod[f] ius in eo is qui legauit habet, valere legatum.

6. ¶ Sed & ſi non municipibus, ſed alij fundum vectigalem legauerit: nō videri proprietatem rei legatam, ſed id ius quod in vectigalibus fundis habemus.[g]

Exceptio rei quæ non reperitur, nihil importat. Bartolus.

LXXII. PAVLVS *lib. 48. ad Edictum.*

SI quis legauerit fundū Cornelianum,[h] exceptis vineis quæ mortis eius tempore erūt:[i] ſi nullæ vineæ erunt, legato nihil decedit.

Qui iuſſus eſt facere vt habeam, tenetur mihi dare. Bartolus.

LXXIII. GAIVS *lib. 3. de legatis ad Edictum Prætoris.*

SI heres iuſſus ſit facere vt Lucius centū habeat, cogendus eſt heres centum dare:[k] quia nemo facere poteſt vt ego habeam centum, niſi mihi dederit.

Vicis poteſt legari, ſicut ciuitatibus. Bartolus.

1. ¶ Vicis legata[l] pinde licere capere atq; ciuitatib.[m] reſcripto Imperatoris noſtri ſignificatur.

Legata ab inſtituto relicta cenſentur tantùm repetita à ſubſtituto vulgari: niſi ex aliqua cōiectura de cōtraria volūtate defuncti coſtet. Alexan.

LXXIIII. VLPIANVS *lib. 4. Diſputationum.*

LIcet Imperator noſter cum patre reſcipſerit, videri volūtate teſtatoris repetita à ſubſtituto, quæ ab inſtituto fuerant relicta: tamen hoc ita erit accipiendum, ſi† nō fuit euidens diuerſa voluntas, quæ† ex multis† colligetur, an quis ab herede legatū vel fideicōmiſſū relictū noluerit à ſubſtituto deberi. Quid enim ſi aliā rē reliquit à ſubſtituto ei fideicōmiſſario vel legatario, quā ab inſtituto nō reliquerat? Vel quid ſi certa cauſa fuit cur ab inſtituto reliquerat,[n] quæ in ſubſtituto ceſſaret? Vel quid ſi ſubſtituit ex parte fideicommiſſarium, cui ab inſtituto reliquerat fideicommiſſum? In obſcura igitur voluntate locum habere reſcriptum dicendum eſt.

Valet legatum ſi in arbitrium heredis tanquam in bonum virum collatum ſit. Bartolus.

LXXV. IDEM *lib. 5. Diſputationum.*

SI ſic legatum vel fideicōmiſſum ſit relictum, *ſi† æſtimauerit heres, ſi cōprobauerit, ſi iuſtum putauerit:* & legatum & fideicommiſſum debebitur:[o] quoniam quaſi bono viro potius ei commiſſum eſt, non in meram voluntatem heredis collatum[p].

Defectus debiti demonſtrati quātitate non expreſſa facit deficere ſubſtantiam legati idem ſi quantitas exprimatur, & ipſi debitori vel tertio relinquatur: ſecus ſi per debitorem creditori. Bartolus.

1. ¶ Si mihi quod Titius debet[q] fuerit legatū, neq; Titius debeat: ſciēdum eſt nullum eſſe legatum. Et quidē ſi quantitas nō ſit adiecta, euidēti ratione nihil debebitur: quia nō apparet quātum fuerit legatum.[r] Nam & ſi quod ego Titio debeo, ei legauero quantitate non adiecta, cōſtat nullum eſſe legatum: cùm ſi decem quę Titio debeo legauero, nec quicquam Titio debeā, falſa demonſtratio non perimat legatum,[ſ] vt in legato dotis Iu-

a ¶ *Supra.ſic.* ȝ. *proxi.* §. Accurſius.
b ¶ *Si fundus municipū.* qui municipes dederūt in emphyteuſim.
c ¶ *Legatus.* ab emphyteuta. *Accurſius.*
d ¶ *Poſſit.* i. municipibus.
e ¶ *Municipum.* directo dominio.
f ¶ *Aliquod ius.* i. vtile dominium.
g ¶ *Habemus.* aut ergo eſt plene legantis, aut heredis, vel extranei prorſus: & tunc dic *vt Inſtitu. de leg.* §. *non ſolum & ſupra ea. l.* §. *qui conſuetur.* 2. Aut in aliena: ſed legatus[d] habet in ea aliquod ius & tunc id ſolum videtur legare, ſcilicet ius quod habet: *vt hic, & infra eo. l. ſi cui.* §. *fina. & l. non quocunque.* §. j. *& infra de libera. lega. l. j. in fin. & ſupra eod. l. ſenatus.* §. *fina. & argu. ſupra de contrahen. emp. l. qui tabernas. &* ȝ. *eo. l. ſerui.* § *fin.* Accurſius.

d Vtilis ius legandum legatis, vel legatur.

SI quis.] CASVS. Habebam fundum nomine Cornelianum: in angulo cuius fundi erat aliquantulū vineæ. feci teſtamentum, & cum talibus verbis interuenientibus legaui, lego Titio fundū Cornelianum exceptis vineis quæ ibi erunt tempore mortis meæ. poſt autem mortem meam incidi vineam quæ erat in dicto angulo tempore teſtamenti mei, certè nihilominus angulus fundi vbi fuerat vinea, legatarij erit. *Viuianus.*

h ¶ *Cornelianū.* in cuius parte erant vineæ.
i ¶ *Erunt.* futurum[b] facit conditionem, ſ. hoc verbum, erūt. præſens, ſcil. ſunt, demonſtrationem facit: *vt.* ȝ. *eo. l. Stichum qui meus. & facit.* ȷ̄ *de auro & argē. lega. l. ſi quis ita. & l. fin. in prin.*

b Futurū, conditionem: præſens demōſtrationem facit.

SI heres.] CASVS. Iuſſi heredi meo vt ita faciat quòd Lucius habeat centum. certè tenetur Lucio dare cētum. Secundò dicit q non ſolùm ciuitatibus, ſed etiam vicis legari poteſt. *Viuianus.*

k ¶ *Centum dare.* imò non: quia reum locupletem offerendo liberabitur: *vt.* ȝ. *ſi cer pe. l. ſi.* § *ſi. &* ȷ̄. *de verb. obl. l. ſi ſtipulatio.* §. *enim. Solo.* ſecundum R. in teſtamentis[c] verba plenius quàm in ſtipulationibus exponuntur. ibi ſiquidem magis rigori ſtatur.

c Nō enim eſt aliquo modo recedendum à verbis teſtatoris niſi contrarium de mente eius appareat: non aliter. *l. ſi nobis.* §. *hu verbis.* ȷ̄. *de legat.* 3. *Bal. in. l. cū antiquitas. C. de vſufru.*

l ¶ *Vicis legata.* Villa[d] caſtellum dicitur, vici[e] qui nulla ciuitatis dignitate honorantur. ſed quia[f] vice ciuitatis reguntur, vici dicuntur. 2. Vel dic quia viis, non muris clauduntur, ſecundum H.

d Villæ & vici differentia.
e Vici dicuntur qui nulla ciuitatis dignitate honorantur.
f Vici, cur dicti.

m ¶ *Ciuitatibus.* de quibus conſtat: *vt.* ȷ̄. *eo. l. ciuitatibus. &* ȝ. *eo. l. ſi quis à filio. &* ȷ̄. *ad Trebel. l. omnibus. & C. de hered. inſtitu. l. hereditatis.* Accurſius.

LIcet.] CASVS. Inſtitui heredem filium meum, & ab eo legaui cētum. poſtea ei ſubſtitui Titium, mortuus fuit heres, & ſic ff. Inſort.

ſubſtitutus habuit hereditatē. Certè bene tenetur præſtare legatū ab inſtituto relictum, niſi appareat contraria voluntas mea teſtatoris expreſſe vel etiam tacitè: quod poteſt apparere in tribus exēplis, quæ hic planè ponuntur. *& hoc dicit. Viuianus.*

n ¶ *Reliquerat.* fideicommiſſum. tunc enim non videtur repetitū: *vt.* ȷ̄. *tit.* j. *l. Latinus. & facit.* ȷ̄. *eod. tit. l. Titio.* §. *Iulianus. & l. cum patronus. & l. cum pater.* §. *ab inſtitut. & C. ad Trebel. l. non inſtā. &* ȝ. *tit.* j. *l. quidam. & infra eo. l. ſeruo alieno.* §. *pen. &* ȝ *eo. l. ſi quis à filio, in prin. &* ȷ̄. *de ali. & ciba. leg. l. Gaia.* Accurſius.

† Cōiecturata voluntas cedit expreſſæ.
† Euidens eſt quod ex coniectura poteſt colligi.
† Tres hic afferuntur. vnde colligit Bartolus, Multa, tria dici: & maiores dici qui tres ſint.

SI ſic legatum.] CASVS. Quamuis in expreſſa voluntate heredis non poſſit legatum committi, tamen tanquam bono viro bene poteſt committi: veluti ſi dicat teſtator, Lego Titio ſi heres æſtimauerit &c. Secundò ponit tres caſus. Primus eſt talis: Lego Titio quod mihi debet Sempronius. & in veritate nihil mihi debet Sēpronius. certè nihil valet legatum. & idem eſt ſi dixi, lego Titio decem quæ mihi debet Semprōnius. & Sēpronius nihil debeat. & hoc dicit in verſiculo, proinde &c. vſque ad finem. §. probat per ſimilia quare non valet legatum. Secundus caſus eſt in verſiculo, nam & ſi. &c. & eſt talis: Lego Titio quod ei debeo, & in veritate nihil ei debeo. & non valet legatum: quia non fuit adiecta quantitas. ſi autem adiicerem quātitatem certam, valeret: quia falſa demonſtratio, & cætera. Tertius caſus eſt in verſiculo, quòd ſi addiderit, & cætera. & eſt talis: Lego Titio decem quę ipſe mihi debet. & in veritate ipſe nihil mihi debet. & non valet legatum: quia ego teſtator poſui in legādo falſam cauſam ſiue conditionem, quæ bene vitiat legatum. hoc dicit vſque ad. §. ſi quis ita. *Viuianus.*

† De verbis arbitrij liberi & boni viri. vide hic Bartol. & Menoch. *de arbitrar. iudiciis.*

o ¶ *Debebitur.* vt &. ȷ̄. *tit.* ij. *l. fideicommiſſum. &.* §. *ſic fideicōmiſſum. &.* §. *hoc autem. &.* §. *quanquam.*

p ¶ *Collatum.* hoc non valeret: *vt.* ȝ. *eo. l. ſenatus.* §. *legatum.* quæ eſt contra. & facit. ȷ̄. *de verbor oblig. l. ſtipulatio non valet. &.* ȷ̄. *tit.* j. *l.* j. *&.* ȝ. *de contrahen. emptio. l. hæc venditio.* ¶ Item facit hæc lex ad id quod not. ȝ. *de arbitr. l. penultima.*

q ¶ *Debet.* teſtatori.

r ¶ *Fuerit legatum.* idem ſi dixerit certam quantitatem, vt decem tibi lego quę debet mihi Titius: vt ibi, quòd ſi addiderit, & cætera. ſiue eiſdem, ſiue alij legem quod Titius debet: vt ibi, quòd ſi addiderit. & ibi, proinde &c.

ſ ¶ *Non perimit legatū.* refert[a] ergo dicā in prima perſona: & tunc ſe.

a Legatum eſt vtile relictum in tertia vel ſecunda perſona, ſiue qualitas exprimatur ſiue non exprimatur: In prima vero perſona, valet, quantitate expreſſa: aliàs eſt inutile.

lianus respondit. 2. ¶ Quòd si addiderit, *Decem quæ mihi Titius debet, lego*: sine dubio nihil erit in legato. Ná inter falsam demonstrationé[a], & falsam conditioné siue causam multú interest. Proinde & si Titio decem quæ mihi Seius debet, legauero: nullum erit legatú. esse enim debitor debet. Nam & si viuus[b] exegissem, extingueretur[c] legatum: & si debitor maneret, actiones aduersus eum heres meus dumtaxat præstare cogeretur.

In alternatiua oblgatione si legatur quod debetur, cogitur heres ad cedendum. si legatur vna de rebus, cogitur ad agendum. si legatur vtraque res diuersis, cogitur heres vtrique satisfacere insolidum. Bartolus.

3. ¶ Si quis ita stipulatus, *Stichum, aut decem, vtrum ego velim*,[d] legauerit quod ei debebatur: tenebitur heres eius vt præstet legatario actionem, electionem habituro[e] vtrum Stichum, an decem persequi malit.

4. ¶ Proinde si Stichum[f] legauerit, cum ille ei Stichum aut decem deberet: incerti actio[g] legatario aduersus heredem competit, vt scripsit Iulianus lib. trigesimotertio Digestorum, per quam actionem compellat heredem experiri. & si Stichum[h] consecutus fuerit, præstabit ei. si decem, nihil consequetur. secúdum quod erit in arbitrio debitoris, an sit legatarius is cui Stichus legatus[i] est.

LXXVI. IVLIANVS *libro trigesimoquarto Digestorum.*

QVod si quis Stichum aut Pamphilum[k] stipulatus, Sempronio Stichum legasset, Mæuio Pamphilum: oneratus heres intellegitur, vt necesse habeat alteri actionem suam,[l] alteri æstimationem Stichi aut Pamphili dare.

Debitor potest grauari onere fideicommissi. Bartolus.

LXXXVII. VLPIANVS *lib. 5. Disputationum.*

SI pecunia fuit deposita apud aliquem, eiúsque[m] fideicommissum, vt eam pecuniam præstet: fideicómissum ex rescripto diui Pij debebitur, quasi videatur heres rogatus remittere id debitori.[n] Ná si conueniatur debitor ab herede, doli exceptione vti potest.[o] quę res vtile fideicómissum facit. quod cum ita se habet, ab omni debitore[p] fideicommissum relinqui potest.

si non debeo, distinguitur, adiiciam certam quantitatem, vel non vt in dote *vt hic, & C. de fal. cau. adiec. leg. l. ij. & l. fin. & l. ij.* aut in tertia: vt quod debet Titius mihi, ei lego, vel alij, & tunc nó valet, certum vel incertú: vt supra, & infra in hoc. §. & est ratio. quia si verum esset debitum, non teneretur heres nisi ad cessioné actionis. Idem ergo in secúda: vt quod debes, tibi lego: quia & ibi si verum esset debitum, nó teneretur heres nisi ad liberationem. at cum in prima imponitur necessitas heredi dandi si vere debetur: ergo & vbi non debetur. idem si certú adiiciat: *vt in fine huius legis. & infra eodem. l. non quocunque. §. qui Gaium. & infra de lib. leg. l. legaui.*

a ¶ *Demonstrationem.* falsa[a] demonstratio nó nocet legato: [b] *vt Instit. de legat. §. huic.* Item falsa causa non nocet: *vt infra de conditionibus & demonstratio. l. cum tale. §. falsam.* ¶ Sed conditionis siue de futuro (quæ[c] propriè dicitur conditio) nocet eiusdem defectus: *vt infra de conditionibus. & demonstra. l. qui heredi. §. fin.* siue de præterito, vt impropriæ, nocet defectus: *vt Instit. de leg. §. longe. in fine.* §. ¶ Quare ergo ponit hic causam cum conditione? Respond. pro eodem poni conditionem[d] & causam: vel aliàs non erat legaturus: *vt dicto. §. falsam.* vel códitionaliter fuit causa expressa. *vt dicto. §. longe.* ¶ Sed quid ad prædicta? Respon. cum dicit in prima persona, certa est demonstratio. cum verò dicit in tertia vel secúda, quæ & quod faciunt conditionem: *vt. j. de an. leg. l. Quintus. & C. de fal. cau. l. ij. & l. fina.*

b ¶ *Et si viuus.* postquam legaui, ante mortem tamen.

c ¶ *Extingueretur.* vt *& infra titu. ij. l. fideicommissa. §. si rem.* ¶ Sed contra infra titulo. j. *l. cum filius. §. heres. & facit infra de fun. instru. & instru. leg. l. nepoti. & infra de condi. & demon. l. nominatim. §. finali & l. quibus. §. dominus. & . §. qui dotalem. & l. cum tale. §. finali. & . l. demonstratio, & infra titu. primo. l. Lucius. §. quisquis. & . §. cimbus. & l. cum filius. §. heres. & infra eodem. l. legatum.*

Si quis ita.] CASVS. Tria dicit hic. §. cum. l. sequen. Primum est tale: Titius promisit mihi Stichum, aut decem, ad meam electionem: & ego testamentú faciens legaui Sempronio quod mihi Titius debebat. quęritur, ad quid teneatur heres meus legatario Sempronio? Et certè tenetur ei vt præstet actionem contra dictum debitorem: & sicut habebam electionem ego testator vtrum à Titio peterem Stichú, aut decem, quæ electio tráisiuit ad heredem meú? ita habebit legatarius cui cessæ sunt actiones. Secundum dictum tale est: Titius tenebatur mihi dare aut Stichum: aut decé, & erat electio promissoris. & ecóuerso legaui Sempronio Stichum. quęritur, ad quid heres legatario teneatur? Et tenetur ei vt experiatur contra promissorem alternatiuú: qui promissor præstabit heredi Stichum, aut. x. quodcunque promissor ipse voluerit. & si quidem præstiterit heredi Stichum, hæres eum legatario dabit. si auté det ei decem, nihil ei debebit: quia decem non fuerunt ei legata, imò Stichus, vt dictum est. Tertium dictú est: Ego stipulatus fui à Titio Stichum aut Pamphilum, ad meam electionem: postea Sempronio Stichú legaui, & Mævio legaui Pamphilú. quæritur, quomodo heres legatarij teneatur? Et certè vni de legatariis cuicúq; voluerit tenetur præstare actiones suas contra debitorem, & alteri legatario dare tenetur æstimationem Stichi: vel si vult, Pamphili. *Viuianus.*

a Falsa demonstratio non nocet legato.
b Adde text. in l. demonstratio. & ibi doct. de condit. & demo. Glos. ordi. in l. si secundus. §. qui quinque. j. eo. & ind. l. & . 4. C. de fal. causa adie. lega.
c Conditio in futurum cócepta propriè dicitur conditio: in præteritum aut ex præterito, impropriè.
d Conditio & causa interdú pro eodem ponuntur.

d ¶ *Velim.* secus si verbú subiunctiui modi posuisset: *vt. j. de verborum obligatio. l. si stipulatus fuerim.* sed certè imò idem: sed non posset ibi mutare electionem: & est ratio vt ibi not.

e ¶ *Habituro.* s. legatario. *Accur.*

f ¶ *Proinde si Stichum.* Supra loquit vbi testator habebat electioné: hîc quádo promissor: vt in fine huius legis apparet. & ideo aliud quá supra statuit, illa præcipua ratione, q; supra quod sibi debetur legauit: ergo ceditur actio, & transit ad legatarium electio. hic verò Stichum qui sibi debetur legauit: vnde non ceditur actio, quia non est legata, sed ius quod habet in Sticho: vnde nó Sticho, sed alio soluto apparet Stichú non debitum fuisse: & ita nihil videtur legatum, quia in arbitrio est debitoris quid debeat: *vt argumen. supra de eo quod certo loco. l. ij. §. Scæuola.* dic ergo proinde, id est ergo, quasi dicat, vbi non legat ita vt supra, aliud est. *Azo.*

g ¶ *Incerti actio.* i.[a] ex testamento. 2. Vel[b] proprium actionis nomen, vbi factum est in obligatione citra stipulationem: *vt not supra de condict. indeb. l. sed si me. §. j. & facit supra loca. l. cum plures. §. messem.*

h ¶ *Si Stichum.* hoc adiecto quod mihi debetur: vt ex superioribus patet. ¶ Sed quare non cogitur heres Stichum redimere & præstare? sciebat enim testator Stichum suum non esse quando legabat: *vt Instit. de leg. §. non solum?* Respond. illud quando ius nullum in eo vel pro eo habet: alias illud legare videtur: *vt. s. eod. l. si domus. §. fina. & l. seruus. §. j.* euentus ergo dubiæ persecutionis Stichi legatus videtur: *vt & aliàs. Cod. de litig. Auth. nunc si heres.*

i ¶ *Legatus.* facit. j. *titulo primo. l. si Titius.*

k QVod si quis. *Aut Pamphilum.* vtrum ipse stipulator vellet. & ideo quia heres habet electionem suo facto, sci. eligendo vnum, videntur soluta fieri indebita, vnde tenetur. *vt. j. tit. primo. l. qui duos.* secus si non habet electionem. tunc enim res soluta præstatur ei cui legata est, & alteri nihil. idémque & si soluatur testatori: sicut & cum Stichum tantúm legat vni: vt supra proxi. & hoc est quòd ex euentu, &c. *vt. j. ti. j. l. vt heredibus. §. si Titius. & arg. l. cum Titius. §. heres.*

l ¶ *Actionem suam.* i.[c] actionis commodum: ideoque melius dixisset, exactionem suam: *vt. s. l. prox. dixit.* non[d] ergo ceditur actio quia non fuit legatum quod in stipulatione continetur. *& facit. j. de lib. leg. l. si damnatus.*

SI pecunia.] CASVS. Deposui pecuniam apud Titium, postea feci testamentum, & fidei depositarij commisi vt præstet eam Sempronio. certè bene tenetur depositarius ad fideicommissum præstádum: & si heres meus ab eo depositario pecuniam repetat, repellet eum per exceptionem. & quod dixi in depositario, idem est in omni alio debitore. Sequens lex dicit quòd legatarius à quo relictum est fideicommissum, non tenetur ad illud nisi legatum ad eum peruenerit. *Viuianus.*

m ¶ *Eiusque.* depositarij.

n ¶ *Debitori.* i. depositario. *Accur.*

o ¶ *Vti potest.* sic. j. *de doli. excep. l. dolo.*

p ¶ *Debitore.* Contra. j. *titu. j. l. cum pater. §. qui dotale.* Solu. si defuncti agnoscat iudicium, tenetur, vt prædixi. si non, non tenetur: sed támé valet vt heres actiones cedat: *vt ibi. & facit. j. e. l. si seruus. §. qui margaritá. & . j. tit. ij. l. cum quis decedens. §. pater. & . j. l. p. x.*

a Incerti actio pro actione ex testamento.
b Incerti actio proprium est nomé actionis quæ competit vbi factum est in obligatione citra stipulationem.
c Actio pro actionis cómodo.
d Reprehenditur hæc Glossa à Iasone.
a Hæc lex videtur malé & ad rem parum allegata. vide Iasonem.

a ¶ *Fideicommissum. Peruenerit. vt & C. communia de lega. l. j. §. cum enim. & infra titu. j. l. imperator. & infra titu. ij. l. viij. & l. cum quis decedens in princip.*

SI quis testamento.] CASVS. Legaui Titio & Sticho decem. certè inter ambos habebunt decem, & non quilibet decem. Secundus casus est planissimus. *Viuianus.*

LXXVIII. IDEM *libro octauo Disputationum.*

FIdeicommissum quod † à legatario relinquitur, ita demum ab eo debetur, si ad legatarium legatum peruenerit.[a]

Qui relinquit decem, non videtur relinquere viginti. Bartolus.

LXXIX. IVLIANVS *libro quinto Digestorum.*

SI quis testamento[b] suo Titio & Seio decem dari iusserit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena * dixisse videatur qui decem dixit.

Propter defectum facultatum & propter Falcidiam fit deminutio legatarum pro rata. Bartolus.

LXXX. *Apud Iulianum libro trigesimosecundo Digestorum Marcellus notat.*

IS qui sola triginta reliquerat,[c] Titio triginta legauit, Seio viginti, Mæuio decem. Massurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Mæuium quinque consecuturos:[d] ita tamen, vt ex his pro rata portionis Falcidiæ satisfiat.

Per legatum heredis non aufertur dominium legatario defuncti. Bart.

LXXXI. IVLIANVS *libro trigensimosecundo Digestorum.*

SI fundum sub conditione legatum heres pendente conditione sub alia conditione alij[e] legasset, & post[f] existentem conditionem quæ priore testamento proposita fuisset, tunc ea conditio sub qua heres legauerat, extitisset: dominium à priore legatario non discedit.

Vnus ex dominis potest repudiare

b ¶ *Si quis testamento.* facit infra *de verbo. oblig. l. stipulatio ista. §. eum. & l. eum qui. & infra tit. j. l. si pluribus. & de duobus reis. l. reos. §. j.*

c ¶ *Is qui. Reliquerat.* Id[a], in bonis dimisit.

d ¶ *Consecuturos.* sic *supra de liberis & postu. l. si ita sit. & de heredibus. instit. l. interdum. & l. Clemens. & l. si ita fuerit. & infra eod. ti. l. mortuo an fi.*

SI fundum.] CASVS. Legaui Titio fundum sub conditione, & heres meus eundem fundum legauit Sempronio sub conditione. venit postea conditio mei testamenti: & sic legatum fundi fuit acquisitum Titio primo legatario. postea venit conditio legati quod reliquit heres meus. nõ amittet propter hoc primus legatarius. [SI SERVO.] Seruo Titij & Sempronij legaui equum meum. certè vnus de dominis potest repudiare legatum, alter acquirere. [STICHVM.] Sempronio Stichum legaui: & ita subiunxi: si prædictus Sempronius non manumiserit dictum Stichum, lego eum Titio. certè antequam annus sit completus, Sempronius debet habere apud se Stichum, & elapso anno & Sticho non manumisso totum eum Stichum habebit Titius. si autem manumiserit eum intra dictum annum, Sempronius liber erit. [QVI FVNDVM.] Titius habebat fundum in quo erat quædam villa, id est, domuncula ad fructus colligendos. fecit testamentum hic Titius, & legauit mihi fundum prædictum excepto ædificio dictæ villæ. quid iuris sit? & certè aut voluit excipere heredi solam villæ superficiem, aut voluit excipere etiam solum super quod erat dicta villa: aut dubium est quid voluerit excipere. Primo casu ego legatarius possum vindicare ab herede totum fundum. sed tamdiu habebit exceptionem contra me, donec permittam eum habitare in dicta villa, & etiam ire ad dictam villam, item & actum per reliquam partem fundi, non tamen iure seruitutis: cum solum super quod est villa, sit legatarij, & etiam totus fundus. vnde res sua suæ rei seruire non potest. In secundo casu ego legatarius totum fundum vindicabo excepta villa cum solo, & seruitutem eundi habebit ad villam heres per reliquam partem fundi: quia neque illa villa, neque solum villæ est suum. & ad hoc adducit simile. In tertio casu præsumere debemus testatorem voluisse excipere heredi non solum superficiem villæ, sed etiam solum. & sic est idem quod in secundo casu dixi. hoc dicit vsque ad. §. si libertus. *Viuianus.*

e ¶ *Alij.* si autem ei idem, dic *vt infra titu. primo. l. vnum. in principio.*

† Fideicommi[ssum] à legatario [rel]ictum, ab eo [pr]æstari debet, [si] modo id ab [h]erede fuerit [con]secutus.

* Relinquere, [id est] in bonis di[m]ittere.

* Singulis de[na]. Vide hic [A]nt. Aug. lib. 3. [e]mend. cap. 1. [i]n vulg. ædit. [...] hoc [...] confun[...] cum supe[ri]ore. Ant. Au[g]. lib. 3. cap. 1. [...] 4. 13. & l. [...] de verb. obli.

f ¶ *Post* si autem primo, dic vt infra *ad legem Falcidiam. l. iiij. H. & facit infra de conditio. & demonstra. l. fundum. & supra eodem. l. seruo legato. §. j.*

g ¶ *Repellere.* infra. titu. j. l. *& Proculo. & supra eodem. l. legatarius.*

legatum factum seruo communi. Bar.

1. ¶ Si seruo communi res legata fuisset: potest alter dominus agnoscere legatum, alter repellere.[g] Nam in hanc causam seruus communis quasi duo serui sunt.[h]

Existente conditione substitutionis factæ legatario legatum transit ad substitutum. Bartolus.

2. ¶ *Stichum Sempronio do lego: si † Sempronius Stichum intra annũ non manumiserit, eundem Stichum Titio do lego.* Quæsitum est quid iuris esset. Respondi, Semproniũ interim totum habiturum: & si quidem intra annum manumisisset, liberum eum effecturũ. sin autem hoc non fecisset, totum ad Titium pertinere.[i]

Qui excipit ædificium, videtur excipere solum in quo consistit, in dubio: & per rẽ legatam debet heredi cõstitui ius eundi sicut ibat testator. Bart.

3. ¶ Qui fũdũ excepto ędificio legat appellatione ędificij aut superficiẽ significat, aut solũ quoq; cui ædificiũ suppositũ est. Si de sola † supficie exceperit, nihilominꝰ iure legati totus fũdus vindicabitur:[k] sed exceptione doli mali posita cõsequetur heres id, vt sibi habitare in villa liceat: in quo inerit, vt iter quoq; & actũ[l] in ea habeat. Si verò solũ quoq; exceptũ fuerit: fundus excepta villa vĩdicari debebit, & seruitus ipso iure[m] villę debebitur: nõ secus ac si duorũ fundorũ dominꝰ alterũ legauerit, ita vt alteri seruiret.[n] Sed inclinãdum est, testatorẽ etiam de solo cogitasse,[o] sine quo ędificiũ stare non potest.

h ¶ *Sunt.* sic in stipulatione: *vt infra de stipula. seruorum. l. j. §. communis seruus.*

i ¶ *Pertinere.* Imò videtur succedere constitutio ad Aufidium Victorinum, & facere eum liberum: *vt. C. si manci. ita fu. alie. l. ij.* & nemo potest facere, &c. *vt supra eo. l. nemo.* Respond. imò testator potuit hoc facere. nec obst. *dicta. l. nemo. vt ibi not.* 2. Vel aliter, refert præcepit vt manumittat: & tunc succedit constitutio. aut posuit in eius voluntate: & tunc non valet: *vt hic, & argu. supra de condi. institu. l. verba. Hu.* 3. Vel certo modo puta vindicta voluit fieri manumissionem: quo casu cessat constitutio. j. *de verborum obliga. l. qui Romæ. §. Flauius.* ADDITIO. Solue aliter secundum Pe. quantum ad propositum quòd hic non succedit constitutio: ideo quia testator disponit quid futurum esset de seruo post tẽpus *secundum Bartol. hic.*

k ¶ *Vindicabitur.* vnde superficies[a] sequitur solum: *vt infra de actio. & obliga. l. obligationum fere. § placet. & supra de pigne. act. l. domo.*

l ¶ *Et actum.* & iter in ea habet. sine his enim habitare non posset: non tamen erit seruitus: *vt supra de seruitu. vrbanorum prædio. l. Olympico.*

m ¶ *Ipso iure.* i. æquissimo. Impropriè enim ponitur. *sic infra de sol. Stichum. §. naturalis.* R. Sed certè imò ibi propriè. & hic dic, id est, quæ erit seruitus de iure: quod non est superiori casu: non dicas ipso iure, id est, sine constitutione. Imò constitui debebit. sic supra *de act. empt. l. si tibi liberum.* & ad hoc cogitur legatarius ex voluntate testatoris: cùm aliàs non valeret habitatio. secus si talis voluntas non appareret: *vt supra de seruit. rust. præd. l. via. §. finali. quæ est contra.* Vel ibi inter viuos. vnde sibi imputet qui de seruitute non sibi cauit. & facit *supra si vsusfruct. pe. l. prima. & si serui. vind. l. testatrix. & infra de serui. leg. l. j. & supra eod. l. seruum filij. §. fin.*

n ¶ *Seruiret.* quod fieri potest: *vt. s. communia prædio. l. ij. §. fi.*

o ¶ *Cogitasse.* supra *de ser. rusti. præ. l. qui duo.* contra. Solu. ibi ex eo quod æquè seruitutem exceperat, similiter in decem pedibus seruitutem excepisse videtur. ¶ Item est argu. pro[b] eo qui legauit nucem[c], vt & solum videatur legasse, & viam.

Si libertus.] CASVS. Libertus instituit patronum suum heredem in septem vnciis hereditatis suæ, & Mæuium & Sempronium in quinque. & postea legauit ita: Quisquis mihi alius à patrono heres erit cum patrono, volo quòd det Titio Stichum & Pamphilũ: quorum seruorum quemlibet æstimo. xx. aureis. quæritur, quid iuris sit? & certè non videtur patronus oneratus de legato, imò co-

† Cõditionem hanc extinctiuam Baldus appellat: eámque accidere ait quoties legatũ est purum, conditio in diem: Vnde colligit: Conditionem extinctiuã, non impedire interim peti legatum.

† soli.

a Superficies solum sequitur.

b Nucis legato, solum cõtinetur.

c Aliter villam

Vnus ex heredibus in specie hereditaria grauatus, pro portione sua tantum grauatus videtur: & æstimatio testatoris nihil operatur. Bartolus.

4. ¶ Si libertus patronū ex sextūce heredē scripserit, alios ex ceteris,[a] & ita legauerit, *Quisquis mihi*[b] *alius ex supradictis cū patrono meo heres erit, seruũ illũ & illũ Titio lego, quos æstimo singulos vicenis aureis*: intellegēdum erit à coherede patroni dumtaxat legatum datum: & ideo Titium[c] nō amplius quincunce[d] in seruis vindicare posse. Adiectio autē illa, *Quos æstimo singulos vicenis aureis*: non mutat[e] legati conditionem, si legis Falcidiæ rationē habere oporteat.[f] nihilominus enim verum pretium seruorum in æstimationem deducetur.

Liberatio habetur pro solutione etiam quo ad conditionem implendam. Bartolus.

5. ¶ *Titio fundum do lego si heredi meo decem dederit.* Si decem heres Titio debuisset, & ea Titius accepta ei fecisset: fundum vindicare potest.[g]

Dominium quod erat apud defunctum, transit ad legatarium etiam si defunctus ignorabat, & possessio apud eum non erat. Bartolus.

6. ¶ Si Titius cui Stichus legatus fuerat, antequam sciret ad se legatū pertinere,[h] decesserit, & eundem Seio legauerit, & heres Titij legatum non repudiauerit:[i] Stichum Seius vindicabit.

Repetitio facta à substituto impuberis habet locum etiam si legata cæperunt non deberi ab instituto. Bart.

7. ¶ Si paterfamil. ab impubere filio[k] Titio fundum legauerit, & à substituto[l] eundem eidem Titio, & pupillus patri heres extiterit, siue vindicauerit Titius legatū, siue repudiauerit: quāmuis filius impubes decesserit, à substituto vindicare non poterit.[m] hoc enim quod rursus à substituto legatur, perinde habendum est ac si repetita legata essent.[n] quare & si purè à filio,[o] sub conditione à substituto legatum fuerit: perinde omnia seruabuntur, ac si tantum à filio legatum fuisset.[p] contra autem si à filio sub conditione, à substituto purè legatum fuerit, & pupillus pendente conditione decesserit: ex substitutione sola[q] legatum valebit.

Hæc verba, vobis vel alteri vestrum, intelliguntur si omnes non supersunt. Bartolus.

8. ¶ His verbis, *Lucio & Titio, eorúmue*[r] *cui*[s] *fundum do lego*: vtiliter legatur: & si vtrique † vixerint, vtrique:[t] si alter,[u] alteri totum debebitur.[x]

Defectus cōditionis libertatis validat legatum serui. h. d. cum. l. sequen. Bartolus.

heredes sui. & ideo Titius legatarius nō poterit petere à dictis coheredibus patroni nisi illam partem quam in dictis seruis habent, id est, de duodecim partibus quinque. Sed pone quòd ita parū habent in sua parte hereditatis dicti coheredes patroni, quòd possunt & volunt de dicta parte dictorum seruorum detrahere Falcidiam: vtputa quia data pro eis legatariis parte quam in seruis habent, non remanet eis dodrans eorum patris, & de seruis non possunt eam trahere, quia diuidi non possunt: & sic oportet quòd æstimentur, vt quartam partem æstimationis eorum dent eis legatariis pro Falcidia: nunquid remanebit æstimatio firma quā fecit libertus idéque testator si plus vel minus valet quilibet seruorū de. xx. aureis: & certè non: imò æstimabuntur secundum quod in veritate valent. [TITIO FVNDVM.] Ita dixit testator quidam: lego fundum Titio si dederit heredi meo decem. heres debebat dicto Titio decem. vnde Titius vult ea decem remittere heredi, & habere fundum. certè bene potest hoc facere. [SI TITIVS.] Cornelius pone fecit testamentum, & Titio Stichum legauit. iste Titius antequam sciret dictum Stichū ad se pertinere, legauit eum Seio postea heres Titij prædicti dicit quod legauerat Cornelius Titio dictum Stichum: & illud legatum nō repudiauit: imò habere voluit. certè tenetur eum Stichum Seio dare. *hoc dicit vsque ad. §. si pater.* Viuianus.

a ¶ *Ex cæteris*. s. quinque vnciis.

b ¶ *Mihi alius* à patrono scili. & ita liquet quòd patrono voluit cōsulere vt in seruis retineret portionem suā. alij ergo portiones suas tantummodo præstabunt: quia nihil amplius habent nec habere possunt vt exigatur à patrono cui prospexit testator. sed aliud in quantitate: & est ratio, quia in solidum præstari potest de corū parte quos onerauit testator. *arg. vt infra eo. l. ab omnib. in principio* . quæ est contra. & facit *infra tit. j. l. si tibi. §. j. & infra titu. j. l. cum pater. § pater qui filio. & l. si. §. j.* Accursius.

c ¶ *Titium*. legatarium.

d ¶ *Quincunce*. nam in tantum erant illi alij instituti.

e ¶ *Non mutat*. videbatur contra per id quod modo dixi: aliud in quantitate.

f ¶ *Oporteat*. quia non remanet eis quarta institutionis *vt Instit. ad legem Fal. §. j. & facit infra ad le. Falci. l. pretia. & infra tit. j. l. cum pater. §. pater qui filio.*

g ¶ *Potest*. sunt enim paria,[a] dare,[b] & accepto ferre: *vt hic, & infra de cōdit. & demon. l. Iulianus ait. & s. de condic. ob cau. l. si mulier. & supra de calum. l. ij.* Accursius.

h ¶ *Pertinere*. pertinebat tamen, quia cesserat dies eius: *vt. Cod. quando di. leg. ce. l. si. & facit supra eo. l. seruum. §. j.*

i ¶ *Nō repudiauerit*. Sed quo modo heres Titij potest repudiare iam in secundum legatariū translatū: *vt. s. quemadmodū ser. amit. l. si partem. §. j.*? Respon. ante aditam hereditatē Titij à se, & sic non est translatum: *vt. j. e. l. si tibi. §. cum seruus.* sed tunc nec sibi cōpetit: vnde repudiare non potest: *vt supra de acquir. heredi. l. is qui.* Dic ergo, hic non dicit quòd teneret repudiatio. *Accursius.*

Si paterfamilias.] CASVS. Institui mihi heredē filiū meū impuberē: & ab eo legaui fundū Cornelianū Titio postea dicto impuberi substitui Mæuium: & ab eodem substituto legaui eūdem fundum eidem Titio. impubes adiuit hereditatem, & dedit legatario fundum: postea habuit locum substitutio Mæuij. vult prædictus legatarius petere à substituto æstimationem prædicti fundi quem habuit ab impubere. certè non poterit. sicut enim non debetur legatum nisi semel cum repetitū est à substituto: ita & cum idē legatum datū est substituto, vt fuit in nostro casu. & quod dixi in impubere soluente legatū, scilicet vt non possit iterum peti à substituto: idem est si non solùm per eum non remansit, veluti quia legatarius repudiauit: & idem est si purè legaui ab impubere, & sub cōdit. à substituto: quia non debebitur nisi ex institutione. secus autem econtra, scilicet quando legaui sub cōditione ab impubere, & purè à substituto, & pendente conditione legati impubes decedat, sicque locum sibi vindicet substitutio. nā quia eo casu, expedit legatario habere magis à substituto purè, quàm expectare cōditionem sub qua fuit legatum ab impubere: valebit legatum ex sola substitutione. [HIS VERBIS.] Ita dixit quidam testator, Lucio & Titio fūdum lego, vel alicui eorum. nunquid valet legatum? Et certè sic. vnde si Lucius & Titius sunt viui, ambo habebunt legatū. si autem vnus eorum tantùm viuit, ille solus habebit, *hoc dicit vsque ad. §. cum statuliber.* Viuianus.

k ¶ *Filio*. instituto.

l ¶ *Substituto*. scilicet populariter, licèt tacitè insit vulgaris: *vt supra de vulg. substitut. l. iam hoc iure.*

m ¶ *Non poterit*. vtpote cum habet, vel repudiauit: vnde perinde est ac si haberet.

n ¶ *Legata essent*. ab instituto, ita vt non nisi semel debeantur: *vt C. de lega. l. cum quæstio. §. fin.* 2. Vel dic, relicta ab instituto impubere videntur repetita à substituto, quod non valet, vt debeantur expressa repetitione: sed ex tacita debentur: *vt infra eo. l. seruo. §. si quis. v. respon. & supra eo. l. licet.*

o ¶ *Filio*. scilicet instituto.

p ¶ *Fuisset*. si habuit, vel repudiauit: *vt supra*: vel etiam neutrum fuit: *vt infra eo. l. seruo. §. si quis.*

q ¶ *Sola*. hoc ideo, quia non valet ab instituto relictum expresse: nec ergo tacita repetitio: *vt arg. s. de serui. rust. prædi. l. itē. §. fi.* Refert ergo intersit legatarij valere repetitionē expressam, & tūc valet, *vt hic*: an nō: & tunc non valet: *vt. s. proxi. respon.* inde est quòd quandoque[a] tacita repetitio nō intelligitur, & valet expressa: *vt. j. eo. l. si seruo. §. si ab impubere. quæ est cōtra.* ¶ Sed videtur quòd aut ex interuallo reliquit à substituto, & valet secundum legatum tātum: aut incontinenti: & tunc vtrumque ex quo eliget petere: *vt j. de condit. & demon. l. nam ad ea.* quæ est contra. Sol. ibi non erat tacita repetitio per. *l. hic sic. & facit. s. de vulg. substi. l. ex facto. §. fi.*

r ¶ *Ve*. pro vel. & facit supra *de here. instit. l. Titius & Seius. & l. seq. & seq.*

s ¶ *Cui*. id est, alicui.

t ¶ *Vtrique*.[b] scilicet debebitur. *Accursius.*

u ¶ *Alter*. scilicet vixerit.

x ¶ *Debebitur*. ex ordine[c] literæ hoc intelligitur: *vt infra eod. tit. l. cum pater. §. penul.*

a Dare seu soluere & accepto ferre, paria.

b Dare quid sit propriè & quomodo ponitur in cōtractibus, & quomodo in libellis: vide plene per Bart. & alios in. l. si autem non essent. § finali de verb. obli. Alex. in. l. si quis nec causam. s. si cert. petat.

† Vterque dictio, quam vim habeat, vide Gl. in. l. quidam cū filium. in verbo vterque casu j. de verb. oblig. l. creditor. §. duobus. s. manda. Bald. in. l. ancillæ. in 4. nu. C. de fur.

a Tacita repetitio quando nō intelligatur & expressa valet.

b v. Balbum de cis. 19.

c Ex ordine literæ arguitur prærogatiua. v. Euerard. in loco ab ordine. nu. 11.

Cum

Cum statuliber.]CASVS. In testamento meo dedi libertatem seruo meo sub conditione si nauis venerit ex Asia vsque ad annum, & decessi. heres meus eundem seruum legauit Titio sub alia conditione. pendente alia conditione legati transiuit annus, & non venit nauis ex Asia: sicque conditio libertatis defecit. Certè legatum relictum ab herede meo sub conditione de dicto statulibero erit vtile, cõditione existente sub qua fuit relictum. secus autẽ si extitisset conditio libertatis: quia tunc extinguitur legatum ab herede meo relictum. [AFITIO.] Institui mihi heredem filium meũ impuberẽ, & ab eo legaui Titio Stichum. postea ei substitui Mæuium, & à substituto dedi libertatẽ dicto Sticho. Certè si impubes perueniat ad libertatem, sicque deficiat conditio sub qua libertas tacitè fuit relicta dicto Sticho, si non habeat locũ substitutio: legatarius vindicabit Stichum ab impubere quondam sibi relictum. si autem impubes moriatur intra pubertatem, & sic habeat locum substitutio, libertas competit dicto Sticho relicta sibi à substituto. & quod dixi quando dictus Stichus fuit legatus purè ab impubere, idem est si sub conditione. *h. d. tota lex. Viuianus.*

9. ¶ Cum statuliber [a] sub cõditione [b] legatus [c] est, & pẽdente conditione legati cõditio statutæ libertatis deficit, [d] legatum vtile fit. [e] nam sicut statuta [f] libertas tunc [g] perimit [h] legatum, cum vires accipit: [i] ita legatum [k] quoque non ante perimi potest, quàm dies cesserit eius. [l] 11. ¶ A filio impubere [m] legatus, [n] & à substituto liber esse iussus: si quidem pupillus ad pubertatẽ peruenerit, ab eo cui legatus fuerat, vindicabitur: [o] mortuo verò pupillo libertas competit. Longè magis hoc seruari [p] conueniet, si idem seruus sub conditione ab impubere legatus [q] fuerit, & pẽdente cõditione filius intra pubertatem decesserit.

Si res ex causa lucratiua nobis debita ad nos peruenerit sub spe recedendi: alia actio ex causa lucratiua competens non perimitur. Bartolus.

LXXXII. IDEM *libro 33. Digestorum.*

NOn quocúmque [r] modo si legatarij res facta fuerit, die cedẽte [s] obligatio legati extinguitur: sed ita, si eo modo fuerit eius, quo auelli non posit. Ponamus rem [t] quæ mihi purè legata sit, [u] accipere me per traditionem die legati cedente, [x] ab eo herede [y] à quo eadem sub conditione alij legata [z] fuerit: nempe agam [a] ex testamento, quia is status est eius, [b] vt existente conditione discessurum sit à me dominium. Nam [c] & si ex stipulatione [d] mihi Stichus [e] debeatur, [f] & is cum sub conditione alij legatus [g] esset, factus fuerit [h] meus ex causa lucratiua: [i] nihilo minus existente conditione ex stipulatu agere potero. [k]

Regula Catoniana cessat quando impedimentum subest vere, non tantùm iuris fictione. Bartolus.

1. ¶ Si ex bonis eius qui reipublicæ causa aberat, rem vsu adquisierim: & ea antequam euinceretur, mihi legata sit, [l] deinde postea euincatur: rectè ex testamento petam eam mihi dari oportere.

a ¶*Cum statuliber.* Titius reliquit Sticho libertatem si Seius erit consul. heres Titij legauit eundẽ Stichum si nauis ex Asia venerit.
a ¶*Statuliber.* qui debebat esse liber si Seius esset consul.
b ¶*Sub conditione.* si nauis ex Asia venerit.
c ¶*Legatus.* ab herede defuncti.
d ¶*Deficit.* quia decessit Seius.
e ¶*Fit.* id est fieri potest existente eius conditione.
f ¶*Statuta.* si Titius fuerit consul.
g ¶*Tunc.* scilicet demum: si non habes in textu.
h ¶*Perimit.* heredi relictum.
i ¶*Accipit.* quia Titius factus est consul.
k ¶*Legatum.* ab herede relictum.
l ¶*Eius.* statutæ libertatis. & facit. ĵ. *de optio. le. l. cum ita. in fi.*
m ¶*A filio impubere.* instituto.
n ¶*Legatus.* scilicet seruus. & dicunt quidam sub conditione hac si ad pubertatem peruenerit quod valet: *vt infra. e. l. seruo legato. §. pe.* Sed secundum hoc idem videtur repetere cum dicit, si idem seruus, &c. scilicet quòd sub cõditione fuit legatus. vnde dic quòd pure fuit legatus in primo casu: sed cum postea relinquitur libertas à substituto, videtur relinqui sub conditione. & sic videtur [a] ademptum esse legatum sub contraria cõditione: *vt infra de condi. & demon. l. aliquando. in fine.* inde est quòd debetur nisi perueniat pupillus ad pubertatem. *& facit Cod. de necess. ser. l. quidam. §. finali.*
o ¶*Vindicabitur.* id est legatarius vindicabit. *Accursius.*
p ¶*Hoc seruari.* videlicet vt seruus iste perueniat ad libertatem.
q ¶*Legatus.* sub. & liber iussus esse à substituto.

a Adimitur legatum sub contraria cõditione.

NOn quocunque.]] CASVS. Ad euidentiam hujus l. not. quòd mea res mihi legari non potest: vt supra eod. cętera. §. quemadmodum. & si non sit mea tempore quo legatur, inueniatur tamen mea tempore quo cedit dies legati: similiter non valet legatum. sed hæc lex dicit, quòd si talis inuenitur in eo tempore quo cedit dies legati. quòd possit mihi auelli, non vitiatur legatum. & de hoc ponit duo exempla. Primum est tale: Titius legauit mihi Stichum quem sciebat esse alienum: puta Gaij. postmodum Gajus dominus legauit eundem Stichum Mæuio. deinde heres Gaij donauit mihi primo legatario dictum Stichum pendente conditione legati relicti per Gaium. venit conditio. vnde legatarius Gaij vindicat à me primo legatario Stichum quem donauerat mihi heres Gaij: quod potest: *vt supra eodem l. seruo legato. §. j.* volo agere ex testamento Titij etiam antequam vindicet à me Stichum dictus legatarius Gaij. certè bene possum. & est idem in stipulatione. nam si Titius promittat mihi ex causa lucratiua Stichum quem alienum sciebat, puta Gaij: & Gaius dominus eundem Stichum legauit Mæuio sub conditione, postea heres Gaij donauit eundem Stichum mihi: adueniente conditione poterit à me Mæuius vindicare: & ideo possum agere ex stipulatione contra Titium. Secundum exemplum est tale: Rem absentis causa reipublicæ vsucepi. postea eam mihi legauit quidam alius qui non fuerat eius dominus. certè quamuis habeam eam ex causa lucratiua, scilicet vsucapionis: tamen possum agere ex testamento contra heredem illius qui mihi eam legauit. & hoc ideo, quia potest à me auelli per illum cuius fuit si reuertatur, & in integrum restitutionem petat. *h. d. vsque ad. §. fundus. Viuianus.*

r ¶*Non quocumque.* Regulariter [a] traditur duas lucratiuas causas in eadem re & persona concurrere non posse: *vt infra de actio. & oblig. l. omnes.* hinc est quòd si res mihi legata ab aliquo fiat mea ex causa lucratiua per alium, desinit mihi deberi ex causa legati: *vt Institut. de leg. §. si res.* Hoc autem est verum si ita fiat mea, vt mihi auelli non possit: aliàs secus. de quo hic ponit duo exempla. Primum: Titius legauit mihi rem Gaii pure: deinde Gaius eius dominus legauit sub conditione eandem rem Seio. heres Gaij pendente conditione dominus existens mihi donauit. certè licet sit mea, tamen quia auelli mihi potest per Seium existente conditione sui legati, adhuc petam ab herede Titij. Aliud exemplum est: Titius ex causa donationis mihi promisit rem Gaij purè: deinde eandem Gaius sub conditione legauit Seio: heres Gaij pendente conditione dominus existẽs mihi donauit. quia potest mihi auferri per Seium, idcirco adhuc agam ex stipulatione contra Titium.

a Lucratiuæ duæ causæ regulariter in eãdẽ rem & personam concurrere non possunt.

s ¶*Die cedente.* s. etiam nam idem si ante: *vt Inst. de leg. §. si res.*
t ¶*Rem.* scilicet Gaij.
u ¶*Legata sit.* à Titio qui eam rem sciebat alienam: vel erat cõiunctus, ita quòd mihi legasset etiam si alienam scisset: aliàs non teneretur heres de euictione: *vt. C. de leg. l. cum alienam.*
x ¶*Cedente.* sub. etiam: vt supra.
y ¶*Eo herede.* scilicet Gaij cuius erat res.
z ¶*Legato.* in testamento Gaij: *vt. s. l. proxi. in prin.*
a ¶*Agam.* vel statim [b], Vel re mihi iam oblata conditione existente. R.

b Vide Iasonẽ hic.

b ¶*Eius.* scilicet rei legatæ.
c ¶*Nam.* à simili.
d ¶*Ex stipulatione.* interposita ex causa lucratiua.
e ¶*Stichus.* seruus.
f ¶*Debeatur.* à Titio: non à domino, cum esset Gaij.
g ¶*Legatus.* à Gaio eius domino.
h ¶*Fuerit.* quia heres Gaij mihi donauit pendente conditione legati relicti.
i ¶*Lucratiua.* à Gaio.
k ¶*Potero.* contra Titium. & facit. *infra de acqui. pos. l. non videtur. & supra. e. l. seruo. §. j. & l. planè. §. j. & infra eo. l. si seruus. §. Stichum. Accursius.*
l ¶*Legata sit.* Sed videtur quòd nõ valeat legatũ, cũ [c] res sit legatarij: *vt Inst. e. §. sed si rem leg. & s. e. l. apud Iulianum. §. si Titius.* Sed respon. non videtur vsucepisse [d], cùm ab eo res auferri possit: *vt. s. de in integr. resti. l. nemo.* & dic legata sit, scilicet ab alio cuius non erat: & fuit sciens vel coniuncta persona legatarij: *vt. C. de le. l. cum alienam.* & sic non ob. s. titu. j. l. cum pater. §. euictis. & ĵ.

c Legari res legatarij an possit.

d Vsucepisse nõ videtur, cui res auferri potest.

de vsufruct.leg.l.Sticho.quæ sunt contra.
Fundus mihi. CASVS. In tribus. §§.superioribus dictum est quòd si res mihi legata inuenitur mea ex causa lucratiua tempore quo dies legati cedit, & tali modo quod potest à me auelli, possum agere ex testamento. vbi colligitur quod si non posset à me auelli, non possem petere ex testamento. nunc dicit quando efficitur mea ex causa non lucratiua. & est talis casus: Titius legauit mihi fundum alienum sciens alienum esse. ego postea emi à vero domino proprietatem dicti fundi detracto vsufructu. postea dominus idémque venditor nudæ proprietatis fuit minutus capite: quare vsusfructus ad me proprietarium pertinere cœpit. & sic habeo proprietatem ex causa non lucratiua, & vsumfructum ex causa lucratiua. egi postea ex testamento illius non domini qui mihi fundum prædictum legauit, & petij fundum, quamuis eum haberem. Certè bene potui hoc facere. iudex condemnabit mihi heredem legantis in totum quantum dedi pro pretio proprietatis vero domino. non autem æstimationẽ vsusfructus: quia eum ex causa lucratiua habeo, & idem esset si emissem à domino patrem fundi mihi à non domino legati, & partem haberem ex causa lucratiua. nam partem tantum quam emi, petam ab herede non domini qui mihi legauit, & æstimationem eius consequar: & aliam partẽ non. Sed pone quòd Titius non dominus Pamphilæ legauit mihi quod ex Pamphila nasceretur. postea ego à vero domino Pamphilam emi, & ipsa peperit apud me: nunquid videor habere partum ex causa non lucratiua, vt sic eum petere possim ex testamento illius qui mihi legauit? & certè sicut matrem habeo ex causa non lucratiua, quia eam emi à non domino: ita & partũ qui erat in ventre tempore quo emi. nam & video aliàs quòd si emo Pamphilam prægnantem, & ipsa pariat apud me, & partus mihi euincatur: habeo actionem ex empto cõtra venditorem pro euictione, quãuis mihi non vendiderit partum expressè. [QVI GAIVM.] Gaius & Lucius mihi promiserunt .x. in solidum. ego feci testamentum, & ita legaui quibusdã, quod mihi Gaius debet, lego Sempronio. quod mihi debet Lucius, lego Mæuio Certè heres meus tenetur præstare actiones suas cõtra vnum de reis vni legatario, & alteri legatario tenetur præstare litis æstimationem. Sed quid si ego testator post testamentum factũ vnum de dictis reis per acceptilationem liberaui? Certè annihilatur vtrũque legatũ: quia vno de reis liberato, & alter liberatus est. [CVM MIHI.] Titius legauit mihi Stichum aut Pamphilum: & Gaius legauit mihi Stichum aut Pamphilum. bene possum petere ex vnius testamento Stichum, & ex altero Pamphilum & adducit simile planum *Viuianus.*

Quatenus ex te ad me ex causa lucratiua peruenit: eatenus actio ex alia causa lucratiua perimitur. Barto.

2. ¶ Fundus mihi legatus est: proprietatem eius fundi redemi detracto vsufru. postea venditor capite minutus est, & vsusfructus ad me pertinere cœpit. Si ex testamento egero: iudex tanti litem æstimare debebit quantum mihi aberit[a].

3. ¶ Marcellus. Idem erit & si partem redemero, pars mihi legata est, aut donata. partem enim duntaxat petere debeo[b].

Quo titulo ad me peruenit ancilla, eodem titulo partus dicitur peruenire. Bartolus.

4. ¶ Iulianus: Quòd si legatum mihi est quod ex Pamphila natum erit, ego Pamphilam mercatus sum, & ea apud me peperit: non possum videri partum ex causa lucratiua habere, quia matrem eius mercatus sum.[c] argumentum rei est, quòd euicto eo actio ex empto[d] competit.

Si duobus separatim contra singulos ex duobus reis actio legetur: heres cuilibet in solidum satisfacere compelletur: licèt exactione vnius facta per testatorem, vtrumque legatum perimatur. Bartolus.

5. ¶ Qui Gaiũ & Luciũ eiusdẽ pecuniæ reos habebat, si ita legauerit, *Quod mihi Gaius debet, id heres meus Sẽpronio damnas esto dare: quod mihi Lucius debet, id heres meus Mæuio damnas esto dare:* eam conditionem heredis sui constituit, vt is necesse habeat alteri actiones suas, alteri litis æstimationem præstare.[e] si tamen viuus testator Gaio acceptum fecit, necesse est vt Sempronij & Mæuij legatum inutile[f] sit.

Si vna ex rebus alternatiue debitis ex causa lucratiua efficitur mea, aliam petere potero. Bart.

6. ¶ Cum mihi Stichus aut Pãphilus legati fuissent duorum testamentis[g], & Stichum ex altero testamento cõsecutus fuissem, ex altero[h] Pamphilum petere possum:[i] quia etsi vno testamento Stichus aut Pamphilus legati fuissent, & Stichus ex causa lucratiua meus factus fuisset, nihilo minus Pamphilum petere possem.

In re quæ non potest ad oculum demõstrari: duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere. Bartolus.

LXXXIII. MARCELLVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

Titius Stichi[k] partem tibi legauit: eiusdem Stichi partẽ Seius tibi legauit. ex vtriusque testamento consequêris.[l]

a ¶ *Aberit.* videbatur quòd nihil possem cõsequi, cũ vsusfructus[a] vicem dominij obtineat: *vt supra de vsufruct. l. iiij.* & cũ sim consecutus ex[b] causa lucratiua: *vt. s. ea. l. in prin.* ¶ Sed certè imò hoc casu vicẽ seruitutis obtinet: *vt Instit. eo.* §. si cui fundus. ergo proprietas tantum præstabitur. & intellige quòd testator sciuit alienum vel erat coniuncta persona: *vt. C. eod. l. cum alienam.*

b ¶ *Debebo.* sic. *s. de contrahen. empt. l. suæ rei & l. seq.*

c ¶ *Mercatus sum.* & plus propter partum. & sic etiam eum videor emisse: igitur nihilo deducto petam vtramque æstimationem. ¶ Sed contra. *j. tit. j. l. si quod ex Pamphila.* Solu. ibi.

a Vsusfructus vicem dominij obtinet.
b Vsusfructũ, eo finito, proprietatis domino consequi intelligitur ex causa lucratiua.

d ¶ *Ex empto.* vt & *s. de euic. l. venditor.* non autem ad duplam: *vt eo. tit. l. si prægnas. & l. vaccæ. quæ sunt contra.*

e ¶ *Præstare.* vt & *j. tit. j. l. qui duos.* ¶ Sed arg contra *in eod. tit. l. si Titius.* ADDITIO. Dic secundùm Bart. hîc quòd heres habebat electionem cõueniendi quem volebat: ibi erat electio debitoris: *vt no. s. e. l. quod si quis.* *secundum Dyn.* & hoc prout cõtrarium vadit ad primã partem. § *sed* *prout oppon. ad fin.* dic quòd ibi in solutione debitoris, hîc in liberatione facta per testatorem per quam præsumitur mutatio voluntatis. *Bart.*

f ¶ *Inutile.* quia videtur testator in vtroque voluntatem mutare. *fo. & facit. s. eo. l. si sic.* §. j. *in fi. & j. de libe. le. l. non solũ. & l. si damnatus. & j. ti. j. l. si decommissum.* §. *si rem. & de accepti. l. j. & l. per iusiurandum.* §. *fi.*

g ¶ *Testamentis.* sc. in quolibet Stichus aut Pamphilus.

h ¶ *Ex altero.* nunc respondet. *Accursius.*

i ¶ *Possum* hîc potest colligi vtrumque esse in obligatione: aliàs nõ possent in[a] eadem re duæ causæ lucratiuæ cõcurrere. *sic. s. de constit. pe. l. illud.* ¶ & semper dicas quòd testator sciebat alienum quòd legabat: vel erat legatario coniunctus: *vt. C. de lega. l. cum alienam. & facit. j. eo. l. huiusmodi.* §. *si cui. &.* §. *Stichum.*

a Lucratiuæ causæ non possunt in eadem re concurrere.

Titius.] CASVS. Titius legauit tibi partem in Sticho, & nõ dixit ex quo latere Stichi, vtrũ ex dextro vel sinistro: & Seius legauit tibi eidem partem eiusdem Stichi: neque apparet quam. certè ex vno testamento habebis dimidiam Stichi. & ex altero aliam dimidiam. & ita habebis totum Stichum. *Viuianus.*

k ¶ *Titius Stichi.* alieni, vnde dic testatorem sciuisse alienum, vel coniunctum legatario fuisse.

l ¶ *Consequeris.* dimidiam. nam appellatione[b] partis dimidia intelligitur: *vt. j. de verb. signi. l. nomen.* §. *portionis.* & ita totum Stichum: *vt infra tit. j. l. Mæuius.* §. *duobus. ibi, sed, si pars. &c.*

b Partis appellatione dimidia venit.

Huiusmodi.] CASVS. Testator dixit, lego Titio centum si ipse cauerit heredi meo se daturum Mæuio centum. certè bene valet legatum, sicut si dixisset, Titio lego centum, & rogo eum vt ea restituat Mæuio. valet ergo istud aliud legatum, lego Titio centum aureos si ipse cauerit heredi meo se facturum opus in municipio ex centum aureis. [SI SEMPRONIVS.] Sempronius instituit sibi Titium heredem, & legauit Mæuio fundum post biennium: postea Titius prædictus heres Sempronij legauit prædicto Mæuio eundem fundum purè. egit Mæuius legatarius contra heredem heredis dicti Sempronij, & habuit æstimationem fundi prædicti. certè non potest petere fundũ ex testamento Sempronij. [SI CVI HOMO.] Legaui tibi hominem in genere tali modo, quod erat heredis electio. heres elegit Stichum dare tibi, tu noluisti accipere: & postea mortuus fuit Stichus. si agas contra heredem, repellet te exceptione. [ÆDES QVIBVS.] Ædes meæ seruiebant tuis. tu instituisti me heredem, & legasti Titio ædes tuas dominas sub conditione, & ita me herede habente dictas ædes dominas confusæ sunt seruitutes. ego heres tradidi dictas ædes legatario non imposita seruitute quæ prius extincta fuerat. certè adhuc potest agere legatarius actione ex testamento contra me, vt reponam seruitutem. & adducit simile planũ. [QVI SERVVM.] Legasti mihi Stichũ ignorans eum mihi legatum, emi ab herede tuo. postea cognoui quòd mihi legaueras: vnde egi contra heredem tuum actione ex testamento, & seruũ habui. postea egit heres tuus actione ex vendito

Legatum sub conditione, si cauerit de aliquo dãdo vel faciendo: assimilatur legato cui in vim modi vel cõditionis fideicommissi onus imponitur. Bartolus.

LXXXIIII. IVLIANVS *libro* 33. *Digestorum.*

HViusmodi legatum, [a] *Si Titius heredi meo cauerit cẽtum Mæuio se daturum, & heres meus Titio centum dato:* vtile legatũ est: quemadmodum quòd alicui legatum † ex causa fideicommissi restituatur. 1. ¶ Eadem ratione [b] hoc quoque legatum vtile sit: *Si Titius heredi meo cauerit se in municipio ex centum aureis opus facturum, tum ei centum aureos heres meus dare damnas esto.*

Duæ causæ lucratiuæ ex persona duorum qui habentur loco vnius, iudicantur ac si ex testamento vnius procederent. Bartolus.

2. ¶ Si Sempronius Titium heredem instituerit, & ab eo post biennium fundum dari iusserit Mæuio: Titius deinde ab herede suo eundem fundũ Mæuio præsenti die [c] legauerit, & Mæuius pretium fundi ab herede Titij acceperit: si ex testamento Sempronij fundum petere velit, exceptionẽ repelli [d] poterit si pretio fundi contentus non erit.

Debitor generis re oblata perempta liberatur. Bartolus.

3. ¶ Si cui homo [e] legatus fuisset, & per legatariũ stetisset quo minus Stichũ [f] cum heres tradere volebat, [g] acciperet: mortuo Sticho † exceptio doli mali heredi proderit.

Actio ex testamento durat ad rem si res est tradita legatario: non tamen perfecte. Bartolus.

4. ¶ Ædes [h] quibus heredis ædes seruiebant, legatę sunt traditæ legatario, non imposita [i] seruitute. Dixi posse legatarium ex testamento agere, quia non plenum [k] legatum accepisset. nam & eum qui debilitatum ab herede seruum acceperit, rectè ex testamento agere.

Qui rem legatam sibi emit, debet habere rem, & pretium nõ soluere. quod si soluerit, potest repetere medius cõpetentibus hic expressis. Bartolus.

5. ¶ Qui seruum testamento sibi legatum, [l] ignorans eum sibi legatum, ab herede emit: [m] si cognito legato ex testamento egerit, & seruum acceperit, actione ex vendito [n] absolui debet: quia hoc iudicium [o] fidei bonæ est, & cõtinet in se doli mali exceptionẽ. Quòd si pretio soluto ex testamento agere instituerit: hominem cõsequi debebit. [p] actione ex empto pretium recuperabit, quemadmodum recuperaret si homo euict⁹ fuisset. [q] Quòd si iudicio ex empto actũ fuerit, [r] & tunc actor compererit legatum sibi hominem esse, & agat ex testamento: [s] non aliter absolui heredem oportebit, quàm si pretium restituerit, & hominẽ

dito contra me ad pretium. certè absolui ab eo debeo. Sed pone quòd heredi iam solui pretium dicti hominis ex causa emptionis: & postea ago ex testamento non ex empto ad hominem. certe per eam consequar dictũ hominẽ: sed actione ex empto pretium potero recuperare: sicut si mihi homo euictus fuisset ab alio. nã ego in hoc casu videor eum mihi euicisse, cum habeo hominem ex testamento: & non ex causa emptionis qua tenebatur mihi heres. Sed pone quòd solui heredi, pretium dicti hominis ex emptione: & postea intentaui contra eum actionem ex empto vt hominem mihi tradat. & postea pendente actione ex empto comperiẽs mihi hominem eundem legatum fuisse egi contra heredẽ actione ex testamẽto: & seruum consecutus fui. actione ex empto pendente non absoluetur heres idẽmque venditor: nisi pretium quod ei solui, restituat mihi: & nisi faciat meum hominẽ quem ab eo habui agẽs actione ex testamento. *hoc dicit vsque ad. §. cum pater. Viuianus.*

a ¶ *Legatum.* quod Titio relinquitur. ¶ Sed videtur prius legatarius grauari: nam primo cauere debet, quã cẽtum accipere debet. Sed resp. quòd & prius petere potest centum Titius: *vt C. ad l. Falcid. l. pe. & s. de condi. inst. mulier. §. j. in fi.* nec etiam grauatur si non vult. ¶ Item non videtur valere cautio: quia alteri stipulari, &c. *vt j. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri.* Respon. secundũ H. quod debet soluere Mæuio, vel ei cauere: quia hæc fuit testatoris volũtas: *ar. infra ad Trebell. l. cogi. circa princ. & arg. j. proxi. respon.* 2. Vel dic, cauet heredi: s. sic vt valeat, puta recipiẽti nomine [a] Mæuij. & sic cedet Mæuio: *vt arg. s. de neg. gest. l. pe.* ¶ Item quid si Titius non vult legatum? Respon. non cogetur cauere: quia nec heres adire posset pro singulari relicto: *vt infra ad Trebel. l. cogi. §. generaliter.*

b ¶ *Eadem ratione.* & hîc oppone & responde vt prius.

c ¶ *Præsenti die.* s. cuius solius ratione valet hoc sequẽs legatum: scilicet propter repræsentationem. alioquin non valet, eo quòd eidem Mæuio Titius tenetur: *vt Inst. de leg. §. econtrario.*

d ¶ *Repelli potest.* quoniam testator duplicare legatũ nec potuit, nec voluit, sed solutionem duntaxat accelerare. R. nõ potuit dico: quia debitum eidem: & quia ius quod habet, scilicet repetitionẽ biennij, legare videtur: *vt supra eod. l. si domus §. fina.* ¶ Sed contra *Insti. eo. §. hac ratione. & s. eod. l. plane. §. sed si duorum.* vbi distinguitur, primò res vel æstimatio habita fuerit: sed ibi ex testamentis prorsus diuersorum, hîc heredis, qui [b] est vnus cum testatore: *vt in Auth. de iureiuran. à mo. præsti. colla v. in prin. & facit infra eo. l. si mihi Sempronius. & j. titu. j. l. vnum ex familia in prin. & l. statuliber. & l. Mæuius. & l. Lucius. §. pe. & s. eod. l. si fundum sub conditione in prin. & arg. j. de verb. oblig. l. si stipulatio.*

e ¶ *Si cui homo.* in genere: sed si in specie, ipso [c] iure interitu speciei liberatur: *vt infra de solu. l. qui decem. in prin.*

f ¶ *Stichum.* mediocrem.

g ¶ *Volebat.* heres ergo eliget: quia non erat in familia: *vt not. s. eo l. si quis à filio. §. penul.*

h ¶ *Ædes.* dominantes.

i ¶ *Imposita.* nã oportet quòd imponatur. nam cõfusa [d] fuerat seruitus aditione hereditatis. *Accursius.*

k ¶ *Non plenum.* inspecta vniuersitate, nõ ipsa re. & facit. *j. de sol. l. etiam. & j. eo. l. si legatum. §. fin. & s. de seruit. l. Papinianus.*

l ¶ *Legatum* sub cõditione, vel in diẽ. alioquin cũ sua esset res, [a] nulla etiam esset emptio. 2. Vel dic, seruus erat heredis vel defuncti.

m ¶ *Emit.* sed non accepit adhuc, nec pretium fuit solutum.

n ¶ *Ex vendito.* proprie & dic, absolui debet legatarius si heres petat pretium. 3. Alij, ex vendito, i. [b] ex empto: & debet absolui heres, cum pretium nõ habeat, & rem tradiderit ex causa legati.

o ¶ *Hoc iudicium.* s. ex vẽdito [c]: *vt Inst. de act. §. actionũ.* & [d] ideo omnia veniunt quæ rationabile est venire: licèt non sit actũ tã ex parte actoris, quàm rei, *vt Instit. de ob. quæ ex con. in fin.* & hîc subiicit & continet, *&c. & s. sol. mat. l. sed si ideo in fi.*

p ¶ *Consequi debebat.* actione ex testamento. & sub. act. &c. & dic recuperabit quasi [e] re sibi euicta, cum ex alia causa habet: *vt s. de euict. l. si vendideris.*

q ¶ *Fuisset.* ab extraneo.

r ¶ *Actum fuerit.* ad rẽ: & sic res tradita, & pretium solutum. aliàs autem non admittitur ad agendum: *vt s. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. offerri.* 2. Vel dic actũ, sed non peractum.

s ¶ *Ex testamento.* alio iudicio, & alia actione, s. ex testamento. ¶ Sed certè [f] imò videtur quòd actione ex empto debeat agere: *vt s. de actio. emp. l. cui res.* & quòd incipiat rẽ habere ex causa legati: *vt j. ad legem Falc. l. fundo. quæ sunt cõtra.* Sol. hîc emit ab extraneo, ibi ab herede. in. l. cui res. & ideo cum possit ibi agere contra heredem actione ex empto, non agit actione ex testam. at hic secus est. ¶ Sed obstare videtur, quia dicit in prin. §. quòd si ab herede emit: nisi pũctes ibi post verbũ ab herede. ¶ Item videtur obstare quod in fi. dicit, quia hominem actoris facere cogitur: quia id conuenit tantùm heredi. Sed dic quòd nõ aliter absoluitur, &c. s. ab actione ex testamẽto, nisi reddat pretium. s. extraneo solutum. q. d. æstimationem rei legatæ, & hominem faciat actoris. i. legatarij. quod non erat factum per extraneum vendentem: *vt s. de act. emp. l. ex empto. §. j.* ¶ Sed in hoc est contra: *s. eod. l. si à substituto. §. j.* vbi heres non cogitur facere accipientis: sed hic heredis erat, licet ab alio esset emptus. 2. Vel secundò dic quòd emit ab herede. & quod dicit, actione ex testamento, improprie pone. i. actione ex empto occasione testamẽti. Siue etiam proprie ponas, dic quòd nõ dicit quod de iure potuerit agi. & quod dicit absolui, s. ab actione ex empto. Et quod dicit. s. actũ fuerit ex empto: dic, sed non peractum, & ita etiam aliud venit in cõdemnatione quàm petitum est. 3. Vel dic planius agi ex testamento, & petere legatarium quod habet: quia non videtur habere ex causa legati nisi rehabeat pretium. *ar. j. de sol. l. etiam. & s. de euic. l. si seruus venditus.* & emit ab herede. & quod dicit, fecit actoris, i. factum reliquit. Nam quando tradidit ex venditione, transtulit dominium ex quo erat suum, scilicet heredis: *vt infra de acquir. rerum domi. l. traditio. Accursius.*

Cumpater.] CASVS. Pro filia mea promisi in dotem. c. genero meo. & postea eidem filiæ eadem. c. legaui. certe si agat contra heredem meũ filia ex legato, & genero ex promissione: exceptionem

† legatur vt

a Confessionẽ facta parte absente, aliquo tamen pro ea acceptante confessionem, valere, hinc colligit Lanfrancus in repetit. in. l. admonendi. nume. 33. ... adde Socinum ...

b Hæres & defunctus vna cẽsentur persona.

c Speciei legatæ interitu, legatũ perit.

d Confunditur seruitus aditione hereditatis.

a Debitũ enim extingueretur cõfusione, per reg. illam, quod meum est, amplius meũ fieri nõ potest. *Vide Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic.* ... *& nota in l. Stichũ. §. aditio. j. de sol.*

† Limitabis hunc text. dum videtur sentire debitorem generis liberari re oblata perẽpta *per text. in. l. fin. & quod ibi no. Bal. C. de usu. & fœno.* vt procedat quando creditor integre oblatã recipere recusauit.

b Ex vendito actio pro ex empto actione.

c Actio ex empto & vendito bonæ fidei est.

d In iudiciis bonæ fidei ea veniũt, quæ ex æquo & bono sunt, licèt expressè de his actum nõ sit inter contrahentes.

e Euinci emptori res empta videtur, cui res antea legata à vero domino fuit.

f Qua actione experiri hoc casu legatarius debeat.

doli idem heres habebit. [SI ITA.] Titius erat debitor Sempronij in. xij. pone, & habebat inde chartam Sempronius. fortè Titius prędictus fecit testamentum, & legauit dicto Sempronio. x. hoc modo: Heres meus det decem Sempronio si idem Sempronius reddiderit ei instrumentum in quo teneor ei ad. xij. certè perinde est ac si dixisset: heres meus det. x. Sempronio si Sempronius eum liberauerit à debito. xij. aut ergo prædictũ instrumentum extat, aut nõ. si extet: nõ sufficit creditori eidemque legatario, scilicet Sempronio, instrumentum reddere, vt testator dixit: imò necesse est quòd etiam heredem liberet per acceptilationem si vult habere legatum. si autem non extat: non curo quando interciderit: sufficit si heredem liberet: nec exigitur quòd instrumentum reddat: & implesse conditionem videtur, vt sic legatum habeat. [SI TITIO.] Stichum Titij seruum legaui eidem Titio & Meuio. non valet legatum quantum ad Titium: quia res sua sibi legari non potest. nunquid ergo Mæuius totum habebit ex testamento? Et certè nõ, imò medietatem tãtũ. [STICHVM AVT.] Ita dixit testator: Stichum aut Phamphilum lego Titio: & sit electio heredis quẽ det. certè si vnum heres eligat, & ille decedat: liberatus est heres. ex quo autem vnum elegit heres: non potest mutare voluntatem. [LEGATVM.] Ita dixit testator: Lego Titio fundum Cornelianum, & mancipia mea quæ in meo fundo erunt tempore mortis meæ. postea ancilla aufugit ante mortem testatoris de dicto fundo, & alibi peperit. certè nihilominus habebit eam Titius, & etiam partum eius. [SI TITIO.] Legaui Titio ad suam electionem Stichum aut Pamphilum: postea vnum de dictis seruis alij donaui. certè alter remanet in obligatione. [QVIBVS ITA.] Siue ita dicat testator: Titio & Mæuio singulos seruos lego. siue ita: Titio seruũ lego. Mæuio alterum seruum lego. semper habebit quilibet eorũ vnum seruum in solidum. non autem erunt eis communes pro indiuiso ambo serui. [SI IS CVI.] Quamuis legatarius possit eligere vtrum agat pro legato actione ex testamẽto, an rei vindicatione: tamen quilibet heredum suorum non potest ita eligere. vnde si vnus eligat actionem ex testamento, & alter rei vindicationẽ: non admittuntur. si autem consentiant in vnam actionem vel sua spõte, vel etiam iudice ad hoc eos constringente: bene admittuntur ambo. *Viuianus.*

actoris fecerit.

Si pater primo dotat promittendo, postea legat: videtur pro dote legare. Bartolus.

6. ¶ Cum pater pro filia sua dotis nomine centum promisisset,[a] deinde eidem centum eadem[b] legasset: doli mali exceptione heres tutus erit, si & gener ex promissione, & puella ex testamento agere instituerit. cõuenire enim inter eos oportet, vt alterutra actione cõtẽti sint.[c]

Conditio de instrumentis reddendis continet in se etiam liberationem præstari: quod solùm sufficit si instrumẽta reddi non possunt. Bar.

7. ¶ Si ita cui[d] legatum esset, *Si tabulas chirographi mei heredi meo reddiderit, heres meus ei decem dato:* huiusmodi cõditio hanc vim habet, si heredẽ meum debito liberauerit.[e] Quare & si tabulæ extabunt, non intelligetur conditioni satisfecisse creditor nisi acceptum heredi fecerit. Et si tabulæ in rerum natura non fuerint: existimabitur implesse cõditionem, si heredem liberauerit. Nec ad rem pertinebit, iam tunc cum testamentum fiebat tabulæ interciderint, an postea, vel mortuo testatore.

Qui non admittitur ad partem iure actionis: facit partem si habet ius retentionis etiam iure suo. Bartolus.

8. ¶ Si Titio[f] & Mæuio legatus fuerit Stichus q. Titij erat, debebitur pars[g] Stichi Mæuio. nam Titius quamuis ad legatum non admittatur, partem faciet.

Ei qui habet electionem ex vltima voluntate, variare nõ licet. Bart.

9. ¶ *Stichum aut Pamphilum, vtrum heres meus volet,* † *Titio dato.* si dixerit heres Stichũ se velle dare, Sticho mortuo liberabitur. cum autem semel dixerit heres vtrum dare velit: mutare sententiam non poterit.[h]

Qui est in fuga, videtur esse in loco à quo recessit. Bartolus.

10. ¶ Legatum est ita, *Fũdum Cornelianum, & mancipia quæ in eo fundo cum moriar*[i] *mea erunt, heres meus Titio dato.* ancilla quæ in eo fundo esse consueuerat, mortis tẽpore, cum in fuga esset, enixa est. Quæro, an vel ipsa, vel partes eius legato cedat. Respõdi, Ancilla quamuis in fuga sit, legata videtur. & licet fugitiua erat, perinde habetur ac si in eo fundo fuisset moriente patrefamilias. huic consequens est, vt partus quoque matrem sequatur,[k] & perinde legato cedat, ac si in fundo editus fuisset.

Si vna ex rebus alternatiue legatis à testatore donatur: alia in legato remanet. Bartolus.

11. ¶ Si Titio Stichus aut Pamphilus, vtrum eorum malit,[l] legatus est, deinde Pamphilũ testator Titio donauit, Stichus in obligatione remanet.

Cõiunctio verbalis nõ inducit ius accrescẽdi in reb. prorsus diuersis. Bar.

12. ¶ Quibus[m] ita legatũ fuerit, *Titio & Mæuio singulos seruos do*

a ¶ *Promisisset.* genero.

b ¶ *Eadem.* quoque semper præsumitur,[a] nisi aliud liquet. Ro. *vt. j. tit. j. l. Titia §. quæ in vita. & l. cum pater. §. pater filiæ. & de do. prælег. l. ij. in prin. & supra solu. ma. l. si cum dotem. §. si pater.*

c ¶ *Contenti sint.* vt se non impediant: *vt & j. eo. l. j. in fi.* Si autem separatim veniant, dic *vt supra de iure do. l. cum pater. & facit.* C. *eo. l. filia.* ¶ Item nota ex prædictis patrem[b] legare filiæ profectitiam dotem: & debet esse contenta alterutro. secus in viro: *vt.* C. *de rei vxo. act. l. j. §. j.* Accursius.

d ¶ *Cui.* i. alicui. *& facit infra tit. ij. l. qui chirographum. & infra de lib. leg. l. iij. & j. de pac. l. Labeo.* ¶ Sed contra. *j. eo. l. ab omnibus. §. in testamento.* Sol. ibi. ¶ Item facit. *j. eo. legatum.* ¶ Et not. vtilẽ. §. pro[a] instrumẽtis quæ non possunt reddi. *sic. C. de solu. l. pecuniæ.*

e ¶ *Liberauerit.* scilicet si tabulæ non sunt. aliàs secus, vt subiicit.

f ¶ *Si Titio.* scilicet domino Stichi. *Accursius.*

g ¶ *Pars.* quasi dicat, non totus: quia Titius facit partẽ. vt subiicit. i. facit alium admitti ad partẽ tantùm. ¶ Et nota quibus casibus fit pars, & quibus nõ fit: vt ecce legatur mihi & ei qui non est in rerum natura tempore testamenti. 2. Item legatur mihi & ei qui est tunc: sed decedit ante testatorẽ, & non fit mihi pars: *vt C. de cadu. toll. l. j. §. in j. & §. pro secundo. & j. eo. l. si duobus in prin.* 3. Item ecce legatur mihi & posthumo qui nascitur abortiuus: & tunc idem: *vt. j. eo. planè. §. si duobus. in fine.* 4. Item legatur mihi & heredi: & tunc idem quod supra *eo. l. planè. §. si duobus.* 5. Itẽ legatur mihi & tibi, & tu repudias: & idem: *vt Inst. de leg. §. si eadem.* quæ omnes sunt huic contrariæ. 6. Item legatur mihi & nõ capaci: & tunc fit mihi pars: *vt. j. ti. j. l. si Titio.* 7. Item legatur mihi & tibi res tua: & tũc idem: *vt hic.* 8. Itẽ legatur mihi & seruo tuo: & tunc idẽ: *vt. j. eo. l. planè. § si cum Elim.* 9. Itẽ legatur mihi & seruo meo, & tunc idem: *vt. j. tit. j. l. si mihi purè.* ¶ Item sunt arg. contra. *j. de auct. tut. l. si seruus communis. & j. de stipul. seruo. l. item. & l. proinde. & j. titu. j. l. cũ pater. §. libertis cõcord. j. de leg. præstã. l. ij. §. ij.*

h ¶ *Nõ poterit.* Imò videtur quòd sic: quia verbum volet. tractũ[b] habet, & c. *vt. j. de verbo. oblig. l. si quis stipulatus.* quæ est contra. Solu. hic erat electio debentis, ibi stipulatoris. vnde ne sit hic in eius potestate an debeatur, non potest mutare: *vt. C. de eo. quod cert. loc. l. ij.* Sed certè idem si legatarij esset electio: *vt infra de op. leg. l. apud Aufidium.* Dic ergo aliud in stipulatione quàm in legato: quia hic facta electione statim fit res legatarij: & ideo mutare non potest: *vt. d. l. apud Aufidium. & infra tit. j. l. statuliberum. §. Stichum.* in stipulatione secus. ¶ Item sunt arg. contra. *j. de sepul. viola. l. ij. §. penult. & supra deposi. l. j. §. penult. & infra de verbo. oblig. l. eum qui certarum. §. j. item facit infra de solu. l. Stichum. in princi. & infra titu. j. l. si is cui.* ADDITIO. Dic quòd istud est fauore vltimæ voluntatis, *secundum Bart. hic.*

i ¶ *Cum moriar.* Sic *infra de fundo instru. & instr. lega. l. Seia. §. Pamphilæ. & j. de heredi. instit. l. ex facto. §. fin. & infra de auro & argen. leg. l. qui vxori. & infra tit. ij. l. quæsitum. in prin. & l. seruus. & l. si ita. Accursius.*

k ¶ *Sequatur.* accessorium sequitur principale. *sic. j. de pecu. le. l. ij.*

l ¶ *Malit.* Ex hoc notant quidam quòd aliàs legatarius nõ eligeret nisi à testatore ei data esset electio. sed est falsum, & hic sub. maximè. si enim hoc casu heredi daret electionẽ, posito quòd testator non dederit legatario, iam eligeret Pamphilum: & sic legatum esset inutile: quod esse nõ debet: imò sic[c] interpretari debet vt valeat: *vt. j. tit. j. l. Titia. §. Lucius. & argu. j. eo. l. planè. §. si cui. & facit. j. eo. l. si tibi. § fi. & l. sequen. & l. non quocunque. §. fin.*

m ¶ *Quibus.* sic *supra de vsufruct. acc. l. fina.*

a Dotem relegare, aut cõpensandę dotis causa legare præsumitur pater potiùs, quàm nouum legatum facere.

b Legare dotẽ profectitiã filiæ pater potest.

a Instrumentũ seu cautionẽ debitori creditor reddere tenetur recepto debito.

† Verbum, volet, volam, & voluero, quam vim habeant, ...

b Volet, verbũ tractum temporis habet.

c Interpretari actum ita debemus, vt valeat.

Vti vellet.

a ¶*Vti vellet.* cũ plures ei cõpetant: *vt. j. ti. j. l. cum filius. §. varijs.*
b ¶*Simul.* secus si separatim: *vt infra. l. proxima.*
c ¶*In personam.* scilicet ex testamento. & facit *supra de vsufru. l. quoties. in prin.* contra. Solu. ibi. *& de seruitu. rustico. prædiorum. l. itinere.* contra. Solu. ibi. ¶Item facit *supra quib. modis vsusfr. amit. l. ij. in princ. & §. si.*

lego: constat eos non concursuros in eundem seruum: sicuti nõ concurrunt cum ita legatur, *Titio seruum do lego: Mæuio alterum seruum do lego.*

Plures simul venientes ad legatum, concordare coguntur qua actione agant: secus si veniant separatim. h. d. cum. l. seq.

13. ¶Si is cui legatum fuerat, antequam constitueret qua actione vti vellet,[a] decessit duobus heredibus relictis: legatum accipere simul[b] venientes, nisi consenserint, non possunt. quare quandiu alter rẽ vindicare vult, alter in personam[c] agere nõ potest. sed si cõsenserint, rem communiter habebunt. consentire autem vel sua sponte debent, vel iudice imminente.

LXXXV. PAVLVS *libro vndecimo ad Plautium.*

DVobus coniunctim[d] fundus erat legat⁹. alter ex his partis æstimationẽ † p actionẽ personalẽ[e] abstulit. alter si fundum totum vindicare[f] velit, exceptione doli pro parte dimidia repellitur: quia defunctus semel ad eos legatũ peruenire voluit.[g]

Si res mea pignerata mihi legatur ab extraneo: tenetur heres mihi soluendo pignus liberare. Bartolus.

LXXXVI. IVLIANVS. *lib. 34. Digestorum.*

SI tibi homo[h] quẽ pignori dederas,[i] legatus ab alio fuerit: actionem ex testam. habebis aduersus heredẽ vt pignus luatur.[k]

Qui consecutus est æstimationem totius à grauato singulariter: nil debet consequi à grauato vltra. Bartol.

1. ¶Si testamẽto Stich⁹ ab vno herede legatus fuerit Mæuio, & eidẽ codicillis idem Stichus ab omnib. heredibus,[l] & antequã codicilli aperirentur, Mæuius litis æstimationem consecutus[m] fuerit: ipso iure vindicari ex codicillis non potest:[n] quia testator semel legatum ad eum peruenire voluit.

Rei legatæ verè dominium transit ab adita hereditate: & eodem modo debẽtur quæ rei legatæ accedũt. Bar.

2. ¶Cum seruus legatur: & ipsius serui status, & omnium quæ personam eius attingunt, in suspenso[o] est. Nam si legatarius repulerit a se legatum: nunquam eius fuisse videbitur. si nõ repulerit: ex die aditæ hereditatis[p] eius intelligetur. secũdum hanc regulam & de iure eorum quæ per traditionem seruus acceperit, aut stipulatus fuerit, déque his quæ legata ei vel donata fuerunt, statuetur, vt vel heredis vel legatarij seruus singula gessisse existimetur.

Actione personali ex testamẽto nõ põt cõueniri heres nisi p hereditaria portione, etiã si insolidũ rẽ possideat.

3. ¶Si fundus[q] ab omnibus heredibus legatus sit, qui vnius heredis esset: is quidẽ cuius fundus esset, nõ amplius quàm partem suã præstabit: cæteri in reliquas partes tenebuntur. 4. ¶Valet[r] legatum, si superficies legata sit ei cuius in solo fuerit: licet is dominus soli sit. nam consequetur vt hac seruitute liberetur, & superficiem lucrifaciat.[f]

Suus vel emancipatus si se abstinet, prælegatum in totum consequitur, nisi testator aliud voluerit, vel prælegata loco hereditatis posuerit. h. d. vsque ad. l. quæsitum. Bartolus.

LXXXVII. PAPINIANVS *libro 18. Quæstionum.*

FIlio pater quem in potestate retinuit, heredi pro parte

D*Vobus.*] CASVS. Legaui cõiunctim fundum duobus: alter egit actione ex testamento, & fuit consecutus æstimationẽ medietatis fũdi. alter vult fundum totum vindicare. certè non potest. *Viuianus.*
d ¶*Duobus Coniunctim.* re & verbis, vel re tantùm: *vt. C. de caduc. tollend. §. vbi autem. & §. si autem.* Accursius.
e ¶*Personalem.* ex testamento.
f ¶*Vindicare.* per rei vindicationem.
g ¶*Voluit.* pro virilibus portionibus: *vt supra eo. l. si mihi. in prin. & l. si pluribus. in prin.*

S*I tibi homo.*] CASVS. Stichum seruum meum obligaui Titio, & Sempronius eum mihi legauit. certè tenetur mihi heres Sempronij vt luat pignus meum prædictum. [SI TESTAMENTO.] In testamento meo legaui Stichum Titio ab vno de heredibus meis. postea feci codicillos, & eũdẽ Stichũ ab omnibus heredibus meis legaui eidem Titio. antequam aperirẽtur codicilli, egit Titius contra heredem grauatum in testamẽto, & habuit æstimationem Stichi. certè apertis postea codicillis non potest ex eis agere contra heredes ad eundem Stichum cuius æstimationem habuit. [CVM SERVVS.] Titius legauit mihi seruum, & decessit: & adita est hereditas eius, vnde dominium prædicti serui habeo ego legatarius etiam ignorans mihi legatum. certè adhuc est in suspenso status serui, scilicet vt rum debeat remanere apud me, vel non. nam bene possum repudiare: & si repudio, nunquam fuisse meus fingetur: quamuis in veritate fuerit. vnde si aliquid seruus prædictus interim acquisiuit, i. postquã legatus fuit mihi vsque ad tẽpus quo repudiaui eum, heredi videtur acquisisse. si autem velim ad me pertinere seruum: intelligitur fuisse meus à tempore aditæ hereditatis, sicut in veritate fuit. & ea quæ interim acquisiuit, mihi acquisiuit. [SI FVNDVS.] Institui mihi tres heredes: & ab eis reliqui fundũ vnius heredis Titio. certè pro hereditariis partibus tenetur Titio: nõ autem solus ille heres cuius est fundus. [VALET.] Habeo superficiem in solo Titij: feci testamentum: & ei legaui superficiem in solo Titij. valet legatum, & lucrifaciet dominus soli ipsam superficiem. *Viuianus.*
h ¶*Si tibi homo.* scilicet Titius.
i ¶*Dederas.* alij non leganti. alioquin aliud esset: *vt infra de libe. leg. l. j. §. j.*
k ¶*Luatur.* pignoris enim luitionem potius legasse quàm dominium eius voluisse testatorem est verisimile. R. Sed arg. contra *infra tit. j. l. Mæuius. §. penul.* ¶Et nota hic quòd valet[a] legatũ rei meæ in qua alius habet ius.[b]
l ¶*Ab omnibus heredibus.* secus si ab alio specialiter eadem res: *vt supra eod. l. quid ergo. §. j. & infra eodem. l. seruo. §. j. & facit ad hoc supra eo. l. si fundum. §. si pater.*
m ¶*Consecutus.* petendo Stichum non æstimatum. sed quia non præstitit eum inæstimatum, damnatur ille heres à quo fuit relictus.
n ¶*Non potest.* quia nullum commodũ esse potest. Aliàs contra *infra ti. j. l. Mæuius. circa princip.* ¶Item contra ead. l. §. eum. Solu. ibi, & dic plenè vt ibi notatur. *Accursius.*
o ¶*In suspenso.* Nec obst. *infra eo. l. legatũ. §. fi.* quia refert, an suspendatur legatum expressim, vt per condi. vt ibi: aut tacite, vt quia legatarius deliberat: *vt hic* ibi ergo non suspenditur, sed statim extinguitur seruitus.
p ¶*Aditæ hereditatis.* ¶No. quãdo dominiũ[c] rei legatæ transit in legatarium. *sic infra tit. j. l. mortuo. in principio.* 2 Sed alij dicũt à morte testatoris: *vt infra de fur. l. à Titio. & supra de noxa. l. si seruus leg. & supra de pecu. l. sed si damnum. §. j. & infra titu. j. l. legatum.* Sed primò[d] inspecta veritate, istæ aliæ de fictione.[e] & facit. *j. de rebus dub. l. quædam. & infra de furt. l. si is qui. & l. si dominium. & supra de re eo. l. magis. §. fundum autem. & supra eo. l. legatarius. §. j. & l. apud. & l. seruum. §. j. & supra si certum peta. l. proinde. & & infra si quid in frau. pa. l. j. §. vtrum.*
q ¶*Si fundus.* plana est litera. & facit. *j. tit. j. l. vnũ ex familia. §. si rẽ.*
r ¶*Valet.* quia ei vindicanti de cætero non obstabit exceptio quæ competebat superficiario: *vt infra de superfic. l. e. j. §. quod ait.*
f ¶*Lucrifaciat.* ¶Sed nonne superficies[f] sequebatur solum: *vt Insti. de rerum diui. §. cũ in suo?* Respon. sic: sed per hoc dicitur lucrari, quia petet rem exceptione non obstante. *& facit supra eo. l. si domus. §. si.*

F*Ilio pater.*] CASVS. Filium meum quem in potestate habebam, heredem institui cum quibusdam aliis, & ei prælegatum dedi. filius vult abstinere ab hereditate, & legatum consequi. dicebant coheredes sui: tu impugnas iudicium patris tui abstinendo ab hereditate sua, vnde non debes aliquid ex eo cõsequi. quæritur, quid iuris sit? & dicitur quod bene habebit legatum, quamuis ab hereditate abstineat: nisi ego pater nolui eum aliàs habere prælegatum prædictum quàm si adiuerit hereditatem meam: quia tunc non habebit nisi adeat. & bene dixi filium in potestate constitutum debere habere legatum etiam si abstineat ab hereditate patris quando non apparet contraria voluntas patris: quia idem dicitur in emancipato. & in potestate constitutus non habet minus ius abstinendi per prætorem, quàm habeat emancipatus per ius ciuile. *hoc dicit vsque ad l. quid ergo. Viuianus.*

---

† Æstimationis receptio successit loco rei & impedit ius adcrescendi.

a Legari mihi res mea potest, in qua alter ius habet.
b Pone exemplum vt in. l. 1. C. de vsufruc. leg. scilicet in re testatoris alteri locata. & est quæstio an possit legari res in qua quis habet ius: *not. in. l. cum alienã. C. de lega.*
c Dominiũ rei legatæ an & quando transeat in legatarium.
d Dominiũ rei legatæ trãsit in legatariũ adita hæreditate, at non à morte testatoris trãsit inquam, vere: aliàs fictè, à morte testatoris trãsit in legatariũ rei legatæ dominiũ: *similis est Gloss. in. l. à Titio. ff. de furtis.* Quid si res legata sit aliena penitus: vel hæredis: eius dominium non trãsfertur nisi ab ipso re tradita. *Gl. in. l. in omnibus. ff. de seruitutibus. Didac. in c. Reynaldus. §. 1.*
e Fictio opponitur veritati.
f Superficies sequitur totum.

instituto legatum quoque reliquit. Durissima sententia est existimantium denegandam ei legati petionẽ,[a] si patris abstinuerit hereditate. non enim impugnatur iudicium ab eo qui iustis[b] rationibus noluit negotiis hereditariis implicari.

LXXXVIII. MARCIANVS *lib.6 Institutionum.*

SEd si non alias voluit pater habere eum legatum, nisi hereditatem retineat: tunc neque aduersus coheredem dandam ei legati petititionem secundum Aristonis sententiam constat: cum ipsi filio non videretur esse soluendo hereditas. & hoc ita est, licet non conditionaliter expressisset, intellexisse tamen manifestissimè probetur.

LXXXIX. IVLIANVS *lib.36. Digestorum.*

NAm nec emancipatus hereditate omissa legatum ab herede petere prohibetur. Prætor enim permittendo his qui in potestate fuerint, abstinere[c] se hereditate paterna: manifestum facit, ius se in persona eorum tribuere, quod futurum esset si liberum arbitrium adeundæ hereditatis habuissent.

XC. PAPINIANVS *lib.18. Quæstionum.*

a ¶*Petionem.* quia non denegatur: *vt.C.eo.l.cum responso.& j.de excep.doli.l.apud.§ si quis.& 3.eo.l.qui filiabus.§.fi.& .le.seg.& infra.e.l.quæsitum.§.duobus.* ¶ Sed contra. *j.ti.j.l.miles.§.fina.* *nam ibi decedens* & sic repudians non habet nec transmittit legatum pro sua parte, & ita non valet. Solu. hic repudiauit, ibi decessit: quæ non paria: quia cum repudiat, extat conditio tacita sub qua valet pro sua parte. at cum moritur ante aditam hereditatem, vt ibi, non extitit conditio eo viuo, & sic non transmittit pro sua parte, vt ibi. pro alia enim semper valet: & ideo trasmittit: *vt ibi.* ¶Item contra *infra de excep.do.l.fi.§.fi.* Solu. *vt.C.eo.le.cum responso.* ADDITIO. I. Vel dic secundum Bart. hic quòd ibi legatum habebat in se aliam conditionem quàm istam, si heres non erit: quia conditio apposita in institutione videbatur repetita in legato.

b ¶*Iustis.* vel non iustis. nam[a] est pro ratione volũtas: *vt.j.ad Trebel.l.quia poterat.& facit.3.si quis omis.cau.test.l.in testamento.in fine & infra titulo primo.l.Sextilium.* Accursius.

[a] Voluntas interdum sufficit pro ratione.

c NAm nec.] *Abstinere.* permittit[b] enim quod ius ciuile non facit: *vt supra de acqui.here.l.necessariis.& Institu.de heredũ.quali.& diffe.§.sed his.* Accursius.

[b] Prætor interdũ aliquid permittit, quod ius ciuile non permittit vt hic, Prætor permittit suis abstinere, quod ius ciuile nõ permittit.

QVid ergo.] CASVS. Pater ita prælegauit filio quem habet in potestate: hoc amplius quam habet in hereditate mea, prælego ei centum. nunquid erit idem quod dictum est quando pater non dixit, hoc amplius: scilicet vt patris hereditatem volens adire in potestate constitutus, nihilo minus habeat prælegatum? & certè sic, nisi probetur per coheredes patrem noluisse eum habere prælegatum nisi adeat hereditatem suam. Sed quid si plures filios puta tres sibi instituit pater, & inter eos diuisit totam hereditatem verbis legatorum, hoc modo: vni heredi lego tertiam hereditatis, secundo aliam tertiam, & tertio aliam tertiam: & vnus eorum vult repudiare suam tertiam iure hereditario, & eandem habere iure legati? nunquid potest? Certè non. verisimile est enim in hoc casu quòd non aliter vellet eos habere ea quæ assignauit, nisi heredes existant. & hoc dicit litera, voluntatis ratione, scilicet præsente. *Viuianus.*

d ¶*Placet.* Fecit quidam testamẽtum suum: filios suos heredes instituit: & diuisit inter eos bona: vt vnus haberet vultra Rhenum, & alter citra Rhenum. nunc iste qui habebat citra Rhenum, habet in quolibet cespite medietatem iure suo: alteram medietatem iure prælegationis. si autem velit habere id quod habet iure prælegationis: aliud repudiare non potest. Sed contra. *3.eo.l.qui filiabus.§.fina.* Sed ibi prælegatum est à testatore, hic autem illud prælegatum à lege.

e ¶*Si pluribus.* hic intendit quod quando plures sunt instituti, vnusquisque suam partem partim habet iure coheredis, & sic iure prælegati: partim suo iure habet. sed si id quod suo iure habet, noluit, non potest habere aliquid iure coheredis, & sic iure prælegati: quia habet à lege. & sic non ob. *3.eo.l.qui filiabus.§.fi.* vbi habet à testatore prælegatum.

f ¶*Bona diuiserit.* sed non omnia, sed maiorem partem: alia bona indiuisa reliquit. H.

g ¶*Voluntatis.*[c] præsumpta[d] cum enim pater inter eos diuiserit omnia, vel partem maiorem: verisimile est non aliter velle eos habere assignata, nisi essent heredes.

[c] Prælegatis absorbentibus maiorem partem hæreditatis, ex coniectura voluntatis defuncti ea restitui debẽt, licet verba non videantur suffragari. *v.Manticam.7. de coniecturis vltimarum voluntatum.6.num.9.*

[d] Quia volũtas testatoris ea præsumitur, quæ de iure esse debet. *Bal.in l.1.C.de impube.& aliis substit. Ioann.de Imo.in l.fi.j.de condi.& demon.*

QVid ergo si ita legauerit, *Hoc amplius filio meo?* Non dubiæ voluntatis quidem quæstio erit, sed nõ absimilis est prioris casus circa filij prouidẽtiam, nisi euidens voluntas contraria patris probetur. 1. ¶Planè[d] si pluribus[e] filiis institutis, [inter* eos verbis legatorum bona diuiserit:[f] voluntatis[g]] ratione legatorum actio denegabitur ei qui[h] non agnouerit hereditatem.

A filio instituto potest legari patri vel alteri cuicunque in eadem potestate constituto. Bartolus.

XCI. IVLIANVS *libro 36. Digestorum.*

QVæsitum est, si filiusfamilias qui filium habebat, heres institutus fuisset[i] cum esset vterque in potestate aliena, an ab eo filio eius legari possit. Respondi: cum possit à filio patri legari,[k] consequens est vt vel fratri ipsius, vel filio, vel etiam seruo[l] patris sui legetur.

Si libertatis dies & legati cedit simul vel libertatis prius, valet legatum: secus si prius cedit dies legati. Bartolus.

1. ¶Præsenti quidẽ die data[m] libertate, seruo legari[n] vel purè vel sub conditione poterit.[o] cum verò libertas sub conditio-

h ¶*Ei qui.* cui per diuisionem maiorem partem assignauerat, quàm ab intestato habiturus erat. *& facit supra famili.ercis.leg.si cum pater.*

QVæsitum.] CASVS. Filium, & ex eo nepotem habebam in potestate. dictus filius heres fuit institutus à quodam extraneo, & ab eo fuit legatum dicto nepoti meo. certè valet legatum. & etiam si legatum fuisset fratri prædicti instituti, vel etiam seruo suo, vel patris sui, valet legatum: quia etiam à filio meo instituto potest mihi legari. [PRÆSENTI.] quando in testamento meo dedi purè libertatem seruo meo, benè possum ei legare. vel volo purè, vel volo sub conditione. si autem dem ei libertatem sub conditione. & do ei legatum purè: quandoque valet legatum, quandoque non. nam si conditio libertati apposita potest adimpleri ante aditam hereditatem, & sic tempore quo cedit dies legati sibi seruo purè relicti, inuenitur liber: vnde potest sibi acquirere. dies autem dicti legati cedit ab adita hereditate *vt Cod. de cadu. tollend.§. in nouissimo.* si autem conditio libertati apposita non possit adimpleri ante aditam hereditatem: si alius esset institutus, de quo ponit duo exempla, non valet dictũ legatum: quia cum dies eius cedit scilicet ab adita hereditate, inuenitur seruus heredis: vnde sibi non potest acquirere legatum dictum seruus: nec heredi: quia iam esset heres & legatarius: quod esse non debet. quod autem dixi valere legatum purè relictum seruo cui data est libertas sub conditione, si conditio possit adimpleri ante aditam hereditatem, & adimpleta sit: fallit in vno casu, veluti quando Stichum seruum meum institui mihi heredem necessarium, & Pamphilo seruo meo dedi libertatem sub tali conditione, quæ posset adimpleri ante aditam hereditatem si alius esset institutus, & eidem Pamphilo aliquid purè legaui: quia hoc casu statim mortuo testatore Stichus heres est, siue velit, siue nolit. vnde potest inueniri aliqua conditio quæ in hoc casu possit adimpleri ante aditam hereditatem. tempore ergo quo cedit dies legati scilicet aditæ hereditatis, si inuenitur seruus, vt dictum est, sibi legatum acquiri non potest, nec heredi. vnde iudicatur non valere. *Hoc dicit vsque ad. §. duobus.* Viuianus.

* Inclusa ista non sunt in codice Florẽtino. Hanc sententiã refert Marcellus *l.103. de condi.& demon.*

i ¶*Institutus fuisset.* à patre secundum quosdam: imò ab extraneo: vt statim innuit cum dicit, aliena.

k ¶*Patri legari.* etiam purè: quòd[a] dic: *vt supra eod.l.à filio.& facit infra quando dies leg.ce.l.cum legato.*

l ¶*Seruo.* Imò[b] videtur quòd filio vel seruo heredis non iure legetur. *vt Inst.de leg.§.an seruo.quæ est contra.* Solu. hic sub conditione, vt & ibi permittit. 2. Vel dic secundum Ioan. quòd hic non erat filius vel seruus heredis, sed patris heredis. 3. Vel dic secundum quosdam quod valeret secundum noua iura, secundum quæ quæritur proprietas legatario filio, sed secundum vetera iura valebat, siue ipse heres, siue legatarius fuit ante aditam hereditatem emancipatus.

m ¶*Data.* i. directè relicta à testatore.

n ¶*Legari.* eidem seruo.

o ¶*Poterit.* & vtriusque legati dies cedit ab adita hereditate: *vt C.de cadu.tollen.§.in nouissimo.*

[a] Legare mihi filiofamilias à meo filio extraneus potest.

[b] Legari vtrum & quomodo possit filio vel seruo heredis instituti.

Puro

a ¶ *Purè legabitur*.scilicet à domino:ab extraneo vero indistincte etiam purè legaretur.
b ¶ *Vtile*.i.de decem.nam de libertate legatum semper valet.
c *Legatum est*. Imò quandoque non:*vt.j.de condit. & demonst. l.cum seruus. in princip*. Solut. ibi mixta conditione. & dic vt ibi not.

d ¶ *Efficiet*.quia dies huius legati ab adita hereditate cedit: *vt in d.§.in nouissimo*. quod hic esse nõ potest. Sed contra. j. *titul. ij.l. qui concubinam*. cum testamento. Solut. ibi & facit.s. *de hered. instit. l.qui filio.§.ij.& .s. eo. l.si post mortem.& .j.de opti.leg.l.si optio & infra titu. j.l.si quis serno*.

e ¶ *Scripto*.& relicta libertate seruo, & legato vt supra.

f ¶ *Aditam*. aliàs cũ institutus est extraneus, secundum Ro. nam[a] suus vel necessarius non dicitur adire. 2. Vel dic ante aditã hereditatẽ.i.[b] ante immixtionem: prætor enim permittit abstinere: *vt..s.e.l.nam nec*.

[a] Adire sui nõ dicuntur: sed se immiscere.

[b] Aditio hæreditatis pro immixtione.

g ¶ *Efficient*. si non impletæ fuerint statim testatore mortuo, vel adhuc eo viuo. & est ratio secundum Ro. quia in hoc casu inter mortem & hereditatis acquisitionem nullum est medium.

Duobus.] CASVS. Duos mihi herdees institui,& alteri eorũ legaui Stichum, & eidem Sticho legaui. x. Stichus peruenit ad libertatem me testatore viuo. certè legatum prædictum habebit in solidum. nam & si non peruenisset. Stichus ad libertatem me testatore viuo, certè legatum prædictum habebit in solidum. nam & si non peruenisset Stichus ad libertatem, sed remansisset apud heredem cui prælegatus fuit, & ipse heres hereditatem non adiisset: totum legatum prædictum dicto heredi acquireretur per seruum prædictum sibi legatum. [SERVO.] Titio seruum legaui: & seruo legaui. x. & postea seruum alienaui in Mæuium: certè Mæuius habebit legatum seruo relictum. [CVM SERVVS.] Legaui Titio Stichum,& eidem Sticho legaui.x.certè possum grauare Titium de fideicommisso alicui dando, vel ipsi seruo cum erit liber.[SI QVIS.] Legaui Titio Stichum: & postea eundem alienaui in Sempronium,postea eidem seruo dedi in codicillis legatum.certè illud legatum Sempronio acquiritur.& idẽ est si eum manumisi postquam eum legaueram, & eidem postea legatum dedi in codicillis.nam ei manumisso acquiritur legatum. [SI MIHI.] Titius instituit te heredem:& mihi Stichum legauit.Sempronius quidam alius fecit testamentum, & dicto Sticho legauit.x.decessit Sempro.secundus testator, & viuo Titio primo testatore,sicque cessit dies legati Sticho relicto: quare acquiritur hereditati Titij primi testatoris, id est ipsi Titio qui adhuc viuebat, vt dictum est.certè licet postea moriatur Titius cui acquisitum est legatum relictum seruo qui adhuc erat suus,quamuis mihi legauerat eum,vt dictũ est:tamen ad me cui Titius Stichum legauit,non pertinebit legatum relictum dicto Sticho per Sempronium imò pertinebit ad heredem Titij prædicti. [CVM HOMO.] Legasti mihi Stichum.ego fui litem contestatus contra heredem tuum super hoc.certè quicquid à lite contestata vsque ad sententiam habiturus fuissem si mihi datus esset tempore litis cõtestatæ, totum debet mihi dare heres.& ponit simile de ancilla legata, & de fundo legato.Viuianus.

ne data fuerit: aliàs vtiliter, aliàs inutiliter purè legabitur.[a] nam si ea cõditio libertatis fuerit, vt paterfamilias statim mortuo possit ante aditam hereditatem existere conditio,veluti, *Stichus si decẽ Titio dederit*, vel *Capitolium ascenderit,liber esto*: vtile[b] legatum est.[c] Huiusmodi autem conditiones, *si heredi decem dederis: si post aditã hereditatem Capitolium ascenderit*: inutile legatum efficient.[d] Necessario autẽ ex asse herede scripto,[e] etiã hę cõditiones quæ ante aditam[f] hereditatem impleri possunt,inutile legatũ efficient.[g]

Si seruo legato viuo testatore obuenit libertas: relictum eidem debebitur.Bart.

2. ¶ Duobus heredibus institutis, alteri Stichũ legauerat, & eidẽ Sticho decem.cum Stichus viuo testatore ad libertatẽ peruenisset,totum legatũ ei[h] debebitur. Nã in solidum constitisse causam legati in eius persona, hoc quoque argumento est, q, si heres cui legatus fuerat, hereditatẽ non adisset, solidum ab altero herede consequi possit.[i]

3. ¶ Seruo legato legatũ datũ est.Si alienatus à testatore fuisset legatũ ad emptorẽ pertinebit.[k]

4. ¶ Cũ seruus Titio, & eidẽ seruo aliquid legatur:fideicõmitti potest,vt aut seruũ alicui restituat,vel ea quę seruo legata sunt, Hoc amplius etiã ipsi seruo cum liber erit, fideicõmissum à Titio dari potest. 5. ¶Si quis Stichũ legauerit, & eũdem alienauerit, vel manumiserit,deinde codicillis eidem legatum dederit:legatum vel manumisso vel emptori debebitur.[l]

Ea quæ adquiruntur per seruum viuo testatore, non debentur legatario: secus in quæsitis post mortem & aditam hereditatem.Bart.

6. ¶ Si mihi seruus à te heredelegatus[m] fuerit, & eidẽ seruo aliquis[n] legauerit, & viuo eo qui mihi seruũ legauerat, dies legati seruo dati cesserit:[o] confestim[p] id legatum hereditati[q] adquiritur. & ideo quamuis postea moriatur is qui seruum mihi legauerat, ad me id quod seruo legatum est,non pertinebit.

Si legatur homo alienus, fructus & accessiones veniunt à tempore litis contestatæ.Bart.

7. ¶ Cũ homo ex testaméto petitus[r] est, causa eius temporis quo lis contestabatur,[f] repræsentari debet actori.& sicut partus ancillarum, & fructus fundorum interim percepti in hoc iudicium deducuntur: ita quod seruo legatorum vel hereditatis nomine interim obuenerit,pręstandum est petitori.

Qui consentit alienationi rei à testatore purè sibi relictæ, potest adhuc petere pretium, licet heres soluendo rem liberare se possit. Bartolus.

XCII. IVLIANVS *libro trigesimonono Digestorum.*

SI fundum per fideicommissum relictum vnus ex heredibus excusso pretio secundum reditum[t] eius fundi mercatus sit[u] propter æs alienum[x] hereditarium, præsente & adsignate eo cui fideicommissum debebatur: placet non fundum, sed pretium eius restitui debere.[y]

h ¶ *Totum legatũ ei*. Sticho: *vt. & j.quando dies leg.ce.l.cum legato*.

i ¶ *Potuisset*.infra *tit. j.l.milites.§.fin*. contra Solu.ibi.

k ¶ *Pertinebit*. infra. *§.ij.& .j.quando di. le. ced.l.cum legato*.

l ¶ *Debebitur*. supra. *§.ij.& .j. quando dies leg.ce.l.cum legato*.

m ¶ *Legatus*. à testatore.

n ¶ *Aliquis*. extraneus.

o ¶ *Cesserit*. quia decessit qui legauit.

p ¶ *Confestim*. eo legante mortuo.

q ¶ *Hereditati*.i.[a] bonis quę nunc sunt, spe[b] futuræ hereditatis. ¶ Et sic nomẽ[c] destinatum post mortem, imponitur ante mortem: vt[d] & postumus dicitur post testamentum natus etiam in vita. *& facit.j.tit.j.l.quod seruus*

[a] Hæreditas & spe futuræ hereditatis.
[b] Spe dici nostrum aliquid potest.
[c] Destinatum nomen post mortem, imponitur ante mortem.
[d] Postumus dicitur etiã in vita patris & ante quàm nascatur.

r ¶ *Petitus est*. per legatarium.

f ¶ *Contestabatur*. ex hoc dicunt quidam[e] moram fieri à tempore litis cõtestatæ.[f] Io. verò prius etiam à die interpellationis: *vt.j.tit. j.l.si quis seruo*. quod plenè dic, *vt.C.de vsur & fruc.lega.l.j. & fac. s.si cert.pe.l.cũ fundus. & j.de acquir. re.do.l. quæsitũ.& s.eo.l. apud Iulianũ.& j.ad Treb. l.in fideicommissariam in princ. & s. de vsuf. l.equis.& l.Paulus.& j.de opt.leg.l.filium.& j.titu. ij.l. patronus. ij. respon.*

[e] Mora quando committatur.
[f] Limita istud dictũ quando committitur mora:& à quo tempore incipiat, vide per Ange.in.l.viuũ 2.colũ.s. si cert. peta.

SI fundum.] CASVS. Pluribus mihi heredibus institutis fundũ Titio per fideicõmissum reliqui.vnus ex heredibus dixit coheredibus: quia hereditas est multũ onerata debitis, vendamus fundum prædictum,& expediamus nos à creditoribus & si vultis, ego inquiram reditus fundi, & ita quid potest valere fundus, & emam eum dixerunt coheredes, vocemus Titium cui relictus est dictus fundus:& si placebit ei, faciemus. vnde vocauerunt eum,& dixerunt ei prædicta:& ipse respon. non consentiam aliter nisi detis mihi quantum postea valet fundus: sed ita bene consentio.& ita factum est. postea vult fideicommissarius fundũ. non potest, sed pretium eius sic. si tamẽ heredes velint ei dare fundum,bene possunt.Viuianus.

t ¶ *Secundũ reditũ*.Nota pretiũ[g] rei secundũ reditũ: *vt in Auth. de non alie.§.quod autem.in fi.col.ij.& .C.de rescin.ven.l.si quos.*

u ¶ *Mercatus sit*. à coheredibus suis. quo casu etiam partem suã potest emere: *vt.s.de in di.addic.l.quòd si vno.§.fi.*

x ¶ *Propter æs alienum*.quod forte minuebat legatum R.sed hoc nõ allegabatur hic.

y ¶ *Restitui debere*.Imò nihil videtur deberi: *vt.j.tit.j.l.codicillis.§.j.contra*.Sol.hæc secundum illam: quia eo animo hic cõsensit,vt non perderet fideicommissum. Et eodem modo respon. *ad. j.eod.l.nihil.§.j.* quæ est contra. 2. Vel dic vt ibi Itẽ eodem modo respon. *j.titu.j.l.cum pater.§.libertis.*¶Itẽ no. hîc præsentiam[h] nocet.

[g] Pretium rei ex eius reditu colligitur Censetur autẽ vo... rei reditus q. i ... x.anu. æquat sortem.

[h] Præsentia interdum nocet.

cere quo ad fundum. *sic.ꝫ.de pign.l.fideiussor.*§.j. Sed argu.contra ꝫ.*de pign.act.l.Gaius.& j.tit.ij.l.Titia.§.Lucia.* Sed dic vt in qualibet carum nota. ¶Item no. quòd pretium succedit loco rei. [a] *sic.* ꝫ.*de peti.here.l.si & rem.*

a ¶ *Marcellus notat.* corrigendo, vt tantum [b] fundus debeatur secundum quosdam. quod non placet, sed est in solutione fundus. *& facu.ꝫ.solu.ma.l.si vero.§.si.* ¶Item facit. j.*titu.j.l.fin.§.quatuor.* contra. Sed ibi alij ignorauerunt.

Marcellus notat: [a] Si fundum restituere malit heres, audiendum existimo.

Licèt modus per casum deficiat. debetur legatum. Bartolus.

1. ¶Iulianus. Si Titio [b] pecunia legata fuerit, & eius fidei cōmissum, vt alienū seruū manumitteret, nec dominus eum vendere velit: [c] nihilo minus legatum capiet: quia per eum non stat quo minus fideicommissum præstet. nam & si mortuus fuisset seruus, à legato non summoueretur. [d]

Potest relinqui fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. h.d. vsque ad §. rogatus. in. l. planè. Bartolus.

2. ¶Sicuti cōceditur vnicuique ab eo ad quem legitima eius hereditas vel bonorū possessio peruentura est, fideicommissum dare: [e] & ita ab eo ad quem impuberis filij [f] legitima hereditas vel bonorū possessio peruentura est, fideicommissa rectè dabuntur:

XCIII. VLPIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

QVod fideicommissum hactenus quatenus [g] impubes decedat, valebit. cæterùm si pubes factus decesserit, euanescit [h] fideicommissum.

XCIIII. IVLIANVS *libro trigesimonono Digestorum.*

PLanè si filium impuberem exheredauerit, fideicommissum legitimus heres præstare cogendus [i] non erit, nisi idem & patri heres fuerit. [k]

Venditor serui heredis de restituendo rogati tenetur fideicommissario si est soluendo: aliàs contra emptorem habetur regressus. Bart.

1. ¶Qui rogatus erat hereditatem ex qua seruus eius heres institutus erat, restituere, cum alij seruum vendidisset: [l] quæsitum est an hereditatem restituere cogendus est is ad quem hereditas ex emptione serui heredis scripti peruenerit. Dixi compellendum esse ad fideicommissum restituendum eum qui seruum suū heredem scriptum vēdidit: cum pretium hereditatis quam restituere rogatus est, habeat. [m] Is autem ad quem hereditas ex emptione serui heredis scripti peruenerit: [n] ex causa cogendus erit fideicommissum præstare, id est si dominus serui heredis scripti soluendo non erit. [o]

Grauatus dare vnam de rebus alternatiuè relictis, tenetur ad illam, etiam si aliam elegerit. Bar.

2. ¶Si cui Stichus aut Dama legatus esset electione legatario data, & fidei eius cōmissum esset vt Stichū alteri præstaret: si Damam vindicare maluerit, nihilo minus Stichū ex causa fideicommissi prȩstare debebit. Siue enim pluris est Dama, compellendus est Stichum redimere: siue minoris, æquè Stichum iustè dare cogetur, cum per eum steterit [p] quo minus ex testamento haberet quod fideicōmissum fuerit.

Cui est prouisum non pecuniariter, grauari non potest. Bar.

3. ¶Qui testamento manumittitur, [q] & neque legatum neque hereditatem capit: fideicommissum præstare cogendus non est. ac ne is quidem qui seruum legatum rogatus fuerit manumittere. [r] Is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid eiusdem generis vel similis ex testamento consequitur.

XCV. VLPIAN. *lib. 2. Fideicōmissorum.*

VIdendum tamen est, nunquid si vice operarum rogauerit eum aliquid, [s] debeat

Si Titio.] CASVS. Titio legaui. x. & fidei eius cōmisi vt seruum Mæuij manumitteret. si dominus serui non vult eum vendere, nihilo minus Titius legatum habebit. nam non remanet per eum, ac si mortuus esset dictus seruus. [SICVTI.] Filium meum impuberem mihi heredem institui, & ita dixi: quicunque erit heres filio meo ab intestato, volo quod det Titio. x. certè valet hoc fideicōmissum. nam & valet cum relinquo ab herede meo legitimo. & est verum quod dixi, si dictus filius meus decedat impubes, nō aliàs. h.d. cum. l. seq. Viuia.

b ¶ *Si Titio.* aliàs. §. Iulianus. aliàs. l. si Titio. 95.

c ¶ *Velit.* idem si velit, sed immenso pretio: *vt. j. tit. j. l. non dubium. §. fi.*

d ¶ *Non summoueretur.* vt & *arg. supra eo. l. turpia. §. j. & infra de op. le. l. filium. & C. de insti. & substi. l. j. & infra de ali. lega. l. pecuniæ. & supra de condi. insti. l. quæ sub condi. §. quoties. & infra titu. j. l. si quis Titio. & infra tit. ij. l. pater. §. Tusculanus.*

e ¶ *Dare.* vt [c] & ꝫ. *titu. j. l. ij. & C. de fideicommiss. lib. l. ex testamento.*

f ¶ *Filij.* instituti, [d] non exheredati; *vt. C. de le. l. cum quidam. & j. eod. l. planè. in princ.* cum enim posset [e] pro eo testari: *vt Institu. de pupil. substit. in princ.* ergo si [f] non facit ipse pater, videtur relinquere legitimis filiis: *vt. ꝫ. tit. j. l. conficiuntur. circa prin.* 2. Vel dic quod pater intestatus obiit: sed codicillos [g] fecit pro filio: secus in testamento quod hic pater tantùm filio faceret: quia non valeret nisi & pater sibi faciat: *vt. ꝫ. de vulg. substi. l. ij. §. prius.*

g ¶ *Quod fideicommissum. Quatenus.* id est quando.

h ¶ *Euanescit.* sic substitutio [h] pupillaris euanescit adueniente pubertate: *vt Instit. de pupil. substit. §. j.*

Planè.] CASVS. Ego exheredaui filium, & ab eius legitimo reliqui fideicommissum. non valet nisi legitimus filius fuerit meus heres. & tunc præstabit fideicommiss. non quasi heres filij, sed quasi meus. [QVI ROGATVS.] Seruum tuum heredem institui, & hereditatem meam rogaui te dominum vt alij restitueres. tu vendidisti seruum, & habuisti pretium serui & hereditatis. certè teneris ad fideicommissum prȩstandum, & emptor ita demum si tu soluendo non es. [SI CVI.] Legaui tibi Stichum aut Damam, ad tuam electionem, & rogaui te quod Stichum Titio dares ex testamēto. tu petisti Damam, & habuisti. certè quamuis Dama sit vilior quàm Stichus, nihilo minus Stichum Titio dabis: quia per te stetit quo minus habeat Stichum ex testamento meo quo rogaui te Titio dare. [QVI TESTAMENTO.] Si do seruo meo libertatem, & nihil aliud: non possum grauare eum in aliquo: nec illum similiter possum grauare cui lego seruum, vt eū manumittat: quia isti duo non recipiunt in testamento meo pecuniarium commodum. quidam tamen dicebant recipere pecuniarium commodum illum qui rogatus est de manumittendo: quia potest eidem manumittendo operas imponere: vnde sic potest grauari fideicommisso: quod vetat lex sequens. Viuianus.

i ¶ *Cogendus.* vt & *infra titu. ij. l. fina. & Cod. de lega. cum quidam. & infra ad leg. Falcid. l. qui fundum. §. qui filios.*

k ¶ *Heres fuerit.* sic [a] *infra ad legem Falcidiam. l. in ratione. §. fina.*

l ¶ *Vendidisset.* antequam vellet adire hereditatem. & sic iussu emptoris adibit: *vt Institu. de heredib. instituen. §. alienus.* aliàs si iam adisset, apud venditorem remaneret: sicuti aliud eius peculium: *vt supra de contrahen. emp. l. quoties.* Accursius.

m ¶ *Habeat.* per medium. fiducia enim hereditatis quærendȩ carius emit. ¶Et not. pretium [b] succedere loco rei: *vt. ꝫ. de peti. here. l. si & rem.*

n ¶ *Peruenerit.* quia emptor serui iussit adire.

o ¶ *Non erit.* sic *supra de eo per quem fact. erit. l. fin. in princ.* ¶Sed quid in nostro casu si eum manumisit antequam adeat iussu domini? Resp. manumissum teneri: *vt. j. tit. j. l. si alienus seruus.*

p ¶ *Steterit.* est & alia ratio, quia is [c] videtur melior, quem elegerit: *vt Instit. de actio. §. huic autem.* aliàs nisi essent istæ rationes, esset contra *infra titu. j. l. imperator.* Accursius.

q ¶ *Qui testamento manumittitur.* directò. idem si per fideicommissum, vt statim innuit. ¶Sed ar. contra. j. *de manumiss. testa. l. libertas. §. hac scriptura. & l. Mania.* sed reddere [d] rationes non est soluere de suo: & accendere [e] candelas non est pecuniarium: & sic nec per hoc potest grauari: *vt. ꝫ. proxi.*

r ¶ *Manumittere.* nam non [f] est locupletior qui libertum habet: *vt. j. de reg. iur. l. nemo. §. fi. & j. de aßigna. lib. l. aßignare.*

r ¶ *Manumittere.* non enim perseuerauit commodum: *vt & j. e. l. quidam. § si tibi.*

s *VIdendum. Aliquid.* scilicet dare. 2. Vel dic ad dationem pertinens.

a Limitabis hāc Gl. & l. in ea alle. per tex. sing. in. l. 1. j. de distract. pig. secundum Liar. in l. si qui à debitore. in pr. versi. sed quære. j. de his quæ in fraudem credi. Bald. in l. fi. §. & si præfatam. in 3. not. C. de iure delib. & Ang. & Alex. plene in l. si rem. de pet. her. vt non procedat in actione hypothecaria particulari.

b Hinc colligunt vbicunque quis tenetur ad speciē, vel eius venditione ad pecuniam, tradēdo speciē liberari, vt nō cogatur pecuniam soluere. v. Romanum sing. 196. facit lex si verò 64. in fi. cū Glo. in verbū admitti debet. ꝫ. solut.

c Fideicōmissum testator ab heredibus suis ab intestato relinquere potest.

d Fideicōmissum pater relinquere potest ab eo ad quem impuberis filij legitima hereditas peruenerit.

e Testari pro filio impubere pater potest.

f Ab intestato relinquere is videtur, qui testamentum facere potuit, nec fecit.

g Codicillos filio facere pater potest, quando nimirū venientes ab intestato, non ipsum filium in proprio.

h Substitutio pupillaris euanescit adueniēte pubertate.

a Fideicōmissum relinqui nō potest à legitimo herede exheredati, nisi exheredatus sit honoratus in testamento paterno.

b Pretium succedit loco rei.

c Melius id p[...] sumitur quod electum est.

d Rationes reddēs, de suo nihil soluit.

e Pecuniaria onera q[...] dicantur.

f Locupletior non est qui libertum habet quod intellige vt notatur in l. naturalis in fi. ꝫ. de præscrip. & in l. si vero. §. de viro. ꝫ. solu.

Exiguntur.

a ¶ *Exiguntur.* vt. *C. de ope. lib. l. mater.* etiā si hoc dixit testator *vt. j. de ope. li. l. cerdonem. & l. Campanus,* nisi[a] esset filius testatoris, & pater hoc præceperit: *vt. j. de bo. lib. l. qui ex causa. & de fideicommiss. li. l. filius. in princ.*

a Operas seruo manumisso per fideicōmissum imponere filius testatoris potest, si id testator pater iusserit: aliàs non potest.

QVidam. Casvs. Titius ita legauit: Pamphilæ volo dari aureos quadringentos: & volo quod heredes mei accipiant partem tertiam de dictis quadringentis à Iulio castaldo meo: & superfluum accipiant de talibus aliis locis. postea testator accepit denarios castaldo, & in alios vsus conuertit, & decessit non mutato testamento. certè nihilominus valet fideicommissum Pamphilæ datum, quamuis sint summæ in alios vsus translatæ: quia non apposuit conditionem, imò demonstrationem, cum dixit, à Iulio, &c. [Qvoties.] Institui mihi heredem, & ab eo legata reliqui. ipse non vult hereditatem & vacat hereditas: vnde fiscus debet eam habere. certè fiscus præstabit dicta legata. [Si tibi.] Legaui tibi Stichum valentem. x. & rogaui te quod Titio. x. dares. postea antequam legatum agnosceres, est mortuus Stichus. certè non præstabis fideicommissum à te relictum. [Si scriptvs.] Plures institui mihi heredes, & legata ab eis reliqui: & dixi, volo quod Titius heres percipiat omnia legata, & ei inter legatarios distribuat. certè legatum alicui sub conditione relictum nō percipere Titius heres ante conditionem. pendente tamen conditione legati cauebunt coheredes aut Titio commissario, aut legatario conditionali quod præstabunt legatum conditione adueniente. [Cvi statvliber.] Libertatem dedi seruo meo sub conditione si daret tibi. x. & te grauaui in præstandis Titio decem. certè bene valet fideicommissum à te relictum Titio. & est ratio quare possum te grauare vt dicit litera, nam cum possit &c. Viuianus.

† Verba superflua ex imperitia adiecta nō vitiant nec operantur limitationem: sed duntaxat demonstrationē, & exemplum. Guid. Pap. singulari. 412. adde. l. Paula Callinico. 27. in fin. j. de legat. 3.

† Et ratio huius §. est, quia quāuis fiscus succedens in hereditate, non sit heres nomine, est tamen effectiue: *not. in l. ex facto. § fin. s. de vul. & pu. & ba. est text. in l. j. Co. ad legem Falc. de quo vide in l. si seruus. §. si quis ante. & ibi. Bar. s. e. titu.*

hoc fideicōmissum valere. Quod nequaquam dicendum est: quia nec operæ imponi huiusmodi liberto possūt, nec impositę exigūtur, [a] quāuis testator ita cauerit.

Designatio vnde legatum soluatur, post legatum relictum apposita, ipsum conditionale non facit. Bartolus.

xcvi Ivlianvs *libro trigesimonono Digestorum.*

QVidam testamento vel codicillis ita legauit. *Aureos quadringentos Pamphilæ dari volo, ita vt infra scriptum est. ab Iulio actore[b] aureos tot: & in castris quos[c] habeo, tot: & in numerato quos habeo, tot.* post multos annos eadem voluntate manente decessit, cum omnes summæ in alios vsus trāslatæ essent. quæro, an debeatur fideicommissum. Respondi, verò similius † est, patremfamilias demonstrare potius heredibus voluisse vnde aureos quadringentos sine incommodo rei familiaris cōtrahere possint, quàm conditionem fideicommisso iniecisse.[d] quod initio purè datum esset: & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

Bona vadunt ad fiscum cum onere legatorum. Bart

1. ¶ Quotiens † lege Iulia bona vacantia ad fiscum pertinēt: & legata & fideicommissa præstantur,[e] quæ præstare cogeretur heres à quo relicta erant.

Qui tenetur ad pretium rei, re perempta liberatur. h. d. Vel sic: Qui tenetur ad quantitatem respectu speciei, perempta specie liberatur. Barto.

2. ¶ Si tibi seruus legatus fuerit, & petitū à te vt Titio aliquid præstares vsque ad pretium serui deinde seruus decesserit: [f] nihil fideicommissi nomine præstare cogendus eris.

Executor non debet ante pecuniā petere, quàm conditio legati exterit. Bartolus.

b Actor pro Castaldo.

b ¶ *Actore.* id[b] est, castaldo.

c ¶ *Quos.* aureos. Accursius.

d ¶ *Iniecisse.* sic. *j. tit. j. l. Lucius. in prin. & j. tit. ij. l. Paulo. Callimacho. § fi. & j. de adi. leg. l. Lucius. & j. tit. ij. l. prædiis. in princ. & l. fideicommissa. § si rem.*

e ¶ *Præstantur.* à fisco:[c] *vt. s. ad Sil. l. cum fisco, & j. de iure fisci. l. quod dicitur. & j. ad Treb. l. Marcellus. § fina. & s. si quis ali. test. pro. l. si quis. & C. ad l. Falci. l. etiam.*

c Fiscus etiam legata præstare cogitur ex bonis vacantibus ad cū delatis.

f ¶ *Decesserit.* non præcedēte mora heredis antequā legatum agnosceres. Vel dic etiā postea: & ideo liberatur interitu serui: q[uia]

cum dixit testator vsq; ad pretiū serui: videtur ei electionē dedisse velit dare seruū, vel eius pretium. & sic cū alterū tantū sit in obligatione, & electio sit debitoris, seruo mortuo debet liberari: quia cum eligerere potuit: *ar. de hoc. j. eo. l. filius fami. § apud Marcellū & j. de re iud. l. miles. § j. & dixi. s. eo. l. cū res. H.* sed[a] in vera alternatiua altero mortuo, qui superest dādus est: *vt. s. de eo quod cer. lo. l. ij. § qui Stichū. &* facit. *C. communia de le. l. j. & j. titu. ij. l. si legatarius.*

a Alternatiuæ veræ speciei reliqua ac superstes debetur, licet altera interierit.

3. ¶ Si scriptus ex parte heres, rogatus sit percipere[g] pecuniam, & eis quibus testamēto legatum erat, distribuere: id quod sub cōditione legatum est, [h] tūc † percipere debebit, cum conditio extiterit: interim[i] aut ei, aut his quibus legatū est satisdari oportet.

† Executori legata nō præstantur ab heredibus, antequā veniat tēpus executionis.

Ille cui datur aliquid causa conditionis implendæ, potest onere fideicōmissi grauari. Bartolus.

4. ¶ Cui statuliber pecuniam dare iussus est[k] is rogari potest vt candē pecuniam alicui restituat. Nam cum possit testator codicillis purè libertatem dare, & hoc modo cōditionem extinguere: [l] cur non etiam per fideicommissum candem pecuniam adimēdi potestatem habeat?

Fideicommissum iniunctum de re legata, præstatur vt accipitur: si de alia, præstatur in integrum. Bart.

xcvii. Idem *libro quadragesimosecundo Digestorum.*

SI mihi Stichus legatus esset, fideiq; meæ commissum, vt aut Stichum [m] aut Pamphilum meum seruū redderem, & in Sticho aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdidissem: necesse habebo aut Pamphilū seruum meum totū Titio dare, aut eam partem [n] Stichi, quam legatorum nomine accepero.

Is in quo ius est postliminij, potest legari. Bart.

xcviii. Idem *libro quinquagesimosecundo Digestorum.*

SEruus [o] ab hostibus captus rectè legatur. hoc enim iure postliminij fit: vt quemadmodum heredem instituere possumus seruum qui in hostium potestate est, ita legare quoque eum possemus.

Cui optio est legata, potest optare seruū specialiter alteri legatum. Bart.

xcix. Idem *libro septuagesimo Digestorum.*

SI domino [p] Stichus legatus esset, & seruo eius [q] optio

g ¶ *Percipere.* vt[b] minister, & vt momentaneam curam habeat. aliàs contra, *j. tit. j. l. si quis Titio. & de adi. leg. l. pecunia.*

b Executor testamenti ministerium petit tantùm, & momentaneā curam.

h ¶ *Legatum est.* fac. *s. fami. ercis. l. & post. § j.*

i ¶ *Interim.* i. pendente[c] conditione.

c Executor cautionem, seu caueri sibi postulare potest. v. Bart. in l. si à pluribus. s. eo. & in l. si quis Titio. j. tit. prox.

k ¶ *Iussus est.* in testamento.

l ¶ *Extinguere.* & sic directo aufert pecuniā ei cui statuliber iussus erat dare. quādoque tamen per obliquum, siue per fideicōmissum: vt hereditas[d] in codicillis: *vt. C. de codicill. l. hereditatem. & facit. s. de don. causa. mor. l. quod statuliber.*

d Codicillis & obliquum hereditas auferri potest.

SI mihi Stichus.] Casvs. Mæuius legauit mihi Stichum, & rogauit me quod darem Titio dictum Stichum aut Pamphilum seruū meū. heres Mæuij detraxit mihi Falcidiam de Sticho, certè adhuc est mea electio vtrum de Titio partē Stichi quā habeo, an Pamphilum seruū meū. Viuia.

m ¶ *Aut Stichum.* mihi legatum.

n ¶ *Eam partem.* nō deducto aliquo. *sic. s. de annu. leg. l. liber. § à liberto. & j. tit. j. l. cum pater. § j. & l. imperator.* ¶ Sed cōtra. *j. ad le. Fal. l. pœnales. § fi.* vbi legatarius deducit si ei deductū est. Sol. ibi in relicto quātitatis,[e] hic in specie indiuisibili. *sic & aliàs. s. e. l. si fundus sub cōdi. § si libertus. & j. eo. l. ab omnib. j. respon. & no. de hoc. C. commu. de le. l. j.*

e Quantitatis & speciei indiuisibilis differentia.

SEruus.] Casvs. Dicitur hic quod sicut seruum ab hostibus captum possum heredē instituere: ita eū alij legare possum. Viuian.

o ¶ *Seruus.* facit. *s. de here. Insti. l. illa. § j. & j. e. l. si seruo. § j. & ab omnibus. § etiam. & s. eo. l. id quod.* ¶ Sed ar. contra.[f] *j. de verb. obl. l. liber homo.*

f Captus ab hostibus an recte legetur.

SI domino.] Casvs. Pamphilo Titij seruo legaui optionem seruorum meorum inter quos erat Stichus. postea ipsi Titio domino legaui dictum Stichum. certè viuo Pamphilo cui legaui optionem, non habet dominus Titius Pamphili nisi dimidiam in Sticho: quia poterit esse quòd Pamphilus perueniet ad libertatē, & optabit Stichum qui legatus est domino suo: vnde in eo concurreret quilibet in dimidia.

p ¶ *Si domino.* puta Pamphili. Viuianus.

q ¶ *Seruo eius.* domini, scilicet Pamphilo.

a ¶ *Data.* sc. vt optet vnum ex illis, cum duo tātùm essent: alioquin generale legatum optionis in vno seruo de familia, nō derogat speciali: *vt. j. de pec. le. l. seruo manumiss. & de. op. le. l. cū ita. §. j. & l. si heres.* quæ sunt cōtra. Sed R. intelligit quòd hic dicit, esse verum ex significatione verborum defuncti: sed secus ex interpretatione voluntatis [a] eius: vt in contrariis.

a Quæ debet fieri ab herede etiam si agatur de præiudicio tertij in lucris captandis: non si de dānis inferendis. *Bart. in. l. si quis à filio. §. a. supra eo.* Quādo autem agitur de interpretatione totius testamēti: pertinet ad iudicem, *per. l. voluntatis. & ibi Bal. C. de fideicommiss.*

b Optionis legatum conditionale est seu conditionē cōtinet, nimirū si legatarius optauerit.

c Catoniana regula non pertinet ad cōditionalia legata.

¶ Et hoc not. hic per plura verba, & secundū hoc fuit legata optio serui de tota familia. Sed pone me institutū, & seruo meo relictā optionem serui. videtur non valere: *vt Instit. de le. §. an seruo.* ¶ Sed dico cōtra: quia legatum [b] optionis est conditionale. s. si optauerit: *vt Institu. de leg. §. optionis.* sed [c] regula Cato. non pertinet ad conditionalia relicta: *vt. j. de regu. Cato. l. j. & d. §. an seruo. in fin.* Accursius.

b ¶ *Quod.* i. quia.

c ¶ *Optare.* de rigore verborum. 2. Vel dic quòd erant duo tantùm, vt dixi. & secundum vtrumque fiunt partes concursu. nam potest eligere in Sticho, cum & ipse continebatur in optione hominis cui legatur, &c. *vt. j. titul. j. l. Meuius. §. j.* ¶ Sed huic. l. secundum quod R. ponit. sunt contraria iura quæ dicunt generi [d] per speciem derogari, non speciei per genus: *vt infra titul. ij. l. seruis vrbanis infra de regulis iuris. l. in toto.* sed ex prædictis apparet sol.

d Generi per speciem derogatur.

data: [a] partem dimidiam Stichi dico ad dominum pertinere, quòd [b] possit seruus manumissus eundem Stichum optare. [c]

Dispotio heredis non tollit dispositionem defuncti. Bart.

C. IDEM *libro septuagesimoseptimo Digestorum.*

SI mihi [d] Sempronius à Titio herede legauerit, Titiúsque mihi sub eadem conditione cādem rē legauerit: existente conditione capiam legatum ex testamento Sempronij.

Qui repudiat ex persona serui potest agnoscere ex sua. Bartol.

CI. IDEM *libro septuagesimooctauo Digestorum.*

SI seruo meo Stichus legatus fuerit testamento, idq; legatum repudiauero, deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi quoque eundem Stichum legatum esse: nihilominus eundem vindicare possum. [e]

Qui decedit apud hostes, videtur mortuus tempore captiuitatis. qui reuertitur, videtur semper fuisse in ciuitate. Bart.

1. ¶ Si ei qui in hostiū potestate est, legatum fuerit, & is apud hostes decesserit: nullius momenti [f] legatum erit, quamuis postliminio confirmari potuit.

Legatum purè relictum seruo non instè manumisso, non valet, nec confirmatur si postea manumittatur. Bartolus.

CII. IDEM *libro octagesimoprimo Digestorum.*

SI minor quam viginti annis dominus seruum causa non probata manumiserit, & postea legatum ei dederit, ísque alienatus [g] ad libertatem perductus fuisset, legatum non capit. nam perinde nullius est momenti legatum, ac si sine libertate [h] datum fuisset.

Tunc in fraudem videtur quis fideicommissum assumere, quando nō publicè sed secretè de restituendo promittit. Bart.

CIII. IDEM *libro octagesimotertio Digestorum.*

IN tacitis fideicommissis fraus legi fieri videtur, quotiés quis neque testamento neque codicillis rogatur, [i] sed † domestica cautione vel chirographo obligat se ad præstandum fideicommissum ei qui capere non potest. [k]

Si testator vnum ex heredibus exemit ab onere, cæteri ad onus integrum tenebuntur. Bart.

CIIII. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

AB omnibus heredibus legatum ita erat, *Quisquis mihi heres erit, damnas esto Titio dare centum.* deinde infra comprehensum erat, ne vnus ex

SI mihi.] CASVS. Sēpronius legauit mihi equum suū sub conditione ab herede suo Titio. Titi' heres post ea mihi eundē equum sub eadem conditione legauit. certè adueniente conditione consequar equum ex primo testamento Sempronij, & non ex secundo Titij. *Viuianus.*

d ¶ *Si mihi.* facit. j. *de leg. ij. l. Meuius. j. resp. & j. ad. l. Fal. l. fundo.* ¶ Sed contrà. s. *eo. l. plane. §. j.* Sol. vt dixi. s. *eo. l. huiusmodi. §. j.*

SI seruo.] CASVS. Titius in testamento suo legauit seruo meo Stichū, & postea fecit codicillos, & mihi legauit eūdē Stichū. ego nesciens mihi legatum esse Stichum in codicillis, repudiaui ex testamento. certè nihilominus postea potero petere ex codicillis. [SI EI.] Capto apud hostes aliquid legaui, & ipse ibi mortuus est. certè nihil valet legatum, quamuis si rediisset ab hostib. per postliminium confirmaretur legatum, & valeret. *Viuianus.*

e ¶ *Possum.* vt. j. *eo ti. j. l. si duobus. & l. si mihi pure. & s. de transac. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tu. in prin. & Instit. de inoffi. testa. §. mater. & §. cæterum.*

e Repudiato vno iure, non intelligitur aliud repudiatū. *adde. l. quoties duplici. j. de reg. iur.* vnde colligitur repudiātem relicta sibi facta in testamento, non intelligi repudiare legata sibi facta in codicillis.

f ¶ *Momenti.* habetur enim hoc legatum pro non scripto: *vt. C. de cadu. tollen. §. in primo. & facit. s. eo. l. seruus.*

SI minor.] CASVS. Quidam minor xx. annis manumisit seruum suum non probata causa apud cōcilium, sicut debet facere per. l. Æliam Sentiam. & ita non valuit manumissio. & postea eidē seruo legatum reliquit in testamento suo, & postea eundem seruum alienauit in Titium, & Titius dedit ei libertatem, quæ valuit. nūquid capiet dictus seruus nunc liber legatū sibi à dicto minore relictum? Et dicitur quòd nō. sicut enim nō valeret legatum si ei legasset sine libertate, ita non valet quando legat ei data ei libertate inutiliter: vt fuit in nostro casu. *Viuia.*

f Minor manumittere cessante causa cognita potest.

g Manumittere minor qua ætate possit.

g ¶ *Alienatus.* ab illo testatore viuente postea.

h ¶ *Sine libertate.* nā non potest minor sine [f] causa probata corā iudice, dare libertatē etiā in vltima voluntate. *vt hic & Insti. qui ma. non pos. §. eadem.* licet ibi ad xvij. an. reducatur, & hodie [g] per authen. ad. xiiij. an. *vt. C. qui ma. non pos. Authen. sed hodie.* & sic non ob. *C. eo. l. seruis.* Sed cum tempore mortis minoris sit liber, videtur valere. Sed certè ideo non valet, quia sub conditione videtur legatum. s. ac si ex manumissione peruenerit ad libertatem: *vt supra de condic. indebi. l. seruo.*

IN tacitis.] CASVS. Si testator non in testamento vel codicillis domestica cautione obligat heredem suum de præstando fideicommisso illi qui capere non potest, videtur fieri fraus legi quæ dicit quod non capientibus non relinquatur. & habebit fiscus illud fideicommissum. Viuianus.

i ¶ *Rogatur.* expressè [a] & euidenter, licèt dicat, facias quod scis, vel da ei cui scis me velle.

a Tacitam fidem non accōmodat, qui expressè & euidenter rogatur.

k ¶ *Non potest.* ad hoc j. *de iu. fis. l. iij. in princ. & l. in fraudem. & s. de vsur. l. cum quidam. §. in tacita* Accur.

AB omnibus.] CASVS. Ita dixit testator, Quisquis mihi heres erit, det Titio centum. i. inter omnes heredes dent Titio centum. postea dixit, volo quod Titius heres meus aliquid præstet de bonis centum. certè reliqui heredes dabunt tota centum Titio. [IN TESTAMENTO.] Ita dixit testator, Heres meus det centum Lucio Titio si ipse Lucius Titius reddiderit dicto meo heredi tabulas siue chartam in qua sum ei Lucio obligatus in. lx. pone. Lucius decessit antequam daret chartam heredi. nunquid heres Lucij poterit petere legatum de centum? & certè si tempore testamenti tabulæ siue chartæ erant in rerum natura, nō habebit heres Lucij legatum: quia non adimpleuit Lucius conditionem de dandis tabulis heredi testatoris, quare non transmisit ad heredem suum legati petitionem. si autem non erānt in rerum natura, videtur apposita legato Lucij impossibilis conditio, vnde pro non scripta habetur, sicque legatum purum transmisit ad heredem suum Lucius Titius prædictus. [ETIAM.] Quædam res hostium possunt emi, & quædam non. illa res ergo hostium quæ potest emi, potest legari, & non alia. [SI ATTIO.] Institui mihi heredes Attium & duos alios, & postea ita dixi, Quisquis mihi heres erit, det. x. Attio. certè pro parte coheredum habebit legatum Attius, & non pro sua: quia heredi à semetipso sibi legari non potest. Quid si ita dixi, volo quòd Attius habeat fundum Cornelianum, & det heredibus meis. x? certè pro parte coheredum habebit fundum, & non pro sua. & sicut pro tertia non habet fundum, ita pro tertia nō soluit. x? Quid si ita dixi, Quisquis mihi heres erit, det heredibus meis. x. & sic grauari omnes heredes dare omnibus heredibus decē. certè omnes heredes habebunt æquales partes de. x. & sic nullus dabit aliquid de legato alteri. [CVM QVIDAM.] Institui mihi heredem Titium quandocūque mater eius decederet: quod perinde est ac si sub cōditione eum instituissem: quia sub die incerto eū institui: & si heres nō esset Titius, substitui ei Meuium, & à substituto prædicto reliqui legata instituto. me postea mortuo, & sic cedēte die legati à me testatore instituto relicti præstandi ei per substitutum, ipse institutus decessit viua matre sua, & ita antequam existeret dies sub quo eum institui, vnde hereditatem meam non transmisit ad heredem suum, imò habet eam dictus substitutus qui de legato præstando instituto erat oneratus. venit heres instituti, & petit legatum à substituto, dicens, quamuis institutus ad me suum heredem non transmiserit hereditatem,

† Tacitam fidem accommodare is intelligitur, non qui grauatur expressè per testamentum, sed qui se cautione vel chirographo obligat, de legato incapaci restituendo.

tamen

tamen legatum benè transmisit: quia tempore quo decessit institutus, cesserat dies legati, vt dictum est. certè optimè, petit, & habere debet legatum non solùm quando ego testator ei instituto taliter reliqui legatum vt dictũ est, id est purè: sed etiam si reliquissem sub cõditione si heres non esset institutus prædictus. illa enim conditio impletur eo moriente: vnde debet heres eius habere legatum sub dicta conditione relictum. & ita intelligitur illa conditio etiam si non esset apposita. non tamẽ posset habere legatum si heres esset: vt dixi in casu supra proxim. §. si intelligitur etiam si nõ sit apposita, ergo legatum non facit conditionale: vt supra. eod. l. iij. non est ergo mirum si heres institutus habet legatũ in prædicto casu. [SI SOCERO.] Dedi dotẽ ꝑ filia mea Titio genero meo. ipse gener me socerum instituit heredem, & partem hereditatis suæ legauit Mæuio. certè ego socer & heres possum ante partem accipere dotem quam dedi genero, & postea legatum soluere. & idem est si alio modo erat meus debitor gener qui me instituit. Viui.

heredibus ei daret. Queritur, reliqui heredes vtrum tota [a] centum dare deberent: an deducta vnius illius hereditaria portione. Respõdit, verius esse, reliquos heredes tota centum debere: cũ & significatio verborum non repugnet huic sententiæ, & voluntas testatoris congruat.

Legatario mortuo ante conditionis possibilis existentiam legatum extinguitur: secus in conditione impossibili. Bart.

1. ¶ In testamẽto sic erat scriptũ: *Lucio Titio, si is heredi meo tabellas quibus ei pecuniam expromiserã, dederit, cẽtum dato.* Titius deinde antequam tabellas heredi redderet, decesserat. Quæsitum est, an heredi eius legatũ deberetur. Cassius respondit, si tabulæ fuissent, nõ deberi: quia nõ redditis his dies legati non cessit. Iulianus notat, Si testamẽti faciẽdi tempore tabulæ nullæ [b] fuerunt, vna ratione dici potest legatum Titio deberi, quòd ἀδύνατος [*] conditio [c] pro non scripta habetur.

2. ¶ Etiam rem hostium posse legari Sabinus ait, si aliquo [d] casu emi possit. 3. ¶ Si Attio [e] ita legatum fuerit. *Quisquis mihi heres erit, damnas esto Attio heredi decem dare.* deducta [f] sua parte Attius decem petet. 4. ¶ Item si iussus fuisset [g] heres decem dare, & fundum sibi habere: deducta sua parte decem dabit. [h]

5. ¶ Denique constitit, cum ita legatum fuisset, *Quisquis mihi heres erit, damnas esto heredi meo* [i] *decem dare:* exæquari omnium heredũ partes, eo quòd vnusquisque & sibi & coheredi suo dare damnatus videtur. [k]

Conditio adiecta in institutione, non videtur repetita in legato eidem

a ¶ *Tota centum.* supra. e. *l. si fundum sub conditione. §. si libertus.* contra. Solu. ibi.

¶ Item arg. contra supra, *de adminis. tut. l. si pupillus.* [a] *& infra de lega. ij. l. cum ab vno.* [b] Sed pro hoc, *infra de duo. reis. l. penultim. & infra de fideiuss. l. si stipulatus. §. si.*

b ¶ *Nullæ fuerunt.* & sic fuit conditio impossibilis legatario imposita: & [c] sic vitiatur, & non vitiat: *vt Instit. de hered. institu. §. impossibilis.* & hic subiicit: *& infra de condit. & demonstra. l. obtenuit.*

c ¶ *Conditio.* hic est Græcum, quod significat impossibilis. [d]

¶ Sed videtur non haberi pro non adiecta: quia [e] debet accepto ferri: *vt supra eod. l. huiusmodi. §. si ita. quæ est contra.* Solu. quo ad ipsas tabulas reddendas dicitur impossibilis.

* id est extra potestatem posita.

a Dic ibi pupillum nõ potuisse liberare vnum ex tutoribus in præiu diciom aliorũ: sed hic testatorem potuisse. *secundum Bar.*

b Dic quod illa concordãt. *secundum Bar.*

c Impossibilis conditio legato adiecta vitiatur, at non vitiat.

d Conditio impossibilis non impedit transmissionem.

e Accepto autẽ ferri id non potest, quod non est.

f Si, i. quia.

d ¶ *Si aliquo.* si, i. [f] quia, secũdum quosdam. *& facit. s. de acemp. l. fi.* ¶ Sed contra. *j. de verb. oblig. l. liber homo.* & dic vt ibi. Item facit. *s. eo. l. id quod. & l. seruum.* Accursius.

e ¶ *Si.] Attio.* aliàs Titio, aliàs Attio, *vt hîc, & j.* & dic, testator instituit quinque heredes: & Attio qui erat vnus ex his, legauit, id est perlegauit decem, quinta deducta: & petit octo à coheredibus. in sua enim parte non tenet legatum: *vt. s. eod. l. & quidem. & fac. j. de condi. & demon. l. qui heredi. §. fi.*

f ¶ *Deducta.* sc. de decem. sibi enim ipsemet Titius & sui coheredes decem dare damnati videntur. secus [g] si in specie cõsistat legatum: quia nihil deduceretur: *vt supra eo. l. plane. §. si dubius.* cõtra *& infra titu. j. l. cum pater. in princip. & j. ad Treb. l. deducta. §. nummus. & infra ad leg. Falci. in quarta.* 2. Alij dicunt de ducta sua parte, scilicet hereditatis.

g Speciei & quantitatis differentia.

ab alio gradu relicto. h. d. Vel sic: Cõditio tacita, vel expressa quæ tacitè inerat, trãsmissionẽ nõ impedit. Bart.

6. ¶ Cum quidam heredem instituit, [l] quãdoq; [*] mater eius [m] decessisset, deinde secundus heres [n] scriptus fuisset, & ab eo legata ei, qui sub conditione [o] heres institutus fuisset, relicta essent, isque [p] viua matre decessisset [q] postquam dies legati cesserit: [r] quæsitum est, an heredi [s] eius legata deberentur. Verius est, legatum heredi deberi, siue purè à substituto [t] legatum datum est primo heredi, siue sub hac cõditione, *Si heres non fuerit.* quia moriente eo conditio impletur. [u]

Heres instituit fideicõmissum deducto eo quod sibi debetur. Bart.

7. ¶ Si socero à genero suo herede instituto pars hereditatis alij legata fuisset: deducta dote cũ debiturũ esse partem hereditatis legatam Sabinus respondit: quemadmodum si pecunia ex crediti causa socero debita fuisset, ea deducta [x] partem hereditatis daturus fuisset.

Qui legat quod alius sibi debet, videtur legare actiones. Bart.

CV. IDEM *libro primo Ex Minicio.*

Legatum ita erat, *Quæ Lucius Titius mihi debet, ea heres meus Cornelio dare damnas esto.* Nihil amplius ex hoc legato quã actiones [y] suas heres præstare debet.

Oratio imperfecta perficitur ex præsumpta voluntate defuncti. Bartolus.

CVI. ALFENVS *Varus libro secundo Digest. à Paulo Epitomatorum.*

SI † in testamẽto [z] scriptum esset, *Heres meus aureos centũ Licinio dãnas esto:* neq; † adscripsisset, *dare*, deberi legatum cõstat. †

g ¶ *Iussu fuisset heres.* s. Titius. & dic decẽ purè heredibus, scilicet omnibus. & sic sibiipsi & aliis: *vt in fin. huius. §.*

h ¶ *Dabit.* s. coheredibus, & percipiet fundum.

i ¶ *Heredi meo.* impersonaliter, non adiecto proprio nomine. 2. Vel dic personaliter, puta Titio decẽ det Sẽpronius, & Sẽpronio decem det Titius. & sic admittitur compẽsatio ab vtraq; parte. H. *& facit. s. familiæ erciscun. l. heredes. §. fina. & l. sequen.* ¶ Sic [a] ergo patet ex prædictis quòd aut relinquitur vni heredum ab heredibus: aut econtra ab vno heredum heredibus, aut heredibus ab heredibus.

k ¶ *Videtur.* quare, vtpote illusoriũ, nullũ est legatum.

l ¶ *Heredẽ instituit.* puta Titium.

m ¶ *Eius.* Titij.

n ¶ *Secundus heres.* i. [b] secundo in testamento scriptus, & sic purè: & impropriè. j. vocat institutũ. 2. Vel dic quòd fuit substitutus sub conditione si primus heres non esset.

o ¶ *Sub conditione.* j. [c] sub die incerta, scilicet quando [d] mater eius morietur: quę [e] pro conditione habetur: *vt. j. de condi. & demonst l. dies.*

p ¶ *Isque.* s. Titius.

q ¶ *Decessisset.* sic ergo institutionis conditio deficit.

r ¶ *Cesserit.* quod est à morte testatoris.

s ¶ *Heredi eius.* s. Titij, qui primo fuit institutus.

t ¶ *A substituto.* i. [f] qui est secundò institutus. 2. Vel dic propriè, *vt. s.*

u ¶ *Conditio impletur.* hæc. sc. si heres nõ erit: vtpote cũ [g] decedat antequam conditio extet sub qua erat heres institutus: id est antequam mater moriatur. ¶ Item tunc videtur diem legati viua matre nõ debere cedere, cum pendeat ex institutione facta sub conditione, cum mater decesserit. Sed ob hoc non cedit tardius: *vt infra quando di. leg. ce. l. heredis. & fac. j. tit. j. l. si pecuniam. §. j. contra.* ADDITIO. Dic quòd hic non erat relictum legatũ post mortem alicuius: sed institutio fuit collata post mortem quod non videtur repetitum in legato, *secundum Bartolum.*

x ¶ *Ea deducta.* vtr. *& arg. j. ad Falc. l. pater filiam. & C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. & j. de vsufr. le. l. fi.*

Legatum.] CASVS. Ita dixit testator: illud quod debet mihi Lucius. volo quòd heres meus det Cornelio. certè ad nihil aliud tenebitur heres Cornelio, nisi vt cedat ei actiones cõtra Lucium. Viuianus.

y ¶ *Actiones* sic. *j. s. eo. l. si sic. §. j.*

SI in testamento.] CASVS. Hæc. l. dicit quòd licet quædam verba deficiant in legato, nihilo minus valet. Viuian.

z ¶ *Si in testamento. C. de testa. l. errore. & de fideicommiss. l. verbum & supra de here. instit. l. qui neque. & infra tit. j. l. cum pater.*

a Ab hæredib. quot modis relinqui possit.

* quandoque pro quandocunque. *Ant. A. g. li. 3. emen. cap. 7.*

b Secundus heres quot modis dicatur.

c Conditio ꝑ die incerta.

d Incerta dies est, mortis.

e Mortis dies pro cõditione habetur.

f Substitutus impropriè dicitur qui secũdò est institutus.

g Conditione impleta vltimo vitæ momento, legatũ transmittitur ad heredẽ potest.

† *Repetitur ad verbum in. l. e. 7. & l. 77. §. 21. j. eo. prox. l. 11. Co. de fideicõmiss.*

† Perfecta oratio dicitur etiã si deficiat verbum principale.

† Ampliabis hanc. l. quã dicit quòd oratio imperfecta ex præsũpta mente testatoris perfici debet *per tex. in. l. cũ pater. §. cũ imperfecta. j. de lega. 2.* vt procedat etiam ex cedentibus si cõmode fieri potest.

h Restituere hæreditatẽ rogatus, detrahit dotem sibi debitã & quodlibet aliud debitum.

i Nominis legatarius non potest ab herede testatoris petere, nisi cessionem iuris.

§.cum imperfecta.

SI à pluribus.] CASVS. A pluribus mihi heredibus institutis legata multa quibusdam reliqui: & iussi vni ex heredibus vt legata acciperet, & legatariis præstaret. certè habebunt legatarij electionem verum conueniant heredem iussum, an omnes heredes. & si iussus accipiat legata prædicta à coheredibus, debet eis cauere de præstando eos indemnes. [SI QVIS SERVVM.] Seruum meum legaui Titio, & eidem seruo legaui decem sine libertate, cũ morietur ipse seruus. bene valet legatum: & illud habebit ille Tit. cũ morietur seruus. Vi.

Legatarij possunt conuenire omnes heredes pro hereditaria portione, vel eum heredem qui factus est executor in solidum. Bart.

CVII. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

SI à pluribus heredibus legata sint, eáque vnus ex his præcipere iubeatur, & præstare: [a] in potestate eorum quibus sit legatum, debere esse ait, vtrúmne à singulis heredibus petere velint, an † ab eo qui præcipere sit iussus. Itaque eum qui præcipere iussus est, cauere † debere coheredibus, indemnes eos præstari. 1. ¶ Si quis seruum [b] cui aliquid sine libertate legauerit, cum morietur ipse seruus, leget: minimè dubitandum, quin vtile legatum futurũ sit, propterea scilicet quòd moriente seruo id quod ipsi legatum erit, ad eum cui ipse legatus fuerit, peruenturum sit.

Seruus qui fugit post testamentum ante mortem, debet persequi sumptibus legatarij. Bart.

CVIII. IDEM *libro quinto Quæstionum.*

SI seruus legatus viuo testatore fugisse [c] dicatur: & impensa & periculo eius cui legatus sit, reddi debet: quoniam rem legatam eo loco præstare heres debeat, [d] in quo [e] à testatore sit relicta.

† Executor potest conueniri à legatariis, de quo vide per Bartolum *in l. si quis Titio. j. tit. 1.*

† Executor cauere cogitur. vide Bartolum *in. l. diuus. j. si cui plus quam per legem Falcidiam.*

a ¶ *Et præstare.* sic ergo bis legauit. i. semel ab omnibus, & semel ab vno: nec per hoc multiplicauit: *vt. s. eo. l. planè. §. ij. & iij. & facit. s. fami. erci. l. si filia. §. Pomponius. & §. idem Papinianus. & j. titu. j. l. cum ab vno. & C. de episcopis & cleri. l. nulli. & s. eod. l. quidam. §. si scriptus.*

b ¶ *Si quis seruum* scilicet leget, quod est. j. & dic quòd purè legauit seruum Titio, & eidem seruo decem cum morietur ipse seruus. valet enim: *vt & arg. j. de condit. & demonstr. l. heres meus.* Secus econtra si seruum legat Titio cum morietur seruus, & ipsi seruo decem quia sic inuenitur legare suo seruo sine libertate, quod nõ valet *vt. C. eo. l. seruus.* nec enim potest tunc cedere dies legati: *vt. s. eod. tit. l. quæsitum. §. præsenti. & facit. j. de opti. leg. l. si optio. in princ. & j. tit. j. l. si legatarius.*

SI seruus.] CASVS. Legaui tibi Stichũ, & ipse Stichus me viuo iuit Murinam. certè impensam debes tu legatarius præstare in eo recuperãdo. [SI ID QVOD.] Debebas mihi equum ex testamento quidam alius donauit dictum equum seruo meo, & ita acquisitus est mihi per obliquum ex causa lucratiua, scilicet donationis seruo meo factæ certè nihilo minus petam eum à te ex testamento. nam & tu ipse qui tenebaris mihi ex testamento ad equum, si donasses eum seruo meo, non librereris ab actione ex testamẽto. nam & si solueris seruo meo illud quod debebas mihi ex testamento, inuito me: non liberaris. [CVM HOMO.] Legaui tibi hominem in genere. certè tu habes electionem, & non heres. nam ex pluribus actionibus tibi pro legato competentibus tu habes electionem quam intentes. [HVIVSMODI.] Ita dixit testator: Titio aut Mæuio lego. x quicunque eorum prius Capitolium ascẽderit. vel ita dixit: Institui mihi heredem Titium aut Mæuium quicunque eorum prius Capitolium ascenderit. certè valet legatum, & valet institutio & hoc probat tali argumento: quidam legauit libertis suis vsumfructum fundi Corneliani, & legauit proprietatem eiusdẽ fundi illi ex dictis libertis qui vixerit post alios. certè valet legatum. h. d. vsque ad. §. Stichum. Viuianus.

c ¶ *Fugisse.* postquam legauit, & ita heredem non commisisse culpam certum est. secus si cum legabat erat in fuga: *vt. s. eo. l. cum seruus. & l. seq. quæ sunt contra. & j. tit. j. si quis seruum. & s. eod. l. seruo legato. §. fin.*

d ¶ *Debet.* vbi relictum est, quoniam &c. vt & no. *supra eodem. l. cum res.*

e ¶ *In quo.* vt heredis quidem sit inquisitionis labor, legatarij vero periculum sit & dispendium. R. *& facit supra ad exhi. l. sed si hereditas.*

f ¶ *Ex testamento actio.* nam per seruum meũ deterior mea conditio fieri non potest. Item hoc [a] nisi in rem meam sit versum, vel nisi habui ratum: *vt Institu. eod. §. si res aliena. & supra eod. l. cum seruus.*

a vide Socinum regula Causæ duæ 42.

g ¶ *Recipiendum est.* vt & *C. de pac. l. seruus.*

h ¶ *Cum homo.* in genere.

i ¶ *Legatarij.* legatarius [a] eligit actionem: [b] *vt hic, & j. tit. j. l. cum filius. §. varis.* Itẽ rem legatam. Sed hoc dicit R. si heres differat eligere. 2. Sed tu dic secundum Ioan. etiam à princi. *vt not. s. famil. erciscun. l. heredes. §. si incerto.* vt tamen mediocrem eligat. *s. eod. tit. l. legato. & arg. infra de aur. & argen. l. qui lancem. & facit supra eod. l. qui duos. & Instit. eo. §. si generaliter.* Sed argu. contra. *s. eo. l. quis à filio. §. ij.*

Duæ † causæ lucratiuæ quæ habuerunt originem in personis diuersorum, possunt in eadem re concurrere. Bartolus.

1. ¶ Si id quod ex testamento mihi debes, quilibet alius seruo meo donauerit, manebit adhuc mihi ex testamento actio: [f] & maximè si ignorem meam factam esse. alioquin consequens erit, vt etiam si tu ipse seruo meo eam donaueris inuito me, libereris: quod nullo modo recipiendum est, [g] quando ne solutione quidem inuito me facta libereris.

In legato generali legatarij est electio. Bartolus.

2. ¶ Cum homo [h] Titio legatus esset, quæsitum est, vtrum arbitrium heredis est quem velit dandi, an potius legatarij. Respondi, verius dici, electionem eius esse, cui potestas sit qua actione vti velit, id est legatarij. [i]

Potest legari vni ex duobus qui prius conditionem impleuerit. Bart.

3. ¶ Huiusmodi legatum, *Illi aut illi, vter eorum prior Capitolium ascenderit:* vtile esse, [k] euidenti argumento † probari ait, quòd constet vsumfructum libertis legatum, & qui eorum superuixerit, proprietatem, vtiliter legari. [l] Idque & de herede instituendo dicendum existimauit. [m]

a Legatarius etiam hærede non differente eligere, & actionem & legatam eligit: vt tamen mediocrem eligat.

b Electionem habens actionis, rei quoque habet electionem.

† Duæ causæ lucratiuæ interdum concurrere possunt, puta si habent originem in personis diuersorum: verbi gratia, domini & serui, quæ postea reducuntur ad vnam, & hæc exceptio singularis. adde l. omnes. infra de oblig. & §. si res aliena. Instit. de legatis. adde Socinum d. loco.

c Imò inutile est. nam hoc legatũ est sub alternatione. Alternatio verò est in incerto, quod legatum solet vitiare. *l. si domus. §. . s. eod. l. cum post. §. gener. s. de iure dotium.* Dic hanc incertitudinẽ certam fieri ex euentu.

† Certitudo superueniens idem operatur quod certitudo ab initio.

k ¶ *Vtile esse.* vt [c] *Institu. eo. §. sub certa. & j. de reb. dub. l. si fuerit.*

l ¶ *Vtiliter legari.* vt *infra de reb. dub. l. quotiens.*

m ¶ *Existimauit.* vt & *supra de heredi. institu. l. quotiens. §. si quis ita.* in prædictis autem erat causa dubitandi, obscuritas: *vt. j. de iniur. l. prætor. §. quod autem prætor.*

Stichum.] CASVS. Promisisti mihi Stichum. postea Titius instituit te heredem, & eundem Stichum mihi à te legauit. nũquid valet legatum? & distinguitur, vtrum promisisti mihi ex causa non lucratiua, & valet legatum prędictum. an debes mihi dictum Stichum ex duabus lucratiuis, puta quia dicta stipulatio fuit interposita ex causa lucratiua, & ex testamento mihi debes, quæ est causa lucratiua: & tunc non valet legatum, scilicet si iam sum cõsecutus dictum Stichum ex stipulatione ex causa lucratiua mihi à te facta: quia mihi legatario de Sticho mihi legato nihil abest: quia habeo eum ex stipulatione, vt dixi: nec potest mihi legatario præstari eadem res bis. Item pone quòd Titius te instituit, & à te mihi legauit Stichum, & postea Sempronius instituit te heredem, & eundem Stichum à te mihi legauit, & rogauit me dictus Sempronius secundus testator per fideicommissum vt eundem Stichum restituam Gaio. certè teneris mihi ad dictum Stichum præstandum ex testamento primi testatoris, quia nõ videor capere ex testamento secundi testatoris, cum aliis restituere debeam. & idem est si dictus Sempronius secundus testator à me cui legauit Stichum, legauit pecuniam Gaio tantam, quantã valet Stichus prædictus: quia bene potero agere contra te ad Stichum ex testamẽto primi testatoris. & idem est si primus testator qui mihi à te herede Stichum legauit. rogauit me per fideicommissum vt Gaio restituam dictum Stichum, aut tantam pecuniam quantam valet Stichus. nam agere potero contra te ad Stichum ex testamento Sempronij secundi testatoris, qui mihi à te eundem Stichum legauit. non enim videor habere ex testamento primi, cum alij debeam restituere, vel tantum quantum valet.

Item quid si in testamento Titij primi testatoris tu heres eius abscidisti mihi Falcidiam de Sticho prædicto mihi à te herede legato? certè illud quod mihi abscidisti, consequar à te ex testamento Sempronij secundi testatoris qui mihi à te suo herede dictum Stichum legauit. Item pone quod Sempronius legauit mihi fundum Titij à te suo herede: Titius prædicti fundi dominus instituit me heredem, & hereditas sua Titij non est soluendo creditoribus suis: vnde creditores abstulerunt mihi dictum fundum, & omnia alia bona. certè tu prædictus heres Sempronij teneris mihi ad dictum fundum: quia

non

non videor habere fundum ex testamento Titij qui me instituit, cum eum mihi auferre creditores possint ex eo quòd hereditas Titij non est soluendo. & idem est in isto casu ac si fundum mihi ab aliquo legatum emissem ab alio. nam possum ex testamento petere, cum habeam eum ex causa non lucratiua: vt in princip. §. dictum est. *hoc dicit vsque ad. §. si ita scriptũ.* Viuianus.

Duæ causæ lucratiuæ nõ possunt cõcurrere circa idẽ, nisi ex altera aliqd absit ex ipsa re, vel eius occasione. B.

4. ¶ Stichum quem de te stipulatus eram, Titius à te herede mihi legauit. Si quidẽ non lucratiua causa stipulatio intercessit, vtile legatũ esse placebat. sin ex duabus.[a] tunc magis placet inutile esse legatum: quia nec abfit[b] quicquã, nec bis eadẽ res præstari possit. 5. ¶ Sed si cũ mihi ex testamento Titij Stichum deberes, eundem à te herede Sempronius mihi legauerit, fideiq; meæ commiserit vt eum alicui restituam, legatum vtile erit, quia nõ sum habiturus. Idem iuris erit & si pecuniam à me legauerit. Multo magis si in priore testamento fideicommissum sit. 6. ¶ Item si in priore testamento Falcidiæ locus sit: quod inde abscidit* ratione Falcidiæ, ex sequente testamento consequar. Item si domino[c] heres extitero, qui non esset soluendo, cuius fundũ tu mihi dare iussus esses: manebit tua obligatio, sicut maneret si eum fundum emissem.

Dictio amplius, quando facit comparationem actus ad actum, non inducit repetitionem: sed si rei ad rem, tunc repetitionem inducit si reperitur quod repetatur. Bart.

7. ¶ Si ita scriptum erit, *Amplius† quàm Titio legaui, heres meus Seio decem dato:* dubitandum nõ erit quin & Titio suum legatum maneat, & Seio nihil vltra[d] decẽ debeatur. Nam & vsitatum ferè est sic legare, *Lucio Titio tot, & hoc amplius vxori & liberis eius tot.*

8. ¶ Si ei cui nihil legatũ est, cũ hac adiectione, *hoc† amplius*, aliquid legetur: minimè dubitãdũ est. quin id qđ ita legauerit.* debeatur.[e] Multóq; minus[f] dubitandum, si ab eo qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero, *Amplius quàm mihi debes, decem dare spondes?* quin decem debeantur.

Vtile legatum per inutilem libertatis dationem non vitiatur. Bartol.

9. ¶ Si seruus alienus liber esse iussus, & legatus sit: peti eum ex legato posse ait.[g] Nã cum libertas nullius momenti[h] sit: absurdum esse per eam legatum infirmari,[i] quod alioquin valeret & si solum datum fuisset.

Defectus demonstrationis per quã deficit substantia legati, legatum perimit. h. d. Vel sic: Demonstratio falsa adiecta rei quæ non reperitur, vitiat legatum. Bart.

10. ¶ Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel stipulanti promisit, *Decem in arca habeo.* Et legatum & stipulatio valebit:[k] ita tamen, vt sola quinque vel ex stipulatione, vel ex testamẽto debeantur. Vt verò quinque quæ deerunt, ex testamento peti possint, vix[l] ratio patietur. nã quodammodo certum corpus quod in rerum natura non sit, legatum videtur. Quòd si mortis tempore plena summa fuerat, & postea aliquid ex ea deperierit;[m] sine dubio soli heredi deperit.

Post moram heredis res legata est in periculo eius. Bart.

11. ¶ Si seruus legatus sit, & moram heres fecerit: periculo eius & viuit & deterior fit: vt si debilem fortè tradat, nihilominus teneatur.[n]

In legatis & fideicommissis dolus & culpa venit ad similitudinem contractuum bonæ fidei. Bart.

12. ¶ Cũ quid tibi legatũ, fideive tuæ cõmissum sit vt mihi restituas: si quidem nihil præterea ex testamento capias, dolum malum dumtaxat in exigendo

a ¶ *Ex duabus.* f. causis lucratiuis[a] quia & stipulatio erat ex causa lucratiua, non solum legatum. *& est ad hoc infra de verbor. obligationibus. l. inter stipulantem. §. si rem. & de actio & obliga. l. si is qui. & .j. titu. ij. l. nutu. §. j.* ¶ Sed ar. contra. *s. eo. l. plane. j. §. ij.*

b ¶ *Nec absit quicquam.* mihi legatario. tunc enim eatenus valet: *vt. j. proxi. respon.*

c ¶ *Item si domino.* Titius non soluendo suis creditoribus fecit me heredem, fundum eiusdem Titij legauit mihi Sempronius. petam legatum. nam non habeo ex causa lucratiua, sicut si emissem: vt *Institu. eodem. § si res aliena.*

¶ *Si ita scriptũ.*] CASVS. Ita dixit testator, Titio lego sex: & amplius quàm Titio legaui, lego Seio decem. certè quilibet habebit suum legatum integrum, & non plus. sed si ita legauit testator: Lucio Titio lego sex, & hoc amplius lego decem vxori eius & liberis. certè vxor & liberi Lucij Titij debẽt concurrere in legato de sex cum ipso Lucio Titio, propter illud pronomen (hoc.) & sic non obstat contrariũ. Sed pone quòd Titio cui nihil legaueram, legaui hoc modo, hoc amplius Titio lego decem, certè benè valet legatum. nam & ita est in stipulatione. [SI SERVVS.] Seruo alieno directo libertatem reliqui: & postea eum alij legaui. certè valet legatum, & non libertas. [QVI QVINQVE.] Quinque libras in arca mea habebam. ita dixi in testamento, decem quæ in arca habeo, Titio lego. certè valet legatũ quantũ ad quinq;, quæ ibi sunt, & non quantum ad alia quinq; quæ ibi nõ sunt. quantum enim ad alia quinq; quæ desunt, videtur certũ corpus legatũ quod in rerũ natura nõ sit: quo casu nõ valeret legatum. si autẽ tempore mortis meæ testatoris erãt integra decem in arcã, & aliquid de eis postea periit culpa heredis: ipse heres legatario tenetur ad integra decẽ. & quod dixi in legato, idẽ est in stipulatione. [SI SERVVS.] Legaui tibi Stichũ. heres meus fuit in mora dandi eũ tibi. certè amodo est in periculo heredis. [CVM QVID.] Titius testator legauit tibi equum, & rogauit te quòd eũ mihi dares si equus moriatur antequã exigã ab herede Titij, nũquid teneris mihi? Et distinguitur, an accepisti aliquid aliud in testamẽto Titij, & tũc teneris mihi si nõ exegisti eũ sine dolo tuo & lata culpa siue leui. si autem nihil aliud habuisti in testamento Titij, non teneris mihi nisi de dolo & lata culpa. & ita est etiam in contractibus bonæ fidei. *h. d. vsq. ad. §. qui margaritam.* Viuian.

d ¶ *Nihil vltra.* contra. *infra titu. ij. l. si sic. & l. si tibi. purè. & infra de do. praleg. l. qui ita legat.* in quibus. dicit admitti cum Titio in primo legato. Solut. verbum hoc tollit contra ¶ Nec ob. infra proxi. nam & vsitatum &c. quia ibi non dicit quòd nihil vltra suum legatum habeat. ¶ Itẽ nec. *j. proxi.* § quia nec ibi dicit quòd nihil vltra. vnde etiam in primo legato ibi admittitur. 2. Sed alij, vt R. dicũt quòd hoc est verũ regulariter & in dubio, nisi ex verbis vel dignitate vel charitate vel coniectura simili aliter appareat: vt in ll. contrariis, *& .j. titu. ij. l. pater. §. fin.* 3. Tertij dicunt, aut ex hac tacita repetitione præiudicatur alij legatario: & tunc obtinet quod hic, aut soli heredi, vt in contrariis: *& pro hoc facit illa. l. si tibi purè.* 4. Sed nõ placet: *vt prædicta l. si sic.*

e ¶ *Debeatur.* participat enim cũ primo: *vt no. s. proxi. §.*

f ¶ *Multoq. minus.*[a] Arg. quod valet in vltima voluntate, magis valet inter viuos. *sic. s. de pac. l. pactum.* sic econtra, *Institut. de lege Fu. Ca. tol. § fina.* & facit. *infra de verbor. signific. l. verbum amplius.*

g ¶ *Ait.* quia rem[b] alienam potest quis legare: *vt Institut. eod. §. non solum.*

h ¶ *Momenti.* quia[c] alienus: *vt. C. de manumiss. test. l. seruo. & not. vt ibi.*

i ¶ *Infirmari.* sic. *s. eo. l. si fundum. sub conditione. §. cum statuliberum. & .j. titu. j. l. si quis seruum.* ¶ Sed contra. *j. tit. j. l. si quis quos.* Sol. ibi. ¶ Item contra. *j. de fun. instru. l. iij. §. final.* Sol. hic expressè fuit legatus; ibi tacitè. quod non placet: *vt. s. e. l. seruum filij. § si idem.* Sol. ergo vt ibi. ¶ Item no. non vitiatur vtile[d] per inutile. *sic. s. de vsur. l. placuit.* ¶ Sed ar. cõtra. *Instit. quib. mo. test. infir. §. j. in fin. & Instit. qui. mo. tol. obli. §. præterea.*

ADDITIO. Dic quòd ibi nõ erat omnino inutile: vt ibi patet. *& per Dy. in. c. vtile per inutile. de re. iur. li. vj. secundum Bart. hîc.*

k ¶ *Valebit.* vt *& .j. de do praleg. l. j. §. pen. & .s. e. l. si certo. & .j. de verbo. oblig. l. si ita.*

l ¶ *Vix.* i.[e] nullo modo. ¶ Sed cõtra. *s. de act. emp. l. si quis eũ.* sed ibi assitmauit tot dolia: vel ibi emptor, qui habet titulum onerosum: hic legatarius, qui habet titulum lucratiuum. ¶ Item cõtra. *s. famil. ercisc. l. heres. §. fina.* Solu. ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit relicta vt quantitas, hic vt species, *secundum. Bart.*

m ¶ *Deperierit.* culpa heredis, non aliàs: *vt. j. ad leg. Falc. l. in ratione. in prin. & .s. eo. l. cum res. & .j. ad Treb. l. mulier. § si heres. & .j. proxi. §.*

n ¶ *Teneatur.* vt.[f] s. *eo. l. cum res. §. fin. & l. huiusmodi. §. ades. & supra proxi. §.*

a Argumentũ ab vltima voluntate ad actus inter viuos & contract. valet. v. Eur... ad vltimas voluntates & contra.

b Alienam rẽ possumus legare. facit ad hoc. s. e. l. si domus. §. de qui tiam. & Glo. in verbo ex stipe.

c Libertas seruo alieno relicta nullius est momenti.

d Vtile per inutile nõ vitiatur: quoties vtile per se stare potest.

e Vix fieri dicitur quod fit nullo modo.

f Mora causa heres tenetur de interitu rei & quolibet rei detrimento.

a Qui ex teſtaméto nullum ſentit commodum non tenetur deleni culpa ſecus ſi ſentit commodū.

a ¶ *Alioquin*.id eſt ſi[a] aliquid habuiſti.
b ¶ *Tantummodo præſtetur. vt infra de regulis iuris.l.contractus & ſupra commo.l.ſi vt certo.§.videndum. & de præſcriptione verborum.l.ſi tibi rem.in princip.* ¶Quid autem ſi non vult agere? Reſpon.non cogitur niſi cedere actiones: *vt.j.tit.j.l.imperator.in princip.*

Qui margaritã.] CASVS. Titio margaritã meã pignori obligaui pro centum. poſtea feci teſtamentũ, & inſtitui mihi heredẽ filiũ meum, & filiã meam exheredaui: & poſtmodũ ita dixi in teſtamento: creditor rogo vt vẽdas margaritam, & accipias quod debes recipere, & ſuperfluũ des filiæ meæ quã exheredaui. nunquid aget filia cõtra creditorem vt vendat margaritam, & ſuperfluũ eius quod debet recipere, ei filiæ præſtet? & certè non: imò aget contra fratrem ſuum heredem patris, vt ipſe cedat filiæ actionẽ ex teſtamento quã habet idem filius contra creditorem, vt prædicta faciat. & ita creditor eſt rogatus, & heres tenetur. & iſtud nõ ſolum in hoc caſu euenit, ſed etiam in hoc alio ſi teſtator ita dixit: rogo Titium vt acceptis cẽtũ manumittat Stichum ſeruum ſuũ: & non expreſſit à quo acciperet cẽtum prædicta: & tamen heres tenetur dicta centum Titio præſtare. Titius ergo qui rogatus eſt ſcilicet ſeruum ſuum manumittere, aget cũ herede, ſcilicet ad cẽtum: & libertatem ſeruo prædicto præſtare cogetur. & idem eſt ſi teſtator ita dixiſſet, rogo Titium vt acceptis centum ſeruum ſuum Stichum Sempronio præſtet. nam & hic, Titius ipſe qui rogatus eſt præſtare Sempronio ſeruum, acturus eſt cum herede ad centum, & Sempronio præſtare cogẽdus dictum ſeruum. [AVIDIVS.] Quidam teſtator rogauit filiũ ſuum quem heredem inſtituit. vt quatuor libertis daret cẽtum mutuo ſub certis vſuris. certè valet fideicommiſſum, & poterunt agere liberti prędicti cõtra filium. *Viuianus.*

† Argumentũ à contractibus ad vltimas voluntates.

eo legato, alioquin[a] etiã culpam te mihi præſtare debere exiſtimauit: ſicut † in contractib. fidei bonæ ſeruatur, vt ſi quidẽ vtriuſque cõtrahentis cõmodũ verſetur, etiã culpa: ſin vni[9] ſolius, dolus malus tãtũmodo prę́ſtetur.[b]

Licèt verba legati referãtur ad debitorẽ: actio cõpetit cõtra heredẽ cui in dubio videtur onus impoſitũ. Bar.

13. ¶Qui margaritam Titio pignori dederat, filiũ heredẽ inſtituit, & filiam exheredauit: deinde ita cauit, *Te Titi rogo, fideique tuæ cõmitto, vti margaritã quã tibi pignori dedi: vẽdas, & deducto omni debito tuo, qđ amplius erit, id omne filiæ meæ reſtituas.* Ex ea ſcriptura filiã à fratre fideicommiſſum petere poſſe, vt is actiones ſuas aduerſus debitorẽ[c] ei prę́ſtaret. hoc enim caſu eũ qui creditor fuiſſet, debitorẽ intelligendum eius ſcilicet quo pretium pignoris ſummam debiti excedat.

† Interdum vnus grauatur, & ab alio petitur.

14. ¶Nõ autem mirãdum, ſi † cum alius rogatus ſit, alius fideicommiſſo obſtringatur.[d] Nã & cum in teſtamẽto ita ſcribatur, *Te Titi rogo, vt acceptis centum, illũ ſeruum manumittas, vel Sempronio quid præſtes*: parum quidem aptè ſcribi: verùm † æquè intelligendum heredis fidei commiſſum, vt pecuniã Titio præſtet; ideóque & ipſum Titium cum herede acturum, & libertatem ſeruo, vel Sempronio quod rogatus ſit, præſtare cogendum.

† Hæredi in dubio incũbit impersonale & indefinitũ on9 à teſtatore iniunctum.

Onus de mutuando alicui iniunctum valet. Bart.

15. ¶Auidi[9] * filij ſui fideicõmiſit, vt certã pecuniã quatuor libertis ſuis mutuã daret: & vſuras leniores † taxauerat. Placuit hoc fideicõmiſſum vtile[e] totũ eſſe.

* Aufidius.
† Legatum valet in quo heres iubetur pecuniam leniorib. vſuris dare.
b Fideicõmiſſo interdũ q obſtringuntur licèt alius rogatus ſit. vt hic. Ita interdum fideicõmiſſum petitur ab iis, cum quib9 teſtator non eſt locutus. *l. peto in pr.j. de legat.* 2. vt hoc caſu non cõſideremus, cum quo teſtator loquatur ſed in quẽ intentio teſtatoris dirigatur *l. cum pater. §. donationum.j. de legat.* 2. & relictum ab vno, quandoque ab alio pręſtatur, ſi eſt ſucceſſor ſecũdũ voluntatẽ defuncti. *l. à patre.j. de legat.* 3.

c ¶ *Debitorem*.i. creditorem, qui & debitor eſt quo ad quid, vt ſubiicit. ſed & Titius poteſt conueniri ſi vtatur exceptione contra heredem: *vt & ſ.eo.l.ſi pecunia.*
d ¶ *Obſtringatur*.ſic *b j.tit.ij.l.fideicõmiſſ.§.interdũ.& ſ.eo.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.& j.tit.ij.l.tin.& l.Paulo Callimacho.§.j.& l.cum quis decedens.§.pater.& de adi.le.l.alio.* ¶Sed arg.cõtra *C.de fideicom.l.eam.quam.* ADDITIO. Dic quòd ibi hereditas non fuit adita per heredem *ſecundum Bart.*
e ¶ *Vtile*.ſic *ſ.eo.l.& ſi aquo.& j.tit.ij.l.xj.§.heres.*

SI quando.] CASVS. Vxori meæ donaui plura, & in quibuſdam valebat donatio de iure, in quibuſdam non. poſtea feci teſtamentum, & ita dixi: ea quæ viuus vxori meæ donaui, ei lego. certè ad illas donationes quæ valuerunt, non pertinet legatum: quia non eſt neceſſe: ſed ad illas quæ non valuerunt. & idem eſt in hoc caſu quantum ad donationes quę valuerũt, quod eſſet ſi expreſſiſſem hoc modo: ea quæ iure ei donaui, ei lego. quo caſu ſine dubio non valet legatum. [HERES CVIVS.] Ita dixit teſtator, lego Seio fundum: & ſi heres non dederit ei fundum, volo q̃ det ei cẽtum. poſtea heres vẽdidit dictum fundũ Titio. petit Seius fundum ab herede. venit Titius cui heres eum vendidit, & offert Seio centum. certè inhiberi debet Seio fundi perſecutio aduerſus heredem. nam & ipſe heres ſi fundum non alienaſſet, & ſi nollet prę́ſtare fundum, non tenetur niſi ad centum. habet ergo heres electionem vtrum det fundum, vel centum: vel alius pro eo. Viuianus.

Verba debent intelligi vt aliquid operentur. Bart.

CIX. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

SI quando quis vxori ſuæ ea quæ viuus donauerat, vulgari[f] † modo leget: non de aliis donationibus videri eum ſentire ait,[g] quàm de his quæ iure valituræ non[h] ſunt: alioquin & fruſtra[i] legaturus ſit, atque ſi ita exprimat, *Quæ vxori iure donauero:*[k] vel ita, *Quæ vxori manumiſsionis*[l] *cauſa donauero, ea ei lego.* nam inutile legatum futurum[m] eſt.

† id eſt ea formula quæ eſt in *l.* 33. *§.* 1. *lib.* 14. *&* *l.* 13. *de aur. & arg. leg.*

Facultas ſoluendi aliud pro alio, tranſit ad ſingularem ſucceſſorẽ. Bart.

1. ¶Heres cuius fidei commiſſum erat vt mihi fundum aut centum daret, fundum Titio vendidit. Cum electio ei relinquitur,[n] vtrum malit dandi, vt tamen alterum ſolidum præſtet,[o] prætoris officio conuenire exiſtimo, vt ſi pecuniam Titius[p] offerat, inhibeat fundi perſecutionem. ita etenim eadem cauſa conſtitueretur, quæ futura eſſet ſi alienatus fundus non fuiſſet: quando etiam aduerſus ipſum heredem officium prætoris ſiue arbitri tale eſſe deberet, vt ſi fundus non prę́ſtaretur,[q] neque pluris neque minoris quam centum æſtimaretur.

Qui ſoluit ſeruum malum, actione de dolo tenetur ad damnum, & actione perſonali tenetur ad rem legatam. Bartolus.

CX. IDEM *libro octauo Quæſtionum.*

SI heres generaliter ſeruum, quem ipſe voluerit, dare iuſſus, ſciens furem dederit, iſque furtum legatario fecerit: de dolo malo[r] agi poſſe ait. Sed quo-

f ¶ *Vulgari*. vt lego ea quæ ei donaui.
g ¶ *Ait*. Africanus de ſe loquens. *ſic.ſ.de neg.geſt.l.ſi ex duobus.*
h ¶ *Non ſint*. vt ſunt regulariter omnes inter viuos: licèt fallat in caſibus: *vt.ſ.de donat.inter virum & vxo.l.ſi ſponſus §.conceſſa.vſque ad.§.ſi.*
i ¶ *Fruſtra.* ¶Sic not. intelligi[a] ſcripturã, vt aliquid operetur & addat. *ſic.ſ.de vſur.l.ſi ſtipulatus. & j.ad muni.l.j.in ſi.* Sed arg.cõtra.[b] *j.de verb.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.eum.& l.quis ſic.*[c] ¶Item no. ſic voluntatem[d] intelligi vt non pereat. *ſic.j.de re.du.l.quoties.& ſ.de libe.& poſthu.l.Gallus.§.j.*
k ¶ *Iure donauero.* quod eſt in caſibus: vt modo not.
l ¶ *Manumiſsionis.* vt.*C.de dona.inter vi.& vxo.l.maritus.*
m ¶ *Futurum eſt*.cum nihil plus ſit in legato. *ar.Inſti.eo.§.ecõtrario.*
n ¶ *Relinquatur.* etiam poſt alienationem. & hoc ex generali regula: *vt.ſ.de iure do.l.plerumque.in fi.*
o ¶ *Præſtet.* non ergo partem vnius, & partem alterius: *vt.ſ.e.l.ſi ex toto.§.fi.& j.tit.j.l.ſi quis duobus.& j.de ſol.l.qui hominem.in princ.& de verbo.obliga.l.fin.§.penult.*
p ¶ *Titius*.poſſeſſor.
q ¶ *Non præſtaretur*. quod fieri poterat: vt ſupra ibi, cum electio &c. ¶Et not. quod videtur hîc primo ferenda ſententia de fundo præſtando. ſed non eſt ita, quia non fertur ſententia, ſed quæritur & interrogatur an velit fundum præſtare. ſi dicat, nolo, damnatur in centum. Azo.

a Scriptum ita nos interpretari oportet vt aliquid operetur.
b Dic, hic interpretationẽ fauorabiliorẽ fieri in teſtamento.
c Ibi ſequens ſtipulatio nouationem perimit, quæ multos effectus habet.
d Voluntas teſtatoris quomodis interpretetur & probetur. vide plenè per Bart. in *l.* 2. *j. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & *Alex. conſil.* 88. 4. *parte.*

SI heres.] CASVS. Rogaui heredem meum vt daret Titio ſeruum in genere ad ſuam heredis electionem. ipſe dedit Stichum quem furem ſciebat, & ille Stichus fecit furtum legatario. certè aget legatarius aduerſus heredem actione ex teſtamento propter dolum heredis, quia ſciens furem, dedit furem: & per eam actionem coget heredem vt alium hominem pręſtet ſibi, & illum quem ſoluit, relinquat legatario pro noxa quam commiſit apud legatarium. Viuianus.
r ¶ *De dolo malo*.i. ex teſtamento nomine doli ad ſolidum damnum

a Actio ex testamento licet habeat similia aliqua cũ bonæ fidei iudiciis, est tamen stricti iuris.

num: *vt ar.* ȝ. *de pig. act. l. si seruum pig.* 1. Vel dic de dolo propriè. licèt [a] enim actio ex testamento similia aliqua haberet cum bo. fi. *vt. C. in quib. cau. in integ. resti. l. in minorum.* est tamen stricti iuris, cum non sit numerata inter bo. fi actiones: *vt Insti. de act. §. actionum.* ergo non ex eo contractu vel quasi, sed de dolo agitur dolo commisso. *vt supra de dolo. l. & eleganter. §. non solum, in fin.*

niam illud verum est, heredem in hoc teneri, vt non pessimum [a] det: ad hoc tenetur, vt & alium hominem præstet, [b] & hunc pro noxę deditione relinquat. [c]

Onus pro parte recusatum facit legatarium perdere totum. Bar.

CXI. MARCIANVS *libro secundo Institutionum.*

ETiam † si partis bonorum se excusauerit tutor, puta Italicarum vel prouincialium rerum: totum † [d] quod testamento datum est, ei auferetur. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Si legatur res cuius non est commercium separatum ab alia, debetur æstimatio. Bart.

CXII. IDEM *libro sexto Institutionum.*

SI quis inquilinos [e] sine prædiis quibus adhærent, legauerit, inutile [f] est legatum. Sed an æstimatio debeatur, ex voluntate [g] defuncti statuendum esse diui Marcus & Commodus rescripserunt.

Qui alienat rem legatam, tenetur legatario ad æstimationem. Bar.

1. ¶ Cũ seruum suũ heres dãnatus dare, cũ manumiserit, tenetur in eius æstimationẽ: [h] nec interest, scierit, an ignorauerit legatum. Sed & si donauerit seruũ

a ¶ *Non pessimum det. vt infra de verbor. obliga. l. quicquid. &* ȝ. *eodem. l. legato. & C. de don. l. si quis argentum.*

b ¶ *Præstet.* actione ex testamento conuentus.

† Coniunge l. 2. de iust parte.

† Toto interdum priuatur, qui in parte peccat.

c ¶ *Relinquat.* si voluerit legatarius qui insolidum agere potest, si velit: vt dictum est. ¶ Sed tu dices, eadem ratione liberaretur si quamlibet aliam speciem pręstet pro noxa legatario volenti. Respon. verum est: sed non ipso iure, sed per exceptionem. at cum illud pręstatur ad quod præstandum quis tenetur, ipso iure liberatur: *vt.* ĵ. *de verbo. obliga. l. fi. §. fi. in princ.* 2. Vel dic quòd hic corrigit quod. ȝ. dixit d. l. de dolo insolidum. & aliud in contractibus: *vt.* ȝ. *de pigno. actio. l. si seruus. cum similib. ibi not.* Hic igitur liberatur dando pro noxa, si non vult præstare litis æstimationem. *& facit supra de ædil. edict. l. cum autem. §. Iulianus.*

ETiam.] CASVS. Ego habens patrimonium meum in Italia & prouincia, institui filiũ meum heredem in omnibus, & ei dedi tutorem Titium, & ei Titio legaui centum. hic Titius excusauit se à tutelà filij mei pro parte bonorum, puta Italicorum. certè etiam totum amittere debet legatum. qui enim deliquit etiam in parte, reus est in totum. Viuian.

b Pœna an & quando delictum egredi possit.

c Hic partis occasione totum prælum tur relictum: ideoque toto priuatur. *l. & si eqnas.* ȝ. *de excusa. tutor.* vel dic, legatũ sua conceptione relictum, legis dispositione reputari indiuiduum. *l. verum.* ĵ. *tit. proxi.*

d ¶ *Totum.* Plus [b] videtur egredi pœna quàm delictum, & sic sunt arg. contra. *vt.* ĵ. *de iis qui. vt indig. l. rescripto. &* ȝ. *de admi. tut. l. si duo.* [c] & facit *ad l.* ȝ. *de excu. tuto. l. tutor petitus. §. j. & de testa. tute. l. qui tutelam. in princ. &* ĵ. *de iis qui. vt indig. l. post legatum. §. amittere. & C. de leg. l. pen. in fin.*

SI quis inquilinos.] CASVS. Colonos qui erant adscripti fundo meo, legaui Titio sine fundo. certè non valet legatum: quia nõ possunt alienari sine fundo. sed si tacitè vel expressè voluit testator æstimationem colonorũ dari legatario, bene dabitur. [CVM SERVVM.] Rogaui heredem meum vt daret Titio seruum suum proprium: & ipse heres eum manumisit. tenetur legatario ad æstimationem, siue sciuit à se legatum, siue non. & idem est si alij donauit, & donatarius eum manumisit. [SI ITA LEGATVM.] Ita dixit testator, Titio cum Seio lego decem. certè vtrique legasse videtur, & vtrumque videtur legatum, cum testator ita dixit: talem rem cum tali lego Titio. [SI QVIS.] Testator iussit in testamento fieri aliquid quod erat contra bonos mores, vel contra leges, vel prætoris edictum. non valet iussio, adeò quòd si faciat iurare heredem de hoc adimplendo, non valet. Viuian.

d Inquilini, id est adscriptitiis.

e Adscriptitij sine solo vẽdi non possunt, & ita res inseparabilis à solo legari non potest, vt separetur. sed debetur æstimatio.

e ¶ *Si quis inquilinos.* i. [d] adscriptitios.

f ¶ *Inutile.* quia nec [e] vendi possunt sine solo: *vt. C. de agric. & censi. l. quemadmodum. lib. xj.*

g ¶ *Ex voluntate.* expressa, vel etiam tacita: quia erat coniũcta persona: vel alio modo, *vt. C. eo. l. cum alteram. &* ȝ. *eod. l. si seru plurium. §. fi.* vel quia sciebat eos adhærere solo. *arg.* ȝ. *eo. l. si res. &* ĵ. *tit. ij. l. non dubium. §. fi.* Sed contra. ȝ. *eod. l. apud Iulianum. §. fin.* vbi nec ęstimatio debetur. Sol. ibi erat legatum inutile ratione rei cuius non erat commercium alicui. sed certè & hic non est commercium: Vnde dic [a] quòd & ibi [b] debetur æstimatio si appareat testatorem voluisse. & distingue hic *vt no.* ȝ. *eo. l. sed si res.*

h ¶ *Æstimationem.* vt *Inst. de lega. § si res legata. & arg.* ĵ. *tit. j. l. si heres. & l. cum. §. si rem & de verb. obli. l. si seruum. §. j.* ¶ Sed contra. ĵ *de manu. l. seruum qui sub conditione.* vbi non tenet manumissio: sed hic tenet. Solu. ibi testatoris erat seruus: hic heredis. sic soluitur. ĵ. *qui & a quibus. l. heres.* 2. Vel dic vt ibi.

heres, & cum is cui donatus est, manumiserit: tenetur heres, quámis ignorauerit a se cum legatum esse. 2. ¶ Si ita legatum [i] fuerit, *Titio cum Seio do lego:* vtrisque legatum est: sicut vtrumque legatum est, cum fundus cum domo Formiana legatus est.

Legatum & iuramentum contra bonos mores, non tenet. Bartol.

3. ¶ Si quis scripserit testamẽto fieri quod contra ius est, vel bonos mores, non valet; veluti si quis scripserit contra legem aliquid, vel contra edictum pretoris, vel etiam turpe [k] aliquid.

4. ¶ Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, iusiurandum contrà vim legum & auctoritatem iuris [l] † in testamento scriptum, nullius esse momenti.

Seruo alieno legari potest quoad seruiet. Bart.

CXIII. IDEM *libro septimo Institutionum.*

SEruo alieno ita legari potest, *Quoad seruiat,* [m] vel, *Si seruus fortè Titij* [n] *erit:* vt & Marcellus ait.

Alimenta possunt relinqui seruo proprio. Bart.

1. ¶ Si quis post tẽpus libertatẽ seruo suo dederit, [o] & interea rogauerit heredẽ, donec ad libertatem perueniat, cibaria ei [p] da-

i ¶ *Si ita legatum.* vt *infra de vsufru. lega. l. iiii. &* ȝ. *de vsufru. l. si quis Titio.*

k ¶ *Turpe.* pone [c] exẽpla: *vt infra. l. proxi. §. fina. & l. filiusfamilias. §. ades. & supra de cõdi. inst. l. quidam. & C. de iis quæ pœ. no. l. j. & facit.* ĵ. *de verbor. obligat. l. generaliter. &* ĵ. *proxi. §.*

l ¶ *Iuris.* vt lego ædẽ destruendam, & volo heredem vel legatariũ iurare: *vt infra titu. j. l. cum filius. §. filius matrem.* Vel dixit: lego tibi decem si iuraueris non ascendere Capitolium. quod hodie non valet: *vt supra de cond. instit. l. quæ sub conditione.* nisi in duobus casibus: *vt.* ĵ. *de condi. & demonstra. l. municipibus. & infra de manumis. testamen. l. si quis li.* ¶ Et ad hoc facit quòd iuramentum [d] nõ firmat quod non valet: *vt. C. de leg. & consti. l. non dubium. & supra de pac. l. iurisgentium. §. & generaliter. & argum supra qui satisda. cogan. l. fina & supra proxi. §.*

SEruo alieno.] CAS. Sticho seruo Titij legaui alimẽta donec seruiet domino suo. valet legatũ. vel legaui decem seruo Sempronij, cum idem seruus erit Titij: & hoc casu valet legatum tunc cũ erit Titij. [SI QVIS POST.] Post Pascha venturum dedi libertatem seruo meo, & iussi heredi meo vt daret ei interim cibaria. certè valet legatum cibariorum. [SI QVIS A PRIMO.] Institui mihi heredem Primum nomine, & posteà institui Secũdum: & primo legaui Titio centum, & secundo legaui ducenta eidem Titio. postea ita dixi, quæ legata reliqui, præstari volo. certè videor repetisse trecenta: vt primus soluat centum Titio, sicut fuit rogatus, & secũdus ducenta. secus autem est in isto alio casu: Institui mihi heredẽ filium meum impuberem ab eo legata reliqui, & eidem substitui Stichũ, & ab eo substituto ita repetij: illa legata quę reliqui ab impubere præstãda, volo & à substituto pręstari. postea impubes heres mihi extitit. & intra pubertatem decessit: & sic vindicabit sibi locũ substitutio. nõ valet dicta repetitio à substituto facta: quia nõ tenetur substitutus pręstare dicta legata nisi semel ex persona impuberis, non ex sua. voluisse enim videor ego testator vt non præstentur legata nisi semel. Item quid si ab impubere legem Titio si ad pubertatem impubes peruenerit, & à substituto legatũ repetij simpliciter, & substitutus habeat postea hereditatem ex substitutione? certè debet substitutus legatum, nec in repetitione legati à substituto facta videtur repetita illa cõditio si ad pubertatem impubes peruenerit: quia illa faceret inutile legatum nõ enim impubere decedente intra pubertatem valuisset legatum etiam à substituto repetitum. [INEPTAS.] Iussi in testamẽto meo vt heres indueret me de scarleto cum essem mortuus, & cum eo me sepeliret. non debet mihi obedire vel iussi quòd expenderet mille marcas in facienda arca mea. non debet obedire. Viuian.

m ¶ *Seruiat.* vt & *arg.* ĵ. *de an. lega. l. si &* ĵ. *tit. j. l. debitor. §. fi.*

n ¶ *Titij.* & valet tunc cum erit factus Titij.

o ¶ *Dederit.* id est, reliquerit.

p ¶ *Ei.* seruo.

a Hæc solutio falsa est. ibi enim nõ debetur æstimatio. Dic igitur, ibi agi de re prorsus inalienabili, hic autem de re nõ inalienabili per se, sed cum solo.

b Æstimatio, quæ aliàs non erat præstãda, ex voluntate defuncti debetur. Ideoque si quod fideicõmissi nomine præstari debet, præstari non potest: ex voluntate defuncti æstimatio debebitur: ex voluntate inquam, id est, si talis fuisse volũtas defuncti demonstretur. v. Mantica. 9. de coniectur. vltim. volunt. 3. adde Gl. l. cætera 42 in prin in verbis non possunt. & in. l. quid ergo. 1. §. 1. in verbis legatum esset. ȝ. eod.

c Turpia legata & fideicommissa non valent.

† Concor. c. si diligenti. in Gl. super verbo, iuramentum. ibi, & gl. extra de foro compe.

d Iuramento non confirmatur quod per se non valet.

re: testatoris voluntati obtemperandum [a] esse diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Ab illo qui substitutus est vulgariter, intelliguntur repetita relicta ab institutis: à substituto pupillariter non debentur ex repetitione quæ à pupillo deberi cœperunt. Bart.

2. ¶ Si quis à Primo [b] herede centum legauerit alicui, & eidem à Secundo ducenta, posteáque generaliter repetierit legata: trecenta videtur repetisse.

3. ¶ Sed si pater [c] impuberi filio substituerit, [d] & à substituto legata [e] repetierit, si pupillus heres extiterit, & intra pubertatem decesserit, repetitio non valet: quia voluntas defuncti hæc est, vt semel debeantur. [f]

Non censetur repetita conditio quæ repetita vitiaret. Bart.

4. ¶ Si ab impubere legatum fuerit sub conditione, [g] si ad pubertatem peruenerit, & à substituto repetitum [h] fuerit legatum: debetur & à substituto: nec videtur repetita [i] conditio, quæ inutile legatum facit.

Ineptæ voluntates defunctorum non sunt seruandæ. Bart.

5. ¶ Ineptas volūtates defunctorum circa sepulturā, † veluti vestes, † aut si qua alia superuacua vt in funus impendantur: non valere, [k] Papinianus libro tertio Responsorum scribit.

Filius pubes à patre, libertus à patrono, quilibet à fisco succedente potest ab intestato fideicommissum relinquere. Bart.

CXIIII. IDEM *libro octauo Institutionum.*

Filiusfamilias † miles vel veteranus licet sine testamento decedat, potest fideicommittere [l] à patre: quia etiam testamentum facere potest. [m] 1. ¶ Si libertus † ab intestato decesserit, à patrono potest vsque [n] ad partem debitam fideicommissum relinquere: quia si testamentū faceret, licebit ei partē debitam solam relinquere. 2. ¶ Qui intestato [o] decedit, & scit bona sua ad fiscum † peruentura vacantia, fidei fisci committere potest.

In quantum quis honoratur, in tantum grauatur. Bar.

3. ¶ Apud Marcellū libro duodecimo Digestorum talis quæstio agitatur: Quidam ab eo cui fundum legauerat, fideicommiserat, vt eum fundum post mortem suam [p] restitueret Sempronio. eiusdem legatarij fideicom-

---

a Alimenta seruo relinqui seu legari possunt, donec ad libertatem peruenerit: nō vt ea iure actionis, sed officio iudicis petat.

a ¶ *Obtemperandum esse.* officio iudicis, fauore [a] alimentorum: *vt & j. de ali. & ci. leg. l. seruus. & C. de neces. seruis. l. pen. §. illos.* aliàs contra. *C. eo. l. seruus. & j. titu. ij. l. si legatarius. §. j. & s. fami. ercisc. l. ex parte. §. seruo.* quæ sunt contra.

b ¶ *Si quis à primo.* Primus & Secundus propria nomina sunt: 2. Vel si dicas notari ordinem, dic ambos institutos, vnum prius, & alterum post: & non vnum alteri substitutum. tunc ducentis ab eo relictis, & centum quæ ab intestato fuerunt relicta, videntur inesse in ducentis: *vt supra eod. l. si cui. & l. quid ergo. secūdum R.* cum [b] enim rursus à substituto idem eidem legatur, perinde est ac si eadem legata repetita essent: *vt supra eo. l. si fundum sub. §. si paterfam. j. respon.*

b Repetitum legatum intelligitur, cum idem eidem legatur.

c ¶ *Sed si pater.* superiori casu dixit vbi à duobus coheredibus. *& facit infra titu. j. l. si pluribus separatim legatum sit.* hic verò cū ab instituto & substituto.

d ¶ *Substituerit.* pupillariter.

e ¶ *Legata.* scilicet ab impubere relicta.

f ¶ *Debeantur.* cum igitur hic ex primis debeatur tabulis, ex secundis vltra deberi nequeūt legata, licet modo prædicto repetita. debebit ergo substitutus vel quilibet alius heres heredis. si autem non debeantur ex primis tabulis, vt quia prius decederet impubes quàm esset heres, valebunt ex secundis, siue ex expressa, siue etiam ex tacita repetitione. idem si conditionaliter à primis, sed purè ex secundis tabulis essent relicta: *vt. s. eo. l. si fundum sub conditione. §. si pater. & §. fi. & s. eo. l. licet. & j. proxi. §.*

† Idem constituisse Lycurgum refert Alexan. ab Alex. lib. 5. Gen. dier. c. 2. & lib. 6. ca. 14. vbi copiose de concessis aut vetitis apud varias gentes impensis differit.

g ¶ *Sub conditione.* scilicet hac, si ad pubertatem &c.

h ¶ *Repetitum.* scilicet idem legatum. *& facit. s. proxi. respon. & quod ibi no.*

i ¶ *Repetita.* ideò, [c] quia vitiaret: *vt hîc dixit. & s. e. l. si quis à filio.* nisi expressè repetatur: vt ibi dicitur. ¶ Et facit ad repetitionem quod not *Instit. ad leg. Aquil. §. cæterum. & j. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit.*

c Repetitum non intelligitur, quod repetitum vitiaret.

k ¶ *Non valere.* vt. [d] *C. de iis quib. vt indign. l. non oportet. & supra de condit. instit. l. quidam. & supra l. proxi. §. pen. & supra de peti. hered. l. hereditas. §. j. & infra de auro & argen. leg. l. fina.* ¶ Sed contra. *C. de relig. l. militis.* Sed ibi non præcepit illicitè. ¶ Item arg. contra *infra de condit. & demonstr. l. Mæuius.* Sed ibi non præcepit. [e]

d Testatorum ineptæ voluntates non seruantur.

Filiusfamilias.] CASVS. Filius meus familias miles vel veteranus potest facere testamētum si vult: & si ab intestato decedat, bene potest fideicommissum à me qui debeo habere bona sua, relinquere. Itē si libertus meus ab intestato decedat, bene potest à me patrono fideicommissum relinquere, ita quòd non tangat de parte mihi in bonis eius debita. Itē si aliquis alius ab intestato decedit, & sic bona sua ad fiscum peruenire debent ex eo quòd nō credit se habere aliquem successorem, bene potest fideicommissum à fisco relinquere. [APVD MARCELLVM.] Legaui fundū Gaio, & fidei eius commisi vt dictum fundum restitueret Sempronio post mortem suam Gaij. Item eiusdem Gaij fideicōmisi vt Titio centum daret ex fructibus dicti fundi perceptis ante mortem suā Gaij. & ita videtur rogatus Gaius de præstandis centum Titio in tempus mortis suæ Gaij. quæritur quātum debeat Gaius præstare Titio in dictis cētum? dicitur ꝙ si Gaius tamdiu viuat ꝙ ex fructibus dicti fundi percipiat integra centū, vel plus, Titio centum dabit ipse si viuit, vel heres eius si mortuus est. si autē vixerit ita parū Gaius, ꝙ ex fructibus fundi nihil percepit, vel minus quàm centū, tantum dabit Titio quantum percepit, & non plus: quia non potuit in plus onerari quā honoratus sit. Sed quid si adiecto Gaio cui fundum legaui, ita simpliciter Titio centum legaui: Gaius det Titio centum. non autem dixi, rogo Gaium legatarium fundi vt det Titio centum quæ viuus Gaius percipiet ex fructibus dicti fundi? nunquid statim dabit Gaius centum Titio etiam antequam recipiat aliquem fructū ex fundo? & dixit Marcellus quòd sic, scilicet cauebit Titi⁹ Gaio quòd si minus percepit Gai⁹ ex fructibus fundi in vita sua, quàm centum, illud quod plus est in centum quæ soluit ei Gaius, reddet ei Titius. & dixit dictus Marcellus quòd ita demum committetur hæc cautio contra Titium, si Gaius ante decesserit, quàm ex fructibus dicti fundi centum perciperet. sed hic Marcellus male dixit. nam nō debet Gaius antè dare centum Titio etiam in isto casu, quàm ea ex fundo percipiat. absurdum est enim de suo eum centum tantùm præstare, maximè si fundus &c. sed si dictus Gaius velit dare Titio fundum prædictum, & dicere ei, teneas tantū donec habueris centum, & caueas mihi ꝙ eum fundum mihi restitues cum centum ex eo perceperis, audiendus est: non autem cogendus: vt dictum est. [SI QVID ALICVI.] Cuidam contracto lego militiam cursoris, vel cuidam seruo militiam legaui: & ita non possunt capere legatū: & bene sciebam legatarium esse cōtractum, vel seruum. certè accipient æstimationē legati, quāuis legatum accipere non possint. [VT QVIS.] Institui te heredem, & rogaui ꝙ Titium heredē instituere. nō valet fideicom. directò: trahitur tamen ad fideicōmissum, scilicet vt tu meus heres tenearis restituere hereditatē meā Titio. Quid si rogaui heredē meum vt Titio restitueret quartam partem hereditatis suæ propriæ heredi? certè bene tenetur eam ei restituere, si tamē illa quarta hereditatis heredis nō sit plus quàm hereditas quam ei dedi: quia nō debet in plus onerari quā sit honoratus. [SECVNDVM VVLGAREM.] Legaui tibi centum, & rogaui te vt emancipares filium. tu agnouisti legatum: & non vis emācipare filium. nunquid cogeris actione ex testamento quæ dicitur vulgaris formula? & certè non, potestas enim &c. [ÆDES.] Ego legaui Titio ędes Seianas vt eas destrueret. nihil valet adiectio: & non tenetur obtemperare. [SI FIDEICOMMISSVM.] Seruo Titio legaui fundum sine mentione libertatis: & post ille seruus ad libertatem peruenit. habebit legatum. hoc dicit vsque ad. §. diuus. Viuianus.

e Sed conditionem infert: Nam quędam veniunt in conditione, quæ non veniunt in dispositione. *l. si quis in testamento. de condit. instit. l. vxorem. §. si heres. j. de lega. j.*

† Baldus id genus opinionem refutat hac authoritate, Nā dus egressum de ventre matris mox nudus reuertatur illuc.

† Filius miles à patre fideicōmissum potest relinquere ab intestato.

† Libertus à patrono potest fideicommissum ab intestato relinquere.

† A fisco succedente potest quis fideicommissum relinquere.

l ¶ *Fideicommittere.* in codicillis: *vt infra ad legem Falc. l. filius.* qui sunt quasi testamentum, cum testamentum non sit: *vt supra ti. j. l. si quis cum.* & sic non ob. infra *de castren. pecu. l. ij.* nam [a] qui potest testari, de iure & codicillari potest: *vt supra titu. j. l. diuus. §. pen.* & hic subiicit.

m ¶ *Potest.* aliter tamen miles: quia iure singulari. aliter veteranus, quia iure communi: *vt Instit. de testa. milita. §. j. & facit infra proxi. §. & j. tit. ij. l. j. §. fi.*

n ¶ *Vsque.* exclusiuè. [b] nam in ea non potest onerari: *vt Inst. de success. lib. §. nostra.* ¶ Sed nonne eo [c] decedente intestato, vt hic fuit, tota est debita? certè sic, *vt. d. §. nostra.* Sed R. hic dicit debitam, scilicet aliàs vbi decederet testatus, & patronum vellet excludere, quæ erat olim dimidia, hodie tertia: *vt Inst. de succes. lib. §. j. & §. nostra. & facit. j. & s. §. proxi.*

o ¶ *Qui intestato.* supra proximis duobus responsis.

p ¶ *Suam.* scilicet legatarij.

a Argumentū à testamenti factione ad codicillorum factionem.

b Vsq, nō semper includit. *Bald. in. c. 1. §. decedente. vlt. col. versi. extra noto qui sen. da. pos. in vsi. feud. adde eundem in Auth. hoc amplius. vlt. col. vers. no. de dictione vsque. C. de fideicō.* Bal. ita sententiam profert, vsque particulā, exclusiuam esse, quādo terminus ad quē est contrariæ conditionis à termino à quo.

c Idem in filio constitui potest.

Datet.

miserat, vt Titio daret centum.[a] queritur, quid iuris sit. Et ait Marcellus, si Titio testator centũ ex fructibus quos viuus legatarius perceperit, reliquerit, & legatarius post tantum temporis decessisset, vt ex fructibus centum fierent: Titium centum accepturum: si post acceptum legatum confestim decessisset legatarius, Titij fideicommissum extingui: quia placet non plus[b] posse rogari quẽ restituere, quàm quantum ei relictum est. 4. ¶ Sed si Titij fideicommissum, nõ est in tempus mortis legatarij collatũ, ait Marcellus[c] confestim fideicõmissum Titio dandũ: sed cautione exacta, quãto amplius[d] ceperit, reddi. quàm cautionem ita cõmitti, si prius legatarius decesserit, quàm ex fructibus centum perciperet. Sed † vix[e] est vt legatarium ex reditib⁹ voluerit antè dare, quàm fructus legatarius percepisset.[f] Certè erit legatarius audiendus,[g] si velit totum fundum prẹstare, si de restituendo cauetur. Absurdũ[h] enim est de suo eũ præstare centũ, maximè si fundus centũ, vel nõ multo pluris est. quo iure vtimur.[i]

Legatum rei cuius est cõmercium in communi, licet non sit legatarij, valet: & æstimatio debetur. Bar.

5. ¶ Si quid[k] alicui licitè fuerit relictum, vel ius aliud, quod ipse quidẽ ꝓpter corporis sui vitiũ,[l] vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcũq; probabilem causam[m] habere non potuit,[n] alius tamen hoc habere potuit: quanti solet comparari, tantam æstimationem accipiet.

Verba directa trahuntur ad fideicommissum si iure directo non possunt valere. Bart.

6. ¶ Vt quis heredem instituat aliquẽ, rogari nõ potest. Planè † senatus censuit perindè habendum, atque si rogasset hereditatem[o] restitui. 7. ¶ Quid ergo si heres post mortẽ suam rogatus fuerit hereditatis suæ[p] partem quartam restituere? Verius esse existimo (quod & Scæuola notat, & Papirius Fronto scribit) valere fideicommissum, atque si de hereditate sua[q] restituenda rogatus esset. & eatenus restituenda est, quatenus hereditas testatoris patitur secundum vulgarem[r] formam iuris.†

Non potest quis grauari vt filium suum emancipet Bar.

8. ¶ Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit: non cogitur hoc facere. Potestas enim patria inæstimabilis est.†

Non possunt legari ædes destruende. Bartol.

9. ¶ Ædes[s] destruendæ neque legari neque per fideicommissum relinqui possunt. & ita senatus censuit.

Legatum seruo, acquiritur ei si liber reperitur tempore quo dies cedit. Bartolus.

10. ¶ Si fideicommissum relictum fuerit seruo alieno sine libertate, & ad libertatem peruenerit:[t] dicendum est posse[u] eum admitti ad capiendum.

Fideicommissum vniuersale conditionale non potest ante conditionem restitui fideicommissario in potestate constituto, etiam si sint plures fideicommissarij. Itẽ ante diem quis non cogitur restituere, sed cauere: aliàs patitur missionem: & missio patris vel domini potest prodesse seruo vel filio. h.d. multum nota. & magistraliter. Bart.

a ¶ *Daret centum.* repete, tunc, scilicet post mortem legatarij.
b ¶ *Non plus.* facit[a] infra *titu.j.l.imperator.§.j.& l.cum pater.§. Titio.& de ann.lega.l.Titia.& de dot.praleg.l.ij.§.fin.& Inst.de singu.re.per fideicommis.re.§.j.& C.communia de lega.l.j.& .j.tit. ij.l.si legatarius.*
c ¶ *Ait Marcellus.* & malè. Accur.
d ¶ *Quanto amplius.* s. quàm legatarius ex fundi fructibus percepit antequam obeat. Raynerius.
e ¶ *Sed vix est.* auctor.l. corrigit Marcellum.
f ¶ *Percepisset.* & ideo non est verum quod dixit Marcellus, scilicet fideicommiss. confestim Titio dandum.
g ¶ *Audiendus.* sed non cogendus: vt sic.s. dicatur corrigi. R. & secundum hoc dic totũ, scilicet legatum. & hic non habeas fundum. si autem habeas totum fundum, alius casus est quàm supra. Accur.
h ¶ *Absurdum.* adiungitur proxi. secundum R. si habeas fundum, redit ad aliud respon. supra.
i ¶ *Quo iure vtimur.* vt audiatur legatarius volens cautione exacta de suo totum præstare: non etiam vt compellatur inuitus. R. vel sic habeas fundum, dic vt volens fundum prẹstare, audiatur, non cogatur.
k ¶ *Si quid.* scilicet corporale. & dic licitè, quia testator legare, & heres dare, & ipsa res legari potest: sed in legatario erat defectus. Accur.
l ¶ *Vitium.* vt[b] muto militia, seu feudũ causidici; vel ei qui ire non potest, militia cursoris. & quod subijcit de qualitate relicti, dic idem exemplũ: vel dic exemplum *vt.j.de ann.lega. l.legatum.§.vici.* Item quod subiicit, aliã causam, vt seruo militia liberi: & semper dic testatorẽ sciuisse: aliàs nõ deberetur æstimatio: *vt.j.titu.ij.l.fideicommissa.§.si seruo.* cætera dic vt not.*s.eod.l.sed si res.* Accur.
m ¶ *Probabilem causam.* quæ causa ad legatarij difficultatem potius quàm impossibilitatem pertineat. R.
n ¶ *Non potuit.* facilè. non tamen legatario eius rei quę legatur, sit interdictum commercium: scilicet in sui delictum. Azo. vt quia hæreticus vel Iudæus: & legatur mancipium Christianum,[c] quia tunc nec æstimatio: *vt.j.tit.j.l.mortuo.§.Labeo.& .j.de verb.sig.l. multum.* ADDIT. Intellige hanc Gloss. quòd non erat prohibitus propter delictum: sed alia ratione, secundum Bar.
o ¶ *Hereditatem.* rogantis: *vt.j.ad Treb.l.ex facto.in princi.& facit.j.tit.j.l.j.in princ.& l.pater.§.pen.*
p ¶ *Sue.* scilicet rogati. Azo.
q ¶ *Sua.* s. rogantis. *& facit.j.tit.j.l.cum pater.§.Titio.*
r ¶ *Secundum vulgarem.* i.[d] secundum stricti iuris regulam: secus de equitate vel iure actionis: sed cogetur[e] officio iudicis: *vt.j. de condi. & demon.l.si cui.* quæ est contra. & eodẽ modo respondeo supra *de cura.fu.l.j.* quæ est contra. & facit infra *titu.ij.l.vxorem.§.heres.& .s.de condi.insti.l.si quis testamento. & .j. de regul. iur.l.non est.§.j.*
s ¶ *Ædes.* Pone lego tibi centum vt[a] ẹdes tuas destruas, quẹ fortè mihi obsunt, secundum quosdam. Imò sic, lego tibi ædes, vt eas destruas, & alias fortè ædifices. & facit infra *de dam.infect.l.sina. & l.ad curatores. et C. de ædi.pri.l.ij. & supra eod.l.cætera.§.j & de contrahen.emptio.l.senatus.*
t ¶ *Peruenerit.* antequam dies legati cedat: *vt.j.quando dies leg.ce.l.v.§.fin.*
u ¶ *Posse.* nisi dominus quondam repudiet: *vt.j.de op.leg.l.si pater filio.& facit infra proxi.§.*

Diui.] CASVS. Titius habebat fratrem Seium: & Seius habebat filios tres in potestate sua pone. ego feci testamentum, & institui mihi heredem dictum Titium, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam filiis fratris sui Seij prædicti, qui Seius viuebat, sub conditione si nauis ex Asia veniret: & nolui quòd aliquod commodum dictæ hereditatis perueniret ad Seium patrem fideicõmissariorum, & fratrem heredis Titij. veniunt filij Seij, & petũt à Titio herede & eorũ patruo vt eis restituat hereditatem prædictã etiam antè cõditionem prædictam: & Titius consentit. certè non potest hoc facere cum illi sunt in potestate patris: quia acquireretur iam commodum patri, quod testator noluit. sed nonne etiã adueniente conditione tenebitur eis restituere, & acquiretur commodum patri eorum? ergo illam conditionẽ expectare nõ debem⁹: imò ex quo consentit heres, & fideicõmissarij similiter, etiam ante conditionẽ debet posse eis restitui. sed ista oppositio non obstat: quia potest esse ꝙ adueniẽte dicta cõditione, & ita fideicommissi die cedente, ipsi fideicommissarij non erunt in potestate patris, & ita nõ acquiretur cõmodum patri, sed fiet eis omnibus viuentibus tũc restitutio, vel eis qui supersunt. secus autem esset vbi non esset fideicõmissum relictum sub conditione, sed ex die, vt in tali casu: Quædam mulier virum habens & filios, instituit sibi heredem quendam extraneum, & rogauit eum quòd restitueret hereditatẽ huius mulieris filiis suis prẹdictis, qui erant in potestate patris, post Pascha venturum: & nolebat quòd inde haberet maritus suus prædictus aliquod commodum. certè si heres vult eis restituere ante diem, bene potest. non enim est damnum filiorum si acceleretur restitutio: quia quantumcunque differatur restitutio, semper patri acquiritur qui eos habuit in potestate, cedente die fideicommissi, id est tempore mortis matris testatricis etiam ante diei aduentum. si autem nolit heres matris restituere ante diem, non tenentur: sed tenetur cautionem præstare quòd adueniente die restituet. si autem cautionem præstare non posit, dicti filij testatricis mittentur in possessionem dictæ here-

[a] Restituere plus nemo rogari potest, quàm ipse acceperit.

† Fructus occasione præstandum, præstari nõ debet antè fructus perceptos. vnde colligunt pensionem in fine temporis soluendam.

[b] Legatũ quibus corporis vitiis legatarius amittat.

[c] Quid si legatum esset mancipium Iudæũ Christiano? videtur quòd valeat legatum: quia Iudæi sũt subditi Christianis. no.in.c. Iudæi. & ibi Sicul. de testi. nõ tamen sunt vendibiles vt serui. v. Alex. consi.71.2.par.

[d] Vulgaris forma iuris, pro stricti iuris regula.

[e] Officio iudicis heres de emancipãdo filio rogatus à testatore, potest cogi filiũ emancipare.

[a] Legari hac formula ædes destruẽdæ possunt: inutile tamen est legatum.

† Verba directa obliquantur, quoties directo iure valere non possunt.

† Sic dispungendum not. Ant. Aug. lib. 1. c. 9. vbi & vulgarem formã explicat & Accursij interpretationem refellit.

† Vnde colligunt, Emancipationẽ apud acta fieri debere, ad instar donationis immensæ quę requirit insinuationem apud acta.

ditatis matris fideicommissi seruandi causa: & tenebunt iure pignoris cum patre eorum prædicto, non tamen poterunt vendere, sed fructus percipient & conseruabunt. & quod dixi in filio cui iussa est restitui hereditas per fideicommissum, idem est in seruo. hoc dicit vsque ad. §. cum quis. Viuianus.

11. ¶ Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, eum qui rogatus est sub cōditione [a] fratris sui filiis restituere, ante diem fideicōmissi cedentem [b] ne quidem ex voluntate eorum posse restituere his in potestate patris agentibus: [c] cum possit die fideicommissi cedente sui iuris cōstitutis ipsis debere restitui: vel si aliquis ex his antè decesserit, [d] nō omnibus. 12. ¶ Iidem principes [e] rescripserunt, filiis antè diem fideicommissi venientem restitui hereditatem maternā necesse non esse, [f] sed præstare heredem posse vulgarem cautionem: [g] aut si præstare eam non poterit, [h] mitti liberos in possessionem [i] fideicommissi seruandi causa: vt pro pignore, nō vt pro dominis possideant: vel alienandi ius, sed vt pignus habeant: vt filius per patrem fructus [k] consequatur, & seruus per dominum.

Quo ad conditionis defectum sufficit extare liberos, licèt non sint heredes. Bartolus.

13. ¶ Cum erit rogatus, si sine liberis [l] decesserit, per fideicommissum restituere: conditio defecisse videbitur, si patri superuixerint liberi: nec † quæritur an heredes extiterint. [m]

Prohibitio alienationis facta sine causa non respectu certæ personæ, non valet: aliàs valeret, nisi in præiudicium creditorum. h. d. vsque ad. §. cum pater. Bar.

14. ¶ Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, eos [n] qui testamento vetant quid alienari, nec causam [o] exprimunt propter quam id fieri velint: nisi inuenitur persona cuius respectu [p] hoc à testatore dispositum est, nullius esse momenti scripturam, quasi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem testamento non possunt dicere. [q] Quòd si liberis, aut posteris, aut libertis, aut heredibus, aut aliis quibusdam personis consulentes, eiusmodi voluntatem significarent: eam seruandam esse. sed hæc [r] neque creditoribus, neque fisco [s] fraudi esse. Nam si heredes, [t] pro-

LVcius Titius.] C A S V S. Lucius Titius habebat quandam militiam ex qua certos reditus quolibet anno colligebat. dictam militiam Publio Mæuio legauit, vel pecuniam quæ redigi poterat ex venditione dictæ militiæ. postea idem testator antequã decederet, dictam militiam vendidit, & pretiũ habuit: & illud pretiũ dedit prædicto legatario, & mortuus est Lucius Titius testator. nunc petit legatarius dictam militiam iterũ. Certè non tenentur heredes, nisi legatarius probet testatorẽ voluisse eum iterum habere pecuniam. Sed quid si dictus testator qui vendidit militiam, postquã eam legauerat, & pretiũ habuit, non dedit dicto legatario nisi pretij medietatem? Certè mortuo testatore petet legatarius ab heredibus superfluum pretij, nisi probent heredes quòd eo animo dedit testator legatario medietatem pretij militiæ, cum nolebat legatarium amplius debere habere. nam si hoc probauerint, nihil amplius legatarius habebit. & hoc dicit. *Viuianus.*

d ¶ *Militiam.* talem. scil. quæ alienari possit, vt subiicit: *vt.C.de pign.act.l.fin.*

e ¶ *Eius.* militiæ. s. quæcunque. *Accur.*

f ¶ *Commodis.* Sed[d] hoc non dicto, non debent præstari commoda quæ medio tempore obuenissent: vt in fructu video: *vt.j̃.eod.l.cum pater.§ filia.& l.Lucius.*

g ¶ *Iterum.* propriè cõsiderata datione habita inter viuos *sic.s̃.de eden.l.veluti.§.hæc vox.*

h ¶ *Non oportere.* *vt.C.eo.l.filia.& s̃.de iur.dot.l.cum pater.& s̃.so.ma.l.si cum dotem.§.si pater.& j̃.eod.l.Titia.§.qui in vita.& j̃.de do.preleg.l.j.§.adeo & j̃.de manu.testa.l.iiij.*

i ¶ *Voluisse.* Præsumitur ergo quod noluit plus dari, nisi contra liqueat. sc. si illud pretium consumpsit testator viuens adhuc, vel aliàs in rationes suas conuertisset: *vt.j̃.eo.l.Lucius.in princi.& in l.cum pater.§.filia.*

tione eius[e] potuerit, cum suis cõmodis.[f] sed cum superuixisset testamento Lucius Titius, militiam vẽdidit, & pretium exegit, & dedit ei cui illam militiá vel pretium eius testamẽto dari voluerit. post mortem Lucij Titij iterum[g] Publius Mæuius vel militiam vel pretium eius ab heredibus Lucij Titij exigebat. Celsus: Existimo pretium militiæ præstari non oportere[h], nisi legatarius ostẽderit testatorem & post factam solutionem iterum eum pretium militiæ accipere voluisse.[i] quod si nõ totum pretium militiæ, sed partem viuus testator legatario dedit, reliqui[k] superesse exactionem: nisi heres & ab eo decessisse testatorem ostenderit[l]. onus enim probandi mutatam esse defuncti volũtatem, ad eum[m] pertinet qui fideicommissum recusat.

k ¶ *Reliqui.* s. pretij ꝑpter illa verba, siue pecunia &c. aliàs res ipsa peteretur si ex necessitate esset alienata: *vt.j̃.ti.j.l.fideicommissa.§ si rem.* aliud si ex voluntate: *vt.j̃.de adi.lega.l.rem legatam. Azo.*

l ¶ *Ostenderit.* qui[a] enim mutatam volũtatem dicit, probet: *vt & s̃.de proba.l.eũ qui. & l.quingenta.* Accur.

a Probare volũtatis mutationẽ cogitur, qui mutatam voluntatem esse ait.

m ¶ *Ad eũ.* s. heredem.

In alternatiuis in dubio electio est legatarij. Bartolus.

X X I I I. M A R C E L L V S *lib. 13. Digestorum.*

LVcio Titio fundum Seianum vel vsumfructum fundi Seiani lego. Potest legatarius vel fundũ vindicare,[n] vel fructum.[o] quod facere non potest is cui tantùm fundus legatus est.

Si electio personæ committitur in liberam voluntatem heredis, potest eligere indignum: secus si in arbitriũ. & si eligere differat, omnes vocantur, & ad heredes transmittunt, nisi ipsi in petendo negligentes fuerint. Bartolus.

LVcio Titio.] C A S V S. Ita dixit testator, lego Lucio Titio fundũ Seianũ, vel eiusdẽ fundi vsumfructũ: & do ei electionem ꝙ habeat quodcunq; vult. Certè poterit legatarius petere, vel vult proprietatem nudã dicti fundi, vel vult vsumfructũ sine proprietate. si autem legasset fundũ ei: quãuis & vsumfructũ videatur ei legasse, tamen nõ poterit petere vsumfructũ, & dimittere proprietatem, vel econtra: quia vnum solum legatũ est: & ideo illud diuidere non potest: *vt. s̃. eod.l.neminem.* Viuianus.

n ¶ *Vindicare.* eligit ergo legatarius: vt hic. ¶ Sed contra. *s̃. de iur. do.l.plerunque.§.fi.a.* Sol. illud in contractibus: quod non placet: *vt j̃.eod.l.si ita.§.fi.* 2. Vel hic expresse dedit electionẽ legatario. 3. Tu dic, si dicat testator vindicato vel percipito tibi rẽ istã. in vindicando videtur dedisse electionẽ: *vt hic, & s̃.de le.j.l.plane.§.fi.* sed si dicat, heres dato, in dãdo videtur dedisse heredi electionẽ: *vt.j̃.e.l.si ita.§.fi.* sed si dicat lego, in dubio ĩterpretor ꝓ legatario: qa benignius & plenius: *vt hic, & s̃.e.l.si is cui.& j̃.de re.iur.l.in testamẽtis.* hic in lega. sec'[b] in cõtractib. vt in cõtrariis: *vt.s̃.de cõtrahẽ.emp.l.si ita distrahitur.& l.si in emptione.§.fi.*

b Electio est de literis alternatiuis in contractibus & obligationibus: In vltimis voluntatibus & in legato alternatiuo non heredis debitoris, sed legatarij est electio vt hic idq; maxime si ad legatariũ verba directa sunt, secus si ad hæredem. Everard. in loco à natura alternatiuorũ vel ita electio est creditoris seu stipulatoris & similium in verbis executiuis. In verbis vero dubiis differentia est inter cõtractũ & vltimas volũtates. Priore enim cãsu legatarij seu creditoris est electio, posteriore debitoris vide Iasonẽ in l.si ita pr. in ... de verb. vulgat. Alias differentias contractuũ & vltimarũ voluntatum vide apud Everardum in loco à contractibus ad vltimas voluntates.

o ¶ *Vel fructum.* non partem vnius, & partem alterius: cum vnũ legatum sit: *vt.j̃.eo.l.si illud.& s̃.eo.l.neminem.* sed quo ad numerationem sunt plura: *vt.s̃.ti.j.l.plane.§.fi.*

CVm quidam.] C A S V S. In hac. l. primò ponuntur dicta quatuor Marcelli, vsque illud, Scæuola autem. & in primo & secundo suo dicto benè dixit vsque illud, Idem ait. in tertio & in quarto malè. Idem in tertio vna ratione per Scæuolam reprehenditur, in quarto duabus. In primo ergo & secundo dicto facit differentiam inter heredẽ rogatum vt restituat fundũ pone quibus libertis volet: & rogatum vt restituat illis quos dignos putauerit. nam primus potest eligere etiam indignum, alius non: imò si eligat, & ei restituat, dignè habet repetitionem contra eum indignũ ab herede electum. Tertiũ dictum est Marcelli, quòd si heres cui data est electio vt præstet quibus libertis volet (vt in primo dicto cõtinetur) omittat eligere libertos quos vult, incontinenti omnes liberti continuo admittuntur ad repetitionem fideicõmissi. & in hoc tertio reprehenditur: quia hoc non est verũ, nisi aliquo modico tẽpore transacto, quo poterit heres eligere. & hæc reprehensio colligi-

colligitur in fi.l.ibi,nisi forte,&c.Quartũ dictum Marcelli est ibi. Planè,&c. & dicit quod si omnes decedant liberti retento primo casu huius.l.& vnus solus libertus superſit:ille solus ad petendum fideicommissum admittitur, cum heres iam fuerat in mora eligendi ante mortem dictorum libertorum. vel eius liberti heres si moriatur ipse antequam petat: alij autem primo mortui ad suos heredes non trãsmittunt. & in hoc quarto casu reprehenditur duabus rationibus. Prima est illa, si omnes liberti petere potuerunt: quare superstes tantum potest transmittere, & non cæteri? q. d. nulla ratione. & sic omnes transmittere possunt. Secunda reprehensio sumitur ex ipsius Marcelli dicto vbi dicit, si heres nulli restituit,& non eligit incontinẽti quos libertos vult,cõtinuò omnes habent petitionem. malè ergo dixit quod vnus tãtum transmittat ad heredem suum. Vltimo occasione reprehensionis tertij dicti Marcelli, quæ est in fin.legis, adiicitur similis casus in.l.seq. & dicit: si herede differente eligere, sicque liberti petitionem habent, aliqui ex libertis sint absentes, & præsentes petant fideicommissum,vocari debent absentes per iudicem vt sciatur an velint petere: & debet eis certum tempus dari, intra quod veniant:& si non veniant intra illud tẽpus, non audientur postea. h.d.cum.l.seq. Viuianus.

XXIIII. VLPIANVS *lib.2. fideicommissorum.*

CVm quidam ita fideicommissum reliquisset, *Rogo restituas libertis meis quibus voles*: Marcellus putauit posse heredem & indignum [a] præferre. at si ita. *His quos dignos putaueris*: petere posse ait [b] eos qui non offenderint. [c] Idem ait, [d] si neminem eligat, [e] omnes ad petitionem fideicommissi admitti videri, [f] quasi iam præsenti die datum, cum sic [g] relinquitur: *Quibus voles*, nec vlli offerat. [h] Planè si cæteri defuncti sunt, superstiti dandum, vel heredi eius, [i] si prius quàm peteret, decessit. [k] Scæuola autem notat, [l] si omnes petere potuerunt, [m] cum nulli offertur, [n] cur non & qui decesserunt, ad heredem [o] transmiserunt? vtiquè, si vno [p] petente iam eligere non potest cui det? Videtur [q] enim Marcellus, cum fideicommissum ita relinquitur, *Ex libertis cui volueris*: arbitrari, nisi offerat cui heres velit, & statim offerat, sine aliquo scilicet interuallo, [r] statim competere omnibus petitionem. [s] Cùm igitur omnibus competat, meritò notatus [t] est, cur superstiti soli putet dandum: nisi fortè antequam iustum [u] tempus præteréat quo potuit eligere cui potius offerat, cæteri decesserint.

a ¶*Et indig.ñ.* nec enim,&c.*vt.j.de re.du.l.vtrum.§.cum ita.*

b ¶*Ait.* Marcellus. Accursius.

c ¶*Qui non offenderint.*s.si eligat indignos:quia vt bono viro est ei commissum:*vt.j.ti.j.l.fideicommiss.§.quamquam.* secus autem si dignos:quia alij repellũtur.vbi autem nullum eligit,habet locũ quod sequitur. *Azo.*Quid si aliqui sunt plus digni? Respõ. non est vis:*vt.j.eo.l.cum pater.§.rogo.* ¶ Item no.quod quilibet præsumitur bonus,[a] &c.sic.*j.de manu.testa.l.seruos.*Accur.

d ¶*Idem ait.*scili. Marcellus, & malè.nam reprehenditur à Scæuola.

e ¶*Neminem eligat*[b].s.eo tempore quo debuerit,s.cum potuit,& ita cœpit esse in mora:*vt in fi. Azo.*

f ¶*Admitti videri.*quod dic *vt.j.eo.l.cum filius.§.pater.*

g ¶*Cum sic.*qu.d.hæc sunt vera cum sic,&c.nam si dixit, quos dignos,&c.tantum digni admitterentur.hic verò omnes.vel sub.etiam cum sic,&c.quasi dicat,multo magis idem erit vbi ita dixit, quos dignos pu.&c.quia minorem habet potestatem, cum tanquam vir bonus sit electus.

h ¶*Offerat.*s.heres,& sic sit in mora. *Accursius.*

i ¶*Heredi eius.*s.superstitis.q.d. non cæterorũ primo defunctorum heredibus.& sub.dicit Marcellus.

k ¶*Decessit.*sc.superstes.

l ¶*Notat.*s.quod Marcellus dixit:& superstiti, & eius heredi tãtùm,non autem cæterorum heredibus. *Accursius.*

m ¶*Potuerunt.*hic additur,& alij noluerũt.i.non agnouerunt legatum antequam decederent:non tamen spreuerunt. *Accursius.*

n ¶*Offertur.*s.ab herede. *Accur.*

o ¶*Ad heredem transmiserunt.*sc.potestatem hanc petendi subaudi,& certè transmittunt.

p ¶*Vtique si vno.*sci.de superstitibus, vel de heredibus præmor- ff. Infort.

a Bonus quilibet præsumitur.

b Vide quæ notat ad Glossam l. mancipiorũ.§.j. de optione.

tuorum. ¶Et no.primo committi moram,& sic omnes posse petere,& superstites,& heredes mortuorum:sed adhuc potest offerre heres & eligere quasi purget moram:vt probatur hic, ibi, sed omnes petere,&c.& ibi,cum nulli offertur. cæterũ si vnus de prędictis in iure petat:aufert heredi electionem.& hoc dicit,vtrique &c. quasi dicat, transmittit ad heredes, ita quod heres non purget moram:vtiq;, &c. ¶Sed an petens aufert ius aliis legatariis? Respond. quod sic, quasi sint plures rei credendi,*arg.j.de duo.reis.l.ex duobus &.s.de cõstit.pecu.l.idem est.* nisi per in integ. restit. iuuet:*vt.j.l.prox.* 2. Vel dicas quod non, sed solummodo heredi aufertur electio.

XXV. MARCELLVS *libro quintodecimo Digestorum.*

SI tamen quibusdam absentibus præsentes petent, cũ pręsenti [x] die relictum sit fideicommissum: causa cognita [y] statuendum est, explorandúmque an & alij sint petituri.

Heres non potest retinere vsumfructum in re legata antea sibi debitum. Bartolus.

XXVI. IDEM *lib.16. Digestorum.*

IS cuius in seruo proprietas erat, fructuario herede instituto, alicui eum seruum legauit. [z] Non † potest heres doli mali exceptione vti, si legatarius vindicare seruum vellet, non relicto heredi vsufructu.

Legatum alternatiuè, vel sub diuersis conditionibus relictum, est vnum respectu vnius solutionis. Barto.

XXVII. CELSVS *lib.34. Digestorum.*

SI illud aut illud legatum sit, vnum legatum [a] est. Si sub contrariis conditionibus aliud atque legatum est, vnum † legatum esse arbitramur. neque refert, & heredum, & eorum quibus legatum est, diuersas personas esse: veluti si ita legatum est, *Si Nerua consul factus erit, Titius heres Attio fundum: si non erit Nerua consul factus, Seius heres Mænio centum dato.*

q ¶*Videtur enim.* meritò Marcell. notatur: quia hoc etiam ex verbis eius apparet: videtur enim &c.

r ¶*Interuallo.* s.maximo.modicum[a] autẽ est qđ magis intellectu[b] quam elocutione potest exprimi: *vt.j.de solu.l.ratum.&.j.ad.le.Fal.l.j.§.item si ita.* hoc autẽ contingit cũ est in mora eligendi, vel eligit indignum.

s ¶*Petitionem.* multò magis cum relinquitur his quos dignos esse putaueris, cum minus sit in conditionali relicto. *Accur.*

t ¶*Notatus est* s. Marcellus in eo quod dixit.s.§.planè. & statim repetit.

u ¶*Iustum.* quod est modicũ tempus post quod cedit dies legati: & vsque tunc videtur conditionale: & ideo pendente conditione legatarius ad heredem non transmittit:*vt.C.de cad.tol.§.sin autem.*

x ¶*Si tamen. Præsenti.* cum iam fuerit heres in mora eligendi:& sic præsenti die videtur relictum. *Accursius.*

y ¶*Causa cognita.*s.sit talis quæ indulgeat restitutione in integrũ vel nõ,secũdũ.R.quod est falsum apertè: quia licèt iusta causa sint absentes,non tamen petũt legatum per restitutionẽ, sed suo iure. *Azo.*Sed est intelligendum quod explorabit iudex, & statuet tẽpus intra quod veniant & petant si voluerint:& si nõ venerint,nõ admittentur post:*vt.j.de bo.aucto.iud.possi.l.iiij.*Accursius.

IS cuius.] CASVS. Cum nudã proprietatẽ in seruo Sticho haberem,& tu vsumfructũ,te fructuariũ heredẽ institui,& dictũ seruum alij sub conditione legaui.& sic pendente cõditione existẽte dominio serui apud te heredẽ,extinctus est vsusfruct[9] tuus.postea adueniente conditione legati,legatarius petit à te seruũ prædictũ & plenam eius proprietatem:tu heres vis eũ exceptione repellere,ex eo quod ipse legatarius nõ permittit sibi restituere vsumfructum in dicto seruo.Certè non potes eum repellere. *Viuianus.*

z ¶*Seruũ legauit.*purè,vel sub cõditione:*vt.j.eo.l.cũ filius §.dominus.*diuersum[c] tamẽ in seruitutibus prædialibus *vt.s.de seruit.l.Papinianus.&.s.ti.j.l.si seruus Titij.*& est ratio,quia hic duas res videt legasse quod nõ potest dici in seruitute prędiali:[d] *vt.d.§.dominus.H.& facit.j.de verbo.obli.l.qui vsumfructum.* Accursius.

SI illud.] CASVS. Si lego tibi Stichum aut Pamphilum, vnũ est legatum.Et idem est si lego tibi Stichum si nauis ex Asia venerit:& si non venerit,lego tibi Pamphilum. & idem est si sub contrariis conditionibus lego diuersas res à diuersis personis heredũ, & diuersis personis legatariorum: de quo litera planè exemplum ponit. *Viuianus.*

a ¶*Vnum legatum.*mirũ est hoc casu:& magis in inferiori, quod

a Modicũ quid intelligitur magis intellectu quàm elocutione.

† Testator legãdo rem simpliciter, intelligitur legare proprietatem sibi competentem, & formalem vsumfructum hæredis adde l. cum filius.§.dominus l. Mænius §.fundo.j.eod.

b Intellectus & orationis differentia.

† Vnum seu vnicũ dicitur & efficitur legatũ, quod finaliter vnum est.

c Vsusfructus & prædialium seruitutum differentia.

d Proprietatem sibi competentẽ & formalem vsumfructum hæredis.

e Vide Bartolum in l. si ... §. item si pallia §. de pallis.

est vnum: *vt.j.quando di.le.ce.l.cum illud.* ¶ Et sic est contra.s.ti.j *l.planc.§.fi.* Sol. vnũ est, quia vnius rei præstatione liberatio cõtingit. sed duo propter duas res nominatas in legando. sic dicitur in duobus reis stipulandi vel debẽdi: *vt.j. de duo.re.l.iij.§.fi. & l. eadem.§.fi.& Insti.de duo.re.§.fi.* ¶ Item contra.s.*eo.l.si quis seruum.§.si ita.* Sol. vt ibi. Accursius.

Privilegium personale non transit ad heredem. Bartolus.

XXVIII. MARCELLVS *lib.29. Digestorum.*

CVm patronus ex debita [a] parte institutus, fideicommissum relictum ab eo præstare non cogitur: [b] si omiserit institutionem, qui eam partem vindicant, vtrum eodem modo retinere, an verò præstare debeant fideicommissum? Et magis est deberi [c] fideicommissum: quoniam quòd illius personæ† præstaretur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet.

CVm patron⁹.] CASVS. Libertus instituit patronum suum heredẽ in ea parte bonorum suorum liberti quã lex dat ipsi patrono: & eum patronum de fideicõmisso alicui dando grauauit. Certè non cogitur patronus illud præstare. Sed q̃d si patronus repudiet dictam partem in qua eum instituit libertus, & sic accrescat coheredi suo? nunquid coheres tenebitur præstare fideicommissum prædictum à patrono relictum? Et dicitur quod sic. & redditur ratio in li. era. Vivianus.

a ¶ *Ex debita.* olim [a] dimidia: hodie tertia: *vt Insti.de succ.lib.in princ.& .§.sed nostra.* H. ADDITIO. Istam materiam Dy. tractat latius in c.priuilegium personale. de reg. iur. li.vj.

b ¶ *Non cogatur.* nisi quod relictum est liberis & parentibus: *vt j.de condi.& demonst. l.si is.* Hodie [b] autem habet debitam partem sine omni grauamine: *vt Insti. de succes.liber. §.sed nostra.H.*

c ¶ *Deberi.* sic [c]. s. *de admini.tu.l.ex plurib⁹. & j.de reg.iur.l.priuilegiũ.& .s.si quis omis. cau.testa.l.quia autem §.si patronus. & facit. j.ti.j.l.fin.& .§.fi. & .s. de vulg.substitu.l.& si contra.& .s. de iis quæ in testa.delen.l.ij.& .j.de leg.præstan.contra.tab.bono.posses.pe.l.filium.& .s.tit.j.l.si duobus.§.heres.* Accur.

† Quando Priuilegium personale alicui prosit, vide plenè per Bald. id l. si infanti j. oppo. C.de iure delibe. Spe.in tit.de instru.edi §.nunc autem vidẽdum versi.item quod fuit cõcessũ personæ.

a Legitima patronorũ in bonis liberti, olim dimidia hodie tertia.

* Vulg. incipit Celsus pater.36.

b Legitimã suã patronus sine omni grauamine cõsequitur à liberto debet.

c Personale priuilegium non transit ad hæredem.

Legata caduca remanent apud heredem cum onere suo. Bartolus.

XXIX. CELSVS *lib.36. Digestorum.*

PAter * meus referebat, cum esset in cõsilio Duceni Veri cõsulis, itum in sententiam suã [d] vt cum Otacilius Catulus filia ex asse herede instituta, liberto ducenta legasset, petissetque ab eo, vt ea concubinę ipsius daret, & libertus viuo testatore [e] decessisset, & quod ei relictum erat, apud filiam remansisset: cogeretur filia id fideicommissum concubinæ reddere.

*Portio coheredis deficiens adcrescit sine onere illi nominatim adiuncto.h.d.cum.l.seq.*Bartolus.

1. ¶ Quod alicuius heredis nominatim fidei committitur, potest videri ita demũ dari voluisse si ille extitisset [f] heres.

2. ¶ Si filio [g] heredi pars eius à quo nominatim legatum est, adcrescit: non præstabit legatum quod [h] iure antiquo capit. [i]

PAter.] CASVS. Hæc lex tres casus ponit. Primus est, quando legatum est in causam caduci: vt quia ille qui debebat habere legatum, & alij dare, decessit post testamentum adhuc viuo testatore: quo casu legatum redit ad heredem cum suo onere. Secundus casus est, quando ab vno de heredibus proprio nomine eius expresso legatum relinquitur: quo casu si ille heres nõ existat, ille cui portio sua accreuit, non præstat legatum. Tertius casus dicit idem quod secũdus, & de filio cui accreuit portio coheredis, specialiter loquitur: ne quis credat quod in filio aliud sit quam in alio herede, quasi ipse tantam debeat affectionem patri vt omninò debeat suam voluntatem adimplere. Vivianus.

d ¶ *Suam.* 1. consulis. 2. Vel suam Celsi consulentis. 3. Vel dic interlocutum, i. interlocutoriam datam. *Accursius.*

e ¶ *Viuo testatore.* sed post testamẽtum: & sic est in causa caduci, & ita remanet cũ onere: sed secus [d] in pro non scripto: *vt.C.de cadu.tollen.§.in primo.& .§.pro secundo.& .j.§.pe.& .§.fi.* Sed cum hoc sit ius vetus remanere cum onere quasi caduca: quo modo dicit Iusti. ibi se hoc nouum inuenisse? Respon. i. nullus alius Imperator ante eum fecit. vt & ibi no. ¶ Item huic contra. *j. de an leg. l.Titius.* Solu. hic non cœpit vtile legatum esse: ibi cœpit deberi. 2. Vel ibi finitur commodum, sic [e] ergo & onus: hic autem incipit commodum heredis: & ita onus. Item facit. *j.eo.l.cum pater.§.cũ existimaret.& .j.eo.tit.l peculium.*

f ¶ *Extitisset.* Ex hoc & seq.§. not. partem [f] hereditatis defectam accrescere alteri coheredi sine onere. ¶ Sed contra.s. *de iis quæ in testa delen.l.ij.& .j.e.l.si Titio.§.Iulianus.& .j.ad leg Fal.in singulis.& .l.seq.& .C. de cadu.tol.§.pro secundo.& .j.de vsufru.leg.l.si ab eo.& .C.ad Trebel.l.non iustam.& .s.in princip.huius.l.* Solu. hic loquitur in pro non scriptis: aliæ in quasi caducis & in caducis: *vt.C.de cad.tol.§.in primo.* & secundum hoc dic hic, extitisset heres, id est esset in rerum natura tempore testamenti. Nam tunc demum vel ab eo vel ab alio cui accrescit, præstatur. 2. Alij distinguunt an testator vtatur verbis appellatiuis, puta, heredes mei sic faciant vel dent. & tunc transibit onus ad alios heredes vno non existente herede. An proprio, puta, Titius heres meus ita faciat. & tunc non: *vt supra titu.j.l. si duobus. §. heres.* & hoc se. §. cum dicitur nominatim. 3. Tertij vt Ro. distinguunt: an onus sit tale quod possit ab alio adimpleri, vel non: *vt.C. de cadu. toll.§. ne autem.* sed illa distinctio habet locum quando in faciendo, non in dando, vt ibi dicit: sed hic dicit in dando: vnde non deberet distingui. 4. Tu dic *secũdum Azo.* quod hic loquitur secundum ius antiquum quod hodie corrigitur: *vt. j. eod. l. si Titio. §. Iulianus.* hic etiã loquitur in caduco, & in causa caduci: *vt. C. de cadu. tol. §. ne autem in fi.§.*

g ¶ *Si filio.* superiori in genere: hic in specie. i. in filio qui videbatur teneri quasi magis debeat adimplere votum patris. sed tamen idem est.

h ¶ *Quod* scilic. legatum vnà cum aliis bonis accrescentibus. *Accursius.*

i ¶ *Capit* i. caperet de iure antiquo, id est lege. xij. [a] tabu. si nemo esset institutus: *vt Instit.de hered. ab intest. in prin.* non autem dico quod suam habeat iure institutionis accrescẽtem ab intestato: quia sic pro parte testatus, & pro parte intestatus decederet: quod non potest esse: *vt Instit.de hered. instit. §.non autem.* 2. Vel dic, capit propriè iure antiquo, i. le. xii. tab. quæ confirmat testamentarias succesiones: *vt infra de verb. sig.l. lege.* & facit. *j. de reg. iur. l.quoties duplici. & .s.proxi.§.& quod ibi no.* Accursius.

Legatum incertum ad viam reficiendam valet. Bartolus.

XXX. IDEM. *lib.37. Digestorum.*

QVidã in testamẽto ita scripsit: *Reipublicæ Grauiscanorũ lego in tutelam viæ reficiendæ, quæ est in colonia eorũ, vsq; ad [k] viã Aureliam.* Quæsitũ est, an hoc legatum valet. Iuuentius Celsus respondit, Propemodum quidem imperfecta est hæc scriptura, *in tutelam Aureliæ viæ:* quia summa adscripta non est: potest tamen videri tanta summa legata, quãta ei rei sufficeret, [l] si modò non apparet aliã fuisse defuncti volũtatem, aut ex magnitudine eius pecunię, aut ex mediocritate facultatũ quã testatrix reliquit. tunc enim officio iudicis secundum æstimationem patrimonij & legati quãtitas definiri potest.

Si deficit fideicommissum, legatum non remanet apud nudum ministrum. Bartolus.

XXXI. MODESTINVS *lib.1. Regularum.*

SI quis quos non poterit manumittere, [m] legauit vt manumitterentur: nec legatum nec

QVidam.] CASVS. Reipublicæ cuiusdam ciuitatis ita legaui: Lego ei ad reficiendam talem viam. & eam nominaui: non tamen nominaui certam summam in legato. Certè valet legatum fauore reipublicæ, licet sit incertum: & tantam dabit heres meus pecuniam dictæ reipublicæ, quanta sufficiet ad dictam viam reficiendam: nisi fortè nimis magna summa esset necessaria ad viam reficiẽdã: vel nõ erat nimis magna, sed tamẽ facultates meæ testatoris non erant sufficientes ad commodè soluendam summam necessariam viæ: quia in his duobus casibus debet præsumi me testatorem voluisse tantam summã dari, quanta esset necessaria viæ. vnde iudex debet tunc æstimare quantam soluet heres, videndo quantitatem patrimonij mei. Vivianus.

k ¶ *Vsque ad.* inclusiuè *vt.j.patet ibi, in tutelam viæ Aureliæ.*

l ¶ *Sufficeret.* sic ergo valet fauore [b] relicti. *sic.j.ti.j.l.Stichus.& .j. de an.leg.l.si cui.& .j.de ali.lega l.pe.* ¶ Sed regulariter contra: *vt.s.de iure do.l.cum post.§.gener.& .j.eo.l.Titia.j.respon.* nisi cõferatur in arbitrium alicuius: *vt.s.eo.l.j.* Accur.

SI quis quos.] CASVS. Quidam minor. xx. an. cum seruos suos non posset manumittere propter legem Æliam Sentiã, legauit eos Titio, vt eos manumitteret. Certè non valet legatum: & ideo legatarius eos manumittere non poterit. Vivianus.

m ¶ *Manumittere.* quia ad libertatẽ non poterãt peruenire. secus

a Ius accrescendi originem trahit à legibus xii. tabularum & hãc communem testatur Grassus §. *Ius accrescendi* … tametsi Bart. Romulę *in repetit. l. re coniuncti, nu. 7. j. de legat. 3.* lege xii. tabularum scribat plenam testandi potestatem competisse, vnde colligit lege xii. tabularum pro parte testatos & intestatos decedere potuisse & ita dispositione legis vsus principaliter: secũdario vero ex tacito testatoris iudicio seu cõiecturata voluntate defuncti vt idẽ author refert ex communi opinione. ibidem quæst. 2.

b Legatum incertum ratione summę valet fauore relicti, puta vt via reficiatur vt hic. est aliud pia causa species. vt dixi ad Glos. l. 1. §. ad municipiũ. j. ad l. Falcidiam ad de Glo. in l. si cui 14. j. de annuis.

d Caduci & pro non scripto differentia.

e Onus esse nõ debere, vbi nullum est cõmodum.

f Accrescere partẽ hęreditatis de facto alteri cohæredi an & quando sine onere possit.

si in fraudem creditorum faciat. tunc enim interdum tenet legatum, quandoque non: *vt supra titu.j.l.seruum filij.§.si idem seruus.* Sed videtur etiam quod in primo valet legatum, licèt non libertas: *vt infra de condit.& demonstr.l.si quis eum quem.quæ est contra.* Solu.hic vt[a] ministro legabatur: ibi non. 2. Vel solu.vt ibi

[a] imò hic non est nudus minister, cum nudus minister dicitur, cui nihil relinquitur *l.si quis Titio* glossa: vide Baldum.

libertas valet.

Legata simpliciter debentur ab adita hereditate. Bart.

XXXII. IDEM *libro nono Regularum.*

OMnia[a] † quæ testamentis sine die vel conditione adscribuntur: ex † die[b] aditæ hereditatis præstentur.

Pendente conditione legati potest res legata cum fructibus reuocari à legatario. Bartolus.

1. ¶Fundum ante conditionem[c] completam ab herede non traditum, sed à legatario detentum heres vindicare cum fructibus poterit.

Appellatione rerum quæ sunt in loco, continentur serui. Bartolus.

2. ¶Cum ita legatur, *Illi hoc amplius*[d] *fundum illum cum omnibus rebus quæ in eodem fundo erunt:* mancipia[e] quoque continentur.

Non videtur esse in loco quod dolo legatarij illuc illatum est. Bartol.

3. ¶Cum † ita legatur, *Quicquid in horreo meo erit:*[f] & is cui legatum est, ex rebus non legatis, ignorante eo, ampliandi legati sui gratia in horreum intulerit: quod illatum est, non videtur esse[g] legatum.

Item facit *infra eod.l.qui testamento. & supra titu.j.l.si seruus.§.si seruus. & facit infra eod.l.codicillis.in princip. & infra.titu.j.l.vxorem.in fin.*

OMnia] CASVS. Legaui Titio equum meum purè. tūc certè petere potest, cum heres meus adierit hereditatē meā. Secundò dicit legaui tibi fundum sub conditione pendente conditione tu intrasti in possessionem fundi tua auctoritate, & fructus percepisti. Certè heres meus potest à te vindicare fundum & fructus. Tertiò dicit legaui tibi fundum Cornelianum cum omnibus rebus quæ erunt in eodem fundo. Certè mācipia quæ sunt in fundo, continentur in legato. *Vitianus.*

† Hæc materiā vbi & quando debeantur legata, vide in l.quod legaui. & ibi gl. & doc. C. de iud. Cyn. in l.j. C. vbi fideic. pet. opor. † Legatorū dies variè cedere dicitur. vno modo quo ad transmissionem. Altero quod ad dominij translationem. tertio quod ad actionem personalē & hypothecariam nascētem. Quarto quod ad præstationē. Bald. hic.

a ¶Omnia. nisi[b] talia sint quæ in se tacitam conditionem habent: *vt infra de condit. & demonst. l.j. in fi. & de verb. oblig. l. interdum. H.* aliàs est in litera, nomina.

[b] Tacitè tēpus quandoque subintelligitur.

† In vul. edit. hic incipit lex, Cum ita. nō rectè. *Ant. Augu. lib. 1. c. 1.*

b ¶Ex die. cū[c] quodam temporis temperamento: quod magis intellectu percipi, quā elocutione possit exprimi: *vt infra de solu. l.quod dicimus.* & diximus supra *eod.l.cum quidam. H. & facit infra de regulis iur.l.in omnibus. Accursius.*

[c] Tempus temperatum definitur intellectu potius, q̄ oratione hoc est arbitrio boni viri.

c ¶Fundum ante conditionem. sed postea poterit heres petere per interdictum quorum legatorū: *vt infra quo.leg.l.j. & C.quo. lega.l.j.* non autem per rei vendicationē. *H. & facit infra de condit. & demon.l.legata.*

d ¶Hoc amplius. fortè legauerat ei aliud. 2. Vel dic quod alij domum, & huic hoc amplius fundum. vnde & in domo habet partem: *vt infra titu.j.l.si sic.*

e ¶Mancipia. quæ[d] perpetuo ibi sunt: *vt infra titu.j.l.si ita legatum & C.de verb.signifi.l.y. Accursius.*

[d] Rerum legato mancipia cōtinentur.

Cum ita.] CASVS. Ita dixit testator: lego Titio quicquid in horreo meo erit cum moriar. Titius posuit viuente me testatore quasdam res in horreo, quæ non erant sibi legatæ. posuit dico ad hoc vt contineantur in legato certè non continebuntur. Secundò dicit, legaui tibi.x.& rogaui te vt alij restitueres. postea cedente die legati legatarius decessit certè heres legatarij ad fideicommissum tenetur. Tertiò dicit, Legaui tibi certam speciem, puta equum meum brunum: & sine dolo heredis non inuenitur in hereditate. certè non potest petere legatarius legatum. Quartò dicit, Titius faciens testamentum familiæ suæ fideicommissum reliquit: dixit tamen de quibusdam de familia quod volebat eos ad fideicommissum admitti primò, puta Titium & Seium & Gaium qui erant adgnati ipsius, & fortè non de proximioribus. certè ipsi debent prius admitti ad fideicommissum: eis autem deficientibus admittentur ij qui de familia fuerunt tempore mortis testatoris: vt tamen ipsi primò admittantur qui sunt in gradu proximiori: & hoc nisi defunctus dixerit aliquos primò admittendos qui erāt in gradu vlteriori. *Vitianus.*

f ¶Erit. puta cum moriar. *Accursius.*

g ¶Non videtur esse. sic.[e] *C.de transac.l.si de certa. & supra de transact.l.cum Aquiliana. & supra de pac.l.tres fratres. & de contrahen.emp.l.in lege. & infra titu.j.l.si ita legatum. & l.si fundus. & infra de auro & argen.leg.l.penul.§.fin.*

[e] Dolus legatarij nō ampliat legatum.

h ¶Decedat. qui sponte agnouerat legatum sibi relictum esse. nec ui m cogitur, nec heres eius tenetur: *vt.j.ad Trebel.l.nam quod §.fi.* sed heres legantis: *vt supra eo.l.Celsus.* siue sit caducum, siue in causa caduci: *vt.C.de cadu.tollen.§.ne autem.in fin.§.*

i ¶Species. secus in pecunia. *vt supra eo.l.si pecunia.*

k ¶Nec dolo. Qui[a] ergo dolum dicit, probet: *vt supra de proba. l.quoties.§.qui dolo.* ¶Sed contra *supra loca.l.si quis domum.§.imperator.* vbi caprarius probat se sine fraude amisisse capras. Solu. ibi. ¶Item cōtra *supra de eden.l.si quis ex argentariis. §. prohibet.* sed speciale in argentario vt probet casum: quia eius officium est custodire & habere rationes. sic & in custode carceris, nā probare debet non suo dolo occisum illū qui custoditur: *vt infra de cust.re.l.fi.§.fina. & facit supra eod.l. cum res. §.item.*

[a] Probare dolū cogitur qui dolū dicit *contra. gloss. in c. si extra de renun. lib. 6.* & qualiter probetur, *vide lon. gloss. in l. si quis domum §. imperator. 3. loca.*

Morte grauati non extinguitur fideicommissum. Bartolus.

4. ¶Quòd à legatario petitum erat vt alij restitueret: si legatarius decedat,[h] heres quoq; eius id quod legatum est, præstare debebit.

Heres non tenetur ad speciem legatam, nisi probetur eum habere, vel dolo desiisse possidere. Bartolus.

5. ¶Species[i] nominatim legatę si nō reperiantur, nec dolo[k] heredis deesse probentur: peti ex eodem testamento non possunt.

Ad relictum familiæ primò vocantur nominati: post eos qui proximiores sunt in gradu. Bartolus.

6. ¶In fideicommisso quod familiæ[l] relinquitur: hi ad petitionē eius admitti possunt, qui nominati[m] sunt: aut post omnes eos extinctos,[n] qui[o] ex nomine defuncti fuerint eo tēpore quo testator moreretur,[p] & qui[q] ex his primo[r] gradu procreati sint: nisi specialiter defunctus ad vlteriores[s] voluntatem suam extenderit.

Non tenetur quis ad legatum ex persona coheredis qui non est soluendo. Bartolus.

l ¶Familiæ. accipe *vt C.de verb.signifi.l.fi.*

m ¶Nominati sunt. Quid est quod dicitur nominatos admitti, cum, vt supra dictum est, familiæ[b] relictum est? si enim familiæ est relictum, omnes de familia priores debent admitti. Itē si quibusdam nominatis de familia reliquit, alij non admittuntur: *vt Cod. de verb.signifi.l.fi?* Respon. ita reliquit, familiæ meæ centum do.s. Petro & Ioann. *Azo.* 2. Vel sic, vt prius vocentur Petrus & Ioannes. hi[c] enim omnibus aliis præferuntur: post hos admittuntur qui eodem gradu & eodē nomine sunt tempore mortis defuncti. puta nominati erant fratres consobrini: innominati sunt similiter consobrini: hi admittuntur post nominatos, & non patrueles qui sunt ex alio nomine.s. agnationis, sed prædictæ cognationis, (& hoc innuit verbum, ex eo nomine: quòd, ex eo, quidam habent cancellatum) deinde filij cōsobrinorum non patruelium. licèt hodie hęc differentia agnationis & cognationis sublata est: *vt in Authen. de here. ab intesta.§.ex his.col.ix.* Planius autem est si habeas cancellatum, eo: & dic, ex nomine, i. ex familia. & sic post nominatos admittuntur omnes qui proximiores sunt in gradu siue agnationis siue cognationis: & secundum hoc non est quæstio quæ fit an post nominatos admittantur præcedentes, vt fratres defuncti, & patrui: & dicunt quòd non, quasi per hanc literam, post eos, &c. vocentur tantùm sequentes, non præcedentes. sed dic, post eos extinctos, notare ordinem successionis, non ordinem graduum. ¶Item est pro eis *arg. contra infra de suc. edic. l. §. quibus.*

[b] Familiæ facto fideicōmisso, admittuntur primò nominati: postea proximiores in gradu, nisi posteriores fuerint vocati *adde Chassaneū in cōsue. Burg. Tit. de successionib. §. 10. vers. ad quod multū.*

[c] Ex contextu testamēti & ordine scripturæ colligitur volūtas testatoris vt prius nominati, prius vocari intelligātur, ordo enim verborū indicat ordinem intellect', & qđ est prius in voce, hoc prius in intentione esse præsumitur *adde Glo. in Nouel. 1. c. 1. in his verbis ordinem de nominatione. Glo. in Authent. Hoc amplius in fi. C. de fideicom. Mātitam lib. 6. de coniecturis vltimarum voluntatum Titu. 13. nu. 11.*

n ¶Extinctos. scilicet nominatos.

o ¶Qui. subaudi, illi possunt admitti qui, &c.

p ¶Moreretur. Imò[d] & tempore testamenti: *vt.j.de re du.l.si cognatis.quæ est contra.* Solu. ibi non erat ordo in succedēdo: & ideo etiam tunc tempus testamenti inspicitur: omnes enim cognati ibi vocantur quocunque gradu: at hìc per ordinē[e] admittuntur post nominatos: *vt.C.de verb.sign.l.fi.* ¶Sic an sit capax, tempore mortis inspicitur: *vt infra de iure fisc.l.non intelligitur.§.quando.*

[d] Successoris capacitas consideratur tempore mortis defuncti.

[e] In fideicommissis eo ordine succeditur, quo succeditur ab intestato vide Cephalū cōsil. 500.

q ¶Et qui ex his. scilicet consobrinis. 2. Vel dic, ex his scilicet proximis tempore mortis.

r ¶Primò. quandoque[f] qui sunt in gradu impari, æqualiter admittuntur: vt filij fratrum cum fratribus: *vt. C.de legi. here. Auth. cessante. Accursius.*

[f] Impari gradu quandoque vna succedunt.

s ¶Ad vlteriores. puta patrueles: vt dicunt: 2. Vel dic ad quintum, vel ad sextum gradum. Item facit *infra de aur. & argen. leg. l.fi.in princ.*

LEgatorum. CASVS. Legatarij debent conuenire heredes pro partibus hereditariis: & vnus heres nō debet pro altero teneri. Secūdò dicit: Titius instituit sibi quatuor heredes: & à duobus legata reliquit. postea fecit codicillos, in quib. reliquit alia legata ab heredib. & dixit. Præcipio quòd heredes mei indistinctè lega-

ta præstent legatariis. & istos codicillos misit omnibus heredib. cum essent absentes. quæritur, vtrum legata in codicillis data ab heredibus indistinctè debeant præstari ab omnibus heredibus: an verò ab illis duobus solum qui onerati fuerunt in testamento? Et dicit quòd illi soli debent præstare legata omnia. & sic per præcedentia determinantur sequentia. *Viuianus.*

a ¶*Legatorum.* aliàs. l. legatorum. aliàs. §. idem respondit.

b ¶*Competit.* nisi[a] nominauit heredes omnes, vel quosdam propriis nominibus: & tunc tenentur ad viriles: *vt. ꝫ. tit. j. l. turpia. §. fi. & ꝫ. tit. j. l. si plures. & ꝫ. ad Tre. l. nonnunquam. & l. quoties.* Accursius.

a Legatum petitur ab heredib. viriliter quoties hæredes omnes vel quidã ꝓpriis nominibus nominati, aliàs pro hæreditariis.

c ¶*Heredes scripsit.* s. præcipiens heredes suos indistinctè legata præstare. R.

d ¶*Munere.* id est, onere. & facit. *C. famil. ercis. l. quoties & ꝫ. de alis. leg. l. Gaio. in princ. & ꝫ. eo. l. Mæuius. §. eum.* ¶ Argu. contra. *ꝫ. de verb. significa. l. si cum fundum.* ADDITIO. Dic secundum Dy. quòd hic præcedentia declarant & limitant sequentia: ibi sequentia declarant & limitant præcedentia, & sic non est contra. Item hic non dicitur quod omnes dãnauerit in codicillis, sed quod scripserit codicillos ad omnes, *secundum Bart. post Dy.*

b Munus p o nere.

XXXIII. IDEM *libro nono Responsorum respondit.*

Legatorum[a] petitio aduersus heredes pro partibus hereditariis competit:[b] nec pro his qui soluendo non sunt onerari coheredes oportet.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantùm, si plura fuerunt. Bartolus.

1. ¶ Qui plures heredes instituit, testamento à quibusdam nominatim reliquit legata: postea codicillos ad omnes heredes scripsit.[c] Quæro, quæ legata debeantur Modestinus respondit, Cum manifestè testator testamento expresserit à quibus heredibus legata præstari vellet: licèt codicillos ad omnes scripserit, apparet tamen ea quæ codicillis dedit, ab his præstanda esse, quos munere[d] fungi debere, testamento suo ostendit testator.

Verba enuntiatiua de futuro emissa propter aliud, vel enuntiatiua de præterito, sine expreßione rei dispositionem non inducunt. Bartolus.

Titia.] CASVS. Titia instituit sibi heredes Mæuiam & Sempronium filios suos ex æquis partibus. postea fecit codicillos, & in eis dixit: peto à te filia mea Mæuia vt Stichum seruum tuum manumittas cum legauero tibi. x. seruos. & postea decessit hæc Titia, & non legauit ei dictos. x. seruos. quæro, nunquid Mæuia possit petere dictos seruos propter verba testatricis. & nunquid teneatur seruum Stichum manumittere? Et dicitur quòd non tenetur, nec potest. [LVCIVS.] Lucius Titius instituit sibi heredes Octauianam & Octauianum filios suos: & postea ita dixit: volo te Octauianam à te ipsa accipere talem meũ fundum, & volo te Octauianum à teipso accipere talẽ aliũ meum fundum. nunquid quilibet eorum poterit habere totum fundum sibi prælegatum, vt partem habeat iure hereditario, & aliam partem iure prælegationis à coherede? an vero oportet quòd filia soluat coheredi suo pro parte sua pretium fundi, vt sic habeat totum: & idem sit in filio? Et respon. quòd quilibet habebit integrũ suum prælegatum, vt dictum est. [LVCIA TITIA.] Lucia ab intestato decedens reliquit seruo Titij quandam domum. ea mortua filij qui sunt ei heredes, diuiserunt hereditatem & etiam domum prædictam inter se: & Titius prædictus dominus serui prædicti fuit testis illi diuisioni, & non contradixit diuisioni prædictæ domus. certè non amittit propter hoc legatum domus per seruum sibi acquisitum. [GAIVS.] Gaius iuit ad standum in domo vxoris suæ, & portauit secum quasdam suas res, & ibi decessit facto testamento in quo instituit vxorẽ suam heredem cũ quibusdam aliis: & ita dixit: sciãt heredes mei nullã pecuniã penes vxorẽ meã esse, nec aliud quicquã: ideóq; hoc nomine eã inquietari nolo. certè nisi mulier probet maritũ dixisse dicta verba in testamẽto, quia volebat eã habere præcipua & ante partẽ omnia quæ portauit maritus in domũ suæ vxoris, non habebit mulier ea præcipua imò cõmunicabit coheredibus suis. [SEIA.] Liberto meo legaui. x. si à filiis meis non recederet. me mortuo tutor filiorum meorũ nõ ꝑmittit libertũ stare cũ dictis filiis meis. habebit certè libertus legatũ: quia per eũ nõ remanet. [QVI INVITA.] Solu. matrimonio inter filiam meã & maritũ suũ, egi inuita dicta filia mea actione de dote contra generũ meũ quondã, & exigi dotem: postea exheredaui filiã ꝑdictã, & filiũ meũ mihi heredẽ institui, & legaui dictæ filiæ. c. vt ea in dotem habeat. certè propter hoc legatum non admittit act. de dote filia contra maritum suũ quondam: sed non debet consequi totum legatum à fratre suo, & totam dotem à marito: sed si dos est maior quàm legatum, & illam vult petere à marito suo quondam: non petet à fratre legatum. si autem plus sit in legato quàm in dote, & vult legatũ petere, non admittetur nisi in eo quod excedet dotis quantitatem. & postea rationẽ reddit. [LVCIVS.] Lucius Titius instituit sibi heredes Titianũ & Paulianam filios suos: & Titianum in octo vnciis pone, & Paulianam in quatuor: & inter alia verba quæ dixit, ita dixit: Volo ꝙ Titianus præstet omnia legata quæ reliqui. & posteà dixit: peto à te Pauliana vt non irascaris ex eo quod plus dedi Titiano quã tibi: quia tu scis eum magna onera sustentaturum, & legata quæ supra reliqui præstaturum. certè propter ista verba, quia tu scis, &c. non debet Titianus soluere creditoribus sosus: sed legata debet bene præstare solus. [TITIA.] Titia Gaio Seio nupsit: & ei in dotem dedit prędia, & partem castelli Nacleorum, & multa alia: & ex eo postea filiam habuit: & ab intestato decedens hæc Titia ita dixit filiæ Gaium Seiũ commendo tibi ó filia, & volo quod des ei omnia quæ ei in dotem dedi: vt inde habeat vitam suam: & rogo te quod non molestes eum in prædictis: quia & erunt prædia tua & filiorum tuorum post mortem dicti mei viri. & postea multa alia eidem viro legauit, vt habeat ea quãdiu viuet. mortua hac Titia maritus suus prædictus habuit omnia prædicta, & donec vixit tenuit: & posta mortuus est. petit filia prædicta ab heredibus dicti viri omnes illas res quas reliquit ei Titia, tanquam ex fideicom. propter illa verba quæ dixit Titia. erunt enim post mortem eius tua ó filia, & filiorum tuorum, &c. certè bene potest hoc facere, &c. h. d. tota hæc lex. *Viuianus.*

XXXIIII. IDEM *libro decimo Responsorum.*

Titia cum testamento facto decederet, heredibus institutis Mæuia & Sempronio filiis suis ex æquis partibus, petiit[e] à Mæuia vt Stichum seruũ suum[f] manumitteret, in hæc verba: *A te autem Mæuia filia chariſsima peto, vt Stichum seruum tuum manumittas, cum in ministerio tuo tot capita[g] seruorum tibi his codicillis legauero.* nec legauit. Quæro quid his verbis relictum videatur: cùm, vt supra cautum est, duobus heredibus institutis defunctam testatricem, & mancipia[h] hereditaría duarum[i] personarum fuisse, & codicillis nihil[k] relictum sit de præstandis mãcipiis, nec possit vtile fideicommissum putari, quod datum non sit, cum legasse[l] se dixerit, nec adiecerit[m] legati speciem,[n] nec ab herede vti præstarentur mancipia, petierit. Modestinus respondit, ex verbis consultationi insertis, Mæuiam neque legati[o] neque fideicommissi petitionem habere, neque libertatem seruo suo dare compelli posse.

e ¶*Petiit.* in codicillis postea factis,

f ¶*Seruum suum.* proprium Męuię. sed quid in hereditario? Resp. idem, quia verba quæ subiiciuntur, exprimunt conditionem.

g ¶*Tota capita.* q. d. multa.

h ¶*Et mancipia.* repete, & cautum sit man. &c.

i ¶*Duarum.* scilicet Mæuiæ & Sempronij.

k ¶*Nihil.* iudicij, subaudi.

l ¶*Legasse.* i. legaturum esse. & sic tempus[a] pro tempore. 2. Vel facit similitudinem. q. d. sicut si dixit, legaui, non[b] expressa quantitate vel specie, cum nihil legauerit, nullum est relictum: sic si dixerit, legauero, non expressa quantitate, & nihil postea leget.

a Tempus pro tempore.

b Legatum rei non expressa quantitate vel specie nullum est.

m ¶*Adiecerit.* testator.

n ¶*Speciem.* Quid si dixit? Respon. nec tunc valet quasi conditionale: & ideo sub. maximè. Inerat enim etiam expressa specie, vel quantitate conditio: *vt supra de condi. indebi. l. qui promisit. & supra titu. j. l. Stichum.* non idem in præterito dico re expressa: *vt infra de dona. l. ex hac.* ¶ Arg. contra. *infra de condi. & demon. l. cum tale. §. falsam.*

o ¶*Neque legati.* s. de capitibus seruorum. Sed contra. *ꝫ. de dona. l. ex hac.* Solu. ibi donator est vsus verbis præteriti temporis: hîc futuri secundum quosdam. 2. Vel hic nõ fuit expressa species vel quantitas, ibi sic: & ideo valet, *arg. C. de falsa causa adiec. leg. l. fin.* 2. Vel ibi æquitas: hîc rigor. ¶ Itẽ contra. *ꝫ. eod. l. quidam.* vbi incertitudo[c] non nocet. Sol. ibi. ¶ Itẽ in eo quod subiicit, non valere libertatẽ, videtur valere non obstante falsa demõstratione. *vt. ꝫ. de condit. & demon. l. demonstratio. contra.* Sol. ibi[d] demonstratio fit in præterito vel præsenti, hic in futuro. dicit enim, legauero: quod conditionem

c Incertitudo non semper vitiat legatum.

d In præsenti vel futuro fiat demõstratio in [illegible]

conditionem inducit: *vt supra titu.j.l.vj.* ¶Item contra.j.*eo.l.cum pater.§.fi.* So. ibi non inducit conditionem, licèt futuri temporis sit: & hoc ideo, quia hic in repræsentatione oneris, ibi secus. & facit *infra de vsufru lega.l.qui plures.*

Verba testatoris extra propriam significationem verborum intelliguntur vt legatum non reddatur inutile. Bartolus.

1. ¶Lucius Titius in testamento suo ita cauit: Ὀκταβιάνῃ † Στρατονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι αὐτὴν παρ' ἑαυτῆς λαβεῖν χωρίον Γάζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις πάσαις. Ὀκταβιανῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ, ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λαβεῖν σύγκτησιν ἀγρνοφόρον* Κομιάνην, σὺν αἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις. [id est, Octauianæ Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ salutem: Volo eam à seipsa accipere villam [a] Gazan cum impositionibus suis omnibus. Octauiano Alexandro dulcissimo filio meo salutem: Præcipuam volo eum à seipso accipere synthesin [b] sterilium villarum cum impositionibus suis.] Quæro, an huiusmodi scriptura integrum prędium singulis datum esse videatur: [c] an verò partem hereditariam dumtaxat contineat, [d] cum inutiliter à semet ipso quemque eorum quã habebat partem accipere voluit. Modestinus respondit, non sic interpretandam [e] scripturam de qua quæritur, vt fideicõmissum inutile fiat. Itẽ quæro, si integrũ prædium relictum esse videtur, an pretium portionis fratri & coheredi soluendum sit: vt hoc ipso quòd à semetipso accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Itẽ respondit, ad solutionem pretij fideicõmissariũ minimè cõpellendum.

Qui est adhibitus actui vt testis, non præiudicat iuri suo. Bartolus.

2. ¶Lucia Titia intestata moriens à filiis suis per fideicõmissum alieno seruo domũ reliquit. [f] post mortem, filij eius fidem qui heredes, cum diuiserunt hereditatẽ matris, diuiserũt etiam domum. in qua diuisione dominus serui fideicõmissarij quasi testis adfuit. [g] Quæro, an fideicõmissi persecutionem adquisitam sibi per seruum, eo quòd interfuit diuisioni, amisisse videatur. Modestinus respondit, fideicommissum ipso iure amissum nõ esse, [h] quod ne repudiari quidem potest. sed nec per doli exceptionem summouetur, nisi euidenter apparuerit omittendi † fideicommissi causa hoc eum fecisse.

Verba enuntiatiua non inducant dispositionem vltra verborum significationem. Bartolus.

3. ¶Gaius Seius cum domum suam haberet, & in prætorio vxoris suæ transtulisset, quasdam res de domo sua in eodem prætorio transtulit: ibique post multos dies decedens testamento vxorem suam heredem & alios complures reliquit: quo testamento significauit verba quæ infra scripta sunt: *In primis sciant heredes mei nullam pecuniam esse penes vxorem [i] meam, sed nec aliud quicquam: ideòque hoc nomine eam inquietari nolo.* Quæro, an ea quæ viuo eo in prætorio vxoris eius translata sunt, communi hereditati vindicari possint: & an secundum verba testamenti præscribi coheredibus possit à parte vxoris defuncti. Modestinus respondit, si ea quæ in domum seu prætorium vxoris defunctus transtulit, præcipua ad eam pertinere voluit: nihil proponi cur voluntate ipsius standum non sit. necesse igitur habet mulier, talem voluntatem fuisse testatoris ostendere. [k] quod nisi fecerit: in hereditate mariti & hæc remanere oportet.

Si non stat per legatarium, videtur impleta conditio. Bartolus.

4. ¶Si ea conditione liberto fideicommissum relictum est, ne à filiis eius recederet: & per tutores factum est quò minus conditionem impleret: iniquũ est, eum, cum sit inculpatus, emolumento fideicommissi carere. [l]

Si pater legat filiæ qua inuita dotem exegerit, filia debet esse contenta alterutro, nisi plus sit in dote. Bartolus.

a ¶*Villam.* id [a] est, vniuersitatem quandam prædiorum & hominum. Vel, id est, domũ. nam infra vocat prædium.

b ¶*Synthesin.* nomen [a] villæ legatæ.

c ¶*Videatur.* hoc erat verum.

d ¶*Contineat.* hoc non erat verum.

e ¶*Non sic interpretandam.* innuit hanc scripturã, lego vni heredum talem rem à seipso: multas habere significationes seu interpretationes duas malas, & tres bonas. Prima, vt capiat portionẽ hereditariam tantùm, & non vltrà: quia ei à se legari non potest. Secunda, vt capiat totam, sed non gratis: quia debet pretiũ soluere pro parte coheredis: quasi à se, id est, à sua bursa capiat alteram partem, & has reprehẽdit Modesti. Sunt aliæ benigniores quæ non vitiant, vt à seipso dicatur accipere, id est, nõ per filium vel seruum: quod posset quãdoque sibi prodesse: *vt infra de legat. præstan.l.iij.§.liberis. & §.hoc solum.* q.d. nõ lego filio vel seruo instituti: quia tunc non videtur legari à se, vel non ab alio accepit per fideicommissum quod esset si testator extraneo legasset, & eum rogasset restituere vni heredum: sed à se, id est, per se habet directò: quod est expeditius. Vel tertiò à se, id est, vt non petat ab alio, sed sua [a] auctoritate ingrediatur, quasi ex permissione defuncti. sic & aliàs. *C. de pigno. l.creditores.* istæ expositiones sic quidẽ sunt eligendæ, non vt pereat: *vt infra de reb. dub.l.quoties.* & secundum hoc contra *supra titu.j.l.plane.§.si duobus. & l.legatum.§.heredi.* quæ dicunt heredi à seipso non legari. Solu. si vnus heres tantùm est, ei à se nũquam legatur.§. Si autẽ plures sunt heredes, vni ab altero legatur, & tenet vt præcipiat: *vt supra.j.l.qui filiabus.§.fi. & infra eod l.fina.§.quatuor. & l.miles.§.pro parte. & j. de heredi.instit.l.ex facto.* & sic hîc intelligitur. si autem legatur vni heredum, & alij vel aliis extraneis, puta duobus: dic vt supra *titu.primo.l.legatum.§.heredi. & not.in.l.plane.§.si duobus.*

f ¶*Reliquit.* in codicillis.

g ¶*Adfuit.* solummodò, & forte sui iuris ignarus.

h ¶*Non esse.* Tria no. ad primum, s. quòd non [a] præiudicat præsentia. est contra.j. *de pign.l.fideiussor.§.j. & quibus mo.pign.vel hypo.sol.l.Titius.§.fi.* Solu. super huiusmodi quæstionibus inter scientiam domini & causam quare interfuit diuisioni, distinguitur secundum Ro. 2. ¶Tu dic secundum Ioan. an eo contradicente poterat fieri: & tunc præsentia vel scientia non nocet, vt hic: an non: & tunc nocet, vt in contrariis: *vt not supra de pign.ac.l.Gaius.* ¶Item contra ad idem infra *in eo.titul. codicillis.§.j.* Sol. ibi consenserunt. ¶Item contra ad idem supra *titu.j.l.si fundum. in princi.* Solu. ibi plus fecit, quia assignauit: & sic non in fundum, sed in pretium remanet fideicommissum. ¶Item ad id quod subiicit nõ posse dominum repudiare: est contra *supra tit.j.l.legatum. in prin.* Solu. non potest: scilicet taliter existendo testis: alio modo sic. 2. Vel subaudi, videri: quod in idem recidit. 3. Vel hîc agnouerat iam: *vt infra de succes.edic.l.j.§.decretalis. & facit infra de condi. & demon.l.qui heredi. & de solu. Stichum.§.vsumfructum. & l.si stipulantem. & de do.excep.l.apud.§.quæsitum.*

i ¶*Penes vxorẽ.* quod verum erat: quia testator penes se dicebatur habere translata, non, vxor: *vt infra de verbo. sign.l.penes.* nisi [b] vxor testamenti tempore amouerat res, & testator sciebat: nam tunc liberationem legasse videtur: nisi heredes probent contrarium: *vt.C.de fal.cau. adiec. lega.l.j.* quod possunt: nisi [c] testator iurauerit: *vt in Authentic. de iureiuran.à mo.§.primo. col.v.*

k ¶*Ostendere.* Non ergo debentur translata in pretorium. Sed contra *infra de conditio. & demonst.l.legatum.* Sed ibi certa quantitas vel species fuit nominata in legando: hic non. Et eodem modo solu. ¶Aliud contra. *infra de auro & argen.leg.l.qui vxori.* nam & ibi res est in testamento nominata, & iussi sunt heredes reddere quasi propriã vxoris: hîc neutrum fuit. & facit. *C.communia vtriusque iud.l.scriptura. & infra de condit. & demonst.l.si ita. & .C.arbitr.tut.l.j.*

l ¶*Carcere.* & *facit infra. de an.le.l.Mauia. & l.annua. & infra. de adi.lega.l.iij.§.si quis Titio. & .C.de leg.l.j. & infra de condit. & demonst.l.si quis ita & .C.de condi inser.l.si ea conditione.*

[a] Villæ pro vniuersitate prædiorum.

[b] Synthesin pro villa hic male accipit Accurs. synthesis quid esset, dixi in notis ad hũc locum commentariis.

† Nesi Octauianæ Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ S. Volo vt ipsa à semetipsa prędiũ Gazam cum omnib. eius dotibus accipiat. Octauiano Alexandro dulcissimo filio meo S. Volo vt ipse à seipso possessionẽ Comianam agniferam cũ vniuersis dotibus quæ in ea sunt percipiat, iuqi eximium habeat.

* Quidã hic reponunt iuxta vulgarem interpretationem σύνθεσιν τῶν ἀφόρων κωμῶν. Alii ἀγρνοφόρον legẽdum videtur ex Aristot. de na.animal.li. 9. quam lectionem & ipsa species legis suadet est autẽ ἄγνος plantæ seu fruticis genus apibus gratissimũ.

[c] Testator potest licentiam dare legatario vt propria authoritate rem legatam capiat vt hic licet aliàs non possit.l.nõ dubiũ Cod. de legat. Quid si testator dixit legatario vini ne tibi sit, vel legatario non fiat molestia: verũ his verbis iussus est legatarius, legatũ sua authoritate capere post Bald dum ita scribit Romanus singulari 87.

[a] Præsentia an præiudicet.

† Sunt qui putent hic legendum esse amittendi.

[b] Amotarũ rerum actionem maritus vxori remittere potest.

[c] Iuramento testatoris obligãtur eius hæredes.

a ¶*Qui inuita*.i.cōtradicente, & causam contradicendi habente: *vt.s.sol.ma.ri.l.si cum dotem.§.eo.tempore.* aliàs patre recipiente liberatur maritus: *vt.s.sol.ma.l.dotem.* quod hic inferius negat.
b ¶*In primis est*.s.respondendum.
c ¶*Non consenserit*.i.cōtradixerit. poterit ergo filia ista legatū

tur: licèt aliud esset olim per interdictum de alterutro: *vt.C. de rei vxo.act.§.sciendum.secundum H.*
m ¶*Actionem*. per hoc apparet quòd non voluit filiam vtrumque habere, sicut opinabatur testator. nam sine filia se posse exigere credebat. & est ad legem istam.j.*de ali.lega.Gaio.§.j.& l.Stichum.§.fina.& .s.solu.matri.si cum dotem.§.si pater. & infra de do.prale.l.pe. & de solu.l.qui hominem.§.si gener. Accursius.*

5. ¶ Qui inuita [a] filia de dote egerat, decessit eadē illa exheredata, filio herede instituto: & ab eo fideicōmissum filię dotis nomine reliquit. Quæro quantum à fratre mulier consequi debeat. Modestinus respondit, Quod in primis[b] est, non esse consumptā de dote actionem mulieri, cum patri suo non consenserit,[c] vtiq; nō ignoras[d]. sic enim[e] res explicatur, vt si quidē maior quantitas[f] in priore dote fuit, illius[g] petitione[h] sit tantummodò mulier contenta. quod si in summa dotis nomine legata amplius sit q̃ in dote principali, compensatio[i] fiat vsq; ad eandem summā quæ concurrit: & id tantummodò quod excedit in sequenti summa,[k] ex testamēto consequatur. nō est enim verisimile,[l] patrem duplici præstatione dotis filium eundemq; heredē onerare voluisse præterea, cùm putauerit se efficaciter, licèt non consentiēte filia, instituisse aduersus generum de dote actionem.[m]

Dispositio specialis derogat generali. Item verba generalia obscura declarātur per præcedētia clara. Bar.

6. ¶Lucius Titius relictis duobus filiis suis heredib. diuersi sexus institutis, addidit caput[n] generale, † vti legata & libertates ab his heredib. suis pręstarentur. quadam tamen parte[o] testamēti à filio petiit vt omne onus legatorum in se sustineret, in hunc modum: *Ea quæcumque in legatis reliqui vel dari præcepi: ab Attiano filio meo & herede dari præstarique iubeo.* deinde subiecit in præceptione relinquēda filiæ suæ, hæc verba: *Paulinæ filiæ meæ dulcissimæ si quid me viuo dedi,[p] comparaui,[q] sibi habere iubeo: cuius rei quæstionem fieri veto: & peto à te filia carissima, ne velis irasci quòd ampliorē substantiā fratri tuo relinquerim; quem scis magna onera[r] sustentaturum, & legata quæ supra feci, præstaturum.* Quæro, an ex his extremis verbis, quibus cū filia sua in testamento pater locutus est, effectum videatur vt hereditariis actionibus, id est omnibus filium suum onerauerit: an verò iam solùm propter onus legatorum locutus esse videatur, petitiones autem hereditariæ in vtrumque heredem creditoribus dari debeant. Modestinus respondit, vt actiones creditorum filius solus excipiat, iussisse testatorem non proponi.

Verba dispositiua ad quemcunque directa, fideicommissi petitionem inducunt. Item qui voluit res ad aliquem pertinere ad tempus, post illud videtur velle ad suum heredem redire. Bartolus.

7. ¶Titia cum nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quasdam alias res. postea decedens codicillis ita cauit: †

Γάϊον Σήϊον τὸν ἄνδρα μου παρακατατίθημαί σοι, ὦ θύγατερ, ᾧ βούλομαι δοθῆναι εἰς βίον χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, μετοχὴν κώμης Νακλήνων, ἣν ἔφθασα δεδωκυῖα εἰς προῖκα σὺν σώμασι τοῖς ἐμφερομένοις τῇ προικί: καὶ κατὰ μηδὲν ἐνοχληθῆναι αὐτὸν περὶ τῆς προικός ἔσται γὰρ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ σὰ καὶ τῶν τέκνων σου.

[id est, Gaium Seium virum meum commendo tibi ô filia, cui[s] volo dari ad vitæ vsum & fructum participationem[t] castelli Nacleorum, quam[u] præueni dedisse in dotem, cum corporibus quæ inferuntur[x] doti: & in nihilum molestari eum de dote. erunt enim post mortem eius tua, & filiorum tuorum.] Præterea alia multa huic eidem marito legauit,[y] vt quandiu viueret, haberet. quæro, an propter hæc quæ codicillis ei extra dotem relicta sunt,[z] possit post mortem Gaij Seij ex causa fideicommissi petitio filiæ & heredi Titiæ competere, & earum[a] rerum nomine quas in dotem Gaius Seius accepit. Modestinus respondit, Licèt non ea verba proponuntur ex quibus filia testatricis fideicommissum à Gaio Seio postquam præstiterit quæ testamento legata sunt, petere possit,[b] tamen nihil prohibet propter voluntatem[c] testatricis post mortem Gaij Seij fideicommissum peti.

[a] Contradicere videtur qui nō consentit.

spernere. ¶Sed an maritus aget ad legatum qui adhuc est debitor filiæ: & ei soluit? Resp. non: quia eius contēplatione non reliquit hic pater: *vt in fi. huius.§.& .j.tit.j.l.fideicommissa.§.interdum. secundum Azo.*
d ¶*Nō ignorās*. Quid autē si ignorauerit? Respon. idē: quia videtur contradicere: *vt.s.sol.matri.l.ij.in fi.* sub. ergo hic maximè.
e ¶*Si enim*. mutat casum nā supra nō agnouit legatum, hîc sic.
f ¶*Maior quantitas*. puta dos fuit decem, legatum quinque.
g ¶*Illius*. s. dotis quæ excedit legatum.
h ¶*Petitione*. s. quinque. & dic contenta à fratre residuam dotis quantitatem scilic. alia quinque à marito consequitur actione ex stipu. de dote. nā cum[b] agnoscit legatum, scilicet pro dote: & onus ei iniūctū agnoscere cogitur, vt scilicet à viro id non petat: *vt.j.eo.l.imperator.§.si centum. & .j. ad leg.Falc.l.sed si nō seruus.* Imò verius dic econtra sit contenta à viro scilicet de quinque agendo contra eum virum. nec enim plus potest onerari q̃ fuerit honorata: *vt dictis.ll.* Prima nō placet: quia malè diceret, contenta: cùm in plus nullum ius habet vel habuit cōtra fratrem. ¶Sed quid si nolit legatū admittere, sed tātùm dotē à viro recipere? Resp. potest. hoc enim innuit Modestinus cum dicit, actionem de dote superesse.
i ¶*Compensatio*. dotis[c] & legati: & dic q̃ impropriè dicit: cum non sit hincinde debiti cōtributio, vbi propriè dicitur compensatio: *vt.s.de compen.l.j.* sed est tale, id est reputatio.*s.de rei vin.l.emptor.& de neg.gest.l.Nesennius.*
k ¶*In sequenti summa*. legati nomine debita.
l ¶*Non est verisimile*. Imò certū est quòd nō voluit ex verbis. sic enim dixit, nomine dotis: eo autem non dicto præsumptiones istę maximè in filio suo que herede prodessent: *vt infra de do.preleg.l.secunda.& arg.C de impo.lu.desc.l.j.* sed ab extraneo vtrumque hodie consequere

[b] Legatum agnoscens onus ei adiunctum agnoscere cogitur.

† Quisquis mihi heres erit, &c. l.ab omnib. ff.de pro.

[c] Compensatio propriè dicitur species recōuentionis, cui debet respōderi tanquam petitioni. *Bald. in.l.si constat. in 2.colum. in fi. in versic. istā cōtra habemus. C. de compen. per eundem. in.l.neque.te.situ.*

chum.§.fina.& .s.solu.matri.si cum dotem.§.si pater. & infra de do.prale.l.pe. & de solu.l.qui hominem.§.si gener. Accursius.
n ¶*Caput*. id est, capitulum: *vt in.l.Aquil.* quæ habet tria capita, id est, capitula.
o ¶*Parte*. inferiori: ex[a] qua apparet immutatam priorem voluntatem: *vt supra de vulga.sub.l.si quis eum. Azo.*
p ¶*Dedi*. tibi.
q ¶*Comparaui* pro te.
r ¶*Magna onera*. Ecce quod quęstionē inducebat: sed dicas q̃ ex abundanti hæc verba ponuntur, &[b] sic nihil proficiunt: vt & aliàs.*j.de auro & arg.leg.l.pediculis.§.Labeo. & infra de fundo instruct.l.quæsitum.§.si.* ¶Sed argu. contra.*supra de vsur.l.si stipulatus.* ADDITIO. Dic *secundum Dy.* quòd ibi sunt verba quorum significatio potest aliquid certum inducere: hic non, quia simpliciter dixit, onera. sicut enim incertitudo reddit legatum inutile: *vt.l.cum post.§.gener.supra de iure dotium.* ita reddit inutile onus. *argu.l.cum pater.§.fina.infra eodem, secundum Bartolum.*
s ¶*Cui*. scilicet viro vel marito.
t ¶*Participationem*. aliàs perceptionem: aliàs portionē. aliàs participationem, & dic castelli Nacleorum. s. cuiusdam castri nomen.
u ¶*Quam*. scilicet participationem præueni &c. id est, olim dederam in dotem eandem perceptionem.
x ¶*Quæ inferuntur*. id est cum aliis quæ dederam in dotem.
y ¶*Legauit*. quæ non erant in dote.
z ¶*Relicta sunt*. vt supra ibi. præterea &c.
a ¶*Et earum*. q.d. de iis quę in dotem erant data, & dicto modo legata, similiter quæro.
b ¶*Possit*. non enim rogauit virum vt filiæ restitueret, quia tunc esset expeditum: *vt infra de auro & arg.lega.l.species.*
c ¶*Voluntatem*. qui[c] enim reliquit donec viueret, videtur nolle vt post mortē haberet: & sic filiæ restituatur. Itē quia dixit, erūt tua: *vt.C.de dona.ante nup.l.si cū ante.* ¶Sed an in medio habuit vir proprietatē vel vsumfructum.

[a] Inferioribus prior voluntas mutata colligitur.

[b] Ex abundanti adiecta nihil cōferunt.

† Alci. sic vertit hæc. C. Seiū maritum meū commēdo tibi ô filia cui volo dari in vita vsum & fructum participationē Pagi Nacleni, quā olim in dotem cū corporibus dotis illatis dedi: & in nullare cum molestari in dote: eruns enim post mortē ipsius, tua & filiorū tuorum.

[c] Relictum alicui donec viuet, post mortē legatarij nō debetur.

ctum: & videtur [a] quod vsumfru. quia sic dixit, ad vitæ vsumfru. & arg. ṡ. de seruit. rusti. prædio. l. qui duo. Sed dic proprietatẽ: quia dixit dari. i. accipientis fieri. vt. j. de verb. obli. vbi autem. §. si. Item quia dixit, erunt tua post mortem. arg. j. de auro & argen. leg. l. species.

Legatis.] CASVS. Vxori meæ legaui omnia quæ parauerã propter eam. certè non continentur ea quę paraui pro me & pro ea. *Viuianus.*

a ¶ *Legatis.* & *facit.* j. *de verb. signi. l. in lege. & infra titu. j. l. hoc legatum. & de auro & argen. leg. l. Quintus.*

b ¶ *Legatũ est.* b Donatio quædam. c bene dicit quædam, tres d enim sunt, & hęc est vna: alia causa mortis, & alia inter viuos: & differt prima ab aliis: quia in prima non obligatur donans donatario: nisi fortè incipiat à traditione: *vt. ṡ. e. l. Lucius. & C. de iure do. l. j.* in aliis sic: *vt Institut. de dona. §. j. & alia. & infra eod. l. vt heredibus no.* Item aliter substituitur in donatione quàm in legato: *vt infra. e. l. vt heredibus.* Sunt & aliæ differentiæ: *vt no. Insti. de dona. §. j.* at illam inter viuos constat in multis differre ab aliis. *Azo. & facit supra tit. j. l. legatum. & Insti. eo. in princip.*

c ¶ *Relicta* & ab herede pręstanda. & in hoc differt à donatione causa mortis: quæ quãdoque à defuncto. quãdoque ab herede datur. sed & legatũ quandoque à defuncto præstatur: *vt. ṡ. e. l. Lucius.*

Ea videntur ad alicuius vsum parata, quæ ad eius tantum, non quæ ad communem vsum cum alio sunt parata. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro sextodecimo Responsorum respondit.*

Legatis [a] vxori quæ vsus eius causa parata sunt: eos seruos ad eam non pertinere, qui non proprij ipsius, sed communis vsus causa parti * sunt. †

XXXVI. IDEM *libro tertio Pandectarum.*

Legatum est [b] * donatio testamento relicta. [c]

Vtile per inutile non vitiatur. Bar.

XXXVI. IAVOLENVS *libro primo ex Cassio.*

Qui testamento inutiliter [d] manumissus est, legari eodem testamẽto potest: [e] quia totiens efficacior est libertas legato, quotiens vtiliter data est.

XXXVII. IDEM *libro secundo ex Cassio.*

Quod seruus legatus ante aditam hereditatem adquisiit, hereditati adquirit. [f]

Quod ædificatur in area legata, cedit legato. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro tertio ex Cassio.*

Si areæ legatæ post testamentum factũ ædificium impositum est: vtrumque debebitur, & solum, & superficium. [g]

Si relinquitur duobus seruis: ita habet locum ius accrescendi, sicut si duobus liberis legetur. Bart.

XL. IDEM *libro primo Epistolarum.*

Si duobus seruis meis eadem res legata est, & alterius serui nomine ad me eam pertinere nolo, [h] totum ad me pertinebit: [i] quia partem alterius [serui [k] † per alterum seruum [l] adquiro, perinde ac si meo & alterius] seruo esset legatum. [m]

Portio deficiens adcrescit coniuncto verbis domini, & coniuncto re tantùm pro rata. Bartolus.

XLI. IDEM *libro septimo Epistolarum.*

Mævio [n] *fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego. eundem* [o] *fundum Titio lego.* Si Seius decesserit, pars eius vtrique adcrescit: † quia cum separatim & partes [p] fundi, & totus legatus sit, necesse est vt ea pars quæ cessat, pro portione legati cuique eorum quibus fundus separatim legatus est, adcrescat. [q]

Si maritus vel alius legat mulieri dotem, aut dicit, quicquid in dotem dedero: & non deducuntur impensæ. aut dicit dotem simpliciter: & impensæ deducuntur. Bart.

Qui testamento.] CASVS. Dedi seruo meo libertatem in testamento inutiliter, & cum postea legaui alicui. prævalet legatum. *Viuianus.*

d ¶ *Inutiliter.* puta sit liber post mortem suam: *vt infra de ma. testa. l. libertas.*

e ¶ *Eodem testamento potest.* Si enim primò legetur seruus. obstat doli exceptio: licet non valeat libertas: *vt supra titu. j. l. planè. in prin. & supra de iis quibus vt indig. l. cum quidam. Azo. & infra de fun. instru. l. iij. §. minor.* ¶ Item nota vtile [e] per inutile non vitiari *sic Institu. quib. mo. testa. infir. §. posteriori & supra de rescin. ven. l. si id quod. & supra de in di. addi. l. si venditor. §. si. & facit supra tit. j. l. seruum filij. §. si idem. & l. si post mortem. §. si. & infra de ma. test. l. si peculium. §. j.*

Quod seruus.] CASVS. Legaui tibi seruum: ipse seruus acquisiuit aliquid ante aditam hereditatem meam. certè hereditati acquirit. *Viuianus.*

f ¶ *Adquirit.* sed [f] postea omnia debent restitui legatario si purè erat legatus seruus: *vt supra tit. j. l. si tibi homo §. cum seruus. & l. apud Iulianum. in prin. & l. nihil. §. si.* Si autem sub conditione, nõ restituetur: *vt. C. de fideicom. l. l. iij. Azo.* ¶ Item no. acquisiuit. nã [g] quædam non quærit, vt hereditatẽ & vsumfructum: quia [h] in primo iussus debet præcedere heredis institutionẽ secundo [i] requiritur persona quæ possit vti frui: *vt. j. de acquiren. rerum domi. l. hereditas in multis. & Insti. de hered. insti. §. seruus. Accursius.*

Si area.] CASVS. lego tibi aream: & postea superpono ei ædificium. legatarius vtrumque habebit. *Viuianus.*

g ¶ *Et superficium* facit *ad istam. l. j. de sol. l. qui res. §. aream. & ṡ. tit. j. l. seruum filij. §. si area. & l. si ex toto. in prin. & l. quod in rerũ. & infra de auro & argen. lega. l. si statuam.* ¶ Sed est argu. contra *infra titu. j. l. si chorus. §. aream.* Solu. vt ibi. *Accursius.*

Si duobus. CASVS. Titius legauit duobus meis seruis fundum: ego repudiaui legatum ex persona vnius seruorum. certè ex alterius serui persona possum totum habere legatum: quia accrescit vna pars alteri. & idem est in hoc alio casu: Legauit Titius fundum seruo meo proprio, & alij seruo qui erat Sempronij: vnde duo serui duorum dominorum sunt coniuncti in legato, & sic habet locum hic ius accrescendi, & sic non obstat contrarium supra eo. l. & Proculo. *Viuianus.*

h ¶ *Nolo.* quod possum scilicet repudiare: *vt. ṡ. tit. j. l. legatum.*

i ¶ *Pertinebit.* scilicet per alterum per quem ad me pertinere volo.

k ¶ *Serui.* scilicet repudiatam.

l *Per alterum seruum.* cuius nomine ad eandem rem volo meam fieri. *Accursius.*

m ¶ *Legatum.* si tunc dominus alterius legatum repudiet. nam mihi accrescit. ¶ Sed contra *supra eo. l. & Proculo.* Solu. ibi vni seruo communi duorum. vnde non sunt coniuncti re, cum [a] nõ faciant partes per concursum, sed dominicas. hîc duobus seruis dominorum diuersorum: & sic sunt coniuncti re & verbis. Itẽ facit *infra. e. l. si mihi purè. & infra de excep. rei iudi. l. si mater. §. j. & §. eandem. & l. & an eadem. §. actiones. & infra de regu. iur. l. quoties duplici. & supra de vsufruct. ac. l. fi. Accursius.*

Mævio.] CASVS. Ita dixit testator: lego Mævio partem dimidiam fundi Seiani: Seio lego eandem dem partem dicti fundi. eundem fundum lego Titio. & ita omnes eos coniunxit re, & verbis disiunxit, & Titius debet habere in fundo dimidiam, & Mævius & Seius aliam dimidiam. Seius postea decessit antè diem legati cedentem, & sic pars sua debet accrescere collegatariis, & non transire ad heredes suos Seij. sicut ergo Titius habuit plus in legato quàm Mævius, ita nunc habeat plus quàm Mævius in parte Seij quæ eis accrescit. [AMB.] Gaius instituit me suum heredem, & à me legauit vxori meę Titiæ quicquid propter eam ad me peruenit. ipsa nunc agit contra me pro legato, & ego volo ei tantùm minus dare de legato, quantum expendi ob necessaria in dote quæ ab ea ad me peruenit. quæ expensa solet minuere dotem ipso iure. certè non possum: quia dicta verba, quicquid propter &c. ponuntur loco taxationis à testatore, vt non possit minus dari. secus si legasset à me herede vxori meæ dotem: quia tunc videtur legare ei illud quod actione potest mulier consequi. vnde dictas expensas bene possum detrahere. & quod distinxi in extraneo, idem distinguo in marito vxori legante. *Viuianus.*

n ¶ *Mævio.* Tribus modis potest loqui. 1. Primò vt sint verbis cõiuncti, sed re disiuncti. hoc [b] modo, Mævio & Seio lego fundũ pro æquis portionibus. & Titio eundem fundum. & secundũ hoc dic, id est cum separatim &c. scilicet quo ad rem, & non quo ad verba. aliàs si quo ad verba, nullo [c] modo essent coniuncti, nec esset locus iuri accrescendi: *vt supra eo. l. & Proculo.* sed cum verbis tantùm, sic: *vt infra titu. j. re coniuncti.* 2. Alij dicunt primos duos coniunctos re, quia eandem dimidiam: sed tertius sit coniunctus verbis: & secundum [d] hoc coniunctus re tantum admittitur cum coniuncto verbis tantum: licèt videatur quòd coniunctus re tantùm præferatur: *vt. j. titu. i. l. re coniuncti.* quod non est verum, *vt hic.* 3. Tu dic quòd omnes sunt coniuncti re tantùm

o ¶ *Eundem fundum.* videlicet totum.

p ¶ *Et partes.* id est pars: plurale [e] pro singulari, secundum duos vltimos modos. 2. Vel dic partes per concursum secundum eosdem, sed secundum primum propriè.

q ¶ *Adcrescat.* Titio in duas, alij in tertiam secundum duos vltimos modos, vel cuilibet in virilem secundum primum, *ar. C. de leg. l. cum quæstio. & facit supra de vsufru. acc. l. j. in princi. & C. de cadu. tol. §. his ita. & supra de hered. instit. l. si ita quis.*

a Ad vitæ vsũfructũ relictũ, continet si sua legatum vsumfructũ, secus si ad vitæ vsum datum sit. est enim date accipientis facere itaque hoc casu proprietas continetur.

b Vide in hunc locum Grassum libro sixten. §. legatum quæst. 1. addit aliam definitionem legati te l. 116. ṡ. de legat. 1.

* parati.

† Hunc text. dicit esse sing. Lud. Ro. in singu. sine fo. 1. ad hoc qd hic dicitur in summario.

a Donatio quędam.

c Legatum species est donationis.

d Donationis tres species.

e Vtile per inutile non vitiatur.

f Hæreditarius seru' quidquid adquirit ante aditam hæreditatem hæreditati ipsi adquirit adquisita tamen legatario sunt restituenda, si pure legatus seruus erat: seu si sub conditione.

g Hæreditarius seruus ante aditam hæreditatẽ adquirere quid is nõ potest. Nec enim potest hęreditatem & vsumfructũ adquirere.

h Hæreditarius seru' hęreditatẽ adquirere nõ potest, ante aditam hæreditatẽ vel ideo quod in hęreditate p seruum adquirenda pręcedere iussus domini debet. Heres autem ante aditam hæreditatẽ non est dominus.

i Hæreditarius seruus ante aditam hęreditatẽ vsumfructũ adquirere nõ potest & eius.

† Inclusa desunt in archet. Flo. sunt in vet. manuscr. vt monuit Taur. in adnot.

a Coniuncti re faciũt sibi partem per cõcursum.

† In hunc locũ nonnihil Alciat. lib. 7. Parer. cap. 9.

b Coniunctorũ verbis: & re disiunctorum formula.

c Adcrescendi ius locũ nõ habet inter eos q verbis nõ sunt coniuncti.

d Coniũctus re concurrens cũ verbis coniuncto, an simul admittatur, an postponatur.

e Plurale pro singulari.

a ¶*A me herede.* qui vocor Seius.
b ¶*Vxori.* quæ vocatur Titia. *Accursius.*
c ¶*Ad Seium.* testator in tertia persona loquitur de herede & legatario.
d ¶*Fierent.* secundum tenorem. l. C. *de rei vxo. act. l. vnica. §. sed nec ob impensas.*

I. ¶A me herede[a] vxori[b] meæ ita legatū est: Quicquid propter Titiam ad Seium[c] dotis nomine peruenit, tantā pecuniam Seius heres meus Titiæ det. quęro, an deductiones impēsarum fieri possint quæ fierent[d] si de dote ageretur. Respōdit, Non dubito quin vxori[e] suæ quod[f] ita legatū est, *A te heres peto, quidquid ad te peruenisset, vt tantū ei dares:* tota dos sine ratione deductionis impēsarum mulieri debeatur. Non autem idem ius seruari debet ex testamēto extranei, quod seruatur in testamento viri qui dotē vxori relegauit.[g] hic enim[h] taxationis loco habēdū est, *Quidquid ad te peruenit.* illic autem vbi vir vxori relegat, id videtur legare quod in iudicio dotis mulier consecutura fuerit.

e ¶*Vxori suæ.* adiunge. tota dos, &c. quod est. j.
f ¶*Quòd.* i. quia ita leg. &c. secus ergo si aliter, vt in viro dicit statim.
g ¶*Dotē vxori legauit.* simpliciter non ita: quidquid ad me peruenit. tunc enim idem quod in extraneo dico. & hoc dicit. s. quòd. i. quia ita le. &c. q. d. secus si aliter legēt, puta dotem, siue extraneus siue vir, *vt. j. de dote præ. l. j. in prin.* & ita inter legata tantùm, non personas fit differētia: valet[a] autē semper legatum dotis saltem propter repræsentationem dotis: *vt infra de dot. praleg. l. j. §. verum est.*

[a] Dotis legatū valet propter dotis repręsentationem, id est quoties dos quæ certa die solui debet pręsenti die solui iubetur.

h ¶*Hæc enim.* id est, super dicto primo casu scilicet in testamento extranei.
i ¶*Quicquid ad te.* & ita prin. donationis. sed cum dico dotem, &c. tunc quod hodie est, videor legare, & sic fit deductio. ¶Sed cōtra. j. *de do. præ. l. dote prælegata.* sed hanc secundum illam intellige. ¶Itē contra. j. *eo. l. cum filius. §. heres.* Solu. hic legatum dotis valet etiam facta relatione ad præsens: quod ibi non esset: & ideo ad principium fit ibi relatio, vt non pereat.

Qui partem tantum capit propter se, potest solidum capere propter alium. Bartolus.

XLII. IDEM *lib. ii. Epistolarum.*

CVm ei[k] qui partem[l] capiebat, legatum esset[m] vt alij restitueret: placuit solidum capere posse.[n]

Indefinita æquipollet vniuersali, secus in oratione particulari: quæ si dubia sit, interpretatur in minorem partem. Bartolus.

CVm ei qui.] CAS. Filio meo naturali qui non potest capere à me nisi vnam vnciam filijs legitimis extātibus, legaui quatuor vncias de hereditate mea, & rogaui eum quòd alijs restitueret. certè cum alij debeat restituere totum debet habere. non enim videtur capere illud *Viuianus.*

XLIII. POMPONIVS *lib. 3. ad Quintum Mucium.*

SI ita relictū fuerit, *Quantum[o] heres[*] meus habebit, tantū Tithaso dari volo:* pro eo est quasi ita sit scriptū, *Quantū omnes heredes[p]*

† Videtur leg. quarto. vt in l. 109. j. de verb. obl. vel illic legendum vt hic.
[*] Indefinita hic æquipollet vniuersali: sed an in statutis æquipolleat? Videtur velle Baldui. quòd nō, in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. vide plenè per Bart. in l. omnes popu li. ff. de iusti. & iu. per Alexan. ibi. 9. col. circa me. tu adde melius Dy. in rub. de regu. iur. lib. 6. Gl. & Card. in clem. 1. q. 2. extra vt lite non contest. Panor. in c. fi. in fi. extra de cong. depræb. & Philipp. Franc. post eū. in c. cum in multis extra de rescrip. lib. 6.
[b] Capere impropriè dicitur qui quid capit vt alij restituat.

k ¶*Cum ei.* pone exemplum. C. *de natu. li. l. ij.* vbi naturali filio vna cum matre relinquitur vncia cum extant legitimi.
l ¶*Partem.* tantùm.
m ¶*Legatum esset.* videlicet vltra partem.
n ¶*Capere posse.* impropriè[b] dicitur capere. nam cum effectu dicitur: *vt. j. de verb. signi. l. aliud est capere. & facit. s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse. ibi. eo autem so. & c. de vsucap. l. nunquam. §. ij. & s. si quis ali. test. probi. l. j. §. sed si. & l. ij. §. si fidei cim. & j. ad Trebel. l. cogi. §. ki qui solidum. & j. tit. j. l. si fidei meæ committatur. & j. ad l. Falci. l. cum dotem.*

SI ita relictū.] CASVS. Institui quatuor heredes, & ita dixi post ea: Quantum heres meus habebit, tantum volo dari. certè hæc indefinita vniuersali æquipollet, vt. s. quantum omnes habent, tenēatur Sticho dare. secus si ita dixissem, quantū vnus heres habebit, tantum Sticho heredes meos dare volo: quia tunc quantū habet vnus heredum, tantū debēt inter omnes heredes Sticho dare. Sed quid si heredes diuersas partes habēt: certè tunc partem illius heredis qui minorem partem habet inter omnes heredes, dabunt Sticho. [PEGASVS.] Reliqui cuidā fideicommissum post decem annos ei præstandum transiuerunt decem anni: vnde ipse petit fideicōmissum cum fructib. medio tempore ab herede perceptis. quæritur, nunquid fructus habere debeat? Et distinguitur, aut tēpus dilatum est in fideicommisso præstando gratia heredis: & tūc non tenebitur heres ad fructus, nisi ego testator nominatim dixissem vt heres præstet. aut gratia legatarij & fideicommissarij, & tunc tenebitur ad fructus. & de hoc vltimo ponit exemplum. [SI ITA.] Institui mihi heredem, & ita dixi. decem aut viginti heres meus dato Titio. heres vult soluere decem, & non viginti. certè bene auditur: quia eius est electio. & quod dixi in quantitate, idem est in tempore. *Viuianus.*

habebunt. I. ¶Quòd si ita fuerit, *Quantum vnus heres habebit, tantum Tithaso heredes meos dare volo:* minor pars erit accipiēda, quæ venit in legato.

Relictū in diem debetur sine fructibus medij temporis si gratia heredis fuit appositus dies: secus si gratia legatarij. Bartolus.

2. ¶Pegasus solitus fuerat distinguere, si in diem fideicommissum relictum sit, veluti post annos decē: interesse, cuius causa tempus dilatum sit, vtrúmne heredis: quo casu heredem fructum retinere debere. an legatarij: veluti si in tempus pubertatis ei qui impubes sit, fideicommissum relictum sit. tunc enim fructus præstandos & antecedentis temporis. Et hæc ita intelligenda[q] sunt, si non nominatim adiectum est, vt cum incremento heres fideicommissum præstet.

In alternatiua summarum vel tēporum inspicitur illud quod minus est in obligatione. Bartolus.

3. ¶Si ita scriptum sit, *Decē aut quindecim heres dato:* pro eo est,[r] ac si decem sola legata sint. aut si ita sit, *Post annum aut post bienniū quàm ego decessero, heres dato:* post biennium videtur legatum: quia heredis est potestas in eligendo.

Indefinita æquipollet vniuersali. Bartolus.

XLIIII. IDEM *lib. 4. ad Q. Mucium.*

SI pluribus heredibus institutis ita scriptum sit, *Heres meus dānas esto dare aureos quinque:* non quilibet heres, sed omnes[s] vi-

o ¶*Quantum quis.* aliàs quantū quis heres: & aliàs quintus, &c. & aliàs deest vtrūque: & est, quātum heres, &c.
p ¶*Omnes heredes.* & est ratio si habeas, quintus: quia hoc nomen quintus, habet significare de pluribus tātùm: & respectu plurium tantùm dicitur: ideóque omnium heredum vt vnius, quia quilibet potest dici quintus, portio videtur legata: nomen verò vnius de quo subiicit, vt ipsum nomen indicat, vni tantùm, non respectu plurium potest attribui. ideoque vnius tantùm, & minima[a] propter incertitudinem videtur portio legata: *vt infra tit. j. l. nummis. & s. tit. j. l. si ita sit adscriptum. in fi.* licèt quilibet heredum vnus posset dici. *Azo.* Si verò habes, quis, nomen est infinitum: & [b] sic omnes cōprehendit. *secundum Hug. & facit. j. eo. l. si pluribus. in princip. & quod ibi no. & j. tit. j. l. si plures. & de reg. iur. l. semper in obscuris. & j. eod. l. Sempronius. & infra de ole. vi. tri. le. l. quidam. & j. tit. j. l. qui concubinam. §. j.*

[a] Incertitudinis ratione minimū seu minima res legata intelligitur.
[b] Quis pariter idē quod omnis.

q ¶*Intelligenda.* scilicet quæ dicta sunt in primo casu. & facit ad hoc *supra de vsur. l. in fideicom. §. cum Pollidius. & infra titu. j. l. quod his verbis. & de op. leg. l. filium. & infra ad Treb. l. mulier. §. si heres. & l. in fideicom. §. j. & l. si ante. & C. eod. l. post mortem. & infra de an. lega. l. eum. & l. liberto. §. filium.*
r ¶*Pro eo est.* non omninò, quia quindecim non sunt indebita cū eligi possunt: *vt in fine huius legis.* non tamen est verisimile quòd eligantur: *vt hic, & infra de verb. oblig. l. si ita stipulatus fuero decem aut quinque. & l. inter stipulantem. §. ij. & s. tit. j. l. si quis à fi. §. si quis. & l. apud Iulianum. §. Seio.* ¶Sed contra. s. *eod. l. Lucio.* vbi legatario datur electio. Solu. ibi. & eodem modo sol. s. *tit. j. l. planè. §. fi. & s. eod. l. si is qui.* & facit infra *tit. i. l. qui concubinam. §. cum ita. & infra de re iudi. l. inter pares.*

SI pluribus.] CASVS. Institui mihi tres heredes, & dixi: heres meus det Titio quinque aureos. certè hæc indefinita æquipollet vniuersali, vt omnes heredes ad illa quinque teneantur. [SI ITA.] Institui mihi duos heredes, scilicet Lucium Titium, & Publium Mæuium: & ita dixi, Lucius Titius heres meus det Sticho quinque aureos: Publius Mæuius det eidem Sticho quinque aureos. petit Stichus ab vno eorum quinque, & ab alio alios quinque certè bene potest, nisi Lucius Titius heres à quo fuit primò legatum probet legatum esse postea à coherede suo causa adimendi legatum à se relictum. *& h. d. Viuianus.*
s ¶*Sed omnes.* coniunctim & generaliter. nā si quilibet esset condemnatus, quilibet insolidum teneretur: vt in sententia: *vt. C. si plures vna sen. l. i. & ij.* ¶Et not. ex hac lege differētiam[c] inter has propo-

[c] Omnis & quilibet differunt.

propositiones: omnes isti ferunt lapidem, & quilibet istorum fert lapidem. nam, quilibet, distributionem notat: sed, omnes, non, sic sed magis collectionem. nam secundum Azo. verbum, quilibet, rem de qua agitur, in solidum cuilibet appropriare solet. secus[a] in verbo, omnes. nec enim semper attribuit in solidum: vt hic. nec est contra supra *de hered. institu. l. hoc articulo.* quia ibi quemlibet instituisse oportet vel in solidum, vel pro parte, vt impleatur cõditio. ¶ Item not. quòd indefinita[b] æquipollet vniuersali. *sic. j. de pign. act. l. si necessarias. §. si annua & j. de verb signifi. l. in vsu. & facit. j. titu. j. le. si plures. & de duobus re. l. reos. §. fina. & s. tit. j. l. turpia. §. fin. & l. si heredes nominatim.*

a ¶ *Quinos.* i. quinque. sic ergo duplicatur legatum quantitatis. & hic est contra. *s. titu. j. l. planè. §. j.* Solu. secundum Ro. ibi legata fuit binis vicibus eadem quantitas ab vno eodémque herede instituto: quo casu non nisi semel debetur: nisi cõtrarium probet legatarius: vt ibi. hic autem à diuersis: & sic debetur bis, nisi pars heredum probet contra: vt hic. quæ distinctio in corpore legato non habet locum: quia ibi etiam si à diuersis, nó debetur nisi semel: *vt infra eo. l. Lucius. §. impuberem, in fi. §.* nisi testator dicat ab vnoquoque rem præstari in solidum: *vt supra ti. j. l. quid ergo. §. si quis duos.* Item hoc quando in vno testamento. si autem in diuersis, dic *vt infra eo. l. Sempronius.* 2. Alij indifferenter dixerunt speciem vel quantitatem deberi in solidum, si à singulis legauit testator illam rem vel summam. secus si ab vno nominatim, & postea ab aliis legat generaliter: *vt. s. titu. j. l. si tibi. §. j. & facit. s. ti. j. l. si seruo alieno. §. si quis à primo. & C. de leg. l. cum quæstio. Accursius.*

a Quilibet. & omnes, differunt.

b Indefinita æquipollet vniuersali.

debũtur dánati vt vnà quinque dent.

Si vni à diuersis heredibus quantitas relinquatur, in dubio ab vtroque debebitur tota. Bartolus.

1. ¶ Si ita legatum fuerit, *Lucius Titius heres meus Tithaso quinque aureos dare damnas esto*: deinde alio loco ita, *Publius Mæuius heres meus Tithaso quinque aureos damnas esto dare*: nisi Titius ostẽderit adimẽdi causa à Publio legatum esse relictum, quinos[a] aureos ab vtroque accipiet.

Masculinum concipit fœmininum non econtra. Bartolus.

XLV. IDEM *libro 8. ad Q. Mucium.*

SI ita sit scriptum, *Filiabus meis centum aureos do.* an & masculini generis & fœminini liberis legatũ videatur? Nam si ita scriptũ esset, *Filiis meis hosce tutores do*: responsum est, etiam filiabus tutores datos esse.[b] quod nó est ex contrario accipiendũ, vt filiarum nomine etiam masculi cõtineantur.[c] Exemplo enim pessimũ* est, fœminino vocabulo[d] etiam masculos contineri.†

* In vulg. est turpissimum.
† Huius dictationẽ affert Alc. lib. 2. Parer. cap. 48.

Ante aduentũ diei vel conditionis legatũ non potest repudiari. Bar.

1. ¶ Si sub cõditione vel ex die certa nobis legatũ sit, ante conditioné vel diem certum repudiare non possumus.[e] nam nec pertinet[f] ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat.

Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptiis: nisi testator ignorauerit præsentes. Bar.

2. ¶ Si pater filiæ suæ testamẽto aureos tot heredẽ dare iussérit vbi ea nupsisset:[g] si filia nupta sit cum testamentum fit, sed absente patre & ignorante,[h] nihilo minus legatum debetur. si enim hoc pater nõ ignorabat, videtur de aliis nuptiis sensisse.

Verba præsentis temporis non porriguntur ad debita in diem vel conditionalia, nisi aliud exprimatur. Ba.

XLVI. PROCVLVS *libro quinto Epistularum.*

SI scripsisset qui legabat, *Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego*: nec adiecisset, *præsens in diémve*: non dubitarem, quantum ad verborum significationem[i] attineret, quin[k] ea pecunia comprehensa non esset, cuius dies moriente eo qui testamentum fecisset, nondum venisset. adiiciendo autem hæc verba, *præsens in diémve*: apertè mihi videtur ostendisse eam quoque pecuniam legare voluisse.

Si in duabus scripturis principalibus eiusdem testamenti apparent diuersæ quantitates legatæ: minor debetur. Bartolus.

XLVII. IDEM *libro sexto Epistularum.*

SEmpronius Proculus nepoti suo salutẽ:[l] Binæ tabulæ testamenti eodem tẽpore exemplarij[m] causa scriptæ, vt vulgo fieri solet,[n] eiusdem patrisfamilias proferuntur. in alteris centũ,

SI ita.] CASVS. Ita dixit testator: Do filiabus meis centum aureos. nunquid esse videtur legatum etiam masculis? Et dicitur quòd non: quia sub fœminino non continetur masculinum: sed econtrario sic. SI SVB CONDITIONE. Aliquid fuit mihi legatum sub conditione, vel ex die. certè interim repudiare non possum. [SI PATER.] Ita dixit testator: Tibi lego decem aureos cum nupseris. ipsa autem erat nupta tempore testamenti, & petit legatum: nunquid potest? Et certè sic, si testator ignorabat eam esse nuptam. si autem sciebat, non habebit nisi secundo nubat. *& h. d. Viuianus.*

b ¶ *Datos esse.* vt *supra de testa. tute. l. si quis ita. in prin.*

c ¶ *Contineantur.* arg. contra. *j. de iure patr. l. adigere. in prin.*

d ¶ *Vocabulo.*[c] quia quod minus[d] dignũ est, dignius nõ cõtinet: *vt. j. de verb. sign. l. j. & l. pronuntiatio. in prin. & s. de senat. l. j. & de consti. pecu. l. j. §. j. & s. de neg. ge. l. iij. & j. tit. j. l. qui duos.* sed in duobus casibus nõ cõtinet: *vt. j. de vẽt. in pos. mit. l. j. §. sed si incertũ.* vbi exheredato[e] filio nõ videtur exheredari filia: quia est odiosa[f] exheredatio: *vt. s. de libe. & postu. l. cum quidã.* Alius. *j. de iure immu. l. j. §. fi.* vbi data[g] immunitas ex masculis descendẽtibus, nõ videtur dari descendentibus ex fœminis: & illud, ne infringatur publica vtilitas. ¶ Item arg. contra. *infra de ope. lib. l. sicut. in prin. & §. fina.*

e ¶ *Non possumus.* sic. *s. de acqui. hered. l. is qui. & l. is potest. & j. de suc. edic. l. j. § decretalis.* ¶ Sed cõtra habetur. *C. de pac. l. j.* Sol. aliud est repudiare vt hic, quàm pacto remittere: vt ibi, *& supra de pact. l. & heredi. §. filia. Accursius.*

c Fœmininum non concipit masculinum. v. Decium ad l. 2. num. 127. j. de regul. iur. An autem masculinũ contineat fœmininum. vide quæ scripsi ad d. l. qui duos. 62. j. titul. prox.

d Digniora minus dignioribus non continentur.

e Exhæredato filio, filia non censetur exhæredata.

f Exhæredationes odiosæ sunt.

g Descendentibus ex masculis data immunitas, non intelligitur data descendentibus ex fœminis.

f ¶ *Pertinet.* propriè quo ad conditionale: quia non cessit vt debeatur: nec vt transmittatur. & impropriè quo ad diem, quia cessit quo ad vtrumque: *vt. j. quando di. leg. ce. l. si dies &c. & C. de cad. tol. §. cũ igitur. & §. sin autẽ.* non tamen transit in me dominiũ statim: *vt ne. j. eo. l. antep. § fi.* & est sic in verbo, potero: *vt. s. si cer. pe. l. certi cõdictio.* 2. Alij vt. R. dicunt diem cõditionum[a] certam quoad nominationẽ, nõ quo ad euentum & sic dicit de incerta die, quæ est pro[b] cõditione: *vt. j. de codi. & demon. l. dies.* Diuersis[c] ergo respectibus dies dicitur certa & incerta: sic & transactio[d] dicitur fieri de re certa & incerta diuersis respectibus: *vt. Cod. de transac. l. si de certa. & supra de transact. l. j. & facit infra de codit. & demon. l. j. & infra de op. leg. l. hominem. Accursius.*

g ¶ *Vbi ea nupsisset.* i. postquã[e]: vel cũ. vel si.

h ¶ *Ignorante.* ¶ Quomodo hoc, cũ matrimonium non valuit sine voluntate patris: *vt Instit. de nupt. in princ. & s. de sta. ho. l. Paulus?* Resp. erat emancipata. & facit. *j. de condit. & demon. l. si iam & l. solemus & l. si ita legatum. & C. de Insti. & subst. l. si quis. Acc.*

SI *ita scripsisset.*] CASVS. Lucius Titius debebat mihi quædã facere & dare purè, quædam sub conditione, & quædam in diẽ. ego in testamento meo ita dixi: quicquid oportet Lucium Titium mihi dare facere, lego Sempronio. certè non continetur in legato ea pecunia cuius dies nondum venerat me testatore moriente, & hoc euenit propter dictum verbum, oportet. sed bene contineretur in legato dicta pecunia, si ita dixisset: lego Sempronio quicquid præsens in diémve Lucium Titium mihi dare facere oportet. *Viuianus.*

i ¶ *Significationem.* cui[f] statur, nisi contrarium ostendatur: *vt infra titu. j. l. non aliter.*

k ¶ *Quin.* i. quòd q. d. non debetur. ¶ Sed quid si euenisset tempore mortis: non autem venerat tempore testamenti? Respon. non debebitur: *vt. j. tit. j. l. Iulianus. respon. §. fi. & de auro & arg. leg. l. si ita. Azo.*[g] ¶ Sed arg. cõtra. *j. eo. l. si ita quis test.* Sed ibi propter largã significationem verbi, potest.[g] ¶ Item arg. contra. *j. eo. l. cum filius. §. heres.* Solu. ibi ne pereat legatũ. ¶ Item habet ibi principiũ veritatis: hic non. Item facit. *j. de verb. oblig. l. si stipulatus fuero. §. j. & l. si à colono.*

S*Empronius.*] CASVS. Titius fecit Testamentum, & exemplatus fuit tenor testamenti in duabus chartis: & in vna charta inueniuntur legata Titio centum, in alia quinquaginta. certè non debet habere Titius nisi vnũ de illis legatis, & quidẽ minimũ. *Viu.*

l ¶ *Salutem.* & hanc quæstionem.

m ¶ *Exemplary.* quia cum vellet ire vltra mare, vel ad bellum, fecit scribi duo testamenta: quorũ vnum portauit secum, aliud dimisit in domo sua: in quorum vno legata sunt centum Titio, in alio eidem Titio quinquaginta, debebitur tantùm quinquaginta.

n ¶ *Solet.* vt. *j. de secun. tabu. l. j. §. si quis.* vnum tamen est testamentum: *vt Inst. de testa. § pe.*

a Cõditionum dies certa quoad nominationem, non quoad euentum.

b Incerta dies est pro conditione.

c Certum & incertum quid dicitur vario respectu.

d Trãsactio de re certa & incerta fit diuersis respectibus.

In vulg. est les, si ita scripsisset.

e Postquam dictio conditionem facit. v. Guidon. Papa singul. 467.

f Verborũ propriæ significationi interim statur, dum contrarium ostendatur.

g Potest verbũ, latissimè patet.

in alteris quinquaginta aurei [a] legati sunt Titio. Quæris, verum & quinquaginta aureos, an centum dũtaxat habiturus sit. Proculus respondit: In hoc casu magis heredi parcendum est: ideóque vtrúque legatum nullo modo debetur, sed tantummodò quinquagita aurei.

Fructus & partus percepti conditione pendente, ad legatarium non pertinent. Bartolus.

XLVIII. IDEM *lib. 8. Epistolarum.*

Licinnius Lucusta [b] Proculo suo salutem: Cum faciat [c] conditionem [d] in releganda [e] dote, vt si mallet vxor mācipia quæ in dotē dederit, quàm pecuniam numeratam [f] recipere, si ea mancipia vxor malit, nunquid etiam ea mancipia quæ postea ex his mancipiis nata sunt, vxori debeātur, quæro. Proculus Lucustæ suo salutem: Si vxor mallet mācipia quàm dotem [g] accipere: ipsa mancipia quæ æstimata in dotem dedit, non etiam partus [h] mancipiorum ei debebuntur.

Curator qui bonorum possessionem pro demente accepit, & agnouit: tenetur ad legata cautione recepta. Bartolus.

1. ¶Bonorum possessione [i] dementis curatori data, [k] legata à curatore qui furiosum defēdit, [l] peti poterũt: sed qui petēt, cauere debebunt, si hereditas euicta fuerit, quod legatorum nomine datum sit, redditu iri.*

Quod superest ex re mihi debita, ante moram perempta non debetur. Bartolus.

XLIX. PAVLVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

Mortuo boue [m] qui legatus est, neque corium neque caro debetur.

Legatum cuius æstimatio debetur, ita ad heredem transmittitur, sicut quando res legata debetur. Bartol.

1. ¶Si Titio frumentaria tessera [n] legata † sit, & is decesserit, quidam putant extingui legatũ: sed hoc non est verum. nam cui tessera vel militia legatur, æstimatio videtur legata.

Res cuius commercium legatarius propter eius delictum non habet, non debetur, nec eius æstimatio: secus si legatarius habet eius commercium, heres non. Bartolus.

2. ¶Labeo [o] refert, agrum cuius commercium non habes, legari tibi posse, Trebatium respondisse. quod meritò Priscus Fulcinius falsum esse aiebat.

3. ¶Sed Proculus ait, si quis heredem suum eum fundum cuius commercium is heres non habeat, dare iusserat ei qui eius cōmercium habeat: putat heredem obligatum esse (quod verius est) vel in ipsam rem, si hæc in bonis testatoris fuerit: vel, si non est, in eius æstimationem.

---

a ¶*Aurei.* imò videtur vtrumque: *vt. s. de proba l. quingenta.* Sol. ibi duarum [a] voluntatum duæ scripturæ erant: quæ simul possunt esse veræ, at hic vnius tantum voluntatis duæ scripturæ: quarum vna alteram non patitur, sed seorsum censentur. aut enim centum, aut quinquaginta tantum legata sunt. Ro. ¶Sed contra huic solutioni. *j. de ult. leg. l. libertis in prin.* sed dic *vt. d. l. quingenta. & facit supra titu. j. l. planè. §. j. & supra eo. l. si ita relictum. in princ.*

(margin: a Scripturæ duarum voluntatum simul veræ esse possunt: at non vnius voluntatis.)

Licinnius.] CASVS. Titia dedit mihi in dotē mancipia æstimata centum. ego postea feci testamentum: & dixi: do electionem vxori meæ vt accipiat ab herede meo. ipsa vel vult mācipia, quia extant. vel vult cētum, quibus æstimata fuerunt mācipia. ipsa vult postea mancipia, & eorum partus. certè non potest habere nisi mancipia. [BONORVM.] Quendam furiosum vel dementem mihi heredē institui, & legata ab eo reliqui. curator eius accepit nomine eius bonorum possessionem. certè legatarij possunt petere à curatore legata. debent tamen ei cauere quòd si hereditas fuerit ei curatori euicta, restituentur ei legata ei soluta per eum curatorem. *Viuian. u.*

b ¶*Licinnius Lucusta.* aliàs Lucius. *Accur.*

c ¶*Faciat.* maritus, idémque testator. dixit [b] enim; lego tibi mancipia quæ in dotem æstimata mihi dedisti, si magis volueris quàm æstimationem. est enim cōditionale: *vt supra ti. j. l. si ita legatum. §. illi.* Accursius.

(margin: b Conditionē in releganda dote, an & quomodo facere possit maritus.)

d ¶*Conditionem.* si elligeret mancipia: quæ si noluerit, eligat pecuniam.

e ¶*Releganda.* aliàs leganda: aliàs prælegãda. & nihil ibi operatur præ: *vt. j. de do. praleg. per totum.*

f ¶*Numeratam.* i. æstimationem factam.

g ¶*Quàm dotem.* i. dotis æstimationem.

h ¶*Non etiam partus.* sic. *s. de iure do. l. si mancipia. & s. solu. matrimo. l. in his. §. si mancipia. & j. tit. j. vxorem. §. sorori & C. de rei vxo. act. §. cumque, ibi, æstimatarũ enim &c.* & hæc est ratio, quia cum mancipia debeantur ex causa legati, nō debetur partus nisi à tempore quæsiti dominij ex causa legati. quod dic: *vt. s. de vsur. l. Herēnius.* ¶Sed quid si purè huiusmodi mācipia vir legasset? Respon. idem: sed hoc plus est in puro legato: quia & æstimationem dotis & mācipia haberet. Item & in puro ea quæ post aditam hereditatem nascerētur, legatarij essent. in conditionali, vt hic erat, ea tantũ quæ nascuntur post existentem conditionē, id est declarationē voluntatis. f. istius vxoris: *vt. s. tit. j. l. si ita legatũ. §. illi. & C. de fideicommiss. lib. l. cũ libertatē.* ¶Item contra. *j. de pecul. leg. l. fi.* ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd in exercendo vsuras noluerit augere legatum. quia filij nomine fœnus exercuit.

i ¶*Bonorum possessione.* secundum tabu. vel aliqua ab intestato.

k ¶*Data.* accipit ergo bo. pos. quę [c] ius tribuit. alioquin quomodo peterentur legata, cum nec esset pro eis actio? Respon. verè nō est adquisita nisi resipuerit, & tūc velit. *vt. C. de cur. fur. l. fi. §. tali.* sed pro quæsita interim habetur antequā furiosus factus sanæ mentis agnoscat: *vt & C. de cur. fu. l. fi. § j.* vnde interim petuntur legata: sed quia verè & incommutabiliter non est quæsita, præstatur cautio: licèt nulla quæstio moueatur: quàmuis R. dicat contra, scilicet caueri mota demum quæstione. *Azo.* & est hæc cautio necessaria: *vt supra qui satisd. cog. l. de die. §. item legatarius.*

(margin: c Bonorũ possessio ius tribuit.)

l ¶*Defendit.* nam si non defenderet, non peteretur ab eo: cum ab administratione remoueatur: *vt. C. de procu. l. eum.*

k ¶ *Et legatum*. hic incipit respondere sic, & le. &c. & quod dicit, & legatum: sub Stichi relicti Titio. & ita non est cõtra quod legitur. *s. tit. j. l. si post mortẽ. §. sed si seruo. & §. vsq. adeo.* Si autẽ diceres & libertatẽ & pecuniariũ legatum relictũ seruo post mortem Titij, nõ valet pecuniariũ. 2. Vel aliter ibi ab alio legatũ, ab alio libertas fuit relicta, hic ab eodem, si intelligas secũdo modo. Ir. tamẽ dedit multas solutiones que nil valent, scilicet quod iste Titius fuit necessarius, vt ibi, postquã &c. Vel hic res aliena fuit legata seruo, ibi testatoris. ¶ Itẽ contra ad hoc prin. & finẽ, *huius. §. s. tit. j. l. si post mortem. in fin.* Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quod ibi fuit relicta libertas per fideicommissum. & hoc tenet Dy. *secũdum. Bart.*

l ¶ *Hereditate*. eius qui Stichũ legauit. *Ro.*

m ¶ *Idémq. est*. quod dixi post mortem Titij. hoc tamen hîc plus quàm. s. quòd hîc etiã viuo Titio moriendo tamen competit libertas: *vt. j. de ma. test. l. qui duos. §. j.*

n ¶ *Legatus*. i. prælegatus. Accur.

o ¶ *Non adierit*. alius tamen adiuit: *vt. s. de testa. tu. l. si nemo.*

p ¶ *Cuius*. sc. Titij. & facit, *s. eo. l. si idem seruus.*

MÆuius.] CASVS. Mæuius instituit heredem Sempronium: & mihi & Titio legauit fundum sub condit. & ita debemus habere quilibet dimidiam. Sempronius heres instituit sibi heredẽ Gaium: & ab eo legauit mihi eundem fundum, & sub eadem conditione. modò est quæstio, an partem tantùm legatam mihi in primo testamento possim habere: an aliam: & æstimationẽ illius quæ iam mihi relicta erat? Et respon. quòd heres Mæuij videtur sensisse tantùm de alia: & ita heres heredis Mæuij, scilicet Gaius, tenetur mihi ad aliã, & Titio cui ipsa erat legata, dabit ęstimationem. nam non erat solutum adhuc à Sempro. legatum mihi & Titio ex testamento Męuij. Item debebit mihi illam partem quæ mihi erat legata in testamento Mæuij, quæ non erat adhuc soluta, vt dictum est: & eius æstimationem non debebit iterum ex testamẽto sui testatoris, scilicet Sempronij heredis Mæuij: & hoc ideo, quia incredibile videtur vt eadem portio bis eidem debeatur. *h. d. vsque. ad §. duobus.* Viuianus.

q ¶ *Ac Titio*. ac, pro etiam. non autem habeas, à Titio.

r ¶ *Ne*. id est an.

s ¶ *Pars eadem*. id est ex vtroque pars eidem: vt confuse ponatur & coniunctiuè, id est vna dimidia ex vno, & alia dimidia ex altero.

t ¶ *Voluntatis*. licet eã pro iuris quæstione posuerit, in facto tamen quod ignotum est, consistit. verius tamen est vt attendam[d] quid magis præsumatur. præsumam enim alterum magis. nam &c.

2. Vel sic, benè dixi voluntatis esse quæstionem: cum vtrũque testator possit velle, & quòd eadem ex vtroque, vel ex vno vna, ex alio altera. & magis videtur vltimum. nam &c. & secundum H. ponitur[e] nam. continuatiuè. Sed R. ponit pro certè.

u ¶ *Nam incredibile*. possibile tamen est: *vt. j. de fideius. l. heres à debitore. §. non est. Azo.* ¶ Licet sit ar. contra. *j. de verb. obl. l. qui bis.* Sed expone vt ibi. ADDITIO. Dic quòd alia res est in secundo legato quàm in primo, *secundum Bart. hîc.*

a Peculij nomen & familię ibi retinebat, quidquid ibi remanebat: secus si vno perempto, omne peremptũ intelligitur.

b Domo legata eaque ad aream reducta, area debetur pars nimirum domus potissima, licet non retineat nomẽ domus.

c Quadriga desinit vno eius equo mortuo, neque attenditur quis equus mortuus sit. an is qui quadrigã demõstrabat, an alius. vt hîc. quod tamen Bartol. negare videtur. Dum putat equo demonstrante quadrigã mortuo, quadrigã interire: secus si alius equus mortuus sit.

† Subauditur à quibusdã fideicõmissaria. Idque Dynus tenet, Iacobus tamen de Arena, directã libertatẽ putat hîc relictã: & existimat legatũ seruo factũ sub eadem die & conditione qua libertas.

† Subauditur à quibusdam per fideicommissum.

* existente Belus existente.

d Quæ præsumuntur magis ea magis attẽdi oportet.

e Nam, particula côtinuatiua & affirmatiua.

a ¶ *Parte*. cuius æstimatio præstabitur.
b ¶ *Sanè*. pater denuo grauari heredem circa eandem rem. & sic obstat constitutio: *vt supra de lega. j. l. planè. §. j. sed hic respon.* Item & non circa idem hic dicit, sed circa aliam partem non prius legatam eidem. Accursius.

eidem debeatur: sed verisimile est de altera parte [a] eum cogitasse. Sanè [b] constitutio principis, qua placuit eidem, sæpe legatum corpus [c] non onerare heredem, ad vnum testamentum [d] pertinet. Debitor autem [e] non semper quod debet, iure legat: sed ita, si plus sit [f] in specie legati. Si enim idem sub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum est? [g]

Duæ causæ lucratiuæ in eiusdem persona & in eadem specie, quæ verè possunt ad oculum demonstrari, non possunt concurrere eodem tempore quo ad effectum solidæ exactionis. Bartolus.

1. ¶ Duorum testamentis [h] pars fundi quæ Mæuij est, [i] Titio legata est. Non ineleganter probatum est, ab vno herede soluta

c ¶ *Corpus*. ab vno: quod [a] ipse qui legat facere potest: non autem heres eius qui est debitor legati. & hoc est, debitor autem &c. ne ergo sit inutile facta relatione ad partem debitam, referatur legatum ad alteram non debitam. *sic supra titu. j. l. si quando. in princi. & supra eod. titu. l. Titius. §. j.* 2. Vel dic, non obstat huic l. constitutio, sed nec quòd debitum aliàs legauerit. ad hoc, debitor autem &c. *facit supra de insti. act. l. in eum. §. taberna.*

a Sæpe vnū & idem corpus ab vno & eodem testatore legari potest.

d ¶ *Vnum testamentum*. id [b] est vnius hominis testamentum. nam si idem plura fecerit, & in eis sæpe idem corpus legauerit, idem erit: *vt infra ea. l. §. cum.*

b Vnum testamentum pro vnius testamento.

e ¶ *Debitor autem*. vt heres Mæuij erat.
f ¶ *Plus sit*. quod quatuor modis attenditur: *vt Instit. de act. §. plus.* Item & quinto [c] modo: *vt supra titu. j. l. si creditori. §. idem. & facit supra titu. j. l. huiusmodi. §. j. & infra de do. præle. l. j. & de lib. leg. l. si idem. & .j. tit. j. l. nutu. & Institu. eo. §. econtrario.*

c Plus quinque modis consideratur.

g ¶ *Legati futurum est*. q. d. nullum.

Duobus testamentis.] CASVS. Mæuius habebat partem in fundo aliquo. primus eam mihi legauit in suo testamento, & similiter secundus in suo testamēto legauit mihi eandem partem, & ita dixit quilibet testatorum: Lego tali partem Mæuij quam habet in tali fundo. certè soluta parte Mæuij ex vno testamento, ex alio non possum petere: quia sublata est obligatio ex vtroque testamento per solutionem eius quod debebatur: nec renascitur postea, licèt alienum mihi sit solutum. secus si primus in suo testamento legauit mihi partem fundi simpliciter, & similiter secundus, hoc non addito, quæ Mæuij est: quia tunc licèt pars Mæuij mihi fuerit soluta, quam scilicet habebat pro indiuiso ex testamento primi non propter hoc est liberatus heres secundi: cū non possit dicere quòd illud quod mihi debebat, fuerit mihi solutum: quia tenebatur mihi ad partem simpliciter, non ad partem Mæuij & plus dicit, quòd si alienauero partem solutam mihi pro indiuiso, illa eadem poterit mihi solui. Postea respondet tacitæ obiectioni quæ sibi posset fieri. diceret enim quis, ergo duæ lucratiuæ causæ in eadem re concurrunt: quod esse non debet. sed respondet quòd non concurrunt in eadem re quæ ad oculum possit demonstrari: de qua regula intelligitur. vnde eadem pars dicitur esse soluta quo ad iuris intellectum, non quo ad oculum: quia iuris intellectu non dicitur dominium eiusdem fundi, id est certæ partis fundi habuisse legatarius qui alienauit, & heres qui non ei soluit. & hoc quando pars erat indiuisa. si diuisa esset ea quæ soluta fuit mihi legatario ex testamento primi, & alienata fuit postea à me illa pars, non posset mihi solui ex testamento secundi: quia iam posset ostendi res in qua concurrunt duæ causæ lucratiuæ: vt. j. de verb. sign. l. rectè. §. quod Quintus. ita ergo est quòd eadem pars indiuisa potest solui ex testamento duorum, quę pars fuit legata simpliciter. secus autem est quando homo legatur mihi in testamento duorum: quia si solutus fuit mihi Stichus ex testamento vnius, ex alio non potest mihi solui ille idem. & idem in stipulatione. nam si duo promiserunt mihi hominem, & vnus soluit Stichum: alius eundem soluere non potest. & reddit rationem quare, quia vbi soluitur Stichus ex legato vel stipulatione, ille videtur ab initio debitus, & hoc dicit ibi, hominis enim &c. & subaudi, vt sit bona ratio, & ad oculum potest demonstrari res in qua duæ causæ lucratiuæ concurrunt, si alius eundem solueret. quod esse non debet. vnde sicut ille qui promittit hominem, non potest illum qui tempore stipulationis est stipulatoris, soluere: ita nec illum qui postea factus est suus, licet alienare. Viuianus.

d Duobus testamentis, pro testamētis duorum non vnius.

h ¶ *Duobus testamentis*. i. [d] duorum, scilicet Titij & Sempronij.

ADDITIO. prius legebatur sic in textu, ad quod respicit glossema: sed Florentiæ, duorum legitur.
i ¶ *Mæuij est*. habebat ergo Mæuius fundum communem cum alio pro indiuiso. Accursius.
k ¶ *Obtingere*. propter regulam infra *de act. & obli. l. omnes. & Institu. eo. §. si res.*

parte fundi quæ Mæuij fuit, ex alio testamento liberationem obtingere: [k] neque postea [l] parte [m] alienata reuocari actionem semel [n] extinctam. [o] 2. ¶ Sed si pars [p] fundi simpliciter, non quæ Mæuij fuit, legetur: [q] solutio prior non peremit [r] alteram actionem: atque etiam hanc eandem [s] partem aliquo modo suam [t] factam poterit alter heres soluere. neque* plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuisione [u] corporis obtinent. 3. ¶ Non idem [x] respondetur, cum duobus [y] testamentis generatim homo legatur. [z] Nam qui [a] soluente altero, legatarij factus est: quamuis postea sit alienatus, [b] ab altero herede idem solui non poterit. Eadémque ratio stipulationis [c] est.

l ¶ *Postea*. benè dicit, postea: quia secus fortè si alienetur viuente testatore altero ex cuius testamento non est solutum: quia tunc ex eius testamento solui poterit.
m ¶ *Parte*. s. soluta.
n ¶ *Semel*. solutione ab vno facta secūdum quosdam.
o ¶ *Extinctam*. sic [a] *infra de solu. l. qui res. §. aream. & de verborum obligationib. l. inter stipulantem. §. sacram. circa prin.*

a Extincta semel actio, amplius non reuocatur.

* Sic Flor. in vno manuscr. reperi. Namque plures, &c. quā lect. Aleiat. & Hal. veriorem putant, quibus assentior. Vide Anto. Aug. lib. r. c. 2.

p ¶ *Si pars*. dimidia, si aliud non liqueat, vt vicesima: *vt. j. de verb. sig. l. nomen. §. j. vel dic pro indiuiso.*
q ¶ *Legetur*. puta dixit vnus testator, lego Titio medietatem fundi Corneliani. & alter testator eodem modo dixit.
r ¶ *Non peremit*. & est ratio, quia soluta pars ab vno, non erat ab altero debita illa eadem pars soluta: quia si esset ab eodem debita illa pars, iam esset sublata solutione ab vno facta: quia nō possunt duæ [b] lucratiuæ causæ in eadem persona concurrere: *vt. d. l. omnes. & supra si pars here. pet. l. j. §. ij. & iij. & infra statim ibi, neque plures &c.*

b Lucratiuæ duæ causæ nō possunt in eadem persona concurrere.

s ¶ *Hanc eandem*. Malè dicit hanc, cùm per hanc, id est per dictionem hanc, [c] corpus visibiliter & pro diuiso debeat ostendere. dic ergo, hanc eandem scilicet iuris intellectu, & pro indiuiso. & hoc est quod subditur, neque plures &c. hoc modo, dixi solui posse eandem partem iuris intellectu non facta demonstratione ad corpus: quia non potest dare aliquam partem, vt dimidiam, insolidum. neque enim plures &c. id est, legatarius cui pars soluta est, & alter heres qui non soluit aliquid, & sic est quasi socius collegatario: & repete, neque obtinent dominium in vno fundo, vel parte aliqua fundi insolidum, vt possit hic vel ille dicere: hæc pars tantum mea est, non tua. non obtinent, inquam, iuris intellectu. ius enim intelligit quemcumque habere dimidiam indiuisibiliter in qualibet parte quæ possit ostendi non facta diuisione. & sic non offenditur regula. *j. de act. & oblig. l. omnes.* cum non possit designari ad oculum pars in qua duæ causæ lucratiuæ concurrant: alioquin facta diuisione ego meum, tu tuum dicere possumus: *vt infra de verb. signific. l. rectè. §. quod Quintus.* & tunc offenderetur regula, si eandem partem diceremus solui posse. & secundum hoc subauditur ibi enim, neque enim plures &c. 2. Vel dic secundum R. neque &c. scilicet ob hoc quòd dixi eandem partem solui posse. nam intellexi de parte indiuisa quæ sensu percipitur, non oculo videtur. nec enim videri potest. & ita non subauditur enim ibi, neque plures &c. *& facit. s. commo. l. si vt certo. §. si. & .j. de castrensi pecu. l. penul. §. pater, & supra tit. j. l. non quocunque in prin.* Accursius.

c Hoc pronomen est demonstrationis ad oculū corporis & intellectus, vt notat Bartolus in d. l. ff. de operis noui nunciatione.

t ¶ *Suam*. alterius heredis.
u ¶ *Non diuisione*. scilicet facta. ADDITIO. Florentię scriptum fuerat, diuisionem. sed hodie extrema litera deleta est.
x ¶ *Non idem*. scilicet quod dixi quando simpliciter pars fuit legata. Sed certè imò idem: quia sicut supra ita nec hic vno soluente liberatur alius. est tamen hic aliud: quia homo qui ab vno mihi soluitur, si desinat esse meus, non soluetur ab alio, quia ostendi potest homo ad oculum in quo concurrit huiusmodi causa lucratiua: vnde & solutus videtur in obligatione solus fuisse, & nō alius: & hoc est, hominis enim &c. sed pars fundi soluta non potest ostendi: vnde nec fuisse videtur ex causa lucratiua debita: vnde eadem solui potest. Azo.
y ¶ *Duobus*. id est duorum.
z ¶ *Legatur*. eidem.
a ¶ *Nam qui*. puta Stichus.
b ¶ *Alienatus*. à legatario.
c ¶ *Stipulationis*. puta si sim stipulatus à te hominē in genere, & ab alio

ab alio stipulatus sim similiter hominem in genere. aliud autem si ab vno essem tantùm stipulatus: quia poterit solui qui meus fuerit: *vt infra de solut. l. qui decem. §. Stichum. & l. si quis duos. quæ sunt contra.* 2. Vel dic hic de rigore: ibi de æquitate. dicit enim ibi in ipsa. l. qui decem.

i ¶ *Rei legata.* Nunquid hic solus grauatus posset rem [a] hereditariam insolidum præstare, etsi alij non essent grauati, quasi videatur sibi prælegata: an habeat sibi necesse dare æstimationem partiũ aliorum? Respon. satis est si pro portione sua tantùm præstet: *vt. ff. titu. j. l. si fundum. §. si libertus.*

Hominis enim legatum, orationis [a] compendio singulos homines cõtinet: [b] vtque ab initio non consistit in his qui legatarij fuerunt, ita frustra soluitur, cuius dominium postea legatarius adeptus est, tametsi dominus esse desinit.

Si res legata traditur non perfecte, actio ex testamento adhuc durat ad ipsum. Bart.

4. ¶ In fundo legato si heres sepelierit, [c] æstimatio referenda erit ad totum pretium [d] fundi quo potuit ante sepulturam æstimari. Quare si † fuerit solutus, [e] actionem adhuc ex testamento [f] propter locum [g] alienatum [h] durare, rationis est.

Dispositio generalis sequens derogat speciali præcedenti, quando cadit inter grauatos. Bart.

5. ¶ Eum qui ab vno ex heredibus qui solus oneratus fuerat, litis æstimationem legatæ rei [i] abstulit: [k] postea codicillis [l] apertis, ab omnibus heredibus [m] eiusdem rei relictæ dixi dominium non quærere. Eum enim qui pluribus speciebus iuris vteretur, [n] non sæpius eadem rem [o] eidem legare, sed loqui sæpius.

Heres tenetur si fundus traditur deminutus iure vsusfructus, vel pignoratus, vel ab alio possessus: secus si alteri seruiat. Item non valet legatum rei meæ propter seruitutem alij debitam. Bart.

6. ¶ Fundo legato si vsusfructus alienus sit, nihilominus petendus est ab herede. [p] Vsusfructus enim etsi in iure, nõ in parte [q] cõsistit, emolumentũ tamen rei [r] cõtinet. [s] Enimuero fundo [t] relicto, ob reliquas [u] præstatio-

a ¶ *Orationis.* s. si homo legetur. hoc enim est, &c.

b ¶ *Homines continet.* quantum ad solutionem: quoniam quilibet in solutione est: non [a] autem quantum ad obligationem: vt probatur, *supra titul. j. l. cùm incertus.* cùm faciat ibi similitudinem inter legatum hominis in genere, & legatum Stichi: & sic non obstat *supra de pact. l. si vnus. §. sed generaliter.* secus dico cùm quis promittit Stichum aut Pamphilũ sub alternatione, [b] quia vterque est in obligatione. licet quidam contra: *vt supra de mino. l. & si sine.* [c] *& infra de verbo. obligationibus. l. si duo.* 2. Alij dicunt continet, id est, continuisse videtur etiã quo ad obligationem facta solutione eius qui solutus est.

k ¶ *Abstulit.* i. accepit. sic *infra de fur. l. qui vas. j. respon.*

l ¶ *Codicillis apertis.* in quibus omnes grauauit heredes.

m ¶ *Ab omnibus heredibus.* Nunc respondet non quæri dominium ab omnibus. nec enim quæritur pro parte eius qui præstitit æstimationem, sed aliorum: vtpote [b] cum æstimationem condicere quasi indebitam pro partibus aliorum possit, qui soluit: *vt supra de pact. l. si cum te ex causa. Azo.* & sic isti alij vel dimittent solutam, vel soluent si non soluerunt. ¶ Sed videtur quòd nec pro partibus aliorum possit peti: *vt supra titul. j. l. si tibi. §. j. contra.* Solut. hic sponte [c] fuit solutum. ¶ Item videtur quòd etiam pro parte primi [d] transeat dominium: cum aut sciens se non debere soluit, & non condicit: aut errando, credens se debere, & tunc transit: sed condicit vt indebitum, vel sine causa. Respon. non [e] transit irreuocabiliter: sed pars aliorum sic.

n ¶ *Vteretur.* quia [f] fecit testamentum & codicillos.

o ¶ *Eandem rem.* & non [g] præsumitur quòd hoc facere voluit: posset tamen si vellet: *vt. ff. tit. j. l. quid ergo. §. j.* ¶ Sed contra videtur, *vt. ff. de proba. l. quinquaginta.* sed ibi quantitas, hic species: *vt arg. ff. tit. j. l. planè. §. j.* ¶ Item videtur solum primum teneri: *vt. ff. eo. l. cum vno. & l. legatorum. §. qui plures.* Sol. ibi verbum, omnes, refertur ad designatos in testamento, hic non potest referri: quia vnus solus erat in testamento grauatus. vnde cum plurale circa eũ restringi nõ possit, merito applicatur ad omnes: *vt hic. & facit. C. de lega. l. cum quæstio.* ADDITIO. Istam sol. glo. sequitur Bart. posses tamen aliter dicere, scilicet quòd ibi in codicillis non fuerunt grauati omnes, licet omnes fuerint scripti, *secundum Bart.* Solu. tamen glo. est melior.

In fundo.] CASVS. In testamẽto meo legaui tibi fundũ. & heres meus non iussu meo, sed suo arbitrio sepeliuit in eo mortuum: & sic alienatus videtur: quia incipit in nullius bonis esse. petit legatarius æstimationẽ fundi. certè debet æstimari fundus secũdum quod valebat antequam fieret religiosus. valebat enim plus ante. Quid si heres meus soluat legatario dictum fundum ita religiosum factum? certè adhuc poterit peti fundus per legatarium: & consequetur illud in quo deterioratus est fundus propter sepulturam. [EVM QVI.] Institui mihi plures heredes in testamẽto: & ab vno eorum, Titio pone, legaui Mæuio fundũ, & postea feci codicillos: in quibus grauaui omnes heredes meos vt darent eidem Mæuio eũdem fundum. & antequam codicilli aperirentur. Mæuius legatarius egit contra Titiũ heredem solum in testamento grauatũ: & fundi legati æstimationem ab eo consecutus fuit. postea condicilli fuerunt aperti: & vult Mæuius legatarius ab omnibus heredibus petere fundum prædictum, & ab omnibus eis dominiũ consequi certè bene potest hoc facere pro parte coheredum illius qui soluit eius æstimationem, non autem pro parte ipsius soluẽtis. Et est ratio extra literam quare pro parte aliorum possit dominium quærere, quia ille heres qui soluit, potest cõdicere ab eo legatario æstimationẽ legatæ rei pro partibus coheredum suorum: vt supra de pac. l. si cum te ex causa. Ratio autem quare non possit habere dominiũ rei dictæ pro parte illius coheredis qui soluit ei æstimationem, est in litera: quia non credimus testatorem voluisse sæpius eidem eandem rem legare, quamuis scripserit eã ei in testamento & codicillis, sicque vsus fuerit pluribus speciebus. sed credimus quòd circa eandem rem locutus fuerit sæpius. *h. d. vsque ad. §. fundo.*

c ¶ *Sepelierit.* suo arbitrio, non testatoris.

d ¶ *Totum pretium.* vt appareat quintò [d] minus valeat propter sepulturam. *sic. ff. famil. ercisc. l. Mæuius. §. si.*

e ¶ *Solutus.* pro parte quæ supererat. 2. Vel dic totus, licet inefficaciter quo ad religiosam partem.

f ¶ *Ex testamento.* Imò [e] in factum: *vt. ff. eo. l. si heres rem. quæ est contra.* Solut. hic alibi poterat commodè inferri: vnde quasi dolo desiit possidere: alioquin mero iure liberatus est. sed si sit soluendo, agitur in factum: *vt ibi, & ff. de relig. l. scriptus. in fin. & l. at si quis. §. sed si res legata.*

g ¶ *Locum.* locus [f] est pars fundi: *vt. ff. de verb. signifi. l. locus.* ¶ Et not. quòd cautè dicit, propter [g] partẽ petitur totum. soluto tamen quod deest, contingit liberatio. & est idem vbicũque in re soluta aliquid deest, *vt hic erat, & infra de solut. l. etiam.* Vel cautio quæ rem solutam respicit: *vt infra de verbo. oblig. l. Iulianus. §. j.* secus si pars soluitur integrè: quia in ea parte contingit liberatio, siue species certa, siue quantitas debeatur: licet secus sit in genere: *vt infra de solu. l. si stipulatus. & ff. ea. l. §. fundo. & C. de reb. alie. non alie. l. si.*

h ¶ *Alienatum.* dedicando: *vt. C. de reb. alie. non alie. l. si.*

Fundo legato.] CASVS. Fundum meum in quo Titius vsumfru. habebat, tibi legaui. certè non solum proprietatẽ fundi, sed vsumfru. ab herede meo petere poteris. Item si dictus fundus esset per me obligatus, vel esset eius alienata possessio, pro vtraque ages cõtra heredem meũ. Si autem seruitutes debebat aliis dictus fũdus, non tenebitur heres eũ liberare: puta si debeat fundus Titij seruitem itineris vel aquæ ductus. Sed quid si Titius prædictus qui habet dictas seruitutes in fundo meo, eum meũ fundum mihi leget? nunquid valet legatum ad hoc saltem vt videantur remissæ seruitutes? Et dicitur quòd non: quia extra rem sunt dictæ seruitutes. [A MVNICIPIBVS.] Institui mihi heredes municipes alicuius loci: & ab eis legaui Titio fundum detracto vsufruct. nunquid valet legatum? Et videtur quòd non: quia municipes non videntur posse amittere vsumfru. vnde legatum proprietatis videtur inutile semper ab ea vsufruc. abscedente: sed certè non est verum, quia municipes bene possunt amittere vsumfru. non vtendo. Viuianus.

p ¶ *Ab herede.* passiuè, quia legatarius petit, scilicet vsumfructum, id est, vsusfructus æstimationem.

q ¶ *Non in parte.* s. proprietatis: *vt Insti. eo. §. sed si cui.* 2. Vel dic, in parte, id est, in proprietate, quæ est pars dominij quãdoque. quę dic: *vt. ff. de vsufr. l. iiij.*

r ¶ *Rei.* s. proprietatis.

s ¶ *Continet.* s. vsumfru. sed fundi [k] legatum continet omne emolumentum etiam vsumfruct. Ergo [l] vsusfr. peti posset act. ex testamento: *vt. ff. de vsufru. leg. l. si Titio. & l. si alij.* sed in casu seq. petitur ipse fundus. & est ratio, quia in primo casu pro parte contingit liberatio quasi in parte proprietatis, in secundo non: *vt. ff. de solu. l. si stipulatus. §. j. & no. ff. commo. l. iiij. §. j.*

t ¶ *Fundo.* s. testatoris. [m] sed in alieno potest poni casus.

u ¶ *Ob reliquas.* ab vsufructu.

a Homine legato omnes homines sunt in solutione, non in obligatione.

b In alternationibus vterque est in obligatione.

† Soluta re etiam actio durat ex testamẽto. adde Bart. in d. huiusmodi. §. si ædes. ff. tit. prox.

c alias incipit. ait prætor.

d Fundus multo minus valet propter sepulturam.

e Actio in factum vtrũ hic detur.

f Locus pars est fundi.

g Partis ratione totum petitur.

a Hæreditaria parte legata, is qui ad eã præstandam alteri oneratus est nõ tenetur nisi pro parte sua præstare.

b Hæres æstimationem totius rei pro coheredibus suis à se solutæ, cõdicere potest.

c Quasi diceret: Cæteri heredes non tenebantur soluere neque poterat ab illis vindicari. Sed tamẽ hic spõte soluerunt, vnde pro partibus eorũ trãsit rei hereditariæ dominiũ non pro parte eius qui soluit æstimationem.

d Eius qui soluit æstimationem.

e Hoc est transit quidem sed reuocari ab eo potest.

f Pluribus speciebus iuris vtitur, qui testamentum facit simul & codicillos.

g Præsumitur testator rẽ eãdẽ sæpius, hoc est, in testamẽto & codicillis, sępius loqui, at non res plures legare, aut rẽ vnam augere, vt ex vno res ipsa debeatur ex altero æstimatio.

h Sæpius legare intelligitur qui testamẽto & codicillis eandẽ quantitatẽ legat: at non qui eandẽ speciem.

i Vsusfructus nõ est pars proprietatis: sed dominij.

k Fundi legatũ continet emolumẽtum etiã vsusfructus.

l Libell° in hac actione qua formula esse debeat.

m An hac lege testator fundũ suum legarit verò alienũ: & si alienum. An neque testatoris, neq; heredis: sed prorsus alienũ? An heredis? An testatoris proprietate nuda, vsufructu alterius vel heredis

nes quæ legatum[a] sequuntur, agetur:[b] verbi gratia, si fundus pignori dat⁹, vel aliena possessio[c] sit. Non idem placuit de cæteris seruitutib.[d] Sin † autē res mea[e] legetur mihi, legatum propter istas causas[f] non valebit.

Municipibus potest vsusfructus reseruari: quia potest extingui. Bartolus.

7. ¶ A municipibus heredib. scriptis detracto vsufructu legari proprietas potest: quia non vtendo[g] possunt vsumfructum amittere.

Iussus restituere vni ex certis cum morietur, sufficit quòd eligat: & vsque ad mortem potest variare. Bartolus.

LXVII. IDEM *libro nonodecimo Quæstionum.*

a ¶ *Legatum.* id est, rem legatam.
b ¶ *Agetur.* ad ipsum fundum: vt modò nota.
c ¶ *Aliena possessio.* i. alius possidet, & heres tenetur dare possessionē legatario: alias[a] nec rē tradere videt: *vt.* ṡ. *de act. emp. l.ij.* §.j.
d ¶ *Seruitutib.* prædialibus, vt ob eas teneatur heres si extraneo debeantur: nisi[b] vti optimus maximúsque est, legatus est. tunc enim liber tradi debet: *vt hic, & supra titu.j. l. seruo legato.* §. *si fundus & argum. supra de euic. l. quod ad seruitutes.*
e ¶ *Res mea.* supra ergo erat testatoris, Vel aliena: hic legatarij.
f ¶ *Istas causas.* quia testator in ea habuit vsumfructum, vel aliā seruitutem personalem, vtpote cum plenam etiam sine legato sim habiturus proprietatem illo mortuo secundum R. Idē dici potest in qualibet prædiali seruitute quæ debetur leganti in[c] prædio meo quod mihi legauit: *vt hic vinuit, & argumento infra eodem. l. cum filius.* §. *dominus. Azo.* & secundum hoc refertur hic ad primum & ad proximum. ¶ Sed quid de medio, scilicet si habet ius pignoris? videtur idem, quòd non videatur esse remissum: *vt hic secundum Azo.* Sed contra secundum Py. *vt infra de lib. le. l.j. &.* ṡ. *tit. j. l. senatus.* §. *fin.* sed potest dici hîc de rigore, illas de æquitate loqui *secundum Azo.* 2. Vel dic hoc non referri ad pignus vel ad possessionem quam habet testator. Aut[d] ergo testator habet ius[e] in re vel pro re legatarij: aut extra rem, licet propter rem legatarij. ¶ Si in re,[f] vt hypothecæ, vel ius superficiei, vel simile vnde habet vtilem in rem. & tunc[g] valet legatum rei legatarij: *vt.* ṡ. *tit. j. l. si domus.* §. *fi. & d. l. j. de lib. leg. &.* ṡ. *tit. j. l. si tibi homo. in prin.* ¶ Item si pro re, vt quia legatarius debet eam testatori ex venditione vel alia causa: & tunc idem: *vt.* ṡ. *titu. j. l. apud.* §. *si Titius. & argu. C. de contrahen. empt. l. cum res.* ¶ In tertio, quando extra[h] rem puta seruitutem pro qua habeo confessoriam quę extra rem datur, licèt pro seruitute rei inhærenti: & tunc siue[i] personalis sit seruitus, siue realis, siue testator, siue alius habet hæc iura in re legatarij, non valet, *vt hic.* nam hîc non facit vim quis habeat hæc iura: licèt quidam dixerunt valere quando testator habebat. *arg. d. l. apud.* §. *Titius.* Sed ibi erat ei debita, non autem dicitur habere ius in re. ¶ Item pro eis erat. ṡ *de contrahen. emp. l. qui tabernas. & facit.* ṡ. *de euic. l. sed & si quid.* §. *j. &.* ṡ. *eo. l. is cui. &* ȷ̄. *de verb. signi. l. rectè. in prin. &.* ṡ. *de dolo. l. & eleganter.* §. *nō solum. &* ȷ̄. *de do. praleg. l. licet. & supra tit. j. l. si res.*
g ¶ *Non vtendo. vt supra de vsufru. l. c.* Item[k] & aliis modis, vt per aratrum: *vt.* ṡ. *quibus mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus ciuit.* Item centum annis: *vt.* ȷ̄. *de vsufru. lega. l. si vsusfructus. ij.*

VNum ex familia.] CASVS. Hic casus porrigitur vsq; ad. §. si rem tuam & vsque illuc multas format quæstiones. & casus primi respōsi talis est: Sempronius instituit heredem Titium: & rogauit eū vt cum moreretur idem heres, restitueret fundū Cornelianum vni de familia ipsius testatoris cui vellet idē Titius. & ei dedit electionem. certè debet eligere Titius cui det cū credit se moriturum in breui. & si quidem in suo testamento leget illi quē elegit, dictum fundum, inutile est legatū: quia ex testamento Sēpronij peti potest. Sed nūquid dicemus omnino non valere legatum quasi creditori relictū? an verò dicemus valere propter hoc quòd Titius potest mutare electionem: & sic nō erit creditor ille qui prius erat electus: & certè siue duret electio, nō poterit ex illo testamento in quo datum est ei legatum, ab herede petere, sed ex testamento Sempronij. siue alium de familia eligat, nō poterit primus electus petere ex testamento Sēpronij, neque ex testamēto Titij heredis Sempronij. & capias versiculū, itaque si cum, &c. & legas vsque ad. §. sed si vno. & postea reuertaris ad. §. si de Falcidia. vbi ita quęritur: Nunquid vt habeat locum lex Falcidia in dicto legato, vel non habeat, inspiciemus bona Sēpronij testatoris? an bona Titij heredis qui elegit vnum de familia vt daret dictum fundum secundū præceptum Sempronij? & certè inspiciemus bona Sempronij. perinde enim omnia debent seruari, ac si nominatim legasset Sempronius dictū fundū illi quem heres postea elegit. & heres nihil ei de suo dat, sed Sempronius testator. modò vade ad. §. sed si vno. & ita ponas ibi casum: Pone eodem casu retento quòd Titius heres vnum ex familia Sempronij instituit sibi heredem, & dictum fundum extraneo totum legauit. certè non videtur voluntati Sempronij testatoris satisfecisse: vnde alij de familia illum fundum petent, & pars eius qui institutus est deducetur, & tantò minus alij petent. Quid si instituit dictus heres duos de familia Sempronij, & quartam partem dicti fundi extraneo legauit: & sic tres partes fundi in illa hereditate reliquit: & sic illi duo de familia heredes instituti ab herede habent illas tres partes? certè alij de familia non petent de illis tribus partibus aliquid, sed de quarta extraneo per heredem relicta petent partes suas. Sed pone quòd dictus heres Sempronij dictum fundum vni de familia Sempronij reliquit, & rogauit vt eum extraneo restituat. certè si tantùm illi in alia manu reliquit quantum prædictus fundus valet, bene valet fideicommissum: & non aliàs. & hæc omnia locum habent quando ita rogauit Sempronius testator heredem suum Titium, vt dixi in principio legis. Si autem dixisset quòd non exiret de familia sua dictus fundus: si quidem instituat Titius heres aliquem de familia, & roget eum vt dictum fundum alij det, illum fundum alij petent de familia: sed heres institutus ab herede tenetur dare extraneo æstimationem fundi. sed si heres Sempronij non rogat illum de familia quem instituit, vt extraneo restituat, habebit fundum: sed cauebit aliis de familia quòd ille fundus de familia non exibit, nec alij præstabitur. & hoc vsque ad. §. rogo. vbi ita ponas casum: Pone quòd dictus Sempronius testator rogauit Titium heredem suum vt dictū fundum vni ex libertis det, cui volet. certè potest heres eligere cui det: & tamen nullus ex libertis potest petere. & si ante moriatur heres q̄ elegerit: omnes liberti petent fundum, vel etiam vnus, si vnus tantum existat. [SI REM TVAM.] Institui mihi heredem Titium, & rem suam, credēs meam esse, legaui Sempronio. certè benè valet legatū, quamuis non valeat legatum si legem Sempronio rem quæ non est mea nec heredis, & eam credo meam esse. [SI OMISSA.] Si instituo te heredem, & rogo te vt hereditatem alij restituas, & rogo per alia verba: certè benè valet fideicommissum. & de hoc ponit vnum exemplum: Ecce si maritus instituta vxore dixit, Non dubito quin filiis meis hoc restituas. verba quidem huiusmodi habentur pro fideicommisso, & filij possunt fideicommissum petere: sed vxor ea quæ donauit sibi vir, non restituet filiis. nam donationes his verbis non continentur. nisi maritus nominatim eam rogasset de dictis rebus donatis filiis restituēdis: quia tunc benè tenetur. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

VNum[h] ex familia propter fideicommissum à se[i] cum moreretur relictum, heres eligere debet.[k] ei quem elegit, frustra[l] testamento suo legat quod posteaquam electus est, ex alio testamento petere potest. Vtrum ergo non constitit* quod datur, quasi creditori relictum:[m] an quamdiu † potest mutari voluntas,[n] non rectè creditori comparabitur? Siue tamen[o] durat electio, fuisse videtur creditor:[p] siue mutetur,[q] ex neutro testamento petitio competit.

Electus non capit ex testamento eligentis, sed eius qui iussit restitui: & secundum illud Falcidiæ ratio non minuitur: & vno electo cæteri excluduntur. Bartolus.

h ¶ *Vnum.* quandoque dignum, quandoque indignum:[a] *vt.* ṡ. *eo. l. cum quidam. j. & ij. respon.* ¶ Et dic quod dicit testator. heres cū morieris, fundum Botrianum restituas vni de familia mea. & vocetur testator Sempronius, heres Titius.
i ¶ *A se.* herede.
k ¶ *Debet.*[b] non enim[c] est in potestate heredis an debeat, sed cui de familia det: *vt.* ȷ̄. *si de Falcidia.* Accursius.
l ¶ *Frustra.* nam etiam si non legaret, nihilominus ex alio testamento agetur: *vt.* ṡ. *l. cum quidam. ij. respon.* & sic dicitur superuacuum.[d] i. nullum: *vt.* ṡ. *eo. l. statuliberum. ij. respon.*
m ¶ *Relictum.* quod[e] non valet: *vt.* ṡ. *l. proxi. circa princ. ibi, debitor autem,* &c.
n ¶ *Voluntas.* in eligendo. Accursius.
o ¶ *Siue tamen.* nunc respon. quòd non valet tale legatum.
p ¶ *Creditor.* facit *infra ad leg. Falcid. l. pater filium. & infra eod.* §. *si duos.*
q ¶ *Mutetur.* & alium eligat. nam primò electus ex nullo testamento petet: alioquin si tantùm mutet, & neminem eligat, huic cum cæteris competit petitio: *vt.* ṡ. *eo. l. cum quidam. ij. respon.* est ergo ante mortem heredis in suspenso sit creditor, an non. *& est sic.* ȷ̄. *de reb. dub. l. quadam.* ¶ Sed videtur non[f] posse mutari: *vt.* ṡ. *tit. j.*

a Rem tradere non videtur, q̄ possessionē non tradit.
b Fundū vt optimus & maximus est debeas, cum liberum tradere debes.
† Bal. facit ad hoc ind. cum alienam. C. de le. ȷ̄. & in rub. C. de contrahen. empt. & vend.
e Ius seruitutis quia fundū cui seruitus debetur consideramus ius est in fundo: qua fūdū seruiētē, ius priuandum.
d Legari an possit alicui res sua.
e Ius in re, pro re, vel extra rē habere quid sit.
f Ius in re est hypotheca & superficies.
g Legare ius hypothecę, vel superficiei vel rem debitā ab ipsomet legatario, ipsi debitori creditor potest.
h Seruitus an sit ius in re, an extra rē. v. Cepolam tract. de seruit. vrbanorū præd. c. 13.
i Vide hic Bar.
k Vsumfructū amittit ciuitas non vtēdo, aratri inductione, cētum annis.

* consistit
† Electio collata in tempus mortis, potest fieri in articulo mortis & etiam ante: & obtinet si in ea perducetur.
a Eligere indignum. is cui electio est iniuncta potest.
b Eligere is cui electio iniuncta est à testatore, officio iudicis cogi potest.
c Secus si non posset apparere de mente testatoris, tunc ad heredem spectaret interpretatio. *l. qui seruum. ȷ̄. inter duos.* §. *& ibi Bar.*
d Superuacuū pro nullo.
e Debitor frustra legat creditori, conferenda legatum in tempus debiti.
f Variare an possit eligens.

tit.j.l.huiusmodi.§.si Stichum.contra. Sol.hîc dixit,cum morietur heres.Item hîc electio personæ legatarij,ibi rei legatæ.

a ¶ *Si de Falcidia.* prosequitur superiorem materiam per multas quæstiones vsque ad.§.rogo.& ideo non est hic.§.nisi gratia euidentioris intellectus.Accur.

a Vide quę scripsi in verbo beneficium.j.

† Si de Falc.

1. ¶ Si † Falcidia [a] quæratur, perinde omnia seruabûtur, ac si nominatim ei qui postea electus est, primo testamento [b] fideicommissum relictum fuisset. Non enim facultas necessariæ [c] electionis, propriæ liberalitatis beneficium [d] est. Quid est enim quod de suo videatur reliquisse, qui quod reliquit, omninò reddere debuit. 2. ¶ Itaque si cùm fortè tres ex familia essent eius qui fideicommissum reliquit, eodem, vel dispari gradu, satis erit vni [e] reliquisse. nam postquam paritum est voluntati, cæteri [f] conditione [g] deficiunt.

Si vnus ex certis instituatur, & fundus extraneo legetur: ab eo vindicabitur deducta persona heredis.Bar.

3. ¶ Sed si vno ex familia herede instituto, [h] ille fundus [i] extraneo relictus est: perinde fideicômissum ex illo testaméto [k] petetur, [l] ac si nemo de familia heredi heres extitisset. [m] Verùm is qui heres scriptus est, ratione doli exceptionis [n] cæteris fideicommissum petentibus facere partê intelligitur. [o] Nam quæ ratio [p] cęteros admittit, eadem tacitam inducit pensationem.

Si plures ex certis instituantur, & pars fundi extraneo relinquatur: illa vindicabitur excepta parte quæ institutis competeret.Bar.

4. ¶ Si duos de familia non æquis portionibus [q] heredes scripserit, [r] & partem fortè quartam extero eiusdem fundi legauerit: pro his quidê portionibus quas iure hereditario [s] retinent, fideicommissum non petetur, non magis quàm si alteri [t] fundû prę legasset: pro altera [u] vero parte quæ in exterum collata est, virilem, qui sunt de familia, petent, [x] admissa propter heredes virilû portionum pensatione. [y]

Eligens non potest electum grauare vt alteri restituat, nisi ei tantumdem relinquat: & tunc etiam poterit ab extraneo vindicari, si dominus fuerit, ne exeat de familia.Bar.

5. ¶ Sed & si fundum heres vni ex familia reliquerit, eiúsque fidei commiserit, vt eum extero restituat: quæsitum est, an hoc fideicommissum peti possit. [z] Dixi ita demum [a] peti posse, si [præterea * tantundem ei [b] relictum esset, quod] fundi pretium efficiat. [c] Sed si quidem ille prior testator ita fideicommissum reliquisset, *Rogo, fundum cui voles, aut quibus voles ex familia, relinquas:* rem in expedito fore. [d] Quòd si talia verba fuissent, *Peto,*

b ¶ *Primo testamento.* ideoque [a] primi testatoris nomine dûtaxat. & eius bonis inspectis, non etiam heredis, hoc legatum minuere valet lex Falc.R.*vt.j.ad.l.Fal.l.pater filium.& s.de her.insti.l.asse.& C.de iudi.l.apertissimi.in fin.& dic arg. quod ibi not.*

a Eligere heres cogitur. v. Tiraquel. ad leges connub. Gloss.t. num.11.& si non eligat, proximiores familię admittentur.

c ¶ *Necessariæ.* [b] necesse habet heres eligere: *vt hîc,& s.in pr. huius.l.& j.de reb.du.l.vtrum.§.cùm quidã.* quia si nô eligat, proximiores de familia venient: *vt.s.eo.l.cû quidã.iij.respon.& .§.fi.& l.cùm ita.§.in fideicom misso.*& facit.s.*de here. insti. in.l.si seruo fideicommiss.& ad Sila.l.iij.§.vtrum.& s.de vsufr.earum re.quæ vsu consu.l.tribus.§.illud etiã.& .j.de aqua quoti.& æsti.l.j.§.pe.in fi.*Acc.

c Electus non dicitur adquirere ius ex electione, sed ex testamento: & ideo in ratione Falcidiæ hoc casu, non consideramus patrimonium eligentis, sed testatoris. Inde dicitur, electione ius non quæri, sed declarari.

d ¶ *Beneficium.* hoc [c] est, non [d] dicitur hæc liberalitas prouenire ab herede, quia tunc non detraheret Falc. [e] sed modò detrahit, quia non prouenit ex eo legatum, vt hîc subiicit, quid est enim, &c. licèt eligere possit.

d Liberalis nemo dicitur in necessitate seu in eo quod necessario alteri præstare cogitur. *Item legatum.* j. de adimen.le. Neque quidquam alteri donat, qui eligit ex necessitate, sed soluit potius.

e Falcidia non detrahitur ex testamento eligentis.

e ¶ *Vni.* etiam [f] vlteriori: quia hic habebat electionem: *vt.s.eod.l.cum quidam.* si verò familiæ relictum esset, priores in gradu peterent: *vt.s.eo.l.cùm ita.§.in fideicommisso.& not.C.de verb.sign.l.fin.*

f Vnû eligere etiã possumus: & vnius electio est exclusio reliquorum.

f ¶ *Cæteri.* de familia.

g ¶ *Conditione.* legati tacita. cùm enim leget testator sic, vni de familia dato: singulis, si alteri non dedit, dare iussus videtur heres: *vt.s.eo.l.cum quidam.*

h ¶ *Instituto.* à Titio herede rogantis, id est, ipsius primi testatoris.& dic, insolidum.at sequens.§.si duos.in parte hereditatis,& parte fundi ponit casum.

i ¶ *Ille fundus.* Botrianus qui vni ex familia cum moreretur heres iussus est restitui.R.

k ¶ *Ex illo testamento.* s.primo, puta Sempronij.

l ¶ *Petetur.* i. petêt alij de familia illa qui nô sunt instituti heredes ab instituto herede rogati.& hoc ꝓposita actiôe personali ex testaméto: cû posset agere i rê côtra legatariû extraneû posside̊tê.

g Eligere videtur qui heredê instituit.

m ¶ *Heres extitisset.* hoc videtur falsum.nã instituendo [g] heredê videtur eum elegisse: *vt.j.ea.l.§ sed & si fundum.contra.* Solu.hic recta via iuit ad extraneum: vt nec momento apud heredem maneat: *vt.s.de pecu.l.sed si damnum.§.j.ibi, licèt nullo, &c.& .j.de fur.l.à Titio.* quod ibi est secus. 2. Vel dic vt ibi.

n ¶ *Doli exceptionis.* quę transit ad legatariû, si côueniatur ac.in rem: *vt ar.s.de pac.l.si tibi decê.§.pactû.* heres autem legantis pro vna parte infringere legatum non potest: *vt.j.eo.l.§.si rem Azo.*

o ¶ *Partem intelligitur.* i. vt habeat partes tantùm viriles deducta parte instituti.& ad hoc facit *quod no.s.eo.l.si Titio.*

p ¶ *Quæ ratio.* Est autem hæc ratio, quia de familia sunt, & heres reliquit extraneo: ergo & ipse cû sit de familia, admittitur. sic ergo partê facit.& hoc vocat compensationem, [h] impropriè tamê. institutus enim est obligatus, sicut & testator erat, actione ex testamento iis qui sunt de familia: sed ecôtra illi nullo modo instituto sunt obligati. nec enim plures legatarij sunt inuicê obligati: sed si vnus totam rem possidet, tenetur aliis rei vindicatione. nô i ergo potest dici compensatio, cum non sit hincinde debitum: *vt supra de compensa.l.j.* ponit ergo pro [a] computatione.*sic.s.e.l.Titia.§.qui inuita.* Quidam tamen dicunt contrarium, notantes & dicentes hic compensari quod vtrique debetur in genere: quod satis concedi potest, *per.l.s.de here.inst.l.qui non militabat.j.respon.& s.si pars here.peta.l.j.§.pen.* lex tamen ista non probat hoc, secundum Azo.

h Compêsatio impropriè sumitur pro retentione.

i Compensatio dicitur vbi hincinde est debitum.

a Compêsatio impropriè sumitur pro côputatione seu retentione.

q ¶ *Portionibus.* tribus.Io.

r ¶ *Scripserit.* Titius rogatus restituere fundum Botrianum.

s ¶ *Hereditario.* id est, hoc ipso quòd sunt heredes rogati, non tamen ex eius testamento, sed legantis, scilicet testamento: *vt.s.eo.l.j.in prin.Azo.* Melius ergo dixisset, legatario. Hug.

t ¶ *Si alteri.* qui esset de familia. facit enim hic tantum generalis [b] collatio, quantum specialis: *vt.C.de secund.nup.l.si quis prioris.§.incertum.* ¶ Sed ar. contra in Auth. nunc autê. ibi posita, quæ est *in Auth.de nup.§.soluto.coll.iiij.* ADDITIO. Dic quòd illud est speciale, istud regulare: *vt no.s.de acqui.hered.l.si quis mihi bona.* secundum *Bar.hîc.*

b Generalis collatio an & quãdo tantum facit, quantum specialis, adde Gl. in verbis in expedito.j.eod.

u ¶ *Pro altera.* s.quarta.

x ¶ *Petent.* s. si simul veniât ad petitionem. alioquin quando sunt plures rei credendi qui in familia continentur: graduum dignitate, & absentiû ex iusta causa ratione seruata, occupantis [c] erit actio cô ditióque melior: *vt.s.eodem.l.si Titio & l.si quis Titio.& l.cû quidam.& l.si tamen.& l.omnia.& .j.eo.l.peto.§.fratre.R.*

* Inclusa non sunt in Floren. codice.

c Occupantis melior est côditio.

y ¶ *Compensatione.* hoc expone vt supra proxi.§.nam & si conueniantur heredes rogati actione ex testamento, vel etiam rei vindicatione, cum nondum tradiderint extero: excipient vt retineant viriles in illa quarta. ¶ Item & si extero est tradita, & ipse conueniatur rei vindicatione: quod potest: *vt.j.eo.l.cum pater.§.libertis.* excipiet ex persona heredum.& hoc not.s.proxi.§.

z ¶ *Peti possit.* ab extraneo.i.an extraneus petere possit.

a ¶ *Dixi ita demum.* i. ita videtur heres satisfecisse voluntati legantis, si præterea, &c. quod est verû, si prior testator ita dixit: cui voles dato. secus si ita: ne prædium exeat de familia. tûc enim post mortê electi legatarij cæteri petunt: *v.j.in ver.petituris,&c. Azo.*

b ¶ *Tantundem ei.* secus si minus nam in eo quod vltra est, onerari non potest, qualitercunque varies, nisi in casibus duobus: *vt.j.eo.l.imperator.§.si centum.& .j.ad.l.Fal.l.sed si non seruus.*

c ¶ *Efficiat.* cû determinatione quam subiicit, sed si quidem, &c. scilicet quando testator dixit: fundum cui voles, aut quibus ex familia voles. si autem dixit ne fundum alienaret extra familiã, tunc locum habet.§.quòd si talia. vt nô petant illi de familia, nisi mortuo secundo herede, id est, Gaio qui est vnus de familia.

d ¶ *In expedito fore.* quia tunc erit verû quod dictû est.& sic est determinatio præcedentis, vt dixi. ¶ Sed côtra.s.*eo.§.sed si vno.* nã ibi Titius videtur elegisse heredê suum: & tantum ei relictum est, quod facit pretium fundi, & plus: nec tamê extraneus fundum sibi relictum ab eo petere potest: & heres, imò & cæteri de familia peterent. Sol. hic specialiter [d] contulit in vnum de familia legãdo vt extero restituat. ibi generaliter instituêdo heredê. *ar.in Auth.de nup.§.soluto.col.iiij.* vnde ibi nullo momento stetit apud heredem: hic sic apud legatariû: vt & ibi no. Quandoque [e] tamen tantum facit generalis collatio quantum specialis, & ecôtra, si ponas fundum in hereditate mansisse: *vt.s.eod.§.si duos.* vel attende an propterea instituat aliquem heredem de familia, vel ei leget pretium fundi, quòd extraneo velit fundum Botrianum dari, an non.

d Hæc solutio probatur Bartolo.

e v.Gl.in verbis si alteri.s.eod.

in primo casu satisfactum est testanti, in secundo non, quia alia mente: vt quia meruerat, vel cognatus erat, potuit eum instituere. & hoc est quod dicit, præterea tantumdem &c. & in hereditate præsumam non propterea relictum quod legat extraneo. alioquin non faceret partem aliis: quod tamen facit: *vt. s. §. si duos.* at in legato semper præsumam quòd propterea leget, vt eum grauet de fideicommisso, quia aliter diceretur nullum, cum alia ratione eum grauare non possit: *vt. s. eo. l. Titia. §. j. in fi.* quæ ratio in herede falsa est. 2. Alij dicunt, si ab instituto legetur, nullum est legatum: *vt supra*: secus si per fideicom. ab instituto relinquatur: vt hîc: quia aliquo tempore fuit penes rogatum dominium: quod displicet, quia [a] non differunt legata à fideicommiss. *vt. s. titu. j. l. j. & C. communia de lega. l. j. & ij.*

a ¶ *Heredis.* scilicet rogati ne de familia exeat: quia heres reliquit vni de familia, puta Gaio: & rogauit eú Gaium vt extero restituat.

b ¶ *Oneratum.* in æstimationem fundi: quasi testator scilicet Titius sciens reliquisset per fideicomm. rem alienam: *vt. C. eo. l. rem alienam.* & hoc tunc cum cæteri de familia petent. quod quando fit, subiicit.

c ¶ *Ex primo testamento.* s. Sempronij.

d ¶ *Eius.* scilicet legatarij, scilicet Gaij qui erat de familia, & rogatus erat extero præstare. nam donec iste legatarius viuit, cum sit de familia, non debet: & quia habere videtur, cú alius habeat ab eo: sed eo mortuo cum extraneum, id est fideicom. reliquit successorem, in ea re cæteri admittuntur. posset tamen & aliter distingui vt no. j. *eo. l. peto. § prædium. in fin.*

non * *fundus de familia exeat:* heredis [a] heredem propter sequés fideicómissum quod in exterum collatum est, oneratú [b] intelligi: petituris deinceps cęteris ex primo testamento [c] fideicómissum, post mortem videlicet eius [d] qui primò electus est. 6. ¶ Et ideo si [e] electo vno fideicómissum in exterum non conferatur: [f] non aliàs ei qui electus est, fideicommissum præstandum erit, quàm interpositis [g] cautionibus, *fundum, cum morietur, si non in familia cum effectu relinqueretur, restitui.* [h]

Iussus cum morietur eligere, potest donec viuit eligere: & ante nullus admittetur, sed eo non eligente omnes. Bartolus.

7. ¶ *Rogo fundum, cum morieris, restituas ex libertis cui voles.* Quod ad verba [i] attinet, ipsius erit electio: nec petere quisquá poterit quádiu præferri [k] alius potest. defuncto eo prius q̃ eligat, petent omnes. itaq; eueniet vt quod vni datú est, [l] viuis pluribus vnus [m] petere non possit, sed omnes petant [n] quod [o] non omnibus datú est: [p] & ita demú petere possit vnus, si solus moriéte eo superfuit.

Si testator legat rem † heredis vt suam, valet legatum. Bart.

8. ¶ Si rem tuá, quá existimabá meam, te herede instituto, Titio legem: nó est Neratij Prisci senténtiæ nec cóstitutioni locus, qua cauetur non cogédum [q] præstare legatum heredem. Ná succursum est heredibus, ne cogerétur redimere [r] quod testator suum existimás reliquit. Sút enim magis in legandis suis rebus, quàm in alienis cóparádis, & oneradis

e ¶ *Et ideo si.* i. quamuis. q. d. multo magis fit hæc cautio de qua hîc subiicit, vt in extraneum cóferatur, secundum R. 2. Vel lege secundum Azo. si conditionaliter: quia si rogauit heres Titius eum legatarium qui erat de familia, vt extero restitueret, cessaret cautio, vtpote cum in extraneum conferat ex heredis expressa voluntate.

f ¶ *Non conferatur.* id est non rogauit eum qui erat de familia cui legauerat vt extraneo daret.

g ¶ *Interpositis cautionibus.* id est cautione, ad quod. j. *de aur. & ar. en leg. l. si uxori. § fi. & l. Titia. Item facit. j. tit. j. l. pater. § ij. & de reb. du. l. vtrum § j.*

h ¶ *Restitui.* ipsi danti, cum dans sit de familia. alioquin caueret se restiturum familiæ: *vt. j. eo. l. peto. § fratre.*

i ¶ *Quo ad verba,* non tamen minus quo ad sententiam.

k ¶ *Preferri.* quod est semper viuente rogato: *vt. s. ea. l. in prin.*

l ¶ *Datum est.* id est dari potuit per electionem: *vt. j. de statulib. l. Labeo.* 2. Vel ponitur pro dandum.

m ¶ *Vnus.* scilicet tantùm.

n ¶ *Sed omnes petant.* si simul veniant. quod dic vt. s. *eod. l. cum qui. a. n. & l. si tamen.*

o ¶ *Quod.* sub. illud quod &c.

n ¶ *Partis æstimatio.* i. [g] pars æstimationis: *sicut supra de iure dot. l. cum in fundo. §. si fundus.* nec [h] enim potest ꝓpriè poni: quia seruitus partem non recipit præter vsumfructum: vt modo dixi. Item in iis quæ diuiduntur vt insolidum æstimentur, quia maior [i] ex vniuerso fit æstimatio: *vt supra eod. l. Mæuius. §. in fundo. & infra ad legem Falcid. l. j. §. si vsusfructus.* sic & ponitur in *eo. titu. l. si is qui quadringenta. §. fin.*
[h Seruitus partē nō recipit, excepta vsusfructus seruitute.]
[i Æstimatio maior fit seu crescit ex vniuerso.]
o ¶ *Fili*[9]. vltro respōdēs ꝓ instituto animo nouādi. 2. Vel dic institutum conuentum habere exceptionem ex facto filij si insolidum conueniatur, si & filius dare velit seruitutem accepta parte æstimationis.
p ¶ *Falcidiæ.* nam legatarius [a] seruitutis offerre debet æstimationem Falcidiæ heredi si vult integram seruitutem: *vt infra ad legem Falci. l. lege Falcidia interueniente. & infra de do. excep. l. pure. §. j. & facit infra de ser. lega. l. fin. & supra de codicil. l. qui graui.* ¶ Item not. in quo immutentur prædicta per Authentic. ex causa. quæ est. *Co. de lib. præteri.*
[a Falcidia deducitur ex ipsis seruitutib. non re ipsa (sunt enim indiuiduæ) sed ex earum æstimatione.]

Lucio Sempronio.] CASVS. Publius Mæuius me heredem instituit: ego hanc hereditatem Lucio Sempronio legaui. dicitur hic quòd Sempronius iure sustinebit onera hereditaria illius hereditatis Mæuianæ: & habet etiam Sempronius actionem contra debitores dictæ hereditatis Mæuianæ. [DOMINVS HEREDE.] Cum proprietatem in fundo Titiano haberem, tu autem vsumfruct. te heredem institui, & hunc fundum sub conditione alij legaui. legatarius petit à te fundum adueniente conditione. tu vis retinere vsumfruc. & dare ei fundum. Certè non potes: quia vsusfructus dicitur portio rei in qua est vsusfructus: vnde non dicitur heres fundum dare legatario nisi & vsumfruct. eius det. secus si habes in fundo meo aliam seruitutem quàm vsumfru. nam non cogeris fundum tradere legatario, nisi ipse patiatur seruitutes redimponi: quia tales seruitutes præter vsumfructum nō sunt pars fundi. [HERES MEVS.] Sempronius mihi aliquid legauit: ego nouaui istam obligationem, quia stipulatus sum animo nouandi ab herede Sempronij. postea feci testamentum, & sic dixi: Quicquid debetur mihi ex testamento Sempronij, lego Seio. nunquid valet legatum? Et dicit quòd sic: & duas reddit rationes. [SERVVS PVRE.] Titia commisit adulteriū cum seruo suo. postea fecit testamentum, & ei libertatem reliquit, & legata similiter. Certè neque libertas neque legata valent. h. d. vsque ad. §. pater. Viuian.
[† Legans testator, intelligitur non modo legare ius suæ proprietatis, sed etiam heredis in vsufructu consistens.]
q ¶ *Publij Mæuij.* cui Mæuio testator heres fuerat, *vt hic subiicit. & facit. C. de hered. inst. l. fi.*
r ¶ *Onera.* promittendo creditoribus animo nouandi, vel ipso iure: *vt not. s. eo. l. si quis seruum. §. fi. Azo. & Inst. de fideicom. here. §. post quod. & §. sed quia.*
s ¶ *Eius.* Lucij Sempronij.
t ¶ *Præstabuntur.* per cessionem. [b] sed & sine ea habet vtilem: *vt C. eo. l. ex legato. & facit. j. ad Treb. l. cogi. §. sed & sine. & s. tit. j. l. non amplius. §. fi. & j. eo. l. Lucius. §. ij.*
[b Cedi actiones debent legatario hereditatis. l. restituta. j. ad Treb. Quid si nomē singulare relictum est? vtiles sine cessione transeūt. Petr. & Bald. hic.]
u ¶ *Habuit.* in prædio testatoris, qui prædium seruiens sub conditione legauit. Accur.
x ¶ *Portionis.* i. sicut [c] si testator partē haberet in prædio legato, & partem eius heres, teneretur dare totum. Arg. *s. eod. l. vnum. §. si rem. ita & vsumfruct.* quia instar dominij obtinet: *vt. s. de vsufr. l. ij. & s. eo. l. Mæuius. §. fundo.* ¶ Et no. quòd distinctio huius. §. tollit contra. quarundam legum, scilicet. *s. eo. l. is cuius. & s. tit. j. l. si seruus Titij.* quæ de vsufru. dicunt: *& s. tit. j. l. legatum. § fundus. & s. de ser. l. Papinianus.* quæ de cæteris seruitutibus dicunt. & facit. *s. de rei vind. l. fructus.*
[c Fundus hic legatus est: nō proprietas. Itaque fundo legato, proprietarius videtur suam nō modo proprietatē legasse, sed & vsumfructū heredi suo cōpetentem. Est enim fructus seu vsusfruct[9], pars fundi. itaque legato fundo, totus fūdus legatus intelligitur.]
y ¶ *Ex testamento.* s. actione: debetur tamē ex Aquiliana stipulatione animo nouandi facta. secus si esset per acceptilationē extincta, vel alio modo: *vt. s. e. l. si ita scripsisset. & l. si ita quis. & j. de do. præ. l. j. §. adeo. & s. tit. j. l. si sit. §. j. in prin. quæ sunt cōtra.* hic autem nunquam deficit debitum: *vt. C. si cer. pet. l. si ex pretio.* Accur.

a Origo obligationis, non titulus actionis an & quando cōsiderandus sit.

a ¶ *Veritatis.* Nota quod origo a obligationis, non titulus actionis considerandus est. *sic & infra de fideius. l. tutor. & de dona. l. qui id. & C. ad Macedo. l. filius. & infra de libe. lega. l. fina & supra de consti. pecu. l. item. §. quod dicitur.* ¶ Arg. cōtra *supra de condic. sine cau. l. j. § sine autem. & infra de cap. l. in bello. §. codicillis. & supra de here. ven. l. j.* Item facit. *j. de auro & argen. lega. l. Quintus. in fi.*

sum videri, quod veritatis a primordio adiuuaretur.

Si aliquo casu libertas impeditur tempore quo cedit dies legati, vitiatur legatum. Bart.

4. ¶ Seruus purè manumissus,b cui libertas propter impedimentum iuris post aditam hereditatem non competit, quòd c status eius extrinsecus suspenditur, fortè propter adulterij quæstionem; d ex eodem testamento neque legata neque fideicommissa purè data sperare e potest, quia dies inutiliter cedit.

Qui legat vni ex certis plus, videtur omnibus legare, & excessum in illo in heredis arbitrio ponere. Bart.

5. ¶ Pater cum filia pro semisse herede instituta, sic testamento locutus fuerat: *Peto, cum morieris, licèt alios quoque filios susceperis, Sempronio nepoti meo f plus tribuas in honorem nominis g mei.* necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes, præcedere videbatur: sed moderandę portionis, quam maiorem in vnius nepotis personam conferri voluit, arbitrium filiæ datum.

Ille per quem non stat quo minus tutor suscipiatur: non priuatur legato. Bartolus.

6. ¶ Nō iure tutori dato h mater legauit. Si consentiat i vt decreto prætoris confirmetur, & prætor non idoneum existimet: actio legati non denegabitur.

Qui venit contra cautionem Mutianam, tenetur restituere rem cum fructibus. Bar.

7. ¶ Qui Mutianam cautionem alicuius non faciendi k causa interposuit, si postea fecerit: fructus l quoque legatorū quos principio promitti necesse est, restituere debet.

Quando sunt plures actiones quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio. Bar.

8. ¶ Variis † actionibus legatorum m simul legatarius vti non potest: n quia legatum datum in partes diuidi non potest. Non enim ea mente datum o est legatariis pluribus actionibus vti p: sed vt latior eis agendi facultas sit ex vna interim quæ fuerit electa, q legatum petere.

Damnata memoria testatoris, repetuntur legata soluta. Bar.

9. ¶ Repetendorum legatorū facultas ex eo testamento solutorum danda est, r quod irritum esse post defuncti memoriam damnatam apparuit. s modo si iam t * legatis solutis crimen perduellionis u illatum est.

b Libertas serui manumissi quibus ex causis impediatur.

b ¶ *Manumissus.* id est iussus esse liber à domino, & ei legatum relictum: quod potest esse: *vt. C. eod. l. seruus.* nisi aliud impediret: *vt hic fuit.*

c ¶ *Quòd.* id est quia.

d ¶ *Quæstionem.* adulterij b cum domina à seruo commissi, vnde accusatur: *vt supra de hered. instit. l. his verbis. §. interdū.* 2. Alij dicunt, vt R. cum domina ab alio commissi. & sic interim differtur libertas vt de seruo possit haberi quæstio: *vt j. qui & à qui. l. prospexit.* quod non placet: quia tunc speraret legatum post purgationem criminis: *vt arg. C. ad Sil. l. penultim.* ¶ Item si aliàs ex delicto serui non competit libertas. *vt. C. qui non pos. ad lib. perue. l. j. & quibus ad lib. procla. non licet. l. y.* quid dices? Respon. idem quod hic, argu. *supra communia prædio. l. fin. in fin.* ¶ Nec ob. *C. qui non pos. ad lib. perue. l. j. in fine.* quia ibi dicit, eo tempore scilicet finito tempore pœnæ. 2. Sed Azo dixit hic & alibi percipi primò legata finito impedimento. secus si ex senatusconsulto Silan. is impediretur: *vt. C. ad Sila. l. pen.* Accursius.

c Morientium actus non suspenduntur.

e ¶ *Sperare.* audi R. Sed ipse dicit ante innocentiam ab eo purgatam. ¶ Et sic not. secundum primum actus c morientis non suspendi. *sic. s. communia prædi. leg. fi. in fi.*

Pater cum filia.] CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit filiam suam Titiā pro semisse, & alios quosdam in reliquo: & rogauit dictam suā filiā in testamēto, vt Sempronio nepoti suo quem habebat ex dicta filia, relinqueret plus ex dicto semisse cum veniret ad mortē, quàm alicui alij de filiis suis si quos alios haberet tempore mortis. & hoc ea ratione dixit, quia ita vocabatur nepos prædictus sicut testator, vt dictum est. Certè videtur testator imposuisse necessitatem filiæ vt relinquat viriles partes de dicto semisse nepotibus testatoris ad minus: sed tamē secūdū filiæ arbitrium Sēpronio nepoti videtur maiorē partē reliquisse. ipsa ergo debet arbitrari circa maiorē partē Sēpronio nepoti dandā. [NON IVRE.] Titia filio suo tutorem dedit, & sic inutiliter, & non iure: eo quòd mater filio tutorem dare nō potest. & eidē tutori. x. legauit, prætor postea confirmauit dictum tutorē, eius tutoris cōsensu non putās eū iure datū prætor, imò benè sciens ꝙ nō iure erat datus: & ita nō fuit prętor deceptus certè legatū tutor prędictus cōsequetur. [QVI MVTIANAM.] Legaui Titio. x. si non ascenderet capitolium. Titius rogauit heredem meum de non ascēdendo capitoliū, & sic heres soluit ei legatum secundū naturam Mutianę cautionis. postea Titius prędictus ascēdit capitoliū, & ita fecit cōtra cautionem suā. Certè legatum vel legata quod vel quæ consecutus fuit ab herede. debet ei restituere, & etiam fructus inde perceptos. [VARIIS.] Legatarius habet plures actiones ad consequendum legatum, scilicet actionem ex testamento, & rei vin. & hypothecariam: vt Instit. de leg. §. j. Pone ergo quòd legaui Titio fundum. ipse vult petere ab herede medietatem rei vindi. & aliam actio. ex testamento. Certè non potest, imò debet vnam de prædictis eligere, & aliam interim non habebit. [REPETENDORVM.] Titius commisit crimen perduellionis. i. læsæ maiestatis. postea testamentum fecit, & legata reliquit Gaio & Seio. heres ab eo institutus soluit eis legata. mortuo prædicto Titio testatore accusatus fuit ipse Titius crimine læsæ maiestatis & condemnatus, & sic testamentum suum fuit irritatum, & hereditas eius ad fiscum peruenit. Certè fiscus ad quem deuoluta est dicta hereditas, potest à prædictis legatariis legata eis soluta repetere. Viuianus.

f ¶ *Nepoti meo.* nato ex eadem filia.

g ¶ *Nominis.* quia vocatur vt testator. ¶ Et not. per hæc verba duo voluisse testatorem, scilicèt nepotibus restitui: & vni plus. primum necessitatis, secundum ad arbitrium. & si hoc secundum non fuisset, viriles deberent restitui nepotibus: *vt hic, & supra e. l. cum quidam. y. respon.* si autem arbitretur quanti plus habeat, illi stabitur: dummodo parum: quia a hoc indicat dictio, plus: *vt infra de verborum significa. l. hac adiectio. & arg. infra de regu. iur. l. in personam. §. j. & de ope. lib. l. si libertus.* & si non arbitretur morte præuenta: Vel iudicis stabitur arbitrio, vel nil plus habebit. *arg. s. eo. l. cum quidam. & infra de verbor. obli. l. triticum. & facit. j. eo. l. cum pater. §. hereditatem.*

a Plus comparatiuū implicat quod certū est, id est positiuum: & quod incertū, id est excessum indeterminatū.

† Quando ex vna causa oriuntur plures actiones, tunc quis compellitur actionem proponere: vt dicit Glossa, pa... pria. in. c. dilecti filij. extra de iud. licèt de iure canonico actiones non sint proponendæ. vt. d. c. dilecti.

h ¶ *Dato.* à matre: vt quia eum non instituit heredem: *vt not. s. eo. l. peto §. pater.*

i ¶ *Consentiat.* Non b ergo stat per eū: *vt hic, & C. e. l. ab administratione.* aliàs secus: *vt. C. eo. l. pen. quæ est contra.*

b A legato ab... repellitur qui paratus est onus legati suscipere, licet prohibeatur à lege vel iudice.

* si à legatis.

2. Alij distinguunt, an dixit, ideo lego vt sis tutor: & tunc obtinet contra, aut non: & tunc quod hic. & facit. *s. de excu. tut. l. tutor. §. j. & l. Nesennius. & de testa. tu. l. qui tutelam. & facit. s. de confir. tuto. l. j. & de iis quib. vt indig. l. v. §. ei qui tutor. & s. vbi pupil. edu. l. j. & s. tit. j. l. etiam.*

k ¶ *Non faciendi.* *vt. j. de condi. & demon. l. Mutiana.*

l ¶ *Fructus.* nam c & fructus & rem promittere debet, & reddere si contra faciat: *vt hic, & j. de cond. & demonst. l. heres meus. §. qui post. & C. de indi. vi. tol. l. y. & Authen. cui relictum.*

c Mutianę cautioni obnoxius, restituere debet rem & fructum medij temporis.

m ¶ *Legatorum.* scilicet nomine.

n ¶ *Nō potest.* quod fieret si legatarius partē rei peteret rei vindicatione, & sic haberet rē & partē actione ex testamēto. & sic haberet æstimationē. H. Idē si vni legatario duo sūt heredes: *vt. s. ti. j. l. huiusmodi. §. fi.* ¶ Sed d q d ecōtra si duo sūt heredes? videt secus.

d Si duo sint heredes vnius testatoris, potest cōtra vnā vna actio, contra aliā, alia proponi. lege enim duodecim tabularū actio erat diuersa aduersus heredes.

o ¶ *Datum.* i. concessum à lege.

p ¶ *Vti.* vt eas simul exerceat.

q ¶ *Electa.* hæc e electio fit tēpore dati libelli: *vt. C. de eden. l. edita.* & eligit legatarius: *vt hic, & s. ti. j. l. si seruus legatus. §. cum homo.* ¶ Sed contra. *j. quorum leg. l. j. §. quia autem.* vbi non eligit actor. Solu. ibi in odium rei qui non certificat actorem de modo possidendi. cætera dic *vt no. s. de tribu. l. quod in heredem. §. fin. & facit. C. communia de leg. l. j. & j. de act. & obli. l. plura.*

e Habens plures actiones ad idem tendentes, alterā eligere tenetur tempore dati libelli. Atque ita cumulari non potest actio ex testamento & rei vindicatio, vt hic, licet possit personalis & hypothecaria: Nouell. de fide iussoribus. §. sed atque.

r ¶ *Danda est.* i. fisco qui obtinuit, si de hereditate sint soluta. & hoc condictione indeb. licèt alius soluat: *vt. s. de condi. inde. l. j. §. j. & l. y. iy. iiy. & v.* si verò de pecunia heredis, ipse repetit: *vt. s. de peti. he. l. quod si possessor.*

s ¶ *Apparuit.* licèt defuncto viuo mota non fuit quæstio: quod est in hoc crimine magis speciale, & quibusdam aliis: *vt. j. de accu. l. ex iudiciorum.* aliàs regulariter contra: *vt. C. vbi causa fis. l. j. & C. si reus vel accu. l. j.*

t ¶ *Si iam solutis.* nam si postea sit soluta, aliud esset: quia non repetit soluens: sed magis fisco tenetur: *vt. j. ad. l. Falc. l. dolo.*

u ¶ *Perduellionis.* i. hostilis. nā perduelliones f dicūt hostes: *vt. j. de verbo.*

f Perduelliones, hostes.

de verb.signifi. l. quos nos. 2. Alij dicunt ideo, quia hoc solo casu permittitur duellum:[a] quod non placet vt vllo casu admittatur, secundum Lu.Ro. *vt not.* ff. *ad. l. Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione.* Accursius.

a Duellum an & quando & quomodo possit indici. *vide in Spe. tit. de accu. §. 1. versi. qui si fuerit. Alexā. post Bart. in l. ex hoc. ff. de iusti. & iure.*

C*Vm pater.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes vxorem suā & vnum suum filium, & vnam suam filiam. postea rogauit dictam suā filiam per fideicom. vt suam partem hereditatis restitueret dictæ vxori testatoris retentis sibi. c. aureis, & prædio Tusculano, filia vult hoc totū facere. Certè fundū Tusculanum in quo habēt coheredes quilibet tertiā, habebit filia iudicio fa. ercis. cētū autem aureos prædictos habebit de parte sua, & superfluum suæ partis restituet matri. [EORVM QVIBVS.] Quatuor sunt dicta huius. §. Primum est tale: Testator aliquis donauit alicui causa mortis. quæritur, an possit ipsum donatarium rogare per fideicom. vt quod sibi donatum est, restituat? Et respon. quod potest. In secundo dicitur, quòd si ipsa donatio remaneat penes heredem, ipse debet onus fideicommissi agnoscere detracta Falci. In tertio dicitur quòd siue totam rem donatam seu partem eius rogatus sit restituere donatarius: quòd quemadmodum donatio sua per Falcidiam deminuitur, debet ei fideicommissum deminui. In quarto dicitur, quòd si non sit donatarius rogatus de re sibi donata restituenda vel de parte eius, sed sit rogatus præstare aliud, vtputa alimenta: licet res sibi donata per leg. Falcid. deminuitur, tamen ipse de residuo præstabit alimenta sine deminutione: quia testator ita voluisse videtur. h.d. vsque ad. §. mater. *Viuianus.*

† Restituere rogatus accepta specie vel quātitate: speciem de communi: quantitatē verò, de propria retinet portione. *Bald.*

† Speciei & quantitatis differentia est. Onus speciei respicit omnes hæredes: onus quantitatis, eos ad quos sermo dirigitur, *adde l. deducta. §. cum nummis. ff. ad Treb.*

* Sic Flor. & in manusc. Haloander ediderat heredi. quā lectionem quidam Flor. præferunt, quibus non assentior.

† Falcidia etiā de donatione causa mortis detrahitur.

Si debet retineri species & pecunia species de tota hereditate deducitur: pecunia de parte restituentis tantùm. Bartolus.

LXXVII. IDEM *libro octauo Responsorum.*

CVm pater filios, eorúmque matrem heredes instituisset, ita scripsit, *Peto à te filia, vt acceptis ex hereditate[a] mea in portionem tuam centum aureis, & prædio Tusculano, partem[b] hereditatis restituas matri tuæ.* Respondi † prædium[c] quidem hereditarium iudicio diuisionis de communi filiam habituram:[d] pecuniam[e] autem † de parte sua retenturam.

Donationi causa mortis potest fideicommissum imponi: & ex ea detrahitur Falcidia: qua detracta fideicommissum intrinsecum minuetur. secus in extrinseco. Bartolus.

1. ¶ Eorū quib. mortis causa donatum est, fidei cōmitti quoquo[f] tempore potest: quod fideicōmissum heredes[g]* salua Falcidiæ ratione, quam † in his quoq; donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, præstabunt. Si pars[h] donationis fideicommisso teneatur, fideicōmissum quoque munere Falcidiæ fungetur. Si tamen alimenta præstari voluit:[i] collationis totum onus[k] in residuo donationis esse respondendum erit ex defuncti voluntate, qui de maiore † pecunia præstari non dubiè[l] voluit integra.[m]

Legatario eidémque debitori non solùm actio competit, sed exceptio. Bartolus.

2. ¶ Mater filiis suis vulgò † cōceptis dotē suā mortis causa donando stipulari permisit.[n] cum aliis heredib. institutis petisset[o] à filiis viro dotē restitui: totū viro fideicōmissum dotis deberi,[p] si Falcidiæ ratio[q] nō interuenerit: ideo retentionem dotis virū habere placuit:[r] alioquin[s] Falcidiæ partem[t] heredibus à filiis ex stipulatu cum viro agentibus, ex dote esse per † in factum actionem reddendam.

a ¶ *Ex hereditate.* per hoc videbatur ex vniuersa hereditate centum esse deducenda: quod remouet. R.

b ¶ *Partem.* tuam filiæ.

c ¶ *Prædium.* Tusculanum.

d ¶ *Habitura.* Imò videtur quòd veniat in restitutione quod habet filia in prædio iure hereditario: *vt.* j. *ad Treb. l. in fideicommis. §. fin.* Sed hoc est quādo vult detrahere quartam Trebellianicam: & tunc restituit in quartam imputando. *Azo.* quod hic etiam faceret, si esset necesse detrahi quartam.

e ¶ *Pecuniam.* Quare secus est quòd pecuniam de parte sua tantū retinet, dic vt. j. *ad Trebel. l. deducta. §. nummis.*[b] *& ar.* j. *de solu. l. si is cui. & si cer. pe. l. nam & si. in fi. & C. de posi. l. fi.* ¶ Et no. quòd mater videtur rogari de sua parte prædij & centum vt filiæ det: *vt* j. *ti.* j. *l. post emancipationem. §. fi.* ¶ Sed quo modo de parte centum, cum ad eum non peruenerint: *vt.* ff. *tit.* j. *l. fideicommis.* contra. sed satis videtur peruenire cum accepit eo minus: *arg. Instit. de rerum diui. §. interdum.* ¶ Item in eo quòd dicit totum prædiū relinqui filiæ, est contra. ff. *tit.* j. *l. si fundum sub conditione. §. si libertus.* ibi apparet[c] solu. & facit. j. *de ali. leg. l. alio. &* ff. *fami. ercisc. l. heredes. §. fi. & l. seq.*

b Hoc ideo, quia pecunia potest confici ex propria positione, at non species. *Bald.*

c Ibi dubia est voluntas: vnde Interpretamur deberi solā partem hîc certam de tota. Itē ibi legauit ab hærede alij, hic voluit sibi ipsi retinere, vel, ibi nominatim, onerauit vnum tamen hæredū, hic item.

f ¶ *Quoque.* vel eadem voluntate, vel postea alia. & facit. C. *de fideicommis. l. ab eo.* Accursius.

g ¶ *Heredes.* Imò donatarius detrahere debet, cum & ipse patitur Falcid. vt hic subiicit. & est. *C. ad leg. Falcid. l. si mortis & l. pe.* Respon. expone fideicom.[d] i. donatio quæ postea cadit in fideicō. 2. Vel dic quòd heredes præstant apud quos cum onere remansit donatio vt caduca, vel in causam caduci: *vt. Cod. de cadu. tol.* ff. *pro secundo. & §. in nouissimo.*

d Fideicommissum pro donatione quę postea cadit in fideicōmissum.

h ¶ *Si pars.* donauit Titio causa mortis quantitatē vel speciem, & eandem Gaio refert onere intrinseco, vt ex eadem donatione: vel extrinseco. & primo de vno, postea de alio dicit: vt ecce, donauit qs tibi viginti causa mortis: ex his decē Seio rogauit te restituere. si tibi auferatur quarta per legē Falc. ab herede, tu quoque quartā

similiter detrahes de fideicommisso ex voluntate defuncti: quæ præsumitur nunc esse talis, vt vltra dimidiam eius quod ex donatione habes, nil Seio dares. R. & secundū hoc nō[a] est Falci. sed magis oneris partitio. & sic concor. j. *ad. l. Falc. l. pœnales. §. fi.* 2. Vel sic patitur deminutionem fideicommissarius, vt solent legatarij pati, quatenus Falcidię munus penes heredem maneat.

a Quia non fieret detractio p donatarium, *vt in l. Falcidia. §. nunquam. j. ad l. Falcidiam.*

i ¶ *Præstari voluit.* reliqua mortis causa donata. H. idem in quolibet alio legato. vt enim cætera legata, ita[b] & alimentorum deminuuntur per legem Falcid. *vt.* j. *ad legem Falcidiam. l. hereditatum.* sed hæc ea est ratio, quia non pars donationis, sed extrinsecum onus continet fideicom. *vt & supra titu.* j. *l. si mihi Stichus. Azo.*

b Falcidia detrahitur ex omnibus legatis, etiā alimentorum causa relictis.

† Sabandi quā sit res legata.

k ¶ *Onus.* vt alimenta præstentur.

l ¶ *Non dubiè.* i. sine dubio. & dic maiore quàm esset onus alimentorum. q. d. & si[c] plus esset onus quàm fuit emolumētum, necesse habet subire. sed & si maius esset quàm donatio, quandoque tenetur donatarius: *vt* j. *titu.* j. *l. si mihi Stichus.* Non est igitur ita exponendum, id est de pecunia donata: licèt Falcid. nil reseruasset. Nec d enim est argumentum necessarium si de pecunia maiori te oneraui, & de minori: quia fallit vbi pars donationis est in fideicommisso. *Accursius.*

† Donare causa mortis filiis suis spuriis mater potest.

c Onus si ab initio est maius quàm emolumentum onus sustinēdum est vide plura apud Bartol. hic vbi hanc Gloss. obscuriorem esse tex, notat.

† Falcidia actione in factū petitur.

d Oneratus in maiori pecunia, an & quando de minori oneratus intelligatur.

m ¶ *Integra.* alimenta. & facit. j. *ad leg. Falc. l. pœnales. §. si Titio.* contra Solu. Azo. ibi plenè dices. & facit. j. *de annuis lega. l. liberto. §. j. & j. ad Trebel. l. facta. §. si Titius. &* ff. *de vulga. substi. l. coheredi. §. cum filiæ. &* ff. *eo. l. si Titio. §. j. & . j. si cui plus quàm per legem Falci. l. videamus. &* ff. *eo. l. Celsus. & j. de condi. & demost. l. Plautius. §. fin. & j. proximo. §.*

Mater filius.] CASVS. Titia quæ habebat virum cui dederat in dotem centum, instituit sibi heredes Titium & Gaium; & volens donare causa mortis filiis suis quibusdam vulgo conceptis dictam suam dotem, permisit eos eam stipulari à dicto suo viro. postea rogauit dictos suos filios quibus taliter donauerat causa mortis, vt dictum est, vt dictam dotem restituerent dicto suo viro si vir eis soluerit eam ex stipulatione nunquid valet hoc fideicommis. dotis relictum viro per vxorem à filiis? Et certè sic. vnde si maritus non soluit adhuc filiis mulieris dotem, habet eius retētionem: sed Falcidia non habet locum in dicto fideicommisso: puta quia non est exinanita hereditas propter legata vel fideicommissa. si autem habeat locum Falcidia, & dictus maritus habeat adhuc penes se dotem, agent dicti filij mulieris contra maritum ex dicta stipulatione quam fecit mater interponi, & petent ab eo partem quam Falcidia requirit ex dicto fideicommisso viro relicto: & eam partem reddent filij heredibus dictæ mulieris conuēti ab eis heredibus actione in factum. [SVRDO ET MVTO.] Titio qui erat surdus vel mutus, reliqui legatum: & mandaui ei vt cū moreretur, restitueret Seio. Certè valet fideicommissum Seio relictum. nam sicut ignorantes possunt acquirere ex testamento, ita possunt grauari. & ita est de hoc muto vel surdo. *h.d. vsque ad. §. hereditatem.* Viuianus.

e Marito plus donare potest vxor quàm filiis spuriis & naturalibus ex antecedente complexu natis.

n ¶ *Permisit.* à viro: quod fieri potest, nisi ex damnato coitu sint nati: *vt Instit. ad Orfi. §. nouissime. & in Auth. quib. mo. na. effi. sui. §. fin. colla. vj.*

o ¶ *Petisset.* donationis ergo in filios collatæ pœnituisse videtur.

p ¶ *Deberi.* scil. viro à filiis donatariis qui grauari possunt: *vt.* ff. *proxi. §.*

q ¶ *Falcidiæ ratio.* quia non est exinanita hereditas.

r ¶ *Placuit.* sci. in totum.[e]

s ¶ *Alioquin.* id est si Falcidię ratio interuenit. *Azo.* Vel, i. si in donatione perseuerauerit.[f]

t ¶ *Falcidiæ parte.* i. Falc. quæ erat pars donationis. 2. Vel dic Falc.

f Donatari⁹ acceptā donationem causa mortis onus donationi impositum acceptare cogitur neque postea pœnitere potest, licet donator pœnitere possit hoc est reuocare donationē.

parte, quæ[a] Falcidia debetur ex omnibus legatis. & accipe, ex dote esse, & pet in factum actionem &c. ¶ Sed quare tenentur filij heredibus si volunt habere donationes? Respon. quia stipulando[b] semel incommutabiliter agnouisse videntur. Sed aliud in legatis: vt not. j. de dona. cau. mor. l. ei. & facit j. ad Treb. l. mulier. & l. facta. in princip.

a Falcidia detrahitur ex omnibus legatis.

b Adde Gloss. & ibi Bartolum & castrensem in l. si cui cui j. de donationibus mortis causa clarum §. donatio quaest. 14. Grassum §. donatio causa mortis quaest. 8.

a ¶ *Quæritur.* commutabiliter. nam adhuc potest repudiare: ergo non obstat supra *de condi. institu. l. si quis ita heres. quæ est contra. & facit supra quemadmodum ser. amit. l. si partem. §. j. & Cod. quando dies leg. ce. l. fina. & supra de iudi. l. cum furiosus. j. respon. in fin. & supra de reb. eo. qui sunt sub tut. l. magis. §. fundum autem legatum. & infra de act. & obliga. l. si à furioso.*

† Quid si ignoretur cui testator legauerit? debebitur ei cui testator verisimiliter dare voluerit. Bart.

Legati onus & emolumentum quæritur etiam ignorantibus. Bartol.

3. ¶ Surdo & muto qui legatum accipit, vt cum morietur, restituat: rectè mandatur. Nam & ignorantes adstringuntur fideicommisso, quibus ignorantibus † emolumentum ex testamento quæritur.[a]

Mutatione status non perditur ius eligendi: & mors ciuilis non facit conditionem existere, sed mors naturalis sic. Bartolus.

4. ¶ Hereditatē filius cū moreretur, filiis suis,[b] vel cui ex his voluisset, restituere fuerat rogatus. quo interea in insulam deportato,[c] eligendi facultatem non esse pœna[d] peremptam placuit: nec fideicommissi cōditionem[e] antè mortem[f] filij heredis existere:[g] viriles[h] autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint cum de aliis eligendi potestas non fuerit.[i]

Hæreditatem.] CASVS. Institui mihi heredem filium meum: & rogaui eum vt cum moreretur, restitueret hereditatem meam filiis suis, vel cui ex his voluerit restituere. filius meus prædictus antequam naturaliter moreretur, fuit deportatus in insulam. Certè adhuc potest eligere vnum ex filiis suis cui relinquat hereditatem meam. Item quamuis sit mortuus ciuiliter per deportationem, tamen antequam veniat mors naturalis, non cogitur filiis suis inuitus restituere hereditatem prædictam. Sed quid si tempore mortis naturalis dicti mei filij quidam de filiis suis viuunt, & quidam non: & ipse filius meus nullum elegit cui daret dictam hereditatem: & sic quilibet suorum filiorum debet habere virilem partem: nunquid heredes filiorum mortuorum, filij mei debent cum viuis habere virilem, an solummodò viui? Et dicit quòd solummodò viui. *Viuianus.*

b ¶ *Filiis suis.* sic. C. *ad Trebel. l. iubemus.*

c ¶ *Deportato.* & sic[c] ciuitatem tantùm amisit secus[d] in damnato in metallum: *vt infra ad Trebel. l. ex facto. §. si quis rogatus. & C. de dona. inter virum & vxor. l. res vxoris. & s. de donatio. inter virum & vxorem. l. sed si mors. & infra de verbo. obligat. l. ex ea. §. in insulam.*

c Deportatione ciuitas tantùm amittitur.

d Damnati ad metallū & deportati differentia.

d ¶ *Pœna.* deportationis.

e ¶ *Conditionem.* quòd bona restituantur filiis.

f ¶ *Mortem.* naturalem.

g ¶ *Existere.* incommutabiliter. s. *vt dixi. j. eo. l. pen. §. à filia.* i. vt inuitus alicui restituere teneatur. volens enim & ante restituere potest: *vt. C. de fideicommis. l. post mortem.* dum tamen duret voluntas: *vt. s. eo. l. vnum. Hug.*

h ¶ *Viriles.* puta si neminem elegerit. alioquin contra: *vt. s. eod. l. cum quidam. & l. cum filius. §. pater. & l. vnum. §. rogo.*

i ¶ *Non fuerit.* vt quia sit mortuus qui eligere debuerat: *vt. s. eod. l. vnum. §. rogo.* cum enim conditionale[e] fuerit fideicom. pendēte conditione non potuerunt transmittere: *vt. C. de cad. tol. §. sin autem.* licet quidam contra, *per. l. C. de iis qui ante aper. tabu. & facit. j. tit. j. l. vxorem. §. Seia. & j. ea. l. § pen. & j. de reb. dub. l. vtrum. § cum quidam.*

e Cōditionale fideicōmissum pendente cōditione an possit transmitti.

Qui dotale.] CASVS. Prædium inæstimatum ab vxore mea in dotem accepi: & cum non liceret mihi alienare istud prædium propter legem Iuliam quæ inhibet alienationem, & dat mulieri licentiam faciendi irritam venditionem, illud vendidi Titio pro decem, cum valeret duodecim, postea feci testamentum, & legaui dictæ vxori meæ viginti, & dicti emptoris qui totum pretium mihi soluit, scilicet decem, fidei commisi vt restitueret dictę meę vxori superfluū eius quod valebat fundus, scilicet duo. dixi enim quòd fundus valebat. xij. & ego dedi pro. x. certè emptor non tenetur fideicōmiss. de illis duobus. rogatus est enim illud restituere ad quod non tenebatur. potuit enim benè me maritum in pretio circumuenire. Sed nunquid mulier potest reuocare ab emptore dictum suum fundum? Certè sic, si non accepit legatum de viginti quod ei reliqui, & si non offertur ei per heredes mariti, vel per emptorem prædij, verum pretium prædij: id est duodecim. si autem hæc duo concurrunt, & ipsa velit venditionem rumpere: remouetur exceptione. *Viuianus.*

k ¶ *Legem Iuliam.* vt[a] *Insti. qui. ali. licet. in princi.*

a Dotalis fundus lege Iulia alienari prohibetur.

l ¶ *Dedit.* in quo erat etiam minus quàm in fundi pretio: *vt. s. eo. l. imperator. §. si centum.* Accur.

Qui legat pretium rei, videtur legare animo compensandi cum re. Bartolus.

5. ¶ Qui dotale prædium cōtra legem Iuliam[k] vendidit, vxori legatum dedit:[l] & emptoris[m] fidei commisit, vt amplius[n] ei pretium[o] restituat. Emptorem fideicommisso[*] non teneri constabat.[p] si tamen accepto legato[q] mulier venditionem irritam faceret, eam[r] oblato pretio[s] doli placuit exceptione summoueri.

Mandatum simplex cuius effectus confertur post mortem, reuocatur morte, si mandatarius sciuerit: secus si ignorauerit. Bartolus.

6. ¶ Mæuio debitori suo reus stipulandi mādauit, vt Titio cui mortis causa donabat,[t] pecuniā debitam solueret. Cum sciens dominum vita decessisse.[u] Mæ-

m ¶ *Emptoris.* istud fuit fideicommissum.

n ¶ *Amplius.* quàm legatum relictum ab heredibus.

o ¶ *Pretium.* iustum.

p ¶ *Constabat.* Imò[b] potest ab omni debitore fideicommissum relinqui: *vt. s. tit. j. l. si pecunia in fine. & l. si seruus. §. qui margarita. quæ sunt contra.* Solu. non valet ab emptore siue à debitore: vt hic, nisi debitor vtatur exceptione doli contra heredem, sicque agnoscat tacitum sibi legatum: *vt dicta. l. si pecunia. 4. responso.* sed heres tenetur cedere actiones: *vt. d. §. qui margarita.* 2. Alij dicunt quòd hic constabat quibusdam imperitis, & malè. 3. Tertij dicunt quod totum pretium fuerat solutum defuncto: sed aliquid plus valuerat fundus quàm venditus fuerat: & illud plus præcepit testator solui vxori: quod non potuit, cum non erat vltra dimidiam iusti pretij. & secundum hoc quod dicit postea, pretio, scilicet iusto. *& facit supra de fun. do. l. dotale. §. fina. & supra solu. matrimo. l. si cum dotem. §. si pater. & supra man. l. diligenter. §. j.* Accursius.

b Fideicommissum an & quomodo possit ab omni debitore relinqui.

* Flo. fideicommissi.

q ¶ *Legato.* relicto ab heredibus.

r ¶ *Eam.* vxorem.

s ¶ *Pretio.* ab emptore.

Mæuio debitori.] CASVS. Seius fuit stipulatus à Mæuio decē. hic Seius reus stipulādi cum vellet Titio donare causa mortis illa decem, mandauit prædicto Mæuio reo promittendi vt solueret dicto Titio dictam pecuniam. postea decessit Seius reus stipulandi, institutis sibi aliquibus heredibus. Mæuius debitor sciens creditorem suum decessisse, & ita mandatum esse finitum, dedit dictam pecuniam Titio. Certè non est liberatus ab heredibus rei stipulandi: imò poterunt eum nihilominus conuenire ad dicta decem. Sed quid si reus promittendi non habet vnde soluat dictis heredibus rei stipulandi? nunquid ipsi heredes poterunt conuenire Titium cui donatum fuit causa mortis, cuique soluit Mæuius debitor, vt dictum est? Certè quòd non possint eum conuenire ad integra decem, non est dubium. sed & pro eo quod quærunt heredes habere ab eo ratione Falcidiæ, non poterit similiter conuenīri: quia ipse Titius non videtur accepisse dicta decem causa mortis. nam ipsa euanuit annihilato mandato per mortem Seij creditoris, vt dictum est. quasi dicat, si esset donatio causa mortis, benè posset habere Falcidiam. Si autem dictus reus promittendi ignoraret mortuum esse Seium reum stipulandi, & soluisset dictam pecuniam Titio cui reus stipulandi causa mortis donare volebat: liberatus est debitor ab heredibus creditoris, & ipsi heredes reuocabunt à Titio portionem tantùm eis iure Falcidiæ competentem: scilicet si habet locum Falcidia in hereditate creditoris. *Viuianus.*

t ¶ *Donabat.* promittendo per stipulationem reus stipulandi Titio olim, vel hodie sine[c] stipulatione, secundùm *Azo.* alioquin non video quare in sequenti casu totum reuocaretur, cùm mandatum mortuo mandante sit finitum, & per consequens donatio. Hug. ¶ Item non audeo dicere quòd solutio per mandatum debet fieri post mortem: quia tunc non finiretur morte: *vt supra man. leg. si verò non remunerandi. §. fina.* hìc ergo inter viuos fuit conceptum, sed quantum ad effectum post mortem concipitur: quia tunc demum confirmatur donatio: vnde quædam media via in finiendo mandato eligitur, scientia ab ignorantia separata: vt hic subiicit.

c Donatio causa mortis fit & stipulatione vt hic. vel pollicitatione quadam, sicut donatio inter viuos. Berbat. pract. parte. 2. rubrica 1. vit. [illegible] nudo pacto. Clarus §. fin. §. donatio. q. [illegible] Bal. in l. 25. C. de donat. Couarruuias ad tit. de testament. parte 1. [illegible]

u ¶ *Decessisse.* ergo sciebat vel scire debebat mādatū reuocatū: *vt C. mā. l. mādatū. & Insti. mā. §. rectè. & s. mā. l. inter causas in prin.*

Dandam

uius pecuniam dedisset, non esse liberationem securam constitit: nec si Mæuius soluendo non esset, in Titium actionem solidi, vel iure Falcidiæ dandam esse:[a] quia mortis causa cepisse non videretur. Diuersum probandum foret, si Mæuius ignorans dominum vita decessisse, pecuniam errore lapsus dedisset. tunc enim portio iure Falcidiæ reuocaretur[b].

Portio deficiens defertur à substitutis & coheredibus cum onere suo. Bartolus.

7. ¶ Cū pater[c] fideicōmissum prædiorū ex testamento matris filiæ deberet eandem[d] pro parte ita heredem instituit, vt hereditatem fideicommisso compēsaret:[e] eadémque prædia filio † exheredato dari voluit. Quamquá filia patris hereditaté suscipere noluisset, fideicommissum tamē ab heredib. esse filio præstádum, ad quos hereditatis portio quá accepit[f] filia, redierat,[g] placuit. quòd si alium filiæ substituisset, cum[h] oportere filio fideicommissum reddere.

In prælegato vni non debetur euictio: secus si pluribus prælegatur. Bartolus.

8. ¶ Euictis[i] prædiis quæ pater qui se dominum esse crediderit, verbis fideicommissi filio reliquit nulla cum fratribus & coheredib. actio erit. Si tamē inter filios diuisionem fecit:[k] arbiter coniectura voluntatis non pátietur eum[l] partes coheredibus prælegatas restituere, nisi parati fuerint & ipsi patris iudicium fratri conseruare.

Si testator iubet heredem dotem filiæ stipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, non ea superuiuente. Item sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Bartolus.

9. ¶ Pater certam pecuniam exheredatæ filiæ verbis fideicommissi reliquit, eamque nupturæ dotis nomine dari voluit, filio dotem stipulante.[m] cum filius minorem dotem dedisset,[n] superfluum esse filiæ reddendum constabat. Diuortio quoque secuto fideicommissum filiam rectè petituram, vt actio stipulationis sibi præstaretur: quoniam verisimile non erat, patrem interponi stipulationem voluisse[o], quò filia post primas † nuptias indotata cōstitueretur. cæterum si postea nuberet, ad secundas nuptias cautionem extendi non oportere.[p]

a ¶ *Dandum esse.* heredibus institutis: scilicet condictione sine causa, quæ[a] consueuit dari pro reuocandis huiusmodi donationibus infirmitatis, in solidum: vel si sint confirmatæ, quo ad Falci. *vt hic & s. de donatio. causa mortis. l. senatus. §. j. & C. ad leg. Fal. l. si mortis.* & redditur hic bona ratio. ¶ Sed an si quis soluit, possit repetere? Respond. non videtur quòd possit: quia sciens[b] soluit indebitum: nisi ponas quòd errore iuris soluerit id indebitū. ¶ Et sic not. quòd stultitia[c] soluentis lucratur donatarius: *vt infra ad legem Falci. l. ij. in princip.*

b ¶ *Reuocaretur.* per heredes domini. ¶ Et nota mirabile[d] quòd ignorantia alterius, scilicet Mæuij, facit non finiri donationem à creditore in Titium collatam. & sic est cōtra supra *de iur. & fac. ignoran. l. iniquissimum.* 2. Vel dic quòd Mæuius promisit centum mortuo Titio iussu creditoris: & eidem iussit soluere. si ergo ignorabat Mæuius cum ille percepit debitum, repeti non potest, secundum *Azo.* ¶ Item no. quòd hic finis corrigitur per. *Cod. de dona. l.*[e] *si quis argentum.*[f] *§. fina.* quasi in nihilum hodie reuocetur, secundum Rog. & quod hic scripsit, respicit antiqua tépora, &c. quod Hug. non placet, quia dixit mandatum finiri morte: & per consequentiam videtur reuocata donatio: nisi quando sciuit Mæuius. & facit supra *de iudici. l. de qua re. §. fina. & infra de solu. l. fin. & C. de actio. & obliga. l. si quidem. & infra de dona. l. hoc iure §. si quis.*

Cum pater.] CASVS. Titia instituit sibi heredem Seium maritum suum, & rogauit eum per fideicommiss. vt filiæ eorum communi quædam prædia præstaret. prædictus Seius instituit prædictam filiam cum quibusdam aliis ea conditione vt partem in qua eam instituerat, compensaret cum fideicommisso prædiorū quod ei filiæ debebat ex testamento dictæ Titiæ suæ vxoris. & iussit prædictus Seius pater dictæ filiæ & suis coheredibus vt dicta prædia darent Gaio filio dicti Seij, quem exheredauit. filia autem prædicta noluit accipere partem hereditatis patris in qua eam instituit, vt dictum est: & sic illa pars deuenit ad coheredes filiæ. nunquid ipsi coheredes tenentur dare dicto filio exheredato dicta prædia? Certè sic, quamuis non ipsi sed filia habet prædia. Sed quid si dict[us] pater instituit filiam pro parte, & substituit Sempronium filiæ in dicta parte hereditatis, & filia noluit heres esse, & sic habet partē filiæ substitutus eius? Certè debet tantùm de fideicommisso præstare dicto filio exheredato, inquantum filia teneretur si non repudiasset hereditatem. *Viuianus.*

c ¶ *Cum pater.* ab vxore institutus, & rogatus vt quædam prædia filiæ daret per fideicommissum.

d ¶ *Eandem.* s. filiam.

e ¶ *Compensaret.* quod potuit: *vt. s. ti. j. l. cum ab vno.* sed hoc non dicto fideicommissum deduceret, & hereditatem haberet: *vt. C ad leg. Falci. l. in imponenda.*

f ¶ *Accepit.* destinatione.

g ¶ *Redierat.* vel iure accrescēdi. & sic cum onere: *vt. C. de cadu. tol. §. his ita.* vel quia erant substituti, vt statim subiicit.

h ¶ *Eum.* substitutum: *vt. j. ea. l. §. ab instituto. & s. ea. l. si Titio. §. j. & C. ad Treb. l. non iustam. & s. tit. j. l. si duobus. §. j. & s. tit. ij. l. quidam.* ¶ Item not. secundum Hug. quòd hoc videtur hodie[g] correctum: *vt. C. communia de leg. Auth. res quæ.*

a Conditioné ex lege, dari p reuocādis mortis causa donationibus, hinc colligit Guido Papæ. singul. 75.

b Indebitum scienter solutū, an possit repeti.

c Donatarius stultitia soluētis lucratur.

d Vide hic Bal. in fi.

e v. Romanum singul. 325.

† Sunt qui putent leg. filio, contra fidē Fl. & scriptorū librorum, ob id quòd ad finem §. legunt filiæ.

f Lex si quis argentum, locum cum habet in donatione causa mortis.

g Imò non corrigitur: quia hic non dicitur hæc prædia deberi filio exhæredato in vita filiæ, sed hæredem cogi redimere ea prædia & cogi date filio exhæredato. Potest igitur res restitutioni obnoxia legari, sicut legatum rei alienæ, vel futurū alienum post mortem testatoris. *l. vnum ex familia. §. sed et si fundum. l. 10.*

Euictis prædiis.] CASVS. Titius instituit sibi tres suos filios, & vni prædium prælegauit: quod prędium suum credebat esse dictus Titius: & aliis nihil prælegauit. habuit prædium à coheredibus ille cui prǫlegatum est, & est ei euictum. nunquid aget de euictione contra fratres? Certè non iam enim cresceret inuidia inter eos. si autem & aliis fratribus prælegauit, & isti euictum est dictum prædium: si alij petant ab eo partes rerum eis prǫlegatarum, non restituet eis nisi & ipsi patris iudicium ei conseruent satisfaciendo ei de prædio quod sibi euictum est. *Viuianus.*

i ¶ *Euictis.* refert an vni tantùm filiorum rem certam prælegauit: quo casu non agitur nomine euictionis. an omnibus: quo casu agitur. ¶ Sed oppono. Imò[a] videt posse agi, cum sit coniuncta persona: *vt. C. eodem. l. cum ali.* Solu. hic speciale, ne[b] crescat inuidia inter fratres: *vt. Cod. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. j.* 2. Vel vt ibi. ¶ Itē ad idem contra. *C. de inoffic. testamen. l. scimus §. j.* Solu. ibi. ¶ Itē contra ad idem supra *titu. j. l. non quocunque. §. j.* Solu. ibi. ¶ Item contra infra *ti. j. l. qui concubinam. §. si heres.* Solu. hic in genere, ibi in specie fuit legatum. Item facit. *Cod. de euictio. l. ij. & supra de donat. l. Aristo. & infra de vsufruct. leg. l. si à Sticho. §. fina.*

k ¶ *Fecit.* scili. pater. Accursius.

l ¶ *Eum.* cui prælegata sunt euicta, & sic ope exceptionis. sed potest dici quòd habeat actionem quasi fuerit diuisio inter eos facta ab eis: *vt. C. communia vtriusque iudi. l. si fratres.* 2. Vel refert diuidat testator, vt hic: an partes, vel iudex, vt ibi: quod est verius. & facit. *s. titu. j. l. si domus. §. j. & quod ibi notatur.*

Pater certam.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suū, & filiam exheredauit, & eidem filiæ centum per fideicommis. reliquit: & iussit dicto filio vt daret in dotem prædicta centum marito filiæ, & sibi filio stipularetur. filius autem non dedit marito filiæ nisi quinquaginta. Certè alia quinquaginta debet dare filiæ. nam centum continebantur in fideicom. filiæ, vt dictum est. Quid autem si diuortium fiat inter dictā filiam & maritum suum? Certè petet filia actione ex testamento à fratre suo fideicōmissum. i. tanquam quoddam fideicommissum petet filia à fratre, quòd actio ex stipulatione fratris proueniens contra maritum, sibi filiæ cedatur per fratrem contra maritum. & reddit in litera rationem planam quare hoc debet fieri, ibi, quoniā verisimile, &c. Quid si facto dicto diuortio filia nubat secundò, & filius testatoris velit stipulari dotem à secundo marito, quia testator voluit quòd stipularetur à primo, vt dictum est? Certè non potest. *Viuianus.*

m ¶ *Stipulante.* hoc totum voluit pater, scilicet filium etiam stipulari dotem.

n ¶ *Dedisset.* per quod videbatur satisfactum voluntati patris.

o ¶ *Voluisse.* subaudi, propterea: quò,[c] pro vt, &c. sed & si voluisset, non[d] valeret, tum[e] fauore dotis: *vt supra de pac. do. l. ij.* Tum quia Falcidiam[f] iure naturæ debet habere: *vt. C. de inoffic. testa. l. quoniam. in princip.*

p ¶ *Non oportere.* sic. *s. de verbo. sign. l. boues. §. hoc sermore. & s. de iure dot. l. dotis. & facit in eod. titu. l. stipulatio quæ. & C. de rei vxo. actio. Authen. sed & quamuis.* Accur.

A filia pater.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filiā suam Seiam, & rogauit eam vt duo prædia restitueret post mortē suam

a Euictio an & quando debeatur coniunctæ personæ, adde hic Bal.

b Inuidia inter fratres tollēda

† Primus actus intelligitur in verbis simpliciter prolatis seu verba simpliciter prolata referūtur ad primum actū.

c Quo, pro, vt.

d Lex enim alitur coniectura, quæ locum nō habet in casu certo.

e Hanc interpretationem probat Bartol;

f Legitimam id est institutionis liberi habere debent.

filiæ, vni ex liberis suis filiæ, cui ipsa filia vellet. ipsa autem donauit inter viuos vni ex filiis suis. Certè videbatur sapientibus non tenere dictam donationem inter viuos incommutabiliter: & hoc ideo, quia fideicommissum datum erat filiis post mortem filiæ, vt dictum est, qui dicitur dies incertus, & non venerat adhuc tempore quo ipsa donauit inter viuos: vnde poterit mater mutare voluntatem donec viuet. secus autem si certæ personæ ex filiis suis rogata fuit restituere post mortem suam filiæ: quia tunc benè valet dicta donatio inter viuos: quia illa certa persona habitura esset fideicommiss. etiam non interueniente matris electione. *Vivianus.*

† Eligere in morte qui debet, non potest præuenire tempus eligendi.

† Nam, pro sed, quidam positũ putant.

a ¶ *Suis.* scilicet filiæ. Accursius.

b ¶ *Non esse electionem.* accipe, videbatur, quod est infra. Sed contra supra. *eod. l. vnum in princ.* vbi est electio nisi reuocet. Sol. dic non esse electionem, scilicet incommutabiliter factã: quia adhuc potest mutare, & alium eligere: *vt supra ea. l. §. hereditatem.* sed propter commodum medij temporis valet, vt ibi. 2. Alij vt R. dicunt nullo modo eligi propter incognoscibilem personam fideicommissarij. & secundum hoc etiam commodum medij temporis reperitur: *vt supra de condict. indeb. l. sufficit.* ¶ Item contra C.

Cui committitur electio personæ cum moreretur: non potest antè tempus cum effectu eligere. Bartolus.

10. ¶ A filia pater petierat, vt cui vellet ex liberis suis [a] prædia cum † moreretur restitueret. vni ex liberis prædia fideicommissi viua donauit. Non esse electionem [b] propter incertum diem fideicomissi certę donationis videbatur. Nam † in eum [c] destinatio dirigi potest, qui fideicommissum inter cæteros habiturus est, remota matris [d] electione.

Manumissi ex causa fideicommissi continentur appellatione libertorum testatoris. Bartolus.

11. ¶ *Fidei heredum meorum committo ne fundum Tusculanum alienent, & ne familia nominis mei exeat.* Secundum voluntatem [e] eos quoque inuitatos [f] intelligendum est, quibus heredes [g] extranei fideicommissam libertatem reddiderunt.

Fideicommissum factum in testamento, censetur repetitum in codicillis de bonis in illis relictis.

12. ¶ *Fidei tuæ committo vxor,* [*]

* *Alcia. lib. 4. dissun. cap. 1.*

de fideicommiss. l. post mortem. vbi etiam antè restituit. Solu. [a] aliud esset si certæ [b] personæ post mortem suam quis hereditatem restituere fuerat iussus. tunc enim quandocunque vellet restituere, voluntas defuncti non aduersatur. at hic secus propter incognoscibilem fideicommissarij personam: *vt. j. tit. j. l. vxorem. §. Scæuola.* 2. Vel solue vt ibi.

a Vel, ibi restitutio fieri debeat vni tantùm: hic vni ex pluribus. vnde heri potuit vt electus, tẽpore mortis non viueret.

b Restitutio hęreditatis certæ personæ fieri iubeatur: an cui hæres moriens voluerit, interest. Priore casu, hæres quandocunque etiam inter viuos restituere potest. Posteriore, nõ potest. *vt hic.*

c ¶ *Nam in eum.* benè dico electionem non tenere, quia adhuc potest eligere vnum alium de filiis: quia nulla facta electione admittebatur ad fideicommissum vna cum aliis filiis demum ergo morte insecuta firma est electio vltima.

d ¶ *Matris.* eiusdémque filiæ. & facit. j. *de manu. testa. l. libertas. in prin. & l. qui duos §. fi. & s. ti. j. l. filiusfami. §. diui.*

Fidei heredũ.] CASVS. Titius instituit sibi duos filios heredes, & ita dixit postea: Rogo dictos meos heredes ne alienent fundum meum qui vocatur Tusculanus, & ne exire permittant de mea familia, i. ne alienent fundum meum in aliquem qui non fuit de mea familia. Certè si heredes alienent dictũ fundum in extraneos, illi de familia possunt admitti ad reuocandũ fideicommissum. & certè non solùm illi qui sunt proximiores in familia, admittuntur ad reuocandum, sed etiam eis deficientibus admittuntur illi liberti quibus etiam extranei heredes dederunt fideicõmissariam libertatem. i. à Titio defuncto per fideicommissum relictam. *Vivian.*

e ¶ *Secundum voluntatem.* illius testatoris.

f ¶ *Inuitatos.* ad reuocandum si alienent.

g ¶ *Heredes.* istius testatoris iudicio, non heredis. nec [e] enim sunt liberti heredis, sed defuncti: *vt. j. ti. j. l. pater. §. j. & j. de adimen. le. l. ij.* quæ sunt cõtra. & facit. *C. de ver. sig. l. fi. & s. ti. j. l. filiusfamilias §. diui.* ADDITIO. Dic quòd ibi fuerunt manumissi iudicio heredis, hic iudicio testatoris, *secundum Bart. hic.*

e Familia defuncti cõtinentur testamẽto hæredis, fideicommisso, manumissi.

Fidei tuæ.] CASVS. Titius sibi instituit heredem Seiam vxorẽ suam cum quibusdam aliis, & dotem quam habuerat ab ea, ei prælegauit: & postea ita dixit: Rogo te Seia per fideicom. vt quidquid ad te peruenerit aliquo nomine de bonis meis, restituas filiæ meæ cum tu morieris. postea idem Titius fecit codicillos, & in eis quędam alia eidem vxori legauit. mortua est dicta vxor. petit filia testatoris ab heredibus vxoris nõ solum ea quæ legata sunt vxori in testamento, sed etiam ea quæ in codicillis. quæritur, vtrum possit. Et respon. quòd sic præter dotem vxori prælegatam: & ad vtrumque reddit plenam rationem. *Vivianus.*

h ¶ *Continebuntur.* quid miri, cũ verbũ [a] peruenerint, sit futuri tẽporis? sed fortè hìc in præterito posuit. sic & aliàs. s. *ti. j. l. talis scriptura. §. fi. & l. seq.* Azo. ¶ Itẽ cõtra. j. *ti. j. l. vxori. §. vxori.* Solu. ibi in donatione inter viuos, quæ [b] statim cum fit, cedit: hic autem tam relicta codicillis quàm testamento, eodem tempore cedunt, scilicet post mortem: *vt. s. titu. ij. l. ab intestato. in fine.*

a Verbũ quod accipi potest in præterito & futuro, in dubio vtrumque tempus cõplectitur.

b Dies donationis inter viuos statim cedit: codicillis vel testamento relicti, post mortem.

vt des vt restituas filiæ meæ cum morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit. Etiam † ea quæ postea codicillis † vxori dedit, fideicommisso continebuntur. [h] nam ordo [i] scripturæ non impedit causam iuris ac voluntatis. sed dos prælegata retinebitur: [k] quoniã reddi [l] potius videtur quàm dari. [m]

† Vniuersalia verba includunt præcedentia & futura.

† Fideicõmissum etiã in codicillis sine mẽtione prioris testamẽti fieri potest. *l. 2. & ibi Gloss. C. de codicillis, casus ponitur in l. codicillis. in prin. de vsufru. lega.*

i ¶ *Ordo scripturæ.* sic. j. [c] *de sol. l. nec enim.* ¶ Sed arg. contra. j. *eo. §. penul.*

k ¶ *Retinebitur.* ab ipsa vxore: quia vxor retinebit in dotem.

l ¶ *Reddi.* isti priori. *Accursius.*

m ¶ *Quàm dari.* sic d. s. *depo. l. j. §. eleganter. & facit ad. §. j. de auro & argen. leg. l. vxoris. §. j. & infra de dote præleg. l. ij. in princip. & §. fin. & j. ad Treb. l. cum heres. & l. Lucius. §. maritus & j. ad l. Falci. l. sed vsumfruc. §. dos. & . Cod. ad leg. Falci. l. in imponenda. & l. irritum.*

* partem eius.

c Ordo scripturæ non attẽditur, sed voluntatis.

d Dos prælegata, reddi potius quàm dari videtur.

Filius naturalis in seruitute conceptus excludit substitutum. Bartolus.

3. *Volo prædia dari libertis meis. quod si quis eorum sine liberis vita decesserit, partes* [*] *eorum ad reliquos pertinere volo.* Collibertum patris eundémque filium ex voluntate substitutionem excludere placuit. [n]

Volo.] CASVS. Titius institutis sibi heredibus ita dixit: Talia prædia volo dari talibus libertis meis: & si quis eorum libertorum decesserit sine liberis, partem eius volo ad reliquos libertos pertinere: quasi dicat, si aliquis eorum libertorum decesserit, & reliquerit liberos suos, liberi eius habeant. & sic colliberti heredes dederunt prædia dictis libertis. vnus eorum libertorum qui conceperat filium in seruitute, & cum eo postea manumissus fuerat, & sic habebat filium naturalem, & non legitimum, decessit eo relicto. nunquid ille filius naturalis habebit partem prædiorum quam habebat pater suus, ita quòd alij colliberti ab ea excludantur: Et dicitur quòd sic. *Vivianus.*

n ¶ *Placuit.* est filius, & de libertis: quia hic filius simul cũ patre fuerat manumissus. qui pater decedit nõ relicto alio filio. hic ergo naturalis [e] pro legitimo succedit hodie: *vt Institu. de gradi. §. illud Azo. & sic est. j. eo. l. Lucius. §. fi. & j. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis rogatus.* ¶ Sed contra. *C. de Instit. & substitu. l. generaliter. § fin.* & dic vt ibi. Item facit j. *de alimen. lega. l. ij.* Accursius.

e Sine liberis nõ decedit, qui moritur relictis liberis naturalibus.

Frustra legatur debitum creditori à debitore. Item dilatio in tempus non perfectæ ætatis creditoris fauore præsumitur. Bartolus.

14. ¶ Curatoris sui frustra fideicõmisisse videbatur, vt heredi fratri negotiorum gestorũ rationẽ [o] redderet. Quamquam igitur [p] testamento cautum esset, vt cum ad statum [q] suum frater peruenisset, ei demum solue-

Curatoris sui.] CASVS. Titius adultus curatorem habens fecit testamẽtum, & instituit sibi heredem fratrem suum qui erat adultus similiter, & curatorem habens: & rogauit hic Titius curatorẽ suum proprium vt dicto suo fratri redderet rationem eorum quæ administrauit: quod quidem necesse habebat dictus curator facere & ita postea subiunxit dictus Titius: Tu curator meus tunc demum soluas dicto meo fratri illud quod apparebit te debere ex administratione curæ meæ, cum ipse frater meus erit maior vigintiquinque annis. quæritur, an frater heres possit agere contra cura. fratris mortui antequam habeat vigintiquinque annos? Et certè dicitur quòd sic. & reddit rationem, cum illis verbis, & cætera. *Vivianus.*

o ¶ *Rationem.* & quia non est oneratus in aliquo: *vt. C. de fideic. l. ab eo.* & quia sine hoc tenebatur curator. & ita nec rectè grauari nec onerari valet.

p ¶ *Quamquam igitur.* infert fideicommissum nullum: ergo [f] dilatio data ad idem soluendum nulla est. sic & aliàs. j. *de verb. obli. l. eum qui ita. §. te & Titium.* Et est alia, quia fauore fratris erat data dilatio: *vt. s. eo. l. si ita. §. Pegasus. Azo. & j. de an. leg. l. cum.* & secundum hoc non ob. *C. quando di. leg. ced. l. ex his.*

f Dilatio fideicommissi solu[...] nulla est.

q ¶ *Ad statum.* i. maiorem ætatem. quod dic vt. j. *titu. proxi.* cum filiofamilias.

Ab instituto extraneo.] CASVS. Institui mihi heredem quendam qui erat mihi extraneus, & reliqui per fideicommissum quæ-

dam

dam prædia libertis meis quibusdã cum moreretur dictus heres: & petij ab eodẽ herede ne alienaret prædicta prædia extra familiam meam. & postea dedi substitutum dicto heredi. heres institutus repudiauit hereditatem, & ita habet eam substitutus. nunquid substitutus tenetur libertis prædictis dare dicta prædia, sicut heres tenebatur, & sub eadem conditione. scilicet cum moreretur substitutus? Nam sub illa erant relicta ab instituto, vt dictum est. Et certè respõdetur quòd sic. Viuianus.

a ¶ Substitutum. scil. vulgariter.

b ¶ Debere. facit supra ea. l. §. cum pater. & . ʒ. eod. l. si Titio. §. Iulianus.

c ¶ Instituti. i.[a] substituti. nam omnis[b] substitutus est institutus: vt infra ad. l. Falcid. l. in ratione. & l. j. §. si filio. H. 2. Vel dic propriè, arg. Cod quando dies lega. ced. l. ex his. Sed quicquid dicas, est contra. ʒ. de here. institu. l. sub conditione. Solu. siue repetam legatum, siue substituam, & nihil dicam de conditione: purè videor repetere & substituere: vt. ʒ. titu. j. l. licet. & . l. si quis à filio. & l. si cui. §. j. quæ sunt contra similiter. sed hic non repetiit testator: sed lex repetiit sub eadem conditione, arg. C. de cadu. tollen. §. si verò non omnis. in fin. Item facit. ʒ. de adimen. leg. l. legatum sub conditione. & supra titu. j. leg. seruo alieno. §. penultimo. Accursius.

retur: tamen sub curatore alio fratrem agentem rectè placuit actionem inferre: cum illis verbis fratri potius consultum videretur, quam solutio quæ iustè fieri potuit, dilata.

Relicta ab instituto videntur repetita à substituto per legem sub eadem conditione. Bartolus.

15. ¶ Ab instituto extraneo prædia libertis, cum moreretur, verbis fideicommissi reliquerat: & petierat ne ex nomine familiæ alienarentur. Substitutum[a] ea prædia debere[b] ex defuncti voluntate respondi. Sed vtrum confestim, an sub eadem conditione, voluntatis esse quæstionem. sed coniectura ex voluntate testatoris capienda, mors instituti[c] expectanda est.

Legatum vniuersitatis iure valet etiam si incommodũ contineat. Bart.

16. ¶ Mensæ[d] negotium ex causa fideicommissi cum indẽnitate heredum per cautionem susceptum, emptioni simile videtur: & ideo non erit quærendum, an plus in ære alieno sit, quàm in quæstu.[e]

a Institutus pro substituto.
b Substitutus omnis, institutus est.

Mensæ negotium.] CASVS. Titius conduxit à fisco vel ab alio negotium, i. commodum & incommodum mensæ nummulariæ vel argentariæ. postea decedens instituit sibi heredes, & per fideicommissum reliquit Sempronio dictam negotiationẽ. Sẽpronius fideicommiss. suscepit ab heredibus dictam negotiationem, & cauit eis se conseruaturum eos indemnes ab omni eo quod mensæ creditorib. debeatur. Certè ista talis susceptio videtur similis emptioni, in qua licitum est contrahentibus se decipere. & ideo etiã si plus sit in ære alieno, tamen ex cautione tenebitur fideicommissarius ad præstandum indemnitatem heredibus: & sic inuenitur fideicommissarius deceptus in cautione quam fecit heredibus: sicut & in emptione dixi. Viuianus.

d ¶ Mensæ inde mensularius, qui[c] præest mensæ, in qua sunt debita & credita. & ponit mensam[d] pro vniuersitate debitorum & creditorum in eadem statione: vt infra de priuil. cre. l. si ventri. §. in bonis. & supra de pign. a. l. cum tabernam. Reliquit ergo hic testator mensam per fideicommissum. heredes autem timentes ne creditores mensæ conuenirent eos petierunt & habuerunt cautionem indemnitatis à fideicommissario. tenet quidem cautio, licèt fideicommiss. decipiatur: quia plus est in ære alieno quàm in quæstu: quia hoc videtur simile venditioni: in qua si alter decipiatur[e] re ipsa, nihilo minus statur venditioni: vt supra de minorib. l. in causæ. §. penult. & facit supra titul. j. l. imperator. §. si centum. ¶ Sed an hic fideicommissarius teneatur creditoribus? dic vt not. supra eo. l. si quis seruis. §. fina. ¶ Item proprietas loci vbi sita est mensa, non curo cuius sit, legantis, vel ab alio conducta: quia ipsa non fuit legata.

c Mensularius qui præest mẽsæ, in qua sunt debita & credita.
d Mensa est vniuersitas debitorum & creditorum in eadẽ statione.
e Decipere licet mercatoribus se inuicẽ: vel, Deceptio inter mercatores permissa.

e ¶ Quæstu. ʒ. pro socio. l. coiri. & l. quæstus. & ʒ. quan. act. de pecu. est. an. l. j. §. pen. ibi, Pegasus autem &c.

Pater filiæ.] CASVS. Maritaui filiam meam Titio, & ei filiæ nubenti donaui quædam mancipia simpliciter: & sic donatio non valuit. postea feci testamentum, & institutis mihi heredibus dicta mancipia per fideicommissum reliqui eidem filiæ, & ita expressè confirmaui donationem prædictam. trahitur ergo retro tantum donatio: vt etiam si mancipia sint mortua antè dictum testamentum, nihilominus partus pertineat ad filiam ex causa fideicommissi. & idem est in donatione quã fecit maritus vxori matrimonio constante, & postea confirmat. Viuianus.

f ¶ Mancipia. vel æstimata vel inæstimata: & ita debetur vtroque casu filiæ æstimatio: quia[a] rem alienam filiæ potuit legare, debeatur filiæ à marito, an non: quia non[b] concurrunt duæ causæ lucratiuæ. maritus enim non donauit vxori: vt infra de act. & oblig. leg. si is qui. & infra de libe. leg. l. iij. §. fin. secus si pater primò legasset, & postea in dotem dedisset. Azo. quod dic vt. C. eod. leg. filia & supra titu. j. leg. huiusmodi. §. cum pater.

a Legata re aliena debetur æstimatio.
b Idem, filia nõ consequitur à patris hærede & à viro soluto matrimonio.

Si pater legat filiæ res quas dedit in dotem filiæ, debetur æstimatio ipsarum, & earum quæ ex eis natæ sunt, si sunt dotales. Idem si res donatæ legentur vxori. Bartolus

17. ¶ Pater filiæ mancipia[f] quæ nubenti dedit, verbis fideicommissi præstari voluit. Partus susceptos, etsi matres antè testamentum mortuæ fuissent, ex causa fideicommissi præstandos[g] respondi: nec aliud[h] in vxore confirmatis donationibus[i] pridem obseruatum est.

Per simplicem diuisionem non tollitur ius fideicommissi: & ideo non tenetur quis de periculo rerum vltra quàm teneretur primò. Bartolus.

18. ¶ Hereditatem[k] † post mortem suam rogati restituere, nominum † periculo quæ per diuisionem obtigerunt, inter coheredes interpositis delegationibus non adstringuntur: non magis quam prædiorum,[l] cum[m] permutatio † rerum discernens communionem[n] interueniet.

Qui legat hereditatem sibi quæsitam, non videtur legare fructus quos ipse consumpsit. Bartolus.

g ¶ Præstandos. Contra infra titul. j. l. vxorem. §. sorori. Solu. hoc ideo contingit, quòd[c] hi partus dotales sunt: ideóque si appellatione dotorum[d] in dotem contineantur, non est mirum: vt Cod. de rei vxor. act. le. j. §. itaque. & supra de iure dot. l. cum post. §. fina. Ro. & eodem modo non obstat supra de vsu. l. Paulus respondit, in ra. in principio. §. j. nam ibi non processerant à legante matres: vt hic fuit. licet ergo non sint in dotem dati, sed potius nati, quasi per medium in dotem dati & ipsi videntur occasione matrum, siue inæstimati, secundùm Rom. siue etiam æstimati, secundùm: Azo.

h ¶ Nec aliud. Imò idem multò magis. quia trahitur retro: vt. Cod. de donat. inter virum & vxor. l. antepenultima.

• Dotali mancipio seu ancilla legata, partus dotales legati intelliguntur.
d Dos & in dotem data legentur interest. Bart. & Bal.
† l. qui Romæ. §. vlt. de verb. obl.
† Renunciare substitutioni fideicõmissariæ non censetur qui cum cohærede diuidit hæreditatem.
† Permutatio rerum est diuisio: quæ instar permutationis obtinet.

i ¶ Donatiobus. à viro viuente collatis. Rog. & dic tacitè vel expressè. Azo.

Hereditatem.] CASVS. Institui mihi sex heredes: & rogaui tres eorum vt partes eorum de dicta hereditate mea restituerent Titio post mortem suam heredum. dicti heredes diuiserunt inter se nomina hereditaria, ita quòd cuilibet ex heredibus adsignati fuerunt certi debitores, & delegationes inter eos factæ fuerunt. illi autem debitores qui fuerãt delegati illis tribus heredibus qui fuerunt rogati de restituendis partibus eorum Titio, fuerunt facti non soluendo viuentibus tribus dictis heredibus. mortuis tribus heredibus prædictis vult Titius cui ipsi debebant restituere, vt dictum est, partes eorum: nunquid erit heredum mortuorum periculum nominum prædictorum? Certè non, sicut nec periculum prædiorum debet ad eos pertinere quando ipsi heredes diuiserunt communionem prædiorum permutando res & prædia hereditaria inter se, id est quia vnus coheres dat alteri partem quam habet in vno prędio vt in alio prędio recipiat ab eo partem quam non habet. Viuianus.

k ¶ Hereditatem. Duo instituti, & de restituẽdo post mortem rogati, non tenentur de periculo nominum vel corporalium rerum: licèt diuiserunt[e] hæc inter se. & hoc nisi lata[f] culpa intercedat: vt ʒ. ad Trebel. l. mulier. §. si enim. & l. deducta. §. cum autem. & ʒ. ti. j. l. si seruus legatus. §. cum quid.

l ¶ Prædiorum. periculo. Azo.

m ¶ Cum. i. quando.

n ¶ Communionem. per diuisionem. Azo.

Filia mea.] CASVS. Institui mihi heredem filiam meam cum quibusdam aliis, & ita dixi: Volo quòd filia mea habeat antè partem domum meam Titianam quæ fuit matris suæ. Certè de domo non est dubium quin debeat habere filia. Sed nunquid debet habere fructus quos percepit pater ex dicta domo post factum testamentum, & antè mortem sui patris? Et certè sic, si pater cum eos colligebat, ponebat separatim & per se, nec eos consumebat, vel in patrimonium suum vertebat. aliàs autem non videntur filiæ relicti. Viuianus.

e Restituere hereditatem post mortem suam grauati filij, possunt eandẽ hæreditatẽ inter se diuidere.
f Hæres latam culpam præstat fideicommissario, non leuem aut leuissimã. Proinde si res fideicommissi obnoxiæ legi aut leuissima culpa hæredis deteriores factæ sint, nihil fideicommissario præstabitur.

a ¶*Filia.* pater loquitur.
b ¶*Rem.* quæ olim in totum, hodie quo ad vsumfructum patri quæritur.
c ¶*Medio.* antè mortem, & post testamentum.
d ¶*Nec in separato.* tunc enim esset contra. j. *titu. j. l. xj. §. si rem. & j. de adimen. leg. l. pen. §. fi.* ¶ Item contra. j. *de pecu. leg. l. fina.* Solu. ibi.
e ¶*Conuertit.* supra. *e. l. Lucius.*

† Maternarum rerum appellatione non continetur fructus post mortem matris, nati & percepti: *adde s. j. cum prædiũ. l. Paulus. j. de pignorib. l. i. §. pen. j. quæ in fraud. credit.*

19. ¶ *Filia*[a] *mea præcipiat, sibique habeat volo rem*[b] *matris suæ.* Fructus † quos medio[c] tempore pater percipiet, nec in separato[d] habuit, sed absumpsit, vel in suum patrimonium conuertit:[e] non videntur filiæ relicti.

Dictum restringitur per rationem. Bartolus.

20. ¶ *Dulcissimis*[f] *fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcunque*[g] *mihi supersunt in Pamphilia, Lycia, vel vbicumque, de maternis bonis concedi* † *volo, ne* † *quam*[h] *cum his controuersiam habeas.* Omnia corpora maternæ hereditatis quæ in eadem[i] causa dominij manserunt, ad voluntatem fideicommissi pertinent. Ex iisdem igitur facultatibus percepta pecunia,[k] & in corpus proprij[l] patrimonij versa,[m] item iure diuisionis res propriæ factæ, non præstabuntur: cum discordiis[n] propinquorum sedandis prospexerit, quas materia communionis † solet excitare.[o]

Dulcissimis fratribus.] CASVS. Titia habens duos fratres, & vnum filium, instituit sibi heredem filium: & ita locuta est filio in testamento: Volo concedi per te filium omnia quæcunque mihi supersunt in Pamphilia, Lycia, vel vbicunque de aliis meis bonis, fratribus meis, qui sunt tui auunculi: & hæc omnia ideo relinquo eis, quia nolo quòd cum eis habeas aliquam controuersiam. Certè hæc ratio posita in fine verborum testatricis facit vt mulier videatur reliquisse fratribus omnia quæ sunt ei communia cum fratribus: cum per illam rationem videatur ipsa prospexisse vt sedaret discordiã filij & fratrum: quas discordias solet excitare communio: nõ autem videtur eis fratribus suis reliquisse alia quæ non remanserunt ei mulieri communia cum fratribus: de quibus exemplum ponit ibi, ex eisdem igitur &c. *Viuianus.*

† Concedendi verbo continetur seu cõtineri atque intelligi potest dominij trãslatio.
† Ratio legato adiecta legatũ restringit.
† In hanc sententiam multa præclarè Arist. *lib. 2. Polit. ca. 5.* & Valer. Max. *lib. 7. cap. 8.*

Traditio clauium & assignatio rerum in dubio præsumitur causa custodiæ si titulus habilis non præcedit ad dominij translationem. Bartolus.

21. Pater pluribus filiis heredibus institutis moriens claues & anulum custodiæ causa[p] maiori natu filiæ tradidit: & libertũ eidem filiæ, qui[q] præsens erat, res quas sub cura sua habuit, adsignare † iussit. Commune filiorũ negotium gestum intelligebatur,[r] nec ob eam rem apud arbitrium[s] diuisionis præcipuam causam filiæ fore.[t]

† Adsignandi verbo, dominij translatio non inducitur.

Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti & sequenti, si congruè fieri potest. Bartolus.

22. ¶ Cum imperfecta[u] scriptura inuenitur, ita demum verbum legati vel fideicommissi quod præcedit vel sequitur, ad communionem adsumitur, si dicto scriptum[x] congruat.

Iuramentum testatoris vel heredis habet vim repetitionis ab intestato. Bartolus.

23. ¶ Filius matrem heredem scripserat, & fideicommissa tabulis data cum iurisiurandi[y] religione præstari rogauerat, cum testamẽtum nullo iure[z] factum esset. nihilo minus matrem legitimam heredem cogẽdam præstare fideicommissa respondi. nam enixæ[a] voluntatis preces ad omnem successionis[b] speciem porrectæ videbantur.

Verba quæ proferuntur modo consilij, non important necessitatem. Bartolus.

f ¶*Dulcissimis.* mater est quæ filio loquitur, fratribus relinquẽs bona quæ communia cum eis habebat ex successione matris eorum communis.
g ¶*Quæcunque.* hoc facit pro auunculis.
h ¶*Nequam.* hoc obiciebat auunculos. ¶ Et sic not. quòd hoc restringit[a] primo generalia verba. nam cum supra dixerit generaliter de omnibus bonis communibus & non communibus cum fratribus matris, restringitur ad communia: & hoc ne quam cum his &c. *sic. j. de acquiren. poss. l. si is qui.*
i ¶*In eadem causa.* i. sicut per maternam successionem pro indiuiso ad hunc testatorem peruenerunt, & sic communia cum fratribus. *& facit. j. tit. j. l. prædiis. in princ.*
k ¶*Pecunia.* ab ista matre.
l ¶*Proprij.* non communis.
m ¶*Versa.* maximè. nam idem dicam & si habuit eam separatam, vt statim subiicit de rebus diuisis: & tunc ratio sequens idem probat. ¶ Sed arg. contra. *s. eo. l. idem seruandum.*
n ¶*Discordiis.* Nota inspici causam[b] legandi. *sic. j. de condit. & demonst. l. illis libertis.*
o ¶*Excitare.* sic[c]. C. *quando & qui. quar. pars. l. ij. & supra de ser. vrb. prædi. l. in re communi. &* C. *de donatio. l. sancimus. §. finautem. Item ad hoc. j. eo. l. Lucius. in prin. & l. Gaius & supra eo. l. j. §. curatoris.*

Pater plurib.] CASVS. Titius habens duos filios, & vnam filiã, instituit eos sibi heredes, & filiæ tradidit claues & anulum causa custodiæ, & Pãphilũ libertũ suum qui erat ibi præsens: & res quas sub cura habuit dictus libertus, iussit eidem filiæ assignari. Certè non poterit filia propter hoc dictas res habere præcipuas. *Viuia.*

p ¶*Custodiæ causa.* quod[d] semper præsumitur.
q ¶*Qui.* libertus. *Accursius.*
r ¶*Intelligebatur.* aliàs intelligitur.
s ¶*Arbitrium.* i. iudicem familiæ erciscundæ, ordinarium vel delegatum.
t ¶*Fore.* refert ergo quid dator clauium agat. Ro.

a Ne particula restrictiua.
b Causa legãdi inspicitur.
c Communio lites excitare solet.
d Præsumitur traditio clauiũ vni filiorum facta, ad custodiã potiᵘ q̃ ad dominij trãslationẽ facta. Nam in omnibus casibus in quibus nullus præcedit titulus, clauiũ traditio sæpius intelligitur fieri ad custodiã. atque ita cessat obiectio ex *l. clauibus. j. de cõtrah. empt.* Nam ibi præcessit titulus ad dominium idoneus. Vnde colligitur, Eundem actũ numero, secundum diuersam intentionem agentium operari diuersos effectus.

Cum imperfecta.] CASVS. Titius inter alia verba quę dixit in testamento suo, ita dixit: Sempronio. x. in superioribus autem dixerat, vel dixit in sequentibus, Titio fundum lego. vel dixerat, Titio fundum talem per fideicom. relinquo. Certè verbum lego vel relinquo, licèt nõ sit ibi appositum in verbis semiplenis vel imperfectis quæ dicta sunt de Sempronio: tamen quia in præcedentibus vel in sequentibus appositum est verbum lego vel relinquo, iungitur etiam cũ illis semiplenis verbis: quia congruit eis, & iunctũ cum illis perfectã reddit orationẽ, & est bona latinitas. secus autẽ esset si verbum nõ cõgrueret: vt puta dixit testator, Sempronius x. Titio fundum lego vel relinquo: quia verbum, lego vel relinquo, non cõuenit verbis prædictis semiplenis: nec eis potest coniungi salua ratione recti sermonis: & ideo non coniungitur. *Viuianus.*

u ¶*Cum imperfecta.* Duobus[a] modis dicitur imperfecta. Primò. i.[b] semiplena: puta dixit, Sempronio decẽ. superiori autem parte vel inferiori dixit, Titio nominato fundum lego. & sic verbum lego, est commune: *sic supra de eden. l. si quis ex. § si initium.* secus si non congruit, puta Titio. x. lego, Sempronio Romæ. 2. Secundò imperfecta, quia[c] non propriè significat quid testator sensit: quia dixit, Transfero in illum decem, vel muto. nam quia aliquo modo adaptari potest significatio positorum iis quæ debuerunt poni, tenet. secus si esset omnino extranea: *vt. j. titu. j. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & s. tit. j. l. iij. & facit. s. tit. j. l. in testamento.*
x ¶*Scriptum.* i. id quod non fuit scriptum, si fuisset scriptum, bene cõueniret cũ dictis secũdùm primũ. 2. Vel scriptũ scilicet impropriè, cõgruit dicto, id est ei quod dicere voluit secundùm alium.

Filius matrem.] CASVS. Institui heredem matrem meam: & ab ea fideicommissa reliqui: & feci eam iurare quód ea præstaret. apparuit postea testamentum meum nullum ipso iure, & ipsa mater hereditatem meam habuit ab intestato. nunquid cogetur pręstare dicta fideicommissa? Et dicitur quòd sic. & rationem reddit in litera. *Viuianus.*

y ¶*Iurisiurandi.* à se testatore præstiti. *Arg. j. ti. j. l. cum quis de §. codicillis. & in Auth. de iureiu. à morien. præ. §. j. coll. v.* vel ab herede præstandi. voluit enim matrem iurare de his præstandis: *vt* C. *communia de lega. l. ij. in princip.* & fortè ideo sic fortiter rogabat, quia testamento suo solennitatem deesse credebat.
z ¶*Nullo iure.* quò ad fideicommissi solennitatem.
a ¶*Enixæ.* i.[d] porrectæ, & sic adiectiuum substantiui, preces: vel substantiui, voluntatis. aliàs obnixæ, id est vinculo iuramenti firmatæ &c.
b ¶*Successionis.* etiam ab intestato & sic est contra. C. *de fideicõmiss. l. si veritas. & l. ex testamento. & l. eam.* Sol. hic speciale propter dictum iuramentum.[e]

Mando filiæ.] CASVS. Institui mihi heredes duas meas filias, scilicet Titiam & Seiam: & postea dixi in eodem testamento, Mando filiæ meæ Titiæ, solicitus pro ipsius salute, vt donec habeat filios, non faciat testamentum: & ita poterit viuere sine periculo. nunquid propter dicta verba rogasse videor Titiam filiam meam vt partem suam hereditatis restituat sorori suæ Seiæ? Et certè non: quia verba prædicta fuerunt consilium, & non præceptum. & hoc dicunt illa verba, quòd, id est quia non prohibuit eam testari de pecunia sua, id est de eo quod sibi reliquit pater,

a Imperfecta testamenti scriptura duobus modis dicitur.
b Imperfectum pro semipleno.
c Imperfecta scriptura quæ impropria.
d Enixæ preces.
e Iuramenti clausula, cã vim habet, vt valeat actus omni meliore modo.

pater sed obtentu consilij voluit derogare iuri communi, quod concedit vnicuique testandi facultatem: & hoc dico prohibendo fieri testamentum. *Viuianus.*
a ¶ *Ipsius.* s. filiæ.
b ¶ *Apparuit.* licet antequam liberos habeat testetur. Azo. ¶ Sed contra infra *eod. l. penultim.* Solu. ibi. ¶ Item contra infra ad *Trebell. l. qui filium.* Sol. ibi alia euidenter voluntas testatoris apparet.

24. ¶ *Mādato filiæ meæ, pro salute solicitus ipsius,* [a] *vt quo ad liberos tollat, testamentū non faciat. ita enim poterit sine periculo viuere.* Fideicōmissariā hereditatem sorori coheredi nō videri relictam apparuit: [b] quòd non de pecunia sua testari: [c] sed obtentu consilij [d] derogare iuri, [e] testamentum fieri prohibendo, voluit.

Si non eligitur vnus ex certis, omnes admittuntur qui non sunt indigni. Bartolus.

25. ¶ *Rogo † filia, bona tua* [f] *quādoq; distribuas liberis tuis, vt* [g] *quisq; de te meruerit.* Videtur omnib. liberis, etsi non æqualiter promeruerint, fideicommissum relictū: quibus, matris electione cessante, [h] sufficiet † si nō offenderint. [i] Eos autem quos mater elegerit, fore potiores, si soli promeruissent, [k] existimaui. Quòd si neminem elegerit, eos solos non admitti, [l] qui offenderunt.

Quando verba sunt dispositiua, non refert cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intensio dirigatur. Bartolus.

26. ¶ Donationis prædiorū epistolā † ignorāte filio mater in æde sacra verbis fideicōmissi nō subnixam [m] deposuit, [n] & literas tales ad æditaum [o] misit: *Instrumentū voluntatis meæ post mortem* [p] *meam filio meo tradi volo.* Cum pluribus heredibus intestato * diem suum obisset, intellegi fideicōmissum filio relictū respondi. Nō enim quæri [q] oportet, cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur.

c ¶ *Testari.* scil. prohibuit. sequēs enim verbum prohibendo hic concipitur. *Azo.*
d ¶ *Consilij.* Nota verba [a] præceptiua esse consilium: *vt hic & supra ead. l. §. curatoris.* & econtra suasoria [b] inducunt necessitatem: *vt diximus supra eo. l. peto. j. respon. & l. vnum. § si.*
e ¶ *Iuri.* scilicet communi ad tempus consulendo ne faciat testamentum: & quia [c] est filiæ fauor, potest ei renuntiare: *vt. Codic. de pact. l. pen.* & hic dicitur.

a Verba præceptiua quandoque consilium sunant.
b Suasoria & consilij verba, interdum necessitatem innuunt.
† Facit ad hunc §. cap. vnicum. cum Gloss. super verbo, administrare. extra de seruis. in or. faciend.
c Renunciare quisque potest iis quæ fauorabilia habet.
† Promeruisse videtur, qui nō offendit.

Rogo filia.] CASVS. Titius instituit sibi filiam suam heredem: & ita dixit ei in eodem testamento. O filia rogo te vt bona tua scilicet quæ tibi relinquo, quandocumque decesseris distribuas inter liberos tuos, sicut vnusquisque eorum meruit communicare. Certè videtur relictum fideicommissum filiis filiæ, quamuis non æqualiter meruerunt, dum tamen non offenderint: quia illi qui offenderunt eam, non admittuntur. & hæc omnia cum mater non eligit aliquos. &c. h. d. à princip. §. vsque ad versicu. eos autem. cum cauda versicu. qui incipit, quòd si neminem. si autem mater elegit quosdam ex filiis fratris qui ei seruierant, & erant alij qui non seruierant: tunc omnes qui seruierunt, soli admittuntur & electi & non electi: non autem alij qui non seruierunt. & idem est si omnes qui seruierunt elegit, & hoc dicit ille versiculus, eos autem & cætera. vsque illuc, quòd si neminem &c. *Viuianus.*

† Scriptura quę reperitur in æde sacra deposi per testatorem, probat eius vltimam voluntatem.

f ¶ *Tua.* quæ es habitura à me, vel habes à te, cum & mihi sis heres: *vt. j. ead. l. §. Titio.*
g ¶ *Vt.* i. sicut.
h ¶ *Cessante.* Not. cessante, i. matre neminem eligente. si enim nullum eligat, vel eligat indignum, omnes admittuntur, tam illi qui seruierunt, quàm illi qui non offenderunt: *vt hic, & in fi. huius §. & ʒ. eo. l. cum quidam.* Si verò eligat eos qui seruierant: alij qui non seruierunt, licet non offenderint, repelluntur. si verò sunt qui seruierunt, quos tamen cum aliis non elegit, ipsi admittuntur. & hoc indicat verbum soli, infra positum.
i ¶ *Non offenderint.* nā & aliàs præsumitur [d] quid legitimè factū: *vt Institut. de fideiuss. §. fina. & infra de iniur. l. iniuriarum. §. j. & facit infra de manu. testa. l. seruos. & infra de statulib. l. Labeo. in fin. & supra ead. l. §. hereditatem. & l. cum quidam. & l. vnum. §. rogo. & infra titu. j. l. xj. §. quanquam. & infra de fideicom. lib. l. si eum. §. ex iusta.*
k ¶ *Promeruissent.* quo casu non sufficit liberis aliis nō offendisse.
l ¶ *Non admitti.* id est repelli.

d Præsumitur quilibet idoneus, nisi probetur contrarium. Cantor. Gl. in c. bonæ memoriæ j. super verbo, naturam. in fi. extra de elec.

Donationis prædiorum.] CASVS. Titia fecit quandam epistolā in qua ita scripsit: Filio meo Titio dono duo prædia quæ habeo in tali loco & deposuit illam epistolā in quadam ecclesia ignorāte dicto filio, & misit tales literas ad sacristam dictæ ecclesiæ: Instrumentum voluntatis meæ vltimæ, id est dictam epistolam quā deposui in tua ecclesia, volo tradi filio meo prædicto post mortē meā, & nō antè. postea decessit dicta Titia, & plures ab intestato habuit heredes. Certè videtur mater prædicta reliquisse per fideicom. dicta prædia filio suo per verba dicta: nec obstat, quòd Titia direxit verba ad sacristam, & non ad filium: non enim &c. vt dicit litera in fine. *Viuianus.*
m ¶ *Non subnixam.* ita scilicet, dono centum filio meo. hæc enim verba non fideicom. sed donationem innuunt.
n ¶ *Deposuit.* apud æditaum.
o ¶ *Ad æditaum.* i. [a] ad eum qui ædes tuetur: *vt Instit. de tu. §. j. Azo* id est aliquem magistratuum.
p ¶ *Post mortem.* ex hoc videtur fideicommissum.
q ¶ *Non enim quæri.* Not. bonum [b] verbum. *sic. ʒ. eo. l. miles. in princip. & l. vnum. in fi. & l. peto in princip. & ʒ. titu. ij. l. quidam. & j. titu. j. l. cum quis. § Seia.* Accursius.

a Æditaus, qui ædes tuetur.
* Sic Flor. & in omnibus meis manuscri. sunt qui leg. esse asserant, instauratis. & ita se reperisse in vet. libris. Cuiac. in Pauli sent. lib. 4. tit. 1.
b Fideicommissum interdum & legatum ab vno præstandū est, licèt alius sit rogatus. vt hic. ad le. l. si sir ame legatur si. §. qui margaritā. ʒ. de legat. ... vbi dixi. Nec enim inspicimus his casibus personā eius quem testator alloquitur, sed eius potius mentē atque animū, de quo vide plura apud Mantican. t. de coniect. vlt. volunt. 1.

Qui venit contra voluntatem defuncti in eo quod est causa fideicommissi, ab eius petitione repellitur. Bartolus.

27. ¶ Libertis prædium reliquit, [r] ac petiit ne id alienarent, [s] vtq; in familia libertorum retinerēt. si excepto vno cæteri partes suas vendiderint: [t] qui non vendidit, cæterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, [u] integras petet. eos enim ad fideicommissum videtur inuitasse, qui iudicio paruerunt. [x] alioquin [y] perabsurdum erit, vice mutua petitionem induci: scilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cum partem suam alienando perdiderit. [z] Sed hoc ita procedere potest, [a] si pariter alienauerint.

Libertis prædium.] CASVS. Titius habet quinque libertos pone, scilicet Primum nomine, & ij. & iij. & iiij. & v. eis omnibus reliquit fundum in alios non alienandum. Certè si primus & secundus & tertius & quartus partes suas simul extraneo vendiderunt: solus quintus qui suam partem non alienauit, ad reuocandas aliorum partes admittetur. at si primò primus, postea secundus deinde tertius partem suam alienauit, ad partem primi reuocandam omnes admittuntur ipso excepto. ad partem secundi reuocandam nō primus neque secundus, sed alij admittuntur. ad patrem tertij non primus neque secundus, neque ipse, sed alij qui non alienauerunt, admittuntur. & sic licèt ad partem tertij non admittatur secūdus, tertius tamen ad ipsius partem primò alienatam admittitur. sed si primus secundus tertius & quartus non alienatis suis partibus decedant, sicque eorum partes ad quintum perueniant: ipse dum sine liberis moritur relinquere potest partem suam cui vult: nec erit qui possit reuocare. *Viuianus.*
r ¶ *Reliquit.* scilicet patronus.
s ¶ *Ne id alienarent.* fortè aliud est cū pater duobus filiis institutis vicissim eos per fideicommis. substituit, nec expressim prohibuit alienationem. nā ibi licèt vnus alienet, nihilominus alterius partem reuocabit: quia non fecit expresse contra voluntatem. Itē hic nullo modo tenet alienatio: quia testator prohibuit eam: sed ibi tenet statim, licèt reuocetur ex post facto: secundum *Azo.*
t ¶ *Vendiderint.* vnus post alium.
u ¶ *Voluntatem.* sed si consensit, nunquid statim pretium petet? Videtur quòd sic: *vt suprà titu. j. l. si fundum per fideicom. in princi.* Sed contra *infra eo. l. codicillis. §. insulam. Azo.* ADDITIO. Pro solutione huius contrarij *vide Bart. in d. fundum per fideicommissum. in princ. supra titu. j.*
x ¶ *Paruerunt.* id est non alienauerunt, vel non consenserunt. *Acc.*
y ¶ *Alioquin.* id est si non alienauerunt, vel non consenserunt, secundum R. & malè: quia & is qui alienauit, inuitatur in partibus alienatis priusquam ipse alienauerit: *vt infra sequitur.* Item si consenserit quibusdam, tamen in aliis non paratur ei præiudicium, vt hîc innuit. Intelligas ergo hic in partibus alienatis postquam aliēnauit is qui vult reuocare alienatum ab altero. secùs si consentiat alienanti: quia fauori suo videtur renuntiare: vnde partes alienatas postea sine se reuocat: quia in nullo peccauit, secundùm. *Azo.*
z ¶ *Perdiderit.* s. ius petendi in alienatis post. secus si antè. *Azo.*
a ¶ *Procedere potest.* scilicet vt iure alienetur, vel vt nemo repetat alienatum: quia absurdum sit, vt dictum est, vice mutua in-

duci petitionem. *Azo.*
a ¶*Prior.* Pone Titius & Mæuius & Seius & Gaius sunt liberti. alienauit Titius primò, Mæuius secundò, Seius tertiò, Gaius quartò. in alienatis à primo omnes tres sequētes admittūtur. in alienatis à secundo admittitur tertius & quartus, in alienatis à tertio solus admittitur quartus. in alienatis à quarto nullius. & ita regula est vt de alienato postquam alienaui nihil petam: in alienatis prius petam pro parte. *Azo.*
b ¶*Non faciet.* id est non faciet vt alij qui fortè nondum alienauerunt, scilicet tertius & quartus, vendicēt tantùm pro parte partem secundi alienatum. imò totam petent: non obstante primo qui suam antè alienauit. at licèt huic secundò alienanti amodò actio non nascatur, nata tamen primo in parte primi perseuerat.
c ¶*Tardius vendidit.* puta tertius.
d ¶*Non vendidit.* puto quartus.
e ¶*Partibus.* primi & secundi qui ante alienauerunt.
f ¶*Vendiderit.* etiam. nam & ei qui vendidit posterius, faciet partem. *Azo. & facit supra titu. j. l. nihil. §. j. & j. de annuis lega. l. Quintus. & Cod. de fideicommiss. l. quoties & supra titul. j. l. filiusfamilias. §. diui. & infra titul. j. l. pater. §. quindecim. & supra de mino. l. auxilium in fine.*

Cæterum prout quisque prior [a] alienauerit, partē posterioribus non faciet. [b] Qui verò tardius [c] vendidit: ei qui non vendidit, [d] in superiorum partibus [e] fecisse partem intellegitur. At si nemo vendiderit, [f] & nouissimus sine liberis vita decesserit: fideicommissi petitio non superierit.

Filius libertæ connumeratur in familia libertorum, Bartolus.

28. ¶ Cū inter libertos ad prędij legatum liberta quoque fuisset admissa: [g] quod [h] patronus petiit, vt † de nomine familiæ [i] † nō exiret, heredem libertæ filium [k] partem prædij quam mater accepit, retinere visum est.

† Extra familiam alienare prohibita non intelligitur prohibita alienare in proprium filium, licèt vere nō sit de familia.
† Familiæ nomen, personas & hæreditatē complectitur. *l. fi. C. de verbo. signif.* sed quomodo cognoscatur, vide ibi docto. maximè Bartol.

Si ille quem defunctus putabat ab intestato successurum insolidum, succedit pro parte: legata ab eo nominatim relicta præstabuntur pro parte libertatis insolidum. Bartolus.

29. ¶ Cum existimaret [l] ad solam consobrinam suam bona peruentura: codicillis ad eam [*] factis pluribus fideicommissa reliquerat. Iure successionis ad duos [m] eiusdem gradus possessione [n] deuoluta, rationibus [o] æquitatis, & perpetui [p] edicti exemplo, pro parte dimidia mulierem releuandam respondi: sed libertates ab ea præstandas, [q] quas intercidere damni causa [r] durum videbatur.

* ab ea.

Cum inter libertos.] CASVS. Titius habebat tres libertos, & vnam libertam: eis omnibus fundum legauit non alienandum in alios. dicta liberta habebat vnum filium suum collibertum: & ea mortua fuit eius heres. Certè illam partem prædicti fundi quam liberta accepit, retinebit filius eius. nam erat ita bene libertus testatoris sicut ipsa. *Viuianus.*
g ¶*Admissa.* vt infra de verbo signi. l. liberti.
h ¶*Quod.* subaudi de eo quod &c. vel quod s. legatum prædium.
i ¶*Familiæ.* libertorum.
k ¶*Filium.* fortè [a] collibertum. cæterū familiæ maternæ (aliàs paternæ) quid pertineret? Respon certè nihil: *vt. j. de obse. l. heres. & j. de iniur. l. non solum. §. quamquam. & j. tit. j. l. pater. §. j* quę sunt contra. 2. Sed certè secundum Azo. Imò [b] videtur esse de familia, licèt sit ingenuus: quia viuente mare vt liberta potest reuocari in seruitutem: *vt. C. de libe. & eorum libe. l. fin.* & hoc innuit lex ista, cum inter & cætera. quasi diceret, quia mater. nam si filius esset libertus, admitteretur, siue admittatur mater, siue non. ¶Sed argu. contra. *s. eo. l. pete. §. fratre.* Sed potest dici quòd ibi non loquitur de familia libertorum *Accursius.*

a Filius libertæ de quo agitur hac lege, an libertus hic fuerit testatoris, an vero natus viuo testatore vt hic putat Accursius? An verò extraneus plane est testatori: & tamen ad eū testatoris fundus redire potest, cū sit heres legitimus libertæ ab intestato. vt notat Bartolus.
b Familiæ aut de familia testatoris vtrum censentur esse liberti filius.

Cum existimaret.] CASVS. Titius habens vnam consobrinam, & vnum consobrinum, & nesciens se habere consobrinum, & sic credens ad solam consobrinam prædicta omnia sua bona debere peruenire ab intestato, fecit codicillos, & ab ea reliquit plura fideicommissa, & libertates. mortuo Titio peruenit hereditas eius ad consobrinum & ad consobrinam. Certè consobrina tenetur tantùm pro parte ad soluenda fideicommissa pecuniaria ab eo relicta. sed libertates ab eo relictas insolidum præstare debebit: quia durum videtur releuare consobrinam in medio damno libertatis præstandæ, & sic facere intercidere libertates prædictas, id est interire. interirent enim in totum si pro parte interirent. nam nemo potest esse pro parte liber, & pro parte seruus. *Viuianus.*
l ¶*Dum existimaret.* s. aliquis.
m ¶*Ad duos.* s. dictam consobrinam & alium.
n ¶*Possessione.* vnde cognati.
o ¶*Rationibus æquitatis.* aliàs deest æquitatis.
p ¶*Perpetui.* id est [a] generalis, quo consuebatur, vbi emolumentum minuitur, & onus. sic & in militis: *vt infra tit. j. l. si. sed certè* ¶Imò adhuc insolidum tenetur consobrina: *vt infra titu. j. l. post emancipatum. § item quæsiit. &c.* Solu. hic de æquitate, vt hic prædixit. vel dic vt ibi. ADDITIO. 2. Vel dic aliter *secundum Barto.* quòd ibi succedit pro parte, sicut testator putabat, licèt non eodem modo quo putabat, hic verò successit pro parte, & testator putabat insolidum.
q ¶*Præstandas.* sci. respondit.
r ¶*Damni causa.* id est ea ratione quòd habeat damnum consobrina. nam hic non attenditur. ¶ Sed cur nō præstatur ab vtroque sicut fideicommiss.? Respond. quia fideicommis. pro parte pręstari potest, libertas [b] non: vnde ab eo solo præstatur qui rogatus est. Azo. redemptis partibus à coherede, scilicet istius serui qui debuit manumitti: *vt s. titu. j. l. qui graui. & l. seq.* ¶ Sed videtur quod à nullo: *vt. s. tit. j. l. pen. in fine.* Solu. hic æquitas: *vt & supra eod. l. cum filius. in prin.* ibi rigor. *& facit infra de excep. rei iudi. l. iudicata. in princip. & de libe. cau. l. duobus. & Cod. de inoffi. testa. l. cum duobus. & supra de pact. l. tale. §. fina. & j. de verbo. oblig. l. cum qui ita. §. te & Titium. & j. titu. j. l. j. §. fina. & j. eod. l. si quis testamento. & j. ad Trebel. l. epistolam.*

a Perpetuum edictum pro generali.

b Libertas pro parte præstari non potest, atque ita indiuidua res est libertas.

Si fideicom. inuicem datum continet tantumdem in quotitate & quātitate, non valet. Item æstimatio testatoris nullam necessitatem inducit. Bartolus.

30. ¶ Pater qui filio semissem dederat, & sororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: *Fili contentus eris pro tuo semisse aureis ducentis:* [s] *& vos filiæ, pro vestris quadrantibus, centenis aureis.* Vice mutua liberis fideicommissum hereditatis [t] reliquisse non videbatur, sed æstimationem (vt à parentibus frugi [u] fieri solet) patrimonij sui fecisse: nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei rationes quandoque præscriptione demonstratæ quantitatis exclusurum. [x]

Si testator grauat heredem in eo quod sibi heredi debebat & debitum cum fructibus compensat, fraudem facere non videtur. secus si debitum cum Falcidia compensaret. Bartolus.

Pater qui filio.] CASVS. Titius habens filium maiorem. xxv. an. & duas filias impuberes, reliquit filio sex vncias bonorum suorum, & duabus filiabus alias sex vncias: & dictum filium sororibus suis tutorem dedit: & ita dixit postea: Fili contentus eris pro tuo semisse ducentis aureis: & vos filiæ sitis contentæ centenis aureis pro vestris quadrantibus, i. pro vestro semisse quem vobis reliqui. Certè non videtur pater rogasse eos per fideicommissum vt vnus alteri restitueret id quod plus habet de hereditate quàm sit quantitas à patre designata: imò videtur pater æstimasse patrimonium suum, sicut boni patres solent facere: & ideo fratrem eundémque tutorem sororum suarum non exclusurum aliquo tempore rationem reddendæ tutelæ sororum, s. quin teneatur reddere rationem etiam de eo quod sorores habent plus in earum semisse quem pater postea æstimauit dicendo: Et vos filiæ pro vestris quadrantibus &c. quod est. s. *in litera. Viuianus.*
s ¶*Aureis ducentis.* per hæc verba videbatur legasse. cc. filio: & eum rogasse restituere quicquid habet de hereditate: sic econtra dic filiabus. quod remouet hæc lex. *Accursius.*
t ¶*Hereditatis.* nec etiam aureorum. nam quantum dat filiis in aureis, tantum recipit: & sic filiæ dat. & eodem modo in partibus hereditatis. vnde videtur ridiculum *vt. j. ad legem. Fal. l. si fundus in fi.* secus si appareat vtilitas eius cui relinquitur: *vt. s. eod. l. peto. in prin.* quæ est contra. ADDITIO. Dic quod hoc ideo, quia esset ridiculum. tantum enim daret vnus quantum acciperet. simile. *s. ti. j. l. ab omnibus. §. quòd si Titio. secundum Bartolum.*
u ¶*Frugi.* fruges suas æstimantibus. q. d. benè sufficit quod dimitto vobis, quia valet tantum.
x ¶*Exclusurum.* i. frater idémque tutor non excludet rationes quin in solidum substantiam teneatur, licèt testator videatur eam taxasse. & hoc dicit præscriptione taxatæ quantitatis, scilicet à testatore: *vt hic, & C. arbi. tut. l. j.* nisi iurasset. *vt in Auth. de iureiuran. à mo. præ. coll. v. §. j. & facit supra tit. j. l. si fundum sub conditione. §. si libertus.*

c Adde Gl. in l. vlt. §. 1. in verbo ablationem. j. & adde Bart. Nouell. de iureiurando à moriente præstito. Collat. 1. Gloss. & quæ ibi notant in l. rationes. C. de probat.

Titio

a ¶*Titio.* Seius instituit Mæuium, & rogauit restituere Titio fratri Mæuij post mortem ipsius Mæuij. hic Mæuius postea fratrem Titium instituit tam in suis, quàm in Seianis bonis. & rogauit vtrumque restituere Sempronio post mortem Titij. hic Titius rogatus vult retinere hereditatem Seianam vt æs alienum, & non restituere Sempronio. Item de Mæuianis vult retinere quartã: quod videtur posse: *vt. C. ad leg. Fal. irritum.* sed tamen distinguitur, percepit tot fructus de hereditate Mæuiana qui valeant Seianam, & non potest aliàs sic. nõ dico de fructibus Seianæ: quia suo iure eos percepit Titius, & vt à se. Secundò pone quòd Mæuius prædictus Titium instituit ea lege, ne accipiat fideicommiss. Seianæ hereditatis. certè non adibit Mæuianam, nisi renunciet fideicommiss. quo facto adeat, & computet sibi in damnum amissi fideicommis. Falcid. heredit. Mæuianæ. quod est graue: maximè quando non æquiualet illa Falcidia fideicommisso, & ideo contra iniquitatem dat consilium, quod habet locum re integra.

31. ¶ Titio [a] fratri suo [b] Mæuius hereditatem Seij, à quo [c] heres institutus erat, [d] post mortem suam restituere rogatus, [e] eodem Titio herede scripto, [f] petiit vt moriens Titius tam suam [g] quàm Seij hereditatem Sempronio restitueret. Cùm ex fructibus [h] medio tempore perceptis fideicommissi debitam quantitatem [i] Titius percepisset: æris alieni loco non esse deducendum fideicommissum respondi: quoniam ratione compensationis [k] percepisse debitum videbatur. Planè si ea lege Mæuius Titium heredem instituat, ne fideicommissum ex testamẽto Seij retineat: [l] Falcidiam [m] compensationi [n] sufficere, sed iniquitate [o] * occurrere. Prudentius autem fecerit, si ex testamento fratris hereditatem repudiauerit, & intestati possessionem acceperit: nec videbitur dolo fecisse, cùm fraudem excluserit. [p]

* Vulg. iniquitatem. puto autem iniquitate hic legi pro, iniquitati: vt sit, ε, pro. i. Cæterum hæc verba recitantur *in gl. vlt. in fi. in c. ad audientiam. extra de his quæ vi metúve causa fiũt.*

b ¶*Fratri suo.* s. Mæuij.
c ¶*A quo.* Seio.
d ¶*Erat.* Mæuius.
e ¶*Rogatus.* à Seio.
f ¶*Scripto.* in hereditate Mæuiana.
g ¶*Tam suam.* scilicet Mæuianam. Quid si de Titiana rogasset? Respon. *vt supra titu. j. l. filius. §. vt si quis. Accursius.*
h ¶*Ex fructibus.* scilicet Mæuianæ hereditatis.
i ¶*Debitam quantitatem.* id est fructus: quorum æstimatio continet tantam quantitatem quantam continet dodrans Seianæ hereditatis, vel etiam totam si Mæuius ex fructibus habuit quartam. ¶Arg. contra videtur *s. eo titu. l. imperator. §. j. ibi enimuerò &c.* ADDITIO. Dic quòd ibi quantitas legatur, & in propria specie quis grauatur. hic autem grauatur in hereditate quæ loco quantitatis habetur, *vt. d. l. imperator. §. cum quidam. secundum Barto.*

a Compensatio impropriè pro computatione.

k ¶*Compensationis.* id [a] est cõputationis. sic impropriè ponitur. *supra e. l. Titia. §. qui inuita.* quæ fit ad concurrentem æstimationem fructuum, & here. Seianæ: *vt supra e. l. imperator. §. cum quidam,* imò & si non concurrat, idem videtur: *vt infra ad leg. Falc. l. si debitor.* Sed respon. hoc non dixerat ne computaret: sed si dixisset, idem tamen esset: *vt supra eo l. imperator. §. cum ita. Azo.*

b Compensatio in Falcidia hic an fiat per cautionem Mutianam.

c Cautio Mutiana locũ habet in conditionibus non faciendi.

d Limitabis hæc Glo. *& allega. l. qui heredi. per text. in l. si tibi. j. præstit.* vt non procedat quãdo legatarius præstat cautionem de implẽdo conditionẽ: de qua vide in l. ea lege §. fin. & lica.

e Ne particula modus inducitur, vt hic. Imò interdum conditio. *l. cum tale. §. Titius. j. de conditionibus & demonstrat.*

f Falcidia de cuius bonis hic detrahatur: an ex bonis Mæuij vt Azo. putat: An Seiæ vt Rogerius.

l ¶*Retineat.* quo casu ex testamento hereditatem non aliter adire conceditur, quàm si illi cuius interest, vt coheredi sui Titij, vel etiam seruo publico propter legatarios caueat se nõ deducturum fideicommiss. vt æs alienum: *vt infra de condit. & demonstra. l. Mutiana.* quo facto Seianam hereditatem non iure proprio fideicommiss. sed Mæuianæ hered. nomine velut cætera bona Titij accipiet cum coherede, vel solus: *vt supra eo. l. si mihi pure.* R. ¶Sed quòd dixit de [b] cautione Mutiana, non habet locum: quia [c] loquitur quando sub conditione non faciendi aliquid relinquitur: *vt. d. l. Mutiana.* Dic ergo quòd aut sub conditione, scilicet dandi vel faciendi aliquid relinquitur: & tunc prius debet impleri quàm accipiatur relictum: [d] *vt infra de condit. & demonstrat. l. qui heredi. in fine.* Aut non faciendi, & tunc etiam habet locum cautio Mutiana. Aut sub modo, & tunc cauetur de implendo modum, & postea percipitur: *vt hic, & infra titu. primo. l. si is. & infra de fideicommiss. liber. cum in testamento.* est enim hic modus, ne retineat., id est [e] vt non retineat. *Accursius.*

m ¶*Falcidiam.* quæ [f] ex bonis Mæuij detrahitur. licèt enim ex Mæuianis & Seianis possit detrahi Falcidia, quæ omnia debent dici Mæuiana: tamen compensationi obiicitur illa tantùm Falcidia quæ ex Mæuianis detrahitur, quæ valuerunt pone. l. non illa quæ ex Seianis, quæ fortè valuerunt centum tantum. sic ergo Mæuiana possunt esse adeo ampla, vt eorum Falcidia sufficiat & æquiualeat fideicommisso. alia enim scilicet Seiana quo ad hoc non videtur capere à Mæuio. 2. Rv tamen hic scripsit Falcidiam Mæuianorum semper esse minorem fideicommisso. quod apertè quilibet potest perpendere esse falsum. *Azo.*

1. ¶ Vsuras fideicommissi post impletos annos vigintiquinque puellæ, ex quo mora[l] facta est, deberi respondi. Quamuis enim cõstitutum sit, vt minoribus vigintiquinque annis vsurę omnimodo præstentur: tamen nõ pro mora[m] † hoc habendum est: quã sufficit semel interuenisse,[n] vt perpetuò[o] debeantur.

Fideicommissum relictum ab vno ex heredibus qui vltimus decesserit, facit videri heredes inuicem substitutos. Bartolus.

2. ¶ Seia libertis[p] suis fundũ legauit,[q] fideique eorum ita commisit, *Fidei autem vestræ Vere & Sapide committo, ne eum fundum vendatis:[r] eúmque qui ex vobis vltimus decesserit, cùm morietur, restituat Symphoro liberto meo & successori[s] & Beryllo & Sapido[t] quos*

e ¶ *Tesseram*. vas ad mensurã,[a] sicut si præcepisset emi corbem. vel, id est, mensuram frumenti: sicut no. *supra de indi. l. sed & si susceperit.§.j.* & dic in genere. ¶ Et not. quòd non legauit tesseram. tunc enim non esset in quantitate, sed in specie: licèt in genere iussisset comparari tesseram. vnde vel res vel pretium datur: *vt infra titu.j. l. non dubium.§.fi.& de auro & argen. leg.l.Titia.* & hîc in fi. aliàs tesseræ tantum esset in obligatione.

f ¶ *Ipsius*. scilicet Titiæ. Accursius.

g ¶ *Lucratiua*. idem si non ex lucratiua causa sit nactus.

h ¶ *Petere*. id est, tesseram in genere, quam habet in specie: nec impeditur quia habet: vt not. *supra eodem. l. Mæuius.§.duobus.* sed quia heres non potest, vel non nisi immodico pretio redimere: *vt infra titu.j.l.non dubium.§.fina.*

i ¶ *Magis*. comparatiuè: quia possit vel non possit redimere, tenetur ad pretium, sed ad rem ita demum si possit redimere. Azo. & facit *supra eo.titu.l.mortuo.§.j.& supra titu.j.l.planè.§.j.& ij.*

k ¶ *Vsuras*. Casus est quòd si[b] fideicõmiss. debetur minori ex solo tempore tardæ solutionis currit vsura vt in bo.fi.iud. *vt hîc.& .C. in quibus cau.l.in minorum.* sed eo facto maiore desinunt currere iure speciali, & sic solo cursu temporis purgatur mora hęc specialis: quia finita ætate pro qua priuilegiatur, finitur & priuilegium, & de nouo incipiunt currere facta de nouo interpellatione iure communi post. xxv. ann. *vt hîc, & no. supra de vsur. l. mora.*

l ¶ *Mora*. communis, & post minorem ætatem. *Accursius.*

m ¶ *Mora*. scilicet ætatis priuilegio. *Accursius.*

n ¶ *Interuenisse*. scilicet per interpellationem.

o ¶ *Perpetuo*. vt *supra de vsur. l. cum patrifam. & facit supra eod. l.qui solidum.§.fina.& de admini.tuto.l.maximè.& infra de admen.lega.l.iij.§.j.in fi.§.*

p ¶ *Seia libertis suis*. scilicet Beryllo & Sapido.

q ¶ *Legauit*. i. prælegauit: *vt.ĩ.dicit.* cùm esset de institutis. Vel dic propriè, quia alius institutus erat: *vt infra dicit. Accursius.*

r ¶ *Vendatis*. ex hoc patet quòd vnum altero vendente vel alienante noluit substitui: non autem ex inferiori verbo, vltimus decesserit. & sic non est contra. *supra de vulga. substi. l. vel singulis.*

s ¶ *Successori*. nam eum scripserat heredem vel solum, vel cum aliis. *Accursius.*

t ¶ *Beryllo & Sapido*. hîc de alio Sapido quã supra loquitur alioquin sibiipsi substitui nõ posset, vel alius Sapido mortuo restituere rogari non potest vt ei Sapido iã mortuo restituatur: *vt supra de vulga-*

a Bud. ĩ. de ind. l. sed & si susceperit. tesseræ (quit) frumentariæ signa erant frumentaria, quibus exhibitus frumentum a principe dabatur populo Romano, vt his die quibus dies in locis nũmi plumbei vel æreis, vel quid simile, quod pro simbolo sit. ex quo factũ est, vt tesserã pro iure percipiendi frumentum ponatur. hęc ille. † Iste text. infringit opi. Iode por in l. cum res. ĩ. ne legat. vide Barto. in l. qui Romæ. § Seia. ĩ. de verb. oblig. & hîc.

b In minore cõtrahitur mora reipsa ex solo tempore, sine interpellatione diei aut hominis, vt hîc. quod regulariter fieri non solet. l. Magnam. C. de contr. stip. vel. Quod dictum de minore. hîc & l. in minorum. ĩ. C. in quib. cau. restitut. in integr. necess. non est. Idem attinet in pia causa Romanus singul. 114. Tiraquell. tract. de priuilegiis piæ caus. priuil.

infra manumissi,[a] *quive ex his tunc superuiuent*. Quæro, cum nec in prima parte testamenti, qua fundum prælegauit,[b] eos substituit: in secunda tamen adiecerit verbũ, *Qui vltimus*[c] *decesserit*: an pars vnius defuncti ad alterum pertineret. Paulus respõdit † testatricem videri in eo fideicommisso de quo quæritur, duos gradus substitutionis fecisse: vtrum, vt is qui ex duobus prior moritur, alteri restitueret: alterum, vt nouissimus his restitueret, quos nominatim postea enumerauit.

Donatio inofficiosa collata in filium vel nepotem per alium, vsque ad legitimam reuocatur. Bartolus.

3. ¶ Imperator Alexander Augustus Claudiano Iuliano præfecto vrbi: Si liquet tibi, Iuliane charissime, auiam interuertendæ inofficiosi quærelæ, † patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinanisse: ratio deposcit, id quod donatum est, pro dimidia[d] * parte reuocari.

Is cui donatur inofficiosè, potest onere fideicommissi grauari. Itẽ quærela potest in modum replicationis proponi. Bartolus.

4. ¶ Lucius Titius cũ haberet quinque liberos, vniuersos emãcipauit, & in vnũ filium Gaium Seium amplissimas facultates donationibus contulit, & modicum † sibi residuum seruauit, & vniuersos liberos cum vxore scripsit heredes. in eodem testamento duas possessiones quas retinuerat, eidẽ Gaio Seio prælegauit, & † ab eo petiit vt ex reditibus prædiorum quæ viuus ei donauerat, Mæuiæ filiæ tot aureos daret: item alteri fratri alio tot. conuentus à Mæuia sorore sua, legem Falcidiam implorat. quæro, cùm sanctissimus imperator, vt supra scriptum est,[e] contra voluntatem donantis ea quæ donata sunt reuocari præceperit, an Gaius Seius compellendus sit secundùm voluntatem[f] patris ex donationibus fideicõmissum præstare heredi sororis. Paulus respondit, post literas imperatoris nostri dubitari non oportere, quid in hac quoque specie de qua quæritur, subueniendum[g] sit liberis quorum portio in vnum filium donationibus collatis imminuta est: præsertim cùm Imperator noster contra voluntatem patris subuenerit.[h] In proposita autem causa etiam voluntas[i] patris pro iis qui fideicommissum petunt, intercedit. Sed si Falcidia lex intercedit, fideicommissa insolidum esse præstanda propter immodicarum[k] donationùm rationem.

† Vide quæ ad huius responsi interpretationem scribit Vigilius in §. vel singulis. de pupill. substit. Instit. lib. 1.

*Donatio inofficiosa quatenus reuocetur siue facta sit liberis, siue extraneis ante vel post natos liberos, vtrum in totum, an vero in parte. v. Glo. & quod ibidem scripsi, Nouell. de immensis donat. in verb. in donation.

† Subaudi gratia, de quo vide Ant. Aug. lib. 2. cap. 1.

* Quidam interpretãtur dimidiam quartæ partis.

† Donatio omnium bonorum valet, reseruato sibi modico. adde. l. vlti. C. de pact.

† Fideicõmissi onere pater eum filium grauare potest cui inofficiose donauit irreuocabiliter inter viuos, vnde colligit Baldus, id testatoris voluntatẽ operari, quod legis auctoritas operatur.

te vulga. substitu. l. fina. §. j. Azo.

a ¶ *Manumissi*. id est manumittam. & hoc indicat infra aduerbiũ quod est in textu. Item quod dicit in fin. §. postea enumerauit. quidam tamen vtrobique habent verbum siue aduerbium præteriti temporis. nam infra habent, antea enumerauit.

b ¶ *Prælegauit*. vel propriè, vel id est legauit. sic infra de do. præle. per totum.

c ¶ *Vltimus*. ex hoc tamen verbo. qui vltimus decesserit &c. nõ inducitur substitutio. *Azo*. sed aliàs substitutio erit ex verbis testatricis: *vt infra in fi. §. & modo no. supra prox. §. in glo. ex hoc patet. Ac.*

d ¶ *Dimidia*. Dicas quòd auia duos habebat nepotes ex filio vel filia præmortuis, & vni[a] donauit omnia: alter reuocat pro dimidia. sed non aperit cuius totius sit dimidia. 2. Sed dic secundum Hug. & M. eius quod excessit dodrãtem, scilicet medietatem triũ vnciarum, cũ tres vnciæ deberentur inter ambos pro debito bonorum subsidio. & sic non obstat. *C. de inoffic. do. l. si totas. & l. si liqueat*. & aliæ quæ dicunt hanc querelam ad instar quærelæ inoffic. test. inductam, in qua non fit reuocatio in plures: *vt supra de inoffi. testa. l. j. ij. & iij. & l. cum donationibus*. & secundùm hoc intelligitur. l. si mater in eo. titu. 3. Alij dicunt hic dimidiam partem omnium donatorum, & sic totũ quod erat habiturus ab intestato. *pro quibus est. C. de reuo. do. l. si vnquam*. & dicta contraria soluunt quod hic fuit inoffic. re & consilio, *vt hic dicit*. ibi re tantùm. vel ibi donauit alij filio, hic extraneo, & sic hic reuocat totum: *vt not. C. de inoffic. do. l. j. in glo. magna. in. v. q.* ¶ Item an ipso iure sit nulla, & sic per ipsum patrem reuocetur? *argu. infra proxi. §. an aliqua*. & sic eo demum mortuo. & dic vt not. *C. de inoffic. do. l. si totas*. ¶ Item si diuersis temporibus donauit, & tantùm propter vltimam apparet inofficiositas: an etiam primæ reuocentur? Resp. vltima tantùm,[b] quia primæ statim valuerunt irreuocabiliter & aliud in Falcid. & lega. quia etiam prima ad vltima trahuntur: *vt infra ad. l. Falcid. l. in quantitate. §. sed & si legata*. 2 Vel dic vt no. *C. de inoffic. dona. l. prima.*

b Quid si testator donauit filio suo immoderatè: quæritur, an in totũ reuocetur illa donatio? dic quod pro ea parte quæ est immoderata, reuocat. ita Bart. in l. pe. C. de inoff. dona.

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius habens quinque liberos, scilicet Gaium Seium & Mæuium, & tres alios, & habens vxorem Titiam, emancipauit vniuersos suos liberos, & in prædictum Gaium Seium contulit per donationes amplissimas facultates suas, & reseruauit sibi modicum residuum, & sic alios filios suos fraudauit ea portione quam ab intestato habituri essent: & dictam suam vxorem Titiam, & Gaium Seium prædictum, & Mæuiam suam filiam prædictam, & tres alios suos filios scripsit sibi heredes in illo modico quod sibi retinuit: & in eodem testamento legauit prædicto Gaio duas possessiones quas sibi reseruauerat in dicto modico: & in eodem testamento petiit ab eodem Gaio Seio vt daret. xx. aureos pone Mæuiæ filiæ suæ prædictæ ex reditibus prædictarum amplissimarum facultatum quas eidem Gaio Seio inter viuos donauerat. Item quòd daret alteri ex dictis quinque fratribus & filiis suis Lucij Titij alios xx. mortuo dicto Lucio Titio testatore Mæuia prædicta sua filia egit contra dictum Gaiũ Seium fratrem suum, & petiit dicta viginti per fideicommissum sibi relicta. existentibus eis coram iudice dictus Gaius Seius ita opponebat ei: quamuis pater noster Lucius Titius mihi multa donauerit, & sic te sororem meam & alios nostros fratres debita portione fraudauerit, possunt tamen à me reuocari per vos: & ita non habeo nisi hereditariam portionem in qua fui institutus vobiscum. vnde nolo tibi sorori meæ soluere dictos viginti aureos nisi secundùm hereditariam portionem contingentem mihi, & quia mea pars hereditatis est exinanita propter tuum fideicommissum de. xx. & propter aliud fideicommissum relictum à me alteri meo & tuo fratri, volo tibi Falcidiam detrahere. Ista quæstione pendente decessit dicta Mæuia, & habuit heredem Sepronium. modò quæritur, an dictus Gaius Seius sit compellendus secundùm voluntatem Lucij Titij patris præstare Sempronio heredi sororis fideicommissum de viginti ex donationibus immensis sibi per patrem factis? an verò ex hereditaria portione sibi in dicta institutione contingente? & vtrum possit detrahere Falcid. dato quod pro hereditaria portione debeat conuenire tantùm, & dato quòd sua hereditaria portio sit exinanita propter dicta fideicommissa à se relicta? Et respon. quòd tenetur dictus Gaius præstare dictum fideicommissum heredi sororis secundùm hereditatis portionem sibi contingentem, & non secundùm donationes sibi immensas per patrem factas quæ quidem donationes immensæ reuocari ab eo possunt per fratres dicti Gaij secum institutos, & etiam per Lucium Titium patrem si viueret, secundùm rescriptum sacratissimi imperatoris Alexandri, de quo fuit facta mentio supra proximo. §. & si in hoc casu habeat locum Falcid. non tamen detraheret eam Gaius Seius propter rationem immodicarum donationum in eum per patrem collatarum. nam cùm pater poterat dictas donationes reuocare, vt dictum est, ergo Gaius Seius suus filius erat in hoc suus debitor: & ideo potuit pater ab eo fideicommissum relinquere insolidum præstandum secundùm suam hereditariam portionem. *Viuianus.*

e ¶ *Suprascriptum est*. vt & *supra proxi. §.*

f ¶ *Secundum voluntatem patris*. fideicommissum relinquentis.

g ¶ *Subueniendum*. iure replicationis.

h ¶ *Subuenerit*. iure actionis, scilicet quærelæ.

i. ¶ *Voluntas*. venit[a] pater contra factum suum quod iure non tenet. *sic. C. de agri. & censi. l. quemadmodum. lib. xj.* ¶ Arg. contra *supra de adop. l. post mortem. & no. C. de inoffi. dona. l. si totas. & de inoffi. testa. Authen. vnde & si.* ADDITIO. Intellige illud verum quando donatio valet omnino: sed hic poterat aliquo modo reuocari. *secundùm Barto. hic.*

a Factum suum quod iure non tenet quis impugnare potest.

k ¶ *Immodicarum*. hoc est immodicæ donationes siue magnæ faciant Falcid. in fideicommis. &c. *Accursius.*

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius instituit sibi heredes tres suos filios pone. vnius autem ex dictis filiis nomine fecerat idem Lucius Titius kalendarium, id est nomina debitorum. postea deducto kalendario siue nominibus debitorum quæ nomine filij fecerat, aliquid exegit antequam faceret dictum testamentum: & postea iterum in nomen filij conuertit. postea ita dixit in dicto testamento: si aliquid dedi alicui liberorum meorum, aut donaui, aut in vsum concessi, aut sibi acquisiuit, aut ab aliquo datum aut relictum est: id sibi præcipiat, & sumat & habeat. postea de dicto

calẽdario, siue nominibus debitorum quæ nomine filij fecerat testator, fuit quæstio inter dictum filium & fratres suos: & fuit iudicatum deberi filio illud quod sub nomine ipsius filij in calẽdario remanserat, non etiam id deberi dicto filio quod pater exegit, & in suas patris rationes conuertit. quæritur, nunquid propter dictam sententiam siue pronuntiationem pertineat ad dictum filium id quod exegit pater ex nominibus filij, & antequam faceret testamentum, in nomen filij conuertit? & respond. quòd sic. *Viuianus.*

In legato vniuersitatis cedit quod ex ea deducitur, si in eam postea redigatur. Bartolus.

LXXXVIII. SCÆVOLA *lib. 3. Responsorum.*

LVcius Titius testamẽto ita cauit: *Si quid cuique liberorũ meorum dedi, aut † donaui, aut in vsum concessi, aut sibi adquisiit, aut ei ab aliquo datum aut relictum est: id sibi præcipiat, sumat, habeat.* filij nomine calẽdarium fecerat.[a] postea sententia[b] dicta est, & placuit, id quod sub nomine ipsius filij in calendario remanserat, ei deberi: non etiam id quod exactũ in rationes suas pater conuertisset. Quæro, si id quod exegisset pater ex nominibus filij antè testamentum[c] factum, iterum post testamentum factum in nomen filij conuertisset,[d] an ad filium secundum sententiam pertineret. Respõdi, id quod ex eadem[e] causa exactum, in eandem[f] causam redisset, deberi.

Nudus minister nullum commodum sentire debet: Bartolus.

1. ¶ *A te peto Titi, fideiq́ tuæ committo, vti*[g] *curã cõdendi*[h] *corporis mei suscipias: & pro hac tot aureos è medio præcipito.* Quæro an si Lucius Titius minus quàm decẽ aureos erogauerit, reliqua summa heredib. proficiat. Respondi, secũdùm ea quæ proponerentur, heredum commodo proficere.[i]

Cum iniunguntur onera præterita & futura, intelligitur de præteritis pendentibus nõdum finitis. Bartolus.

2. ¶ Quæ marito[k] heres extiterat, ita testamento cauit: *Mæui & Semproni filij dulcissimi præcipitote omne quidquid ex hereditate bonisve*[l] *Titij domini*[m] *mei patris vestri ad me*[n] *peruenit mortis eius tempore: ita tamen vt omne onus eiusdem hereditatis tam in præteritum*[o] *quàm in futurum,*[p] *necnon*[q] *etiam si quid post mortem Titij domini mei adgnoscatis.* Quæro, an si quid soluisset post mortem mariti, cum ipsa fructus cepisset, dedisset,[r] † ad onus[s] eorum pertineret. Respondi, secundum ea quæ proponerentur, ea † dumtaxat onera legatariis imposuisse quæ super essent.

Legatarius per quem non fiat quo minus impleat modũ, etiam si stet per casum, admittitur ad legatum. Bar.

3. ¶ *Quisquis mihi heres, heredésve erunt, hoc amplius Lucius Eutychus quàm quod eum heredẽ*[t] *institui, è media hereditate sumito, sibique habeto vnà cum Pamphilo, quem liberum esse iubeo, instrumentum tabernæ ferrariæ, ita*[u] *vt negotium exerceatis.*[*] Lucius Eutychus viua testatrice decessit, pars hereditatis eius ad coheredem pertinuit. Quæro, an Pamphilus eodem testamẽto manumissus, ad petitionem partis instrumenti admitti possit, licèt taberna, vt voluit testatrix, exerceri non possit. Respondi, admitti.[x]

Qui factum heredis impugnat, nõ testamentum, non est indignus legato. Bartolus.

† Hæc dissiũcta videntur pro coniunctis accipienda. l. sæpè. ꝗ. de verb. sign.

a ¶ *Fecerat.* i. pater.

b ¶ *Sententia dicta.* in iudicio famil. erciscũ. & placuit, scilicet iudicãti per sententiã, & bene, id quod &c. *vt. s. titul. j. l. quidam in testamento. & infra de pec. leg. l. fi. & infra tit. j. l. prædiis.*

c ¶ *Ante testamẽtum.* vnde in calẽdario permansisse negabatur.

d ¶ *Conuertisset.* vnde nullo tempore à calendario separatum videbatur, id est antè testamẽtum exegit à debitore calendarij, & post testamentũ ex illa pecunia exacta alium cõstituit debitorem in calendario.

e ¶ *Ex eadem.* scilicet[a] in qua redigitur postea.

a Detractũ ab vniuersitate legatũ, & in eandem redactum cedit legato.

f ¶ *In eandem.* adeo[b] vt non videatur exisse: *vt supr. de pig. l. penul. & infra de adimẽ. leg. l. penul. §. fi. & j. titu. j. l. fideicommissa. § si rem & facit supra eodem. l. Lucius.*

b Exisse à re non videtur quod in eandẽ redactum est.

A te peto.] CASVS. Gaius instituit sibi heredes Seium & Sempro. & Titium: & dicto Titio fuit locutus in testamento ita, fidei tuæ committo vt suscipias curam sepeliẽdi me, & pro hoc volo quòd accipias antè partem. x. aureos. mortuo testatore Titius accepit à coheredibus. x. aureos, & fecit sepeliri corpus, & non expendit nisi sex aureos. nunquid retinebit sibi alios quatuor aureos? & dicitur quòd non, imò erunt omnium heredum. alij dicunt quòd dictus Lucius fuit heres institutus. & vtrunque stare potest. *Viuianus.*

g ¶ *Vti.* pro vt. *Accursius.*

h ¶ *Condendi.* i. sepeliendi. *Accursius.*

i ¶ *Proficere.* fuit enim electus[c] vt minister, vnde[d] nihil apud eũ debet remanere: *vt. s. eo. tit. l. si quis Titio.* & sic non ob. *s. mand. l. antepe. § si inter.* quia & si ibi deficeret vsura tenebaẽ de suo supplere maritus: hîc secus. ¶ Et facit *s. man. l. ex mandato. & s. de condic. ob cau. l. si heres. & facit. j. de an. & arg. leg. l. fi. § fi. & j. de annu. lega. l. libertos. § Lucius. & j. titu. j. l. Titius. & infra de ver. sign. l. cum testamento. & s. de neg. gest. l. qui aliena. § libertos. & de relig. & sump. fu. l. at si quis. § æquum. & de condit. & demon. l. quibus. § fi.* Accursius.

c Minister, seu vt minister electus is dicitur cui nihil relictum est. vnde hîc dicitur nihil apud eũ manere debere.

d Executor minus expendens quàm testator iussit, residuum reddit hæredi.

Quæ marito.] CASVS. Titius instituit sibi vxorem suam Mæuiã in dimidiam hereditatis suæ, & quosdam alios in alia dimidia. postea dicta Mæuia fecit testamentum, & Mæuium & Sempro. filios suos instituit heredes cum quibusdã aliis, & ita dixit dicta Mæuia: volo quòd tu Męuius & Sempro. qui estis mei filij, accipiatis antè partẽ quidquid ex hereditate Titij mariti mei prędicti ad me peruenit mortis eius tẽpore, sub hac condi. vt omne onus eius quod peruenit ad me de hereditate dicti mariti mei, agnoscatis, & tã in præteritũ, quàm in futurum, necnon & si quid post mortem dicti mei mariti solui creditoribus suis. quæritur, nunquid pertineat ad onus dictorum filiorum, si ipsa soluit aliquid creditoribus mariti post mortem mariti? an verò illud tantũm sit ad onus filiorum, quod remansit soluendum creditoribus mariti post mortem Mæuiæ? Respon. vt in litera. *Viuianus.*

k ¶ *Quæ marito.* scilicet domino Titio. *Accursius.*

l ¶ *Bonisve.* id est, facultatibus. *Accursius.*

m ¶ *Domini.* qui fuerat maritus.

n ¶ *Ad me.* vxorem.

o ¶ *Tam in præteritũ.* id est, purè à defuncto debitum.

p ¶ *In futurum.* quod ipse debuit sub conditione quæ adhuc pendet. & dic quòd hîc mater filios & quosdã alios instituerat heredes.

q ¶ *Necnon.* pro. i. secundùm. R. Vel dic tertium esse membrum, s. olim debitum, sed per hanc satisfactum: vnde nolebãt quòd filij hoc refunderent aliis heredibus.

† Sunt qui hoc verbum putent ponendum in superiore versu post verbũ soluisset.

r ¶ *Dedisset.* ad onera hereditaria: & hoc si habes in text. si tamen hoc est &c.

† Præterita & futura onera cum iniunguntur, intelliguntur iniungi onera pẽdentia, nõ finita. vnde colligitur, statutu vim suam extendens ad præterita, non extendere vim suam ad præterita finita, sed ad ea tantum quæ pendent.

s ¶ *Ad onus.* hoc est in quibusdam libris cancellatũ: sed bene posset poni. Azo. & facit. *supra eod. l. cum filius. § j. & de rei vindica. l. emptor. & l. sumptus.*

Quisquis.] CASVS. Titia testatrix instituit sibi heredem quendã qui vocabatur Lucius Eutychus, pro dimidia, & Gaiũ pone pro alia dimidia: de quo Gaio non fit mentio in hoc. §. & postea ita fuit locuto in eodem testamento: Lucius Eutychus, quanquam eum heredẽ institui in media hereditate mea, hoc amplius sumito sibique habeto vnà cum Pamphilo, quisquis mihi heres heredésve erunt instrumentũm tabernæ meæ in qua venditur ferrum: ita scilicet vt negotium dictæ tabernæ ferrariæ exerceat. his ita factis Lucius Eutychus prędictus decessit viua testatrice. vnde pars eius hereditatis caduca pertinuit ad Gaium coheredem suum. quæritur, vtrum Pamphilus prædictus eodem testamento manumissus & collegatarius dicti Lucij Eutychi instrumento tabernæ, possit admitti ad petitionem partis dicti instrumenti relicti sibi Pamphilo? & videtur quòd non: quia dicta taberna non potest exerceri sicut voluit testatrix, id est per Lucium Eutychum & Pamphilum: quia Lucius Eutychus mortuus est, vt dictum est. respondet tamen quòd potest admitti Pamphilus. *Viuianus.*

* exerceant, vel exerceat is.

t ¶ *Eum heredem.* vnde non videbatur esse necessarium quòd interim restitueretur: quod fit per hæc verba, hoc amplius &c. *vt. j. de annu. leg. l. Seio. § vxori.* ¶ Sed tamen testator (quia fortè offense inter eos interuenerunt) hoc fecit, quod prodest heredi: *vt. j. de adimen. leg. l. iij. § fin. & l. seq. & l. ex parte.* nec tamen vt habeat maiorem partem: *vt. C. de leg. l. cum quæstio. § fi.* ¶ Licèt sit arg. cõtra. *j. de stipula. ser. l. iij.* sic & in diuina scriptura,[a] Dicite discipulis eius, & Petro: *vt. C. de serui. & aqua. in rubrica.*

a Marc. 16.

u ¶ *Ita vt.* ergo sub modo, qui[b] fit per vt: *vt infra de cond. & demon. l. demonstratio. § fi. Accursius.*

b Modus fit per vt.

x ¶ *Admitti,* quia scilicet per Pamphilum non remanet quo minus pareatur modo, vel exerceat tabernã cum Lucio: *vt. C. de leg. l. j.* ¶ Sed ad quam partem admittatur? ad suam dimidiam constat eũ admitti. 2. Sed dic secũdùm Azo. ad dimidiã[c] alterius dimiæ quæ fuit

c Vide hîc Bartolum.

4. ¶ Sempronia substituta heredi instituto, legata accepit si heres non esset. mouit[a] cõtra institutum actionem,[b] quòd dolo eius factum esse dicebat quo minus testatrix[c] volens primo loco scribere eam heredem, testamẽtũ mutaret: nec obtinuit. Quærò an legati persecutionem saluã haberet.[d] Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, saluam habere.†

Solutum ab herede plus debito, nõ cedit ad incommodum aliorum legatorum. Bart.

5. ¶ Testator[e] legata ante quinquẽniũ vetuit peti præstaríque: sed heres quædam sua sponte antè quinquẽniũ soluit. Quęsitum est an eius quod antè diẽ existentem solutum est, repræsentationẽ[f] in reliqua solutione legati reputare possit.[g] Respondi, non propterea minus relictũ deberi[h] * quòd aliquid antè diẽ sit solutum.

Plures coniuncti admittuntur in viriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiam. Bartolus.

6. ¶ Lucius Titius testamẽto ita cauit, *Prædiolũ meum dari volo libertis libertabúsque meis, & quos hoc testamento manumisi, & Seiæ a-*

quæ fuit Lucij. nam suam dimidiam habiturus erat Lucius partim iure hereditario, in qua non valebit legatum, & hoc vadit ad coheredem. aliam quartam iure legati, & hoc ad Pamphilum collegatarium: *vt supra eod. l. miles. §. fin. & Cod. de caduc. tollen. §. his ita. & §. pro secundo.* 3. Alij dicunt totam dimidiam Lucij habere coheredem, quasi coniunctum re & verbis, & sic Pamphilus suam dimidiã tantùm habet. *& facit infra de condit. & demon. l. cui. & .j̄. tit. j. l. vxorẽ. & .j̄. de vsufru. leg. l. illi. & supra eo. l. cum filius. §.* non iure.

Sempronia.] CASVS. Titia instituit sibi heredem Seium, & substituit Semproniã, & ita dixit postea Titia in eodem testamento, si Sẽpronia prędicta non erit mihi heres ex substitutione, lego eidem Semproniæ. c. & equũ meũ similiter. dicta Sẽpronia egit mortua dicta testatrice contra dictum Seium prædictũ institutũ, dicens quòd dolo instituti factum erat quò minus dicta testatrix volens primo loco scribere dictam Semproniam heredẽ, testamentum mutaret: & non obtinuit Sempronia. quæritur, vtrũ possit consequi dicta legata sibi à testatrice relicta? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

† Testamentũ enim defuncti impugnare dicitur, qui impugnat tantũ hæredem: seu qui dicit testamentum dolo tutoris nõ potuisse mutari.

* videri.

a ¶ *Monit.* dicta Sẽpronia. Accur.

b ¶ *Actionẽ.* de dolo, vel in factum ad interesse: *vt arg.*[a] *ʒ. de dolo. l. si quis affirmauit. & de præscript. verborum l. quoties.* Hodie condictione ex lege ad duplum:[b] *vt in Authẽ. vt nulli iudic. §. j. coll. viij.* & hic peruenit. nam hîc confiscatur: *vt supra si quis aliquem testa. prohi. l. §. j.*

a Adde. l. eleganter. §. non solum. ʒ. de dolo.

b Imò ad simplum Baldus hîc.

c ¶ *Testatrix.* s. testamentum mutaret, quod est. j̄. quod volebat testator, sed institutus prohibuit.

d ¶ *Saluam haberet.* Imò perdit: *vt. C. de iis quib. vt indig. l. aliã. & .j̄. de iis quib. vt indig. l. post legatum. §. j. in fi. quæ est contra.* Solut. hîc non egit contra testamentum: sed de dolo conuenit heredem. Ibi verò contra testamentum dicens falsum, idem quòd hîc, si dixit non iure factum: *vt. d. l. post legatum. §. j. in prin. & . l. pe. & fac. ʒ. tit. j. ab omnibus. §. cum quidam. & Authent. vt cùm de app. cog. §. causas. coll. viij.*

e ¶ *Testator.* Casus sic ponitur secundùm Ro.[c] testator reliquit plura legata Titio soluenda post quinquennium. quædam soluit heres antè quinquennium. nunc adueniente tempore ex aliis vult tantùm detrahere, quantum fuit commodum repræsentationis sicut si soluisset plus re. quod remouet. 2. Vel secundùm *Azo.* hîc heres soluit quædam antè quinquennium. nunc cõuenitur ab eodem & ab aliis vt & alia soluat: quasi in solutis & in soluendis sibi præiudicauerit. quod remouet. & secundùm hoc dic, non propterea minus: subaudi, vel plus. vel etiam minus, pro magis: quod in idem recidit. ¶ Et sic est arg. contra. *C. ad legem Falci. Authent. Sed cùm testator.* Sed ibi re, hic tempore plus soluit. ¶ Item contra. *Cod. de fideicommiss. l. j.* Solut. ibi re, & est fauor alimentorum. Accursius.

c Hæc Rogerij opinionẽ probat Petrus apud Bald.

d Legati partẽ soluens ante diem, non potest reliquæ partis solutionem differre post diem, atqui ita Tempus cũ tempore compensare. Nec enim si repræsentauit partẽ legati ante diẽ iustè petit post diẽ in reliqua parte dilationem.

f ¶ *Repræsentationem.* i.[d] compensationem repræsentationis secundùm primum casum.

g ¶ *Possit.* s. legatarius secundùm primum. 2. Vel id est heres secundùm alium.

h ¶ *Deberi.* sua die. & facit. j̄ *ad. l. Fal. l. iij. & . l. pœnales. §. annua*

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius sibi instituit aliquos heredes, & postea dixit ita, prædiolũ meum volo dari libertis libertabúsque meis, & illis quos manumisi in hoc testamento, & aliis

lumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnum proprietas perueniat.[i] Quæro an Seia in cõmunione cũ libertis habeat portionem:[k] an verò sibi partem dimidiam eius prędioli vindicare possit. Respondi, perspicuã † esse testantis voluntatem, omnes ad viriles[l] partes vocantis.

Duplicatio legatorum trahitur ad legata quæ consistunt in quantitate, non ad ea quæ consistunt in specie. † *Bartolus.*

7. ¶ Impuberem filium heredem instituit:[m] vxori dotẽ prælegauit, item ornamenta, & seruos, & aureos decem: & si impubes decessisset, substituit:[n] à quibus ita legauit, *Quæcumque primis tabulis dedi, eadem omnia ab heredibus quoque heredis mei in duplum dari volo.* Quæritur an ex substitutione, impubere mortuo dos quoque iterum debeatur. Respondi, non videri de dotis legato duplicando testatorem sensisse.[o] Item quæro, cum corpora legata etiam nunc ex lucratiua causa possideantur, an à substitutis peti possint. Respondi, non posse.[p]

Si legatur nomen debitoris, heres liberatur cedendo actionem. Bartolus.

quos prius manumiseram, & Seiæ alumnę meæ: ita ne de nomine familiæ meæ exeat dictum prędiolum donec ad vnum de supradictis proprietas eius peruenerit. quæritur, vtrum omnes prædicti habeant viriles partes, an verò habeat tantùm Seia prędicta quantum omnes alij simul? Et dicitur quòd viriles debent habere omnes prædicti in prædiolo. Viuianus.

i ¶ *Perueniat.* quasi dicat etiã si vnus solus[a] supererit de familia.

a Vnus pro solo.

k ¶ *Portionem.* virilem Accur.

l ¶ *Ad viriles.* Imò Seia quantum omnes alij: *vt. C. de impub. & vt. C. de impub. & ali. substit. l. fin. §. alia applicata. & . §. in secunda. & supra de vulga. substitu. l. si pater. & supra de vsufruct. ac. l. si quis Titio. & supra de hered. institut. l. interdum. ij. respons.* Solut. omnes liberti, & libertę viriles partes habebunt, id est vnam dimidiã, aliã habet Seia. 2. Vel dic ex verbo quo vetuit alienari extra familiã, præsumitur voluisse cuique dari virilem: quia magis voluit prouidere familiæ quàm Seię quę non erat de familia. 3. Vel hîc fuit appositum verbum æquè[b] vel aliud æqui pollẽs:[c] quod denotat æquas portiones esse faciendas. *sic supra de hered. instit. l. interdum. j. respon.* 4. Vel dic *vt not. dicta. l. e. C. de impub. & aliis substi. l. fina. & facit infra de vsufruc. lega. l. codicillis. §. fin. & ea. l. fina. C. de impu. & aliis substi. in princip.* Accur.

† Paritas enim affectionis inducit paritatẽ in portionib⁹ distribuendis.

† Nec ad legatum dotis seu ob causam.

b Æquè hereditas diuiditur quæ æquis partibus inter heredes diuiditur.

c Æquipollentibus verbis quid exprimi sufficit.

Impuberem.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suum impuberem, & vxori suæ prælegauit dotem quam ab ea habuit, & legauit ei etiam ornamenta, & seruos, & aureos. x. & postea ita dixit, Si filius meus prædictus decesserit, substituto ei primum & secundum vicinos meos: à quibus substitutis, si hereditatem meam habuerit, in duplum dari volo ea omnia quæcunque primis tabulis dedi. decessit postea dictus filius testatoris impubes, & ita substituti habuerunt hereditatem. quæritur, nunquid teneantur substituti præstare duplicatum legatum dotis vxori relictum sicut alia legata, & nunquid teneantur præstare vxori prædictæ illa legata ex supradictis quæ ipsa inuenitur nunc possidere ex causa lucratiua? Et respon. ad vtrumque quòd non. Viuian.

m ¶ *Instituit.* sc. aliquis.

n ¶ *Substituit.* aliquos extraneos.

o ¶ *Sensisse.* fortè ideò, quia in spem dos consistebat. Aliàs contra. *ʒ. titu. j. l. planè. §. sed si non corpus, & . l. si seruum. & supra eod. l. cum quidam.* 2. Vel quia ad dotem inuitatur mulier tanquam ad æs alienum: *vt infra ad leg. Fal. si vsusfru. §. j. & . ʒ. ad Treb. l. cum heredes. Hug.*

p ¶ *Non posse.*[d] aliud in quantitate: *vt. ʒ. ti. j. l. planè. j. §. j. & . ʒ. eo. l. si pluribus. §. j. & est ad hoc Inst eo. §. si res. & . ʒ. tit. j. l. nutu. §. j. & ʒ. de act. & oblig. l. omnes. & de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. j. & . ʒ. tit. j. l. Lucius. §. Sempronia.*

d Hoc ideo, ne duæ causæ lucratiuæ in eadem specie concurrant.

Ciuibus meis.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Lucium & postea in eodem testamento ita dixit, Reipublicæ Bononiæ lego chirographum Gaij Seij in quo ipse debebat mihi. c. postea autem fecit codicillos, & in eis vetuit exigi dicta. c. à dicto Gaio Seio. Item in eisdem codicillis petiit ab herede suo Lucio, vt de debito quod debebat sibi Petrus, dictã summã de. c. daret dictæ reipub. mortuo postmodum testatore inuenitur non soluendo Petrus debitor in codicillis nominatus. nunquid tenebitur Lucius heres ad præstãdum integra. c. reipu? Et dicitur quòd non, imò liberatur à repu. si cedat ei actiones contra dictum Pe-

trum non soluendo existentem. Viuianus.

a ¶ *Ciuibus*. per[a] hoc videtur ciuitati relinquere: *vt infra de rebus dubiis l. ij.*

b ¶ *Chirographum*. per[b] hoc videtur legare debitum chirographi: *vt infra titu. j. qui chirographum.*

a Ciuibus legans, ciuitati relinquere videtur.

b Chirographo legato debitum chirographi legari intelligitur.

8. ¶ *Ciuibus*[a] *meis do lego chirographum*[b] *Gaij Seij* postea codicillis vetuit à Seio exigi, & ab herede petiit, vt ex alterius debitoris debito, quem codicillis nominauit, eandem summam reipublicę daret. Quæsitum est, si posterior idoneus† non esset, an integram quātitatem heredes præstare debeant.[c] Respondi, heredes reipublicæ aduersus eum duntaxat debitorem qui nouissimis codicillis, vt proponitur designatus est, actionē præstare[d] debere. †

† Nomen debitoris legatū, heres testatoris cogitur legatario cedere, non ad faciendum nomen bonū seu idoneum.

Relictum in defectum institutorum videtur relinqui à venientibus ab intestato. Item verbum pertinere, trahitur ad fideicommissum. Bart.

9. ¶ Filiam ex asse instituit[e] heredem, eique substituit nepotem suum, & ita cauit: Si (quod abominor) neque filia mea,[f] neque nepos[g] meus heredes mei erunt: tunc portionem meam partis dimidiæ,[h] fundi illius ad libertos meos pertinere volo. Quæritur, cùm ante testatorem & filia & nepos decesserunt, & intestati bona pertinuerunt† ad pronepotem eius: an fideicommissum[i] ad libertos pertineret. Respondi, secundùm ea quę proponerentur, si nullus alius heres institutus substitutúsque esset, quàm filia & nepos, videri legitimorum fideicommissum esse vt præstarentur.

† Pertinendi verbum trahitur ad fideicommissum.

Confessio debiti facta à testatore non probat debitum: sed fideicommissi petitionem inducit. Bart.

10. ¶ *Quisquis mihi heres erit, sciat debere me Demetrio patruo meo denaria tria, & deposita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria, quæ etiam protinus reddi & solui eis iubeo.* Quæsitum est an si non deberentur, actio esset. Respondi, si non deberentur, nullam † quasi ex debito[k] actionem esse, sed ex fideicommisso.[l]

Verba generalia etiā in beneficiis restringuntur, vt odiosa nō cōprehendantur. hoc dicit secūdùm Ia. de Are. vel aliter: Offendentibus non probantibus sequens meritum legatum non debetur. h. d. secundùm Dy. Bart.

11. ¶ Lucius Titius Damam & Pamphilum libertos suos ante biennium mortis suæ de domo dimisit,[m] †& cibaria quæ dabat, præstare desiit:[n] mox facto testamento ita legauit: *Quisquis mihi heres erit, omnib⁹ libertis meis quos hoc testamento manumisi, & quos ante habui, quosque vt manumittantur petij, alimentorum nomine in menses singulos certam pecuniam dato.* Quæsitum est an Damæ & Pamphilo fideicommissum debeatur. Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, ita deberi, si hi qui petent, manifestè docerent[o] eo animo circa se patronum cùm testamentum faceret, esse cœpisse, vt his quoque legatum dari vellet: alioquin nihil ipsis præstetur.

Si heres in suo testamēto relinquit quod testator legauerat, debetur ex primo testamēto, nō ex secundo. Item appellatione filiorum continentur naturales in seruitute concepti. Bart.

c ¶ *Debeant*. quod videbatur fauore reipub. quod reuocet.

d ¶ *Præstare*. sic. s. tit. j. l. si sic. §. j. ¶ Sed argu. contra. j. titu. j. l. Paulo Cal. §. fin. Sol. ibi heres exegerat pecuniam à fisco, & fiscus à debitore: vnde cum ad heredem peruenerat pecunia, restituit eam de suo. *& facit. j. de vs. tri. & ole. leg. l. cum certus. & s. eo. l. seruum filij. §. cum.* ¶ Item arg. cōtra.[c] s. ti. j. l. *quidam. in prin.*

c Dic, ibi fuit legatum nomen: ibi post perfectum, adiectum fuit vnde soluerent.

† *Contra glo. in verbo, ad ami. ibi. si testis assumi sit in vltima voluntate, tenet testis cap. et parte. extra de alie. iudi. mutan. causa fac.*

Filiam ex asse.] c a s v s. Titius habebat filiam Titiam, & nepotem ex alio filio vel filia, & pronepotem ex dicto nepote. fecit testamentum hic Titius, & instituit sibi heredem filiam ex asse, & substituit ei prędictum nepotem: & ita postea dixit. Si neque filia neque nepos prædicti erunt mihi heredes, volo pertinere tunc ad libertos meos portionem meam partis dimidiæ fundi Titiani. habebat enim in eo fundo dictus testator fortè dimidiam dimidiæ. his actis dicta filia & nepotes decesserunt ante testatorem dictū, & sic hereditas deuenit ab intestato ad dictum pronepotē. nunquid tenebitur præstare dictis libertis dictū fideicommissum? & dicitur quòd sic. Viuia.

e ¶ *Instituit*. pater. Ac.

f ¶ *Mea*. instituta. Ac.

g ¶ *Nepos*. substitutus. Accursius

h ¶ *Partis dimidiæ*. id est quæ est dimidia pars. habet ergo communionem cum alio.

i ¶ *Fideicommissum*. & est ratio: q̃a id videtur dixisse. cū enim ita dixit, si neq; filia neq; nepos &c. nec alios instituerat: perinde[d] est ac si dixisset, si decedā intestatus. & sic non est cōtra. sed concordat. *C. de fideicom. l. eam quā. & l. ex testamēto. sic. s. eo. l. cum pater. §. filius. & j. l. proxi. §. si.*

d Relicta in defectum testamenti, videntur relicta ab intestato. Sunt enim paria, relinquere in defectum testamenti & venientibus ab intestato.

Quisquis mihi.] c a s v s. Feci testamētum, & institui mihi heredes: & postea dixi: quisquis mihi heres erit, sciat me debere tria denaria Demetrio patruo meo, & sciat similiter quod Seleucus patruus meus deposuit apud me alia tria denaria, quæ etiam protinus reddi & solui eis iubeo. in veritate autem nihil debeam alicui de dictis meis patruis. nunquid poterunt petere dicti patrui dicta denaria quasi ex fideicommisso? & dicitur quòd sic: non autem poterunt petere quasi debita eis. Viuianus.

k ¶ *Ex debito*. vt & *C. de proba. l. rationes*. nisi[e] iurauerit: *vt. j. titu. j. l. cùm quis in codicillis.* Item contra. *C. de non nume. pecu. l. generaliter.*

l ¶ *Sed ex fideicōmisso*. vt.[f] *j. de don. l. ex hac. & C. de do. l. si donatio.* ¶ Sed contra. s. *de proba. l. qui testamentum.* Sol. ibi non capax. Item hoc nisi probetur testatorem per errorē scripsisse: *vt. j. de au. & argen. leg. l. qui vxori. & C. de fal. cau. adiec. le. l. j. & facit. s. tit. j. l. si sic. §. j. & j. de libe. leg. l. legani. & j. tit. j. l. Lucius. §. j.*

e Iurans se debere obligatur ex debito, etiamsi re vera non debeat.

f Fideicommissum seu vt fideicōmissum Titio debetur, quod testator ei se debere confessus est, si Titius nō probet credidisse, atque ita debitum cōfessum à testatore, nō probatū à legatario, transit in fideicōmissum. Id tamen fallit duobus casibus. vno si id in incapacis gratiam confessum: & si hę tes probauerit testatorem per errorem scripsisse.

Lucius Titius.] c a s v s. Lucius Titius habebat duos libertos, scilicet Damam & Pamphilum, & habebat multos seruos quibus omnibus dabat alimenta: & secum in domo tenebat eos. Lucius Titius dictos Damam & Pamphilum de domo expulit, quia ipsi offenderunt eum, & desiit eis duobus alimēta præstare. postea stetit per biennium, & tunc fecit testamentum, & instituit sibi heredem, & quibusdam ex dictis seruis dedit libertatem directam, & quibusdam fideicommissariam: & postea ita dixit in eodem testamento: quisquis mihi heres erit, omnibus libertis meis quos in testamento hoc manumisi, & quos ante habui, quosque vt manumittantur petij: do alimētorum nomine. xx. in singulos mēses. Quęritur, vtrum illis duobus libertis quibus desiit præstare alimenta, fideicōmissum prædictum debeatur, id est Damæ & Pamphilo qui eum offenderāt: vt dictum est: & respon. quòd non, nisi ipsi duo doceāt manifestè quod dictus Lucius Titius patronus cœpit habere de nouo eū animum cùm fecit testamētum, vt ipsi fideicōmissum haberent. Viuianus.

† Hæc lex videtur esse directò contra text. in. l. r. & glo. fin. secundum Bald. ibi in ver. errore. de fal. causa adiecta legat. quod solue vt g Glo. in l. cum quis. §. codicillis. j. de legat. j.

m ¶ *Dimisit*. id est licentiauit nō alens eos postea. Accur.

n ¶ *Desiit*. offensus à seruis quondam, qui modò sunt liberti.

† Quod erat apud vet. symbolum dirimendæ amicitiæ. Tacitus li. j. verum fingēdum est hic interuenisse reconciliationem.

o ¶ *Docerent*. sequentibus eorum meritis inspectis: vt quia offensus fuerat patronus. alioquin si non fuit offensus, secus puto, cum generalibus[a] verbis includantur, quibus standum est: *vt. j. tit. j. l. non aliter.* Azo. & ad hoc. *j. de ali. & ciba. leg. l. iij. in fin. & l. iiij. & C. fami. ercis. l. in ipsius.*

a Generalibus verbis relicta non trahitur ad eos qui offenderunt nisi reconciliati sint: hoc est, si testator legauit alimenta libertis, non videtur illis legare quos expulit de domo, nisi probetur eos sibi reconciliasse.

Damæ & Pamphilo.] c a s v s. Titia habebat duos seruos, scilicet Damam & Pamphilū, & dictus Pamphilus habebat vnam filiam quæ vocabatur Pamphila, & sic erat filia naturalis dicti Pamphili. fecit dicta Titia testamentum, & instituit sibi heredes Seium & Sēpronium, & Damæ & Pamphilo dictis dedit libertatem directam: & fundum Cornelianum eisdem Damæ & Pamphilo legauit, ita vt post mortem eorum Pamphili & Damæ restituerent dictum fundum filiis eorum Damę & Pamphili. Item petiit à dictis heredibus dicta testatrix vt dictā Pamphilam Pamphili filiam manumitterent. mortua dicta testatrice dictus Pāphilus instituit sibi heredem Męuium, & rogauit eum per fideicō. vt hereditatem suā Pamphili, id est fundi prædicti partem dimidiam, quā solam in bonis patronæ suæ prædictę habebat Pamphilus, restitueret Pamphilę filiæ suæ Pāphili, cùm primùm libera fuisset dicta Pamphila sua filia. mortuo Pamphilo prædicto, & manumissa dicta Pamphila, volebat Pamphila habere dictum fideicōmissum medietatis fundi ex testamento superiore patronæ prædicti patris sui Pāphili: vt sic Fal. ei nō detrahatur, quia patri suo nō fuit detracta, eo quòd dicta Titia testatrix erat diues, ita quod non habuit locum lex Falcidia in testamento suo. Męuius autem heres dicti Pamphili patris Pamphilę volebat ei Pamphilæ dare dictum fideicom. ex testamento Pamphili pauperis, ita quod habebat locū lex Fal. Nam vt dictum est, nihil habebat in bonis Pamphilus nisi medietatem dicti fundi. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quòd ex superiore testamento patronæ Pamphili habebit Pamphila fideicom. & sic nō detrahetur ei Fal. & est ratio secundùm Claudium: quia cum dicta testatrix reliquit fundum prædictum Damæ & Pamphilo, ita vt post mortem eorum Pam-

rum Pamphili & Damæ reſtituerent filiis eorum, bene continetur dicta naturalis filia Pamphili appellatione filiorum. *& hoc dicit.* Viuianus.
a ¶ *Manumiſerat.* ſ. teſtatrix directo.
b ¶ *Fundum dedit.* i. legauit purè.

12. ¶ Damæ & Pāphilo, quos teſtamento manumiſerat,[a] fundum[b] dedit ita vt poſt mortem ſuam[c] filiis ſuis[d] reſtituerent. eodem teſtamento petiit ab heredibus ſuis vt Pamphilam[e] manumitterent, quę Pamphila filia naturalis erat Pamphili.[f] Idem Pāphilus poſt diem legati ſui cedētem,[g] teſtamento heredem inſtituit Mæuium, eiúſque fideicommiſit vt hereditatem ſuam, id eſt fundi ſupra ſcripti partem dimidiam, quam ſolam[h] in bonis ex teſtamēto patronę ſuę habebat. Pamphilæ filiæ ſuæ cùm primùm libera[i] fuiſſet, reſtitueret. Quæro, Pamphila manumiſſa vtrum ex teſtamento ſuperiore[k] patris ſui patronæ eam partē petere poſſit: an verò ex teſtamēto patris naturalis ex cauſa fideicōmiſſi, habita ratione legis Falcidiæ.[l] Reſpōdi, ex his quæ proponerentur, probari Pamphilam dumtaxat ex teſtamēto ſuperiore † fideicōmiſſū petere poſſe.[m] Claudius: quia creditur[n] appellatione † filiorum[o] & naturales liberos, id eſt[p] in ſeruitute ſuſceptos, contineri.

Si onus iniunctum legatario eſt inutile mixta conſideratione teſtatoris & fideicommiſſarij, legatum efficitur inutile quo ad donationem. non quo ad retentionem. hoc dicit, & eſt ſingularis lex, ſecundum. Bartolum.

c ¶ *Suam.* Damæ & Pamphili: vel ſuam. ſc. teſtatricis.
d ¶ *Filiis ſuis.* i. Damæ & Pamphili. & ex hoc oritur dubitatio: quia dicit, filiis, in plurali: & nō fuit niſi vna ex Pamphilo. Item & quia nō fuit legitima, ſed naturalis tantum. ſed primum nō nocet: *vt.* ȷ̃. *de condit. & demon. l. pater Seuerinā.* §. *ita.* nec ſecundum nocet, vt in fi. huius. l.
e ¶ *Pamphilam.* per fideicommiſſ.
f ¶ *Pāphili.* prædicti
g ¶ *Cedentem.* quod[a] eſt poſt aditam hereditatem: *vt. C. de cadu. tollen.* §. *in nouiſſimo.* ¶ Sed certè imò quia purū erat, non ſolum ceſsit. ſed etiam venit dies eius: *vt.* ȷ̃. *de verb. ſigni. l. cedere diē.* Sed dic, & veniētē. ſecus ſi ex die: *vt.* ȷ̃. *ad lege. Falcid. cum quo.* §. *is qui. &* ȷ̃. *vſufructua. quemadmo. ca. l. ſi vſufru. nomine.* §. *plane.*

a Cedit dies legatorum ab adita hereditate.

h ¶ *Quam ſolam.* nā aliam dimidiam habebat. Dama.
i ¶ *Cū primū libera.* Pāphilus enim directā eius filia fideicōmiſſariā meruit libertatem: vnde tardius ad libertatē peruenit. *Azo.*
k ¶ *Superiore.* cōſtrue patronæ patris ſui.
l ¶ *Legis Falcidiæ.* quæ ceſſat ſi ex primo accipiat vt æs alienū: *vt. C. de bo. aucto. iu. poſſi. l.* j. & ad hęc quæ ſequūtur, fac. ȷ̃. *eo. l. ſtatuliberū. in princ. &* ȷ̃. *ti.* j. *l. ſi fundum ſub conditione.* §. *ſi pater. & l. huiuſmodi.* §. j.
m ¶ *Petere poſſe.* huic ſubiicit rationem. *Azo.*
n ¶ *Creditur.* à ſapientibus propter[b] ſimilitudinem talium perſonarum. & ad idem. ȷ̃. *de iure delibe. l. fi.*
o ¶ *Filiorū.* cauit enī teſtator vt poſt mortē reſtituat filijs ſuis. Az.
p ¶ *Id eſt in ſeruitute.* ideò[c] gloſſauit ſic Claudius quia ſecus[d] eſt in iis qui ſunt ex concubina: niſi in caſibus: *vt.* ȷ̃. *ad Treb. l. ex facto.* § *ſi quis.* quilibet tamen naturalis grauatus, ſi decedat, vt reſtituat, ita demum ſi naturales & legitimos non habet, reſtituit: *vt. C. de Inſtit. & ſub. l. generaliter.* §. *ſi. & facit.* ȷ̃. *eo. l. cum pater.* §. *volo. &.* ȷ̃. *ad Treb. l. ex facto.* §. *ſi quis. & l. heredibus.* §. j.

† Teſtamento tutoris & heredis in eodē relicto compitantibus, agendum eſt ex primo non ex ſecundo teſtamento.
† Concor. c. liberi. ibi, nam & filij ex libera & ancilla, ſeruilis ſunt conditionis. naturales autē filij dicuntur ingenuarū concubinarum filij, quos ſola natura genuit. Eſt Gl. in verbo, liberi. 32. q. 4.
b Filiorum appellatione continetur filij etiam naturales in ſeruitute ſuſcepti. Eſt enim ſimilitudo inter omnes liberos. Omnes n. liberi ſunt & filij.
c Naturales liberi pro in ſeruitute conceptis.
d Naturalium liberorū in ſeruitute ſuſceptorū à ſuſceptis ex concubina differentia.

Scæuola.] CASVS. In teſtamēto meo inſtitui mihi heredē Seiū, & poſtea feci codicillos in quibus legaui Gaio Seio. c. & rogaui dictum Gaiū Seium per fideicōmiſſum vt Sēproniæ ancillæ meæ reſtitueret dicta. c. nunquid valet ſecundum fideicōmiſſum? Et dicitur quòd non, & ita Gaius Seius non tenetur dare ancillæ meæ dicta. c. ſed nunquid tenetur ea dare heredi meo? Et dicitur ꝙ nō. ſed ſi Seius meus heres prædictus nondum ſoluerat dicta. c. dicto Gaio Seio, nunquid ea poterit ab eo petere Gaius Seius? Et dicitur quòd non. Viuianus.
q ¶ *Non eſſe.* ſic. ȷ̃. *eo. l. ſeruum.* Accur.
r ¶ *Cōpellatur.* iā ei ſolutū. & ſic no. potiorē cōditionē poſsidētis.
ſ ¶ *Petere poſſe.* Hanc regulā ſerua, ꝙ potior ſit heredis vel legatarij poſsidētis cōditio vbicūq; fideico. eſt ab initio nullū mixta cōſideratione teſtātis, & eius cui dandū eſt, habita. Idē ſi & legatū ſit nullū propter rē quæ legatur. nam & ibi neutrū tenet. idē dico & ſi qualitercūq; deficiat à principio fideicō. & ita[e] expone quod eſt ȷ̃. *eo. l. ſi quis quos. &.* ȷ̃. *de cōdi. & demon. l. ſi quis eū.* ſ. vt non te-

e Alias expoſitiones. v. hic apud Bart.

neat legatū, vt poſſit peti: tenet tamen vt habeat exceptionē, niſi eligatur vt miniſter. Si verò ſolùmodò fideicom. deficiat ex poſtfacto, ſecus eſt: quia valet legatum: *vt.* ȷ̃. *eo. l. ſi quis Titio. & ibi no. &.* ȷ̃. *tit.* j. *l. pater.* §. *Tuſculanus. &.* ȷ̃. *tit.* j. *l. ſi fundum per fideicom.* §. *Iulianus. quæ ſunt contra.* niſi eligatur vt miniſter: vt dictum eſt. Si autem ſolum legatū ſit nullum aut à principio, vt pro non ſcripto: & tunc nec fideicommiſſum tenet. Si autem ex poſt facto & ſic in cauſa caduci, & tunc ſic: *vt. C. de cadu. tollen.* §. *in primo. &.* §. *pro ſecūdo.* ¶ Ex prædictis nota ꝙ aut vtrumque nullum propter rē vel aliam cauſam; aut alterum: & tūc ſi fideicom. ſolū: refert vel ab initio, vel ex poſt facto. idē ſi legatū ſolum. nā & ibi diſtinguitur, à principio, vel ex poſtfacto. ¶ Itē ex p̄dictis patet nō eſſe contra. *C. de cadu. tollē.* §. *in primo.* vbi legatū inutile[a] nō remanet apud legatariū: hic ſic: quia hic eſt inutile fideicomm. nō propter ſe: ibi propter ſeipſum. ¶ Itē ex prædictis videtur ꝙ malè ſcripſit. H. reſpō. ſic, ſi tibi legetur vt tertio reſtituas, vt valeat vel deficiat fideicō. illius tantùm inſpicitur perſona cui fideicom. relinquitur *vt.* ȷ̃. *de inoffic. teſta. l. Papinianus.* §. *meminiſſe. ibi, eo autem ſolo &c. &.* ȷ̃. *ſi quis ali. teſt. pro. l.* j. §. j. *& de excu. tu. l. legatarius. &.* ȷ̃. *de leg. præ. bonorum. poſſeſſ. contra tabu. petita. l.* iij. *& infra de bono liber. l. in ſeruitute?* Reſpond. quinimò & hic legatarij tantùm inſpicitur perſona quo ad aliquid, ſcilicet vt habeat retentionem, *vt hîc dicit.*

13. ¶ Scæuola. * Codicillis Gaio Seio centum legauit, eiúſque fideicommiſit, vt ancillę teſtatoris ea daret. Quæro an vtile fideicommiſſum ſit, quod legatarius ancillæ teſtatoris dare iuſſus eſt. Reſpondi, non eſſe.[q] Item ſi vtile non eſt, an legatarius heredi cuius ancilla eſt, reſtituere compellatur.[r] Reſpondi, non compelli: ſed nec ipſum legatarium legatum petere poſſe.[ſ]

* Quidam notarūt hoc verbū exſtare Flo. ſed incluſum notis expunctionis his, certè in omnibus ferè manuſc. deeſt: in vno tamē manuſc. & vulg. impreſſis eſt lex, Scæuola. 91.

Si liberti conſentiunt heredi patroni alienanti rem eis relictam, præſumitur animo donandi, niſi aliud appareat. Bart.

14. ¶ Inſulam[t] libertis vtriuſque ſexus legauit, ita vt ex † reditu eius maſculi duplum, fœminæ ſimplum percipiant: eámque alienari vetuit. ex † conſenſu omnium ab herede venundata eſt.[u] Quæro an & ex pretio inſulæ duplum mares, ſimplum caperent fœminæ. Reſpondi, ob pretium nullam fideicommiſſi perſecutionem eſſe, niſi ea mente[x] venditioni conſenſerunt, vt ſimiliter ex pretio mares quidem duplum, fœminæ autem ſimplum conſequantur.[y]

a Inutile legatū, an & quando remaneat apud legatarium.
† Legans inſulam vt ex reditu eius maſculi duplum: fœminæ ſimplū percipiant, his verbis inæqualitas in fructu inducitur, at nō in proprietate.
† Conſenſus vim habet tacitæ repudiationis: hoc eſt, ſi fideicōmiſſarius conſenſit ſimpliciter vēditioni rei ſibi relictæ, ius ſuū integrum amittit: ſin ſaluo iure ſuo alienari pmiſit, poteſt pretiū petere, vt quod in locū fideicōmiſſi ſuccedat.

Prohibitus vendere vel obligare, non videtur prohibitus locare. hoc dicit. Vel ſic: Qui obligat nomen conductoris domus alienari prohibitæ, non videtur alienare domum vel obligare. Bart.

Inſulam.] CASVS. Titius habebat vnā inſulam fortè in quodā flumine ex qua magnum reditum conſequebatur. habebat enim fortè ibi cuniculos, vt habēt Peruſini in lacu eorum. Itē habebat duos libertos & duas libertas. hîc Titius fecit teſtamentum, & inſtituto ſibi herede, dictis libertis vtriuſq; ſexus dictā inſulā legauit ita vt ex reditibus eius inſulæ maſculi liberti duplū percipiāt, & fœminæ ſimplum. Item vetuit dictā inſulā alienari. Mortuo dicto Titio teſtatore, heres eius vendidit dictam inſulam Seio pro. c. pone, & voluntate omnium prędictorū libertorū. volebant nūc liberti maſculi habere duplum pretij dictæ inſulæ, & fœminę volebant ſimplum, ſicut habere debebant, de reditibus inſulę? Quæritur, vtrum hoc conſequi poſsint? Et dicitur ꝙ non, niſi hoc pacto venditioni conſenſerint. Viuian.
t ¶ *Inſulam.* quo ad proprietatem. & ȷ̃. vetat alienari: ſed reditus eius poſſet legari: *vt.* ȷ̃. *de adimen. leg. l. liberto.* j. *reſpon.*
u ¶ *Venundata eſt.* quod eſſe poteſt:[b] *vt. C. de fideicomm. l. quoties. &.* ȷ̃. *ti.* j. *l. nihil.* §. j. Accurſius.
x ¶ *Ea mente.* i. eo pacto. eorum enim mens tantummodo non ſufficeret: *vt arg.* ȷ̃. *de condic. indeb. l. quod quis.* Accur.
y ¶ *Conſequantur.* tunc ergo vt aliqua ſit exceptio, perſecutio erit fideicōmiſsi ad pretium. ¶ Sed hoc quo modo, cùm nō ſit legatū, ſed inſula: *vt. d. l. liberto. quæ in hoc eſt cōtra?* Reſp. ſub. hic nullā fideicom. perſecutionem vel ex alia cauſa niſi &c. & ſecūdum hoc agetur ex pacto, vel mandato, vel ex ſtipulatione. Io. 2. Vel dic ſecundum *Azo.* agi actione ex teſtamento ad pretium, cùm[c] loco rei ſuccedat: *vt.* ȷ̃. *ti.* j. *l. imperator.* §. *ſi.* & ſecundum hoc intellige ȷ̃. *tit.* j. *l. ſi fundum per fideicom. in prin. quæ eſt contra.* & in. d. l. liberto. non conſenſit legatarius venditioni.

b Fideicōmiſſum heres con ſenſu fideicōmiſſarij vendere poteſt.
c Pretiū loco rei ſuccedit. vnde colligitur, eam diuiſionē fieri debere in pretio loco rei ſubrogato, quę fieret in re ipſa principali.

ff. Infort.

Instituto.[a]] CASVS. Titius habens filios, & ex eo nepotes emancipatos, instituit eos omnes sibi heredes: & ita dixit postea in testamento: Volo quod heredes mei nō vendant domos meas neque obligent alicui pro denariis ad vsuram: sed volo manere dictas domos firmas & simplices meis filiis & nepotibus per vniuersum tempus. & si aliquis dictorum heredum meorum voluerit vēdere partem suam, vel obligare ad vsuras, faciat hoc cū vno de coheredibus suis. & si cum alio faceret, volo quòd sit inutile. Mortuo testatore filius prædictus accepit mutuam pecuniam sub vsuris à quadam vsuraria quæ vocabatur Flauia Dionysia: & obligauit per fidem ei partem suam dictarum domorum datarum ad pensionem. nunquid dicti filij obligantis poterunt ex mente testatoris & ex fideicommisso petere dictam partem quasi nunc obligatam contra testatoris præceptum? Et dicitur quòd non: quia non obligauit filius testatoris partem suam domus, imò pensionē. *Viuianus.*

a ¶ *Ex eo.* filio.

b ¶ *Emancipatis.* institutis. repete.

c ¶ *Fœnerari.* id est obligari fœneratitio creditori: sed necnon fœneratitio: quia per hoc veniretur ad alienandum. Item statim simplices dicit.

d ¶ *Firmas.* id est nō alienatas.

e ¶ *Simplices.* id est non obligatas.

f ¶ *Filiis suis.* scilicet defuncti nepotib. nam vetando[h] alienari vel obligari videtur per fideicōmissum vicissim relinquere: *vt. s. eod. tit. l. cum pater. §. libertis.*

g ¶ *Non extitisse.* Nō ob. *C. de rebus alien. non alie. l. fin.* quia pensionem vel ius pēsionis obligauit hic, ibi vero rē. Et est ¶ Arg. hic quòd si quis alienare[c] prohibitus locet[d] in centum annos, vel mille,[e] quòd non alienet *sic. s. locati. l. non solet.*

15. ¶ Instituto filio herede, & ex eo[a] nepotibus emancipatis,[b] testator ita cauit: † Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δανείζεσθαι κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀκεραίας αὐτοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. ἐὰν δέ τις βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ ἢ δανείζεσθαι κατ' αὐτοῦ, ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι παρ' αὐτοῦ. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον.

[id est. Volo meas ædes non vēdi ab heredibus meis, neque fœnerari[c] super † eas, sed manere eas firmas[d] simplices[e] meis filiis & nepotibus per vniuersum tēpus. si autem aliquis eorum voluerit vēdere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere coheredi suo, & fœnerari ab eo. si autem aliquis præter hæc fecerit, erit quod obligatur, inutile atque irritum.] Quæritur, † cum filius defuncti mutuam pecuniam à Flauia Dionysia acceperit, & locatis ædibus pro parte sua pensiones sibi debitas creditrici delegauerit: an conditio testamenti extitisse videatur, vt filiis suis[f] fideicommissi nomine teneatur. Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, non extitisse.[g]

Prohibitus alienare in personas certas, probibetur in eas ab intestato legitimo iure transferre. Bartolus.

16. ¶ Matre & vxore heredib° institutis, ita cauit: *A te vxor charissima peto, ne † quid post mortē tuā fratribus tuis relinquas. habes filios sororum tuarum, quibus relinquas.*[h] *scis vnum fratrem tuum filium nostrum occidisse*[i] *dum ei rapinam** *facit: sed & alius mihi deteriora fecit.* Quæro, cùm vxor intestata decessit, & legitimo eius hereditas ad fratrem pertineat: an sororis filij fideicommissum ab eo petere possunt. Respondi, posse defendi fideicommissum deberi.

Matre & vxore.] CASVS. Titius instituit sibi heredes matrem suā & vxorē: & ita dixit vxori in testamēto, Peto à te ne quid post mortem tuam fratribus tuis relinquas. habes filias sororū tuarū, quibus relinquas. nam scis vnum fratrē tuum filium nostrum occidisse dū ei filio rapinā faceret: & alius mihi deteriora fecit. Mortuo dicto Titio testatore vxor sua prædicta decessit postea ab intestato, & sic legitima eius hereditas. s. vxoris pertinuit ad fratrē prædictū. de quo taliter vt dictum est, locutus fuit testator, & etiā ad alios fratres dictę vxoris. veniūt filiæ sororū dictę vxoris, & petunt à dicto fratre vxoris partem ipsius fratris quā habet in hereditate dictæ vxoris tanquā ex fideicōmisso eis relicto per dictum testatorem. dixit enim vxori: Habes filias sororū tuarum, quibus relinquas &c. Quæritur, vtrum possint? Et dicitur q; sic. *Viuia.*

h ¶ *Quibus relinquas.* Hic potest subaudiri, præcipio: &, si vis. sed Scæuola, præcipio, subaudit, ne res pereat. *sic. s. eo. l. Titia. §. Lucius.* tū amore filiorum prædictorum: tum odio fratrum. & sic non est contra. *s. eo. l. cum pater. §. mando.* vbi est consilium.[f]

i ¶ *Occidisse.* hoc[a] odium etiam ante legatum reuocat: *vt. j. de adi. leg. l. iij. in fi.*

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius fecit testamentum non solenne, nec sicut debet fieri ad hoc vt valeat: & antequam in eo heredem scriberet, ita dixit: Hoc testamentum scripsi sine vllo iurisperito, rationem animi mei potius secutus quàm nimiam & miseram diligentiam. & si minus in eo aliquid legitimè feci, pro iure tamen legitimo haberi debet hominis sani voluntas. Postea instituit sibi heredem. Quia ergo non valuit dictum testamentum, ab intestato venientes acceperunt bonorum possessionem ab intestato: & fortè erant illi iidem qui erant ab eo scripti heredes. & ita tantū habet vnus quantum alter ab intestato. ex testamento autem habebat vnus plus, & alter minus. modo vult ille vel illi qui habebant plus ex testamento prædicto, habere illud plus ab intestato per fideicommissum: quia dixit testator in testamento licèt non solenni, pro iure legitimo &c. quæritur, vtrum possit? Et dicitur quòd sic.

k ¶ *Diligentiam.* id[b] est solennitatem. & audi stultum testatorem, non tamen ei prodest stultitia vt valeat iure directo. & est contra. *s. tit. j. l. nemo.* Solu. ibi.

l ¶ *Haberi debet.* in plurali. aliàs impersonaliter loquitur de seipso. & dic sani mente, licèt non corpore: *vt. C. qui testa. facere poss. l. senium.* & est tale ac si diceret: si[c] non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. & sic non ob. *C. de fideicom. l. eam. & l. ex testamento.* quæ sunt contra. & facit. *s. e. l. proxi. in. §. filia. & l. cum pater. §. filius. & l. si quis ex testamento. & . j. ad Trebel. l. Scæuola.*

Hæc verba, quòd valeat omni modo quo melius de iure potest, intelliguntur etiam ab intestato. Bartolus.

17. ¶ *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine vllo iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quàm nimiam & miseram diligentiam.*[k] *& si minus aliquid legitimè minúsve peritè fecero, pro iure legitimo haberi*[l] *debet hominis sani voluntas.* deinde heres instituit. Quæsitum est, intestati eius bonorum possessione petita, an portiones adscriptæ ex causa fideicommissi peti possunt. Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, posse.

Voluntas testatoris tacita à contrario sensu sumpta, per tacitam voluntatem reuocatur. Bart.

LXXXIX. IDEM *libro quarto Responsorum.*

TEstamento* filium & vxorem suam heredes instituit: postea epistolam scripsisse dicitur, † qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit, præcipua hæc eum, suique iuris, & post mortem suam habere velle. Quæro, cùm testamento significauerit, si quid obsignatum[m] recepisset,[n] id

TEstator.] CASVS. Titius instituit sibi heredem filium suum & vxorē, & ita dixit in testamēto, quod si quid obsignatum reperisset à patre dictus filius, id valeret iure codicillorum. postea scripsit epistolam dicto filio absenti, in qua donauit eidem filio quidquid in peculio habuit filius idem: & ibi erat in eadem epistola quòd volebat dictum filium habere præcipua omnia prædicta quæ habebat in peculio. quæ quidem epistola non fuit signata. quæritur, nunquid ea quę in epistola continentur, ad filium pertineant? Et videtur quòd non: quia eo tempore quo dixit in testamento, si quid obsignatum &c. non erat facta epistola: & si facta fuisset, non erat signata. Et tamen dicitur quòd pertinent, dum tamen filius possit probare dictam epistolam factam esse per patrem suum & relictam. hoc dicit vsque ad. §. qui indiuisam. Viuianus.

m ¶ *Obsignatum.* i.[d] sigillatum. *sic C. quemadmo. testa. ape. l. j.* Azo.

n ¶ *Recepisset.* aliàs recepisti,[e] scilicet tu filius in hoc testamento signato. quasi diceret, quòd hoc testamēto tibi reliqui, volo valere etiam iure codicillorum. quæ scriptura non porrigitur ad epistolā quæ tunc facta nō erat, propter verbū præteriti tēporis, reperisti. aliàs recepisset. s. filius ex dicto testamēto signato. 2. Vel dic secundùm

a Vide Manticam li. 4. de Interpretat. vlti. voluntat. tit. 7. num. 7.

† Alciat. lib. 2. Disp. c. 1. locū hunc ex Pandectis Florēt. reposuit, simul & vertit. in illum videto. Grego. Haloander verò sic trāstulit: Nō volo autē vt à meis heredib. ædes meæ vendātur, illarūve nomine pecunia mutua accipiatur: sed vt apud eos, siue filij siue nepotes sint in omne æuū inuiolabiliter permaneant. Si quis verò eorū partē suā vel vendere, vel in causam mutui obligare voluerit: saltē coheredi suo ei° vēdendi vel obligandi potestatem habeto. Quod si aduersus ea quis fecerit, quicquid eius rei gestū esse dicetur, id infirmum atque irritum esto.

† Mutuum super re aliqua petēs, intelligitur rem cā creditori pignorare.

† Alienare vel obligare prohibitum, non prohibetur locare ad modicū tēpus & iura pēsionū cedere.

b Testator vetans suas ædes ab hæredibus suis alienari, his verbis videtur ædes suas relinquere per fideicōmissum ab vno ad aliū. hoc enim ipso quod in sua agnatione ædes suas remanere voluit, præsumitur tacitè fideicōmisisse. v. Corsetū sing. Testator.

† Prohibit° in aliquē alienare, iussus intelligitur facere & curare ne ille succedat ab intestato. Decedere enim & mori ab intestato, species est alienationis.

c Alienare prohibitus locare in cētū & mille annos potest. vt hic. Imò non potest quia per locationē in longissimū temp° cōstituitur ius in re. l. 1. in f. & l. 2. ff. si ager. vectigal. l. 1. §. qd autem. ff. de superficiebus. Est igitur hæc lex restringenda ad locationē modici temporis.

d Locatio in centū vel mille annos non est alienatio.

e Alienare prohibit° potestne obligare generaliter? Et posse existimant Bart. & Bald. arg. l. obligatione generali. ff. de pignor.

f Consiliū testatoris non inducit fideicommissum.

a Ab intestato sorori potest succedere, qui eius filium occidit. sed quid? aufertur ei vt indigno hereditas. Glos. in. l. his consequenter. §. 1. ff. familiæ.

* Rap. f. a. id est rapos seu vel locum illis tendis patuit. Colu. lib. 7. cap. Cato ca. 35. de re rust. Pulus in libel. de rerum alienatione.

b Diligentia pro solennitate.

* In vulg. edit. est lex, Testator.

c Clausula si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum. facit vt verba directa transeant in obliqua.

† Concor. s. omnes res. in Glo. in per verb. omnis res. ibi. Quod enim consensu contrahitur, contraria voluntate dissoluitur. extra de re. iur.

d Obsignatum pro sigillato.

e An hic legendum, Recepisti.

a In qua legi-tur, recepisset, recepisti.

cundùm hanc[a] literam loqui etiam de futuro, quasi diceret, si quid tibi legauero in scriptura obsignata, valeat iure codillorum. nam per hoc vetuit valere non signatum. & secundù hoc nõ est contra j.ti.j.*l.si quis in prin.* Imò & si hoc expressè dixisset, pœnitere posset, *vt.s.ti.j.l.diuus.§.licet.& .s.eo.l.cum pater.§.si.* Accur.

vice codicillorum valeret:* epistola autem non sit obsignata: an quæ epistola continentur, ad filium pertineant. Respondi, si † fides epistolæ relictæ constaret, deberi quæ in eam dare se velle significauit.

Verba generalia debent ad tempus testamenti referri. Bart.

1. ¶ Qui indiuisam[a] cum fratre suo rẽ habebat, filias suas heredes instituit, & ita cauit: *Propter res vniuersas quæ mihi cum illo fratre meo patruo vestro cõmunes*[b] *sunt, quas æstimationis cõstiterit esse vniuersas*[c] *duo* * *milium aureorum, fidei vestræ committo, vti pro portione vestra mille aureos à Lucretio Pacato patruo vestro accipiatis.* huic testamento quinquennio superuixit, & abundè patrimonium[d] reliquit. Quæsitum est, an heredes Lucretij[e] Pacati secundú verba suprascripta offerentes mille aureos, fideicommissum consequantur. Respondi, secundùm ea quę proponerẽtur, non facere[f] voluntatem, vt vniuersa[g] datis millenis aureis restituerẽtur: sed æstimationis quæ mortis tẽpore in rebus fuerat, oblationem[h] debere fieri.

Conditio apposita in personam vnius, in persona alterius sibi coniuncti non videtur repetita. Bart.

* valere.

† Epistola nõ probat, nisi de eius fide constet.

¶ *Qui indiuisam.*] CASVS. Titius habebat hereditatem suam indiuisam cum Lucretio Pacato fratre suo. hic Titius in testamẽto suo instituit sibi heredes filias suas proprias, & in eodem testamẽto ita postea dixit, ô filiæ meæ fidei vestrę committo vt pro protione vestra illarũ rerũ quas habeo cõmunes cum dicto fratre meo: quas vniuersas. s. partẽ meã & fratris mei cõstiterit esse æstimationis duorũ miliũ aureorũ, accipiatis ab eo mille aureos. facto hoc testamento vixit idem Titius per.v.annos, & multa fuit lucratus in illis.v.annis vltra quã haberet tẽpore quo fecit testamentum, & sic maior hereditas remãsit filiabus suis quàm remãsisset si decessisset testator tempore testamenti. postea decessit dictus frater testatoris. s. Lucretius Pacatus: & habuit heredes Titiũ & Mæuiũ pone. veniũt heredes Lucretij Pacati, & offerunt filiabus testatoris Titij mille aureos, & volunt quod ipsę dent eis vniuersa quæ habuit Titius tẽpore mortis. filiæ autẽ volũt eis dare illud tãtùm qđ Titius habebat tẽpore testamenti. quæritur, quid iuris sit? Et videtur qđ dictum heredũ Lucretij Pacati præualeat propter verba quæ sunt in hoc.§.ibi, propter res vniuersas &c. vsque illuc, huic testamento quinquennio &c. & tamen iudicatur hic quòd dictum filiarum præualeat. Viuian.

* duo indeclinabiliter sicut apud Græcos quidam pro duorum.

a ¶ *Qui indiuisã rẽ.* i. res[b] plures: vt subiicit.j.2. Vel. i. hereditatẽ.

b ¶ *Communes sunt.* ex hoc verbo sunt,[c] quod est præsentis tẽporis, patet quod hic voluntas non porrigitur ad ea quæ postea cœperunt esse cõmunia: *vt in fi.huius.§.dicitur.& arg.s.ea.l.in prin.& .j.de aur.& arg.leg.l.si ita.* & ita spectatur tẽpus[d] testamenti. at verbum constiterit, quod statim sequitur, quò ad æstimationẽ rerũ est futuri tẽporis, & sic ad tempus mortis refertur prout tunc valent res quondam communes tempore testamenti.

6 Singularis p plurali.

c Præsenti verbo futura non continentur.

d Tempus testamenti, an & quando consideretur.

c ¶ *Vniuersas.* q.d. eas æstimo, quia poterant valere tẽpore mortis tantùm: & non plus. subaudi ergo, dumtaxat. iusto enim pretio volebat dari res tales patruo: vt hęc verba denotant, quas æstimationis &c. Vnde quidã non concedunt hanc propositionem: tu habes vnum oculum. quia subaudiunt, tantùm. sed tamen licet iusto pretio debuit dari, valet legatum propter vicinitatem:[e] *vt.s.eo.l.si cui.* sic ergo si plures res incipiunt esse, non debebitur augmentũ: nisi augmenti præstetur pretium.

e Vicinitatis ratione valet legatum, quod aliàs non valeret.

d ¶ *Patrimonium.* s. auctum. ¶ Itẽ videtur contra .j.*tit.j.l.xj.§.iij.*

e ¶ *Lucretij.* mortui post mortem fratris. aliàs esset pro scripto, vel caducum, vel in causa caduci, secundùm R.

f ¶ *Non facere.* i. non operari.

g ¶ *Vt vniuersa.* quia nunquam cœperunt post testamẽtum esse communia.

g ¶ *Vniuersa.* quæsita post testamentum, vel quæ sunt vltra quãtitatem duum milium aureorum. *Azo.* siue ex transcursu temporis, siue ex augmento petrimonij.

h ¶ *Oblationem.* aliàs obligationẽ. aliàs oblationem. ¶ Sed quid si statim decessisset? nunquid stabitur illi æstimationi? Videtur arg. quòd non, nisi fiurasset: *vt.s.titu.j.l.si fundum sub conditione.§.si*

f Adde Gl.l.cũ pater.§.patre qui filiis in verbo exclusorũ .s.eod. & quod ibi scripsi.

libertus.& .C.com.vtriusque iudi.l.scriptura.& in Authen.de iureiur.§.j.sed in casu huius.§.videtur secus.

¶ *Seio quem.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & substitui ei Seium, & postea ita dixi. Si Seius prædictus non erit mihi heres ex substitutiõe, lego ei & vxori suæ Marcellæ quindecim libras argẽti. postea Titius voluit habere hereditatem, & ita Seius mihi successit ex substitutione: & ita quantum ad eum defecit cõditio legati prædicti. nunquid ergo deficiet dictum legatum quantum ad Marcellam? Et dicitur quòd non, imò habebit dimidiam iure legati: subaudi, & aliam dimidiam iure accrescendi, & sic totum. Viuianus.

2. ¶ Seio quem heredi substituerat, ita legauit: *Seio, si mihi heres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari volo.* quæro, cùm Seius heres extiterit, an Marcellæ[i] legati dimidia portio debeatur. Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, deberi.

Valet fidecommissum iniunctum de bonis communicandis. Bart.

3. ¶ Lucius † Titius intestato moriturus, cùm haberet vxorem, & ex ea filiam emancipatam,[k] codicillis hæc verba inseruit: *Pertinent*[l] *autem hi codicilli ad vxorem & filiam. Primùm autem rogo, sic inter vos agatis, vt me viuo egistis. Itaque rogo, vt quidquid aut ego reliquero, aut quod vos ipsæ habetis, commune † vobis sit.* filia intestati patris bonorum possessioné accepit. quæritur, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij ex causa fideicommissi à filia matri deberetur, & quota. Respondi, secundùm ea quæ proponerentur, dimidiam[m] partem deberi, si modò vxor parata sit in commune bona sua conferre.

Qui ratione coniunctionis non admittitur vt ipse: admitti tanquam alius prohibetur. Bart.

4. ¶ Quatuor filios æquis partibus instituit, & fundum[n] per-

i ¶ *Marcellæ.* putabatur conditio adiecta legato mariti esse repetita in legato vxoris, sed contra est, vt subiicit: quia[a] sic redderetur legatum inutile, *vt.s.tit.j.l.seruo alieno.§.si ab impubere.* ¶ Sed contra *infra de condit.& demõ.l.mulieri.* Vbi apposita mulieri, repetita intelligitur in Titio, & tamen per hoc sit legatũ Titij inutile. Sol. ibi testator voluit repetere, vt ibi in textu patet & sic nõ tacitè, sed expressè. Vel hic & ibi trahitur cõditio ad vnam personam, ad aliã non ¶ Sed an pars collegatarij ei accrescit? Respon sic, *vt supra.ti.j.l.planè.j.§.si duobus.x.& .l.legatum.§.heredi.quæ sunt contra.* habet ergo dimidiam, scilicet iure suo, vt hic: & aliam iure collegatarij & de hoc dic vt nota. *supra eodem.l.si Titio.& facit infra de condi. & demonstra.l.Iulius Paulus.*

† Repetitur ad verbum in le.78.j.ad Treb.

a Repetitio cõditionis nõ intelligitur, per quã redditur legatũ inutile.

† Testator præcipere cõmunionem potest.

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius ab intestato moriens fecit codicillos: & cũ filiam haberet emancipatam, & vxorẽ, ita fuit locutus eis in dictis codicillis: Isti mei codicilli pertinent ad te filiã & vxorem meã matrem tuam: & in primis rogo vos vt sic inter vos agatis, vt me viuo egistis. Item rogo vt quicquid aut ego relinquo, aut quod vos ipsæ habetis, sit vobis commune. Mortuo dicto Lucio Titio dicta filia accepit bon.poss. ab intestato, & ita habuit omnia bona patris. vxor prædicta Lucij Titij petit nũc à filia propter fideicomm. dimidiam bonorum mariti sui, & sua vxoris bona vult in cõmune conferre sicut dixit maritus in codicillis. nunquid debet audiri? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

k ¶ *Emancipatam.* idem si idem si esset in potestate.

l ¶ *Pertinent.* hæc sunt verba testatoris, vel iurisconsulti.

m ¶ *Dimidiam.* Not.[b] sic.*s.de here.inst.l.quoties.§.si heredes.& pro soc.l.si non fuerit.in prin.& est.sic.j.ad Trebel.l.Lucius.*

b Partis appellatione etiã in testamentis, cõtinetur seu intelligitur dimidia.

Quatuor.] CASVS. Institui mihi ęqualiter heredes quatuor meos filios, & cuilibet eorum prælegaui vnum fundum, & decessi: nunc inueniunt dicti mei filij quod ego pro.c. mutuo acceptis à Titio, obligaueram ei omnia bona mea: vnde ipsi non habentes pecuniam, acceperunt mutuo dictam pecuniam à Sempronio, & obligauerunt ei omnia bona dicta, & soluerunt eam Titio qui erat primus creditor. procedente tempore cum non restituerent pecuniã Sempronio, ipse Sempronius vendidit vni ex dictis meis filiis. nã licebat per pactum factum in obligatione ei vendere. s. Sempronio secundo creditori. veniunt modo alij tres, & petit quilibet à fratre qui emit, prædiũ sibi prælegatum. quæritur, vtrum possint? Et dicitur ꝙ sic: non tamen tenetur frater eis dare. nisi quilibet eorum soluat ei partem sibi contingentem de debito quod acceperunt à Sempronio. Viuianus.

n ¶ *Fundũ.* vel singulis singulos fundos, vel vnum inter omnes

tamen valet legatum:& si repudiet hereditatem, habebit: *vt.ī.tit.j.l.qui filiabus.§.fi.& l.quidam.*
a ¶ *Competentem.* Sed quæ est hæc actio? Respon. famil.erciscun. *vt.ī.fam.erciscun.l.si ita legatum.& C.fam.ercis.l.si qua.* & datur vt percipiat partem coheredis in qua sola consistit perceptio, id est legatum. aliam enim partem debet habere vt heres, sed vt liberatam tradat: *vt.ī.faml.ercisc.l.rem.* Azo. ¶ Item not. propter [a] vinculum fraternitatis & communionis non debere vnum emere, sed luere, sicut [b] fideiussor: *vt.ī.manda.l.si mandato.§.Paulus.& C.de dolo.l.j.* ¶ Et sic est argu.de tanquam: [c] *vt not.ī.de adop.l.si pater.§.qui duos.* ¶ Item non obst.ī.*famil.ercis.l.heredes.§.quod pro emptore, & communi dimidun.qui coheredes. vt ibi no.* ¶ Item argu.contra.ī.*titu.j.l.si fundus per fideicommiss. in prin.* Solu.ibi.
b ¶ *Nisi prius.* sic.ī.*de rei vindica.l.emptor.& C.si antiqui. credito.l.j.in fin.facit ad §.ī.de in diē addic.l.quod si vno.in fi.& C.de re.pu.here.l.ij.& ī.de distra.pig.l.cum secūdus.*

præceptionem singulis legauit. filij, cum vniuersa bona patris obligata essent, mutua accepta pecunia hereditario creditori soluerunt, & posteriori obligauerunt. qui cum ei debitum non solueretur, prædia vniuersa lege pignoris vni ex heredibus vendidit. Quæritur an cùm iste filius ex causa emptionis ea possideat, fratribus & coheredibus fideicommissi petitio esset: an verò perempta esset, cùm communiter vniuersa sequenti creditori obligauerint. Respondi, actionem quidem fideicommissi in personam competentem [a] omnibus inuicem manere. non autem fideicommissum restituendum est, * nisi prius [b] debitum ab eis emptori eidémque coheredi persolueretur.

Filia potest grauari in dotem, quatenus dos est vltra legitimam. Bart.

5. ¶ Filiæ fidei co[m]misit in hęc verba: *Peto à te filia mea, vt † dotalem cautionem post mortem meam mutes, & ita renoues, vt fratres tui dotem stipularentur hoc casu, vt si sine liberis vno pluribúsve in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat.* post mortem patris decessit maritus antequam renouaretur cautio dotalis, & postea alij nupta decessit, nullo libertorum relicto, viuo adhuc Titio vno ex fratribus. quæsitum est an Titius petitionem haberet rerum quæ in dotem fuerant. Respōdi, posse fideicōmissum ab heredibus sororis peti, si per eam stetit [c] quo minus dotem frater stipularetur.

Pluribus post eorum mortem simul rogatis, vno mortuo aliis superstitibus statim competit fideicommissi petitio. Bart.

6. ¶ Filium & filiam heredes instituit, [d] & libertis legata dedit: eorúmque fidei commisit in hæc verba: *A vobis peto, vt quicquid vobis legaui, contenti sitis viuentes, vt post † vos filiis meis restituatis.* defuncta testatricis filia Mæuia, libertus decessit herede instituto † patronæ filio ex parte debita, [e] ex altera [f] extraneo. Quæsitum est, an adita hereditate [g] patronæ filius à coherede suo partem eorum quæ ex testamento matris ad Męuium libertum peruenerant, petere potest. Respondi, eius quod ei [h] deberetur [i] si hereditatem nō adisset, partē [k] à coherede petere posse.

Iusta heredis ignorantia alienationem rei per fideicommiss. relictæ quæ subiacet restitutioni, cōfirmat. B.

7. ¶ Maritus vxorem ex asse heredem instituit, cuius post mortem codicillos aperiri testator præcepit. prædium hereditarium vxor infructuosum rationi suę existimans, vendidit. emptor quærit, an retractari hæc venditio possit post mortem mulieris ab his quibus codicillis per fideicommissum hereditas data deprehenderetur: an verò solùm quantitas pretij ab herede vxoris fideicommissariis debeatur. Respondi, propter iustam ignorantiam [l] † tam mulieris quàm emptoris, heredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommissario pretium dare debere.

Filiæ.] CASVS. Seius instituit sibi heredes Titium & Sempronium suos filios, & Titiam suam filiam quam iam maritauerat, & pro ea dotem dederat marito, & eam sibi Titio reddi stipulatus fuerat. postea in testamento fidei dictæ suæ filiæ commisit vt dictam cautionem de dote reddenda taliter cum marito suo renouaret, vt dicti fratres Titiæ stipulentur sibi reddi dotem prædictā à marito si ipsa filia in matrimonio moreretur sine liberis vno vel pluribus. postea post mortem dicti Seij patris decessit maritus dictæ Titiæ antequam renouaretur dicta cautio dotalis. postea dicta Titia nupsit alij. postea decessit. Sempronius prædictus vnus de fratribus: remansit Titius alter frater. postea decessit dicta Titia sine liberis vno vel pluribus, per quam steterat quo minus Titius frater superstes stipularetur dotem à marito secundo Titiæ. modò quæritur, nūquid dictus Titius possit petere ab heredibus Titiæ suæ sororis res quæ fuerunt in dote apud secundum maritum, quas quidem secundus maritus restituit dictis heredibus Titiæ post mortem ipsius Titiæ quæ sine liberis decessit, vt dictum est? & respondetur quòd sic. Viuianus.
c ¶ *Stetit.* quia interpellata non fecit: *vt.ī.si certum pe.l.quod te.* ¶ Sed quid si non stetit per eam? Respon. cùm ipsa vel rem dotalem vel actionem habeat sola oblatione non potuit liberari: nisi sequeretur interitus: *vt.j.de sol.l.qui decem.& ī.de arbi.l.Celsus.§.idem ait.* Accursius.
Filium & filiam.] CASVS. Titia testatrix instituit sibi heredes filium suum Seium, & filiam suam Mæuiam: & duobus pone suis libertis legata reliquit. & fidei dictorum libertorum commisit vt legatis ei relictis contenti essent vsque ad mortem eorum, & post mortem restituerēt dictis filiis testatricis. mortua dicta testatrice decessit dicta Mæuia eius filia, & remansit frater suus dictus Scilicet Seius: vnde post mortem libertorum debebat habere legata libertis relicta heres Mæuiæ, & ipse Seius frater suus. postea vnus de dictis libertis decessit instituto herede dicto Seio filio testatricis ex debita parte, id est ex tertia hodie quæ debetur patronis in bonis libertorum: & instituto extraneo quodam in superfluo hereditatis sui liberti. postea dictus Seius & extraneus adiuerunt hereditatem dicti liberti. nūc dictus Seius vult petere à coherede suo extraneo dimidiā eius quod debebat habere idem Seius in legato liberto dicto relicto à Titia testatrice, id est quartam partem dicti legati. dicebat enim Seius, testatrix dixit quòd quilibet libertorum relinqueret mihi & sorori meæ legatum sibi relictum post mortem suam liberti: vnde de legato relicto liberto mortuo nunc ego debeo habere dimidiam. dimidiā ergo dictæ meæ dimidiæ debeo habere à te coherede meo, & aliā dimidiam dimidiæ à me. quæritur, nunquid bene petat? Et dicitur quòd sic. Viuianus.
d ¶ *Institut.* puta Titia. Accursius.
e ¶ *Debita.* scilicet tertia: *vt Institu.de suc.liber.§.sed nostra.*
f ¶ *Ex altera.* puta besse. Accursius.
g ¶ *Hereditate.* scilicet liberti.
h ¶ *Quod ei debetur.* scilicet totum, si &c. Azo. hæc enim conditio determinat verbū debendi, non illud, petere posse.
i ¶ *Deberetur.* qui vocabatur Mæuius.
k ¶ *Partem.* à coherede pro besse scilicet hereditatis. Azo. & facit. *C.de here.act.l.si adulta.& de neg.gest.l.si ab eo.& ad.l.Falc.l.quanquam.& l.licet.& ī.tit.j.l.Mæuius.*
Maritus.] CASVS. Vxorem meam in omnibus meis bonis mihi heredem institui. postea feci codicillos, in quibus eam rogaui per fideicom. vt Titio pone illam hereditatem restitueret. postea iussi vt dicti codicilli aperirentur solummodo post mortem dictæ meę vxoris me testatore & codicillatore mortuo vxor mea prædicta vendidit prædium hereditarium existimans esse dictum fundum infructuosum rationi suæ. postea decessit dicta vxor, & habuit heredem Gaium pone. veniunt nūc Titius & Seius fideicommissarii prædicti, & petunt hereditatem meam ab herede dictæ meæ vxoris, id est à Gaio. Item petunt ab emptore prædium quod vendidit ei vxor, vt dictum est, dicentes quod ipsa non potuit alienare prædium quod eis restitui debebat. quæritur, nunquid possint dictum prædium taliter reuocare ab emptore? Et dicitur quòd non, propter iustam [a] ignorantiam venditricis & emptoris. nam tempore quo ipsa vendidit dictum fundum, non erant adhuc aperti codicilli in quibus de restitutione hereditatis continebatur. pretium autem fundi poterunt petere dicti fideicommissarij ab herede dictæ vxoris. Viuianus.
l ¶ *Ignorantiam.* [b] facit.ī.*de transact.l.fi.& ī.depo si.l.j.in fi.& l.seq.* idem si fuit sciens in libertate: *vt.j.ad Trebel.leg.quidam.§.si quis.* item concor.j *de vsufru.leg.l.Sticho.& ī.de peti.hered.l.si & rem.* Accursius.

a Fraternitatis & communionis ratione minus licet fratri quàm extraneo. *vt hic.* Rem à multis fratribus simul pigneratam, distractam à creditore, vnus fratrum emere non potest: licet si extraneus esset, emere posset. Id fit autem propter vinculum fraternitatis: hoc est ne frater à fratre lucrum facere videatur.
b Fideiussor pignus emens, restituere id debitori tenetur accepto tamen debito.
* esse.
c Tanquam alius interdum quis esse potest, quod per seipsum non potest facere: licet interdum possit vt alius. de quo argumēto dixi ad.l.si pater.§.qui duos.ī.de adoptionibus.
† In dote quæ legitimam excedit potest pater per fideicommissum substituere: secus si sit infra legitimam. Nullum enim onus legitimæ inijci à parentibus potest. *l.quoniam.C.de inofficioso.*
† Post aliquos relinquere, [illegible] de quod post eorum mortē.
† In arch. erat instituto, vt testatur Taurel. In adnot.
† *Concor.c.in lectum mariti.& glo.in verbo.in lectum. ibi, nam si licaui militi tanquam pagano ignarāti, possum mercedem exigere. Nō enim disciplinā contemnit, qui militem ignorauit.34.q.2.*
a Valet alienatio rerum subiectarum restitutioni facta ab ignorante fideicōmissum. quo casu venit pretium in restitutione fideicōmissi. Itaque cautum esse oportet aduocatum vt semper deducat in iudicium scientiam alienantis. vide *Marsil.singul.*
b Hinc colligunt Emph[y]teutam [. . .] dentem [. . .] emphyteutic[. . .] per ignorantiam (vt hoc casu) non priuari sua [. . .] vide Glos.in.l.[. . .] *C.de iure emphyteut.* Sacind. regula [. . .]

DE LE-

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS III.

¶*Hîc quæritur, quare in tres libros positus de lega. Respód. in tit. de lega. 1. dixit quid, & quãtum. Item in titu. de lega. 2. dixit quis, & à quo, & quibus verbis. In isto de significatione verborum tam circa res quã circa personas positorũ: vt in summa. C. de verbo signifi. verum quia frequenter quod vni esset attribuendum, in alio ponitur, alij dixerunt propter prolixitatẽ custãdam: quod non placet. cum enim sint libri, ergo distinctos debẽt habere tractatus: licet liber quãdoque ponatur pro toto volumine: vt. j. eod. l. librorum.*

¶*Tertij, in quo magis ordo elucet aliquis, partẽ priorem, qua demõstratur præcipuè qui & à quibus & quibus verbis fideicõmissum relinquere possint, ex libris fideicõmissorũ variorũ auctorum, ex sentẽtijs Pauli, ex libris Labeonis, ex Digestis Scenolæ, posteriorẽ q̃ ad verborũ significationẽ pertinet cuiusq; inuitũ est. l. 43. promiscuè ex omniũ auctorum libris. Cuiacius.*

† In indice d. inscribitur, incipit liber tertius de legatis & fideicõmissis, ex ordine liber trigẽsimus secũdus.

Digestorum

seu † Pandectarum Liber trigensimussecundus.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS Liber tertius.

TITVLVS I.

Dubius de statu suo per errorem facti vel iuris, non potest testari. Bartolus.

1. VLPIANVS *libro primo Fidecommissorum.*

SI incertus [a] quis sit, captiuus [b] sit, an à latrunculis obsessus: [c] testamentum facere non potest. [d] Sed & si sui iuris [e] sit ignarus, putétque se per errorem, quia à latronibus captus est, seruum esse velut hostium. vel legatus, [f] † qui nihil se à captiuo differre putat, [g] non posse fideicommittere certum est: quia nec testari [h] potest, qui an liceat sibi testari, dubitat.

Si testamentum ab initio deficit propter defectum testantis, ex noua voluntate non conualescit impedimento cessante: secus in codicillis. Bartolus.

1. ¶ Sed si filiusfamilias vel seruus fideicommissum reliquerit, [i] non valet. Si tamen manumissi decessisse proponantur: cōstanter dicemus fideicōmissum relictum [k] videri, quasi nunc datum, [l] † cum mors ei contingit: videlicet si durauerit voluntas [m] post manumissionem. [n] Hæc vtique nemo credet in testamentis [o] nos [p] * esse probaturos: quia nihil in testamento valet, quotiens [q] ipsum testamentum non valet: sed si aliàs [r] fideicomissum quis reliquerit.

Deportatus à præside potest testari antequam eius sententia per principem confirmetur: secus in deportato à præfecto prætorio, vel eo qui eius vice cognoscit. Bart.

2. ¶ Hi quibus aqua & igni interdictũ est, itẽ deportati, [s] fideicommissum relinquere nõ possunt, quia nec testamenti faciẽdi ius habent, cum sint ἀπόλιδες. [t] *

3. ¶ Deportatos autem eos accipere debemus, quib. princeps insulas adnotauit, [u] vel de quibus deportãdis scripsit. [x] Cæterũ prius quàm factũ præsidis cõprobet, [y] nōdũ amisisse quis ciuitatẽ videtur. Proinde si antè decessisset, ciuis decessisse videtur: & fideicõmissũ qđ ante reliquerat, quàm sentẽtiã pateretur, valebit. Sed & si post sentẽtiã antequã Imperator cõprobet, valebit qđ factũ [z] est: q̃a certũ statũ vsq; adhuc habet.

† Sic Flor. & in manusc. rectè. perperã in vulg. relegat⁹.

SI incertus.] CASVS. Ad euidentiam huius legis no. quòd hostes [a] sunt quibus populus Romanus bellum indixit, aut ipsi eis. latrunculi autem sunt, quibus priuatis ciuitas priuata bellum indixit, vel ipsi ei. & capti à primis efficiuntur serui: capti à secundis nõ: *vt. j. de captiuis. l. hostes. & . s. de testa. l. qui à latronibus.* in prædictis ergo aut captus errat in facto, aut in iure, & in vtroq; casu statuitur idẽ: s. vt non possit dictus captus facere testamentũ, nec fideicommissa relinquere. de errore autem facti ponit exemplum in primo responso huius. l. de errore iuris in secundo. Viuian.

a Hostes q̃ dicantur.

a ¶ *Si incertus.* vel [b] errans: *vt. s. de testa. l. de sta.* Accur.

b ¶ *Captiuus.* s. ab hostibus. quod dic, *vt. j. de capti. & postlimin. reuer. l. hostes.* Primus [c] testari non potest, secundus sic: *vt. s. de testa. l. qui à latronibus. & l. eius.*

c ¶ *Obsessus.* i. detentus.

d ¶ *Facere non potest.* nisi sit miles: *vt. s. de mili. test. l. ex militari. §. j.* Vel veteranus: *vt. s. de codicil. l. Aristo.*

e ¶ *Sui iuris. s.* facti, hic iuris errorem ponit.

f ¶ *Vel legatus.* aliquis repete, fortè in insulam, vel apud Sarracenos vel hostes, Accursius.

g ¶ *Putat.* magna iuris ignorantia, quia legatus [d] retinet ciuitatẽ & libertatem: *vt Insti. quib. mo. ius pa. po. solu. §. relegati.* & ideò testari possunt: *vt. j. de interdi. l. relegatorum. §. hæc est differentia.* In captis secus. [e] *vt Institu. de iure persona. §. j.*

h ¶ *Quia nec testari.* à simili. & est bonum arg. *vt. s. de lega. j. l. ij.* secus in aditione hereditatis, vbi non nocet error conditionis heredis: *vt. s. de acqui. here. l. sed & si de sua. §. cur autem. Azo.* & fa. *j. de vsucap. l. si fur. §. j.* Accur.

b Incerti & errantis similitudo.

c Capti ab hostibus & à latrunculis differentia. Ille testari non potest, alter potest.

d Legatus retinet ciuitatẽ & libertatẽ, ideoque testari potest.

e Captiui & ad hostes missi legati differẽtia.

Sed si filius familias.] CASVS. Filiusfamilias vel seruus fecit codicillos, & in eis reliquit legata & fideicommissa: & existẽs adhuc filiusfamilias vel seruus decessit. nõ valet certè legatũ vel fideicõmissum. Sed quid si post codicillos prædictos factos fuit filius prædictus à patre emãcipatus, vel seruus à domino manumissus, & postea decesserũt non mutata volũtate? Certè valebũt legata & fideicõmissa prædicta quasi facti sint codicilli tempore mortis eorum. secus autem si dicta legata reliquissẽt in testamento ab eis facto: quia tunc etiam si inueniantur sui iuris tempore mortis, non tamen valent dicta legata & fideicommissa.

i ¶ *Reliquerit.* in testamento vel codicillis: *vt Instit. qui non poss. fa. testa. in princ.*

k ¶ *Fideicõmissũ relictũ.* in alia volũtate q̃ testamẽto: *vt. j. dicit.*

l ¶ *Quasi nunc datum.* Ergo retro [a] facta trahuntur ad præsens: *vt. s. de serui rusti. prædio. l. per fundum.*

m ¶ *Durauerit volũtas.* quod debet, apparere [b] per aliquod indicium: *vt. j. de secũ. tab. l. qui ex libe. §. testamento. & Insti. qui. mo. test. infr. §. non tamen.* & sic est. *j. ead. l. §. si quis plane.*

n ¶ *Manumissionẽ.* hoc propriè in seruo: impropriè in filio: *vt. s. quãdo ac. l. de pecu. est an. l. j. §. annus,* sic verbum [c] semel positum, &c. *s. simul. j. si ita scriptum. §. si sub conditione.*

o ¶ *In testamentis.* factis à filiisfamilias.

p ¶ *Nos.* sc. filiosfamilias.

q ¶ *Quotiens ipsum.* quãdoque tamẽ quod in medio tẽpore deficit, cõualescit iure prætorio ex post facto si in initio valuit, *vt. s. de iniusto testamẽto. l. postumus. & insti. qui. mo. test. infr. §. non tamen.* Itẽ fallit hęc regula in pluribus casibus: *vt not. C. de fideicommiss. l. eam quam.*

r ¶ *Si aliàs.* puta in codicillis, vel epistola corã quinque testibus facta: *vt. C. de codicill. l. fi. §. in omni.* ¶ Sed videtur q̃ qui nõ potest testari, nec codicillari: *vt. s. de iur. codic. l. diuus. §. codicillos.* Sol. facilius [e] codicilli confirmãtur quã testamẽtũ: *vt. j. de reg. iur. l. omnia quæ in fi. & . s. de testa. l. si filius. & . j. de secun. tabul. j. §. exigitur.* ¶ Itẽ contra ad id quod de codicillis hoc dicit, *supra de statu ho. l. Paulus.* sed ibi nõ prohibet confirmari matrimonium.

a Præterita & retro facta, interdum trahũtur ad pręsens.

b Volũtatis fit ex indiciis cõiectura.

† Concor. c. licèt ex suscepto. cum Glo. super ver. terminetur. extra de foro cõpeten. vbi litera prius impetrata incipiunt valere ex nunc quo ad effectum.

* Non pro nos scriptum fuisse in archet. ait Ant. Aug. lib. 1. c. 2.

c Verbũ semel positũ vno casu propriè: altero impropriè sumi potest.

d Testamentũ etsi nõ valeat, certis tamẽ casibus quod in eo relictũ est, valet.

* Id est, extorres & sine ciuitate. Cæterum in hunc locũ vide Alex. ab Alex lib. 4. ca. 5. Cęl. Rhod. lect. Antiq. lib. 7. ca. vl. & li. 21. c. 24.

e Codicilli facilius confirmantur quàm testamentum.

Hi quibus.] CASVS. Deportati nõ possunt facere testamentũ, & ideò nõ possunt legata vel fideicomissa relinquere. Deportatos intelligo illos tãtũ q̃ sunt deportati p̃ præsidẽ in insulã p̃ principẽ designatã, vel qui sũt à pręside etiã solo deportati ĩ isulã à pręside designatã: cui tamẽ pręsidi princeps scripserat q̃ eos deportaret. si ue ergo antè sententiã præsidis super deportatione latã reliquerũt etiam in testamento legata vel fideicommissa, & decesserunt: siue post sentẽtiam, antè tamẽ quàm imperator comprobet sententiã: semper valebunt fideicommissa & legata. Item deportatos intelligo illos etiam qui sunt deportati à pręfecto prętorio, vel ab eo qui vice præfecti cognoscit iussu imperatoris, vel à præfecto vrbis. Sed pone quòd Titius fuit deportatus in insulã ab eo qui ius deportãdi habet. existẽs in insula fecit codicillos, in quibus reliquit legata vel fideicõmissa. postea restitutus & extractus est de insula iussu imperatoris, & decessit durante eadem volũtate. Certè valẽt legata & fideicommissa. *h. d. vsque ad. § sciendum.* Viuian.

s ¶ *Id est deportati.* bene exponit, *vt. j. ad. l. Iul. pecu. l. iij.* Imò & antè factum rumpitur: *vt. s. de testa. l. eius. §. j.* secus autẽ est in relegatis: *vt. j. de interdi. & releg. l. relegatorum. in prin.*

t ¶ Ἀπόλιδες, i. sine ciuitate. ab ἀ, quod est sine, & πόλις, ciuitas: *vt. j. de pœnis. l. quidam.*

u ¶ *Adnotauit.* i. designauit. & hoc lata sentẽtia à præside, vel ab alio, vt præfecto prætorio vel vrbis, vel qui cognoscit vice principis, *vt. j. subiicit. & . j. de interdic. & relega. l. relegatorum, in prin.*

x ¶ *Scripsit.* approbando sententiam præsidis, & asignãdo insulã: *vt. d. l. relegatorum. in prin. l. inter pœnas & . j. quando appel. sit l. j. in prin. & . s. de iniusto testa. l. si quis ex. §. eius.*

y ¶ *Comprobet.* princeps, si non habes in text.

z ¶ *Quod factum.* i. si decedat antè comprobationem principis.

aliàs secus: *vt. 3. de testa. l. eius.*

a ¶ *Vice præfecti.* vt[a] si in locum præfecti defuncti donec alius eligatur, substituatur: *vt supra de offi. eius cui man. est. l. ij. & C. de offi. eius qui vi. al. l. ij.* & adde quod not. *supra de offic. præfi. l. illicitas. §. qui vniuersas.* & facit supra *de interdic. & releg. l. antepenult. & supra de offic. præfect. vrb. l. j. §. relegandi.*

a Vicem alterius gerens, habet idem imperium.

buit. 4. ¶ A præfectis verò prætorio, vel eo qui vice præfecti[a] ex mandatis principis cognoscet, item à præfecto vrbis deportatos, quia ei[b] quoque epistola diui Seueri & imperatoris nostri ius deportandi datum est, statim amittere ciuitatem, & ideò nec testamenti faciẽdi ius, nec fideicommittendi constat habere. 5. ¶ Si quis planè in insulam deportatus codicillos[c] ibi fecerit, & indulgẽtia imperatoris restitutus, iisdẽ codicillis durantibus decesserit: potest defendi fideicõmissum valere, si modò in eadem volũtate durauit.[d] 6. ¶ Sciendum est autem eorũ fidei committi † posse, ad quos aliquid peruenturum[e] est morte eius: vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur.[f] 7. ¶ Nec tãtum proximi bonorum possessoris, verùm inferioris[g] quoque fidei committere possumus. 8. ¶ Sed & eius qui nondum natus est, fidei committi posse: si modò natus nobis successurus sit.

Relictum nominatim ab eo qui est in primo gradu, non debetur ab eo qui est in secundo, si ad eum hereditas pertinet. Bart.

9. ¶ Illud certè indubitatè dicitur, si quis intestatus decedens ab eo qui primo gradu ei succedere potuit, fideicommissum reliquerit: si illo repudiante ad sequentem gradum deuoluta sit successio, eum fideicommissum non debere.[h] & ita Imperator noster rescripsit. 10. ¶ Sed & si à patrono[i] sit relictum, & aliquis ex liberis eius eo mortuo[k] admissus[l] sit ad bonorum[m] possessionem, idem erit dicendum.

Non valet fideicommissum quod relinquitur à præterito. Bart.

II. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

Ex † filio[n] præterito, licèt suus heres erit, fideicommissum relinqui non potest.

† A filio.

Ab eo cui mortis causa donatur vel relinquitur potest fideicommissum relinqui. Bart.

III. VLPIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

SI mulier dotem stipulata fuerit, & accepto tulit marito in

b ¶ *Ei.* scilicet præfecto vrbis.

c ¶ *Codicillos.* secus[b] si testamentum: *vt supra ea. l. §. j. in fi.*

b Restitutio in integrum non efficit vt inutile testamentum valeat sine noua cõfirmatione: secus in codicillis. Nã codicillis factis à deportato, restituto postea ex indulgentia principis, fideicommissum valet quasi ex noua voluntate.

d ¶ *Durauit.* aliquo voluntatis indicio: *vt not. 3. ea. l. §. fin.*

Sciendum est.] CASVS. A principio legis vsque huc dictum est qui possunt relinquere legata & fideicommissa, & qui non: nũc vult dicere à quibus possint relinqui. Et certè ab his omnibus possunt relinqui legata & fideicommissa, ad quos aliquid peruenturum est de meo per mortem meam, vel quia eis do, vel quia eis non adimo. & non solùm possum fidei committere illius qui est mihi proximior, sed etiam illius qui venit ad successionem meam post eum, & etiam illius qui nõdum natus est, dum tamen natus sit mihi successurus. sed si fidei commisero eius qui est mihi proximior. & ipse repudiet postea hereditatem meam, & ad sequentem gradum sit deuoluta; sequens dictus gradus nõ tenetur præstare fideicommissum relictum ab eo qui repudiauit hereditatem. Idémque est in hoc alio casu. Stich[us] libert[us] Titij ab intestato decedẽs fecit codicillos, & fideicommissa reliquit a patrono qui totã hereditatẽ eius habere debebat, eò quòd libertus nõ habebat filios. antè autẽ quàm patronus adiret hereditatẽ liberti, decessit patronus. vnde filius patroni habuit ab intestato hereditatẽ liberti per bo. pos. quæ vocatur vnde liberti patroni. tamẽ nõ tenetur hic filius patroni præstare legata relicta à patrono per libertum. *h. d. vsque ad fi. Viuian.*

† Flo. fideicõmitti quẽ posse: sed quẽ, vetu trãsfossum est.

e ¶ *Peruenturum.* sc. demum. non tamen semper. nam non nisi pupillus vel alius qui non potest testari.

f ¶ *Non adimitur.* datur[c] heredi instituto legatario, vel fideicõmissario, vel donatario causa mortis, à quib. potest relinqui: *vt hîc & C. de fideic. l. ab eo.* 2. Itẽ & illi qui capit causa mortis: *vt. 3. ti. ij. l. qui testam. §. fin.* 3. Itẽ nõ adimitur vt venientibus ab intestato, à quibus similiter potest relinqui: *vt hîc, & 3. de codic. l. cõficiũtur. in fi. & §. j.* 4. Itẽ facit. j. *eo. l. sed si sic. in fin. & l. si fuerit in. fi.*

c Fideicõmissum relinqui potest ab herede instituto, legatario, fideicõmissario & donatario causa mortis, & breuiter ei cui quid donatur aut certe non adimitur. id quod adimere ius fuit.

g ¶ *Inferioris.* adgnati.

h ¶ *Non debere.* Imò videtur quòd sic: *vt 3. de codic. l. si quis cũ. j. respon.* Sol. hîc nominatim & specialiter ab eo qui erat in primo gradu, & ita à certa persona: *vt. j. eo. l. qui graui. & l. is qui in prin. & l. cũ pater. §. cum existimaret. & l. Celsus. §. pe. & §. si ibi ab omni qui ab intestato succederet, relinquitur.* Et eodem modo soluitur supra *ti. j. si Titio. §. Iulianus.* quæ est contra. Vel dic vt ibi.

i ¶ *A patrono.* libertus in testamento decedẽs reliquit legata à patrono successuro[d] ab intestato,[e] quod potest vltra legitimam: *vt supra tit. ij. l. filius. § j.*

d Legata à patrono successuro ab intestato, libertus testamẽto relinquere potest.

e v. Prætum. j. de Interpretat. vltim. volunt. j. dubitat. i. solut. 13. numer. 10. Ibi None pone.

k ¶ *Mortuo.* sc. ante aditam hereditatem.

l ¶ *Admissus.* ex sua persona. secus si ex persona patroni quãdo aliquod fit: *vt. j. de contra tabu. l. illud. §. f. & l. seq.*

m ¶ *Ad bonorum possessionem.* scilicet olim vnde liberi patroni, hodie verò vnde legitimi: *vt Instit. de bon. pos. §. sexta. & §. cumque. & j. vnde legiti. l. ij. § j. & facit 3. de leg. j. l. si fundum per. §. fin.*

EX *filio.*] CASVS. Titium institui, & filium meum præterii: & ab eo filio per fideicommissum reliqui Sempronio. testamento autem meo non valente, ipso iure habuit dictus meus filius hereditatem meam ab intestato. certè nõ tenetur præstare dictũ fideicommissum. Viuianus.

n ¶ *Ex filio.* aliàs ex filio: & aliàs à filio. ¶ Et pone[a] in[b] matre vel auo materno: quorum[c] præteritio pro exheredatione habetur. *vt Instit. de exhe. lib. §. fin.* dic ergo, mater extraneum instituit, filium præterit, à quo reliquit legatum. si filius agit querela, & rumpit testamẽtum, & habeat bona: non tamen valet fideicommissum: *vt supra de inoffi. testa. l. Titia.* 2. Vel pone[d] in emancipato præterito à patre, qui[e] grauari non potest: *vt. C. de fideicommis. l. penult.* & hoc etiam si generaliter ab intestato repetisset, non valet: *vt. d. l. Titia. & j. eo. l. patronus. in fin.* 3. Vel tertio pone:[f] quia pater instituit nepotem, filium præteriit, & legatum reliquit à nepote, non valet, cùm nec valet testamentum propter præteritionem filij. & secundum hoc construe: licèt suus heres erit, subaudi, natus ex filio, &c. & secundum hos tres casus nõ ponitur verbum suus, vt ponitur *Instit. de here. qualit. & diffe. §. j.* 4. Vel quarto pater filium in potestate præteriit, alium instituit: à filio præterito reliquit legatum: filius dixit nullum testamentum, vel per contra tabu. rumpit: quod potest; *vt. C. de lib. præte. l. fin. §. fin.* & hæc bona certè non tenet fideicommis. ¶ Sed nonne est suus hoc casu ab intestato filius? & hîc reliquit à succedente ab intestato. vel etiam quid si dixit vt etiam ab intestato generaliter debeantur? videtur quòd valet hîc, & superiori casu proximo: *vt. 3. l. proxi. §. sciendum.* & hoc quidam dicũt, & subaudiunt hic, non potest: scilicet vt valeat ex testamento, sed ab intestato sic, si hoc voluit testator. ¶ Sed contra videtur. quia contra voluntatem patris filius habet bona. tunc autem ab intestato valent, quando testator non ademit bona successori ab intestato: per quod videtur eis relinquere: *vt. d. §. sciendum. & 3. de codicil. l. conficiuntur.*

a & malè. Bar.

b Legata non debentur ex testamento in quo mater aut auus maternus liberos præterit.

c Præteritio matris & aui materni, liberis est loco exhæredationis vt ita præteriti pro exhæredatis habeantur.

d & malè Bar.

e Legatis grauari non potest emancipatus à patre præteritus.

f & malè. Bar. Bald.

SI *mulier.*] CASVS. Vxor mea Titia dedit mihi in dotem centũ. & fuit à me stipulata quòd redderem ei soluto matrimonio inter me & eã. dicta Titia infirma existẽs, causa mortis liberauit me per acceptilationem à dictis centum ad hoc vt fideicõmissum darem Sempronio, puta equum meũ: & ego ita liberationem recepi. certè teneor dare equum meum Sempronio ex fideicom. & est satisfactũ in nostro casu legi quæ dicit, quòd ille potest fideicommis. onerari, qui aliquid percepit ab onerãte. nam ego maritus videor percepisse dicta cẽtum ab vxore mea, cum ipsa me liberat ab eis sibi præstandis. & non solum in dicto casu valet fideicom. sed etiam in his aliis duobus, puta si causa mortis fecit mihi pactum dicta mea vxor de dote tota lucranda, vel si in matrimonium meũ rediit mortis causa, in eo casu cùm mea culpa inter me & eam factum erat diuortiũ, & ita quod potuit lucrari ex rebus meis propter dictum diuortium, mihi remiserit ad me redeundo, id est, in meũ matrimoniũ: cùm inquam mihi remittat, bene videtur mihi dare: vt dictum est. vnde nõ est mirum si à me potest fideicommissum relinquere. [IVLIANVS SCRIBIT.] Titius legauit mihi Stichum seruum. & rogauit me quod eum purè manumitterem: Item à me reliquit Seio decem. certè non teneor ad præstandum decem Seio. si autem rogasset me vt dictum seruum manumittam sub cõditione, vel in diem: bene essem obligatus Seio prædicto ad præstãda ei dicta decem si medio tempore possem percipere tantum nomine fructuũ ex dicto seruo, quod valeat dicta decẽ. [SI REM QVIS.] Titio debebam equum ex stipulatione. dictum equum in meo testamẽto legaui dicto Titio, & ab eodem Titio reliqui decem danda Sempronio. nunquid tenetur dare Sempronio dicta decem? Et videtur quòd sic: quia ipse Titius videtur sentire commodum

commodum ex dicto legato equi:quia non habet neceſſe agere actione ex ſtipulatu contra heredes meos: ſed ſtatim adita hereditate mea nanciſcitur dominium equi. Item à me videtur teſtator lucrari ſumptus quos faceret agendo contra me actione ex ſtipulatu ad equum. Sed non obſtantibus prædictis dicitur hic quod non tenetur Titius ad præſtanda dicta decem Sempronio, ſecus autem eſſet ſi Titio habenti nudam proprietatem equi vel alterius rei, donaſſet cauſa mortis vſumfructum: quia tunc bene poſſem ab eo fideicommiſſum relinquere: quia licèt morte mea fructuarij interiret vſusfructus, & ad Titium proprietarium rediret, tamen commodum conſequitur Titius propter donationem vſusfructus, ſcilicet medij temporis quo ego viuam. Quid ſi dictus Titius debebat mihi.x. & ego habebam in pignore equum ſuum, & liberaui equum à vinculo pignoris mortis cauſa, & non liberaui Titium à debito: nunquid id poſſum à Titio fideicommiſſario relinquere? Et dicitur quòd nõ. Viuianus.

hoc dotem, vt fideicommiſſum det:[a] dicendum eſt fideicõmiſſum deberi. percepiſſe[b] enim aliquid à muliere videtur. hęc ita, ſi mortis cauſa[c] donatura mulier marito fecit acceptum. Sed & ſi mortis cauſa auxerit[d] marito dotem, vel in matrimonium eius mortis cauſa redierit:[e] poteſt dici fideicommiſſum ab eo deberi. 1. ¶ Iulianus ſcribit,[f] ſi ſeruus mihi legatus ſit, eúmque manumittere rogatus ſim: fideicommiſſum à me relinqui non poſſe,[g] ſcilicet ſi purè roger.[h] Nam ſi ſub conditione, vel in diem: propter fructum medij temporis[i] poſſe me obligari nec Iulianus dubitaret.

Licèt legatum certum rei purè debitæ valeat, non tamen poterit legatarius onere fideicõmiſſi grauari. B.

2. ¶ Si rẽ quis debeat ex ſtipulatu ei[k] cui rẽ legauerit, fidei cõmittere eius non poterit:* licèt ex legato commodum[l] ſentire videamur, quòd dominiũ nanciſcitur ſtatim,[m] nec expectat ex ſtipulatu actionem. Fortaſſis[n] quis dicat & ſumptum litis quẽ ſuſtineret ſi ex ſtipulatione litigaret, eũ lucrari: ſed nequaquã dicendũ eſt huius fidei cõmitti poſſe.

3. ¶ Sed & ſi habenti tibi proprietatem, vſumfructum mortis cauſa ceſſero: poteſt dici fidei cõmittere me[o] poſſe. nec quẽquã moueat, quòd vſusfructus ſolet morte extingui. Nam medij potius temporis quo viuat qui donauit, commodum cogitemus.[p]

4. ¶ Si autem pignus debitoris liberauero mortis cauſa, & eius fidei commiſero: non poteſt[q] valere fideicommiſſum.

a ¶ *Det.* ſcilicet maritus ex teſtamento vxoris: vel det.i. relinquat mulier à viro. Accurſius.

b ¶ *Percepiſſe.* quia nihil intereſt, &c. *vt ſupra de cõdictio. ob cau. l. ſi mulier* hoc enim eſt neceſſe: *vt. C. de fideicommiſ. ab eo.*

c ¶ *Si mortis cauſa.* Quid ſi inter viuos?* ſi quidem teneat: certum eſt quia non ex teſtamento, ſed vi pacti adſtringi poteſt. ſecus ſi non teneat, vt à viro vxori ſecundum quoſdam. Ego contra: quia tunc confirmatur lege per mortem: non tamen habet ex iudicio vltimo, ſed inter viuos habito: quod exigit oneris impoſitio: *vt. ꝫ. eo. l. proxi. §. ſciendum. & .ј. eo. l. ſed & ſi ſic. §. fi.* Accurſius.

d ¶ *Auxerit.* ſimul cũ pacto de lucrãda dote. & ſic auxit paciſcẽdo.

e ¶ *Redierit.* culpa viri ſolutum erat matrimonium, & amiſerat donationem propter nuptias: *vt. C. de repu. l. conſenſu. §. hæc niſi vir.* hic redit ad virum, & remittit pœnam donando eam viro cauſa mortis. ¶ Et no. quòd aliàs eſt redierit: & aliàs redegerit.

f ¶ *Iulianus ſcribit.* imperſonale verbum, ſcribit, ſecundum R.

g ¶ *Non poſſe.* vt & dixit. ꝫ. ti. ij. l. planè. §. fin. & .ј. de manu. teſt. l. Iulianus ait. & .ꝫ. de præſcrip. verb. l. naturalis. §. fin. & .ј. de regu. iur. l. nemo prædo. §. ј.

h ¶ *Roger.* manumittere.

i ¶ *Medij temporis.* ſic &. ꝫ. titu. ј. l. imperator. & infra de dote præle. l. iij. §. fin.

k ¶ *Ei.* ſ. creditori. & facit. ꝫ. tit. ij. l. ſi creditori. §. fin.

l ¶ *Commodum.* duplex, vt ſequitur.

m ¶ *Statim.* adita hereditate: *vt ſupra titu. ij. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus.* Accurſius.

n ¶ *Fortaſſis.* temperamentũ philoſophicũ. valet enim legatum ſumptus: ſed non quòd per hoc poſſit grauari, vt ſubiicit. Certum eſt enim quòd in proprietate quæ nunc legata eſt, ſtipulator nullũ habet ius, licèt haberet perſonalem actionem. vnde & rei vindicationẽ, vel ex teſtamẽto: & ſumptũ qui fit in lite iſta, petit actione ex teſtamẽto legatarius: quem ſumptum, ſi ageret ex ſtipulatu, de ſuo faceret: vt hic dicit. cęterum ſi res erat creditoris, non valet legatum in re certa: nec in ſumptu valet legatum: *vt. ј. de libe. leg. l. petitor.* Sed quid prodeſt legatario: cum victus victori condẽnetur in expenſis: *vt. C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem?* Reſpon. quòd rationem[a] litigandi[b] potuit habere heres, vnde non præſtaret per iudi. offic. *vt. ꝫ. ti. ј. l. qui ſolidum. §. etiam.* ſed[c] per actionem ex teſtamento ſic. Item per offi. iudi. debet ſententiare cũ re, vel eadem die: *vt. ј. de re iudi. l. Paulus.* ſed per actionem ex teſtamento quandoque. & facit. ꝫ. tit. ij. l. ſi creditori.

Pater vel dominus cuius filius vel ſeruus eſt inſtitutus, non tenetur legata à ſe relicta præſtare ſi filius aut ſeruus ſibiipſi adquirit hereditatem, non patri vel domino. h. d.

IIII. PAVLVS *libro quarto Sententiarum.*

A Patre[r] vel domino relictum fideicommiſſum, ſi hereditas ei non quæratur,[ſ] ab emancipato filio[t] vel ſeruo manumiſſo vtilibus[u] actionibus poſtulatur. penes eos[x] enim quæſitæ[y] hereditatis emolumentum remanet.

V. VLPIANVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

SI fuerit municipio legatum relictum,[z*] ab his[a] qui rempublicam gerunt, fideicommiſſum dari[b] poteſt. 1. ¶ Si quis non ab herede vel legatario, ſed ab heredis vel legatarij herede fideicommiſſum reliquerit: hoc valere benignum eſt.[c]

o ¶ *Me.* mutat perſonas. Accur.

p ¶ *Cogitemus.* ſi autem commodum poſt ſuam mortem fructuarius proprietario leget, non valet: vt hîc innuit. & .ꝫ. tit. ј. l. Maximus. §. pe. in fi.

q ¶ *Non poteſt valere.* quaſi illi debitori nihil ſit legatum: quia[d] remiſsio pignoris non eſt donatio: *vt infra quæ in frau. cred. l. ſi pignus.* ergo nec legatũ: *vt. ꝫ. tit. ј. l. legatum. & facit. ј. de libe. leg. l. ј. in fin. & . C. ad Velle. l. etiam. & . l. iubemus. & ꝫ. quib. mo. pign. vel hypo. ſol. l. ј. §. ј.* ¶ Sed arg. contra. *ꝫ. de pac. l. poſtquam.*

A *Patre vel domino.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium Titij vel ſeruum: & ab eodem Titio domino reliqui decem Sempronio. poſtea dictus Titius manumiſit ſeruum ſuum, vel filiũ ſuum emancipauit à me inſtitutum. ſeruus autem vel filius poſtea adiuerunt hereditatem meam, & ſic non acquiſiuerunt emolumẽtum dicto Titio. imò ſibiipſis. certè Titius eorum dominus vel pater non tenetur præſtare dicta decem Sempronio: ſed ipſe filius emancipatus, vel ſeruus manumiſſus. Viuianus.

r ¶ *A patre.* pone caſum *vt ſupra titu. ј. l. ſi alienus ſeruum.*

ſ ¶ *Non quæratur.* per filium & ſeruum heredes inſtitutos: quia non ſunt iuſsi adire. vel iuſsi nõ paruerunt: *vt. C. de her. inſti. l. cum proponas. in fi.* ſed ſi adiiſſent, pater teneretur: *vt. ꝫ. tit. ј. l. cum filio.*

t ¶ *Filio.* poſt dictum teſtamentum.

u ¶ *Vtilibus.* ex teſtamento, vel in factũ. ¶ Et ſic not. quòd alius ſoluit, & ab alio relinquitur: *vt. ꝫ. tit. ij. l. ſi ſeruus. §. qui margarita.*

x ¶ *Eos.* filium vel ſeruum.

y ¶ *Quæſitæ.* ſ. filio & ſeruo per aditionẽ poſt manumiſsionẽ factã: *vt Inſt. de leg. §. ex diuerſo.* 2. Vel dic, quæſitæ ſeruo antè manumiſſionẽ deſtinatione teſtatoris. reuera tñ ei quæri non poterat etiã ſi adiret: quia nec momento poſt aditionẽ penes eũ vel filiũ remaneret: *vt. ꝫ. de acq. her. l. placet.* ſed hic dñs vel pater nõ auocat eam heredi: *vt Inſt. de her. inſt. §. alienus.* & facit. ꝫ. ti. ij. l. planè ſi. §. ј. Ac.

S *I fuerit.*] CASVS. Municipio alicui reliqui centũ nomine legati, & reliqui fideicõmiſ. pręſtandum Titio de quinquaginta per poteſtatẽ municipij prædicti, vel per cõſules. certè valet fideicõ. & præſtabitur fideicõmiſ. de bonis municipij [SI QVIS NON AB HEREDE.] Inſtitui mihi heredem Titium, & ita dixi poſtea in teſtamento: ab herede Titij mei heredis relinquo Mæuio decem ex cauſa fideicom. nunquid valet fideicom. Et dicitur quòd ſic. Viuia.

z ¶ *Relictum.* & ideò onus fideicommiſsi.

a ¶ *Ab his.* incipit reſponſio tacita intellecta quæſtione.

b ¶ *Dari.* i.[e] relinqui: velut inſtituto[f] pupillo poteſt relinqui à tutore: *vt. ꝫ. tit. ј. l. peto. §. mater. cum concordan.*

c ¶ *Benignum eſt.* quaſi de æquitate potius quàm de rigore iuris. & facit. *ꝫ. titu. ij. l. filiusfam. §. apud.* ſed hoc fallit[g] in caſu vbi à legatarij herede non poſſum legare: *vt. C. de leg. l. antepenult.* Item hoc verum niſi prius reliquerit ab herede heredis, quàm heredi. tunc enim non valet, ſecundum Ro. Idem ſi relinquat à Titio

* Concor. c. pŏtifices. in Gl. ſuper verŏ ab extraneis. ibi ſi autẽ ſimplici canonico aliquid eſt relictũ, illud non tenetur dimittere cum eccleſia. 12. q. 3.

* Teſtator donauit inter viuos alteri rem aliquã, deinde illum ſibi heredẽ inſtituit, non poteſt in ea re dictũ heredẽ grauare. nec enim onus imponi poteſt à defuncto rei quæ nõ ſit habita ex iudicio vltimo, ſed Clarus. 3. ſentent. §. teſtamentum. q. 71. verſ. ſed pone, contrarium verum eſſe ait ſi teſtator in ſpecie & nominatim inſ. ſecit rem à ſe donatam inter viuos reſtitui. ſ. quæ. ꝫ. de leg. ita hęc Gloſſa intelligenda eſt.

a Quãdo quis habere dicatur iuſtam cauſam litigandi. v. apud Lanfran. in praxi. c. 11. nu. 5.

b Victus habẽs iuſtã rationẽ litigandi victo non condẽnatur in expẽſis. quod fallit in expenſis quæ debentur ratione contractus puta ex promiſſione, nec enim illo caſu qui promiſit rem reſtituere cũ omnibus expenſis excuſatur ab earum præſtatione etiam iuſta litigandi occaſione, vt notat Lanfran. in praxi. c. 11. de expenſis. num. 4.

c Officio iudicis minus conſequimur quã per actionem quæ nobis cõpetit. ſimilis eſt Gloſ. in. l. non ſolum. 11. in fin. ꝫ. de rei vindicat. Atque ita, officium iudicis latius patet quàm actio. adde Gl. l. 1. C. quando & quibus quarta pars lib. 10. & l. 1. C. de vſu. Bald. in d. l. non ſolum. & in l. pen. ꝫ. de petit. hered.

d Pignoris remiſſio an & quando ſit donatio.

* Sic diſpunximus, cùm antea perperam diſpungeretur poſt verbum gerunt.

e Dare pro relinquere.

f Pupillo inſtituto poteſt fideicõmiſſum relinqui à tutore.

g Legare quibus caſibus nõ poſſit à legatarij herede.

qui postea extitit heres heredis, quia ab initio nullum est: *vt arg. s.de vulga.& pupil.sub.l.ij.§.prim.* Sic ergo quod hic dicit intellige si prius ignorauit. secus si econtra, secundum R. sed Azo.& H. idem in vtroque casu videtur. & pro eis est eadem.*l.§.fin.* & illud arg.contra. solue vt ibi no. ¶Item contra.*j.proxi.§.* Solu.vt ibi.

Heres heredis potest onere fideicommissi grauari sub nomine appellatiuo, non sub nomine proprio. Bartolus.

VI. PAVLVS *libro primo Fideicommissorum.*

SEd & si sic fideicommissum dedero ab herede meo, *Te rogo Luci Titi, vt ab herede tuo petas dari Mæuio decem aureos:* vtile [a] erit fideicommissum: scilicet vt mortuo Titio ab herede [b] eius peti possit. idque & Iulianus respondit. 1. ¶ Sic autem fideicommissum dari non poterit, *Si Stichus Seij heres factus,* [c] *iussu eius hereditatem adierit, rogo det:* quoniam qui fortuitò, non iudicio testatoris consequitur [d] hereditatem vel legatum, non debet onerari: nec recipiendum est, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges.

SEd & si sic.] CASVS. Petij ita ab herede meo Titio: Rogo te vt ab herede tuo petas dari Mæuio decem. certè valet fideicõmiss. Mæuio relictum. mortuo itaque Titio ab herede eius petet Mæuius dicta decem. sed quid si ita dixit, instituo mihi heredem Seium: & si Stichus heres erit Seij heredis mei, volo quòd dictus Stichus det Mæuio decem: nunquid valet fideicommissum in hoc casu Mæuio datũ? Et dicitur quòd non: & est ratio quare non valet, quoniam qui fortuito casu habet hereditatem vel legatum, & non in iudicio testatoris, sicut fuit in persona dicti Stichi, non debet posse onerari à dicto testatore. Item est alia ratio, quia eum non potest aliquis grauare cui nihil reliquit de suo sicut fuit in dicto Sticho. Viuianus.

a ¶ *Vtile.* quasi [a] de æquitate potius quàm de rigore.

a Vtile fideicõmissum dicitur, quod de æquitate potius est, quàm de iure stricto.

b ¶ *Ab herede.* licèt Lucius Titius ab herede suo nihil petierit. Azo.

c ¶ *Seij heres factus.* institui Seium heredem, & addidi, si Stichus seruus Seij fuerit heres institutus à Seio domino, & iussus adire hereditatem, & adierit: tũc det Stichus decem. Sed cõtra.*s.l.proxi.§.fin.* Solu. hic proprio nomine expresso, ibi appellatiuo: *vt Instit.de stipu.seruo.l.seruus hereditarius.& l.si ex re.§.fin.* & est ratio, quia Stichum esse heredem [b] est de fortuna, cùm multos alios habere potest: vel aliquem habere in genere ex testamento, vel ab intestato, est necesse. 2. Vel si deest heres in litera: dic me instituisse Stichum seruum alienum, & grauasse Seium si Stichus fuerit factus suus, & eius iussu adeat hereditatem. ad quod.*s.titu.j.l.si alienus.* & sic non est contra.*s.l.proxi.in fine.*

† Legati quòd non possit seruo deportati, illa est ratio: quia videtur incapaci legasse, cum seruus domino acquirat, & eius dominus hoc casu sit infamis: *vt in.l.si cui.§.si quis ab caresem. al. ab crimen.j.de pæ.& vul.eius.§.si cui.& vtrobiq. per Bar.ibi.*

b Heredem esse fortunæ adscribitur. sic Plinius 2.c.7. historiæ.loquẽs de fortuna, Huic, inquit, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta.

d ¶ *Consequitur.* vt.*C.de fideicommiss.l.ab eo.& s.eodem.l.j.§.sciendum.*

Fideicommissum factum seruo deportati nil valet, & adquiritur fisco: nisi tempore quo cedit dies legati, reperiatur seruus alienatus: quia tunc adquiritur nouo domino: vel deportatus reperiatur restitutus, quia tunc adquiritur sibi.h.d.Paulus.

VII. VLPIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

SI deportati † seruo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere dicendum est: nisi si eum deportatus viuo testatore alienauerit, vel fuerit restitutus. tunc enim ad ipsum [e] debebit pertinere. 1. ¶ Si miles † deportato fideicommissum reliquerit, verius est (quod & Marcellus probat) capere eũ posse. [f] 2. ¶ Si quis creditori suo legauerit id quod debet: fidei cõmitti eius non poterit, nisi commodum aliquod ex legato consequatur, fortè exceptionis [g] timore, [*] vel si quid in diem debitum fuit, vel sub conditione.

SI deportati.] CASVS. Titius fuit in insulam deportatus: qui Titius seruum Stichum habebat. dicto Sticho in testamento meo legaui decem. certè illa decem ad fiscum pertinent nisi in duobus casibus. Vnus est, quando Titius viuo testatore dictum seruum alienauit: quo casu pertinet dictum legatum ad nouum dominum serui. Secundus est, quãdo Titius dominus fuit restitutus: quo casu ad ipsum dominum restitutum pertinet legatum, & ita non ad fiscum. quòd si aliquis miles legauit alicui deportato, certè capiet deportatus legatum propter priuilegium militum. [SI QVIS CREDITORI.] Titio debebam decem. dicta decem ei legaui, & ab eo fideicommiss. reliqui. certè nõ valet fideicom. nisi dictus creditor aliquod commodum ex dicto legato consequatur. potest autem consequi commodum, puta si habebam contra eum exceptionem, quæ per legatum ei remissa à me videtur. vel si debebam in diem, vel sub conditione: quo casu repræsentaui debitum propter legatum: & ita habet creditor commodum. Viuianus.

e ¶ *Ad ipsum.* restitutum, vel ad nouum dominum: quia tempore mortis quo cedit dies legati, dominus serui capere potest ex testamento. aliàs non quæreretur ei: *vt hic, & s.de acquiren.hered.l.si seruus eius.& supra titu.ij.l.si mihi & tibi.§.regula.& j.de reb.dub.l.si cognatis.§.certè.* non ergo sufficit tempore testamenti dominum serui esse capacem. vt dictis. ll. Nec obstat.*l.si cognatis.in princ.* quia su b.ibi, & mortis. Sed [a] cum bona deportatorũ confiscentur, *vt.C.de pœn.l.deportatorum.* quo modo potest alienare, vt hic dicit? Respond. hoc sententiatum erat à præside, non tamen princeps comprobauerat: *vt supra eod.l.j.§.hi.secundum R.* Sed certè tunc legatũ sibi non fisco quæritur: *vt.d.§.* Vnde dic quòd hunc seruum post [b] deportationem quæsierat ex aliquo contractu fortè: & sic suus, non fisci: *vt Cod.de bo.proscrip.l.ij.& facit ad hanc.l.Institu.de here.quali.& diffe.§.in extraneis.& C.de hered.instit.l.v.*

a Deportatus an & quemadmodum alienare possit.

b Deportatus pòt ea alienare, quæ post deportationẽ adquisiuit.

† Addunt à Triboniano nã antea quia etiam non miles rectè deportato relinquebat fideicommissum.

f ¶ *Posse.* iure singulari: *vt.s.de mili.testa.l.neque.§.j.*

g ¶ *Exceptionis.* tũc [c] ergo eatenus potest grauari, quatenus est emolumentum: *vt hic & supra titu.ij.l.si creditori.in princ.& s.tit.j.l.debitor.in princ.& infra de do.prælega.l.iij.§.fin.* & Falcidia detrahitur: *vt.j.ad legem Falcidiam.l.j.§.si quis creditori.* Sed aliquando etiam si non sit pecuniarium commodũ, valet: vt cùm tenebatur iure prætorio tantùm: *vt.s.titu.ij.l.si creditori.§.j.* sed non puto quòd per hoc possit grauari.

c Donare videtur, qui exceptionis commodum remittit.

* timore legatus.

Legatarius non tenetur fideicommissario nisi inquantum ad eum peruenit, vel per ipsum factum est quo minus ad eum perueniret: & nisi ad cedendum actionem quam habet.

VIII. PAVLVS *libro primo Fideicommissorum.*

SI legatarius à quo fideicommissum datum est, petierit [h] legatum: id tantùm [i] quod per iudicem exegerit, prestare fideicommissario cogetur: vel si non exegerit, actione cedere. Ad eũ enim litis periculũ spectare iniquum est, si nõ culpa [k] legatarij lis perierit. 1. ¶ Seruo heredis fideicommissum vtiliter nõ relinquitur, nisi [l] fidei eius commiserit vt seruum manumittat.

SI legatarius.] CASVS. Legaui Titio decem, & ab eo reliqui Seio quinque dictus Titius petiit ab herede meo dicta decem, & non exigit nisi quatuor. certè nõ tenetur præstare Seio nisi dicta quatuor. si autem nihil exegit ab herede meo Titius, non tenetur præstare Seio fideicommissario nisi actionem quam habet propter legatum: quia iniquum est spectare ad Titium legatarium periculum litis: nisi fortè dictus legatarius fuit in culpa vt lites amitterentur. [SERVO HEREDIS.] Institui mihi heredem Titium: & Sticho seruo eiusdem Titij legaui decem, & rogaui dictum Titium heredem meũ vt dictum seruum manumitteret. certè tenetur heres præstare seruo suo libertatem & legatum. si autem non rogassem eum de libertate, non tenetur ei dare legatum. [CVM ITA.] Institui mihi heredem Seium: qui Seius habebat filiam nomine Titiam: & ita postea in eodem testamento dixi: quicquid ad te Seium peruenerit ex bonis meis, filiæ tuæ ita restituas, vt hoc habeat Titia vltra illud quod dedisses ei de bonis tuis si te non instituissem. mortuo me testatore petiit Titia à patre suo Seio vt sibi restituat illud quod à me habuit. Seius non vult ei restituere nisi post mortem suam. certè melius dicit Seius. Viuianus.

h ¶ *Petierit.* id est [d] agnouerit, scilicet petendo. aliàs nec agere nec cedere cogeretur: *vt not.s.tit.j.l.imperator.in princ.* Item nec fuit minister tantùm: quia tunc non ageret nisi in casibus: *vt no.s.titu.j.l.si quis Titia.* voluit enim testator in hunc transire dominium, & de eo in fideicommissarium: *vt.C.communia de lega.l.j.§.pen.& s.si vsusfr.pe.l.qui vsumfructum.* Accursius.

d Actio ex testamento non datur in legatarium, nisi agnito legato. v. quæ scripsi in Glo.legis conditiones extrinsecus.no.j.de cõdit.& demonst.

i ¶ *Id tantum.* nisi post tempus sit rogatus restituere: *vt.s.tit.j.l.imperator.§.j.* Accursius.

k ¶ *Si non culpa.* sub. maximè. Nã de [e] culpa non tenetur, sed de dolo tantùm, quando nil commodi remanet: *vt.s.si quis omis.cau.testa.l.si pecunia.§.quanquã.& s.titu.ij.l.si seruus.§.cũ quid.* vel si aliquod commodum sibi remanet, nil subaudies: *vt.d.§.cũ quid.*

e Legatarius sentiens quod commodũ & restituere rogatus, tenetur de culpa.

l ¶ *Nisi.* facit.*C.de leg.l.seruus.& s.de hered.instit.l.antepen.& Insti.eo.§.an seruo.& s.tit.j.l.statuliberum.in prin.& l.si quis seruo.* ¶Sed contra.*j.ad Treb.l.cogi.§.sed & si seruo.* Sol.ibi. Item facit.*s.tit.ij.l.seruo alieno.§.j.* Accursius.

Eim

a ¶ *Eius.* scilicet debitoris.
b ¶ *Ad patrem.* s. quendam factum extraneum, quem heredem faciebat.
c ¶ *Sua.* scilicet heredis.
d ¶ *Habitura.* illa filia. id est, meam hereditatem in qua pater illius filiæ est heres: habeat filia illa antè patrem.

Quando duo recipiunt vnam determinationem, intelliguntur eam vniformiter recipere. Bar.

2. ¶ Cùm ita petisset testator, vt quidquid ex bonis eius [a] ad patrem [b] peruenisset, filiæ suæ [c] ita restitueret, vt eò amplius haberet quàm ex bonis patris habitura [d] esset: Diuus Pius rescripsit, manifestum esse de eo tempore sensisse testatorem, quod post mortem [e] patris futurum esset.

Verba generaliter prolata referuntur ad omnes, & ad omne tempus. Bartolus.

IX. MÆCIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

SI ita fuerit fideicómissum relictum, *Ad quemcunque † ex testamento meo, vel ab intestato:* vel ita, *Ad quemcunque † quoquo iure bona mea peruenient:* hac oratione & eius qui postea natus erit, inve familiam [f] venerit, & eius qui postea cognatus esse cœperit, fidei commissum videtur: eius quoque [g] quæ nondum nupta erit, sed postea, eo casu quo ex edicto [h] ad vxorem bona mariti intestati solent pertinere.

Si testator leget certam summam aliquibus si certum quid fecerint: vno non faciente alter nihilominus habebit partem legati sui. Bar.

X. VALENS *libro secundo Fideicommissorum.*

SI tibi, [i] & ei qui ex tribus liberis meis in funus meum venerit, centum aureos legauero: non minuitur [k] in tua persona legatum, si nemo venit.

e ¶ *Post mortem.* sic infra eo. l. *fideicommissa.* §. *si filio.* & ff. ad Trebel. l. *vbi purè.* & l. *epistola.* §. *fina.* & infra de auro & argen. lega. l. *filiam.* & C. de fideicommiss. l. *quamuis.* & ita tacita [a] mora interuenit ex voluntate defuncti. Accur.

SI ita fuerit.] CASVS. Feci testamentum, & in eo ita dixi: ad quemcũque bona mea peruenerint ex testamento meo, vel ab intestato, vel quoquo iure: lego ab eo Titio centum. postea natus est mihi filius, & in familiam meam venit, & habuit hereditatem meã ab intestato: nunquid tenetur præstare dicta centum Titio? & dicitur quòd sic. & idem est si aliquis post dictũ meum testamentum cœpit mihi esse cognatus, & hereditatem meam habeat ab intestato. nam tenebitur ille cognatus præstare Titio dicta centum. Sed si aliqua mulier nupserit mihi post dictum meum testamentum, & habuit hereditatem meam ab intestato, eo quòd non habebam agnatos vel cognatos, etiam ipsa tenetur præstare dicto Titio centum prædicta. Viuian.

f ¶ *In familiam.* per [b] adoptionem. nam & hi [c] ab intestato succedunt: *vt Instit. de adop.* §. j.

g ¶ *Quoque.* scilicet mulieris extraneæ quæ fuit nupta huic testatori qui postea ab intestato decessit, & hæc ei successit per edictum vnde vir & vxor. & hoc subiicit.

h ¶ *Ex edicto.* vnde [d] vir & vxor: *vt. C. vnde vir & vxor. l. j. & facit. ff. de codicil. l. si quis cum.* & l. *ab intestato.* Accur.

SI *tibi & ei.*] CASVS. Institui mihi heredes tres filios meos, & ita dixi postea: Titio vicino meo lego. c. aureos, & ei qui ex dictis meis filiis venerit ad meum funus. me mortuo nemo ex filiis venit ad funus meum. nunquid debet habere tota centum Titius? Et dicitur quòd sic: & non minuitur legatum propter hoc. Viuia.

i ¶ *Si tibi.* si, id est, quamuis: vel proprie.

k ¶ *Non minuitur.* habebis ergo. l. *sic. C. de condit. inser. l. pen.* & ff. *tit. j. l. Lucius.* §. *quisquis.* & §. *pen.* & l. *fi.* §. *Seio.* & ff. *de test. tu. l. qui tutelam in prin.* 2. Alij dicunt te habere integra centum quę tibi non [e] minui debent, quod esset si disiunctim esset vobis legatum. at hic coniunctim fuit legatum: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica.* §. *vbi autem.* & §. *si verò non omnes.*

FIdeicommissa.] CASVS. Hic dicitur quod fideicommissa possunt relinqui per omne vulgare. & ponit exempla de prouinciis in quibus sunt varia vulgaria. [QVOTIENS.] Ego scripsi in quadam charta tenorem testamenti quod volebam ordinare: & fortè etiã adhibui ibi quinque testes: & antequã legerem coram testibus testamentum, decessi. Certè nõ valet dicta scriptura vt testamentũ, nec etiam vt codicilli. non enim in corde gerebam codicillos facere, sed testamentum. [SI ITA.] Institui mihi Titium & Seium heredes: & ita postea eis in eodem testamento locutus fui, commendo vobis Sempronium. nunquid per hæc verba tenentur heredes aliquid Sempronio dare ex causa fideicommissi? Et dicitur quod non: quia aliud est commendare, quod importat significationem laudandi: aliud alia verba dicere per quæ velit fideicommissum relinquere testator. [CVM ESSET QVIS.] Institui mihi Titium & Seium, & rogaui Titium vt suam partem hereditatis restitueret Seio coheredi suo acceptis centum à dicto Seio. Certè si vult Titius petere dicta cẽtum à dicto Seio coherede, & dare ei suam partem hereditatis, suo arbitrio potest hoc facere. Sed nunquid econtra coheres suus prædictus potest ei dare c. prædicta, & habere ab eo Titio suã partem hereditatis etiam malo velle ipsius Titij? Et dicitur quòd sic. nam duplex est fideicommissum prædictũ relictum ab ambobus heredibus sibiipsis: vnde vnus potest cõstringere alium, & econtra. [SI QVIS ITA.] Institui mihi heredem Titium: & ita dixi: Sufficiant Sempronio vineæ meæ positæ in tali loco, vel fundus meus positus in tali loco. nũquid poterit Sempronius petere ex causa fideicommissi dictas vineas vel fundum? Et dicitur quòd sic. & idem esset si dixissem, Contentus sit Sempronius domo mea in tali loco posita. *Hoc dicit vsque ad.* §. *sic fideicommissum.* Viuian.

XI. VLPIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

FIdeicommissa quocumque sermone relinqui possunt, nõ solùm Latina, vel Græca, sed etiam Punica [l] vel Gallicana, vel alterius cuiuscumque gentis lingua. 1. ¶ Quotiens [m] quis exemplum [n] testamenti præparat, & prius decedit quàm testetur: nõ valent [o] quasi ex codicillis quæ in exemplo scripta sunt, licèt verba fideicommissi scriptura habeat. & ita diuum Pium decreuisse Mæcianus scribit.

Verbum, commendo, fideicommissum non inducit. Bart.

2. ¶ Si ita quis scripserit, *Illum tibi commendo,* † diuus Pius rescripsit fideicommissum nõ deberi. Aliud est enim personam commendare: aliud voluntatem suam [p] fideicommittentis heredibus insinuare.

Ablatiui absoluti non solùm conditionem, sed etiam dispositionem inducunt quando referuntur ad eos quos testator potest grauare. Bar.

3. ¶ Cũ esset [q] quis rogatus † restituere portioné accepta certa quãtitate, responsum est vltro petere ipsum fideicommissum [r] ab herede [s] posse. Sed vtrum si volet, præcipiet [t] restituétque portionem: [u] an verò & si noluerit, cogatur accepta quantitate portioné restituere, propriæ est deliberationis. Et sanè [x] cùm quis rogatur accepta [y] certa quantitate portionem restituere, duplex est fideicommissum: vnum vt possit petere quantitatem,

l ¶ *Punica.* id est, Aphricana. & est infra *de verbo. obliga. l. j. §. fina.* ¶ Imò etiam nutu: vt infra *eodem. l. nutu.* & facit supra *de supel. lega. l. Labeo.*

m ¶ *Quotiens.* Nota [a] casum mirabilem, quòd si aliquis tabellio fecit imbreuiaturam testamenti, nec [b] legit [c] eam coram testibus, nec in charta pura scripsit: quòd non valet iure testamenti, nec iure codicillorum, etiam si fideicommissum sit ibi relictum. Accursius.

n ¶ *Exemplum.* quod dicitur scheda: *vt. C. de fide instr. l. contractus.* & etiam imbreuiatura in vulgari.

o ¶ *Non valent.* vt *supra de codicil. l. j.* & *de testa. l. ex ea scriptura.* & ff. *de secun. tab. l. j. §. si quis in duobus. in fin.* §.

p ¶ *Suam.* i. sui. est ergo commendare. id est, laudare. *sic. C. de fideicommiss. lib. l. ex illa.* & ff. *mand. si verò non remunerandi.* §. *cum quidam.* & *hic.* quandoque deponere: *vt infra de verb. significa. l. commendare.* & ff. *deposi. l. Lucius.*

q ¶ *Cum esset.* testator instituit tres heredes: vnum rogauit restituere suam partem Titio acceptis centum à coheredibus.

r ¶ *Fideicommissum.* quantitatis.
s ¶ *Ab here.* vnà cum eo instituto.
t ¶ *Præcipiet.* quantitatem. Accursius.
u ¶ *Portionem.* hereditatis. Accursius.
x ¶ *Et sanè.* modò respondet repetendo quæstionem.
y ¶ *Accepta certa.* vel à coheredibus: vt. ff. vel à fideicõmissario.

[a] Mora tacita interuenit ex voluntate defuncti.

† Generale verbum intelligendum est generaliter, nisi cõtrahentem vel testatorem aliter intellexisse de quibusdã. Gl. c. quoniam nemini. extra de senilegio. supra.

† Quicunque heres, pro omni successore ideo etiam de quo testator præcisè nõ cogitauit.

[b] In familiam alterius adoptione peruenimus. v. Gellium. 5. cap. 19.

[c] Adoptiui ab intestato etiã succedunt.

[d] Edictũ vnde vir & vxor.

[e] Cõditio vni coniunctorum iniecta, in eius persona deficiens, non minuit legatũ alterius imò augetur per ius adcrescendi.

† Commendãs aliquem ei legare non intelligitur.

† Ablatiui absoluti conditioné inducũt limita per text. in. l. 1. & quod ibi no. Bald. C. quando lice. ab emptio. dis. de quo vide in. l. ab emptione & ibi latam Gloss. in verbo, restitutis. ff. de pac.

a Testamentũ factum adhibito notario nõ publicatũ non valet tanquam imperfectũ ratione volũtatis. Nam qui testatur adhibito notario, præsumitur ex more voluisse publicari testamentum. v. Manticam. 2. de coniectur. vlti. volunt. 1.

b Testamentũ non præsumitur lectũ corã testibus, nisi tabellio dixerit, adeoque nõ valet. Si tamen notarius scripserit, actũ coram testatore & scriptis testibus, præsumitur illo casu testamentum perfectum & publicatum v. Manticã. d. loco.

c Testamentũ non valet à tabellione aut ab ipso testatore cõscriptum, si ante decedit testator, quàm fuerit lectum coram testibus & in publicã formam redactũ, adde Gl. l. 23. ff. qui test. fac. quod opinione quorundam fallit in testamento ad pias causas & inter liberos. v. Tiraquel. tract. de priuilegijs piæ causæ priuileg. 6.

a ¶ *Præstare quantitatem.* hic fideicommissum quantitatis valet, si fideicommissarius hoc velit. non autem cogitur inuitus: nisi iam quid aliud ex testamento percepit. & sic potest solui contra- contrarium. j. *ad Trebel. l. facta. §. rescripto. & aliud. j. ad legem Falci. l. in ratione. §. tametsi. ibi, quo loco &c. vel dic vt ibi.* ¶ Item arg. contra. s. *tit. j. l. fin.* §. j. Sed ibi vt esset pretium, fuit taxata quantitas: & ideò non statur ei si plus valeat tempore mortis.

b ¶ *Fundus.* certæ, & certus. aliàs non valeret: *vt. s. de iur. do. l. cum post. §. gener. & facit. s. tit. j. l. peto. in prin.* ¶ Sed arg. contra. *s. de offi. præsi. l. sæpè.*

† Sufficiunt. contentus esto.

Si fideicommissum.] CASVS. Hic loquitur principaliter in quatuor generibus legatorum. Primum est tale. Titio decem dari volo, nisi Seius heres meus noluerit. & istud certè fideicommissum est conditionale, & exigit primam voluntatem heredis: vnde si semel placuit heredi tale dictum fideicommissum, necesse habebit dare, & voluntatem mutare non poterit in præiudicium fideicommissarij. Secundum est tale: Lego Titiò decem, cùm voluerit Seius heres meus. & istud fideicommissum exigit primam heredis voluntatem, sicut & superius: & dicitur habere dilationem donec viuat heres: dum tamen non dicat se velle soluere fideicommissum. Si autem constituat se velle dare, & postea decedat antequam det: heres suus tenetur dare fideicommissario. sed econtra si fideicommissarius decedat antequam heres instituat se ei dare, ad heredem suum nihil transmittit. quia est conditionale antequam heres constituat se ei dare. & conditionalia legata vel fideicommissa non transeunt ad heredem legatarij vel fideicommissarij ante conditionem impletam. Tertium est tale: Lego Seio decem si Titius heres meus noluerit. quod legatum non debetur. Quartum est tale: Si Titius heres meus fuerit tale arbitratus, lego Titio decem, vel det Seio decem. quod quidem legatum debetur: quia non videor ego testator commisisse legatum in meram voluntatem heredis mei: sed quasi in voluntatem alicuius boni viri. Et idem est si ita dixi, si heres meus putauerit, volo quòd det Seio. x. vel ita: si heres meus existimauerit, volo quòd det Seio. x. vel ita: si fuerit visum, vel videbitur heredi meo vtile, volo quòd det Seio. x. Quid si ita dixi, ego testator lego Titio decem, si te Seium heredem meum meruerit? nunquid debetur fideicommissum? Et dicitur quod sic, si modò possit probare fideicommissarius se taliter meritum heredi, quòd bonus vir staret contentus. Item quid si ita dixi, Lego Titio decē, si te Seium heredem meum non offenderit? certè debetur fideicommissum si fideicommissarius probet similiter se taliter esse meritum dicto heredi quòd bonus vir & non infestus staret contentus. h. d. vsque ad. §. hæc verba. Viuianus.

† Legatum conferri potest in voluntatem extinctiuam non vitiatiuam legatarij. Bald.

† legatum dixit pro fideicommisso.

† Cum & quando, faciunt conditionem & fauorem viuæ voluntati: quia moriens videtur velle.

† Legatum nō potest conferri in meram voluntatem heredis: licèt in iustam voluntatem possit. Tunc enim nō videtur conferri in heredem, sed in bonum virum.

paratus portionē cedere: aliud, vt etsi non petet, tamen cogatur fideicommissario restituere parato præstare quantitatem.[a]

4. ¶ Si quis ita scripserit, *Sufficiunt† tibi vineæ, vel fundus:*[b] fideicommissum est: quoniam & illud fideicommissum esse arbitramur, *Contentus esto illa re.*

Iste. §. ponit quadruplicem casum: ideo non potest commode summari.

5. ¶ Sic fideicommissum relictum, *Nisi† heres meus noluerit,*[c] *illi decem dari volo:* quasi conditionale fideicommissum est, & primam voluntatem exigit:[d] ideoque post primam voluntatem non erit arbitrium heredis dicendi noluisse.[e] 6. ¶ Hoc autem[f] legatum † *Cum† voluerit:* tractum habet,[g] quandiu viuat is à quo fideicommissum relictum est. verùm si antequam dederit,[h] decesserit, heres eius[i] præstat.[k] Sed & si fideicommissarius antequam heres constituat, decesserit, ad heredem suum nihil transtulisse videtur. conditionale enim esse legatum nemini dubium est,[l] & pendente conditione legati videri decessisse[m] fideicommissarium.

7. ¶ Quanquā[n] autē fideicommissum ita relictū[o] non debeatur, *Si† volueris:* tamen si ita scriptum fuerit, *Si fueris arbitratus, Si putaueris, Si æstimaueris, Si vtile tibi fuerit visum,* vel *videbitur:* debebitur. non enim plenum[p] arbitrium[q] voluntatis heredi dedit, sed quasi viro bono[r] cōmissum relictum. 8. ¶ Proinde si ita sit fideicommissum relictum: *Illi, si demeruerit:*[*] omnimodo fideicommissum debebitur: si modò meritum quasi apud virum[f] bonum collocare fideicommissarius potuit. Et si ita sit, *Si te non offenderit:* æquè debebitur,[t] nec poterit heres causari non esse meritum, si alius vir bonus & non infestus meritum potuit admittere.

Verbum, peruenire, inducit fideicommissum. Bart.

9. ¶ Hæc verba, *Te fili rogo vt prædia quæ ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas, & curam eorum agas, vt possint ad filios tuos peruenire:* licèt non satis exprimunt fideicommissum, sed magis consilium quàm necessitatem relinquendi: tamen ea prædia in nepotibus post mortem patris eorum, vim fideicommissi videntur continere.[u]

A patre potest relinqui filio, si verba sapiant quoquo modo vt fideicommissum in tempus existentiæ sui iuris videatur dilatum. Bart.

c ¶ *Noluerit.* id est si noluerit. Accursius.

d ¶ *Exigit.* id est quòd semel velit. nam sufficit semel velle.

e ¶ *Noluisse.* Not. sufficit semel[a] voluisse. *sic. j. de aqua plu. arg. l. in diem. & j. quorum leg. l. j. §. prodest.* ¶ Sed contra. *j. de verbo. oblig. l. si quis stipu.* Sol. vt no. supra *tit. j. l. statuliberum. §. fi. & facit infra proxi. §.*

a Semel voluisse, an & quando sufficiat.

f ¶ *Hoc autem.* idem in legato libertatis: *vt. j. de manu. testa. l. seruus.* & sic habet dilationem.

g ¶ *Tractum habet.* id est conditionale est.

h ¶ *Dederit.* i.[a] dare voluerit. & sic est contra. *j. de verb. oblig. l. centesimis. §. si ita.* vbi heres non dat. sed ibi in stipulatione. vel expone hic dederit, dare tamen voluit: quia dixit hoc, vel aliter constat de eius voluntate, & sic concordat. l. illa.

a Verba actus pro potentialibus.

i ¶ *Eius.* heredis.

k ¶ *Præstat.* & statim.

l ¶ *Dubium est.* ¶ Nodiem incertum[b] esse conditionem.

b Incertus dies conditio.

m ¶ *Decessisse.* aliàs defecisse. vnde legatum est factum caducum: *vt. C. de cad. tol. §. sin autem.* dies enim incertus est conditio: *vt infra de condit. & demon. l. dies. & supra tit. ij. l. talis. Azo.* ¶ Item huic. §. & præceden. est contra *supra tit. ij. l. senatus. §. legatum.* Solu. vt ibi.

* Flo. si te meruerit.

n ¶ *Quamquam.* not. ex isto. §. expressa nocere.

o ¶ *Volueris.* tu heres. id est si tu non vis, non debetur: *vt. s. tit. ij. l. senatus. §. legatum.*

p ¶ *Plenum.* aliàs ad plenum. Accur.

q ¶ *Arbitrium.* Sed quæ est differentia inter primum & secundum casum? Respond. quia in primo liberæ[c] voluntati heredis committitur: & licèt testatori iustum appareat, tamen heredi permittitur ex tam libera voluntate interpretari æquum iniquum, & iniquum æquum: quod est absurdum. At in secundo casu solùm permittitur vt æquum videat an sit æquum: quod si est, nō permittitur heredi aliter interpretari secundùm R. vt hic. ¶ Et sic not. expressa[d] nocere: *vt infra de condit. & demonstr. l. nonnunquam.* ¶ Item not. differentiam[e] inter si & cùm. ¶ Et sic est contra supra *de condict. indeb. l. qui promisit.* Solu. ibi. ¶ Item contra supra *titu. ij. l. senatus. §. legatum.* Sol. vt ibi.

c Arbitrij duæ species, Primā quod plenum ac liberum, secundum quod iure ac ratione regitur: * hic. v. plenius apud Menoch. l. de arbitrariis quæst. 6.

d Expressa nocent.

e Si & cum differunt.

r ¶ *Viro bono.* sic *infra de reb. dub. l. vtrum. §. cùm ita. & de iniur. l. sed si vnius. § ait prætor. & de fideicom. lib. l. fideicommissa.*

f ¶ *Virum.* Not. arbitrium[f] & æstimationem alicuius electi reduci ad arbitrium boni viri.

f Arbitriū electi ad boni viri arbitrium reducitur.

t ¶ *Æquè debebitur.* nam æquipollent hæc duo: *vt. s. titu. j. l. quidam. & l. cùm pater. §. rogo.*

Hæc verba.] CASVS.[g] Titium filium meum, qui & ipse habebat duos filios, mihi heredem institui. & cùm essent in hereditate mea prædia, ita sui locutus in eodem testamento dicto filio meo, te fili rogo vt prædia quæ ad te peruenerint de hereditate mea, pro tua diligētia diligas, & curam eorum agas vt possint ad filios tuos peruenire, me testatore mortuo dictus meus filius instituit sibi heredes dictos suos filios, & quosdam extraneos, & decessit. nunc petunt dicti filij sui antè patrem dicta prædia ex testamento meo qui eram eorum auus. quæritur, vtrum possunt? Et videtur quòd non, quia dicta verba quæ direxi ad filium meum, magis videntur importare consilium à me datum filio meo de supradictis prædiis, quàm necessitatem dandi fideicommissi filiis filij mei. inspecta tamen voluntate mea potius quàm verbis, dicendum est dictos filios filij mei posse habere antè patrem dicta prædia. Viuianus.

g Verba enuntiatiua futuri euentus, directa ad filios vt nepotes, inducūt legati vel fideicommissi dispositionem v. quæ scripsi ad l. testatorem. ff. §. j. eod.

u ¶ *Continere.* scilicet inspecta[h] potius mente testatoris quàm ipsius verbis. & sic non obst. *j. eo. l. pater. § penulti.* & est sic supra *titu. j. l. vnum. § fina. & supra ea. l. si quis ita. & infra eod. l. Pamphilo. in princ.* Accursius.

h Mens testatoris potius inspicienda est, quàm verba.

Si filio.] CASVS. Mæuius instituit sibi heredem Titium habentem filium Gaium, & in dicto testamento reliquit Mæuius per fideicommissum

fideicommissum à dicto Titio herede centum Gaio filio prædicti Titij. quæritur, quando Gaius filius Titij heredis possit petere dictum fideicommissum? Et certè siue efficiatur sui iuris Gaius per mortem Titij patris sui, siue alio modo, potest petere fideicommissum prædictum, & non antè. & hoc est verum, siue Mæuius testator dixit expressè quòd Titius heres daret fideicommissum Gaio filio suo, cùm sui iuris esset Gaius vel morte patris, vel alio modo: siue tacitè intelligi possit quòd Mæuius habuit eam voluntatem, puta quia dixit Mæuius testator, volo vt tu heres Titius relinquas cētum Gaio filio tuo. vel quia dixit, volo Gaium habere centum, vel volo ad eum pertinere. Viuianus.

† Concord. s. si pater. §. pręmissa. ibi dummodò sicut in casu prępositio, tarum verbis & personis conuenientibus. de testibus. a.

10. ¶ Si filio [a] à patre herede instituto, fideicommissum relictum fuerit: etsi verbis † non sit ita [b] relictum, Cum pater moreretur, sed intelligi [c] hoc possit, puta quia sic relictum est, vt relinquat filio: vel, *Volo eum habere*: vel, *Volo ad eum pertinere*: defendetur, in id tempus fideicommissum relictum, quo sui iuris filius efficitur.[d]

Non refert quid ex æquipollentibus fiat. Bartolus.

11. ¶ Si cui ita fuerit fideicommissum relictū, † *Si morte patris, sui iuris fuerit effectus*, & emancipatione sui iuris factus sit: non videri [e] defecisse cōditionem: sed & cum mors patri contingat, quasi exstante conditione ad fideicommissum admittetur.[f]

In alienatione rei legatæ distinguitur an testator alienauerit ex necessitate, aut voluntate. In actione autē debiti non fit ista distinctio, sed heres semper probat testatorem exegisse debitum animo adimendi legatum. h. d. vsque ad. §. si quis illicitè.

12. ¶ Si rē suā testator legauerit, eámq; necessitate [g] vrgēte alienauerit: * fideicōmissum peti posse: nisi ꝓbetur adimere ei testatorē voluisse: probationē [h] † autē mutatæ volūtatis ab heredibus exigendá.[i] 13. ¶ Ergo & si nomen quis debitoris exegerit quod per fideicōmissum reliquit, non tamen hoc animo, quasi vellet extinguere fideicōmissum: poterit dici deberi: nisi fortè [k] inter hæc interest. hic enim extinguitur ipsa constantia [l] debiti: ibi res durat, tametsi alienata sit. Cùm tamen quidam nomen debitoris exegisset, [m] & pro deposito [n] pecuniam habuisset, putaui fideicommissi petitionem superesse: maximè quia non ipse exegerat, [o] sed debitor vltro pecuniam obtulerat, quam offerente ipso potuit * non accipere.[p] Paulatim igitur admittemus,[q] & si ex hac parte pecuniæ rem comparauerit quam non hoc animo [r] exegit, vt fideicommissarium priuaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Nō prohibetur quis legare columnas aut lapides ex illa domo, quam oportet secundum leges destruere.

14. ¶ Si quis illicitè † ædificasset, id est hoc quod diruit cōstitutiones iubent: [s] an fideicōmissum relinquere ex eo [t] quis possit, videamus. Et puto posse. cùm enim dirui necesse sit, nulla dubitatio est quin senatusconsultum impedimento [u] non sit. †

† Vide in hûc locum Alci. li. 3. de verb. signif. quo loco de cond. necessaria ad casum similem prodiscenda tradit, & l. si mater. C. de institu. & subst. cum hoc tēpô pulchrè conciliat.

* Mæsianus putat sic.

† Facit. c. 1. cum Gl. super verbo, mortis, in mel. ibi. & qui voluntatem. extra de his quæ vi metu. cau.

a Ex æquipollentibus quid fiat nihil interest.

a ¶ *Si filio.* pater fuit institutus ab extraneo, & filio instituti legatum relictum.
b ¶ *Non sit ita.* scilicet expressum.
c ¶ *Intelligi possit.* scilicet ex mente.
d ¶ *Efficiatur.* ex morte testatoris. & *facit supra eodem. l. si legatarius. §. fina. cum concordantiis.*

¶ *Si cui.*] CASVS. Diligebam Titium, & non patrem suum Gaium. vnde nolebam quòd de legato quod volebam dare Titio, aliquod emolumentum haberet Gaius pater. dixi ergo ita, si morte patris, sui iuris fuerit effectus Titius, lego ei centum. postea Titius fuit emancipatus à patre suo, & ita sui iuris effectus est. vnde per mortem patris amplius sui iuris effici non potest. quæritur, nunquid defecerit fideicommissum? Et dicitur quòd non, imò potest petere, vel vult statim post emancipationem, vel vult mortuo patre. Viuianus.

e ¶ *Non videri.* Contra videbatur ism per mortem patris: quia non poterat fieri sui iuris. Sed contra est, imò statim extitit quo ad effectum: *vt. j. ad Treb. l. mulier. in princ. & j. quando dies leg. ce. l. si ita. & C. de institu. & substit. l. ij. cum concor. vbi no.* nil referre quid de æquipollentibus [d] fiat. & per hoc supra *quemadmod. test. ape. l. antepenul. ij. respon.* ¶ Arg. contra. *C. de his qui ve. ata. impe. l. fin.* Accursius.
f ¶ *Admittetur.* s. proculdubio. nam & antè extitit, vt dixi. & pro hoc optimè supra *de dona. inter virum & vxorem. l. sed si mortis. §. j.* ¶ Et arg. contra. *j. de cap. l. in bello. §. si quis seruum.*

¶ *Si rem suam.*] CASVS. Legaui Titio equum meū. postea antequam morerer, fui effectus pauper: & propter necessitatem eum alienaui in alium. postea decessi. venit Titius ad heredes meos, & petit dictū equum, vel iustam æstimationem equi. nunquid potest? Et dicitur quòd sic, nisi heredes mei probent ideò me alienasse equum, quia volebam ei adimere dictum legatum siue fideicommissum. Sed pone ꝙ legaui eidem Titio illud quod debebat mihi Seius: qui quidē debebat mihi decem. & postea ex necessitate exegi dicta decem à Seio prædicto: & non probant heredes mei quòd exegerim quasi vellem extinguere fideicōmissum. Certè deberent heredes mei dicta decem Titio cui legaueram nomen de dictis decem, nisi quia interest huius legati & superioris, id est differentia est inter hoc legatū & superius de equo. vnde ideò quia interest, non debebunt heredes. & est ratio quare non: quia in hoc legato nominis extinguitur ipsa substantia debiti cum exigo ego testator à debitore. in legato autem superiori de equo, durat equus, quamuis sit alienatus per me testatorem. sed secus si dicta decem quæ exegi à Seio debitore, cùm nomen eorum legassem Titio, posui in deposito, & non expendi: quia tunc bene poterit petere Titius, & multo magis si ea non exegi à dicto meo debitore, sed ipse debitor spōte ea mihi obtulit: quia hoc casu potui non accipere ea decem cùm ipse debitor ea mihi offerret. sed & si partem dictorum. x. quæ exegi à dicto meo debitore, vel quæ ipse mihi obtulit, posui in deposito, & de alia parte emi prędium: adhuc poterit petere Titius fideicommissum de decem. Viuian.

g ¶ *Necessitate.* rei familiaris: *vt. C. de rescindenda vendi. l. non idcirco.* Vel quia erat peritura: *vt. s. de rei vindicatione. l. item si verberatum. §. si quis.* Aliud [a] si ex voluntate: *vt. j. de adi. leg. l. rem legatam. & arg. j. de fideicommiss. lib. l. cum fideicommissa.*
h ¶ *Probationem.* No. probationem [b] mutatę voluntatis heredi incumbere.
i ¶ *Exigendam.* scilicet nunc. Sed econtra tunc oportet probari à legatario, cum spontè res fuisset alienata; *vt infra de adi. leg. l. cum seruus. & facit Institu. eo. §. si rem suam. & supra de proba. l. ij. & l. eum.*
k ¶ *Fortè.* Philosophicum [c] temperamētum est. verè enim non interest: *vt subiicit hic.* ¶ Et dic interest. s. inter hæc secundum literam Pisanam.
l ¶ *Constantia debiti.* ex hac differentia oportet hic legatarium probare: *vt hic, & s. tit. ij. l. non quocumque. §. qui Gaium. & l. si sic. §. j. in fin. & l. Lucius. j. respon. & l. cum pater. §. filia. & infra de auro & arg. leg. l. Seia. in fi. & j. de libe. lega. l. non solum. §. liberatio.* quod secus est in superiori casu vbi heres probat.
m ¶ *Exegisset.* à spontè soluente. & sic impropriè, vt sequitur.
n ¶ *Pro deposito.* aliud si pro deposito non habuisset, vt modò notaui per plures leges. ¶ Et nota hic qualiter [d] probetur animi perseuerantia, non ergo &c. Accur.
o ¶ *Exegerat.* ¶ No. ergo exigere, [e] id est ab inuito extorquere. *sic infra quæ in fraudem credi. l. pupillus.* Item contra supra *tit. j. l. si Titius.* Solu. ibi.
p ¶ *Non accipere.* s. rationabiliter, cum videatur velle durare dominus debitoris. Nam qui [f] accipit mutuum, seruus est fœnerantis: *vt. C. de noua. l. iij. & ad hoc. j. de solu. l. si debitor.* Accur.
ADDITIO Prius legebatur, non potuit accipere.
q ¶ *Admittemus.* scilicet valere fideicommissum.
r ¶ *Non hoc animo.* & hoc probatur per hoc quòd habuit eam in depositum, vel alio modo. ¶ Et not. quòd quidam habent cancellatum hunc versum, & si ex hac &c. & facit. *j. de adi. le. l. pater.*

¶ *Si quis illicitè.*] CASVS. Ad huius. §. intelligentiam no. quòd senatusconsultum factum Auiola & Pansa consulibus existentibus, vetat ꝙ aliquis non leget columnas vel marmora de domibus: *vt. s. de leg. j. l. cætera. §. j.* ¶ Quid ergo si ego feci domum in publico loco vel in alio loco vetito: quam quidem oportet me destruere: *vt. j. ne quid in loco pub. l. j. & ij.* nunquid potero ex ea domo legare marmora vel columnas non obstante dicto senatusconsulto? Et dicitur quòd sic. Viuian.
s ¶ *Iubent.* vt in loco publico: *vt. j. ne quid in lo. publ. l. ij. in prin. & l. fin.* vel contra. *s. fini. regun. l. fin.*
t ¶ *Ex eo.* ædificio illicito, puta vnam columnam. secus in licito: *vt supra tit. ij. l. cætera. & l. filiusfamilias. §. ædes. & facit infra eo. l. mutu. §. ij.*
u ¶ *Impedimento.* huic legato columnæ.

a Legatam à se rem alienantis testatoris necessitate vel voluntate differentia.

b Probatio mutatæ voluntatis defuncti, heredi incumbit.

* Taurellus legendum esse, non potuit nō accipere.

c Fortè particula Philosophici temperamēti index.

† Legari possunt columnæ & marmora ex ædificio iure diruendo, vnde colligûtur id esse nō censeri, quod diruendum sit.

† Nam quod necessar ò destruendū est, non est in eius destructione necessaria auctoritas superioris, vt extra de elec. c. venerabilem cū Glo. super verb. venire in ius.

d Probatur quemadmodum possit animi perseuerantia.

e Exigere est ab inuito extorquere.

f Mutuum accipiens, seruus est fœnerantis.

Si heres.] CASVS. Institui mihi heredem Titium,& iussi ei quod mutuaret Seio amico meo centum vsque ad sex menses pro duobus denariis libram quolibet mense, cum alij vsurarij mutuarent ad sex denarios libram. Certè valet tale fideicommissum,& putauit Męcianus quòd deberet dare fideiussores heredi de dictis centum reddendis ei in termino : sed non est verum imò nudam tantùm cautionem. Viuianus.

a ¶ *Vtile.* vt.3.titu.ij. *l.si seruus legatus.* §.*fi.*

b ¶ *Idonee.* scilicet[a] cum fideiussoribus vel pignoribus : *vt supra manda.l.si mandatum.* §.*fina.*

c ¶ *Cautionem.* scilicet talem, vt dixi. sed nuda sic: *vt.3.de iudi.l. in omnibus.* Accur.

a Cauet idoneè qui fideiussorem vel pignus dat.

15. ¶ Si heres rogatus sit certam summá vsuris certis fœnori dare, vtile[a] est fideicómissum: sed Mæcianus putat non aliàs cogendum credere, quàm idoneè[b] ei caueatur. Sed ego procliuior sum vt putem cautionem[c] non exigendam.

Si rem legatã legatarius habere nõ potest absque sui delicto, præstabitur æstimatio si testator fuit sciens. Bar.

16. ¶ Si seruo alieno militia[d] relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur. Et † aut scit † seruum esse, & dico æstimationem deberi.[e] aut ignorauit, & denegari[f] fideicommissi persecutio debet : quia si scisset seruum, nõ reliquisset.[g] 17. ¶ Ex his apparet,[h] cum per fideicommissum aliquid relinquitur, ipsum præstandum quod relictum est. cum verò ipsum præstari[i] non potest, æstimationem esse præstandam.

Dictio rursus, verificatur in duabus vicibus tantùm. Bart.

18. ¶ Si quis decem alicui per fideicómissum reliquerit,& si perdidisset id quod testamento relictũ est, rursus ei reliquerit:* quęrebatur an sequens fideicómissum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem[k] salua fore decem, ne cogatur ad præstationem : & an si sæpius perdidisset, sæpius ei sarciretur fideicommissum.[l] Diuus Pius rescripsit neque cautionem exigendam,[m] & non amplius quam semel[n] postquam perdidisset, præstandum. non enim onerandus est heres vt in infinitum[o] † quotiens perdiderit, restituere ei tantumdem debeat : sed vt per fideicommissum posterius duplicata eius legata videantur : nec amplius ad periculum heredis pertineant, si quid postea is consũmpserit, exsoluto & posteriore fideicommisso.

Fideicommissum relictum animo compensandi, petitionem non inducit. Bartolus.

19. ¶ Itẽ si quis certã quantitatẽ cui[p] reliquerit, & addiderit, facilius hãc summam posse[q] compensari, cum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Gaij[r] Seij, nec velit ille adire hereditatem Gaij Seij, sed petat fideicommissum: Imperator noster contra voluntatem[s] eum testantis petere fideicommissum[t] rescripsit: cum in fidei-

Si seruo.] CASVS. Seruo Titio legaui militiam meam. volui enim quòd dict⁹ seruus Titij staret ad quoddam meũ castrum pro milite,& haberet quolibet die quinque solidos pone. quam quidem militiam serui habere non possunt, vt datur intelligi in fin. huius. §. modò quæritur, an Titio domino acquiratur dictum legatum? Et distinguitur: aut ego testator sciui eum esse seruum cum ei legaui militiam : aut ignoraui. Primo casu debetur legatum. sed quia seruus non potest habere militiam, vt dictum est, datur domino eius æstimatio militiæ. Secundo casu nõ valet legatum aliquo modo : & est ratio in hoc secundo casu, quia nõ est verisimile quòd ego testator reliquissem seruo militiam, si sciuissem eum esse seruum. quamuis cùm sciui eum esse seruum tempore quo legaui ei militiam, valeat legatum quantum ad æstimationem militię danda domino serui, vt dictum est in ipso casu. ex his autem quæ dicta sunt in dicto primo casu, istud potes colligere, quòd cùm aliquid relinquitur alicui per fideicommissum vel per legatum, illud præstandum est quod relictum est, si potest præstari: aliàs æstimatio est præstanda. Viuianus.

† Legatum nõ valet à sciente factum, quod non valet ab ignorãte propter qualitatem personæ.
† Scit. pro sciuit testator.
* Rursus, particula verificatur duabus vicibus, *vide in d. l.* §. *si cui. ff. vt lega. nomine ca. & ib. Bart. in l. eum qui. ff. de verb. oblig.*

d ¶ *Militia.* quam[b] seruos habere fuerat inusitatum, non tamen iure aut natura vetitum penitus, secundum R. 2. Vel fortè de iure est vetitum: *vt.C.qui mili.non poss l.super seruis.per totum.*

b Militiæ incapaces serui iure ciuili non natura.

e ¶ *Deberi.* huic enim relicto talis inest natura: *vt supra titu.j.l. mortuo.*§.j.

f ¶ *Denegari.* Sed hæc militia posset legari ei libero: ergo ei seruo: *vt.3.tit.j.l.debitor.§.seruo.quæ est contra.* Sed dic non omne: sed nec id quod ratione rei legatæ vel personæ legatarij impeditur, potest legatarij[c] libero & seruo. & quod impeditur, nec vni nec alteri. hic autem non rei personæve ratione impeditur omnino legatum: sed ex cóiectura mentis defuncti. præsumitur enim, quoniam non consueuerunt serui militiam habere, si scisset seruum, nil ei relicturus esset testator. nã & aliàs[d] ex legatarij vsu & scientia, testatoris voluntas colligitur: *vt.3.de vsu & ha.plenum.§.sed si pecoris. & .§.equitij. & 3. de lega.j.l.si seruus plurium.§.fin.& de iud.l.sed & si susceperit.§.j.& ij.*

g ¶ *Non reliquisset.* hoc enim hic præsumitur,[e] sicut in re aliena legata, & in substitutione seruo instituto heredi vulgariter facta aliud voluisse eum præsumitur: *vt.C.eo.l.cùm alienam.& 3.de here.instit.l.pater filio.*

h ¶ *Apparet.* Not. rem[f] legatam præstari debere: quæ si præstari non potest, eius æstimatio præstetur à legatario.

i ¶ *Præstari nõ potest.* huic ergo minimè est inhærẽdum. difficultatis enim &[g] nõ impossibilitatis respectu hoc nõ posse dicitur: vt in re aliena legata quam dominus non vult vendere. cæterum iura naturáve relicto resistente nihil omnino dabitur : vt in mancipio orthodoxo hæretico,& in fundo Martio,& homine libero relictis dicitur: *vt supra tit.ij.l.apud Iulianum §.fin.& l.cætera.* & distingue *vt ibi not.an.l.sed si res.& facit.j.de aur. & argen.l.Titia.§.j.& 3.tit.ij.l.filiusfamilias.§.iij.& .j.de verb.obli.l.multum.*

c Legandum est legari.
d Pręsumimus quęcunque id voluisse aut mãdasse quod ei visũ fuit, quodq; sciuit. hoc est ex vsu & scientia cuiusque præsumimus eius voluntatem.
e Præsumitur nemo id velle quod non est cõsuetum. *ad de l.vlt.C.de fideiussoribus.*
f Legatũ quoties præstari non potest, debetur eius æstimatio.
g Impossibilis & difficilis differentia.

¶ *Si quis decem.*] CASVS Legaui decem Titio ab herede meo, & ita dixi, si Titi⁹ perdiderit dicta. x. rursus lego ei. x. modò quæritur hic de tribus. Primum, vtrum valeat secundum legatum? Secundum est, vtrum heres meus possit exigere à Titio legatario cautionem, vt ipse legatarius faciat salua. x. quæ primò ei soluuntur : ita quòd heres non teneatur ad præstanda amplius. x? Tertium est, si Titius legatarius perdiderit bis, vel ter quater dicta decem, an heres teneatur semper dare alia. x? Et iurisconsultus respondet ad secundum & tertium: per quam responsionem colligitur responsio primi. & dicit quòd heres non potest exigere. x. nec dictam cautionem à legatario. Item dicit quòd si legatarius vltra semel perdiderit. x. non tenetur ei iterum dare heres. colligitur ergo responsio primi, scilicet quòd si semel perdiderit decem legatarius, alia decem ei heres dare non tenetur amplius. Viuianus.

† Nam infinitas vitatur. *& cancar. c. cum in multis, extra de rescri. lib. 6.*

k ¶ *Cautionem.* à legatario.

l ¶ *Fideicommissum.* scilicet legatario.

m ¶ *Exigendam.* id est, non exiget heres cautionem.

n ¶ *Quàm semel.* contra supra *qui.mo.vsusfruct.amit.l.sicut.* sed ibi dixit quoties: sed hic dixit rursus. ¶ Itẽ no. sufficit[a] semel solui, & quandoque non: *vt no.C.de iur.delibe.l.fi.§.sed quia.* ¶ Itẽ not. contra infinitatem. *sic infra de dam.infect.l.qui bona.§.fi. & supra de arbi.l.non distinguemus.§.quæsitum. & infra de re iudi.l.a diuo.§.sed si emptor. & C.de sacrosan.eccl.l.fin.§.sed ne. & supra pro socio.l.si socius pro filia.§.quòd si salua. & infra vt leg.no.ca.l.j.§.si cui.* ¶ Sed argu. contra infra *de fideius.l.si ita stipulatus à Seio. & supra de in lit.iur.l.videamus.§.iurare. & in Auth.de non alie.§.sancimus.colla.ij.ibi, in quo optima mensura,&c. & supra de eden.l.velut.§.hæc vox.* Azo.

a Semel solui an & quando sufficiat, vel non sufficiat.

o ¶ *In infinitum.* Not. infinitatem[b] vitandam.

b Infinitas vitanda est.

¶ *Item si quis.*] CASVS. Cum Cornelius peteret existere heres ab intestato Gaio Seio, qui Gaius Seius fuerat debitor Titij in decem ex aliqua causa,& ita Cornelius propter dictam hereditatem est debitor Titij in dictis decem, si eam adeat : hic Titius fecit testamentum, & instituit sibi Martinum heredem, & legauit dicto Cornelio. x. & ita subiunxit: tu Martinus heres poteris facilè compẽsare hæc. x. cum Cornelio, qui, vt dictum est, debet mihi. x. propter hereditatem Gaij Seij. postea Cornelius noluit adire hereditatem Gaij Seij : sed volebat fideicommissum de decem sibi à Titio prædicto relictum. quæritur, nunquid possit habere? Et dicitur quòd non: quia videtur esse cõtra voluntatem testatoris, quę præcipuè seruanda est in fideicommissis. Viuianus.

p ¶ *Cui.* id est, alicui.

q ¶ *Posse.* No. facilius[c] compensamus quàm soluimus.

r ¶ *Gaij.* quia Gaius instituit fideicommissarium qui Gaius fuerat debitor testatoris secundi.

s ¶ *Voluntatem.* tacitam, quasi sub hac conditione legauerat, si ille Gaio Seio fuerit heres,& compensauerit. Facilius[d] enim remittimus quæ speramus, quàm demus quæ possidemus. *sic.3. de leg.ij.l.vnum ex.§.si rem.& facit.j.tit.j.l.j.*

t ¶ *Fideicommissum.* Not. in[e] fideicommissis præcipuè spectanda seruandáque est testatoris voluntas.

c Compẽsatio facilius fit quàm solutio.
d Remissio facilior est quàm donatione. facilius enim remittimus quæ speramus, quàm demus quæ possidemus.
e Voluntas testatoris præcipuè spectanda est in fideicommissis.

Volun-

cómissis præcipuè spectáda seruandáq; sit testatoris voluntas.[a]

20. ¶ Plerúque[b] euenit, multorũ interesse id quod relinquitur: verùm testatorem vni[c] voluisse honoré habitũ.[d] & est hęc sententia Marcelli verissima.[e]

21. ¶ Sic euenit, vt interdũ si pluribus[f] testator honorem habere voluit, & de plurib' sensit: quamuis vnum legatum sit, tamen ad persecutioné eius[g] plures admittãtur: vtputa si decem fuerunt eiusdem[h] rei[i] stipulandi,[k] & heres vel fideicommissarius rogatus est[l] vt eis solueret. hic enim si omnium[m] interest, & de omnibus[n] sensit testator: fideicommissum relictum omnes petere potuerunt. Sed vtrũ in partem agent,[o] an in solidum, videamus. Et credo, prout cuiusque interest, consequentur. Vnus igitur qui occupat agendo, totum consequitur: ita vt caueat defensu iri*[p] aduersus cęteros fideicommissarios eum[q] qui soluit:[r] siue socij sunt, siue non.

22. ¶ Interdũ alterius nomen scribitur in testamento, alteri verò fideicommissi petitio vel legati competit: vtputa si fidei heredis committatur vt ipse publicano pro† Titio pręstet fideicómissum: hoc vel legatum non publicanus[s] petit, licet ei sit adscriptum: sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. Multum autem interesse arbitror cui voluit[t] prospectum, cuiusque contemplatione testator fecerit. Plerumque autem intelligendum est priuati causa hoc fecisse, licèt emolumentum publicano quæratur.[u]

In indiuiduis quilibet heredum tenetur in solidum. Bart.

23. ¶ Si in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum sit: vnumquemque heredem in solidum teneri diuus Marcus & Lucius Verus Proculæ[x] rescripserunt: tempus tamen coheredi[y] præstituerunt, intra quod mittat[z] ad opus faciendum: post quod solam[a] Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi sumptum[b] pro parte eius.

24. ¶ Ergo & in statua, & in seruitute, cæterisque quæ diuisionem non recipiunt,[c] idem diuus Marcus rescripsit. 25. ¶ Si quis opus facere iussus, paratus† sit pecuniam dare reipublicæ, vt ipsa faciat, cùm testator per ipsum id fieri voluerit: non † audietur.[d] & ita diuus Marcus rescripsit.

Legatum incertum relictum in his quæ alimenta respiciunt, valet. Bartolus.

XII. VALENS *libro primo Fideicommissorum.*

STichus liber esto: & vt eũ heres artificium doceat vnde se tueri

---

a ¶ *Voluntas.*[a] *vt & 3.tit.ij.l.pe.not. & j.de supel.lega.l.Labeo. & infra de auro & argen leg.l.Quintus.*

¶ *Plerumque euenit.*] CASVS. Hic §. duas ponit regulas. In prima non ponit exempla, in secunda sic. Prima est talis: Potest esse quòd multorum intersit fieri quod dictum est à testatore: & tamé vnus tantùm habet actionem: eo quòd testator eum solum honorare voluit. & potes si vis ponere exemplũ quando duo non socij promiserunt centum in solidum testatori: & ipse legauit vni eorum libertatem. quamuis enim intersit alterius vt ambo liberentur: tamen non liberabitur nisi ille cui legata est liberatio: & liberabitur per pactum & non per acceptilationem: ad hoc vt liberatio nó prosit alij: *vt infra de libe.lega.l.iiij.§.ij.* Secunda regula est econtra ad primam. Potest enim esse quòd vnum est legatum à testatore relictum: & tamen plures ad illud admittuntur: eo quòd testator plures voluit honorare. & ponitur in litera tale exemplum: Ego & Titius stipulati fuimus in solidum à Seio nobis dari Stichũ. postea Cornelius fecit testamentum, & petiit ab herede suo vt daret mihi & Titio dictum Stichum debitum nobis à Seio. quãuis enim vnum, id est vnius heredis Stichi sit legatum: tamen Seius & Titius admittentur ad petitionem ipsius: & prout cujusque nostrũ interest, tantum ex dicto legato consequemur. Quid si ego petij totum Stichum ab herede Cornelij, & litem secum fui contestatus? certè totum debet mihi soluere: dum tamen caueam ei quòd defendam eum à Titio collegatario meo. & hæc sunt vera siue ego & Titius meus collegatarius eramus socij, siue non & quod dixi in herede Cornelij rogato à Cornelio vt daret mihi & Titio Stichum nobis debitum à Seio: idem est si Cornelius dictum Stichum alicui per fideicommissum reliquisset, & dictum fideicommissarium rogasset de dando mihi & Titio dictum Stichum. Viuianus.

b ¶ *Plerumque.* Not. ex prin. huius §. illi[b] soli deberi fideicommissum, quem testator voluit honorare. Accur.

c ¶ *Vni.* ergo ei soli ex fideicommisso tali competit actio.

d ¶ *Habitum.* Pone exemplum, si plures sint rei debendi, & vni legatur liberatio: vel si lego tibi quod Titius tibi debet, qui est fortè non soluendo. nam refert gratia vnius vel plurium: *vt. j. de lib.lega.l.iij.§.fi. & j.ea.l.§.interdum.*

e ¶ *Verissima.* vt ei tantum debeatur quem testator voluit honorare.

f ¶ *Si pluribus.* creditoribus Titij.

g ¶ *Eius* scilicet legati.

h ¶ *Eiusdem.* scilicet hominis.

i ¶ *Rei.* non testatoris.

k ¶ *Stipulandi.* non testatoris.

l ¶ *Rogatus est.* ab eo qui erat non debitor.

m ¶ *Omnium.* scilicet creditorum.

n ¶ *De omnibus.* s. honorandis. alioquin aget debitor tantùm: *vt j. proxi.§. & facit 3.tit.j.l.fideiussor.*

o ¶ *Agent.* s. quilibet pro parte debiti sui.

p ¶ *Defensu iri. j. de libe.leg.l.quid ergo.*

q ¶ *Eum* scilicet heredem.

r ¶ *Soluit.* legatum.

¶ *Interdum.*] CASVS. Hic. §. ponit vnam regulam: & super eam ponit exemplum, & illud exemplum postea determinat. Regula est talis: Quandoque vnius nomen in testamento scribitur in legando, & alteri petitiò competit legati. Exemplum est tale: Titius debebat publicano. x. propter passagium fortè. ego feci testamentum, & rogaui heredé meum quòd solueret decem publicano pro dicto Titio. certè Titius admittitur ad petitionem fideicommissi, & non publicanus: nisi probet publicanus quòd pro suo publicani amore ego reliqui fideicommissum prædictum. Viuian.

s ¶ *Non publicanus.* cùm nulla eius gratia sit relictum: imò vt[a] minister eligatur: *vt supra tit. j. l. si quis Titio decem.* aliàs secus: *vt infra de conditio. & demó. l. Titio. §. Titio genero. & 3. ea. l. proxi. §. & 3. de vsufru. ea. re. l. tribus. in fin.* quæ sunt contra. & facit *supra titu. j. l. si fideiuss. & l. seruo legato §. si testator. & l. si seruus legatus. §. pen.*

t ¶ *Voluit.* testator.

u ¶ *Quæratur.* prima facie.

¶ *Si in opere.*] CASVS. Institui mihi heredes Proculam & Titium: & rogaui eos quòd facerent fieri vnum palatium reip. Bononiæ, in quo expenderent mille libras. vel iussi eis quòd ponerent vnam statuam in curia communis ad honoré reipublicæ, vel iussi eis quòd sustinerent per domos meas quæ erant iuxta palatium commune, seruitutem cloacæ communis immittendæ. vel iussi eis quòd facerent aliquid aliud quod diuisionem non recipit. nũc veniunt procuratores communis, & conueniunt ad prædicta facienda vel aliquod prædictorum dictã Proculã solam, cùm Titius ejus coheres sit absens. vnde hæc Procula conquesta fuit de hoc per literas suas diuo Marco & Lucio Vero imperatoribus, dicẽdo eis quòd ipsa volebat adimplere bene pro parte sua, & non pro parte Titij coheredis sui. certè dicti imperatores rescripserunt ei quòd volebant eam certum tempus habere intra quod faciat venire coheredem suum pro faciendis prædictis: post quod tempus volunt quòd ipsa sola faciat prædicta: & quod possit imputare coheredi suo Titio partem dimidiam sumptuum quos faciet in prædictis, vel aliquo prędictorum, quæ diuisionem non recipiunt. Viuianus.

x ¶ *Proculæ.* ipsi Proculæ supplicanti, quę sola pulsabatur.

y ¶ *Coheredi.* Proculæ genitiui casus. ad quod est. *3. de vsur. l. cũ quidam. §. fin. & j. de ope. pub. l. si legatum.* §. j.

z ¶ *Mittat.* ille coheres.

a ¶ *Solam.* Proculam in iudicio conuentam. Accursius.

b ¶ *Sumptum.* in iudicio fami. ercíscun. *vt supra famil. ercíscun. l. heredes. §. non tantum.*

c ¶ *Non recipiunt.* nam quæ[b] diuisionem non admittunt, tunc in solidum ab heredibus & heredibus debentur: *vt supra famil. erci. l. heredes. §. an ea. & j. de ser. leg. l. fina. & facit j. tit. j. l. Quintus. §. ad auctoritatem.*

d ¶ *Non audietur.* vt. *j. de polli. l. antepenul.*

¶ *STichus.*] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & Sticho seruo meo libertatem dedi, & præcepi prædicto heredi vt doceat

---

a Voluntas testatoris in fideicommissis maximè spectanda.

* Pro, defensum iri. Amo. Aug. lib. 2. c. 2.

† Pro aliquo facere idẽ est quod nomine eius facere.

b Fideicómissa solis honorãtis præstanda.

a Vt minister eligitur is cui nihil relinquitur.

† Ad factum testaméto aut vltima voluntate obligatus præcisè tenetur facere.

† Industria enim personæ in dubio præsumitur esse electa.

b Indiuidua ab heredibus & heredibus debentur.

possit, peto. Pegasus * inutile fideicommissum esse ait:[a] quia genus artificij adiectum non esset. Sed prętor aut arbiter ex voluntate[b] defuncti,† & ætate & cõditione & natura ingenióque[c] eius cui relictum erit, statuet quod potissimum artificium[d] heres docere eum sumptibus suis debeat.

XIII. MAECIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

SI sic locutus erit testator, *Heres meus illi fundum dato:*[e] *Seio hoc amplius decem:*[f] non erit dubitandum, quin Seius & fundi partem & decem ex testamento percipere debeat.[g]

XIIII. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

NOn dubium[h] est quid si vxori legatum sit *si non nupserit*, ídque alij restituere rogata sit: cogenda est, si nupserit, restituere. 1. ¶ Heres quoque cui iurisiurandi conditio[i] remittitur, legatum & fideicommissum debet. 2. ¶ Sed si cui legatum relictum est vt alienam rem redimat vel præstet: si redimere non possit, quòd dominus non vendat, vel immodico[k] pretio vendat, iustam æstimationem inferat.[l]

XV. MAECIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

HÆres testatoris legatę quę in profundo[m] esse dicũtur quandoque[n] apparuerint, præstantur.

XVI. POMPONIVS *libro primo Fideicommissorum.*

SÆpe[o] legatum plenius[p] restituitur fideicommissario, quàm esset relictum: veluti si alluuione ager auctus[q] esset, vel etiam insulæ natæ.†

XVII. MAECIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

ETiam ea quæ futura sunt, legari possunt, vt insula vel in mare vel in fluminibus[r] enata. 1. ¶ Seruitus quoque seruo prædium[s] habenti rectè legatur.

Legatum relictum in voluntate solenni, per voluntatem minus solennem non intelligitur tacitè reuocatum. Bart.

vel doceri faciat dictum Stichum vnum artificium, ex quo artificio possit lucrari victum & vestitum competẽtem. quæritur, nunquid Stichus poterit petere ab herede vt faciat eum doceri leges, vt fiat doctor legum? certè non, imò arbitrabitur iudex quod artificium competẽs potius heres docere eum debeat sumptibus heredis ipsius: & in causæ cognitione debet inspicere iudex voluntatem defuncti, qui dixit, vnde possit se tueri &c. Item debet inspicere iudex ætatem Stichi, & conditionem, & naturam, & ingenium: vt si est aptus ad calculatiam, ad eam eum ponat. si est aptus ad aliã artem, ad eam eum ponat. Pegasi autem sententia qui dixit fideicõmissum prædictum non valere, est reprobata. Viuianus.

* Qui erat Proculianus cùm Valens auctor legis esset Sabinianus.

† Præsumitur pro senili ætate potiꝰ quàm pro iuuenili. Et iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur. Concor. c. cum in iuuentute. in glo. super verbo, ad similem. extra de præsumpt.

a ¶ *Ait.* & malè.

b ¶ *Voluntate.* C. *de fideicommiss. l. voluntatis.*

c ¶ *Ingenióque.* No.[a] quòd ex ingenio natura & ætate & conditione alicuius, eius cõsideratur officium.

a Officium alicuius consideramus ex eius ingenio natura & conditione.

d ¶ *Artificium.* valet[b] ergo relictum licèt incertum propter fauorem[c] alimentorum: *vt no. s. tit. j. l. quidam. & facit. j. de solu. l. inter artifices.*

b Incertum legatum fauore alimentorum valet.

c Alimentorum maximus fauor.

SI *sic.*] CASVS. Instituí mihi heredem Gaium, & ita postea dixi, heres meus dato Titio fundum meum Cornelianum positum in tali loco. Item Seio dato hoc amplius. x. quæritur, quid importent hæc verba, hoc amplius, posita in legato Seij de decem? Et dicitur quòd Seius propter illa verba habebit integra decem, & medietatem fundi Titio relicti. Viuianus.

e ¶ *Dato.* scilicet adiecto fundi nomine. alioquin[d] inutile est relictum: *vt. s. de iure do. l. cùm post. §. gener.*

d Fundi legatũ inutile est, si fundi nomen non est adiectum.

f ¶ *Decem.* scilicet dato.

g ¶ *Debeat.* vt. *j. eo. l. si purè. & s. si cer. pe. l. lecta circa prin.* ¶ Sed contra. *s. titu. ij. l. si seruus legatus. §. si ita.* Sed hoc, pronomen hîc soluit contrarietatem: licèt R. aliter soluat: vt ibi. Azo. Item facit. *j. eo. l. si seruus. §. si ei. & j. de vsufru. leg. si alij. & s. de vsufru. ac. l. inde Neratius. §. non solum.*

NOn dubium.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & legaui vxori meæ centum si non nupserit. & rogaui eam quòd restitueret Sempronio dicta centum si nuberet. ipsa fuit consecuta legatum ab herede meo, & postea nupsit: nunquid tenetur restituere Sempronio? Et dicitur quòd non est dubium quòd bene est cogẽda restituere. id est dicere, bene tenetur restituere, quamuis non possit nubere contra conditionem sibi appositam in legato, & legatum consequi. & tamen nihilominus tenetur restituere Sempronio, vt dictum est: vt euenit in herede instituto sub conditione si iurauerit se capitolium ascendere, à quo herede legatum vel fideicommissum relictum est Sempronio pone. nam quamuis remittatur ei conditio iurisiurandi à iure, & habere possit hereditatem: nihilominus tamẽ tenetur legatum vel fideicom. dare Sempronio. Alij exponunt in princip. huius. l. quoniam, pro quòd. & dicunt quòd vxor non tenetur restituere Sempronio. sed ego pono propriè verbum quin, propter aliud verbum quoque, positum ibi, heres quoque iurisiurandi & cætera. [SED SI CVI.] Legaui Titio centum: & rogaui eum quòd emeret equum Sempronij qui valebat quinquaginta: & eum daret Gaio. Titius iuit ad Sempronium, & volebat ei dare de dicto equo quinquaginta. Sempronius dixit, nolo vendere: vel dixit, nolo vendere nisi habeam inde centum libras vel ducẽtas. nunquid tenetur Titius dare Sempronio pro equo tantum quantum petit: vt sic eum equum postea det Gaio iuxta pręceptum mei testatoris? Et dicitur quòd non, sed dabit Titius Gaio iustam æstimationem equi: id est quinquaginta. Viuianus.

h ¶ *Nõ dubium.* Pone casum tribus modis. Primò quòd loquatur secundùm iura noua quæ permittunt talem casum imponi nuptę, ne secundas ineat nuptias: *vt in Authen. de nup. §. quæ verò. colla. iiij. & C. de indi. vidui. Authen. cui.* sed iure veteri contra: *vt. j. de condit. & demonstr. l. quoties. & l. cum tale. in fin.* & secundùm hoc hæc dictio quin, simpliciter ponitur[a] pro quòd. & secundùm hoc valet fideicommissum in eum casum in quem voluit testator, vel in quocunque, si hoc voluit, scilicet vel viduitatis, vel si nupserit. 2. Secundò dic quòd in casu viduitatis tantùm relinquitur fideicommiss. sub quo & legatum erat relictum. sed in. l. quoties. quæ est contra, dicit non valere fideicommissum si fuit relictum in casu si nuberet, & lege quin pro quòd. vt infra. 3. Vel dic tertio, quòd nõ valet fideicommis. & dic relictum in pœnam si nupserit: *vt. d. l. quoties.* & secundùm hoc, quin ponitur pro[b] quòd: & hæc dictio non, ponitur iuxta verbum, est. & quòd dicit, si nupserit, sub. etiam. & tunc hæc & illa. l. quoties. quæ dicunt idem, corriguntur per dictam authenticam.

a Quin pro quod nõ vult hanc interpretationem Bar. non admittit.

b Quin pro quod.

† De insularũ nascentiũ ratione Plin. lib. 2. c. 87. & seq.

i ¶ *Conditio.* erat enim institutus si iuraret se daturum Titio decem. nam licèt iuramentum remittatur, decem tamen dare oportet: *vt hic. & supra de condi. institu. l. quæ sub conditione. in prin. & §. quoties. & infra de condit. & demonstra. l. hac scriptura. & s. titu. ij. l. si quis inquilinos. § fin.*

k ¶ *Immodico.* id est magno. ¶ Et not. non[c] vendere, vel immoderato pretio vendere, æquipollent.

c Vendere pretio non iusto & non vendere, paria.

l ¶ *Inferat.* Not. de re[d] aliena præstanda grauatus si eam habere non possit, vel difficulter: tenetur ad æstimationem: *vt Inst. eo. §. nõ solum. & infra eod. l. qui concubinam. §. fina. & dic vt ibi. & infra de auro & argen. lega. Titia. §. j. & argu. s. deposi. l. ij. & s. titu. j. l. mortuo. §. j. & ij. & j. ad. l. Falc. l. alienus. & infra de fideicommiss. liber. l. alieno. §. si quis.*

d Alienam rẽ præstare grauatus si eã habere nõ possit, vel difficulter, præstare æstimationem debet.

HÆres.] CASVS. Institui mihi Titium heredẽ: & legaui Sempronio loricam meam quam credebam esse in scrinio meo: & ipsa erat in profundo maris. certè non tenetur heres antè præstare legatario loricam, vel eius æstimationem, quàm extracta fuerit de profundo maris. tunc enim bene tenetur. Viuian.

m ¶ *In profundo.* maris. Accursius.

n ¶ *Quandoque.* pro quandocumque. *Ant. Aug. lib. 3. cap. 7.*

SÆpe legatum.] CASVS. Legaui Titio agrum, & rogaui eum ꝙ restitueret Sempronio fuit consecutus Titius agrum prædictũ ab herede meo: & antequam eum Sempronio restitueret, per alluuionem auctus est ager, vel insulæ in eo natæ sunt. nunquid tenetur Titius restituere Sempronio agrum & augmentum? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

o ¶ *Sæpè.* id est frequenter.

p ¶ *Plenius.* id est pinguius.

q ¶ *Auctus.* [f] *c. s. tit. ij. l. quod in rerum. § si quis. & j. de acquir. rerum do. l. ergo. & s. de pign. l. grege.*

ETiam.] CASVS. Hæc lex dicit planè ꝙ non solum præsentia, sed etiam futura legari possunt. Item dicit, ꝙ si seruus Titij habeat in peculio fundum: bene potest alius extraneus legare seruitutem prædij seruo propter prædium quod in peculio habet.

r ¶ *In fluminibus.* quod frequenter[e] accidit: sed in mari raro: *vt j. de acquir. re. do. l. adeo. §. insula.* & cum de futuris dicat, dic nata, id[f] est nascitura. *sic. C de legib. & senatuscon. l. j. & s. pro soc. l. omne. & j. de verb. sign. l. verbum erit.*

e Insulæ in fluminibus frequenter eueniunt, in mari raro.

s ¶ *Prædium habenti.* aliàs deest, seruo: & est plana. *& concor. s. communia prædio. l. j.* & aliàs est, seruo habenti prædium: & tunc dic in peculio, non dominico: *vt. j. de ser. leg. l. & si maximè. & s. tit. j. l. si debitor. §. fin.*

f Præteritum pro futuro interdũ loquendo vsurpamus.

Si iure.

XVIII. POMPONIVS *lib. 1. Fideicommissorum.*

SI iure testamento facto fideicommissum tibi reliquero, deinde postea aliud fecero non iure, † in quo fideicommissum relictum tibi, vel aliud quàm quòd priore testamento, vel omnino non sit relictum: videndum est, an mens mea hæc fuerit facientis postea testamentum, vt nolim ratum [a] tibi sit priore testamento relictum: quia [b] nuda [c] voluntate fideicommissa [d] infirmarentur. Sed vix † id obtinere potest: fortassis [e] ideò, quòd ita demum à priore testamento velim [f] recedi, si posterius valiturum sit: & nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei nó debetur, etiam si iidem heredes vtroque testamento instituti ex priori extiterunt.

Non potest peti legatum, nisi caueatur de modo implendo. Bartolus.

XIX. VALENS *libro quinto Fideicommissorum.*

SI tibi legatum est vel fideicommissum relictum, vti quid facias: [g] etiam si non interest heredis id fieri, negandam tibi actionem, si non caueas [h] heredi futurum quod defunctus voluit, Nerua & Atilicinus rectè putauerunt.

XX. VLPIANVS *lib. 6. Fideicommissorum.*

SI res mihi per fideicommissum relicta, eadem tibi legata, vel per fideicommissum relicta sit, non communicandi animo, sed vtrique in solidum: [i] ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum nullum quidem ius in ipsam rem habere, sed † actionem de pretio integram eum habere.

XXI. PAVLVS *libro quarto Sententiarum.*

NVtu [k] etiam relinquitur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui & loqui [l] potest, [m] nisi superueniens * morbus ei impedimento sit.

1. ¶ Fideicommissum [n] relictum, & apud eum cui relictum est, ex causa lucratiua inuentum, extingui placuit: [o] nisi defunctus æstimationem quoque eius præstari voluit. 2. ¶ Columnis ædium vel tignis per fideicommissum relictis, ea tantúmodo amplissimus ordo † præstari voluit, nulla æstimationis facta mentione, quæ sine domus iniuria auferri [p] possunt. [q]

Si prima voluntas est derogatoria vltimæ, prima præualet: nisi per vltimam specialiter reuocetur. Bartolus.

XXII. HERMOGENIANVS *lib. 4. iuris epitomarum.*

SI quis in principio † testamenti adscripserit, *Cui bis legauero, semel deberi volo:* postea codẽ testamento vel codicillis sciens sæpe eidem legauerit: suprema voluntas potior [r] habetur. Nemo enim [s] eam sibi potest legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat. Sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit prioris voluntatis sibi * pœnituisse, & voluisse vt legatarius

SI *iure.*] CASVS. Feci testamentũ solemne: & in eo Titio reliqui centum. postea feci aliud testamentum non solemne, in quo reliqui eidem Titio vnum equum, vel etiam nihil reliqui ei in secundo. nunquid per secũdum testamentum annihilatur illud quod Titio reliqui in primo .i. centum? Et videtur quòd sic: quia nuda voluntate etiam verba fideicommissi infirmantur. sed certè hoc non est verum in hoc casu, quia verisimile est ita demum me velle recedere à primo testamento, si secundum valeat, & non aliàs: & quia fideicommissum equi relictum à me Titio in secundo testamento non solemni, nõ debetur ei Titio etiam si iidem heredes instituti à me in primo & secũdo testamento extiterint mihi heredes ex priore testamento. si ergo non potest aliquo modo Titius habere legatum sibi à me relictum in secundo testamento, quo modo auferri debet ei illud quod ei in primo reliqui? certè nullo modo. *Viuianus.*

a ¶ *Nolim ratũ.* quod semper [a] præsumitur, nisi contrarium sit liquidum. Hu.

b ¶ *Quia.* & videbatur quòd sic.

c ¶ *Nuda.* à b sermone. *Azo. ad hoc. Cod. de fideicommiss. l. fideicõmissum. & j. de adimẽ. leg. l. ex parte. & l. iiij. & de his qui vt indig. leg. cum quidam. & j. ad Treb. l. si quis priore. & de suppellec. leg. l. Labeo. & Institu. qui mo. test. infir. §. j. & facit ad hoc supra de mili. testa. l. miles. §. si testamentum.*

d ¶ *Fideicommissa.* Nota nuda [c] voluntate fideicommissa infirmari.

e ¶ *Fortassis.* abundat.

f ¶ *Velim.* Nota ita [d] demum à priori testamento recedi, si posterius valeat. *Accursius.*

SI *tibi.*] CASVS. Legaui tibi centũ vt facias foueam cuidam extraneo de Francia pone. petis centũ ab herede meo. dicit heres non soluam tibi, nisi caueas mihi de cauea facieñ. &c. & tu dicis heredi, non teneor cauere: quia tua non interest φ fouea fiat. certè iudicatur hic quòd bene ten[e]aris cauere si vis centum. *Viuianus.*

g ¶ *Facias.* quod tamẽ ineptũ nõ sit: *vt. s. si. ij. l. seruo legato. §. fina.* Item quod fieri non tui solius intersit: *vt. j. de condi. & demon. l. Titio. j. respon. & facit. s. de arbi. l. cum pœna.* Accursius.

h ¶ *Caueas.* No omnino [e] cauendum: *vt no. C. de iis quæ sub modo. l. j.* ¶ Sed contra *j. titu j. l. liberto. §. largius.* vbi non cauetur. Solu. ibi Mæuius non legatarius, sed legatarij minister [f] erat. *& facit. s. loca. l. si insulam. §. finali.*

SI *res.*] CASVS. Legaui Titio & Sempronio in solidum equum meum. venit Titius ad heredem meum & fecit sibi dari equum certè Sempronius nihil habet dicere Titio qui habet equum: sed habet integram actionem ad pretium equi cõtra heredem meum Sempronius. *Viuianus.*

i ¶ *Insolidum.* hoc expresso à testatore: *vt. s. tit. ij. l. si pluribus. & s. tit. j. l. an duos. §. si is. & j. ti. ij. l. duos: & C. de cadu. tollen. §. sin autem distinctim.*

NVtu etiam.] CASVS. Non solùm verbis, sed & nutu potest fideicommissum relinqui, dummodo is qui nutu relinquit, loqui possit. nisi morbus ita est ei impedimento, vt loqui non possit, quia tunc valet fideicõmissum, ab eo nutu relictum. [FIDEICOMMISSVM.] Legaui Titio fundum Cornelianum: me mortuo inuenitur apud eum dictus fundus ex causa lucratiua. certè nõ poterit petere amplius ab herede nisi probet testatorem voluisse eum debere habere æstimationem, & non fundum. [COLVMNIS.] Legaui Titio columnas vel tigna domus meæ. certè ea tigna & columnas tenetur heres meus ei dare, quæ possunt de domo extrahi sine iniuria domus. & non præstabit heres æstimationem earum legatario. quæ si nõ possent à domo separari sine iniuria domus, præstaretur æstimatio earum, & non ipsæ columnæ vel marmora. *Viuianus.*

k ¶ *Nutu* Nota quòd nutu legari vel fideicommitti potest, nisi sit mutus [a] à natura.

l ¶ *Loqui.* alioquin nullo modo fideicom. potest relinquere mutus, nisi superueniens morbus &c. quasi dicat, si à natura .i. à natiuitate sit mut[us] & surdus, non potest. si ex accidenti, literarum peritus potest, non tamen nutu. si autem discretus sit morbus, dic *vt. C. qui testa. fac. poss. discretis. & facit. Cod. de fideicommis. l. & in epistola. & j. de supel. leg. l. Labeo.*

m ¶ *Potest.* .i. loqui posset nisi esset impedimento morbus.

n ¶ *Fideicommissum.* facit. *s. tit. j. l. Mauius. §. duobus. & l. ante pen. §. impuberem. & infra de acti. & oblig. l. omnes. & Insti. eod. §. si res.*

o ¶ *Placuit.* No. non [b] posse concurrere duas causas lucratiuas in eundem.

p ¶ *Auferri.* Not posse [c] domo aliquid legari propter quod domus destruatur.

q ¶ *Possunt. s. ti. ij. l. senatus in prin.* contra. Solu. ibi. Item facit in *eo. tit. l. cætera. & l. filiusfamilias. §. ædes. & s. eo. l. fideicommissa. §. si quis illicitè.*

SI *quis in principio.*] CASVS. Titius in capite testamenti sui ita scripsit, cui bis legauero, semel deberi volo. postea in eodem testamẽto vel codicillis legauit Seio equum, & postea legauit eidem Seio codicem, & postea ita dixit, pœnitet me prioris voluntatis quam scripsi in capite testamenti, & volo vt dictus Seius habeat dictum equum & codicem. nunquid habebit Seius equum & codicem? Et dicitur quòd sic, non obstante prima voluntate: quia Titius non potuit eam legem sibi dicere vt ab ea sibi recedere non liceat. [MILES.] Miles deseruit militiam, propter quod damnatus fuit, & in sententia ei permissum est vt testari posset, certè poterit testari, & fideicommissum relinquere. [MORTIS.] Reliqui tibi Stichum per fideicommissum, qui Stichus erat meus, vel non erat, non facio vim, antequam heres meus esset in mora dandi tibi, decessit dictus Stichus. certè damnum est tuum, & non heredis mei. *Viuianus.*

r ¶ *Potior.* si modo hoc exprimat, vt hic subiicit. aliàs esset contra *s. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fin.*

s ¶ *Nemo enim.* No. neminem [d] sibi posse legẽ imponere vt ab ea recedere non possit. ¶ Item not. quòd quantũcunque dicat testa-

ff. Infort. I I

† Contra. gloss. in verb. reuocare, ibi. si primũ testamentum sit inter liberos & cũ ipsi vsi sunt lege testandi sibi dixit si & si fecero aliud testamẽtũ, nõ valeat. c. licet R. pon. de cõstitu. li. 6.

† Id est nullo modo Bart.

a Præsumitur vltima volũtate valida, quisq; id reuocare, q in priore donauerit.

b Nuda voluntas pro animi declaratione, p factum nõ per verba.

c Fideicom. nuda volũtate infirmantur.

d A priori testamẽto ita demũ receditur, si posterius valeat.

e Cauere de modo implẽdo legatarius cogitur.

f Minister nudus legatarii de modo implẽdo cauere non cogitur.

† Ad pretiũ actio competit quoties res præstari potest. vt hic. Contrarium sentit Gloss. §. si res aliena Instit. de legatis: adde Gloss. in l. fundo j. ad l. Falcidiã.

* Hoc addit Tribo. ex l. discretis C. qui test. facer. poss. cum tempore Pauli hæc exceptio nõ esset cognita.

a Mutus ex accidenti non à natura, legare potest idq; solo nutu vide Grassum. lib. sentent. § legatũ quæst. 3.

† De amplissimo ordine pulchrè Budæ. s. de senato. l. vlt.

† Facit ad hanc l. c. 1. cũ Gloss. super verbo, interire circa med. respon. vbi dicitur quod verum est, extra quod ei mei. cau. factum est.

b Causæ duæ lucratiuæ concurrere nõ possunt.

* sc.

c Legari potest pro domo destruenda.

d Testator legem sibi imponere nõ potest vt ab ea recedere nõ possit.

plura legata accipiat.[a] 1. ¶ Miles, in eum ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente eo in ipsa sententia qui damnauit, sicut testamenti faciendi, ita fideicommissi relinquendi, potestatem consequitur.[b]

2. ¶ Mortis damnum per fideicommissum serui relicti, antequam mora fiat, fideicommissarius solus patitur,[c] licèt alienus relinquatur.

xxiii. Pavlvs *libro quinto Sententiarum.*

EX imperfecto testaméto legata vel fideicómissa imperatorem vindicare, inuerecundum[d]* est. decet[e] enim tátæ maiestati eas seruare leges, † quibus ipse solutus esse videtur.

xxiiii. Neratius *libro secundo Responsorum.*

CReditori[f] ita potest legari, ne indebitum ab eo repeteretur.

xxv. Pavlvs *libro 1. ad Neratium.*

I*Lle aut ille heres Seio cẽtum dato.* potest Seius ab vtro[g] velit petere.[h] 1. ¶ Cùm in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio.[i]

a Testaméntum primũ, vltimo reuocare testator potest, etiã si dixerit se primum nolle reuocare.

b Prima voluntas an & quomodo æque valeat, vt vltima.

tor, nolo me posse reuocare hoc meum testamentũ: nihilominus[a] potest reuocare, si modo hoc exprimat in vltimo testamento.
a ¶ *Accipiat.* aliàs prima[b] volũtas quasi vltima valet: *vt hic, & d. l. si mihi. §. fin. & l. si ita.* Sed contra. ʒ. *tit. j. l. fin. in prim.* Solu. ibi. Item contra. ʒ. *de codicil. l. diuus. §. licet.* Solu. valet quidem, vt ibi dicitur. sed si agitur, obstat except. 2. Vel distingue an in eodem testaméto fiat hæc determinatio, quæ quasi ademptio est, in quo postea legat: sicut & supra *de lega. j. l. si ita sit adscriptum.* dixit illud non multum placet, vt dicam: hic determinauit antequam legaret, vnde facilius impeditur legatum. an postquam legauit. nam & ibi facta videtur antè: quia dicit, nam ea quæ postea, &c. 3. Vel solue vt ibi. ¶ Item quid[c] si dicat, nolo valere si quod testamentum fecero? Respon. hæc lex locum habet. ¶ Item quid si dicat, nolo valere si quod fecero, nisi fiat illo vel illo modo, vel nisi tales sint testes, vel nisi expressim hæc verba repetantur? Respond. semper videtur quòd habet locum hæc lex quòd valeat primum: nisi specialiter reuocetur primum per secundum. tunc enim primum vitiatur. *argu. Cod. de test. Auth. hoc inter super. l. hac consultissima. & argu. j. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. Flauius.*
¶ Item no. hic arg. pro rescriptis[d] vel priuilegiis contra legem quòd valeát si dicat princeps: non obstante, &c. *vt C. de testa. Auth. hoc inter. super. l. hac consultißima & C. si contra ius. l. fi. no. Item facit. ʒ. de vulg. substi. l. si quis eum. & de legi. & senatuscon. l. non est. & ʒ. famil. ercis. l. ex parte. §. fin. & ʒ. de dona. cau. mor. l. si alienam rem.* Sed argu. contra *in eo. titu. l. vbi ita.* ¶ Item no. ex sola[e] scientia non præsumi voluntatem. Sed argu. contra. ʒ. *de vsu & ha. l. plenum. §. equitij. & C. de testa. mili. l. sicut.*
b ¶ *Consequitur.* facit. ʒ. *de mili. test. l. ex militari. & ʒ. de dona. inter vi. & vxo. l. cũ hic status. § si miles. & ʒ. de iniusto testa. l. si quis exheredato. §. irritum. & no. C. de testa. mili. l. & militibus.*
c ¶ *Patitur.* vt nec æstimatio debeatur, secus si post morã decedat. sic & ʒ. *tit. ij. l. cùm res. §. fi. & ʒ. ti. j. l. si quis seruo. & infra de verb. oblig. l. si ex legati.* Item facit supra *ti. ij. l. si filiusfamilias in fi.*

c Clausularum derogatariarũ varia exempla.

* Vul. editio habet, verecundũ est. Sed parum interest vtro modo legas, inquit Ant. Aug. *lib. 1. c. 1.*

† Vnde Claudianus, In commune iubes si quid censésve tenendum, Primus iussa subi, &c.

d Non obstãte clausula seu formula hunc effectum habet, vt rescripta & priuilegia valeant cótra legẽ, si princeps nominatim qd rescripserit vel indulserit, nominatim non obstãte tali vel tali lege.

e Voluntas seu velle non præsumitur ex sola scientia.

EX imperfecto.] c a s v s. Titius reliquit imperatori legatũ vel fideicommissum in testamento suo non iure facto. Certè non debet capere imperator: quia verecundia esset imperatori nõ seruare leges, quamuis ipse legibus sit solutus. *Viuianus.*
d ¶ *Inuerecundum.* i. valde[f] verecundum. sic. ʒ. *de liberis & posth. l. Gallus. § ille. & facit. C. de test. l. ij. & qui testamen. face. pos. l. cũ heres & Insti. quibus mod. test. infirmen. §. fin. & C. de legi. & con. l. digna. & ʒ. de iud. l. non quicquid.*
e ¶ *Decet.* No. decet[g] tantæ maiestati eas leges seruare, quibus ipse solutus esse videtur.

CReditori.] c a s v s. Titio debebam decem. ipse fecit mihi pactum de non petendo. postea feci testamentũ, & legaui ei dicta decem. post a heres meus soluit ei dicta decem. Certè nõ poterit heres meus ab eo repetere dicta decẽ quasi indebita, quamuis ego habuerã contra eum exceptionẽ perpetuam & fauorabilem. s. prædicti pacti. & h. d. *licet obscurè.* Viuianus.
f ¶ *Creditori.* dic putatiuo,[h] cum iam est solutum indebitũ, & sic factus est debitor. 2. Vel dic creditori vero, cótra quẽ debitor habet exceptionẽ fauorabilẽ: vt mulier Velleiani. nã siue iã soluerit mulier, valet legatũ, vt hic, ne condicat heres cõdictione indebiti, siue non soluerit, tenetur heres soluere, & solutum nõ repetere: quod repeteret aliàs: vt supra *de condic. inde. l. qui exceptionem.*

f Inuerecundũ pro valde verecundo.

g Leges priceps etiam seruare debet. *Concord. Glo. in c. 1. de cõstitu. lib. 6. & in c. inter cætera. 11. q. 1.*

h Creditor improprie dicitur cui res est indebita, vel qui exceptione repelli potest: & breuiter putatiuus creditor.

I*Lle.*] c a s v s. Institui mihi heredes Titiũ & Gaiũ: & ita postea dixi, Titius prædictus aut Gaius dent Seio centum. certè potest petere Seius centũ à quo eorũ vult. Secundò dicit, pone quòd Titio legaui centum libras Bononinorum paruorũ. certè ista verba certum habent sensum: & ideo non debemus recurrere ad interpretandam voluntatem mei testatoris. in certis enim non est locus coniecturis. *Viuianus.*
g ¶ *Ab vtro.* i. à quo velit.
h ¶ *Petere.* vt & ʒ. *tit. ij. l. si ex toto. §. j. & facit supra titu. j. l. si Titio aut Seio.* & sic[a] aut pro &: *vt. C. de verbo. sign. l. pe.*
i ¶ *Quæstio.* vt. j. *beo. l. non aliter.* & facit. C. *de fideicommiss. l. volũtatis. & ʒ. de test. heredes. §. pen. & j. de sup. leg. Labeo. & j. de auro & argen. lega. l. pediculis.* Accur.

xxvi. Idem *lib. 2. ad Neratium.*

IS qui fideicommissum debet, post moram[k] non tantum fructus, sed etiam omne damnum quo adfectus est fideicommissarius,[l] præstare cogitur.

Legatum filiæ in testamento non reuocatur per legatum factum patri in codicillis. Bartolus.

xxvii. Idem *libro 2. Decretorum.*

PAula † Callinico ex parte herede instituto, filiæ eiusdem[m] Iubentianæ cum in familia nupsisset, decem testamento legauit: deinde post tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat,[n] non adiecto,[o] *hoc amplius.* Pronuntiauit[p] vtramque summam[q] deberi, maximè cum in codicillis filiæ Callinici nihil legatum fuisset.

Si testator iubet aliquem esse contentum aliqua certa re pro his quæ in testamẽto reliquerat: intelligitur de relictis purè, non sub conditione. h. d. iste notabilis §. Bartolus.

1. ¶ Põpeius Hermippus filiũ Hermippum ex dodráte, filiam Titianam ex quadrante heredes instituerat, & prædia cer-

a Imò hîc disiunctiua nõ ponitur pro coniunctiua & hæredes tenentur tanquam duo rei. [illegible] Bart. hîc.

b Voluntatem loquentis scrupulosè nõ quærimus, vbi nulla est ambiguitas in verbis.

† In vulgatis ex Paulo Callinico. sed perperam ibi legitur Paulo.

IS *qui.*] c a s v s. Cẽtum per fideicõmissum Titio reliqui, vel etiam fundum. me mortuo heres meus fuit in mora soluendi Titio. certè tenetur heres præstare Titio fructus, & etiam omne damnum quòd sustinuit Titius ex eo q sibi per heredem satisfactum non est. *Viuia.*
k ¶ *Post moram.* facit. ʒ. *eo. l. si quis in principio testamenti. an. §. fin. & ʒ. de vsur. l. equis. & de vsufru. l. si vsusfructus. & l. quæsitum. & supra titu. ij. l. apud. § item & infra de adimen. leg. l. cum vnus. §. verbis. & j. de an. leg. leg. l. ij. & C. de vsufr. l. si pater.*
l ¶ *Fideicomissarius.* vt quia res periit. secus[c] si in rebus suis propriis patiatur damnum. *Accursius.*

PAula.] c a s v s. Paula instituit sibi heredem Callinicum: & in eodem testamento legauit Iubentianæ filiæ eiusdem Callinici decem, cùm ipsa Iubẽtiana nupsisset in familia ipsius Paulæ testatricis. Postea fecit dicta Paula codicillos, & reliquit per prælegationem centum eidem Callinico, & in ipso prælegato non dixit Paula, hoc amplius quàm Paulum Callinicum pro parte dimidia heredem institueram, centum ei relinquo. sed ita simpliciter dixit centum ei relinquo. certè de legato de centũ Callinico in codicillis relicto dubium non est quin debeatur. sed est dubiũ de decem Iubentianæ relictis. nam videbatur quibusdã coram iudice allegãtibus pro heredibus Paulæ, quòd non debeantur, quia legatũ prædictum de decem Iubentianæ relictum, fuit adquisitum Callinico, cùm Iubentiana esset in sua potestate. legãdo ergo postea Callinico centum, non adiiciẽdo, hoc amplius: videbatur reuocatum legatum de decem secundum eos. iudex tamen prædictus pronũtiauit & bene Callinico deberi decem & centum.
m ¶ *Eiusdem.* s. Callinici.
n ¶ *Reliquerat.* per præceptionem.
o ¶ *Non adiecto.* nam præter hæc. c. nihil in codicillis fuerat relictum. Azo. secundum R. idem est si aliud quid, non tamen animo mutandæ primæ voluntatis: *vt. ʒ. eo. l. si iure.*
p ¶ *Pronuntiaui.*[*] s. ego Paulus auctor huius. l.
q ¶ *Summam.* i. præceptionem & filiæ legatum.
Pompeius.] c a s v s. Pompeius Hermippus fecit testamentũ, & filium suum Hermippum nomine instituit sibi heredem in nouẽ vnciis hereditatis suæ. & filiã suam nomine Titianam instituit heredẽ in tribus vnciis. & postea prælegauit cuilibet eorũ certa prædia. postea ita in eodem testamento dixit, rogo filium meum Hermippum quòd det filiæ meæ prædictæ Titianæ possessionem meam quam habeo ad burgum Panicalem, si ipse Hermippus decesserit sine liberis. facto hoc testaméto fecit codicillos, & in eis reliquit filiæ prædium Titianum & Cornelianum quæ habebat ad Bixanum, & postea subiunxit in eisdem codicillis, quòd volebat dictam

c Id est, tenetur ad omne damnum quod circa rem est, non extra rem.

* Flo. pronuntiauit.

ta singulis prælegauerat. præter-eà si sine liberis Hermippus moreretur, aliam possessionem filiæ dari iusserat. post testamentum factis codicillis filiæ certa prædia dederat, eamq; his contentā esse voluit pro omni hereditate, & his quæ in testamento [a] reliquerat. Hermippi bona ad fiscū peruenerant: Titiana soror fideicommissum petebat. Quærebatur, vtrum pro hereditate [b] tantum, an & pro his quæ post mortem frater rogatus erat restituere, pater eam voluisset accipere ea quæ codicillis reliquerat. Mihi [c] ab omnib. volūtate recessum videbatur. [d] Placuit humanius interpretari, ea sola quæ viuente fratre acceptura erat, adempta videri, non etiam [e] quæ post mortem eius reliquerat, si sine liberis decederet. & ita pronuntiauit. [f]

Si debitum demonstratur vnde soluatur, seu vt ex eo fiat solutio, non videtur grauatus debitor, sed heres. Bartolus.

2. ¶ Iulianus Seuerus decedēs, institutis quibusdā heredibus, alumno suo quinquaginta legauerat: eáq; † [a] Iulio Mauro colono suo ex pēsionibus fundi debitis ab eo, præstari voluerat, eidémque Mauro quædā legauerat. Cùm de hereditate [g] fiscus quæstionem mouisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco soluerat: postea heres scriptus obtinuerat aduersus fiscū. alūno auté mortuo, heres eius [h] fideicōmissum ab herede Mauri [i] petebat. Placuit imperatori, nō videri eius fideicommissum, sed demonstratum † vnde accipere [k] posset: & ideò heres Seueri hæc præstare debet.

XXVIII. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Tertullian.*

SI fidei meæ committatur, [l] vt quod mihi relictum fuerit supra quod capere possum, alij restituam: posse me id capere constat.

Duo adiectiua prolata respectu generis verificant dispositionem in altero, licet vtriusque veritas non concurrat. Bartolus.

XXIX. LABEO *libro secundo Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

QVi concubinam habebat, ei vestem prioris concubinæ vtendam dederat; deinde ita legauit, *Vestem quæ eius causa empta parata esset.* Cascellius, Trebatius, negant ei deberi prioris

dictam suam filiam esse contentam dicto prædio Titiano & Corneliano pro illis tribus vnciis hereditatis quas ei dederat in testamento prædicto, & pro his quæ in testamento prædicto eidem filiæ reliquerat postea prædictus filius testatoris nomine Hermippus commisit maleficium propter quod bona sua peruenerunt in fiscum. Titiana prædicta soror Hermippi cœpit agere contra fiscum heredem dicti sui fratris, & petit ab eo fisco dictam possessionem positā ad burgum Panicalem relictam sibi in testamento per fideicommissum si dictus suus frater sine liberis decederet. fiscus autem, siue ille qui pro fisco allegabat, taliter respondebat, non solùm non potes à me petere partem hereditatis tibi relictam in testamento, sed etiam non potes petere dictam possessionem ad burgum Panicalem positam: quia testator voluit te esse contentam prædio Titiano & Corneliano quod erat ad Bixanum, pro parte hereditatis tuæ, & pro his quæ in testamento tibi reliquit in codicillis supra nominatis. Titiana autem respondit ita, testator ademisse mihi videtur in codicillis ea sola quæ viuēte fratre meo acceptura eram id est partem meam hereditatis, & prædia mihi prælegata in testamento. non autem videtur mihi ademisse illud quod habere debebam post mortem fratris mei si sine liberis decederet id est, fideicommissum quod à te fisco peto. quæritur quid iuris sit? Et respondetur quòd de iuris rigore fiscus melius allegat, de æquitate autem melius allegat Titiana. & ita pronuntiauit secundum æquitatem iudex super hoc aditus. *Vitianus.*

† Ho. eisque Iulio. In Vati. exempl. additur â, hic â Iulio Dauro dispunximus etiam post, ab eo, vt in Vaticano est dispunctum.

a ¶ *In testamento reliquerat.* hic oritur dubitatio.

b ¶ *Pro hereditate tantùm.* subaudi, & pro legato in vita fratris.

c ¶ *Mihi.* Paulo auctori huius legis.

d ¶ *Videbatur.* quò ad verborum angustias, vel prima facie.

e ¶ *Non etiam.* Sed certè imò & futura [a] videntur adimi: vt. j. *de verb. oblig. l. qui Romæ. §. si quæ est contra.* vbi duo fratres hereditatem communem diuidentes, & promittentes non venire contra, etiam ratione fideicommissi futuri non possunt venire contra. Solut. ibi rigor, hic æquitas. 2. Vel hic benignius inter filios quā ibi inter fratres. nam vt ait R. enixo imò ardentib [b] desiderio parentum inspecto, & voto & charitate transmittendarum ad liberos facultatum sic princeps interpretatur: *vt hic & argu. C. de institu. & substit. l. generaliter. §. cum autem.* 3. Vel [c] aliud in contractu, vt ibi, quàm in vltima voluntate, vt hic.

a Futura fideicōmissa an veniant.

b Nullus amor vincit paternū, *l. vlt. C. de curat. furios.* adde Ital. Nouell. tract. de dote. parte 7. prin. nu. 32.

c Vel, ibi fuit malè iudicatū, & debuit iudicari vt hic. Bartolus hāc quoque solutionē satis insolētem affert & probat pro vera.

f ¶ *Pronuntiauit.* s. imperator vel eius procurator qui inter fiscum & dictam filiam cognoscit, illa agente actione ex testamento. Aliàs pronunciauit, ego.

¶ *Iulianus.*] CASVS. Iulianus Seuerus in articulo mortis existēs fecit testamētum, & instituit sibi heredes Titiū & Seium, & Caio alumno suo legauit quinquaginta, & ita dixit: volo dicta quinquaginta præstari & dari Caio prædicto per Iulium Maurum colonū meū, qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pēsionibus fundi mei Corneliani quem colit & coluit: & eidē Mauro colono lego Codicem & Digestum meū mortuo dicto testatore, & possidentibus dictis suis heredibus hereditatē suam, vocauit procurator fisci dictos heredes corā procuratore Cæsaris, & petit per libellū hereditatē dicti testatoris fortè, ideò quia dicebat dictū testatorē cōmisisse in legem Iuliam maiestatis, pendēte lite, corā procuratore Cæsaris procedit dictus procurator Cæsaris cum dicto Mauro colono vt solueret fisco dicta quinquaginta quę debebat idem Maurus prædicto testatori pro pensione fundi dicti. postmodum procuratore fisci non probante dictum testatorem in legem Iuliam maiestatis commisisse, obtinuerunt heredes prædicti cōtra fiscum, & sic retinuerunt dictam hereditatem. postea decessit Caius alūnus testatoris prædictus, & habuit hereditatem. & postea decessit Maurus colonus prædictus, & habuit hereditatem. venit heres Caij Baili, cui Caio legata fuerunt quinquaginta, vt dictum est, & petiit ea quinquaginta ab herede Mauri coloni, ideò quia testator dixit cum legauit ea Caio Bailo, volo dicta. i. dari Caio per Iulium Maurum colonum meum: qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pensionibus fundi mei Corneliani quem colet & coluit. nunquid potest petere ab herede Mauri coloni? Et dicitur quòd non quia non videtur fidei Mauri coloni commissum vt præstaret Bailo quinquaginta, sed demōstrauit testator vnde Bailus accipere posset legatum sibi relictum. heredes ergo testatoris. sc. Titius & Seius prædicti præstare debent dicto Bailo dicta quinquaginta, & ea repetent à fisco, cui fisco soluta sunt per Maurum colonum iussu procuratoris Cæsaris pendente lite coram eo inter dictos heredes, & procuratorem fisci: vt dictum est supra. *Vitia.*

† Verba superflua ex imperitia adiecta non vitiant, sed demonstrant potius, & exempli loco adiecta intelliguntur. *Adde quæ notaui ad l. quidā. vn. T. de legat. i. Oct. Papæ singul. 742.*

g ¶ *Cum de hereditate.* scilicet Seueri.

h ¶ *Eius.* s. coloni, aliàs alumni.

i ¶ *Ab herede Mauri.* i. alumni.

k ¶ *Vnde accipere.* s. sine incommodo rei familiaris: *vt & sup. tit. j. l. quidam. in prin.* & facit ad hoc infra *de condit. & demonst. l. an conditionib.* ¶ Sed contra supra *tit. j. l. antepe. §. ciuibus.* Solu. ibi ¶ Item quare non tenetur vt legatarij? quædam enim alia erant in auro legata. Respon. quia non vt à legatario, sed vt à debitore fuit ab eo relictum: vt patet ex verbis. Sed certè etiam à [a] debitore potest legari: *vt supra tit. ij. l. si pecuniam. & l. si seruus legatus. §. pen.* Sed respon. coactus fuit per iudicem soluere alij? Vel non agnouit legatum liberationis tacitè ei relictæ opponendo exceptionem: *vt no. in d. l. si pecuniam.*

a Legare à debitore possumus.

SI fidei.] CASVS. Scias quòd filius naturalis tantùm non potest capere de bonis patris vltra vnā vnciam filiis legitimis & naturalibus extantib: *vt in Auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. discretis.* Pone ergo quòd filio meo naturali tantùm reliqui sex vncias de bonis meis, & rogaui eum vt Titio capaci restitueret. certè quamuis non possit sex vncias ad suam vtilitatem, tamen capiet propter vtilitatem Titij. *Vitianus.*

l ¶ *Committatur.* dic casum [b] & concordantias, *vt supra ti. j. l. cum res.* Accursius.

b Fideicommissum relictum à non capaci an valeat. *Vide Gl. in. l. cum quam. C. de fideicōmis.*

QVi concubinam.] CASVS. Titiam habui concubinam, & eam expuli, & retinui vestes mihi quas parauerā eius causa. postea accepi secundam concubinam, & vestes prioris ei vtendas dedi: & postea feci testamentum, & legaui dictæ secundæ concubinæ vestem quæ eius secundæ concubinæ causa empta parata esset. quæritur, nunquid dictæ vestes quæ fuerunt primæ concubinæ, videantur legatæ secūdæ per dicta verba? & Cascellius, Trebatius dixerunt quòd non. aliud est enim in vxore secūda cui maritus tali modo legasset, cui quidem bene deberentur vestes prioris vxoris: & aliud est in concubina secundum dictum Cascellium, & Trebatium. Labeo autem dicit quòd sic, & non approbat prædictam

distinctionem inter vxorem & concubinam, imò idem iuris dicit esse in concubina quod in vxore, & idem in qualibet alia persona cui tali modo legatum esset. & sententia Labeonis est vera. *Viuia.*

a ¶ *Quia alia.* q. d. iam video aliud in vxore secunda cui sic legatur. *vt. j. eo. l. si quis eorum.* sed differunt secundum istos.

concubinæ causa parata: quia alia conditio esset in vxore. Labeo id non probat,[b] quia in eiusmodi legato non ius vxorium[c] sequẽdum, sed verborum interpretatio esset facienda: idémque vel in filia, vel in qualibet alia persona iuris esset. Labeonis sententia vera est.

In dubio assumimus quod est minus. Bartolus.

1. ¶ Cùm ita legatũ esset,[d] vt Titia vxor mea tãtandem partẽ habeat † quãtulam vnus heres: si non æquales partes essent heredum, Quintus Mucius & Gallus putabãt maximam partem legatam esse, quia in maiore minor[e] quoque inesset. Seruius, Ofilius, minimam: † quia cum heres danare dãnatus esset, in potestate eius esset, quam partẽ daret.[f] Labeo hoc probat: idq; verum est.

Verbum, peruenisse seu peruenerit. intelligitur cum effectu. Bartolus.

2. ¶ Cùm ita legatũ esset, *Quãta pecunia ex hereditate Titij ad me[g] peruenit,* *tantam pecuniã heres meus Seiæ dato:* id legatũ putat Labeo, qđ acceptũ in tabulis[h] suis ex ea hereditate testator retulisset. ceterùm negat cauẽdum heredi à legatario, si quid fortè post ea eius hereditatis nomine heres dãnatus[i] esset. ego contra puto: quia non potest videri peruenisse ad heredẽ, quod eius hereditatis nomine præstaturus[k] esset. Idem Alfenus Varus Seruio placuisse scribit qđ & verũ est.

b ¶ *Non probat.* sc. distinctionem inter vxorem & concubinam. nam idem erit in vtraque: *vt hic, & j. eo. l. si cũ legato. §. parui.*

c ¶ *Non ius vxorium.* q. d. non debet vxori quia sit vxor, sed quia verba portant. sunt enim eius causa parata, licet fuerint causa primæ parata.

Cùm ita.] CASVS. Institui mihi vnũ heredem in quinque vnciis, alium in quatuor, & alium in tribus. postea ita dixi: volo quòd vxor mea habeat quantum vnus de heredibus meis. nunquid habebit vxor quinque vncias, an tres? & dicitur quòd tres tantùm. Sententia autem Quinti Mucij & Galli est reprobata, qui dixerunt eam debere habere quinque. *Viuianus.*

d ¶ *Esset.* vt & *j. de excep. rei iudi. l. si quis cũ eo. & j. de ver. oblig. l. j. §. ex contrario.*

e ¶ *Minor.* ¶ Not. maiori[a] summæ inest minor.

f ¶ *Daret.* consonat. *s. tit. ij. l. si ita sit adscriptum. in fin. & l. apud. §. Seio. & s. tit. j. l. si ita relictũ. in prin. & §. fi.* ¶ Sed contra. *j. de auro & argen. lega. l. qui lãcem.* Solu. vt ibi.

¶ *Cum ita.*] CASVS. Titius instituit me heredem, & de hereditate sua peruenerunt ad me centũ libræ, & ego heres scripsi in libro rationum mearũ. postea feci testamentum, & ita dixi: quanta pecunia ex hereditate Titij ad me peruenit, tantam pecuniam heres meus Seio dato. certè illud videor Seio legasse quod posui in dicto meo libro rationum, i. centum prædicta. Sed nunquid cum heres meus soluit dicta centum Seio, tenetur Seius ei cauere de conseruando eum heredem quantum est pro centum libris prædictis, indemnem si nomine dictæ Titianæ hereditatis in aliquo heres meus damnatus esset alicui? quidam dixerunt quòd non sed verius est quòd sic. *Viuianus.*

g ¶ *Ad me.* Sempronius fecit testamẽtum, quo legauit Seio quicquid habuerat à Titio.

h ¶ *In tabulis.* i.[b] quod in libro rationum scripsit Sempronius habuisse à Titio.

i ¶ *Damnatus.* i. si velit heres sibi caueri à legatario hoc modo, caueas mihi de reddendo si testator cui extiti heres, fuit grauatus à suo testatore aliquid dare propter illud legatum ei relictum.

k ¶ *Præstaturus.* sic. *j. ad Treb. l. cogi. § sed & si quis. circa princ. & j. de ver. sig. l. aliud. & s. de here. vend. l. ij. §. illud.*

Si heres.] CASVS. Legaui tibi seruũ in genere, postea heres meus tradidit tibi Stichum, & postea Stichus tibi euictus est ab aliquo. nunquid tenetur heres ex testamento adhuc? Et dicitur quòd sic, si tu legatarius eidẽ denuntiasti quòd Stichi prædicti nomine mouebatur tibi quæstio, vel agenti tibi ex testamento contra heredẽ opponet doli exceptionem. *Viuianus.*

l ¶ *Si heres.* cõstrue, si heres tibi Stichum tradiderit, & hoc dico,

† Habeat verbum adiectum portioni hæreditatis, trahitur ad fideicõmissum non ad institutionẽ: sed & hoc verbũ, id innuit, vt de manu hæredis relictum accipiatur. vnde colligunt, in dubio verba executiua legati videri ad hæredẽ referri. *Glo. in l. Lucio. s. tit. 1.*

† Quid ex hoc textu colligatur. v. Guid. Papæ, *decis. 232.*

ª Maiori summæ minor inest.

ª Hunc text. in quantum dicit verbum peruenit, esse cum effectu intelligendum: limitabis per tex. in. l. 2. §. *peruenisse. s. de her. vel act. ven.* vt non procedat in contractibus & vlti. vol. nisi deductis expensis.

§ Probari coniecturę vltimarum voluntatũ possunt per aliam scripturã. Itaque si dubitabitur de testatoris voluntate, ex alia testatoris scriptura ducetur coniectura, vt hic adde Mãticam *11. de coniect. vltim. volũt. 16. & lib. 3. tit. 1.* vbi notat testatorem posse suã voluntatẽ interpretari etiã per scripturam priuatam & librum rationũ.

seruo, &c. sic sunt ablatiui absoluti.

m ¶ *Legato.* vel etiam promisso. *vt. s. ti. ij. l. qui legata.*

n ¶ *Ex testamento.* hoc magis ex obligationis qualitate quàm genere: qui ti. pcedit quasi plenè tradita, sed postea euicta. Ex[a] quacunq; enim causa genus sit debitũ, non aliter contingit liberatio, quàm si res accipientis facta fuerit, secundum R. vt & infra de solut. l. qui res. in princi. & l. cum quis. §. qui hominem. & hic subiicit, quia, &c. secus si[b] in specie legatum sit: quia tale quale est, datur: *vt s. tit. y. l. si à substituto.*

tur euictio: item qui ex causa lucratiua est habiturus regressum de euictione, debet ante iudicium acceptum denuntiationem facere. Bartolus.

3. ¶ Si heres[l] tibi, seruo generaliter legato,[m] Stichũ tradiderit, isq; à te euictus fuisset, posse te ex testamento[n] agere Labeo scribit: quia nõ videtur heres dedisse[o] quod ita dederat, vt habere non possis.[p] & hoc verũ puto. Sed hoc amplius ait, debere te prius quàm iudiciũ[q] accipiatur, denũtiare heredi, nã si aliter feceris, agẽti ex testamento opponetur tibi doli mali exceptio.

Pluralitas geminat duas singularitates. h. d. concordat. l. falsa, in fine de conditionibus & demonstrationibus. Bartolus.

4. ¶ *Si Stichus & Dama serui mei in potestate mea erunt cũ moriar, tũ Stichus & Dama liberi sunto, & fundum illum sibi habento.* Si alterutrum ex his post testamentum factum dominus alienasset, vel manumisisset: neutrum liberum futurum[r] Labeo putat: sed Tubero eum qui remansisset in potestate, liberum futururum, & legatum habiturum[s] putat. Tuberonis sententiam voluntati defuncti magis puto cõuenire.[t]

XXX. IDEM *libro 2. Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

QVi quatuor[u] procula oleaginea[* x] habebat,[y] ita legauit: *Pocula oleaginea paria*[z] *duo.* Respondi vnũ par legatũ esse: qa nõ[a] ita esset, *Bina paria.*[b] neq; ita, *Poculorũ paria duo.* Idem & Tre-

o ¶ *Heres dedisse.* sci. tali casu in genere.

¶ Item contra. *s. titu. j. l. cum pater. §. euictis.* Solu. ibi. ¶ Item contra. *j. de vsufru. leg. l. Sticho.* Solut. ibi. & facit. *s. de euic. l. heres. & de condic. inde. l. eleganter. §. pen.*

p ¶ *Non possis.* ¶ No.[c] non videtur dari quod ita datur vt non possit retineri ab eo cui traditur.

q ¶ *Iudicium.* i.[d] sententia, dummodò non minus propriè: & sic non est contra. *s. de euic. l. si rem quam. §. fi. vel dic vt ibi. & facit. Cod. de euic. l. emptor.* Accursius.

Si Stichus.] CASVS. Titius ita dixit in testamẽto suo, si Stichus & Dama serui mei in potestate mea erunt cum moriar, tunc dicti Stichus & Dama liberi sint, & fundum meum Titianum habeant. postea facto testamento alienauit vel manumisit testator vnum ex eis, puta Stichum. nunquid Dama qui remansit in potestate, erit liber, & habebit legatum? Et dicitur quòd sic, quãuis Labeo diceret contrarium. *Viuianus.*

r ¶ *Neutrum liberum futurum.* scili. ex testamento.

s ¶ *Et legatũ habiturum.* s. maximè. nam & manumissus habebit legatum, cum non est verisimile testatorem voluisse adimere legatum ei cui libertatem donare festinauit. & sic non est contra. *s. de here. inst. l. talem. §. si quis.* quia ex eo quod est ibi, supplet quod hic deficit. vel solue vt ibi. ¶ Item facit. *s. de leg. j. l. vj. & j. de auro & arg. le. l. scribit. §. itẽ & s. de condit. Insti. l. ij.* ¶ Itẽ no. hic quòd pluralis[e] locutio geminat singularem significationem. *sic. j. de condit. & demon. l. falsa. §. fina* Sed ar. contra. *C. de impu. & ali. substit. l. quamuis.*

t ¶ *Conuenire.* ergo præualet: *vt. A. l. falsa.* Accur.

Q*Vi quatuor.*] CASVS. Ego habens quatuor pocula ad reponendum oleum apta, ita legaui: Lego Titio pocula oleaginea paria duo. quæritur, nunquid videar legasse vnum par poculorum tantùm, an verò omnia quatuor pocula. Et dicitur quòd vnum par tantùm videor legasse. secus autem si ita legassem, lego Titio bina paria poculorum: vel ita, poculorum paria duo: quia tunc bene viderer legasse omnia quatuor pocula mea. *Viuianus.*

u ¶ *Qui quatuor* aliàs. l. aliàs. §.

x ¶ *Oleaginea*[f]. i.[g] plena oleo, vel apta ad oleum reponendum vel tenendum. H.

y ¶ *Habebat.* aliàs paria habebat. & dic paria, i. æqualia.

z ¶ *Paria duo.* i. duo pocula.

a ¶ *Qui non ita esset.* s. legatum.

b ¶ *Bina paria.* i. quatuor.

ª Generis debitor non aliàs liberatur quàm re accipientis facta.

ᵇ Specie debitor liberatur speciem dando qualis est.

ᶜ Datum non videtur quod ab accipiente retineri nõ potest.

ᵈ Iudicium pro sententia.

* In vulg. est pars legis præcedentis, & paragraphus. Qui quatuor, perperam. Ant. Aug. lib. 3. e. 1. In Arche. est oleagine. vt notat Taur. in a duob. in quibusdam manuscri. oleagena. in alio oleagina.

ᵉ Pluralis locutio, an & quando geminet singularẽ significationem.

ᶠ Oleaginea pocula quæ [illegible] ignorat Accursius.

ᵍ Imò ex oleæ arbore facta pocula sunt.

Qui hortos

Qui hortos.] CASVS. Quósdam hortos à repub. Bononiæ conduxi vsque ad quinquennium, & constitui ei dare pro mercede quolibet an. xx. postea feci testamentum, & legaui Aufidio per fideicom. fructus dictorum hortorum qui ex eis colligentur vsque ad dictum quinquenniũ: & damnaui heredẽ meum vt daret dicto Aufidio dictam cõductionem hortorum, & quòd sineret eum vti frui dictis hortis vsque ad dictum tẽpus. certè tenetur heres meus soluere dictam mercedem reipub. & tenetur dimittere frui dictis hortis dictum Aufidium. *Viuian.*

batius. 1. ¶ Qui hortos publicos à republica cõductos [a] habebat, eorum hortorum fructus vsque ad lustrum quo conducti essent, Aufidio legauerat: & heredem eam conditionem [b] eorum hortorum ei dare damnauerat, [c] sinereque vti eum & frui. Respõdi, heredem teneri sinere frui. hoc amplius heredem mercedem quoque hortorum reipublicæ præstaturum. [d]

Conditio apposita libertati videtur apposita legato. Bartolus.

2. ¶ Cùm testamento scriptũ esset, *Sticho seruo meo heres quinq. da o: & si Stichus heredi meo biennium seruierit, liber esto*: post biennium legatũ deberi existimo: [e] quia in id tempus & libertas & legatum referri deberet. quod & Trebatius respondit. 3. ¶ Si fundum mihi vendere certo pretio damnatus es, nullum fructũ eius rei ea venditione excipere tibi liberum erit: [f] quia id pretium ad totam causam [g] fundi pertinet. 4. ¶ Qui fundum mandatu meo in societate mihi & sibi emerat, deinde eum finibus diuiserat: & prius quàm mihi traderet, ita eum tibi legauerat: *Fundum meũ illi do*. Negaui amplius partem deberi: quia verisimile non esset ita testatum esse patremfamilias, vt mandati heres eius damnaretur. [h]

Legatum quoad quis cum filio morarctur, debetur semper si per filium stat: sed si per casum, debetur pro eo anno tantùm quo morari incepit, non pro futuris. Bartolus.

5. ¶ *Vxori meæ dũ cum filio meo Capuæ erit, heres meus ducenta,* [i] *dato.* filius à matre migrauit. [k] Si ambo Capuæ habitassent, legatum matri debitu iri putaui, quamuis vnà non habitassent. [l] Sinautem in aliud municipium transissent, vnius anni tantúmodo debitu iri, quo vnà habitassent quantolibet tẽpore. [m] Trebatius ait: Videamus an his verbis, *dum cum filio Capuæ erit*, non conditio significetur, sed ea scriptura pro superuacua debet haberi. qđ non probo. Sinautẽ per mulierẽ mora nõ est quo minus cũ filio habitet, legata ei deberi.

Qui non potest emere quod testator iussit, tenetur ad æstimationem. Bartolus.

6. ¶ Si ædes [n] alienas vt dares damnatus sis, neque eas vlla cõditione emere possis: æstimare iudicem oportere Ateius scribit, quanti ędes sint, vt pretio soluto heres liberetur. Idemque iuris est & si potuisses [o] emere, † non emeres.

Ratione aditus iudicatur de cænaculo cui cedat. Bartolus.

XXXI. LABEO *lib. 1. Pithanorum à Paulo epitomatorum.*

SI cui ædes legatæ sint, is omne habebit id ædificiũ quod

a ¶ *Conductos.* mercede [a] in pecunia constituta. & propria est locutio: *vt. s. depositi. l. j. §. si quis seruum.*

b ¶ *Cõductionem.* aliàs conductionem: aliàs conditionem.

c ¶ *Dãnauerat.* i. permittas ei sic frui ac si conduxisset.

d ¶ *Præstaturum.* Imò conductor: *vt. s. de vsufruct. l. hactenus. & l. si pendentes. §. si quid cloacarij. & infra de vsufruct. lega. quæro.* Solu. si conductor hic solueret, nil vel quasi [b] nihil contineretur in legato: *argu. s. titu. j. l. si res.* vel refert pro fructibus, *vt hic*: an ex fructibus pensio præstetur: *vt ibi.* & facit. j. eo. *l. his verbis. §. fin. & supra titu. ij. l. apud Iulianum. §. heres. & arg. s. de seru. vrba. prædio. l. binas. & s. si vsusfru. pe. l. j.*

Cum in testamento.] CASVS. In testamẽto meo ita dixi, Sticho seruo meo heres quinque dato: & si dictus Stichus seruierit heredi meo per biennium, liber esto. certè non debetur Sticho legatum prædictum nisi post biennium, ad hoc vt si seruierit heredi post biẽnium, habeat libertatem & legatum: aliàs si diceremus antè biennium ei legatum deberi, periret legatum. *Viuianus.*

e ¶ *Existimo.* imò videtur non valere vt legatum: *vt. s. tit. ij. l. quæsitum. §. j.* Sol. illud verum nisi contrarium liqueat: & nisi semper contrariũ liqueat, conditio apposita libertati videtur apposita legato: *vt. j. de condi. & demon. l. Iulianus. & l. cum seruus. & l. aura. & s. de here. instit. l. iij.* & facit. s. ti. j. *l. si quis seruo.*

Si fundum.] CASVS. Titius instituit te heredem, & damnauit te vt fundum Titianum mihi pro centum venderes. tu in venditione volebas tibi retinere fructus qui pendebant in dicto fundo. certè non potes: quia dicta centum quæ tibi do pro pretio, pertinent ad totam causam fundi. id est etiam ad fructus in eo pendentes. *Viuianus.*

f ¶ *Liberum erit.* me inuito.

g ¶ *Ad totam causam* scilicet [c] tam ad fundum quàm ad fructus *& facit s. fami. ercis. l. hæredes eius. & j. ad leg. Falc. l. in ratione. §. j. & s. de rei vind. l. fructus pendentes, & de actio. empt. l. Iulianus. si fructibus. & l. si heres in princ.* Accur.

Qui fundum.] CASVS. Mãdaui Titio vt emeret mihi & sibi fundũ: & ipse emit: & postea eũ diuisit per mediũ, vt daret mihi medietatẽ antequã autẽ traderet mihi medietatẽ, legauit dictum fundum Seio hoc modo: Seio fundũ meum do lego. nũquid debebit habere Seius totũ fundum, an verò tantùm dimidiam? Et dicitur quòd dimidiam tantum: quia non est verisimile quòd dictus testator taliter legasset Seio fundum, vt heres suus testatoris teneretur mihi mandati actione propter medietatem dicti fundi. *Viuianus.*

h ¶ *Damnaretur.* vt *argu. j. de vsufruct. leg. l. Sticho. in fi. & supra tit. ij. l. v. §. Labeo. & §. ij. & facit. s. pro soc. l. si societatem. & j. de dote prælег. l. eo. & j. de pecu. leg. l. dominus. §. testamento. & infra e. l. si quis seruos.*

[a] Conductio mercedem continere debet in pecunia.

[b] Vsusfructuarius tenetur ad tributum fundi [illegible]

[c] Tota causa cõtinet in ipsum & eius fructus.

Vxori.] CASVS. Ita dixi in testamento meo, vxori meæ dum cum filio meo Capuæ erit, heres meus ducenta dato omni anno. me mortuo filius meus à matre migrauit: nihilominus tamen stetit Capuæ, non tamen simul cum matre. nunquid debetur matri legatum ducentorum omni anno? Et dicitur quòd sic. si autem exiuit filius meus de Capua, & vxor mea potuit eum sequi, & non fuit secuta, imò remãsit Capuæ: non debebitur matri legatum nisi pro illo anno quo filius decessit, etiam si non stetit cum filio in illo anno nisi per vnum diem. si autem mulier non potuit sequi filium qui exiuit Capuam, vel alio modo non fuit in mora quo minus staret cum filio, debetur ei omni anno legatum. per prędicta autem apparet quòd dicta verba, dum cum filio meo Capuæ erit &c. non habentur pro superfluis: imò habent vim conditionis. *Viuianus.*

i ¶ *Ducenta.* scil. singulis annis.

k ¶ *Migrauit* id est recessit.

l ¶ *Non habitassent.* quia stetit per filium.

m ¶ *Quantumlibet tẽpore.* Quanto tempore habitare sufficit? Puto [b] boni viri arbitrio cõmitti. 2. Vel dic quòd etiam si minima parte anni habitauerit, debere haberi pro toto: *vt infra de annu. leg. l. à vobis. & l. in singulos. & facit. j. de ali. leg. l. Gaio. §. imperator. & l. Stichus. §. fin. & C. de lega. l. j. & j. tit. j. l. Mæuia. §. pe. & fin. & l. annua. & j. de auro & argen. leg. l. Tuia. & j. de condi. & demon. l. si quis ita.*

Si ædes.] CASVS. Institui mihi heredẽ, & rogaui eum quòd daret Seio ædes Gaij. certè siue Titi[o] heres potuit emere dictas ædes à Gaio. & nõ emit, siue nõ potuit emere, dabit iustum pretium ædium Seio legatario, & erit ab eo liberatus. *Viuianus.*

n ¶ *Si ædes.* illa conditione, quòd dominus non vendat, vel pretio immodico: *vt. s. eo. l. non dubium. §. fin.*

o ¶ *Potuisses emere.* pretio immodico, nõ iusto. ¶ Sed [c] quid si iusto potuit: prius emere pretio, nunc autẽ dominus nullo modo vẽdere vult: dico te nõ liberari præstãdo iustam æstimationem: *vt probatur. j. ad leg. Falc. l. cum pater. §. fi. & l. seq. & s. de in lit. iur. l. j.* & facit ad hoc quòd detur æstimatio. *s. tit. ij. l. sed si res. & l. filiusfa. §. siquidem. & l. apud. §. fin. & l. seq. & C. de fideicommiss. l. prædia. & s. tit. j. l. mortuo. §. j. & l. codicillis. §. insulam.*

SI cui.] CASVS. Legaui Titio ædes meas Titianas. certè habebit Titius omne ædificium quod supra solum earũ Titianarum ædium est. istud tamen fallit in hoc casu pone quòd habebã ædes Titianas & Seianas, & supra cõcamerationẽ Titianarũ erat quoddam conclaue, i. quidam locus tutus: sicut videmus de facto quia cuius aliquis duas domos habet cõiunctas, puta Titianas & Seianas, & in Titianis moratur in inferiori earum parte: & Seianas locat scholaribus cum superiori parte Titianarũ: & ita scholares habent aditum de ædibus conductis, s. Seiani, in partem superiorem Titianarum. hic Titius legauit Titio dictas ædes Titianas quę habet supra se dictum conclaue: imò remanebit conclaue ad vsum ædium Seianarum. *Viuianus.*

[a] Si testator aliquid Titio legat si morabitur in ciuitate cum filio, non requiritur vt legatarius in eadẽ domo, qua filius defuncti habitet. quod si nulla adiectio ne loci ita legauerit, si cum filio morabitur, nõ implebitur cõditio, nisi in eadem domo, qua filius defuncti habitauerit. v. Roman. singul. 80.

† Cõcor. c. nõ semper promissa omnia soluenda sunt: denique ipse dominus frequenter suã mutat sententiam, sicut scriptura indicat. 22. q. 4.

[b] Habitare iussus cũ aliquo, quoto anni tẽpore cum eo habitare iubeatur? An pro arbitrio boni viri? An etiam minima parte anni habitasse sufficit?

[c] Qui iusto pretio emere iussus est rem à testatore præfinitã, neque emitteretur nõ modo ad iustã æstimationem sed ad interesse quoque. Vnde videtur innuere Glossa, in actione ex testamento iurari in litem: quod tamen falsum est. *l. in actionibus, in fin. l. si quis. s. de in litem iurando.*

a Inædificata solo cedunt.
b Superficies nulla solo cohæret.

a ¶ Ædium erit. nam quicquid[a] est inædificatum, solo cedit: *vt Insti. de re. diui. §. cum in suo.* & nulla[b] cohæret solo superficies, *vt & ꝫ. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet.*
b ¶ *Alterarum.* legatarum.
c ¶ *Accedet.* quibus legatis conclaue debetur ex vsu testatoris,

c Voluntas testatoris interdum ex vsu eius colligitur.

solùm earum ædium erit.[a] Paulus. Hoc túc demum falsum est, cùm dominus ædium binarum aliquid conclaue quod supra concamerationem alterarum[b] ædium esse, in vsum alterarum conuertit, atque ita his vsus fuerit. námque eo modo alteris ædibus id accedet,[c] alteris decedet.

Prælegata non veniunt in substitutione vulgari. Bartolus.

XXXII. SCÆVOLA *libro 14. Digestorum.*

SExtiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seium & Marciú sororis filios scripsit heredes: Sextiam substituit[d] Marcio, & Marciú Sextiæ. dedit autem per præceptionem Marcio[e] certas species Marcius partem hereditatis ex qua scriptus erat, omisit: & eo intestato defuncto, bona eius ad fratrem legitimum Seiú deuoluta sunt. Quæsitum est, an Sextia ex substitutione etiá hæc quæ prælegata Marcio erant, iure substitutionis à legitimo herede defuncti sibi vindicare possit. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, Sextiam in legatis quę Marcio data sunt, substitutam non esse.[f]

Ibi dicitur quis morari, vbi cum familia sua moratur. Bartolus.

XXXII. IDEM *lib. 15. Digestorum.*

VXori† suæ inter cætera ita legauit, *Et domus eam partẽ in qua morari consueuimus.* Quæsitum est, cùm tam testamenti faciundi tempore, quàm mortis, totam domum in vsu habuerit, nec quicquam ex ea locatum:[g] an ea tantummodo videtur legasse cubicula,[h] in quibus dormire consueuerat. Respondit, eam omnem partem in qua morari[i] cum familia[k] sua consueuisset.

Verbum præteritũ licèt aliàs porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea quæ à iure communi exorbitant. Bartolus.

1. ¶ Vxori suæ inter cætera ita legauit, *Vxori meæ quicquid viuus dedi donaui, vsibúsve eius comparaui, concedi volo.* Quæro, an quod post testamẽtum factum ei donatum est, id quoque cõcessum videatur. Respondit, verba quæ proponerentur,[l] nihil pro futuro tẽpore significare. 2. ¶ Cùm Seius pro vxore centum aureos creditori soluerit, & ornamentũ pignori positum[m] luerit, postea autẽ testamento facto vxori suæ legauit *quidquid ad eum,*[n] *inve stipulatum*[o] *eius concessit*[p], *& hoc amplius vicenos aureos annuos:* quæsitum est, an hos centum aureos heredes viri ab vxore vel ab heredibus eius repetant. Respondit, si[q] donationis causa creditori[r] soluisset,[s] teneri heredes ex causa fideicommissi,[t] si repetant, atque etiam petentes exceptione summoueri: quod præsumptum[u] esse debet, nisi contrarium ab herede probetur.

Sextiam.] CASVS. Ego habens filiam nomine Sextiam, & duos nepotes ex sorore mea scilicet Seium & Marcium, institui mihi heredem Sextiam in tribus vnciis hereditatis meæ, & Seium & Marcium in residuo, & Marcio prędicto prælegaui Codicem & Digestum meum. & postea Marcium & Sextiam adinuicem substitui. Marciuis me mortuo omisit suam partem hereditatis meæ, & postea ab intestato decessit: vnde bona sua peruenerunt ad dictum Seium fratrem suum. venit modo Sextia, & uult habere ex substitutione nõ solùm partem hereditatis Marcij in qua ego eum institui: sed & Codicem & Digestum quæ ei prælegaui. Et respondetur hic quod dicta prælegata habere non potest. *Viuianus.*

c ¶ nempe[c] ex vsu testatoris eius voluntas quãdoque colligitur: *vt. ꝫ. de vsufruc. leg. l. damnus. §. fin. & ꝫ. eo. l. seruus legatus. & ꝫ. §. si ser. vind. testatrix.* ¶ Item quod hic dicit, est verũ non solùm si cõtignatio quæ conclaue sustinet, orietur ex parte illa ædium in quarum vsum conuersum erit, sed & si contignatio tota in aliarum ædium pariete sedebit: *vt infra de dam. infec. l. pen. in princ. & §. j. & sa. ꝫ. eo. l. prædiis. §. balneas. & §. fina.*

† Hic est vulgaris modus, de quo in l. 119. ꝫ. lib. 1.

d ¶ *Substituit.* sci. vulgariter
e ¶ *Marcio.* sci. soli. cæterum si iure diuisionis. i. si singulis prælegasset res certas, secus contingeret: *vt. ꝫ. titu. ij. leg. quid ergo si ita.* R. H. & Azo. & facit supra *tit. ij. l. qui filiabus. §. fi. & l. seq. & le. filio. & infra de iis qui. vt indig. l. eum. §. pen. & ꝫ. eo. l. si Titius. & C. de leg. l. cum responso.*

d In substitutione vulgari prælegatũ non tenuit. adde. l. miles. § pro parte. ꝫ. tit. prox.

f ¶ *Non esse.* hoc[d] in substitutione vulgari, in fideicommissaria autem dic *vt. C. de fideicommiss. l. cum virum. & ꝫ. ad Trebell. l. Marcellus. §. penult.*

VXori.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & vxori suæ Titij legauit pone victum & vestitum, & domus eam partem in qua morari consueuerunt. quæritur, an ea tantummodò cubicula videatur ei legasse, in quibus cum ea dormire cõsueuerat? an verò omnem eam partem domus in qua morari cum familia sua cõsueuisset? Et dicitur quòd omnem partem domus videtur vxori legasse, in qua morari cùm familia sua consueuisset. vnde si totam domum in vsu habebat, totam videtur vxori legasse si de ea aliquid alicui alij non legauit. [VXORI SVÆ.] Titius instituit sibi heredem Seium, & vxori suæ legauit pone victum & vestitum, & postea dixit, vxori meæ quicquid viuus ei dedi, donaui, vsibúsve eius comparaui, concedi volo. facto testamento donauit vxori suæ prædictæ vnum equum. nunquid equum videtur ei concessisse per dicta verba testamenti? Et dicitur quòd non, quia dicta verba testamenti fuerunt de præterito, & non de futuro. & vt his casus non videatur tibi derisorius, videas legem supra de lega. j. l. si quando. quam non habes hic in glossa. [CVM SEIVS.] Titia vxor Seij obligauit ornamentum suum Gaio pro centum aureis. venit postea Seius maritus eius, & soluit Caio creditori centum aureos, & luit ornamẽtum vxoris, & restituit vxori. postea hic Seius maritus fecit testamentum, & vxori suæ prædictæ legauit quicquid ad Gaium creditorẽ in stipulatum eius cõcessit: & hoc amplius vicenos aureos annuos. quæritur, an dictos cẽtum aureos quos soluit maritus pro vxore creditori, heredes viri ab vxore vel ab heredibus vxoris repetere possint? Et dicitur quòd si vir soluit creditori vxoris causa deferendæ donationis in persona vxoris, & heredes viri repetant ab vxore vel ab eius heredibus, & exigant dictos centum aureos, tenebuntur eos ei restituere ex causa fideicommissi. sed & si vxor vel heredes eius nolũt restituere heredibus viri, & postea causa fideicommis. repetere, sed opponere volunt exceptionem contra heredes viri, bene possunt hoc facere, quòd autem vir voluerit donare vxori dictos centum aureos quos soluit creditori vxoris, vt dictum est, debet præsumi, nisi ab heredibus viri contrarium probetur: id est, quòd vir noluit donare: quo casu tenebuntur heredes viri ex fideicommis. atque etiam exceptione repellentur ab vxore, vel heredibus vxoris. *Viuianus.*

g ¶ *Locatum.* s. alij.
h ¶ *Ea cubicula.* quod est infra.
i ¶ *Morari.* i. habitare.
k ¶ *Cum familia.* non[a] ergo horrea aut penus continebuntur tali relicto: sed tota alia domus continebitur si totam cum familia habitationẽ occupabat. nec enĩ de vna parte magis posset dici quàm de alia. & ita propter incertitudinem[b] nomine partis continebitur tota, sicut in figura synecdoche,[c] secundum Roge. dicitur. & facit. C. *de heredibus insti. l. ij.*

a Imò ea parte domus legata in qua testator morari consueuit, penus & loca & horrea, tamen rerum (nisi sint admodũ separata aut locari solita) legata intelligũtur. *Iacob. de Aretio & Bart. hic.*
b Incertitudinis ratione appellatione partis totum cõtinetur. *adde. l. viriles. ꝫ. de verb. signif.*
c Synecdoche.
d A verbis non receditur, nisi appareat de cõtraria voluntate.
e v. quæ scripsi ad hunc locum in meis notis.
f Si dubium sit qua mente aliquid sit factum inter viuos, declaratur ex verbis prolatis in vltima voluntate. Atque facta inter viuos, interpretamur quandoque ex vltimis voluntatibus. adde Iasonem in l. qui filiabus. ꝫ. de lega. j. nu. 4.

l ¶ *Proponerentur.* à[d] quibus non receditur nisi appareat testatorem contrarium sensisse: *vt. ꝫ. eod. l. Iulianus. § fin. & l. non aliter.* ¶ Sed contra. ꝫ. ti. j. *l. cum pater. §. fideicom. & facit. ꝫ. de vsu & hab. l. si ita. §. licet.* Sol. ibi. ¶ Item contra. ꝫ. ti. j. *l. si mihi. §. fi. & l. talis. in fin.* Solu. vt. d. l. talis. in fi. ¶ Item contra. *ꝫ. de ali. leg. l. Mela. §. j.* Sol. hic in præteritum loquitur, vt euidenter apparet. & facit. *ꝫ. de lib. le. l. Aurelius. §. Titius.*
m ¶ *Positum.* ab vxore.
n ¶ *Ad eum.* s. creditorem vxoris. R.
o ¶ *Inuestipulatum.* talis est litera Py. & ponitur vel pro etiam: & dic in stipulatũ. i. in eius stipulationẽ vel obligationem soluendã.
p ¶ *Concessit.*[e] pro sua vxore. R.
q ¶ *Si.* i. quamuis. *Accur.*
r ¶ *Creditori.* s. vxoris.
s ¶ *Soluisset.* s. vir.
t ¶ *Fideicommissi.* nulla enim fuit donatio: sed specialiter potuit cõfirmari: *vt. C. de donat. inter virum & vxo. l. antepen.* si verò nõ tenuisset donatio, nulla esset confirmatio: *vt. ꝫ. ti. ij. l. si quando. & ꝫ. de lib. leg. l. petitor.* Azo.
u ¶ *Quod præsumptum.* scilicet vt sit donatio ideò, quia[f] sic dixit, quicquid

a Concedo idē est quod dono si non appareat alia causa ex qua concedatur. adde.l.penult.§.de donationib.

b Donatio facile præsumitur in diuite & nobili, & vbi pecunia nō est magna. Alij dicunt donationem simpliciter præsumi. arg.l.si filij tui. C.de dona. inter virum.

c Vide huncloeum varias interpretationes apud Menoch. 2.de arbitr.centur.1.casu.88.numer.31.Alcia.1.præsumpt.33.numer.2.

quicquid concessi a pro vxore, ad eius obligationem soluendā do lego. nisi enim vellet innuere quòd donasset, non posuisset illud verbum, concessi: quia ibi soluisset pro ea vt eam obligaret. est enim contra Cod.de dona.l.donatio. sic ergo pro alio statur verbo eius: *vt & supra ad Sila.l.j.in fin.* R. Azo. ideò præsumitur b donatio, quia erat vir nobilis & diues: *vt supra de dona. inter vir. & vxor.l.vtrum.* 2. Alij c aliter dixerunt: *vt not. Cod. de do. inter virum & vxor.l.si filij tui.* H. & *facit supra de iur.do.l.cùm post.j.respon.*

In legato nominis continetur debitum & vsura. Bartolus.

XXXIIII. IDEM *lib.16. Digestorum.*

NOmen debitoris in hæc verba legauit, a *Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi heredes Gaij Seij debent: aduersus quos ei actionem mandari volo: eique eorundem pignora tradi.* Quæro, vtrum heredes tantùm b decem dare debeant, an in omne debitum, hoc est in vsuras debeant mandare. Respondit, videri vniuersam eius nominis obligationem legatam. Item quęro, cùm ignoráte matrefamilias c actores in prouincia adiectis sorti vsuris, decem stipulati sint: an ex causa fideicommissi supra scipti etiam incrementum huius debiti ad Titium pertineat. Respondit pertinere.

Verba futuri tēporis propter fraudem heredis trahuntur ad tempus testamenti. Bartolus.

1. ¶Filio e ex parte herede scripto præceptionem dedit f inter cætera his verbis, *Titio filio meo nomina ex kalēdario g quæ elegerit h filius meus sibi, viginti dare damnas*

NOmen.] CASVS. Titia in Italia existens habebat multos debitores in prouincia: inter quos erant heredes Gaij Seij: & habebat actores siue castaldos suos in prouincia prædicta, qui procurabant dicta debita, hæc Titia fecit testamentum, & legauit Titio vnum equum, & vnam domum pone. & postea ita dixit: Titio prædicto hoc amplius dari volo decem quæ heredes Gaij Seij mihi debent: aduersus quos heredes Gaii Seij ei Titio actionem mandari volo: eique Titio eorum heredum Gaij Seij pignora tradi volo. quæritur, vtrum heredes testatricis prædictæ decem tantùm dare debeant Titio, an totum debitum: & in vsuras debeat Titio mandare actionem? Et dicitur quòd videtur legata Titio vniuersa eius nominis obligatio. Sed pone quòd dicti castaldi qui erant in prouincia, traxerunt rationē cum dictis heredibus Gaij Seij de vsura dictorum decem aureorum, & cepit vsura alios decem aureos: & illos decem aureos nomine vsurarum stipulati sunt ab eis heredibus Gaij Seij ignorante dicta testatrice. nunquid per verba supradicta dictæ testatricis videntur hæc decem quæ sunt vsura, legata Titio? Et dicitur quòd sic. *Vuianus.*

a ¶*Legauit.* quædam mulier.

b ¶*Tantum.* quasi diceret, non vsuras.

c ¶*Matrefamilias* quæ legauerat Titio decem: vt dictum est.

d ¶*Pertinere.* facit.§.tit.ij.l.seruum filij.§.eum qui chirographum. & .§.de lib.le.l. Aurelius.§.j.& .ij.& l.creditor.§.pen.& .§.qui pot. in pigno.habe.l.Lucius.

Filio ex parte.] CASVS. Seius habebat multos debitores, quos omnes habebat in quaterno quodam scriptos: in quo quaterno ponebat ea quæ mutuabat, & ea quæ à debitoribus recipiebat: & illum quaternum kalendariū appellabat. hic Seius fecit testamentum, & instituit sibi heredem filium suum Titium, & duos alios pone. & dicto suo filio Titio multa legauit: & inter alia quæ ei legauit, præceptionem siue prælegatum dedit ei his verbis: damno coheredes mei filij Titij dare ei. xx. nomina quæ elegerit dictus meus filius ex kalendario meo. facto hoc testamento non decessit incontinenti dictus testator, imò magno tempore vixit, & dicto suo filio sine dolo aliquo omnium rerū suarum administrationem cōcessit. filius autem antè mortem dicti testatoris procurauit negotia patris bene per.x.an. & contra veterem consuetudinē dicti testatoris suique patris qua per eum patrem kalendarium exercebatur, multos nouos debitores fecit, & omnes in dicto kalēdario scripsit: quibus nouis debitoribus amplas patris pecunias mutuauit. Item & veteribus patris debitoribus qui erant in kalēdario scripti, & qui paruam debebant pecuniam, magnā pecuniæ quantitatem mutuauit, & eos postea in kalendario scripsit. & ista fecit ideò vt viginti nominibus ferè omnis substantia in kalendario scripta contineretur: vt sic eligendo ipse filius viginti nomina quæ vellet ex kalendario secundum præceptionem sibi à pa-tre datam, haberet ipse quasi totam substantiam patris, & coheredes sui haberent quasi nihil. modo quęritur, nūquid debeat ei dari præceptio siue electio eorum nominum quæ ipse fecit? Et dicitur quod non, imò eorum tantum quæ testator habuit in kalendario tempore mortis. & sic fraus sua nihil ei proderit. *Vuianus.*

sunto k *sine dolo* l *malo.* eidem filio viuus omnium rerū suarum administrationē permisit: qui post testamētum factū ante mortem patris annos m decē quibus procurabat patri, cōtra veterem cōsuetudinem n patris qua kalēdariū exercebatur, nouos debitores amplarum pecuniarum fecit: & in priores, quos pater exiguarum fortunarum habebat, maius creditum contulit ad hoc, vt viginti nominibus propè o omnis substantia p kalēdarij esset. Quæsitum est, an huic filio eorum nominum quæ ipse fecit, præceptio permittenda est. Respōdit, ex his electionem habere, quæ testamenti q tempore testator in kalendario habuit.

Legatarius hereditatis non tenetur ad onera nisi inquantum res fuerint oneri per testatorem destinatæ. Bartolus.

2. ¶Vni ex heredib. per pręceptionem reliquit r ea quæ ex patrimonio viri sui Aretonis ei supererant: ciúsque fidei commisit, hęc eadem restituere pronepoti cum erit annis sexdecim. in quibus hæc verba adiecit:

e ¶*Filio.* datiui casus.

f ¶*Dedit.* testator.

g ¶*Ex calēdario.* quid sit a hoc, dic *vt.§.eod.l.qui filium.*

h ¶*Elegerit.* scilicet ipse filius. & hoc verbum futuri b temporis facit pro eo filio, *arg.§.titu.j.l.cum pater.§.fideicom.* sed alia hic repugnant.

i ¶*Viginti.* s. nomina, id c est viginti personales actiones contra debitores.

k ¶*Sunto.* s. vos omnes mei heredes. quo casu deducta sua parte coheredes dare debent: *vt.§.tit.ij.l.ab omnibus.§.si Titio.*

l ¶*Sine dolo.* hæc oratio & cum superiorib. & inferioribus melius legi potest.

m ¶*Annos.* subaudi, per. *Accur.*

n ¶*Consuetudinem.* ergo & contra voluntatem: nisi contrarium sit liquidum. nimirum e ex consuetudine viuētium, & eorum morientiū volūtates præsumuntur: *vt supra tit.ij.l.si seruus plurium.§.fi.& .§.eo.l.nummis. & .§.de aur. & arg.leg.l.inter vestem.*

o ¶*Prope.* i. fere.

p ¶*Omnis substantia.* ex f hoc quod fere omnis substantia in kalendario erat, dolus præsumitur: *vt.§.quæ in fran. cre.l.omnes.§.Lucius.*

q ¶*Quæ testamenti tempore.* sic.§.*de aur.& arg.le.l.medico.* ¶Sed cōtrariū.§. g *de opti.le.l.fin.* Sol. hic præter rigorē verborū quib. in legādo fuit pater vsus, rectè obiiciebat & causa trāscursus tēporis. & dolus suus, & patris cōsuetudo cōtra quam filius nomina ampliauerat. & sic etiā soluitur cōtra. §. *de ali.leg.l.Mela.§.j.* quæ est contra. & .§. *de lib.leg.l.fin.in fi.* Sed dicas ibi tunc, i. tempore mortis. Sed si dicas tunc, id est tempore testamenti, concordat.

Vni ex heredibus] CASVS. Titia virum habuit nomine Aretonem: qui maritus eam heredem instituit. ipsa autem multa expendit de hereditate viri, ita φ non remansit ei fortè vltra centum libras de eius hereditate. postea fecit ipsa testamentum, & instituit sibi tres heredes pone: & vni dictorum suorum heredum reliquit per præceptionē ea quæ supererant testatrici ex patrimonio dicti sui viri, & eiusdem heredis fidei cōmisit vt prædicta quæ ei supererant, restitueret cuidam pronepoti ipsius testatricis, cùm ipse pronepos erit.xvj.annorum. Itē adiecit hæc verba dicta testatrix: Item rogo te heredē meum cui prælegatū prædictū dedi, vt reliquum æs alienum quod debetur creditoribus ex bonis dicti mei viri, ex reditibus eorum bonorum quæ supererant mihi de bonis dicti mei viri, interim donec veniat annus.xvj. dicti mei pronepotis, soluas, & satisfacias. veniunt modò mortua testatrice creditores dicti sui viri, & petunt ab illo testatricis herede cui ipsa taliter prælegauit vt dictum est, vt secundum præceptum testatricis eis soluat creditum eorum: & dicunt quòd ipse tenetur eis in totum satisfacere debitum nō solùm de reditu dicti prælegati, sed etiam de bonis testatricis & de bonis sui heredis. heres autem prędictus allegat se nō teneri nisi secundū reditum qui exiuit de dicto prælegato à tēpore mortis testatricis vsq; ad.xvj.an. pronepotis prædictæ testatricis. & probat dictus heres per testes quod dictus reditus prælegati nō sufficit ad prædictorum creditorum solutionē. quæritur, quid iuris sit? Et respondetur quòd dictus heres non tenetur soluere dicta crédita nisi ex dictis reditibus dicti prælegati; & non de bonis dictæ testatricis, neque de suis. *Vuianus.*

r ¶*Reliquit.* s. testatrix.

a Kalendarium quid.

b Futuri temporis vox propter fraudem heredis trahitur ad tempus testamenti.

c Nomen pro actione personali.

d Contra volūtatem testatoris facit, qui facit contra eius consuetudinē.

e Ex consuetudine viuētium & morientium eorum voluntates præsumimus.

f Præsumitur fraus in eo, qui ferè omnē substantiā alienat.

g Ibi enim videtur posse eligere de futuris.

a ¶ *Aretonis*. proprium nomen viri.
b ¶ *Non de proprio*. ipsius testatoris: aliàs multò minus de proprio heredis.

Pater filio.] CASVS. Titius instituit sibi heredes filium suũ Seium. & filiam suam Teucarem: & cuilibet eorum prælegauit certa prædia, & certa kalendaria: & postea in eodẽ testamẽto ita dixit: à te autẽ Seio filio charissimo peto vt præstes quæcunque legaui alicui vel aliquibus: & si quid euenerit æris alieni. i. si quid pro tempore præterito mutuo accepi & debui, à te solui volo: vt quod sorori tuæ reliqui, integrum ad eam pertineat. quæritur, nunquid omnia legata & debita testatoris solus dictus filius debeat. ita quòd soror sua integram habeat suam partem? Et dicitur quòd sic. & hoc dicit. *Viuianus*.

Item rogo vti reliquum æs alienum quod ex bonis Aretonis [a] *debetur, omnibus creditoribus ex reditib. eorũ bonorum soluas, reddas, satisq; facias*. Quæsitũ est, an si probauerit heres non sufficere reditum bonorum ad totius debiti exsolutionem, nihilominus tamẽ ipse debeat agnoscere onus æris alieni. Respõdit, manifestè proponi ex reditib. bonorũ eorũ iussum æs alienũ exsoluere, nõ de proprio.[b]

Verba ad declarationem apposita non debent deminutionem inducere. Bartolus.

3. ¶ Pater filio & filia heredib. institutis, cũ singulis certa prædia & kalẽdaria prælegasset,[c] ita cauit: *A te autem fili carissime peto, quæcunque legaui præstari volo: & si quid euenerit æris alieni, si quod in tẽpus pro mutuo acceperã, & debuero à te solui volo: vt quod sorori tuæ reliqui, integrũ ad eã ptineat.* Quæsitum est an quod ex quacũque[d] causa debuit pater, à filio sit præstandum. Respondit, posse filiam ex fideicommisso consequi * vt leuaretur,[e] quò magis integrum quod testator dedisset, ad eam peruenisset.

Si heres est iussus rem alteri comparare: post moram potest ad æstimationem conueniri. Bartolus.

a Prælegare est per diuisionẽ assignare.

c ¶ *Prælegasset*. id[a] est, per diuisionem assignasset.
d ¶ *Ex quacunque*. sc. etiam extra mutuum.
e ¶ *Leuaretur*. pro filia erat, quia dixit, æris alieni. Item quod dixit debuerã: ideò in integrum ad eam. Sed contra eam, quia specificauit mutuum. Dic ergo, leuaretur. scil. ab omni ære alieno, & nõ à mutuo tãtùm: licèt ipsum solum fuerit nominatum. *& facit.* ṡ. *fa. ercis. l. si vni. §. idem pa. &* ṡ. *titu. ij. l. seruo le. §. ij.* & sic alius nominatur, & alij legatur: *vt.* ṡ. *eod. l. fideicommissa. §. interdum.*

* *Contra. l. abbate. §. contra quod. ibi. profectò sic intelligenda sunt illa verba vt res de qua agitur, valere possit potius quam perire. & Glo. in verb. potius. extra de verb. sign.*

Patronus.] CASVS. Titius fecit testamentum, & iussit heredibus suis vt liberto suo Sticho emerẽt tribum, i. progeniẽ quandam seruorum quam habebat quidam eius vicinus, statim post mortem suam patroni. mortem dicto patrono heredes sui fuerunt in mora emendi dictam tribum liberto prædicto postea libertus decessit, & habuit heredem quendam virum, non facio vim vtrum fuerit heres clarissimus, vel non. modò quæritur, an æstimatio dictæ tribus heredi liberti debeatur, cùm dispersa fortè sit tribus? Et respondetur quòd sic. Item quæritur, an cõmoda & liberalitates quæ essent collatæ aliquibus de seruis qui erant in dicta tribu, quas libertus ex dicta tribu vsque in diem mortis suæ consecutus fuisset si dicta tribus esset ei comparata statim mortuo testatore: an verò vsuræ æstimationis tribus heredi eius liberti debeantur? Et dicitur. quidquid ipse libertus consecuturus esset, ad heredem suum transmittit. *Viuianus*.

XXXV. Idem *lib. 17. Digestorum.*

Patronus liberto statim tribum[f] emi petierat.[g] libertus diu morã[h] ab herede patroni passus est, & decedẽs heredem reliquit clarissimum virum. Quæsitum est, an trib. æstimatio heredi eius debeatur. Respondit deberi.[i] Idem quæsiit an & commoda & principales liberalitates quas libertus ex eadẽ tribu vsq; in diem mortis suæ cõsecuturus fuisset, si ei ea tribus secundũ voluntatem patroni sui tunc comparata esset: an verò vsuræ æstimationis heredi eius debeantur. Respondi, quidquid ipse consecuturus [k] esset, id ad heredem suum transmittere.

6 Tribum emi, vt & militiam dicebant, cùm quis in tribum vel militiam aliquo dato cooptabatur. *cap. 7. 11. & vltimo. C. de prox. sacr. scrin. & Consi. No. 57. & 97. & Alcia. lib. 1. pa. er. cap. 16.*

f ¶ *Tribum*. i. [b] progeniem seruum, sicut dicimus, ex tribu Neptalim. *Accursius*.
g ¶ *Petierat*. ab herede.
h ¶ *Moram*. quia potuit heres statim tribum emere, & non fecit.
i ¶ *Deberi*. Sed quare non ipsa tribus? Respon, quia certæ personç liberto voluit emi: sed propter moram debetur æstimatio. *& facit* ṡ. *ti. j. l. Titia Seio. in principio.*
k ¶ *Consecututus*. & hoc propter moram heredis: *vt.* ṡ. *titu. j. l. qui solidum. § etiam. & l. si quis seruo. &* ṡ. *titu. ij. l. apud Iulianum. § ipsius. & l. quæsitum §. fin.*

Dictio vsque, quando ponitur ad determinandum prædia discontinua, ponitur inclusiuè. Bartolus.

1. ¶ Sempronio ita legauit, *Sẽpronius sumito prædia ea omnia quæ sunt vsque* [l] *ad prædium quod vocatur Gaas, finibus* [m] *Galatiæ, sub cura villici Primi, ita vt hæc omnia instructa sunt.* Quæsitum est, cùm in eodem confinio prædiorum vnum sit prædium non Galatiæ sed Cappadociç[n] finibus, sub cura tamen eiusdem villici, an etiam id prædium cum cæteris ad Sempronium pertineat. Respondit & hoc deberi.[o]

Error regionis non nocet si de corpore constat. Bartolus.

2. ¶ Libertis quos nominauerat, ita legauit, *Fundũ Trebatianũ qui est in regione Atellata, item fundũ Satrianum qui est in regione Niphana, cũ taberna dari volo.* Quçsitũ est, cùm inter fundos quos supra legauit, sit quidã fundus vocabulo Satrianus, in regione tamẽ Niphana nõ sit: an ex causa fideicommissi libertis debeatur. Respondit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana, & de eo sensisse testatorem certum sit, qui alibi esset: † non idcirco minus deberi, quia in regione designanda lapsus esset.[p]

Legato vsu balinei vidẽtur legata omnia necessaria ad balineũ. Bartol.

3. ¶ Codicillis confirmatis [q] ita cauit. *Tiburtib. municipib. meis, a-*

Sempronio.] CASVS. Titius testator ita Sempronio lagauit: Sẽpronius sumito prædia mea omnia quæ sunt vsque ad prædium quod vocatur Gaas, sub finibus cuiusdam contratæ quæ vocatur Galatia, & sub cura villici mei qui vocatur Primus. ita sumito dico dicta prædia sicut ipsa omnia instructa sunt. modò inuenitur vsque ad prædiũ Gaas vnum prædium positũ in finibus Cappadociç non autem Galatiæ, & sub cura dicti villici Primi quæritur nunquid illud prædium pertineat ad Sempronium, cum aliis prædiis, licèt sit in eo erratum quantum ad fines Galatiæ? Et dicit quòd sic. *Viuianus*.
l ¶ *Vsque*. inclusiuè.[a]
m ¶ *Finibus*. impositũ in eodem extra prædiũ quod vocatur Gaas. *Accursius*.
n ¶ *Cappadociæ*. quæ ipsa sit citra Galatiam.
o ¶ *Et hoc deberi* quasi non noceat falsa[b] demonstratio, vel quia in finibus sit erratum: *vt infra. §. j. & infra eodem. l. prædiis. §. Titio. & §. si. & . j. de rebus dub. l. penult. & C. de lega. l. si Fortidianum. & de testa. l. in nomine.*

a Vsque particula inclusiua de qua vide hic Bartolum. *Contrar. Gloss. in c. si gratiosè. extra de rescript. lib. 6. in c. 1. in ver. vsque. de. de ordi. ab episcopo.*

6 Falsa in finibus demonstratio non nocet.

Libertis.] CASVS. Titius testator ita dixit: volo dari Pamphilo & Sticho libertis meis fundum Trebatianum qui est in regione Atellata, item fundum Satrianum qui est in regione Niphana, cum taberna quæ est in dicto fundo Satriano. mortuo testatore inuenitur quidam fundus vocabulo Satrianus inter fundos quos supra legauit dictus testator, non est tamen in regione Niphana. quæritur, nunquid libertis prædictis debeatur dictus fundus, quamuis in regione designanda lapsus sit testator? Et dicitur quod sic, si de eo legando sensit testator *Viuianus*.

† *Contra. Glo. in verbo. putabat. ibi. si quis autẽ erras in proprio nomine, dum tamen certum sit de quo consentias hoc non officit. §. item si quis. 19. q. 1.*

p ¶ *Lapsus esset*. sic *supra proxi. §. cum suis concor. & supra titu. ij. l. iiij.*

Codicillis.] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo confirmauit codicillos si quos postea faceret. postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, Tiburtibus municipibus meis quos valdè diligo, scitis siue sciatis vos heredes mei me legare balineum nomine Iulianum domui meæ in actum, ita vt publicè decem mensibus totius anni præbeatur gratis sumptu heredum meorũ & diligentia. mortuo dicto Titio quæstio fuit inter municipes & heredes suos. nam municipes volebant quòd heredes Titij facerent sumptus non solùm ad calefaciendum & præbendum balineum, sed etiam ad reficiendum balineum. heredes autem nolebant sumptus facere nisi ad calefaciendum & præbendum. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quod municipes habent ius. *Viuianus*.
q ¶ *Codicillis cõfirmatis*. testamẽto: quod[c] erat olim opus si fierent post testamentum: hodie verò non: *vt Insti. de codicil. §. j.* Accur.

c Codicilli post testamentũ facti hodie valẽt, etiã non sint confirmati.

Ita.

a ¶*Ita* scilicet lego vt, &c. ¶& sic not. vsu [a] balinei legato, & ad id necessaria legari videntur.

[a] Necessaria eu iusque sei vsu cum re ipsa legata videntur.

b ¶*Publicè*. id est, publico sumptu heredum, &c.

NEc fideicommissa.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem quendã extraneum, & filium suum propriũ exheredauit, & legata dedit quibusdam: & postea ita dixit in eodẽ testamento: Si contingeret aliquo modo testamentũ meum rũpi, & ita me intestatũ remanere: lego ab eo qui erit mihi heres ab intestato, decẽ Seio. xx. Sẽpronio. mortuo dicto testatore filius suus prædictus egit querela inofficiosi testamenti, & fecit rũpi testamentum: & habuit hereditatem patris ab intestato. nunquid tenetur ad pręstanda legata relicta ab intestato? Et dicitur quod non, quia nec aliud aliquid valet quod pertineat ad suprema iudicia eius cuius testamentum ruptum est, quasi testator fuerit furiosus. creditur enim furiosus fuisse qui filium exheredat. *Vivianus.*

† Hæc lex perperam cum superiori confunditur in vulgatis editionibus. *Ant. Aug. lib. 1. c. 1.*

c ¶*Nec fideicom. Data*. id est, relicta. & facit *supra de inoffi. test. l. Titia. & l. Papinianus. §. fi. & quod not. s. eod. l. ij. & facit. C. de fideicommiss. l. quidam. & supra ti. ij. l. antepenultima.*

† Iacobus Aretius putat hanc legem hodie esse correctam quia hodie non fit irritum testamentum per querelam inofficiosi, tanquam fu io sus sit qui legatus sit: sed tanquam causa nõ sit vera.

CVm quis.] CASVS. Titius habebat matrem Seiam, & vxorẽ nomine Flauiam Albinam. dictus Titius decedens dictæ suæ matri legauit fundum qui erat proprius ipsius matris, & ab ea matre petiit vt cùm moreretur ipsa mater, restitueret dictum fundum dictæ vxori suæ. mortuo dicto testatore mater dixit coram iudice quòd volebat facere illud quod dixerat testator: & quòd volebat tradere dictum fundum dictæ vxori filij si sibi matri præstarentur redituum nomine binæ libræ singulis annis donec moreretur ipsa mater. possessionem autem fundi tradidit dictæ vxori filij: nec dictas binas libras ab ea accepit mater: nunc autem volebat mater vendere alicui dictum suum fundum: nunquid potest hoc facere? Et videtur quòd non, propter confessionem supradictam quam coram iudice fecit: tamen respondetur quòd bene potest vendere. nam legatum sibi relictum à filio de dicto suo fundo nihil valuit: nec potuit filius eam grauare de restituendo vxori, cùm nihil aliud matri reliquerit. *Vivianus.*

d ¶*Seiæ matri*. aliàs, suæ matri.

e ¶*Professa*. at hinc quæstio oriebatur. & pro hoc. *supra de test. tute. l. ex sententia. & infra de falsis. l. vxori. §. j.* quæ sunt contra.

f ¶*Annua*. id est, duobus annis duo pondo auri vel argenti.

g ¶*Legabatur. vt. C. eo. l. proprias.* Tu dic vt ibi not.

h ¶*Processisse*. scilicet cum effectu, cùm non [h] possit onerari qui honoratus non est: *vt & C. de fideicommiss. l. ab eo. & supra tit. ij. l. planè. §. fi. & supra titu. j. l. imperator. Accursius.*

[h] Onerari non potest qui honoratus nõ est.

Qui testamento.] CASVS. Titius instituit sibi Gaium heredẽ, & Mæuio ducenta legauit: & fidei Mæuij commisit vt centum daret cuidam nomine Claudiæ, & quinquaginta daret Albinæ, & quinquaginta daret dicto Gaio heredi: & sic rogauit eum de restituendo aliis totum legatum suum ducentorum. postea Mæuius legatarius prędictus volente dicto testatore literas misit ad dictã Claudiam & Albinam fideicommissarias, in quibus ita continebatur: sciatis quòd ego dabo vobis fideicommissa vestra secundum voluntatem testatoris. postea testator fecit codicillos in quibus Męuio legatario prædicto legauit vnum prædium loco ducentorum quæ ei legauerat: & præcepit in eis codicillis vt pręter hos codicillos si quid aliud appareret, non valeat: & ita noluit valere dictam epistolam quam de sua voluntate miserat Mæuius fideicommissariis. mortuo Titio testatore petunt Claudia & Albina fideicommissa à Mæuio legatario. quæritur, an possunt? Et videtur quòd sic propter prædictas literas. videtur enim Mæuius dictis literis cauisse dictis fideicõmissariis de præstando eis fideicommissum. vnde non obstantibus verbis quæ in codicillis dixit testator, videtur quòd fideicommissariæ possunt conuenire Mæuiũ ex propria eius cautione. Respon. tamen hic quòd non possunt petere. *Vivianus.*

mantissimisque: scitis balineum Iulianum iunctum domui meæ, ita [a] vt publicè [b] sumptu heredum meorum & diligentia decem mensibus totius anni præbeatur gratis. Quæsitũ est, an & sumptus refectionibus necessarios heredes præstare debeant. Respondit, secundum ea quæ proponerẽtur, videri testatorẽ super calefactionis & præbitionis onus, de his quoque sẽsisse, qui ad quotidianam tutelã pertineant, quibus balineæ aut instruuntur, aut denique inter solitas cessationum vices parati purgarique, vt habiles ad lauandum fierent, sint solitæ.

Rupto testamento per querelam, non præstantur legata, nec si ab intestato fuerant repetita. Bartolus.

XXXVI. † *Apud Scæuolam libro 18. Digestor. Claudius notat.*

NEc † fideicommissa ab intestato data [c] debentur ab eo cuius de inofficioso testamẽto constitisset, quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse: ideóque nec aliud quid pertinẽs ad suprema eius iudicia valet.

Si non tenet legatum, nec onus fideicommissi adiectum. Bartolus.

XXXVII. SCÆVOLA *libro octauodecimo Digestorum.*

CVm quis decedens Seiæ matri [d] fundũ qui proprius matris erat, legauerat: ab ea petierat vt eundem, cùm moreretur, Flauiæ Albinæ coniugi suæ restitueret post mortem testatoris mater apud magistratũ professa [e] est, nihil se aduersus volũtatẽ filij sui facturam, paratámque esse fundum Flauiæ Albinæ tradere, si sibi annua [f] bima præstarentur redituum nomine. sed neque possessionem tradidit, neque annua bima accepit. Quæsitum est, an iure fundum alij uendere possit. Respondit, si de legati iure fideique commissi quæreretur, secundum ea quæ proponerentur, nec valuisse quod matri suũ legabatur: [g] neq; onus fideicomissi processisse, [h] si modò nihil pręterea mater cepisset.

Promissio facta contemplatione alicuius certi emolumenti, ipso cassato non tenet. Bartolus.

1. ¶ Qui testamento heredem scripserat, Mæuio ducenta legauit, & fidei eius commisit vt cẽtum daret Glaucetyche, Elpidi [i] autem quinquaginta. [k] postea Mæuius volente testatore literas [l] emisit ad eas, secũdum voluntatem testatoris [m] restituturum. postea testator fecit codicillos, [n] quibus & hoc præcepit, vt pręter hos codicillos [o] si quid aliud [p] prolatum esset, non valeat, quæsitũ est, an Mæuius qui ducenta accepit, quia † mutauit voluntatem de ea epistula testator, à mulieribus conueniri ex causa fideicommissi possit. Respondit, secundum ea quæ proponuntur, frustrà Męuium conueniri, siue ducenta, siue prædiũ pro his accepit. [q]

Verba directa in codicillis prolata trahuntur ad fideicommissum. Bart.

2. ¶ Seiã & Męuiũ libertos suos

i ¶*Glaucetyche, Elpidi*. i. Titiæ & Seiæ secundum R. earum enim nomina posuit in Græco. *Accursius.*

k ¶*Quinquaginta*. aliàs viginti. *Accursius.*

l ¶*Literas*. quibus adhærebant fideicommissariæ, quasi ex propria cautione Męuium legatarium sibi teneri ostendentes.

† Professio seu confessio facta de testatoris voluntate conseruãda nõ tenetur si cõditio sub qua quis pfessus est nõ fuit seruata.

m ¶*Testatoris*. promittendo se, &c.

n ¶*Fecit codicillos*. in quibus legauit prædiũ Mæuio p cc. vt in fine patet: & præcepit, &c.

o ¶*Codicillos*. quibus Mæuio pro. cc. prædiũ, legauit. Roge.

p ¶*Aliud*. vel in epistola ad eos missa. *Azo.* vel in testamento.

q ¶*Pro his accepit*. in testamento vel codicillis.

Seiam.] CASVS. Lucius Titius qui erat libertus Publij Sempronij pupilli, & qui erat eius pupilli domini sui tutor, habebat duos libertos, s. Seiam & Mæuium. fecit hic Lucius Titius testamentũ, & dictos Seiam & Mæuiam libertos suos scripsit heredes æqualiter: & Mæuio prædicto substituit dictum Publium Sempronium suum dominum. postea in eodẽ testamento confirmauit per fideicõmissum codicillos quos postea cõtingeret eũ fortè facere. postea fecit codicillos, & ita in eis cauit: ego Lucius Titius testator & codicillator mitto salutes Seiæ heredi meæ quam pro parte dimidia heredem institui. scias quòd Mæuium libertum meum prædictum quem tecum æqualiter institui, eam partem hereditatis quę eum tãgebat, veto accipere, in cuius locum & partẽ volo esse heredem dictum Publium Sempronium dominum meum: & dicto Mæuio dari volo centũ quinquaginta lagenas vini vetusti. modò quæritur, an dictus Publius Sẽpronius dominus Lucij Titij testatoris possit petere fideicõmissum de parte hereditatis in qua institutus fuerat Mæuius libertus testatoris: & à quo possit illud fideicommissum petere? Et videtur quòd non possit petere, duabus rationibus. Vna, quia in codicillis erat dicta pars hereditatis Mæuij liberti verbis directis relicta eidẽ Publio Sẽpronio, & dicto Męuio adempta. Secunda, quia ad Seiam libertam fuerunt scripti codicilli, non ad Męuium qui erat oneratus. Respondetur tamen hîc

quòd bene potest dictus Publius Sempronius petere fideicõmissum à Mæuio prædicto. *Viuianus.*

a ¶ *Substituit.* s. vulgariter.

b ¶ *Pupillum suum.* eundémque patronum cui erat tutor, & ideò. j. dominum, hîc verò pupillum vocat suum. *Accursius.*

c ¶ *Codicillos.* scilicet futuros.

d ¶ *Confirmauit.* ita s. committo fidei heredum meorum ea fieri quæ dicam in codicillis. *Azo.*

e ¶ *Lucius Titius.* testator.

f ¶ *Accipere.* id est, capere. volebat enim eam restitui Sempronio. nam directò non potest adimi hereditas in codicillis.

g ¶ *Dominum.* i.[a] patronum. sic enim causa honoris vocat.

a Dominus p patrono & eo quem honoramus, vnde colligit Bartolus, non continuò probari patronum, qui ab alio dominus sit appellatus.

h ¶ *Elogio.* i. sermone qui sequitur.

i ¶ *Lagenas.* quasdam mensuras.

k ¶ *An fideicõmissum.* portionis hereditatis relictæ Mæuio.

l ¶ *Ad certam personam.* Puta Seiam. quod tamen non nocet fideicom. *vt. s. ti. j. l. peto. in princ. & l. vnum. §. fi. & l. cum pater. §. donationis.*

m ¶ *A Mæuio.* nõ tamen à Seia: quia ipsa non habebat eam partem, nec eam poterat dare: licèt ad eam codicilli sint facti. ¶ Et no. quòd duo obiiciebantur Sẽpronio, codicillis[b] solis per verba directa nec dari nec adimi posse hereditatem: & ita nec adimi Mæuio, nec dari Sempronio: *vt Instit. de codicil. §. penult.* Item ad Seiam non ad Mæuiũ qui erat honorandus, codicillos fore directos. Sed ad primum dic quòd in[c] codicillis verba directa trahuntur ad fideicommiss. *vt & infra ad Treb. l. Scæuola.* quod est notandum. & sic non de rigore verborum, sed ex benignitate tantum. & facit infra *de his qui. vt indi. l. iij.* ¶ Sed arg. contra *supra de condi. Instit. l. pen. in fi.* Sol. ibi. Item facit infra *de excep. do. l. apud Celsum. §. præterea & supra de mili. testa. l. militis.*

b Codicillis solis per verba directa dari & adimi potest hæreditas.

c Verba directa in codicillis trahũtur ad fideicõmissum.

æquis partibus heredes scripsit: Mæuio substituit[a] Sempronium pupillum suum:[b] deinde codicillos[c] per fideicommissum confirmauit,[d] quibus ita cauit: *Lucius Titius[e] Seiæ heredi suæ, quã pro parte dimidia instituit, salutem. Mæuiũ libertum meum, quem in testamento pro parte dimidia heredem institui, eã parte hereditatis veto accipere,[f] cuius in locum partémve eius Publiũ Sempronium dominum[g] meũ heredem esse volo.* Et Mæuio ad quem hereditatis portioné noluit peruenire, cum hoc elogio[h] fideicõmissum reliquit: *Mæuio liberto meo de me nihil merito dari volo lagenas[i] vini vetusti centum quinquaginta.* Quæsitum est, cùm voluntas tastatoris hæc fuerit, vt omnimodò perueniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum: an fideicõmissum[k] ex verbis suprascriptis valere intellegatur: & à quo Sempronius petere possit, cùm ad certam personam[l] codicillos scripserit. Respondit, posse fideicommissum à Mæuio[m] peti.

Donatario obligato potest imponi onus fideicommissi tanquam debitori. Bartolus.

3. ¶ Pater emãcipato filio bona sua vniuersa, exceptis duobus seruis, nõ mortis causa donauit,[n] & stipulat' est à filio in hæc verba: *Quæ tibi mãcipia, quæq; prædia donationis causa tradidi, cessi: per te nõ fieri dolóve malo, neque per eũ ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia quæq; ex his adgnata erũt, eáque prædia cum instrumento, cùm ego volam, vel cùm morieris, quæque eorum extabunt, neque dolo malo aut fraude factóve tuo, eiúsque ad quem ea res pertinebit, in rerum natura[o*] aut in potestate esse desiissent: si viuam, mihi, aut cui ego volam, reddantur, restituantur. Stipulatus est Lucius Titius pater: spopõdit Lucius Titius filius.* Idem pater decedens epistulam fideicommissariam ad filium suum scripsit in hæc verba: *Lucio Titio filio suo salutem. Certus de tua pietate fidei tuæ committo, vti des præstes illi & illi certam pecuniam. & Lucrionem seruum meum liberum esse volo.* Quæsitum est, cùm filius patris nec bonorum possessionem acceperit, nec ei heres extiterit: an ex epistula fideicommissa & libertatem præstare debeat. Respondit, etsi neque hereditaté adiisset, neque bonorum possessionem petiisset, & nihil ex hereditate possideret: tamen nihil minus & ex stipulatu ab heredibus[p] patris, & fideicommisso ab his quorum interest, quasi[q] debitorem conueniri posse, maximè post constitutionem diui Pij, quæ hoc induxit.

Qui stipulatur dotem sibi reddi mandato mulieris: in dubio præsumitur vt minister adhibitus. Bartol.

4. ¶ Nuptura, duobus filiis suis, quos ex priore marito habebat, mandauit[r] vt viginti quæ doti dabat,[s] stipularentur in omnem casũ quo solui posset matrimonium, vt etiã alterutri ex his to-

n ¶ *Donauit.* s. inter viuos sub modo. aliàs nulla esset quæstio. nam tam[a] legatario quàm donatario causa mortis potest legari: *vt supra eodem. l. j. §. pen. & l. ij. in princ. & l. v. §. j.*

a Legare possu- mus donatario causa mortis.

o ¶ *In rerum natura.* subau. esse desiisset, aut in potestate esse desiisset, &c.

p ¶ *Ab heredibus.* patris scilicet tantùm veteri iure: hodie verò istis fideicommissariis datur ex stipulatu: *vt C. de don. quæ sub modo. l. quoties.*

q ¶ *Quasi debitorem.* à[b] debitore potest legari: *vt s. titu. j. l. si pecunia & l. si seruus leg. §. qui margarita. & facit. j. de do. a. l. hereditatem. & supra titu. ij. l. filio. & supra eo. l. Sextilia. & infra ad Trebel. l. si cui.*

Nuptura.] CASVS. Titia habuit duos filios ex marito suo Titio. mortuo dicto Titio uolebat nubere Sẽpronio, & dare ei in doté. xx. fecit ergo dicta Titia venire dictos suos filios duos, & fecit eos stipulari à dicto Sẽpronio secundo marito dictam dotem in omnem casum quo solui posset matrimonium inter eam & Sẽpronium, & fuerunt stipulati à Sempronio insolidum, id est, vt etiam alterutri ex eis filiis Titiæ tota dos soluatur, id est, duo rei stipulandi fuerunt. istud autem faciebat mulier prædicta vt magis esset secura de dote sua: non autem volebat quicquam dictis suis filiis donare. postea ita euenit de facto quod constante matrimonio vnus ex dictis suis filiis decessit: vnde remansit filio superstiti integra actio dotis. Titia autem prędicta petiit per epistolam suam vltimam voluntatem continentem, à dicto filio superstite, vt cùm exegerit à Sempronio suo marito partem dimidiam dictæ dotis, ea dimidia contentus esset, & aliam dimidiam remanere concéderet apud maritum. postea decessit dicta Titia, & habuit heredem ab intestato dictum filium superstitem, & quosdam alios. vult nunc filius conuenire Sempronium maritum ad integram dotem ex stipulatione. maritus opponit exceptionem doli propter epistolam matris supradictam, & dicit, non debeo tibi soluere nisi dimidiam dotis, imò dico tibi plus. dicit enim maritus: ego volo quod tu liberes me per acceptilationem de media dotis. quæritur, quid iuris? & dicitur quòd maritus habet ius in eo quod dicit. soluit ergo maritus dimidiam dotis filio vxoris, & aliam dimidiam sibi retinuit. vnde veniunt alij heredes mulieris, & agunt actione mandati contra filium eorum coheredem, & petunt ab eo dimidiam dotis quam soluit ei maritus. filius respondet eis, & dicit, non debeo vobis dimidiam dotis: quia mater mea reliquit eam mihi per fideicommis. in epistola supradicta quam mihi misit. expressit enim in ea epistola vt ego essem contentus parte dimidia dotis: propter quæ verba videtur mihi eam per fideicommissum reliquisse. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quòd filius habet ius. *Viuianus.*

b Lega- ... bitore ...

r ¶ *Mandauit.* nolens illis quicquam dare, sed in stipulationis istius negotio illorum filiorum volens vti ministerio. R.

s ¶ *Dabat.* secundo marito. *Accursius.*

Pater.] CASVS. Lucius Titius habens filium à se emãcipatum, qui vocabatur similiter Lucius Titius, donauit inter viuos dicto suo filio vniuersa sua bona exceptis duobus seruis: & à dicto filio ita stipulatus est, tu promittis mihi quod omnia ea quæ extabunt de bonis meis quæ tibi donaui, restitues mihi cùm volam, vel cũ morieris si viuam, aut cui ego volã? & filius dixit promitto. postea pater decedens misit epistolam filio hæc verba continenté: fidei tuæ fili committo vt Mæuio pręstes decem, & Gaio decem: & Lucrionem seruum meum liberum esse volo. mortuo patre venit Mæuius & Gaius & Lucrio, & petunt à filio fideicommissa: & filius respondet eis, ego non sum heres vel bonorum possessor patris mei, & nihil ex hereditate sua possideo: imò habent hereditatem eius Petrus & Martinus: vndè non debeo vobis respondere. quæritur, quid iuris sit? Et respondetur quòd heredes patris. s. Petrus & Martinus possunt conuenire filium ex stipulatu vt adimpleat prædicta. Item Mæuius & Gaius & Lucrio quorum interest, possunt petere fideicommissa eorum à filio quasi à debitore patris: bene enim potest creditor onerare fideicommissis debitorem suum. *Viuianus.*

Per

a ¶*Per epistolam.* scilicet vltimæ voluntatis: *vt & .C.de fideicō. l.& in epistola.* & hoc etiam declarat responsio quæ fit infra.

b ¶*Peti posse.* quasi à debitore fideicom. relicto quod potest: *vt §.proxi.§.s.vt liberetur.vt.ȷ̄.de lib.leg.l.ij.§.nunc.* ¶Sed contra .*C. de iure do.l.ij.* Sol.ibi voluit filio donare, hic non, & eodem modo respond.*ȷ̄. de pac.do.l. cum maritus.§.fina.& ȷ̄.solu.mat.l.qua dotis. & infra de do.prale.l. Seia.* quæ sunt contra.

a De epistola fideicommissaria vide Manticam. *l.de con. iecturis vltimarum volunt.* 11.

ta dos soluatur. constante matrimonio vno ex filiis mortuo, vxor per epistulam [a] petit à superstite filio, vti quandoque partem dimidiam dumtaxat dotis exigeret, & ea contentus eat: * alteram autem partem apud maritum eius remanere concedat. Quæsitum est, postea in matrimonio muliere defuncta, an maritus si de tota dote conueniatur à filio, doli mali exceptione se tueri possit: & an vltro * ex causa fideicommissi actio ei competit, vt de parte obligationis accepto ei feratur. Respondit, & exceptionem vtilem fore, & vltro ex fideicommisso peti posse. [b] Idem quærit, an de reliqua [c] dimidia parte mandati actio vtilis sit heredibus mulieris aduersus filium eius. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, maximè [d] post literas ad filium scriptas, non fore vtilem. Claudius: [e] quoniam in his expressit vt contentus esset parte dimidia [f] * dotis. quibus verbis satis fideicommissum filio relinqui placuit.[g]

* Flo. erit.

* Vltro. *sic.ȷ̄.de cond.cau.da.l.j.* alij vltra legũt, id est insuper.

* Flo. partis dimidiæ.

c ¶*De reliqua.* quæ non remanet in viro.

d ¶*Maximè.* abũdat, vt statim subiicit. sic *C.de ma.testa.l.fin.§ j.* Præterea nullum esset fideicom. si filius antè literas teneretur mandati, quia ei donatum esset. *Azo.*

e ¶*Claudius.* confirmans prædicta.

f ¶*Dimidia.* præmittit dimidiæ.

g ¶*Relinqui placuit.* Non ergo præsumitur ab initio donatum filio: alioquin quomodo valeret fideicomm. eius quod ei donasset? & sic facit hæc lex ad id quod no. supra *de neg.gest.l.Nesennius.*

Codicillis.] CASVS. Titius libertus cuiusdã qui vocabatur Maximus, fecit testamentum suum, & instituit sibi heredes Gaium & Sempronium. postea fecit codicillos, & ita in eis scripsit: Maximo domino meo.x. millia denaria dari volo. Itẽ eidem domino meo dari volo quinquies mille, quæ accepi in depositum à patruo dicti mei domini ea cõditione, vt eidem domino meo maximo viro facto reddam qui patruus vocabatur Iulius Maximus. & dictũ depositum volo dari eidem meo domino cũ vsuris quæ concurrerunt vsque nunc, quæ sunt in summa triginta millia ita enim iuraui domino Iulio Maximo patruo dicti domini mei Maximi. mortuo dicto Titio agunt procu. domini dicti Maximi contra heredes dicti Titij actione depositi, & petunt dictas pecuniæ quantitates: & non habent pro se alias probationes nisi dicta verba codicillorum quæritur, nunquid obtinere debeant dicti actores? Et dicitur quod sic: & hoc ideò, quia dictus Titius testator & codicillator affirmauit in codicillis se iurasse prædicta reddere patruo domini sui.

Confessio debiti facta in testamento si testator iurauit, vel iurasse se dicit, probationem inducit.

5. ¶Codicillis [h] ita scripsit, † Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα κύρια εἶ(ναι). Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια πεντακισχίλια, ἅ τινα ἔλαβον παρακαταθήκην παρὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, ἃ γίνονται σὺν τόκῳ τρεῖς μύρια, ἀποδοθῆναι αὐτῷ βούλομαι. οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. [id est, Volo omnia quæ infra ordinata sunt, firma esse. Maximo [i] domino meo denaria quinquies mille, quæ accepi in depositum à patruo eius Iulio Maximo, vt ei [k] viro facto vel adulto reddam, cum vsuris quæ sunt triginta millia, ei dari volo. ita enim patruo suo iuraui.[l]] Quæsitum est, an ad depositam pecuniam petendam sufficiant verba codicillorum, cùm hanc solam, nec aliam vllã probationem habeant. * Respondit, ex his quæ proponerentur, scilicet cùm iusiurandum dedisse super hoc testator adfirmauit, credenda [m] est scriptura.

† Alci.*lib.Disp.* 4.*cap.*12. locum hunc ex pandect. Florentinis repoluit: quem ita vertit Græ. Haloander, Volo vt omnia quæ subiecta sunt, firmitatẽ obtineant. Maximo domino meo donariũm quindecim millia, quæ depositi nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, vt illi, cum in virum prouectus esset, Maximi restituerem: vt maximè cum vsuris in triginta millia excurrãt, ei restitui volo. sic enim patruo eius iuraui.

h ¶*Codicillis.* videtur hîc in medio esse Græcum: eius autem interpretatio, volo omnia &c.

i ¶*Maximo.* proprium nomen est.

k ¶*Vt ei.* scilicet nepoti ac viro. ¶No. virum [b] demum esse adultum: sicut & mulier [c], corrupta: *vt supra de contrahen. empt.l. alioquin.*

[b] Vir pro adulto.

[c] Mulier etiam dici potest, quę corrupta.

l ¶*Iuraui.* vsque huc est Græci interpretatio: quam interpretationẽ R. non habebat, qui vaticinabatur hîc dicens ꝙ hæc pecunia fuit ab aliquo deposita apud testatorem, vel à se apud vnum de heredibus suis: & sic fuit in Græco confessus: & quod iurauit: verùm hæc confessio & iuramentum parum prodest: arg. *C. de proba.l.rationes. & .l. exempla. & .ȷ̄. de iureiuran.l.iij.§.j.secundum R.* Sed certè imò prodest. vt hic expressè dicit: quia contra se [a] est confessus, & dictæ.ll. loquuntur quando pro se. & est ad hoc supra *de interro.act. l. de ætate.§.i.& supra depo. l.Publia.§.si.& .C. de fal.cau.adie.l.j. & supra de leg.ij.l. antepenul.§.quisquis. & infra de dona. l. ex hac scriptura*

a Confessio nocet confitenti.

m ¶*Credenda.* ab heredibus tantùm: *vt in Authen.de iureiuran. à mo.§.j.colla.v. & .C. communia vtri. iu. l. scriptura.* Arg.contra *infra proxi. §.sed & si non crederetur, vim haberet fideicom. vt.d. §.quisquis.*

* Flo. habeat.

Si testator confitetur se debere non capaci, talis confessio nil operatur. Bartolus.

6. ¶Titia honestissima fœmina cum [in] negotiis suis opera Callimachi semper vteretur, qui [n] ex testamento capere non poterat, testamento facto manu sua [o] ita cauit: [p] † Τιτία διέθηκα καὶ βούλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθοῦ χάριν δηνάρια μύρια [id est, Titia testamentum cendidi, ac placet vt Callimacho dentur mercedis gratia denariûm decem milia.] Quæro, an hæc pecunia ex causa mercedis ab heredibus Titiæ exigi possit. Respondi, non idcirco quòd scriptum est, exigi posse, [q] in fraudem [r] legis relictum.

Titia.] CASVS. Honesta mulier quæ vocabatur Titia, ita dixit in testamento suo, quod testamentum fecit sua manu: sciebat enim scribere: Volo dari Callimacho decem millia denariorum gratia mercedis: quia opera sua vsa fui in negotiis meis. & in veritate dictus Callimachus erat talis persona, qui ex testamento alicuius aliquid capere non poterat. quęritur, nunquid dictus Callimachus possit petere dictam pecuniam sub nomine mercedis? Et dicitur quòd nõ: quia præsumitur ei relicta in fraudem legis quæ eũ prohibebat ex testamento capere. *Viuianus.*

† Vide Alci.*lib.* *lib.Prater.* 3. *hoc ipso tit.*

n ¶*Qui.* Callimachus. *Accursius.*

o ¶*Sua.* Titiæ. sic ergo fuit in scriptis.

p ¶*Ita cauit.* habeas, disposui & volui dari decem millia nomine mercedis. *Accursius.*

q ¶*Exigi posse.* quasi sit idonea probatio quòd merces debeatur Titiæ confessione, *argu.superioris respon.* Sed tamen contra est, vt subiicit. *& supra de testa.l. qui testamentũ.* & est ratio: quia ibi iurauit, & fuit capax legatarius: hic in vtroque secus. *& facit supra tit.ij.l.in tacitis.& .l.Lucius.§.in testamento.*

r ¶*In fraudem.* quòd [b] semper præsumitur nisi contrarium probetur secundùm Ro. *vt.d.l.qui testamentum.*

b Præsumitur in fraudem facta confessio facta in vltima voluntate, ad fauorem incapacis. *adde.l.testamentum. T. de probat.*

Dictio, siue, non inducit restrictionem. Bartolus.

7. ¶Ex his verbis testamenti, *Omnibus † quos quásve manumisi, manumiseram, siue his tabulis, siue † quibuscunque aliis filios filiásve suos omnes concedi volo.* Quæsitũ est, an his quos viuus manumisisset, debeátur filij. Respõdit, his quoque quos quàsve antè testamẽtum factum manumisisset, filios filiásve ex causa fideicommissi præstari oportere.[s]

† Generalis, specialiũ adiectione facta ꝑ particulã siue nõ inducit restrictionem.

† Siue particula quã habeat vim. *adde. l. si quis itaq. de auro.*

Ex his.] CASVS. Titius fecit testamentum, & multos seruos suos & ancillas libertate donauit: & alios & alias in seruitute reliquit: & postea in eodem testamẽto ita dixit: omnibus quos quásve manumiserim siue his tabulis, siue quibuscumque aliis, volo concedi filios filiásve omnes eorum manumissorum. quæritur, an filij eorum seruorum & ancillarum quos quásve viuus manumisit, debeant eis concedi? Et respon. quòd sic. *Viuianus.*

s ¶*Oportere.* scilicet ab herede. si habeas in textu, instituerat, subquas & dic præstari oportere, scilicet eorum filios & filias. *& facit infra de ali.leg.l.à filio.§.fina.*

Prohibitio alienationis ad alienationem necessariam se non extendit, sed ad voluntariam. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *lib.* 19. *Digestorum.*

Pater filium.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seiũ suum filiũ, & prohibuit ei alienare seu pignori ponere prædia quæ in hereditate sui testatoris erant: sed fidei eius commisit vt dicta prædia conseruaret filiis suis conceptis ex iustis nuptiis, & cęteris eius cognatis. mortuo Titio patre Seius eius filius trastulit pignoris & hypothecæ nomine in Gaiũ prædia hereditaria quæ pater obligata reliquerat Martino: & acceptis à dicto Gaio centũ mutuo sup dictis prędiis, soluit ea centũ Martino prædicto cui pater obligauerat dicta prædia pro centum: vel dicta prædia hereditaria vendidit Gaio pro cẽtũ, & ea soluit Martino cui ea obligauerat pater ꝓ centũ quæritur, nũquid valeat obligatio vel alienatio prędicta? Et videtur ꝙ non, quia testator ꝓhibuit obligationem & alienationẽ eorum, & cũ causa. dicitur tamen hîc quòd valet vtrunque. quia ea fecit filius ex necessitate, & non ex voluntate. *Viuian.*

a ¶*Heredem.* institutum: se.

b ¶*Rectè contractum.* quasi secundus loco sit primi. *sic. Cod. c. de his qui in prio. cre. l. j. & ij. & supra de donat. inter vi. & vxo. l. si donatæ. §. j.*

c ¶*Ignorarunt.* maximè nam idem si sciissent.

d ¶*Exsoluisset.* i. solui posset. Prohibita[a] ergo alienatione voluntaria videtur prohiberi non necessaria. *sic. s. tit. ij. l. fili. famil. §. diui. & §. cum pater. & s. tit. j. l. peto. §. prædium. & l. qui solidum. §. fin. & s. fa. erci. l. alienationes. & s. de admi. tu. l. quidam. §. pe. & de rebus eo. qui sub tu. vel cura. l. si pupillorum.*

† Verbum Conseruari adiectũ, cognationi, adgnationi, & similibus fideicommissum innuit. v. *Simonem de Prætis. j. vlt. volunt. interpret. 3. dubitat. 1. solut. 11. num. 64. 65.*

† Concor. c. placuit. in Glo. super verbo, necessitate. 12. q. 2. & ca. ea. enim. §. hoc ius porrectũ. ibi, in cæteris casibus excipitur, si debitum vrgeat, & ibi, si autem debitũ quod vrget, ex mobilib. solui non valet, primò res immobiles dentur pignori & c. 10. q. 2. ¶Tu ad loci huius intelligentiam vide Alci. lib. Disp. 4. ca. 1. circa fin.

a Voluntaria alienatione ꝓhibita, censetur & non necessaria prohibita.

Pater filium heredem [a] prædia alienare seu pignori ponere prohibuerat: sed conseruari † liberis ex iustis nuptiis & cæteris cognatis fideicõmiserat. filius p̃dia quę pater obligata reliquerat, dimisso hereditario creditore nũmis noui creditoris, à priore in sequentẽ creditorẽ pignoris hypotecæve nomine trãstulit. quęsitũ est, an pignus rectè cõtractũ esset. Respõdi, secundũ ea quæ proponerẽtur, rectè cõtractum.[b] Idẽ quæsiit, cum filius p̃dia hereditaria, vt admitteret hereditarios creditores, distraxisset: an emptores qui fideicõmissũ ignorauerũt,[c] bene emerint. Respõdi, secundum ea quæ proponerẽtur, rectè contractũ, si nõ erat aliud in hereditate vnde debitum † exsoluisset.[d]

Libertus liberti non continetur appellatione libertorum. Bartolus.

1. ¶Duobus libertis Sticho & Erote heredib. institutis, ita cauit, *Fundũ Cornelianũ de nomine† meorũ exire veto.* vnus ex heredibus Stichus ancillam Arescusam testamento liberam esse iussit, eiq; partem suam fundi legauit. quæro, an Eros & cæteri conliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab herede Stichi petere possint. Respondit, non contineri.[e]

Res contemplatione plurium prohibita alienari, ad eum ex pluribus pertinet, qui superest tempore alienationis. Bartolus.

2. ¶Filiam suam heredẽ scripserat, & ita cauerat, *Veto autem ædificium de nomine meo [f] extre: sed ad vernas [g] meos quos hoc testamento nominaui,[h] pertinere volo.* quæsitũ est, defuncta [i] herede, & legatariis [k] vernis, an ad vnum libertũ qui remansit, totũ fideicõmissum pertineret. Respondit, ad eũ qui ex vernis superesset, secundũ ea quæ proponerẽtur, virilem partem pertinere.

Alienatio prohibita ad tempus videtur esse permissa post tempus. Bar.

3. ¶Fundũ † a filio, quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignerari: & hæc verba adiecit: *Quòd si aduersus voluntatẽ meã facere voluerit, fundum Titianum ad fiscũ pertinere: ita enim fiet vt fũdus Titianus de nomine vestro [l] nunquã exeat.* Quæsitũ est, cùm viuus filius eum fundũ secundum volũtatẽ patris retinuerit: an defuncto eo, nõ ad heredes [m] scriptos à filio, sed ad eos qui de familia sunt, pertineat. Respõdit, hoc ex volũtate defuncti colligi posse, filium quoad viueret,[n] alienare vel pignerare non posse: testamenti autem factionem & in eo fundo in extraneos [o] etiam heredes habiturum.

Nudum præceptum vel prohibitio alienationis sine causa alienationem non impedit. Bartolus.

Duobus.] CASVS. Titius habebat multos libertos, inter quos erant Stichus & Eros. fecit dictus Titius testamẽtum, & instituit sibi heredes dictũ Stichũ & Erotẽ: & ita postea in eodẽ testamẽto cauit: fundũ Cornelianum meũ de nomine meorũ familiariũ exire veto. mortuo Titio testatore Stichus p̃dictus qui erat vnus ex heredib. venit ad mortem: & Arescusam ancillã hereditariã testamẽto suo liberã esse iussit, & eidẽ Arescusæ legauit partẽ suã dicti fundi Corneliani. postea defecerunt omnes illi qui continebãtur appellatione familiæ dicti Titij: & remanserunt omnes liberti sui præter dictũ Stichũ. veniũt modo dictus Eros coheres Stichi, & cæteri colliberti Stichi, & petunt dictum fundũ Cornelianum ab herede Stichi prædicti, quasi dicta pars fundi Corneliani sit alienata per Stichũ in eam personã, scilicet Arescusam prædictã, quæ non continetur appellatione familiarium dicti Titij testatoris. quæritur vtrum possint? Et respon. quod sic. *Viuianus.*

e ¶*Non contineri.* Arescusam istã nomine meorũ: & ideò Stichi pars ad Erotẽ & cæteros colliberto pertinet: scil. si deficiãt cęteri qui[b] familiæ appellatione cõtinentur, qui sunt præferẽdi: *vt. C. de verb. sign. l. fi. & s. tit. j. l. peto. §. fratre & fa. j. de verb. signi. l. Modestinus.* ¶Sed cõtra. *s. ti. j. l. cum pater §. cũ inter.* Sol. vt ibi. 2. Vel ibi in filio libertæ, hic in liberto libertæ & futuro de quo non cogitabatur. ¶Item ag. contra. *j. de ali. leg. l. alimenta. § j.* Sed ibi[c] apparet solu. ¶Item contra supra *tit. j. l. cum pater. §. fidei sol. ibi.*

Filiam suam.] CASVS. Titius habẽs ædificiũ super solo Sempronij instituit sibi heredem filiam suam Seiã: & ita postea dixit, veto autẽ ędificium de nomine meo exire: sed ad vernas meos. i. seruos ex ancillis meis natos, quos vernas hoc testamento nominaui & manumisi, pertinere volo. mortuo dicto Titio testatore filia sua Seia ab eo heres instituta, instituit sibi heredem quendam extraneum qui nõ erat de familia sua. postea dictus heres extraneus decessit. Item decesserunt dicti vernæ legatarij, & remansit vnus vel duo vel plures liberti qui non fuerant serui vernæ. quæritur, nunquid ad eum vel ad eos quos superuixisse dictum est, pertineat totum dictũ ædificium? Et dicitur quòd non: sed si omnes vernæ superuixissent, vel eorũ pars, ad quemlibet eorum virilis pars dicti ædificij pertineret. si autem vnus tantum ex dictis vernis vixisset, totũ dictum ædificium haberet. & hoc volt dicere litera, licet ipsa nimis sit breuis. *Viui.*

b Meorum appellatione continetur familia: seu mei & nostri pro familiaribus.

c Ibi non continetur libertus liberti appellatione libertorum, licet admittatur ad legatum ex vsu testatoris.

f ¶*Meo nomine.* huic verbo cæteri liberti qui non erant vernæ, confidebant: sed perperam. Ro.

g ¶*Sed ad vernas.* i.[a] domesticos ex ancillis suis. s. natos: *vt Inst. e. §. huic autem proxima.*

h ¶*Nominaui.* manumittendo.

i ¶*Defuncta herede.* & relicto herede alio qui nõ sit de familia. R.

k ¶*Et legatariis.* aliàs est, ad legatarios vernas: & tunc dic ad vnũ libertũ. s. alium vt vernam. ¶Item secundum hoc dic, ad eum. i. ad eos omnes. vulgari enim & simplici sermone hîc Scæuola vtitur. nam[b] ad eum, pro, eos omnes ponit. *sic. s. tit. j. l. cum quidam. & l. si pluribus. in princip.* & propriè ponit virilem: *vt. C. de cadu. tol. §. vbi autem.* Aliàs est in litera, & legatariis vernis scilicet defunctis omnibus præter vnum. & quod dicit ad vnum, scilicet vernã. & propriè ponit eũ: sed quod dicit, virilem, continet totũ[*] ex quo vnus tantum verna superest. nam pro toto pars, sicut pro plurali singularis numerus ponitur: *vt. j. de verbo. signifi. l. virili & l. in vsu. & j. eod. l. Lucius. §. collegium.* sic & vniuersitas[c] remanet in vno: *vt. s. quod cuiusque vniuer. l. sicut. §. fi. Accursius.*

a Vernæ pro domesticis seruis & natis domi ex ancillis.

† *Vide Alciat. in hunc locum.*

b Singularis & pluralis.

* Vide quę de hac re scripsit Alci. in commẽt. ad. l. virili. j. de verbo. signifi.

c Vniuersitatis nomen vel in vno remanet.

Fundum.] CASVS. Seius instituit sibi heredem filium suum: & in eodem testamento quo eum instituit, eum vetuit venundare, donare, & pignerare fundum Titianum hereditarium: & adiecit hęc verba: si aduersus meam voluntatem facere voluerit dictus meus filius, fundum Titianum prædictum ad fiscum pertinere volo. ita fiet vt fundus Titianus prędictus de nomine vestro nunquã exeat. mortuo testatore filius retinuit dictum fundum vsque ad mortem suam: & cum venit ad mortem, instituit sibi quendam extraneum in dicto fundo & in aliis suis bonis. modò quæritur, nunquid dictus extraneus possit tenere dictũ fundum, an verò illi de familia testatoris Seij: an verò fiscus? & videtur quòd extraneus habere non possit: quia ita dixit testator Seius: ita enim fiet vt fundus Titianus de nomine meo nunquam exeat &c. iudicatur tamẽ hîc quòd dictus extraneus habeat: quia per verba Seij testatoris talis eius voluntas colligi potest, scilicet filium donec viueret solummodò alienare vel pignerare vel donare non posse, sed heredes etiam extraneos non solùm in aliis rebus, sed etiam in dicto fundo instituere posse. *Viuianus.*

l ¶*Nomine vestro.* loquitur familiæ, & ex hoc oritur dubitatio.

m ¶*Heredes scriptos.* scilicet extraneos.

n ¶*Quoad viueret* solummodò.

o ¶*Extraneos* vnde apparet quòd superflua sint illa verba, ita enim &c. *& fa. C. de fideicom. l. voluntas. & s. tit. ij. l. filiusfa. §. diui. & §.*

Contra. tex. cum Gl. in. c. gratum. extra de postul. præla.

& §.cum pater. & l. qui solidum.§.prædium. & infra. proxi.§. ¶ Item contra. *supra tit.j.l.peto.§.fratre.* Solu.vt ibi.

Iulius Agrippa.] CASVS. Iulius Agrippa primipilaris habens filiam Titiam, & existens patruus magnus cuiusdam mulieris quæ vocabatur Iulia, id est, frater aui Iuliæ dictæ. fecit testamentum, & instituit sibi heredem dictam suam filiam, & præcepit in dicto testamēto ne vllo modo reliquias rationū quæ supererant à quodam qui administrauerat negotia sua, & prædium suburbanum aut domum maiorem heres eius pigneraret, aut vllo modo alienaret: nec adiecit causam prohibitionis. dicta filia sua heres ab eo scripta (vt dictū est) mortuo eo testatore heredem reliquit filiam, quæ erat neptis dicti testatoris, id est, Iulij Agrippæ primipilaris: quæ neptis mortua dicta sua matre easdem res diu possedit: & decedens ipsa neptis extraneos instituit heredes in dictis rebus quę prohibitæ sunt alienari, & in aliis suis bonis. modò quæritur, an dicti extranei heredes neptis possint habere dictas res alienari prohibitas: an verò pertinerent ad dictam Iuliā cuius erat patruus magnus dictus Iulius Agrippa primipilaris: sicque ipsa Iulia erat de familia Iulij. Et videtur quod ad dictam Iuliam debeant pertinere: quia ideo dictarum rerum videtur prohibuisse alienationem, vt remanerent illis de familia sua siue cognatione. quia autem ipse hoc non expressit, sicque fuit suum præceptum nudum: iudicatur hic quòd heredes extranei dictæ neptis habere debeant. & hoc dicit. *Viuianus.*

Liu. eo iterum reperitur.

4. ¶ Iulius Agrippa primipilaris testamento suo cauit, ne vllo modo reliquias [a] eius, & prædiū suburbanū, aut domum maiorē heres eius pigneraret, aut vllo modo alienaret. filia eius heres scripta heredem reliquit filiam suam neptem primipilaris, quæ easdem res diu possedit, & decedēs extraneos instituit heredes. Quæsitū est an ea prædia extraneus heres haberet: an verò ad Iuliam dominá quæ habuit patruum maiorē [b] Iulium Agrippam, pertinerent. Respōdi, cùm hoc nudum præceptum est, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, [c] quo minus ad heredes pertinerent.

Qui prohibetur alienare partem suam, non videtur prohibitus alienare partem quam redemit. Barto.

5. ¶ Quindecim libertis quos nominauerat, prædiolum cum taberna legauerat, & adiecerat hæc verba: *Sibique eos habere possidere volo ea lege & cōditione, ne quis eorū partē suam* [d] *vendere, donaréve, aliúdve quid facere alij* † *velit. quòd si aduersus ea quid factū erit: tunc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempub. Tusculanorū pertinere volo.* quidá ex his libertis [e] vendiderunt partes suas duobus cōlibertis suis ex eodem corpore: emptores autē defuncti Gaium Seium extraneū heredem reliquerunt. quæsitum est, partes quæ venierūt, vtrū ad Gaiū Seium, [f] an ad superstites collibertos suos, qui partes suas nō vendiderunt, pertinerēt. Respondit, secundū ea quæ proponerentur, ad Gaiū Seium pertinere. Idē quæsiit, an partes vēditæ ad rempublicam Tusculanorum pertinerent. Respondi non pertinere. [g] Claudius: quia non possidentis persona, qui nūc extet, respicienda est, sed emptorum, qui secundū voluntatem defunctæ ex illis fuerunt quibus permiserat testatrix venundari, nec conditio exstitit [h] dati fideicommissi Tusculanis.

† Alij alienare prohibitus, censetur prohibitus, alij præter coniunctum alienare. Nā alij cōiuncto potest alienare.

a ¶ *Reliquias.* Puta monumentum quòd vnà [a] cum prædio in quo est, posset alienari vel ignoranti, nisi esset prohibitio: *vt supra de act.empt.l.si mercedem.* §.j. & *supra de contrahend.empt.l.* & *liberi.*

b ¶ *Maiorem.* fratrem [b] aui paterni: *vt Institut. de gradi.* §. *quarto.*

c ¶ *Factum.* Imò extraneum instituendo facit cōtra voluntatem: *vt supra titu.j.l.peto.§.fratre.quæ est contra.* Solu. transit ad heredem etiam extraneum: *vt hic.* sed agitur ad interesse, vt ad legitimum institutum transiret sine pœna. secundùm Io. Sed contra *supra tit.j.l.codicillis.§.matre.* vbi excludunt legitimos omnino. Sed certè ibi fuit specialiter prohibitus legitimus: Vel [c] hoc fuit præceptum nudum in.l.illa peto. & in illa.l.codicillis. non fuit nudū. ad quod est supra *titu.ij.l.si filius.§ diui.* Item ad hoc infra *eodem. l.Lucius.in princip.* & *supra titu.j.l.cum pater.§. libertis.* & *l.qui solidum.§.prædium.* & *supra proxi.§.*

a Monumentū vna cum prædio in quo situ est alienari potest, aliū sit prohibitio.

b Patruus maior dicitur qui frater est aui paterni.

c Hanc probat Bartolus.

Quindecim.] CASVS. Titia fecit testamentum, & instituit sibi heredem, & legauit quoddam prædiolum suum cū taberna quindecim suis libertis quos nominauit in testamento, & adiecit postea talia verba: & volo eos libertos sibi habere & possidere dictum prædiolum cum taberna ea lege & conditione ne quis eorū partem suam vendere, vel donare, vel aliquid aliud facere alij extraneo velit: quòd si aduersus ea aliquid factum erit, tunc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempublicam Tusculanorū pertinere volo. mortua dicta testatrice duo ex dictis quindecim libertis vendiderunt suas partes dicti prædioli cum taberna duobus aliis de dictis quindecim libertis, puta Sticho & Pamphilo. dicti autem emptores venerunt ad mortem, & instituerunt sibi heredem quendam extraneum qui vocabatur Gaius Seius, modo quæritur, vtrum partes dictę venditę pertineant ad Gaium Seium extraneum institutum à Sticho & Pamphilo emptoribus, an ad superstites collibertos qui partes suas non vendiderunt, an verò ad rempublicam Tusculanorum? Et respon. quòd ad Gaium Seium extraneum debent pertinere, & non ad alios collibertos, vel rempublicam Tusculanorum est ratio secundum Claudium quare non pertinerent ad collibertos, quia non est respicienda persona possidentis, id est, Gaij Seij extranei instituti à Sticho & Pamphilo qui emerunt ab aliis: sed est inspicięda persona dicti Stichi & Pamphili emptorum, qui secundum voluntatem defunctæ tacitè ex illis libertis quindecim fuerunt, quibus tacitè permiserat testatrix vēdi, si inspiciatur eorum persona: & ipsi nec alij nō sunt prohibiti alienare nisi partes suas. ergo partes quas emerunt ab aliis secundum tacitam voluntatem defunctæ, nō sunt prohibiti alienare, vel extraneos in eas heredes instituere. Item ratio est quare nō habet respublica. Tusculanorum: quia conditio dati dictæ reipublicæ fideicommissi partium contra præceptum testatricis alienatarum non extitit, eo quòd fuerunt partes prædictæ venditæ dicto Sticho & Pamphilo: vel ideò quòd dicti emptores extraneum heredem reliquerunt: quia vt dictum est, inspicienda est persona emptorū, & non heredis extranei. *Viuianus.*

Fideicommissum quod tenuit à principio: si deficit ex post facto, remanet apud legatarium. Bartolus.

6. ¶ Fidei cōmisit eius cui duo milia legauit, in hæc verba: *A te Petroni peto vti ea duo milia solidorū reddas collegio cuiusdā templi.* quæsitum est, cùm id collegium postea dissolutū sit, vtrum legatū ad Petronium pertineat: an verò apud heredem remanere

d ¶ *Partem suam.* Nota partem [a] suam.

e ¶ *Ex libertis.* quòd permisit tacitè defunctus: *vt.C.de fideicom. l.voluntas.* & *l.quoties.R.* & *in fine huius.§.*

f ¶ *Ad Gaium Seium.* ad collibertos enim non pertinent: quia si alienarentur, non ipsi sed reipublicæ testator eas voluit restitui.R.

g ¶ *Non pertinere.* sed ipsorum partes quas ex testamento habuerunt, non quas à collibertis emerunt, reipubl. debebuntur extraneo herede instituto: *vt supra titu.j.l.peto.§.fratre. quæ est contra.* quilibet enim de familia de parte sua tantùm, & non de parte eorum qui sunt de familia, rogatus est, ex quacumque causa eam partem quærat: sed partem suam quilibet necesse habet seruare, vt dixi.

h ¶ *Conditio extitit.* scilicet quia fuerant partes venditæ collibertis: sed extitit, quia extraneum instituit: *vt supra titu.j.l.peto.§.fratre.* quæ est contra, secundum H. z. Vel dic, nec tunc, nisi in partibus suis quas ex testamento habent: vt dixi secundum R. & facit supra *eodem.§.fundum Titianum.* & *supra titu.j.l.cùm pater.§.libertis.* & *l.qui solidum.§.prædium.* & *l.vnum ex familia.§.j.*

a Suam partem hæreditatis alienare prohibitus, non intelligitur prohibitus alienare partem quam redemit.

Fidei commisit.] CASVS. Quidam nomine Tusculanus instituit sibi heredem Titium, & legauit cuidam nomine Petronio duo milia solidorum: & fidei dicti Petronij commisit in hæc verba: A te Petroni peto vt dicta duo milia solidorum quæ tibi legaui, reddas collegio pone beati Dominici. mortuo dicto Tusculano dictum collegium dissolutum est antequam dictus Petronius assequeretur ab herede dicti Tusculani dicta duo milia solidorum: & sic annihilatum est fideicommissum dicto collegio relictū. modò quæritur, vtrum dictum legatum pertineat ad Petronium legatarium, an verò remaneat apud heredem Tusculani? Et respondetur quòd si non remansit per Petronium quò minus solueret dictum fideicommissum collegio, sed per casum dissolutionis collegij: potest petere Petronius ab herede Tusculani dicta duo milia solidorum. *Viuianus.*

a ¶*Non stetit*.sed per casum fortuitú. ¶Sed cótra.j.*tit.j.l.si quis Titio*.Sol.hic aliàs erat legaturus,ibi non,sed vt ministro. ¶Item contr.s.*tit.j.l.codicillis.in prin*.Sol.vt ibi. ¶Item contra.j. *de adimen.leg.l.filio*.§.j.Sol.& ibi vt ministro. ¶Item facit.s.*tit.j.l.si quis quos & l.Iulianus.&.s.tit.ij.l.si fundum*.§.j.

debeat.Respódit Petronium iure petere,vtiq; si per eum nó stetit[a] parere defuncti voluntati.

Non solùm ex verbis,sed ex mente testatoris fideicommissum inducitur.Bartolus.

7. ¶Pater filios heredes scripserat, & adiecerat: *Prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa abalienét,sed cóseruét successioni suæ: déque ea re inuicem sibi caueant.* ex his verbis quæsitú est an prædia per fideicómissum relicta videantur.Respondit,nihil de fideicommisso proponi.[b]

Verba institutionis trahuntur ad fideicommissum.Bartolus.

8. ¶Ex parte dimidia heredi instituto per præceptioné fundú legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis coheredem tibi recipere in fúdo Iuliano meo,quem hoc amplius te præcipere iussi,Clodium Verú nepotem meum,cognatum tuum.* quæsitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur. Respondit deberi.[c]

Verba enuntiatiua ad grauatum directa,dispositionem inducunt.Bartolus.

XXXIX. IDEM *lib.20. Digestorum.*

P*Amphilo liberto hoc amplius quàm codicillis reliqui,dari volo centú. Scio omnia quæ tibi Pãphile relinquo,ad filios meos peruétura: cùm affectionem tuam circa eos bene perspectam*[d] *habeam.* Quæro, an verbis suprascriptis Pamphili fidei cómisit,vt post mortem filiis defuncti centum restituat. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur,non videri quidem, quãtum ad verba testatoris pertinet,fideicommissum Pamphili,vt cétum restitueret: sed cùm sententiam[e] defuncti[f] à liberto decipi satis inhumanum est, cétum ei relicta,filiis testatoris debere restitui: quia in simili specie[g] & imperator noster diuus Marcus hoc constituit.

Verbũ volo,seu vellẽ,inducit dispositioné quãdo à testatore pfertur.Bar.

1. ¶Propositum est,[h] non† habentem liberos nec cognatos, in discrimine vitæ constitutum per infirmitatem, arcessitis[i] amicis,†Gaio Seio contubernali[k] dixisse[l] quòd vellet ei relinquere prædia quæ nominasset: eáque dicta in testationé Gaium Seium redegisse,[m] etiam ipso testatore interrogato an ea dixisset,& responso eius tali μάλιστα inserto.[n] Quæsitum est, an prædia quæ destinata essent, ex causa fideicommissi ad Gaium Seium pertinerent. Respondi, super hoc nec dubitandum esse quin fideicommissum valeat.

Reuocato legato videtur reuocatum onus legato appositum.Bartol.

2. ¶Duas[o] filias ęquis ex partibus heredes fecerat:alteri[p] fundú pręlegauerat:& ab ea[q] petierat,[r] vt sorori suæ viginti daret. ab eadem[s] filia petiit,vt partem dimidiam fundi eidem sorori restitueret. quæsitum est, an viginti pręstari non deberent.Respondi non esse præstanda.[t]

Grauatus præstare fideicommissum tenetur ad illud in solidum licèt tam ipse quàm alius cum eo succedat defuncto alio iure quàm defunctus crederet,sed in eadem portione.Bar.

Pater filios.]CASVS. Titius instituit sibi heredes Seium & Gaium suos filios: & adiecit hæc verba: prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa alienent, sed conseruent successioni suæ, scilicet filiorum. & ita fecit Titius quòd dicti filij cauerent sibi inuicem quòd ita obseruarent. mortuo dicto Titio, successores dictorum filiorum Titij petebant à dictis filiis Titij dicta prædia per fideicommiss. quæritur, nunquid possint? Et dicitur quòd non: sed mortuis dictis filiis Titij bene debent peruenire dicta prædia ad successores filiorum Titij. *Viuian.*

b ¶*Proponi*. quò ad verba, secus ex mente, quæ[a] præualet: *vt.s.eo.l.fideicommissa.§.hæc verba.&.s.tit.ij.l.hoc modo.&.s.l.eo modo.& supra titu.j.l.vnum ex familia §.si.& facit.j.e.l.Iulianus.§.j.*

Ex parte.]CASVS. Titius instituit sibi heredes Seium & Sempronium quemlibet pro dimidia,& præter partem hereditariam prędictam prælegauit Seio quendam suum fundum nomine Iulianum, & ab eo Seio ita petiit: peto à te vt velis coheredem tibi recipere in dicto fundo Claudium Verum nepotem meum, qui est tuus cognatus. quæritur, an pars dicti fundi debeatur dicto Claudio ex causa fideicomm. Et respond. quòd sic, licèt nomine coheredis sit vocatus.*Viuianus.*

a Mens verbis præualet.

c ¶*Deberi*.licèt[b] non nomine fideicommissarij sed coheredis sit vocatus.& facit.j.*eod.l.Lucius.§.si.* ¶Sed contra infra *eo.l. Iulianus §.ex his*. sed illud de rigore:*vt.j.proxi.nota*.vel alia verba sunt ibi.

b Testator prælegauit prædiú hæredi, deinde iussit hæredem recipere Sempronium cohæredé in d. prælegato fundi, Sempronius illo casu non venit vt cohæres, sed vt legatarius vel fideicommissarius. *v.Romanum singulari 154.*

P*Amphilo.*]CASVS. Titius fecit codicillos.& pamphilo liberto suo in eis codicillis multa reliquit: postea fecit testamentum, & instituit filios suos sibi heredes: & ita in eodem testamento dixit,Pãphillo liberto meo hoc amplius quàm in codicillis reliqui, dari volo centum.Item postea ita subiunxit, scio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura, cùm affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam.quæritur, verum videatur Titius per dicta verba Pãphili fidei commisisse vt post mortem suam Pamphili restituat centum prædicta filiis defuncti? & dicitur quòd non quantum ad dicta verba testatoris, sed secundú sententiam sic. [PROPOSITVM.]Titius & Gaius Seius milites erant, & erant contubernales, id est socij in quodam castro pro imperatore. dictus Titius nó habens liberos nec cognatos, infirmus existens,conuocatis amicis suis dixit dicto Gaio cótubernali suo quòd volebat ei relinquere prædium suum Titianum,& Cornellanum: & Gaius Seius interrogauit eum coram testibus si ita placebat ei,& ipse respondit quòd sic.quæritur, nunquid ex causa fideicommissi dicta prædia pertineant ad Gaium Seium? Et videtur quòd non:quia Titius non dixit, relinquo: imò dixit, volo relinquere.Respondetur tamen quòd sic. [DVAS FILIAS.] Titius instituit sibi heredes duas suas filias ex æquis partibus, quarum vna vocabatur pone Titia, & alia Seia: & alteri puta Titiæ prælegauerat fundum Titianum: & ab eadem Titia petiit gratia dicti prælegati vt sorori suæ Seiæ viginti daret. Itẽ petiit ab eadem Titia vt partem dimidiam dicti fundi Titiani dictæ Seiæ restitueret. mortuo Titio est nunc quæstio inter Titiam & Seiam de dictis viginti.& dicebat Seia se debere habere medietatem fundi & viginti. Titia autem dicebat quòd Seia nó debebat habere nisi medietatẽ fundi:quia per fideicómissum relictú Seiæ à Titia de medietate fúdi fuit annihilatum legatum Titiæ de dicto fúdo:quia illa pars fúdi prædicti quæ remanet apud Titiam,nó remanet apud eam iure prælegati: imò iure hereditario. cum enim vni ex heredibus aliquid prælegatur, medietatẽ prelegati capit à coherede suo iure prælegati:& aliã medietatẽ iure hereditario: quia à seipso nó potest sibi legari.Si ergo est annihilatum prælegatú meũ, dicit Titia: ergo debet præsumi quòd nec tibi Seię voluerit pater noster dari per me viginti prædicta. quæritur, quid iuris sit? Et respó. quòd Titia fouet rationem: & non dabit Seiæ nisi medietatem fundi.*Viuianus.*

d ¶*Perspectam habeã.* quasi dicat,& ideò nominatim & expressim te non grauo.

e ¶*Cũ sentẽtiã*.tacitã.

f ¶*Defũcti*.q plurimũ confidẽs de liberto,nó grauauit eũ expressim.

g ¶*In simili specie*.s. inter virũ & vxorem: *vt supra titu.j.l.vnum ex.§.si.& facit infra de adi.le.l.alumnæ.in prin.& facit.s.proxi.§.pe.cum suis concor.*

h ¶*Propositum est*.quendam militem.

i ¶*Arcessitis*.id est vocatis.

k ¶*Contubernali*.ex hoc verbo liquet testatorem hunc fuisse militem.R.cum contubernales[a] propriè dicantur in exercitu,in eodem puta tentorio duo milites vel tres: *vt supra commoda.l.rem mihi.§.in exercitu.*

l ¶*Dixisse*.propositum est,quod est.*supra in princip.§.*

m ¶*Redegisse*.i.vocauit de hoc testes.non autem fuit scriptum.

n ¶*Tali inserto*.s.quòd dixit se dixisse. nam ad interrogatú in Latino,videtur responsum in Græco:*vt Inst.de inutt.stip.§.præterea.* est enim hîc Græcum.*& facit supra de milit.testa l.diuus.*

o ¶*Duas*.puta Titiam & Seiam.

p ¶*Alteri*.scilicet Titiæ.

q ¶*Et ab ea*.scilicet Titia.

r ¶*Petierat*.scilicet gratia huius prælegati.

s ¶*Ab eadem*.scilicet Titia:& sic prælegatum est nullum.

t ¶*Præstanda*. cum enim certum sit testatoré pœnituisse de prælegato,ergo & de onere propter id imposito videtur pœnituisse. & sic no.secundum R. quòd si vni ex heredibus aliquid prælegatur, &

† Sic Flo.rectè. alij codices habent accersitis. non rectè. .i.maximè. *Alc.lib.3.parer. c.23.*

† Actus præsumitur deliberatus quem cóuocatis amicis conficimus. *v.Tiraquell. tract. de pœnis tẽper. causa.22. nu.78*

a Contubernales qui dicãtur.

tur,& partem eius & aliquid aliud rogetur restituere pro eo quod supra est:non valet relictum.

XL. IDEM *libro vicensimoprimo Digestorum.*

POst emancipationem patris suscepta,[a] à patruo vt legitimo[b] herede petierat vt partem hereditatis auunculo[c] suo daret, & agros duos. ad vtrúmque autem vt proximum cognatum successio eius pertinuit per bonorum[d] possessionem. Quæsitum est, cùm in parte hereditatis fideicommissum non constiterit, quam suo iure per bonorũ possessionem auunculus habiturus est, an nihilo minus in partẽ agrorum consistat, vt Titius partes agrorum duas,[e] id est vnam quam suo iure per bonorũ possessionem habeat: alteram verò partem ex causa fideicommissi petere debeat. Respondit posse[f] petere. Item quæsiit, si ab eodem patruo fideicommissum alijs quoque dederit vtrum in solidum, an verò pro parte ab eo præstanda sint. Respondit, in solidum præstari.[g]

Iussus aliquod corpus hereditarium retinere, pro parte sua retentionem, pro parte coheredum etiam petitionem habebit. Bartolus.

1. ¶ Seiam ex dodrante, Mæuium ex quadrante instituit, heredes: fidei Seię commisit in hęc verba: *A te peto, tuæque fidei committo, quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit, restituas filio tuo, retentis*[h] *tibi hortis meis.* Quæsitũ est, cùm generali capite fideicõmisisset, quisquis heres esset de omnibus vt præstarent quòd cuique legasset, præstari fieríve iussisset: an cùm dodrantem hereditatis restituerit, hortos in assem vindicare Seia debet. Respondit, etiam coheredis fideicommissum videri,[i] vt quadrãtem quem in his hortis haberet Seiæ, redderet.

Si verba legati sunt ambigua, causa legati est inspicienda. Bartolus.

XLI. IDEM *libro vicensimosecundo Digestorum.*

VXorem & filium communem heredes instituit, & vxoris fideicõmisit in hęc veba: *Peto à te domina vxor, ne ex fundo Titiano partem*[k] *tibi vindices, cùm scias me vniuersam emptionem eius fundi fecisse, sed beneficio affectionis & pietatis quam tibi debui, eandem emptionem, cùm nummis meis comparassem, tecum communicasse.* Quæsitum est an eum fundum in solidum filij esse voluerit. Respondit, eum de quo quæreretur, perinde rationem in fundo haberi voluisse, † ac si vniuersus hereditarius esset, vt pro dimidia parte & vxor & filius agrum vt hereditarium habeant.

Non est verisimile testatorem grauare heredem voluisse duplici præstatione. Bartolus.

1. ¶ In testamẽto ita scriptũ fuit,

POst emancipationem.] CASVS. Gaius habens filiam Titiam quam habuit postquam fuit emancipatus à patre suo, habebat similiter fratrem Seium qui erat patruus ad dictam Titiam, & qui Seius per emancipacipationem dicti Gaij fratris sui desiit esse eius agnatus, & cœpit esse inter cognatos. Itẽ habebat dictus Gaius pater Titiæ fratrem vxoris suæ Gaiæ: quæ Gaia erat mater dictæ Titiæ. qui frater vxoris Gaij erat auunculus ad dictam Titiam, & vocabatur Titius. decessit dictus Gaius, & remãsit filia Titia: quæ Titia fecit codicillos: & credens dictum suum patruum adhuc esse eius agnatum, & solum habere debere hereditatem eius ab intestato, petiit ab eo in dictis codicillis vt partem hereditatis dicto Titio auunculo suo daret, & vt daret eidem auunculo fũdum Titianum & Seianum qui erant ipsius Titię. Item petiit ab eodem patruo vt quædam fideicommissa quibusdam alijs daret. mortua dicta Titia bonorum possessio sua peruenit simul ad dictum patruum & auũculum: quia erant eius proximi cognati. auunculus est enim inter cognatos: patruus autem factus est inter cognatos per emancipationẽ prædictam Gaij patris Titiæ: & sic deuenit hereditas Titiæ ad eos quos ipsa volebat, licèt alio tramite. de fideicommisso ergo patris hereditatis dando per patruum auunculo, planum est quòd non valuit, ideò quia suo iure per bonorum possessionem eam partem hereditatis habiturus erat auunculus. sed de fideicommisso dicti fundi Titiani & Seiani dando per dictum patruum auunculo quæritur hoc modo, an dictus Titius auũculus ambas partes dictorum agrorum habere possit, s. vnam partem suo iure per bonorum possessionem, aliam verò ex causa fideicõmissi petere possit à patruo coherede suo? & dicitur quòd sic. Sed quid? nunquid dictus patruus debet solus & in solidum præstare alia fideicommissa relicta per Titiam ab eo patruo quibusdam alijs: an verò tãtum pro parte hereditatis Titiæ quæ sibi remansit? Et dicitur quòd in solidum. [SEIAM EX.] Titius instituit sibi heredem Seiam ex nouem vnciis hereditatis suæ, & Męuium in tribus: & ita postea dixit: quisquis de omnibus heredibus meis heres mihi erit, præster illud quod alicui legaui, & præstari fieríve iussero. postea fidei prædictæ Seiæ in nouẽ vnciis institutæ commisit in hæc verba: à te Seia peto, fideique tuæ committo, vt quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit, restituas filio tuo retẽtis tibi hortis meis, in quibus quidem hortis dicta Seia habebat tres partes, sicut ipsa erat instituta in nouem vnciis, & coheres suus Męuius habebat in eis hortis tres partes, sicut ipse fuit in tribus vnciis institutus. modò quęritur, vtrũ Seia debeat habere integros hortos prędictos, cum dictas nouem vncias hereditatis restituit filio suo secundum præceptum testatoris? Et respondetur quòd sic. nam fidei Mæuiæ coheredis videtur commissum per testatorem vt redderet Seiæ illas tres partes quas in dictis hortis habebat dictus Mæuius: vt dictum est. *Viuianus.*

a *Suscepta.* & concepta: *vt Inst. quibus modis ius pa. po. sol. §. fi.*

b ¶ *Vt legitimo.* ergo in codicillis rogauit: in quibus possunt grauari legitimi: *vt. 3. tit. ij. l. conficiuntur. in prin.* ¶ Et nota quòd hic ignorabat[a] ius agnationis esse finitum per emancipationem sui patris: hodie tamen non tollitur inter patrem & filium: & sic nec inter hanc neptem & patruum: *vt Institu. de leg. agna. suc. §. fi.*

c ¶ *Auunculo.* & sic per fideicommissum auunculum heredẽ fieri voluit simul cum patruo scilicet quem sperabat ei successurũ.

d ¶ *Per bonorum possessionem.* vnde cognati: qua vocantur etiam agnati capite minuti: *vt Inst. de succes. cog. in princip.* & sic deuẽtum est eò quò defũcta voluit, licèt alio tramite.

e ¶ *Duas.* non dicit duas respectu tertiæ: sed id est ambas, eis diuisis in duas partes.

f ¶ *Posse.* hoc enim voluit testatrix vt prædia in solidum haberet auunculus.

g ¶ *Præstari.* Non aperit à quo: vnde si dicas ab vtroque, obstat supra *ti. j. l. Celsus. §. pen.* vbi neuter præstat: nec is qui sperabatur & nõ est, nec alius qui est præter spem. Sol. illud est cum fit testamentum, & vnus instituitur. nunc enim si ille non est heres, non valet testamentum, & ideò nec legatum. hic autem fecit codicillos: sed dicas à patruo solo. Sic enim hic quæritur: ad quod videtur esse responsum. ¶ Sed tunc est contra *supra tit. j. l. cum pater. §. cum existimaret. & de codic. l. is qui.* Solu. ibi de æquitate: hic de rigore. 2. Vel ibi vnum tantùm credebat successurum: vnde non mirum si legatum minuitur. hic autem de ambobus credidit: & ambo sunt, licèt alio tramite quàm sperabat: & sic patruus solidum præstat.

h ¶ *Retentis.* hinc oritur quęstio, vt infra dicam.

i ¶ *Fideicommissum videri.* licèt sit retinere[b] eorum tantùm quę iam habemus. *& facit supra titu. j. l. cum pater. in princip. & supra tit. ij. l. si seruus legatus. § fi. & de alimen. leg. l. à filio.*

VXorem.] CASVS. Titius de sua propria pecunia emit fundum Titianum: sed quia diligebat vxorem suam Seiam, fecit dicere chartam emptionis in se: & in ea postea fecit testamentum, & instituit sibi heredem dictam vxorem, & filium quem ex ea habebat: & vxoris fidei commisit in hæc verba: peto à te domina vxor ne vindices tibi ex causa emptionis partem ex dicto fundo, cùm scias me vniuersam emptionem ipsius fundi fecisse, sed communicasse me tecum eandem emptionem beneficio affectionis & pietatis quam tibi debui. modò quæritur, vtrum per dicta verba debeat habere filius totum fundum? Et dicitur quòd non: imò videtur voluisse dictus Titius testator vt pro dimidia diuidant dictum fundum: cùm si non dixisset dicta verba, & non apparet alio modo totam emptionem in veritate testatoris fuisse, vxor haberet dimidiam fundi ex emptione, & aliam dimidiam diuideret cum filio. *Viuianus.*

k ¶ *Partem.* id[c] est dimidiam, aut partem: alioquin si hoc non dixisset, vxor haberet dimidiam, & aliam dimidiam diuideret cum filio per medium, & sic filius haberet quartam, & reliquam vxor: *vt infra de pecu. lega. l. dominus. § dominus. & facit. C. si quis alteri vel sibi. l. multum. & supra titu. ij. l. serui electio. §. fi.*

In testamento.] CASVS. Titius habens multos libertos, inter quos erat quidam qui vocabatur Fortunius, ita inter alia scripsit in testamento suo: domum meam Titianam cum horto ei applicito libertis meis concedi volo. postea ita dixit: Fortunio liberto meo ex dicta domo dięctam in qua habitabam, item cellarium iunctum

a Agnationis ius iure nouo non finitur per emancipationẽ patris.

† A verborũ significatione nõ aliter est recedendum, nisi cum cõstat testatorem aliud voluisse. *Glo. e. ex literis. extra de spon. & matrimon.*

b Retinere ea pprie dicimur quæ prius habuimus.

c Partis appellatione intelligitur dimidia.

eidem diætæ ab herede meo concedi volo. quæritur, vtrum heres teneatur præſtare Fortunio dictam domum & cellarium? Et dicitur quòd non: quia vniuerſa domus Titiana in qua erat dicta diæta, & cellarium, fuit legata libertis: inter quos libertos erat dictus Fortunius. vnde non debet eadem res eſſe legata bis ab eodem teſtatore, quod eſſet ſi deberetur ei diæta & cellarium. *Viuianus.*

a ¶ *Applicito.* eidem domui.

b ¶ *Et alio capite.* ſ. ita ſcriptum fuit. Hu.

c ¶ *Oneratum.* ſcilicet omnibus libertis generaliter, & iſti ſpecialiter. 2. Vel iſti æſtimationem diætæ & cellarij ex hac clauſula; ex ſuperiori verò ſibi & aliis totũ legatũ. quod in idẽ recidit. & hoc verum niſi aliud appareat voluiſſe teſtatorem: *vt. C. de cad. toll. §. penulti. & . ſ. tit. j. l. ſi pluribus. §. j.* ¶ Itẽ non obſtat *ſupra tit. j. l. qui duobus. §. j.* Sed ibi in quantitate: hîc in ſpecie legata bis eidem perſonæ: *vt. C. eo. l. cum quæſtio. §. j. & ſupra titul. j. l. planè. §. j.* 2. Dic ergo ſecundùm Azo. primum[a] legatum minui tantum quantum ſecundo datur: & ſecundum contentum eſſe ſuo ſpeciali: quia ſic videtur teſtator voluiſſe: *vt ſupra tit. j. l. ſi pluribus. & . C. eo. l. cum quæſtio. in princip.*

Codicillis.] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem vxorem ſuã Seiam, & quoſdam alios: & in eodem teſtamento cõfirmauit codicillos, ſi quos poſtea faceret. poſtea fecit codicillos: & ita in eis cauit: omnibus autem libertis meis quos manumiſi inter viuos, vel in his codicillis, vel quos poſtea manumiſero, lego contubernales ſuas, quæ ſunt meæ ancillæ. Item lego eis filios & filias eorum præter illos filios & filias libertorum quos & quas volui in teſtamento meo pertinere ad vxorem meam: & præter illos quos eidem vxori meæ nominatim legauero. poſtea fecit quãdam epiſtolam dictus Titius, & in ea petiit ab heredibus ſuis vt regionem Vmbriæ Tuſciæ poſitam in Piceno reſtituerent vxori ſuæ prædictæ quæ erat eorum coheres, cum omnibus quæ in dicta regione erant & cum mancipiis ruſticis & vrbanis, & actoribus qui in dicta regione erant, exceptis manumiſſis: & non ſubiunxit, & exceptis filiis eorum & filiabus & contubernalibus. mortuo dicto Titio venit Dama qui ſtabat in dicta regione vxori legata, quem Damam teſtator prædictus viuus manumiſerat: & petebat à dicta vxore & à coheredib᷒ ſuis duos ſuos filios ſeruos teſtatoris, quorum vnus vocabatur Stichus, & alter Eros: & allegabat pro ſe verba codicillorum quæ talia fuerunt, vt dictum eſt, omnibus autem libertis meis &c. dicebat vxor, imò debent dicti tui filij ad me pertinere: quia in epiſtola ſuprapoſita mariti mei non continetur aliquid de filiis, imò dixit in ea maritus meus, exceptis manumiſsis &c. & non dixit, & exceptis filiis eorum. quæritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd ad Damam patrem debent pertinere intuitu pietatis. *Viuianus.*

d ¶ *Damæ.* datiui caſus Damæ.

e ¶ *Pietatis intuitu.* cuius[b] intuitu nõnunquam à iure cõmuni receditur, nedum à proprietate verborum. Eſt[c] ergo hæc pietas, vt non ſeparentur: *vt ſupra titulo. ij. l. ſi domus. §. qui confitetur. &*

† l. vxores ma- ſic Haloander, ſuos. Ant. Aug. lib. j. c. 2.

a Præſumitur nemo duplici præſtatione heredem onerare velle. Quo caſu quæritur, an cedant legata? Dic eatenus primo adimi, quatenus ſecũdo legatur *vt hic l. cum quæſtio. C. de legatis.*

b Pietatis intuitu nonnunquã receditur à iure cõmuni & proprietate verborum.

c Pietas ſumma hæc eſt interpretationis qua partus ac liberi à parẽtibus nõ ſeparantur.

Domum meam cum horto applicito[a] *libertis meis concedi volo.* & alio[b] capite, *Fortunio liberto meo ex domo mea quam libertis dedi, diætã in qua habitabam, item cellarium iunctũ eidẽ diætæ ab herede meo cõcedi volo.* Quæſitũ eſt, an heres teſtatoris oneratus videatur in pſtãdo legato Fortunio, quãuis domus vniuerſa libertis ſit prælegata. Reſpõdit, non eſſe oneratũ.[c]

Legato generali per minus generale derogatur. Bartolus.

2. ¶ Codicillis cõfirmatis ita cauit, *Omnib. autẽ libertis meis & quos viuus, & quos his codicillis manumiſi, vel poſtea manumiſero: contubernales ſuas,* † *item filios filias lego, niſi ſi quos quáſve ad vxorem meam teſtamento pertinere volui, vel ei nominatim legaui, legauero.* Idẽ poſtea petiit ab heredibus ſuis vt regionẽ Vmbriæ Tuſciæ Piceno coheredes vxori ſuæ reſtituerẽt cum omnibus quæ ibi erunt, & mancipiis ruſticis vel vrbanis, & actoribus, exceptis manumiſſis. Quæſitum eſt, cùm Eros & Stichus ſerui in diem vitæ teſtatoris in Vmbria in Piceno actum adminiſtrauerint, ſin autem Damæ,[d] quem teſtator viuus manumiſerat, filij naturales: vtrum eidem Damæ ex verbis codicilli ab heredibus præſtandi ſint: an verò ad Seiam vxorem ex verbis epiſtulæ pertineant. Reſpondit, ex codicillis ad patrem eos naturalé pietatis intuitu[e] pertinere.

Generi per ſpeciem derogatur. Bartolus.

3. ¶ Feliciſſimo & Feliciſſimę, quibus libertatem dederat,[f] fũdum Gargilianum legauit cum caſa: & alio capite Titio filio quem ex parte quarta heredem ſcripſerat, prælegauerat in hæc verba, *Titi fili hoc amplius de medio ſumito legata mea quæ mihi tam pater tuus præſens quàm Cælius iuſtus frater patris relinquerunt.* Quęſitum eſt, cum fundus Gargilianus teſtatrici à marito eius, id eſt à patre Titij filij, legatus ſit, cui fundus ex cauſa fideicommiſſi debeatur: vtrum Titio filio tantùm, an Feliciſſimo & Feliciſſimæ, an tribus.[g] Reſpondit, non eſſe veriſimile, eam quæ nihil aliud Feliciſſimo & Feliciſſimæ, niſi hæc quæ ſpecialiter, legauit: ad filium cui & hereditatis ſuæ partem reliquit, legatum generali ſermone[h] transferre voluiſſe.

Verba præſentis temporis reſtringuntur ad tempus teſtamenti. Barto.

4. ¶ Teſtamẽto pueros ita legauerat, *Publio Mæuio dominiculo meo ab heredib᷒ meis dari volo pueros quinque ex meis, dumtaxat intra annos ſeptem.*[i] poſt annos complures quàm fecit teſtamentum, moritur. Quæſitum eſt cuius ætatis Mæuio mancipia debeantur: vtrúm ne quæ teſtamenti facti tempore intra ſeptem annos fuerunt, an quæ mortis tempore

C. communia vtri. iud. l. poſſeſſionem. & . j. ea. l. §. concubinæ. 2. Eſt & alia ratio, quia ſpecies[a] derogat generi: & non econtra: *vt infra proxi. §. & infra de reg. iur. l. in toto & infra eo. l. ſeruis vrbanis. §. fin.* 3. Eſt & alia hîc, quia non reliquit nominatim vxori. & facit *ſ. tit. ij. l. Titia textores.* ADDITIO. Ex tribus rationibus ab Accurſio allatis Bartholus probat duas priores. Poſtremam verò hanc, quia non reliquit nominatim vxori, [ſic enim legendum] reiicit. *Contius.*

Feliciſſimo.] CASVS. Titia habẽs filium Titium, & habẽs ſeruum nomine Feliciſſimum, & ancillam nomine Feliciſſimam, & habẽs multa legata ex teſtamento præſentis ſui viri quondam, inter quæ legata erat quidam fundus qui vocabatur Gargilianus, & habens ſimiliter multa legata ex teſtamento Cœlij Iuſti fratris dicti mariti, fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem dictum ſuum filium, & tres alios: & dicto Feliciſſimo & Feliciſſimæ libertatem dedit. poſtea legauit dictis Feliciſſimo & Feliciſſimæ dictum fundum Gargilianum cum quadam caſa ſiue domo quæ erat iuxta eum fundum. poſtea filio ſuo prædicto prælegauit in hæc verba, Titi fili hoc amplius de medio ſumito legata mea quæ mihi tam pater tuus Præſens quàm dictus Cœlius Iuſtus frater patris tui reliquerunt. in veritate autem, ſicut dictum eſt, dictus fundus Gargilianus erat inter alia legata quæ præſens maritus teſtatricis reliquerat eidem teſtatrici. modò quæritur, cui dictus fundus debeatur, vtrum Titio filio teſtatricis tantùm ex verbis generalibus teſtatricis: an Feliciſſimo & Feliciſſimę ex ſpeciali legato eis prius per teſtatricem relicto: an verò tribus eis? Et dicitur quod ad Feliciſſimum & Feliciſſimam: quia non eſt veriſimile quòd teſtatrix voluerit transferre legatum dicti fundi de Feliciſſimo & Feliciſſima, quibus nihil aliud reliquerat niſi dictum fundum, ſpecialiter in filium ſuum Titium cui hereditatis ſuæ quartam partem reliquit: & hoc per illa generalia verba, Titi fili hoc amplius &c. quæ ſupra poſita ſunt. *Viuianus.*

f ¶ *Dederat.* quædam mulier.

g ¶ *An tribus.* id eſt Feliciſſimo & Feliciſſimæ & Titio.

h ¶ *Generali ſermone.* Not. ex generali[b] conceſſione videri detrahi quod alij conceditur ſpecialiter: quia ſpecies[c] generi derogat: *vt & . C. de ſecun. nup. Auth. nunc autem. & ſupra quibus cauſis ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. deinde. & ſupra ſi quis can. l. e. ſed & ſi. §. quæſitum.*

Teſtamento ita pueros.] CASVS. Titius libertus Publij Mæuij fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Gaium & Seium: & ita poſtea dixit: Publio Mæuio domino meo dari volo ab heredibus meis namque pueros ex ſeruis meis exiſtentes dumtaxat intra annos ſeptem. poſtea poſt multos annos deceſſit dictus teſtator. certè iudicatur hîc quòd illi ſeptem pueri qui fuerunt intra ſeptem annos tempore teſtamenti, debent dari legatario: & non illi qui ſunt ſeptem annorum tempore mortis teſtatoris. *Viuianus.*

i ¶ *Intra annos ſeptem.* id eſt qui ſunt minores ſeptem annis. & *facit. infra de verbo. ſignifi. l. pueri. in fine.*

a Species derogat generi at nõ genus ſpeciei.

Sic legendum ex manuſ. & ſic legit Bartolus.

b Generali ex conceſſione id detrahitur quod alteri ſpecialiter conceſſum eſt.

c Concor. tex. c. generi. & Gl. ordin. de regul. iur. in 6. regula an quãdo procedat vide Dy. & Gl. ibi.

Cum

a ¶ *Cùm à testatore.* Imò mortis tempore: *vt.j.de ali. & ciba.lega.l.Mela.§ j.* Sol.ibi.[a] ¶ Item arg.contra.*j.de condit.& demonst.l.filia.§.fin.& j.de fund.instru.& instrumen.lega.l.pen.& facit.s.eodem.l.nomen.§.filio.& quod ibi nota.& infra de aur.& argen.lega.l.si ita.*

a Dic secundũ Bart. ibi propter factũ defuncti augẽtis vel minuentis relictum inspici tempus mortis, secundũ Dy.

intra eam ætatem inueniantur. Respondit, eam videri ætatem designatam, quæ esset cùm à testatore[a] relinquerentur.

Propter duram separationem vitandam verbum filij porrigitur ad nepotes.Bart.

5. ¶ Concubinæ inter cætera his verbis legauerat: *Fundum in Appia*[b] *cum villico suo & contubernali eius & filiis dari volo.* Quæsitũ est, an nepotes quoque villici & contubernalis * eius testator ad concubinam pertinere voluit. Respondit, nihil proponi cur nõ deberentur.[c]

Appellatione patriæ etiam suburbia continentur. Itẽ calendaria & pecunia ad calendariũ destinata nõ cedunt legato eorum quæ sunt in loco. Bartolus.

6. ¶ Legauerat per fideicommissum Mæuio[d] ita, *Et quicquid in patria Gadibus*[e] *possideo.* Quæsitũ est, an si quã suburbanã[f] adiacẽtem possessionem haberet, hæc quoq; ex causa fideicõmissi Mæuio debeatur. Respondit, posse ad hanc quoque verborũ significationẽ extendi.[g] ¶ Item quæsitum est, calendarij[h] † quod in patria sua, vel intra[i] fines eius defunctus exercuit, instrumenta in domo quam in patria sua[k] habebat, reliquit:[l] an id quoque calendarium propter verba suprascripta Mæuio ex causa fideicommissi deberetur. Respondit, non deberi. Item quæsitum est, an pecunia quæ in arca domi Gadibus inuenta esset, vel ex diuersis nominibus exacta, & ibi deposita, ex fideicõmisso debea-

¶ *Concubinæ.*] CASVS. Titius legauit cõcubinæ suæ hoc modo: fundũ meum positum in Appia volo dari cõcubinæ meæ cũ villico qui stat pro me in dicto fundo, & contubernali dicti villici, & filiis. Certè dicitur hic quòd in hoc legato cõtinetur nõ solùm dicta cõtubernalis & filij villici, sed etiam nepos villici. Viuianus.

b ¶ *In Appia.* nomẽ regionis: sed aliàs mãcipia. Accursius.

c ¶ *Cur non deberentur.* nam appellatione[b] filij continẽtur nepotes ex causa pietatis dũ de dura separatione tractatur: vt hic, & *infra de verbor.signific.l.liberorum.§ j.* & sic potest intelligi *in eod.tit.l.filij.& l.iusta.* & sic soluitur contra. *Institu.qui dare tuto.possunt.§.fin.* 2. Vel aliter vt ibi no. & facit *s.ea.l.§.codicillis.*

* l. vxoris. Ant. Aug. lib. 1.r.2.

b Filiorum appellatione, propter duram separationẽ vitandam, nepotes veniunt: vt hîc. Verũ hoc limita vt non intelligatur de vlterioribus: vt per.l. liberorum.in princ. j. de verbo.signifi. de qua vide.l.filius. C. ad Maced.

Legauerat.] CASVS. Titius qui erat de quadam terra quæ vocabatur Gadibus, & qui habebat multas possessiones & domos in dicta terra, & in eius suburbiis, & qui habebat in dicta terra vel in suburbiis calẽdarium vbi erant scripta debita sua & credita, & qui habebat in quadã domo in dicta terra posita pecuniam depositam in quadam arca: dictus Titius legauit ita Mæuio, lego Mæuio quicquicquid in patria Gadibus possideo. certè non solùm possessio quæ est intra dictam ciuitatem, continetur legato: sed etiam illa quæ est in suburbiis. non autem continetur dictum calendariũ vel pecunia deposita. Viuianus.

† Calẽdariũ accipe pro libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorũ describebant, qui solebant in singulas calẽdas, id est in singulos menses mutuum dare: vt patet ex lege lecta ff. si certum pet. ibi, in dies trigintaquinq; denarios centenos, &c.

d ¶ *Mæuio.* aliàs Mæuius: scilicet testator. sed est falsa: *vt.j.patet.*

e ¶ *Gadibus.* sic enim vocatur illa patria de qua fit mentio, *s.tit.ij.le.si mihi.§.j.* & subest[c] Venetis. & est sedes eorum patriarchalis. aliàs autem est hîc, Gradibus: & similiter est nomen loci.

f ¶ *Suburbanam.* i.[d] in suburbio ciuitatis: sed quandoque ponitur pro rustico: *vt.C.de prædi.mino.l.si prædium.* Hu.

g ¶ *Extendi.* sic.[e] *j.eo.l.cui quæ.& j.de verbo.signific.l.ij.& l.vt Alphenus.& l.ædificia.& l.qui in continentibus.*

h ¶ *Calendarij.* Hoc pone, *vt.j.eo.l.qui filium.* Accur.

i ¶ *Intra.* i.[f] iuxta: sic. *C.de postum.here.instit.l.fi.*

k ¶ *Patria sua.* sc. Gadibus prædicta.

l ¶ *Reliquit.* i. dimisit instrumenta calendarij in domo: non dicas quòd ea legauerit: & sic nõ continetur dictis verbis: quidquid &c. vt hîc, & *s.tit.ij.l.Gaius.* & sic sunt verba iurisconsulti, nõ testatoris, aliàs rectè contradiceret, *infra eo.l.qui chirographum.& supra titu.ij.l.seruum filij.§.cum.* Sed certè si sint iurisconsulti, quare non continentur instrumenta? Respon. quia non vt perpetuo ibi sint, erant ibi: *vt.s.de hered.instit.l.ex facto.§.rerum.& j.proxi.respon.not.*

c Nugæ: Gades enim in Hispania.

d Suburbanæ possessiones quæ sunt in suburbio ciuitatis: interdũ rusticæ seu prusticis accipiuntur.

e Qui legat qđ in patria sua habet, id etiam legare intelligitur quod in suburbiis patriæ habet.

f Iuxta pro circa.

m ¶ *Supra responsum.* sc.[a] non deberi per hoc quòd nec calendarium nec instrumenta debentur: & hoc si ad tempus sit ibi, scilicet vt fœneretur: non perpetuò vt thesaurus: *vt supra eodem.l.si chorus.§.j.& l.si fundum.& infra de auro & argento lega.l.si vxori.§.cum ita.& infra titulo.ij.l.generali.§.vxori.& infra de fun.instruct.& instrum.leg.l.cum de lanionis.§.Sabinus.& l.prædia.§.j & argumen.infra eodem.le.prædiis.§.Titio.*

a Legans quidquid in patria possidet, Kalendarium non legat ibi positũ, vt nec pecuniã ibi ad tempus positam: vt hîc aut potius, sicut eo legato non debetur Kalendarium, ità nec pecunia parata ad Kalendarium. Iacobus de Arena & Bartol. arg. l.nouem.§.i.eod.

tur. Respondit, supra responsum.[m]

Ex legato reuocato, vel cui renuntiatum est, nil petitur. Bart.

7. Testamento quo filium & vxorem heredes instituerat, filiæ per fideicommissum centũ, cùm in familia nuberet, legauit, & adiecit ita: *Fidei tuæ filia committo, vt cùm in familia nubas, & quotiescumque nubes, patiaris ex dote tua quam dabis, partem dimidiam stipulari fratrem tuum, & Seiam matrem tuã pro partibus dimidiis dari sibi, si in matrimonio eius cui nubes,*[n] *siue diuortio facto prius quã dos tua reddatur, eòve nomine satisfactum erit, morieris nullo filio filiáve ex eo relicto.* Pater virginem filiam nuptui collocauit, eiúsque nomine dotem dedit,[o] & post diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & stipulatus est eam dotem sibi aut filiæ suæ reddi. manente filia in matrimonio secundo mortuus est eodem testamento relicto, eiq; heredes extiterunt filius & vxor. & postea marito defuncto puella dote[p] recepta nupsit alij præsentibus & consentientibus fratre & matre, quæ etiã dotem eius auxit: & neuter eorum stipulati sunt dotem. mox matri filius & filia heredes extiterunt: deinde in matrimonio[q] filia decessit marito herede relicto. Quæsitum est, cùm puella non ex causa legati pecuniam in dotem ab heredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito materfamiliàs facta dotem recuperauerat:[r] an heres

Testamento quo.] CASVS. Titius habẽs vxorem, & filium & filiam, instituit sibi heredes filium & vxorẽ: & filiæ legauit centum cùm ipsa in familia nuberet: & adiecit ita, Fidei tuæ filia committo vt cùm in familia nubes, & quotiescunque nubes, patiaris de dote tua quam dabis, partem dimidiam stipulari dictum meum filiũ fratrem tuum, & matrem tuam prædictam in casum dotis restituendæ. facto hoc testamento ipsemet Titius pater maritauit dictam suam filiam, eiúsque nomine dotẽ dedit: postea filia diuertit à viro suo. dictus pater repetiit dotem quã dederat pro ea. postea maritauit dictam suam filiam secundò, & dedit dotem similiter, & stipulatus est pater à secundo viro dotem sibi aut filiæ reddi. manente filia in matrimonio secundo decessit pater non mutato dicto testamento in quo instituerat filium & vxorem, & in quo legauerat filiæ prædictæ centum, vt dictum est. & eius extiterunt heredes filius & vxor, sicut eos instituerat. postea decessit secundus maritus dictæ filiæ: & ipsa dote sua recuperata ab heredibus secundi viri, nupsit tertiò præsentibus fratre & matre sua prædictis: quæ mater etiam dotem dictæ filiæ auxit Titio viro: & neque frater neque mater stipulatus est dotem pro aliqua parte à tertio viro. postea mater decessit, & dicta filia & filius extiterunt ei heredes. postea filia decessit, & instituit sibi heredem dictum suum virum tertium. modò quæritur, an dictus vir tertius heres dictæ filiæ suæ vxoris ex causa fideicommissi teneatur fratri in dotem suæ vxoris in tanta pecunia quantam percipere potuisset dictus frater si dotem stipulatus esset iuxta præceptum patris? Et dicitur quòd non: quia filia non accepit pecuniam in dotem ex causa legati, sicut pater præceperat, à fratre & à matre heredibus patris: sed mortuo primo & secundo marito materfamiliàs dicta filia dotem recuperauit, vt dictum est, & tertio viro dedit. Viuianus.

n ¶ *Cui nubes.* accipe, morieris, quod ponitur. j.

o ¶ *Dedit.* s. centum: *vt.s.dixit.& quod.s.e.§.legauerat.* vnde legatum videtur ademisse: *vt.C.eo.l.filia.*

p ¶ *Dote.* eadem: quod hodie[b] facere tenetur: *vt.C.de rei vxor.act.l.Authen.sed quamuis.*

q ¶ *Matrimonio suo.* aliàs suo: aliàs secundo. & dic mortuus est, scilicet pater.

r ¶ *Recuperauerat.* qđ[c] facere potuit vel ex stipulatione patris: vt

b Dotem prioris matrimonij nõ nubenti filiç pater restituere cogitur.

c Dotẽ mulier recuperare potest à marito vel ex stipulatione patris vel legis.

supra solu.matri.l.Gaius.& infra de verb.oblig.l.quodcunque.§.j. vel ex stipulatione legali : *vt.C.de rei vxo.acti.§.videamus.&.§.& hoc.*Accursius.

a ¶ *Heres eius.*scilicet maritus:eius scilicet puellæ.

b ¶ *Non teneri.* Tribus rationibus, scilicet tum quia pater dotem dando, sibique[a] vel filiæ reddi dotem stipulando, voluntatem testamento expressam creditur mutasse : Tum quia mater & frater fideicommissum repudiasse videntur, cum sorori danti consentientes stipulationem omiserũt. Præterea quòd nec ad filiam legatum peruenire potuit si pro ea in dotem viuus pater dedit quod testamento antea reliquerat: *vt.C. de lega.l.filia R.& facit.j.ad Trebel.l.filia.*

a Dotem sibi vel mulieri reddi stipulante extraneo vel auo materno, actio integra mulieri adquiritur.*l.Gaia.s.soluto.* Patte verò sibi vel filię stipulante, intelligitur stipulatio ordinata, nempe vt competat patri in vita, post mortem patris mulieris, vel si fiat sui iuris, Hic enim est ordo iuris. *l.z.§.quod si in patre.s.solu.matr.l.1.§.videamus.C. de rei vxo. act.*

eius[a] ex causa fideicommissi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam quam percipere posset si dotem stipulatus esset. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non teneri.[b]

Onus de aliquo adoptando, & fideicommissum in defectum adoptionis iniunctum non tenet. Bart.

8. ¶ Eius heres* vel legatarius rogatus est vt quendam adoptet, his verbis adiectis, *Si aliàs fecerit, exheres esto* : vel, *perdat legatum.* Quæsitum est, si non adoptauerit an ei qui adoptatus non est, actio quædam ex fideicommisso competit. Respondit, fideicommissum quo quis rogatur vt adoptet, ratum non esse.[c]

* Heres vel.

Vno ex his cui heres iussus est vendere, parato emere competit vindicatio partis. Bart.

9. ¶ *Agri plagam* [d] *quæ est in regione illa,* [e] *Mæuius Publio & Gaio* [f] *transcribi* [g] *volo, pretio facto viri boni arbitratu, & hereditati illato, duplæ euictione expromissa* [h] *à reliquis heredibus, ita vt sub pæna centum promittant* [i] *eam agri plagam, partémve eius ad Seiam posterósve eius non perventuram quaqua* [k] *ratione.* Quæsitum est, an legatũ valeat, cum Publius emere velit, Gaius nolit. Respondit, eum qui fideicommissum præstari sibi velit, posse partem dimidiam eius agri qui legatus est, petere,[l] quamuis alter persequi nolit. Item quæsitum est, cautio [m] quæ interponi debeat secundum voluntatem, pro quota cuique [n] heredum præstanda [o] sit. Respondit, pro ea portione quæ ex fideicommisso præstatur.[p]

Appellatione mancipiorum non continentur postea nati ex eis. Bart.

10. ¶ Sorori legauit homines [q] quos nominauit testamento : eiúsque fidei commisit, vt eadem mancipia filiis [r] suis cùm obiret restitueret. Quæsitum est, adgnata [s] ex his, an defuncti filij heredibus [t] restituenda sint post mortem legatarię, an remaneant apud † heredes eius. Respondit, ea quæ postea adgnata* essent, verbis fideicommissi non contineri.[u]

† ad.

Pater naturalis dotando filiam in dubio non videtur habere animum donandi: sed magis animum compensandi cum eo quod filiæ debet. Bart.

Heres vel.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt adoptaret Seium: & si non adoptaret, dixi quòd esset exheres. Titius heres non adoptauit Seium : & certum est quòd amodo non adoptabit. nunquid Seius qui debebat adoptari, habebit hereditatem meam? Et dicitur quòd non. & quòd dixi in herede, idem dicas in legatario. Viuianus.

c ¶ *Non esse.* ad hoc scilicet vt ille qui adoptatus non est, petere possit hereditatem vel legatum quasi ex tacito fideicommis. secus tamen quantum ad illum qui iussus est adoptare, quia habet si paratus est hoc facere: *vt.j.de condi.insti.l.si quis testa.* 2. Vel dic quòd vocat hîc fideicommis. id est rogauit de adoptando : quod non valet nec hîc, nec ibi: quia contra bonos mores, vel cõtra ius: sed liberè remanet apud rogantem : & illam expone vt ibi not. Aliud autem si rogatur de emancipando: *vt.j.de condi.& demon.l.si cui.* licet sit argu. contra supra *titu.ij.l.filiusfams.§.secundum vulgarem.*[b] Accursius.

b Salue vt ibi. secundũ Bar.

Agri plagam.] CASVS. Institui mihi heredes Publium & Gaiũ & Petrum & Martinum : & ita postea dixi, agri mei plagam siue partem quæ est ad Burgum Panicalis : dicto Publio & Gaio transcribi volo per dictum Petrum & Martinum quos cum eis heredes institui, pretio facto boni viri arbitratu, & hereditati illato: & volo quòd Petrus & Martinus promittant de euictione dicto Publio & Gaio nomine dictæ plagæ. Item volo quòd dictus Publius & Mæuius promittant Petro & Martino sub pœna centum quòd dicta plaga vel pars eius non perueniet aliqua ratione ad Seium vel posteros eius. me testatore mortuo Gaius non vult emere aliquid de dicta plaga: Publius autem sic. quæritur, nunquid Publius debeat habere dimidiam ex causa emptionis? Et dicitur quòd sic: & debet promittere Publius dicto Petro & Martino quòd dimidia quam consequetur, non perueniet ad Seium, vel ad eius posteros aliqua ratione: & hoc sub pœna centum. Viuianus.

d ¶ *Agri plagam.* id[c] est, partem.

c Plaga pro parte.

e ¶ *Illa* Septentrionali, vel Australi. Hug.

f ¶ *Et Gaio.* qui pro parte fuerant heredes scripti, & alij plures cum eis: vt patet ex sequentibus.

g ¶ *Transcribi.* id[d] est, vendi: quod vellet etiam iusto pretio : *vt hic, & .j.tit.ij.l.& si æquo.*

d Transcribere pro vendere.

h ¶ *Expromissa.* Mæuio & Gaio ac cæteris heredibus. Accursius.

i ¶ *Promittant.* Mæuius & Gaius.

k ¶ *Quaqua.* aliàs quà: & semper dic, id est aliqua : & sunt verba testatoris vsque illuc: quæsitum est, &c. vel si habes qua posset ibi incipere quæstio: qua ratione quæsitum est, &c.

l ¶ *Petere.* nil mirum : quia etiam totum si velit, potest : *vt.C.de cadu.tol.§.vbi autem.R.& facit.j.tit.ij. l.si quis leg.in fi.& supra tit.j.l.antepenult.§.iij.*

m ¶ *Cautio.* ne ad Seiam aliqua ratione perueniat. Ioan. & sub pœna centum.

n ¶ *Cuique.* i. cuilibet ex illis quibus est præstanda.

o ¶ *Præstanda sit.* à Publio Mæuio qui solus vult.

p ¶ *Præstatur.* scilicet pro dimidia : & sic sub pœna quinquaginta: vel si totum accipiat (quod potest, vt dixi) sub pœna integra centum promittet. Accursius.

Sorori.] CASVS. Titius faciens testamentum instituit sibi heredes duos suos filios, & duos extraneos alios: & sorori suæ Titiæ legauit duos seruos, & duas ancillas : & sororis fidei commisit vt cùm moreretur ipsa soror, restitueret dicta mancipia filiis suis testatoris. quæritur, vtrũ ea quæ nata sunt ex dictis ancillis & seruis medio tempore ante mortem sororis, contineantur fideicommisso cum patribus & matribus eorum, & ita debeant restitui filiis testatoris, vel aliis eius heredibus? Et dicitur quòd non. imo mortua dicta sorore debent remanere apud heredem sororis. Viuianus.

q ¶ *Homines.* id est[a] ancillas : vt patet infra quia dicit de partu. est enim communis generis.

a Homo ... ancilla. * Concern... sensus. vt ... super ver. ... ritate. ibi ... post manu... fiantem proli... liberis susci... nullius pat... cinio est ... xia. extra d... bus exist... vel non.

r ¶ *Filiis.* s. testatoris: & dic non institutis, sed exheredatis, vel cum aliis extraneis institutis. Accursius.

s ¶ *Adgnata.* id est nata.

t ¶ *Heredibus.* Dicunt quidam scilicet filiorum: & sic opponitur eis quòd sit conditionale: & sic interim non transmittitur : *vt.j.quando dies lega.ce.l.iij.* & dicunt hîc extitisse conditionem viuis filiis. Vel dicunt fuisse diem, non conditionem : vel esse heredes filios filiorum qui comprehendantur sub verbo liberis. quæ somnia sunt. nam hîc dicit, an: vnde & filij & heredes, scilicet testatoris erant viui, & heredes legatariæ. Dices ergo heredibus, scilicet testatoris, siue filius nullo modo sit heres, siue sit cũ aliis.

u ¶ *Non contineri.* scilicet quia nec sunt relicta, nec accessionis iure debentur, scilicet cum post mortem testatoris, & ante mortem sororis, & sic ante moram nata sunt: aliàs secus esset : *vt supra de leg.j.l.apud Iulianum.§.item partus.& infra de fideicommiss.liber.l.cùm verò.§.cùm quidam.& Cod.de fideicommiss.liber.l.iij.& infra de op.leg.l.penultim.& .j.de vsur.l.Paulus respon.& supra tit.j.l.Licinnius.* ¶ Sed contra supra *titu.j.l.cùm pater.§.pater filiæ.* vbi partus[b] debetur. Solue ibi ex testatoris scientia speciale pręsumitur. 2. Vel[c] ideò est illud, quia dotalis ancillæ partus nec minus quàm ipsa mater dotalis intelligitur: *vt.C.de rei vxo.actio.§.itaque.* at ancillæ legatæ partus nunquam legatus matris ratione dicitur.

b Partus ... veniat cum legato ancillę, & an sit fructus vide notata ... apostill. in ... g.a.l.cum pater. §.pater filiæ. ... c.vir.

c Hanc pro... Bartolus.

Pater naturalis.] CASVS. Titia habens patrem naturalem, & non legitimum, habebat virum Titium : qui vir veniens ad mortem instituit heredem dictum patrem naturalem vxoris suæ Titiæ : & ab eo herede multa fideicommissa reliquit vxori suæ. mortuo dicto Titio marito suo dicta Titia nupsit secundo, & dictus suus pater dedit centum nomine dotis marito secundo pro ea, cum non teneretur hoc facere, ideò quia naturalis tantùm erat, vt dictum est : & stipulatus est dictus pater à viro secundo sibi dictam dotem reddi si filia sua decederet in matrimonio sine liberis. filia postea suscepit filiam ex dicto secundo viro, & ita defecit conditio stipulationis patris. modò petit dicta filia à patre suo illa fideicommissa quæ primus suus vir ej reliquit. nunquid potest? Et videtur quòd non: quia certum est, ex quo habet filiam ex secundo viro, quòd dos data pro ea secundo viro debet iterum

rum manere apud eā.vnde vide videtur quòd fideicōmissa debeāt compēsari cum dote.Respon.tamen hic quòd bene potest filia petere fideicommissa si non habet ratam dationem prædictam dotis quam fecit pater marito eius secundo. & idem est etiā si pater paratus est liberare per acceptilationem maritum secundū filiæ à dicta dotis promissione.

11. ¶ Pater [a] naturalis [b] filiæ suæ ex testamento mariti eius fideicōmissi [c] debitor, cùm ea mulier alij nuberet, nō mandatu mulieris dotē marito eius dedit, & sibi reddi eā stipulatus est, si sine liberis filia moreretur. mulier filiam suscepit. Quęsitum est, an fideicōmissū à patre exigere possit. Respondit, si nec ratam [d] habuisset dotem datā, superesse fideicommissi petitionem. Idem quæsiit, an si pater acceptò facere stipulationē velit, mulieri persecutio fideicommissorum deneganda sit. Respondit, supra respōsum: [e] cúmque [f] patrē de quo quęreretur, si ita dedisset, vt mulier [g] ratum haberet, posse condicere. [h]

Restitutio fideicommissi facta antè diem, alij non præiudicat. Bartolus.

12. ¶ Seium maritum scripsit [i] heredem, eiq; substituit [k] Appiā alumnam: fideique heredis commisit, [l] vt post mortem suam hereditatem eidem alumnæ restitueret: [m] aut si quid antè contigisset [n] alumnæ, tunc Valeriano fratris filio restitueret eandem hereditatem. Quęsitum est, si Seius viuus, quidquid ad eum ex hereditate peruenisset, alumnæ restituisset: an secundum voluntatē defūctę id fecisse videretur, pręsertim cùm hęc eidem substituta esset. Respondit, si viuo Seio Appia decessisset, [o] non esse liberatum [p] à fidecommisso Valeriano relicto.

Sed quid si dictus pater ea conditione dedit dictam dotem dicto secundo marito filiæ, vt ipse faceret dictam filiam ratum habere: & ipsa nunc non habet ratum, vt dictū est? Certè aget pater contra maritum condictione ob causam ad repetendam dotem. Viuianus.

a ¶ *Pater.* institutus à marito filiæ naturalis. Accursius.

b ¶ *Naturalis.* s. tantùm. [a] nam legitimus [b] videtur de suo dedisse: nec à fideicommisso videtur liberatus: *vt. C. de dot. promissione. l. fin.*

c ¶ *Fidecommissi.* aliàs fideicommissi debitor: aliàs fideicommisso debebat: vt quia maritus filiæ instituerat patrem, & eum fideicommiss. grauauerat.

d ¶ *Sine ratam.* ratam autem dotem habere tunc cogitur pater, si vult, & remittat stipulationem viro. aliàs nullus est effectus ratihabitionis, cum sibi stipulatus est pater: cum in eius datione vtiliter negotium ipsius pater gessisset: *vt supra de nego. gest. l. quæ vtiliter. in princ. & . §. fin. & infra de doli exce. l. si opera. R.*

e ¶ *Responsum.* vt non sit deneganda nisi ratam habuit dotem datam.

f ¶ *Eúmque.* tertium annectit casum.

g ¶ *Mulier ratam.* i. vt tunc demum apud virum remaneret. *Azo.*

h ¶ *Condicere.* s. condictione ob causam ea ratum non habente: *vt & supra de condi. ob cau. l. si donaturus. §. j. & facit. ĵ. de col. do. l. j. §. penult.*

Seium maritum.] CASVS. Titia scripsit heredē Seium maritum suum, & substituit ei Appiam. Item commisit fidei dicti sui mariti vt post mortem sui mariti hereditatem restitueret dictæ Appiæ: vt si antè Appia moreretur quàm maritus, tūc restitueret maritus hereditatē dictam Valeriano. Seius maritus viuus existēs restituit dictam hereditatem dictæ Appiæ. cùm non teneretur hoc facere. modò quęritur, nunquid sit liberatus Seius à Valeriano? Et dicitur quòd non: imò est in pendenti, vt si quidem moriatur Appia antè Seium, teneatur Seius Valeriano ex fideicommisso, secundū quod voluit testatrix. Viuianus.

i ¶ *Seiū mariū scrip.* s. Berta: & hoc si habeas Seiū aliàs est Seia

k ¶ *Substituit.* vulgariter. s. si heres non esset maritus.

l ¶ *Commisit.* s. si heres esset.

m ¶ *Restitueret.* sic alumna. vulgariter & fideicommissi iure Seio fuit substituta. R.

n ¶ *Contigisset.* aliàs accidisset: quia decederet alumna. *vt. ĵ. de ver. sign. l. in vulgari. §. j.* sic ergo apparet dupliciter suspēsum alūnæ relictū in diem mortis heredis. ¶ Itē & si tunc vixerit ipsa alūna, nullo ergo modo testatricis volūtate Appiæ restitutam hereditatem dici potest in casu proposito. at ea simpliciter relicta post mortem heredis secus diceretur: *vt C. de fideicommiss. l. post mortem. & . ĵ. tit. ij. l. cùm pater.* [*§. hereditatem. &c.*] *§. à filia. Ro. & . ĵ.*

ff. Infort.

* Dotare filiā ex ipsius filiæ bonis pater naturalis intelligitur nō ex p̄prijs. v. quæ scri psi in anim. nostr ad hanc legē & ad l. 19. ĵ. de rit.

b Dotasse ex proprijs suisve filiam legitim^ pater pręsumitur nō ex ipsi^ filiæ bonis. v. tamen quæ scri psi ad l. si pater filiam. 7. C. de dotis p̄missione.

de leg. j. l. si filiusfamiliàs. §. diuus.

o ¶ *Decessisset.* vnde defecit Appiæ relictum, & conditio alterius scilicet Valeriani extitit: licet vtriusque dies, id est mortis viri, tunc quoque penderet Ro.

p ¶ *Liberatum.* nō ergo secundū testatricis voluntatem alumnę restituisse est dicendum: sed esset liberatus si illa superuixisset: *vt supra de condict. indebi. l. sub conditione.*

Rogatus restituere cùm volet, post mortem rogatus videtur. hoc dicit. Vel aliter: in vltimis voluntibus moriendo quis velle videtur hoc dicit. Bartolus.

13. ¶ Scæuola [q] respondit: Cùm heres scriptus rogatus esset, cum volet, alij restituere hereditatem: interim [r] non est compellendus [s] ad fideicommissum. [Claudius:] Post mortem [t] enim vtique creditur datum.

Fideicommissum purè relictum potest peti incontineti: & qui vetat satisdationem exigi, non videtur fideicommissi diem differre. Bartolus.

14. ¶ Heredis scripti fidei commiserat, vt Seiæ vxori vniuersam restitueret hereditatem: & vxoris fidei commisit in hæc verba: *A te Seia peto, vt quidquid ad te ex hereditate mea peruenerit, exceptis his si qua tibi supra legaui, reliquū omne reddas restituas Mæuiæ infanti dulcissimæ. à qua Seia [u] satis exigi veto: cùm sciam eam [x] potius rem [y] aucturam, quàm detrimēto futuram.* Quæsitum est, an statim Mæuia fideicommissum à Seia petere possit? [z] Respondit, nihil proponi cur non possit.

Is cui cura monumenti committitur, ad expensas in solidum non tenetur. Bartolus.

XIII. IDEM *libro 33. Digestorum.*

¶ *Scæuola.*] CASVS. Instituit Titia Seium maritum suum sibi heredem, & rogauit vt hereditatem restitueret Appiæ cùm vellet ipse maritus. certè creditur rogatus vt restituat post mortē suam mariti: ideò interim dum viuit maritus, nō est compellendus ad fideicommissum præstandum. Viuian.

q ¶ *Scæuola.* aliàs. §. & tunc dic quòd fuit rogatus restituere post mortem: vnde [a] tacitè quando vellet: prius videtur rogatus: *vt. C. de fideicommiss. l. post mortem.* 2. Vel dic quòd expressè dixit, cum volès vel velles, secundū diuersas literas. secus si velles: *vt not. ĵ. e. l. fideicommisso. §. si sic. & infra de verbor. oblig. l. centesimis. §. j.* aliàs deest. * §. & tunc secundum Ro. pone vt supra, quia fuit rogatus restituere alūnæ quando vellet, tacitè. sed si ipsa prædecederet, tunc Valeriano. nam [b] non suspenditur post mortem. Accur.

r ¶ *Interim.* dum viuit.

s ¶ *Compellendus.* sed sponte potest.

t ¶ *Post mortem.* heredis tantùm, & non quandocunque vellet ipse heres. Rog. secundum tertium casum.

a Legatum, cū heres volet, intelligitur deberi post mortem heredis. Alex. post Bar. & Ang. in l. centesimis. §. si. alià. est. l. si ita stipulatus. ĵ. de verb. oblig.

* perperā. nā debet esse. §. Cont.

b Velle videtur qui moritur. vt hic imò nolle videtur. l. centesimis. §. si ita stipulatus ĵ. de verb. oblig.

Heredis.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & eius fidecommisit vt Seiæ vxori Titij vniuersam restitueret hereditatem, & dictæ vxoris fideicommisit vt quicquid ad eam ex dicta hereditate peruenerit, reddat Mæuiæ infanti, exceptis iis quæ ei vxori legauerat: & vetuit exigi satisdationem ab vxore de præstando fideicommisso Mæuiæ infanti. postea Seius heres restituit here. dictæ vxori testatoris modò petit Mæuia infans à dicta vxore vt statim restituat sibi dictam hered. nunquid potest? Et dicitur quòd sic. Viuian.

m ¶ *A qua Seia.* ĵ. in secunda persona dixit Seiæ: nūc in tertia dicit de ea: & dic satis, i. satisdare de restituendo fideicō. vniuersali infanti: quam alias præstaret nisi testator remisisset *vt. C. vt in poss. leg. cum Archimedoram.* an autem retineat quartam hæc secundò rogata, *dic vt. C. ad Treb. l. sancimus. §. fin.* Accur.

x ¶ *Eam.* Seiam vxorem.

y ¶ *Rem aucturam,* i. restitutionem facturam, quàm detrimentū, &c. cui detrimento adesset Seia si restitutionem differret. & aliàs est aucturam.

z ¶ *Possit.* sc. statim: dubium autem erat, quia per hoc quòd satis remisit, videbatur fideicommiss. detulisse: quod est falsum. nam & pro puro præstatur satisdatio: cùm multas moras habeat iudicium *vt infra vt in possess. leg. l. etiam. in prin. & facit supra titu. j. l. omnia. & infra de condit. & demonst. l. j. in princ.* ¶ Sed contra, *infra ad Trebel. l. epistola. §. fi.* Sed ibi alia voluntas fuit: vt ex verbis ibi apparet.

Titius.] CASVS. Titius instituit sibi heredem vxorem suam in vna vncia hereditatis suæ, in qua vncia esse poterant de here-

ditate centum quinquaginta aurei, & non plus. Mæuiam autem instituit in vndecim vnciis: & ita postea dixit: corpus meum vxori meæ tradi volo sepeliendum in fundo Titiano: & volo extrui monumentum in dicto fundo in quo expendantur quadringenti aurei. quæritur nunquid per dicta verba videatur testator voluisse vt vxor sola faceret monumētum, an pro hereditariis partibus ab vtroque herede? Et dicitur quod ab vtroque pro hereditariis partibus videtur voluisse fieri monumentum. *Viuian.*

a ¶ *Instituit.* his verbis, Seiam, &c.

b ¶ *Instruendum.* aliàs extruendum. & ad hoc cogitur pontificiali vel præsidis auctoritate, & prætoris officio: *vt supra de petit. hered. l. hereditas. & de relig. l. at si quis. §. si cui.* & iudicio famil. erciscund. *vt supra familiæ erciscund. l. is cum. §. j.* sola ergo operis faciēdi solicitudo seorsum vxori iniuncta est verbis testatoris, & hoc tā gratia oneris quod erat iniūctum, magnitudine, quàm huius emolumenti pretio, vnà cum persona quæ dicebatur sola grauata affectione. pensatis verbis sic dubiis, talis merito adhibēda fuit distinctio secundum. Ro

a Monumēto extruendo seu ad monumentum extruēdū, hęres ad id grauatus cogi potest auctoritate pontificis, præsidis, & iudicio familiæ erciscundæ.

Titius heredes instituit[a] Seiā vxorem ex parte duodecima, Mæuiam ex reliquis partibus: & de monumento quod sibi extrui volebat, ita cauit: *Corpus meum vxori meæ volo tradi sepeliendum in fundo illo, & monumentum extrui vsque ad quadringentos aureos.* Quæro, cùm in duodecima parte non amplius quàm cētum quinquaginta aurei ex bonis mariti ad vxorem perueniant, an hac scriptura ab ea sola monumentum sibi testator extrui voluerit. Respondi, ab vtraque herede monumentum pro hereditariis portionibus instruendum.[b]

Arbitrio boni viri dos constituitur dignitate & facultatibus testatoris & numero liberorum pensatis. Bartolus.

XLIII. CELSVS *libro quintodecimo Digestorum.*

SI filiæ pater dotem arbitratu tutorum dari iussisset, Tubero perinde hoc habēdum ait, ac si viri boni arbitratu † legatum sit.[c] Labeo quærit quemadmodum apparet quantam dotem cuiusq; filiæ boni viri arbitratu constitui oportet. Ait, id nō esse difficile ex dignitate, ex facultatibus, ex numero[d] liberorum testamentum facientis æstimare.

† Testamentū in alterius voluntatē expresse commissum non valet. sic nec legatū expresse cōmissū in alterius voluntatē vt ipse det: sed vt arbitretur bene. Concor. Gloss. in verb. alieno arbitrio, ca. super. eo. extr. de condi. appo.

Non videntur esse in loco quæ ibi sunt ad tempus. Bart.

XLIIII. POMPONIVS *libro secundo ad Sabinum.*

SI fundus legatus sit cum his quæ ibi erunt: quæ[e] ad tempus ibi sunt, non videntur legata: & ideò pecuniæ quæ fœnerandi causa[f] ibi fuerunt, non sunt legatæ.

Ea videntur alicuius causa parata, quæ ad eius vsum proprium sunt destinata: secus si ad vsum communem eius & alterius. Bart.

XLV. VLPIANVS *libro vicesimosecundo ad Sabinum.*

HOc legatum, *Vxoris causa parata,*[g] generale est: & continet tam vestem quàm argentum, aurum, ornamenta, cæteráque quæ vxoris gratia parantur. Sed quæ videantur vxoris causa parari? Sabinus libris ad Vitellium ita scripsit: Quod in vsu[h] frequentissimè versatur, vt in legatis vxoris adiiciatur, quæ eius causa parata sint: hanc interpretationem obtinuit, quod magis vxoris causa, quàm communis promiscuique[i] vsus causa paratum foret. neque interesse[k] vi-

SI filiæ.] CASVS. Titius habens plures filios & vnam filiam, fecit testamentum, & eos omnes sibi heredes instituit, & dictæ filiæ quæ pupilla erat, dedit tutorem Seium: & dictæ filiæ cùm nuberet, iussit dari dotem arbitrio tutoris prædicti. certè perinde est ac si dixisset, arbitrio boni viri. bonus autem vir, & per consequens dictus tutor debet inspicere in constituēda dote dignitatem defuncti & facultates: & numerum liberorum eius: & secūdum prædicta inspecta debet constituere dotem paruam vel magnam vel mediocrem. *Viuianus.*

c ¶ *Legatum sit.* hoc enim generale[b] est: *vt. j. de verb. signif. l. illa verba. & supra pro socio. l. societatem. & supra tit. j. l. j. & infra ti. j. l. si cui. & supra eodem. l. fideicōmissa §. si sic. & supra de iure dotium. l. quæro. & l. cum post. §. gener. & . Co. de nupt. l. si furiosi. & . C. de administra. tut. l. si curatoris.* ¶ Sed contra. *C. de do. promiss. l. j.* Sol. ibi.

b Dotis cōstitutio alicui cōmissa in dubio videtur cōmissa viri boni arbitrio.

d ¶ *Ex numero liberorum.* Propter[c] quos minor constituitur dos, *arg. j. de bonis dam. l. fin. §. fin.*

c Dos minor constituitur mulieri ob multitudinem fratrum & sororum.

SI fundus.] CASVS. Legaui tibi fundum cū iis quæ ibi sunt vel erunt tempore mortis meæ. certè ea quæ sunt vel erunt ad tempus, & non perpetuo, non debentur tibi & de hoc ponit vnum planum exemplum. *Viuianus.*

e ¶ *Quæ.* modò respondet.

f ¶ *Fænerandi causa.* vel alteri ad tempus. *& facit*[d] *j. eo. l. si ita legatū. & s. eo. l. vxorem. §. legauerat. & j. ti. y. l. generali. §. vxori. & j. de auro & arg. leg. l. si vxori. §. j. & s. tit. j. l. Gaius. in princ. & C. de verb. signifi. l. j. & s. de pigno. l. debitor.*

d Temporaria non videntur esse in loco.

HOc legatum.] CASVS. Institui mihi heredem Titiū, & vxori meæ ita legaui: vxoris meæ causa paratum ei lego. quæritur, quid videatur vxori legatum per dicta verba? Et respōdetur quòd dictum legatum est generale, & continet omnia quæ vxoris meæ causa paraui: siue sit vestis, siue argentum, siue aurū, siue ornamēta. & certè illud videtur vxoris causa parari quod magis paratum causa vxoris foret quàm cōmunis viri & vxoris vsus causa: & nō est vis verum aliqua paraui pro vxore mea antequam eam ducerē in vxorem: an postea paraui pro ea aliqua ex rebus quibus ego vti solebam: quia semper continebūtur in dicto legato. Dicta tamen adiectio quam feci in testamento meo. s. quę vxoris meę causa parata sunt, lego ei, &c. quandoque facit legatum vxori relictum exiguum, quandoque plenius facit. augetur autem legatum per dictam adiectionem cum ita scripsi, lego vxori meæ aurum & argentum, & vestem, quæque eius causa parata sunt. nam continentur tunc in legato non solum ea quæ nominaui, sed etiam alia quæ non nominaui, vxoris tamen meæ causa paraui. minuitur autem legatum per dictam adiectionem cum detraho coniunctionem, quæ: & ita dico, lego vxori meæ aurum & argentum, & vestem, & seruos, quę eius causa parata sunt. & non dixi, quæque eius causa parata sunt. nam continentur tunc in legato ea sola quę ex supradictis vxoris causa parata sunt, & non alia. Item scias quòd in dicto legato continentur ea quæ comparaui antequam dictam vxorem ducerem, & postea ei tradidi ad vtendum. Item continētur ea quæ prioris meæ vxoris fuerunt, vel filiæ vel neptis vel nurus: dum tamen ego ad vsum vxoris meæ paraui. Interest autem inter emptum & paratum vxoris causa: quia paratum quod est genus, inest in empto, quod est species: sed nō conuertitur, id est in parato non semper continetur emptum: de quo vltimo ponitur exemplum. Pone quòd ea quę prioris vxoris meę causa emi, posterę meę vxori tradidi ad vtendum. certè constat me dictas res parauisse causa vxoris meæ secundæ: non autem comparasse eius causa. bene est ergo verum quia in parato non semper continetur emptum. Item est alia differentia inter emptum & paratum vxoris causa: quia si ego posterioris vxoris causa nihil emi, tamen tradendo ei ea quæ prior mea vxor in vsu habuit, eius secundæ vxoris meæ causa parasse videor. quæ enim causa prioris meæ vxoris paraui: etiam si secundæ vxori non assignaui, dicto legato secundæ vxoris cedunt. ea autem quæ prioris vxoris causa comparaui: ita demum debētur posteriori ex dicto legato, si ei posteriori assignaui: quia non est ita de posteriore vxore cogitatū cū cōparentur dictę res pro prima vxore, sicut videtur cogitatum de posteriore vxore cum comparaui dictas res pro prima vxore. nam etiam id non cedet dicto legato secundæ vxoris quod tradidi ei, si postea ei abstuli. Itē scias quòd in dicto legato de quo dixi in principio, continentur mancipia puta lecticarij qui solā matremfamilias portabant: & multa alia quæ planè in litera nominantur. Non autem est differentia vtrū quis leget prædicto modo vxori, an verò concubinæ: quia semper continebuntur in legato ea quæ dicta sunt. Quid si legaui vxori meæ aurū quod eius causa paraui: postea autem conflatum est dictum aurum: extat tamen materia eius? certè materia vxori debebitur. intelligas autem supradicta vera esse si vxor cui ita legatum est, mortis testatoris tempore vxor inueniatur: & non aliàs. Item & prædicto modo potest legari non solum vxori & concubinæ (de quibus dictum est) sed etiam filio & filiæ & seruo & seruæ. & eadem obtinebunt quæ dicta sunt in vxore & concubina. & hoc dicunt istæ. v. leges. Viuianus.

IBI ERVNT QVID SIG.

g ¶ *Parata.* scilicet do lego.

h ¶ *Quod in vsu.* Hæc sunt verba Sabini vsque illuc: neque, &c. quibus cōcor. *s. tit. j. l. legatum vxori. & j. de aur. & arg. le. l. Quintus. in prin. & j. e. l. idem. §. proinde. & j. de ver. sign. l. in lege. §. q. d. & de fun. instr. leg. l. quæsitum. §. quod. & s. e. l. vxori. §. j.*

i ¶ *Promiscue. j. e. l. cum quæreretur. §. lana. in fi.* contra. Sol. ibi.

k ¶ *Interesse.* infra *eod. l. si quid.*

Ea tamen

sum est, antè ductam vxorem id paterfamilias parauisset, an postea: an etiam ex his rebus quib. ipse vti soleret, vxori aliquid adsignauisset, dum id mulieris vsibus propriè attributum esset.

Relatiuum quis vel qui, positum sine copula, præcedentium significationem restringit: sed si copula apponatur, augebit. Bart.

XLVI. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

EA tamen adiectio[a] legatum aliàs exiguius, aliàs plenius efficit. augetur[b] cum sic scriptū est, *Quæque eius causa parata sunt.* id enim significat,[c] & si quid præter ea quæ dicta sunt,[d] eius causa paratum est. Minuitur[e] detracta coniunctione,[f] quia ex omnibus supra comprehensis[g] ea sola definiuntur,[h] quæ eius causa parata sunt.

XLVII. VLPIANVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

SI quid[i] earum rerum antè cōparauit, quàm vxorem duxit: si id ei vt vteretur tradidit, perinde est quasi postea parauisset.[k] ex eo autem legato ea pertinent ad vxorem, quæ eius causa empta,[l] cōparata, quæq; retēta[m] sunt: in quibus etiam quæ prioris vxoris,[n] quęq; filiæ neptis vel nurus fuerunt, continentur.

Ad positionem speciei sequitur positio generis non è conuerso. Bartolus.

1. ¶ Inter emptū & paratum quid interest, quæritur. Et respōsum est, in empto paratū inesse,[o] in parato non continuò[p] emptū cōtineri: †veluti si quis quæ prioris vxoris causa emisset, posteriori vxori tradidisset, eas res cum[q] posterioris vxoris causa parauisse, non emisse constat. Ideóque quàuis maritus posterioris vxoris causa nihil emerit, tamen tradendo, quæ prior habuerit, eius causa [parasse* videtur. Quæ enim posterioris vxoris causa] parata sunt: etsi ei[r] adsignata non sunt, legato[s] cedunt. At quæ prioris vxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur,[t] si ei adsignata sint: quia non est ita de posteriore vxore cogitatum,[u] cum compararentur.

XLVIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum*

NAm ne[x] id quidē quod traditum est, si postea ademptum sit, legato cedet.

XLIX. VLPIANVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

ITem legato[y] cōtinentur mācipia, puta lecticarij[z] qui solam[a] matremfamilias portabāt. Item iumenta,[b] vel lectica, vel sella, vel burdones. Itē mancipia alia, puellæ[c] fortassis quas sibi comatas mulieres exornāt. 1. ¶ Sed & si fortè virilia ei quædā donauerit,[d] quodammodo eius causa parata videbūtur. 2. ¶ Proinde & si quædam promiscui vsus sint, solitus[e] tamen fuerit ab ea quasi ad vsum mutuari: dicendū erit, ipsius causa videri parata.

Legato generis continentur omnes species: sed legato speciei non continetur alia species sub genere contenta. Bart.

3. ¶ Itē interest, ipsius causa parata sint ei legata, an ipsius causa empta. Paratis enim omnia cōtinētur quæ ipsius vsibus fuerūt destinata. empta* verò ea sola[f] q̄ propter eā empta fecit maritus. vnde nō cōtinebūtur emptis solis legatis, quæ alia ratiōe[g] paterfamiliâs adquisita ei distinauit. vtroq;[h] autē legato cōtinebūtur & quæ maritus emi mādauerat, vel quæ emerat, necdum autē ei adsignauerat, adsignaturus[i] si vixisset. 4. ¶ Parui[k] autē refert, vxori, an concubinę quis leget quæ eius causa empta parata sūt. sanè enim nisi in dignitate[l] nihil interest. 5. ¶ Si vxori aurū quod

a EA tamen adiectio. s. quæ eius causa parata sunt, do lego. R

b Augetur. s. legatum ea adiectione. Accur.

c ¶ Significat. s. talis adiectio.

d ¶ Quæ dicta sunt. s. nominatim: puta sic dixit vir, aurum & argentum & vestem quæcunque eius causa sunt parata, vxori do lego. Rog. nam & si qua alia sunt præter prædicta eius vsus, sunt legata. Sed Ioa. dixit in hoc augeri: vt etiam quæ communis vsus causa sunt parata, videantur relicta. Primum placet. sic in copula[a] seu, *vt infra de aur. & arg. leg. l. si ita quis legauerit.*

e ¶ Minuitur. sc. legatum adiectione tali. Accursius.

f ¶ Detracta coniunctione. sc. copula quæ: sic puta, aurum, argentum, & vestem, quæ eius gratia vel causa parata sunt, vxori meæ do lego.

g ¶ Comprehensis. s. nominatim: puta aurū & argen. & vestem.

h ¶ Definiuntur. i. determinantur. & sic per[b] inferiora restringuntur superiora: *vt. j. de supel. leg. l. legata. ij. respon. & j. de fund. instruc. & instrum. leg. l. cum de lanionis. §. cum fundum.*

i SI quid. adiunge Scū lege precedēti.

k ¶ Cōparauisset. relicto sic legato. quæ causa vxoris meæ sic paraui, ei do lego, *vt hic, & supra eod. l. hoc legatum. §. neque interest.*

l ¶ Empta. empta, pretio: comparata, alio modo: quæsita, vt permutatione: *vt supra de contrahen. emp. l. j. §. j.*

m ¶ Retenta. nam alienasset nisi pro ea retinuisset: & hoc siue sit ibi copula, siue non.

n ¶ Vxoris. hoc si fuerunt ei adsignata: aliàs non: *vt. j. eo. versi. quæ enim. facit. s. eod. l. qui concubinam. in princ.*

o ¶ Paratum inesse. sicut genus inest speciei. Nam si est emptū, est paratum, sed non cōuertitur. sic in agnatis vt in specie continentur cognati vt genus: *vt. j. vnde legi. l. inter agnatos. in princ.* inest ergo genus[c] speciei per positionem siue per consequentiam: quia posita specie ponitur genus, & ad speciem sequitur genus: vt homo est: ergo animal est. & species inest generi per continentiā: quia in genere species continetur. nam legata familia & dispensator debetur, nisi fuerit exceptus: *vt. j. de auro & argen. leg. l. j. in princ.* Item paratis legatis, quæcunque empta continentur legato: sed non conuertitur. nam generalibus[d] specialia insunt: *vt. j. de regu. iur. l. semper.* ¶ Et sic nota hic quòd totum[e] est in parte. quod est verum secundùm quid, vt ex præmissis apparet.

p ¶ Non continuò. i.[f] semper. q. d. non quicquid est paratum, statim & continuò est emptum.

q ¶ Eum. virum.

r ¶ Etsi ei. sc. vxori.

s ¶ Legato. relicto primæ vxori his verbis, Quæ eius causa parata sunt, do lego.

t ¶ Posteriori debentur. si sint ei relicta sui causa parata.

u ¶ Cogitatum. sc. in emēdo, sicut de priore cuius causa fuerunt empta.

x NAm ne aliàs le. Paulus. Nam ne &c. & continua, verè huic legato assignatio prodest: quia eius contrarium. i. ademptio nocet. 2. Vel sic: Bene dico non deberi quando non est traditum. nam & quandoque etsi sit traditū, non tamen cedet legato. R. nam ne. &c. Accur.

y ITem legato. prædicto. s. vxoris causa paratū ei do lego: *vt s. e. l. hoc legatum.*

z ¶ Lecticarij. qui[a] lecticas vel lectos dominæ faciunt. Vel verius qui portant eam in lectica, vt subiicit

a ¶ Qui solam. i. solummodo &c.

b ¶ Iumenta. quæ dominam portabant vel trahebant in lectica. i. caretta, & ipsa lectica & sella. i. sambuca. ad quod est. s. *de ser. ru. præ. l. qui sella. & j. de auro & arg. leg. l. vxori.* Item burdones. i.[b] baculi quibus apodiabatur domina: vel etiam illi qui eam portabant. & semper repete, continentur legato.

c ¶ Puellæ. quæ deseruiunt in camera, quas puellas mulieres, id est dominę comatas,[c] quia comas habēt. Vel comatas, id est ornatas exornāt sibi, vt decentius sint in domo. aliâs quæ scilicet puellæ exornant comatas mulieres. i. dominas iuuādo eas exornare caput sibi. s. dominabus.

d ¶ Donauerit. i. dōmino eius vsibus concesserit. & ad hoc, *j. de auro & arg. leg. l. inter vestem. & j. de verbor. oblig. l. si mihi. §. j.*

e ¶ Solitus. sc. vir: *vt j. de fun. instr. l. quæsitū. §. si quis eodem.*

f ¶ Ea sola. sc. continentur. ad quæ facit. s. *l. si quid. §. inter.*

g ¶ Alia ratione. sc. sine emptionne. Hug.

h ¶ Vtroque. casu: id est siue empta siue parata legentur. vel id est vtroque modo legato relicto. Rog. vt quæ empta paratáque, & cætera.

i ¶ Adsignaturus. tamen empta fuerunt vtroq; viuente viro & vxore, & antè diuortium factum: *vt. j. de auro & argen. l. ij. iij. & . iiij. fac. j. eo. l. cum vxori. & s. eo. l. hoc legatum. & l. ea. l. si quid & s. tit. j. l. legatis.*

k ¶ Parui autem refert. quantum ad emptorum paratorūve significationem: *vt. s. eo. l. qui concubinam.*

l ¶ In dignitate. quā[e] viri tribuūt: *vt & s. de senato. leg. fœminę.*

a Copula auget, ampliat seu adiicit ad precedentia. v. Euerardum in loco à natura copulæ.

b Superiora inferiorib⁹ restringuntur.

† Hic rectè probatur illa dialecticorum traditio, de qua Quint. lib. 5. ca. 10. Genus scilicet ad probandā speciē minimū valere, plurimum ad refellēdā. Contrà species firmā habet probationē generis, infirmā refutationem.

* Inclusa desunt Flo.

c Genus inest speciei per positionem siue consequētiam.

d Generalibus specialia insunt.

e Totū in parte esse suo sensu dicitur.

f Continuo p semper.

a Lecticarij q

b Burdones quid sint exposui in meis notis ad hunc locū. nec enim Accursius Burdones qd sint hîc fideliter exponit.

c Verum huius loci lectionem ignorauit Accurs. vide notas ad hunc locum.

* emptis.

d Donare pro ad vsum cōcedere.

e Dignitate maritorum elucescūt seu eminēt verę vxores, non concubinæ.

eius causa paratú est, legatum sit, & postea sit cõflatum, [a] materia tamé maneat, [b] ea [c] ei debetur: [d] 6. ¶Sed vt legatú valeat, mortis tépore vxorem esse debere Proculus scripsit: & verum est. Separatio [e] enim dissoluit legatum. 7. ¶ Hoc legatum & filio & filiæ relinqui potest, *Quæ eius gratia parata sunt:* & seruo [f] seruæq; & continebuntur quę ipsis [g] sunt attributa [h] vel destinata. [i]

Hæc verba, cùm in suam tutelam peruenerit: diuersimode intelliguntur inspecta conditione proferentis, & eius de quo proferuntur: idem in verbis similibus. Bart.

L. Idem *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

CVm filiofamilias ita legatur, *Cum is in tutelam suam peruenerit:* pubertatis tempus significatur. Et sanè si impuberi filiofamiliâs legatum sit: plerunque sentiendum est (quod Sabinus ait) vt non & paterfamiliâs fiat, sed vt pubes. [k] Cæterùm si mater quæ suspectam habuit maritì, à quo diuorterat, vitam, filio suo quamuis impuberi leget: [l] non videtur sensisse de eo [m] tempore quo pubes est, sed eo quo & pubes & paterfamiliâs est. Nam & si pubes fuit: [n] multo magis [o] dicemus de patrefamiliâs eam sensisse: ac si dixisset, *In suam tutelam, & in suã potestatem.* 1. ¶Quod si quis patrifamiliâs impuberi leget cum suæ tutelæ sit, de pubertate sensit. Interdum & de vigintiquinque annis si mens testantis appareat. Nam si iam puberi, minori tamen vigintiquinque annis legauit, [p] proculdubio anni vigintiquinque erũt præstituti. 2. ¶Itẽ si furioso, vel ꝓdigo, vel ei cui pretor ex causa curatorem [q] dedit, ita sit legatum: [r] puto & de eo sensum casu, quo cura & tutela [s] liberentur.* 3. ¶Ex his & huiusmodi apparet voluntatis quæstionem Sabinum interpretatum. & vtique non dubitaret, si puberi, [t] & multo magis maiori vigintiquinque annis ita sit legatum: [u] de sua potestate testatorem sensisse. [x] 4. ¶Sic autem hæc scriptura [y] varia est, & voluntatis habet quæstionem, vt [z] illa quoque si quis ita scripserit, *Cùm sui iuris fuerit factus.* [a] Nam aliter alias accipiatur: & plerumque [b] potestatis liberationem continet, plerumque pubertatem, [c] vel vicensimumquintum annum. [d] 5. ¶ Egò quidem & si quis iam puberi, [e] minori tamen vigintiquinque annis sic legauerit, *Cùm ad pubertatem peruenerit:* puto de ætate [f] eum sensisse, quę caret in integrum restitutione.

6. ¶Idem & si quis *cum suæ ætatis fuerit factus*, vel *legitimæ ætatis:* vtrum de pubertate, an de vigintiquinque annis sensum sit, disputari de voluntate [g] potest, non minus quàm si ita adscripserit, *cùm iustæ ætatis sit factus*, vel, *Cùm maturæ ætatis*, vel, *Cùm adoleuerit.*

LI. Paulus *libro quarto ad Sabinum.*

---

non concubinarij. 2. Vel dic, nisi quod dignius & fauorabilius est relictum vxori quàm concubinæ.

a ¶ *Conflatum.* [a] voluntate non mutata: aliàs secus: *vt infra de auro & argen.leg.l.Seia. & infra eo.l.lana. & 3.de leg.j.l.seruum filij.§.si pocula. & supra quibus mo.vsusfru.amit.l.quid tamen.§.si massæ.H.quæ est contra.*

b ¶ *Maneat.* quia in massam liquidata est.

c ¶ *Ea.* materia.

d ¶ *Debetur.* scilicet hoc faciente materiæ ipsius potestate. R. scilicet quia remanet non specificata: aliàs secus: *vt Instit.de rerum diui.§.cum quis.*

e ¶ *Separatio.* non bona gratia facta: *vt infra de auro & argento legato.l.ij.& l.iij.& 3.de donatio. inter virum & vxorem.l.cùm hic status.§.si diuortium.* sicut aliàs, vt inimicitia: *vt infra de adimen.leg.l.iij.§.fina.* ¶ No. ergo tempore [b] mortis esse vxorem. *sic infra vnde vir & vxor.l.j.§.j.& 3.de leg.præstan.l.sed & si.§.j. & supra de dona.inter virum & vxorem.l.sed & interim.§.si.* Sed cõtra infra *de ven.in possess.mit.l.j.§.rectissimè.* Solu.ibi.

f ¶ *Seruo.* cum libertate, non aliàs: *vt.C.de leg.l.seruus.* 2. Vel dic seruo quondam, & sic liberto & libertę, quanquam non sint in potestate legantis. Nam nec vxor nec concubina. *& facit.3.eod.l.qui concubinam.in prin.*

g ¶ *Ipsis.* filio & filiæ, seruo & seruæ.

h ¶ *Attributa.* id [c] est tradita.

i ¶ *Destinata.* id [d] est assignata sine traditione: *vt supra eodem.l.si quid.circa fi.& 3.eo.l.vtroque.*

C*Vm filiofamilias.*] Casus. Hæc lex ponit sex modos legandi: & dicit quod illi sex modi debent intelligi secundùm voluntatem testatoris. si autem non appareat voluntas testatoris statur ei quòd dicit hæc lex. Primus modus est talis: Titius legauit filiofami. Seij minoris.xiiij.annis, cum is filius in suam tutelam peruenerit, centum. & dicitur quòd potest capere legatarius legatum cùm erit pubes, id est maior.xiiij.annis: & non expectatur quòd fiat sui iuris, nisi in casu, veluti: Titia habens filium siue minorem siue maiorem.xiiij.annis ex marito suo, cuius vitam suspectam habebat, legauit ei filio centum cùm in suam tutelam peruenerit. nam tunc non solùm expectatur pubertas, sed etiam quòd fiat sui iuris. Secundus modus qui incipit ibi, quòd si quis &c. est talis: Lego Titio impuberi cùm suæ tutelæ fuerit. quo casu de pubertate intelligitur. quandoque intelligitur de.xxv.annis: veluti si puberi ita legatum sit. si autem furioso vel prodigo ita legatũ sit, tunc intelligitur ei legatum cùm liberabitur tutela & cura. si autem puberi vel maiori.xxv.annis ita legetur, intelligitur ei legatum cùm erit suæ potestatis. Tertius modus qui est ibi, si autem &c. est talis: Lego Titio cùm sui iuris fuerit factus. quæ scriptura ita varia est, & ita habet voluntatis quæstionem, sicut superiores. nam quandoque continet liberationem potestatis, puta in casu qui dictus est supra eadem le.§.cæterum. &.§.nam & si. quandoque continet pubertatem: vt in secundo respon. huius leg. quandoque continet.xxv.annos, vt in casu qui est supra ead. leg.§.interdum. Quartus modus qui est in.§.ego &c. est talis: Lego Titio minori.xxv.ann.& maiori.xiiij.centum cùm ad pubertatem peruenerit. quo casu intelligitur ei legatum cùm habuerit.xxv.ann. Quintus modus qui est in.§ idem & si &c. est talis: Lego Titio cùm suæ ætatis vel legitimæ ætatis factus fuerit. quo casu intelligitur ei legatum quandoque cùm fuerit pubes, quandoque cùm habuerit.xxv.an. vt supra in aliis dictum est. Et idem est in sexto modo, lego Titio cùm iustæ ætatis factus erit: vel cum maturæ ætatis erit: vel cum adoleuerit. Quid si filięfami. ita legatum sit, lego Titiæ cùm in suam tutelam peruenerit? tunc certè debebitur cum habuerit.xij.annos. hoc dicit cum leg.seq. Viuianus.

k ¶ *Sed vt pubes.* sic *Instit. de pupil.substit.in prin.* Accursius.

l ¶ *Impuberi leget.* scilicet sic, cum in suam tutelam venerit. R. *& facit.3.ad Trebell.l.mulier.circa prin.*

m ¶ *De eo.* solo.

n ¶ *Pubes fuerit.* cui prædicto modo legatur. R.

o ¶ *Multo magis.* quia hic non cogitauit de pubertate.

q ¶ *Annis legauit.* illis verbis, cùm in suam tutelam venerit.

q ¶ *Curatorem dedit.* vt mente captæ aut luxuriosè viuenti mulieri: *vt.3.de cura.furio.l.antepen.*

r ¶ *Ita sit legatum.* illis verbis, cùm in suam tutelam venerit.

ſ ¶ *Tutela.* si furiosus est impubes, datur ei tutor: *vt.3.de tut.l.qui habet.* sed adulto eo facto datur curator. oportet ergo ab vtroque liberatum vt capiat relictum: sic scilicet, cùm in suam tutelam peruenerit. quod erit [a] etiam post vigintiquinque annos: *vt Instit. de cura.§.furiosi.* videlicet quando furiosus sanam mentem, vel sanos mores recuperat prodigus: *vt supra de cura.fu.l.j.*

t ¶ *Si puberi.* scilicet filiofamiliâs.

u ¶ *Ita sit legatum.* s. cùm in suam tutelam venerit.

x ¶ *Sensisse.* ad hoc.3.*ea.l.in princ.* ¶ Et not.ex hac.l.& inferiore proxima secundum R. quòd vox hæc. i. hæc propositio, cum [b] in suam tutelam peruenerit quis: nunc pubertatem significat, & hoc plerumque. s. quoties testatorem secus sensisse nõ liqueat. 2. Nũc propriam potestatem, vt cùm filiofamil. puberi vel maiori.xxv.annis sic legatur. 3. Nunc vtrumq;, vt cùm mater patrem odiens impuberi filiofami. sic legauerit. quod & in similibus dici potest. 4. Nunc.xxv.annis clauditur, vt in adulto patrefamil. 5. Nunc etiam vltra extenditur, vt in furioso & filiofam. & similibus.

y ¶ *Hæc scriptura.* scilicet cùm in suam tutelam venerit.

z ¶ *Vt.* id est sicut.

a ¶ *Factus.* scilicet Titio do lego.

b ¶ *Plerumque potestatis.* s. quoties seruo vel filiofa. sic legatur.

c ¶ *Pubertatem.* s. cùm patrifam. impuberi sic fuit legatum.

d ¶ *Vicensimumquintum annum.* s. cùm puberi patrifam. sic est relictum.

e ¶ *Iam puberi minori.* scilicet patrifam.

f ¶ *Aetate.* scilicet sola.xxv.ann. non autem hic sufficeret ætatis venia: *vt.C.de iis qui ve.ata.impe.l.fi.*

g ¶ *De volũtate potest.* in dubio de.xxv.an. intelligitur: *vt C.de iis qui*

---

a Legato à testatore tum viuẽte in aliud mutato, vtrum legatum duret, an verò extinguatur re mutata. vide Romanum *singulari* 417.

b Vxor etiam tempore mortis dicitur.

c Attributo pro tradito.

d Destinatum, pro assignato sine traditione.

* Flo. curæ & tutelæ liberetur.

a In suam tutelam venisse quis dicitur, post 25. annum ætatis.

b In suam tutelam venisse quis variè dicitur.

quive.ata.impe.l.fin.& quando di.leg.ce.l.ex his.& infra de condit.& demo.l.fin.

a ¶ *Si filiafamilias*.impuberi.

b ¶ *Viripotens*.id est,[a] cùm.xij.ann.habebit.*vt.s.l.proxim.in prin*.nam tunc pati potest virum:*vt Institut.de nup.in princi.& .j.quando di.le.ce.l.quod pupilla.*

a Viripotens quæ dicatur.

Librorum.] CASVS. Legaui Titię libros meos. certè continebuntur in legato omnia volumina quibus pro libris ego vtebar, siue sint illa volumina in charta siue in quacunque alia materia. Sed pone quòd legaui tibi centum libros.certè continebuntur in legato centum volumina librorum: non autem computabimus quemlibet librum qui est in vno volumine, pro vno libro.& ponit exemplum in Homero qui habet in se.quadragintaocto libros. nó autem debet cóputari nisi pro vno libro. Sed quid si legaui tibi corpus Homeri qui habet in se. quadragintaocto libros, vt dictum est,& nõ habeo de eo nisi .xxiiij. libros? certè non debebuntur tibi nisi.xxiiij.libri. Sed nunquid appellatione librorum continebuntur bibliothecæ,vel alia in quibus scripta reponuntur? Non:nec etiam menbranæ puræ, id est,non scriptæ, nec chartæ puræ similiter. nec econtra chartis legatis debebuntur libri,nisi in vno casu:puta cum aliquis studiosus non habens nisi libros legauit alij studioso vniuersas chartas suas.tunc enim bene continebuntur libri appellatione chartarũ quia talis videtur fuisse testantis voluntas. Sed pone quòd legaui tibi chartas meas puras. certè non continebuntur membranæ, nec aliæ materiæ in quibus scribi solet,nec libri qui sunt incepti scribi. Sed & si libros meos tibi legaui, non continebuntur libri qui sunt incepti scribi: sicut nec continetur vestis appellatione vestis nondum detexta: sed bene contibuntur appellatione librorum libri completi,quamuis non sint in asseribus ligati, vel conglutinati, vel emendati. Item continebuntur membranæ scriptæ, quamuis non sint simul sutæ. Sed quid si legaui tibi chartas? certè non continebitur materia parata adfaciendum chartas: [SED ET SI BIBLIOTHECAM.] Legaui tibi bibliothecã meã.quæritur,nũquid cõtineatur legato armariũ tantùm: an verò etiam libri qui reponuntur in bibliotheca,vel armario? Et dicitur q illud cõtinebitur quod testator senserit. si autẽ nõ appareat voluntas testatoris, non cõtinetur nisi illud armariũ quod est affixum solo : quia armariũ quod est affixum solo,dicitur bibliotheca: sed propriè armarium dicitur illud quod non est affixum solo : & largè dicitur armarium etiam bibliotheca. Itẽ dicitur largissimè bibliotheca ipsi libri.quia igitur appellatione bibliothecæ continetur illud quod testator vult ita vt etiam libri contineantur:si testator vult,vt dictũ est,non est per omnia verum illud quod Sabinus scribit supra.eo.§.libris scilicet quòd libris legatis non continentur bibliothecæ. nã libris legatis etiã armaria debentur si testator voluit: dum tamen dicta armaria non sint affixa solo. nam eo casu non debebuntur. quod autem dictum est in bibliotheca librorum, habet locum etiam in dactyliotheca anulorum. nam dactyliotheca legata continentur etiam anuli qui sunt in ea, si testator voluit. quædam tamen sunt quæ omni modo legatum sequuntur. nam legato lecto continentur etiam fulcra: & armariis legatis & vinculis ferreis in quibus mittuntur homines capti, continentur claustra & claues. Viu.

† Omne qui dicit, nihil excipit. concor.c.si Romanorũ.§.dicendo.vbi dicitur, dicẽdo verò omnia decretalia cõstituta, nullũ de decretalibus constitutis prætermisit.& Gl.in ver.dicendo ibi argu. quid verbo generali omnia debent comprehendi distin.19.

† In hunc locũ Alex.ab Alexan.lib.2.Gen.die.cap.10.

SI filiæfamilias[a] ita legatũ sit, *Cùm in tutelã suam peruenerit* tunc debebitur,cùm viripotens[b] facta fuerit.

Appellatione librorum continentur omnia volumina in quacunque materia scripta.Bart.

LII. VLPIANVS *libro vicesimo.quarto ad Sabinum.*

LIbrorum appellatione continentur omnia volumina† siue in charta,[c] siue in membrana[d] sint,siue in quauis alia materia. † Sed & si in philyra, aut in tilia,[e] vt nonnulli cõficiunt, aut in quo alio corio:idem erit dicẽdum.Quòd si in codicibus[f] sint membraneis,[g] vel chartaceis, vel etiam eboreis,vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis : an debeantur,videamus. Et Gaius Cassius scribit deberi & membranas libris legatis.Consequenter igitur cætera quoque debebuntur,si non aduersetur voluntas testatoris.

In dubio appellatio libri intelligitur de vno volumine : non de libris numeralibus per quos volumen diuiditur.Bart.

1. ¶ Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei dabimus:non centum quę quis ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent : vtputa cùm haberet Homerum totum in vno volumine, non quandraginta octo[h] libros computamus, sed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum est.

Heres librum legatum non tenetur facere compleri.Bart.

2. ¶ Si Homeri corpus sit legatũ,[i] & nõ sit plenũ:quãtæcunquæ[k] partes hodie[l] * inueniantur,debentur.

Libris legatis non continentur ea in quibus libri reperiuntur.Bar.

3. ¶ Libris autem legatis bibliothecas[m] non cõtineri[n] † Sabinus scribit.Idem & Cassius.ait enim membranas quæ scriptæ sint, contineri. deinde adiecit, neque armaria,neque scrinia, neque cætera in quibus libri conduntur,deberi.

Libris legatis chartæ nõ scriptæ nõ continẽtur: & chartis legatis nõ continẽtur libri, nisi aliter volũtas esset inefficax.Itẽ legato chartarũ nõ cõtinentur mẽbranæ,nec econuerso.Bart.

4. ¶ Quod tamen Cassius de membranis puris[o] scripsit, verũ est. Nã nec chartæ purę debentur libris legatis:nec chartis legatis libri debebuntur: nisi fortè & hîc nos vrserit volũtas:vtputa siquis[p] fortè chartas sic reliquerit, *Chartas meas vniuersas*. qui nihil aliud quàm libros habebat, studiosus studioso. nemo enim dubitabit libros deberi.[q] Nã & in vsu plerique libros chartas appellant. Quid ergo[r] siquis chartas legauerit puras? Membranę non continebuntur,[s] neque cæteræ ad scribendum materiæ.[t]

Libri cœpti scribi non continentur appellatione librorum secus si sunt bene completè scripti,non tamen correcti vel miniati.Bart.

5. ¶ Sed nec cœpti scribi[u] libri. Vnde non malè quæritur, si libri legati sint, an contineantur nondũ perscripti. Et non puto[x] contineri, nõ magis quàm vestis appellatione nondum detexta[y]

c ¶ *Chartas*.de bombyce.

d ¶ *Membrana*. de membris animalium.

e ¶ *In philyra aut in tilia*. coria[a] sunt quorundam animatium, vt statim patet cum dicit, in quo alio &c. & semper dic si pro libris paterfami. vtebatur.

f ¶ *Quòd si in codicibus*.repetit,vt addat.

g ¶ *Membraneis*. i. libros scriptos in mẽbranis. q. d. non inceratos & eboreos : sed statim corrigit. consequenter &c. vt omnes contineantur in dubio si pro libris eis vtebatur testator : nisi contraria probetur voluntas,*vt hic & .j.proxi.§.* fortè enim paterfamil. pauper tabulis cereis vtebatur pro libro.

h ¶ *Quadraginta octo* nota quot libros fecit Homerus.

i ¶ *Legatum*. i. libri ab eo facti.

k ¶ *Quantacumque*. sic.*s.tit.ij.l.si seruus.§.quiquinque.*

l ¶ *Hodie*. tempore mortis in bonis defũcti.

m ¶ *Bibliothecas*. i.armarium vbi libri reponuntur,*vt.s.de contrahen.emp.l.Labeo.*

n ¶ *Contineri*. sc. libris legatis. no. pro materiato materiam poni.

o ¶ *Puris scripsit*.s.tacitè, vt non debeantur libris legatis, cum enim dixit scriptas deberi:innuit quod nõ scriptæ nõ debebũtur.Ac.

p ¶ *Vputa si quis*.s. studiosus studioso:quod est infra.

q ¶ *Libros deberi*.Immutatur ergo appellatiuum:& sic est cõtra *s.tit.ij.l.iiij*.Solut. si id quod sensit testator, prorsus extraneum est ab eo quod expressit, nil debetur:vt ibi. Si verò coaptari potest ratione consuetudinis alicuius loci,secus est secundùm Io.*vt hîc, & .j.e.§.fin*.& eodem modo soluitur.*j.de rebus dub.l.in ambiguo.*

r ¶ *Quid ergo*.aliàs q.d ergo:aliàs,si quis ergo:aliàs,& ideò si qs.

s ¶ *Non continebuntur*. quia appellatione chartarum continentur quæ de bõbyce sunt, vt hîc. sed hanc interpretationẽ non admittit Ro. in nostris eloquiis,cùm membranas nostro vsu tantùm chartas dicamus:qui vsus omni regulæ omnique constitutioni in exaudiendis sermonibus derogat solus:qui quoniam sit magis facti,nulla iuris cõstitutione mutari potest:tã cæteris quã Prisciano & Horatio nostri eloquij authoribus in hac re inuocatis testibus.

t ¶ *Materiæ*.vt eboreæ & cereæ.

u ¶ *Scribi*.s.continentur appellatione chartarum.

x ¶ *Et non puto*. sic ergo libri cœpti[b] nec appellatione chartarũ nec appellatione librorum continentur:secus si legetur argentum factum:*vt.j.de auro & argen.lega.l.& si non sint.§.quid ergo.*

y ¶ *Detexta*.quæ sit hæc,dic,*vt.j.de aur.& argẽ.leg.vestimentũ.*

* Miror Taur. sic edidisse, cũ ipse in anno. fateatur in arche.hodie legi ΠΑΡΑ ΗΟ-ΔΙΑΣ Ant. Augu. Emend. lib.4.ca.2 rhapsodiæ legendũ opinatur. nã singuli Homeri libri hoc nomine significantur [Greek illegible] quasi à consuẽdis seu contexendis carminibus.

† Concor.Gl.in verb. propasuit. circa med. ibi. nõ est recedendũ à significatione verborũ, nisi cũ constet testatorẽ aliud voluisse.cap ex literis. extra de sponsa.& mat.

a Philyra quid sit, vide, si libet,Plin.lib.16.c.1.ac perfusè Politianũ Miscel.c.72.

b Libri cœpti non continentur appellatione chartarum & librorum.

ff. Infort.

a ¶ *Perscripti*.id est in totum scripti.
b ¶ *Malleati*.id est afferibus inclusi.
c ¶ *Ornati*.id est cinnabriari vel capitulati.
d ¶ *Conglutinati*.id est ligati,scripti tamen.
e ¶ *Sed & membrana*.scriptæ. 2. Vel dic etiam non scriptæ, si talis appareat defuncti voluntas: *vt.j.de aur.& argen.leg.l.argumento.§.pen.in fi.§.*

† Columell.li.12.c.9.

continetur. sed perscripti[a] libri nondum maleati[b] † vel ornati[c] continebuntur. Proinde & nondum conglutinati[d] vel emẽdati cõtinebuntur: sed & mẽbranæ[e] nondũ consutæ continebũtur.

Legato materiato non intelligitur legata materia.Bart.

CHARTAE.

6. ¶ Chartis legatis,neq; papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ cõtinebũtur.[f] 7. ¶Sed si bibliothecam legauerit,vtrum armarium solum[g] vel armaria cõtinebuntur,an verò libri quoque contineantur, quæritur. Et eleganter Nerua ait interesse id qđ testator senserit. nam & locum significari[h] bibliothecam eo,aliàs armarium, sicuti dicimus, eboreã bibliothecam emit: aliàs libros, sicuti dicimus bibliothecam emisse.[i] Quod igitur scribit Sabinus, libros bibliothecam non sequi,[k] non per omnia verum est.[l] nam interdũ armaria quoque debentur, quæ[m] plerique bibliothecas appellant. Planè[n] si mihi proponas adhærentia[o] esse membro * armaria, vel adfixa: sine dubio[p] non debebuntur,[q] cum ædificij portio sint.

BIBLIOTHECA.

DACTYLIOTHECA.

8. ¶Quod in bibliotheca tractauimus,[r] idẽ Pomponius libro sexto ex Sabino in dactyliotheca[s] legata tractat: & ait anulos quoque contineri, non solùm thecam[t] quæ anulorum causa parata sit.hoc autem ex eo coniectat,[u] quòd ita proponitur quis legasse, *Dactyliothecam meã, & si quos præterea anulos habeo.* & ita Labeonem quoque existimasse[x] ait. 9. ¶Sunt tamẽ quędam quę omnimodo[y] legatũ sequuntur: vt lectum[z] legatum contineat & fulctra:[a] & armariis[b] & loculis[c] claustra & claues cedunt.[d]

f ¶ *Continebuntur*. vt & *supra.§.proxi.in fin.* nisi alia fuerit voluntas defuncti: *vt.j.de auro & argen.leg.l.argument.§.pen.* Item secus in argento: *vt infra de auro & argẽ.lega.l.& si non sint.§.quid ergo.*
g ¶ *Solum*. scilicet sine libris.
h ¶ *Significari*: subaudi, per: nisi sit i pro e: quod sæpe occurrit in Pan.Flo.
i ¶ *Emisse*. sic ponitur supra *de contrahẽ.emptio.l.Labeo.*
k ¶ *Non sequi*. id est vt legando[a] libros nõ videatur legasse bibliothecam: quod Sabinus dixit: *supra.ea.l.§.libris autẽ.* & secundum hoc planum est quod sequitur. 2. Alij dicunt Sabinum aliàs dixisse, & intellexisse vt legando bibliothecam non videatur legasse libros. & ita est hic fallacia amphiboliæ: vt, verum est panẽ comedere carnem. nã licèt bene diceret Sabinus tamẽ hæc litera non portat hunc sensum propter verbum quoque,qđ est statim,
l ¶ *Verum est*. Scilicet cum mens testatoris sit in contrarium, vt appellatione librorum cõtineatur armarium secundùm primum. 2. Vel dic vt appellatione bibliothecæ contineantur libri, secundùm Ir. nec obstat supra *de leg.j.l.iiij.* quia soluitur.*s.ea.l.§.libris.*
m ¶ *Quæ*.scilicet armaria.
n ¶ *Planè*.pro sed.
o ¶ *Adhærentia*.solo vel ædificio domus, vel affixa: vt subiicit.
p ¶ *Sine dubio*.quamuis in supradictis possit dubitari.Acc.
q ¶ *Non debebuntur*.scilicet cùm legantur libri.
r ¶ *Tractauimus*.vt libris legatis videatur bibliotheca legata,si hoc testator voluit: *vt.s.§.sed & si bibliothecam.*
s ¶ *Dactyliotheca*.[b] vas vbi anuli reponuntur, vt subiicit. legatis ergo anulis & vas videtur legari si hoc voluit testator.
t ¶ *Thecam*.id est dactyliothecam,vt dixi,quod est vas: *vt.j.de penu.lega.l.iij.in fi.*
u ¶ *Coniectat*. i. coniecturatur vel præsumitur quòd pars in toto contineatur.
x ¶ *Existimasse*.s. Pompo.aliàs non dicturus nisi in casu proposito,cum addiderit: & anulos &c. nec enim regulariter id dixit Pomponius: *& facit.j.l.prox.*
y ¶ *Omnimodo*.licèt non sit certa mens testantis. sed in superioribus aliud est.
z ¶ *Vt lectum*. hic ponitur in neutro genere: aliàs in masculino: *vt.s.de peri.& commo.rei ven.l.lectos.*
a ¶ *Fulctra*. i. ornamenta lecti secundùm Hug. *& facit.j.de acquir.rerum domi.l.sed si de meis.§.j.*
b ¶ *Armariis*. scilicet legatis.
c ¶ *Et loculis*. aliàs vinculis, scil. legatis: secundùm hoc dicit de vinculis quib[9] homines vinciuntur: qui cũ clauaturis & clauibus firmantur, vt in scyphis videmus: sed aliàs deest &c,& est vincula & cla.&c. Et secundum hoc dic vincula quibus firmantur armaria,id est seræ & clauaturæ: & quibus clauduntur ostia. aliàs est loculis,id est vasis quæ clauibus firmatur.Accursius.
d ¶ *Cedunt*. accessionis potius iure,quàm ex significationis verbi natura, *secundum Rog.*

a Libris legatis an cẽseantur legata bibliotheca.

* membro domus.

b Plin.lib.naturæ.hist.37.c.1.hoc verbo vtitur,& Mart.li.11.de gramma.de Carino loquens.

LIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

ARgento legato constat arculas[e] ad legatarium non pertinere.[f] 1. ¶Item anulis legatis dactyliothecæ non cedunt.

Dictio,hoc amplius,præcedentium repetitionem inducit.Bart.

LIIII. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

SI purè tibi legauero, deinde postea scripsero ita, *Hoc amplius, si nauis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato*: verius est eo verbo amplius, superiora repeti:[g] sicuti dicimus, *Lucius Titius plebi quina milia dedit: hoc amplius Seius viscerationem:*[h] † quina quoque milia Seium dedisse intellegimus. *& Titius*[i] *accepit quinque, Seius hoc amplius fundum*: Seium quinque quoque accepisse intellegimus.[k]

Appellatione ligni legati continetur lignum comburẽdi causa paratum à terra separatum speciali nomine nõ submissum, nisi voluntas testatoris vel eius conditio aliud inducerat. h.d.tota.l.secundum Ia.de Are.Bart.

ARgento.] CASVS. Legaui tibi argentum meum, certè non continentur arcæ in quibus erat repositum sed & anulis legatis non continentur dactyliothecæ in quibus anuli reponuntur. Viuianus.
e ¶ *Arculas*. paruula arca vbi ponitur argentum: *vt.j.de penu.lega.l.j.in fine.*
f ¶ *Non pertinere*.nisi mens testantis sit cõtra.*arg.s.l.proxi.§.sed & si bibliothecam.*

ARGENTVM.

SI tibi purè.] CASVS. Legaui tibi centum purè, postea ita dixi: hoc amplius si nauis ex Asia venerit, heres meus tibi fundum det. certè propter hoc verbum amplius, repetita videntur à secundo legato fundi centum primo legata: vnde etiam centum debebuntur tibi sub conditione, quamuis forent primò purè legata. postea ponitur leue simile. Sed pone quòd legaui Titio quinque: & postea ita dixi: Seio hoc amplius fundum lego. certè Seius habebit non solùm fundum, sed etiam alia quinque: & hoc propter dictum verbum, hoc amplius, & hoc dicit. Viuianus.
g ¶ *Repeti*. & etiam conditio, vt in contrario casu: *vt.j.de condit.& demonstrat.l.auia.secundum H.* sed R.dixit hic non intelligi repetitam conditionem nisi aliquibus appareat coniecturis: *vt.j.eo.l.non aliter.* Accursius.

AMPLIVS.

† Sic Flor.perperam autem in vulg. impressis, huiusmodi ratione & in manuscr. huius rei ratione Ant.Au.lib.4.c.1.vbi & hoc verbum explicat.

h ¶ *Hoc amplius*.id est propter illud verbum,hoc.Azo. ADDITIO. Ne pereat glossematis intellectus, scire oportet vulgarem lectionem prius hoc modo habuisse: hoc amplius Seius. huiusmodi oratione quina quoque Seium dedisse intelligimus. sed & si Titius accepit quinque, Seius &c. Itaque pro huiusmodi oratione ex fide Florentini codicis substituimus visceratiomem. Erat autem visceratio, cum carnis epulum plebi dabatur. *Cicero libro.ij.Offic.* Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationũmque apparatu pecunias profundunt. *Liuius lib.viij.* P.Plautio Proculo, P.Cornelio Scapula consulibus populo visceratio data à M. Flauio in funere matris. Latinis quoque feriis visceratiomem dari proditum est. Nam & Cicero in oratione Planciana ait, Nisi fortè te Lauicana, aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuuabat, quibus è municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniũtur. *Et Varro lib.ij.de lingua Latina:* Similiter Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacro carnem petere fuit ius cũ Romanis. Plinius quoque maior lib.iij. Cum his carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses, Albani, Aesolani, & cęteri. Idque est quod Pomponius capite posteriori de origine iuris ait, Latinarum feriarum causa præfectum vrbi introductum. *Antonius August.lib.iij.cap.j.*
i ¶ *Titius*.ecce tertium exemplum.
k ¶ *Intelligimus*.i.intelligere possumus, si ea mens loquentis appareat,

pareat. cæterum non est talis perpetuus intellectus, secundum R. pro quo est.ꝫ.*eodem. l. non aliter.* & sic soluitur contrarium. ꝫ. *de lega.*j.*l.si seruus legatus.§.si ita.* 2. Sed tu dic aliter vt ibi no. & facit.ꝫ.*eod.l.si sit.*&.ꝫ.*de dot.præleg.l.qui ita.*&.ꝫ.*titu.y.l.legata inutiliter.*

LV. VLPIANVS *libro vicensimoquinto ad Sabinum.*

Ligni appellatio nomen generale est: sed sic separatur,[a] vt sit aliquid materia, aliquid lignum.[b] Materia est, quæ ad ædificandum, fulciendum necessaria est: lignum, quicquid comburendi[c] causa paratum est. Sed vtrum ita demum, si concisum sit, an & si non sit? Et Quintus Mucius libro secundo refert, si cui ligna legata essent quæ in fundo erant, arbores quidem materiæ causa succisas non deberi: nec adiecit, si[d] non comburendi gratia succisæ sunt, ad eum pertinere: sed sic intelligi consequens est.

1. ¶ Ofilius quoq; libro quinto iuris partiti ita scripsit, cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere quæ alio nomine[e] non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad cōburēdum possit vti. Sed & balani,[f] vel si qui alij nuclei.[g]

L*igni.*] CASVS. Lignum aliud dicitur materia ad ædificandū parata, aliud lignum causa comburendi paratum. sed vtrum videtur esse lignum ita demum si concisum sit: an etiam si non sit concisum? & certè arbores materiæ causa succisæ non continentur appellatione lignorum legatorum. & hoc dicit Quintus Mucius, nec adiecit dictus Quintus Mucius pertinere ligna ad eum cui legata sunt ligna etiam si non sint succisa causa comburendi, sed tantùm ad comburendum parata, & non succisa. Sed Ofilius dixit consequens esse sic intelligi, vt ad eum pertineāt: cuius Ofilij verba sunt hæc: Cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere quæ alio nomine non appellantur: etiam si non succisa, dum tamen ad comburendum parata. Alieno autem nomine appellantur, sicque appellatione lignorum legatorum non continētur virgæ, carbones, nuclei oliuarum, sed & balani, & si qui sint alij nuclei: quamuis eis non possit vti legatarius cui legata sunt ligna, ad vllum alium vsum nisi ad comburendum. Item negat dictus Ofilius ei cui ligna legata sunt, videri legatas arbores nondum concisas, nisi quę minutatim sunt concisæ. sed & si non minutatim sunt concisæ, sed sunt ad concidendum destinatæ, videntur legatæ. Quid si siluam habebat testator destinatam ad comburendum, & legauit Titio ligna? certè silua legato non cedet: sed arbores deiectæ in dicta silua sic. Quod autem dictum est lignorum appellatione contineri illud quod est paratum causa comburendi, verum est siue ad balnei calefactionem solebat vti testator, siue ad calefactionem diætarum, siue hypocaustorum: siue solebat vti ad coquendum calcem, siue ad aliam rem coquendam. Sarmenta autem non continentur appellatione lignorum, nisi hoc testator voluerit. nam tunc continebuntur & sarmenta, & virgulæ, & germina, & superamenta materiarum, & stirpes & radices vitium. In quibusdam etiam regionibus continentur appellatione lignorum herbulæ quædam & spinæ & vepres: sicut est in Ægypto, vbi arundine pro ligno vtuntur, & vbi arundines & papyrum comburunt. nam & homines de Ægypto appellant lignum[*] nauem quæ ducit ligna de paludibus. Item in quibusdam aliis prouinciis vtuntur homines ad comburendum editu, id est stercore boum: & ideo ibi stercus boum continetur appellatione lignorum. Sed pone quòd lignum est paratum à testatore ad carbones conficiendos. certè non continebitur appellatione lignorum, neque carbonum: nec etiam titiones, nec alia ligna cocta ne fumum faciāt, nec sulphurata de ligno, nec ea quæ sunt parata ad faces: nisi testator hoc voluit. Pineæ autem ex quibus nuclei sunt extracti, bene continentur lignorum legatorum appellatione. pali & perticæ non continentur: quia sunt in numero materiæ. *h.d. cum.l.seq.* Viuianus.

[*] al. ξυλαγωγὸν.

a ¶ *Separatur.* à sapientibus propter diuersos vsus.

b ¶ *Aliud lignum.* Nomen[a] generis imponitur speciei. *sic.*ꝫ.*de adop.l.y.§.j.* Accur.

[a] Generis nomen quandoque speciei imponitur.

c ¶ *Comburendi causa.* principaliter, vt combustio prima & sola parandi causa fuerit Rog.

d ¶ *Si.* aliàs est si non. & tunc dic si, pro quia: vel propriè. & quod subiicit, ad eum scilicet heredem. aliàs sine non: & dic tunc ad eum, scilicet legatarium: sed habetur pro dicto, vt subiicit. Accursius.

e ¶ *Alio nomine.* scilicet speciali; qualia sunt virgæ &c. nā habēt speciale nomen: & ideò non continentur appellatione ligni, licèt ad nil aliud valeant nisi ad comburendum. ¶ Sed contra infra eo.§. *Ofilius.* vbi virgæ & similia continentur. Sed ibi speciale ratione prouinciæ vnde erat testator. *arg.*ꝫ.*ea.l.§.lignorum.* sed. R. distinguebat an erant ad alium vsum aptæ, vt ad faces, vel ad plantandum salictum: vt infra ar. fur. cæsarum. l. iij. & tunc non continentur: vt hic. an non: & tunc sic, vt ibi. cui obstat quod hic dicit, quibus & cæt. sed ipse refert ad ligna, & non ad proxime dicta: quibus scilicet lignis &c. & facit ad totam hanc legem infra de verborum significatione. l. carbonum.

2. ¶ Idem[h] libro secundo negat arbores nondum concisas,[i] nisi quæ minutatim conciduntur, videri ei legatas, cui ligna legata sunt. Ego[k] autem arbitror hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nondum minutatim fuit concisum, si iam concidendo[l] fuit destinatum. Proinde[m] si siluam huic rei[n] habebat destinatam, silua[o] quidem non cedet: deiectæ[p] autem arbores lignorum appellatione continebuntur: nisi aliud testator sensit. 3. ¶ Lignis autem legatis, quod comburendi[q] causa paratum est, continetur, siue ad balnei calefactionem, siue diætarum[r] hypocaustatum,[s] [*] siue ad calcem siue ad aliam rem coquendam solebat vti.

4. ¶ Ofilius libro quinto iuris partiti scripsit, nec sarmenta[t] ligni appellatione contineri.[u] Sed si voluntas non refragatur,[x] & virgulæ,[y] & gremia,[z] † & sarmenta, & superamenta[a] materiarum, & vitium stirpes[b]

f ¶ *Balani.*[a] nuclei fructuum illius arboris: sicut nuclei oliuarum. Accur.

[a] De balanis vide si libet Dioscori.c.134. ex tradur. Hermo. & Hermo. ipsum in corolla. c. 15: & Plin.lib.13 c.4.

g ¶ *Nuclei.* scilicet non continentur, cum proprium habeant nomen: *vt infra de verborum significatione. l. carbonum.* nisi alia sit voluntas testatoris: *vt infra. §. Ofilius.* licet R. dixerit quòd continentur appellatione lignorum secundùm distinctionem præmissam.

[*] siue diætarū, siue hypocaustorum.

h ¶ *Idem.* scilicet Ofilius. sed aliàs est lex, negat. aliàs §. idem lib. ij. negat &c.

† Vide Anto. Aug.lib.3.c.7.

i ¶ *Nondum concisas.* id est à terra incisas: & subaudi, vel etiam incisas à terra: sed postea minutatim non incisas. sic ergo tria exigebat Ofilius vt arbor ligni appellatione contineatur, scilicet quòd sit à terra separata, item facto hominis, item quòd postea minutatim fuerit incisa.

k ¶ *Ego.* scilicet Vlpianus.

l ¶ *Concidendo.* fuerat tamen à terra separatum: & sic Vlpianus primum curat, tertium non curat, dummodo hoc testator facere destinabat. sed nec medium curat, scilicet facto hominis, vt sequitur. Accursius.

m ¶ *Proinde.* id est ergo &c.

n ¶ *Huic rei* incidendam, & minutatim incidendam, etiam magnas arbores.

o ¶ *Silua.* si habes silua, scilicet non incisa, non cedet legatario: quia non sunt ligna dum terra aluntur. si verò habeas siluam: dic non cedet legatarius eadem ratione quam dixi.

p ¶ *Deiectæ.* licèt non sint concisæ facto hominis, sed vi ventorum vel alio modo deiectæ: in quo secus putabat Ofilius, vt prædixi. & dic quòd & hic minutatim incidere proponebat: vt & superiori casu quando ab homine sunt concisæ.

q ¶ *Comburendi* s. principaliter, non etiam per medium. Ioann. puta faces: *vt.*ꝫ.*§.penul.*

r ¶ *Diætarum.* in aulis vbi stant domini ad ignem.

s ¶ *Hypocaustarum.* vbi[b] stant ægroti, qui quandoque indigent igne: *vt arg.*ꝫ.*man.l.si quis mihi.* Accur.

[b] Hypocausta.

t ¶ *Nec sarmenta.* vulgare Tuscorum, quod inciditur de vitibus in capite quando putantur. Accur.

u ¶ *Continere.* si ad alium vsum sit quàm ad comburendum, secundùm Rog. quod reprobauit.ꝫ.*in.§. Ofilius.* Accur.

x ¶ *Non refragatur.* vel quia non sint ad alium vsum secundùm R. vel quia sit consuetudo illius terræ vt eis vtantur pro lignis secundum nos: *vt infra.§.proxi. Accursius.*

y ¶ *Virgulæ.* aliàs virgę: aliàs virgulę.

z ¶ *Germina.* id est pedamenta iuxta aliàs arbores: *vt supra solu.matri.l.diuortio.§.si fundum.* ADDITIO. Florentię gremia legitur, idque rectius, vt ex Columellę auctoritate patet, lib.xij. ca. xix. Mustum de lacu in vasa defrutaria deferemus, leuique primum igne, & tenuibus admodum lignis, quę gremia rustici appellant, fornacem incendemus.

a ¶ *Superamenta materiarum.* quas vocant Bononię amanijclos.

b ¶ *Stirpes.* scilicet vetustas. & facit.ꝫ.*arb.fur.ca.l.iij.*

atque radices continebuntur. [a]

5. ¶Lignorú appellatione [b] in quibusdá regionibus(vt in Ægypto, vbi arundine pro ligno vtuntur, & arundines & papyrum [c] comburunt)& herbulę quędam, vel spinæ, vel vepres cótinebuntur. Quid mirú? [d] cum ξύλον hoc, & naues ξυληγὰς † appellant, quæ hęc [e] ἀπὸ τῶν ἑλῶν deducút. 6. ¶In quibusdá prouinciis [f] & editu [g] boum ad hanc rem vtuntur.

7. ¶Si lignum sit paratú ad carbones coquendos [h] * atque conficiédos: ait Ofilius libro quinto iuris partiti carbonú appellatione huiusmodi materiam nó contineri. Sed an lignorum? Et fortassis quis dicet, nec lignorum. non enim lignorum gratia hęc testator habuit. [i] Sed & titiones, & alia ligna cocta [k] ne fumú faciant, vtrú ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est vt proprium genus habeatur.

8. ¶Sulphurata [l] quoque de ligno ęquè eandem habebunt definitionem. 9. ¶Ad faces quoque parata, nó erunt [m] lignorum appellatione comprehensa; nisi hæc fuit voluntas. 10. ¶De pinu autem integri strobili, [n] ligni appellatione continebuntur.

LVI. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

PAli [o] & perticæ in numero materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Cui est legata materia, non est legatum materiatum. Bart.

LVII. POMPONIVS *libro trigensimo ad Sabinum.*

SEruius [p] respondit, cui omnis materia legata sit, ei nec arcá, nec armarium legatum esse.

LVIII. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

CVm vxori suæ quis ea quæ eius causa parata sunt legasset, deinc [q] viuus* purpuras comparasset [r] in prouincia, necdum tamen aduexisset: [s] rescriptum est, ad mulierem purpuras pertinere.

Legato instrumentorum continentur nomina debitorum. Bartol.

LIX. IVLIANVS *libro trigesimoquarto Digestorum.*

QVi chirographum legat, non tantùm de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus [t] quarum probatio tabulis continetur. Appellatione enim chirographi vti nos pro ipsis actionibus palam est: cùm venditis [u] chirographis intellegimus nomen venisse. Quin etiam si nomen quis legauerit: id quod in actionibus est, legatum intellegitur.*

LX. ALFENVS *libro secundo Digestorum à Paulo epitomatorum.*

CVm quæreretur, agni legati quatenus viderentur: [x] quidam aiebant, agnum dumtaxat sex mensium esse. Sed verius est eos legatos esse, qui minores anniculis* essent. [y]

1. ¶Seruis & ancillis vrbanis legatis, agasonem, [z] mulionem legato non contineri respondi. eos enim solos in eo numero haberi, quos paterfamilias circum se [a] ipse sui cultus causa haberet.

In iis quæ quis promiscuè vtitur, illud videtur vxoris causa paratum, quod ad eius vsum annuum est necessarium: Bartol.

2. ¶Lana, lino, purpura, vxori legatis, quę eius causa parata essent: cú multá laná & omnis generis reliquisset, [b] quęrebatur, an omnis deberetur. Respódit, si nihil ex ea destinasset ad vsú vxo-

a ¶*Continebuntur.* s. §. Ofilius. contra. Sol. ibi.
b ¶*Lignorum appellatione.* continebuntur herbulæ quædam, &c. in quibusdam, &c.
c ¶*Papyrum.* id est, iuncum vnde fit papyrus ad lampades.
d ¶*Quid mirum.* hoc est Græcum, quod lignum interpretatur: & sic Græci naues appellant lignum.
e ¶*Quæ hæc.* scilicet ligna: & habent hic aliud Grecum, cuius sensus est, de paludibus.
f ¶*Prouinciis.* vt in Vngaria & quibusdam partibus Hispaniæ.
g ¶*Edum.* id est, id quod boues comedút, & postea stercorant, & eo vtuntur ad ligna.
h ¶*Coquendos.* puta ad fabricam vbi prius minutatim inciduntur ligna. Accursius.
i ¶*Testator habuit.* sicut nec appellatione librorum chartæ continentur, vel alterius materiati alia materia. *vt. s. eo. l. librorum. §. sicut. & . j. eo. l. seruus.*
k ¶*Cocta.* fortè in furno. [d]
l ¶*Sulphurata.* sic fit quando in castro proiicitur ignis, id est, titiones sulphurati.
m ¶*Parata non erunt.* licèt per medium ad comburédum sint parata, & hęc fiunt maximè in alpibus. Accursius.
n ¶*Strobili.* [b] aliàs stroboli, qui vulgariter pineæ vocatur. sed hoc accipe quando nuclei sunt extracti. *& facit. j. de verb. signi. l. carbonum. §. fi.* Accursius.
o PAli. Facit. *j. de verb. signi. l. pali. & supra de acti. empt. l. fundi. §. fi.*

SEruius.] CASVS. Ego legaui tibi omnem materiam meam. certè non continetur arca vel armarium de materia factum. Viuianus.

p ¶*Seruius.* facit. s. e. *l. librorum. §. quod tamen de membranis. ibi, nec chartis, &c.*

CVm vxori.] CASVS. Legaui vxori meę ea quę ei causa paraui. me mortuo petebat ipsa ab herede meo vt daret ei quasdá purpuras quas ego viuus existens vel procurator meus emeramus in prouincia, nec mortis meæ tempore apportaueramus domum, quas quidem purpuras ego destinaueram assignare dictæ meæ vxoris causa vsus fui. certè tenetur ei dare heres meus. Viuianus.

q ¶*Deinc viuus.* aliàs deinde is. aliàs deinde cuius. aliàs deinde quæreretur cùm is.
r ¶*Comparasset.* causa vxoris. Accursius.
s ¶*Aduexisset.* scilicet purpuras ad mulierem, & sic nec assignauit, assignaturus tamen si viueret: *vt supra eod. l. si quid. & l. item legato. §. vtroque. & facit infra de auro & argen. lega. l. cum quidam.*

QVi chirographum.] CASVS. Habebam chirographum sique instrumentum in quo continebatur quòd Titius debebat mihi centum. dictum instrumentum legaui Seio. certè videor ei legare actiones quas habeo pro centum contra dictum Titium, quarum actionum probatio continebatur in dicto instrumento. nam & si ego vendidissem dicto Seio dictum instrumentú, videor ei legasse nomen quod habeo contra Titium prædictum. sed si vsus fui hoc verbo in legando Seio: lego Seio nomen quod habeo contra Titium: certè videor ei legasse similiter centum prędicta quæ continentur in actionibus quarú probatio continetur in dicto instrumento. Viuianus.

t ¶*De actionibus.* vt *supra titu. ij. l. seruum fi. ij. §. eum. & . l. huiusmodi. §. si ita.* Accur.
u ¶*Venditis.* *vt. C. de donatio. l. j. & . C. quæ res pigno. obliga. pos. l. ij. & infra de libe. lega. l. iij. in princip.* Accursius.

CVm quæreretur.] CASVS. Legaui Titio agnos meos. certè continentur legato omnes illi agni qui non habent adhuc annum. Sed pone quòd legaui Titio seruos & ancillas meas vrbanos. certè non continentur legato agaso siue mulio qui tunc erant rustico operi destinati, sed continentur illi tantum serui & ancillę quos quásve ego testator habebam circa me causa mei cultus. Sed pone quòd legaui vxori meæ lanam & linum, & purpuram, quæ eius causa paraui. modò quęritur, cùm ego reliquerim. i. in bonis meis multam & omnis generis laná, vtrú vniuersa lana ei vxori debeatur? Et dicitur quod non imò videtur ei legata lana in tanta quátitate quáta mulieri satis esset ad annú vsum. & idem de lino & purpura, & hoc ad exéplum penus legatę. ná si ego lego vxori meæ penum, & multas res in bonis meis reliqui quæ penus essent, ex quibus omni anno védere solitus erá, debebitur legatariæ illud tantùm quod ei & suæ familiæ erit quolibet anno necessarium, & non plus. [PRÆDIIS.] Legaui Titio prædium meum Titianum & Seianum, & ea quæ eorú prædiorum colendorum causa emi & paraui. certè ea videntur ei legata, quæ sunt parata causa eorum colendorum: puta asinus qui erat à me in dictis fundis paratus vt apportaret ibi materias ad facienda ædificia necessaria dictis fundis. Itē oues quas paraueram causa stercorandi dicta prędia: & opilio qui custodit dictas oues. non autem videntur ei legata ea quæ posui in dictis prædiis causa ornandi, puta topiarij: nec ea quæ ibi imposui causa tuendi & custodiendi dicta prædia: puta saltuarij. Viu.

x ¶*Viderentur.* scilicet legati.
y ¶*Essent.* nisi aliud ex consuetudine [a] regionis liqueat: *vt. j. eo. l. legatis. §. fin.* Accur.
z ¶*Agasonem.* qui agit, id est, ducit equos, *vt. s. si quadru. pau. l. fi.* Sed mulio qui mulos: & dic ad opera rustica. aliàs secus: *vt. j. e. l. seruus. §. muliones. & facit. j. de verb. sign. l. vrbana.*
a ¶*Circú se.* ergo & mulio, si ad vrbaná familiá fuerit deputatus.
b ¶*Reliquisset.* i. in domú dimisisset ad vsum vxoris specialiter.

† aliàs ξυληγοὺς.
Vide Alci. lib. Prætermiss. 2. hoc ipso titulo.

* Flo. quoque cá das atque conficiendas. Vide quę de hoc verbo notata ad l. 7. § si fundum i. fulct. matri. & Ant. Aug. lib. 3. c. 7.

a Leo Albertus lib. 5. circa finem. lignorú coctorum meminit: meminit & Cælius Rhodig. lib. lect. antiq. 13. c. 41.

b De strobilis pulchre Nebriss. in lexi. suo iuris ciuil. in hac ipsa dictione & Rhodiginus libr. 11. lect. antiq. ca. 19. & nihil Hermolaus in corollariis, ca. 410.

* Variè hic locus legitur... tasse ita ... possit: deinde viuas purpuras nempe ... quibus coloc... vestibus pararetur.

MATERIA.

CHIROGRAPHVM.

AGNI.

* Et qui reddit literas, in suo renunciatione videtur vt ... tra de renun. ... sand dilecto. ... Gloss. super verb. reddens. & facit ad hanc l. Gl. 2. in finalib. verbis in c. cum dilecto, extra de offi. dele.

* anniculis.

a Consuetudo regionis ... claudat.

Commixta.

a ¶ *Commixta*.in communem vsum.
b ¶ *Deliberationem*.scilicet huic qui sequitur,cum penus &c.
c ¶ *Reliquisset*.id est remansisset in bonis.
d ¶ *Vendere solitus*.hoc autem in penu.legata non cederet:*vt.j. de penu.leg.l.nam quod.§.j.*

ris, sed omnis commixta [a] esset, nó dissimilem esse deliberationem,[b] cum penus legata esset,& multas res quæ penus essent, reliquisset, [c] ex quibus paterfamiliàs vendere solitus[d] esset.nam si vina diffudisset, [e] habitur° vsioni †ipse,& heres eius: tamé omne [f] in penu existimari. sed cùm probaretur eum qui testamentú fecisset,partem penus vendere [g] solitum esse:constitutum esse,vt ex eo quod ad annú opus esset, heredes legatario darent.sic mihi placet & in lana [h] fieri: vt ex ea quod ad vsum annuum mulieri satis esset, ea sumeret. non enim deducto eo quod ad viri vsum opus esset,reliquum vxori legatum esset: sed quod vxoris causa paratum esset.

Quæ pertinent ad ornatum vel custodiam fundi: non pertinent ad culturam. Bart.

3. ¶ Prædiis legatis,& quę eorú prædiorú colendorum causa empta parataq; essent: [i] neq; topiarium,[k] neq; saltuarium[l] legatum videri ait. Topiariú enim † ornandi, [m] saltuariú autẽ tuẽdi [n] & custodiendi fundi magis quá colendi † paratum esse. Asinum machinarium [o] legatum videri. Item oues quæ stercorandi fundi causa pararentur. [p] Item vpilionem, [q] si eius generis [r] oues curaret.

Mutatio artificij ad officium, non mutat substantiam legati. Bar.

LXI. IDEM *libro octauo Digestorum à Paulo epitomatorum.*

TExtoribus[s] omnib° [t] qui sui essent cú moreretur, legatis: quæsitum est, an & is quem postea ex his ostiarium fecisset, legato contineretur. Respondit contineri.non enim ad aliud artificium, [u] sed ad alium vsum transductum esse.

Masculinum concipit fœmininum. Bartolus.

LXII. IVLIANVS *libro singulari de Ambiguitatibus.*

QVi duos mulos habebat,ita legauit: *Mulos duos qui mei erunt cum moriar, Seio heres dato*.idem nullos mulos sed duas mulas [x] reliquerat. Respondit Seruius, deberi legatú:quia mulorum appellatione etiam mulæ continentur,† quemadmodum appellatione seruorú etiam seruæ plerumque [y] continentur.Id autem eò [z] veniet, quòd semper sexus masculinus etiam fœmininum [a] sexum continet.

Vbi personarum vel rerum identitas est: dictio item, inducit repetitionem præcedentis qualitatis. Bar.

LXIII. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

IN repetundis [b] legatis hæc verba quæ adiici solent, *Item† dare damnas esto*: & ad conditiones,&ad dies legatorum easdem repetendas referri Sabinus respondit.

Kalendarium continet nomina debitorum, & pecuniam ad Kalendarium destinatam, siue Kalendarium legetur, siue à legato excipiatur. Bartolus.

LXIIII. AFRICANVS *libro sexto Quæstionum.*

QVi filium & nepotem heredem instituerat, certa prædia, quæque in his mor-

e ¶ *Diffudisset*.i.infudisset, vel miscuisset in penum,ita quòd totum erat in penu.
f ¶ *Omne*.licèt videatur excedere modum. nam nihil erat venale.
g ¶ *Penus vendere*. Si habes, vendere, dic & partem vsui tenere. Si verò habeas pendere, dic, id est in penu ponere:&subaudi,partem vendere. erat ergo commixta venalis & vsualis, & sic eligitur hæc via:*vt infra de penu.lega. l.nam quod.§. item si quis. & facit infra tit.j.l.sicut. & infra tit.ij.l.generali. §.vxori. & infra de auro & argen.lega. l.pediculis. §.item cum quæreretur.* Accursius.
h ¶ *In lana*. quæ est in communi vsu, vt in quæstione proposuit: & est speciale in lana, & in lino quæ [a] appetunt mulieres. sed aliud in seruis & aliis speciebus quæ sunt in promiscuo vsu: *vt supra eod. l.hoc legatum. §.pen.& l.item. §.proinde.*
i ¶ *Essent*. repete, legatis.
k ¶ *Topiarium*.seruú.
l ¶ *Saltuariú*.seruú.
m ¶ *Ornandi* purgat enim agrum spinis, & eum plantat & circuit sepib.& fossis.
n ¶ *Tuendi*. vt.s. *de vsu & habi.l.si ita.*
o ¶ *Machinariũ* qui portat necessaria machinæ quæ in fundo fiebat fortè propè hostes posito.Accur.
p ¶ *Pararentur*.secus si ad fruct°: *vt.j. de fun. instru.& instru.leg.l.de grege.* Accursius.
p ¶ *Pararentur*.s. legata videri.
q ¶ *Opilionem*.id[b]est custodem ouium. sic [b] dictus, quia oues ferunt opes, vel quia earum vellere cooperimur.& facit.C.*de verb.sig.l.ij.& .j.e.l.anibus. & l.seq.& .j.de fun.instru.& instru.le.l.si ita.*
r ¶ *Generis*.vt dixi,scilicet causa stercorandi.

TExtoribus.] CASVS. Titius habẽs multos seruos textores,legauit Seio omnes textores qui sui inueniãtur cum morietur. postea vnum de dictis textoribus fecit ostiarium, & ita fecit eum trãsire de artificio ad officiú aliud siue vsum,puta Stichú.certè nó propter hoc minus cótinetur dictus Stichus in dicto legato. Viu.
s ¶ *Textoribus*.aliàs.l.aliàs.§.
t ¶ *Omnibus*.secus si nó addidisset,omnibus:quia tũc hęc verba, qui sui [d] essent,facerent conditioné:*vt.s.tit.ij.l.vj.* Sed certè & hic faciunt conditionem ad verbum,sui:non ad verbum,textoribus.
u ¶ *Artificium*.tunc enim secus:*vt.j.eo.l.legatis.§.j.& .s.quibus mod.vsusfru.amit.l.sicut.*

QVi duos.] CASVS. Titius habẽs duos mulos ita legauit Seio: Seio lego duos mulos qui mei erunt cum moriar. postea dictus Titius alienauit dictos mulos: & tempore mortis inuenitur habere duas mulas tantum.certè illæ duæ mulæ debentur legatario:quia appellatione masculi continetur fœmininum. Viuian.
x ¶ *Duas mulas*.fortè post testamentum quæsitas.

† ad hunc locum vide Ant. Aug. lib.Emé. ... & verbú antiquú sic in manuscr. legitur,

a Mulieres lanam & linum appetunt.

† Aliud est ornare agrum & colere, vnde dicitur ornatum & custodiam fundi, non dici culturam.
† subaudi, causa. Ant. Augu. li.a.c.

b Opilio quis.
c Opilio cur ita dicatur.

d Suos textores qui legat intelligitur eos legare, quos habuerit mortis tempore, aliàs legatum cẽsetur extinctum quoties tẽpore mortis reperitur legatú nõ esse testatoris.

y ¶ *Seruæ plerumque*.*vt infra de verb.signif.l.detestatio §.j.& l.inter stuprum.§.fina.*
z ¶ *Eò*.id est ideò.
a ¶ *Fœmininum*.[a] nisi in casibus:*vt no.s.tit.j.l.si ita sit scriptum. 45.in prin.& facit infra de verb.signif.l.j.* Accur.

IN repetendis.] CASVS. Institui mihi Titium heredem, & ab eo multa legata reliqui & purè, & in diem, & sub conditione. postea ei substitui Seium, & ita repetij legata relicta à dicto instituto, & à dicto substituto. Ita damno te substitutum quòd si habueris hereditatem meam ex substitutione, des & soluas ea legata quæ reliqui ab instituto. quæritur, nunquid substitutus habens modò hereditatem meam ex substitutione, teneatur præstare dicta legata omnia purè?& videtur quòd sic, quia in repetendis ab eo legatis nõ fuit mẽtio facta de die vel conditione dictorum legatorum.dicitur tamen hic quòd ita & taliter tenetur præstare substitutus legata, sicut relicta ab instituto fuerunt. Viuian.
b ¶ *In repetendis*. lego Titio decem sub conditione, vel in dié. Item eidem vel alij eo amplius fundú. videor in secundo legare decem, & erit repetitio diei vel conditionis tã ad decem quàm ad fundum: *vt.s.eo.tit.l.si sic. & l.si tibi purè. & .j.de cond.& demon.l.auia. & l.libertis omnibus. & .s.de condi.inst.l.cũ seruus.& .j.tit.ij.l.codicillis.in prin.*&per has ll.ponitur hîc casus.nisi conditio esset talis quæ redderet secundú legatú inutile:*vt.s.tit.ij. l.si quis à filio.j.& .ij. respon.* ¶ Sed quid si sic dixerit, lego Titio decem sub conditione, item Seio fundum: an videatur conditio repetita? videtur quòd non:quia [b] non est repetitio legati,scilicet eiusdem,neque legatarij eiusdem: nec est ibi illud [c] verbum,eo amplius, vel simile. sed hæc lex est arg. contra. Item facit.j.*de condi.& demon.l.legatum. & .j.de fun.instru.& instru.leg.l.ij.j.respon.*

QVi filium.] CASVS. Titius instituit sibi heredes filiú suum & nepotem, & prælegauit nepoti prædium Titianum & Seianum,& ea quę in dictis prædiis erunt tempore mortis sui testatoris, excepto kalendario quod erat in dictis prædiis in quadam arca,id est excepto libro rationú debitorú testatoris.& sicut legauit ei kalendariú prędictum, ita & dicta prædia, & ea quę in eis erãt. postea tempore mortis testatoris fuit inuentú in dicta arca nó solum kalendarium, sed etiam pecunia numerata eidem kalendario destinata per testatoré,quã quidem testator exegerat à quibusdam debitoribus qui continebantur in dicto kalendario, vel aliunde habuerat,& in dicta arca posuerat. nunquid dicta pecunia continetur legato sicut & Kalendarium? Et dicitur q̃ sic,sicut cótinentur in legato Kalendarij prędicti illa nomina quæ contraxit defunctus post dictum testamentum à se factum de pecunia quam exegit à quibusdam debitoribus qui in dicto Kalendario continebantur: de quo quidem vltimo non est dubium, quia permutatio nominum non perimit vel minuit fideicommissum. Viuianus.

TEXTORES SVI.
a An masculinum concipiat seu contineat fœmininú in materia indifferenti in vltimis voluntatibus, contractibus, lege, statuto, gratia, priuilegio, rescriptis, sententia, officiis, & an appellatione fratris veniat soror, & similia. v. apud Decium in l.fœmina. num. pe. & seq. j.de reg.iur. An verò fœmininum concipiat masculinum. v. l.si ita sit scriptum. 45. in §.pr. & .illud. prox.

† Contra Gl.in verbo, scil. rum. tat. ibi, quia in masculino genere comprehenditur fœmininum. §.porro.c. in femnitatibus de elect.lib.6.

† ITEM dictio repetitiua est.& repetitionem inducens.

52. KALENDARIVM.

b Conditio adiecta vni personæ intelligitur in persona alterius in alio legato repetita, quoties adposita fuerunt verba repetitiua, vt hoc amplius, vel, eò ampli°. verú hac lege continetur dictio continuatiua.Itẽ,at non repetitiua. vid. hîc Bart.
c Verba repetitiua hęc sũt, Hoc amplius, vel eò amplius.

a ¶ *Excepto kalendario.* quod alteri legauit: & sic à legato nepotis excepit. 2. Vel dic secundum R. quod præter kalendarium delegauit, & hoc similiter legauit. Accursius.

b ¶ *Videbatur.* & rectè: scilicet quòd non debeatur nepoti secundùm primum casum. 2. Vel dic, & malè secundum alium, & ideò statim corrigit cùm dicit, ego autem &c.

c ¶ *Voluerit.* alij quàm nepoti secundùm primum: vel nepoti secundùm alium.

d ¶ *Cedere debeant.* Duplici ergo ratione pecunia de qua quæritur, nepoti debetur: tum quia in fundo continetur: tum quia kalendarium quod fuerat nepoti legatum, cedit si[a] ibi fuit destinata pecunia nominibus faciendis. & hoc secundum secundam lecturam. Secundum aliam duplici ratione à legato nepotis exceptum videtur. ¶ Et dicitur[b] kalendarium liber rationum seu nominum, eo quòd kalendæ terminorũ sunt ibi. *& facit infra de adimen. leg. l. filio. §. fina. & supra eod. l. vxorem. § legauerat. & infra titu. ij. l. generali. §. vxori. & infra de fun. instru. & instr. leg. l. nepoti. & supra de heredi. instu. l. ex facto. § rerum. & supra titul. j. l. Gaius. & C. de verborum signific. l. ij.*

a Kalendarium continet pecuniam ad kalendarium destinatam si legetur, sic à legato exceptatur.

b Kalendarium quid sit.

...tis tempore sua essent, nepoti per fideicommissum dederat, excepto kalendario.[a] mortis tempore in ea arca in qua instrumenta & cautiones debitorum erant, pecunia numerata inuenta est. Plerisque videbatur,[b] vix vero simile esse, vt testator de pecunia numerata sensisset. ego autem illud dignum animaduersione existimabam, cùm quis kalendarium præstari alicui voluerit,[c] vtrùmne nomina duntaxat debitorum præstari voluisse intellegendus est, an verò etiam pecuniam si qua ab his exacta, eidem tamen kalendario destinata fuerit. Et magis puto, quemadmodum si exactæ pecuniæ, & rursus collocatæ essent, permutatio nominum nó perimeret vel minueret fideicommissum: ita ipsæ quoque pecuniæ si adhuc kalendario, id est nominibus faciendis destinatæ essent, eidem fideicommisso cedere[d] debeant. quin etiam illud quoque putem defendi posse: vt non modò à debitoribus exactæ pecuniæ, sed quacumque de causa redactæ, eidem tamen rationi fuerint destinatæ, fideicommisso cedant.

Negotiatores dicuntur qui cum aliis contrahunt: secus in eis qui exercent aliquod officium vbi contractus non immineret. Bart.

LXV. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

Legatis seruis, exceptis negotiatoribus, Labeo scripsit eos legato exceptos videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa: veluti qui ad emendũ, locandum, conducendum præpositi essent: cubicularios autẽ, vel obsonatores,[e] vel eos qui piscatoribus præpositi sunt, non videri negotiationis appellatione contineri. & puto veram esse Labeonis sententiam.

Artificium extinguit nomen officij, non econuerso. Bart.

1. ¶ Si ex officio[f] quis ad artificium transierit,[g] quidam rectè putant legatum extingui:[h] quia officium[i] artificio mutatur. Non idem econtrario,[k] cum lecticarius[l] cocus[m] postea factus est.[n]

Seruus cedit legato eius artificij in quo plus versatur. Bar.

2. ¶ Si vnus seruus plura artificia[o] sciat, & alij[p] coci legati fuerunt, alij textores, alij lecticarij:[q] ei cedere seruum dicendum est, cui legati sunt in quo artificio plerumque versabatur.[r]

Legatis ornatricibus cedunt scholares illius artificij. Bar.

NEGOTIATORES.

Legatis.] CASVS. Legaui tibi omnes seruos meos, exceptis illis qui sunt negotiatores. certè videtur excepti illi serui de legato qui sunt præpositi ad vendendum & emendum, & ad locandũ & conducendum, & ad aliquid aliud quod appellatione negotij exercendi continetur. Alij autem non videntur excepti, quamuis habeant artificium vel officium, puta cubicularij, vel obsonatores, vel piscatores. [SI EX OFFICIO.] Titio legaui omnes seruos meos cocos & ostiarios, qui serui dicuntur habere officium, & non artificium. postea ante mortẽ meam feci de coco vel ostiario seruo vel seruis lecticarium, vel in alio artificio eum vel eos posui. certè quantum ad eos qui fuerunt de dictis offic. ad artificium, extinguitur legatum: quia per artificium mutatur officium: secus autem si de artificio transissent ad officium: quia non extinguitur propter hoc legatum, quia artificium non mutatur per officium ad quod vadant serui. [SI VNVS SERVVS.] Ego habebam multos seruos cocos qui sciebant diuersas epulas facere, & optimè erãt docti circa hoc, sicut est Botus: & habebam plures textores, & plures lecticarios: & habebam vnum seruum Stichum qui erat bonus cocus, & textor, & lecticarius: magis tamen versabatur in coquina, quàm ad texendum, vel faciendum lectos. feci testamentum, & legaui Titio cocos, & Seio textores, & Gaio lecticarios. quæritur, cujus legato cedat Stichus prædictus: & dicitur quòd legato Titij cedet, cui coci legati fuerunt: quia magis, vt dixi, versabatur Stichus in coquina quàm ad texendum, vel ad faciendum lectos. [ORNATRICIBVS.] Ego habens multas ancillas quæ sciebant ornare dominas: legaui ornatrices meas Titio. certè continentur legato omnes ancillæ quæ sciebant ornare, siue steterunt apud magistrum qui docebat ornare, per duos menses, siue plus, siue minus. reprobata illorum sententia qui dicebant illas non cedere quæ non steterant apud magistrum per duos menses: & ea ratione hoc dicebant, quia illæ adhuc addiscere poterant. sed certè eorum dictum non erat bonum, nec ratio: quia illæ quæ steterant per. xx. ann. apud magistrum, possent adhuc addiscere: quia omne artificium suscipit incrementum per exercitiũ. [PECORIBVS.] Legaui tibi pecora mea. certè omnes quadrupedes quæ gregatim pascuntur, continentur, & porci etiam. Sed si lego iumenta: non continentur boues, nec econtra. Sed equis legatis bene continentur equæ. ouibus autem legatis non continentur agni: & cognoscemus agnos inspiciendo consuetudinem illius regionis vnde erat testator. auibus autem legatis continentur anseres, & phasiani, & gallinæ, & domunculæ in quibus eas tenebat testator: non autẽ continentur custodes dictarum auium. *h. d. cum l. seq.* Viuian.

e ¶ *Obsonatores.*[a] qui custodiunt dominum in lecto: 2. Vel obsonatores qui resonant & cantant domino in mensa.

f ¶ *Si ex officio.* quod[b] est generale nomen ad omne ministerium, sit artificium vel non, secundùm Io. Item secundùm R. in officio habetur, quod aliàs (vt puto) ministerium appellatur, mulio, agaso, opilio, saltuarius, armiger, dapifer, cocus, pastor, ostiarius, pistor, & alij qui sine vlla arte ministeria sua dominis exhibent, de quibusdam quorum habetur mentio. ĩ. *eo. l. cum quærere-tur.*

g ¶ *Transierit.* voluntate testatoris. Azo. vt quia cùm legasset muliones aut opiliones suos, de vno istorũ mechanicum vel artificẽ fecerit vel lecticarium. Item hoc si expresso proprio nomine: *vt. ĩ. de capi. demi. l. tutelas. circa prin.*

g ¶ *Transierit.* legatis seruis officialibus.

h ¶ *Extingui.* in seruo mutato.

i ¶ *Officium.* quod[c] nõ est artificium: & idem est vt mutetur artificium per artificium eadem ratione: *vt. ĩ. eod. l. textoribus.* & qua ratione mutatur officium, eadem ratione testatoris voluntas: non[d] ita econtra de artificio ad officium, vt subiicit: & est ratio secundùm Io. quia officiũ in quo prius erat seruus, non potest dici artificium: & sic nouũ statum incipit habere. si autem prius erat in artificio, & postea trãsiuit ad officium: secus est, quia artificium potest dici officium. hæc autem ratio cessare videtur vbi ex artificio transit ad aliud artificium: ideóque Ro. reddit aliam rationem quæ non cessat, quia officium artificio ideò mutatur, non autem artificium per officium, quia artificia potentiora sunt, & cum quadam animi perpetuitate dicuntur, eo quòd inde vberior & honestior quæstus percipitur: officia verò ad tempus propter necessitatem vel inopias insurgentes subeuntur, secundum R.

k ¶ *Non idẽ econtrario.* si de artifice fiat officialis, legatis artificib[9]: q. a nõ extinguitur legatũ seruo mutato, & Græcum est illud.

l ¶ *Lecticarius.* qui facit lecticas: & sic est artifex.

m ¶ *Cocus.* nomen officij[e] cum erat vsitatorum ciborũ cocus: secus si subtilia præparat cibaria: *vt. ĩ. de ædil. edic. l. si quid. §. fi.* quæ est contra. ¶ Item contra. *ĩ. proxi. §.* ¶ Item contra. *ĩ. quib. mo. vsusfru. amit. l. si cui balineum.* sed ibi ministerium pro artificio ponitur. est enim ministerium genus: vt modò dixi.

n ¶ *Factus est.* nam non per hoc desinit lecticarius esse. sed quid si de officio ad officium? Respon. videtur extinctum.

o ¶ *Artificia.* impropriè quo ad cocos: propriè quo ad alia artificia dicit. nam cocus nomen officij est: *vt. ĩ. proxi. §.* 2. Vel dic de subtili coco hic loqui: ibi de communi. vel vt ibi not.

p ¶ *Alij.* legatario. Accur.

q ¶ *Alij lecticarij.* s. legati fuerunt. & facit. *ĩ. de auro & argen. lega. l. pediculis. §. argento. & de sup. leg. l. Labeo. & supra ti. ij. l. Titia textores.*

r ¶ *Versabatur.* is s qui plura habebat artificia.

a Imò obsonatores dicuntur ab obsoniorũ emptores. est autẽ obsoniũ quicquid in cibo additur præter panem & vinum.

b Officij nomen generale est ad omne ministerium.

c Officiũ aliud est ab artificio.

d Artificio mutatur nomen officij at non è cõtra & cur.

e Cocus nomẽ officij. Amplius hanc Gl. vt cocus qui delicata cibaria præparat: & officium habeat & artem, secundum Io. An. in c. 1. de sagit. vbi allegat ad hoc tex. in. c. ne tales. de conse. dist. 1. & de hoc plenè per Lud. Resing. sin. cap. incip. nunquid esse cocũ. & Fra. de cre. sing. gl. incip. statuto cauetur. Sed aduerte quòd hoc fallit in coco imperatoris vel papæ qui habet dignitatem, per Bal. in. c. 1. in ti. quæ dica. mai. in rẽ. feu. aliàs in. c. 1. de feu. gar. & Ro. vbi supra.

f Qualitates duæ quoties concurrunt in vno & eodem subiecto, ea principè spectanda est in qua quis magis assiduè versatur, & ex ea seu secundũ eã disponi debet. adde. l. vlt. ... qui. § 1. ... principalem. ... 1. consil. 7 ...

Ornatricibus.

a ¶ *Ornatricibus.* ancillis quę ornant dominas. Item coſmatæ: *vt ʒ. eo. l. item legato.* vel ornant pannos quos debent frizare.
b ¶ *Non cedere.* quia neſciunt ornare, ſed addiſcunt: ſed contra eſt, vt ſubiicit.
c ¶ *Alij.* ſapientes.
d ¶ *Cedere. ʒ. titu. j. l. Titia. §. Lucius.*

ORNATRICES.

3. ¶ Ornatricib⁹ [a] legatis, Celſus ſcripſit eas quæ duos tantum menſes apud magiſtrũ fuerũt, legato nõ cedere? [b] alij [c] & has cedere: ne neceſſe ſit nullam cedere, [d] cũ omnes adhuc diſcere poſſint, & omne artificiũ incrementum [e] recipit. quod magis obtinere debet, quia humanæ naturæ [f] congruũ eſt. 4. ¶ Pecorib⁹ legatis Caſſius ſcripſit quadrupedes cõtineri quę gregatim paſcũtur. [g] Et ſues autẽ pecorũ appellatione cõtinẽtur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic deniq; & Homerus in Odyſſea [h] ait: †

[Hanc reperi in vno manuſcripto Græcorũ interpretationem. Vtique ad eum qui ſuib⁹ aſſidet quæ paſcũtur ſecus Corui petrã & in fonte Arethuſa. fortè legẽdum. Adique ad eũ qui &c. vel non intellexit hic interpres quid verbum δήεις ſignificet.]

Δήεις τὸν γε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

5. ¶ Iumentis legatis boues non continentur, [i] nec contra.

6. ¶ Equis autem legatis & equæ [k] continentur. 7. ¶ Ouibus legatis agni non continentur. Quamdiu autem agnorum loco ſunt, ex vſu cuiuſque loci ſumendum [l] eſt. Nam in quibuſdam locis ouium numero eſſe videntur, cum ad tonſuram venerint.

LXVI. PAVLVS *libro tertio Sententiarum. tit. IX.*

AVibus legatis, anſeres, phaſiani, & Gallinæ, [m] & auiaria [n] debebũtur: phaſianarij [o] auté & paſtores anſerũ nõ cõtinentur, niſi id teſtator expreſſit.

e ¶ *Incrementum.* ſic. *C. de re milit. l. milites. lib. xij.*

a Diſcere naturæ humanæ adſcribit.

f ¶ *Humana naturæ.* quæ [a] affectat addiſcere: *vt. j. de fideicom. lib. l. apud Iulianum.*
g ¶ *Paſcuntur.* ſic *Inſtitu. ad leg. Aquil. in prin. & ʒ. ad le. Aquil. l. ij.*

PECORA.

h ¶ *In Odyſſea.* nomẽ libri Homeri. & ſequitur Græcum nullius vtilitatis. Accur.
i ¶ *Non continentur.* vt. *ʒ. de ædil. edic. l. ædiles. §. iumentorum. & j. de verb. ſign. l. boues.*
k ¶ *Equæ.* vt. *ʒ. e. l. qui duos. & j. de verb. ſign. l. pronuntiatio. in prin. & l. j. & j. e. l. ſeruis.* Accur.
l ¶ *Sumendum.* hoc vſu deficiente lex dicit anniculum: *vt. ʒ. e. l. cũ quæreretur. in prin.* vnde Horatius: Vſus & arbitrium eſt, & vis & norma loquendi. R. & eſt ad hoc *j. eo. l. ſeruis. § fin. & ʒ. eo. l. librorũ. § j. & de ſupel. le. l. Labeo. & j. de auro & argen lega. l. peculiis. §. argento. & ʒ. titu. ij. l. ſi ſeruũ plurium. §. fin.*

† Locũ hunc Homeri ex Odyſſeæ ... nebu ... Alciatus ... l. Prætermiſſ. ... quem ita vertas, Inuenies illum ſuibus aſſidentẽ illi autem paſcuntur ad Coracinam petram, & Arethuſiũ fontem. Vel ſic. Secundũ videas, qui errant per paſcua, porcos Ad Coracis ſaxum, iuxta fontẽmque Arethuſam.

m AVibus legatis.] *Gallinæ.* ſylueſtres, puta phaſianę fœminæ: vt patet per ſequẽtia. diuerſum enim ius in his & domeſticis obſeruatur: *vt Inſtitu. de rerum diui. §. Gallinarum.*

b Auiaria.

n ¶ *Auiaria.* i. [b] gabię vbi ſtãt aues: & hoc ideò quia ſine his leuiter fugerent aues. Item hoc eſt verũ ſi teſtator talia habebat: aliàs ſecus: *vt. ʒ. titu. ij. l. ſi domus. in prin.* Accur.

c Phaſianarij.

o ¶ *Phaſianarij.* i. [c] ſerui qui ſciunt artificia capiendi aues. 2. Vel dic eſſe falcones vel accipitres vel aſtures, qui alias aues capiunt. H. prima verior: vt patet, quia ſubiicit de paſtore. & ſecundũ hoc aſtures auium nomine continentur.

QVi ſaltum.] CASVS. Ego habebam vnam villam in qua morabar in æſtate, & habebam ibi pecudes & boues pone: & eas & eos faciebam ſemper ibi ſtare. Item habebam quandam aliã villam in qua morabar in hyeme, & habebam capras quas ducebam mecum in villam prædictam in qua morabar in hyeme, & eaſdem capras ducebam mecum in æſtate in villam prædictam in qua morabar in æſtate. feci teſtamentum, & dictam villam æſtiuam legaui Titio cum his rebus quæ ibi eſſe ſolent. certè non videntur legatæ dictæ capræ, ſed dictæ pecudes & dicti boues ſic. Viuianus.

d Ad tẽp⁹ quæ in fundo ſunt fundi eſſe non intelliguntur.

p ¶ *In hibernis.* ſ. ſaltibus: ſunt enim æſtiui, & hiberni: *vt. j. de acquiren. poſ. l. peregrè. §. fi. & l. iij. §. ſaltus.* ¶ Item not. non [d] dicitur eſſe in fundo quod ad tempus eſt ibi. *ſic. ʒ. eod. l. vxorem. §. legauerat. & de pig. l. debitor. & ʒ. eod. l. qui filium. & j. tit. ij. l. generali. §. vxori. & j. de auro & arg. leg. l. ſi vxori. §. cum ita.*

TEſtatorem.] CASVS. Medietas prædij Seiani pertinebat ad me iure dominij, & aliam medietatẽ obligauerat mihi Seius. ego legaui Titio omne ſiue totum dictum prædium. videor certè legaſſe etiam illam partem quam habeo in pignore. [EX HIS.] Ego manumiſi duos meos ſeruos, & retinui in poteſtate filios eorum, poſtea feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredem filium meum Titium, & ita ſui locutus dictis duobus liberis: ô liberti curate accendere agrum meum Titianum & Seianum, & ita fiet vt filius meus filios veſtros vobis condonet. me mortuo petebant dicti liberti filios. certè non poſſunt. [SERVOS.] Seia habens mecum communes duos ſeruos, ita eos legauit Titio, ſi ſui, id eſt Seiæ eſſent dicti ſerui cum moreretur Seia. & ita volebat valere legatum, ſi tempore mortis eſſent ſui inſolidum. certè ſi tempore mortis non inueniuntur ſui inſolidum, non debentur Titio. [PRÆDIIS.] Legaui Titio prædium Titianum & Seianum cum his inſertis quæ in ea poſſeſſione ſunt. certè mancipia quæ ſunt in dictis prædiis tempore quo feci teſtamentum, cedunt legato: non autem illa quæ in eis fuerunt poſtea: niſi ego teſtator ſpecialiter de eis dixerim quod cederent legato. Viuian.

Verbum, ſolet, denotat perpetuitatem. Bartolus.

LXVII. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

QVi ſaltum æſtiuum legauit, & hoc amplius etiã eas res legauerit quæ ibi eſſe ſolent: nõ videtur de illis pecorib⁹ ſenſiſſe quæ hieme in hibernis, [p] aut æſtate in æſtiuis eſſe ſolent: ſed de illis quæ perpetuo ibi ſunt.

Qui omne dicit, nil excipit. B.

LXVIII. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum Iuniano reſpondit.*

TEſtatorem * adiiciẽdo, *Prædium Seianũ* [q] *omne,* † eã quoque partem fundi ſupraſcripti quaſi ad ſe pertinentẽ videri per fideicommiſſum reliquiſſe quã ex cauſa pignoris nactus eſt ſalu ſcilicet iure debitoris. [r]

Verba annuntiatiua futuri euẽtus non inducunt diſpoſitionem. † B.

1. ¶ Ex his verbis, *Curate agros attendere:* [s] *& ita fiet vt filius meus filios veſtros vobis condonet.* [t] fideicommiſſum peti non poſſe. [u]

Hæc conditio, ſi meus erit, intelligitur inſolidum, ſi teſtator hoc ſenſerit. Bartol.

2. ¶ Seruos cõmunes à Seia ita relictos, *ſi mei erũt cùm moriar,* nõ deberi: ſi modò hoc ſenſit [x] teſtatrix vt ita deberentur, ſi inſolidũ eius fuiſſent. 3. ¶ Prædiis [y] cũ his enthecis † quę in ea poſſeſſione ſunt, relictis: mãcipia quoq; prædiorum cùm illic teſtamẽti facti tempore [z] fuerunt, cedent: ſed & quę poſtea acceſſerũt, [a] ſi modò

* In vulg. ed. eſt lex, Iulianus reſpondit.
† Omne qui dicit nihil excipit. *Concor. c. ſolutæ. §. nos autem. In ſi ibi, nihil excipit qui dixit quodcunque. & Gloſſ. in verbo, quodcunque. ibi, qui dicit omnia nihil excipit. extr. de maiorit. & obe.*
‡ Legati ſcilicet ſeu fideicõmiſſi, quod tamen limita, niſi illa verba directa ſint ad filios. *l. vnũ ex familia. in fi. ʒ. de leg. 2. vel nepotes. l. fideicõmiſſa. 11. §. hæc verba. ʒ. eo. t. Roman. ſing. 132.*

MEI.

q ¶ *Omnes.* ſecus ſi ſimpliciter fundum. Seianum legaſſet: quia tunc eam tantum partem quæ ſua eſt, legaſſe videtur. *vt. ʒ. titu ij. l. v. & . vj. § j. & . ij. ſic. ʒ. e. l. textoribus.*
r ¶ *Debitoris.* aliàs deliberationis vt. ſ. debitor poſſit luere. eam enim partem reſpectu ſui iuris tantum legaſſe videtur. *ſic. ʒ. de leg. j. l. ſi domus. §. fi. & l. ſenatus. § fi.*
ſ ¶ *Attendere.* aliàs accẽdere. aliàs vẽdere. aliàs attentè vendere.
t ¶ *Condonet.* vobis libertis quorũ filij remanſerunt ſerui, & erant futuri ſerui filiorum domini. & dic cõdonet, vt vos manumittatis vel ipſi manumittant, vt ita vobiſcum poſsint manere. Accurſius.

† L. appendicibus vt antea notati in tit. de lega. 1. alij vertunt do tibus.

u ¶ *Non poſſe.* de rigore [a] verborum. ſecus de æquitate: *vt. ʒ. eod. l. pater filium. §. pen.* 2. Vel vt ibi. 3. Vel dic vt not. *ſupra tit. j. l. vnum. § fin.*

a Rigor & æquitas oppoſita.

x ¶ *Senſit.* & hoc probetur. nam alia pars quæ erat teſtatoris, debetur: *vt. ʒ. tit. ij. l. v. § fi. & l. vj. in fin. & de condi. inſtit. l. ij. in prin. & ʒ. eo. l. qui concubinam. §. Stichus.* Accurſius.
y ¶ *Prædiis cum his.* hoc eſt Græcum, id eſt inſertis.
z ¶ *Tempore.* ſic. *j. de auro & argen. leg. l. ſi ita. & j. de lib. lega. l. ſi. in fi. & no. ʒ. eo. l. nomen. § j.*
a ¶ *Acceſſerunt.* vt *infra de fundo inſt. u. l. ſi mancipia. quæ videtur contra,* & hoc vbi legatarius accedere fecit: *vt ſupra titu. j. l. cum ita.*

NOn aliter.] CASVS. Habebam fundum Titianum & Seianum, & quilibet habebat per ſe confines. legaui Titio fundum Titianum, cum in animo gererem legare ei Seianum. certè debebitur ei Titianus, niſi euidenter appareat me voluiſſe ei legare Seianum. [TITIVS] Fecit codicillos Titius, & ita in eis cauit: Publio Meuio dari volo omnes ſeruos meos iuuenes quos in miniſterio habeo. quęritur, qui contineantur appellatione iuuenum: & certè illi quos Titius voluit. ſi autem non appareat quos voluit contineri, exiſtimabimus eum iuuenem eſſe qui maior eſt vigintiquinque annis, & minor. lxx. Viuianus.

a ¶ *A significatione.* magis vsitata. *H. ad quod est.j.de supel.leg. l.Labeo.* Accursius.

b ¶ *Aliud.* quàm sonare verba videntur.

c ¶ *Testatorem.* tunc[a] enim receditur à significatione verborũ: *vt.j.de auro & argen.leg.l.pediculis.§.Labeo.& de condit.& demon. l.Publius.§.j.* & in alio, quando[b] est talis regionis consuetudo: *vt.j.de fundo instru.& instru.leg.l.cum de lanionis.§.asinam. in fin.§* & in alio: *vt.s.tit.ij.l.iiij.* ¶Item contra.j.*titu.ij.l.si alij.* Sed potest dici quòd ibi erat dubium quid testator senserit. Item facit. *s.de exercito.l.j.§.si is, ibi in re igitur,&c. & .j.qui & a qui.l.prospexit.* ¶Item oppo.vt no. *C.de fideicommiss.l.voluntatis. & facit. C. de fideicommissis. l. cum virum.& not.s.de legi. & senatuscon.l.nõ possunt.* ¶Item oppo.j.*de rebus dub. l. in ambiguo.* Sed dic vt ibi.

hoc testator manifestè expressit.

LXIX. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.*

NOn aliter † à significatione[a] verborum recedi oportet, quam cùm manifestum est aliud[b] sensisse testatorem.[c]

Quilibet iuuenis dicitur qui inter seniores non numeratur. Bart.

1. ¶ Titius codicillis suis ita cauit, *Publio Mæuio omnes iuuenes[d] quos in ministerio habeo, dari volo.* Quæro, à qua[e] ætate iuuenes & in quam intelligi debeant. Marcellus respondit, quos verbis quæ proponerentur, demonstrare voluerit testator, ad notionem[f] eius qui de ea re cogniturus esset, pertinere. non enim in causa testamentorum ad definitionem[g] vtique descendendum est, cùm plerumque abusiuè loquantur,* nec propriis nominibus ac vocabulis semper vtantur. Cæterùm existimari posset[h] iuuenis, is qui adulescentis excessit ætatem,[i] quoad incipiat inter seniores[k] numerari.

d ¶ *Iuuenes.* seruos.

e ¶ *A qua.* id est, vnde incipiat dici iuuenis, & vsquequo.

f ¶ *Ad notionem.* sic. *C. de fideicommiss. l. voluntatis. & s.eod. l. Stichus.*

g ¶ *Ad definitionem.* i.[c] ad[d] strictam verborum significationem.

h ¶ *Posset.* considerato verò sensu verbi.

i ¶ *Aetatem.* i.compleuit.xxv.ann.*vt.s.de mino.l.j.in fi.*

k ¶ *Seniores.* is est senex[e] qui est à.lxx. ann. *vt.j. de iure immu. l. maiores. & Institu. de excus.tuto.§.item maior.* Item maior quandoque.lx.an. *vt.s.de adop.l.si pater.§.si.* quandoque.lv.an. *vt.C.qui æta.lib.x.l.fin.* hoc secundum leges: sed secundum vulgares prouinciarum mores, & ipsarum varietates, verborum significatio sæpe mutatur secũdum Ro.*j.de fun.instru.& instru.lega.l.cum de lanionis.§.fi.in fi. & facit.s.in prin.huius legis.*

Appellatione lanæ continetur lana etiam à pellibus animalium mortuorum nõ separata: succida vel purgata, & filata vel nõ, dummodo nõ sit tincta, nec ad formã telæ redacta, vel ad alium specialem vsum deputata. Bart.

LXX. VLPIANVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

SI cui lana legetur: id legatũ videtur, quod tinctum nõ est,[l]

SI *cui.*] CASVS. Legaui Titio lanam meam. certè continetur lana filata & non filata, dum tamen non sit tincta. Item continetur carminata, & non carminata, succida & lota: sed lana filata quę iam ordita est in tela, non continetur, nec tormentum, id est, coopertorium de lana factum: nec ea lana de qua ego testator feci vestimentum gratia valetudinis vel deliciarum, vel medicinæ: sed boltrones bene continentur, & lana leporina, & anserina, & caprina, & lignea. non autem continetur linum. Quid si lego Titio linum meum? certè cedit legato linum filatum & non filatum & pectinatum: & quod iam est orditum in tela, & linum tinctum: quamuis aliud sit in lana: vt dictũ est supra. Quid si legaui ei versicoloria mea: & certum est quod appellatione lanę non continentur versicoloria mea: sed legatis versicoloribus omnia ea videntur legata quæ tincta sunt & neta: id est carminata & pectinata quæ non sunt detexta, nec contexta. Sed nunquid purpuræ continentur: & certè ea quæ tincta non sunt, non cõtinentur: ergo purpura bene continetur, quia bene est tincta: & non habet naturalem colorem. quod si legaui ei purpuras meas, certè cedit legato omnis generis purpura: coccum tamen non cõtinetur, id est, quędam purpura intrinsecus viridis, & extrinsecus rubea. buccinum autem & ianthinum bene continetur, & subtegmen factum: lana autẽ destinata causa tingendæ purpuræ non continetur. Viuianus.

l ¶ *Non est.* No. appellatione[f] lanæ nõ cõtineri tinctã: *vt & .j.§.j.& .§.lino.* Sed cõtra.*j.de aur.& argẽ.leg.l.pediculis.§.Labeo.* vbi dicit contineri. Solu.[a] inspecta naturali significatione continetur, *vt ibi, & .j.de acquir.re.do.l.sed si ex meis.§.fin.* vbi dicit non desinere esse lanam licèt tincta sit: sed considerata voluntatis interpretatione non, vt hic: quæ præualet secundum R.

m ¶ *Facta.* tunc est facta quando est carpinata & pectinata & batuta, & in manellis parata ad ponendum in tela.

sed αὐτορύες.* 1. ¶ Siue autẽ facta[m] est, siue infecta, lanæ appellatione cõtinetur. 2. ¶ Quæsitũ est, vtrũ lanæ appellatione ea sola cõtineatur, quę neta[n] nõ est: an & ea quæ neta est, vtputa[o] stamen,[p] & subtegmen. Et Sabinus & netam[q] contineri putat, cuius sententia vtimur.

3. ¶ Lanę appellationẽ eaten[o] extendi placet, quoad ad telam peruenisset.[r] 4. ¶ Et sciendũ, succidam[f] quoque contineri, & lotam, si modò tincta non sit.[t]

5. ¶ Lanæ appellatione tomẽtũ[u] nõ cõtinebitur. 6. ¶ Sed nec ea lana ex qua quis quasi vestimẽtũ fecerit valetudinis[x] vel deliciarũ gratia, cõtinebitur. 7. ¶ Nec ea[y] quidẽ quę fomẽtationis[z] gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarũ appellatione continentur.

8. ¶ Sed an † pelles lanatę[a] cõtineãtur? Et has[b]* lanæ cedere manifestũ est. 9. ¶ Lana legata, etiã leporinã[c] lanã & anserinã[d] & caprinam credo contineri, & de ligno,[e] quã ἐριόξυλον † * appellant.

10. ¶ Linũ autẽ lana legata vtique nõ continebitur. 11. ¶ Lino autẽ legato, tã factũ,[f] quã infectũ continetur, quódq; netum,[g] quódque in tela est,[h] quod est nõdũ detextũ. Ergo aliud in lino quã in lana est. Et quidẽ si tinctũ linum sit, credo lino continebitur. [De] 12. ¶ Versicoloribus[i] † videndum est. Et cõstabat apud

n ¶ *Neta.* i. filata nã eo. i. subtiliter filũ à colo traho, secundum H. licèt aliter alij hoc exponant.

o ¶ *Vtputa.* hęc exẽpla de neta & non neta possunt intelligi, & nõ est vis: quia clarè soluet.

p ¶ *Stamen.* stamẽ dicitur lana quæ trahitur à trama. nã trama remanet in dẽtibus pectinũ: & sic bona lana & purgata ex qua ordĩ postea tela, appellatur stamen: & trama quæ remanet, appellatur subtegmen, ex qua postea texitur tela ordita. hoc stamen aliqui vocant barbam lanæ.

q ¶ *Netam.* nõ tamẽ tinctam: *vt.s.in prin.*

r ¶ *Peruenisset.* i. ita est parata vt solùm restet texere: nondum tamen est in tela posita, quia tunc lanæ appellatione non cõtinetur: licèt secus sit in lino: *vt.j.§.linum autem.*

f ¶ *Succidam.* quę cõsa est de inferiori parte ouis. i. de corpore: sic dicta, quia plena est succo. i. sudore & pinguedine ouis: & affert sanitatem. Vel dicitur succida. i. non lota: vt statim colligitur. nam boccarij malitiosi non lauant vt plus ponderet: & ꝑ hoc facit quod subiicit de lota.

t ¶ *Non sit.* dic vt.s. *in prin.*

u ¶ *Tomentum.*[b] genus vestis de lana. non autem dicas quòd lana habeat aliud tomentum quàm trama: quæ bene continentur lanæ vocabulo: *vt.s.eo.l.j.§.quæsitum est.* 2. Vel dic tomentum est coopertorium quoddam de lana factum, vt est lana vel fragana qua vtuntur rustici pro culcitris.

x ¶ *Valetudinis.* hoc & sequens nescio quale erat.

y ¶ *Nec ea.* scilicet lana. Accursius.

z ¶ *Fomentationis.* calefaciebat vt foueret stomachum. Accur.

a ¶ *Lanata.* vnde lana non est tonsa adhuc: non autem dicit de pellibus quibus operimur.

b ¶ *Et has.* scilicet pelles lanatas.

c ¶ *Leporinam.* si lanam habebat.

d ¶ *Anserinã.* vt pluma. & semper dic, si vt lana ad pãnũ vtebaẽ.

e ¶ *Et de ligno.* scilicet lana, & de cannis: vt dicũt: fortè id quod in vallibus producunt canellæ.

f ¶ *Factum.* quando non restat nisi vt ponatur in tela: licet quidam aliter dicant: *vt no.s.ea.l.in prin.*

g ¶ *Netum.* id est, filatum: *vt in prin.huius.l.*

h ¶ *In tela est.* q̃a lana quę est in tela, nõ cõtineẽ: *vt.j.§.j.& .j.§.xi.§.* Itẽ differt in tincto lino & lana, vt subiicit: & est ratio vtriusq; diuersitatis, quia plus pretiositatis accipit lana per tincturã & per telã quàm linũ, secundùm Ir. sed Ro. non curauit reddere rationẽ.

i ¶ *De versicolorib.* i. de[c] versis in aliũ colorẽ q̃ naturalẽ. ¶ Et dic quęstionẽ esse an appellatione latè cõtineãtur versicoloria: & secũdũ hoc quod dicit, sed ea quę tincta sunt. s. naturaliter: & sic facit *s.e.l.j.in prin.& quod ibi not.* 2. Alij dicũt quęstionẽ esse q̃ legatis versicolorib. videãtur legari: & qđ subiicit, & cõstabat: nõ respon. sed ibi: sed ea videri legata. s. legando versicoloria quę tincta sunt, scilicet

a Verborum significationẽ negligimus, vt sensui & menti testatoris seruiamus, quod summè notandum est in interpretatione testamentorum.

b Verba potius interpretamur ex consuetudine loquẽtium, quàm ex stricta & propria ipsorum verborum significatione.

† Facit optimè t. ad absolũdam. in gl. super verbo, in secularibus. ante fi. extra de fil. presby.

* Plus ergo statur vsui quàm significationi. concord. gl. 2. post prin. in ca. nonnulli. vbi allegatur hæc lex. extra de rescrip.

c Definitio pro stricta verborum interpretatione.

d Testatorum voluntates nõ interpretamur strictè seu ex stricta verborum significatione sed magis ex sensu.

e Senex variè dicitur interdum enim qui 70. 60. 55. annum attigit. Aliter etiam dicitur plerunque ex variis prouinciarum moribus. adde Glossam. l. 12. §. 2. s. de adoptio. Menochium de arbitr. iud. casu 58.

f Lanæ appellatione non cõtinetur tincta.

a Aliter soluit Martinus. Hic inquit, indefinitè lanam dixit. ibi omnem lanam, vnde colligunt. Indefinitum nõ æquipollere vniuersali.

* id est quod ita per se natum sit, nulla arte fucatũ: cuiusmodi Virgilius finxit. Nec varios discet mentiri lana colores: Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. Ant. Aug. lib. 4. c. 4.

† Fl. sed &

* Fl. hoc.

† Vide lib. Alcia lib. Pœterm. 5. hoc ipsum. & Hermolaum in castigationibus ad Dioscoridem. c. 328.

* Id est, ligneã lanã, puta quæ gossipinis aut eius generis arboribus depectitur.

† Vide in hũc locũ Laurentium Vallensem lib. Elegan. 6. c. 4. & Alc. lib. 2. parerg. c. 26.

b Tomentum quid, pulchrè Nebri. in lexico suo iuris ciuil. in hac ipsa dictione.

c Versicoloria sunt variis coloris.

scilicet accidentaliter: scilicet cum color naturalis est mutatus.

a ¶ *Detexta*. No. differentiam inter detexta[a] & contexta: *vt.j.de auro & argen.lega.l.vestimenta.*

[a] Detextorum & contextorū differentia.

b ¶ *Ego arbitror.* non respondet quæstioni adhuc: sed infra, purpuram autem, &c.

c ¶ *Non sunt.* scilicet accidentaliter.

d ¶ *Contineri.* scilicet legatis versicoloribus.

e ¶ *Arbitror.* nomine versicolorium.

f ¶ *Coccum.* statim hoc exponit.

g ¶ *Non continebitur.* purpuræ appellatione.

* versicolorū.

h ¶ *Buccinum.* genus coloris: sic & sequens: & est aliàs, ianthinum: & alias hyacinthinum. & de cocco [b] bis tincto & hyacinthino dicitur in veteri testamēto in constructione tabernaculi. Et dicitur coccus bis tinctus pannus quidam sericus qui est duorum colorum, & extra videtur viridis, & intus rubeus: & qualitercunque voluatur, sic apparet. *& facit infra eo.l.quæsitum.§.coccum.* Hug.

[b] Exod.25.26. & Num.19.

† De purpura vide Plin. *li.9.c.36. & duobus seq. de eius inventione Polit. Miscel.c.11.* De cocco Plin. *lib.9.c.41.* De fucino seu buccino (nisi fuccinum malis legere) ibid.c.36. de Ianthino apud eundem *li.21.c.6.& 7.*

* buccinum.

† Alc. *li.1.prætermi.*

i ¶ *Ianthinum.* dic vt *s.ea.l.circa prin.* & dic factum vt & ibi.

k ¶ *Non continebitur.* purpuræ appellatione. *arg.s.de act.emp.l.fundi.§.fin.*

veteres lanæ appellatione versicoloria non cōtineri: sed ea omnia videri legata, quę tincta sunt & neta, quæ neque detexta [a] neque cōtexta sunt. Proinde quæritur, an purpura appellatiōe versicolorum * contineatur. Et ego arbitror [b] ea quæ tincta nō sūt, [c] versicoloribus non adnumerari: & ideò neque albū, neque naturaliter nigrum cōtineri, [d] nec alteri° coloris naturalis. Purpurā † autē & coccū, quoniā nihil natiui coloris sunt, contineri arbitror: [e] nisi aliud sensit testator.

13. ¶ Purpurę autem appellatione omnis generis purpurā cōtineri puto. sed coccum [f] nō cōtinebitur: [g] fucinum [h] * † & ianthinum [i] continebitur. Purpuræ appellatione etiā subtegmen factum contineri nemo dubitat. Lana tingendæ purpuræ causa destinata non continebitur.[k]

Sui dicuntur serui qui ad aliquem pertinent iure dominij vel quasi: secus si iure vsusfructus vel pignoris. Item secus in iis qui ad vendendum habentur: vel sunt vicarij seruorum. communes verò serui sui dicuntur, h.d.cum tribus.ll.seq.Bar.

LXXI. IDEM *libro vicensimo ad Sabinum.*

CVm suæ ancillę siue serui in testamento scribuntur: [l] hi designari vidētur, quos paterfamilias suorum numero habuit.

LXXII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

EAdem in omnibus rebus quas suas quis legauerit, dicenda sunt.

LXXIII. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

SVos autem seruos vel ancillas eos accipimus, qui sunt pleno [m] iure testantis: inter quos

CVm suæ.] CASVS. Legaui Titio seruos vel ancillas meas. certè illi serui cedunt legato quos ego habui numero meorum. & quod dixi in seruis & in ancillis: idem est in aliis rebus taliter legatis: & continentur appellatione seruorum & ancillarum mearum illi serui & ancillæ qui erant mei pleno iure: sed illi in quibus habeo vsumfructum tantum, non continentur: sed bene continentur illi qui mihi seruiebant bona fide, & quos habebā numero meorum, & etiam illi quos alij obligauerant. secus autem si pignori accepissem aliquos seruos: quia illi non continentur. Sed nunquid continebuntur illi mei serui quorum operas aliis locabam? Et dicitur quòd sic: non autem continebitur ille meus seruus qui erat emptor & venditor seruorum causa lucri: nec etiam mancipia venalia: nisi ego testator hoc voluissem, & hoc appareat: nec vicarij seruorum meorum ordinariorum: sed illi qui sunt mihi communes cum alio, bene continentur meorum appellatione. *Hoc dicit vsque ad.l.nummis.* Viuianus.

MEÆ SVÆ.

l ¶ *Scribuntur.* vt legati.

m SVos.] *Pleno.* s. saltem quo ad opinionem, vt bonæ fidei poss. vt subiicit. 2. Vel dic pleno iure: sed non solus.

n ¶ *Non continebuntur.* quia nec quo ad opinionem sunt eius qui habet vsumfructum: & hoc si fructuarius leget suos seruos: secus si proprietarius: *vt.j.l.proxi.* Accur.

o ¶ *Voluit contineri.* s. expressim: *vt infra de auro & argen.leg.l. Quintus.§.argento.* 2. Vel aliud est cū dicit suos, vt hic, aliud cum dicit qui sui sunt: vt ibi, si quidem in testamentis, &c. *vt.j.de regu.iur.l.in testamentis.* ¶ Sed arg. contra. *s.ad Sila.l.j.§.j.& facit infra ad.l.nuper.& s.eod.l.cum suæ.*

p ¶ *Debitor.* sic. *C.de pign.act.l.pignus.*

q ¶ *Nequaquam.* nisi volente debitore erant in vsu creditoris: *vt infra de supel.leg.l.legata.§.fin. & facit supra qui satisda.cog.l.sciendum.§.creditor.*

fructuarij non continebuntur.[n]

1. ¶ Sed qui bona fide testatori seruiunt, suorum appellatione magis est vt cōtineātur: si modò suorum appellatione eos quos suorum numero habuit, voluit contineri.[o] 2. ¶ Eos verò quos quis pignori hypothecæve dedit, sine dubio inter suos legasse videbitur debitor,[p] creditor nequaquam.[q] 3. ¶ Proinde si quis seruos habuit proprios, sed quorū operas locabat,[r] vel pistorias, vel histrionicas, vel aliàs similes: an seruorū appellatione etiā hos legasse videatur? Quod & pręsumi oportet: nisi contraria voluntas testatoris appareat. 4. ¶ Eū[s] qui venaliciariam vitam exercebat,[t] puto suorum numero non facilè contineri velle eiusmodi mancipia,[u] nisi euidens volūtas fuit etiam de his sentientis.[x] Nā quos quis ideò comparauit, vt ilico distraheret: mercis[y] magis loco quàm suorum habuisse credendus est. 5. ¶ Vicarios autem, seruorum suorum numero non contineri [z] Pomponius libro quinto scribit.

LXXIIII. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

SI quis seruos suos legauit: cōmunes quoque cōtinentur,[a] & in quibus vsusfructus alienus * fuit.

LXXV. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

NVmmis indistinctè legatis, hoc receptū est, vt exiguiores [b] legati videantur: si neque ex consuetudine [c] patrisfamilias, neque ex regione [d] vnde fuit, neque ex conceptu [e] testamenti possit apparere.[f]

LXXVI. IDEM *libro secundo ad Edictum.*

r ¶ *Locabat.* vt tamē per dies necessarios sibi vtatur: aliàs mercis nomine magis continentur: *vt.j.de auro & argen.lega.l.cum testamento.*

s ¶ *Eum.* testatorem.

t ¶ *Exercebat.* emēdo & vendendo seruos.

u ¶ *Mancipia.* venalia.

x ¶ *Sententis.* scilicet testatoris.

y ¶ *Mercis.* s. ex interpretatione non seruata significatione vocabuli: *vt supra de tri.bu.l.j.§.j.& .j.de verb.sig.l.mercis.*

z ¶ *Non contineri.* in [a] lib. R. est nō: Sed in lib. Io. est cancellatum. & pro R. est *j.de pec.leg.l.seruo manumisso. & supra eod.l.cum suæ. & j.de fund.instru. & i.-stru.leg.l.quæsitum.§.Celsus. & j.de lib.leg.l.cum ita.in fin.* Item pro eo, quia magis officiis alterius. i. ordinarij sunt parati. *l.si seruus.s.de pecu.*

[a] Seruorū appellatione vtrum serui vicariorū contineantur. Ioannes legit pro adfirmatiue. Robertus negatiuè. verum quod & Accursio & Bartolo videtur verius.

a SI quis.] *Continentur.* vt & *s.titu.j.l.v.§.j.& .j.de verbor.sign.l.pupillus.§.fin.& supra de condi.insti.l.y.in fi.* nisi contra probetur sensisse: *vt.s.eod.l.Iulianus.§.seruos.in fi.* Accur.

* Floren. fuit

NVmmis.] CASVS. Legaui tibi decē libras Bononinorum, & decessi: & non apparet nunc de quibus Bononinis sensi, vtrum de grossis, vel de paruis: nec apparet qualem vsum intelligerem in vita mea cum nominabam Bononinos: nec apparet qualiter illi de regione mea hoc intelligunt: nec aliqua parte testamenti mei sunt nominati taliter Bononini quòd possit intelligi de certis, id est grossis, vel de paruis. certè x. librę Bononinorum paruorum legatæ videntur. si autem aliquod de prædictis quatuor appareret, illi standum esset. Viuian.

NVMMI.

b ¶ *Exiguiores.* vt. [b] *s.titu.y.l.si ita sit adscriptum.in fin.cum suis concor.* ¶ Sed contra. *j.de auro & argen.leg.l.qui lancem.* Sol. vt no. supra *tit.y.l.apud Iulianum.§.Seio.*

c ¶ *Consuetudine.* locutionis: [c] vt supra *titu.y.l.si seruus plurium.§.fi.* non vsu: *vt infra de vi.triti.oleóque lega.l.cum certum.quæ est contra.* Est tamen arg. contra. *j.tit.j.l.si cui.& infra de ali.& ciba.lega.l.alimenta.* Accursius.

d ¶ *Ex regione.* expone, id est, consuetudine [d] regionis. *& facit infra de reg.iur.l.semper.*

e ¶ *Ex contextu.* sic supra *de testa.l.heredes.§.j.& .j.de verb.obl.l.Titia.§.idem respondit.*

f ¶ *Apparere.* quales legati sunt, ex aliis quoque apparere potest: *vt.s.de leg.j.l.si seruus pluriū.§.fin. & .j.de vi.tri.& olea leg.l.cum certum.quæ sunt contra,* secundum Io. & facit. *j.de verb.obli.l.inter stipulantem.§.si stipulante.& .j.de supel.lega.l.Labeo.* Accursius.

[b] Generis debitor, quodlibet dando liberatur, vt hîc, vbi verò species, mediocris. v. Guidonem Papæ *singul.194.*

[c] Consuetudo loquendi spectanda.

[d] Consuetudo regionis spectanda.

CHartis legatis nemo dicet[a] scriptas * & libros iam factos legato cedere. Hoc idem & in tabulis est.

LXXVII. IAVOLENVS *libro primo ex Plautio.*

CVm in substitutione[b] legata repetuntur, libertates etiam continentur.[c]

Qui studiorum † causa abest, abesse non videtur. Bart.

LXXVIII. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

QVæsitum est, Stichum seruum ex eo fundo ante annum mortis testatoris abductum, & disciplinæ traditum, postea in eum fundum[d] non reuersum: an deberetur. Responsum est, si studendi causa misisset, non quò de fundo eum aliorsum transferret, deberi.

Genus in medio positum ex præcedentibus & sequentibus restringitur. Bartolus.

1. ¶ *Mæui fili, qui iam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus*[e] *esse debes fundo Semproniano cum suis inhabitantibus, id est, familia, & quæ ibi erunt.* Quæsitum est, de nominibus debitorum, & nummis.[f] Eadem[g] epistulam talem emisit. *Argentum omne,*[h] *& supellectilem, quodcunque*[i] *habeo, tibi dono, & quidquid in prædio Semproniano habeo.* An supellex quæ in aliis prædiis vel domibus esset, ad Mæuium[k] pertineret: & an serui quos ex eo fundo aliis legauit.[l] Responsum est,[m] nomina & nummos[n] non videri deberi: nisi manifestè de his quoque legandis voluntas defunctę adprobaretur. seruos[o] ex eisdem fundis aliis datos[p] deminuisse[q] filij legatum. de argento[r] & supellectili quæ alibi esset, eum cuius notio est, æstimaturum: vt id obtineat, quod testatori placuisse à legatario adprobabitur.

Ea videntur esse in fundo, quæ ibi sunt vt perpetuo sint.

2. ¶ Prędia quidã reliquit adiectis his verbis: *Vti à me possessa sunt, & quæcunque ibi erunt cum*

CHartis.] CASVS. Legaui tibi chartas meas vel tabulas meas adscribendum paratas. certè non continentur legato libri facti vel scripturæ. Viuianus.

a ¶ *Nemo dicet.* nisi *vt.* ǯ. *eo.l. librorum.§. libris.* Accursius.

b ¶ *CVm in substitutione.* Hanc legem intelligas planam esse per casum positum supra eo *l. in repetendis.* Viuianus.

c ¶ *Continentur.* appellatione[a] ergo legatorũ libertates continentur. ¶ Sed contra supra *de transactio. l.j. §. imperatores.* Sed dic vt ibi.

QVæsitum.] CASVS. Titius ita legauit libertæ suæ, quamuis hoc non sit hic in litera: Pamphilæ libertæ meæ fundum Titianum cum instrumento & cum iis quæ in eodem fundo erunt cùm moriar, dari volo. mortuo testatore allegabatur per heredem cõtra Pamphilam, Stichum seruum ex dicto fundo abductum ante annum mortis testatoris, & disciplinæ per testatorem traditum, & postea in dictum fundum nõ reuersum: & ideo eidem Pamphilæ non deberi ex dicto legato dictum Stichum. quæsitũ fuit, an deberetur Pamphilæ dictus Stichus? Et dicitur quòd sic, si testator misit eum tantùm causa studendi, non quòd transferret eum de fundo ad alium locum. [MAEVI FILI.] Titia fecit testamentum, & instituit sibi heredem filium suum Mæuium in maxima parte bonorum suorum: & alium filium suum pone Titium in superfluo: & postea ita in eodem testamento locuta fuit dicto Mæuio: Mæui fili contentus esse debes fundo meo Semproniano cum suis inhabitantibus, id est familia, & quæ ibi erũt, pro eo quòd iam tibi maximam partem facultatum mearum dedi supra in eodem testamẽto. postea legauit quibusdam duos seruos qui erant in dicto fundo. facto testamento eadem Titia misit talem epistolam dicto Mæuio filio suo: argentum autem omne & supellectilem quamcunque habeo, tibi dono: & quicquid habeo in prædio Semproniano quod tibi reliqui in testamento meo. modò mortua testatrice quæritur hic de tribus. Primum est, an nomina debitorum & nummi qui & quæ erant in dicto fundo, pertineant ad Mæuium? Et respondetur quòd non: nisi manifesta voluntas defunctæ approbaretur per Mæuium quod voluerit ei legare dicta nomina debitorum & nummos. Secundum est, an pertineat ad Mæuium supellex quæ in aliis prædiis & domibus esset, & etiam argentum? Et respondetur quòd non: nisi Mæuius probet quod hoc placuit testatrici. Tertium est, an serui existentes in dicto fundo quos testatrix legauit aliis in testamento, vt dictum est: pertineant ad dictum Mæuium? Et dicitur quòd non. [PRAEDIA.] Legaui Titio prædium Titianum & Seianum, sicut à me dicta prædia possessa sunt: & quæcunque in dictis prædiis erunt cùm moriar. quæritur, vtrum pertineant ad Titium ex legato mancipia quæ in dictis prædiis morata fuerunt causa operis rustici, vel alterius officij: item omnia alia quæ in dictis prædiis fuerunt tempore mortis meæ? Et dicitur quòd sic. [PETO.] Petij ab heredibus meis vt venderent pro ducentis aureis fundum meum Campanum cuidam meæ alumnæ quę vocabatur Genesia, ita vt est dictus fundus. quæritur, nunquid debeantur Genesiæ reliqua colonorum quæ erant in dicto fundo tempore mortis meæ? Et dicitur quòd non. alia autem quæ erant in dicto prædio bene debentur ei. [ILLVD.] Legaui Titio argentum meum. certè cedet legato argentum factum, puta scyphi & scutellę argenteę. Item cedet infectum: puta illud quod est in massa. Si autem legaui Titio marmora mea, non cedet legato nisi rudis materia. & est ratio inter prædicta duo, quia argentum factum bene potest reduci in massam: sed statua vel aliquid aliud de marmore factum non potest reuerti ad rudem materiam. [COCCVM.] Legaui tibi versicoloria mea. certè continetur legato etiam quædam purpura quæ vocatur coccum: de qua dixi. ǯ. eod. l. si cui. §. sed coccum. Item continentur quædam aliæ purpuræ, scilicet coracinum, & hysginum, & melinum. nam ita bene designãtur suo nomine dictæ tres purpuræ, & sunt diuersi coloris, sicut coccum & purpura: & dicas in litera, porrò, pro certè: & quin minus, pro quòd non. & repete, nemo dubitauit: & dic, certè nemo dubitauit quod coracinum, aut hysginum, aut melinum non minus suo nomine designantur, quàm coccum vel purpura. & ita est plana lex. [CVM VIR.] Legaui vxori meæ ea quæ eius causa parata sunt. venit post mortem meam vxor mea, vel ea mortua heres suus ad prætorem qui cognoscebat de fideicommissis & legatis, & petebat ab herede meo non solùm res quas paraueram pro vxore mea, sed etiam res æstimatas quarum pretium erat in dote. certè non obtinuit, nec obtinere debuit petitio dictæ meæ vxoris, vel heredis eius coram dicto prætore quantũ ad dictas res ęstimatas, nisi in vsum dictæ meæ vxoris datę fuissent per me. nam tunc semper dicto legato cedent, siue ab ipsa vxore, siue ab alio comparatę fuerunt, & mihi in dotem datæ æstimatæ, & à me in vsum eius datæ & paratæ: & ita etiã relatum fuit apud quendam iurisconsultum qui vocabatur Aburnius Valens. [REBVS QVAE.] Legaui Titio fundum Titianum, & res quæ in eo fundo sunt. certè cedent legato illæ res quæ consueuerunt esse in dicto fundo, quamuis per aliquem casum nunc non sunt ibi: non autem cedunt ea quæ non solebant ibi esse, quamuis sint ibi nunc per aliquem casum. & hoc dicit hic. §. qui satis bonus est. Viuianus.

d ¶ *Fundum.* mala videtur esse Grammatica: sed dic, fundum lego tali cum instrumento, & cum his quæ in eo erunt cùm moriar: *vt.* ǯ. *de fun. instru. & instru. leg. l. Seia. §. Pamphilæ.*

e ¶ *Contentus.* per quod videtur legasse: *vt.* ǯ. *tit. j. l. peto. in princ.*

f ¶ *Et nummis.* scilicet an contineantur legato: & hæc est prima quęstio.

g ¶ *Eadem.* scilicet mater testatrix. aliàs eidem, scilicet filio. Accursius.

h ¶ *Omne.* hic oritur dubitatio ex eo quod subiicit, quodcunque, &c.

i ¶ *Quodcunque.* aliàs quancumque, scilicet supellectilem: vel quodcunque, scilicet argentum.

k ¶ *Ad Mæuium pertineret.* secunda quæstio.

l ¶ *Aliis legauit.* s. contineatur legato. & est tertia quæstio.

m ¶ *Responsum est.* responsio primæ.

n ¶ *Nummos.* quos habebat testatrix in aliis suis prædiis secundum quosdam: imò quos habebat in prædio Semproniano, sed ad tempus: *vt.* ǯ. *eo. l. si chorus. §. j. & l. si ita. & supra titu. j. l. Gaius. & de hered. instit. l. ex facto. §. rerum. & infra de fun. instru. & instru. leg. l. quæsitum. §. Papinianus.*

o ¶ *Seruos.* respon. tertiæ quæstionis.

p ¶ *Datos* id est, relictos.

q ¶ *Deminuisse.* nam per speciale[a] derogatur generali:[b] *vt & .* ǯ. *eod. l. vxorem. § felicissimo. & infra de vi. triti. & oleo leg. l. ij & de auro & argen. le. l. j. & de pecu. leg. l. seruo. & infra de supel. leg. l. legata. in princ.*

r ¶ *De argento.* Solu. secundæ quæstionis.

s ¶ *Probabitur.* Sed quid in dubio? Resp. id tantùm quod in prædio Semproniano habetur, videtur relictum: nam & illa demonstratio, & quicquid in prędio Semproniano, &c. superiora potest restringere: *vt.* ǯ. *de pecu. leg. l. nam quod. § si.* ¶ Sed cõtra. ǯ. *de fun. instru.*

CHARTÆ. * scripturas.

a Legatorum appellatione continentur libertates.

† Præsentes existimamus qui studiorum causa absunt, & ideo commodis pręsentium fruũtur. *vt hic. & l. Seia. 20. §. Pamphilæ. vbi Gloss. j. de instructo.* tametsi aliàs qui extra continẽtia patriæ absunt, pro præsentibus non habeantur, vt singulare studiorum priuilegium hoc casu esse videatur: facit. *C. de quibusdam. & ibi Glos. Archid. 87. distinct. c. vlt. de mag. c. 1. de prim. in 6. ca. licet de præbendis. Adde Lucium tract. de priuilegiis scholarum. priuileg. 10. & 11.* vbi etiam notat cõtra regulam cõmunem studiosos, quod ad commoda, pro præsentibus habent: quod ad incommoda pro absentib⁹, quoniam absentia studiosũ causa dicitur iusta, iustissima, probabilis, honesta, rationabilis, priuilegiaria, legitima, publicæ vtilitatis. *l. si longius. ǯ. de iudicis. l. nec non. §. ex quib. cau. maio. l. sed Iulianus. versi quod dicitur. ǯ. ad Maced. l. vlt. vbi Glos. ǯ. de in integr.*

a Speciale derogat generali.

b Qualitas loci adiecta legato restringit legatum etiam vniuersale, *hic. Oldrad. cons. 1. Gozad. cons. Didacus. 2. variar. resolut.* plura apud Manticam *de coniectur. vltimar. volunt.*

instru. & instru. leg. l. quæsitum. §. j. & infra de ali. lega. l. à filio. Sed ibi quia talis apparebat voluntas testatoris. 2. Vel dic vt in eis dixi. *Accursius.*

a ¶ *Fuerunt.* non ad tempus, sed perpetuò destinata. *& facit. j. de fun. instru. l. Seiæ. §. fin. & l. prædia. §. j.*

moriar. Quæsitum est, de mancipiis quæ in his prædiis morata fuerunt[a] vel operis rustici causa vel alterius officij, cęterisque rebus quæ ibi fuerunt in diē mortis, an ad legatarium pertinerēt. Respondit, ea omnia de quibus quęreretur, legata videri. 3. ¶ *Peto vt fundum meum Capanianum Genesiæ alumnæ meæ adscribatis ducentorum* [b] *aureorum, ita vti est.* Quæritur, an fundo * & reliqua colonorum, & mancipia si qua mortis tempore in eo fuerunt, debeantur. Respondit, reliqua quidem colonorum non legata: [c] cætera verò videri illis verbis, *ita vti est*, data.

Appellatione materiæ non continetur materiatum, quod ad sui materiam reuerti non potest. Bartolus.

4. ¶ Illud fortasse quæsiturus sit aliquis, cur argēti appellatione etiā factum argentum comprehendatur: cùm si marmor legatum esset, nihil præter rudem materiam demonstratum videri posset. Cuius hæc ratio traditur: quippe ea quæ talis naturæ sint, vt sępius in sua redigi possint initia, ea [d] materiæ potentia victa [e] nunquam vires eius effugiant.

5. ¶ Coccum quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus decederet, nemo dubitauit: [f] quin minus [g] porrò [h] coracinum, † aut hysginum, au melinum suo nomine, quàm coccum purpuráue designatur?

Res æstimatæ in dotem datæ non continentur in legato empti vel parati, si non fuerunt ad vsum traditæ. Bartolus.

6. ¶ Cùm vir ita legasset, *Quæ vxoris causa parata sūt, ei do lego:* ego [i] apud prętorē fideicommissarium petebam etiam res ęstimatas quarum pretium in dotem erat, nec obtinuit, [k] quasi testator non sensisset de his rebus. [l]

b ¶ *Ducentorum.* i. pro cc. aureis vos heredes detis fundum alumnæ meæ. quod legatū valet: *vt. s. ti. ij. l. & si a quo.* 2. Vel dic talem agrum qui valet tātum: quia fortè tātum emerat defunctus.

c ¶ *Non legata.* sicut nec cætera quæ fuerūt ibi ad tempus & *facit. j. de fund. instru. & instru. le. l. Seiæ. §. fi. & l. prædia.*

d ¶ *Ea.* scilicet specificata.

e ¶ *Victa.* Omnia enim metalla [a] superant sua specificata, potentia: quia [b] nullo modo extinguuntur specificatione. lana autē & cypressus siue marmor vincuntur à suis specificatis, cùm ad sua vltra non redeant initia: & plerunque, vt lana & cypressus, & similia, vt sarius, nomen etiam perdunt vel amittunt. metalla autem & si sint specificata, ius habent ad rudem massam redeundi, nec nomen suum perdunt. nam si anulus est, non minus aureus vocatur: sed vestis nunquam lana: sicut nauis cypressi non cypressus dicitur. & *facit infra eod. l. lana. & l. heres. §. j. & de auro & argento lega. l. Quintus. ij. & infra de acquirend. rerum domi. l. in omnibus. & l. sequen.* Item facit *infra de auro & argen. leg. l. cum aurum. circa prin. & l. & si non sunt §. j.* Accursius.

f ¶ *Dubitauit.* vt. s. *eo. l. si cui. §. pen.*

g ¶ *Quin minus.* id est non.

h ¶ *Porro.* pro, certè. & sunt isti colores pānorum, de quibus dixi. *s. eo. l. si cui. §. fin.*

i ¶ *Ego.* Paulus aduocatus mulieris.

k ¶ *Nec obtinui.* aliàs, obtinuit, scilicet mea opinio. cùm ergo acquiescat sentētiæ Pauli, & in [c] corpore iuris ponitur: erit lex generalis. *& facit supra eo. l. hoc legatum. & j. de auro & argen. lega. l. Quintus.* & statim hic subiicit.

l ¶ *Rebus.* facit. j. eo. l. seruus qui in fundo. cum suis concor. & s. *eod. l. qui saltum. & infra de vsufru. leg. l. generali. §. j. & j. l. proxi. §. j.* Accursius.

* fundus. vt. j. l. 101. § Peto.
a Metalla superāt speciem potentia.
b Specificatione metalla non extinguuntur.
† Crocinum, herba dicta est à croco, quam granam vocāt. coracinū verò id est nigrum. *Alcia. lib. 2. parerg. cap. 1.*
c Lex generalis dicitur sentētia iurisconsulti in corpus iuris relata.

S *I chorus.*] CASVS. Legaui tibi chorum seruorum. perinde poteris petere singulos, ac si singulos tibi legassem. & idem esset, si legassem tibi familiam seruorum [HIS VERBIS.] Legaui Titio fundum Seianum, & quæ ibi mobilia mea erunt me mortuo. inuenitur in dicto fundo pecunia à me ibi reposita causa mutuandi eam: & pecunia quam ibi reposui causa præsidij, do nec quibusdam bellis ortis in ciuitate me expediuissem. quæritur, nunquid istæ pecuniæ contineantur legato? Et dicitur quòd prima non, secunda sic: & est ratio: quia prima pecunia est propria pecunia: & est fragilis, id est valde mobilis: & ad hoc fuit à me posita in dicto fundo, vt inde moueretur causa mutuandi, vt dictum est: & ideò non est mirum, si non continetur in dicto legato. & ita audiuit Proculus dicentes senes rusticos. Secunda autem pecunia quæ fuit à me reposita in dicto fundo causa præsidij, dicitur peculium, & non est ita fragilis & mobilis sicut prima: & ideo non est mirum si continetur in legato. [ARBOR.] Legaui Titio quandam meam aream, & postea feci super eam domum, & postea destruxi domum, & remansit area sicut erat prius. certè debetur legatario dicta area quamuis ei non deberetur, si dicta dom' destructa nō fuisset. sed pone quòd legaui Titio seruum meum Stichum. postea heres meus manumisit eum antequam traderet Titio. & postea reduci in seruitutem dicti mei heredis. certè poterit eū Titius legatarius petere. per factum enim heredis peruenit ad libertatem. *Viuianus.*

Atquin si in vsum eius datæ sint: nihil interest, ab ipso an ab alio comparatæ sint. Postea apud Aburnium Valentem inueni ita relatum, Mulier res æstimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legauerat his verbis: *Quæ eius causa comparata emptáque essent.* Dixit emptorum paratorumque appellatione non contineri ea quæ in dotem data essent, nisi si maritus eas res postea quam ipsius factæ essent, in vxoris vsum conuertisset.

Quæ casualiter absunt, abesse non videntur: & quæ casualiter adsunt, adesse non videntur. Bartolus.

7. ¶ Rebus quę in fundo sunt, legatis, accedunt etiam ea quæ tunc non sunt, si esse solent: nec quæ casu ibi fuerunt, legata existimantur.

Quod operatur genus quo ad omnes, idem operatur particulare quo ad particularia. Bartolus.

LXXIX CELSVS *lib. 9. Digestorum.*

SI chorus [m] aut familia [n] legetur: perinde est quasi singuli [o] homines legati sint.

Nummi repositi vt mutuo dentur, no vidētur esse in loco: secus si vt ibi perpetuò sint. Bartolus.

1. ¶ His verbis, *Quæ ibi mobilia mea erūt. do lego:* nūmos ibi repositos vt mutui darētur, non esse legatos Proculus ait: at eos quos præsidij causa repositos habet, vt quidam bellis ciuilibus factitassent, [p] eos legato contineri: & audisse se rusticos senes † ita dicētes, pecuniam sine peculio † fragilem [q] esse: peculium appellantes quod præsidij causa seponeretur [r]. 2. ¶ Area legata, si inædificata medio tempore fuerit, ac rursus area sit: quamquā tunc peti non poterat, [s] nūc tamen debetur. 3. ¶ Seruus quoque legatus si interim manumittatur, & postea seruus

m ¶ *Si chorus.* seruorū [a] cantantium cum instrumento quodā musico quod dicitur chorus. habet & alias significationes: *vt supra de ædil. edic. l. eiusdem.* Accursius.

n ¶ *Familia.* seruorū [b] sic ponitur infra *si fami. fur. fe. dicatur.* Accursius.

o ¶ *Singuli.* quo ad hoc vt omnes peti possint: & legato cedunt quo ad quid tamen aliud est: *vt supra tit. j. l. ij. & iij. & v. & sext.* Idem quo ad actionem de euictione: *vt supra titulo. ij. l. si domus §. j. & supra de euictionibus. l. serui venditor.*

p ¶ *Factitassent.* aliàs factitasset. i. facere cōsueuisset testator, vel testatores. aliàs accidisset. *Accursius.*

q ¶ *Fragilem.* i. de facili potest perdi. *sic. C. de admini. tut. l. lex quæ tutores. §. finali.*

r ¶ *Seponeretur.* habet & alias significationes: *vt not. supra de pecu. in rubr. & facit ad. §. fina. infra eodem. l. si ita. cum suis concor.*

s ¶ *Non poterat.* Contra videtur. s. *titu. j. l. si area. & s. titu. ij. l. seruum filij. §. si area.* Solu. hic fuit mutata voluntas, *vt & ibi, & in. l. seruum filij. §. si area.* plene not. ¶ Item facit infra *de sol. l. quæ res. §. aream. & infra de verbo obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. & s. de vsufru. l. qui vsumfructum in princip & l. si non in area.* ¶ Sed contra. s. *quibus mod. vsu fruct. amit. l. repeti. §. si.* Sed aliud in vsufructu, secundum *Hug.*

a Chorus quid.
b Familiares cuique propriè dicū qui eius vi uant expensis hinc colligit Guido papæ singulari 311.
† Qui facilè vtilitatem rerum nouerunt. & facit. c. vlt. cū. Glo. super verbo manieris ecclesiæ Senon. cauonicus, extra de offic. archid.
† Vide Erasm. chil. 2. centur. 6. prouer. 2.
ra. l. 27. § 17 de adim. leg. l. cum res. ij. area j. de solu. Vide Anto. Aug. lib. 1. c. 1.

2 ¶ *Peti potest* aliàs peti non potest: & tunc nullã est contra. aliàs est, peti potest: & tunc est contra. j. *de solu. qui res. §. arenm. &. j. de adi. lega. l. si seruus. in fin. & l. cum seruus.* Solu. vt not. *in. d. §. arenm.* vel hic viuente testatore rediit in seruitutem, & postea ex voluntate noua voluit peruenire ad legatarium: *vt dixi. s. proxi. §.* & est ar. huius solutionis. *j. de adi. leg. a. l. iiij. & facit. s. quibus mod. vsusfruct. amit. l. repet. §. fin. & de quid tamen §. j. & s. eun. ij. l. filius familias. § fin. & supra proxi. §. cum suis concor. Viuianus.*

factus sit: postea peti potest.[a]

LXXX. IDEM *lib. 35. Rigestorum.*

CONiunctim heredes instituti, aut coniunctim legari, hoc est, totam hereditatem, & tota legata singulis data esse, partes autem concursu fieri[b].

Masculinum genus concipit fœminium, & non econtra. Bartolus.

LXXXI. MODESTINVS *lib. 9. Differentiarum.*

SEruis legatis etiam ancillas quidam deberi rectè putant: quasi commune nomen[c] vtrunque sexum contineat. Ancillis verò legatis masculos non deberi nemo dubitat. sed pueris legatis etiam pullæ debentur. id non æque in puellis pueros contineri dicendum est. 1. ¶ Mulierib. verò legatis etiam virgines[d] debentur: sicut viris legatis etiam pueros deberi respondetur.

2. ¶ Pecudibus[e] autem legatis, & boues & cætera iumenta continentur. 3. ¶ Armento[f] autem legato etiam boues contineri conuenit: non etiam greges ouium & caprarum. 4. ¶ Ouibus legatis, neque agnos,[g] neque arietes contineri quidam rectè existimant.

5. ¶ Ouium verò grege legato, & arietes & agnos deberi nemo dubitat.

Qui fugit, dicitur esse in loco à quo fugit. Bartolus.

LXXXII. IDEM *lib. 9. Regularum.*

SEruus qui in fundo morari solitus erat, si fugerit, licèt post mortẽ testatoris adprehendatur, fundo legato vt instructus

COniunctim.] CASVS. Ita dixit testator, Instituo mihi heredes Titium & Seium. certè quia cõiuncti sunt re & verbis: concursu diuident hereditatem meam, i. per medium. sed & si ita dicat testator, Lego Titio & Seio fundũ Cornelianum, erit idem in hoc legato quod dixi in hereditate. *Viuia.*

b ¶ *Cõcursu fieri.* hoc autem contingit siue re & verbis, siue re tantùm, siue[a] verbis tantùm fit coniunctio: *vt s. de vsufru. l. j. § interdum.* sed aliàs duo vltimi dicuntur disiuncti: *vt. C. de caducis tollen. §. his ita. & facit. s. eo. l. qui duos. & facit. j. eo. l. re coniuncti. & j. de verb. signifi. l. tripliei.* Accursius.

a Hac parte Bartolus hãc Glossam reprehendit. Quoties enim verbis tantũ sunt cõiuncti, tunc ab initio nõ vocantur nisi ad partem, licet pars alterius possit adcrescere & sic sibi partes non faciũt per concursum. *l. si duobus. in fin. j. titul. 2.*

SEruis.] CASVS. Legaui Titio seruos meos, siue pueros, siue non. certè continentur ancillæ: sed non econtra, id est ancillis vel puellis legatis non continentur serui & pueri. si autem legaui ei mulieres meas, etiã virgines debentur. & idem in masculis. sed si legaui ei pecudes meas, continentur boues, & cętera iumenta. si autem legaui ei armentum, continentur boues, & non oues & capræ. si autem legaui ei oues meas, non continentur arietes, & agni: quamuis continentur legato grege ouium mearum. *Viuia.*

c ¶ *Commune nomẽ.* Imò est masculini sexus: sed hic dicit, quasi:[b] & fit[c] ex legis interpretatione. sic ergo masculinum[d] concipit fœmininum, sed[e] non conuertitur nisi in casibus: *vt not. s. tit. j. l. si ita sit scriptum. & facit. s. eod. l. qui duos. & j. de verb. sig. l. detestatio. §. j. & l. illa verba. §. pueri. & s. de ado. l. hoc autem. §. j.*

d ¶ *Virgines.* vt & *j. de ver. signi. l. mulieris. in prin.* & hoc large[g] accepto vocabulo: aliàs pro corrupta tantum: *vt. s. de adili. edic. l. quæritur. §. mulierem. & de act. empt. l. ex empto. §. si quis virginem.* Accursius.

e ¶ *Pecudibus.* pecus pecudis vel pecoris, generale nomen est ad ea quæ gregatim pascuntur: *vt. s. eo. l. legatis. §. pecoribus.*

f ¶ *Armento.* facit. *j. de verb. signi. l. boues. in princip.*

g ¶ *Agnos.* qui sunt minores anno: nisi consuetudo patriæ aliter se habeat: *vt. s. eo. l. cum quæreretur. in princip.*

SEruus.] CASVS. Legaui Titio fundũ Seianum sicut instructus est. de eo fundo aufugit postea seruus Stichus: & post mortem meam capit eum heres meus. certè continetur in dicto legato dictus Stichus. *Viuianus.*

h ¶ *Cedit.* quia[g] non intelligitur ibi morari, vbi est in fuga: *vt. s. de ser. expor. l. si Titius. & facit. j. eo. l. si ita. cum suis concor.*

b Quasi particula deminutiua significationis.

c Interpretatione serui nomine ancilla coercetur.

d Masculinum concipit fœmininum.

e Fœminino nõ continetur masculinũ nisi certis casibus.

f Mulieris lata appellatione virgines continentur. vt hic, ita & viri. Bartolus hac lege.

g Fugitiuus ibi morari non intelligitur vbi est in fuga.

QVod his verbis.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & ita ei dixi: Quicquid ex hereditate bonisve meis ad te peruenerit, restituas Seio cùm morieris. me mortuo tenuit Titius bona mea per. x. an. & habuit inde fructus & pecorum fœtus, & decessit. nunquid tenetur heres Titij dare fructus Seio prędictos & fœtus? Et dicitur quòd non, sed alia omnia sic. Sed pone quòd in dicto testamento reliqui quatuor meis libertis fundum Tit. anum per fideicommissum, & volui & dixi quòd si aliquis eorum decederet, pars sua dicti fundi ad alios pertineret. & cum extremus eorum decesserit, dixi quòd pertineret dictus fundus ad posteros omnium dictorum libertorum. euenit ita quod omnes liberti decesserunt, & vltimò decedens non reliquit liberos, sed vnum libertum suum. nunquid libertus liberti extremi veniet ad fideicommissum? Et dicitur quòd non. *Viuianus.*

est, etiam ipse legato cedit.[h]

LXXXIII. IDEM *lib. 10. Responsorum.*

QVod his verbis relictum est, *Quidquid ex hereditate bonisve meis ad te peruenerit, cum morieris restituas:* fructibus quos heres viuus[i] percepit, item quæ fructuum vice[k] sunt non venire placuisse. nec enim quicquam proponi[l] ex quo de his quoque restituendis testatricem rogasse probari potest.

Appellatione posterorum continentur liberi, non liberti. Bartolus.

1. ¶ Idem testator[m] qui libertis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, vt post mortem extremi ad posteros eorum pertineret. Quæro, cùm nemo alius sit nisi libertus eius qui extremò mortuus est, an is ad fideicommissum admitti debeat. Respõdit posterorum appellatione liberos tantummodò, non etiam libertos eorum quibus fideicommissum relictum est, fideimisso contineri, nequaquam incertum est.

LXXXIIII. IAVOLENVS *lib. 2. ex cassio.*

CVi quæ Romæ essent, legata sunt: ei etiam quæ custodiæ causam in horreis extra vrbem reposita sunt, debentur.[n]

Pronomen, meum, adiectum certo corpori, & verbo præsentis temporis, facit demonstrationem: si incerto corpori, taxationem: si verò verbo futuri temporis, conditionem. Bartolus.

LXXXV. POMPONIVS *lib. 2. ad Quintum Mucium.*

i ¶ *Viuus.* aliud si in hereditate eos inuenisset, & aditionis tẽpore, à defuncto[a] fortè, vel etiam ab ipsa hereditate dudũ perceptos. R.

k ¶ *Vice.* quæ sint vice fructuum, habes. *s. de vsur. l. vsuræ. & l. prædiorum. & l. in peculium. s. de peti. hered. l. mercedes.*

l ¶ *Proponi.* si testatoris mentem benignè exaudias, licet verborum rigor contra fortè suadeat: *vt. j. ad Trebel. l. balista & s. de vsur. l. in fideicommissi. § nonnunquam.* 2. Vel lex illa, balista, nõ obstat: quia ibi dixit testator, quãtacunq; pecunia ex hereditate siue ex bonis meis ad eum peruenerit. at hic non dixit non ex pecuniæ. ¶ Item lex illa de vsuris nõ ob. quia ibi aliud apparebat ex voluntate defuncti, & ex verbis eius. & facit. *j. tit. ij. l. qui fructus. & j. ad Trebell. l. heredes. in prin.* ¶ Item contra. *j. de dote prælег. l. ij. § si. in fi. §.* Solu. vt ibi.

m ¶ *Idem testator.* vt si quis nollet, alij haberẽt. Item vt altero deficiẽte ad alios. Item post mortẽ vltimi ad posteros. nã liberi non liberti continentur appellatione posterorum. *sic. j. de gradib. l. iurisconsultus. § parentes. & C. de fideicommis. l. cum acutissimi.*

CVi quæ.] CASVS. Legaui Titio omnia ea quæ habeo Romæ. certè cedunt legato non solùm ea quæ sunt intra muros ciuitatis Romæ causa custodiæ, sed etiam ea quæ sunt in horreis extra vrbem positis, dum tamen sint intra continentia ædificia *Viuianus.*

n ¶ *Debentur.* sc. sicuti intra vrbem: quia nec hæc nec illa debentur, si sunt causa custodiæ: aliàs secus si perpetuò. hoc enim solum quærebatur, sc. quatenus extenderetur ratione appellationis secũdum R. & sic facit. *j. de auro & argen. leg. l. si vxori. § j. & s. eo. l. si choros. § j. & l. quæsitum. § fina & j. l. si ita. cum suis concor.* quæ omnia essent contraria, nisi sic exponeretur & facit. *j. de pen. leg. l. nam quod. § si ita. & j. de verb. sig. l. ij. & l. vt Alfenus. & l. ædificia. & l. qui in continentibus. & l. collegarum. § j.*

NVper.] CASVS. Legaui Titio fundum Seianum, & non dixi, Lego Titio fundum meum Seianum. ita tamen volebam Titium

a Fructus percepti à testatore & in area vel in horreo existentes restitui fideicommissario debent cum defuncti patrimonio, eiusque parte censeantur. Im la, Cast., Alexand., Aretinus, Iason, Curtianus, in. l. Centurio. j. de vulgari. & Iason, Alexand. Ripa, in. l. in fideicommissariam. j. ad Trebell., Alciat. consil. 135. Cornet. consil. 281. Hieronymus Gabriel. consil. ... possunt & huiusmodi fructus filio in legitimam imputari, vt quæ sint ex substantia patris. Butrig. in l. Iubemus. C. ad Trebellian.) Id tamen falsum si heres post mortem superuixit vltra triennium, nec enim cogitur fructus eos restituere, quia non præsumuntur tam diu durare. Glo. l. vnic. C. si aduers. vsur. sed tamen æstimatio computatur in legitimam & Trebellianicã: residuum verò restituendum. Gal. in. d. l. Centurio.

Titium habere secundum, si meus esset. certè non habebit Titius fundum, nisi sit meus. vnde distingue: aut legaui certũ corpus, aut incertum. si certum lego corpus: & ita dico, fundum meum Seianum lego Titio: aut est meus fundus, & debetur legatario: aut nõ, & similiter debetur legatario, si sciui ego testator alienum esse. si verò incertum corpus legaui, & ita dixi: Vinum meum vel vestem meam lego Titio: tunc istud vinum & illa vestis quod & quæ est meum vel mea, debetur legatario, & non alia: nisi ego testator habebam numero meorum ea quæ non sunt mea. tunc enim debebuntur legatario. & hoc quando dictum verbum, meũ vel meã, adiectum est ad præsens tempus, vt posui in exemplis. si autem in tempus mortis collatum est, tunc habetur pro conditione, & ita demum debetur legatario, si inuenietur testatoris tempore mortis, & non aliàs: puta ita dixi, vestem quæ mea erit cum moriar, lego Titio: & Stichum qui meus erit cùm moriar, lego Titio: & multo magis si dixi ita Stichum lego Titio, si meus erit cùm moriar. quidam tamen dicebant quòd pro demonstratione accipitur in hoc casu. sed non est verum, imò pro conditione tantùm, vt dictum est. *Viuianus.*

NVper constitutũ est à principe, vt & nõ adiecto hoc, *meum*, [a] si quis corpus alicui leget, & ita sentiat, vt ita demum præstetur, si suũ sit: ita valere legatum, vt appareat magis sentẽtiam legantis, nõ hoc verbum, [b] *meum*, respiciẽdum esse. & ideò [c] elegãs est illa distinctio, vt quotiens certum corpus legatur, ad pręsens tẽpus adiectum hoc verbum *meum*, [b] nõ faciat conditionem. [e] Si vero incertum corpus legetur, veluti ita, *Vina mea, vestẽ meam*: videatur pro conditione hoc verbũ esse *mea*: vt ea demũ quæ illius sint, [f] videantur legata. Quod [g] non puto fortiter posse defendi: sed potius & hic vestẽ vel vinum quod suorum numero habuerit, [h] hoc legatũ esse. sic enim responsum est, [i] etiã quod coacuerit vinum, legato cedere si id vini numero testator habuisset. Plane in mortis tẽpore collatum hunc sermonẽ, [k] *Vestem quæ mea erit*: sine dubio pro cõditione [l] accipiendum puto. Sed & *Stichũ qui meus erit*: puto pro cõditione accipiendum. nec interesse vtrũ ita, *Qui meus erit*: an ita, *Si meus erit*. vtrubiq; conditionẽ eam esse. Labeo tamen scribit, etiam in futurum tẽpus collatum hunc sermonẽ, *Qui meus erit*, pro demonstratione [m] accipiendum.

a ¶*Hoc meum.* scilicet vocabulo.

b ¶*Non hoc verbum.* quod non fuit appositum, vt ideò dicat quis legatum deberi: licèt res non fuit testatoris, quia non debetur: vt magis [a] inspiciamus mentem defuncti, qui voluit ita valere si suum esset. non aliter.

a Mentẽ legantis inspicimus maxime.

c ¶*Et ideò.* quia demum probata voluntate defuncti non valet in alieno, ideò, &c.

d ¶*Meum.* quia dixit, Stichum seruum meum: vel qui est meus.

e ¶*Conditionem.* tenet [b] ergo legatũ licèt res aliena sit, dummodo testator sciat: aliàs non nisi in casibus: *vt C. eod. l. cum alienam.*

b Legatum rei alienæ an & quando consistat.

f ¶*Illius sint.* s. tempore testamenti: *vt. j. de auro & argen. leg. l. si ita. & l. medico. in princip.*

g ¶*Quod.* s. quòd non intelligatur, nisi sit suum quando est incertum corpus.

h ¶*Habuerit.* vt. & *s. eo. l. suos.*

i ¶*Responsum est.* vt. *j. de vino triti. & oleo leg. l. j.*

k ¶*Sermonem.* certi vel incerti corporis, non est vis, quando est de futuro.

l ¶*Conditione.* vt non debeatur si non est suum.

m ¶*Pro demonstratione.* quæ [c] non vitiat legatum, licèt sit falsa: *vt j. de condit. & demonst. l. demonstratio.*

c Demonstratio licet falsa non vitiat legatum.

SI ita.] CASVS. Legaui Titio domum meam, & omnia quæ in ea domo erunt cùm moriar. certe cedet legato illud meũ quod ibi non solebat esse, quamuis aliquo casu absit: nõ autem cedet illud meum quod ibi nõ solebat esse, quamuis in aliquo casu ibi sit. Item nõ cedent nummi ad diem exacti per me à debitoribus meis vt aliis mutuarentur, quos nummos in dicta domo reposueram. Sequens lex dicit quòd appellatione legati continetur fideicommissum, & donatio causa mortis. *Viuianus.*

n ¶*Cùm moriar.* subau. Titio lego.

o ¶*Ad diẽ.* i. in termino. 2. Vel. i. vt ad tẽpus teneret exactos, & postea collocaret. ¶Sed quid si proposito retinendi ibi, vt thesaurus? Respõ. secus: *vt supra eo. l. si chorus.* §. j. nisi mutato proposito redeant in primam causam, quia tunc non deberetur: *vt. s. titu. j. l. antepen. in princ. & facit. s. eo. l. qui filium. & de heredi. institu. l. ex facto. §. verum. & j. de auro & argen. lega. l. si vxori. §. j. & s. eo. l. si fundum. & s. de pecu. l. id vestimentum. & infra de penu. leg. l. nam quod. §. j. & supra titu. j. huiusmodi. §. legatum. & s. eodem. l. qui concubinam. §. fin. & l. qui saltum. & l. quæsitum. § fina. & l. si chorus. §. j. & j. de fundo instru. & instr. leg. l. Seie. §. Pamphila. & § Tyranna. & l. prædia. & l. quæsitum. §. Papinianus. & l. cum de lanionis. §. Sabinus.* Accursius.

sed alio iure vtimur.

Inspici debet vbi res esse solent perpetuo, non vbi casu desunt vel absunt. Bartolus.

LXXXVI. PROCVLVS *lib. 5. Epistularum.*

SI ita legatum est, *Domũ, quæque mea ibi erunt cùm moriar*: [n] nummos ad diem [o] exactos à debitoribus, vt aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse: & Labeonis distinctionem valdè probo, qui scripsit, nec quod casu abesset, minus legatum: nec quod casu ibi sit, magis esse legatum.

LXXXVII. PAVLVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

ET fideicommissum, [p] & mortis causa donatio appellatione legati † continetur.

† Legati appellatione fideicõmissum & mortis causa donatio continetur: vt hic. vt & hæreditas. l. aduenire. ff. de verb. sign. vide Bart. in. l. si filius. §. si legata. j. de legat. præstandis.

LXXXVIII. IDEM *lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.*

LAna legata, vestem quæ ex ea facta sit, [q] deberi non placet. 1. ¶Sed & materia legata: nauis, armariúmve ex ea factum non vindicetur. [r] 2. ¶Naue autem legata dissoluta: [s] neque materia, neque nauis debetur [t]. 3. ¶ Massa autem legata, scyphi ex ea facti exigi possunt. [u]

LXXXIX. IDEM *libro 6. ad legem Iuliam & Papiam.*

p ¶ET *fideicommissum.* Legata [a] & fideicom. paria sunt: *vt hic. & s. titu. j. l. j.* ¶Sed fallit: vt not. *C. communia de lega. l. ij.* ¶Item [b] donatio causa mortis, & legatum: vt hic, & *j. de do. cau. mor. l. illud. & C. de do. cau. mor. l. fi.* ¶Sed fallit, vt no. *Instit. de don. §. j. super verbo, fere.* Accursius.

a Legata & fideicõmissa paria.

b Legati & donationis causa mortis similitudo & differentia.

LAna.] CASVS. Legaui Titio lanam meam. certè non continetur vestis ex lana facta. sed & si legaui ei materiam meã aptam ad faciendum naues & armaria, certè non continetur nauis vel armarium ex ea factum. si autem legaui ei nauem iam factam, & postea sit dissoluta, non debetur materia dissoluta ex naue. sed & si ipsa nauis iterum refecta sit ex dicta materia, non debetur nauis refecta, si autem legaui ei massam argenteam: si sit ex ea facta aliqua species, bene continetur legato. *Viuia.*

q ¶*Facta sit.* nondum cedẽte die legati: alioquin contra: *vt. s. titu. j. l. seruum filij. §. si pocula. & nota. s. titu. j. l. mortuo. j. respon. Azo & hæc ratio est supra eod. l. quæsitum. §. illud. & l. si cui lana. & j. de acquiren. rerum dom. l. omnibus. & ll. sequentibus.*

r ¶*Non vindicetur.* quia aliud [c] materia, & aliud si nauis: *vt. s. de pigne. act. l. si conuenerit. §. si quis ea.*

c Legendum sicue.

s ¶*Dissoluta.* s. ea postea.

t ¶*Debetur.* quia esse desinit: secus si refecta sit eadem carina nõ mutata: *vt. s. ti. j. l. quod in rerum. §. fi.*

u ¶*Exigi possunt.* quia aurum esse minimè desinit: *vt not. s. eod. l. quæsitum. §. illud.* ¶Sed contra hoc videtur. *s. de vsufru. l. qui vsufructu. in princip. & s. quibus modis vsusfruct. amitt. l. qui tamen. §. si in asse.* Sed dic aliud in vsufruct. legato, quàm in proprietate legata. ¶Item facit. *s. eod. l. item. §. penul. & j de auro & argen. leg. l. vj. & j. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. & s. eod. l. si cui lana.*

RE coniũcti.] CASVS. Lex ista diuiditur in partes duas principales. Primò loquitur de coniunctis, secundò de effectu coniunctionis: scil. de iure adcrescendi. secunda ibi, præfertur igitur. Item prima subdiuiditur in tres partes: quia primò loquitur de cõiunctis re tantùm, secundò de coniunctis verbis tãtùm. tertiò ponit rationem pręcedentiũ. secunda ibi, item verbis. tertia ibi, quoniam semper. Item secunda pars principalis subdiuiditur in duas: quia primò ponit dictum, secundò illud probat per argumentum à sufficienti diuisione. secunda ibi, quòd si re tantùm. Bart.

Quidam legatarij sunt coniuncti in legato re, & non verbis: quidam verbis, & non re: & quidam re & verbis. Re tantùm dicuntur coniuncti cùm lego duobus eandem rem separatim hoc modo, Titio lego fundum Seianum. Gaio lego eundem fundum.

verbis autem tantum dicuntur coniuncti cùm lego ita duobus: Titio & Seio fundum Seianum æquis partibus do lego. quo casu pro parte dimidia habet quilibet fundum. & hæc duo exempla in litera ponuntur: tertium autem exemplum, scilicet quando sunt coniuncti re & verbis, non ponitur in litera. est tamen tale, Lego Titio & Seio fundum Seianum. & ita est ibi copula, & non sunt ibi illa verba, æquis partibus: quo casu habet quilibet dimidiam. si ergo decedat legatarius vnus qui habet coniunctum in legato re & verbis, & coniunctum verbis tantum, & coniunctum re tantum, vel etiam repudiet suam partem legati: præfertur in partem illius legatarij mortui, vel repudiantis suam partem, vel alio modo amittentis: cæteris omnibus ille qui coniunctus est re & verbis, id est præfertur illi qui est coniunctus re tantùm, cum illo qui amisit suam partem, & illi qui est coniunctus verbis tantum, & omni alij personæ. Et ponas ita exemplum: Lego Titio & Seio fundum Titianum. certè Titius & Seius sunt coniuncti re & verbis, vt dictum est. postea ita dixi: Lego prædictum fundum Titianum Gaio. certè hic Gaius coniunctus est prædictis Titio & Seio re, & non verbis. postea ita dixi: Titio prædicto & Sempronio lego pro partibus æquis dictum fundum Titianum. certè Titius prædictus & Sempronius sunt coniuncti in dicto fundo verbis, & non re. me testatore postea mortuo decessit Titius prædictus legatarius antequam haberet suam partem, vel alio modo amisit. certè suam partem prædictam debet Seius habere qui erat ei coniunctus in legato re & verbis, vt dictum est: & non debet de ea aliquid habere Gaius qui erat coniunctus re tantùm, vt dictum est: nec Sempronius qui erat coniunctus re tantùm, vt dictum est: nec Sempronius qui erat ei coniunctus verbis tantum, vt dictum est. Nec aliquis alius debet habere aliquid in dicta parte Titij, nisi dictus Seius. hoc ibi, quòd si re tantum &c. vbi dicitur: Pone quòd dictus Titius non habebat coniunctum re & verbis, sed vnum coniunctum re tantum. & alium coniunctum verbis tantum. certè in eo casu habebit partem Titij vterque eorum, & non erit potior re tantum coniunctus illo qui verbis tantum erat coniunctus: nec econtra. Si autem dictus Titius habuit tantum collegatarium vnum coniunctum verbis tantum: certè ille solus habebit partem Titij, & potior erit omnibus aliis hominibus. & idem credo si habuit dictus Titius vnum tantum collegatarium coniunctum sibi re tantum: quia & ille potior erit omnibus aliis hominibus: quamuis hoc vltimum non sit in litera. & *h.d. hæc lex. Viuianus.*

† Vide quæ ad intellectum huius capitis scripsit *Alc. lib. Parad. 4. ca. 8. & 9. & lib. 5. cap. 7.*

RE coniuncti † videntur, non etiam verbis, cùm duobus separatim [a] eadem res legatur. Item verbis, non etiam re: *Titio & Seio fundum æquis partibus do lego.* quoniam semper [b] partes habent [c] legatarij. Præfertur [d] igitur omnimodo cæteris, [e] qui & re & verbis coniunctus est. Quòd si re tantùm [f] coniunctus sit, [g] constat non esse potiorem. [h] si verò verbis quidem coniunctus sit, re autem non: [i] quæstionis est, an coniunctus [k] potior sit. [l] Et magis est vt & ipse præferatur. [m]

a Separatim duobus vel pluribus eandē rē legare, quid.
b separatim quibus idē legatur iisdem & in solidum legatur.
c Cōcursu partes faciunt hi quibus separatim & in solidum idem legatur.
d Semper partes habere quo sensu dicantur vt hic non etiā re cōiuncti, an quia id accidit quoties verbis non etiam re sunt coniuncti vt hīc. An verò quod habeāt partes nō per cōcursum? An potior qd hoc casu & superiore partes habeam, vt Gl. proxima.
e Igitur dictio interdum ponitur incepti uè, interdum illatiuè.
f Coniunctus re tantùm non est potior re & verbis simul: vel verbis tantum cōiuncto.
g Dic vt j.
h Coniunctus re tantùm non præfertur re & verbis coniuncto.
i Cōiunctus re tantùm an præfertur verbis tantum coniuncto? Quidā aiūt, alij negant. Accursius simul admitti existimat.
k Vt Hugolin⁹ & Petrus.

a ¶ *Separatim.* puta [a] Titio fundum talem: Sempronio eundē fundum do lego & sic [b] insolidum, sed [c] concursu faciunt partes: *vt & s. de vsufru. ac. l. ij. & l. j. §. interdum. & s. eo. l. coniunctim. & C. de cadu. tollen. §. si vero non omnes.* Accursius.

b ¶ *Quoniam semper.* id [d] est quoties verbis non re sunt coniuncti.

c ¶ *Habent.* scil. ab initio. 2. Vel dic semper, id est non demum per concursum: quod est in superiori casu. 3. Alij dicunt semper, id est hoc casu: & in superiori: sed hic ab initio, ibi per concursum. quod non placet: quia dictio quoniam, non bene potest contineri.

d ¶ *Præfertur* in parte deficiente, quę debet legatariis accrescere, & dictio, igitur, [e] ponitur inceptiuè. Vel dic etiam illatiuè, quasi dicat, quia. s. non ad plenum sunt coniuncti: igitur cum vtroque modo coniuncto ad plenum coniungitur: igitur &c.

e ¶ *Cæteri* i. coniuncto verbis tantum, vel re tantum. Non ob. *s. ti. j. l. Mæuio in prin.* quæ est contra: vt ibi nota.

f ¶ *Quòd si re tantum.* Duos casus ponit vsque ad finem. Primus, [f] an coniunctus re tantū potior sit coniuncto re & verbis, vel verbis tantum? & dicitur quòd non. Secundus [g] est, an coniunctus re & verbis præferatur coniuncto re tantùm? Et dicitur quòd sic. Tertius casus, an qui coniunctus est re tantum, præferatur coniūcto verbis tantum? non est in litera hic secundum Ioan. & Azo. 2. Sed R. dixit quòd primò quæritur, an coniunctus [h] re tantū pręferatur coniuncto re & verbis? & dicitur quòd non. Secundus [i], an coniunctus re tantum præferatur coniuncto verbis tantum? & dicitur quòd sic. Tertij [k] vltimò hoc dicunt ecōtra: sed vt verbis tātum coniunctus præferatur re tantū coniuncto: quod magis sonat hæc litera. Sed neutra placet: Imò [a] ambo simul admittuntur, scilicet coniunctus verbis tantum, & re tantum: *vt. s. de here. instit. l. si ita quis. & arg. s. de leg. ij. Mæuio in princip.*

g ¶ *Coniunctus sit.* semper dic, ei cuius portio deficit.

h ¶ *Potiorem.* coniuncto re & verbis, vel verbis tantum secundum Ioann. Vel secundum R. coniuncto re & verbis. nam coniuncto verbis. tantùm præfertur secundum eum.

i ¶ *Re autem non.* sed alius sit re & verbis coniunctus eidem: secundum Io. Vel secundum Rog. est alius qui re tantùm coniunctus est.

k ¶ *Coniunctus.* re & verbis, secundum Io. Vel re tantum secundum R.

l ¶ *Potior sit.* coniuncto verbis tantum, secundum omnes.

m ¶ *Vt ipse præferatur.* qui re & verbis coniunctus est, secundum Io. Vel secundum Rog. re tantum. *& facit infra de verborum signific. l. triplici. & Institu. de leg. §. si eadem. & supra de lega. j. l. si pluribus. & supra de heredi. instit. l. interdum. in princ.* & adde distinctionem quæ est. *s. de vsufruct. accrescen. l. j. in fin.*

a Hoc tenuit Ioannes & Azo, Bartolus & Vltramontani. Hic tamen Bartol. scribit, posse defendi, eum qui verbis tantum per notam collectiuam sit coniunctus, re tantum coniuncto præfere[illegible]

XC. IDEM *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOminatim legatum accipiendum est, quod à quo [n] legatum sit intellegitur, licèt nomen [o] pronuntiatum non sit.

Verba necessaria accessoriè apposita ad suum principale restringuntur. Bartolus.

XCI. PAPINIANVS *libro 7. Responsorum.*

NOminatim.] CASVS. Ad intellectum huius legis nota quòd cùm instituo mihi plures heredes, & ab vno eorum nominatim lego Titio, ille solus debet præstare legatum Titio: *vt. j. eo. l. si plures.* quid autem sit nominatim ab vno legare, dicit hic planè hæc lex. *Viuianus.*

n ¶ *A quo.* onerato. Accur.

o ¶ *Nomen.* onerati, [b] vt à primo herede, vel ab herede legatarij: *vt. s. eo. l. si sic. §. j.* Vel ab heredibus simpliciter: *vt. j. eo. l. si plures.* Sic econtra in personam legatarij: *vt. j. de condit. & demonst. l. nominatim.* & facit supra *si certum peta. l. certum. & Institu. de exhered. lib. §. j.*

b Nominatim legat qui certis indiciis demonstrat à quo leget, etiamsi ipsum nomē onerati vel hæredis non nominet.

PRædiis.] CASVS. Institui mihi heredes filium meum Titium, & filiam meam Seiam. & prælegaui dictæ meæ filiæ prædium meum Titianum & Seianum, & quosdam meos actores & colonos qui morabantur pro me in dictis prædiis, cum reliquis eorum certè illa reliqua colonorum & actorum videtur filiæ legata quæ de reditu dictorum prædiorum remanserunt penes dictos colonos & actores, non autem illa quæ ab eis exegi antè mortem meã. [EX HIS VERBIS.] Legaui Lucio Titio prædia mea, scilicet Titianum & Seianum cum prætoris. sicut à me in diem mortis meæ possessa sunt. certè videor ei legasse instrumentum rusticum paratum à me pro dictis prædiis: & omnia quæ in dictis prædiis erant à me parata vt esset instructior: non autem reliqua colonorum existentium in dictis prædiis. [PATER FILIÆ.] Legaui filiæ meæ quandam meam stationem in qua faciebam vendi purpuras per quosdam meos seruos quos illi negotiationi præposueram, & legaui eidem purpuras quæ erant in dicta statione causa vendendi, & etiam dictos seruos præpositos. certè non videor legasse ei pretium purpuræ quam vendiderant dicti serui in credentiam, neque debita neque credita stationis, sed solos seruos & purpura. [TITIO.] Ego emi prædia Seiana & Gabiana, & vno pretio: & in rationibus meis quas scribebam in quaternis meis cum colonis prædiorum, semper intellegebam cum dictis colonis contineri Gabiniana appellatione Seianorum: & semper fructus vtrorumque prædiorum simul miscebam. feci testamentum, & legaui Titio Seiana prædia, sicut ea comparaui. quæritur, vtrum contineantur Gabiniana? Et dicitur quòd sic. secus autem si prædicta non fecissem cum dictis colonis, sed solummodo emissem Gabiniana cum Seianis: quia tunc non continerentur Gabiniana. [BALNEAS.] Habebam stufam in domo mea, sicut habet Girardinus Salarolus: dictam meam domum legaui Titio, nunquid continetur stufa? & distinguitur: aut publicè stufam præbebam cuilibet volenti intrare pro certa mercede pone: aut non. primo casu non videtur contineri stufa sub legato domus, nisi multa concurrant. Vnum est quod debet concurrere, quòd stufa adiretur per intrinsecam partem domus legatæ. Secundum est quòd in vsu Girardini & vxoris suæ dominæ Lombardiæ fit quandoque dicta stufa. Tertium est, quòd mercedes stufæ misceātur in rationibus Girardini cum mercedibus aliarum rerum de domo ex quibus merces percipitur. Quartum est, quòd vno communi pretio comparata fuisset stufa cum domo legata. Quintum est, quòd vno communi pretio instruatur cum domo legata, puta cum necessarium

est coope-

est cooperiri domum, cooperitur & stufa cum ea. vel etiam alia quæ sunt necessaria ad instructionem domus & stufæ, fiunt simul à Girardino. Secundo casu indistinctè continetur stufa domo legata. [QVI DOMVM.] Ego emi hortum vicinum domui meæ, vt amœniorem domum & salubriorem possiderem: & per domum cœpi ire ad hortum. postea domum legaui Titio. certè cōtinetur & hortus. secus autem si non emi dictis de causis. nam non continebitur hortus legato domus. Quid de domuncula iuncta dictæ domui à me legatæ? certè continetur legato domus dicta domuncula, si duo interuentant, & nō aliàs. Primum est, si domuncula fuit à me comparata cum domo vno pretio. Secundum est, si pensionem domus & domunculam ponebā simul in rationibus meis. *Viuianus*.

PRædiis per præceptionem filiæ datis cum reliquis actorum[a] & colonorum, ea reliqua videntur † legata, quæ de reditu prædiorum[b] in eadē causa manserunt.[c] alioquin pecuniam à colonis exactam;[d] & in Kalendarium[e] in eadem regione versam, reliquis non contineri neque colonorum neq; actorum facilè constabit: tametsi nominatim actores ad filiā[f] pertinere voluit[g]. 1. ¶ Ex his verbis, *Lucio Titio prædia mea illa cū prætorio. sicut à me in diem mortis meæ possessa sunt, do*: instrumentum rusticum, & omnia quæ ibi fuerunt quò dominus fuerit instructior,[h] deberi conuenit: colonorum reliqua non debentur[i].

2. ¶ Pater filio tabernam purpurariam cum seruis institorib. & purpuris quæ in diem mortis eius ibi[k] fuerunt, legauit. Neque pretia purpuræ condita,[l] neque debita,[m] neque reliqua legato contineri placuit.

Ex vsu testatoris magis quàm ex instrumentis emptionis voluntas eius perpenditur. Bartolus.

3. ¶ *Titio Seiana prædia sicuti comparata*[n] *sunt, do lego*. Cū essent Gabiniana quoque simul vno pretio comparata, non sufficere solum argumentum emptionis[o] respondi: sed inspiciendum †, an liberis & rationibus[p] appellatione Seianorum Gabiniana quoque continentur,[q] & vtriusque possessionis confusi reditus,[r] titulo Seianorum accepto lati[s] essent.

Ex aditu iudicatur an balnea vel hortus cedant domui. Bartolus.

4. ¶ Balneas legatæ domus esse portionem constabat.[t] Quòd si eas publicè præbuit, ita domus esse portionem balneas,[u] si per domum quoque intrinsecus adirentur,[x] & in vsu patrisfamiliæ vel vxoris nonnunquam fuerunt, & mercedes[y] eius[*] inter cęteras[z] meritoriorū domus rationibus accepto ferebantur, & vno pretio[a] comparatę vel instructæ cōmuni coniunctu fuissent.

5. ¶ Qui domum possidebat, hortum vicinum ædibus comparauit, ac postea domū legauit. Si hortū domus causa comparauit, vt amœniorem domum ac salubriorem possideret, aditúmque in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit: domus legato continebitur.[b] 6. ¶ Appellatione domus insulam quoque iniunctam domui videri, si vno pretio[c] cum domu fuisset comparata, & vtriusque pensiones similiter accepto latas rationibus ostenderetur.

In legato generali non continentur instrumenta. Bartolus.

XCII. PAVLVS *libro 13. Responsorum.*

SI *mihi Mæuia † & Negidia filiæ meæ heredes erunt,*[d] *tunc Mæuia è medio sumito, præcipito, sibique*

a ¶ *Actorum*. qui fuerunt & ipsi filio prælegati, vel etiam eidem filiæ. *vt. j. dicit.*

b ¶ *Prædiorū*. restringitur nomen reliquorum propter adiuncta: *vt. s. ti. j. l. cum pater. §. dulcissimis. & s. de ser. rusti. præ. l. qui duo.*

c ¶ *Causa manserunt*. vsque in diem testatoris. R.

d ¶ *Exactam*. per testatorem. ADDITIO. Vel etiam actores. *Cont.*

e ¶ *In kalendarium*. sic euenerat quòd in kalendarium fuerat redacta. alioquin sufficeret sola exactio ad huius legati deminutionem, sicut in quolibet debito legato: *vt. s. tit. j. l. sic. §. si mihi. & j. e. l. Offidius.* & dic versam non nomine filij: aliàs secus: *vt. j. de pecul. leg. l. fi. & s. titu. j. l. antep. in prin.*

f ¶ *Ad filiam*. quare eorū reliqua ad se potius pertinere allegat filius: licet perperam.

g ¶ *Voluerit*. per quod volebat filia etiam pecuniam kalendarii.

h ¶ *Instructior*. & sic etiam instrumentum patrisfamilias. *sic infra de fund. instr. l. Seia. §. fin. & l. prædia. §. liberto. & s. eo. l. quæsitum §. prædia.*

i ¶ *Debentur*. vt & s. eod. l. quæsitum. §. peto.

k ¶ *Ibi*. i. in taberna. *Azo.*

l ¶ *Condita*. in taberna, cùm erant iam exacta: & dic purpuræ venditæ. aliàs credita: sed tunc superfluit propter hoc quòd dicit, debita.

m ¶ *Debita*. scilicet pretia nondum exacta. & facit. *j. de auro & argen. leg. l. vxori. §. j. & j. titu. j. l. generali. §. vxori. & supra eod. l. vxorem. §. legauerat. & supra titu. j. l. Gaius. in princip. & infra de fun. instru. & instru. leg. l. Seia. §. prædia in princi. & §. j. & ij. & s. proxi. §.*

n ¶ *Comparata sunt*. hinc oritur quæstio. R.

o ¶ *Emptionis*. Not. quòd instrumenta[b] emptionis non probant fines plebatus, vel plebium, vel curiarum. *sic. C. de iure delib. l. cū aliquis.* ¶ Sed arg contra. *C. de contrahen stipu. l. optimam.*

p ¶ *Et rationibus*. aliàs traditionibus: aliàs rationibus, id est instrumento emptionis & traditionis cōtinetur Seiani vocabulum tantùm, & de Gabiniano cum eo fuit intellectū. vel dic instrumētis locationum, & traditionibus factis colonis à patrefamiliàs.

q ¶ *Continerentur*. i. significarentur *& facit. j. de rebus du. l. j. & ij. & s. titul. j. l. Gaius. §. fina. & j. de fun. instru. & instr. le. l. Seia. §. tyrannæ.*

r ¶ *Reditus*. & fortè sunt sub eiusdem villici cura: *vt. s. eo. l. patronus. §. Sempronio.*

s ¶ *Accepto lati*. aliàs acceptò lati: & tunc plana. aliàs acceptò legati. & tunc dic titulo[a], i. nomine accepto, id est electo & expresso in legando: & legati essent, id est legati intelligerentur. nimirum enim quò magis Seiano prædio quasi toti pars cedat, vt Gabinianum: domini satis erit destinatio: *vt infra de verbo. signifi. le. locus. & s. titu. ij. quod in rerum. §. j.*

t ¶ *Constabat*. vnde legata domo continetur balneum, vel balnea. & hoc si non publicè prębuit. aliàs distingue vt subiicit.

u ¶ *Balneas*. sc. dicendum est.

x ¶ *Adirentur*. sc. balneæ.

y ¶ *Et mercedes*. scili. balneorum.

z ¶ *Inter cæteras*. scilicet mercedes.

a ¶ *Et vno pretio*. scil. communi. *& facit. j. proxi. §. & §. fin. & s. proxi. §. cum suis concor.* ¶ Et no. hunc. §. & sequentes, quia faciunt ad quæstionem[b] facti. Item facit *supra de act. empt. l. si mercede. §. j.* Accursius.

b ¶ *Continebitur*. hortus. *sic. j. de dam. infect. le. quod conclaue. & s. de ser. vrba. prædio. l. fi.[c] & de ser. rusti prædi. l. si partem.* Item faciūt *s. proxi. duo. §§. cum concor. & j. proxi. §. cum suis concor. & supra de act. empt. l. fund. §. fin.* Accur.

c ¶ *Vno pretio*. maximè. ad[d] hoc enim vt cedat, sufficit domini destinatio: *vt. s. de lega. j. l. quod in rerum. §. j. & not. s. ea. l. §. Titio. & faciunt ad hoc superiores. §§. tres cum suis concord.*

SI *mihi*.] CASVS. Institui mihi heredes filias meas Mæuiam & Negidiam: & ita postea dixi, Si dictæ meæ filiæ erunt mihi heredes, tunc Mæuia prædicta percipiat fundos meos Titianum & Seianum cum casulis, & custodibus eorum fundorum, & cum his omnibus agris qui ad coniunctionem cuiusque eorum fundorum obtigerint emptione, vel quolibet alio casu: & cum aliis mancipiis & pecoribus & iumētis, cæterisque vniuersis speciebus quæ in dictis fundis & quolibet eorum erunt cùm moriar, & vti optimi maximíque sunt dicti fundi, & sicut eos possedi in diem mortis meæ: & vt plenius dicam, sicut clauduntur dicti fundi. me mortuo inuenitur in vno de dictis fundis puta Titiano vnum tabularium, sicut sunt tabulæ campsorum, in quo tabulario sunt scriptæ emptiones plurium mancipiorum & fundorum, & in quo sunt scripta instrumenta variorum meorum contractuum, & in quo sunt scripta nomina plurium debitorum. quæritur, vtrum prædicta quæ continentur in dicto tabulario, contineantur in dicto legato Mæuiæ? Et dicitur quòd non, imò remanent communia ei & Negidiæ. [HIS VERBIS.] Institui mihi heredes Titium & Seium, & ita postea dixi: fidei heredum meorum committo, vt sinant Gaium domus meas habere in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni instrumento, & repositis omnibus. nunquid videtur legata dicto Gaio pecunia numerata quæ erant in dictis domibus, vel etiam instrumenta debitorum quæ ibi erant? Et dicitur quòd non. *Viuianus*.

d ¶ *Heredes eorum*. quos instituerat.

† Ex sequentib. intelliguntur, & præsumūtur præcedentia, & operatur ad non... *verbo, multa. di... Item ciuili modo intelligendum est verbum ... verbo cōtinne. ... de verb. sign. lib. ...*

a Adiuncta ratione reliquorum ...

† Ederet actori reus interdum tenetur ad intentionem iuuandam. *vide Bart. in l. qui cōcubinam. §. cæte... ea...*

b Probari non solent fines plebatus plebium vel curiarū per instrumēta emptionis. *adde Cynum. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. c. cum olim. extr. de cen... c. cum causam. de probat. ... iure. de iu... patronatus.*

a Titulus pro nomine.

* earum.

b Aditus ratione, domus sitę in duabus parochiis, illi parochiæ deputanda ad quam domus aditus patet: quod si plures aditus domus habeat, considerandus erit frequētior & magis vsitatus patrisfamilias: vt ea parte diiudicetur & dicatur domus illi parochiæ cedere, per cuius aditū frequentius ire & exire cōsueuit. Adhæc ex hoc loco colligunt, Domo ex statuto debita primogenito, domum deberi, vbi in vsu defuncto fuit.

c Ibi non erat hortus domui iunctus, ad vsum domus deputatus.

d Destinatio domini sufficit ad hoc vt definiamus insulam iniunctam domui, ipsi domino cedere.

† Inquantum iste tex. dicit quòd instrumēta nō veniunt in legato generali, est limitatiuus tex. *l. cum alienam. C. de leg.* vbi dicitur quòd in legato generali venit omne ius quod quis habet in re: siue reale sit siue personale: *de quo vide l. si domus. §. a. s. de legat. j.*

a Casulæ. b Casulæ quid.

a ¶ *Cum casulis*. i.[a] partis domibus quæ in fundis erant. aliàs casalis[b], i. locum siue aream paratam ad ædificandum.

b ¶ *Emptione*. quia vno pretio cum his sunt empti: *vt. s. l. proxi. §. Titio.*

c Tabularium quid.

c ¶ *Tabularium*. i.[c] liber imbreuiaturarum, à tabulis id est instrumentis dictum. Vel id est scrinium de tabulis vbi erant instrumenta.

d ¶ *Communia*. vtriusque heredis. *Accur.*

e ¶ *Legato*. scilicet Mæuiæ. & sic remanent communia. & facit *infra de fundo instru. l. quæsitum. §. Papinianus. & supra eodem. l. vxorem. §. legauerat. & infra de vsufruc. legato. l. generali. §. vxori. & supra ti. j. l. Gaius & s. l. proxi. §. pater.*

f ¶ *Excepto*. ex hoc verbo quæstio procedebat quæ erat similis superiori. *Accur.*

d Pecuniæ fœnerandi vel erogationis causa in domo positæ, & thesaurũ facientis differentia.

g ¶ *De pecunia*. quæ[d] fænerandi vel cuiuslibet præsentis erogationis causa ibi foret. R. secus si vt thesaurus: *vt supra eodem. l. si thorus. §. j. & l. quæsitum. & leg. si ita. cum suis concor. & supra proxi. §.*

LVcius.] CASVS. Lucius Titius qui erat patruus magnus Iulij, id est frater aui aui dicti Iulij, fecit testamentum, & instituit sibi heredem filiam suam Titiam: & præcepit ei ne vllo modo prædia suburbana, aut domus quæ erant in hereditate, alienaret: & non adiecit causam quare prohibuit. mortuo dicto Lucio Titio Titia prædicta sua filia reliquit heredem filiam suam Seiam, & ita non fecit contra præceptum testatoris, quòd non alienauit in extraneum. mortua dicta Titia filia testatoris, Seia filia Titiæ inter alias res dictæ hereditatis possedit diu dicta prædia suburbana & domum. decedens dicta Seia instituit sibi heredes quosdam extraneos. quæritur, quis debeat habere dictas res vetitas alienari, vtrum extranei heredes Seiæ, an verò ad Iulium debeant pertinere qui erat de familia testatoris? Et dicitur quòd ad heredes extraneos. præceptum enim Lucij Titij fuit nudum, quia non fuit ibi causa prohibitionis: & ideò non valet. [SEMPRONIÆ.] Ita dixi in testamento meo, Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos quos mutuo ab ea acceperam. me mortuo petiit dicta mea vxor ab heredibus meis dictos centum aureos ex mutuo, & succubuit. certè potest iterum petere ex fideicommisso. [QVIDAM.] Titius in testamento suo legauit prædium suum Titianum & Seianum sicut ab eo Titio possessa sunt, & quæcunque in eis erunt cùm morietur dictus Titius, duobus suis libertis. certè mancipia quæ in his prædiis morata fuerunt in dictis prædiis operis rustici causa vel alterius officij causa vsque ad mortem dicti Titij, pertinent ad libertos. Item cæteræ res quæ ibi fuerunt. [QVÆSITVM.] Instituti mihi heredes duos meos filios, cùm haberem quatuor filios, & duas filias: & rogaui institutos vt restituerent fratribus suis. certè & sororibus tenentur restituere, nisi ego testator aliud sensi. [COLLEGIO.] Titius legauit cuidam collegio fabrorum fundum Titianum cum siluis quæ ei solent cedere, vti optimus maximúsque est dictus fundus. quæ verba, vti optimus &c. tantùm libertatem fundi significant: *vt supra de legat. j. leg. seruo. §. si fundus.* modò quæritur, vtrum cedat legato prædicto fœnum, & pabulum, & palea, & machina, & vasa vinaria, & dolia, & granaria non affixa in terra? Et dicitur quòd non.

Repetitur in l. 38. §. 4. ff. eo.

¶ Alienationis prohibitio hæredi iniuncta, descendit ad hæredem hæredis. Si facta sit cum causa legitima neque nudum præceptum habet, *vt hîc*, nisi dicamus, Prohibitionis verba nobis consideranda. Nam si testator ita dixerit, Prohibeo te hæredem ne alienes, personalis videbitur prohibitio, quæ ad hæredem hæredis non transferatur. siue indefinitè, ita, Prohibeo hæredē ne alienes, hoc casu hæres hæredis continebitur, vt & omnis successor, *vt hîc. & l. si plures. ij. ff. An thent. de restitut. fideicom. §. 2.* sed quid si ita prohibuerit, vt nec filij alienent? Nepotes nō continebuntur. *d. §. 2. Cynus in. l. volumus. C. de fideicommiss.*

[EX PARTE.] Titius instituit sibi heredes Seium & Gaium, & Seio prælegauit fundum suum Iulianum, & ab eo Seio petiit hoc modo, peto vti velis coheredem tibi recipere in dicto fundo Claudium. quæritur, an Claudius habere debeat dimidiam fundi? Et dicitur quòd sic. *Viuianus.*

habeto fundos meos illum & illum cum casulis[a] & custodibus omnium horum fundorum, & cum his omnibus agris qui ad coniunctionem cuiúsque eorum fundorum emptione[b] vel quolibet alio casu obtigerint. Itē cum omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, cæterísque vniuersis speciebus quæ in iisdem fundis, quóve eorum cùm moriar erunt, vti optimi maximique sunt, vtique eos in diem mortis meæ possedi, & vt plenius dicam, ita vti cluduntur. In fundo autē vno ex his qui prælegati sunt, tabularium[c] est, in quo sunt & complurium manciporum emptiones, sed & fundorum & variorum contractuũ instrumenta: præterea & nomina debitorum. quæro, an instrumenta cōmunia[d] sint. Respondi secundùm ea quæ proponuntur, instrumenta emptionum, itē debitorum quæ in fundo prælegato remanserunt, non videri legato[e] contineri. 1. ¶ His verbis domibus legatis, *Fidei heredū meorum committo, vti sinant eum habere domus meas in quibus habito, nullo omnino excepto,[f] cum omni instrumento, & repositis omnibus:* non videri testatorem de pecunia[g] numerata, aut instrumentis debitorum sensisse.

Nudum præceptum testatoris non valet. Bartolus.

XCIII. SCÆVOLA *lib. 3. Responsorum.*

LVcius Titius testamēto suo cauit, ne † vllo modo prædiū suburbanū[h] aut domum heres alienaret. filia eius heres scripta heredem reliquit filiam suā, quæ easdem res diu possedit, & decedens extraneos heredes instituit.[i] Quæsitum est, an prædia pertinerent ad Iuliam,[k] quæ Lucium Titium testatorem patruum maiorem habuit. Respōdit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum quo minus ad heredem[l] pertinerent,* cū hoc nudum[m] præceptum est.

* Flo. pertinerent.

Si fertur absolutoria in vna causa, non obstat exceptio rei iudicatæ in alia agenti. Bartolus.

1. ¶ *Semproniæ mulieri † meæ reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos quos mutuos acceperam.* Quæsitum est, si hanc pecuniam vt debitam Sēpronia petens[n] victa[o] sit: an fideicommissum[p] peti possit. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, posse ex causa fideicōmissi peti quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitū. 2. ¶ Quidā[q] prædia legauit libertis, adiectis his verbis: *Vt à me possessa sunt, & quæcumque ibi erunt cùm moriar.* Quæsitum est, an mancipia quæ in his prædiis morata in diem mortis patrisfamilias fuerunt operis rustici causa, vel alterius officij, cæteræque res quæ ibi fuerunt, ad legatarios pertineant. Respondit, pertinere.

† i. vxori, Græco more. Aug. lib. 2. cap. 2.

Appellatione fratrum continentur sorores. Bartolus.

3. ¶ Quæsitū est, an quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret. Respondit pertinere:[r] nisi aliud sensisse testatorem probetur. 4. ¶ Collegio[s] fabrorum fundum cum siluis quæ ei cedere solent, vti optimus[t] maximúsque esset, legauit. Quæro an ea quoque quæ in diem mortis ibi fuissent, id est fœnum, pabulum, paleam, * item machina, vasa vinaria, id est cuppæ & dolia quæ in cella defixa[u]

* palea, itē machinæ.

a Suburbanum prædium pro hortis in ciuitate.

h ¶ *Suburbanum*. i.[a] hortos in ciuitate: *vt C. de præ. min. l. si prædium.*

i ¶ *Instituit*. & sic facta est alienatio quam testator vetuit fieri. *Azo supra titu. j. l. peto. §. fratre.* ¶ Sed argu. contra *supra de alie. iud. l. ex hoc. §. alienare.*

k ¶ *Iuliam*. aliàs Iuliū, cui testator erat adgnatus, & sic quasi de familia nolebat remanere extra familiam alienatum.

l ¶ *Ad heredem*. etiam extraneum.

b Nudum præceptū est, quod causam legitimam prohibendi non continet.

m ¶ *Nudum*. sic[b] *supra de legat. j. l. filius. §. diu. & supra eodem leg. pater. §. Iulianus Agrippa.* & contra. ibi positum, & hic potes ponere & soluere. & facit *infra de conditio. & demonstra. leg. Titio. in principio.*

n ¶ *Petens*. adiecta causa ex mutuo: & secundò aget ex testamento.

o ¶ *Victa*. quod esse debuit nisi iurasset: *vt. s. ti. j. l. Lucius. §. quisquis. & s. eo. l. cum quis. §. codicillis.*

p ¶ *Fideicommissum peti*. nisi probetur errore ductum & credentem debitum legasse: *vt. C. de falsa. causa. l. j. & j. de condit. & demon. l. cum tale. § falsa.*

q ¶ *Quidam*. facit. *s. eod. l. quæsitum. §. prædia. & j. de auro & argento lega. l. si vxori. §. j.*

c Fratris appellatione continetur soror.

r ¶ *Pertinere*. Not. appellatione[c] fratris & sororem contineri: *vt. s. de pact. l. tres fratres.* quia masculinum[d] concipit fœmininum: *vt. s. eo. l. qui duos. & l. seruus.*

d Masculinum concipit fœmininum.

s ¶ *Collegio*. quod est licitum collegium: *vt infra de iure immu. leg. si.*

e Optimū fundum qui legat, liberum legat, adde. l. fundi j. de instructo.

t ¶ *Optimus*. quo[e] verbo liberum tantùm legat: *vt. s. titu. ij. l. seruo legato. § si fundus.* Accur.

f Defixum pro non fixo.

u ¶ *Defixa*. i.[f] quæ non fixa sunt: quia sic desierunt. *secundum Hug. sic. s. de vsufru. l. sed si quid. in princip.*

Non esset

a ¶*Non esset.* Obscurè respon.sed dic quòd supra nominata non videntur legata:quia fundi[a] nihil est,nisi quod intra se affixum sit: *vt supra de actio.empt.l.fundi.in princip. & infra de sup. leg.l.fina.* Sed si[b] dixisset instrumentum, vel cum instrumento, continerentur instrumenta fundi prædicta, & patrisfamilias: *vt infra de fund. instru. & instru.leg.l.quæsitum.§.j. & .§.sed si fundus.* sed simpliciter legato nequaquam, vt dixi: *vt infra de fund. instru. & instru. leg. l. ij. §. j.* Accursius.

a Fundi nihil est nisi quod in eo sit affixũ.
b Legato instrumenti vel fundi cum instrumento quę continentur.

sunt,item granaria legata essent. Respondit, non rectè peti quod legatum non esset.[a]

Verba institutionis directa ad alium non ad eum qui instituitur, habent vim fideicommissi. Bartolus.

5. ¶ Ex parte[b] dimidia herede instituto per præceptionem * fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis coheredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iussi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum.* Quæro an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti deberetur. Respondit deberi.

Apellatione familiæ continentur etiam qui à testatore non sunt nominati. Bartolus.

XCIIII. VALENS *lib.2. Fideicommissorum.*

Is qui complures[c] libertos relinquebat, tribus ex his fundum legauerat, & petierat vt curarent ne de nomine suo[d] exiret. Quærebat ex tribus qui primus moriebatur, vtrum vtrique, vel alteri ex his qui sibi in legato coniuncti essent, relinquere partem suam deberet: an possit vel alij conliberto[e] suo eam relinquere. Placuit, etsi voluntatis quæstio esset, satis illum facturum[f] & si alij[g] reliquisset. quòd si nulli dedisset: occupantis, an omnium conlibertorum, & numerorum tantum quibus pariter legatum esset, petitio fideicommissi esset, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus[h] deberi putauit.

Verbum, quanta: & verbum, summa, referuntur etiam ad corpora. Bartolus.

XCV. MARCIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

Qvisquis mihi heres erit, damnas esto dare fideique eius committo vti debet quantas summas dictauero[i], dedero.* Aristo res quoque corporales[k] contineri ait: vt prædia, mancipia, vestem, argentum: quia & hoc verbum *quantas*, non ad numeratam dumtaxat pecuniam referri, ex dotis[l] relegatione & stipulationibus emptæ[m] hereditatis apparet: & summæ appellatio similiter accipi[n] deberet, vt[o] in his argumentis[p] quæ relata essent, ostenditur. voluntatem prætereà defuncti, quæ maximè in fideicommissis valeret, ei sententiæ[q] suffragari. neque enim post eam præfationem adiecturum[r] testatorem fuisse res corporales, si dumtaxat pe-

b ¶ *Ex parte.* sic per omnia *supra eod. l. pater.§. fina.* ¶ Sed contra.*s. eod.l.Iulianus.§. ex his.* Solu.in.l.pater. in fin.

* De hoc genere loquendi vide Vlp. in frag. tit.24.

Is qui complures.] CASVS. Titius habens quatuor libertos, tribus ex his fundum Titianum legauit: & ab eis tribus petiit vt curarent ne de nomine suo exiret dictus fundus. mortuo Titio habuerunt tres liberti dictum fundũ postea vnus ex his tribus decedens volebat relinquere partem suam dicti fundi quarto colliberto cui nihil de dicto fundo fuerat legatum, & non illis qui erant sibi coniuncti in legato, vel alicui eorũ. certè dicitur quòd bene potest hoc facere: nisi Titius testator aliud sensit, & hoc appareat, Sed quid si dictus libertus decedens non reliquit suam partem dicti fundi alicui de tribus collibertis suis, sed cuidam extraneo? certè omnes tres dicti colliberti simul & æqualiter possunt petere à dicto extraneo. *Viuianus.*

c ¶ *Is qui cumplures.* puta quatuor.
d ¶ *Nomine suo.* i. familia sua vel dic, libertorum.
e ¶ *Alij colliberto.* non nominato.
f ¶ *Facturum.* s. voluntate testatoris.
g ¶ *Alij.* s. non nominato. *Accur.*
h ¶ *Omnibus.* non occupanti, & non nominatis tantum. nam non sunt coniuncti ex quo semel habuerunt: secus in vsufructu, qui etiam postea accrescit: *vt.s. de vsufruct. accrescen.l.j.§. fin.* Item & hoc verum, si omnes volunt. omnes enim sunt pariter[c] proximi patrono: & ideò alter alteri non est præferendus: *vt.s. tit. j. l. peto. §. fratre.* Accursius.

c Similium eadem est ratio.

Qvisquis.] CASVS. Institui mihi Titium & Seium heredes, & ita postea dixi, Quisquis mihi heres erit, damnas esto dare, fideique eius committo vti det quantas summas dictauero & dedero aliquibus. post hæc verba reliqui prædia quædam quibusdã, & quibusdam reliqui mancipia, & quibusdam vestem & argentũ. nunquid dictæ res corporales aliquibus legatæ continentur sub dictis meis verbis, Quisquis mihi heres erit & cætera, vt & ipsæ debeantur, quamuis non videntur esse in eis quantitas vel summa? Et dicitur quòd sic. nam dictum verbum, quantas, quod posui inter verba mea, non pertinet tantùm ad numeratam pecuniam, sed etiam ad corpora: & hoc potest sumi argumẽto dotis legatæ vxori per maritum, & argumẽto stipulationis quæ interponi solet inter venditorem & emptorem alicuius hereditatis. nam si maritus leget vxori tantam summam quantam in dotem ab ea accepit, nõ solùm pecunia numerata, sed & cæteræ res etiam corporales continentur: vt infra de dote præleg.l. vxori meæ. Item si vendo tibi aliquam hereditatem, & interponitur inter me & te illa stipulatio quę solet interponi hoc modo, quia ego venditor promitto tibi emptori quòd quanta summa perueniet ad me ex dicta hereditate quam tibi vẽdo, tibi restituam: non solùm cõtinetur pecunia numerata, sed etiam aliç res corporales de dicta hereditate quę ad me venditorem peruenerint postquam tibi vendidit: vt habes hic, & infra de verborum significatione.l. cùm stipulamur. & supra de hereditat. vel actio.vend.l.venditor. si ergo est ita in legato dotis, & in stipulatione hereditatis venditæ, vt dictum est, bene debet esse idem in nostro casu. Item & verbum, summas, quod posui ego testator inter dicta mea verba, quisquis mihi heres erit & cætera, debet similiter accipi sicut dictum est accipiendum verbum quantitas: sicut ostensum est in dictis argumentis, scilicet dotis prælegatæ, & stipulationis venditæ hereditatis. Est & tertium argumentum ad probandum quòd dicta verba, quantas summas & cætera, pertineant non solum ad numeratam pecuniam sed etiam ad corpora postea legata. non enim est verisimile quòd ego testator legassem corpora aliqua postquam dixi illa verba, quisquis mihi heres erit, & cætera: nisi voluissem etiam corpora postea legata sub dictis verbis contineri. & hoc dicit. *Viuianus.*

i ¶ *Dictauero.* sc. in futuro: *vt infra in fine legis.* secus[a] si primò dedit, & postea hanc additionem ponat: *vt.s. titulo.ij.l. talis. in princip. & in fine huius. l. innuit.*

a Pręcedẽs clausula maioris est efficacię ad determinationem sequentium, quàm sequens ad determinationem pręcedentium. *Barto in.l.auia. s. de condit. & demonstrat. l. si quis ex argentarijs.§.si initium. s. de edendo. Castrensis & Fulgosius.in.l.1.C. de liberis præteritis. Iason.3. consiliorum 77.*

k ¶ *Corporales.* relictas post dictam præfationem. *Accur.*
l ¶ *Ex dotis.* puta dixit vir, vxori meæ tantam summam quãtam in dotem accepi ab ea, ei do lego. nam non solùm pecunia numerata, sed etiam aliæ res continentur. & est ad hoc. *j. de dote prælega.l. vxori meæ.*
m ¶ *Emptæ hereditatis.* de qua dic *vt. j. de verb.sign.l.cùm stipulamur. & s. de pecu.l.si creditor. in princip. & s. de hered.vend.l.venditor.* Accursius.
n ¶ *Accipi.* in præfata propositione, s. vt pertineat etiam ad alias res præter pecuniam numeratam. *Accur.*
o ¶ *Vt.* i. sicut.
p ¶ *Argumentis.* de dote & hereditate.
q ¶ *Ei sententiæ.* vt summæ[b] appellatione corpora contineantur. ¶ Et not. voluntatem circa fideicommissum. *vt.s. tit.ij.l.pen.*
r ¶ *Adiecturum.* Ex posteriore[c] ergo scriptura intelligitur prima. *sic.s.eo.l.nummis.in fi.* & ad hoc quòd propter voluntatem verba protrahantur, *sicut. j. de suppel.l. Labeo.*

b Summæ appellatione res continentur.
c Posterioribus priora declarantur.

Si Titius.] CASVS. Institui mihi heredem Titium & Gaium, & rogaui Titium prædictum vt restitueret hereditatem Mæuio, & postea rogaui Gaiũ vt restitueret prædicto Titio coheredi suo suam partem hereditatis meæ, vel etiam dimidiam suæ partis, non facio vim, postea Gaius ex fideicommisso restituit Titio suam partem, vel dimidiam suæ partis. petit modò Mæuius à Titio partem hereditatis Titij, ex fideicommisso, & etiam illud quod restituit Titio Gaius suus coheres. certè dicitur hic quòd illud quod restituit Gaius Titio. non potest à Titio petere Mæuius: quia in hoc casu non continetur appellatione hereditatis legatum vel fideicommissum relictum Titio à Gaio coherede suo: quia eo tempore quo rogaui Titium de restituenda Mæuio hereditate, non rogaueram adhuc Gaium de restituenda sua parte Titio per fideicommissum: vnde non est verisimile quòd rogem Titium de eo restituendo Mæuio quod adhuc eidem Titio non reliqui. hoc dicit hæc.l. *Viuianus.*

a ¶*Ex parte*. puta dimidia. Accur.
b ¶*Hereditatem*. ita his verbis: rogo te Titium vt Mæuio hereditatem restituas. qui Mæuius non erat heres in aliquo.
c ¶*Coheres*. puta Gaius qui in alia dimidia erat heres.
d ¶*Partis partem*. de dimidia suæ partis intelligitur, nisi dixerat aliud. *vt infra de verb. signific. l. nomen. filiarum. §. j.*
e ¶*Restituere*. per fideicommissum.
f ¶*Non debere*. Imò videtur quòd sic: *vt Cod. de fideicommis. l. cum virum quæ est contra.* Sed distingue[a] vt ibi not. *per. l. infra ad Treb. l. Marcellus. & ad legem Falcidiam. l. Titia. & facit. §. eod. l. Sextilium. & supra titu. j. l. miles. §. fina.*

a Dic hic legauit hæreditatẽ seu partem suã hæreditatis: ibi simpliciter & vniuersaliter quidquid: vt hic: in fideicõmisso ea adhibeatur distinctio, quæ in legato.

cuniam numeratam præstari voluisset.

Appellatione hereditatis non continentur legata & fideicommissa. Bartolus.

XCVI. GAIVS *libro secundo fideicommissorum.*

SI Titius ex parte[a] heres rogatus sit Mæuio hereditatem[b] restituere, & rursus Titio coheres[c] eius rogatus sit partem suá, aut partis partem[d] restituere:[e] an hanc quoque partem quam à coherede ex fideicommisso recepit, Titius restituere Mæuio debeat. Diuus Antoninus consultus rescripsit non debere[f] restituere: quia hereditatis appellatione neque legata neque fideicommissa continentur.

Appellatione reliquorum non continetur pecunia iam exacta, vel quæ vsibus patrisfamiliâs est disposita. Bartolus.

XCVII. PAVLVS *lib. 2. Decretorum.*

OSidius quidam instituta filia Valeriana herede, actori[g] suo Antiocho data libertate, prædia certa, & peculium, & reliqua[h] relegauerat tam sua, quàm colonorum.[i] Legatarius[k] proferebat[l] manu[m] patrisfamiliæ reliquatum,[n] & tam suo quàm colonorum nomine. Item in eadem scriptura[o] adiectum in hunc modum, *Item quorum rationem reddere debeat, scilicet quæ in côndito[p] habuerat paterfamilias frumenti, vini, & cæterarum rerum.*[q] quæ[r] ab ipsa[s] libertus petebat, & ex reliquis esse dicebat: & apud præsidem obtinuerat.[t] Ex diuerso[u] cûm diceretur,[x] reliqua colonorum ab eo[y] non peti,[z] nec propria: diuersam autem[a] causam esse eorum quæ in condito[b] essent: Imperator[c] interrogauit partem legatarij, quærendi causa: Pone, inquit, in condito centies[*] aureorum[d] esse, quæ in vsum[e] sumi solerent: diceres totum quod esset relictum in arca,[f] deberi?[g] Et pla-

OSidius.] CASVS. Quidam nomine Osidius instituit sibi heredem filiam suam Valerianam: & cuidam suo actori siue castaldo, qui vocabatur Antiochus, dedit libertatem, & legauit eidem Antiocho prædium Titianum & Seianum, & peculium suum Antiochi, & reliqua sua Antiochi, & aliorum colonorum reliqua qui coloni erant in dictis fundis. Mortuo dicto Osidio testatore Antiochus legatarius petebat coram præside à Valeriana herede in quadam sua scriptura siue libello illa reliqua quæ exegit testator viuus existens ab ipso Antiocho, & ab aliis colonis. Item in eadem scriptura dicebat sibi deberi omnia ea quorum rationem reddere debebat dictus Antiochus cùm erat castaldus domino suo Osidio, scilicet frumenti & vini & cæterarum rerum: quæ quidem omnia apud eum Antiochum in dictis prædiis in condito habuerat dictus Osidius paterfami. & dicebat dictus Antiochus in dicto suo libello omnia prædicta esse de reliquis sibi legatis à domino suo Osidio. Valeriana autem heres ipsum prædicta habere non debere dicebat. præses tulit sententiam contra heredem, & in ea dixit quòd Antiochus deberet habere omnia prædia prædicta quæ petiit in libello suo. Valeriana autem heres appellauit ad imperatorem, & existens nunc in causa appellationis coram imperatore allegauit Valeriana heres reliqua colonorum prædicta quæ exegit Osidius à colonis, ab eo Antiocho non posse peti: nec etiam propria Antiochi reliqua quæ similiter exegit Osidius ab Antiocho, vt dictum est. Item allegabat Valeriana causam eorum quæ in condito essent, scilicet frumenti & vini, & aliorum quæ dicta sunt, diuersam esse à legato, id est non contineri in legato prædicto relicto Antiocho per Osidium: & ita dicebat Valeriana heres vtraque reliqua prædicta Antiochum iniustè petiisse in libello suo, ac multo iniustius prædicta quæ erant in condito. Ex aduerso dixit Antiochus legatarius: domine, sicut præses pronuntiauit, ita debet firmum stare: imò peto à vobis etiam plusquam præses pronuntiauerit. nam peto vt faciatis mihi dari quædam reliqua quæ Valeriana exegit à dictis colonis post mortem Osidij testatoris. Dixit Imperator Antiocho legatario: pone in condito centies centum aureos esse, quos in vsum suum solebat sumere Osidius testator: diceres tu totum quod esset conditum & relictum in arca, deberi tibi, id est omnes centum aureos? certè malè diceres. vndè placet mihi, & ita iudico bene appellatum à Valeriana, & malè pronuntiatum pro te. dico tamen quòd ea reliqua quæ exegit Valeriana à colonis post mortem Osidij, restituentur tibi. cùm ergo legauit Osidius Antiocho castaldo suo reliqua sua, & aliorum colonorum, vult imperator quòd intelligatur de reliquis quæ remanserunt penes eum, & alios colonos post mortem ipsius Osidij, & de his reliquis quæ exegit heres Osidij post mortem Osidij: non autem de his reliquis quæ exegit ab Anticho & aliis colonis dictus Osidius in vita sua post testamentum factum, nec etiam de dictis conditis in arca apud dictum Antiochum per Osidium. & sic est plana. *Viuianus.*

g ¶*Actoris*. i.[a] villico seruo qui vocabatur Antiochus.

a Actor pro villico.

h ¶*Reliqua*. quo[b] nomine tam in horreis penes se Antiochũ reposita antequam fieret testamentum, quàm post ex reliquis istis exacta, & sic desierunt esse reliqua, ad se pertinere dicebat ille libertinus, sed perperam. Rogerius.

b Reliquorũ appellatione quæ continea[ntur]...

i ¶*Colonorũ*. quos habebat seruos hic in peculio. R. Vel dominus. ¶Et qui sint, dic *vt. §. eod. l. prædiis. in princip. & §. tit. j. l. Lucius. in princ.*
k ¶*Legatarius*. s. libertus, & siue habeas manu, siue manũ, quia testator sua manu scripsit: itẽ siue habeas reliquatũ, siue reliquorũ. s. legatum: bene est.
l ¶*Proferebat*. id est dicebat in libelllo cõuentionali.
m ¶*Manu*. aliàs manum. *Accursius.*
n ¶*Reliquorum*. aliàs manum reliquorum: aliàs manu reliquatorum: aliàs reliqua eorum.
o ¶*Eadem scriptura*. scilicet libelli conuentionalis dati à liberto hoc modo. Item petebat, quod est infra, reliqua eorum quorum rationem reddere debet, scilicet vini & cæterarum rerum, & cætera. quod est infra dicebat enim, de his debeo rationem reddere. at sub redditione rationis etiam redditio reliquorum continetur. *vt. j. de cond. & demonstra. l. cum seruus.* reliqua autem ei Antiocho legauit Osidius. 2. Vel dic, scriptura testamenti. nam hæc verba sunt testatoris. ¶Item eorum reliqua lego quorum rationem reddere debet. Sed ea quæ sequuntur, s. quæ in condito &c. non sunt testatoris verba, sed liberti petentis: & secundum hoc dictionem, quæ. infra positam repetit, quasi oblitus de primo quæ. sed lectura prima planior est, & coniunge, s. vini &c. 2. Alij, vt. R. hos genitiuos pro accusatiuis ponunt.

* Sic Flor. ... tamẽ inter versiculos ad... est N. litera ... Ant. Aug. lib. ... c. 6. Rectè ... Haloander ... intelligi ... centena millia secũdum Bu... & Portium ... Ant. Aug.

p ¶*In condito*. aliàs in credito. id est in deposito apud Antiochum pro sua villicatione, scilicet penu & hortis ad suam administrationem pertinentibus. vel, id est in penu vsui suo habuit, scilicet Osidius.
q ¶*Rerum*. quæ ex reliquis exierant in vita domini, & vsui domini esse cœperant. ea enim sola reliquorum[c] nomine videntur quæ dominus in vsum suum non retinuit, sed apud colonos remanent: & probatur hoc etiam infra ibi, pone inquit &c.

c Reliquorum appellatione h... cẽt non veniat pecunia iã exacta vel deposita: vt per Bart. hic in princ. venit tamẽ liberationũ: vt per eundem in. l. si ita. 1. §. quæsi... de manu. test.

r *Quæ*. s. omnia petebat libertus.
s ¶*Ab ipsa*. s. Valeriana.
t ¶*Obtinuerat*. & appellatum fuerat. *Accur.*
u ¶*Ex diuerso*. s. à parte filiæ.
x ¶*Contradicebatur*. liberto.
y ¶*Ab eo*. actiuè & dic, à liberto.
z ¶*Non peti*. s. posse. & sic si habet duo, non iustè petit, multò iniustius quæ sunt in condito. sed falsa est positio. 2. Vel verius petendo quæ sunt in condito, non petis reliqua tua vel colonorum: quia in istis non resisterem.
a ¶*Autem*. pro[d] quia. Vel autem ponitur pro certè. & fiebat hæc allegatio in causa appellationis.

d Autem pro quia, vel certè.

b ¶*In condito*. aliàs in condito: & bene, i. in deposito: aliàs credito, & pro eodem secundum Hug. Nam[e] qui deponit, credit & cõfidit depositario, & erat conditum apud Antiochum.

e Credendi appellatione depositũ contine[n]tur.

c ¶*Imperator*. de appellatione cognoscens.
d ¶*Aureos*. aliàs aureorum, s. summam.
e ¶*Vsum*. sci. Osidij. ¶Et not. hic quòd iudex[f] potest opponere partibus: *vt hic, & §. de iis quæ in testa. delen. l. proximè. & l. Antonius. ibi, Cæsar dixit,* & silentium imponere, vt ibi subiicit *in. l. proxi.* & de iure supplere, & de facto quandoque: *vt. C. vt quæ desunt aduoc. par. l. j.*

f Iudex potest se partib. opponere, silentium imponere, de iure supplere & de facto quandoque.

f ¶*In arca*. apud Antiochum.
g ¶*Deberi*. s. ei liberto. quasi diceret, non.

Placuit

a ¶*Placuit*.imperatori: quoniam obiectioni legatarius rationabiliter non voluit respondere.
b ¶*Appellasse*.heredem: & sic rescissa fuit sententia præsidis. ¶Et no.iudici [a] appellationis sufficere si dicat, pronuntio rectè appellatum. licèt fortè secus si prima sententia fuit absolutoria: vt not. *C.de appella.l. eos. in princ.*

a Appellationis iudici sufficit si dicat pronuntio rectè appellatũ.

cui [a] rectè appellasse. [b] A parte legatarij suggestum est, [c] quædam à colonis post mortem patrisfamiliæ exacta. [d] Respondit, hoc quod post mortem exactũ fuisset, reddendum esse legatario. [e]

Indefinita æquipollet vniuersali. Bartolus.

XCVIII. IDEM *libro singulari de Forma testamenti.*

SI plures gradus [f] sint gradum, † & scriptum sit, *Heres meus dato*: ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti hęc verba: *Quisquis mihi heres erit*. Itaque si quis velit non omnes heredes legatorum pręstatione onerare, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet. [g]

In vltimis voluntatibus illi dicuntur serui vrbani, quos testator vrbanorum numero habuit. Bartol.

XCIX. IDEM *libro singulari de instrumenti significatione.*

SEruis vrbanis legatis, quędã vrbana mancipia non loco, [h] sed opere separãt: vt licèt in prędiis rusticis sint, tamen si opus rusticum non faciant, vrbani videntur. Dicendum autem est quòd vrbani intelligendi sunt

c ¶*Suggestum est*. post cassatam priorem sententiam.
d ¶*Exacta*. per heredem.
e ¶*Legatario*. quia hoc in reliquis mansit, nec à patrefamilias, nec principis iudicio fuit ademptum. secus autem si ipse paterfamilias viuus exegisset: *Vt supra hac.l. colligitur. & supra eodem.l. prædiis. in princip. & supra titu.j.l. Lucius.in princip. & supra de lega.j.l.si sic.§.j.in fin.& arg. infra de lib.le.l.ij. in fin.*

† Hoc pertinet exemplũ quod in Topicis. M. Cicero proponit in loco à repugnantibus.

S*I plures.*] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & eis substitui Gaium & Sempronium, & postea ita scripsi, heres meus dato Mæuio.c. certè & instituti & substituti tenentur ad hoc legatum. & idem esset si ita dixissem retento eodem casu: instituti dent Mæuio.c. illi soli tenebuntur. & idem si dixissem, substituti dent Mæuio.c. nam soli substituti tenebuntur. & idem si dixissem, Titius & Seius dent Mæuio.c. & ita Gaius & Sempronius dent Mæuio centum, quia nominatim ab eis legatum est. *Viuianus.*

f ¶*Si plures gradus*. instituti & substituti.
g ¶*Debet*. & tenentur illi, & non [b] alij: *vt supra titu.ij.l.Celsus.§.pe.& si & facit supra.tit.ij.turpia.§.fi.& l.si heredes. & supra eo.l.nominatim.*

b Legatum nominatim ab vno relictum, à sequentibus in gradu non debetur. adde l.t.§. id quod ex substitutione.j.ad l.Falcid.

S*Eruis*.] CASVS. Legaui Titio seruos meos vrbanos. quæritur, qui serui appellatione vrbanorum contineantur? Et dicitur quòd illi continentur quos ego inter vrbanos annumerare sum solitus: quod potest deprehendi & intelligi, quia dabam eis cibaria cum illis de vrbe. sed & serui venatores & aucupes continentur, si ego continebam & habebam eos in vrbe, & non aliàs. Item & continentur serui muliones, nisi ego habebam eos causa rurestris operis. Item & continetur ille seruus qui natus est ex ancilla mea vrbana, quamuis sit missus ad villam causa nutriendi. [SERVIS LECTICARIIS.] Legaui Titio seruos meos habentes artificium faciendi lectos. nunquid continebitur legato Titius seruus meus qui est lecticarius, & habet officium coci? Et dicitur quòd sic. [SI ALII.] Habebam multos seruos vernas, i. natos ex ancillis meis, qui serui non erant cursores: & habebam multos alios seruos qui habebant officium currendi ad pallium: qui cursores non erant nati ex ancillis meis, imò eos emeram aliunde: & habebam quosdam alios qui erant vernæ & cursores. legaui Titio omnes seruos meos vernas, & Seio legaui omnes cursores. quęritur, cuius legato cedant illi serui qui erant vernæ simul & cursores? Et dicitur quòd cedunt legato Seij cui omnes cursores legati sunt. Sed quare magis Seio quàm Titio? Respon. quia in dictis seruis qui erant vernæ simul & cursores, continebatur genus, quia erant vernæ, & species, quia erant cursores. semper autem species derogat generi. Sed pone quòd vnus seruus est in specie tantùm, i. cursor: & duobus cursores legati sunt: puta Titio & Seio. certè concurrent Titius & Seius in legato dicti cursoris, & quilibet eorum habebit in eo dimidiam: nisi appareat aliud me testatorem sensisse. & porpter hoc dicit, plerumque. vel pone quod vnus seruus est in genere tantùm, id est verna: & Titio & Seio sunt vernæ legati. certè eodem modo concurrent in legato vernæ: vt dixi in legato cursoris. *Viuianus.*

h ¶*Non loco*.sic.*C.de prædiis mi.l.si prædium.& j.de sup.le.l.quemadmodum*.Item facit.*j.de fun.instru.l.quæsitum.§. Alphenus.*
i ¶*Ex libellis*.id est panibus albis: quo pane nõ vtuntur rustici: [a] sed grosso: *sic.C.de episco.audien.l.iudices.*

a Rusticorum panis grossus.

quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare solitus sit. quod maximè ex libellis [i] familiæ, † item cibariis [k] deprehendi poterit. 1. ¶Venatores [l] & aucupes [m] vtrũ in vrbanis, an in rusticis contineantur, potest dubitari. Sed dicendum est, vbi paterfamilias moraretur, & hoc alebat, ibi eos numerari. 2. ¶Muliones de vrbano ministerio [n] sunt: nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat. 3. ¶Eum qui natus est ex ancilla vrbana, & missus in villam nutriendus: interim in neutris esse quidã putant. [o] Videamus ne in vrbanis esse intellegatur. quod magis placet. 4. ¶Seruis lecticariis legatis, si idem lecticarius sit & cocus, accedet legato. [p]

Generi per speciem derogatur: & quod in duabus speciebus reperitur, inter legatarios diuersarum specierum communicatur. Bartolus.

5. ¶Si alij [q] vernæ, alij cursores [r] legati sunt: si quidam & vernæ & cursores sint, cursoribus cedent. [s] Semper enim species [t] generi derogat. [u] si in specie aut in genere vtrique [x] sint:

k ¶*Cibariis*.s. albis: nã non [b] vtitur familia rustica pullis, vel aliis delicatis cibariis: sed caseo, cepis & fabis. *Ac.*

b Rusticorum cibaria.

† Glo. hic exponit qui dicãtur libelli familiæ. sed quot modis ponitur, & quot habet significata, vide in Spec. titu. de libell.§.j.& Reg. in sum. de libellis.

l ¶*Venatores*. ferarũ. *Accursius.*
m ¶*Aucupes*. auium.
n ¶*Ministerio sunt*.s. *eod.l.cum quæreretur.* contra Solu. vt ibi.
o ¶*Putant* & malè: vt subiicit. & facit. *j.de verb.sign.l.vrbana.& l.is qui natus.*
p ¶*Legato*. supra.*eo.l.legatis seruis.§.j & quod ibi not.*
q ¶*Si alij vernæ*. Verna [c] dicitur domesticus ex ancilla natus in domo. *vt Institu.de leg.§. huic proxima.*

c Verna quis dicitur.

r ¶*Cursores*. nulli vernæ sunt cursores tantùm: imò omnis cursor erat verna: sed non econtra omnis verna erat cursor.
s ¶*Cedent*. sc. legato cursorum: & continebũtur illi qui sunt vernæ & cursores.
t ¶*Species*. species vocat contentum, [d] vt cursores sub vernis cõtinentur: genus vocat continens, sicut vernas qui cõtinent cursores.

d Contentum, speciei: continens generis rationem habet.

u ¶*Derogat*. vt [e] *infra de reg.iur.l.in toto. & supra eod.l.vxorem.§. fælicissimo. & infra de manumis.testa.l. si peculium.in princip.& j.de tri.lega.l.ij.in principio.& de pecu.lega.l.seruo.*

e Species generi derogat.

x ¶*Vtrique*. id est isti & illi habent suam speciem, vel suum genus: quia isti non continentur sub vernis, nec illi sub cursoribus: imò quidã sunt cursores tantùm, & non vernæ. alij vernę tantùm, & non cursores: & alij cursores sunt & vernæ: & secundum hoc communicabuntur, s. serui qui sunt vernæ & cursores, inter eum cui sunt legati vernæ, & illũ cui sunt legati cursores. 2. Vel dic, si in specie. s. eadem, vel in genere eodem modo vtrique sunt: quia omnis cursor sit verna, omnisque verna sit cursor, & secundũ hoc communicabuntur, s. omnes serui inter eum cui cursores, & eum cui vernæ sunt legati. Plerunque autem ideò dicit, quia si cursore aliquo inter vernas testator vtebatur, cederet legato vernarum: & econtra si aliquo verna inter cursores, cederet legato cursorum: *vt supra eo.l.legatis seruis.§.j.* 3. Vel ideò, quia si testator expresserit quos vernarum numero, & quos cursorum numero intelligebat, sic erit *vt supra eo.l.non aliter.* aliquo autem non apparente erunt communes: *vt hîc, & supra de leg.j.l.Titiæ.in princ.*

H*Eres meus.*] CASVS. Institui mihi Seium heredem: & ita dixi, Heres meus damnas siue damnatus esto reddere seruum meum Stichum Lucio Titio. vel ita dixi, Heres meus Stichum reddito Lucio Titio. Certè poterit petere Lucius Titius Stichum, quamuis nunquam suus fuerit: quia verbum reddendi, habet in se significationem dandi. [DVAS STATVAS.] Habebam sex statuas marmoreas, item habebam multum aliud marmor. legaui Titio duas statuas marmoreas item legaui eidem omne meum marmor. nunquid poterit petere omnes sex statuas marmoreas? Et dicitur quòd non nisi duas legatas: quia cùm legaui ei specialiter duas statuas marmoreas. non videor velle quòd aliæ meæ quatuor statuæ marmoreæ contineantur sub nomine illius legati: quia ita dedi eidem, omne marmor meum lego Titio, & cætera. Si enim voluissem legare dictas quatuor statuas Titio, vel si voluissem eum eas habere: verisimile est quòd ego legassem ei cùm aliis duabus. & hoc dixit Cascellius & Labeo, & bene. Ofilius autem & Trebatius dixerunt contrarium, & malè. vel potes ponere quòd omne marmor legaui Seio. [VXORI MEÆ.]

Vxori meæ legaui vestem muliebrē, & omnia ornamenta: & mūdum, & aurum, & argentum quod eius causa factū paratúmve esset. quæritur, nunquid omnis vestis muliebris & omnia ornamēta & omnia quibus mundiores efficiuntur mulieres, videantur vxori meæ à me legata: an verò ea sola quæ eius vxoris causa facta & parata essent? Et videtur quòd omnia: quia illa verba, quod eius causa factum paratúmque est &c. sunt apposita tantum ad aurū & argentum. Dicitur tamen hîc quòd non tātum ad argentū & aurū vidētur apposita dicta verba: sed etiam ad omnia alia supradicta, & ideo non debetur vxori aliquid de supradictis nisi illud quod eius causa factum paratúmque esset. [CVI CORINTHIA.] Habebam vasa vitrea, & casulas eorum vasorū de palea vel paneris: & fuerant facta illa & casulæ in quodam loco qui nominabatur Corinthus. legaui Titio dicta vasa. Certè continentur legato etiam casulæ prædictæ. Secus autem si ego testator habebam numero vasorum dictas casulas: puta quia sunt æneæ. nam tunc non continebuntur legato vasorum vitreorū: etiā si dicta vasa vitrea solebant in eis reponi. [CVI TESTVDINEA.] Habebam lectos qui erant facti in loco qui dicitur testudineus: & quidam ex eis lectis habēbant pedes inargentatos, & quidam non. legaui testitudinea mea Titio. Certè continentur legato etiam lecti qui habent pedes argenteos. *Viuianus.*

plerumque communicabuntur.

Verbum reddendi, habet significationem per se dandi. Bartolus.

C. IAVOLENVS *lib. 2. ex Posterioribus Labeonis.*

HEres meus damnas esto Lucio Titio Stichū seruū meū reddere. vel ita: *Illū seruū meū illi reddito.* Cascellius ait deberi: neq; id Labeo īprobat: quia q. reddere iubetur, simul & dare iubetur.[a]

Si nominentur aliqua indiuidua specie contenta sub genere, ad alia in eadem specie contenta non porrigitur illud genus. Bartolus.

1. ¶ Duæ statuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne marmor erat legatū.[b] Nullā statuam marmoream præter duas[c] Cascellius putat[d] deberi: Ofilius, Trebatius cōtra. Labeo Cascellij sententiā probat. quod verū puto: quia duas statuas legando potest videri non putasse[e] in marmore se statuas legare.

Singulare vniuersale positum neutraliter potest referri ad omnia præcedentia, cuiuscunque generis vel numeri existunt. Bartolus.

2. ¶ *Vxori meæ vestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia. aurū, argentum, quod eius causa factum paratúmque esset omne do lego.* Trebatius hæc verba, *quod eius causa factum paratúmque est*, ad aurum & argentum dumtaxat referri putat.[f] Proculus ad omnia. quod & verum est.[g]

Legatis vasis non cedunt alia vasa in quibus reponuntur: nisi sint vilis materiæ. Bartolus.

3. ¶ Cui Corinthia[h] vasa legata essent, & βάσεις[i]* quoque corū vasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius[k] respōdit. Labeo[l] autem id nō probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proculus[m] verò rectè ait, si æneæ[n] quidem sint, non autem Corinthiæ, † non deberi.

Principale trahit ad se accessorium, quanquam sit pretiosius. Bartolus.

4. ¶ Cui testudinea legata essent, ei lectos[o] testudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius responderunt. quod verum est:

Legatis prædiis testatōr non videtur legare quæ sibi sunt obligata, nisi ex cessione debitoris ea habeat vt propria. Bartolus.

CI. SCAVOLA *libro sexto decimo Digestorum.*

QVi habebat in prouincia ex qua oriundus erat, propria prædia, & alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit:[p] †: τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὸ μέρος* αὐτῆς δοθῆναι. ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι βοσκήμασι, δούλοις, καρποῖς, ἀποθέτοις, †ª ἀποσκευαῖς * πάσαις. [id est: Suauissimæ patriç meç volo in partem suam dari, & ipsi separatim adiudico prædia omnia quæcunque in Syria possideo, cum omnibus in eis existentibus & pecoribus, & seruis, & fructibus, & vsu consumptibilibus, & apparatu omni.] Quæsitum est, an etiam prædia quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse videatur. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri[q] relicta: si modò in proprium patrimonium, quod ferè cessante[r] debitore fit, non sint redacta.[s]

a ¶ *Iubetur.* nisi[a] aliud appareat[b] ex vsu testatoris, vel eius verbis, vel alio modo: *vt not. supra tit. j. l. cum quidam. & infra de fundo instruc. l. cum de laniomis. §. asinam.* & sic nō obst. *supra tit. j. l. cum pater. §. fideicommis. & supra deposi. l. j. §. eleganter. & facit ĵ. de verb. signi. l. verbum reddendi. & ĵ. de auro & argen. lega. l. qui vxori.*

b ¶ *Legatum.* s. eidem.

c ¶ *Præter duas.* licèt plures sint statuæ, sed tamen omne aliud marmor debetur.

d ¶ *Putat.* benè, *ut. s. eo. l. quæsitum. §. illud.* 2. Vel dic quòd non est ratio quæ ibi redditur: quia hîc dixit, omne. sed illa quæ statim sequitur, quia duas &c.

e ¶ *Non putasse.* s. testatorem. sic ergo in cæteris videtur prohibere. *sic. s. de iudi. l. cum prætor. & ĵ. de sup. lega. l. legata. & ĵ. de fundo instru. l. quæsitum. §. si. & ĵ. de auro & argen. leg. l. j. in prin. & l. Quintus.*

f ¶ *Putat.* nudam & puram superficiem secutus. R. nam ad proximum dictum tantum referre: de quo dic: *vt. s. tit. ij. l. talis.*

g ¶ *Verum est.* & sic sequentia[c] minuunt omnium præcedentium significationem. *& facit infra de sup. leg. cum quidam. & de aur. & argen. leg. l. cum in testamento. & infra de penu. leg. l. nam quod. in si. & infra de ali. lega. l. à filio. §. finali.*

h ¶ *Cui Corinthia.* vitrea forsan à loco sic dicta.

i ¶ βάσεις, id est casulas quasdam in quibus collocabantur, vt subiicit. & incipit respon. ibi, βάσεις &c. aliàs est in litera, & bases & secundum hoc verba ista non sunt de responsione, sed testatoris. prima verior.

k ¶ *Trebatius.* sed minus benè.

l ¶ *Labeo.* determinās quod dixerat Trebatius.

m ¶ *Proculus.* adiuuans sententiam Labeonis & determinans.

n ¶ *Ænea.* scilicet illæ βάσεις & sunt pretiosæ vnde non debētur. si verò Corinthiæ. i. de vili materia, vt de palea vel herba palustri, quales venduntur Bononiæ. cum vitris & cū modiolis sic: *vt. ĵ. de vi. tri. & oleo. le. l. si cui. §. j. & l. vinum. & l. vino.*

o ¶ *Lectos.* quosdam. 2. Vel à loco sic dictos, vel quia erāt facti ad modum testudinis.[a] i. voltæ lapideæ, & est animal testudo, quod habet duram testam vt lapideam, & concauā si remoueretur à carnibus. erat ergo fortè ita latū vt intus quis posset iacere. licèt ergo pedes argētei sint positi, debentur. sic *infra de auro & arg. leg. l. pediculis. in princip.*

QVi habebat.] CASVS. Quidam qui morabatur in Lōbardia pone in Bononia, habebat in prouincia Syriæ ex qua oriundus erat, prædia Titianū & Seianum, quç erant sua propria: & prçdia Cornelianum & Sempronianum quæ acceperat in pignore pro. c. fecit iste codicillos, & ita in eis scripsit: Volo dari ciuitati Bononiæ (quæ est mea dulcissima patria) ad partes suas Bononiæ omnia prædia quæcūque in Syria habeo, ita vt non sit necesse ciuitati Bononiæ mittere procuratorem in Syriam, cum omnibus pecoribus quæ sūt in dictis prædiis, & cū seruis & fructibus depositis qui sunt in dictis prædiis. Certè non videntur relicta prædia quæ pignori habebat: nisi testator accepisset ea in solutum cessante debitore soluere. [PETO FVNDVM.] Institui mihi heredem Titium: & ita posteà dixi, Peto dari alumnç meç fundum meum Titianum ita vt est. Certè mancipia quæ mortis meæ tempore in eo fundo fuerunt, & omnia alia videor ei legasse, non autem reliqua colonorum dicti fundi. *Viuianus.*

p ¶ *Scripsit.* hic sequitur Græcum cuius interpretatio incipit, patriæ meæ dulcissimæ. & finitur ibi quæsitum &c. ¶ Et no. cuilibet[b] suam patriam dulcissimam. *sic supra de offi. præfect. vrb. l. j. §. pen. Accursius.*

q ¶ *Non videri relicta.* No.[c] quod testator dixit, prædia mea dari volo. non autem addidit vniuersitatis signum s. omnia, secundum R. Sed certè imò addidit, vt in translatione Græci hîc facta. & facit. *s. eo. l. suos. & ĵ. de sup. lega. l. legata. §. fina. & ĵ. de auro & argen. l. Quintus. § argento. & s. eo. l. Iulianus. in prin.*

r ¶ *Cessante.* & fortè desperante de liberatione.

s ¶ *Redacta.* quasi sc.[d] consensu debitoris præsumpto tum ex penuria debitoris, tum propter cumulum vsurarum quæ omnem

debitoris

a Reddēdi verbo, datio quoque cōtinetur, nisi aliud appareat ex vsu vel verbis testatoris.

b Mentem & voluntatem testatoris ex eius vsu & verbis colligimus.

* pedamenta sunt & sustentacula sine imç partes cuiusqi rei. Quidam bases legunt, alij abaces. hinc Calepinus probat orbiculos quibus in mensa vtimur rectè vocari bases. Vide Alc. lib. 4. parer. c. 2. Ang. lib. 4. c. 16.

Sequentia minuere possunt præcedentium significationē.

† De Corinthio ære & vasis Corinthiis pulchrè Nebriss. i. lectos fortasse in diuersorio quodam Corinthio. ᵃ vbi & lectum haec explicat.

ª Testudo in ædificiis quid sit.

† Vide Alc. lib. Dispun. 4. c.

ª id est ad conseruanda sua consilia.

† i. recondita instrumentis.

* id est apparatibus.

b Patria est vnicuique dulcissima.

c Prædiis omnibus legatis debentur prædia etiam pignori obligata. Quid si prædia indefinite sint relicta? dic ex hac lege

d A patrimonio sepositum pignus habere quisque id intelligitur quod penuriæ causa liberare aclure non potest.

debitoris spem abstulerunt, secundum R. 2. Vel dic quòd hoc, scilicet in patrimonio redigatur creditoris, ferè fit, id est, vix fit debitore cessante. nam tunc postulabat creditor à principe possidere iure dominij: *vt. C. de iure dot. impe. l. fi. & supra de pigne. actio. l. eleganter. in princip.* & facit ad hoc quod dicit infra *de iure fisci. l. sed si accepto.*

ADDITIO. Per istam glossam potest determinari quæstio quam formant doctores, an si est [a] prohibita alienatio, sit prohibita pignoris obligatio? Distingue: Aut sunt pignora obligata pro tãta pecunia quòd non est spes luitionis; & videtur prohibita obligatio: aliàs non. ita debet intelligi. *l. quorum supra. de pig. & facit. l. legata. in fine. infra de sup. leg.* sed in feudis [b] est expressum quòd nullo modo licet obligare: *vt cap. imperialē. §. fin. de probi. feu. aliena. in vsi. feudo. secundum Barto. hic.*

[a] Alienatione prohibita, an sit prohibita pignoris datio. * fundum, vt. 2. to. l. 78. § peto.

[b] Feudũ nullo modo obligari potest.

a ¶ *Data.* facit *infra de fun. instruc. l. prædia. §. affin. & §. eod. l. quæsitum. §. peto. & §. prædia & supra eod. l. prædiis. § 3. Accursius.*

* l. penul.

H*Is verbis.*] CASVS. Ego Bononiensis vxori meæ legaui his verbis, Lego vxori meæ lateralia mea quę sunt mea viatoria, id est vasa quædam quæ portabam ad latus meum cum ad aliquem locum proficiscebar: & quicquid in his viatoriis conditum fuerit. Item lego ei ea quę cõtinebuntur membranulis manu mea scriptis, si non erunt exacta cùm moriar, licèt in rationes meas modò translata sint, & licèt cautiones ad actorem siue castaldum meum transtulerim. Facto testamento cùm essem profecturus ad vrbem Romam, condidi in dictis lateralibus chirograha debitorum meorum, & c. libras Bononien. & steti Romæ per biennium: & ibi stando exegi dicta nomina condita in lateralibus quæ mecum portaui: & pecuniam exactam, & illa centum quæ portaui in lateralibus, expendi. postea reuersus fui Bononiam, & emi prędia: & chirographa emptionis quę scripsi in membranulis manu mea, condidi in dictis lateralibus, & etiam alia centum, & postea decessi. modò quæritur, vtrum chirographa & pecunia quæ inueniuntur in lateralibus tempore mortis meæ, debeantur vxori meæ? Et dicitur quòd non. De dictis autem nominibus quæ exegi Romæ, & de dicta pecunia quam ibi expendi, non est dubium quòd non bebentur vxori, quamuis portauerim Romæ in lateralibus: quia ego dixi in legando, nec ea sint exacta cùm moriar, &c. quamuis hoc non dicatur in responsione quæ fit hic. Sed quid si in dictis lateralibus condideram tempore testamenti mei chirographa emptionum prædiorum quæ emeram? Certè illa chirographa & prædia bene continentur in legato vxoris meæ prædicto, si ea mente chirographa prædicta habuit in dictis lateralibus, vt dictis lateralibus vxori meæ datis proprietas prædiorum præstaretur eidem. quamuis videretur aliquibus contrarium ex eo quòd in verbis legati dicunt non esse verba apta ad chirographa emptionum prædiorum, sed ad chirographa debitorum. sunt enim hæc verba ibi, vt dictum est, nec ea sint exacta cùm moriar, &c. sed certè imò sunt verba apta ad chirographa emptionum, illa scilicet, & quicquid in his conditum fuerit, &c. [PATERFAMILIAS.] Ego emeram à quibusdam qui vocabantur sigillarij, eo quòd faciebant sigilla & alia quæ faciunt artifices, duas scutellas argenteas graues & magni ponderis. feci testamentum antè triduum quàm morerer: & ita in eo inter alia dixi, Volo dari Titio lances siue scutellas argenteas leues numero duas quas de sigillaribus emi. modò quæritur, an hæ scutellæ debeantur Titio quas emi à sigillaribus, licèt nullas leues ab eis emerim? Et dicitur quòd sic. falsa enim demonstratio non vitiat legatum. [ALVMNO.] Titius instituit sibi heredes Seium & Gaium, & Sempronio alumno suo dari per heredes suos præcepit his verbis, Sempronio alumno meo Stichum & Pamphilũ seruos Martini comparari volo: & cùm per ætatem suam alumni licebit, eidem alumno militiam illam comparari volo cum introitu ipsius militiæ. & demõstrauit heredibus suis certã militiam. & huic alumno omnia prædicta integrą dari volo. postea tempore mortis testatoris inuenitur dictus Sempronius alumnus habere dictam militiam ex causa non lucratiua, scilicet emptionis. quæritur, nunquid possit consequi ab heredibus iustum pretium dictum dictę militię, & id quod pro introitu militiæ erogari solet? Et dicitur quòd sic. sed & si ita dixisset Titius testator: liberto meo Seio lego dictam militiam, & demonstrauit certam vt dixi, quam quidem militiam ipse testator habebat. certè debent heredes ei dare non solùm militiam quam habebat testator, sed etiam illud quod solet erogari pro habenda militia. *Viuianus.*

Fundo legato vti est, non cedunt reliqua colonorum. Bartolus.

1. ¶ *Peto fundum meum ita vti est, alumnæ meæ dari.* Quæsitum est, an fundo * & reliqua colonorum, & mancipia si qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur. Respondit reliqua quidem colonorum non esse legata: cætera verò videri illis verbis *ita vti est,* data.[a]

Si verbum potest se habere ad præteritum & futurum, ex cõiuncta scriptura declaratur ad quod se habeat. Item peræsentis vel præteriti temporis verba restringuntur ad ea quæ sunt tempore testamenti. Bartolus.

CII. IDEM *libro septimodecimo. Digestorum.*

HIs verbis legauit, *Vxori meæ lateralia* [b] * *mea viatoria,* [c] *& quidquid in his conditum* [d] *erit: quæ membranulis mea manu scriptis continebuntur, nec ea sint exacta cùm moriar, licèt in rationes* [e] *meas translata sint, & cautiones ad actorem* [f] *meum transtulerim.* hic chirographa [g] debitorum & pecuniam cum esset profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, & * chirographis [h] exactis, [i] quá pecunia erogata, [k] reuersus in patriam post biennium, alia chirographa prædiorum quæ postea comparauerat, & pecuniam in lateralia condidit: Quęsitum est, an ea tantùm videatur nomina ei legasse, quæ postea reuersus in hisdem lateralibus condidit, secundum ea quę proponerentur, non deberi quæ mortis tempore * in his lateralibus essent, & membranis manu eius scriptis continerentur.

* subaudi, tam. Aug. libr. 4. emen. c. 8.

* Sic Floren. & manuscr. sunt qui legendum contendãt, nisi quæ.

In legato generali veniunt ea quæ in instrumentis continentur. Bartol.

Idem † quæsiit, an cum emptiones prædiorum in hisdem lateralibus condiderat,[m] prędia quoque legato cedant. Respondit, non quidem manifestè apparere quid de prædiis sensisset: verùm si ea mente emptiones ibi haberet, vt his legatariæ datis, proprietas prædiorum præstaretur: posse defendi prædia quoq; deberi.

† De mortis tempore & tẽpore testamẽti, quod illorũ in legatis debeat inspici, magna est disceptatio inter Doctores. decide per Gl. & generaliter omnes, *in l. cum qui. ff. de condit. & demon.*

Falsa demonstratio non vitiat legatum. Bartolus.

1. ¶ Paterfamilâs ita legauit: *Lances numero duas leues, quas de sigillaribus* † *emi, dari volo.* is de sigillaribus [n] leues quidem non emerat, lances autem emptas [o] habebat, & dictauerat testamentum antè triduum quàm moreretur. Quæsitum est, an hæ lances quas emptas de sigillaribus habuit, legato cederent, cùm nullas [p] alias de sigillaribus emerit, nec legauerit. [q] Respondit, secundũ ea quę ꝓponerẽtur, debere eas quas de sigillarib⁹ emisset.[r]

† al. Item, quæsitum est.

† Elegãter hoc Scæuolę respõsum explicat Alexan. ab Alex. *libr. 3. Gen. die cap. 4.*

b ¶ *Lateralia.* id [a] est, vascula facta de terra:

a Lateralia quid.

c ¶ *Viatoria.* vasa fortè quibus in itinere vtebatur. *Accursius.*

d ¶ *Conditum.* aliàs cõditum, id est repositum. & aliàs creditum: & tunc idem est sensus. ¶ Et not. quòd in hoc vase condita erat quædam priuata scriptura scripta manu patrisfamiliâs, in qua erant nomina debitorum, de quibus erant cautiones publicæ extra vasa.

e ¶ *In rationes.* quia destinaret paterfamilias hoc nomen destino tali sumptui. & sic de aliis.

f ¶ *Actorem.* id [b] est, castaldionem.

b Actor pro Castaldione.

g ¶ *Hic chirographa.* incipiunt verba Iurisconsulti. hucusque fuerunt testatoris.

h ¶ *Chirographis.* exegit ergo nomina, & pecuniam exactam posuit in vase. *Accursius.*

i ¶ *Exactis.* scilicet istis.

k ¶ *Erogata.* id est in vase deposita. sed R. dicit hic esse falsam literam.

l ¶ *Non deberi.* anterior ergo pecunia non debetur, quia fuit exacta: nec secunda, quia non erat tempore testamenti: quod esse debet cùm [c] dicitur, lateralia mea: & quia dixit, manu mea scriptis: *vt infra de auro & argen. le. l. si ita legatum.* 2. Vel ideò hic secunda non debetur, quia ad tempus fuit deposita: quasi iturus in vrbem: *vt supra eodem. l. si chorus. §. primo. & l. si ita. Accursius.*

c Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. v. Tiraquellum priui leg. 76. pia caus.

m ¶ *Condiderat.* antè testamentum, ita quòd tempore testamenti erant ibi: aliàs secus: *vt no. supra proxi. §.*

n ¶ *De sigillaribus* nomen fortè generis: vel genus venditorum.

o ¶ *Emptas.* à sigillaribus: puta graues:

p ¶ *Nullas.* scilicet leues.

q ¶ *Nec legauerit.* scilicet alias nisi leues.

r ¶ *Emisset.* alias si aliud dicas, nullum est legatum: quia de nullo

a Falſa demonſtratio nō nocet.

corpore certo conſiſtit legatum.falſa[a] enim demonſtratio nō nocet: *vt infra de condi. & demon.l.demonſtratio.& Inſti.eo.§.huic. & .j.de auro & argen.l l.Quintus.*

Si legatarius quod ſibi debet emi ab herede, emat: actionem habet ad pretium, Bartolus.

2. ¶ Alumno præcepit militiam[a] his verbis: *Sempronio alūno meo illud, & illud. & cū per ætatem licebit, militiam illam cum introitu[b]* comparari volo: huic quoque omnia integra[c].* Quæſitum eſt, ſi Sempronius eam militiam ſibi comparauit: an pretium eius, ſed id quod pro introitu erogari ſolet, ex cauſa fideicommiſſi ab heredibus conſequi poſſit. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe.[d]

Si legatur res empta, pretium rei debet ſolui ab herede, non à legatario. Bartolus.

3. ¶ Idem teſtator liberto militiam his verbis legauit, *Seio liberto meo militiā do lego illam:* quā militiā & teſtator habuit. Quæſitum eſt, an onera omnia & introitus militiæ ab herede ſint danda. Reſpondit danda[e].

Legata ab exheredati ſubſtituto non valent, etiam ſi ad eum bona defuncti perueniant per mediam perſonam. Bartolus.

a ¶ *Militiam.* ſ. dari.

b ¶ *Cum introitu.* ib. cum expenſa quæ fit in ingreſſu militiæ.

b Introitus pro expenſa quæ fit in ingreſſu militiæ.

c ¶ *Integra.* ſ. comparari volo.

d ¶ *Poſſe.* etiam conſequi expenſam introitus. quædam enim expenduntur pro introitu militiæ: *vt argum. in Authentic. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. hæc autē omnia colla. ij. & facit. ſupra de neg. geſt. l. quæ vti iter.*

* Plin. ad Traianū. Supereſt ergo vt ipſe inſpiciat an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui buleutæ leguntur, debeāt pro introitu dare.

e ¶ *Danda.* Sed cōtra. *infr. titu.ij. l. quæro.* vbi huiuſmodi ſumptus non præſtat heres. Sol. refert[c] inter ſumptum qui fit vt habeatur legatum, (& id præſtat heres etiam vſusfruct. legato: *vt ſupra ſi vſusfruct. peta. l. j. §. j. & hic.* (An eo iā habito: & tunc non, vt ibi. & de his dic: *vt ſupra tit. ij. le apud. §. heres. & facit ſupra de impen. l. neque.*

c Sumptus habēdi ſeu emēdi legati cauſa præſtatur ab herede: at non is qui præſtatur, legato iam habito ſeu empto.

SI pater.] CASVS. Titius habens filiū impuberem, exheredauit eum, & inſtituit ſibi heredem Seium extraneum: & poſtea ita dixit: ſi filius meus impubes quem exheredaui, deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo ei dictum Seium meum heredem, & Gaium extraneum ſimiliter, quem Gaium non inſtituit: nec aliquid de ſuis bonis ei reliquit: & ab eodem Gaio multa legata reliquit quibuſdam. poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & poſtea deceſſit prædictus heres à Titio inſtitutus: & inſtituit ſibi heredem dictum filium teſtatoris impuberem. poſtea impubes heres factus dicti Seij deceſſit in pupillari ætate, & ſic Gaius ſubſtitutus ei, & non à Titio patre impuberis inſtitutus habet hereditatem tam impuberis quàm patris ſui. quæritur, vtrum teneatur hic Gaius præſtare legata prædicta à ſe relicta? Et dicitur ꝙ non: quia hereditas patris ſcilicet Titij non peruenit directò ad filium Titij impuberem, quia fuit exheredatus: ſed per ſucceſsionem, quia ipſe impubes ſucceſsit dicto Seio inſtituto à patre impuberis. & idem eſſet multo magis ſi Titius inſtituiſſet vnum ſuum filium fratrem impuberis, & impuberem exheredaſſet, & ſubſtituiſſet impuberi quendam extraneum, puta Gaium: & ab eo Gaio reliquiſſet legata quibuſdam, & mortuo Titio frater inſtitutus inſtituiſſet ſibi heredem dictum impuberem, & poſtea impubes deceſsiſſet in pupillari ætate, & ſic habuiſſet Gaius hereditatē: quia non teneretur ſubſtitutus Caius ſoluere legata à ſe relicta, quia non directò, ſed per ſucceſsionem ad filium impuberem hereditas patris peruenit. ſed & ſi inteſtato mortuo prædicto fratre impuberis ſucceſsit ei impubes retento eodem caſu, non tenetur ſubſtitutus impuberi præſtare legata à ſe relicta, & hoc propter eandem rationem. Vel aliter vt in gloſ.

f ¶ *Si pater.* Teſtator Titium extraneum inſtituit heredem: filiū pupillum exheredauit: & ei pupillariter Titium inſtitutum & Sempronium non inſtitutum ſubſtituit: à quibus ſubſtitutis reliquit legatum. tandem Titius deceſsit inſtituto pupillo prædicto: & pupillus deceſsit in pupillari ætate. vnde bona patris habuit filius & tandem ſubſtitutus: & tamen dicit quòd non valet legatum: & redditur ratio. Item dicit, ſi dictus pater alium filiū maiorem inſtituit, qui poſtea fratrem exheredatum inſtituit, vel ab inteſtato habuit eum pupillum heredem: ſicq; bona patris ad pupillum, & per eum ad ſubſtitutum peruenerunt: tamen non valet relictum: *vt hic. & C. eo. l. cùm quidam.* Sed quid erit de relictis à Titio dandis? Dicunt quidam aliud. ſ. vt valeant & præſtentur à ſubſtituto. 2. Alij dixerūt idē quod hic. & ſic fallit quod dicitur. j. eo. l. ſi fuerit. quia ab[d] herede heredis poteſt legari. *Accur.*

e Legari ab hærede hæredis poteſt.

g ¶ *Plus.* id eſt non tantùm in extraneo, ſed & in fratre, q.d. hic plus tibi dico & in fratre &c. 2. Vel dic plus. i. prōptius. *Accur.*

h ¶ *Eius.* ſcilicet exheredati.

i ¶ *Bona fratris.* ſcilicet facta. ¶ Quod [a] ergo non valet à principio, non confirmatur ex poſt facto: *vt infra de reg. iur. l. quod ab initio. & facit ad l. 3. titu. ij. l. antepen. & .j. ad legem Falci. qui fundū. §. qui filio. & ſupra eo. l. ij. Accurſius.*

a Inualidum à principio non valet ex poſt facto.

CIII. IDEM *libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.*

SI pater [f] exheredato filio ſubſtituit † heredem extraneū, deinde ille extraneus hunc filiū heredem inſtituit, & heres factus intra pubertatem decedat: puto à ſubſtituto ei filio omnino legata præſtari non debere: quia non directò, ſed per ſucceſſionē ad filium hereditas patris peruenit. 1. ¶ Plus[g] ego in fratre, qui cùm heres extitiſſet patri, exheredatum fratrē heredem inſtituit, accepi ſubſtitutū eius[h] legatum non debere: ac ne quidem ſi inteſtato fratri ſucceſſerit: quia non principaliter, ſed per ſucceſſionem bona fratris[i] ad eum peruenerunt.

† Sic Flor. & omnibus ſcriptis & impreſſis. quidam tamen contendūt inſtituit.

Quod operatur propoſitū in propoſito: operatur oppoſitum in oppoſito: Bartolus.

2. ¶ Si filius[k] ex vncia heres inſtitutus ſit, & ab eo legata data ſint, habeat † & ſubſtitutum:[l] deinde cōmiſſo edicto per aliū filium, accepit partis dimidiæ bonorum poſſeſſionem ſubſtitutus eius: vtrū ex vncia legata præſtat, an verò ex ſemiſſe?[m]

† Quidam hoc incīſum ſuperiori putant præuertendum: hæc vſque ad verbum cōtra quidā delenda putant, vt quæ ſint inepti interpretis: ego aliter cenſeo.

Si filius.] CASVS. Titium filium meum impuberem inſtitui mihi heredem in vna vncia, & ei pupillariter ſubſtitui Seium extraneū: & à dicto meo filio reliqui legata quibuſdā, quæ quidem videntur repetita tacitè à dicto ſuo ſubſtituto: & alium meum filium emancipatum præterij: qui emancipatus vocabatur Gaius: & quendam extraneum nomine Sempronium inſtitui mihi heredem in vndecim vnciis. vnde per prædicta apparet commiſſum eſſe edictū de cōtra tabulas per filium meum prædictū emācipatum prēteritum, & taliter commiſſum dictum edictum, quòd non ſolùm ipſe emancipatus, ſed etiam frater ſuus impubes & heres in vncia inſtitutus poteſt petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas meas. petiit ergo filius impubes bonorum poſſeſſionem contra tabulas: & ita factum eſt quòd dictus extraneus in. xj. vnciis inſtitutus eſt ab hereditate mea excluſus: & impubes & frater ſuus prædictus diuiſerunt hereditatem meam per mediū inter ſe. poſtea deceſſit impubes in pupillari ætate, & ita medietas hereditatis meæ peruenit ad ſubſtitutum impuberis, id eſt ad Seium prædictum. Certè ſubſtitutus prædictus tenetur præſtare legata ab impubere relicta, non pro vncia tantùm in qua fuit inſtitutus impubes, ſed etiam pro medietate hereditatis quam habebat ex perſona impuberis mediante beneficio bonorum poſſeſſionis contra tabulas, ſcilicet illis legatariis qui ſunt de liberis vel parentibus meis teſtatoris, vel ſunt de aliis exceptuatis perſonis quæ ſunt numeratæ. j. *de lega. præſt. bonorum poſſ. contra tab. pen. l. j.* ſed reliquis legatariis præſtabit legata habito reſpectu ad vnciam tantùm in qua impubes inſtitutus fuit. Sed retento eodē caſu pone impuberem à me inſtitutum in. ix. vnciis, & dictum extraneum inſtitutum in tribus vnciis, & commiſſo edicto per dictum fratrem impuberis emancipatum, & à me præteritum accepiſſe dictum impuberem ſex vncias tantùm per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & ita minus quàm prius haberet. Certè ſubſtitutus prædictus impuberis non præſtabit legata aliquibus niſi habito reſpectu ad ſex vncias tantùm, & non ad nouem in quibus fuit impubes inſtitutus. ſicut enim dictum eſt augeri legata à ſubſtituto præſtanda in primo caſu huius. §. ex eo quòd per bonorum poſſ. contra tabu. plus accepit impubes, quàm fuerit illud in quo fuit inſtitutus: ſic & vbi minus accepit per bonorum poſſeſſ. contra tabu. quàm fuerit illud in quo fuit inſtitutus, vt dictum eſt in ſecundo caſu huius. §. debent minui legata. *Viuianus.*

k ¶ *Si filius.* ſcilicet impubes. ¶ & dic quòd pater filium impuberem in vnam vnciam inſtituit: alium emancipatum præteriit: pupillo ſubſtituit pupillariter: & à pupillo legata reliquit. Sed emancipatus rumpit per contra tabu. teſtamentum, & ſic aperuit viam ſuccedendi ab inteſtato etiam pupillo inſtituto, ſicque pupillus ab inteſtato ſuccedit. quæritur, qualiter ipſe vel eius ſubſtitutus dabit legata?

l ¶ *Et ſubſtitutum.* à quo ſaltem tacitè relictum intelligitur repetitum: *vt ſupra titu. ij. l. licet imperator.*

m ¶ *Ex ſemiſſe.* nam non eo minus ſuccedit ex pupillaribus tabulis ſubſtitutus, quòd teſtamentum paternum ſit ruptum: quia hic filius

filius ex testamento succedere valens maluit ab intestato succedere: nec pro eius parte, sed fratris tantum fuit ruptum testamẽtum: *vt supra de vulga. subst. l. ij. §. planè. & l. ex duobus. §. si. & l. seq. & supra de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberibus.*

a ¶*Ex reliquis.* scilicet quinque vnciis.

b ¶*Et parentibus.* & quibusdã aliis coniunctis: *& .j. de lega. præstan. l. j. ij. & iij. Accur.*

c ¶*Institutus.* scilicet impubes à patre, cui est pupillariter substitutus datus. *Accursius.*

d ¶*Bonorum possessione.* vt in primo casu.

e ¶*Deducitur* vt in secũdo. & caue tibi, quia hic. §. nil facit cũ principio huius leg. ¶Item not. hic argumentum* est ad numerũ vnciarum: hereditas tamen totalis nec fit maior nec minor. ¶Item non obstat. *j. ad leg. Falc. l. in quantitate.* vbi non prodest augmentũ nec nocet deminutio legatariis: quia de alio augmento ibi dicit. *& facit ad hunc. §. j. de cõtra tab. l. iij. §. si quis. & l. non putauit. §. si. & l. si ex duobus. & .j. de colla. bono. l. j. & .j. de lega. præstan. l. filium. §. erit. & l. legatus. & .j. e. l. cum patronus. & .j. tit. j. l. cum pater. §. cum existimaret. & .j. eod. l. post emancipationẽ. in prin. & .j. ad leg. Falc. l. in ratione. §. ij. & .j. vbi. pupil. educ. de. l. iij. in fi. & .j. de adopt. l. per adoptionem. Accur.*

Finit liber trigensimus secundus Digestorum seu Pandectarum.

* Vel augentur.

a Legendum augmentum.

Et verius est ex semisse: sed ex vncia, omnibus: ex reliquis,[a] liberis & parentibus.[b] 3. ¶Contra quoque si ex dodrante institutus[c] commisso edicto semissem acceperit bonorum possessionẽ: ex semisse tãtùm legata substitutus debebit. Quo modo enim augetur,* vbi amplius est in bonorum possessione:[d] sic & vbi minus est, deducitur.[e]

Digestorum

seu † Pandectarum Liber trigensimus tertius.

† In indice titul. sic inscribitur, incipit liber quartus de legatis & fideicommissis ex ordine trigensimus tertius.

DE ANNVIS LEGATIS & fideicommissis.

TITVLVS I.

I. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

CVm in annos singulos quid legatum sit, neque adscriptũ quo loco detur: quocunque loco petetur: dari debet: sicuti ex stipulatu aut nomine facto petatur.[f]

Si mora particularis aufert commodum totius partis, obligatio statim ad totale interesse committitur. Bartolus.

II. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

IN annos singulos heres damnatus sinere me frui fũdo:[g] si initio[h] anni quo colere deberẽ, moram fecerit: licèt postea patiatur, quia cultura sim exclusus, tamen totius anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum si diurnas operas Stichi dare damnatus, non à mane, sed à sexta diei hora det,[i] totius diei nomine tenetur.

Legatum annua bima trima die debet præstari per annuas præstationes æquales, nisi alia mens testatoris appareat. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.*

SI legatum sit relictum annua bima trima die, triginta forte:[k] dona* per singulos debentur annos, licèt non fuerit adiectũ, *æquis pẽsionibus.* 1. ¶Proinde & si adiectũ fuerit, *pensionibus*, licèt non sit insertum, *æquis*, itẽ si scriptum fuerit, *æquis*, licèt nõ sit adiectum *pensionibus*: dicendũ erit æquas fieri. 2. ¶Sed si adiectũ sit, *pẽsionibus inæquis*: inæquales debebuntur. Quæ ergo debeantur, videamus. Et puto eas deberi, nisi specialiter[l] testator electionẽ heredi dedit, quas* vir bonus fuerit arbitratus: vt pro facultatibus defuncti, & depositione* patrimonij debeantur. 3. ¶Sed & si fuerit adiectum *viri boni arbitratu*: hoc sequemur, vt pro positione patrimonij sine vexatione[m] & incommodo[n] heredis fiat. 4. ¶Quid si ita *Pensionibus quas putauerat legatarius?* an totũ petere possit, videamus.

* Ex hoc loco & §. pen. appa-ret quid sit annua bima trima dies.

* qui

* dispositione. al. portione, al. positione.

In indice, De annuis & menstruis legatis. Hæc separatum titulũ desiderabant, quod in eis sint propria quædam. nam & plura legata esse existimantur nõ vnũ, & morte finiuntur. Plerunque verò cùm annua aut menstrua dicimus, alimẽta dicimus. At certè non sunt omnia annua, alimenta, nec omnia alimenta, annua: alioquin nihil distaret hic titulus à primo. 34. Cuiac.

CVm in annos.] CASVS. Legaui Titio centum corbes frumẽti in annos singulos, & non dixi in quo loco soluat ei heres meus quolibet anno. Certè tenetur ei soluere heres meus vbi ipse heres habet domiciliũ, & vbi est maior pars hereditatis. quocũque ergo loco de his duobus petat ab eo Titius legatarius, debet ei dare. nã & ita esset si promisissem Titio per stipulationem dictos centũ corbes frumenti singulis annis, vel alio modo essem debitor in dictis centum corbibus frumenti annuis. *Viuianus.*

f ¶*Petatur.* s. iure. Peti[b] autem potest absque fori præscriptione vbi testator voluit, & vbi heres habet domicilium, & vbi est maior pars hereditatis, & vbi cœpit soluere vel respondere: *vt supra de iudi. l. si fideicommissum. in princip. & . §. fin. & l. quamuis. & l. seq. & not. in l. quod legatur. & supra de transact. cum hi. §. causæ. & facit. .j. si cer. peta. l. vinum. Accursius.*

b Legatũ peti potest vbi testator voluit: vel si id non constet, vbi heres habet domicilium, vel vbi maior est pars hæreditatis, vel vbi hæres ipse cœpit soluere aut conuentio sit respõdere.

IN annos.] CASVS. Damnauit heredem suum Titius vt sineret me vti frui fundo Titiano ipsius Titij in singulos annos, id est, reliquit mihi vsumfructum in fundo suo Titiano. heres Titij non permisit me colere dictum fũdum tempore quo debebat coli. certè tenetur mihi ad æstimationem fructuum omnium qui in dicto anno potuissent esse collecti ex fundo si permisisset mihi eum colere eo tempore quo debebat coli. nec prodest ei ad excusationẽ si paratus est permittere me colere postea in eodem anno dictum fundum: quia non permisit ei tempore quo debuit. Et idem est in hoc alio casu. damnauit heredem suum Titius vt daret mihi diurnas operas Stichi serui sui. heres in quodam die Iouis pone, non permisit Stichum venire ad laborandum ad vineam meã in manè, sed misit eum in sexta hora diei. Certè tenetur mihi ad æstimationem totius diei. nam non videtur mihi dedisse aliquid de dicta opera in dicta die, cùm non dederit in mane: nec prodest ei ad excusationem si paratus est dare sequẽti die per totam diem operam dicti serui *Viuianus.*

g ¶*Fundo.* quod[a] perinde est ac si vsusfructus relinqueretur: *vt supra de vsufruct. l. si quis ita. & infra tit. j. l. patrimonij.*

a Vsusfructus legatus intelligitur, cùm hæres iubetur hũc vel illũ sinere frui fundo.

h ¶*Si initio.* igitur in initio anni est soluendum quod dic vt no. *C. quando dies leg. ced. l. j. ad quod est supra loca. si in lege. §. colonus. & de dolo. l. rem quandam.*

i ¶*Det.* id[b] est dare paratus sit in primis sex horis: *vt. j. de ope. liber. l. iij. & facit supra tit. j. l. is qui. & infra ti. j. l. vj. & infra de verb. sign. l. ij. §. j. & de vsuf l. quæsitum.*

b Verba actus pro potentialibus.

SI legatum.] CASVS. Legaui Titio. xxx. libras Bononiæ annua bima trima die æquis pensionibus. certè in quolibet triuni annorum debet habere Titius ab herede meo x. & idem est si non posui in legato dicta verba, æquis pensionibus &c. & idem si dixissem, Lego Titio. xxx. libras Bononiæ annua bima trima die pensionibus. & idem si dixissem, æquis. & non apposuissẽ ibi, pensionibus. nam sẽper habebit. x. quolibet anno. sed si ita dixissẽ, Lego Titio. xxx. annua bima trima die inæquis pensionibus, inæquales pensiones siue partes dabuntur ei quolibet de dictis tribus annis in dictis. xxx. & certè arbitrio boni viri scilicet vt inspiciãtur facultates defuncti, & dispositio eius patrimonij. & idem si expressissem ego testator dandas pensiones Titio arbitrio boni viri. Sed quid si ita dixissem, Lego Titio. xxx. annua bima trima die pensionibus quas putauerit idem legatarius? certè non poterit petere Titius tota. xxx. in primo anno. volui enim fieri portiones de dictis. xxx. per singulos de dictis tribus annis, & posui in arbitrio legatarij solummodo quantitates pensionum. & quod dixi in legatario, idem est in herede, vt si posuissem in dicto legato hæc verba, pensionibus quas putauerit heres, non possit differre heres solutionem dictorum. xxx. vsque ad finem triennij. si autem ita dixissem, Heres meus Titio. x. trima die dato: periende est ac si dixissem annua bima trima die. vnde quod dictum est in. xxx. dicto Titio legatis, erit in dictis decem. [SI CVI CERTA.] Legaui Titio. c. & donec ei præstentur per heredem meum, iussi eidem Titio præstari quolibet anno. x. nomine vsurarum. Certè legatum de. c. valet, & etiam legatum vsurarum prædictarum si est intra legitimum modum vsurarum, alias non. *Viuianus.*

k ¶*Fortè.* sub dubio fortè &c. *vt & . j. de arbi. si duo.* & dic dena, id est[c] decem: *vt & supra titu. secundo. l. si quis in testamento. Accursius.*

c Dena pro decem.

l ¶*Nisi specialiter.* subaudi, maximè, vt apparet per id quod subiicit: sicut & in heredis electione.

m ¶*Sine vexatione.* scilicet magna. *Accursius.*

n ¶*Et incommodo.* intolerabili: *vt infra de verbo signific. l. nepos. Accursius.*

a ¶*In heredis electione*. s. diceremus heredē non posse totā præstationē differre vsq; ad triennij finē. Sic ergo per. l. istā exponuntur leges quæ a dicūt annua bima trima die aliquid soluendū: *vt. C. de rei vxo. act. l. j. §. exactio. & .ī. de pig. ac. si. l. necessarias. §. si annua. & .ī. de pac. dota. aliud. & de contrah. emp. sed Celsus. §. j.* Ac.

a Annua, bima, trima die soluere, quid sit.

Et puto totum non petendū simul: sicut & in heredis electione. a fieri enim pensiones debere testator voluit: quātitates dūtaxat pensionū in arbitrio heredis aut legatarij contulit. 5. ¶ Sed si ita sit legatū, *Heres meus Titio decem trima die dato:* vtrū pensionibus, an verò post trienīū debeatur? Et puto sic accipiendū, quasi paterfamilias de annua bima trima die sensisse proponatur.

Vsura etiam in vltima volutate non potest legitimum modum excedere. Bartolus.

6. ¶ Si cui certa quantitas legetur, & quoad pręstetur, in singulos annos certum aliquid, velut vsuras, b iusserit testator præstari: c legatum valet. sed in vsuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem d vsurarum non excedit.

Legatum annuū pro primo anno est purum: pro sequentibus est conditionale. Bartolus.

IIII. PAVLVS *lib. 62. ad Edictum.*

SI in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus, cuius sententia vera est, plura legata esse ait, & primi anni purum. sequentium conditionale. videri enim hanc inesse conditionem, *si viuat:* & ideò mortuo eo ad heredem legatum non transire. e

Sufficit vltimum, annum esse cœptum, vt legatum annuum pro illo anno transmittatur. Bartolus.

b ¶*Vsuras*. s. certas vt patet: quia dicit certū &c. aliud si nō expressisset certum quid. Vel certam quantitatem: sed simpliciter dixisset vsuras: *vt. ī. de vsufru. l. quod in stipulatione. & .ī. de iu. dot. l. cum post. §. gener. & .j. de verb. oblig. l. triticum. & l. ita stipulatus.*

c ¶*Præstari*. ab herede.

d ¶*Probabilem*. Quis est probabilis b: Respō. *vt. C. de vsur. l. eos.* & sic etiam per testamētum non debetur vsura vltra legitimum modum. *& facit. ī. de vsur. l. placuit.*

b Probabile id est quod per se vel aliis iunctū facit adminiculum. *Salic. in. l. ad probationem. C. de probat.*

SI *in singulos.*] CAS. Legaui Titio decē in singulos annos. certè cuiuslibet anni vnū est legatum, & primi anni est purum legatū: sequētium annorū legata sunt cōditionalia: quia inest conditio, si viuat legatarius. vnde primū transit ad heredem legatarij: sequentia autem nō. quod est notandū. quòd vltimū est verū vbi legatarius antè mortem suam tetigisset de secundo anno, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel de alio. nam tūc bene transmitteret ad heredem suum, vt in casu sequen. *Viuianus.*

e ¶*Nō transire*. secus in aduocatis fisci: *vt. C. de aduoc. diuer. iudic. post duos*. Sed dic, imò cōsonat huic. ¶ Itē qđ dicit hic, verū c est nisi exonerādi heredis gratia fuerit legatū p annos diuisum: *vt. j. quando dies leg. ced. l. nec semel. circa princip. & l. si cū præfinitione in prin. & l. Firmio. §. si. quæ sunt cōtra.* 2. Vel ibi cùm nō causa alimentorū fuit relictū, hîc sic. 3. Vel *in. l. si cum præfinitione*. certū tēpus fuit adiectū. 4. Prima d vera. ¶ Itē secus in stipulatione quàm hic dicat in legato: quia facta stipulatio etiā in singulos annos vna est, nec finitur morte stipulatoris. ¶ Idē in donatione causa mortis: *vt. j. de verb. obliga. l. si Stichū. §. j. & de do. causa mor. l. senatus. §. fina.* & sic e quantum ad præscriptionem temporalem facimus differentiam inter legatum relictum in singulos annos, & stipulationem: licèt. M. & B. inter se discentientes aliter dicant: vt no. *C. de præscrip. xxx. an. l. cum notissimi. §. penul.* ¶ Item facit. *j. quādo. dies leg. ced. l. cùm in annos. & .j. eo. in singulos. & l. cum in annos. & .j. tit. j. l. cum vsusfru. & .j. ad leg. Falci. l. j. § si in annos.* Accursius.

c Id est, ibi vnū fuit legatum, sed præstatio fuit diuisa fauore hæredis.

d Et ita quoq; sentit Bart.

e Præscribatur an alia ratione legatum, & stipulatio in singulos annos: & verū vna præscriptio in illis æquè sufficiat, an verò plures requirantur.

A *Vobis.*] CASVS. Institui mihi quatuor heredes pone: & à duobus ex eis dedi multa legata quibusdam: & postea ita dixi: A vobis quoq; cęteri heredes peto vt vxori meę pręstetis quoad viuet .x. aureos annuos. me mortuo vxor mea vixit per quinque annos, & quatuor menses de sexto anno: & decessit. Certè debent habere heredes sui integrum legatum sexti anni. in initio enim cuiuslibet anni cedit dies annui legati. *& hoc dicit. Viuianus*

f ¶*Deberi*. cedit enim dies hujus legati in initio cujuslibet anni: *vt. j. eo. in singulos.* Sed non videtur deberi nisi pro rata anni sexti: *vt. ī. de vsufru. l. si operas. & l. sed & si quis. §. si operas.* Sol. ibi delicto fuit amissus vsusfructus, scili. capitis deminutione: hic morte. *vt arg. j. eo. l. in singulos. & supra qui. mo. vsusfru. amit. l. j. § si nō mors.* 2. Vel sol. vt ibi. Item facit. *j. de stip. ser. l. seruus communis. §. cum seruum. & C. de aduo. diuer. iudi. post duos. §. his. & .j. eo. l. filia.* ¶ Arg. Contra. *C. de aduo. diuer. iudi. petitionem. §. quando.*

ADDITIO. Pro solutione huius contrarij dic vt dicit glos. quia nihil ad heredem transit: subaudi, nisi salarium illius anni. & not. in *l. post duos. eo. tit. secundum Bart.*

V. MODESTINVS *libro decimo Responsorum.*

A *Vobis quoque cæteri heredes peto, vt vxori meæ præstetis quoad viuet, annuos decem aureos* vxor superuixit marito quinquennio, & quatuor mensibus: Quæro, an heredibus eius sexti anni legatum integrum debeatur. Modestinus respondit, integri sexti anni legatum deberi.

Propter mortem executoris legatum annuum non extinguitur. Bart.

VI. IDEM *libro 1. Responsorum.*

ANnuam pecuniam ad ludos g ciuitati reliquit, quibus præsidere herehes voluit. successores heredū negāt se debere, quasi testator tamdiu præstari voluisset, quamdiu pręsiderent heredes. Quæro igitur, an cū præsidendi mentionē fecerit: ad tempus fideicommissum, an perpetuò præstari voluerit. Modestinus respondit, fideicommissum quotannis perpetuum h reipublicæ præstandum esse.

Dispositio respiciens totam auctoritatem defuncti, non commodum alterius: nō iure actionis sed per officiū iudicis effectui demandatur. Bar.

VII. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

QVintus Mucius ait: Si quis in testamento ita scripsit,

A *Nnuam.*] CASVS. Titius reliquit in suo testamento ciuitati Bononiæ annuas. c. libras Bononiæ causa faciendi curripallium ad porthecam: & roncinū & accipitrem in cassa tacula: cui ludo seu quibus ludis voluit præsidere heredes suos. post mortē huius Titij heredes sui præstiterunt cōmuni Bononiæ. c. libras quolibet anno, pone per quatuor annos: & quolibet anno præfuerunt dicto ludo fieri faciendo: & postea decesserunt. petit in sequenti anno commune Bononiæ ab heredibus dictorum heredum Titij vt dent ei. c. libras causa faciendi dictum ludum. dicunt heredes heredum: Nos non tenemur amplius pręstare. c. quia heredes Titij, quorū heredes sumus, non possunt præsidere ludo, sicut testator præcepit. Certè dicitur hîc quòd nō obstante allegatione heredū debent. c. præstari communi Bononiæ quotānis. i. singulis annis in perpetuum. & ita quamuis morte legatarij pereat annuum legatū, *vt supra. l. prox.* non tamen morte heredis, *vt hîc. Viuianus.*

g ¶*Ad ludos*. sacros, quibus a honestas & verecundia moribus castis seruata perseuerat: *vt. C. de spect. l. j. & de maiuma. l. 1. lib. xi. Azo.* Aliud si ad impudicos. nā tunc nō in perpetuum præstaretur, sed nullo modo, vel in aliud opus reip. expēderetur: *vt. j. de admi. rerum ad ciui. perti. l. legatum. §. fi. Acc.*

a Ludi sacri qui dicantur.

h ¶*In perpetuum*. Plus b ergo est in hoc legato quàm in vsufruct. legato: quia tempore finitur: *vt infra titu. 1. l. vsusfru. municipibus.* secundum R. & facit. *ī. titu. ij. l. ciuitatibus. & infra eod. l. pe. & infra de verb. oblig. l. si Stichum. §. 1. Accursius.*

b Annua pecunia ad ludos relicta, perpetuò debetur: Annuus verò vsusfructus morte finitur, vide tamen Glo. *l. pe. eod. & in. l. si vsusfr. §. ii. prox.*

Q *Vintus.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes duos suos filios, & duas suas filias: & Seium extraneum & Gaium & Martinū dedit tutores dictis suis filiis: quia inpuberes erant: & ita postea subiunxit in testamento, filii filiæque meæ ibi morentur vbi vxor mea eorum mater eos morari volet: eisque filiis & filiabus mois Seius prędictus heres meus in annos singulos, inque pueros puellásque singulas det nomine cibarii aureos. x. Mortuo isto Titio testatore mater dictorum puerorum posuit eos ad standum & ad morandum cum Sempronio. venit nunc Sempronius apud quem collocati sunt pueri, ad Seium heredem & Gaium & Martinum tutores: & petit ab eis decem aureos pro hoc anno pro cibariis dictorum puerorum. dicit Seius heres tutoribus, Accipiatis si vultis decem aureos de hereditate, & date Sempronio. dicunt tutores, Nos nolumus ei aliquid dare. Modò quæritur, nunquid actione ex testamento possit agere Sempronius ad dictos decem aureos? Et dicitur quòd non, vsque illuc, Pomponius &c. & dimitte ibi. & vade infra per viginti quatuor inclusiuè lineas ibi, itaque hæc Quinti Mutij &c. & ibi reepilogat & examinat dicta verba Titij testatoris, filii filiæque meæ ibi morentur &c. & illa, eisque heres meus &c. Et dicit quòd dicta prima verba non pariunt aliquam obligationem: scilicet vt omnimodo teneantur filii ibi morari vbi pater iussit, vel mater ea iussu patris: sed pertinent dicta verba ad conseruandam auctoritatem defuncti. vnde secundum iussionem iudicis debent morari vbi pater iussit, vel mater. ex iussu patris autem non debent morari. Quid enim si iudex cognoscit

gnoscit nunc esse Sodomitas vel adulteratores illos apud quos iussit pater filios suos morari, vel mater ex iussu patris: quod quidem pater nesciebat tempore quo fecit testamentum? Certè non debet permittere iudex apud illos morari. Item dicit ibi, si autem pro cibariis &c. quamuis dictum sit in principio legis quòd Sempronius apud quem filij collocati erant, non potest agere ad decem aureos actione ex testamento contra tutores: tamẽ ita distinguo, aut sunt relicti. x. aurei gratia filiorũ, aut gratia Sempronij prædicti. primo casu potest agere Sempronius cõtra tutores iudicis officio si ipse Sempronius erat bonus homo. gratia autẽ puerorũ semper præsumuntur relicti dicti. x. aurei, nisi contrarium appareat. secundo casu potest agere Sempronius bonus homo existens actione ex testamento. & hoc vsque in finem legis. Modo reuertaris ad versiculum, Pomponius &c. & ibi ponit quædam exempla de iis quæ pertinent ad auctoritatem testatoris, & non ad obligationem, puta institui te solum heredem, & iussi tibi vt faceres mihi monumentũ quòd cõstet centum. Certè potes facere monumentum, si vis. aliàs nõ cogeris. secus si haberes coheredem reteto eodem casu: quia tunc posset te cogere coheres tuus actione familiæ erciscundæ. sed & si tu & coheres tuus paratus sit pro sua parte facere, potest te cogere pro tua. Secundum exemplũ est cum iussi heredi meo vt poneret in municipio imagines. nam non potest cõpelli nisi gratia honoris municipij hoc iussissem. *Viuianus.*

Filij filiæque meæ ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet: eisq.[a] *heres meus in annos singulos, inque pueros puellásque singulas damnas esto dare cibarij nomine aureos decem.* si tutores eam pecuniam dare nolunt ei apud quem pueri atq; puellæ sunt, nihil est quod ex testamento agere possit.[b] Nam ea res eò pertinet, vti tutores sciant quæ voluntas testatoris fuit, vti possint[c] eam pecuniam sine periculo dare. Põponius.[d] In testamentis quædam scribuntur quæ ad auctoritatem dumtaxat scribentis referũtur, nec obligationem pariunt. hæc autem talia sunt, Si te heredem solum instituam, & scribam vti monumẽtum mihi certa pecunia facias. nullam enim obligationem ea scriptura recipit: sed ad auctoritatẽ meã conseruandam poteris, si velis, facere.[e] aliter atque si coherede tibi dato idem scripsero. Nam sique[*] te solum damnauero vti monumentum facias, coheres tuus agere tecũ poterit familiæ erciscundæ vti facias: quoniam interest illius.[f] quin etiam si vtrique iussi estis hoc facere, inuicem actionẽ habebitis.[g] Ad auctoritatem scribentis hoc quoq; pertinet, cùm quis iussit in municipio imagines poni. Nã si nõ honoris municipij gratia id fecisset, sed sua: actio eo nomine nulli competit.[h] Itaque[i] hæc Quinti Mucij scriptura, *Liberi mei ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet:* nullam obligationem parit: sed ad auctoritatem defuncti cõseruandam id pertinebit,

[*] si te solum.

a ¶*Eisque*. hęc est duplex. nam vel filiis, vel illis apud quos debent ali, potest attribui: vt in fine legis. Item potest esse quòd soli filij, vel quòd soli alij, vel etiam tertio quòd filij cum aliis sunt heredes. ¶Item & no. duo præcepta: Vnum vbi debet morari. aliud de alimentis.

b ¶*Agere possit*. ille apud quem erunt, scilicet aliqua actione, sed iudicis oficio: *vt. j. in fine dices. Azo.*

c ¶*Vti possint*. scilicet si velint. sed non compelluntur nisi vt in fine dicet.

d ¶*Pomponius*. circa prædicta clarius respondens, & pręmittens duo similia, primum de monumento: secundum de imagine.

e ¶*Si velis facere*. Imò & pontificiali auctoritate vel iudicis officio est cogendus: *vt. s. de peti here. hereditas. §. fin. & s. famil. ercisc. l. his consequenter. §. sed & si & infra ea. l. in fi. Accursius.*

f ¶*Interest illius*. quia ibi sepeliretur: *vt supra de reli. l. familiaria & leg. sequen.*

g ¶*Habebitis*. scilicet si alteruter vestrum parêre voluerit: alioquin communis[a] culpa[b] poterit opponi agenti: *vt. s. de lega. i. nihil. §. 1. & s. de lega. ij. l. cum pater. §. libertus.*

h ¶*Nulli competit*. etiam si ad eius commodum aliquis sibi præferat. & facit. *j. de priuileg. credi. l. Aufidius.*

i ¶*Itaque*. redit ad primum casum huius legis.

k ¶*Iusserit*. facit. *s. de administ. tut. l. quidam decedens. §. vsque.*

a Communis culpa opponitur agenti.

b Culpa in societate cõfide[..]tatur: & ei ascribitur qui cõmisit. vide *[..]. pinul. §. na[..]m profec. &* *in[..]. si vt certo. §. [..]nc videndum. l. commodati.*

vt vbi iusserit, ibi sint. Nec tamẽ semper voluntas eius aut iussum conseruari debet, veluti si prętor doctus sit nõ expedire pupillum eo morari vbi pater[*] iusserit,[k] propter vitium quod pater fortè ignorauit in eis personis esse apud quas morari iussit. Si autem pro cibariis eorum in annos singulos aurei decem relicti sint: siue hoc sermone[l] significantur apud quos morari mater pupillos voluerit, siue ita acceperimus hunc sermonem, vt ipsis filiis id legatum debeatur:[m] vtile[n] erit. Et magis enim est vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur.[o] Et in omnibus vbi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernẽda, neq; omnimodo obseruanda est: sed interuentu iudicis hæc omnia debent, si non ad turpem causam feruntur, ad effectum perduci.

Legatum in annos singulos est simile legato vsusfr. nisi in tribus quæ hac. l. ponuntur. Bartolus.

VIII. GAIVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

IN singulos annos relictum legatum simile est vsuifructui, cùm morte finiatur.[p] Sanè capitis deminutione non finitur,[q] cũ vsusfructus finiatur. & vsusfructus ita legari potest: *Titio vsumfructum fundi lego: & quotiensque*[*] *capite minutus erit, eundem vsumfructum ei do.*[r] Illud certè amplius est in hoc legato, quòd ingressu cuiuslibet anni, si decesserit legatarius, eius anni legatum heredi suo relinquit: quod in vsufructu non ita est, cum

[*] mater.

[*] Quotiensque pro quotienscunque.

& de confir. tuto. l. vtilitatem. & vbi pupil. edu. de. l. j. Accursius.

l ¶*Hoc sermone*. eisque heres meus in annos &c. vt supra in princ. huius legis.

m ¶*Debeatur*. quod potest præsumi si sunt alij heredes vel etiam coheredes his pueris, & ex annuis cibariis decẽ pro magna parte superabundabit: & sic habet locum actio ex testamento. si autem soli filij, tunc officio[a] iudicis tantùm vel actione ex testamentó, si gratia eorum apud quos morari debent, est relictũ.

n ¶*Vtile*. scilicet visum. *Accursius.*

o ¶*Videatur*. nisi aliud liqueat. *Accur.*

IN *singulos*. CASVS. Legaui Titio cẽtum annua certè istud legatum habet vnam similitudinem cum vsufructu simpliciter legato, & tres dissimilitudines. similitudinem habet cũ vsufructu: quia sicut vsusfructus finitur morte vsufructuarij, ita & dictũ annuum legatum finitur morte legatarij. Prima dissimilitudo est inter ea quòd vsusfructus bene finitur & maxima & media capitis deminutione: annuum autem legatum non finitur. Secunda dissimilitudo est, quia vsusfructus ipotest legari Titio, vsumfructum fundi lego: & quotiescunque capite deminutus sit, eundẽ vsumfructum ei do. quæ quidẽ adiectio in annuo legato nihil operatur: quia annuum legatũ capitis deminutione perire nõ potest, vt dictum est. Tertia dissimilitudo est, quia si vsufructuarius decedat, nihil trãsmittit de vsufructu ad heredem suum etiam si maturis fructibus nõdum perceptis decesserit dictus fructuarius: sed ille qui habet legatũ annuum, si decedat ingressu alicuius anni, puta secundi, vel tertij, vel quarti, vel sequentium, illius anni totum legatum ad heredem suum transmittit. in initio enim cuiuslibet anni cedit dies annui legati. *Viuianus.*

p ¶*Finiatur*. vt & *Institu. de vsufruct. §. finitur. & supra eo. l. si in singulos.* secus in seruitutibus prædialibus: *vt supra quemadmo. ser. amit. le. xij.*

q ¶*Non finitur*. scilicet legatum in singulos annos relictum: quia legatum sequentis anni est aliud legatum: & sic istud habebit legatarius, plura enim sunt legata, & sic in capite cuiuslibet anni inspicitur an sit capax vel non: *vt supra eo. l. si in singulos. & infra eo. cum in annos.* sed secus[c] est in vsufructu cùm legatum est simplex, non in singulos annos. & secundùm hoc expones capitis deminutione, scilicet maxima & media, non minima. & sic est contra. *C. de vsufruct. l. corruptionem.* 2. Vel dic etiam minima si est relictus vsusfructus in singulos annos: secus si simpliciter: quia tunc non minima, vt ibi. 3. Vel dic secundùm iura[d] vetera vt quocunque modo relictus, scilicet vel simpliciter vel in singulos annos, pereat capi. dem. etiam minima: hodie secus vt. d. le. corruptionem.

r ¶*Ei do*. vt & *supra, quib. mo. vsusfru. amit. le. si cum. & l. repeti. in princ.* ¶& secundùm R. hoc casu videtur perpetuo[e] relictum si ciuitati vel tẽplo sic relinquitur, nisi[f] aratrũ patiatur: *vt. s. quib.*

a Officium iudicis non esse actionem hinc colligunt, de quo vide Doctores, *Instit. de actionib. in pr.*

b Vsusfructus morte finitur: at non seruitutes prædiales.

c *l. si fructuarius. 13. s. quibus modis vsusfructus.* adde Romanum *singul. 70.* vbi notat Annuum legatum pro eo anno quo moritur legatarius ad hęredes trãsmitti: aliud esse in vsufructu.

d Vsusfructus qua capitis deminutione pereat.

e Ciuitati legari ita potest, si capite minuta non erit quo casu perpetuũ erit legatum, nisi aratrum patiatur.

f Aratri inductione ciuitates quasi capitis minutionẽ patiuntur.

mo. vsusfru. amit. l. si vsusfru. sed certè imò & alio modo potest finiri: vt ibi no. *Accursius.*

a ¶*Non relinquat.* vt *& not. Instit. de re. diui. §. is vero.* ¶Et not. in princ. huius legis vnam[a] conuenientiam: quia vtrunque morte naturali finitur. postea tres differentias. prima cùm dicit, sanè &c. secunda cùm dicit, & vsusfruct. &c. tertia cùm dicit, illud certè. & facit ad legem *istam supra quibus. mod. vsusfruct. amit. l. si vsusfruct. meus. & supra de vsufruct. l. si quis ita. & l. defuncta. & j. tit. j. l. patrimony. & infra ad leg. Falcid. l. pœnales. in prin. & supra de capi. dimi. l. legatum. & Cod. quando dies leg. ce. l. prim. & supra de euictio. le. si rem quam. §. finali. & supra si vsusfruct. peta. l. vsusfrui. §. fin. & supra e. l. à vobis. & infra eod. l. codicillis. & infra titu. j. le. habitationis. & l. licet. & le. generali.* Accursius.

a In annos singulos legati & vsusfructus vna similitudo: tres differentiæ.

fructuarius etiam si maturis fructibus nondum tamé perceptis decesserit, heredi suo eos fructus non relinquet.[a]

Etiam res pignerata potest capi ex primo decreto. Bartolus.

IX. PAPINIANVS *lib. 7. Responsorum.*

FVndus, quem paterfamiliâs libertis legatorum nomine quæ in annos singulos reliquit, pignus† esse voluit: ex causa fideicommissi rei seruandæ gratia rectè petetur.[b] Paulus notat:[c] hoc admittendum est & in aliis rebus hereditariis, vt & in eas legatarius mittatur.[d]

† Pignorare fundum videtur, qui quid legat super hoc vel illo fundo. Paria sunt enim, legare aliquid super fundo, & fundum obligare. *adde l. codicillis. §. instituta. ȝ. de leg. 2.*

Legatum relictum ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam. Bartolus.

X. IDEM *libro octauo Responsorum.*

SEio amico † fidelissimo, si voluerit, sicut meis[e] negotiis interueniebat, eodem modo filiorum meorum interuenire: annos senos aureos, & habitationem qua vtitur, præstari volo.* Non ideo minus annua Seio pro parte hereditaria viuentis[f] filiæ deberi placuit, quòd ex tribus filiis Titiæ duo aliis heredibus institutis vita decesserunt: cùm tam labor quàm pecunia diuisionem reciperent.

† Amicos rebus nostris & nostrorum adhibere solemus. v. plura de amicitia apud Tiraquellum *tract. de pœn. tēp. per. caus. 22. nu. 47. adde. l. amicissimos. ȝ. de excusation. l. secundū. ȝ. de vsuris.*

FVndus.] CASVS. Duobus meis libertis legaui centum corbes vini, & cētum frumenti in annos singulos, & iussi quod pro his legatis consequendis ab herede meo haberent in pignore fundum meum Titianum. Me mortuo petebant dicti liberti ab herede meo vt caueret eis cū satisdatione de præstandis eis dictis legatis quolibet anno; & heres noluit satisdare. Certè possunt & debēt dicti liberti legatarij mitti in possessionem dicti fundi Titiani, & aliarum rerum hereditariarum causa rei seruandæ, id est legatorum seruandorum. & hoc dicit. *Viuianus.*

b *Petetur.* vt *& supra de transact. l. cum hi. §. si vna.* nam testamēto potest constitui pignus: *vt & ȝ. de pigne. actio. l. non est. & Co. communia de leg. l. j.*

c ¶*Paulus notat.* s.[b] esse verum quod dictum est. 2. Vel dic notat, scilicet infra scripta. i. notabiliter dicit. *Accursius.*

b Notare pro commendare.

d ¶*Mittatur.* si[c] non satisdetur. quinimò etiam in res heredis post sex menses: *vt. C. vt in pos. leg. l. certa.* cùm enim sit conditionale huiusmodi legatum, quo ad sequentes annos debet satisdari: *vt. j. ad leg. Falci. l. j. §. si in annos.* Accusius.

c Legatarius mitti potest in possessionē rerum hæreditariarum si ei nō satisdetur: Imò & in res hæredis post sex menses.

SEio amico.] CASVS. Titia habebat vnum suum bonum amicum qui vocabatur Seius: cui Seio ipsa concesserat vnam suam domum ad habitandum, quia ipse multum bene se habebat circa negotia sua Titię. Item habebat hęc Titia tres filios: scilicet vnam fœminam, & duos masculos hæc Titia fecit testamentum, & instituit sibi heredes dictos suos filios, & filiam. & ita postea locuta fuit, Seio amico fidelissimo volo præstari annuos senos aureos, & habitationem qua vtitur, si ipse voluerit interuenire negotiis filiorum meorum eodem modo sicut interueniebat meis negotiis. Mortua postea hac Titia ambo filij sui masculi decesserunt, & ita per casum mortis factum est quo minus dictus Seius posit interuenire negotiis omnium trium filiorum Titiæ testatricis. petit nunc Seius tertiam partem dictorum legatorum, dicens se paratum interesse negotiis filiæ Titiæ quæ viuit. filia Titiæ viuens dicit quòd non tenetur ei præstare: quia testatrix legauit ei sub conditione si interueniret negotiis filiorum suorum qui erant tres. nunc autem non est nisi vna: ergo non potest interuenire negotiis omnium, sicut testatrix videtur voluisse. ergo non adimplet conditionem: ergo non potest habere legatum pro aliqua parte. sed certè ipsa malè allegat: quia conditio adimplenda per Seium, bene recipit diuisionem, & pecunia legata eidem Seio bene recipit diuisionem. vnde bonum est quòd pro ea parte qua potest adimplere & adimplet conditionem, pro ea habeat legatū. [MEDICO.] Legaui medico Sēpronio ea quæ viuus ei præstabā. certè ea videor ei reliquisse quæ ei singulis annis præstare solitus eram: & perpetuam quasi præstationem habebit: puta quia ei dabam vel mittebam quolibet anno quatuor libras piperis in natiuitate, eo quòd ipse videbat vrinam meam cùm patiebar, & dabat mihi cōsilium. si autem inuitabam eum quandoque ad comedendum mecū, vel si mittebam ei quandoque vnum ferculū, hoc non videor ei legasse. [VXORI.] Legaui vxori meæ aureos. c. præter id quòd à me viuo annui nomine accipiebat. dabam enim ei fortè quolibet anno vnam gonellam. nunquid ei legasse vídeor c. aureos annuos, & vnam gonellam annuā? Et dicitur quòd non, imò semel tantùm centum aureos, & annuā vnam gonellam. [LIBERTIS DARI.] Habebam libertos quibus præstabam habitationem: & cùm vnus eorum esset meus actor siue castaldus, & alter esset medicus, præstabam castaldo sumptus pro iumentis meis quę custodiebat: & præstabam medico sumptum quem sumptum accipiebat medicus vt me & filiam meam curaret. feci ego patronus testamentum, & ita in eo dixi, Libertis meis dari volo ea quæ viuus præstabā. Certè debetur ei habitatio, non autem dictus sumptus iumentorum vel medicamentorum. *& hoc dicit hic. §. Viuianus.*

Dictum generale ad extraordinaria non refertur. Bartolus.

1. ¶*Medico Sempronio quæ viua præstabam, dari volo.* Ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.[g]

Dictio præter, ponitur inclusiuè quando cadit inter res separatas quarum vna non comprehendit aliam. Bartolus.

2. ¶*Vxori præter id quod à me viuo*[h] *annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo.* Annuum[i] videtur, & semel centū[k] aureos reliquisse.

Si testator legat quod viuus præstabat: ea sola debentur, quæ legatarij causa præstabantur. Bartolus.

3. ¶*Libertis dari volo quæ viua*[l] *præstabam.* Et habitatio præstabitur.[m] sumptus iumentorum nō debebitur, quem actori[n] domina præstare solita fuit vtilitatis suæ causa. ideò nec sumptum medicamentorum medicus libertus rectè petet: quem vt pa-

e ¶*Meis.* scilicet Titię testatricis. & sic apparet quòd filiorum gratia fuit cōditio apposita. *Accursius.*

f ¶*Viuentis.* non etiam morientium: quia in eorum vtilitatem fuit cōditio apposita, vt in princ. legis paret: & quia etiam in eorū persona conditio casu solummodo fortuito deficiebat: *vt. j. de cōdi. & demon. l. in testamento. & l. cùm ita datur.* Et sic non obstat contrarium *C. de insti. & substi. l. j. & infra. eo. l. Mauia.* vbi non per casum. ¶Itē nec *C. de lega. l. j.* vbi non contemplatione heredum. Vel dic, refert an hic Seius adhuc non cœperat gerere: & tunc indistinctè deficit, cuiuscūque causa cōditio inserta. an verò cœperat: & tunc distinguitur, an impediatur casu: vt & tunc deficiat: aliàs secus si nō casu: *vt. j. de condi. & demon. l. illis libertis.* & secundùm hoc in *l. C. de leg. l. j.* cœperant iam morari. prima placet. ¶Item nota quod hic casus in aliquo nocet Seio: in aliquo prodest. nocet[a] in partibus defunctorum. nam licèt non stet per eum, & sic habere debet: *vt. j. eo. Mauia.* nocet ei casus. at prodest vt non toto legato careat, licet non totam conditionem impleat: quod aliàs noceret: *vt. j. de condi. & demon. l. qui duobus.* scilicet quia staret per eū. ¶Itē contra. *ȝ. de condit. inser. l. legatum.* ¶Item contra *j. de adi. leg. l. Gaio. §. j. & l. Stichus. §. fi.* Sed ex supradictis apparet solutio. & facit ad legem istam. *C. de lega. le. j.* Item facit. *j. de condit. & demon. l. pe. §. j. & ij. & j. tit. j. l. cui. & j. eo. l. annua.* & distingue vt no. *C. de inst. & subst. l. j. Accursius.*

a Casus legatario interdū nocet, interdum non nocet.

g ¶*Habuerunt.* vt vna comestio, vel par gallinarum, & similia. hæc enim non debentur: *vt arg. infra tit. j. Sempronio. & supra tit. j. qui saltum. & infra eo. §. fi.*

h ¶*A me viuo.* aliàs à me viuo: aliàs à Mæuio.

i ¶*Annuum.* scilicet quod præstatur à Mæuio.

k ¶*Et semel centum.* facit. *ȝ. de acti. emp. si venditor hominis. & infra de dote prælega. l. Seia.* Nec est contra. *C. de lega. l. j* quia ibi apparet esse aliud ex voluntate defuncti.

l ¶*Viua.* aliàs viuus.

m ¶*Præstabitur.* vt *& infra tit. j. l. Sempronio. & supra ea. l. §. medico. Accursius.*

n ¶*Actori.* i.[b] castaldioni quondā seruo. ¶sic ergo[c] ex superueniēti dignitate, i. libertate aliquid immutatur. *sic. ȝ. de procur. l. filiusfamil. §. fi. & l. aut. & l. vel hereditas. & ȝ. de adop. l. in omni.*

b Actor pro Castaldione.

c Superueniente dignitatis causa aliquid immutatur.

Acceptabat.

a ¶ *Acceptabat*.cùm erat seruus. Accur.

C*Vm in annos*.] CASVS. Legaui Titio.c.in singulos annos.certè cuiuslibet anni est vnum legatum, & sic plura sunt legata: & in principio cuiuslibet anni debet inspici vtrum Titius legatarius sit capax, vel non. & si sit capax, consequetur legatum: aliàs non. Idem est si legaui Sticho seruo Titij c.in singulos annos.nam in principio cuiuslibet anni debet inspici vtrum Titius dominus sit capax, vel non.& si sit capax, consequitur legatum seruo suo relictum: aliàs non. *& h. d.* Viuianus.

a Legatum in in annos singulos plura legata, hoc est tot, quot anni fiunt, legata continet.

tronam, eiúsque familiam curaret, acceptabat.[a]

XI. PAVLVS *libro vicesimoprimo Quæstionum.*

CVm in annos singulos legetur, plura legata esse placet:[b] & per singula legata ius capiendi inspicietur. idem in seruo inspiciendum est ex persona dominorum.[c]

Annua præstatio fienda ex reditu certæ rei, finitur morte legatarij. Bartolus.

b ¶ *Placet*.dic[a] vt no. *s.eo.l.si singulos.*

c ¶ *Dominorum*. vt *& s.de lega.ij.l.debitor.§.fin.& j.quando dies leg ced.cùm in annos.* Item ex sua: *vt eo.titu.l.Firmio.§.j.* Accursius.

XII. IDEM *libro tertiodecimo Responsorum.*

GAius Seius prædia diuersis pagis [d] Mæuiæ & Seiæ [e] legauit, & ita cauit: *Præstari autem volo ex prædiis Potitianis prædiis Lutatianis annua harundinis milia trecena & salicis mundæ annua librarum singula[f] milia.*[g] Quæro an id legatū[h] defuncta legataria extinctum sit. Paulus respondit, seruitutem iure constitutam nō videri neque in personam,[i] ne-

G*Aius*] CASVS. Gaius Seius habens prædia Potitiana ad burgum Panicalis, & habēs prædia Lutatiana ad sanctam Mariam in monte, legauit Mæuiæ dicta prædia Potitiana, & Seiæ dicta prædia Luciana, & postea ita dixit: Præstari autē volo ex prædiis Potitianis, prædiis Lutatianis annua arundinis milia.ccc.& salicis mūdæ annua librarum singula milia, causa releuandi fortè multas vineas quæ erant in dictis prædiis Lutatianis. Mortuo dicto Gaio Seio, Mæuia q̄ habebat prædia Potitiana, præstitit per tres annos pone dictas arundines & salices Seiæ quæ habebat prædia Luciana. postea decessit dicta Seia, quæ habebat prædia Lutatiana, quibus debebāt dari dictæ arūdines & salices. quæritur, nunquid extinctum sit dictum legatum annuæ arundinis & salicis? Et dicitur quòd sic, quia annuum fuit legatum, cuius petitio competebat Seiæ: non autem fuit seruitus in rem vel in personam. si autem fuisset seruitus in rem, id est constituta prædiis Lucianis in prædiis Pontianis, non finiretur morte legatariæ: sed si fuisset in personam, bene finiretur. *& h.d.* Viuian.

d ¶ *Pagis*.aliàs plagis.aliàs pagis, id est contratis vel villis.

e ¶ *Et Seia*. sc. vnum vni, alterum alteri: puta Pontiana Mæuiæ, Luciana Seiæ, secundum R. & sic sunt omnia plana. Sed Ioan. dicit Luciana his fœminis relicta: & Titio cuidam Pontiana: ex quibus Pontianis voluit fieri huiusmodi præstationes.

f ¶ *Singula*.i.omni anno. Accur.

g ¶ *Milia*.id est mille librarum.id est libratarum. i. certæ mensuræ duodecim pedum: cùm & libra duodecim vnciarum dicitur.

h ¶ *An id legatum*.s.annuæ præstationis, secundùm R. 2. Vel dic prædiorum Titio relictorum vt solueret annuam quantitatē. nam cùm annua solutio sit extincta, & legatum Titio extinctum videbatur. quod remouet, secundùm Ioan.

b Præstationis annuæ non habens ius nō seruitutis, sed personalem tantū actionē habere intelligitur. a l. de G's. & qd ibi dixi ad l. ii.j. de alimentis.

i ¶ *Neque in personam*.s.Seiæ dominantis, quam infra vocat legatariam. 2. Vel dic in personam Mæuiæ seruientis. 3. Vel ideò dicit non in personam, scilicet vt sit vsusfruc. tum quia prædia prædiis dari dicit: tum quia Seia cui annuum soluebatur, non poterat per se percipere: *vt.j.tit.j.l.fundi.& l.patrimonij. & supra de vsufru.l.defuncta.§.fin.& sic non obstat.s.de seruit.rusti.prædi.l.item. & l.veluti. quæ est contra.* & hoc etiam apparet ex eo quòd dicit præstari volo: ex[b] quo verbo non constitui seruitutem liquet: quia si sit seruitus, percipere potius potest quàm præstationem ab alio expectare per personalem actionem: vt in prædictis legibus dicitur.

c Seruitutes reales cū quadam perpetuitate cōstituūtur.

d Obligationis personalis & seruitutis differentia.

k ¶ *Neque in rem*.scilicet propter illam annuam commemorationem: & quoniam cum[c] quadam perpetuitate annui huiusmodi seruitutes reales constituuntur: *vt supra de ser.l.iij.* numerus enim iste.xxx.milia &c. ostendit quòd potius[d] obligatio personalis quàm seruitus constituatur: quia seruitus[e] vera nullam certam quantitatem sed magis sufficientiam seu integritatem exposcit.

e Seruitus vera nullam certā quantitatē, sed magis sufficiētiā seu integritatē exposcit.

¶ Illud quæro, an prædia Pontitiana sint obligata ob talem præstationem: quod hic non dicit. videtur tamen quòd non: *vt supra titu.j.l.quidam testamento.in princip.* nisi[a] fortè pro alimentis: *vt infra de alimen.lega.l.Lucius.& l.ij.& supra de vsufruct. habitenus.*

a v. quæ notaui ad Gl. l. xx. j. hoc tit. l. Lucius ij. j. de alimentis.

l ¶ *Fideicommissi*. sc. annuæ præstationis. & dic ei, scilicet Seiæ per actionem scilicet personalem ex testamento donec viuit, non vltra: vt in fine. 2. Sed Ioan. dicit fideicommissi prædiorum Titio relictorum. & dic ei Titio etiam post mortem Seiæ & Mæuiæ. Sed contra eū est, quia dicit prædia Luciana: nam debet dicere Pontiana. Vel si diceret de fideicommiss. annuæ præstationis, deberet secundùm eum dicere, eis quibus, in numero plurali. Dic ergo secundùm R. vt prius dixi.

in rem:[k] sed fideicommissi[l] petitionem cōpetisse ei cui prædia Lutatiana legata sunt: & ideò cùm annua legata fuerint, mortua legataria[m] finitum legatum videri. †

† al. non videri. ita quoque quidam legūt vt notat hic Bart.

Conditio quæ pendet ex potestate legatarij, & alterius: si ex facto alterius impediatur sine legatarij culpa, habetur pro impleta. Bartolus.

XIII. SCÆVOLA *libro quarto Responsorum.*

MÆuia nepotem ex Mæuio puberem[n] heredem instituit, & Lucio Titio ita legauit: *Lucio[o] Titio viro bono, cuius obsequio gratias ago, dari volo annuos, quamdiu viuat, aureos decem, si rebus nepotis mei interueniat, omnémque administrationem rerum nepotis mei ad sollicitudinem suam reuocauerit* Quæro, cùm Lucius Titius aliquo tempore Mæuij negotia[p] gesserit, & per eum non stet quo minus gerat, Publius

m ¶ *Legataria*. annuæ[b] præstationis, & non prædiorum: *vt.s.titu.j.l.pater.§.Tusculanus. & de leg.j.l.si fundus.§.Iuliani.*

b Legataria annuæ præstationis, cui nimirū debebatur annua præstatio mortua, interit legatū.

M*Aeuia*.] CASVS. Mæuia habēs nepotem Mæuium ex filio suo Mæuio, dictum suum nepotem heredem instituit, & Lucio Titio ita legauit, Lucio Titio dari volo annuos aureos.x.si rebus nepotis mei interueniat, omnémque administrationem rerum eius ad suam sollicitudinem reuocauerit. Mortua Mæuia Lucius Titius gessit negotia dicti nepotis per duos annos pone, & percepit ab eo omni anno decem aureos. postea dictus nepos prohibuit Lucium Titium administrare negotia sua pro sequentibus annis, & nolebat ei dare.x.aureos amplius, & ita non remanet per Lucium Titium quo minus administraret. quæritur, vtrum debeat consequi quolibet anno fideicommissum de.x? Et dicitur quòd sic, nisi nepos remouisset eum à negotiis suis propter fraudem ipsius Lucij Titij, quam committebat in administrando negotia dicti nepotis Mæuię: vel nisi interueniat alia iusta causa ad improbandum operam dicti Lucij Titij. [VXORE.] Dominus Ioseph instituit sibi heredem vxorem suam: & ita cauit postea in testamento, Libertis meis omnibus alimentorum nomine singulis annis denarios.xij. ab vxore mea, quam institui heredem, dari volo si ab ea non recesserint. Mortuo testatore vxor prædicta assiduè volebat exire ciuitatem, & secum libertos ducere: & liberti dicebant ei, Dominus Ioseph non solebat tantùm & toties ciuitatē exire: vnde no nolumus toties te sequi. & nihilominus volumus legata nostra. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quòd hoc debet committi ad arbitrium boni viri: & ipse æstimabit vtrum vxor habeat iustam causam toties proficiscendi extra ciuitatē: vt tunc liberti teneantur eam sequi, & aliàs non habeant legata. aut non habeat iustam causam, & tunc nihilominus habeant liberti legata, quāuis eam non sequantur. Sed quid si ipsa habeat iustam causam proficiscendi extra ciuitatem, & liberti noluerint eam sequi ea ratione quia ipsa nihil amplius eis offert quàm sit in legato eorum annuo? nunquid debent legata eorum annua consequi? Et certè committitur hoc similiter arbitrio boni viri, vt videat vtrū ipsa velit proficisci in tam loginquas partes, quòd non sufficiant libertis eam sequentibus legata eis relicta pro dispendio: & tunc non teneantur eam sequi, nisi ipsa det eis plus quàm sit in eorum legatis annuis, & quod sufficiat eis ad perficiendas excursiones cū ea quæ vult proficisci, ita propè quòd ad faciendum dispendium in itinere bene sufficiunt libertis eorum legata: & tunc teneantur eam sequi, etiam si ipsa non det eis amplius quàm sit in eorum legatis. & si tunc eam non sequantur, legata eis relictā annua consequi non possunt. *& h.d.* Viuian.

n ¶ *Puberem*.aliàs puberem, aliàs impuberem. & vocatur Mæuius: vt.j.patet ibi, quæro &c.& hîc in principio.

o ¶ *Lucio*.cuidam extraneo. Accur.

p ¶ *Mæuij negotia*.s.nepotis.idem si nunquam, sed non stetit per eum: vt subiicit, *& C.de condit.inser.si ea.& infra de condi.& demon.leg.iure.& l.si quis ita & s.de leg.iij.leg.qui concubinam.§.vxori.& j.quando dies leg.ced.l.v.§.item si qua. & j.de alimen.*

*lega.l.Gaio.§.j.& l.Stichus.§.fi.& j.de condi.& demon.l.vt testamento.& C.de institu.& substitu.l.j.& ij.& ʒ.de lega.ij.l.Titia.§.si ea.& ʒ.commoda.l.si vt certò.§.abesse.*Accursius.

a ¶ *Nolit eum administrare.* secus si staret per casum fortuitum: *vt.ʒ.eo.l.Seio.in princ.& j.eo.l.annua.*

autem Mæuius nolit eum administrare: a an fideicommissum præstari debeat. Respondi, si † non propter fraudem, aliámve quam iustam causam improbandæ operæ causa remotus esset à negotiis quæ administrare secundum defuncti voluntatem vellet, percepturum legatum.

Qui tenetur cum alio morari, non tenetur eum simpliciter sequi: sed hoc declarabitur boni viri arbitrio. Bart.

1. ¶ Vxore herede scripta ita cauit: *Libertis meis omnibus alimentorum nomine singulis annos denarios duodecim ab herede dari volo, si ab vxore mea nõ recesserint.* b Quæro, cùm paterfamiliâs sua voluntate de ciuitate difficilè c profectus sit, ea autem assiduè proficiscatur: an liberti cum ea proficisci debeant. Respondi, nõ posse absolutè responderi, cùm multa oriri possint quæ pro bono sint æstimanda: *ideóque huiusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est. Item quæritur, cùm proficiscens eis nihil amplius d obtulerit, ac per hoc eam secuti non sint, an legatum debeatur. Respondit & hoc ex longinquis e breuibúsque excursionibus, & modo f legati æstimandum esse.

Fauore alimentorum valet legatum incertum. Bart.

XIIII. VLPIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

SI cui annuum fuerit relictum sine adiectione summæ, nihil videri huic adscriptum Mela ait: sed est verior Neruæ sententia, quod testator præstare solitus fuerat, g id videri relictum. si minus, ex dignitate personæ statui oportebit.

b ¶ *Non recesserint.* ex hoc oritur quæstio. Accursius.

c ¶ *Difficile.* id est, rarò. & sic cogitabat facturam vxorem, vt allegant liberti. Accur.

d ¶ *Nihil amplius.* aliàs amplius, scilicet propter hoc quòd eos secum duceret dare voluit. & aliàs nihil magis: & aliàs nihilominus: & tunc dic, id est, magis. *sic.C.de iuris & facti igno.l.non idcirco.* Accursius.

e ¶ *Ex longinquis.* sic *ʒ.de indi.l.si longius.in prin.& §.j.& l.sed & si susceperit.§.j.& j.de ope.lib.l.quod nisi.§.j.* ¶ Item est attendendum cuius contemplatione est dictum, vt ab ea non recedant: *vt.j.de condi.& demon.l.illis.& facit.ʒ.titu.j.l.qui concubinam.§.pen.*

ADDITIO. Quærit hîc Bar. an vxor a teneatur sequi virum peregrinantem? Respon. secundum eundem Bart. quòd si vir incipiat peregrinari per mundum, non tenetur virum sequi, *arg huius.l.& l.quod nisi.§.j.j.de ope.liber.* nisi tempore quo ipsa duxit eum in virum, cõditionem suam sciebat. tunc enim videtur in eum cum illis conditionibus consensisse, considerata qualitate personæ: *vt.l.plenum.§.equitij.ʒ.de vsu & habita.C.de spon.l.fin.circa medium.& l.promittendo.§.pen.de iure do.* ¶ Sed si esset quædam peregrinatio modica & honesta, tùc tenetur ipsa virum sequi, *arg.huius l.& glo.extra de coniug.lepro.cap.j.*

f ¶ *Modo,* id est, quantitate *sic.ʒ.de transac.l.cum his.§.modius.*

S*I cui annuum.*] CASVS. Legaui Titio annua alimenta pone: & non adieci aliquam summam. certè id videor ei reliquisse quod ego eram solitus præstare in vita mea. si autem non eram solitus aliquid ei præstare, ex dignitate personæ Titij legatarij statui oportebit illud quod debeat ei dari quolibet anno pro alimentis.

g ¶ *Solitus fuerit.* Consuetudo b patrisfamiliâs attenditur. *sic.ʒ.de lega.j.l.si seruus plurium.§.fi.& de pig.act.l.vel vniuersorum.& ʒ.tit.j.l.cum quæreretur.§.lana.& l.nummis.& ʒ.eo.Seio.§.j.& fin.* ¶ Itẽ & dignitas c legatarij, vt subiicit: *vt.ʒ.de iudi.sed & si susceperit.§.j.& ʒ de leg.j.l.si seruus plurium.§.fin* & charitas: *vt.j.de adi.leg.l.cum alimenta.* ¶ Et no. quòd hoc locum habet in alimentis legatis indubitanter: vt licèt d incertum, valeat tamen: *vt.d.l.cum alimenta.* & in simili e pia causa: *vt & ʒ.de leg.ij.l.quidam.& ʒ.tit.j.l.Stichus.* & sic lex ista potest loqui. 2 Alij dicunt in omni annuo relicto quantumcumque incerto, vt valeat fauore vltimæ voluntatis: *vt hîc, & arg.ʒ.titu.j.l.ij.* Nec obstat. *ʒ.de iur.dot.cum post.§.gener.* quia possumus dicere quòd ibi non erat annuum. in contractibus autem inter viuos constat non valere: *vt.d.§.gener.& j.de verb.obli.l.triticum.& l.ita stipulatus.in prin.* Accursius.

E*Vm qui.*] CASVS. Titium heredem meũ rogaui, vt daret Seio centum post. x. annos à tempore mortis meæ numerandos, heres autem soluit non transacto adhuc quinquennio pone. nunquid est liberatus? Et distinguitur hîc. aut reliquit fideicõmissum prædictum post diem propter legatarij personam, puta quia rem familiarem suam poterat tueri: quia erat fortè pupillus. aut propter commodum heredis. scilicet vt ipse heres sentiret commodum medij temporis. Primo casu si soluit ante tempus, & legatarius amisit legatum, & baratauit propter suam facilitatem, non est liberatus heres. Secundo casu est liberatus. Viuianus.

† Remotus ab officio ppter culpam, priuatur legato suo, vt hinc colligitur, adde Bartolum & Baldum in. l. quid autem.37. ʒ.de excusa. tut.

a Vxor sequi maritum peregrinantem an cogatur.

*Huic sententiæ congruit quod præclarè ait Cic. *in orat. pro Cn. Plan.* non semper easdem sententias ab iisdem, sed quascunq; reipub. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ postularet, esse defendendas.

b Consuetudo patrisfamilias in præstitis alimentis spectatur.

c Dignitas legatarij in præstandis illi alimentis spectatur.

d Incerta quantitas alimentorum legata, alimentorum legatum nõ vitiat. idem dicitur in legato ad pias causas. *Glossa in l.quidam.ʒ.de leg.2.* vel j.eo. *vide Tiraquellũ priuilegio 33. piæ causæ.* aliàs nõ valet legatum incertum ratione summæ.

e Pia causa dicitur, quæ ad hominis vitã fouendam & sustinendam facit *vide & adde Tiraquellum in tract. piæ causæ. in princ.*

Si dilatio apponitur gratia legatarij non potest ei solui ante: secus si gratia heredis. Bart.

XV. VALENS *libro septimo* * *Fideicommissorum.*

EVm qui h rogatus post decẽ annos restituere pecuniam, ante diem restituerat, respõdit, si propter capientis personã, quòd rem familiarem tueri nõ posset, in diem fideicõmissum relictum probaretur, & perdituro i ei id heres ante diem restituisset: nullo modo k liberatum esse. Quòd si tempus heredis causa l prorogatum esset, vt commodum medij temporis ipse sentiret: liberatum eum intellegi. nam & plus eum præstitisse, quàm debuisset.

Legatum annuum relictum seruo à domino, debetur tempore seruitutis & libertatis. Bart.

XVI. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

a ¶ *Minus annui.* quia fortè antè annum à morte patris nupsit
b ¶ *Fuisset.* expletus, & in viduitate.
c ¶ *Tamen deberi.* tota cẽtum: *vt s. eo. l. à vobis & fac. C. de in-*

a Testimoniũ paternũ excusat tutorem.
b Tutori testamẽtario remittitur satisdatio rem pupilli saluum fore.
† Executor testamenti satisdare nõ cogitur vide l. diu. j. si cui plus quã per legem.
c Præsumitur nemo fidem ei habere, quem facultatibus lapsũ esse sciat.
d Procuratorẽ tacitè reuocatum intelligi si facultatibus labatur hoc ex loco colligit Bart. adde Dynum in l. si cum Cornelius j. de solutionibus.
a Fiduciarius tutor fratris, frater natu maior.
† Nihil hic mutãdum, sed ita dispũgẽdũ putauit post verbũ proponerentur.
b Fiduciaria tutela finitur morte tutoris.
c Pubertatis appellatione omnis tutelæ significatur terminus.

dic.vidui. l.fi.§.*sed quia.* & .j.*quando di.leg.ce.l.nec semel.* Acc.

C*Vm quidam.*] CASVS. In testamento meo iussi heredi meo, vt die natalis mei diuideret inter decuriones Bononiæ centũ libras de hereditate mea. Certe quolibet anno in perpetuũ debet heres meus diuidere inter decuriones centum libras in simili die qua ego nat⁹ fui. Quidam autem dicebant, & malè, quòd vno tantum anno deberet dare Viuia.

CVm quidam decurionibus diuisiones [a] dari voluisset die natalis [b] sui, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, nõ esse verisimile, testatorem de vno anno sensisse, sed de perpetuo [c] legato.

Tantum est dicere, per quadriennium, quantum, singulis quadrienniis. eadem ratione tantum est dicere, per annum, quantum singulis annis. Bart.

a ¶ *Diuisiones.* id est, aliquid inter eos diuidendum. *sic supra de lega.j.l.ciuitatibus.*

b ¶ *Natalis.* i. tali die quali natus fuit. *sic. C. de fer.l.omnes.* vel die quali decessit, quasi [a] nunc nascatur ad gloriam, vt fit de natiuitate sanctorum.

a v. Romanum singulari 32. vbi notat eam ob causam ferias illis dicari tã mortis quàm natiuitatis die.

c ¶ *Perpetuo.* sic ṡ. *eo. l.legatum in prin.* & *l. annua.§.fi.ãt fi.* & *infra.l.proxi.*

XXIIII. IDEM *libro octauo Institutionum.*

CVm erat certa pecunia. i. [d] centum, reipublicæ Sardianorum relicta per quadrienniũ [e] certaminis Chrysanthiani: diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, videri perpetuam [f] pensitationem reliquisse testatorẽ per quadriennium, nõ in primum [g] quadriennium.

C*Vm erat.*] CASVS. Titius legauit centum reipu. Sardianorũ vt inde fieret in quolibet capite quatuor annorum quoddam certamen siue ludus qui appellabatur in dicta ciuitate Chrysanthianus. certè non videtur esse relicta dicta pecunia præstanda tantùm per vnum quadriennium, sed vt præstetur perpetuo dictæ reipu. causa faciendi dictum ludũ in quolibet capite quatuor an. Viu.

XXV. VALENS *libro secundo Fideicommissorum.*

FIliosfamiliâs quoad in potestate patris sit, in annos singulos dena [h] dari [i] possunt.

b Id est particula exemplificatiua: interdũ expositiua. adde Gl. & Bald. in. l. 1. §. 1. in verbo id est. ṡ. de peculio.

d ¶ *Id est.* hoc verbum, id est, [b] ponitur exemplificatiuè pro sicut non expositiuè, sicut ponitur. ṡ. *de vulga. substi. l. qui liberis* §. j.

e ¶ *Per quadriennium.* i. vt semel fiat præstatio in quadriennio.

f ¶ *Perpetuam.* aliud in vsufru. reip. relicto, *vt. ĵ. tit. j. l. si vsufru.* vbi finitur centum [c] annis: *vt. not. ṡ. eo. annua.* Vel fortè idem erit hîc quod ibi dicitur in vsufru. Accursius.

c Centũ annis finitur vsusfructus ciuitati relictus.

g ¶ *Primum quadriennium.* sc. tantùm. & facit supra. *l. prox. cum suis concor.*

F*iliosfamiliâs.*] CASVS. Legaui filio Titij in eius potestate cõstituto dena in singulos annos donec in potestate dicti sui patris erit. Certè valet dictum legatum: & contemplatione patris videtur filio relictum: & ita pater petet. Viuianus

h ¶ *Dena.* vel propriè, i. x. & x. Vel impropriè, id est, x. tantùm. & *facit. ṡ. de leg. j. si quis testamento.* Accur.

i ¶ *Dari.* i. relinqui vt dentur quæ pater petet quasi sibi relicta: *vt. ĵ. de condi. & demonst. l. filio. & not. ṡ. eo. l. annua.* §. j. & dicitur valere ex persona filij, sicut in simili ex persona serui: *vt. ṡ. de le. ij. debitor. §. fin. & facit. ṡ. de leg. x. seruo alieno. in prin.* Accur.

DE VSV [d] ET VSVFRVCTV, &c.

d V. ad hũc Titulũ Grassũ li. sententiarum §. legatum. quæst. 21. 24. 25. 26. 27. ad finem. 36.

Sed quid differt hic titulus ab illo de vsufru. ṡ. in quo de his tractatur? Respon. hic in vltima voluntate tantum prosequitur plenè: ibi etiam inter viuos.

Annuis legatis rectè iungitur vsus & vsusfruct. similia enim sunt cũ morte legatarij finiãtur. l. 8. ṡ. tit. prox. His etiã iungitur habitatio & operæ, & reditus quæ etiã vsum vel vsumfructũ imitantur, vt lib. 7. dicimus. Sed habitatio & reditus morte legatarij finitur, operæ nõ finiũtur morte. Rectè dixit, Operis in infinitũ nã & liberi hominis operæ legari possũt. Quod additur, Et reditu, abest ab indice titu. Sed cõtractiores sunt plerunq; titul. indicis, & de reditu sub hoc tit. est. l. 22. & 38. quo nomine propriè significãtur pensiones quæ ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes. l. 17. 25. Cu

N*Ec vsus.*] CASVS. Ego hebebã seruitutẽ itineris, vel viæ, vel act⁹, vel aquæduct⁹ in prædio Titij vicini mei: feci testamentum in quo institui mihi heredem Gaiũ, & legaui Sempronio vsumfructum vel vsum alicuius de dictis seruitutibus quas habebã in fundo dicti Titij mei vicini, & postea decessi. venit Sempronius legatarius, & petit à dicto Caio herede meo vsumfructum vel vsum dictarum seruitutum: nunquid potest? Et dicitur quòd non: & est ratio: quia seruitus seruitutis esse non potest vsusfructus autẽ vel vsus est seruitus scilicet personalis. & sic non potest cõstitui aliqua dictarum seruitutum realium. Sed oppo. nonne continetur in quodam senatuscon. quod est supra *de vsufru. earum rerum quæ vsu consu. l. j.* quòd omnium quæ in bonis nostris sunt, vsumfructum legare possimus? Certè sic. ergo videtur quòd vsumfructum dictarum seruitutum nobis competẽtium legare possumus. Sed hoc non obstat iis quæ supra dixi: quia seruitus itineris, vel actus, vel viæ, vel aquæductus non est ex bonis nostris, neque extra bona nostra. quamuis autem non possimus constituere vsumfructum vel vsum dictarum seruitutum, vt dictum est, tamen dictus Sempronius cui legaui, habet act. incerti contra Gaium prædictum heredem meum vt eidem legatario præstet facultatem eundi, agendi & ducẽdi aquam per fundum dicti Titij mei vicini quandiu vixerit dictus Sempronius legatarius: & tenebitur hoc facere heres meus: aut si non vult hoc facere heres meus, debet constituere dicto legatario seruitutem eundi agendi & ducendi per fundum dicti mei vicini. ¶ Item debet promittere dicto legatario quòd si decesserit ipse legatarius, vel magnam deminutionẽ capitis passus fuerit, sicque quantum ad eum legatariũ extincta fuerit dicta seruitus, restituet ei dictam seruit. in prædio dicti vicini. quamuis enim ego testator qui habebam dictas seruit. reales in prædio vicini, decesserim, tamen remanent heredi meo: *vt. ĵ. de serui. leg. l. pater.* Viuianus.

DE † VSV ET VSVFRVctu [& reditu] & habitatione, & operis per legatum vel fideicommissum datis.

† Inclusum deest in antiq. titu.

TITVLVS II.

Vsusfructus seruitutis realis non potest legari vt propriè præstetur: sed præstabitur prout potest. Bar.

I. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

NEc vsus nec vsusfructus itineris, [k] actus, viæ, aquæ ductus legari potest: [l] quia seruitus seruitutis esse non potest. nec erit vtile ex [m] senatusconsulto quo cauetur, vt omnium quæ in bonis sint, vsusfructus legari [n] possit: quia id [o] neque ex bonis, [p] neque extra bona sit: sed incerti actio [q] erit cum herede, vt legatario, quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem [r] præstet, aut ea seruitus constituatur [s] sub hac cautione, vt si decesserit legatarius, vel capite deminutus ex magna † causa fuerit, restituatur. [u]

† Addita à Triboniano, quia significetur maxima tantum & media capitis minutio.

k ¶ *Itineris.* quid sit iter, & actus, & via, & aquæductus, habes *supra de seruit. rustic. prædio. l. j.* Accursius.

l ¶ *Legari potest.* [a] ab eo cui debentur huiusmodi seruitutes præfatæ: quia seruitus, &c. & argumentatur à toto. per se enim seruitus intellecta, sine re quæ seruit, nullius fructus est, *vt. ṡ. de vsur. l. videamus.* Item nec de loco seruienti potest legari, ab eo scilicet cui debetur seruitus: quia dominium est alterius: *vt. ṡ. si serui. vindi. loci corpus.* vnde non potest constituere seruitutem ille cui debetur: *vt. ṡ. commu. præd. l. j. §. ideò.* ab eo autem qui debet seruitutes prædictas, bene potest constitui seruitus alia quæ non noceat primæ: *vt. ṡ. de serui. rust. præd. l. ij. §. j. & . ij. & pe. & l. per quam. & ṡ. com. præd. l. qui per certum.*

a An & quomodo is cui seruitus debetur, aut qui seruitutem debet, eam alteri cedere aut cõstituere possit: vide Cepolam tract. de seruit. vrb. c. 14. nu. 26.

m ¶ *Vtile.* scilicet legatum.

n ¶ *Legari.* *vt. ṡ. de vsufru. earum re. quæ vsu. consu. l. j.* Accursius.

o ¶ *Quia id.* scilicet seruitus.

p ¶ *Ex bonis.* Imò in alienis bonis est semper: quia sua res nemini seruit: *vt. ṡ. si vsusfru. peta. l. vti frui.* Sed dic non in proprietate aliena. Secundum quid ergo dicitur non [b] esse in bonis: quia per se sine fundo dominante non potest alienari: cùm ille non habeat fortè prædium cui alienaretur: *vt supra de cura. fur. l. Iulianus. & Instit. de ser. §. ideò autem.* Item nec vsusfru. potest alienari: *vt Instit. de vsusfru. § finitur.* Item prædiales non sunt in bonis alia ratione: quia videntur non esse, vel extinctæ esse nam & manica videtur extincta cùm accedit vestimento: *vt Instit. de rerum diui. §. si tamen.* & tignum non videtur possideri cùm accedit ædificio: *vt. ĵ. de vsuc. l. eum. & l. rerum.* Itẽ nec in petione hereditatis veniunt: *vt. ṡ. de peti. here. l. & non tantùm. § fin.* sed non simpliciter sunt seruitutes extra bona, cùm possidentes exceptionem, & non possidentes habeamus actionem: *vt supra de acquiren. rerum do. l. rem in bonis.* & possunt obligari rusticæ, licèt non vrbanæ: *vt ṡ. de pign. si is. §. fi. & l. seq. & facit. ṡ. de ser. ru. præ. l. cùm esset. in fi.* Accursius.

b Seruitutes an sint in bonis, vel extra bona. adde Cepolam tract. de seruit. vrb. præ. c. 12. num. 4.

q ¶ *Incerti actio.* scilicet [c] actio ex testamento: quæ datur ad factum: *vt. C. de re. permu. l. rebus.* Accursius.

c Incerti actio pro actione ex testamẽto, quæ datur ad factum.

r ¶ *Facultatem.* de facto.

s ¶ *Constituatur.* de facto.

t ¶ *Ex magna.* scilicet maxima vel media, vel etiam minima olim: sed hodie secus: *vt. C. de vsufru. l. corruptionẽ. §. sed nec omni.*

u ¶ *Restituatur.* heredi. & sic nõ transit [d] ad heredem legatarij. *sic & . ṡ. de*

d Vsusfructus non transit ad heredem legatarij.

& ↄ. de vsu & ha. l. vsus aquæ. & de serui. rustic. præd. l. pecoris. & de lega. j. l. apud. §. si quis. Accursius.

Istu lex ponit tres differentias inter legatum operarum, & legatum vsusfructus. Bart.

II. PAPINIANVS *libro septimodecimo Quæstionum.*

HOminis operæ legatæ, capitis deminutione [a] vel nõ vtendo nõ amittuntur: & quoniam ex operis mercedem percipere [b] legatarius potest, etiam operas eius ipse locare poterit: [c] quas si prohibeat heres capi, tenebitur. [d] Idem est & si seruus se locauerit. Et quia legatarius [e] fructuarius non est, ad heredem suum operarum legatum transmittit: [f] sed seruo vsucapto [g] legatum perit. [h]

III. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

HOminis [i] quoque liberi operæ legari possunt, sicut locari, & in stipulationem deduci.

IIII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI purè proprietas legata erit, ea ad legatarium perueniet, [k] quamuis fructuarius heres sit institutus.

Non potest quid ab eo casu incipere, quo debet extingui. Bar.

V. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

VSumfructum cùm moriar, inutiliter stipulor. idem est in legato: [l] quia & constitutus vsusfructus morte intercidere solet.

In obligationibus faciendi quando desiit posse fieri, petitur interesse. Bartolus.

VI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI vsusfructus mihi in biennium cõtinuum à morte testatoris legatus sit, [m] & per heredem steterit quo minus eum mihi daret, preterito biennio nihilo minus tenetur: quemadmodum teneretur si res legata in rerum natura esse desisset, quam quis deberet, moratúsque esset in ea danda: [n] vt peti quidem iã vsusfructus qui legatus sit, non possit, quia alius futurus sit, [o] quàm qui legatus fuerit: sed æstimatio eius bima [p] † dumtaxat facienda sit.

VII. VLPIANVS *libro vicensimosexto ad Edictum.*

OPeræ testamẽto relictæ quãdo cedere debeãt? vtrum ex quo petit [q] eas legatarius, an ex quo adita hereditas [r] est? & cui pereant dies quibus æger seruus fuit? Et puto ex die pe-

HOminis operæ.] CASVS. Legaui tibi operas in Sticho seruo meo. post mortem meam tu fuisti capite minutus minima capitis deminutione, puta quia fuisti emancipatus vel adoptatus: vt supra de capi. demin. l. fin. in fin. vel stetisti per decem annos inter præsentes, vel per viginti inter absentes, quòd non fuisti vsus illius operis: quo quidem tempore amittitur vsusfructus: vt. C. de vsufru. l. corruptionem. nunquid dictis duobus casibus amitteres operas? Et dicitur quòd non: & ita in hoc vltimo casu differt legatum vsusfructus à legato operarum. Sed nunquid poteris tu legatarius operas dicti serui locare, & mercedem recipere? Et dicitur quòd sic. & si heres prohibet conductorem capere dictas operas, tenetur legatario qui locauit eas. sed & si seruus in quo legaui tibi operas, locauerit se alicui: certè tu legatarius operarum debebis capere mercedem, & poteris agere contra heredem si non patiatur vti illum qui conduxit à seruo operas. Item nunquid te legatario mortuo trãsit legatum operarum ad heredem tuum? Et dicitur quòd sic: quia non es fructuarius. seruo autẽ in quo tibi operas legaui, vsucapto à quodam alio extraneo, bene perit legatum prædictum operarũ. Apparet ergo per supradicta quòd possum tibi legare operas in seruo meo. sed & in libero homine, puta in liberto meo possum tibi operas legare, sicut & locare & promittere possem. *& hoc dicit cum l. seq.* Viuianus.

a ¶ *Deminutione.* scilicet minima. [a] ¶ Sed contra *Insti. de acquisit. per ar. in princip.* Sed [b] ibi in opera [c] liberti, quæ non tribuit ius in personam, quia est liber: hic serui. ¶ Et nota in duobus [d] distare hoc legatum operæ ab vsufructu: *vt Inst. eo. §. finitur.* item facit. ↄ. *de ope. ser. l. ij.*

b ¶ *Percipere.* imponendo eas ipsi seruo: *vt supra de vsu & habi. l. sed si ipsi.* non dico locando: *vt supra de vsufruct. l. adhuc. §. si seruo.*

c ¶ *Poterit.* scilicet alij.

d ¶ *Tenebitur.* ad interesse illi legatario.

e ¶ *Quia legatarius.* cui scilicet operæ sunt legatæ, non est &c. imò differt in multis: *vt hac l. & ↄ. de ope. ser. l. ij. not.* ¶ Sed contra *eo. tit. l. v.* vbi dicit vsum videri legatum. Sed dic vsum, & etiam plus *vt ibi.* Accur.

f ¶ *Transmittit.* nisi aliter testator dixerit: *vt. ↄ. vsufr. quemadm. ca. l. idem est. & l. pen.* 2. Vel illud ad annuum legatum operæ.

g ¶ *Vsucapto.* ab extraneo. secus in vsufructu & vsu.

h ¶ *Perit. vt. ↄ. de vsufruct. l. locum. §. proprietarius. & ↄ. de vsufruct. l. iusto. §. non mutatur.* & quare secus, potest quæri. sic & posset quæri ratio aliarum differentiarum. *& facit. ↄ. ad leg. Falc. l. j. §. sed operis.* Accur.

i HOminis. Pone exemplũ in liberto qui debet operas patrono certas: qui patronus potest locare & promittere & legare: *vt. ↄ. de condic indeb. l. si non sortem. §. libertus. ibi. sed si delegatus. & ↄ. de oper. lib. l. opera in verum.* ¶ Item & si liber [e] homo locauit mihi operas suas in quinquennium, ius meum possum aliis legare. An autem in perpetuum possit liber homo suas locare operas: dic *vt not. ↄ. de vsufruct. l. iij. §. ne tamen.* Accur.

SI purè.] CASVS. Institui mihi heredem Titium qui habebat vsumfructum in fundo meo Titiano: & Seio legaui purè proprietatem fundi prædicti. certè recta via transit in legatarium dicta proprietas nuda. Videbatur aliquibus contra, eo quòd fructuarius institutus fuit heres. Videbatur enim eis quòd adita hereditate à dicto fructuario dominium dicti fundi ad eum transisset, sicque extinctus esset vsusfructus, & sic non nudam proprietatem habere debeat dictus Seius, sed plenam. Sed ipsi malè credunt: quia sicut litera dicit, purè legata fuit proprietas: & ideò recta via, vt dixi transit in Seium legatarium, taliter quòd non efficitur Titij fructuarij. secus autem si sub conditione dicto Seio legassem: quia tũc pendente conditione esset heredis facta dicta proprietas, ideóque extinct[a] esset suus vsusfructus: sicque adueniente conditione legati habebit eam plenam legatarius: *vt no. ↄ. de lega. j. l. seruus Titij.* Viuianus.

k ¶ *Perueniet.* recta via, vt nec momento apud heredem fuerit: *vt supra de pecu. l. sed si damnum. §. ij.* & ideò [a] aditione hereditatis facta à fructuario herede, non extinguitur vsusfructus. quod secus esset si sub conditione proprietas esset legata: *vt. ↄ. de seru. l. Papinianus. & facit quod nota. ↄ. de vsufru. l. v. §. final.* Accursius.

VSumfructum.] CASVS. Titius promisit mihi vsumfructum fundi Titiani cũ moriar: vel eodem modo legauit mihi vsumfructum dicti fundi. certè non valet promissio vel legatum: quia si iam esset mihi constitutus dictus vsusfructus, morte mea superueniẽte intercideret. Viuian.

l ¶ *In legato.* puta lego [b] tibi vsumfructum alicuius rei cũ morieris: *vt. ↄ. de vsufruc. Titio.* & sic in libertate: *vt. ↄ. de manu. test. l. libertas. in prin. sic & ↄ. de iur. do. l. Iulianus.* Accur.

SI vsusfructus.] CASVS. Titius legauit mihi vsumfructum fundi sui Titiani vsque ad biennium continuũ à tempore mortis suæ, & decessit. postea per heredem suum stetit quo minus daret mihi dictum vsumfructum intra biennium. certè transacto biennio nihilominus tenetur mihi heres, & possum ab eo petere æstimationem dicti vsusfructus per biennium, & non autem vsumfr. quia ex quo transactum est biennium, iam peterem alium vsumfructum, quàm qui mihi legatus sit, & teneretur mihi heres Titij, si aliqua res legata mihi à Titio in rerum natura esse desisset post moram quam fecit heres in ea mihi danda. h. d. Viuian.

m ¶ *Legatus sit.* & sic ad diem: quod [c] esse potest: *vt. ↄ. famil. erci. l. & puto. §. vsusfructus.*

n ¶ *Danda.* nam tunc tenetur heres ad æstimationem: quod dic: *vt. ↄ. de leg. j. cum res. in fin.*

o ¶ *Futurus sit.* i. alius esset vsusfruct. si diceremus constitui: sed non dicimus, sed æstimationem damus: *vt hic, & ↄ. de vsufr. quæsitum. & l. qui vsumfruct. §. fi. & facit. ↄ. de leg. j. si quis inquilinos. in prin. & de leg. ij. non dubium. § fi.* Accur.

p ¶ *Bima.* i. duorum annorum: *vt. ↄ. titul. j. l. ij.* aliàs bina, id est biennij. aliàs neutrum habetur in textu.

OPeræ testamento.] CASVS. Titius in testamento suo legauit mihi operas serui. modò quæritur, quando cedant dictæ operæ vt sic cum effectu eas petere possim? & certè non statim adita hereditate ab herede dicti Titij, sed quando peto eas ego legatarius. & si post petitionem meam infirmatus fuerit seruus in quo legatæ mihi fuerunt dictæ operæ, mihi legatario pereunt dies infirmitatis eius. Viuian.

q ¶ *Petit.* quasi tunc indicat eas. Accursius.

r ¶ *Hereditas.* etiam si non petantur.

[a] Operæ hominis legatæ capitis deminutione minima nõ amittuntur.

[b] Operæ liberti & serui differentia.

[c] Operæ liberti nõ tribuunt ius in personã: est enim libertas, liberti operæ serui, sunt.

[d] Operæ legatum in duob[us] distat ab vsufructu.

[e] Verum homo liber possit locare operas suas in perpetuum.

[a] Vsusfructus non extinguitur aditione hereditatis facta à fructuario herede.

† id est biennalis.

[b] Vsusfructus ac libertas inutiliter alicui cum moritur, relinquitur.

[c] Vsusfructus ad diem legari potest.

titionis [a] eas cedere. quare si post petitas æger esse seruus cœperit, legatario peribunt. [b]

VIII. GAIVS *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

SI vsusfructus municipibus legatus erit, quæritur quousque in eo vsufructu tuendi [c] sint. Nã si quis eos perpetuò tuetur, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis, semper abscedente vsufructu. Vnde centum annos [d] obseruandos esse constat: qui finis † vitæ longissimus esset.

Legatum caducum, vel quasi, remanet apud heredem cum onere suo. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro octauo Disputationum.*

SI ab eo cui legatus esset vsusfructus, fideicommissum [e] fuerit relictum: licèt vsusfructus ad legatarium non peruenerit, heres tamen penes quem vsusfructus remanet, [f] fideicommissum præstat. [g] Quod & in militis testamento erit dicendum, si legatarius à quo fideicommissum relictum est, repudiauerit [h] legatum, vel viuo testatore decesserit.

Coniunctio posita inter incompatibilia, resoluitur in disiunctiuam. Bartolus.

X. IVLIANVS *libro septuagensimooctauo Digestorum.*

SI Titio fundus, & eiusdẽ fundi vsusfructus [i] legatus fuerit: erit in potestate eius, fundũ, an vsumfructum vindicare malit. & si fundum elegerit, necessariò plenam proprietatem habebit, licet vsumfructum à se repulerit. Si verò vsumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit; solum vsumfructum habebit.

XI. IDEM *libro primo ex Minicio.*

HAbitationis legatum [k] in singulos annos, ab initio [l] anni deberi constat.

Non potest heres tollere ædificium positum in re cuius est alterius vsusfructus, eo inuito. Bar.

XII. ALFENVS VARVS *libro secundo Digest. à Paulo Epitomatorum.*

HEres in fundo cuius vsusfructus legatus est, villam [m] posuit. Eam inuito fructuario demolire non potest, [n] nihilo magis, quàm si quam arborem posuisset, [o] ex fundo is euellere vellet. sed si antequam vsufructuarius prohibuerit, demolierit: impunè [p] facturum.

XIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Plautium.*

CVm vsusfruct⁹ alternis annis legatur: non vnum, sed plura legata sunt. [q] aliud est in seruitute aquæ & viæ. [r] viæ enim seruitus vna est: quia natu-

a ¶ *Petitionis.* factæ post aditam hereditatem, & non prius: *vt. j. quando dies lega. ce. l. ij. & nota. C. de cadu. tol. §. in nouissimo. in fi.* & dic [a] hic quando sunt incertæ. aliàs etiam antè petitionem scilicet cedunt: *vt. j. de ope. liber. si quis hac lege. §. iudicium. & l. cum patronus. in prin. & l. quoties. & not. s. de ope. seruorum. l. j.* Acc.

b ¶ *Peribunt.* sic. *j. de sta. liber. l. cum heres. §. Stichus. & j. de ope. liber. l. libertus qui post. & l. interdum.* ADDITIO. Quærit hic Bart. quando famulus [b] infirmatur, an debeat habere salarium. videtur quòd sic, quasi domino pereant operæ. *de hoc est glo. in l. de arboribus. §. de illo. s. de vsufruct.* veritas tamen est in contrarium: *vt. l. si vno. §. item cùm quidam. s. de loca.* ¶ Nec ob. hæc lex. quia iste tractat de lucro, meritò propter infirmitatem perdit lucrum: nõ autem debet pati damnum, id est, dare salarium tempore infirmitatis: *secundum eũdem Bart.*

SI *vsusfructus.*] CASVS. Legaui vsumfructum fundi mei municipibus alicuius castri, & postea decessi. modò quæritur, quantum duret dictus vsusfructus? Et videtur q perpetuò: quia municipes semper durant, licèt decedant illi qui viuebant tempore legati. vnde non videtur quòd morte vel capitis deminutione municipium extinguatur vsusfructus. Ex alia parte videtur quòd non duret perpetuò: quia iam nulla vtilitas erit nudæ proprietatis dicti fundi, vsufructu abscedente ab ea perpetuò. statuit itaque iurisconsultus Gaius vt duret centum annis, & non plus: quia illud tempus est longissimus finis vitæ. Viuianus.

c ¶ *Tuendi.* municipes. Accursius.

d ¶ *Centum annos.* finitur [c] ergo tempore centum annorum: *vt hic, & supra de vsufruct. l. an vsusfructus.* 2. Item non vtendo: *vt. s. de leg. ij. Mænius. §. fi.* 3. Item aratro: *vt supra qui. mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus.* ¶ Sed ad id quod dixi tolli centum annis, est contra *j. ad legem Falci. hereditatum.* Solu. ibi. ¶ Item an [d] idem in annuo legato relicto ciuitati, vt centum annis tollatur? Respon. quòd non, secundum Rog. *vt. s. titu. j. l. annuam. & l. annua. in fi. & l. antepenult. & penul.* 2. Vel secundum [e] Hug. idem quod hic. nam & finitur annuum legatum sicut vsusfructus: *vt. s. tit. j. l. in singulos.* ¶ Item an idem [f] si ecclesiæ relinquitur? Respon. vt not. in dicta. *l. an vsusfructus.* Accursius.

SI *ab eo.*] CASVS. Legaui Titio vsumfructum fundi mei Titiani, & ab eo Titio reliqui Seio. x. postea Titius me mortuo repudiauit legatum vsusfructus: vel me viuo decessit, & sic non habet legatum prædictum vsumfructum, imò remanet apud heredem meum. nunquid heres meus tenetur præstare. x. Seio prædicto? Et dicitur quòd sic. & quod dixi in me testatore pagano, idem esset in testamento militis. & h. d. Viuianus.

e ¶ *Fideicommissum.* puta decem.

f ¶ *Remanet.* caducus, vel in causam caduci factus.

g ¶ *Præstat.* quia cum onere apud eum remanet: *vt. C. de cad. tol. §. pro secundo. & §. in omnibus.* Accursius.

h ¶ *Repudiauerit.* post mortem testatoris, & sic est caducum factum legatũ. sed si viuo testatore deficit, quia decedit legatarius: tũc in causa caduci, vt subiicit: *& C. de cadu. tol. §. & cum triplici.* sed [g] vbi ante testamentum, tunc pro nõ scripto, & non remanent cum onere: *vt. d. §. & cũ triplici. & §. in primo.* Itẽ *s. tit. j. l. Titia. in prin.* contra. Sol. ibi. [a] & eodem modo respon. *infra de adimen. leg. l. Gaio. in princip. & l. Stichus. §. j. & facit supra de lega. ij. l. j. quis Titio. & l. Celsus. in princip.*

SI *Titio.*] CASVS. Legaui Titio fundum meum Seianum: & eidem legaui vsumfructum dicti fundi: & postea decessi. certè est in electione Titij vindicare fundum, aut vsumfructum eiusdem. & si quidem elegerit vindicare fundum, & vsumfructum à se repellere, habito fundo nihilo minus habebit vsumfructum. si verò elegerit vindicare vsumfructum, & repellere à se fundum, habebit solummodo vsumfructum. Viuian.

i ¶ *Vsusfructus.* formalem repulit: sed habet causalem. & facit. *s. de leg. j. l. plane. §. fin. & l. legatarius. in princip. & §. j. & de lega. ij. cum filius. § varius.*

HAbitationis.] CASVS. Non solùm alia legata relicta in singulos annos, sed etiam legatum habitationis prædicto modo [l] relictum debetur legatario ab initio cuiuslibet anni. Viuian.

k ¶ *Habitationis.* siue [b] habitatio ipsa in singulos annos, siue pro ea certa quantitas in singulos annos legetur. Accur.

l ¶ *Ab initio.* sunt [c] enim plura legata hoc casu, cum dixit in singulos annos: & pluries cedit dies, & initio anni: *vt hic, & supra tit. j. l. in singulos. & infra quando di. lega. ced. l. nec semel. & C. quando di leg. ced. l. j.* aliàs si non esset dictum in singulos annos, secus esset: *vt infra eodem l. damnas. in principio.* Accursius.

HEres in fundo.] CASVS. Legaui Titio vsumfructũ fundi mei Seiani, & postea decessi: & postea heres meus in dicto fundo fecit vnam villam, id est, domunculam paruam causa reponendi fructus: vel plantauit ibi quandam arborem, & postea vult eam tollere. quæritur, vtrum possit? Et certè non fructuario prohibente, sed antè prohibitionem potest. Viuian.

m ¶ *Villam.* id [d] est, domunculam fructuum gratia in villa: *vt. j. de verb. signif. l. fundi.* Accur.

n ¶ *Non potest.* s. heres. sic econtra nec vsufructuarius à se imposita: *vt. s. de vsufr. sed & si quid. & facit in eo. tit. l. æquissimum. §. j. & s. si vsusfru. peta. l. si ab herede.* Accur.

o ¶ *Posuisset.* scilicet heres.

p ¶ *Impunè.* Nota non [e] omne illicitum puniri sic *supra de relig. l. at si quis. §. Labeo. in fin.* Accur.

CVm vsusfructus.] CASVS. Legaui Titio vsumfructum fundi mei Seiani hoc modo, scilicet vt vno anno frueretur, & altero non: & sic de singulis annis. Certè plura legata sunt. nam vsusfructus ex tempore & ad tempus constitui potest: *vt. s. de vsufr. l. iiij. & fi.* sed si prædicto modo legaui dicto Titio seruitutem aquę ducendæ per fundum meum prædictum, vel seruitutem viæ, vnum est legatum, & non plura: quamuis dictæ seruitutes reales habeãt de earum natura intermissionem. nam seruitutes reales siue prædiales non possunt constitui ex tempore vel ad tempus: *vt. s. de seruitu. l. iiij.* Viuian.

q ¶ *Legata sunt.* quia ex [f] tempore & ad tempus constitui potest: *vt. s. de vsufr. l. iiij. & s. fam. ercis. l. & puto. §. vsusfructus.*

r ¶ *Aquæ & via.* etiã sic relictæ alternis annis: quia [g] nec ex tempore nec ad tempus, neque sub conditione constituuntur: *vt. s. de seru. l. iiij.* licèt habeant quandoque intermissionem sua natura, vt

via

a Operæ incertæ a die petitionis cedere dicuntur, ad hoc vt dicãtur esse in obligatione: quantũ ad trãsmissionem attinet, cedunt à die mortis.

b Infirmus famulus salariũ non habet eo tempore quo est infirmus.

† Not. vitam hominum nõ excedere centum annos, licèt quandoq; reperiatur longior: vt legitur de illo Zosimo abbate, qui vixit centum & viginti annis: vt in Authent. de monachis. §. si vero. col. 4. Porrò de spatiis vitæ lõgissimis. Plin. lib. 7 nat. hist. c. 48.

c Vsusfructus ciuitati relictus finitur seculo: hoc est tempore centum annorum non vtendo, si ciuitas ipsa patiatur aratrum.

d Annuũ legatum relictũ ciuitati vitũ seculo finiatur vt vsusfructus.

e Et hanc probat Bartolus, quia inter annuum legatum & vsumfructum similitudo est, nisi vbi dissimilitudo expressa reperitur.

f Vsusfructus ecclesiæ relictus seculo seu spatio centum annorum finitur, vt vsusfructus ciuitati relictus.

g Legatum caducũ vel quasi remanet apud heredem cũ onere suo: aliud in legato quod pro non scripto est.

a Dic, ibi legatum cœpit in persona legatarij, secundũ eius dispositionem & legati naturam: hic in persona legatarij nunquam cœpit.

b Habitatio v[el] detur relinqu[i], siue ipsa ha[bi]tatio ... relinquatur ... ue eius lo[co] quantitas ce[r]ta pecuniæ p[ro] habitatione.

c Legans in [sin]gulos annos plura legata relinquit: ideo que hoc casu pluries cedit dies: & quidem initio anni.

d Villa pro domuncula fructuum gratia.

e Illicitum nõ semper punitur.

f Vsusfructus ex tempore & ad tempus p[o]test constitui.

g Legatum ... perpetuum ... neque recip[it] ... vt sæpius in[ter]termissione ... sæpius inqu[it] nam quando[que] recipit vel sua natura vel ex pacto, vel ex æquitate.

via: *vt supra de serui. l. seruitutes.* & quandoque ex pacto vel voluntate hominum de æquitate: *vt. d. l. vij. de seruit. & quemadmod. seruit. amit. an. l. si sic.* & facit infra *de itine. actúque pri. l. j. §. j.* Accursius.

a ¶ *Intermissionem.* id est interualla. Accursius.

ra sui habet intermissionem.[a]

Si heres non præstat duobus in solidum secundum defuncti voluntatem, cuilibet tenetur ad id quod sibi deficit. Bart.

XIIII. CELSVS *libro octauodecimo Digestorum.*

DVos separatim [b] vti frui sinere damnatus heres, communiter vti frui passus est. Quærebatur, an vtrique ex testamento teneretur. Dixi teneri, si testator vtrumque solidum habere voluit. [c] nam ipsius onus est, vt solidum singulis legatum præstaret. Qua parte igitur alterum vti frui sineret heres, ea parte eũ non sinere [d] alterum vti frui: ideóque per æstimationem vnicuique quod deest, replere debet.

XV. MARCELLVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

D*Amnas esto heres Titium sinere in illa domo habitare quoad viuet.* Vnum videtur esse legatum.[e]

Ei cui legatur fructus fundi, debetur via per alium fundum testatoris etiam alteri legatum. Bart.

1. ¶ Qui duos fundos habebat, vnum legauit, & alterius fundi vsumfructum alij legauit. Quæro, si fructuarius ad fundum aliunde viam non habeat, quàm per illum fundum qui legatus est, an fructuario seruitus debeatur. [f] Respondit, Quemadmodũ si in hereditate esset fundus per quem fructuario potest præstari via, secundum volũtatem [g] defuncti videtur id exigere ab herede: ita & in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundum vindicare, nisi prius ius transeundi vsufructuario præstet: [h] vt hæc forma in agris seruetur, quæ viuo testatore obtinuerit, siue donec vsusfructus permanet, siue dum ad suã proprietatem redierit.

D*Vos separatim.*] CASVS Damnaui in testamento heredem meum Titium vt fineret Seium & Gaiũ separatim vti frui fundo meo Corneliano, volens ego testator quemlibet prædictorum habere in solidum vsumfructum dicti fundi, & postea decessi: & dictus meus heres passus est eos vti frui communiter, & non in solidum. quæritur, an vterque ex testamento teneatur? Et respond. quòd sic, scilicet vt suppleat cuilibet eorum æstimationem medietatis vsusfructus. nam cùm vnus deberet habere vsumfructum totum, & alius æstimationem: non habuit quilibet eorum nisi medietatem vsusfructus, vt dictum est. nam ipsius heredis onus est, vt singulis prædictorum præstet legatum in solidũ. qua parte igitur alterum frui fineret dictus heres, ea parte non finit alterum vti frui. hoc dicit hæc lex. Viuianus.

b ¶ *Duos separatim.* si separatio [a] fit in vtendo, puta vnus vno anno, alius alio, planum est *per. l. supra quibus modis vsusfruct. amitt. l. ij. in princip. & §. fin.* Sed litera inferior hũc sensum non importat: sed est separatio in relinquendo, vt primò vni, secundò alij in eodem fundo: eo dicto vt vterque in solidum: & sic alter rem, alter æstimationem habet: *vt hic, & supra de lega. ij. l. qui duos. §. si is.* aliàs si hoc non diceret, pro virilibus haberet: *vt supra de lega. j. l. si pluribus. & de lega. ij. l. si pluribus. & de leg. iij. l. si res. & C. de caduc. tollend. §. vbi.* Accursius.

a Vsusfructus separatim duobus relinqui potest.

c ¶ *Voluit.* & hoc expressit, *vt dixi.* Accur.

d ¶ *Non sinere.* vsus vnius impedit alterius vsum quo ad solidũ. & est ad hoc quod no. *j. de vi & vi arma. l. vim facit.*

D*Amnas esto.*] CASVS. Ita dixi in testamento meo, damnas esto heres meus finere Titium habitare donec viuet in domo mea Seiana. Certè vnum legatum est. [QVI DVOS.] Gaius habebat duos fundos: quorum vnus vocabatur Titianus, & alter Seianus pone. Legauit Titianum Titio, & vsumfructum Seiani legauit Seio, & postea decessit: nunc apparet quòd Seius fructuarius non habeat viam ad fundum Seianum, nisi vadat per fundum Titianum Titio legatum. vnde petit dictus Seius à Titio seruitutem viæ per fundum Titianum. quæritur, vtrum teneatur præstare ei Titius? Et respond. quòd non aliter potest Titius vindicare fundum Titianum ab herede, nisi prius ius transeundi per eum præstet dicto Seio. nam & si fundus Titianus non esset legatus Titio, sed remansisset in hereditate Gaij, teneretur heres præstare viam per eum dicto Seio fructuario fundi Seiani. Sicut ergo Gaio testatore viuo ibant nuntij Gaij per fundum Titianum ad fundum Seianum: ita & Gaio mortuo seruetur, scilicet vt Seius possit ire ad fundum Seianum per fundum Titianum Titio legatum donec durat Seio vsusfructus ad fundum Seianum per mortem vel capitis deminutionem Seij. heres apud quem erit plena proprietas fundi Seiani, poterit habere viam ad fundum Seianum per fundum Titianum dicto Titio legatum. Viuian.

e ¶ *V num videtur esse.* & ideò semel dies eius cedit. aliàs secus: *vt. s. eo. l. habitationis.* Accursius.

Relictum ad opus illicitum debet conuerti ad opus licitum de consensu partium: secus si ad opus licitum fuerit relictum. Bar.

XVI. MODESTINVS *libro nono Responsorum.*

LEgatum [i] ciuitati relictum† est, vt ex reditibus [k] quotannis [l] in ea ciuitate memoriæ conseruandæ defuncti gratia spectaculum celebretur. quod illic celebrari non licet. Quæro quid de legato existimes. Modestinus respondit, cùm testator spectaculum edi voluerit in ciuitate, sed tale, quod ibi celebrari nõ licet: iniquum esse, hanc quantitatem quam in spectaculum defunctus destinauerit, lucro heredum cedere. [m] Igitur adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis, dispiciendum est in quam rem conuerti debeat fideicommissum, vt memoria testatoris alio & licito genere celebretur.

XVII. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

QVidam prædia reipublicæ

f ¶ *Debeatur.* ab alio fundo legato. Accursius.

g ¶ *Secundum voluntatem.* scilicet tacitã, [a] & ex eius viuentis consuetudine præsumendam. Accur.

h ¶ *Præstet.* legatari9. Sed certè [b] imò heres debet redimere à legatario, non legatarius gratis præstare: *vt supra de lega. j. l. seruum filij. §. fina. quæ videtur contra.* Solu. hîc aliunde viam non habebat: *vt supra hac. l. ibi sic, licet cum incommodo.* Nam [c] aliquid statuitur vbi prorsus vsusfructus perimeretur, quod non fieret aliàs: *vt. C. de pre. impe. offe. l. ij. & l. rescripta.* 2. Vel verius hanc expone secundũ illam, scilicet vt legatarius præstet coactus ab herede per [d] retentionem, vel condictionem incerti, si oblitus tradidit nullo pretio dato: vt in contra. not. In via ad sepulchrum dic vt. s. de reli. si quis sepulchra. & facit. *s. si ser. vind. l. testatrix & de leg. j. l. si fundum. §. qui fundum. & s. de serui. vrbanor. prædior. binas. & si vsusfruct. peta. l. j. & supra titu. j. l. j. de lega. iij. l. si cui ædes. & infra de fund. instru. l. prædia. § fina. & supra de seruitu. vrbano. prædior. l. Olympico.*

a Voluntas tacita ex ordine interpretationem recipit, nõ sic expressa. *Salic. l. cùm virum. 4. col. C. de fideicõmis.*

b Vsufructu legato, an & quo modo viam vtendi fruendi causa, fructuario heres emere cogitur.

c Vsusfructus perituri causa aliquid permittitur, quod aliàs non permitteretur.

† Vide in hũc locum Alciat. *lib. Parer. j. c. 22.*

d Legato vsufructu, legatario viam præstare heres cogitur, etiã per eum fundum quem idem testator legauit: præstare, inquam, viã cogitur heres, eã nimirùm redimendo à fundi legatario, vel per retentionem vel incerti conditionem.

L*Egatum.*] CASVS. Legaui ciuitati Bononiensi duos fundos pone, vt ex reditib9 eorũ singulis annis in ea ciuitate memoriæ meæ seruandæ gratia curratur ad pallium: quod Bononiæ fieri non licet propter statutum fratris Ioann. quæritur, vtrum pecunia quæ debebat expendi in pallio, debeat cedere lucro heredum meorum? Et dicitur quòd non, sed potestas Bononiæ debet in alio licito spectaculo expendere eam in memoriam mei testatoris cũ consilio heredum meorum, & ancianorum populi, & mercatorum. Viuianus.

i ¶ *Legatum.* scilicet fundi.

k ¶ *Ex reditibus.* scilicet dicti legati. Accur.

l ¶ *Quotannis.* i. singulis annis. Accur.

m ¶ *Cedere.* Nullo igitur priuilegio vtetur hîc respublica, quoniã omnibus quibus illicitæ [e] conditiones aut modi apponuntur, hoc in commune conceditur, vt multis exemplis ostenditur. Ro. *vt. s. de condit. institu. l. conditiones contra edicta. & Institu. de heredi. institu. §. impossibilis & facit. j. de condit. & demon. l. in testamento quidam. & de admi. rerum ad ciui. perti. l. legatum. in prin. & §. fin. & l. proxi. & s. de leg. j. l. ciuitatibus.*

e Conditioni illicitæ causa relictum, non cedit lucro heredis: siue conditio imponatur Reipublicæ, siue priuato.

Q*Vidam.*] CASVS. Iussi fieri ludos licitos: & rogaui ancianos ne vellent conuertere pecuniam omni anno in aliam speciem, aut in alios vsus. post mortem meam respublica Bononiæ stetit per quatuor annos quòd non fecit dictos ludos. nunquid reditus collectos in dictis quatuor annis, debet respublica restituere heredibus meis, vel compensare sibi in aliis legatis quę reliqueram eidem reipublicæ? Et respond. quòd perceptos fructus in dictis quatuor annis ex dictis fundis, debet heredib9 meis restituere respubli. si iam respublica apprehenderat possessionem

aliorum legatorum à me sibi relictorum inuitis heredibus meis. si autem non apprehenderat possessionem aliorum legatorum, debet compensare dictos fructus in dictis aliis legatis. Viuianus.

a ¶ *Ludos.* scilicet non illicitos. aliàs secus. *vt. s. l. proxi.*

b ¶ *Testamento.* reipub. relicto Accursius.

legauit, de quorum reditu quotannis ludos [a] edi voluit: & adiecit, *Quæ legata peto, decuriones, & rogo, ne in aliam speciem aut alios vsus conuertere velitis.* Respublica per quadrienium continuum ludos non edidit. Quæro, an reditus quos quadriennio respublica percepit, heredibus restituere debeat, vel compensare in aliam speciem legati ex eodem testamento.[b] Respondit, & inuitis heredibus possessione adprehensa perceptos fructus restituendos[c] esse: & non erogatum secundum defuncti voluntatem, in alia quæ deberentur, compensari.

Si non apparet persona legatarij, legatum redditur nullum. Bart.

XVIII. MODESTINVS *libro nono Responsorum.*

QVi plures habebat libertos, testamento suo dixit, se habitationem relinquere his quos codicillis designasset. Cùm nullos postea designauerit: quæro an omnes admitti debeant. Respondit, si patronus qui se designaturum personas libertorum pollicitus est, nullum postea designauit: legatum habitationis perfectum esse non videtur,[d] non existente cui datum intelligi possit.[e]

In dubio debet stari scripturæ, etiã si aliud actum sit, dummodo de illo non constet. Bart.

XIX. IDEM *libro singulari de Eurematicis.*

SI alij[f] fundum, alij vsumfructum eiusdem fundi testator legauerit: si eo proposito fecit, vt alter nudam proprietatem haberet, errore labitur. Nam detracto vsufructu, proprietatem eũ legare oportet eo modo: *Titio fundum detracto vsufructu lego*, vel *Seio eiusdem fundi vsumfructum heres dato.* quod nisi fecerit, vsusfructus inter eos communicabitur:[g] quòd interdum plus valet scriptura, quàm peractum sit.[h]*

XX. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

SI seruum sub conditione liberum esse iubeam, & vsumfructum eius tibi legauero: valet legatum.[i]

XXI. PAVLVS *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

TItio vsusfructus[k] Stichi, aut si nauis ex Asia venerit, decem legata sunt. Non petet vsumfructum antequam conditio decem existat vel deficiat:[l] ne potestas heredi vtrum velit dandi auferatur.

XXII. VLPIANVS *libro quinto decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

PAtrimonij mei reditũ omnibus annis vxori meæ dari volo. Aristo respondit, ad heredem vxoris non transire, quia aut vsuifructui simile[m] esset, aut huic legato, In annos singulos.[n]

XXIII. IVNIVS *Mauricianus libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

LIcet[o] testatori repetere legatum[p] vsusfructus, vt etiã

c ¶ *Restituendos.* etiam si sint erogati: *vt. C. de lega. non dubium.* Item secundum voluntatem apprehensa compensantur, *vt subiicit. & facit supra titu. j. liberto. §. Lucius. & C. de expen. lu. l. vnica. & infra eo. l. vxori. & supra. l. proxi. & s. de lega. j. ciuitatibus. & j. de admini. re. ad ciuita. perti. l. j.*

QVi plures.] CASVS. Ego habens plures libertos, ita dixi: In meo testamento relinquo habitationẽ illis meis libertis quos in codicillis nominabo. & postea nullos in codicillis nominaui, & postea decessi. Certè nullus libertorum debet habere habitationem: non enim fuit perfectum legatum. Viuianus.

d ¶ *Non videtur.* secus si dixerit, vni ex libertis meis dato: *vt supra de legat. ij. l. si quis Titio. § si heres.* Accursius.

e ¶ *Intelligi possit.* nam incertæ[a] personæ non potest legari: *vt Institu. de lega. §. incertis. & infra de re. dub. l. iij. & v. & supra de heredi. instit. quoties. §. tantumdem.* Sed contra *supra de lega. ij. cùm pater. §. si v.* Solu. vt ibi. & eodem modo sol. *C. de institut. & substitut. si testamentum. & facit infra de verb. oblig. triticum.* ADDITIO. Dic quòd ibi erat certa persona, licèt fines erant incerti. hic vero erat incerta persona, secundum Bart. hic.

a Incertæ personæ legari nõ potest.

SI alij fundum.] CASVS. Legaui Titio fundum meum Titianum, & Seio legaui vsumfructum eiusdem fundi eo animo vt Titius haberet nudam proprietatem, & Seius vsumfructum. & postea decessi. certè fundus erit Titij, & medietas vsusfructus erit eiusdem Titij, & alia medietas Seij: quia ego testator lapsus fui errore. appellatione enim fundi plena proprietas cõtinetur. & ita hoc casu plus valet scriptura, quàm illud quod in corde agebam ego testator: agebam autem, vt dixi, vt Titius haberet nudam proprietatem, & Seius totum vsumfructum. si autem vellem ita venire sicut in corde gerebam, ita deberem dicere, Titio fundum detracto vsufructu lego: Seio eiusdem fundi vsumfructum heres dato. quo casu Titius habebit nudam proprietatem, & Seius totum vsumfructum.

f ¶ *Si alij.* Sticho vel Titio. Accursius.

g ¶ *Communicabitur.* Imò non: *vt supra famil. ercisc. l. & puto. §. Iulianus.* quæ est contra. Solu. ibi.[b] Sed pro hoc *supra de vsufru. accrescen. l. inde Neratius. §. non solum. & de vsufruct. earum re. l. si tibi.*

h ¶ *Actum sit.* id est actum dicitur, non tamen est certum. aliàs præualet actum, secundum R. Sed Ioan. & Azo & Hug. dicunt, etiam si probetur hoc sensisse, tamen stabimus[c] scripturæ: *vt & C. de fideicom. cum virum.* in eo quod dicit ibi plerumque. & secundum istos est contra. *C. plus va. quod agitur. l. j. & C. de lib. præter. l. si quis filium.* Solu. hic speciale, vt & alia quæ notantur. *C. plus val. quod agi. l. j. & fa. j. de supel. leg. l. Labeo. & de leg. iij. l. non aliter.*

b Index sua sententia non efficit, quod testator in testamento. *vide Rymanum sing. 18. ad de qua scripsi ad d. legem Ex pluis.*

c Scripturæ standum.

SI seruum.] CASVS. In testamento meo dedi libertatem Sticho seruo meo sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & eiusdem serui vsumfr. legaui purè Titio. certè valet legatum vsusfructus. pendente enim conditione libertatis non est liber. Viuian.

i ¶ *Legatum.* interim.[a] *& facit. C. de necessa. ser. here inst. l. penul. §. final. & quod ibi no.* Accur.

a Vsusfructus statuliberi [illegible] in statulibero homine relictus qui potest.

TItio vsusfructus.] CASVS. Legaui Titio vsumfructum Stichi serui mei: aut si nauis ex Asia venerit. x. & postea decessi. vult statim Titius petere vsumfructum Stichi sibi purè legatum. nunquid potest? & dicitur quòd non. cum enim fuerit alternatiuum legatum, debet esse heredis electio quod legatũ soluat. auferetur autẽ heredi electio prædicta si statim posset Titius petere vsumfructum Stichi, & non expectaretur vtrum conditio de legato de. x. existat, vel deficiat, quod quidem esse non debet. Viuian.

* quod actum sit.

k ¶ *Titio vsusfructus.* licèt purè legatum.

l ¶ *Deficiat.* facit.[b] *j. quando di. le. vel fideicom. cedit. l. si vsusfructus. in principio. & l. cum ita. & l. cum illud. & supra de lega. j. cum res. §. si Stichus restitutus. & l. si quando quis. §. j.*

b Electio est heredis in alternatiuis [illegible] excepti[illegible] ad ipsum heredem relict[illegible]

PAtrimonij.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: Patrimonij mei reditum volo dari vxori meæ omnibus annis. & postea decessi. & postea cum vxor mea aliquot annis percepisset dictum reditum, decessit. nunquid dictum reditum ad heredem suũ transmittit? Respon. quod non: quia dictum legatum est simile vsuifructui legato, vel legato relicto in annos singulos: de quibus duobus legatis non est dubium quòd finiantur morte legatarij. Viuian.

m ¶ *Simile.* &[c] sic morte finitur: *vt Inst. de vsufr. §. finitur.*

n ¶ *In annos singulos.* & tunc similiter finitur morte: *vt. s. tit. j. l. in singulos.* Sed[d] non aperit an sit vsusfru. Sed dic quòd non: *vt no. s. de vsufru. si quis ita. & facit. j. eo. l. fundi. & s. vsufru. quemadmodum ca. l. idem est.*

c Vsusfructus morte finitur.

d Vsusfructus & reditus patrimonii omnibus annis, vel in singulos annos relicta differẽtia.

LIcet testatori.] CASVS. In quadam constitutione Iuliani iurisconsulti ita continebatur, quod si testator leget vsumfru. Titio in sui testatoris fundo, & postea Titius patiatur minimã capitis deminutionem, per quam secundũ hæc iura amittatur vsusfructus, licèt iterum Titio legatario habere dictum vsumfru. quasi videatur tacitè repetitus per dicta verba testatoris. Antoninus autẽ dixit, & bene, quòd dicta constitutio Iuliani habet locum tantum in vno casu, id est cùm legatur vsusfructus in annos singulos: quia tunc sequentium annorum non tollitur vsusfructus per dictã capitis deminutionem, sed præcedentium tantum: & idem in qualibet alia re legata in annos singulos. non autem debet intelligi dicta constitutio Iuliani ita large sicut ipse eam intellexit. intellexit autem eam generaliter etiam si simpliciter sit legatus vsusfructus, & malè: *vt. s. tit. j. in singulos.* Viuian.

o ¶ *Licet.* id est licitum est.

p ¶ *Legatum.* etiam tacitè: *vt. j. exemplificat.*

Capitis

a ¶ *Capitis deminutionem.* legatarij.
b ¶ *Locum.* vt tacita fiat repetitio, cùm, &c. quasi dicat, non quādo simpliciter legatur, sed certè & expressè potest repeti: *vt.* ś. *ti.* j. *in singulos.* & ś. *quib. modis vsusfruct. amit. l. iiij. in princ.*

post capitis deminutionem[a] deberetur. & hoc nuper imperator Antoninus ad libellum rescripsit, tunc tantùm esse huic constitutioni locum,[b] cum in annos singulos relegaretur.

Vsuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum quandocunque currentes debentur fructuario cauenti. sed si per heredem fuit fœnerata, à tempore moræ debentur. Bart.

XXIIII. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

VXori fructu bonorum legato, fœnus quoque sortium[c] quas defunctus collocauit,[d] post impletam ex senatusconsulto[e] cautionem[f] præstabitur.[g] Igitur vsuras nominum in hereditate relictorum antè cautionem[h] interpositam debitas, velut sortes in cautionem[i] deduci necesse est. Non idem seruabitur nominibus ab herede

VXori vsufructu.] CASVS. Legaui vxori meæ vsumfructū bonorum meorum cùm haberem multos debitores, quibus mutuaueram denarios, & postea decessi. venit vxor mea postea ad heredes meos, & cauit eis de tanta pecunia restituenda si morietur, vel capite minuetur, quantam ego defunctus mutuaueram dictis meis debitoribus: & petiit ab eis heredibus pecuniam creditam prædictam, vt sic ex ea habere posit vsumfructum secundum meum præceptum testatoris postea heredes egerunt contra dictos debitores, & exegerunt ab eis pecuniam cum vsuris, quæ cucurrerunt antè dictam cautionem, & post. vnde dicta mea vxor vult habere vsuras anteriores & posteriores. quęritur, vtrum possit habere & petere? Et respō. quòd non: imò illas tantùm quæ cucurrerunt post dictā cautionem: & eas non tenebitur restituere heredibus finito vsufructu. illas autem vsuras quæ cucurrerunt antè prædictam cautionem, consequi debet vxor, sed non lucrari: imò in dictam cautionem debent deduci, sicut deducuntur siue ponuntur sortes: & eas restituere tenebitur sicut sortes. si autem heredes mutuassent dictam pecuniam, & non ego testator: non debebit tunc habere dicta mea vxor nisi sortes, & non vsuras quæ cucurrerunt antè dictā cautionem, vel post. si autem heredes sint in mora dandi dictas sortes vxori meæ prædictæ, tunc ex mora eorum tenentur ei ad vsuras, & non debebit vxor cauere eis de restituendis eis dictis ex mora vsuris finito vsufructu: licèt teneatur cauere de restituendis eis illis vsuris quæ antè dictam cautionem cucurrerunt contra debitores hereditarios, vt dictum est.

[SCORPVM.] Ego habens seruum nomine Scorpum, ita dixi in testamento meo: Scorpum seruum meum Semproniæ concubinæ meæ seruire volo. & postea decessi. certè non videor legasse concubinæ proprietatem serui, sed vsumfructum tantùm. & hoc dicit. Viuianus.

c ¶ *Sortium.* id est, pecuniarum.
d ¶ *Collocauit.* id est, sub vsuris mutuauit.
e ¶ *Ex senatusconsulto.* quo constituitur in pecunia quasi[a] vsusfruc. *vt Inst. de vsufru. §. constituitur.*
f ¶ *Cautionem.* de reddenda pecunia finito vsufructu: *vt infra eodem nota.*
g ¶ *Præstabitur.* ab herede vxori legatariæ, quod fœnus præstabitur velut fructus pecuniæ, non velut sors: nec de restituendo eo fœnore cauet vxor. Accursius.
h ¶ *Antè cautionem.* nam posteriores iure fructuum lucratur.
i ¶ *In cautionem.* de reddendo finito vsufru. ¶ Et no. arg. quòd fructuarius[b] non facit fructus suos antè cautionem præstitam, secundum Al. Azo contra si bona fide percipiat, id[c] est, si non credebat se teneri satisdare.
k ¶ *Dumtaxat.* non autem vsuras[d] quas lucrifecit heres ex pecunia hereditaria: quia ex sua negotiatione est eas consecutus: *vt arg.* ś. *de here. ven. l. venditor.* & j. *ad. l. Fal. iij.* 2. Item nec fuerunt defuncti, licèt sors fuerit hereditatis. De sua enim intelligi nō potest, cùm dicat sortem dandam legatariæ. 3. Item fœnerabat suo periculo: *vt arg.* ś. *mand. idemque. §. si mandauero.* & *pro sol. si vnus. §. si vnus.*
l ¶ *Aut quòd.* Potest dici ꝙ sit vnus casus ab inde, non idē, &c. vsque ad fin. huius. §. & sic est sensus quòd heres det sortem, item vsuras quas percepit ex mora debitorum, vel ex stipulatione: & hoc quando erat iam in mora dandi vxori cui mutuauit. & secundum hoc non cauebit vxor. vel secundum aliam lecturam nō cauebitur ab vxore heredi: quia eas lucratur propter moram heredis. sed secundum hoc quare dixit dumtaxat sortes? Respond. corrigit se cùm dicit, aut quòd, &c. q. d. aut pro &, scilicet & illud quod placuit heredi stipulanti vsuras propter moram debitorum reddi, postea sub. & super his vsur. &c. Sed hęc lectura non placet: quia cum ex sua mora heres teneatur legatariæ ad vsuras, iam non curo mutuauerit antè moram vel post. dic ergo duos esse casus abinde, non idem, &c. vsque in fin. §. & primus deducit vsuram quam heres percepit à debitoribus non dandam legatariæ: sed eam lucratur rationibus quas prædixi in superiori Gl. ś. & ideò non cauet legatariæ, quia non habet vsuras. secundus, si heres fuit in mora, dabit vsuras legatariæ vt lucretur, & non caueat: vt ibi, aut quòd, &c. & dic aut,[a] pro &: moram, scilicet heredis & placuit. s. iurisconsu. *vt* ś. *de lega. ij. l. Titia. §. vsuras.* & *facit ad. §. C. eo. l. j.*
m ¶ *Propter moram.* s. heredis.
n ¶ *Placuit.* scilicet iam. Azo.
o ¶ *Vsusfructus.* nisi hoc testator intellexerit: *vt infra de sta. libe. l. cum heres. §. Stichus.*

factis tunc enim sortes dumtaxat[k] legatario dabuntur, aut, quòd[l] propter moram[m] vsuras quoque reddi placuit,[n] super his non cauebitur. 1. ¶ *Scorpum seruum meum Semproniæ concubinæ meæ seruire volo.* Nō videtur proprietas serui relicta, sed vsusfructus.[o]

Non valet relictum quò fructuarius de re cum fructibus restituenda proprietario post mortem suam grauatur. Bartol.

XXV. IDEM *libro octauo Responsorum.*

QVi fructus prædiorum[p] vxori reliquit, post mortem eius[q] prædia cum reditibus ad heredes suos redire voluit, imperitia[r] lapsus. Nullum fideicommissum dominus neque proprietatis[s] neque fructus[t] ad eos reuerti dedit. etenim reditus futuri non præteriti temporis demonstrati videbantur.[u]

QVi fructus.] CASVS. Titius legauit vxori meæ vsumfructum prædiorum suorum Titiani & Seiani: & ita postea dixit in eodem testamento: Volo redire ad heredes meos dicta prædia cum reditibus post mortem dictæ meæ vxoris & postea decessit dictus Titius testator: & post multos annos fortè decessit dicta vxor sua quæ iam vsa & fruita erat dictis fundis. nunquid ex fideicommisso prædicto testatoris proprietas dictorum fundorum vel vsusfructus debet reuerti ad eos heredes? Et dicitur quòd non: & est ratio; quia reditus futuri dictorum prædiorum post mortem vxoris videbantur demonstrati per verba dicti testatoris qui dixit, vt dictum est, post mortem vxoris prædia cum reditibus redire debere ad heredes suos. dicti autem futuri reditus reuertuntur ad heredes ipso iure. ergo nihil operantur dicta testatoris verba ad fideicommissum. ¶Item præteriti reditus non debent redire ad heredes: quia ratione vsusfructus eos lucrata est vxor. ¶Item & proprietatem dictorum fundorum habent iure hereditario: & sic non possunt habere ex fideicommisso. bene ergo imperitia fuit lapsus dictus testator, qui voluit & credidit quod dicti fundi cum reditibus redirent ad heredes suos post mortem vxoris suæ fructuariæ ex fideicommisso. Viuianus.

p ¶ *Prædiorum.* scilicet aliquorum certorum.
q ¶ *Eius.* scilicet vxoris. Accursius.
r ¶ *Imperitia.* iuris,[b] quia nesciebat morte[c] finiri vsumfructum, cùm lex dicat contrarium: *vt Inst. de vsufru. §. finitur.*
s ¶ *Neque proprietatis.* quoniam habet eam iure hereditario. Accursius.
t ¶ *Neque fructus.* s. præteriti temporis quos vxor percepit, & quia fuerunt sui iure legati: & sic bene sequitur, etenim, &c. ad quod est *supra de leg. iij. l. quod his.* Sed arg. contra[d] *infra ad Trebel. in fideicommissariam.* 2. Vel dic, fructus futuri temporis non redeunt ad eos, id est, ad heredes, scilicet iure fideicomm. sed[e] iure consolidationis quia ergo de futuris sensit, nullum est fideicommiss. in eis. & hoc subiicit, etenim, &c.
u ¶ *Videbantur.* sic ergo adiectio illa, post mortem, &c. superflua est. & hoc ideò, quia imperitia lapsus sic dixit. aliàs secus fortè: *vt.* j. *de auro & argen. leg. species.* & *supra de vsufruct. ea re. qua vsu consti. l. fina.*

SEmpronius.] CASVS. Quidam nomine Sempronius Attalus instituit sibi heredem Titium, & fundum suum Sempronianum quem habebat in Italia, iussit dari Gaio Seio post decennium deducto vsufruct. & ita voluit quòd Titius heres esset vsufructuarius dicti fundi post decennium, & Gaius Seius esset proprietarius: & postea decessit dictus testator: & in quinquen-

a Quasi vsusfructus in pecunia constituitur.
b Vsusfructuarius fructus suos facit antè cautionem de vtendo & restituendo præstitam si bona fide eos percepit, vt hic, Azo. Cyn. l. vsufructu. C. de vsufr. vide tamē plura apud Barto. hic. Nam contrarium sensit Oldrad. arg. l. si sit. l. si cuius. in Gl. ś. de vsufr. l. si homo. j. de vsurap. l. hac edictali. §. hu illud. in Gl. super verbo fideiussionem. C. de secundis nupt. & l. vsufructu. C. de vsufructu. l. vti frui. §. si aliàs. l. fructuario. in fi. ś. si vsusf. petat. l. in diuersis. in Gl. magna. ś. de rei vindic.
c Bonam fidē facit opinio.
d Vsufructu legato, heres pecuniæ à testatore creditæ vsuras fructuario præstare debet: hereditariæ à se creditæ, non sequitur: vt qui eas vsuras lucratus sit sua negotiatione, vsque fuerint defuncti, & eas fœnerauerit suo periculo.

a Aut pro &.
b Imperitus est in iure qui ignorat morte vsumfructum finiri.
c Vsusfructus morte finitur.
d Fructus præteriti non veniunt in restitutionem, licet computentur in quartam.
e Iuris consolidationis & fideicommissi differentia.

nio pone decessit dictus heres eius: & postea transiuerūt alij quinque anni: & sic transiuit decennium à morte testatoris: & sic venit tempus dandi dictum fundum dicto Gaio Seio, vt testator dixerat. petit modò ab herede heredis Gaius Seius plenum fundum, id est non deducto vsufructu. heres autem heredis vult deducere vsumfructū sicut posset deducere Titius heres si viueret. quęritur, quid iuris sit? Et videtur quòd dictus heres heredis non possit vsumfructum deducere: quia dies dicti legati siue fideicommissi iam cessit. nam fuit relictum post diem, scilicet post decēnium, & illa legata quæ relinquuntur post diem certum, cedunt etiam antequam veniat dies: & per hoc etiam ad heredem Gaij Seij legatarij pertinere potuit si moreretur legatarius ante diem. & ideò iam videtur debitum dictum legatum Gaio Seio: & videtur per consequens vsusfructus pertinere ad heredem etiam ante decēnium. vnde mortuo herede ante decenniū, vt fuit in nostro casu, vsusfructus videtur extinct⁹: nec videtur posse pertinere ad heredē heredis: sed tamen respon in cōtrarium, scilicet quòd heres heredis possit deducere vsumfructū dicti fundi cùm dat eū post decennium dicto Gaio Seio: quia licet dies dicti legati siue fideicommissi cesserit statim post mortē testatoris, tamē vsusfructus dicti fundi nōdum est heredis, nisi cū dominiū dicti fundi præstiterit legatario deducto vsufructu. & ideò si heres capite minuatur, vel moriatur antè decēnium, sicut fecit in nostro casu, non potest perire vsusfructus quem heres non habebat adhuc tempore mortis suæ: & sic ab herede heredis incipiet in nostro casu vsusfructus, & ex persona eius finietur. & quod dixi in legato relicto post diem certum, habet locum in legato relicto sub conditione. si autem appareat voluntas expressa testatoris volentis prius finire vsumfructum morte heredis quàm eum habeat, tunc morte eueniente etiam ante decēnium finietur vsusfructus: quo finito solida & plena proprietas debet ad legatarium pertinere eo tempore quo dat ei fundum heres heredis, id est post decēnium, vt dictum est: nec hoc casu potest heres plus transmittere ad heredem suum, quàm si iam habere cœpisset vsumfructum ipse heres. quo quidem casu sine dubio non transmitteret heres vsumfructum ad heredem suum: quia morte eius finitus est.

† Vsufructu heredi legato, intelligitur de primo herede. *l. antiquitas. C. de vsufructu.* Idem dicendum, si simpliciter dicitur deducto vsufructu, non facta mentione heredis, quia de primo herede intelligitur. *vt hîc. adde l. qui vsumfructum. §. 1. versic. hoc ita. s. de vsufructu.*

Sicut morte finitur spes vsusfructus iam constituti: ita finitur spes vsusfructus constituendi. Bart.

XXVI. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

SEmpronius Attalus ab herede suo fundum in Italiam Gaio post decennium deducto vsufructu dari iussit. Quæro, cùm medio [a] hoc decennij spatio heres vita functus sit: an post tempus decennij plenus fundus ad legatarium pertineat. mouet enim me, quòd dies legati huius siue fideicommissi cesserit, [b] ac per hoc & ad heredem legatarij pertinere potuerit: & ideò quasi circa debitum iam legatum mortuo herede vsusfructus extinctus [c] sit, nec † ad heredem heredis pertinere possit. Respondi: Dies quidem fideicommissi vel legati cedit statim cùm post [d] tempus certum heres dare rogatur siue iubetur: sed vsusfructus [e] nondum est heredis, nisi cùm dominium deducto vsufructu præstitit: & ideò capitis deminutione vel morte perire non potest, [f] quod nondum habuit. Idem euenit, si proprietas deducto vsufructu sub conditione legata sit, & pendente conditione heres decesserit. tunc enim ab heredis herede incipit vsusfructus, [g] qui ex persona eius finietur. Sed his casibus de sententia testatoris quærendum est: qui vtique de eo vsufructu detrahendo sensit, [h] qui coniunctus esset heredis personæ: quo extincto, solidam proprietatem ad legatarium voluit pertinere: nec plus transmitti ad successorem suum qui nondum habere cœpit vsumfructum, quàm si iam habere cœpisset. [i]

Plures coniuncti ad vnam portionem vocantur cum alio disiuncto. Bartolus.

1. ¶ Si fundus duob⁹, [k] alij vsusfructus legatus sit: non trientes in vsufructu, [l] sed semisses cōstituuntur. [m] idémq; est ex contrario si duo sint [n] fructuarij, & alij ꝓprietas legata est: & inter eos [o] tantùm adcrescendi ius est.

Quod postea apparet indebitè solutum, repetitur. Bart.

XXVII. SCÆVOLA *libro primo Responsorum.*

VXori † maritus per fideicōmissum vsumfructum, & alia, & dotem prælegauit. heredes vsumfructum ei concesserunt. post biennium illicitum matrimonium fuisse pronútiatum est. Quæsitum est, an id quod præterito tempore possedit, ab ea repeti possit. Respon-

[SI FVNDVS.] Legaui Titio & Seio fundum meum Titianum: & Gaio legaui vsumfructum eiusdem fundi, & postea decessi. quæritur, qualiter diuidatur vsusfructus inter eos tres? Et dicunt quidam quòd quilibet eorum debet habere tertiam partem. sed malè dicunt: imò debēt fieri duo semisses de vsufructu: vnum quorum habebit Gaius cui legatus est vsusfructus: alium Titius & Seius, quibus legatus est fundus. & idem erit econtrario, scilicet si legaui Gaio fundum prædictum, & Titio & Seio vsumfructum eiusdem fundi. nam & in hoc casu fierent duo semisses de vsufructu: vnum quorum habebit Gaius: & alium Titius & Seius quibus legaui vsumfructum. & inter dictum Titium & Seium in vsufructu coniunctos erit solummodo ius accrescendi. vnde si ponas Titium decedere, Seio accrescit sua pars dicti vsusfructus: & non debet habere inde aliquid Gaius cui soli legata est proprietas. & hoc dicit. Viuianus.

a ¶ *Cùm medio.* scilicet antequam possit extingui vsusfruc. qui nō est à proprietate separatus.

b ¶ *Cesserit.* quia cùm in diem certum relinquitur, cedit à morte testatoris: *vt. j. dicit.*

c ¶ *Extinctus est.* aliquam enim separationem habebat à proprietate iam, quia erat debita legatario. sed non erat plena separatio: quia dominium erat apud heredem. Accursius.

d ¶ *Cùm post.* id est quando. ¶ Et dic, cedit [a] vt sit debitum: *vt infra de verb. signif. l. cedere.* Item vt fiat transmissio: *vt. C. de cadu. tol. §. cùm igitur.*

e ¶ *Sed vsusfructus.* scilicet formalis. [b] sed causalem habet.

f ¶ *Non potest.* ratione mera, sed de æquitate secus: *vt. j. dicit.* ¶ Et not. quòd [c] non perit quod non est: *vt hîc, & j. de condi. & demon. l. Titio vsusfructus.* ¶ Et not. pro & contra. *s. de vsufru. quēad. ca. l. iij. §. j.*

g ¶ *Incipit vsusfructus.* scilicet stricto iure. 2. Vel dic si hoc voluit testator, *vt & j. de verb. obli. stipulatio ista. §. si quis. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fin.* Accur.

h ¶ *Sensit.* id est sensisse videtur: *vt. s. de vsufru. l. si Titio. in prin. & le. qui vsumfru. §. j.* nisi contrarium liqueat eum voluisse: *vt. j. de verb. oblig. l. stipulatio. & d. §. Chrysogonus.* Accursius.

i ¶ *Cœpisset.* sicut enim tunc res, sic nunc species periit. & facit *infra de condit. & demon. l. j. §. j.*

k ¶ *Duobus.* scilicet simul. si autem separatim verbis, fierent triētes: *vt arg. supra de vsufru. ac. si tibi.* & intelligitur plena proprietas: *vt. s. eod. l. si alij.*

l ¶ *Vsufructu.* separatim.

m ¶ *Constituuntur.* scilicet vt vnum semissem habeant legatarij fundi, alium ille cui legatus est vsusfructus.

n ¶ *Duo sint.* siue re cōiuncti, siue separati, secundū R. tu dic coniunctī: vt habeat locum quod subiicit, aliàs accresceret ei cui fundus relictus est, sicut aliter fructuario: *vt. s. de vsufr. ac. l. si tibi.*

o ¶ *Inter eos tantum.* s. quibus est coniunctim vsusfruct. relictus: quia sunt coniuncti re & verbis, sed legatario fundi re tantùm: *vt supra de leg. iij. re coniuncti.* Sic & in superiori casu præfertur collegatarius fundi, vtpote re & verbis coniunctus: tamen illis duobus pereuntibus accrescit ei ab eis, & econtra: *vt. s. de vsufr. ac. l. vnde Neratius. §. si. & l. seq.* ¶ Item quod dicit fieri duos sextantes hoc secundo etiam casu, est contra. *s. de vsufru. ac. le. si tibi.* Sed ibi nuda proprietas vni, item vsusfru. eidem & aliis duobus: vnde omnes sunt pariter coniuncti. Sic ergo fiunt ibi trientes. *& fa. s. de vsufr. ac. l. si proprietas. & l. si Titio. in prin. & s. de here. inst. l. Titius. & l. liber homo. §. Titius.* Accursius.

VXori maritus.] CASVS. Legaui vxori meæ dotem suam quæ fuit. c. & duas meas domos pone, & vsumfructū aliorū meorum bonorum: & decessi. postea heredes mei cōcesserūt ei vsumfructum bonorum meorum: & dederunt ei domos prædictas, & dotem. postea cogitauerunt heredes quòd matrimoniū quod fuit inter me & eam, fuit illicitum, puta quia ego eram præfectus cohortis vel equitum. vnde dixerunt inter se, probemus hoc coram iudice, scilicet quòd ipsa contraxit illicitum matrimonium scienter, & faciamus hoc pronuntiari, & non habebit amplius vsumfr. bonorum: & illū quem percepit, ab ea repetemus. & ita fecerunt. nunquid poterunt repetere vsumfructum quem percepit mulier? & dicitur quòd sic. Viuian.

a Legatum in diem cedit die mortis ad transmissionem: adueniente die quod ad dominij adquisitionem.

b Vsusfructus formalis & causalis dominium quando sit penes heredem.

c Non entia perire dici nō possunt. Priuatio enim præsupponit habitum.

† Facit ad casum huius legis quæstio quam ponit Glo. in c. plerumque. super verb. valebit. in prin. extra de dona. inter vi. & vxo.

a ¶ *Repeti posse.* si habes repeti posse, concord. *supra eo.l.quidã. & supra tit.j.l.liberto.§.Lucius.* Sed contra supra *de ritu nuptia. præfectus.* vbi [a] valet relictum illicitè coniugi à præfecto. Sed ibi ipsa fuit ignorans illicitum: hîc vterque sciuerat, vel saltem vxor. Aliàs est non posse: & tunc dicas eam ignorasse: vt ibi plenè not. Et eodem modo respõ, ad illam *infra de his quibus vt indi. le.ij §.j. & facit. Cod. de incest. nup. leg. qui contra & infra vnde vir & vxor. l.j.§.j.*

a Legari an & quomodo possit illicita vxori.

dit, id quod fructus nomine percepisset, repeti posse. [a]

Vsufructuarius tenetur ad soluendum collectam & alias præstationes. Bartolus.

XXVIII. PAVLVS *libro tertiodecimo Responsorum.*

QVæro, si vsusfructus fundi legatus est, & eidem fundo indictiones [b] temporariè indictæ sint, quid iuris sit. Paulus respondit, idem iuris esse & in his speciebus quæ postea [c] indicuntur, [d] quod in vectigalibus [e] dependendis responsum est. ideóque hoc onus ad fructuarium pertinet. [f]

Vsufructu legato & per fideicommissum relicto inspicitur potius persona fideicommissarij quàm legatarij. Bartolus.

XXIX. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

SI quis vsumfructum legatũ sibi, alij restituere rogatus [g] sit, cúmque in fundũ induxerit fruendi causa: licèt iure ciuili morte & capitis deminutione ex persona legatarij pereat vsusfructus, quod [h] huic ipso iure adquisitus [i] est: tamen prætor iurisdictione sua id agere debet, vt idẽ seruetur quod futurum esset si ei cui ex fideicommisso restitutus esset, legati iure adquisitus fuisset.

Conditione sub qua legatum diuiduum debet resolui, impleta pro parte: legatum pro parte resoluitur.

QVæro.] CASVS. Legaui Titio vsumfructum fundi mei Titiani, & decessi. & postea heres meus concessit ei vsumfructum. postea fuit imposita collecta per ciuitatem. quæritur, quis debeat collectam soluere pro dicto fundo: & respon. quòd vsufructuarius, sicut tenetur soluere vectigalia, id est tributa ordinaria pro dicto fundo. statuerant enim principes quòd pro qualibet tornatura terræ soluantur omni anno tres solidi pone. & istud erat ordinarium tributum. & postea per tempora imponebant collectas quando volebant: & illæ erant indictiones temporariæ. Viuianus.

b ¶ *Indictiones.* id [b] est onus impositum tempore fertilitatis: & sic temporariæ. Accursius.

b Indictiones temporariæ dicuntur quæ fertilitatis tẽpore imponuntur.

c ¶ *Postea.* Not. postea. secus si antè: *vt.s.de lega.j.l.eadem Iulianus. §.heres.*

d ¶ *Indicuntur.* aliàs inducantur.

e ¶ *In vectigalibus* scilicet perpetuis: vt differat à præcedenti. & dic pro tempore futuro: vt modò dixi.

f ¶ *Pertinet.* sicut [c] & lucrum: *vt supra de vsufruc.l.vj.& l.item si fundi.* ¶ Item alia ratione, quia fructuum [d] sunt onera, quod patet: quia plus [e] vel minus secundùm quantitatem fructuum percipitur: *vt.C.de censi.l.omne. & .j.de vino, triti. l.j.& ij.& .j.de censib.l.forma.& .C.de allu.& pal.l.ij.* ¶ Item contra.s.*de le.ij.qui concubinam.§.qui hortos.* Sol.ibi. ¶ Item est contra *in eo.tit.l.pe.§.fi.* Sol.ibi & vt ait R.in illis ll. anterioris temporis expensam facit heres: quia [f] cùm rem debeat dare, sic debet facere, vt eam dare possit. at quæ fit postea iam liberato herede, desiit: & pro non deminuendo sui legati commodo facit legatarius. ¶ Item.s.*de vsufru.l.hactenus.& l.pe.& .s.de impen.in re.do.l.neque.& .j.eo.l.generalia.§.fi.*

c Lucri & oneris eadem debet esse ratio.

d Onerũ alia debentur pro consequendo iure fructuarij, cuiusmodi onera ad fructuariũ nõ pertinẽt: Alia iure illo iam percepto, imponuntur fructibus pro prædio vel personæ pro prædio, & ea ad fructuarium pertinent.

e Fructuũ quãtitatẽ metimur æstimationem prædiorum & rerum.

f Eandẽ rei debitor efficere ac præstare debet, vt rem possit dare.

SI quis.] CASVS. Legaui Titio vsumfruct. fundi mei Seiani: & rogaui eum vt dictum vsumfruc. restitueret Seio: & postea decessi. heres meus induxit dictum Titium in dictum fundum causa fruendi, & Titius induxit in dictum fundum causa fruendi dictum Seium cui vsumfructum restituere fuit rogatus: & postea decessit dictus Titius qui erat primus legatarius vsusfructus. nunquid remanet dictus vsusfruct. Seio? Et videtur quòd non: quia iure ciuili morte & capitis deminutione dicti Titij ex persona eius perit vsumfruc. quia ei ipso iure adquisitus est. Et tamen respon. quòd non est verum. quia prætor ex iurisdictione sua id agere debet, vt idem seruetur in hoc casu quod seruaretur si dicto Seio ab initio esset adquisitus vsusfruc. iure legati. seruaretur autem quòd non periret vsusfructus in persona Seij ex quo ipse Seius nõ esset mortuus, vel capite minutus: & in nostro casu non erat mortuus, vel capite minutus Seius. ergo in eius persona nõ debet perire vsusfr. licèt mortuus sit, vt dictum est, Titius cui primò legaui vsumfr. & qui tenebatur eum dicto Seio restituere. h.d. hæc lex. Viuian.

g ¶ *Rogatus.* per fideicommissum.

h ¶ *Quod.* aliàs qui.

i ¶ *Adquisitus.* scilicet ab initio, non tamen per omnia: *vt.* [a] *s.de lega.ij.l.si quis Titio.in princip.* ¶ Et facit supra *quibus mod.vsufruct.amit.le.j.in princip.& l.si legatum.& .l. antepenul. & supra si vsusfruct.pet.leg.qui vsumfructum.* Item facit *infra de noua. l.si vsusfructus.* Accur.

a Hoc verum est, si fideicommissario facta restitutio est: secus si ante fideicommissum deficeret.

XXX. IAVOLENVS *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

CVi [k] vsusfructus legatus esset, donec ei totius dotis satisfieret: [l] cùm ei heres [m] pro sua parte satisdedisset, quamuis reliqui satis non darent: tamen pro ea parte vsumfructum desinere habere mulierem ait Labeo. [n] idem fieri & si per mulierem mora fieret quò minus satis acciperet. 1. ¶ Colono suo dominus vsumfructum fundi quem is colebat, legauerat. agat [o] colonus cum herede, ita vt iudex cogat heredem ex locationis actione eum liberare.

Diuisio facta cum proprietario nõ præiudicat fructuario. Bart.

XXXI. LABEO *libro secundo Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

IS qui fundum tecum communem habebat, vsumfructum fundi [p] vxori legauerat. post mortem eius tecum heres arbitrum communi diuidundo petierat. Blæsus ait Trebatium respondisse, si arbiter certis regionibus fundũ diuisisset: eius partis quæ tibi obtigerit, vsumfructum mulieri nulla ex parte deberi: sed eius quod heredi obtigisset, totius vsumfructum eam habituram. Ego hoc falsum puto. nam cùm ante arbitrum cõmuni diuidundo coniunctus pro indiuiso ex parte dimidia

CVi vsusfructus.] CASVS. Institui mihi tres heredes pone, & legaui dotem suam vxori meæ. Item legaui vxori meæ vsumfructum omnium bonorum meorũ donec ei satisfieret per heredes meos nomine totius dictæ suæ dotis, & postea decessi. & postea vnus de dictis meis heredibus satisdedit pro sua parte dictæ meæ vxori de reddenda dote prædicta ei: & alij heredes non satisdederunt. nunquid pro ea parte qua ei satisdatum est, desinit habere vsumfructum bonorũ? Et dicitur quòd sic. sed & si aliquis heredum non satisdedit eò quia ipsa noluit, idem est, scilicet vt pro ea parte qua noluit satis accipere, finiatur vsusfruc. [COLONO.] Titius nummis colebat fundum meum Seianum: legaui ei in testamento meo vsumfructum dicti mei fundi: & postea decessi. certè potest agere dictus colonus cum herede meo vt liberet eum ab actione locati. Viuian.

k ¶ *Cui.* scilicet vxori.

l ¶ *Satisfieret.* id [b] est satisdaretur: quæ satisdatio valet: *vt supra solu.matrim. l.si constante. §.quoties.* Non autem [c] valet constante matrimonio: *vt.C.de fideiuss. vel man.do.dentur.l.j.*

b Satisfacere videtur, qui satisdat.

c Dotis fideiussor dari nõ potest constante matrimonio.

m ¶ *Heres.* vnus de pluribus.

n ¶ *Ait Labeo.* de æquitate, secus de rigore: *vt in contrario.s.famil.ercis.inter coheredes.§.vsufruc.leg.* Sol. [d] vt ibi. Item facit.j.*de cond.& demon.l.tales.§.j.& .ij.l.si quis legata.§.j.& l.cui fundus.& .s.tit.j.l.Seio.in princ.*

d Id est, sed solue vt ibi. & melius.

o ¶ *Agat.* actione ex testamento. ¶ Et idem est si damnauerit heredem liberare conductorem: *vt.s.loca.si in lege.§ fi.& .j.de libe.leg.l Caßius.* ¶ Sed actione [e] ex conducto consequitur vtrumque, vt neque mercedem præstet, & impensam quam in culturam fecerat, recipiat: *vt.s.de vsufr.l.quoties.§.si colono.* Accur.

e Conductor cui liberatio relicta est à locatore, actione ex testamento hoc consequitur, vt mercedem non præstet, & impensam quam in culturã fecit, recipiat.

IS qui fundum.] CASVS. Ego habens fundum communem cum Titio, in testamento meo vsumfructum dicti fundi legaui vxori meæ, instituto mihi herede Seio pone. & postea decessi. postea Seius heres meus intentauit iudicium cõmuni diuidundo cũ Titio prædicto meo socio, & iudex diuisit fundum per medium inter eos. modò quæritur an vxor mea debeat habere vsumfructum pro ea parte quæ obuenit dicto Titio socio, nedum ex parte quæ obuenit heredi meo? Et dicitur quòd sic, & dictus heres meus tenetur ei totum præstare: quia antè dictum iudicem totus vsusfructus pro indiuiso ex parte dimidia coniunctus mulieris fuit: & dictus iudex iudicando inter heredem meum & Titium socium nõ potuit mutare ius vxoris. Trebatius autem dixit eius partis fundi quæ Titio socio obtigit, vsumfructum mulieri non deberi ab herede mariti vel à dicto socio, sed dixit eam habituram vsumfructum eius partis tantùm quæ heredi meo obtigit in partem. sed ipse malè dixit. Viuianus.

p ¶ *Fundi.* pro parte sua.

a ¶ *Receptum est.* communi [a] & regulari iure. *ad quod est supra quibus modis pign.vel hypo.sol.l.si consensit.§.fin. & qui po.in pig. ha.l.ij.§.fi.& .C.communi diui.l.tertia.*

... totius fundi vsusfructus mulieris fuisset: non potuisse arbitrum inter alios iudicando, alterius ius mutare. quod & receptum est.[a]

Verba adulatoria ad honoratum directa non inducunt dispositionem. Bartolus.

XXXII. SCAEVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

GEnerali capite præposito quidam in testamento suo ita adiecit: *Felici, quem liberum esse iussi, vsumfructum fundi Vestigiani lego: cuius proprietatem puto te* [b] * *consecuturum, si non contenderis cum herede meo, sed potius concordaueris. sed & tu heres omnia fac vt amici sitis. hoc enim vobis expedit.*[c] Quæsitum est, an viuente herede exigere possit Felix fundi proprietatem. Respondit, nihil proponi [d] cur Felici proprietas fundi legata videretur.

Verba à testatore prolata debent intelligi vt aliquid operentur: ne aliàs dispositio reddatur inutilis. Bart.

1. ¶ Filios ex Seio, & filiam ex alio marito heredes instituit [e] æquis portionibus: & matri [f] ita legauerat: *Aeliæ Dorcadi matri meæ dari volo quoad viuat, vsumfructum bonorum meorum:* [g] *ita vt post obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his viuet,* [h] *pertineat* filij post aditam hereditatem decesserát. quæsitum est, mortua matre, superstite filia testatricis, vsusfructus vtrum ad solam filiam, an verò pro portione hereditatis pertineret. Respondit, ad eos redire, apud quos proprietas esset.[i] Claudius [k] non credidit ipsum vsumfructum in vicem portionum hereditariarum post mortem auiæ inter ipsos [l] datum, eò magis [m] quòd æquis partibus heredes erant scripti.[n]

Legatum generaliter merces & venalia non comprehendit, & per consequens per speciale generale restringitur. Bartolus.

2. ¶ Vxori vsumfructum domuũ, & omniũ rerũ [o] quæ in his domibus erant, excepto argento, legauerat, † item vsumfructũ fundorum, & salinarum.[p] Quæsitum est, an lanæ cuiusque coloris mercis causa [q] paratæ, item purpuræ, quæ in domibus erant, vsusfructus ei deberetur. Respondit, excepto argento, & his quæ mercis causa comparata sunt, cęterorum omnium vsumfructum legatariam habere.

3. ¶ Idem quæsiit, cùm in salinis quarum vsusfructus legatus esset, salis inuentus sit non minimus modus, an ad vxorem ex causa fideicommissi vsusfructus pertineat. Respondit, de his legandis quæ venalia [r] ibi essent, non sensisse testatorem.

4. ¶ Idẽ quęsiit, cũ eodẽ testamẽto ita cauerit: *A te peto vxor,*

GEnerali.] CASVS. In principio testamenti mei talem generalitatem posui: omnia quæ legauero, dari volo. & postea ita dixi: Felici quem liberum esse iussi, vsumfructum fundi mei Vestigiani lego. & postea ita in secunda persona fui locutus dicto Felici: proprietatem dicti fundi puto te Felicem consecuturum si non contenderis cum herede meo, sed potius cõcordaueris. & postea ita fui locutus heredi meo, sed & tu heres omnia facito vt amici sitis. hoc enim vobis expedit. & postea decessi ego testator. quæritur, an viuente herede meo possit dictus Felix exigere ab eo proprietatem fundi? & respon. quòd non videtur legata proprietas fundi. Viuianus.

b ¶ *Te.* de tertia persona transit ad secundam, & ex his verbis oritur dubitatio. Sed secundum R. sunt verba adulationis.[b] Accursius.

c ¶ *Expedit.* per hoc etiam apparet consilium [c] esse.

d ¶ *Nihil proponi.* Imò videtur quòd sic: *vt supra de lega.j. l. & hoc modo. & .l. & eo modo.* Sed hic dirigit [d] sermonem ad oneratum. & sic sunt blanditiæ: ibi ad heredem, & sic probabilis fiducia non debet ipsum fallere: *vt & supra de leg.ij. l.vnum ex familia.§.fi.* Accursius.

Filios ex Seio.] CASVS. Titia habebat filium Titium ex Seio, & filiam Sempronianam ex alio marito: & habebat matrem quæ vocabatur Ælia Dorcas. fecit ista testamentum, & instituit sibi heredes dictum Titium & Sempronianam filios suos ex æquis partibus, & dictæ suæ matri ita legauit: Æliæ Dorcadi matri meæ dari volo donec viuet vsumfruct. bonorum meorum, ita vt post obitũ eius ad liberos meos, aut ad eũ qui ex his viuet, pertineat. & postea decessit dicta Titia testatrix, & dicti filij adiuerũt heredi. suam: & postea deceiserunt filij, id est decessit filius: & postea decessit Ælia Dorcas mater testatricis, superstite dicta Sempronia filia testatricis. modò quæritur, vtrum dictus vsusfruct. qui extinctus est morte matris testatricis pertineat ad solam filiam testatricis, id est ad Semproniam. an verò pertineat pro dimidia ad dictam Sempro. quæ habet dimidiam proprietatis omnium bonorum testatricis: pro alia verò dimidia pertineat ad heredes dicti Titij filij testatricis qui habet aliam dimidiam proprietatis bonorum? & dixerunt quidam quòd sic. Sed Claudius dixit, & melius, quòd sola filia habebit totum vsumfruct. licèt heredes filij habeant medietatem proprietatis bonorum: quia quamuis filius & filia fuerint pro æquis partibus instituti, tamen non credit dictus Claudius ipsum vsumfruc. datum per testatricem inter filium & filiam post mortem auiæ dicti filij & filiæ inuicem portionum hereditariarum, sed tantùm secundum numerum superstitum liberorum post mortem dictæ auiæ. filia autem sola erat superstes tempore mortis auię: ergo ipsa sola debet habere vsumfruct. & istud assumit Claudius ex verbis testatricis prædictis ibi, aut ad eum qui ex his viuet &c. Viuianus.

e ¶ *Instituit.* scilicet mater.

f ¶ *Et matri.* suæ scilicet testatricis.

g ¶ *Bonorum meorum.* scilicet omnium: nisi excedat dodrantem: *vt supra de vsufruct. le. om. bon. licèt sit argu. contra infra eod. leg. vxori meæ.*

h ¶ *Ex his viuet.* hinc oritur quæstio.

i ¶ *Proprietas esset.* hæc responsio est vera, considerata sola natura vsusfructus.

k ¶ *Claudius.* s. corrigens prædictam sententiam, & inspiciens ipsam substitutionem factam in vsufructu.

l ¶ *Inter ipsos.* filios, & filiorum heredes: sed tantùm secundùm numerum liberorum superstitum: & hoc ex illis verbis, scilicet ita vt post obitum eius &c.

m ¶ *Eò magis.* non credit hoc Claudius.

n ¶ *Scriptis.* vnde iam facta substitutio in vsufructu superflua foret si æqualiter, id est consolidationis modo ad heredem filium & cæterorum filiorum heredes vsusfructus perueniret. Accur.

¶ *Vxori.*] CASVS. Titius habens multas domos, & in his domibus multas res, & etiã argentum, & etiam lanam cuiusque coloris & purpuras paratam & paratas causa mercis, & etiam habens multos fundos & multas salinas in quibus erat non minimus modus salis, fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium, & vxori suę Gaię legauit vsumfruct. dictarũ domuũ, & omnium prædictarum rerum quæ in his domibus erant: excepto argento, & vsufructu dictorum fundorũ & salinarum. & postea ita dixit in eodem testamento, A te peto vxor vti ex vsufruct. quem tibi præstari volo, in annum. xv. contenta sis annuis quadringentis: & quod amplius fuerit, rationibus heredum meorum inferatur. & postea decessit dictus Titius testator. modò quęritur hic de tribus. ¶ Primum est, an dictæ lanæ & purpuræ mercis causa in domibus paratæ vsusfruct. debeatur vxori, & etiam dicti argenti? Et dicitur quòd non, sed bene debetur ei vsusfruct. omniũ aliarum quæ erant in dictis domibus. ¶ Secundum est, an dictus magnus modus salis qui inuentus est in salinis post mortem testatoris, pertineat ad dictam vxorem? Et dicitur quòd non: quia testator non sensit de iis legandis quæ essent venalia magnus autem modus salis in salinis inuentus bene erat venalis: sed videtur sensisse de tanto sale legando, quantum sui causa parasset. ¶ Tertium est, an propter prædicta vltima verba testamenti ibi, à te peto vxor &c. videatur recessum à superiori capite testamenti, & sic vxor non amplius habeat ex vsufruc. quàm annuos quadringentos in. xv. annis? Et certè sic. satis enim apertè hoc declarant dicta vltima verba testamenti. Viuianus.

o ¶ *Omnium rerum.* hic oritur prima quæstio.

p ¶ *Salinarum.* hic oritur alia quæstio.

q ¶ *Mercis causa.* si habes non: bene. vel si deest non, idem est: quia responsio sic certa est, vt venalia non veniant in legato, vel quæ ad tempus ibi sunt, *vt hic, & .j. proxim. respon. & .s. de leg. ij. l. Gaius. & .s. de lega. ij. l. vxorem. §. legauerat & .l. si fundum. & .l. quæsitum. & .l. si chorus. §. j. & .l. si ita. & .l. prædiis per totam. l. & .l. cùm quæritur. §. lana. & .j. de aur. & argen. lega. l. si vxori. §. j. & .j. de fundo instru. & instru. leg. l. prædia. §. j. & .ij.* Accursius.

r ¶ *Venalia.*[a] scilicet mercis loco: *vt. s. proxim. respon. cum suis concor.*

a Fructuarij ius directus proprietarius tacere nõ potest.

* te Felicem.

b Adulatoria verba directa ad honoratum dispositionem non inducunt.

c Consilio seu cõsilium dans legare non intelligitur.

d Verba ad oneratum vel honoratum, dirigatur multum interest.

l. in prædiis. in qui. cau. pig. vel hypoth.

† Obligantem omnia bona sua, eundẽ non videri obligare ea quæ habet venalia. hinc colligit Iacob. de Aretio, argumento ducto à legato ad obligationem. *adde cum tabernam. ff. de pignorib.*

a An legato bonorum generali contineantur venalia. vide Grassum *libro sentent. §. legatum. q. 20.*

Amplius

a ¶ *Amplius fuerit.* i. si amplius collegit ex fructibus quam sint quadringenti aurei, rationibus heredum inferatur. Accur.
b ¶ *Declarare.* & sic videtur recessum à capite priori. Accur.

Lucius Titius.] CASVS. In testamento suo reliquit fundum suũ Tusculanum Publio Mæuio, & commisit fidei Publij Mæuij vt partem dimidiam vsusfruct. eiusdem fundi præstaret Titiæ. & postea decessit dictus Lucius Titius testator. & heres suus dedit Publio Mæuio legatario dictum fundum. accidit ita postea quòd quædam villa siue domúcula quæ erat in dicto fundo causa cogendorum siue colligendorum & conseruandorum fructuum, corrupta fuit propter vetustatem, & dictus Publius Mæuius necessariò eam reædificauit. petit modo dicta Titia medietatẽ vsusfruct. dicti fundi, sicut testator ei reliquit à Publio Mæuio legatario prædicto. dicit Publius Mæuius, ego volo detrahere de vsufructu quem petis, medietatem expensarum quas feci in dicta domuncula. quæritur, quid iuris sit? Et respon. quòd bene potest detrahere.

c ¶ *Lucius Titius.* de verbo ad verbum. s. *de vsufr. l. Titius Mæuio.*
d ¶ *Ratio habeatur.* pro[a] rata vsusfru. Sed si postea expendat, vel prius, sed oblitus non retinuit: agit neg. gest. *vt supra de vsufruct. si absente.* Sed hic exceptione doli & officio iudicis consulitur. Accursius.

Duas filias.] CASVS. Titius habebat vnum filium mente captum qui vocabatur Iulius Iustus, & duas filias: quarum vna vocabatur Titia pone, & alia Publia Clementiana. fecit testamentum hic Titius, & instituit sibi heredes dictas suas duas filias in tribus partibus hereditatis suæ, & filium suum prædictum in quarta: & Publiæ Clementianæ prædictæ in hæc verba legauit, vsumfructum dictæ portionis dicto filio datæ: hoc amplius Publia Clementiana præcipiat sibi vsumfru. quartæ partis hereditatis meæ ex qua Iulium Iustum filium meum heredem institui. petóque à te Publia Clementiana vt fratrem tuum Iulium Iustum tuearis, & alas, & dependas pro eo illud quod habet vel habebit necesse dependere nomine collectarum fortè: pro quo, id est pro quibus omnibus vt facias, reliqui tibi vsumfruct. portionis eius donec mentis compos fiat, & conualescat. & postea decessit dictus Titius testator, & postea dictus filius testatoris decessit perseuerans in eodem furore vsque ad diem mortis suæ. modò quæritur: vtrum dictus vsusfruct. filiæ relictus in parte fratris finiatur per mortem fratris prædicti? Et dicitur quòd non: nisi probetur per heredem filij testatorem velle finiri per mortem filij. credo autem quòd hoc probat heres filij eo ipso quòd contrarium non probatur. Viuianus.

e ¶ *Et filium.* in quartam instituit: vt infra dicit. Accursius.
f ¶ *Legauit.* i. prælegauit. Accur.
g ¶ *Vti.* pro vt.
h ¶ *Manifestissimè.* quod fortè non difficiliter probabit si legãdi causam diligenter inspicias: *vt. s. titu. j. l. liberto. §. filium.* R. probat ergo, secundum H. eo[b] ipso quòd contrarium non probatur. ¶ Itẽ facit. C. *de vsusfruct. l. ambiguitatem.*

a Fructuarius tenetur ad expensas fructuũ colligendorum factas. An pro dimidia, an potius pro rata portione æstimationis vsusfructus & proprietatis? An potius seruata simul æstimatione vsusfructus, & conditione personæ suæ: vt si prouectioris sit ætatis, minus conferat, quàm si iuuenis? Ita post Iacobum Rauenatem esse Albericus in l. Titius. de vsufructu. argu. l. hereditatis. §. ad l. Falcid.

b Probari aliquid intelligitur eo ipso, quod contrarium non probatur.

vti ex vsufructu quem tibi præstari volo, in annum quintumdecimum contenta sis annuis quadringentis: quod amplius fuerit,[a] *rationibus heredis heredúmve meorum inferatur:* an recessum videatur à superiore capite, ideóque vxor non amplius habeat ex vsufructu, quàm annuos quadringentos. Respondit, satis id quod quæreretur, apertè verba quæ proponerentur, declarare.[b]

Ad expensas factas pro fructibus colligendis fructuarius tenetur pro rata. Bartolus.

5. ¶ Lucius Titius[c] testamento suo Publico Mæuio fundum Tusculanum reliquit: eiúsque fidei commisit, vti eiusdem fundi partem dimidiam vsusfructus Titiæ præstaret. Publius Mæuius villam vetustate corruptam, cogendis & conseruandis fructibus necessariá ædificauit. Quæro, an sumptus partem pro portione vsusfructus Titia adgnoscere debeat. Respondit, si prius quàm vsumfructum præstaret, necessariò ædificauit: non alias cogendum restituere, quàm eius sumptus ratio habeatur.[d]

Finita causa finali in legato, extinguitur legatum: secus si aliud constat de mente testatoris. Bartolus.

6. ¶ Duas filias, & filium[e] mentẽ captum, heredes scripsit. filij portionis mente capti datæ vsumfructum legauit[f] in hæc verba: *Hoc amplius Publia Clementiana præcipiet sibi** *quartæ partis hereditatis meæ ex qua Iulium Iustum filium meum heredem institui: petóque à te Publia Clementiana, vti*[g] *fratrem tuum Iulium Iustum alias tuearis, dependas pro eo, pro quo tibi vsumfructum portionis eius reliqui, donec mentis compos fiat, & conualescat.* Quæsitum est, cum filius in eodem furore in diem mortis suæ perseuerans decessetit, an vsusfructus interciderit. Respondit, verbis quę proponerentur, perseuerare legatum: nisi manifestissimè[h] probetur aliud testatorem sensisse.

Vsusfructus surrogatus in locum annui legati, debet sequi naturam ipsius. h. d. secundum Dy. Bartolus.

7. ¶ Heredis instituti fidei commisit,[i] filio suo annua decẽ præstare: aut ea prædia emere, & adsignare, vt vsumfructum haberet,[k] reditum efficientia annua decem. filius fundos sibi ab herede secundum matris volũtatem traditos locauit. Et quæsitum est, defuncto eo reliqua colonorum vtrúmne ad heredẽ filij fructuarij, an verò ad heredẽ Seiæ testatricis pertineant.[l] Respondit, nihil proponi cur ad heredem Seiæ pertineant.

Cui relinquitur vsusfructus partis bonorum, potest heres soluere æstimationem, vel rem: & onus tributorum pertinet ad legatarium vsufructus. Bartolus.

8. ¶ Vsũfructũ tertiæ partis bo-

Heredis instituti.] CASVS. Seia habens filium exheredauit eum & Seium instituit sibi heredem, & commisit fidei dicti Seij vt præstaret dicto filio annua decem, aut talia prædia emeret, & eidem filio assignaret, ex quibus filius possit percipere annua decem: & postea decessit dicta Seia: & Seius heres suus tradidit filio tales fundos quales ipsa præceperat: & filius locauit eos postea Gaio & Sempronio pendente locatione decessit dictus filius. modò quæritur, vtrum reliqua colonorum prædictorum pertineant ad heredem filij, an verò ad heredem Seiæ testatricis? Et respon. quòd non pertinent ad heredem Seiæ. Viuianus.

* sibi vsumfructum.

i ¶ *Fidei commisit.* Seia testatrix, si non habes in textu. Accur.
k ¶ *Haberet.* prædia dico efficientia reditũ &c. Accursius.
l ¶ *Pertineant.* dicta reliqua. & potest dici quòd hic filius habuit vsumfructum. & secundum hoc dic reliqua[a], id est fructus percepti. aut pensiones quæ iam cucurrerunt. pendentes autem suo iure percipiet, & nullam pensionem pro eis exiget à colonis: quoniam cum eis non contraxit: *vt supra titu. j. l. in singulos. in fin. & supra si vsusfru. pet. vel fru. §. j. post litem. & de vsufruct. l. defuncta. & supra quibus mod. vsusfruct. amit. l. si vsufructuarius.* & secundum hoc nihil est contra. 2. Potest dici & aliter quòd pro toto anno quo decessit, habeat: licèt in primo mense anni decessit filius: & *sic est contra supra de vsufru. si operas. & l. adhuc. §. si operas.* 3. Vel dices secundũ Rog. quòd fuit annuum[b] legatum: cuius[c] legati dies cessit in initio cuiusque anni, & debetur[d] in solidum annum, licet decesserit anno non completo: *vt supra titu. j. l. in singulos. & l. à vobis.* & quod hic dicit, vt vsumfructum haberet, id est[e] fructus vel reditus. at in contrariis est vsusfructus. 4. Vel etiam si est hic vsusfructus potest dici quod habeat integrum annum, secundum distinctionem quam nota. supra *de vsufruct. l. adhuc. §. si operas. in fine. §. & supra titul. j. l. à vobis.*

Vsumfructum.] CASVS. Titius instituit sibi heredes Seium & Gaium: & eidem Seio prælegauit vsumfructum tertiæ partis bonorum suorum: & postea decessit dictus Titius: & postea Seius & Gaius heredes acceperunt iudicem pro diuidenda hereditate: & iudex res quasdam hereditarias quæ diuisionem commode recipere non poterant, adiudicauit totas Seio heredi cui datum fuit prælegatum vsusfructus & eum condemnauit in æstimatione dictarum rerum Gaio coheredi meo. petit dictus Seius à Gaio coherede suo tertiam partem dictæ pecuniæ effectæ propter æstimationem dictarum rerum, vt sic in ea tertia habeat vsumfructum, sicut pro tertia habebat in omnibus aliis rebus quæ fuerunt testatoris. Gaius autem coheres non vult ei præstare: imò vult ei dare tantum vsumfructum quantum posset exigere de tertia parte rerum prædictarum adiudicatarum dicto Seio per iudicem fam. ercifcun. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quod electio est dicti Gaij coheredis quod prædictorum præstet. de alia autem pecunia quæ est in hereditate, non est dubium quin Seius

a Reliqua colonorum hic an fructus percepti, an verò pensiones iam debitæ.

b v. Rymanam singul. ra. in fi.

c Annui legati dies cedit initio cuiusq; anni.

d Annuum legatum debetur in solidum annum, licèt decesserit legatarius anno non completo.

e Vsusfructus pro fructu & reditu.

debeat habere apud se tertiam, vt inde habeat vsumfruct. detractis tamen prius tributis de vniuersa pecunia hereditaria: quæ tributa deberi & reddi necesse est pro prædiis hereditariis, & pro rebus se mouentibus. *Viuianus.*

a ¶ *Legauerat.* i. prælegauerat.

b ¶ *An pecunia.* scilicet tertia: quæ tertia pecuniæ effecta est, id est effici vel redigi potest ex rebus diuisis. debêt etenim fieri tres partes de tota hereditate: & æstimatio tertiæ debet dari.

c ¶ *Rerum.* commodam diuisionem recipiêtium. cæterum partim legatarij, & partim iudicis arbitrio [a] committitur: *vt. s. de leg. j. l. non amplius. §. fin. & l. sequenti.*

d ¶ *Æstimationis.* in pecunia, aut [b] etiam in certa re pro omnibus, si hoc voluit heres: *vt supra de leg. j. l. potest. & l. penultim.*

¶ Et sic not. quod hic liberatur [c] soluendo æstimationem etiam eius quod legatum est. *sic supra de legat. j. si domus. §. qui confitetur. & §. sequen. & infra de auro & argen. leg. l. j. §. fina. & l. cum certum.*

e ¶ *Item quæsitum.* cõtinua præcedentibus, & non habent quidam. §.

f ¶ *Mouentibus.* se rebus. aliud si pro capite tributum debeatur. Accursius.

g ¶ *Præstandam.* quãdoque tributa quæ ex re dantur, de fructibus præstantur: *vt Cod. de an. & tribu. l. j. & ij.*

† Dic secus vbi non esset dare medium: tunc electio esset legatarij, non hæredis. *Salyc. in l. a. §. sed et si quis. C. communia. de lega.*

a Arbitrio iudicis cõmittitur res commode diuidi possint nec ne.

b Æstimatio non tãtùm fieri potest in pecunia, sed in aliis certis rebus.

c Æstimationis solutione liberatio nobis cõtingit.

norum suorum vni ex heredibus legauerat. [a] Quæsitum est, an pecuniæ [b] quæ ex rebus diuisis secundum æstimationem effecta est, tertia præstanda sit. Respõdit, heredis esse electionem, vtrum rerum, [c] an æstimationis [d] † vsumfructum præstare vellet. Item quæsitum [e] est, tributa, præter ea quæ vel pro prædiis aut mouentibus [f] deberi & reddi necesse est, an eximenda sint ex quantitate, vt reliqua dumtaxat pecunia, si hoc heres elegerit, reddi debeat. Respondit, reliquæ pecuniæ tertiam præstandam. [g]

Legato generali habitationis vel vsusfructus non derogatur per legatum proprietatis. Bartolus.

XXXIII. IDEM *libro septimodecimo Digestorum.*

SEmpronio ea quæ viuus præstabam, dari volo. is [h] etiam habitabat in testatoris domo, [i] quæ vni ex heredibus prælegata erat. Quæsitum est, an habitatio quoque debeatur. Respondit, nihil proponi cur non debeatur. [k]

1. ¶ Ex his [l] verbis testamenti, *Libertis meis quibus nominatim nihil reliqui, quæ viuus præstabam, dari volo:* quæsitum est, an libertis qui cum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur. Respondit videri.

Si heres grauatur aliquid pati: intelligitur grauatus vt patiatur eo modo quo patiebatur defunctus. Bartolus.

2. Codicillis ita scripsit, [m] *Negidium, Titium, Dionem, libertos meos senes & infirmos peto in locis in quibus nunc agunt, senescere patiamini.* [n] Quæro, an ex hoc capite liberti supra scripti ex fideicõmisso fructus [o] locorum quibus morantur, recipere debeát: cùm alia quę eis specialiter legata sũt, sine controuersia cõsecuti sunt. Respondit, verbis quæ proponerentur, id petitum, vt ad eum modum paterentur heredes ibi eos esse, ad quem modùm ipsa patiebatur. [p]

Fideicommissum relictum post mortem omnium, ab vltimo decedente videtur esse relictum, h. d. & est notabilis casus. Barto.

XXXIIII. IDEM *libro octauodecimo Digestorum.*

COdicillis fideicommissa in hæc verba dedit: *Libertis, libertabusq; meis, & quos in codicillis*

d Æstimatur ac valet res minus propter onus tributi.

R. ¶ *Et not. supra eod. l. quæro.* æstimabitur [d] ergo quanto minus valet propter onus tributi. nam Stichus non petet nisi ab herede qui possidet: *vt. Cod. sine cen. vel reli. l. omnes.* & sic fructuarius soluet tantò minus accipiendo: *vt. Cod. de col. do. l. dotis. & j. eod. l. fina.*

SEmpronio.] CASVS. Dominus Ioseph tenebat in domo sua Vsupinum siue Sempronium. fecit testamentum dictus Ioseph, & instituit sibi heredes Seium & Gaium: & Seio prælegauit dictam domum vbi habitabat Sempronius, & ita postea dixit: Sempronio dari volo ea quæ viuus præstabam. certè debetur Sẽpronio etiam habitatio. [EX HIS VERBIS.] Hic. §. planus est propter princip. huius. l. quia idem dicit. [CODICILLIS.] Titia instituit sibi heredes Seium & Caium: & tribus suis libertis scilicet Negidio & Titio & Dioni, quos tenebat in quibusdam suis prædiis, multa legata reliquit: & postea fecit codicillos in quibus ita scripsit: Negidium & Titium & Dionem libertos meos senes & infirmos peto à vobis heredibus meis vt patiamini eos senescere in locis in quibus nunc degunt. postea decessit dicta Titia, & heredes sui soluerunt sine controuersia ea quæ specialiter legata fuerunt dictis libertis. modò petunt dicti liberti à dictis heredibus fructus dictorum prædiorum in quibus morari solebant viua testatrice, & hoc propter dicta verba quæ dixit testatrix in codicillis. nunquid possunt hoc petere liberti? Et dicitur quòd sic, si testatrix viua existens permittebat eos accipere fructus de dictis fundis. & aliàs non possunt petere. & hoc dicit. Viuianus.

h ¶ *Is.* s. Sempronius.

i ¶ *Domo.* forsitan spatiosa. Accur.

e Generali legato vsusfructus vel habitationis non derogatur per legatũ speciale rei. *v. Roman. singul. 3 9.*

k ¶ *Non debeatur.* s. Sempronio habitatio, & similiter heredi cui est domus prælegata: ideò quia concursus fit [e] inter eos: sicut solet fieri cùm alij fundus, & alij vsusfructus legatur: *vt. s. eo. l. si alij.* & cùm alij vsus, & alij fructus legatur, quando concurrunt in vsu: *vt supr. de vsufru. l. si alij. & facit. j. §. j. & §. fin. & s. tit. j. l. Seio. §. medico. & §. fin.* & quod ibi not.

l ¶ *Ex his.* fa. s. *in princi. huius legis. & s. titu. j. l. Seio. § medico & §. fina.*

m ¶ *Codicillis ita scripsit.* s. testatrix, si non est in tex.

n ¶ *Patiamini.* ô vos heredes. Accur.

o ¶ *Fructus.* qui fortè ex parte domus poterat percipi, vel horto seu alio loco quo vtebantur in domo liberti. Accursius.

p *Patiebatur.* fa. *supra in princi. huius legis. & §. j. & supra titulo primo lege. Seio. §. medico. & §. fin. & suprà titulo. j. l. si tibi. & lege qui Marco. §. Lucio.*

a Pati iussum tes à testa cam patiebat præstare de quàm debe ctus ac testat præstare coge bant.

COdicillis.] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita dixit, Libertis libertabúsque meis etiam quos in codicillis manumisi, fundum vbi me humari volui, dari volo: ita vt qui ex his, libertis decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita vt ad nouissimum libertum pertineat. Post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo dictum fundum. & postea ita dixit dictus Titius: hoc amplius libertis libertabúsque meis prædictis habitationes in domo mea Titiana pertinere volo quamdiu viuant: & diætas omnes quibus vti quisque libertorum consueuit, habitet vnusquisque dictorum libertorum: quam domum supradictam Titianam post mortem dictorum libertorum ad dictam rempublicam Arelatensium pertinere volo. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur hic de duobus. Primum est, vtrum ab herede Titij qui fecit dictos codicillos, fideicommissum fundi supradicti datum sit dictæ reipublic. an verò à libertis? & respond. quòd ab illo de libertis videtur esse datum reipub. fideicommissum, qui vltimò decesserit. Secundum est, an defunctis quibusdam ex libertis prædictis quibus habitatio relicta erat, portiones domuũ prædictarum in quibus habitauerant, pertineant iam ad dictam rempub.? Et videtur quòd sic: quia testator ita dixit, vt dictum est, quam domum post mortem eorum ad rempubli. pertinere volo. & non repetit in domus legato verba quæ dixerat in legato fundi. dixerat autem in legato fundi hæc verba. ita vt ad nouissimum libertum pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo &cæt. Respond. tamen hic quòd donec aliquis dictorum libertorum viuat, non debetur reipublic. fideicommissum domus: quia dicta verba in legato primo fundi dicta videntur repetita in legato domus siue domuum. [QVI SEMPRONIAM.] Titius habens duas nutrices, scilicet Semproniam & Mæuiam: & habens Caium alumnum, instituit sibi heredem dictam Semproniam in decima parte hereditatis suæ, & dictam Mæuiam in alia decima, & dictum Caium alumnum in reliquis partibus, & dedit curatorem dicto alumno Sempronium: quæ datio curatoris non valuit, tum quia alumnus non erat in sua potestate, tum quia in testamento dedit ei curatorem. putabat tamen testator valere dationem, & dicti Sempronij curatoris fidei commisit ne pateretur vendi fundum Titianum hereditarium. sed cum dicta Sempronia & Mæuia reditu dicti fundi fruerentur: in eodem testamento adiecit, omnem voluntatem meam fidei heredum meorum committo. & postea decessit dictus Titius testator. modò quæritur, an quælibet dictarum mulierum possit petere tertiam partem vsusfructus dicti fundi ex fideicommisso? Et videtur quòd non: quia curator fuit eis associatus in fideicommisso, qui iure, vt dictum est, non potuit dari alumno. Respod. tamen quòd sic, & fruen-

& fruentur dictæ mulieres dicto fundo simul cum dicto alumno, & non cum curatore. Viuianus.

a ¶*Manumissi*. aliàs manumissurus: & aliàs manumisero: aliàs manumissum.

b ¶*Ab his*. id est ex his, id est primò quàm alij decesserint. & ex hoc oritur prima quæstio. Accur.

manumissi, [a] *fundum vbi me humari volui, dari volo: vt qui ab his* [b] *decesserit, portio eius reliquis accrescat* † *ita vt ad nouissimum pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo, hoc amplius* [c] *libertis libertabúsque meis habitationes in domo*, [d] *quamdiu viuent. Pactiæ* [e] *& Trophimæ diætas omnes, quibus, vti consueuit*, [f] *habitet. quam domum post mortem eorum ad rempublicam pertinere volo.* Quæsitum est, reipublicæ fideicommissum vtrum ab herede, an à libertis datum sit. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse ita verba accipi, vt eius legatarij qui nouissimus decederet, fideicommissum videatur. Idem quæsiit, defunctis quibusdam [g] ex libertis quibus habitatio relicta erat, an portiones domus in quibus hi habitauerant, iam ad rempublicam pertineant. Respondit, quoad aliquis eorum viuat, fideicommissum reipublicæ non deberi. [h]

Fideicommissum relictum à curatore quem quis putabat legitimè datum: ab herede scripto debetur. Bartolus.

1. ¶ Qui Semproniã ex parte decima, & Mæuiam ex parte decima, alumnum ex reliquis partibus instituerat heredes: curatorem alumno dedit, cùm iure facere putaret: [i] & curatoris fidei commisit, ne pateretur fundum venire, sed cum Sempronia & Mæuia nutricibus suis frueretur [k] reditu eius: & ima parte * testamenti ita adiecit, O-

a His verbis, Hoc amplius, inducitur repetitio.

† Accrescendi verbo, inducitur fideicõmissum. Dic vt in l. vsurio. s. de vul gar.

c ¶*Hoc amplius*. per [a] hæc verba & in fundo videtur repetere legatum: *vt. s. de lega. ij. l. si sic*. Accursius.

d ¶*In domo*. dari volo. Accursius.

e ¶ *Pactiæ*. nomina duorum libertorum vel libertarum quibus solam habitationem reliquit.

f ¶*Quisque consueuit*. aliàs deest quisque, & tunc subaudi, quisque scilicet eorum duorum vel earum. & dic consueuit, sci. testator: vel, consueui ego testator. Accur.

g ¶ *Quibusdam*. sic loquitur quasi fuerint plures quam duo. Sed dic, id est quodam. Accursius.

h ¶*Non deberi*. Conditio enim primo legato apposita, (scilicet in fundo primo legato,) & in habitationis legato repetita [b] creditur: *vt. j. de conditio. & demonstratio. l. aut. a. in princip. & l. illis libertis. & s. de leg. iij. in repetendis. & supra de condit. instit. l. cum seruus.* ¶Item ad legem istam bene est *supra de leg. ij. l. Titia Seius. §. Seio. & l. fi. §. filium.* Accur.

b Repetita inquam intelligitur his verbis, Deueniat de vno ad alium.

i ¶*Putaret*. cùm facere non possit, quia non est in eius potestate: *vt Insti. de tute. §. permissum.* ¶Item quia curator [c] testamento non datur etiam ab eo qui habet in potestate: *vt Insti. de cura. § datur.* Accursius.

c Curator testamento non datur ab eo qui habet in potestate.

k ¶ *Frueretur*. aliàs frueretur: sci. alumnus. aliàs fruerentur, scilicet alumnus & curator. Accursius.

* ima parte, id est quod Sueton. in Iulio. c. 83. dixit, in ima cera, & Cic. in extrema c quæ omnia pro vltima parte tabularum seu testamenti accipiuntur.

d Fideicommissum à curatore illegitimo (quẽ tamen testator putabat legitimum) relinqui valiter potest.

l ¶*Et* s. Alumno. Accursius.

m ¶*Receptus*. i. datus fuerit: s. talis qui non potest dari. vnde nec videbatur ab eo posse relinqui: sed tamen alumno potest relinquere: *vt hic, & s. de leg. j. l. peto. §. mater. & .C. de fideicom. l. etiam & s. de lega. j. l. legata inutiliter.* Accur.

n ¶*Vterentur*. sci. pro virilibus partibus: *vt suprà de leg. j. legata inutiliter. §. fin.* & hoc facit enumeratio personarum facta propriis nominibus expressis: *vt infra de statulibe. l. ita. §. j. & supra de leg. j. l. si heredes. §. fin. & facit supra de leg. ij. l. Lucius. §. Lucius. & supra de vsufruct. accre. l. si quis Titio. & s. de lega. j. l. seruus Titij. §. fina.*

V*Xori vsumfructum*.] CASVS. Titius legauit vxori suæ vsumfructum cuiusdam suæ villæ vsque ad quinquennium à tempore mortis suæ Titij: & postea ita dixit in eodem testamento: transacto quinquennio cum dictus vsusfruct. desierit esse dictæ vxoris, tunc eum fundum siue villam volo dari Sticho & Pãphilo & Eroti & Damæ libertis meis & postea decessit dictus Titius: & dicta vxor superuixit ei tantùm biennio pone: & ita decessit antè dictum quinquennium. modò quæritur, an statim post mortem vxoris possint liberti petere proprietatem dicti fundi siue villæ: & dicitur quod non, imò debent expectare quod quinquennium finiatur. Viuianus.

o ¶*Fundum*. s. in quo erat villa, & per consequens villam. Accur.

p ¶*Competat*. petitio.

q ¶*Completum* scilicet demum. *sic infra quando di. le. ce. l. si dies. & supra quando dies vsusfru. le. ce. l. j. in fin. & j. de verb. oblig.* in illa stipulatione ij calendis. Sed argu cõtra *supra ad Vel. l. aliquando. §. fina. & supra si vsusfru. peta. l. si fundus.* ADDITIO. Dic quòd ibi est tantum conditio: hic verò dies est & conditio: vnde debet expectari dies: *vt. l. in illa. infra de verbor. obliga.* 2. Vel dic quòd hic operatur dictio tunc, [a] quæ extremitatem tẽporis significat: *vt. l. iiij. infra de condit. & demon.* secundum Barto. hic.

mnem voluntatem meam fidei heredum meorum committo. Quæsitũ est, an tertias partes vsusfructus fundi nutrices ex fideicommisso petere possint, quàuis curator † ei [l] receptus [m] sit, quem iure dare non poterit alumno. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, vtiliter fideicõmisso voluntatem suam confirmasse. Id igitur cuique dedisse, vt & nutrices vnà cum alumno reditu fundi vterentur.

Licèt extiterit conditio, tamen expectanda est dies quæ superest. Bartolus.

XXXV. IDEM *lib. vicensimosecundo Digestorum.*

VXori vsumfructum villæ legauit in quinquennium à die mortis suæ: deinde hæc verba adiecit: *Et peracto quinquennio cùm eius vsusfructus esse desierit, tunc eum fundum* [o] *illi & illi libertis dari volo.* Quæsitũ est, cùm vxor intra quinquennium decesserit, an libertis proprietatis petitio iam, an verò impleto quinquennio competat, [p] quia peracto quinquennio testator proprietatem legauerat. Respondit, post completum [q] quinquennium fundum ad libertos pertinere.

Qui habet ius in re, in dubio videtur legare rem respectu iuris quod habet, licèt morte finiatur. Bartolus.

XXXVI. IDEM. *li. vicensimoquinto Digestorum.*

STticho testaméto manumisso, fundi vsusfructus erat legatus: [r] & cùm is vti fruique desisset, fidei heredum testator

† Quidam putant iungendas has duas voces, vt sit curatori, pro curatori vt veteres scribebant.

a Tunc particula extremitatem temporis denotat.

S*Ticho testamento*.] CASVS. Seius instituit sibi heredes Gaium & Sempronium, & libertatem directam dedit Sticho seruo suo, & eidem Sticho legauit vsumfructum fundi sui Seiani: & commisit fidei dictorum suorum heredum, vt dictum fundum darent Lucio Titio cùm dictus Stichus vti frui desiisset per mortem, vel capitis deminutionẽ. & postea decessit dictus Seius testator. & dicti sui heredes tradiderunt causa fruẽdi dicto Sticho dictum fundum: & postea Stichus fecit testamentum, & instituit sibi heredes Primum & Secundum. & duobus suis nepotibus legauit proprietatem dicti fundi in quo habebat vsumfru. & postea decessit dictus Stichus: & ita finitus est vsusfr. suus. & postea dicti heredes Stichi fructuarij dictum fundum tradiderunt ex testamento Stichi dictis nepotibus Stichi: & postea dicti nepotes Stichi tenuerunt dictum fundum decem annis inter præsentes ignorantes conditionem dicti fundi quam Seius primus testator dedit eidem fundo: quæ conditio fuit talis. scilicet vt heredes dicti Seij dictum fundum darent Lucio Titio cùm Stichus prædictus desiisset: vti frui: & ita habuerunt bonam fidem dicti nepotes Stichi, & titulum pro legato. nunquid acquisierunt dicti nepotes Titij dictum fundum titulo pro legato? & dicitur quòd sic. Si autem non habuerunt dictam bonam fidem dicti nepotes Stichi, & ita Lucius Titius prædictus auferre eis potuit dictum fundum etiam post decennium prædictum, & abstulit ponamus: nunquid habebunt repetitionem dicti fundi dicti nepotes Stichi ab heredibus prædictis Stichi? & dicitur quòd sic, nisi in vno casu, puta si Stichus fecit dictum suum testamentum eo tempore quo mortui iam erant illi, id est Lucius Titius, quibus, id est cui proprietas dicti fundi legata fuit per Seium primum testatorem: quo quidem casu videtur legasse Stichus nepotibus suis dictum fundum, ea ratione magis quòd proprietatem eius fundi crederet ad se pertinere, quàm quòd honorare vellet heredes suos si eis fundus auferatur per heredes dicti Lucij Titij mortui, vt dictum est. Viuianus.

r ¶*Legatus*. ab eodem qui libertatem reliquit.

commisit, vti eum fundum darent Lucio Titio. sed Stichus[a] testamento suo eiusdem fundi proprietatem nepotibus suis legauit: & heredes Stichi ex testamento eius legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. Quęsitum est, cùm nepotes legatarij[b] ignorauerint conditionem fundi suprascripti priore testaméto datam, & plus quàm tempore statuto[c] possederint, an eũ fundum sibi adquisierint.[d] Respondit, secundum ea quæ proponerétur, legatarios sibi adquisisse. 1. ¶ Idem quæsiit, si aliquo casu legatariis auferri[e] possit: an repetitionem ab heredibus Stichi eius nepotes habere possint.[f] Respondit, supra quidem de adquisitione responsum: verùm si ex alia causa adquisitio cessasset, videri Stichum, si post mortem eorum[g] quibus proprietas legata esset, testamentũ fecisset, potius quòd[h] habere se crederet,[i] quam quòd onerare heredes vellet, legasse.

Qui legat vsumfructum omnium bonorum suorum: intelligitur de mobilibus & immobilibus. Bartolus.

XXXVII. IDEM *libro trigesimotertio Digestorum.*

V*Xori meæ vsumfructũ lego bonorum meorũ, vsq; dum filia mea annos impleat octodecim.* Quęsitum est, an prædiorum tam rusticorum quàm vrbanorum, & mancipiorum, & supellectilis,

a ¶ *Stichus.* lapsus errore: quia nesciebat ius suum morte finiri. idẽ error est *Institu. de vsuca. §. item si is.*

b ¶ *Legatarij.* i. Stichi. Accur.

c ¶ *Statuto.* s. decennio[a] inter præsentes, xx. inter absentes: *vt. C. de præscrip. lon. temp. l. fin. & Insti. de vsuca. in prin.*

d ¶ *Adquisierint.* iure[b] quasi dominij per præscrip. lon. temp. tit. pro legato.

e ¶ *Auferri possit.* quia nondum præscripserant vel sciuerant conditionem primi testamenti, & sic fuerunt malæ fidei.

f ¶ *Possint.* quasi de euictione agentes, vel quasi debeant[c] redimere & præstare, vel saltẽ æstimationem vt in re aliena legata: *vt. s. de leg. ij. l. non dubium. §. j.* Accursius.

g ¶ *Post mortem eorũ.* id eius, scilicet Lucij Titij cui fuerat legatus sic pluralis sententia pro singulari ponitur, *vt. Cod. de ser. reipub. ma l. fina.* ¶ Item ideò dicit post mortẽ, quia per hoc sibi remansisse credebat: quod non est verum. nam licet deficiat legatum Titij, quia pendente die incerto decedit, id est viuente Sticho: *vt infra. de condit. & demon. l. j. §* remanet tamen apud heredes primi testatoris, vt cætera caduca: *vt. Cod. de cadu. tollen. §. sin autem aliquid. ibi, quod si in medio &c.* & isti sunt qui euincunt.

h ¶ *Quòd.* aliàs quàm.

i ¶ *Crederet.* ex causa præcedenti quã[d] ignorabat finitam. & ideò aliàs non legaturus præsumitur, quasi eum ad legandum solus hic error induxerit. R. alioquin secus esset: puta si sciens præfatam conditionem legasset, vel aliàs legaturus esset si scisset: *vt infra de condi. & demon. l. cum tale. §. falsam. & C. de lega. l. cum alienam.* & sic non obstant contraria signata, *vt supra de lega. j. l. si domus. §. j. & l. non quocũque. §. si ex bonis. & de leg. iij. l. e. quiconcubinã. §. si heres.* Sed & aliter responderi potest, vt & ibi not. Sed his obiicitur: quia & hic coniunctis personis legauit, id est nepotibus: & sic videtur[e] quod fuisset relicturus etiam si scisset: *vt. d. l. cum alienam.* Sed certè, vt hic dicit Rog. solus error eum induxit ad legandum, quia antea habuerat, & quia legatarius proprietatis decesserat, & ideò aliàs non legaturus præsumitur, vt dixi. *& facit supra de lega. ij. l. vnum ex. §. si rem. & l. cum pater. §. euictis. & l. fi. §. fina. & infra de auro & arg. leg. l. ornamentorum. & l. Titia.* ¶ Item *facit. C. de leg. l. vxori. & supra de lega. j. l. quod in rerum. §. j.* Accursius.

V*Xori meæ.*] CASVS. Titius instituit sibi heredem filiam suã Seiam impuberem: & postea ita dixit: Vxori meæ vsumfructum lego bonorum meorum vsque dum filia mea Seia annos impleat, xviij. & postea decessit dictus Titius testator. modò quæritur, an propter dicta verba pertineat ad dictam vxorem Titij vsusfruct. prædiorum tam vrbanorum quàm rusticorum, & mancipiorum & supellectilium, & calendarij? Et respond. quòd sic. Viuianus.

k ¶ *Pertinere.* nisi excedat dodrantis æstimationem: *vt. s. de vsufru. l. omnium. & facit. j. de verb. signi. l. bonorum. & C. de vsufru. l. j. & j. ad Treb. l. nam quod. §. fin. & l. seq.* Sed contra. *C. de inoffi. testa. Auth. nouissima.* Solu. ibi quãdo solam legitimã volunt sibi qui purã debẽt habere. hic autem omnium proprietatẽ habent: & sic cõpensetur cum vsufructu quem non habent: & sic ad aliquod supplementum nõ possunt agere. Vel hic corrigitur:[a] *vt. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. cum autẽ. vt in contrario not.* Accursius.

a Præscriptionis statutũ tẽpus, decenniũ inter præsẽtes: viceniũ inter absentes.

b Præscriptione adquiritur quasi dominiũ: *Item notatur in l. cum postulasse. l. si finita. §. sin autem. §. 1. j. de fundo. l. 1. C. si aduersus vsucap.* Imò vtile dominium adquiritur. *vt notatur in Authent. nisi. C. de bonis maternis & probatur in l. j. de aqua pluuia.*

c Legatam rem alienam hæres redimere & præstare, vel saltem æstimationem debet.

d Vsufructuarius legans vsumfructũ, intelligitur legare nihil aliud quàm ius vsusfructus quod habet.

e Legatum coniunctis personis debetur etiãsi sit res aliena.

itemque calendarij † vsusfructus ad vxorem pertineat. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur: omnium pertinere.[k]

Hæc est notabilis lex, & ponit multos casus: ideò non summo eam: & vltima quæstio posita in fine, clauis est totius legis. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro tertio Responsorum.*

F*Vndi Aebutiani reditus vxori meæ quoad viuat, dari*[l] *volo.* Quæro, an possit tutor heredis fundum vendere, & legatario[m] offerre quantitatem anuam quã viuo* patrefamiliâs ex locatione fundi redigere consueuerat. Respondit posse.[n] Item quæro an habitare[o] impune prohiberi possit. Respondit, non esse obstrictũ heredem ad habitationem præstandam. Item quæro an compellendus sit heres reficere prædium.[p] Respondit, si heredis facto[q] minores reditus facti essent, legatariũ rectè desiderare quod ob eam rẽm deminutum sit. Itẽ quæro, quò distat hoc legatum ab vsufructu. Respondit, ex his quæ supra responsa essent, intellegi differentiam.[r]

Proprietas reuertenda mortuo legatario ad heredem, tanquam ipsi relicta sit declaratur. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro sexto Responsorum.*

F*Ilios heredes instituit: vxori vestem, mundum muliebrem, lanam, linum, & alias res legauit, & adiecit: Proprietatem autem eorum quæ supra scripta sunt,*

F*Vndi.*] CASVS. Institui mihi heredem filium meum impuberem: & ei dedi tutorem Titium: & postea ita dixi: Fundi mei Tiebatiani reditus vxori meæ, donec viuet dari volo. & postea decessi. modò quæritur hic de quatuor. ¶ Primum est, an possit dictus tutor heredis dictum fundum vendere, & legatario, id est legatariæ prædictæ meæ vxori offerre quantitatem annuam quam ego viuus ex locatione dicti fundi redigere consueueram? Et respon. quòd sic. ¶ Secundum est, an teneatur heres ad pręstandum habitationem dictæ meæ vxori? Et respond. quòd non. ¶ Tertium est, an cõpellatur heres reficere dictum prædium taliter fortè destructũ, quòd minores reditus præster quàm consueuerit? Et respondetur quòd sic, si eius facto minores reditus dicti fundi facti essent: & non aliàs. ¶ Quartum est, quid differt dictum legatum à legato vsufru? Et respon. quòd differentia potest colligi ex iis quæ dicta sunt supra ea. l quædam enim statuta & responsa sunt in hac. l. circa hoc legatum, quæ non habẽt locum in legato vsusfructus. Viuianus.

l ¶ *Dari.* ¶ Not. dari[b] quasi de manu heredis singulis annis.

m ¶ *Legatario.* s. vxori testatoris.

n ¶ *Posse.* ad *quod est. s. ti. j. l. liberto. in princi.* ¶ Et not. quòd emptor legatariæ in nullo tenebitur: *vt. s. de contrahen. emp. l. fin.* ¶ Item & not. aliud[c] pro alio solui *sic. s. eo. l. generali. §. pe. & §. fin. & j. de auro & argen. leg. l. j. § fin. & l. cum certum. & s. de leg. j. l. non amplius. § fina.*

o ¶ *Habitare.* s. in domo quæ est in fundo.

p ¶ *Prædium.* i. domum prædij.

q ¶ *Facto.* i.[d] culpa: *vt. s. de leg. j. cum res. & l. quid ergo si maiorem §. si heres. & l. non quocunque. in prin.* Accur.

r ¶ *Differentiam.* quia vsufructuarius[e] non de manu heredis annis singulis, sed ipsemet percipit omne commodum: nec potest ab herede vendi in sui præiudicium. ¶ Item non[f] potest prohiberi habitare, cùm omnis fructus rei ad eum pertineat: *vt. s. de vsufru. l. vj & l. item. & l. sed & si quid. & l. arbores, & de vsu & habi. l. si habitatio. §. fi. & l. seq.* ¶ Sed videtur huic fini contra. *j. eo. cum ita. & s. de vsufru. l. si quis ita.* Sed dic vt in eis not. ¶ Item facit. s. *si vsu-fruct. peta. l. ij.*

F*Ilios heredes.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes duos suos filios, & duas filias pone: & legauit vxori suæ vestem, & mundum muliebrem, & lanam, & linum, & alias res postea ita dixit in eodem testamento: proprietatem omnium prædictorum quæ vxori meæ legaui, volo reuerti ad dictas meas filias post mortem dictæ meæ vxoris, vel ad illam ex dictis filiabus quæ tunc vixerit. & postea decessit dictus testator. modò quæritur, vtrum videatur legatus vxori vsusfructus dictarum rerum, an vero proprietas? Et respon. quòd videtur ei legata proprietas. Viuianus.

a Verior est hæc sententia. Nec enim quis in fraudem legitimæ liberorum potest extraneo vsumfructũ omnium bonorum relinquere. Itaque quod hominum di relictum est, lere hic dictum corrigi videtur per Nouel. ... & ita notat ... de Gl. & ... vt hinc colligas filiumlegitimam suam consequi debere totam atque integrã nõ in proprietate tãtum sed in proprietate & vsufructu.

† Bonorũ legato, Kalendarius seu nomina debitorum continentur.

* viuus patrefamiliâs.

b Dari qui iubet testator, intelligitur iubere dari manu ipsius heredis vnde qui fructus datur præcepto testatoris manu heredis aliud ab vsufructu seu aliud quàm vsusfructus intelligitur. Nam vsufructuarius capit iure suo.

c Solui quandoque aliud pro alio potest.

d Factum pro culpa.

e Vsusfructuarius de manu heredis fructus non capit, sed ipse iure suo.

f Habitare in fundo potest is ad quem omnis fructus rei pertinet vt hinc constet, fructus verbo contineri habitationem.

a ¶*Reuerti*.per hoc apparet proprietatem legatam:quia aliàs reuerti non posset. Accursius.

b ¶*Ad filias*.post^a mortem vxoris.*& facit.j.de aur. & argen. leg. l.species.& .s.de vsufru.Proculus.& .s.de vsufruct.ea re. quæ vsu consu.l.fin*.Accur.

a Id enim tempus facile subintelligitur ex præsumpta & tacita mēte testatoris. simil'is est casus,*in.l. Epistolā.77.in fi.j. ad senatusconsultum Trebell.*

reuerti ^a volo ad filias^b meas quæve ex his tunc viuent. Quæsitum est, vtrum vsusfructus, an proprietas earum rerum data sit.Respōdit proprietatem legatā videri.

XL ALFENVS VARVS *libro octauo Digestorum à Paulo Epitomatorum.*

Illi cum illo habitationem lego. perinde^c est, ac si ita *Illi & illi* legasset.^d

Legatum annuum propria manu percipi debet ad instar vsusfructus si verba congruunt. Bartolus.

XLI. IAVOLENVS *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

Cvum ita legatū esset, *Fructus annuos fundi Corneliani Publio Mæuio do lego*:perinde putat accipiendum esse Labeo, ac si vsusfructus fundi similiter^e esset legatus:quia hæc mens fuisse testatoris videatur.

XLII. IDEM *libro quinto ex Posterioribus Labeonis.*

IN fructu id esse intelligitur, qđ ad vsum†hominis inductū est. Neq; enim maturitas naturalis hîc spectāda est,sed id tempus quo magis colono^f dominóve cū fructū tollere expedit. Itaque cùm olea immatura plus habeat reditus^g quàm si matura legatur:nō pōt videri, si immatura lecta^h est,in fructu non esse.

I*lli cum illo*.]CASVS. Ita dixit.Titius testator in testamento suo: Seio cū Gaio lego habitationem in domo mea Titiana. & decessit. certè vterque eorū habebit pro dimidia habitationē: quia perinde est ac si ita legasset, Gaio & Seio lego habitationem in dicta domo.Viuia.

d ¶*Perinde*.idem si dixit,illam cum illa re lego. *vt. s. de legat.j. l. Titio, §. nihil. & l. si quis inquilinos.§.si ita* idem si dixit, illi aut illi.*vt.C.de verb.signi. l.penult.*

d ¶*Legasset*. posset & aliter intelligi.*vt.s.depositi.l.j.§. quæ depositi.quæ est contra*. Solu. vt ibi.Item *contra.s.de vsufr.l.si tui*. Sol.ibi.*& facit. s. de vsufru. accrescen.l.si quis Titio. & .s.commo.si vt certò. §.si me.& .j.de vent. in pos.mitten. l. vbicunque.§.quamuis.*

† Pulcherrimā huius sententiæ amplificationem,vide apud Cic. *lib.1. de legib.*

C*Vm ita*.]CASVS. Ita legauit Titius in testamento suo,fructus annuos fundi mei Corneliani Publio Mæuio do lego. & postea decessit dictus testator. postea Publius Mæuius pone decessit, vel capite minutus est. nunquid finitur dictum legatum? Et dicitur quòd sic, quia videtur legatus vsusfru.dicti fundi.& hoc dixit Labeo,& bene. Sed quid continetur in fructu prædicto? & certè illud quod ad vsum hominis est inductum. vnde si tales sint fructus qui non valent ad vsum hominis nisi sint maturi, illi continebuntur in dicto fructu tunc demum cùm erunt maturi,vt sunt persica,& sorba. & multi alij fructus. si autem sint tales fructus qui meliores sunt immaturi quàm maturi, vt sunt oleæ,tunc erit in fructu etiam si immatura collecta est olea.& h.d.cum.l.seq.

b Vsusfructus & in annos singulos legati dies aliter cedit.

c Vsusfructus, & in singulos annos legatum finiunt morte fructuarij.

d Colonus propriè,est qui nūmis colit.

e Partiarius à colono differt. Partiarius partē fructuū dat: Colonus pecuniā & nūmos.

f Olea immatura plus habet reditus.

g Reditus oleæ pro eius humore.

e ¶*Similiter*.i.in singulos annos.alioquin obuiare.*s.quādo di.vsufr.leg ce.l.j.in.j.respon*.vbi^b dicit esse differētia, in diei cessione legetur simpliciter vsusfr.an in annos singulos. 2. Vel dic q̧ perinde est,&c.s.quia^c vtrumque legatum finitur morte legatarij: *vt dixi.s.vsufr.quemadmo.ca.l.huic.§.fi.& l.idem.* 3. Vel dic vt *dixi s.de vsufruct.l.si quis ita*. ¶Et sic non obstat.*s.eo.l.fundi*. ¶Item facit *s.eo.l.patrimonij.& .s.tit.j.l.in singulos*.Accur.

f IN *fructu.Colono*.qui^d nūmis colit,q̧ ꝓpriè colonus dicit:nō^e autem partiarius:*vt.s.loca.l.si merces. §. vis maior*. partiarius ergo teneretur si nō suo tempore colligit:*vt in eo.ti.l. si merces.§. conductor*. ¶Sed quid si ille qui nūmis colit,in vltimo mēse locationis colligit immaturos,vt dominus nō habeat maturos? Resp. tenetur:*vt.s.loca.l.& hac distinctio.§.cum fundum*.Accur.

g ¶*Plus habeat reditus*.i.^f plus^g humoris.nō tamē ita sani & boni: vnde teneret leg.Aquil.q̧ taliter in alieno dānū daret:*vt.s.ad leg. Aquil.si seru^s seruū.§.si oliua.& facit.s.de vsuf.si absente.§.fi*.Ac.

h ¶*Lecta*.aliàs legata.

N*ihil*.]CASVS.Legaui Titio vsumfru. bonorum meorum, & decessi.certè heres meus detrahere poterit de dicto legato ęs alienum.i.prius detrahet æs alienū de bonis meis,& postea vsumfru.constituet legatario.in bonis tamen meis computabitur illud quod alij mihi debebant. Et quod dixi in vsufru. legato omnium bonorum,habet locum si legem vsumfructum partis bonorum, puta tertiæ vel quartæ,vel alterius partis: secus si legaui ei vsumfructum certarum rerum:quia tunc non extrahitur æs alienum: & non computatur illud quod debetur mihi. Viuia.

i ¶*Nihil interest*.aliàs est in litera(vt Py.^a)multū interest. & tūc dic rerū,s.certarū:^b& est plana. Vel secūdū eandē literā dic bonorum an rerū tertiæ partis sub vocabulo hereditatis,nam^c bonorū. nam primò deducitur æs alienū,secūdò diuiditur:*vt not.s. de leg. j.si quis seruum.§.si.& l.seq*.& secundū hoc quod dicit, at si certarū,mutat casum: vel certarum, id est, certæ quotę.i.^d tertię hereditatis.& erit aliud, quia diuidūtur onera,vt dixi. Alij habēt, nihil interest:& tūc.i.nihil interesse videtur, bonorum an rerum.s. certarum.sed tamē interest: nam si,i ^e quia si bonorum, &c. Vel secundū eandem nihil interest tertię partis bonorum, an tertiæ partis rerum mearum simpliciter. nam vtrobique æs alienum deducitur. secus si certarum rerum, *vt in fi. & facit ad. l. j. ad Treb. nam quod §. fin.& l.sequen. & etiā sequen.& de verbo.signific. l. bonorum. & .s. de lega. j. non amplius. §.fin.& l.seq.& .s.eod. l.generali.§.fina. & §. pen.& .s. de vsufru. l. quoties.§.fin*.vbi etiam alia differentia^f est le getur omniū bonorū, an certarum rerum.

a Hoc falsum est.

b Vsufructu certarum rerū legato, unus æris alienæ non respicit legatarium.

c *Legendum est* an.

d Vsufructu quotę partis hęreditatis legato,legatarius tenetur pro rata ad onera præstanda: secus si partis bonorū vsusfructus legatus sit. *l.generali. in fi.s.eo.* Idem si pars certarum relicta sit, *vt hic.*

e Si,pro,quia.

f Legati omnium bonorū & certarū rerū differentia.

XLIII. VENVLEIVS *libro decimo Actionum.*

NIhil interest,^i vtrum bonorum quis, an rerum tertiæ partis vsumfructum legauerit.Nam si bonorum vsusfructus legabitur,etiá ęs alienum ex bonis deducetur: & quod in actionibus erit cōputabitur.At si certarum rerum vsusfructus legatus erit, non idem obseruabitur.

DE SERVITVTE legata.

TITVLVS III.

Si domus vna sustineat actum seruitutis habentis causam continuam & permanentē, & alienetur : in duobus seruitus videtur imposita.Bartol.

I. IVLIANVS *libro primo ex Minicio.*

QVi duas tabernas coniunctas habebat, eas singulas duobus legauit.Quęsitū est,si quid ex superiore taberna in inferiorē inędificatū^k esset, num inferior oneri ferūdo in superioris tabernæ loco cōntineretur.^l Respondit, seruitutē impositá videri.^m Iulianus notat: ^n Videamus ne hoc^o ita verum sit,si^p aut nominatim hæc seruitus imposita^q est,aut ita legatū datum^r est *Tabernam meam vti nunc est, do lego.*

DE SERVITVte legata[vrbana & rustica.]

Et quære in his vt in vsufr.quæsiui.s.tit.1.in rubri. Accu.

Ordinarium hoc est, vt seruitus in personam iungatur statim seruitus in rem: quę tamen sunt inter se valde distantes. nam seruitus est indiuidua, vsusfructus diuiduus,& ideo seruituti præstandæ heredes singuli in solidum obligantur,vsufructui pro partibus hereditariis. item seruitus in heredem transfertur,nō vsusfructus, & si legetur seruitus alternis annis,vnum est legatū si vsusfructus,plura.l.13.s.tit.prox. imò & simpliciter legatus vsusfruct⁹,quotidie legari, & legatario deferri videntur,adeò vt qui heri adquisitus est si hodie etiam non adquiratur,collegatario adcrescat.l.1.De vsufru.adcre.Cuiac.

Q*Vi duas*.]CASVS. Legaui Titio vnam meam tabernā Mutianam,& Seio legaui aliam meam tabernam Seiānam, quæ erat supra prędictam Mutianam:& ex ea superiore aliquid erat inædificatum in inferiorem:& decessi.heres meus postea dedit cuilibet legatario suam tabernam,nunquid dicta inferior taberna debet ita seruire superiori sicut seruiebat me viuēte? Et dicitur quòd sic.aut enim ego nominatim in testamento meo imposui dictam seruitutem:aut ita legaui cuilibet legatariorum, tabernam meam Mutianam lego Titio vt nunc est:& tabernam meam Seianam lego Seio vti nunc est quod quidem semper est præsumendum, nisi contrarium sit liquidum:*vt.s.ti.j.l.damnas.§.j*.Viuianus.

k ¶*Inædificatum*.i.superædificatum esset.Accur.

l ¶*Contineretur*. q.d.an inferior videatur esse pars superioris in eo quòd ferret eius onus:ac si dicat,an debeat hanc seruitutem?

m ¶*Videri*.tacitè.Accur.

n ¶*Notat*.esse verum quod dictum est,non^a corrigendo, sed determinando.

a Notamus,vel determinando vel corrigēdo.

o ¶*Ne hoc* q.d.an ideo verum sit.

p ¶*Si*.i.quia.

q ¶*Imposita*.in vltima voluntate:secus si inter viuos.siue remanet domus vtriusque:quia sua res sibi non seruit.*vt.s. si vsusfruct.pe.l. vti frui*. 2. Vel etiam si aliis tradat simul. si autem successiuè diuersis temporibus.potest tunc:*vt.s.communia prædi. l. si quis duas. & l.seq & l.si cum duas.*

b Præsumitur quisque fundū vti tunc est cū legatur, legasse hoc est, cum suis seruitutibus, nisi contrarium probetur.

r ¶*Datum*.i.relictum quod semper^b præsumitur, nisi contrarium sit liquidum:*vt.s.in prin.huius.l.& facit.s.ti.j.l.damnas.§.j.& .s. si serui.vindi.l.testatrix.*

FVndum.] CASVS. Titio & Seio habentibus fundum communem legaui viam per fundum meum. nunquid valet legatum? Et dicitur quòd sic. nam & communis seruus dicti Titij & Seij posset à me stipulari viam ad fundum eorum. est & alia ratio quare dicto Titio & Seio habentibus fundum communem possum legare viam per fundũ meum: quia si Gaius fuisset à me stipulatus viam per fundum meũ ad fundum suum, & dictus Titius & Seius extitissent ei heredes, nõ corrumpitur stipulatio. Viuianus.

a ¶ *Legari.* s. duobus.

b ¶ *Potest.* Sed econtra[a] si duo domini legent, distinguitur an adeatur hereditas vtriusque simul: & valet: aliàs non. Sed si duo promiserint etiam diuersis tẽporibus, valet post vltimam concessionem: *vt. s. communia prædio. l. fin. in fin.*

a Via vna & eadem pluribus & à pluribus legari potest.

c ¶ *Stipulatur.* cõcordat ad secundum & tertium casum. s. *de serui. vrba. prædi. si vnus ex sociis. §. j. & §. fin.* Accursius.

d ¶ *Non corrumpitur.* licèt pro[b] parte ab initio constitui non potest, tamen per partes retinetur: *vt. & j. de verbo. obliga. l. pluribus. §. j. & s. de ser. l. vt pomum. §. fin. & l. pro parte. & l. viæ.* & sic[c] non vitiatur, licèt venerit in eum casum à quo incipere non potest, vt dictis legibus.

b Seruitus viæ pro parte ab initio constitui nõ potest, licèt per partes retineri possit.

* Hæc lex de legato vindicationis accipiẽda est: quod & Bartol. quoque vidit.

c Multa nõ vitiantur, licèt venerint ad eum casum à quo incipere non possunt.

II. MARCELLVS *libro tertiodecimo Digestorum.*

FVndum communem habẽtibus legari[a] potest[b] via: cum & communis seruus rectè viam stipulatur:[c] & cùm duo ei qui ipse viam stipulatus fuerit, heredes extiterint, non corrumpitur[d] stipulatio.

Vt valeat legatum viæ, requiritur, vt legatarius tempore mortis testatoris reperiatur dominus prædij dominantis in totum verè vel ficte: aliàs legatum extinguitur. Bartolus.

III. IDEM *libro vicesimonono Digestorum.*

SI fundum Mæuio, & ad eũ[e] viam per alium fundum,[f] & eundem[g] fundum sine via Titio[h] legasset:* si vterque fundum vindicasset, sine via legato fundum cessurum: quia neque adquiri[i] per partem seruitus possit: & si prius Mæuius fundum vindicaret, altero[k] deliberante, posse dubitari an si postea[l] Titius omisisset,[m] viæ legatum saluum esset, Et hoc magis videbatur:[n] quamquam si sub cõditione quis fundum legasset, viã purè:[o] aut pro parte fundum purè, pro parte sub conditione, & viam sine conditione: si pendente[p] ea legati dies[q] cessisset: interiturum fore viæ legatum, vt responsum[r] est cum alteri ex vicinis qui fũdum communem habebant, viã sub cõditione, alteri purè legasset, pẽdente cõditione decessisset:[s] † quia alterius legatarij persona impedimento esset quo minus solidus[t] fundus cum via vindicaretur.

Hic est bonus casus: & ex ipso habes quòd si ego vendo tibi domum quæ ab alia distinguitur pariete communi: tantùm medietatem parietis videor vendere. Bartolus.

IIII. IAVOLENVS *libro nono Epistolarum.*

SI is qui duas ædes habebat, vnas mihi, alteras tibi legauit, & medius paries qui vtrasque ædes distinguat, interuenit: eo iure[u] eum[x] communem nobis esse existimo, quo si paries tantum[y] duobus nobis communiter esset legatus: ideoque neque me neque te agere posse,[z] ius non esse alteri ita immissas[a]* habere. Nam quod[b] communiter socius habet, & in* iure eum habere constitit. itaque de ea re arbiter communi diuidundo sumendus est.[c]

SI fundum.] CASVS. Gaius legauit fundum Seianum Mæuio, & ad eundem fundum eidem Mæuio legauit viam per alium fundum suum Cornelianum: & postea eundem fundum Seianum legauit Titio sine via, & postea decessit, & postea dictus Mæuius & Titius legatarij vindicauerunt ab heredibus dictum fundum Seianum: & sic habuit quilibet eorum dimidiã dicti fundi pro indiuiso: modò quæritur, vtrũ dictus Mæuius cui fuit legatus dictus fundus cum seruitute viæ, habeat eam seruitutem pro sua parte quæ vt dixi est indiuisa? Et dicitur quòd nõ, quia seruitus per partem incertam acquiri non potest. Sed quid si deliberante Titio prædicto Mæuius cui fuit legatus fundus prædictus cũ seruitute viæ, vindicauerit à dictis heredibus dictum fundũ, & sic eum habuit pro dimidia pro indiuiso, & sic non habuit seruitutẽ vt dictũ est: & postea Titius omisit legatum fundi, & sic sua pars fundi accreuit Mæuio, & sic habuit Mæuius postea totum fundum: nũquid viæ legatũ erit saluũ Mæuio? Et dicitur quòd sic. non autẽ esset saluum Mæuio legatum viæ in isto casu quem dicã: Gaius prædictus legauit sub condi. Mæuio dictũ fundum Seianũ, & seruitutẽ viæ legauit eidẽ purè, & pendẽte condi. fundi legati dies legati seruitutis viæ quæ purè fuit legata, cessit per mortẽ Gaij testatoris. nam isto casu incertũ erit viæ legatũ. & idem esset si pro parte fundũ purè legasset, & pro parte sub cõditione, & viã sine cõditione legasset. & est extra literam ratio istorum duorum casuũ: quia fundus prædictus sub cõditione legatus vel pars fũdi sub cõditione legata est pendente conditione in bonis heredum Gaij testatoris. vnde cùm tempore legati viæ cedentis per mortem testatoris nõ possit seruitus eiusdem viæ acquiri eidem fundo, eo quòd est in bonis heredum, & sic non inueniat seruitus cui se appodiet, annihilatur, vt dictũ est: sic & annihilatur seruitus viæ in isto alio casu. Gaius legauit Mæuio & Titio vicinis suis habentibus fundum communem, seruitutem viæ ad fundum Cornelianum, scilicet Titio purè, & Mæuio sub conditione: & pendente conditione dicto Mæuio apposita decessit idem Gaius certè non poterit seruitutem Titius ad partem fundi suam habere: quia persona Mæuij cui fuit legata seruitus sub cõditione, est impedimẽto quo minus fundus solidus cum via vindicaretur, id est via solida fundo. Supra autem dictum est quòd seruitus viæ non potest acquiri fundo pro parte fundi indiuisa: vnde si non potest hoc casu acquiri seruitus solido fundo, nec eius indiuisæ parti: ergo est annihilata. Viuianus.

e ¶ *Ad eum.* sc. fundum.

f ¶ *Fundum.* retentum.

g ¶ *Et eundem.* quem Mæuio legauerat.

h ¶ *Titio.* & sic pro virili sunt legatarij: *vt. s. de leg. j. l. si pluribus. §. sin autem.*

i ¶ *Neque adquiri.* sc. sic, nedum aliter. R. & dic[a] pro parte scil. incerta: *vt. s. de ser. l. pro parte. & supra communia prædio. si quis duas §. j.* Sed ad certam potest: *vt. s. de ser. l. ad certam. & s. de ser. rusti. prædi. l. certo.*

a Seruitus pro parte incerta adquiri nõ potest, sed pro certa tantum.

† Sic Flor. & manuscri. sem qui legaui, dies cessisset.

k ¶ *Altero.* Titio.

l ¶ *An si postea.* id est post mortem antè aditam hereditatem. R. quando dies legatæ seruitutis cedit: vt iam dicam. Accur.

m ¶ *Omisisset.* i. repudiasset legatum. Accur.

n ¶ *Videbatur.* s. vt viæ legatum sit saluum.

o ¶ *Viam purè.* per fũdum retentum.

p ¶ *Pendente ea.* s. cõditione sub qua fundus totus vel pro parte fuit legatus.

q ¶ *Legati dies.* s. viæ, quod est adita hereditate.

r ¶ *Vt responsum est.* s. interire simile legatum, vt subiicit.

* immissum in eas.

s ¶ *Decessisset.* sc. testator. ex quo videtur quòd viæ legatum cedit à morte testatoris. est tamen arg. contra. s. *communia prædio. l. fi. & s. quemadmo. ser. amit. si partem. § fi. & j. eod. l. fi.* Sed in seruitutibus[b] personalibus certum est eas cedere ab adita hereditate: *vt. j. quando di. leg. ced. l. ij.* Azo. & *C. de cadu. tol. §. in nouissimo* Accur. ADDITIO. Dic quòd ibi erat defectus ex parte legantis qui non erat dominus nisi pro parte fundi cui seruitus legatur: ideò non est defectus ex parte legantis vel promittentis viãm, quia non est dominus nisi pro parte, & non impeditur contrahi obligatio personalis ad viã, licèt ius reale non possit constitui: *vt. l. per fundum. s. de serui. rusti. prædio.* & ideò quando est defectus ex parte legantis, non inspicitur tempus mortis: quia illo tempore subest habilitas ad cõtrahendum obligationem personalem: & ideò tunc ius reale non debet constitui: *vt. l. si tibi homo. §. cum seruus. s. de leg. j. secundum Bario.* hic.

* id iure.

b Seruitutum personaliũ dies cedit ab adita hereditate. *ad de. l. Gl. vlt. in fi. j. eod.*

t ¶ *Solidus.* i. solido fundo via vindicatur. Ponit[c] enim casum pro casu, vt & aliàs ille libertati donatur, vel ille libertati vindicatur. i. libertas illi datur aut vindicatur. sic & ille se in libertatem vindicat, i. sibi libertatem defendit. R. sic & Dauid. In conuertendo dominus &c. i. dominum: & C. de fideicommis. l. eam quam. & facit. s. *l. proxi.* & quod ibi no.

c Antiptosis.

Psal. 125.

SI is qui.] CASVS. Titius habens duas domos. inter quas erat vnus paries qui sustinebat onera vtriusque domus: legauit vnã mihi, & alterã Seio & decessit. certè dictus paries erit mihi & Seio cõmunis, ac si mihi & ei esset legatus. & quilibet nostrum poterit prædicta onera domorum nobis legatarum iure supradicto in pariete habere. dictum tamen parietem possumus diuidere iudicio communi diuidundo si volumus. Viuianus.

u ¶ *Eo iure.* sc. legati.

x ¶ *Eum.* s. parietem Accur.

y ¶ *Tantum.* i. sine domibus. secus est in tigno protenso: *vt. s. de serui vrba. prædio. l. binas.* Accur.

z ¶ *Posse.* iure seruitutis.

a ¶ *Immissas habere.* sub. vel habere iure seruitutis.

b ¶ *Nam quod.* bene dico nõ posse agi quasi nõ sit iure immissum: quia iure[d] habetur quod iure cõmuni habetur. *arg. s. pro soc. l. marito.*

d Iure habetur quod iure communi habetur.

c ¶ *Sumendus est.* s. inter nos sit discordia. nam quia cõmuni iure

hoc

a Actione de cõmunione seu communi diui dundo peti potest, quod nobis liue cõmuni debetur.

hoc habetur, ideò actione[a] de communione de ea agi potest, scil. actione communi diui. *vt.s. de serui. vrba. prædio. l. in re communi. & facit. j. de dam. infec. l. inter quos.*

ET *si maximè.*] CASVS. Per fundũ meũ legaui Seio seruo Titij seruitutẽ viæ ad fundũ eiusdem Titij, nunquid valet legatũ? Et dicitur q̃ nõ: quia quãuis ex psona dominorum sit testamẽti factio cũ seruis eorũ, tamẽ ea quæ seruis relinquũtur, ita demũ valẽt, si valerent si essẽt liberis hominibus relicta. libero aũt nõ posset legari via ad fũdũ vicini sui: ergo seruo ad fundũ domini nõ potest legari via. Vi.

a ¶ *Et si maximè.* quod maximè videbatur facere vt hoc legatum valeret. Accur.

b ¶ *Dominorũ.* s. vt capere possint. ¶ Et sic no. duo necessaria vt legatũ seruo valeat, sc. q̃ dominus sit capax. Itẽ q̃ talis sit res legata quæ possit legari ei libero: *vt hic, & s. de le. ij. l. debitor. §. fin. & de leg. j. l. si mihi. §. regula.* Quorũ vnum quia hic deficit, q̃a ei libero ad fundũ nõ suũ nõ posset ei seruitus legari: *vt. s. communia prædio. l. j.* nõ valet legatum: vt. h. d.

b Legata seruo facta vt valeãt, requiritur dominum eius capacem esse legati, & rem talem esse, vt possit ei legari.

c ¶ *Domini.* secus fortè ad fundũ peculij: *vt s. de leg. iij. l. etiam. §. fi.*

d ¶ *Legatur.* sed stipulari[b] potest seruus seruitutẽ ad fundũ domini: *vt. s. de ser. rusti. prædi. si vnus ex sociis. & j. de stipu. ser. l. proinde. §. fin. & l. si communis. quæ sunt contra.* nam & aliàs in multis[c] differt stipulatio à legato: *vt not. s pro soc. l. verum §. si seruo.*

c Stipulari seruus potest seruitutem ad fundum domini.

d Stipulatio in multis differt à legato.

Non possunt legari seruis ea quæ ipsius factis liberis legari nõ possunt.

V. PAPINIANVS *libro sextodecimo Quæstionum.*

ET si maximè[a] testamenti factio cum seruis alienis ex persona dominorum[b] est: ea tamen quæ seruis relinquuntur, ita valent, si liberis relicta possent valere. Sic ad fundum domini[c] via seruo frustra legatur.[d]

Ex qualitate rei legatæ & personæ legatarij præsumitur legatum seruitutis magis factum contemplatione personæ quàm rei. Bartolus.

VI. IDEM *libro septimo Responsorum.*

PAter[e] filiæ domum legauit, eique[f] per domus hereditarias ius transeundi præstari voluit.[g] Si filia domum[h] suam habitet, viro quoq; ius trãseundi præstabitur: alioquin filiæ præstari nõ videbitur.[i] Quòd si quis non vsum trãseundi personæ datum, sed legatũ seruitutis esse plenũ[k] intelligat: tantundem iuris ad heredem[l] quoque trãsmitteretur. quod hic nequaquam admittẽdum est:[m] ne quod affectu filiæ datum est,[n] hoc & ad exteros eius heredes transire videatur.

PAter filiæ.] CASVS. Titiæ filiæ meæ legaui domum meam Titianam, & eidem iussi præstari ius transeundi ad dictã domum per domos quæ remanebant in hereditate. certè si filia prædicta habitet dictam domum cum viro non solùm ei sed etiã viro præstabitur ius transeundi: non autem heredi eius: ne quod affectu ei filiæ dedi, transeat ad extraneos eius heredes. secus autem si legassem seruitutem transeundi filiæ propter domũ quam ei legebam: quia tunc transiret etiam ad heredes. & hoc dicit. Viuian.

e ¶ *Pater.* aliàs pater: aliàs mater.

f ¶ *Eique.* s. filiæ, non etiam domui.

g ¶ *Præstari voluit.* cùm tamen aliunde aditus erat: vt. j. dicam.

h ¶ *Domum suam.* s. sibi legatam.

i ¶ *Nõ videbitur.* s. si ei vetabitur, cũ quo in pmiscuo vsu habitat *vt. s. de vsu & habi. cæterũ. §. j. & j. de ver. obli. l. si stipulatus fuero per te non fieri. & j. de auro & arg. leg. l. vxori quis legauit. in fin.*

k ¶ *Plenum.* i. in rem: & dicetur vrbana eo quòd domui debebitur: licèt sit via.

l ¶ *Ad heredem.* si ad eũ trãsiret fundus dominãs, aliàs sequit̃ fundum: *vt. s. de ser. rusti. prædio. via. §. si fundus. & §. quæcunque.*

m ¶ *Admittendum est* vt sit seruitus rei: sed est quoddam ius personale, non[e] dico seruitus personalis: licèt hoc quidam dicant: *vt not. s. de serui. rustic. prædi. pecoris. & j de ali. lega. l. Mela. §. si. & s. de vsufruct. l. si quis bitas.*

e Personalis iuris & seruitutis differentia.

n ¶ *Datum est.* i. datum præsumitur: quoniam aliunde domui legatæ patebat aditus. aliàs seruitus domui etiam realis tacitè videtur cõcedi: *vt s. ti. j. l. damnas. §. j. & s. de leg. j. l. si fundũ. §. qui fundum & supra de ser. vrba. prædio. binas.* ¶ Itẽ *facit supra de leg. j. apud Iulianum. § si quis. H. & de admini. tuto. l. ex pluribus.*

CVm à pluribus.] CASVS. Institui mihi tres heredes, & ab eis legaui viam per fundum hereditariũ ad fundũ Titij vicini mei. certè si omnes adeãt hereditatẽ meã, quẽlibet insolidũ poterit Titius cõuenire vt præstet sibi viã: quia dicta seruitus est indiuidua, & quia vno solo ex heredib. adeũte potest ab eo vindicari via. Vi.

o ¶ *Cõueniũtur.* vt. s. de ser. l. via. & s. fami. ercis. heredes. §. an ea. & de leg. iij. l. fideicõmissa. §. pe. & de le. ij. l. cum filius. §. varis. Ac.

p ¶ *Vno.* Not. *sic supra de test. tute si nemo. & j. de bo. lib. etiam. §. vt patronus.* ¶ Item no. hic cedere diem[a] legatæ seruitutis ab adita hereditate. *vt. not. s. eo. l. si fundam in fine.*

a Dies legatæ seruitutis ab adita hæreditate cedit.

DE DOTE PRÆLEGATA.[b]

b v. ad hunc titulum Grassum sibi, sentent. §. pgatum. q. 42.

VII. PAVLVS *libro vicensimoprimo Quæstionum.*

CVm à pluribus heredibus institutis via legata est: quia partem non recipit, singuli heredes in solidum conueniuntur:[o] quia & vno[p] ex heredibus adeunte vindicari potest.

DE DOTE PRÆlegata.*

TITVLVS IIII.

Dotis legatum continet id quod actio de dote originaliter contineret. & exceptio quæ ex pacto orietur, tollit etiam dilationem legalem: exceptionem verò peremptoriam quæ à lege inducitur, tale legatum non perimit. Bartolus.

I. VLPIANVS *lib. 19. ad Sabinum.*

CVm dos relegatur,[q] verũ est id dotis[r] legato inesse, quod actioni de dote inerat.[s]

1. ¶ Et ideò si inter virũ & vxorem cõueniat:[t] vt morte viri soluto matrimonio, filio cõmuni interueniẽte dos apud mariti heredẽ remaneret, & marit[9] decedens dotẽ relegauerit: stari[u] pacto non debet ob hoc quòd dos relegata[x] est. Verùm & citra relegationem hoc probari debet.[y]

Istud præ, nihil operatur hic, vel hoc toto titulo: sicut & cũ dicitur prælectio: vt. C. de emẽ. Iusti. cod. l. j. & est figura epilepsis, vel tautologia secũdũ Azo. Vel dic secundum Ro. dotis relictum quod antè suæ dotis tẽpus capitur, plegatũ vocatur: sicut coheredi relictũ qd̃ antè vel extra suã partẽ habet, plegat̃ appellatur. ¶ *Cætera dicitur legari, dos prælegari, ppterea quod sua res vxori legatur. & redditur verius quã datur. qua de causa & relegari dicitur. Relegatũ est redditio rei alienæ vel quasi alienæ cum emolumẽto aligno & ita relegata[d] doti inest emolumẽtum repræsentationis, quia præsẽti die legatur quæ reddenda foret annua bima trima die. nec male in Norica editione, de dote relegata, cũ & Basilica sic habeant, περὶ προικὸς ἀπολεγατευθείσης. & formula[e] relegadæ eius hæc, Quãta pecunia dotis nomine ad me peruenit, tatũ heres meus dato.* l. quisquis. De leg. iij. *Id verò est ex lege Papia, vt[f] præter decimam vxori dos relegari possit. Vlpiano auctore. Ad hæc singulare est in hoc legato vt legi[g] Falcidiæ non subiiciatur, vt petita bonorum possessione contra tabulas debeatur, nec ad virilem mulier redigatur.* Cuiac.

* relegata. Haloand. toto hoc titulo malè pro prælegare vsurpauit relegare. Bart.

c Relegatum quid.

d Doti relegatæ inest emolumentum repræsentationis.

e Relegãdæ dotis formula.

f Dos ex lege Papia relegari præter decimã potest.

g Falcidiæ non subiicitur legatum dotis relegatæ.

CVm dos.] CASVS. Cũ maritus legat vxori suæ dotẽ quã ab ea habuit: illud inest in legato prædicto, qd̃ inesset actioni de dote si maritus eã non prælegasset & de hoc ponit exemplũ vsque illuc, verũ &c. Itẽ in dicto legato habet vxor cõmodũ repræsentationis. nã cũ sine legato nõ posset mulier petere dotẽ nisi annua die, i. post annũ à morte mariti, poterit nũc petere statim eo mortuo. est & illud bonũ argumẽtũ ad dicendũ q̃ dotis prælegatũ valeat, video enim q̃ si maritus donat aliquid vxori, & decedit nulla habita mẽtione de dicta domo, ita est cõfirmata donatio p illã taciturnitatẽ, q̃ heredes viri eam reuocare nõ possunt. si taciturnitate cõfirmatur dicta donatio, multo ergo magis est firma si in testamẽto leget vxori qd̃ ei donauit. si ergo valet legatũ dictarũ rerũ donatarũ, & dotis legatum valere debet: impẽsæ tamẽ necessariæ quas fecit maritus prædictus in rebus dotalibus, vniuersitatẽ dotis minuũt ipso iure, nõ autẽ minuũt singula dotis corpora. adeò autẽ exactionẽ cõtinet prælegatũ dotis, vt dictũ est in prin. l. vt in quib. casib. cessaret actio dotis non interueniẽte legato dotis, cesset etiã actio ex testamẽto ppter legatũ dotis. & de hoc ponit tres casus planos vsq; illuc, nã & si qs &c. vbi ponit planũ simile pdictis trib. casib. [SI QVIS VXORI.] Vxori meæ taliter legaui, fundũ Titianũ habẽtẽ tales cõfines vxori meæ lego: is enim fund[9] ad me puenit ppter eãdẽ meã vxorẽ. & decessi. nũc reperit̃ q̃ dict[9] fund[9] puenit ad me aliũde. nũq d debet. Et dicit̃ q̃ sic: & psupfluis habẽtur illa verba, is enim fundus &c. q̃a quicquid adiicit̃ rei satis demõstratæ, frustra est. Viuia.

q ¶ *Cum dos relegatur.* i. legatur.

r ¶ *Id dotis.* s. & nihil plus, nisi in tempore: *vt. j. ead. l. §. j.* & hoc verum si quantitatem ad æquipollens non adiecit, sed simpliciter dotem legauit. aliàs continet etiam non datam dotem: *vt Insti. de le. §. sed si vxori. & facit. j. ead. l. § adeo. autem.*

h Plus tempore aliquid esse potest.

s ¶ *Inerat.* s. originaliter. & sic bene subiicit & ideò &c.

t ¶ *Conueniat.* tẽpore matrimonij. Acc. u ¶ *Stari.* pacto primo.

x ¶ *Relegata.* i. si non est dos relegata. Accur.

y ¶ *Hoc probari debet.* s. pacto standum non esse.

Nam quod est admissum, posse deteriorem conditionem dotis fieri interuenientibus liberis: totiens locū habet, quotiēs ipsa in matrimonio decedit, vel diuortium interuenit.[a] 2. ¶Et verum est cōmodum in dote relegata esse repræsētationis,[b]* quamuis[c] annua die dos præstaretur.[d]

3. ¶Est & illud,[e] q,[f] ob res donatas hodie post senatuscōsultum nulla fit exactio: si modò voluntatem non mutauit testator.

4. ¶Impensæ autē[g] ipso iure dotem minuunt. Sed quod diximus, ipso iure dotē impensis minui, nō ad singula corpora,[h] sed ad vniuersitatē[i] erit referendú.

Dotis legatum extinguitur si postea dos mulieri rectè soluatur, vel res dotales intereant: vel si ab initio dos perfectè constituta non fuit: sicut cum legatur corpus quod in rerum natura non est. Bartolus.

5. ¶Adeò autē dotis actionem[k] cōtinet dotis[l] relegatio,[m] vt si viuus eā vxori scilicet quibus licet casibus,[n] soluerit,[o] cesset legatú.

6. ¶Sed & si mancipia fuerint in dote nō æstimata,[p] & hæc demortua sint: legatú dotis[q] in his euanescit. 7. ¶Sed & si dotē ꝓmiserit mulier, neque dederit, & decedēs maritus vxori dotē prælegauerit:* mulier nihil amplius quàm liberationē[r] habebit. Nam & si quis[s] ita legauerit, *Centū quæ in arca habeo*, aut *quæ ille apud me deposuit*: si nulla sint, nihil deberi[t] constat: quia nulla corpora sint. Si quis[u] vxori fundum Titianum his verbis legasset, *Is enim fundus propter illam ad me peruenit*: omnimodo[x] debetur fundus. nam quidquid demonstratæ[y] rei additur satis demonstratæ, frustra est.

Socero prælegante nurui ius actionis ad dotem repetendam, non potest agere nurus contra maritum: secus si legauerit ei dotalem pecuniam ab heredibus suis: & quouis ipsorum siue nurus siue marito agente contra heredes debet interponi cautio de indemnitate. Bartolus.

9. ¶Celsus libro vicēsimo Dige.

a Pacto ad delinquendū nemo inuitari debet.

b Dotē lege ac statuto mulier lucrari potest omnibus deficientibus liberis.

* Diuortium quibus ex casibus olim, quibus hodie fieri possit.

* Stellulis inclusa, fuerunt à Tribo. addita, cum vetus ius aliter esset, vt liquet ex fragmēt. Vlp. tit. 6.

a ¶*Interuenit*. non autē si vir præcedat: *vt hic, & ī. de pac. do. l. ij.* ¶Itē quod de diuortio dicit, locū habet si consensu. vel communi culpa vel captiuitate mulieris, vel culpa fiat. cæterū si tātùm culpa viri iniquū est stari pacto: quia[a] sic per hoc pactum quod esse non debebat, inuitaret ad delinquendum: *vt. ī. de pac. do. l. cōuenire*. sic ergo nihil operatur pactum hoc casu, sicut & cum sola[b] lege posset lucrari dotem omnibus etiam deficientibus liberis, quia solius vxoris culpa diuortium fieret: quo casu tale pactum superfluum efficeretur. Illud[c] autem palam est, etiam ab ipso Iustiniano quodam tempore, nedum ab anterioribus principibus matrimonij solutionem fieri prædictis modis: *vt. Cod. de epi. & cle. l. finali. §. j. & de repu. si constante. & l. consensu. & ī. de repud. vxores. & supra solu. ma. l. viro. & in Authen. de nup. §. distrahuntur. & §. sed & captiuitatis. colla. iij. & in Authen. vt li. matri & auiæ. §. quia vero ex consensu. coll. viij. R.* Hodie autē non permittitur ex tot causis: *vt not. supra de neg. gest. l. diuortio.* Sic ergo secundum Ro. si de retentione dotis (si liberi forte superessent soluto matrimonio) factum fuit pactum, profectò stabitur etiam nunc: *vt hic, & in Authent. de nup. §. distrahuntur alias autem.* id est sine pacto speciali maximè facto diuortio propter liberos dotis conditio nequaquam fieret deterior: vt superiores leges ostendunt. *& facit supra de pac. dot. inter socerum.* per totam legem. *& l. si pater. §. j. & C. de pac. con. l. iij. & l. si conuenerit.*

b ¶*Repræsentationis*. & ideò valet legatum, quasi hac prospecta ratione singulari. Accursius.

c ¶*Quamuis*. i. quia: vel propriè.

d ¶*Præstaretur*. s. aliàs si non foret prælegata. R.

e ¶*Est & illud*. sc. commodum vxoris ex legato viri: quia si donauit vir vxori, confirmatur morte tacitē, ac si legaret: & hoc per senatusconsul. etiam vt heres non reuocet nisi vir pœnituerit: *vt supra de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status.* multo magis ergo expresse relictum vxori valet. 2. Vel dic est illud, arg. sc. quod valeat relictum dotis expressum.

f ¶*Quod*. i. quia &c. & dic vt prædixit. & secundum hoc dic exactio. i. repetitio donationis: Vel dic exactio donationis per retentionē dotis: *vt. C. de rei vxo. act. §. taceat.* si modò non mutet &c. quia tunc reuocat, sed non per retentionem dotis: *vt. d. §. dicitur.*

g ¶*Impensæ autem*. hoc aduersatur ei quod dixerat, verū est commodum &c. & dic autē, pro sed &c. 2. Vel dic aduersari ad prox. dictum, prout dixi. *per l. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. taceat.* q. d. nō retinetur dos ob res donatas: sed secus[e] est propter impensas. & secundum vtranque expositionem deminuetur hoc legatum dotis propter impensas, secundum R.

h ¶*Corpora*. de hoc[f] dicit: *vt no. ī. de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. & ī. de iure do. si is. §. quod dicitur. & . C. de rei vxo. ac. §. sed nec ob impensas. & facit. ī. e. l. cum quis in princ. & l. dote.*

i ¶*Sed ad vniuersitatē*. sic. ī.[g] *de iudi. l. si fideicōmissū. §. tractatū.*

k ¶*Actionem*. i.[h] summam dotis: *vt supra eo. in prin.*

l ¶*Dotis*. pure,[i] i. simpliciter non adiecta certa re vel summa: aliàs secus: *vt Insti. eo. §. sed si vir.*

m ¶*Relegatio*. aliàs purè legatio. al. prælegatio.

n ¶*Casibus*. sc.[k] qui sunt *supra de iur. do. l. mutus. §. manente. & facit. ī. de leg. ij. l. Manius. §. duobus.* Sed arg. contra *in eo. tit. l. cum filius. §. heres.* ADDITIO. Dic secundum Dy. quòd ibi debitum non erat extinctum: sed erat in aliam speciem obligationis translatum: hic verò erat omnino extinctum. Barto.

o ¶*Soluerit*. s. vir qui antè vel etiam post eandem eidem legauit.

p ¶*Æstimata*. mancipia dico. Accursius.

d Autem, pro sed: & aduersatiuæ nota.

e Dos retineri & deminui potest ꝓpter expensas.

f Dotē propter impēsas minui cum dicimus, non hoc dicimus ipsa corpora rerum dotalium minui aut diuidi, sed ius dotis: vt cō nimirū minus sit in dote, quò impensæ in dotem factæ maiores erunt.

g Dos vniuersitatis nomen est.

h Actio dotis pro summa ipsius dotis.

i Dos purè relegatur, cum ei nulla res certa aut summa adiicitur.

k Dos quibus casibus solui vxori possit à marito.

q ¶*Dotis legatum*. simpliciter relictum: vt lego tibi dotem tuam. secus[a] si centum pro mancipiis: *vt. ī. eo. l. vir vxori.*

r ¶*Liberationem*. quia de ea tantum sensisse videtur.

s ¶*Nam & si quis*. q. d. si[b] nō valet vbi magis videtur valere, quia quantitas exprimitur, multò minus valet in casibus superioribus vbi quātitas nullo modo exprimitur.

t ¶*Deberi constat*. Imò contra *vt. Cod. de falc. cau. adiect. leg. si non designata*. Solu. distingue[c] an quantitas exprimatur vt corpus: *vt hic. & ī. de lega. j. l. planè. §. sed hoc ita.* & tunc non debetur quātitas, vt hic sicuti nec corpus ignotum debetur: *vt. ī. de lega. ij. l. Lucius. §. quod quis.* nam siue dixi, quæ in arca habeo: siue, quæ apud me deposita sunt, ea tibi lego: quod in modo videor dubitare sit penes me, an non: & sic est corpus ignotum in ea demonstratione. Aut vt quantitas in genere certa: & tunc falsa[d] demonstratione non nocet, sicut nec in corpore certo: *vt ibi, & infra de lib. leg. l. legati. & ī. de le. j. si seruus legatus. §. qui quinque. & . l. sed & si certos. & . l. si sic. & infra eo. cùm scriptum. quæ sunt similiter contra.* licèt enim dicam, centum quæ in dotem habui: vel quæ ad me peruenerunt: pro constanti pono sic esse: & ita valet: vt dictum est. 2. Alij vt. R. dicunt hic eum errasse: & hoc probari debet: aliàs in dubio præsumebatur[e] quod magis animo designandi quantitatem, quàm ad certorum nummorum corpus se retulit: & sic valere legatum non obstante falsa demonstratione. licèt nulla deposita sunt: *vt. d. l. Lucius. §. quod quis. in princi. & ī. de condi. & demon.* demonstratio. *& . l. cum tale. §. falsa. & . Cod. de falc. cau. l. j. item facit. ī. de contrahen. emp. l. hac venditio. §. pen.*

u ¶*Si quis*. nullo errore lapsus.

x ¶*Omnimodo*. etiam si aliunde obuenit.

y ¶*Demonstrata*. sc. ad plus demonstrandum. q. d. satis apparet eū voluisse deberi per hæc verba, is enim &c. & non oportet quòd adiiciat plus. ¶Et not. quod manifesta[f] non indigent demonstratione vel probatione. *sic. ī. qui satisda. cog. si verò. §. qui pro rei. & facit. ī. de condit. & demonst. quibus diebus. §. qui dotale. & . l. cum tale. §. falsa. & no. ī. proxi. §.* Accursius.

Celsus.] CASVS. Titius habens filium habentem vxorem cuius dotem ipse Titius receperat, dictæ suæ nurui dictam dotem legauit & decessit instituto sibi herede dicto filio, & aliis. modò quæritur, nunquid valeat dictum legatum: & distinguitur: aut voluit prælegare ius actionis de dote, vt scilicet actionē de dote intentet nurus cōtra maritum: aut voluit eam recipere dotalem pecuniam pro se & marito ab heredibus sui testatoris. Primo casu nō valet legatum, ideò quia adhuc nupta est. Secūdo valet. Sed pone in hoc secundo casu quòd ipsa nurus recepit dotem ab heredibus nunquid maritus poterit petere ab heredibus prædictis dotem iterum? Et dicitur quòd sic. vnde caute heredes soceri faciēt si nuru agente ex testamento ad dotem contra eos, petant sibi per eam caueri quòd defendet eos aduersus virum suū: & ipsa aliter non consequetur dotē, nisi caueat eis. sed & si maritus nurus prius agat pro dote contra heredes testatoris, ipsi non aliter soluent ei dotē, nisi caueat eis de defendendo eos aduersus vxorem suam volentem postea agere ex testamento. Sed pone econtra quòd dictus Titius legauit dotem prædictam dicto suo filio, & eū exheredauit. nunquid soluto matrimonio etiam poterit nurus petere à viro suo dictā dotē? Et dicitur quòd non, nec etiā constante matrimonio: poterit tamen petere ab heredibus soceri cū cōsecuta fuerit ab heredibus dotem. legatū mariti sui de dicta dote extinguitur ideò, quia nihil est iā de dote quod marito præstari possit. & hoc dicit vsque ad versiculū, verūtamē ipsū &c. & in versi. Idē Iulianus quærit, si dotē &c.

d Falsa demonstratio non nocet.

e Legans centum quæ in arca habet, aut cētum apud se deposita ab vxore, præsumitur magis designare quantitatem quàm certum corpus.

f Manifesta, probatione nō indigent.

In illo

ſtorum ſcribit: ſi ſocer [a] nurui dotem relegauit? ſi quidem ius actionis [b] de dote voluit relegare, nullius momenti eſſe legatum: quippe nupta eſt. [c] Sed ſi voluit eam recipere dotalem pecuniam: inquit, vtile erit legatum. [d] Si tamen hæc [e] dotem receperit, nihilo minus maritus dotis perſecutionem habebit, ſiue heres inſtitutus eſſet, familiæ erciſcundæ iudicio: [f] ſiue non vtili actione. [g] Ego puto, quoniam non hoc voluit ſocer, vt bis [h] dotem heres præſtet: & mulierem agentem ex teſtamento, cauere debere defenſu iri [i] heredem aduerſus maritum. ergo & maritus idem debebit cauere aduerſus mulierem defenſu iri, ſi prior agat.

Contra filium exheredatū nō poteſt agere vxor pro dote: ſed ipſe filius agit contra heredes inſtitutos præſtita cautione de indemnitate. hoc dicit.

10. ¶Per contrarium [k] apud Iulianum libro trigenſimoſeptimo quæritur, ſi ſocer filio ſuo exheredato dotem nurus legaſſet. Et ait agi quidem cum marito exheredato de dote nō poſſe: [l] verumtamen ipſum dotem perſecuturum ex cauſa legati: ſed non aliàs eum legatum conſecuturum, quàm ſi cauerit, heredes aduerſus mulierem defenſu iri. & differentiam facit inter eum [m] cui dos relegata eſt, & orcinum [n] libertum cui peculium legatum eſt. namque cū de peculio poſſe conueniri [o] ait, heredem non poſſe: quia peculium deſiit penes ſe habere. [p] at dotis actio nihilo minus competit, etſi dotem deſierit habere.

11. ¶Idem Iulianus quærit, ſi dotē marito relegauerit ſocer, an dote ſoluta mulieri, [q] legatū mariti [r] extinguatur. Et dicit extingui: quia nihil eſſet iam quod marito poſſet præſtari. [ſ] 12. ¶Idem quærit, ſi dos alij legata eſſet, eámque rogatus ſit mulieri reſtituere: an lex Falcidia in legato locum haberet. Et dicit habere: [t] ſed quod minus eſt fideicommiſſo, mulierem dotis actione conſecuturam. [u] Ego quæro, [x] an commoda repræſentationis in hoc legato ſic obſeruentur, [y] atque ſi dos ipſi mulieri fuiſſet legata. Et puto habere. 13. ¶Idem Iulianus quærit, ſi mulieri dos ſit rele-

In illo autem verſi. dicit quòd filius poteſt petere dictam dotem antequam vxor ſua petat ex cauſa legati ab heredibus patris ſui: ſed dicti heredes non tenentur aliter ei dare, quàm ſi eis cauerit ſe eos defenſurum aduerſus vxorem ſuam agere contra eos poſtea volentem. nam quamuis heredes ſoluerint marito, nihilominus competit contra eos actio mulieri. & in hoc eſt differentia inter dictum maritum cui dos vxoris ſuæ prælegata eſt in teſtamento patris ſui, & Orcinum libertū cui peculium legatū eſt. nāque ipſe libertus poteſt cōueniri de peculio: heres autē illius qui prælegauit ei peculium non poteſt conueniri de peculio: quia ipſe heres deſiit habere penes ſe peculium. at, vt dictū eſt, dotis actio nihilominus competit mulieri cōtra heredes ſoceri, quamuis heredes ſoceri dotem habere deſierint eo quod ſoluerūt marito. h. d. vſque ad §. idem quærit ſi dos. *Viuian.*

a ¶*Si ſocer.* aliàs lex, aliàs. §. *Celſus.*

b ¶*Actionis.* ſcilicet vt actionem ex ſtipulatu pro dote intenderet contra maritum.

c ¶*Nupta eſt.* bona ratio: *vt. C. ſi do. c. nſtan. ma. l. j. Accurſius.*

d ¶*Legatum.* & ideò contra maritum non aget tunc, ſed contra ſoceri heredes: *vt ſupra ſol. ma. l. ſi conſtante. §. j. & l. ſi marito. §. cum patri.* Azo. Sed donatio [a] cauſa mortis conſtante matrimonio nō valet: *vt ſupra de dona. inter vi. & vxo. l. mortis in prin.* quæ eſt contra. Sed illa magis [b] accedit donationi inter viuos, quæ non valet, quàm legato. ad quod eſt. *ſupra de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. oratio.* & econtra legatum dotis magis alij legato quàm donationi accedit.

e ¶*Si tamen hac.* ſcilicet nurus.

f ¶*Iudicio.* ſed ſi non habuit coheredes, nec eſt ſoceri hereditas adita: nunquid nurus poteſt intendere hypothecariam etiam cōſtante matrimonio? de perſonali conſtat, vt diximus. *infra eo. pater. & l. antep.* ſed ſubuenitur ei ex generali regula: *vt ſupra de iur. do. l. ſi is. §. j.*

g ¶*Vtili actione.* i. vtili iudicio fami. erciſcun. vel actione in factum: *vt not. ſupra fami. erciſcun. ſi filia. & l. ſi maritus. Accurſius.*

h ¶*Vt bis.* ad quod eſt *ſupra de leg. j. l. huiuſmodi. §. cum pater. & de iure do. l. cum pater. & C. de rei vxo. act. §. ſciendum.* ¶Item videtur contra *huic l. infra de leg. præ. l. ſed ſi. §. nurus.* ¶Sed non ob *vt dici ſeq. §. illius. l. §. ſed & cum.*

i ¶*Defenſu iri.* facit. *ſ. fami. erciſc. l. ſi filia. in prin. & §. j. & §. pen. ſ. de condic. indebi. frater à fratre. & j. eo. l. pater. Accur.*

k ¶*Per contrarium.* nam ſupra nurus, hic filio legat. *& facit infra eod. l. pater. in princip.*

l ¶*Non poſſe.* ſcilicet vxorem, niſi in ſubſidium: *vt infra eo. l. pater. in fi.*

m ¶*Eum.* filium exheredatum.

n ¶*Orcinum.* [c] cui directo libertas à teſtatore relinquitur: *vt Inſt. de ſin. reb per fideicom. reli. §. libertas.*

o ¶*Poſſe conueniri.* Imò videtur econtra ipſum non poſſe, ſed heredem poſſe: *vt. C. an ſer. ex ſuo fa. l. ij.* Solu. [d] Secundum Ro. non conuenitur orcinus libertus: ſed heres ab initio, vt ibi: ſed inſpecto exitu conuenitur orcinus, & non heres: vt hîc. nam heres cōuentus de peculio conuictus & exactus recuperat à liberto, & ſic per medium libertus conuenitur: vt aliàs. *C. de vſur. rei iudic. l. fi. in fin.* nec in plus tenetur quàm à liberto recuperare poteſt: vnde liberatur cedendo actiones: *vt ſupra de pec. quod debetur. in fin.* & ad hanc mentem applicabat hanc literam. 2. Alij dicunt teneri libertum in ſubſidiū, quia heres nō eſt ſoluendo. 3. Tu dic quod hic eſt [a] directo libertas relicta: ibi per fideicommiſſum: quod patet, quia dicit orcinus: *vt Inſt. de ſingu. re. per fideicomm. §. libertas.* Sed quæ eſt diuerſitatis ratio, nota in l. contraria. Et eodem modo reſpon. ad l. de pecu. lega. l. ſi ſeruo manumiſſo. & *ſupra quando act. de pecu. eſt an. l. j. §. item heres. & ſupra de tribu. quod in heredem. §. ſi ſeruo.* nam in prædictis legibus per fideicommiſſum fuit relicta libertas. Prima enim ſolu. non placet: quia ſic non eſſet aliud in orcino liberto, quàm in eo cui eſt dos prælegata: quia & ibi conuenitur heres ab initio: ſed recuperat à filio: at hîc vult eſſe differentiam. *& facit infra de pecu. lega. l. at cum heres.*

a Hanc ſolutionem Bartolus probat, reiectis duabus ſuperioribus.

p ¶*Se habere.* ſine dolo.

q ¶*Mulieri.* ſolu. matrimonio. quam ſolutionē cogitur maritus habere ratam quaſi ſuo creditori datam: *vt ſupra de nego. geſt. ſi liber. & ſupra de iu. do. cum pater in fine. & infra de excep. do. ſi onera. & infra de bo. lib. libertus qui ſub. §. j.* 2. Vel ſi hoc non placet, dic nomine mulieris hāc dotem marito legatam. *ad quod ſupra de leg. j. ſeruo legato. §. j. & C. de do præ. l. ſi pro te. & eodem modo reſpon. infra eod. pater. §. reſpon.* ADDITIO. Intellige iſtam glo. ſecundū Bartol. hîc quod matrimonium fuit poſtea ſolutum inter vxorem & virum eius: aliàs non peteret; vt in prin. huius. l. vel ſi ponis conſtante matrimonio, debes exponere actio de dote, id [b] eſt ſpes actionis de dote: aliàs non procederet, ſecundum eundem Barto.

b Actio de dote, p ſpe actionis de dote.

r ¶*Mariti.* id eſt marito relictum.

ſ ¶*Præſtari.* vltra commodum repræſentationis: *vt infra l. proxi.* hoc enim commodum erat vir habiturus propter legatum ſi ſocer nurui dotem non reſtituiſſet.

Idem quærit ſi dos.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & dotem vxoris meæ legaui Sempronio: & eundem Sempronium rogaui vt reſtitueret dictam dotem dictæ meæ vxori, & poſtea deceſſi. nunc Titius cum grauauerim hereditatem meam aliis etiam legatis, vult detrahere de dicta dote Falcidiam quæritur, nunquid poſſit? Et dicitur quod ſic, & mulier non conſequetur à legatario niſi illud quod recepit ipſe legatarius ab herede: & quod minus eſt in fideicommiſſo reſtituto mulieri per legatarium prædictum, conſequetur mulier ab herede per actionem de dote. Sed nunquid dictus heres poterit detrahere Falci. dicto legatario de commodo repræſentationis dictæ dotis, ſicut poſſet detrahere mulieri ſi mulieri eſſet dos legata? Et dicitur quòd ſic, & ita mulier in hoc caſu non recuperabit ab herede prædicto illud quod heres detrahit nomine Falcidiæ pro commodo repræſentationis dotis, quamuis in ſuperiori caſu recuperet, vt dictum eſt. Viuianus.

t ¶*Et dicit habere.* Contra. *vt infra ad l. Falcidiam. cum dotem.* Solu. illa [c] finem, hæc medios reſpicit circuitus, qui tandem parum aut nihil proſunt. R. 2. Vel hic fuit dos æſtimata, ibi non. 3. Vel vt ibi.

c Falcidia non detrahitur reſpectu finalis effectus, ſed ab initio.

u ¶*Conſecuturum.* cùm in medij temporis commodo Falci. nocere non debeat ſecundum R. Imò nocet: *vt infra ad l. Falc. l. j. §. ſi quis. & l. cum dotem. & l. ſi vſusfructus. §. j.* Dic ergo conſecuturam ab heredibus. & ſic Falcid. [d] inſpecto exitu non prodeſt in commodo repræſentationis, vt dixi.

d Falcidia inſpecto exitu nō prodeſt, niſi in commodo repræſentationis.

x ¶*Ego quæro.* quoniam in ſuperioribus parum aut nihil Falci. profeciſſe videtur. H.

y ¶*Sic obſeruentur.* quātum ad Falc. repræſentationē. R. Quid ergo tunc ſeruatur? Reſpon. ſecundum] quoſdam non habet locum

Fal. sed totam dotem soluet statim: *vt.ʒ. ad legem Fal. l. si vsusfructus.* §. j. Sic ergo & quod retinuit heres à legatario, insolidum dabit mulieri annua bima trima die. 2. Tu dic Falc. habere locū in cōmodo repræsentationis: *vt. ī. ad. l. Falc. l. j. §. si quis.* vt[a] ecce dos est .lx. legat vir eā mulieri. certè statim debet habere, quæ aliàs nō haberet nisi annua bima trima die. commodum ergo medij temporis potest valere .xx. certè de his .xx. detrahitur, quarta, scilicet quinque quæ retinet heres liberè. sic & in nostro casu dabit mulieri quod detraxit legatario, vt .v. tantū liberè retineat vir: *vt hic, & ī. ad. l. Fal. cum dotem in fine.* ¶ Nec ob. *d. l. si vsusfructus.* quia de dote legata nō detrahitur, sed tantum de commodo repræsentationis.

a Falcidia quēadmodum & qua proportione deducatur ex legato quod repræsentationis habet commodum.

gata, eâque rogata dotem restituere, an Falcidia locum habeat.[a] Et negat habere, quoniam fideicommissum quoque negat valere.[b] Quòd si præterea quid vxori legatum sit,[c] putat ex residuo fideicómissum præstari quod[d] vtrique habita ratione Falcidiæ mulieri præstabitur. Sed & marito ex parte herede instituto, à socero[e] dote prælegata,[f] *legatum dotis Falcidiam passurum: videlicet quia adhuc constante matrimonio indebita[g] dos videtur relegata: verùm quod Falcidia recidit, in familiæ ercíscundæ iudicio maritum præcepturum:[h] quemadmodum totam dotem præciperet, si non esset relegata.

14. ¶ Mela scripsit, si fundus in dote[i] sit, & specialiter sit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis, sed semel[k] deberi fundum. 15. ¶ Ibidem Mela coniungit, si fundus in dote fuit locatus a marito ad certum tempus, vxorem non aliàs fundum ex relegatione consequi,[l] quàm si cauerit se passuram colonum frui, dummodo ipsa pensiones percipiat.

* relegata.

Idē Iulianus querit.] CASVS. Ego recepi dotem pro vxore filij mei Titij, & postea feci testamentum, & dictæ meæ nurui dotem prælegaui: & rogaui eam quòd restitueret dictam dotem Sēpronio, & vltra dodrantē multa alia legata reliqui, ita quòd habeat locum Falcidia in hereditate mea, nunquid poterit heres meus detrahere Falcidiam dictæ meæ nurui? Et dicitur quòd non, nec tenetur ipsa dictam dotem dicto Sempronio ex fideicommisso restituere: quia ego legaui ei illud quod suum erat, & nihil de meo. si autem præter dotem legaui ei centum, in eo casu heres meus detrahet ei Falcidiam de dictis .c. & superfluum de dictis .c. dabit mulier fideicommissario pro fideicommisso dotis. sed si dictum meum filium heredem institui cum quibusdam aliis, & dotem nurui meæ prælegaui, vt dictum est, nunquid heredes mei detrahent Falcidiam de commodo repræsentationis dotis? Et dicitur quòd sic. repræsentatur enim dos mulieri cùm heredes ei eam soluunt ex legato, quæ dos si non esset ei legata, non debebat ei solui, eò quòd indebita erat quantum ad eam, ideò quia adhuc constabat matrimonium inter eam & filium meum prædictum. dictam tamen Falcidiam quam coheredes filij mei extraxerunt de prælegato dotis, habebit filius meus antè partem cùm intentabitur iudiciū famil. ercisc. inter eum & dictos suos coheredes, sicut totam dotem haberet antè partem si non prælegassem eam vxori suæ. Viuianus.

a ¶ *Locum habeat.* s. ad damnum fideicommissarij.

b ¶ *Negat valere.* & sic non potest ei nocere Falc. & hoc est verū nisi in cōmodo repræsentationis, in quo tenet legatum & fideicō. *vt. ī. l. proxi.* & sic etiam Fal. detrahitur vxori, & per cōsequens fideicom. de hoc cōmodo repræsentationis: *vt in ʒ. proxi.* §. & facit ad hoc quòd non valet fideicom. *ʒ. de le. iij. cùm quis. in prin. & l. iij. in prin. & §. si rem. & supra de leg. y. cum pater.* §. *Titio.*

b Falcidiam heres deducit ex legatis quęcunque cōmodum repræsentationis habēt.

c ¶ *Legatum sit.* purè. aliàs est liberè. Azo. & secundum hoc dicūt ꝙ non fuerit grauatus restituere illud. ¶ Et quòd subiicit. fideicō. ab vxore præstari, dicūt ex voluntate: quia nō illud, sed dotem solam rogatus fuit restituere, secundum R. Sed secundum hoc quare diceretur fideicom? dic ergo quòd de hoc fuit rogata: & sic ex necessitate præstet. & non habeas purè. vel si habes, expone, id est, non in diem, vel sub conditione.

d ¶ *Quod.* s. residuum, id est, legatum extra dotem.

e ¶ *A socero.* mulieris, qui & pater erat mariti.

f ¶ *Prælegata.* eidem marito.

g ¶ *Indebita.* s. nurui. viro[c] enim debita est: cùm penes ipsum maneat onus matrimonij: *vt supra fa. ercisc. si filia.* §. j. *& l. si maritus & ī. de leg. præ. sed & si.* §. *si nurui. &* §. *sed & cum.*

c Dos viro constāte matrimonio debetur, ꝓpter onera matrimonij.

h ¶ *Præcepturum.* s. statim, & omnino, cum hic de commodo, repræsentationis nil fit: *vt. ī. eo. l. pater.* quæ. l. bene facit ad hoc quod hic dicitur.

Mela scripsit.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Titianum, & ego postea legaui eū, & ei postea generaliter legaui dotem suam. certè nō poterit petere ab heredibus meis nisi semel fundum prædictum. sed & si dictum fundum dotalem quem legaui vxori meæ, vt dictum est, locaueram Seio vsque ad certum tēpus, non aliter consequetur mea dicta vxor dictum fundum ab heredibus meis, quàm si cauerit eis se passuram colonū prædictū frui: dummodo ipsa percipiat pensiones dicti fundi. *Viuianus.*

i ¶ *In dote.* etiam[a] inæstimatus: & valebit etiam legatum propter commodum repræsentationis: sed hodie[b] statim reddi debet: vnde non valet legatū secundum quosdam. Tu dic etiam olim nō valere in re immobili: *vt C. de rei vxoriæ actio. l. vnica* §. *cum autem. &* §. *ex actio. & institu. eodem.* §. *si quis debitori.* hic enim fuerat æstimatus. *Accursius.*

a Dotalis fundus inæstimatus an hic datus sit, an æstimatus, vide Bartol. hic.

b Dotalis fundus inæstimatus statim reddi debet.

k ¶ *Sed semel.* sic[c] *ʒ. de lega. ij. l. Mænius. in princip.* §. *& ʒ. de lega. j. plane.* §. *j. & ī. de verborum oblig. qui bis. & ʒ. de iure do. cum pater.* *Accursius.*

c Locatariæ enim duæ causæ in eundem concurrere debeat.

l ¶ *Cōsequi.* Imò videtur quod poterit eum deiicere: *vt. ʒ. de leg. j. l. nihil.* §. *si. & ʒ. de vsufru. arbores.* §. *j. & ʒ. locati & conduct. l. qui fundum. quæ sunt cōtra.* Sol. speciale[d] in dote: *vt hic, & ʒ. sol. matri. si filio.* §. *fina.* 2. Vel dic quod & hic eum deiecerat: & ideò cauet heredi: *vt hic & dicta. l. si filio.* deiectus ergo colonus agit contra heredem: & heres aget ex cautione. & sic facit *supra quando act. de pe. est an l. j.* §. *item si heres & supra loca. si merces.* §. j.

d Dotalis fundi colono, mulier stare nō cogitur.

Supra locutus est iurisconsultus de prælegato dotis. hic verò loquitur de fideicommisso quo grauatur mulier cui dos est prælegata. siue legetur dos mulieri, siue aliud pro ea: eatenus potest onere fideicommissi grauari, quatenus relictum dotis quantitatem excedit. hoc dicit secundum Dy. Bartolus.

II. VLPIANVS *libro quinto Disputationum.*

CVm quis vxori suæ dotem relegat, fideique commissum ab ea relinquit: hoc fideicommissum ex cómodo quod ex relegatione mulier sentit, æstimabitur.[m] & ita Celsus quoque libro vicésimo Digestorum scripsit. Quòd si necessariæ fuerunt impensæ, quæ ipso iure dotem minuunt,[n] amplius[o] dici

CVm quis.] CASVS. Vxori meæ legaui dotem suam quæ erat .c. & rogaui eam quod daret .xx. Titio. certè ex ipsa dote non dabit mulier Titio .xx. sed ex cōmodo repræsentationis dotis. & idē est si ego feceram in dote necessarias expensas, quæ quidē ipso iure dotē minuunt. nā non solùm ex repręsentatione prędicta dabit mulier Titio .xx. vt dictū est: sed etiā ex dictis expēsis. est enim legataria quantū ad dictas expensas: & de meo videor ei dotē pręlegasse: sed & si nō legaui ei dotē, sed legaui ei vnū fundū loco dotis, adhuc videor ei dotē prælegasse, & tenebitur mulier præstare dicta .xx Titio de cōmodo repræsentationis & de expēsis prędictis. & idē est si non dixi expressè quòd legabā ei fundum pro dote, sed hoc in animo gerebā. de dote autē nihil tenetur dare Titio fideicōmissario. ¶ Quid ergo si eam institui heredē, & rogaui eā quòd restitueret hereditatē dicto Titio? certè id demū ei restituet, quod quantitatē dotis excedit. vnde idē est in eo quod excedit: quòd est in dicto cōmodo repręsentationis. ¶ Itē quid si recepi dotē à nuru mea, & postea filium meum heredē institui, & eum rogaui quòd restitueret Titio quicquid ad eum filium ex hereditate mea peruenisset, & postea per mortem vxoris suæ meæ nurus lucratus est dotē? nunquid restituet Titio quod ex ea dicta dote à me percepit? Et dicitur quòd nō: quia nō est lucratus illā dotē ex meo iudicio, sed causa matrimonij. [MVLIER DOTEM.] Vxor mea quæ promiserat mihi nomine dotis quadringenta, dedit mihi pro ducentis fundum Titianum & Seianum: & pro aliis .cc. dedit mihi nomina duorum suorum debitorum qui debebant ei .cc. postea ergo decedens legaui ei pro dote sua dictos duos fundos, & etiam alios duos qui valebant .ccc. & commisi fidei eius vt quicquid ad eam peruenisset ex hereditate mea, restitueret Seio cum ipsa moreretur. & decessi, postea decessit dicta mea vxor. quæritur, quantum debeat dare dicto Seio nomine fideicommissi? & certè illud solùm quod peruenit ad eam deducta quantitate dotis recepit enim à me dotem, & non accepit illud lucrum quod habet propter repręsentationem dotis: & illud superfluum de dote tenetur restituere dicto Seio cum fructibus. & h. d. *Viuianus.*

m ¶ *Æstimabitur.* vt tantùm esse possit, non vltra: *vt. ʒ. de lega. ij. imperator.* §. *j. & supra de lega. j. planè.* §. *fin. & infra ea l.* §. *fin.*

n ¶ *Minuunt.* quia fundus & pecunia est in dote, & in fundo impensa facta: *vt supra de impen. l. quod dicitur.*

o ¶ *Amplius.* facias punctū minuunt, & dic amplius q̄ supra: dixit enim fideicom. esse in cōmodo tantū: nunc dicit, plus si tanta, &c.

Si tanta.

a ¶*Si tanta*. aliàs si tota.
b ¶*Relegata*. hoc adiecto, scilicet sine deminutione expensarum: Vel fuit nominatim ipsa quantitas dotis prælegata. aliàs aliud esset: *vt not. supra eo. l. j. §. impensæ.*
c ¶*Legatariam*. s. puram. & in duobus, s. in commodo repræsentationis: & impensarum remissione: & ideò potest fidei eius committi. *& facit supra de leg. j. l. debitor. in prin. & §. j.*

potest, si tanta a quantitas dotis quam maritus accepit, ei relegata b est, oportere dici etiam eam quátitatem posse fideicommissum erogare,* quæ ipso iure dotem minuit. esse enim mulieré legatariam c nemo est qui dubitet. Sed & si nō dos, sed pro dote aliquid vxori fuerit legatum: adhuc quasi dos relegata accipitur.d Hoc amplius Iulianus scripsit, & si nō fuerit adiectum pro dote esse legatum, hoc tamen animo e relictum: adhuc eius esse conditionis. f Vxor igitur si rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum est, vel quod in vicē dotis sibi g adscriptum est, h restituere: nō cogetur nisi eatenus quatenus diximus, i restituere: & ideò heres instituta rogatáq; quantitatem hereditatis restituere: id demú restituet, quod quantitatem dotis excedit, idque k quod ex repræsentationis commodo sentit. Nam & si quis cùm à nuru dotem accepisset, filium suum heredem instituerit, eúmque rogauerit, quidquid ad eú ex hereditate peruenisset, restituere, mox morte vxoris dotem fuerit lucratus l: id non restitueret quod ex dote percepit m: quia † matrimonij causa id lucratus est, nō ex patris iudicio. 1. ¶ Mulier doté promisit quadringentorú, & dedit fūdos duos in ducēta: n pręterea nomina debitorú in residua ducenta: mox maritus eius decedens pro dote fūdos ei duos, nō eos quos in dotem acceperat, reliquit: & præterea duos illos dotales quos æstimatos acceperat, reliquit: fideique eius commisit, vt quidquid ad se ex hereditate eius peruenisset, id restitueret Seio cùm moreretur. Quærebatur, quantú esset in fideicommisso, muliere defuncta. Dicebá vxorem hanc quæ rogata est, quidquid ad se peruenerit ex testaméto, restituere: in ea esse cōditione, vt id demú restituere rogetur, quod deducta dotis quátitate ad eá peruenit doté enim recepisse o eam magis quam accepisse, saluo eo quod ex commodo repræsentationis ab ea fideicōmitti potuit. p proinde id quidem quod pro dote maritus ei reliquit, nó cogetur q restituere, nisi plus fuit in eo, quàm in quantitate dotis. Residuum verò quod præterea illi relictú est, cum fructibus cogetur restituere. Habebit igitur præcipuam dotem cum suis fructibus: r id verò quod extrinsecus ei relictum est, cum fructibus qui ad eam peruenerint, restituet.

d ¶*Accipitur*. s. vt cōmodum repræsentationis sit in legato.
e ¶*Hoc tamen animo*. quod olim præsumebatur per edictum de a alterutro. hodie secus, nisi hoc probet quòd voluerit altero esse cōtentum: *vt. C. de rei vxo. act. §. primum itaque.*
f ¶*Conditionis*. sc. vt possit grauari in eo solo quod plus sit in legato, quam in actione dotis. *Accursius.*
g ¶*Sibi*. scilicet vxori.
h ¶*Adscriptum*. scilicet à viro.
i ¶*Diximus*. sc. quod plus est in legato quàm in actione dotis.
k ¶*Idque*. q. d. & id restituit, s. per fideicom. quod habet ex cōmodo repræsentationis.
l ¶*Lucratus*. vel ex pacto vel vxoris iudicio. *Accursius.*
m ¶*Percepit*. s. familiæ erciscundæ forsan iudicio, quasi præceptionis iure magis quàm eius titulo inspecto: *vt j. de fideins. tutor. R. & ad idem. C. ad Maced. l. ij. & infra de dona. qui id quod.* & consonat prædictis *infra ad Trebel. l. cum heres. & l. deductis. & infra ad l. Falc. sed si dos. & infra de leg. præstan. virilis. §. pe. & fin. & infra de aur. & argen. leg. l. qua vxori. in princ.*
n ¶*In ducenta*. s. æstimatos: vt infra dicit nomine ducentorum.
o ¶*Recepisse*. sunt enim diuersa accipere b & recipere. *sic & s. de posi. l. j. §. elegater. in fi.* Sed argu. contra *supra de leg. ij. l. cum quidam.*
p ¶*Potuit*. vt *& supra ea. l. in princ.*
q ¶*Cogitur*. non c lucratur ergo legataria fructus medij tēporis. & sic est contra *s. de leg. ij. quod his verbis.* Sol. hic specialis coniectura voluntatis. ex eo enim quòd legabat pro debito dotis, quasi d quædā taxatio est, vt quidquid vltra habeat, reddat. *sic & s. de vsur. l. in fideicōmissi. §. cum Pollidius.* Nam & ibi fundus retinendus quandā taxationē facit, vt residua cū fructibus reddātur ibi dicitur. Itē & si legatur minus. & rogetur restituere plus post tempus, distinguitur quantitas pro quantitate: & sic fructus medij temporis computantur vt valeat fideicommisso si specie: *vt s. de lega. j. imperator. §. j. & l. cū pater. §. Titia.*
r ¶*Dotem cùm suis fructibus*. id est, quantum dos facit cum suis fructibus. & facit *infra de auro & argen. lega. l. qui vxori. & supra l. proxi. cum suis concordantiis.*

QVintia. Iᴄᴀsᴠs. Titiæ vxori meæ ita legaui: Titiæ amplius quàm dotem suam aureos. c. det heres meus. certè nō solùm centum aureos, sed etiam dotem videor ei legasse. Sed quid si post dicta legata ita dixi, volo quod legata soluat heres meus vsque ad mensem? certè ista prolongatio solutionis non pertinet ad legatú dotis, sed & alia legata tantum. dos ergo soluetur incontinenti, & alia legata post mēsem numerandú à morte mea. & est ratio, quia actio de dote habet suum diem quo debeat solui dos mulieris, soluto matrimonio. sc. quia debet solui post annum quando non est legata. vnde prorogatio legatorú non debet pertinere ad doté, cum ad præsentia tátùm legata debeat pertinere, & *vt. s. de lega. j. talis scriptura. & h. d. cum. l. sequen. Vivianus.*

*fideicommisso rogari.
a Huius edicti fit mentio in l. vnica. §. sciendū. C. de rei vxoriæ actione. l. vlt. Co. Theodos. de testamentis. plura vide apud Cuia. 3. obseruat. 16.
† Vide omnino Bald. Nouellum tract. de dote parte. 7. priuil. 31.
b Accipere & recipere diuersa.
c Adde Romanum sing. 58.
d Quasi particula speciem taxationis.

III. Iᴠʟɪᴀɴᴠs *libro trigensimoquarto Digestorum.*

QVi ita legat vxori suæ, *Titiæ amplius quàm dotem, aureos tot* s *hères meus damnas esto dare*: manifestus* est doté quoque relegasse.

IIII. Aꜰʀɪᴄᴀɴᴠs *libro quinto Quæstionum.*

CVm vulgari t modo dies legatorum profertur, nihil eam rem ad dotis relegationem pertinere ait, u quia † suum dié x habeat.

Propter vtiles impensas in dotem aut donationes in vxorē factas, heres non potest differre solutionē dotis prælegatæ vxori à marito. hoc dicit.

V. Mᴀʀᴄɪᴀɴᴠs *libro tertio Regularum.*

DOte relegata y non est heres audiendus, si velit ob donationes in mulieré factas solutionem z differre, vel ob impēsas alias, a quam quæ ipso iure

s ¶*Tot*. puta. x. sic videtur huic. l. contra. *s. de leg. j. si seruus. §. si ita scriptū esset.* Sol. vt ibi, Vel vt dixi. *s. de le. ij. l. si sic. & l. si purè.* quæ concor. Vel hic dixit, amplius quàm dotem x. aureorú: secus si dixerit, amplius decem aureis, & omisit, quam dotem. *Accursius.*
t CVm vulgari. puta, a ego testator qui legaueram vxori meæ doté, sic dixi: Cuicunque aliqua legaui, post. x. ann. dari volo. vel ita. Quibus legatis dies appositus non est, post annos. x. dari volo. & facit ad hoc supra de leg. j. talis scriptura.
u ¶*Pertinere ait*. præsumpta b tali coniectura voluntatis, tunc nec relictú euanescit: *vt. s. de le. j. si quado. in prin. & s. de leg. ij. Titia. §. Lucius.* tum etiá ex legatariæ charitate c: *vt s. de vsufruct. leg. qui fructus. & C. de lega. cum alienam. & s. de leg. j. si seruus plurium. §. si H.* non ergo differt mulier petere si dos ei est legata.
x ¶*Suú diem*. sc. d dos, annua bima trima. s. die: quod non placet: quia sic nihil plus esset in legato quàm in debito: & sic non valet: *vt Inst. de leg. §. si quis debitori.* quod esse nó debet: *vt. s. de le. j. l. si quā do.* Dic ergo, dos habet diem suum. i. pro existentia sui. nec enim est aliud esse vel essentia huius legati, quàm cōmodum repræsentationis; *vt supra eod. l. ij. in princ.* 3. Vel sub. in, & dic suum esse, scilicet in diem, scilicet tantùm. & idem est sensus. *Accursius.*

DOte. Iᴄᴀsᴠs. Cùm in dote vxoris meæ fecissem vtiles expensas quæ quidem non minuunt dotem ipso iure, & cum vxori prædictæ aliqua donassem, legaui ei dotem suam, & decessi. certè propter dictas expēsas & donationes non potest heres meus differre dotis restitutionem. secus esset in necessariis expensis quæ ipso iure dotem minuunt: quia túnc tantò minus restituet de dote, quantum capiunt dictæ expensæ necessariæ: vtiles autem prædictas potest à muliere repetere. *Vivianus.*
y ¶*Dote relegata*. id est, legata. de hoc dic vt not. in rubrica.
z ¶*Solutionem*. scilicet dotis.
a ¶*Alias*. scilicet vtiles in res dotales factas: Vel etiam in alia re

a Vulgari modo dies legatorum quēadmodum proferri seu differri soleat.
* ἄλλος ἄλλ. &c. figura Græca.
b Præsumitur quisque legare velle aliquid vtiliter.
c Præsumimus voluntaté defuncti ex charitate.
† Relatio nunquam fit quando ex relatione actus infirmaretur. *Vide Decium. 1. consil. 14.*
d Suum dié habere quo sensu dos dicatur.

a Dic secus in gestis affectione paterna: nã non haberent locũ hae actiones manda. l. ij. qui. Bart. §. de neg. gest.
b Dotẽ minuũt necessariae impensae.

vxoris[a]. pro quibus agitur mandati vel nego. gesto. vt C. de rei vxo. act. l. vnica. §. sed nec ob impensas. Accursius.

a ¶ *Minuunt.* quod[b] est in necessariis: sed tamen quandoque etiam istae dotem non minuunt, nec legatum: *vt supra eod. l. cum quis. in princ.* & in alio casu qui ponitur. *supra de lega. ij. Mania. §. j. quae videntur contra.* ADDITIO. Pro solu. huius cõtrarij intellige hanc glos. quãdo legauit dotem simpliciter: secus si legauit quicquid ad eum perueniet: quia tunc non deduceret impẽsas necessarias: *vt supra eodem. l. ij.* Bartolus.

b ¶ *Pignoris.* quod hic nullum est.

c ¶ *Dotem.* scili. velle, quod fieri non debet: *vt. C. de rei vxo. actio. § taceat. & C. commo. l. fi. & ff. hac. l. & facit. ff. eo. l. in princi. & §. j. & l. cum quis.*

dotem minuunt.[a] Aliud est enim minorem esse factam dotem, quod per necessarias impensas accidit: aliud pignoris[b] nomine retineri dotem[c] ob ea quae mulierem inuicem praestare aequum est.

Si legatur aliquid pro dote adiecta certa quantitate, siue dos fuerit nulla, siue minor, tenet legatum. h. d. Bartolus.

VI. LABEO *libro secundo Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

CVm scriptum esset, *Quae pecunia[d] propter vxorem meã ad me venit quinquaginta, tantundem[e] pro ea dote heres meus dato:* quamuis quadraginta dotis fuissent, tamen quinquaginta debere, Alfenus Varus Seruium respondisse scribit: quia proposita[f] summa quinquaginta adiecta sit.[g] 1. ¶ Item ei quae dotem nullam[h] habebat, vir sic legauerat: *Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua:[i] pro ea quinquaginta heres dato.* debere ei legatum Ofilius, Cascellius, item[k] & Seruij auditores[l] † retulerunt. perinde habendum esse, ac si seruus alicui mortuus, aut pro eo centum legata essent. quod verum est: quia his verbis non dos ipsa, sed pro dote[m] pecunia legata videtur.

VII. PAPINIANVS *libro octauodecimo Quaestionum.*

PAter dotem à nuru acceptã filio exheredato legauit.[n] heres patris opposita doli exceptione non antè soluere legatum cogendus est, quàm ei cautũ fuerit de indemnitate soluto matrimonio.[o] 1. ¶ Sed, si prius quàm legatum filio solueretur, mulier dotem suam recuperauit:[p] frustra filius de legato aget. 2. ¶ Sed si lex Falcidia locum in legato dotis aduersus filium

CVm scriptum.] CASVS. Cùm habuissem. xl. in dotem ab vxore mea, ita scripsi in testamento meo, quae pecunia propter vxorem meam ad me peruenit. l. tantumdem pro ea dote heres meus dato. certè debentur dictae vxori meae. l. Quid si nullam dotem ab ea habui, & ita ei legaui, quanta pecunia dotis nomine ab vxore mea peruenit, & reliqua pro ea. l. heres dato, & decessi? certè debentur vxori. l. nam & si legaui alicui seruum qui iam mortuus est, aut pro eo. c, c. debentur legatario. Viuianus.

d ¶ *Quae pecunia.* i. quaecunque pecunia. Accursius.

e ¶ *Tantumdem.* aliàs tantùm, aliàs tantumdem. & tunc puncta post quinquaginta.

f ¶ *Proposita.* i. dicta.

g ¶ *Adiecta sit.* s. in testamento.

h *Nullam.* in superiori casu aliqua erat, sed minor.

i ¶ *Et reliqua.* s. peruenit ad me. Accursius.

k ¶ *Item.* aliàs idem.

l ¶ *Auditores.* i. discipuli.

r Legato corpore quod nõ est in rerũ natura, & pecunia alternatiuè, valet legatum in pecunia.

m ¶ *Sed pro dote.* i. sub dotis simulatione. R. & facit. *C. de fal. causa adie. le. l. ij. & iij. & fi. & supra de eden. l. fina. sic. §. j. & ff. de lib leg. l. legaui. & ff. de leg. ij. l. cum quidam. & l. Lucius. § quisquis. & Insti. de leg. §. econtrario.* ¶ Sed contra. *ff. eo. l. j. §. adeo. in fi. §. Sol.* vt plenè no. ibi. Item *facit. ff. eo. tit. l. vir vxori.* ADDITIO. Ad §. ideò dic quòd ibi fuit relicta dos non adiecta certa quantitate; hic verò fuit expressa certa quantitas, secundum Bart.

PAter. Ista lex videtur aliquãtulum intricata: sed in veritate nõ est. Primò ponit vnũ dictum vulgare. Secundò circa illud format septem quaestiones per ordinẽ. Secunda ibi, sed si priusquàm. Tertia ibi, quòd si ratum. Quarta ibi, quòd si totã. Quinta ibi, sed si priusquam. Sexta ibi, si fortè. Septima ibi, quid ergo. Bar. CASVS. Ab vxore filij mei accepi. c. nomine dotis, & postea feci testamẽtum, & exheredaui dictum meũ filium, & alios mihi heredes instituì: & legaui dicto meo filio dictam dotem, & decessi. petit nũc dotẽ dictus meus filius. certè obstat ei doli exceptio donec caueat heredibus de indemnitate propter damnum quod posset eis contingere soluto matrimonio inter dictum meum filium, & dictam suam vxorem. posset enim ipsa ab eis petere tunc dotem. Sed quid si heredes soluerunt dictae mulieri dotem priusquàm dictus meus filius eã ab eis peteret? certè non poterit filius amplius eã petere. Sed quid si eis cauit de dicta indemnitate: & ipsi soluerunt ei dotẽ detracta tamen inde Falcidia, eo quòd in hereditate nimiis legatis grauata habeat locũ Falcid. & dicta mulier habuit postea ratã dictam solutionẽ? certè propter eam quãtitatẽ quã heredes retinuerunt nomine Falcidiae, vtilis actio dotis dabitur eidẽ mulieri soluto matrimonio inter se & dictum filiũ. si autem mulier non habet ratam dictam solutionem marito suo factã, imò soluto matrimonio vult agere cõtra heredes ad dotem. debebit vir defendere heredes, sicut eis promisit cum ipsi soluerunt ei dotem, sed si totã litem quam mouebat mulier heredib. praedictis, subierit vir solus, & non cauerit de iudi. sol. & succubuerit: actio iudicati dabitur mulieri contra heredes pro dicta quantitate, quae iure Falci. detractae viro per heredes, petenda est per mulierem. nam si cautum esset per dictum maritum de iudicato soluendo, ex illa cautione ageret mulier contra eum. de superfluo autem dotis quod habuit maritus ab heredibus, credo quòd teneatur hoc casu marit' actione iudicati. & hoc vsque illuc, Sed si priusquam, &c. vbi dicit: 2. Pone quòd dicta mulier diuertit à viro antequam legatum dotis viro soluerint heredes. certè ipsa non potest secundum hoc iura repetere dotem ab heredibus nisi annua bimatrima die. vir autẽ eius praedictus potest statim ab heredibus petere dictam dotem. Et est ratio quare statim potest petere: quia tunc demum responsum est filio solui dotẽ eisdẽ praedictis diebus quibus mulieri solui debet, quando pro parte filius heres extiterit patri, & ad praeceptionem dotis soluto matrimonio postquã heres extitit, admissus est. in nostro autem casu subaudi, fuit exheredatus filius: ergo actio sua differtur, vt dictum est. & hoc vsque illuc, si fortè, &c. vbi dicit: 3. Pone quòd heredes soluerant dotem praedicto filio meo exheredato à me: & per errorem non fecerũt sibi caueri per dictum filium de defendendo eos aduersus mulierem: nunquid poterunt ab eo repetere dictam dotem quasi indebitam? Et dicitur quòd nõ. necessitas enim praestandae praedictae cautionis heredibus per filiũ moratur solutionem dotis praedicto filio legatae, non autem facit indebitum illud quod fuit debitum ipsi filio: id est ipsam dotem ei legatam. & hoc de iure stricto. de aequitate autem subueniri debet dictis heredibus: s. vt si mulier agat contra eos soluendo existentes, & dotem ab eis exigat: possint ipsi agere contra virũ condictione sine causa ad repetẽdam dotem quam ei soluerũt ex causa legati. si autem mulier non inueniat heredes soluendo, dabitur eidem mulieri vtilis actio dotis soluto matrimonio aduersus virum suum, cui mulieri dos perire non debet. & ideò datur hoc casu vtilis actio dotis mulieri contra virum suum, quia heredes non fecerunt sibi caueri per virum cùm soluerunt ei dotem ex causa legati, vt dictum est. si autem interponi fecissent dictam cautionem, cederent mulieri contra maritum actionem ex stipulatu: & sic non esset ei necessaria vtilis actio dotis. *Viuianus.*

† Qui ...

n ¶ *Legauit.* fortè vt onus dotis solus subeat: *vt supra fam. ercisc. si filia. §. pen. & supra de lega. ij.* cum ab vno. & sic potest intelligi. *supra eod. l. ij. § per contrarium. & supra fam. ercisc. si filia. §. j.* quae bene concor. huic responso.

o ¶ *Soluto matrimonio.* id est, quam posset pati muliere agẽte soluto matrimonio. antè enim agere non posset: *vt supra eod. l. ij. in prin.* & statim dicam.

p ¶ *Recuperauit.* Agendo[a] actione ex stipulatu pro dote, quod est soluto matrimonio, Vel viro ad inopiam vergente: *vt. C. de iure do. l. vbi.* secundum R. 2. Vel dic secundũ Azo. constante matrimonio. & recuperauit ab herede soceri. ¶ Sed qualiter? nunquid enim est nata interim actio de dote? Respon. secundum Azo. non: sed de facto recuperauit. & pro eo quod actionem non habeat, facit, quia potest ei nurui dos legari: *vt. ff. e. l. ij. & iij.* respon. quòd nõ posset si actio ei competeret: *vt Inst. de lega. §. ex contrario. Item pro eo. C. de praescrip. xxx. cum notissimi. §. illud.* 4. Sed Io. dicit natam, & hoc act. ex stipulatu. & pro eo. *supra solu. matrimonio. si constante. §. j.* Sed ibi vel solutum erat matrimonium, *vt ibi not.* vel agebat ex testamento cùm esset ibi nurui dos legata: non actione ex stipulatu. Item pro Ioan. *infra de bo. dam. l. ij. in fine.* sed expone vt ibi. Sed si velis tueri Ioan. dicas quòd licèt habeat act. ex stipulatu, vt ipse dicit: tamen potest ei legari: quia inefficacem habet: & hac eadem ratione non currit praescriptio antè solu. ma. ¶ Item quo modo alij soluendo liberatur? Respon. *vt supra. e. l. ij. §. idem Iulianus quaerit si dotem.*

a Dotem constãte matrimonio quẽadmodum hic vxor recuperare potuerit. An quia solutũ fuit matrimonium, vel maritus vergebat ad inopiã vt putat Rogerius? An quia solutũ fuit matrimonium respectu soceri defuncti vt Azo & Iacob. de Aretio apud Bartol. hic? An quia mulier de facto nõ de iure dotem recuperauit, vt Azo existimat? An potius quòd actio de dote cõmittatur cõstãte matrimonio vt opinatur Ioãnes? Bartolus amplectitur opinionem Azonis vel Rogerij.

Exhere-

a ¶*Exheredatum habuerit*. erat ergo solutum matrimonium. cęterum quoniam aliàs sibi debitum reciperet filius, l. iudicio fami. ercisc. *vt. s. fam. ercis. l. si filia. §. j. cessat Fal. vt. s. eo. l. ij. §. idem Iulianus quærit si mulieri. & j. ad legem Fal. l. j. § si quis creditori. & supra de lega. j.* Si creditori. secundùm R. Sed certè & tunc si peteret act. ex testamento, patitur Falcid. sed act. famil. ercisc. consequetur quod est detractum: *vt supra eo. l. ij. §. idē Iulianus quærit si mulieri in si.* secundū H. & *facit in ea l. §. idem Iulianus quærit si dotem.* & quod ibi not.

b ¶*Ratam fecerit*. venerat igitur casus quo ille petere poterat. R.

c ¶*Propter eam*. id est ad eam retentam quātitatem petendam. Azo. non autem ad redditam quantitatem.

d ¶*Ei*. scilicet mulieri, vt eam exigat. *Acc.*

e ¶*Defensurum*. & ita ab herede repeteret totam dotem nihil habendo ratum. *Accur.*

f ¶*Sed si*. aliàs & si. aliàs quòd si.

g ¶*Subierit*. s. heredis mandato defendendo heredem procuratorio nomine cōtra mulierem repetētem dotem, vt ita habeat locum quod de act. iudi. dicit: *vt infra de re iudi. l. iiij. & supra de procura. Plautius. & l. si procurator.*

h ¶*Si cautum*. scilicet iudica. solui cùm defendit heredem. Si enim cautum esset, & ex illa cautione agat, totam pecuniam à marito petet. sed aliter si agat actione in factum vtili. Sed secundum R. dicit, si cautum non erit, quia tunc ex stipulatu etiam in heredem forsan daretur si in iudicio præsens firmasset personam sui procuratoris, satisdando pro eo: *vt Instit. de satisd. §. sed hodie. & infra iud. sol. le. si ad defendendum.* Sed hoc non placet: *vt supra de procura. le. si procurator. in fi.*

exheredatum habuerit [a], & mulier solutionem ratam fecerit: [b] propter eam [c] quantitatē quam heres retinuerit, vtilis actio dotis ei [d] dabitur. Quòd si ratum non habeat: defendi quidem debebit heres à viro qui se defensurum [e] promisit. Sed si [f] totam litem vir solus subierit, [g] actio iudicati, si cautum [h] non erit, pro ea quantitate quæ iure Falcidiæ petenda est, aduersus heredem [i] dabitur. 3. ¶Sed si prius quàm legatum filio solueretur, mulier diuertit: quáquam ipsa nondum præcipere dotem possit, [k] non ideò tamē actio [l] filij differtur: quia tunc [m] iisdem diebus [n] filio solui dotem respōsum est. Cùm patri * pro parte heres extitit, [o] & ad præceptionem [p] dotis soluto matrimonio postquam heres extitit, admissus est. 4. ¶Si fortè per errorem cautio † defensionis omissa sit, & ex causa fideicommissi filius dotem acceperit: vt indebitum fideicommissum nō repeteretur. Cautionis enim præstandæ necessitas solutionem moratur: [q] non indebitum facit quod fuit debitum. sed non erit iniquum, heredi subueniri. [r] 5. ¶Quid ergo si patris heres soluendo non sit? nonne iustè mulieri dabitur aduersus virum vtilis actio dotis? cui [s] dos perire non debet, [t] quia non interposuit per errorē heres cautionem. [u]

* Patri filius.

† Cautio quando dicitur prę- stari, intelligitur petenti. casus in c. inscitata. de resti. in integ. Dote tota. ... deci.

Licèt mancipia moriantur, æstimatio eorum certa legata debetur. Bart.

VIII. IDEM *libro septimo Responsorum.*

VIt vxori quæ dotem in mancipiis [x] habebat, pecuniam [y] pro dote legauerat. viuo viro mancipiis mortuis, [z] vxor post virum vita decessit. Ad heredem eius actio legati rectè transmittitur: quoniam mariti voluntas [a] seruanda est.

IX. IDEM *libro octauo Responsorum.*

V*Xori meæ fundum Cornelianum, [b] & quæ nuptura obtulit [c] æstimata, in speciebus restitui volo.* Respōdi, non æstimatum [d] prædium in dotem datum, exceptum non videri: [e] sed vniuersa [f] dote prælegata, rerum æstimatarum pretium nō relictum, verùm ipsas res, quales inuenirentur. [g]

X. SCÆVOLA *libro octauo Quæstionum.*

i ¶*Heredem*. defensum. ¶Sed quare [a] non in totum? Respon. respicit finem, quia cùm maritus factus est procurator in rem suam, quia promiserat heredi se seruaturum indemnem eum, ipse nihil reddet si ad inopiam vergat: vel retinebit loco dotis, & mulier non debet velle plus. si autem velit in totum agere contra heredem defensum, potest: *vt supra de procur. l. si actor. & l. si procurator.* & tunc heres ageret ex cautione contra virum: quia mulier ratum non habet: *vt supra proxi. respon.*

a Actio iudicati datur contra hæredem in eo quod retinuit iure Falcidiæ. Imò in totum. Ital. ... de procura. Dic vt hac Glossa.

k ¶*Dotem possit*. scilicet [b] annua bima trima die secundùm hæc iura: hodie post annum: *vt Cod. de rei vxo. actio. l. vnica. §. ex actio.*

b Vide Alberic. in l. fundus. §. ... ... diui dando vbi hanc Glossam notat.

l ¶*Actio*. ex testamento. nam nec filia differt si esset ei legata: *vt supra eo. l. j. in princ.*

m ¶*Quia tunc*. scilicet tantùm. *Accursius.*

n ¶*Iisdem diebus*. quibus & mulieri solui deberet. *Accursius.*

o ¶*Extitit*. repete, & diuortium factum sit, vt præmisit. si enim constat matrimonium, statim percipiet: *vt supra eod. l. ij. §. idem Iulianus quærit si dotem. & supra fam. ercis. l. si filia. §. j. & l. si maritus vbi de hoc dixi.*

p ¶*Ad præceptionem* per iudicium fami. erciscun. non act. ex testamento: vt hic erat.

q ¶*Moratur*. re integra. *Accursius.*

r ¶*Subueniri*. condictione [c] incerti ad exponendum cautionem: *vt. s. de vsufr. earū rerum. l. hoc senat. §. j. & s. de condic. indeb. l. si quis cum. & j. si cui plus quàm per legem Falcidiam. l. nisi. §. fi.* Alij dicunt sine causa, arg. *supra de condic. sine cau. l. ij. & iij.* quod non placet: *vt not. s. de condic. indeb. l. sed & si me. §. cum inter.*

c Condictione incerti hic subuenitur hæredi.

s ¶*Cui*. mulieri. Accursius.

t ¶*Non debet*. & certè dabitur, quasi eam præceperit vxoris nomine: & quasi sine causa sit apud eum. *Accursius.*

u ¶*Cautionem*. nam si interposuisset, nō esset hic timor, cùm habens hoc nomen heres non esset non soluendo. ¶Item not. quòd ex [a] inopia alterius in alium quandoque datur actio: *vt. C. quando fiscus vel pri. l. pen. & facit supra ad exhib. l. Iulianus. §. si cui. & supra de eo per quem factum erit. l. fin. & de lega. j. l. plane. ij. §. j.* *Accursius.*

a Inopia alterius in alium quandoque datur actio.

V*Ir.*] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem mancipia inæstimata pone decem. ego postea feci testamentum, & legaui ei centū pro dote: & postea antè mortē meam dicta mancipia decesserunt sine culpa mea, & ita nihil in dote remāsit. & postea decessi. & postea decessit dicta mea vxor, & habuit heredem Titium. nunquid Titius poterit petere ab heredibus meis ex causa legati centum? Et videtur quòd nō: quia cùm nihil remanserit in dote, vt dictū est: nihil videtur remansisse in legato pro dote relicto. dicitur tamen hic quòd petere potest. volūtas enim mea seruāda est, qui aliud pro dote ei legaui, & non dotem. *Viuianus.*

x ¶*In mancipiis*. inæstimatis: aliàs [b] nulla esset huius legis dubitatio.

b Lex debet esse in casu aut de casu dubitabili.

y ¶*Pecuniam*. scilicet certam. R.

z ¶*Mortuis*. scilicet [c] sine culpa viri: & sic in dote nihil deinceps sit: vnde & in legato nihil forsan diceretur perperam: quoniā nō sit hic dos purè legata, sed pro dote aliud: *vt supra de iur. do. plerumque. & l. in rebus. & supra eod. l. j. in princ. §. j.* R. & etiam facit *supra de pact. dota. cum maritus in prin. & supra eod. le. cum scriptum in fi.*

c Dotales serui mortui sine culpa mariti, vxori pereūt nō marito.

d Dos legetur an aliquid aliud pro dote interest.

a ¶*Voluntas*. qui dotem purè legare nolui, sed aliud pro dote: *vt supra dixi.*

V*Xori meæ.*] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Cornelianum, & quosdam alios fundos: inter quos erat vnus inæstimatus: & multa alia æstimata dedit mihi in dotem. postea ego feci testamentum, & ita in eo dixi, vxori meæ fundum Cornelianum, & ea quæ obtulit mihi æstimata cùm mihi nupsit, volo restitui in speciebus. & decessi. modò quæritur, nunquid prædictum fundum inæstimatum videar ei legasse? Et videtur quòd nō: quia in legando non nominaui eum fundum inæstimatum, nec etiam alios: sed tantū nominaui Cornelianum fundum. dicitur tamen hic quod eum legasse videor, & etiam omnes alias res quas habui ab ea in dotem, siue erant æstimatę, siue non: & heres meus soluet ei dictas res tales quales inuenientur, non autem earum pretium. per dicta enim verba videor ei legasse vniuersam dotem talem qualis est. *Viuianus.*

b ¶*Cornelianum*. hunc dederat inæstimatum: *vt. j. patet.* *Accur.*

c ¶*Obtulit*. i. dedit. & fac punctum, æstimata. q. d. tam inæstimata quàm æstimata volo in speciebus ipsis, cùm extent, non in pecunia restitui: quòd potest esse vtile [e] in rebus æstimatis si meliores factæ sunt apud virum: *vt supra de iure do. l. plerumque. & supra de pac. dota. l. cum maritus in prin.* *Accursius.*

e Æstimatæ res dotales vxori possunt prælegari: nimirum si meliores factæ sint apud maritum.

d ¶*Non æstimatum*. id est, inæstimatum prędium, scilicet corpus. infinitatur enim inęstimatum, vt ibi, non homo currit. *Accursius.*

e ¶*Non videri*. de legato prædicto.

f ¶*Vniuersa*. ergo omnia prædia ęstimata & inęstimata, & etiam mobilia.

g ¶*Quales inuenirentur*. scilicet esse relictæ, subau. apparet ergo ex tali legato omnia relicta esse in speciebus cùm dixit, vxori meę &c. *Accursius.*

SI Seiæ pro dote centum [a] fũdus legatus sit, idemque Mæuio: [b] quod Mæuio Falcidia aufert, pro eo quasi concursus non fuerit, [c] mulier plus vindicet: quia amplius [d] sit in dote mulieris.

Adhibitus ad stipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Item adhibitus animo donandi, intelligitur causa mortis, si mortis est mentio facta. Bartolus.

XI. PAVLVS *libro septimo Responsorum.*

SEia cùm nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine centum aureos, & adhibuit Quintũ Mucium, qui nihil numerauit, sed dotem stipulatus [e] est, si morte mulieris solutum fuerit matrimonium. Seia moriens testamento suo ita cauit, *Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago: dari volo super dotem [f] quam ei dedi, tot aureos.* Quæro, cùm instituit [g] Lucium Titium, cõuenire Quintus Mucius ex stipulatu actione, an repellere eum maritus possit ex verbis testamenti. Respõdit, si Quintus Mucius mandante Seia non donationis [h] causa stipulatus est: heredibus mulieris eum teneri: [i] & ideò Quintum Mucium exceptione [k] repellendum esse. Quòd si donationis causa Seia stipulari permisisset, videri eum in eum casum qui morte mulieris extitit, mortis causa stipulatum [l]: & ideò fidei eius committi potuisse in eum casum, [m] dicendum fore.

Si conditio pro parte est possibilis, sufficit si ei pareatur in eo quod possibile est. Bartolus.

XLI. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

QVi dotem in pecunia numerata & æstimatis rebus acceperat, vxori ita legauit: *Seiæ vxori meæ, si omnes res quæ tabulis dotalibus contineantur, heredi meo exhibuerit & tradiderit, summam [n] dotis quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo hoc amplius denarios decem.* Quæsitum est, cùm res in dotem datæ plures ipso vsu finitæ essent, nec moriente marito fuerant: an quasi sub impossibili conditione [o] legatum datum debeatur. Respondi, videri condi-

SI Seia.] CASVS. Ab vxore mea Seia habui in dotem centum: & postea feci testamentum, & fundum meum Cornelianũ qui valebat centum, legaui ei pro dicta dote: & postea eundem fundum legaui Mæuio: & ita inter eundem Mæuium & Seiam vxorem meam debet esse cõcursus in dicto fundo, scilicet vt quilibet eorum in eo habeat dimidiam: & postea multa alia legata quibusdam aliis reliqui, ita quòd habeat locum Falcidia. & postea decessi. veniunt Seia & Mæuius prædicti ad heredes meos. & petunt pro dimidia quilibet dictum fundum. dicunt mulieri heredes, quamuis tibi non possimus detrahere Falcidiam, quia tu recipis tibi debitum, tamen Mæuio de sua parte fundi volumus detrahere Falcidiam. dicit mulier, bene, placet mihi: sed tamen illud quod vultis detrahere de fũdo nomine Falcidiæ quam vultis retinere de parte Mæuij quam habet in dicto fundo, volo mihi vindicare: & ita cùm ego mulier debeam habere in fundo. l. pro dimidia dotis meæ, & Mæuius alia l. nomine legati, & cùm velitis & debeatis detrahere quartam de dictis. l. Mæuij nomine Falcidiæ, quæ quarta capit. XII. & dimidium, detis Mæuio in dicto fundo. XXXVII. & dimidium & mihi. LXII. & dimidiũ, nã & adhuc amplius est in dote mea, quæ fuit cẽtum: & ita non remanebitis mihi ad dandum pro dote mea nisi. XXXVII. & dimid. venit dictus Mæuius ad ista verba, & dixit: certè ipsa bene dicit. quæritur, quid iuris sit? Et dicitur quòd dictũ dictæ mulieris seruandum est: & ita non habebit locum rectus concursus inter eam & dictum Mæuium: eo quòd quilibet eorum non habebit dimidiam in dicto fundo: imò mulier habebit in eo vt dictum est, LXII. lib. & dimidiam: & Mæuius. XXXVII. & dimidiam. & remanebunt heredes ad dandum Seiæ pro dote sua XXXVII. lib. & dimidiam. Viuianus.

a ¶ *Centũ.* id est fundus valebat centum: sed dos erat tantundem vel plus, vel etiam minus. Accursius.

b ¶ *Mæuio.* & ita ambobus insolidum, sicque cõcursu [a] faciũt sibi partes: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. vbi.*

c ¶ *Non fuerit.* quia mulier sit sola, & sic nõ concurrit cũ Mæuio quasi id plus non sit Mæuio legatum. at mulieri [b] non detrahitur Falcidia: sicut nec de dote detraheretur: cuius vice hoc legatũ cedit, nisi aliquid plus esset in legato, vel nisi incommodo repræsentationis: *vt. s. eo. l. ij. §. idem Iulianus quærit.*

d ¶ *Amplius.* quàm in fundi parte, quod etiam quadrãtem poterit excedere, cùm etiam hoc postulet æs alienum R. *& facit. j. ad legem Falcid. l. j. §. si quis creditori. & l. si vsusfruct. §. j.*

a Concursu faciunt sibi partes hi quorum vni legatur fundus simpliciter alteri idem fundus animo cõpensandi.

b Falcidiam hæres non detrahit ex legato dotis mulieris facta ab marito, sicut nec de dote ipsa detraheret hæres ipse Falcidiam: nisi in dote ita prælegata plus aliquid esset plus inquã, vel in ipso cõmodo repræsentationis.

SEia.] CASVS. Seia dedit nomine dotis Lucio Titio centum aureos: & adhibuit Quintum Mucium qui stipulatus fuit à marito sibi dotem restitui mortua Seia. postea dicta Seia fecit testamentum, in quo instituit sibi heredes Gaium & Cornelium, & postea ita dixit in eodem testamento, Lucio Titio marito meo dari volo super dotem quam ei dedi, centum aureos. & decessit dicta Seia. modò quæritur, vtrum dictus Quintus Mucius, qui fuit stipulatus dotem, possit conuenire maritũ actione de dote? Et dicitur quòd non: quia aut fuit stipulatus dictam dotem mandato dictæ Seiæ, eo quòd ipsa Seia volebat ei donare, aut noluit donare. Primo casu videtur stipulatus causa mortis. nam in stipulatione fuit facta mentio mortis mulieris: & ideò fidei eius committere potuit Seia de danda dote viro suo. commisit autẽ eius fidei cùm dixit in testamento, vt dictum est, Lucio Titio marito meo dari volo super dotem quam ei dedi, centum aureos. dolo ergo faceret in hoc casu Quintus Mucius si peteret à marito illud quod teneretur ei restituere si haberet. Secundo casu tenetur dictus Quintus Mucius dictis heredibus mulieris actione mandati, vt pecuniam quam iam foret consequutus à viro, aut actionem, cùm nihil fuit consequutus, eis cedat: & ideò eundem Quintum Mucium exceptione à viro repellendum. quod est notandum. Viuian.

e ¶ *Stipulatus.* non aperit an gerendo negotium mulieris, vel vt donatarius causa mortis, vel vt inter viuos stipularetur, & ideò infra distinguit. *Accur.*

f ¶ *Super dotem.* per [a] hæc verba & dotem ei videtur legare: *vt supra eo. l. qui ita. & supra de ann. leg. l. Seia, §. vxori.*

g ¶ *Instituerit.* id est, proposuerit.

h ¶ *Non donationis.* quod præsumit [b] quod non donationis causa: *vt supra de leg. ij. cum quis decedens. §. nuptura. & argu. s. de neg. gest. l. Nesennius. Acc.*

i ¶ *Eum teneri.* actione mandati, [c] vt pecuniam si iam exegit, reddat: aliàs actiones cedat: *vt supra mand. l. idémque. §. si cui. & de le. ij. cum quis. §. nuptura. & supra de in. do. mulier. § si & argu. supra de nego. gest. l. pe.* vndè etiam fidei eius committi potuit vt cuiuslibet debitoris, ne quicquam peteret. & sic hoc fecisse rationabiliter præsumitur: *vt supra, de leg. j. si pecunia.* ¶ Et not. in dicto. §. nuptura. *Accursius.*

a Super vel supra dotem aliquid legans, dotem ipsam etiam legare intelligitur.

b Donandi causa adhibitus non videtur qui adhibitus est ad stipulandum.

c Mandati actione cõuenitur procurator vt exactam pecuniam reddat aut actiones cedat.

k ¶ *Exceptione.* scilicet doli mali.

l ¶ *Stipulatum.* nisi liqueat contra, scilicet quòd inter viuos donare voluit: & hoc ideò [d] quia in stipulatione habita est mortis mentio, aliàs [e] esset donatio inter viuos: *vt infra de don. cau. mor. l. Seia. § fi.* quæ est contra.

m ¶ *In eum casum.* cùm est donatio causa mortis: *vt. s. de lega. ij. cum pater. §. j.* ¶ Sic ergo nota tres casus. Primus cùm stipulatur vt procurator vel gestor, quod semper prima facie præsumitur: *vt. s. dixi.* 2. Secundus, cùm stipulatur mortis causa, quod præsumitur si modò constet eum stipulari causa donationis: *vt. s. proxi.* & in vtroque potest fideicommitti. & hi sunt in hac. l. 3. Est & tertius casus quando stipulatur ex causa donationis inter viuos, & hoc constat: & hoc casu non potest grauari vel reuocari nisi eum instituat, vel aliud ei relinquat: *vt. s. de pactis dota. l. cum maritus. §. fi. & C. de iur. do. l. ij. & l. cum patrem. & s. solu. matri. l. qua dotis.* quæ sunt contra. ¶ Item nota hic sine stipulatione posse substitui in donatione causa mortis *vt. C. de dona. cau. mor. l. j.*

d Donare causa mortis intelligitur qui adhibitus ad stipulandum animo donandi, mentionẽ mortis facit.

e Donatio inter viuos præsumitur vbi in donatione nulla fit mortis mẽtio.

QVi dotem.] CASVS. Cùm vellem accipere Seiam in vxorem, pater eius dedit mihi in dotem centum in denariis: & tot aliàs res æstimatas, quę valuerunt centum: & ego feci fieri ei chartam quòd restituerem ei ducenta pro dote soluto matrimonio: & in ea charta fuerunt nominatæ dictæ res æstimatæ. postea feci testamentum, & ita legaui eidem meæ vxori, Seiæ vxori meæ summam dotis quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo, hoc amplius denarios. x. sub ea conditione, si omnes res quæ in charta dotali continentur, heredi meo exhibuerit & tradiderit. modò quæritur, cùm plures de rebus dictis in dotem mihi datis ipso vsu finitæ sint me viuente, & quædam non: an valeat legatum quasi sub impossibili conditione datum à me vxori meæ? Et respondetur quòd valet legatum, si vxor fecit peruenire in potestatem heredis mei illud quod supererat ex rebus in dotem datis. nam quãtum ad alias res quæ non supererant, videtur impossibilis conditio à me adiecta. Viuianus.

n ¶ *Summam.* scilicet prædictam in pecunia & in rebus æstimatis consistentem.

o ¶ *Cõditione.* legatario apposita: quod si cõcedatur, nihilominus relictum.

relictum valet: *vt. C. de his quæ pæ. no. l. j. & Inst. de here. institten. §. impossibilis. & de lega. §. pna.*
a ¶*Paritum.* vtpotè impossibili. *Accursius.*
b ¶*Supererat.* & quidem [a] his tantùm testatorem cogitasse credendum est, quoniam & vitio caret: ideóque non minus tutior quàm benignior est talis interpretatio: *vt. s. de legi. & senatusconsul. le. benignius. & l. in ambigua. Accursius.*

tioni paritum, [a] si quod ex rebus in dotem datis supererat, [b] in potestatem heredis peruenit.

XIII. LABEO *libro primo Pithanorum à Paulo epitomatorum.*

SI * filiusfamiliâs vxorem cùm haberet, dotem ab ea acceperat, [c] deinde paterfamiliâs factus dotem ei, vt solet, [d] legauit: quamuis patri heres non erit, tamen id legatū debebitur [e]

Dicto vnius testis statur ex voluntate & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni staretur. Bartolus.

XIIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

THeopompus † testamento facto duas filias & filium æquis partibus instituit heredes, & codicillis ita cauit: [f] τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν, ἣν ἠβουλόμην ἐκδοῦναι ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐκδοθῆναι Πολλιανός, εἰδώς μου τὴν γνώμην, ὅτι τοῖς ἴσοις ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. [hoc est, Filiam meam Crispinam, quam vellem tradi nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit, tradi Pollianus, [g] sciens mentem meá, in æqualibus portionibus in quibus & sororem eius tradidi.] Pollianus à marito puellæ iuratus [h] scripsit voluisse patrem eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam quam maior accepisset. Quæro, an eandem summam dotis nomine coheredes extra partem hereditatis minori filiæ præstare debeant. Respondit, cum cuius notio est, æstimaturum vt eadem quantitas [i] ex communi præcipua * minori filię dotis nomine detur. [k]

XV. GAIVS *libro secundo de legatis ad Edictum Prætoris.*

LIcèt placeat, [l] pigneratas res, vel in publicum obligatas, heredem qui dare iussus est, [m] liberare debere: tamen si is qui tales [n] res in dotem [o] accepit, dotem prælegauit: [p] non cogetur [q] heres liberare eas, nisi aliud specialiter testator dixerit.

Non est verisimile testatorem velle grauare heredem duplici præstatione. Bartolus.

XVI. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

QVi dotem à matre vxoris acceperat, & stipulanti ei promiserat testaméto vxori dotem legauit. Cùm quæsitum esset, an vxor dotis summam consequi posset, respondit Scæuola, non videri dari vxori quod necesse [r] sit matri reddi. Aliàs sic respōdit, [s] non videri, nisi manifestè vxor docuisset eam testantis voluntatem fuisse, vt onerare

SI *filiusfamiliâs.*] CASVS. Filius meus in mea potestate constitutus accepit centum ab vxore sua nomine dotis, & postea eum emancipaui. & ipse postea fecit testamentum, & legauit dictæ suæ vxori dictam dotem. & postea antequam ipse decederet, ego exheredaui eum. & postea decessit ipse, & ego. Nunquid heres eius tenetur præstare vxori dictam dotem legatam ei? Et dicitur quòd sic, quamuis ego exheredauerim eum meum filium. *Viuian.*
c ¶*Acceperat.* vndè de ea reddenda aduersus eum solu. ma. competere debet actio inquantum facere potest: sicut de cæteris suis negotiis: sed [b] heredi eius non datur hoc beneficium: *vt supra quod cum eo. l. sed & si.*
d ¶*Solet.* id est solitum est.
e ¶*Debebitur.* insolidum: quia & de dote actio insolidum datur, vt modò dixi.

THeopompus.] CASVS. Theopompus habebat duas filias, s. Titiam & Crispinam quæ erat minor: & habebat vnum filium qui vocabatur Gaius. ipse Theopompus maritauit dictam Titiam, & dedit ei in dotem centum. & postea fecit testamentum, & instituit sibi heredes pro æquis partibus dictos tres suos filios. & postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, filiam meam Crispinam quam vellem tradere nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus cognatus meus: qui Pollianus scit bene vtrum veljm dare tantum Crispinæ in dotem, quantum dedi Titiæ sorori suæ. & postea decessit dictus Theopompus. postea amici & cognati eiusdem Theopompi, inter quos fuit dictus Pollianus, maritauerunt dictam Crispinam Sempronio venit nunc dictus Sempronius, & petiit à Titio & Gaio fratribus & coheredibus dictæ Crispinæ tantùm antè partem hereditariam pro dicta Crispina nomine dotis suæ, quantum habuit dicta Titia cùm maritauit eam dictus Theopompus. & hoc ideò petebat, quia dicebat hoc voluisse Theopompum. & cùm coheredes hoc negarent coram iudice, fecit dictus maritus Crispinæ venire dictum Pollianum coram iudice, & iurare se scripturum veritatem super voluntate Theopompi: qui Pollianus iuratus scripsit Theopompum voluisse eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, scilicet Crispinam, quam Titia maior soror accepit. nunquid habebit dicta Crispina tantum quantum habuit dicta Titia? Et videtur quòd non: quia vox vnius testis reputatur vox nullius. maritus autem Crispinæ non introducit super hoc nisi vnum testem, scilicet prædictum Pollianum, vt dictum est. Respond. tamen hic quòd sic. & est ratio, quia Theopompus voluit stari super hoc dicto Polliani, vt apparet in dictis verbis quæ dixit in codicillis. *Viuianus.*
f ¶*Cauit.* hic est Græcum cujus interpretatio est, filiam meam &c. Pr. sed alij id non habent: & ideò dicunt esse sensum, filias meas pares esse volo. *Accursius.*
g ¶*Pollianus.* testatoris fortè filius. ¶Et no. quòd prouisio filiæ est in dote, sed amicorum est in eligendo maritum.
h ¶*Iuratus.* i. iurauit, & dixit. sic enim scribunt tabelliones: talia testis iuratus dixit. 2. Vel iuratus, i. adiuratus. maritauerat ergo de consilio amicorum.
i ¶*Quantitas.* ¶Not. ergo hic stari dicto vnius. [a] & sic est contra. *C. de testi. l. iurisiurandi.* Sol. hic voluit [b] testator, quod potuit, sicut & si ipse iurasset: *vt. s. de leg. ij. le. cum quis. §. codicillis.* ¶Item est ar. quòd vnus testis inducat præsumptioné, vel semiplenam [c] probationem: *sic supra quemadmodum. testa. aperi. l. j. in fi.* Nec ob. *infra de quæst. l. maritus.* quia ibi, non quia deficiat iudicium, prohibetur quæstio, sed quia contra dominum: *vt hic no. & C. de rebus cred. l. in bona fides.*
k ¶*Detur.* ¶Not. ex hac. l. Theopompus. stari dicto vnius testis. ¶Item no. quod vnus testis inducit præsumptionem, [d] vel semiplenam [e] probationem.

LIcèt.] CASVS. Duo mea prędia obligaui reipu. vel Titio priuato: & postea Seiam filiam meam maritaui Gaio, & dedi ei in dotem dicta prædia ita obligata sicut erant, & hoc sciente dicto Gaio meo genero. postea dictus Gaius fecit testamentum, & legauit dictam dotem dictę meę filiæ vxori suæ. nūquid heredes eiusdem Gaij debent dicta prędia liberare à pignore, & posteà dare dictæ meæ filiæ? Et videtur quòd sic: quia ipse Gaius sciebat dicta prædia esse taliter obligata eo tempore quo accepit ea in dotem. dicitur tamen hic quòd non tenetur liberare pignora, nisi Gaius testator hoc specialiter dixisset in testamento quòd heredes luerent. *Viuianus.*
l ¶*Licet placeat.* ex ordine. R. *vt Inst. de lega. §. non solum. & supra de lega. j. si res. & C. de fideicomm. prædia. & supra de leg. ij. Mæuius. §. penul. Accursius.*
m ¶*Iussus est.* à testatore sciente eas obligatas. alias secus: vt. d. ll.
n ¶*Tales.* iam obligatas. Roge.
o ¶*In dotem.* æstimatam. R.
p ¶*Prælegauit.* vxori purè & simpliciter.
q ¶*Cogetur.* quoniam in hoc legato sola dos venit: sicut veniret in dotis act. vt solum repræsentationis commodum hic sit in legato. R. *vt supra eo. l. j. in princ. & §. adeo. H.*

QVi dotem.] CASVS. Titia dedit mihi in vxorem filiam suam Seiam, & dedit mihi in dotem. c. & ego promisi eidem Titiæ me restituturum ei soluto matrimonio: & postea feci testamentum, & legaui dictæ meæ vxori dicta. c. & decessi. nunquid dicta mea vxor poterit petere ab heredibus meis dicta. c. & ab eis consequi? Et dicitur quòd non, nisi eis caueat se defensuram eos aduersus Titiam matrem suam: & hoc nisi probauerit dicta mea vxor me voluisse onerare heredes meos duplici dotis præstatione: quia tunc habebit ipsa. c. & mater sua Titia alia. c. *Viuianus.*
r ¶*Necesse.* Igitur non dabitur vxori actio ex testamento contra heredem, nisi caueat eum defensum iri contra matrem: *vt supra eo. l. ij. in prin. & §. j. & l. pater. & supra de iure do. l. cum pater. & supra sol. ma. l. si cum dotem. §. si pater.*
s ¶*Aliàs sic respondit.* scilicet idem Scæuola. & aliàs tractans de hac materia respon. non deberi, scilicet dari. *Accursius.*

a Parti conditionis possibili obtemperasse sufficit.
* Flo. Paulus: si
† Hanc legem elegater interpretatur Alcia. lib. Parer. 2. cap. 19.
b Beneficium vt non insolidum sed vt in quantum facere possit conueniatur, marito competit aduersus vxorem: at non mariti hæredi.
a Testis vnius dicto interdū statur, idq; ppter voluntaté testatoris, sic in c. j. cum Glo. super verb. clerici. extra de procur. vbi de hoc vide.
b Testis vnius testimoniū facit semiplenam probationem, vt hîc. qđ adeo verum esse Couarruuias, putat. 2. Variarū. 13. vt id locum habeat etiamsi consensus litigantium præcesserit.
* pecunia.
c Præsumptio inducitur ex testimonio vnius testis.
d Probationē semiplenam facit vnius testimonium: quoniam plenam probationem facit duorum testimonium.

a Onere dupli- ci quis onerari non debet.

a ¶ *Duplici.* ¶ No. ex hac. l. nō[a] esse quē onerādū duplici onere, vel addi afflictionē afflicto: *sic. ſ. de leg. ij. l. Titia. j. §. qui inuita. & ſ. ad leg. Rho. de iactu. l. nauis. §. cum autē. & §. quid ergo. & ſ. de offic. præsid. diuus. & C. de impo. luc. de. l. j.* ¶ Itē facit. *ſ. de leg. ij. si res. & l. qui cōcubinā. §. qui fundū. & j. de fund. instr. & instr. le. l. prædia. §. liberto. & ſ. de lega. ij. l. Mæuium. in prin.*

heredes duplici[a] præstatione dotis vellet.

Testatore præcipiente vxori reddi quicquid vxor ei dedit, venit etiam id quod dedit ob causam. Bart.

XVII SCÆVOLA *lib. 3. ad Sabinum.*

VXori ita legauit, *Vxor mea quidquid ei cōparaui, & quod mihi dedit, è medio sibi sumat.* Quæro, an dos prælegata videatur. Respondit, verbis quæ proponerentur, videri & de dote legata loqui,[b] nisi aliud testatorem voluisse probaretur. 1. ¶ *Titiæ vxori meæ, quanta pecunia ad me, in ve stipulationem[c] dotis eius nomine peruenit: quæ dos est dotalibus duobus consignatis instrumentis centum aureorum*, Quæsitū est, an vtrāq; summā[d] cōsequi possit. Respondit, nihil proponi cur non possit.

VXori.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotē. c. & postea ego cōparaui ei vestes & monilia. ipsa etiā dedit mihi quædam alia. postea tēpore procedēte feci testamētū, & ita ei legaui: vxor mea sumat sibi ex medio hereditatis meæ quicquid ei cōparaui, & qđ mihi ipsa dedit, & decessi. modo quæritur, an videar ei dotē prælegasse? Et dicitur q̄ sic, nisi probent heredes mei aliud me sensisse. Sed pone q̄ de dictis centū erāt duo instrumenta facta: in quorū vno cōtinebātur quinquaginta, & in alio tantundē: & ego ita legaui dictæ meæ vxori, Titiæ do lego tantā pecuniam quanta ad me dotis eius nomine peruenit, quæ dos est dotalibus duobus consignatis instrumentis centū aureorum. nūquid poterit vxor mea consequi vtramque summam? Et dicitur quòd sic. Viuia.

b ¶ *Loqui.* licet simpliciter dixit, dedit: & non adiecit, pro dote.

c ¶ *Ex stipulatione.* aliàs est, in ve stipulationem. & dic ve, pro & secundum Hu.

d ¶ *Vtramq. summā.* i. vtriusque instrumenti quinquagintā. 2. Vel dic q̄ aliquid peruenit re ipsa: aliud deductū erat in stipulationem tantū. & secundum hoc vtrūque: scilicet datū & promissum, licet non datum: *vt Instit. eo. tit. §. sed & si vxori.*

DE OPTIONE VEL electione legata.

TITVLVS V.

In hac lege ponitur qualiter relinquitur optio vel electio. Item quis eligat, quid eligatur, quid si electio nō valeat, & qualiter debeat electio fieri. & hoc vsq. ad legē mācipiorū. Bar.

I. VLPIANVS *libro 2. ad Sabinum.*

DIuus[e] Pius Cæcilio Proculo rescripsit eū cui seruorum legata sit electio, tres posse eligere.

II. IDEM *lib. 20. ad Sabinum.*

DE OPTIONE LEGATA.

Optio actus est legitimus. nam solenniter fit publicè exhibita vniuersa familia, si optio serui legata sit, vel alia res exhibitis vniuersis reb. eiusdem generis quæ inueniuntur in hereditate, & herede præsente eaq. re ante aditam hereditatem nō fit, & certis, vt opinor, verbis testibusq. pręsentib. & interdū prætore ad optandū diē decernēte. & semel, & purè, & iussu patris vel domini si filiofa. vel seruo data sit l. 5. & 10. De leg. 1. l. 25. in prin. De lib. cau. & hoc inest propriū optioni legatæ. Electio videtur nō fuisse act' legitimus. Cuia.

DIuus Pius.] CASVS. Titius legauit mihi electionē seruorum. quæritur, quot possim eligere & habere? Et dicitur q̄ tres. sec' autē si leget mihi optionē siue electionē serui: quia tunc nō possum eligere nisi vnū. optabo tamē illū quē volam sic & pertinet ad me arbitrium eligendi si legauit mihi hominē in genere. pone ergo q̄ elegi, & malè, ita quòd non valuit electio. nunquid potero iterum eligere? Et dicitur quòd sic. & de hoc ponit tria plana exempla vsque ad. l. mancipiorum. Viuianus.

e ¶ *Diuus.* Pone casum quod aliquis legauit mihi optionē seruorum suorum in plurali numero loquēs. eligam tres: vt ita pluralis[b] locutio cōtineat tres, licèt aliàs duos, *vt. ſ. de testi. l. vbi.* & hoc fauore vltimæ voluntatis: *vt. j. de regu. iur. l. in testamētis.* secus si in singulari, quia tunc vnum tantum: *vt. j. per totum hunc tit.* 2. Vel dic quòd testator legauit mihi electionē seruorū qui debēt optare vnum seruum vel equum, vel aliud mihi dandum. Nam eligam tres de familia testatoris qui eligent. ideò autem tres, quia si discordant, inuenietur pars maior: *vt arg. ſ. de arbi. l. item si vnus. §. fi.*

b Pluralis numerus in quibus quādoque consistere debet: interdum in duobus.

f ¶ QV*otiens. Datur.* à testatore.

g ¶ *Quē velit.* etiā optimū, secūdū R. nos cōtra, vt statī dicā.

h ¶ *Ad legatariū.* idem quod hic habes *Inst. eo. §. generaliter. & ſ. de leg. j. l. si seruus. §. cū homo.* & omnes prædictas leges intelligit Ro. herede frustrāte. & pro eo. *ſ. de leg. j. cum res. §. toties. & l. huiusmodi. §. si cui. & arg. C. de fal. l. j.* at Bul. etiā ab initio dat legatario, vt hic. & dictis primò concordat *vt no. ſ. de leg. j. si quis à filio. § pe.* quæ videtur contra. & *ſ. fam. ercis. heredes. §. si incerto.* ¶ Itē non eligit optimū secundum omnes: *vt. ſ. de le. j.* legato generaliter. Sed in inferiori casu eligit optimū secundum R. ¶ Sed dic quòd nec ibi eligit optimum: & propter est hic copula, sed & homine &c. & *C. communia. de lega. l. si. §. 1. & arg. ſ. de lega. j.* si heres generaliter.

QVotiēs serui electio vel optio datur,[f] legatarius optabit quē velit.[g] 1. ¶ Sed & homine generaliter legato, arbitriū eligendi quē acciperet, ad legatarium[h] pertinet. 2. ¶ Data igitur optione si quis optauerit alienū seruū, vel hominē liberū,[i] vidēdū est an cōsumpserit optionē, Et puto nō cōsumi. 3. ¶ Eum cui centū amphorarū[k] electio data[l] sit, acetū eligentem, † non consumere[m] optionem, si id[n] acetū elegerit, quod vini numero paterfamilias non habuit.

† [illegible]

III. IDEM *libro 23. ad Sabinum.*

SCilicet si antè exhibitionē, hoc est antè degustationē,[o] acetum elegerit.

Ante exhibitionem rerum electio nō tenet, nisi legatarius fuerit sciens. Bartolus.

IIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SCyphi electione data,[p] si nō omnibus scyphis exhibitis legatarius elegisset, integram[q] ei optionem manere placet: nisi ex his dumtaxat eligere voluisset, cum sciret[r] & alios esse.

V. AFRICANVS *libro quinto Quæstionum.*

NEc solum[s] si fraude heredis, sed etiam si alia qualibet causa[t] id euenerit.

Legatario optionis terminus ad eligendum statuitur: quo elapso eligere nō potest, si res non est integra. Bar.

i ¶ *Vel hominē liberū.* vel antè aditā hereditatē: *vt. j. e. l. optione.* Ac.

k ¶ *Amphorarū.* subaudi, vini.

l ¶ *Data.* à testatore, vel à lege: *vt supra. prox. duobus.* respon. Sed Rog. dixit ibi trāslata, quando à lege.

m ¶ *Cōsumere.* quia nō tenuit ipso iure: *vt. j. proxi. §.* aliàs secus: *vt j. eo. ti.* apud Aufidiū. & *ſ. de lega. j. l. v. in prin.* ¶ Et not. nihil[a] refert non fiat aliquid. vel id nō iure fiat. *sic. ſ. qui satisd. cog. l. quoties.* & de iureiurā. qui per salutē. & *de condic. indeb.* cū indebitum. *in fin. & j. de adul. si maritus. §. fi.* Sed arg. contra. *j. de re iud. l. index.* ADDITIO. Dic quòd ibi sententia tenuit ipso iure: aliàs esset idem quòd hic: *vt. l. si vt proponis. C. quando quo modo index.* Barto.

a Paria sunt nō fieri, aut iniuria fieri: [illegible] tamen quoad ad effectū nunciationis noui operis: quia siue iure siue iniuria opus fiat, per nunciationē inhibetur. text. in. l. 1. in prin. j. de no. op. nun.

n ¶ *Si id.* aliàs si non id. & abūdat negatio. *C. de ser. fugiti. l. j.* aliàs deest, scilicet non: & sic est plana. *facit infra. tit. j. l. j. & l. ij. & l. si quis vinum.* Accursius.

o SCilicet. *Degustationem.* Si autem post, sibi imputet. & facit *supra de pe. & commo. rei ven. l. j. & l. si quis vina. §. si in auersione. & l. si vina quæ in doliis.*

p SCyphi. *Data.* id est legata.

q *Integram.* quia non tenuit prima, aliàs secus: *vt. j. eod.* apud Aufidium. *in fi. & nota. ſ. l. ij. §. j.* & poterit ad exhibendum agere legatarius: *vt. ſ. ad exhib. l. iij. §. item si quis optare.* Accursius.

r ¶ *Cum sciret.* nā tunc videtur de omnibus satisfactū, maximè si legatarius cognoscebat illos absentes: *vt arg. ſ. de act. emp. l. j. §. fi.*

s NEc solum. s. tunc integra manet electio. Accursius.

t *Causa.* quo minus omnes exhibiti sint, nisi fraude tertij: quia tunc agit de dolo contra eum: *vt. ſ. de dolo. l. si quis.* quæ est contra Solu. vt ibi.

MAncipiorū.] CASVS. Legaui Titio emptionē seruorū meorū, & decessi: & ita potest Titius eligere & habere tres: *vt. ſ. eo. l. j.* heres meus vult vēdere vel obligare vel manumittere oēs seruos hereditarios: & timet ne venditio vel obligatio vel manumissio ānihiletur. eligēte postea dicto legatario tres seruos ex his quos vult vēdere vel obligare vel manumittere: certè cōsulit hic heredi vt adeat prętorē, & petat ab eo vt decernat actionē legatorū legatario nō cōpetere, nisi intra tēpus ab ipso prętore pręfinitū elegisset seruos legatarius: & prętor bene audiet heredē hoc petētē. pone ergo q̄ prætor statuit vnum mēsem, & trāsiuit mensis antequā legatarius eligeret, nō tamē vēdidit adhuc heres seruos. nūquid audietur legatarius volens vindicare tres seruos? Et dicitur q̄ sic: quia non

quia non sustinet heres aliquod damnum propter vindicationem prædictam legatarij: propter quod solet prætor decernere vt legatarius eligat intra certum diem, id est propter hoc vt heres non sustineat damnum. si autem præterito dicto mense manumiserit vel obligauerit vel vendiderit heres omnes seruos, vel quosdam ex his: non poterit amodò legatarius vindicare aliquos ex dictis seruis. Item & in alio casu debet prætor statuere certum tempus legatario optionis: puta si legaui Titio electionem serui, & Seio legaui reliquos seruos meos. & hoc dicit vsque ad primum. §. legis, si tibi. Viuian.

a ¶ *Venditio.* eorum scilicet.

b ¶ *Quandoque.* id est quandocunque.

c ¶ *Non competere.* ¶ Nota quod ad tempus quis agere[a] cogitur. *sic infra. eo. l. si optio. §. fi.* & sunt similia, *infra. l. si tibi. & C. de ingenu. manumi. diffamari.* regulariter contra: *vt. C. vt nemo inui.* ¶ Item ad[b] statuendum diem alicui facto. *facit. ſ. de iure delibe. l. j. & infra de dam. infec. l. qui bona. §. fi.* Accur.

d ¶ *Quem.* scilicet diem.

e ¶ *Finierit.* i. statuerit. aliàs præfiniit.

f ¶ *Libertatem.* & certè tuebitur. *& facit. ſ. si quis caut. & si post tres.*

g ¶ *Deneganda.* legatario. Accur.

h ¶ *In integro.* facit. ſ. *de mino. quod si minor. §. Scæuola. &. Cod. de rep. hered. l. fina. & supra de iure delib. l. si quis.*

i ¶ *Idem est.* vt actio denegetur. ¶ Et dic quod idem referatur non ad proximum, sed superius. Accursius.

k ¶ *Post diem.* à[c] prætore vel iudice statutum. & continua seq. l.

l ¶ *IMò cum iam.* aliàs sic fortè non dispositurus, nisi optionis timor esset.

VI. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

MAncipiorum electio legata est. Ne venditio[a] quandoque[b] eligente † legatario interpelletur, decernere debet prætor, nisi intra tempus ab ipso præfinitum elegisset, actionem legatorum ei non competere.[c] Quid ergo si die præterito, sed antequam venderet heres, vindicare legatarius velit? *quia nõ est damnũ subiturus heres, propter quod decernere prætor id solet. Et quid si die præterito quem[d] finierit[e] prætor, heres aliquos ex seruis, vel omnes manumiserit? nónne prætor eorum tuebitur libertatem?[f] Ergo totiens actio deneganda[g] non est, si omnia in integro[h] sint. Idem est[i] & si pignori aliquos ex his seruis heres dederit post diem,[k] vel vendiderit.

VII. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

IMò & si quosdam seruos distraxit, quosdam retinuit: non est audiendus legatarius, si velit optare ex retentis ab herede, cùm iam[l] disposuerit familiam heres.

VIII. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum*

SI tibi electio serui, & mihi reliqui legati sunt: decernendum est à prætore, nisi intra certum tempus optaueris, petitionem tibi non datu iri.[m]

1. ¶ Si ex quatuor viriolis[n] † duę, quas elegissem, mihi legatæ sint: siue duæ solæ relictæ sint,[o] siue ab initio[p] duæ solæ[q] fuerint, valet legatum.[r]

2. ¶ Vnius hominis mihi & tibi optio data est.[s] cùm ego optassem,[t] si non mutassem[u] voluntatem, deinde tu eumdem optaueris: vtriusque nostrum seruum futurum. Quòd si antè decessissem,[x] vel furiosus factus essem, non futurum communem: quia non videor[y] consentire, qui sentire non possim.[z] Humanius autem erit, vt & in hoc casu, quasi semel electione facta, fiat communis.

3. ¶ Si rerum[a] depositarum electio mihi relicta sit: & ad exhibendum[b] cum eo apud quem depositæ sint, agere[c] potero: & cũ herede agere, vt is depositi agendo, facultatem mihi eligendi præstet,

IX. IVLIANVS *libro trigensimo secundo Digestorum.*

CVm ita legatur,[d] *Titio Stichum do lego, si Pamphilum nõ elegerit:* simile est atque si ita legatum fuisset, *Titio Stichum aut*

SI tibi.] CASVS. in princi. continuatus est. ſ. proxim. casui. [SI EX.] Titius habens quatuor viriolas legauit mihi duas quas ex eis elegissem: & postea alienauit duas ex eis, & decessit nũquid potero vindicare duas quas reliquit in hereditate post mortẽ suam? Et dicitur quòd sic. & idem esset si tempore quo legauit mihi prędicto modo, non habebat nisi duas viriolas. [VNIVS HOMINIS.] Titius legauit mihi optionem vnius de seruis suis quem volam: & postea eodem modo legauit Seio, & decessit: & postea ego elegi Stichum, & postea Seius optauit eundem. certè erit Stichus communis mihi & Seio: nisi ego post electionem meã mutassem voluntatem. Sed quid si post meam electionem & antè dictam electionẽ Seij decessi, vel factus sum furiosus? certè de iure stricto non erit dictus Stichus mihi & Seio communis: quia non videor consentire, qui sentire non possum. de æquitate autem sic: quia semel fuit à me facta electio. [SI RERVM DEPOSITARVM.] Titius deposuit apud Seium scyphos argenteos: & postea legauit dictus Titius mihi electionem dictorum scyphorum: & ita possum eligere tres: *vt. ſ. l. j.* certè contra Seiam depositarum possum agere ad exhibendum, & cum heres Titij possum agere ex testamento vt heres agat depositi contra Seium, & ab eo consequatur scyphos, & postea mihi facultatem eligendi præstet.

m ¶ *Non datu iri.* sc. quia de cætero mei fient omnes si optare cessaueris: *vt. j. eo. l. cum optio.*

n ¶ *Si ex quatuor viriolis.* Dicunt quidam quòd sunt vasa: sed certè imò ornamenta muliebria: *vt. j. de auro & argen. lega. l. argumẽtu. §. ornamenta.* Accursius.

o ¶ *Relicta.* tempore mortis testatoris: *vt argu. j. de tabu. exhi. l. j. §. fin.* Accursius.

p ¶ *Ab initio.* tempore testamenti.

q ¶ *Duæ solæ.* idem si dixit, duo paria: *vt supra de leg. ij. l. qui concubinam. §. qui quatuor.*

r ¶ *Legatum.* s. quasi purum.

s ¶ *Data est.* i. relicta: vt simul optemus.

t ¶ *Optassem.* sc. non iure. Accursius.

u ¶ *Non mutassem.* quàm mutare possem iure[a] fortè minoris ætatis: *vt supra de mino. l. & si sine. in pri.* c. aut patriæ potestatis: *vt supra de lega. j. l. Iulianus.* aut quia non fuisset mihi tota familia exhibita: *vt. ſ. eodem. l. scyphi.* aut antè aditam hereditatem: *vt infra eodem. l. optione.* cæterum semel[b] iure facta optio mutari non posset: *vt. ſ. de leg. j. l. v. in princip. & infra eo. a. pud. in fine. & dixi supra eo. l. ij. §. j. & l. scyphi.* Accur.

x ¶ *Antè decessissem.* quàm mutarem optionem minus rectè factam.

y ¶ *Non videor.* aliàs videtur.

z ¶ *Non possim.* vt *argum. ſ. loca. l. qui ad certum. & de codicil. l. ij.*[c] *§. penul. argu. contra. ſ. sol. matri. l. ij. § fina.* ¶ Item *ad. l. istam est. ſ. de lega. j. l. si domino.* ¶ Item. *&. ſ. communia præ. l. fin.*

a ¶ *Si rerum.* puta plurium scyphorum.

b ¶ *Ad exhibendum* quia mea interest iusta de causa: *vt supra ad exhi. l. ij. §. item si optare.*

c ¶ *Agere.* sc. actione ex testamento. & sic ago vt agas. *sic & supra loca. cum in plures §. messem.* 2. Vel dic, ad exhibendum: quia agendo depositi potest exhibere. *sic. & ſ. mand. l. si mandauero tibi vt à Titio. &. facit. j. titu. j. l. ij. §. j.* Accursius.

† Viriola seu vitia, ornamentum est colli ex gemmis videlicet, vt putat Bayfius viriolarũ sit mẽtio in lege. fi. §. mulier. j. de auro & argen. leg.

a Voluntatem mutare quibus & quot ex causis hic liceat.

b Semel iure facta optio mutari nõ possit.

c Solue vt in. l. in negatiuis. j. de reg. iur. vel dic, hic non agi de nouo cõsensu adhibendo, sed de veteri confirmando.

CVm ita.] CASVS. Hæc. l. dicit esse idem in his duobus legatis: quorum vnum est tale: Titio Stichum do lego, si Pamphilũ non elegerit: & eidẽ Titio lego Pamphilum, si dictum Stichum non elegerit. Secundum legatum est tale: Titio do lego Stichum aut Pamphilum, vtrum eorum volet. quibus duobus casibus habet electionem dictus Titius. [QVÆSITVM EST.] Titius instituit sibi heredem Seium, & Sticho seruo suo libertatem dedit siue statuit sub conditione si nauis ex Asia venerit vsque ad annũ: & mihi reliquit optionem serui, siue seruum mihi generaliter reliquit, quod idem est: & postea decessit dictus Titius, quæritur, nũquid dictum Stichum optare possim? Et dicitur quòd non: sicut nec possem optare seruum cui testator libertatem purè reliquisset. Quid ergo si dictum Stichum elegero? certè non valet electio, & iterum eligere potero. Item quid si antequam eligerem, defecit dicta conditio? nunquid optare potero dictum Stichum? Et dicitur quòd sic, si dicta conditio defecit viuo dicto testatore, vel mortuo eo antè aditam hereditatem eius; & hoc secundùm Mucium, cui placuit perimi legatum Stichi ipsa libertate contingente Sticho per existentiam conditionis libertati appositæ, non autem datione testatoris qui dedit Sticho libertatẽ sub conditione. sicut enim pura libertas accipit vires tẽpore aditæ hereditatis, ita & data sub conditione. Vnde si defecit conditio libertatis antè aditam hereditatem siue viuo testatore, siue mortuo, deficit libertas, & valet legatum Stichi, vt dictum est: & ideò non est mirum si possum eũ optare. Viuianus.

d ¶ *Cùm ita legatur.* quo casu habeo electionem per legem, *vt supra eod. l. ij.*

a Specialia generaliter derogant generalibus.

a ¶ *Præsentem.* id est puram. nam speciale [a] derogat generali: *vt. s. de lega. ij. l. vxorem. § felicissimo.* & sic est contra. *s. de lega. j. si domino.* vbi non derogat species legati generali legato optionis. Sol. ibi non fuit libertas relicta Sticho purè vel sub conditione, sed fuit alteri legatus: ad quod est. *j. eo. si heres.* & quare hîc aliud quàm ibi est ratio propter id quod dicitur quòd præualet legatũ libertatis: *vt. s. de leg. ij. si idem & C. de ser. neces. here. institu. l. quidam. & s. de ma. testa. l. si peculiũ. § j.* 2. Vel sol. vt ibi.

b ¶ *Optabo.* si voluero. *ad hoc est s. eo. l. j. in fi. j. respon. & quod ibi not.*

c ¶ *In eodem casu.* scilicet quando vni seruorum optio, & Sticho libertas sub cõditione.

d ¶ *Optare.* aliàs optarem, scilicet ego legatarius. aliàs optaret, scilicet legatarius similiter.

e ¶ *Possim.* aliàs possim: & aliàs possit. Acc.

f ¶ *Mucianæ.* Mucius enim fuit in sententia quæ sequitur.

g ¶ *Ipsa libertate.* scilicet contingente.

h ¶ *Perimi.* s. optionis quoad eum seruum cui contingit libertas.

i ¶ *Non datione.* scilicet sola, & aliàs est datione: & aliàs ratione.

k ¶ *Antè aditam hereditatem.* & sic antequam possit optari iure: *vt. j. eo. l. optione.*

l ¶ *Erit vtile.* etiam Stichi ratione; vt sic optari possit.

b Pura libertas est, cui opponitur sub conditione relicta.

m ¶ *Pura libertas.* vt [b] *C. de cad. tol. l. vnica §. in nouissimo. & j. de leg. præ. l. virilis. § si adierit. & j. quan. dies leg. ce. l. nã cũ libertas.*

c Statuta libertas dicitur quæ sub conditione est.

n ¶ *Statuta.* id [c] est data sub conditione, si tunc scilicet conditio extiterit antè aditam hereditatem: aliàs demum existente conditione cedet dies eius: *vt. C. de cadu. tol. § sin autem sub conditione.*

o ¶ *Possum.* quoniam purè seruus est R. scilicet cũ defecerit conditio datæ libertatis ante aditam hereditatẽ: & est bene ad legem istam. *s. de leg. j. l. si fundus. § pe. & s. de manumis. testa. l. iiij.*

SI *Pamphilo.*] CASVS. Gaius faciens testamentũ legauit vnum seruum generaliter Pamphilo seruo Lucij Titij, & decessit: & ita cessit dies legati dicto Pamphilo relicti: & sic fuit quęsita actio legati Lucio Titio domini Pamphili: & postea dictus Lucius Titius dominus Pamphili manumisit eũ Pamphilum. modò quæritur, an Pamphilus manumissus possit optare vnum de seruis Gaij? Et dicitur quòd sic, si Lucius Titius dominus eius repudiasset legatum: aliàs non. & redditur plana ratio in litera. Viuianus.

d Electio est legatarij in generis legato.

p ¶ *Generaliter.* sicque [d] habet electionem *vt s. eo. l. j.*

q ¶ *Cessit.* quod est à morte testatoris cùm erat purum: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. § in nouissimo.*

r ¶ *Titius.* scilicet dominus, quem. s. vocauit Lucium Titium.

s ¶ *Vindicauerit.* quod potest, quia quæsitas actiones per seruũ nõ perdit per manumissionẽ: *vt. j. de act. & obli. l. quæcunque. & j. de iureiur.* si seruũ cuius nomine. in [e] hereditate secus: quia ante aditã hereditatem nulla est actio: & ideò ibi inspicitur tẽpus aditionis: *vt Instit. de here. insti. § alienus.* sed hîc dies cessionis. Accur.

e Tempus aditionis inspicitur in hæreditate: in legato verò optionis, tempus quo dies legati cedit.

t ¶ *Possit optari.* s. de iure. vno enim petito cõsumitur electionis facultas: *vt. j. eo. l. apud. & s. de procur. l. si is qui Stichum.* Accur.

u ¶ *Repudiasset.* scilicet expressè. Alij dicunt manumittendo eo animo vt legatum eum sequatur. *vt. s. de leg. j. l. seruo legato. § j. & Instit. de here. insti. § seruus.*

x ¶ *Duæ personæ.* id est duo legatarij, cum antea vna persona fingebatur: *vt Insti. de inuti stip. § ei qui.* ¶ Et no. hîc [a] legatum optionis vel in genere esset conditionale quoad optionem, sed purum quoad seruũ: *vt. j. qui & à qui. l. ij.* si enim esset omnino purũ, semper domino quęreret si fiat manumissio postquam cessit dies legati: & econtra Pamphilo, si ante esset manumissus. sed certè etiam quoad hoc nõ videtur cõditionale: quia si esset cõditionale, vel domino tãtùm, vel Pamphilo tantum deberetur: *vt. j. de reg. iur. quæ legata. & j. quãdo di. le. ce. si p st. § fi.* Sed dicas illud quando res certa sub cõditione legatur, hîc incerta: & ideò ambulat electio, *vt hîc dicit.* Item o im nõ transmittebatur si decedebat antequam optaret: hodie per Iustinianum secus: *vt Instit. eo. § optio. &. C. comm. ta de leg. l. fi. § fi. & facit. j. de solu. l. si stipulatus. & s. de leg. j. l. filius. § fideicommissum. & l. quæsitum. § duobus.*

Cui est legata optio, non potest eligere seruum purè vel sub conditione manumissum, nisi conditio defecerit. *Bartolus.*

... Pamphilum, vtrum eorum volet, do lego.

1. ¶ Quæsitum est, si Stichus sub conditione liber esse iussus sit, & mihi optio serui data esset, vel seruus generaliter legatus esset, quid iuris esset. Dixi commodius constitui, eum qui sub conditione libertatem Sticho dedit, & optionem seruorum: non cogitare de Sticho: sicuti constat non cogitare eum de eo cui præsentem [a] libertatem dederit. Secundùm quòd si Stichum optauero vel elegero, nihil agam, & ex cæteris nihilo minus optabo. [b] 2. ¶ In eodem casu, [c] quæsitum est, si optione seruorum data, antequam optarem, conditio statutæ libertatis defecisset: an Stichum optare [d] possim. [e] Puto Mucianæ [f] sententiæ adsentiendum, qua placet ipsa libertate [g] legatum perimi, [h] non datione [i] statutæ libertatis. quare siue viuo testatore, siue post mortem eius & antè aditam hereditatem [k] conditio statutæ libertatis defecerit, legatum erit vtile. [l] Nam sicut pura libertas, [m] ita statuta [n] libertas aditæ hereditatis tempore vires accipit: ideóque Stihum optare possum. [o]

Ius electionis relictum seruo competit eius domino post manumissionem si vult: si nollet, tunc ipsi seruo manumisso licet petere. Bartolus.

x. IDEM *libro trigensimoquarto Digestorum.*

SI Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter [p] legatus sit, deinde dominus Pamphili postquam dies legati cesserit, [q] eum manumisisset: si quidem Titius [r] seruum vindicauerit, [s] extinguitur Pamphili legatum: quia non esset in hereditate qui possit optari. [t] si verò Titius legatum: à se repudiasset, [u] Pamphilum optare posse legatum constat. licèt enim manumissione Pamphili duæ personæ [x] constituerentur, Titij, & Pamphili: vnius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio vindicante, optio extinguitur: repudiante, Pamphilus optare potest.

De legato facto seruo alij legato, ad legatarium optionis nil pertinet. Bartolus.

xi. IDEM *libro trigensimosexto Digestorum.*

SI Eros Seio legatus sit, & Eroti fundus: deinde optio serui Mæuio data fuerit, isque Erotem optauerit: [y] fundus ad solum Seium [z] pertinebit: quoniam aditæ hereditatis [a] tempore is solus erat ad quem posset legatum [b] pertinere. [c] Nam

a Hæc Glossa errasse Accursium notat Bartolus, vult enim contrarium esse verum. Atque ita dicendum, legatum optionis quantum ad ius eligendi esse purum, ideò cedere die mortis, quamuis cum ipsum conditionale, l. ij. qui & quibus manumissi. & ideò quia nec omnino conditionale nec omnino purum sit, media via eligit vt electio competat domino.

SI *Eros.*] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium, & seruum suũ Erotem legauit Seio: & eidem Eroti legauit fundum Titianum, & postea Mæuio legauit optionem vnius de seruis suis, & decessit postea dictus Titius testator. & postea dict' Mæuius optauit dictũ Erotem: & sic debet habere in Erote dimidiam Mæuius, & aliã dimidiam dictus Seius: *vt & s. de leg. j. si dominus.* modò quæritur, an idem debeat esse in fundo prædicto Titiano legato Eroti? Et dicitur q nõ: imò solus Seius debet habere dictũ fundum, & ratio est, quia tẽpore aditæ hereditatis Titij testatoris, à quo tẽpore cedit dies optionis legatæ Mæuio: *vt. j. eo. optione.* solus Seius prędictus est ille ad quem potest pertinere legatum dicti fundi. legatum enim de Erote Seio datum cessit à morte testatoris: *vt. C. de caduc. toll. § in nouissimo.* & sic acquisitus fuit dictus fundus dicto Seio, quamuis postea auferatur ei per Mæuium medius Eros, vt dictũ est. nam & si dictus Titius habuisset dictũ Erotem cõmunem cum Martino, & legasset eidẽ Eroti dictũ fundũ, totus fundus pertineret ad Martinũ: & hoc ideò quia cedẽte die dicti legati fundi, qđ est ab adita hereditate dicti Titij iã mortui, superest solus Martinus qui per dictum seruum Erotẽ potest acquirere legatum fundi. & hoc dicit. Viuia.

y ¶ *Optauerit.* quod facere potuit: quia testator hoc permisit. Nec ob. *s. eo. l. cum ita. § j.* quia ibi [b] propter libertatis fauorem: & sic iste Eros erit communis Seij & Mæuij. 2. Alij dicunt quòd optauit de facto: sed de iure non potuit, quasi tacitè ex mente testatoris ex generali optione sit exceptus Eros: *vt arg. s. eo. l. cum ita. § j. & j. tit. j. l. ij. in prin. & j. de aur. & arg. le. l. j. in prin. & s. de leg. ij. l. vxorem. § felicissimo. & l. seruis vrbanis. § fin. & l. quæsitum. § j.* & sic Eros erit solius Seij, non communis. Sed certè simile quod inducit de seruo communi, magis suadet quod primò dixi, & quod dicitur supra *de leg. j. l. si domino.* secundum H.

b Istud est verum secundum Bar. hîc: est enim hoc speciale.

z ¶ *Solum Seium.* sed Eros est communis Seio & Mæuio.

a ¶ *Aditæ hereditatis.* hoc enim tempore cedit dies legati relicti seruo legato: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. § in nouissimo.*

b ¶ *Legatum.* scilicet fundi.

c ¶ *Pertinere.* id est acquirere per Erotem seruum. nam Mæuio sub conditione videtur legatus seruus, si optauerit: vnde cùm ante aditam hereditatem optare non potuit: *vt. j. eo. optione.* apparet Seium solum dominum.

Seruo com-

&cum seruo communi [a] alter ex sociis legat: idcirco ad solum socium totum legatum pertinet, quoniam die legati cedente [b] solus est, qui per eum seruum possit adquirere.

XII. IDEM *libro primo ex Minicio.*

SEruo generaliter legato, verius est omnes heredes, † si eis [z] electio data est, eundem [d] dare debere: si non consentiant heredes, ex testamento eos teneri. [e]

Legatum factum seruo proprio sine libertate, licet sit inutile, potest tamen conualescere, & hoc herede voluntario instituto secus in necessario: quia legatum ei factum est inutile propter regulam Catonianam. Bartolus.

XIII. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

SI optio serui data mihi fuerit, & Sticho aliquid testator sine libertate [f] legasset, tunc sequens legatum [g] consistit, cum tota familia ad vnum, id est Stichum reciderit, [h] vt quasi purè legato [i] vtiliter sit legatum: nec aduersatur Catoniana [k] si voluntarius [l] heres institutus sit: quia potest antè aditam [m] hereditatem, etiam si statim decesserit, [n] familia minui. Quòd si necessarius [o] heres institutus sit, sequens legatum [p] propter Catonianam inutile est.

Vendita hereditate prætor potest cogere legatarium vt optet petente emptore hereditatis: sicut si heres peteret vt optaret.

1. ¶ Pomponius scribit, emptore hereditatis [q] postulante vt is cui serui optio legata sit, optet: videndum esse an prætor, vt id faciat, cogere debeat legatarium: quemadmodum si heres institutus id postularet, quia potest per heredem id emptor [r] † consequi. Et quare non possit, [s] non video.

XIIII. IAVOLENVS *libro secundo ex Cassio.*

SI cum optio serui ex vniuersa familia legata esset, heres aliquem prius quàm optaretur manumisit, ad libertatem eum interim non perducit. [t] seruum † tamen quem ita manumiserit, amittit: quia is aut electus legato cedit, aut relictus tunc liber ostenditur.

XV. IDEM *libro secundo Epistularum.*

SEruo [u] sine libertate [x] legaui: [y] deinde optionem seruorum Mæuio dedi. is [z] eundem seruum optauit. [a] Quæro, an id

---

a ¶*Seruo communi.* iam nunc, & non sola destinatione. & argumentatur [a] à minori.

b ¶*Cedente.* quod est tempore mortis: *vt.C.de cadu.tol.l.vnica.§.in nouissimo.* Sed huic respon.est contra, *infra de acquir.rerum domi.per seruũ.§.j.& infra de stipula.seruo.proinde.§.j.* Sed sol. [b] *vt not. supra pro socio. l.verum.§.si seruo.* quæ consonat huic. *& infra ad legem Falcid.l. Plautius. & facit infra eodem.l.si optio. & l.seruo.*

SEruo.] CASVS. Titio legaui seruũ generaliter, & dedi heredibus meis electionẽ quem darent ei seruũ, & decessi. certè heredes mei debent consentire in vno seruo dando dicto Titio: & non poterit vnus heredum dare Titio medietatem vnius serui, & alius medietatem alterius serui: & ad consentiendũ possunt cõstringi actione ex testamento. Viuian.

c ¶*Si eis.* heredibus: & dic data, scilicet nominatim à testatore: aliàs legatarii est electio: *vt supra eo.l.ij.ij.respons.*

d ¶*Eundem.* facit.j. *de verbo.oblig.l.ij.circa.princip.& l.in executionibus.§.pro parte.& de solu.l.si stipulatus.§.j.& l.qui hominem.§.j. & supra de condic.ind.si non sortem.§.fin.& 3.de lega.j.l.si ex toto.§.fi.& de leg.ij.l.si quis duobus.* Accursius.

e ¶*Teneri.* cogẽtur [c] ergo consentire iudice imminente: *vt supra de lega.j.l.huiusmodi.§.fin.* vel sorte [d] *vt.Cod.communia de lega.l.final.in principio.*

SI optio.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium extraneũ, & mihi optionem serui legauit: & Sticho seruo suo legauit fundum sine mentione libertatis: & sic non valet legatum Sticho datum: *vt.C.de legatis.l.seruis.* nunquid poterit aliquo casu cõualescere dictum legatum non obstante regula Catoniana quæ dicit, quòd legatũ inutile non potest postea conualescere: *vt.j.de regula Ca.l.j.in princ?* Et respon.quòd sic: puta si omnes serui hereditarij præter dictum Stichum decesserunt antè aditã hereditatẽ à dicto herede voluntario. eo enim casu videtur purè mihi legatus dictus Stichus sine aliqua optione: & ideò reconualescit legatum eidem Sticho datum. nã seruo alicui specialiter legato bene potest legare testator qui eum legauit, etiam non habita mentione libertatis: *vt.3.de le.j.seruo legato.* & est ratio in dicto volũtario herede, quia hereditatis aditionem differre potest post mortem testatoris, & per consequens differtur optio: quia ante aditam heredi. fieri non potest: *vt.j.eo.l.optione.* & sic antè aditam heredi. familia seruorum potest minui, etiam si statim tempore testamenti decesserit testator. si autẽ retento eodem casu Titius instituisset sibi necessarium heredem, qui quidem nõ potast differre aditionem, imò statim mortuo testatore est heres: sequens legatũ fundi Sticho datum est inutile propter prædictam regulã Catonianam. [POMPONIVS.] Legaui Titio optionem serui, & decessi. postea heres meus vendidit Seio hereditatem meã. nunquid Seius poterit cogere Titium ad eligendum, sicut posset heres eo modo qui dictus est.3.eo l.mancipiorum? Et videtur quòd nõ: quia dictus Seius potest hoc consequi per heredem: dicitur tamen hic quòd sic. Viuian.

f ¶*Sine libertate.* contra. *C.de lega.l.seruus.* Solu. hic seruus apparet alij legatus, quid ibi non fuit:

g ¶*Sequens legatum.* seruo relictum. R.

h ¶*Reciderit.* antè aditam hereditatem, id est, antequam optare possit. R. *vt.j.eo l.optione.* & dic reciderit: [e] sc. aliis mortuis.

i ¶*Purè legato.* s. Sticho.

k ¶*Catoniana.* de qua tractatur, *infra de regu. Catoniana.l.j.* Nã legatũ [a] seruo legato relictum nõ cedit nisi ab adita hereditate: vt hic patet apertè. *& C.de cadu.tollẽ.§.in nouissimo.* Nam si statim post mortẽ cederet, ergo quolibet instituto esset nullum: quia inutiliter cederet, cùm sit possibile alium de familia optari: & Catonis regula ad talia legata non pertinet: *vt infra de regula Catonia.l.Catoniana. & 3.de lega.j.l.cætera.§.ij.* Accursius.

l ¶*Si voluntarius.* i. si hoc est quòd voluntarius [b] est, qui hereditatis aditionem differre potest: & sic differtur optio. R.

m ¶*Ante aditã.* post factum testamentum. Accursius.

n ¶*Decesserit.* sc. testator.

o ¶*Quòd si necessarius.* qui hereditatis aditionem differre non potest, & sic per eum optio nequiuit suspendi ei enim mortis tempore ipso iure fingitur quæsita hereditas: & si [c] nihil inter mortis tempus & hereditatis aditionem euenire fieriue possit, nullum equidẽ ibi medium inueniri potest. Accur.

p ¶*Sequens legatum* Sticho relictum. *& facit.j.de leg.j.l.seruo legato.§.j.& l.si à pluribus.§.j.& l. quæsitum.§.præsenti.& l.si post mortem.in princ.& supra eod.l.si Eros.& infra de condi.& demon.l.Iulianus.& infra eo.l.seruo.*

q ¶*Hereditatis.* quoniam emptoris non minus heredis, si non vendidisset, interest optionem non semper impedire dispositionem seruorum: *vt.3.eo.l.imò.*

r ¶*Id emptor.* aliàs, id tempus. & aliàs id emptor, scilicet agendo ex empto, vt cogat venditor legatarium optare: quia in [d] bonæ fidei iudiciis omnia veniunt quæ æquum est venire etiam si non sint dicta: *vt Insti.de oblig.quæ ex consensu.in fin.*

s ¶*Non possit.* s. eum suo iure vt optet cogere. Accur.

SI cum optio.] CASVS. Legaui Titio optionem serui, & decessi. postea heres meus manumisit Stichum antequam Titius optaret aliquem. certè interim non erit liber Stichus. heres tamen eũ amittit: quia si Titius eligat eum, cedet legato. si autem eligat aliũ liber ostenditur. Viuianus.

t ¶*Non perducit.* sic. *j.qui & à quibus. l.ij.* nisi de certo dato tempore & finito: *v.3.eo.l.mancipiorum.& fac.j.de ma.vin.l.ij.& j.tit.ij.l.fundum.§.minor.& j.de pecu.leg.l.cum dominus.§.j.fin.& 3.de le.j.l.seruo.§.j.& 3.eod.l.si optio.in princ.& C.de ser.pig.da.ma.l.si creditoribus.& 3.de mili.testa.l.si miles.* Accursius.

SEruo sine.] CASVS. Sticho seruo meo legaui fundum sine mentione libertatis, & postea optionem seruorum legaui Mæuio, & decessi. postea heres meus adiuit hereditatem: & postea dictus Mæuius optauit dictum Stichũ. certè bene potuit eum optare, & eum habebit. ¶Sed nũquid habebit fundum quem legauit eidem Sticho? Et dicitur quòd non tempore enim aditæ hereditatis erant plures serui in hereditate: *vt.3.apparet,* & ita non est contra *supra eo.l.si optio.* imò concordat. & bene dixi quòd optio fuit secuta aditionem hereditatis, nam antè aditionem non valet optio. & hoc dicit cum.l.seq. Viuianus.

u ¶*Seruo.* scilicet meo.

x ¶*Sine libertate.* & sic inutiliter: *vt C.de leg.l.seruus.*

y ¶*Legaui.* fundum quendam.

z ¶*Is.* scilicet Mæuius.

a ¶*Seruum optauit.* scilicet cũ plures essent serui, secundũ R. aliàs

---

[a] Argumentũ à minori.

[b] Vide Bart. in l. proinde.j. de stipul. seruorũ.

† Not. tamen quòd non coguntur declarare seruum legatum, quãuis essent certi, nisi anno finito: nec etiam personã cui debetur, exprimere. Bald. in. l. 2. §. sed & si quis. C. cõmunia de leg.

[c] Inuiti litigãtes coguntur consentire imminẽte iudice: vel sorte rem dirimere.

[d] Sorte quæ dirimenda sint vide apud Tiraquellum.

[e] Legatum dicitur purum quando familia recedit in vnum.

[a] Legatum seruo relictũ non cedit, nisi ab adita hereditate.

[b] Voluntarius heres hereditatis aditionẽ differre potest.

† Sic rectè in veter. perperã in archet. Flo. erat tẽpus, inquit Taurell. in adnot.

[c] Catoniana regula locũ habet quãdo medium dari non potest inter mortem & aditionem, habet enim locũ in legatis quorũ dies cedit ab adita hereditate.

† Factum suũ quenq. mutare nõ posse, licèt iure id nõ teneat, hinc colligit Bart.

[d] In bonæ fidei iudiciis omnia ex æquo & bono veniunt quæ æquũ est venire.

secus: *vt.s. eo. l. si optio.* ADDITIO. ¶Dic quòd hîc remanserunt plures in hereditate: ibi vnus tantum, secundum Bart.
a ¶ *Ei.* scilicet seruo, scilicet cui fundus debetur optantis. Acc.
b ¶ *Serui nomine.* qui heredis erat aditę hereditatis tēpore. Acc.
c ¶ *Ad dominum.* hunc nouum, & post aditam hereditatem factum dominum: sed ad heredem: quoniam huic seruo relictum ab extraneo quærere posset. R. *vt supra de leg. j. l. si post mortem. in princ. & facit ad. l. supra de leg. j. l. quæsitum. §. j. & supra eo. l. si Eros.* Sed arg. contra. *s. de leg. j. si à pluribus. §. si.*

quoque quod legatum est, ei[a] deberetur. Respondit, Non puto legatū huius serui nomine[b] ad dominum[c] pertinere.

XVI. TERENTIVS *Clemens libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

OPtione legata placet non posse antè aditam hereditatem[d] optari, & nihil agi si optaretur.

XVII. IDEM *libro septimodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

CVm optio duorum seruorum Titio data sit, reliqui Mæuio legati sint: cessante primo[e] in electione, reliquorum appellatione omnes ad Mæuiū pertinent.

XVIII. SCÆVOLA *libro tertiodecimo Quæstionum.*

HOmine legato,[f] Neratius ait nihil agi repudiato Pāphilo:[g] itaque cum ipsum eligi posse.[h]

Facultas eligendi quæ competit alicui iure suo, transmittitur ad heredes. Bart.

XIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

ILlud aut illud, vtrum elegerit legatarius. nullo à legatario electo, decedente[i] eo[k] post diem legati cedentem, ad heredem[l] transmitti placuit.[m]

Quando electio trahit secum executionem, non admittitur variatio. Bartolus.

XX. LABEO *lib. 2. Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

APud Aufidium libro primo rescriptum* est, cum ita legatum est, *Vestimenta*[n] *quæ volet triclinaria*[o] *sumito, sibique habeto:* si is dixisset[p] quæ vellet: deinde antequam ea sumeret, alia se velle † dixisset: mutare voluntatem eum non posse,[q] vt alia sumeret: quia omne ius legati prima testatione qua sumere se dixisset, consumpsit:[r] quoniam res continuo eius fit, simul ac si dixerit eam sumere.

Fructus pendente conditione ex re legata percepti legatario non debentur, nec nudo ministro. Bart.

XXI. SCÆVOLA *libro vicensimosecundo Digestorum.*

FIlium & vxorem heredes scripsit: filiam exheredauit, & ei legatum dedit cum in familia nuberet, centum, [& † cùm in familia nupserit,] his verbis: *Insuper*[s] *arbitratu Semproniæ matris eius mancipia decem, quæ confestim*[t] *post aditam hereditatem meam à Sempronia vxore mea eligi volo:*[u]

a Dies optionis olim cedebat ab adita hereditate, hodie à die mortis.

d OPtione.] Hereditatē. vnde[a] hoc legatū olim non cedebat à die mortis quo ad transmissionem, vtpote cōditionale. hodie secus: *vt Instit. eo. §. optionis. R. & facit. s. de lega. j. l. Iuliano.* ADDITIO. 2. Vel dic secundum Bart. quòd ibi loquebatur de iure antiquo antè tempora Digestorum.

CVm optio.] CAS. Seius legauit Titio optionem duorum seruorum: & reliquos[b] suos seruos legauit Męuio, & decessit. postea Titi[a] refutauit optionem. certè omnes serui debēt pertinere ad Męuium. Viuian.

b Lego de meis duos seruos Titio, per eum eligendos, reliquos verò Seio. Titio repudiāte Seius omnes habebit, nō iure accrescēdi cùm sint disiuncti: sed virtute verbi reliquos, v. & adde Rym. sing. 23.

e ¶ *Primo.* scilicet Titio: & dic cessante, id est repudiāte, vel tempore à prætore statuto excluso: *vt supra eo. l. mancipiorum. & facit. C. de here. instit. l. ij. & infra de verb. signif. l. cæterorum.* Accursius.

HOmine legato.] CASVS. Si legatarius cui legatus est seruus in genere, quique habet electionem, repudiet Pamphilum: nihil valet repudiatio: & ideò poterit etiam cum eligere. Viu.
f ¶ *Homine legato.* scilicet in genere.
g ¶ *Pamphilo.* scilicet in specie.
h ¶ *Eligi posse.* Imò aliud agitur, & ideo non potest eligi: *vt. s. de pact. l. si vn[o]. §. si generaliter.* Sol. hic heres habebat electionē per expressam testatoris voluntatem: *vt supra eodem. l. seruo.* ibi verò creditor ex pacto expresso: & secūdum hoc eligit eundem heres non obstante repudiatione legatarij. 2. Alij, vt. R. quod hic non erat translata electio in legatariū ab herede, cuius heredis dicebat ab initio fore electionem: & ideò heredem eligere eandem. Sed hoc non placet, quia legatarius habet electionem: *vt supra eodem. l. ij. ij. Resp.* 3. Tertij dicunt vtrobique creditorem habere electionē sed ibi ex pacto: & ideò per pactum determinatur remissio. Sed hic per legem habet legatarius electionem, & ideò per. l. determinatur remissio, vt nil valeat. 4. Vel quarto ibi pactū: hic repudiatio: vnde hoc non valet de futuris: *vt. s. de leg. j. l. si ita scriptum. §. ij.* Sed pactum sic, *vt supra de pact. l. & heredi §. filia.* & est ratio, quia[c] pactum duorū cōsensu, repudiatio vnius vallatur arbitrio: *vt not. supra de pac. l. j.* verè autem hoc legatum generis de futuro pendet: quia est simile legato optionis: *vt supra eod. l. ij. §. ij.* Sed illud est coditionale, si eligat: *vt infra qui & à quibus. l. si optio. & supra eodem. l. si optio. & supra eodem. l. si Pamphilo. in fi.* ergo & istud plana est ergo Glo. eundem eligi posse: scilicet vt puto quocunque eligendi facultas videatur concessa expressim aut tacitè.

c Repudiationis & pacti differentia.

¶Itē contra *infra de adimen. leg. l. qui hominem. & l. sequē.* Sol. ibi ademptio per testatorē, quæ valuit: hic repudiauit legatarius cûm non petiit. *& facit infra de reg. iur. l. qui potest. §. quod quis.* Accursius.

ILlud.] CASVS. Pone quòd ego legaui Titio Stichum aut Pamphilum vtrum ipse elegerit, & postea decessi: & ita cessit dies legatorum: & postea decessit Titius antequam eligeret. nunquid transmittit ad heredes suos dictam electionem? Et dicitur quòd sic. Viuianus.
i ¶ *Decedente.* post mortem testatoris. Accursius.
k ¶ *Eo.* scilicet legatario.
l ¶ *Ad heredem.* scilicet legatarij.
m ¶ *Placuit.* hodie. forsan[a] à compositoribus est hoc additum. nā olim secus: *vt Insti. eo. §. optionis.* 2. Vel illud quando ex omni familia legatur optio: hic ex certis duobus. Accursius.

a Optionis legatum an & quando ad hæredē transeat.

APud.] CASVS. Ego habens vestes triclinarias, id est quibus vtebar in triclinio, id est in loco vbi comedebam (quod ideò vocabatur triclinium, q. bene erat scopis mundatum, & ibi tres lecti strati) & habens multa alia genera vestium, ita dixi in testamēto meo: Titius vestimenta quæ volet triclinaria sumito, sibique habeto. & decessi. postea dixit Titius heredi meo quæ vestimenta triclinaria volebat: & postea antequam acciperet electa, dixit quòd volebat alia vestimenta triclinaria. nunquid potest voluntatem mutare? Et dicitur quòd non. & ratio est plana in litera. Viuianus.

* lib. 2. regularum scriptum est.

† Volo vestibam, an faciat electionem. vide doctores in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. vbi notant non facere electionē, sed si alteri verbis sit adiunctum.

n ¶ *Vestimenta.* duo forte paria vel tria: vel sic dixit cum plura haberet testator.
o ¶ *Triclinaria.* i.[b] quibus vtebatur in camera, aliàs aliqua parte domus quę triclinium diceretur: quia in ea tres lecti sternuntur. sic ponitur. *s. cōmo. si vt certo. §. si de me.* Accur.

† Inclusa personā Haloander detraxerat.

b Triclinaria vestimenta dicuntur quæ & recidipna, vestes scilicet cœnatoria, & quibus in triclinio vtimur.

p ¶ *Dixisset.* scilicet cōgruo tempore, id est post aditam hereditatem. & omnibus suis vestimentis exhibitis: *vt. s. eo. l. optione. & l. schyphi. & l. homine.*
q ¶ *Non posse.* nisi[c] esset minor. xxv. ann. *vt. s. de mino. l. & si sine. in prin.* Vel nisi quando optio non tenet: *vt. s. eo. tit. l. ij. notatum est.*
r ¶ *Consumpsit.* vt[d] & *s. de procu. l. si is qui.* ¶Sed videtur quòd possit voluntatem mutare: *vt. j. de verb. oblig. l. si quis stipulatus. in prin. & l. eum qui. §. j. solu. vt no. s. de leg. ij. statu liberum. §. fi. & l. huiusmodi. §. Stichum. & l. v. in prin.*

c Voluntatem mutare is qui elegit potest, si minor est vel si optio non tenet.

d Eligens prima testatione electionem regulariter consumit ius eligendi.

FIlium.] CASVS. Titius instituit sibi heredes filium suum Seium, & vxorem suam Semproniam, & filiam suam Gaiam exheredauit, & ei legauit. c. cùm nupserit: & postea ita dixit, insuper arbitratu Semproniæ prædictæ matris dictæ meæ filiæ volo eligi ab ipsa Sempronia decem mancipia statim post aditam hereditatem meam, quæ mancipia volo dari dictæ meæ filię cum nupserit: & si antequam nupserit dicta mea filia, aliquod ex dictis mācipiis decesserit: tunc in locum eius, arbitratu dictæ Semproniæ matris eius dari volo, dum ad dictam meam filiam perueniat plenus numerus dictorum decem seruorum: & si dicta Sempronia non elegerit dictos seruos, tunc ipsa mea filia eligat sibi decem mancipia quæ volet. & postea decessit dictus Titius testator, & dictus suus filius & vxor ab eo instituti adiuerunt hereditatem: & dicta vxor Sempronia quæ erat mater filiæ testatoris, elegit decem seruos hereditarios pro dicta sua filia: & postea antequam dicta filia nuberet, nata sunt aliqua ex dictis decem mancipiis. quæritur, nunquid pertineant ad dictam filiam vltra numerum dictorum decem mancipiorum? Et respon. quòd non, quia legatum mancipiorum prædictorum. x. transtulit testator in tempus nuptiarū filiæ exheredatæ: imò pertinebunt ad dictam Semproniam testatoris vxorem, & ad dictum Seium filium eiusdē testatoris qui ab eo fuerūt heredes instituti, non autem ad solam Semproniam. Viuianus.
s ¶ *Insuper.* sub. legauerit. Accursius.
t ¶ *Confestim.* hoc facit pro filia, licèt non multum.
u ¶ *Volo.* ego testator. & sic transit de tertia ad primam personam. Accursius.

Adgnata,

a ¶ *Agnata*. aliàs adgnata, id est nata: & aliàs adsignata, scilicet per electionem matris. Accur.
b ¶ *Supra numerum*. aliàs datum, id est expressum. Accur.
c ¶ *Ad filiã nõ*. aliàs sine non. ¶ Et tũc dic, quia tantũ vt ministra fuit electa mater. aliàs est non: & bene colligitur cùm dicit supra, Respõ. cùm mãcipiorũ &c. & sic antè omnem morã: *& facit tunc. j. de regu. iur. l. cum tempus.*
d ¶ *Fructus*. partus enim de quo prædixit, nõ est in fructu: *vt. s. de vsur. l. in pecudum.*
e ¶ *Proponi*. aliàs nõ ad matrẽ: & tunc est ratio quæ est supra, quia antè omnẽ morã percepti sunt: *ad quod est. j. ad Trebe. l. mulier. §. si heres*. aliàs sine nõ, quasi dicat pertinet ad filiã. ¶ Et tũc dic matrẽ electã vt ministrã. *ad quod. s. de le. ij. l. si quis Titio. & fac. ad prædicta. s. de lega. ij. l. si ita relictũ. §. Pegasus. & s. de annu. leg. l. cũ qui. & de lega. j. leg. apud Iulianũ. in prin. & §. j. & l. cum res. & l. quæsitum. §. fi. & j. ad Tre. mulier. §. si heres & j. ti. ij. l. ij. in prin. & supra de lega. ij. l. si vxorem. §. sorori.*

quæ mancipia, cum in familiã nupserit, dari volo: & si antè quàm nupserit, aliquod ex mancipiis decesserit, tunc in locum eius arbitratu Semproniæ matris eius dari volo, dum ad eũ plenus numerus perueniat. quòd si Sẽpronia mater eius non elegerit: nunc ipsa sibi quæ volet eligat. Quæsitũ est, cũ mater elegerit, an ea quæ ex his mãcipiis antè nuptias adgnata[a] sunt, ad puellam supra numerum[b] decem mancipiorũ pertineant. Respondit, cùm mãcipiorum legatum in tempus nuptiarum testator transtulit, id † quod medio tempore ancillæ enixæ sunt, ad filiam non[c] pertinere. Idem quæsiit, antè nuptias, eorundem mancipiorum fructus[d] & vsus an ad Semproniam matrem pertineant. Respondit, nihil proponi[e] cur ad matrem pro solido pertineant.

XXII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

MAritus vxori suæ codicillis per fideicõmissum dedit prædia: item lances quas elegerit quatuor. Quæsitũ est, an ex his lancibus quæ mortis[f] tẽpore sint, eligere possit. Respondit posse.

MAritus.] CASVS. Ego habens x. lãces, id est scutellas argẽteas, feci testamentũ, & institui mihi heredẽ Titiũ: & postea feci codicillos, & in eis reliqui vxori meæ duo mea prædia, & quatuor lances quas ipsa elegerit. postea antequã morerer, multas aliàs lances acquisiui, & postea decessi. venit nunc vxor, & vult eligere quatuor lãces ex omnibus quas habebã tẽpore mortis meæ: & heres nõ vult ei dare electionẽ nisi de his quas habebam tẽpore testamenti. certè mulieris desiderium est præferẽdum. Viuianus.
f ¶ *Mortis tempore*. licet tẽpore testamenti condendi non fuerunt. Sed videtur contra. *s. de lega. ij. nomen. §. j.*[a] Solu. vt ibi.

[a] Vide ibi sol... quã ibi ap... probat Bart.

DE TRITICO, VINO vel oleo legato.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro vicensimo ad Sabinum.

VIno legato, acetũ quoque continetur quod paterfamilias vin[i] numero[g] habuit.

Generi per speciẽ derogatur. Bart.

DE TRITICO, VINO, VEL OLEO LEGATO.
¶ *Qua de re aut causa legata hactenus specialẽ titulũ dedit, ea fere singulare & propriũ aliquid habet quod in aliàs trãsferri nõ põt. Nũc de his reb. tractare incipit quarũ appellatione q. d. veniat q. d. ve testator intellexerit ambigitur, vt hoc titulo tritico vino vel oleo legato qd cõtineatur. Triticũ species est frumẽti sine arista. Cu*

VIno legato.] CASVS. Legaui Titio vinum meum. quæritur vtrum in legato contineatur acetum? Et dicitur quòd sic, illud scilicet quo vtebatur pro vino. Viuian.
g *Numero habuit*. sumpta [b] voluntatis coniectura ex ex ipsius defuncti viuentis consuetudine: *vt. j. eo. l. si quis vinũ. §. item acetum. & s. tit. j. l. ij. §. fi. & argu. s. de leg. ij. l. nomen. §. j. & l. nuper. & l. e. seruis vrbanis. & l. quæsitum. in prin. & §. pe. & l. vxori. in prin.* Sed contra. *j. eo. tit. l. si cui. in prin.* Solu. vt ibi.

[b] Coniectura voluntatis defuncti sumitur ex ipsius defuncti consuetudine.

CVm alij penum.] CASVS. Legaui Titio vinũ, & Seio legaui penum, id est ea quæ sunt esui & potui. certè Titius habebit totum vinũ, & Seius omnem aliam penũ. ¶ Itẽ quid si legaui Titio. c. amphoras vini quas vellet? certè potest agere cõtra heredẽ meũ actione ex testamento, vt heres faciat ei copiã degustandi: & si nõ faciat ei heres copiã degustandi, potest petere interesse suũ Titius actione ad exhibendũ. ¶ Sed quid eodẽ casu si ego non reliqui in hereditate mea vinũ? certè heres meus debet emere. c. amphoras vini, & præstare. ei non autẽ debet emere acetũ quod venditor habebat numero vini. Item nunquid heres meus tenetur dicto Titio dare vasa in quibus erat vinũ meũ, posito q reliqui in hereditate mea vinũ: & distinguitur inter magna vasa & parua. Nam magna, vt dolia, nõ debẽtur ei siue sint depressa in cella vinaria, siue nõ: parua autẽ, vt amphoræ, & cuppæ, & cuppulæ, bene debẽtur: nisi erãt affixæ in agro vel in cella: & est ratio quare debẽtur dicta parua vasa quia credibile est mẽtẽ meã eã fuisse, vt voluerim accessionẽ vini esse dicta parua vasa: nõ autẽ ea ratiõe q vasa sint pars vini, q. a nõ sunt. quędã tamẽ parua vasa nõ debẽtur legatario, puta vtres & cullei: quia in his portatur vinũ, & nõ cõseruatur sicut in superioribus. *& h. d. cum. l. seq.* Vini.

II. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum.

CVm alij penum,[h] alij vinũ legatũ esset: excepto vino omne penũ ad aliũ legatariũ[i] pertinebit. 1. ¶ Si cẽtũ amphoræ,[k] quas velles tibi legatæ sint: ex testamẽto agẽdo cõsequi potes vt degustare[l] tibi liceat: aut quãti[m] interfuerit licere tibi degustare, ad exhibendũ agere potes.

III. VLPIANVS libro vicensimotertio ad Sabinum.

SI cui vinum sit legatũ centũ amphorarum, cùm nullum[n] vinum reliquisset: vinũ heredẽ empturum & præstaturum, non acetũ quod vini numero fuit:[o]

Vino legato non cedunt vasa magna nec parua in quibus vinum portatur de loco ad locum: sed vasa parua in quibus vinum conseruatur, & cum vino venduntur, cedunt. Bartolus.

1. ¶ Si vinum legatũ sit, videamus an cũ vasis debeatur. Et Celsus inquit, vino legato, etiã si nõ sit legatum cùm vasis, vasa quoque legata[p] videri: nõ quia pars sunt vini vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorũ[q] fortè, vel speculi, sed quia credibile est mentem testantis eam esse, vt voluerit[r] accessioni esse vino amphoras: & sic, inquit, loquimur, habere nos amphoras mille, ad mensuram vini referẽtes. In doliis non puto verum, vt vino legato & dolia debeantur:[s] maximè si depressa † in cella vinaria fuerint, aut ea sunt quæ per magnitudinem difficilè mouentur. In cupis[t] autem siue

h ¶ *Cũ alij penũ*. Quid sit penũ, *habes. j. de penu. leg. l. iij.* ¶ Et not. q in hac. l. ponitur[a] penũ in neutro genere. Sed *j. de pec. lega. in fœmineo*. Sed quidã habent hic, penus: *vt. j. omnem penũ.* ¶ Itẽ not. q dicit vinũ, scilicet simpliciter. secus si dixisset, qd esset Romæ: *vt. j. de penu le. l. nam quod. § fin.*
i ¶ *Legatariũ*. quoniã de toto pars est eximẽda R. *vt. j. de regu. iur. l. in toto. & j. de manũ. testa. l. si peculium. in princ. & s. de lega. iij. le. seruis vrbanis. § fin. & l. heres. §. j. & j. de auro & arg. leg. l. j. & j. de pe. leg. le seruo. & s. tit. j. l. si tibi. in princ. & l. cũ optio.* ¶ Itẽ *fac. s. de peri. & commo. rei ven. l. si vina.*
k ¶ *Si centũ amphoræ*. sub. vini qd patet propter degustationem.
l ¶ *Degustare*. vt possis approbare vel improbare. Nam ad[b] hoc fit degustatio: *vt. s. de peric. & commo. rei vendi. l. j. in princi. & l. si quis vina. §. j. & leg. si vina.*
m ¶ *Quanti*. i. quantum interest mea. nam in[c] actione ad exhibendum ad interesse fit condẽnatio, & oportet interesse vtroque tempore, vel saltem tempore sententiæ: *vt. s. ad exhi. l. tign. §. fin. & fac. j. tit. j. l. si tibi. §. fi. & s. ad exhib. l. iij. §. ij.* Accur.
n SIcui *Nullum*. aut quo pro vino vteretur.
o *Numero fuit*. s. in bonis vendentis vinum. Non enim hic ea quæ supra le. j. potest capi coniectura. *& fac. s. de leg. iij. le. nuper. & j. eo. l. si quis vinum. §. item acetum.*
p ¶ *Legata*. si sunt parua, velut amphoras, & cados quæ[d] cum vino vendi consueuerunt: vnde ex regionis consuetudine hoc potius præsumitur: *vt. j. eo. l. vinum. §. fi.*
q ¶ *Scyphorũ*. hęc enim sunt pars scyphorũ si sunt adiũcta vel infixa: *vt. s. ad exhibẽd. tign. 2.* Vel dic ecõtra, nõ sũt pars quãdo adhuc nõ sunt adiecta: *vt. j. de auro & argẽ. leg. l. argumẽto. §. penult.*
r ¶ *Voluerit*. tã ex regiõis cõsuetudine, quã ex vasorũ vtilitate, & qa ad vsum perpetuũ non parãtur: *vt. j. e. l. vino. & l. vinũ. § fi. R.*
s ¶ *Debeantur*. ergo. s. de interpretatione multum facit vasorum vtilitas. R.
t ¶ *In cupis*. genera vasorum doliis viliora. vt ex prędictis hic apparet. Accursius.

[a] Penum in neutro & penus in fœminino. *vt hîc*. In neutro tamen legi apud plurimos reperiut Nonius ea in verbo penus, verũ addit eorum auctoritatem non probari vbi notat masculino etiã genere penum lomi ex Pomponio & Nonio.

† Ad hunc locũ facit quod scribit Macrobius *libr. 7.* Vnde inquit agricolæ dolia nõ contenti sub tectũ reposuisse, defodiũt & operimẽtis extrinsecus huius muniũt remouentes in quãtũ fieri potest, à vino aëris cõtagionẽ: à quo tã manifeste lęditur, vt vix se tueatur in vase pleno, & ideò adeo minus petuio.

[b] Degustatio fit vini probãdi vel improbandi causa.

[c] In actione ad exhibendũ condemnatio fit ad interesse & interesse debet saltem tempore sentẽtię.

[d] Consuetudine regionũ deciditur, cadi & amphoræ vna cum vino veneant an non.

a Vtres quid.
b Cullei quid.

a ¶*Vtres.* vasa^a de corio capræ cum pilo, quibus vtuntur Tusci: sed^b cullei fortè sine pilo: *vt & .s. de pig. act. l. fi. §. fi.* & est ratio: quia in his non seruatur vinum, sed de loco ad locum portatur: *vt .j. tit. j. l. quæsitum in fi. & facit ad l. s. de leg. iij. l. heres. §. cui. & .j. de penu lega. l. iij. in fi. & l. iiij. in prin.*

...cupulis puto admittendum, & eas* deberi: nisi pari modo immobiles in agro velut instrumentum agri erant. Vino legato, vtres^a non debebuntur. nec culleos quidem deberi dico.

* Flo. ea.

Quantitate legata simpliciter, electio est heredis quale soluat: nec consuetudo testatoris inspicitur. Bart.

IIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

CVm certum pondus olei non adiecta qualitate legatur: non solet quæri cuius generis oleo vti solitus^b fuerit testator, aut cuius generis oleum istius regionis homines in vsu habeant: & ideò liberum^c est heredi cuius vellet generis oleum legatario soluere.

V. IVLIANVS *libro quintodecimo Digestorum.*

CVm certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset:^d non amplius^e deberi placuit, & quasi taxationis^f vicem obtinere hæc verba, *Quod natum erit.*^g

Si testator legat vinum simpliciter, valet legatum etiam absque mentione vasorum.

CVm certum.] CASVS. Legaui tibi centum cados olei, & non adieci qualitatem olei, & decessi. certè potest heres meus tibi soluere oleum cuiuscunque generis sit: dum tamen non vilissimi generis. nec inquiretur in hoc casu cuius generis oleo ego eram solitus vti, aut cuius generis oleum habeant in vsu homines regionis meæ. Viuianus.

c Consuetudini defuncti nõ semper statur.

b ¶*Solitus.* in^c dubiis non semper statur defuncti consuetudini: *vt .j. de ali. lega. l. à filio. §. fi.* sed regulariter^d contra: *vt .s. de legat. iij. l. nummis. & .s. titu. j. l. ij. in fin. & .s. de testa. l. heredes. §. sed & si notam. in fin. & .j. de ali. & ciba. leg. l. cum alimenta. & .s. de leg. j. l. si seruus plurium. quæ sunt contra.* Solu. defunctus hic dicitur dedisse expressè electionem heredi. Sed hoc est diuinare. vel secundùm Ro. hic speciale. ¶Sed quare aliud quàm in nummis: vt dicta. l.^e nummis? Respon. hic scilicet cõsuetudo defuncti & regionis, & alia quædam in nummis considerantur: *vt dicta. l. nummis.* quoniam eorum dubietas quãto in pluribus consistit, scilicet materia, pondere, forma, & vsu, & quanto in singulis vniuersisque legatis variatur vtilitas tanto eorum inquiri magis quàm in oleo interest consuetudo patrisfamiliâs defuncti. vel dic vsus loquendi, non vtendi: vt ibi not. licèt sit *argu. contra infra eodem. l. ex vsu.* Accursius. ADDITIO. Dic secundùm Bart. hic quòd ibi erat incertum genus rei legatæ, & etiam qualitas: hîc verò qualitas tantùm. sed de hoc vide latius Bart. hic.

d Consuetudo defuncti optima interpres eius voluntatis de qua vide Simonẽ de Prætis. libr. 1. de interpret. vlt. volunt. solut. 9. & 10. adde l. quoniam. C. de naturalibus liberis. adde Manticam libr. 6. de coniect. vlti. volunt. titu. 9. vbi dicit, quemadmodum ex vsu testatoris coniectura voluntatis sumatur.
e vide Romanum 208.

f Mediocre in dubio debitor generis, dare debet.
g Quid si legatarius ante aditam hæreditatem occupasset legatum? vide de materia optionis per glos. & doct. in l. 1. C. quo. lega.

c ¶*Liberum.* scilicet arbitrium, dummodo mediocre:^f *vt supra de legat. j. l. legato. & de adi. edic. l. si quid.* Sed arg. contra *supra man. l. fideiussorem. & supra de lega. iij. l. nummis.* Sed dic vt not. *in dicta. l. legato.* ¶Item quòd dicit heredem eligere,^g est contra *Institu. de leg. §. si generaliter. & supra titu. j. l. ij. §. j.* Sol. hic testator expresse voluit, sed ibi noluit. 2. Vel dic quòd testator reliquit in bonis suis oleum. vnde est idem quod esset vbi de certis reliquisset incertum: *vt supra de leg. j. l. si quis à filio. §. pen.* aliàs legatarij esset electio. *& facit supra de contrahen. emp. l. comprehensum.* Accursius.

CVm certus.] CASVS. Legaui tibi cẽtum amphoras vini quod in fundo meo Semproniano nascetur, & decessi: & postea venerunt vindemiæ, & non recollegit heres meus de dicto fundo nisi. l. amphoras. certè non dabit tibi nisi dictas. l. amphoras. nam dicta verba supraposita, quod natum erit &c. obtinent vim taxationis: vt ita demum centum amphoras possis petere, si in dicto fundo nascentur. Viuianus.

d ¶*Natum esset.* tunc, vel eo anno quod decessit testator.

e ¶*Non amplius.* scilicet quàm natum esset.

f ¶*Taxationis.* id est determinationis, vt ita demum petat tantùm, si tantum natum erit: *vt .s. de contrahen. empt. l. si debitor. §. verisimile.* secus si dictum esset, decem pondo ex illo fundo. tunc enim expectatur: *vt .j. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram.* Azo. ¶Item secus cùm in singulis annis ad alimẽta, vel simpliciter singulis annis aliquid relinquitur ex illo fundo: *vt .j. eod. ex eo. & .j. de alimen. leg. l. Lucius. & .j. quando di. leg. ce. l. Firmio in princ. & .s. de an. lega. l. legatum. §. j. & facit ad l. s. de leg. ij. l. antepen. §. ciuibus. & .s. de iudi. l. si fideicommissum. §. quid tamen.*

g ¶*Natum erit.* scilicet in eo fundo. R.

VI. PROCVLVS *libro quinto Epistularum.*

CVi* † vinum heres dare damnatus est: quod in amphoris^h & cadis diffusum est dari debet, etiam si vasorum mentio facta non est. Item quamuis cum vasis, cadis legatum est: tamen id quoque quod in doliis,^i legatum esse videtur: sicuti si seruos omnes cum peculio cuiusque eorum legasset, etiam eos quibus peculij nihil esset, legasse videretur.^k

* Cum vinum
† In vulgata dicitur les.

Verbum indefinitum refertur ad omnia. hoc dicit.

VII. IAVOLENVS *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

QVidam heredem damnauerat dare vxori suæ vinum, oleum, frumentum, acetum, mella, salsamenta.^l Trebatius aiebat, ex singulis rebus non amplius deberi, quàm quantum heres mulieri dare voluisset: quoniam non adiectum esset, quantum ex quaque re daretur. Ofilius, Cascellius, Tubero, omne quantum paterfamiliâs reliquisset, legatũ putant. Labeo id probat, idq; verum^m est. 1. ¶*Lucio Titio tritici modios*^n *centum, qui singuli pondo centum pendeant, heres dato.* Ofilius nihil legatum esse. quod & Labeo probat: quoniam eiusmodi triticum in rerũ natura non esset.^o quod verum puto.

CVm vinum.] CASVS. Legaui vinum meum Titio. certè non solùm vinum quod est in doliis, sed etiam illud quod est in amphoris & cadis, debet dari Titio, quamuis non fecerim dictorum vasorum mentionem cùm legaui. Sed quid si legaui ei vinum cum vasis & cadis? certè non solùm illud debetur ei quod est in vasis & cadis, sed etiam illud quod est in doliis: sicuti si legassem ei seruos meos omnes cum peculio cuiusque eorum: videor ei legasse etiam illos qui non habent peculium. Viu.

h ¶*Quod in amphoris.* nunc respondet.

i ¶*Quod in doliis.* quę dolia^a non dicuntur vasa, cum sint magna: at vasa parua: *vt .s. eo. l. si cui. §. j.*

a Doliorum & vasorum differentia.

k ¶*Videretur.* talis enim adiectio nihil nũ augmentum significare potest. Ro. *sic .s. de leg. j. l. si cui. in prin. & l. si ancilla. & .j. de auro & arg. l. si quis. & .j. eo. l. vinum. in prin.* ¶Item contra *.s. de leg. iij. l. heres. §. pen.* Sed non est contra. ¶Item facit *.j. eo. l. vinum.*

QVidam.] CASVS. Titius legauit vxori suæ oleum & vinum & frumentum, & acetum, & mella, & salsamẽta: & decessit: modò quæritur, quantum debeat habere mulier de quolibet prædictorum? Et respon. quòd totum legatum ei videtur quantum dictus Titius ei reliquit in hereditate sua de omnibus prædictis, reprobata sententia Trebatij qui dixit ex singulis non amplius vxori deberi, quàm quantum heres vellet dare mulieri. [LVCIO TITIO.] Seius ita dixit in testamento suo: Lucio Titio tritici modios. c. qui modij singuli pondo centum ponderant, heres dato, & decessit. modò quęritur, an aliquod triticum debeatur Lucio Titio? Et dicitur quod non quia in rerum natura non est aliquod triticum quod tantum ponderet vt dixit Seius testator. Viuianus.

l ¶*Salsamenta.* id est materias vnde consueuerunt facere salsamenta, quæ sunt Saluia, serpyllum, piper, allia, sal, petrosillum: Ex his fit salsa, nisi sit sententia falsa.

b Salsamenta ex quibus fiat verum hæc nõ ciuilis, sed specialis iuris quæstio est. vbi ... si in Glos. l. 9. in verbis ab initio, §. de contr. emp.
c Generale verbum generaliter est intelligendum.
d Modium in neutro.

m ¶*Verum est.* quia verbum generale^b vniuersaliter est intelligendum. *sic .j. de aur. & arg. lega. l. fi. §. vxori. & .s. de lega. ij. l. si ita legatum. in prin. & C. quæ res pig. oblig. poss. l. fi. & .s. de ser. vr. præ. l. si seruitus.* ¶Item aliud in stipu. quàm hic in legato: *vt .j. de verb. oblig. triticum. & l. si ita stipulatus fuero. in princ. & .s. de iur. do. l. cùm post. §. gener. 2.* Item & in vsuris: *vt .s. de vsufru. le. quod in stipulatione.*

n ¶*Modios.* aliàs modia, in^c neutro genere: & postea, qui singuli &c. in masculino: *vt .j. de verb. sign. l. Paulus.* aliàs modios: & sic totum in masculino.

o ¶*Non esset.* nec esse potest: *vt arg. Instit. de inuti. stipu. l. j. & .s. de lega. j. l. apud Iulianum.* Accursius.

SI heres.] CASVS. Damnaui heredem meum vt daret Titio vinum meum quod in doliis esset, & decessi: postea stetit per Titium quò minus dictum vinum acciperet: nunquid potest heres effundere vinum? Et dicitur quòd non. sed si legatarius petat postea ab eo vinũ, poterit heres eum remouere exceptione doli

mali, si

mali, si non præstaret legatarius ei id quod propter moram ipsius legatarij damnum passus est. Viuianus.

a ¶ *In doliis.* & sic non cedunt vino: *vt. ȝ. eo. l. si cui.* §. j.

b ¶ *Factum.* quod non foret si vendidisset: *vt supra de peric. & com. rei vend. l. j. §. licet. & §. si doliare.* Et est ratio, quia emptor emendo videtur conuenire de accipiendo: quæ conuentio non est in legatario: *vt argum. supra de act. emp. l. si is qui lapides.*

SI *quis vinum.*] CASVS. Legaui Titio vinum meum. quæritur, quid contineatur appellatione vini? Item legaui Titio acetum meum. quæritur, quid contineatur appellatione aceti? & hæc planè soluuntur à principio. huius. vsque ad l. ex eo vino. & magis est plana litera quam esset casus positio. Viuianus.

c ¶ *Si quis vinum.* s. solùm. R.

d ¶ *Mulsum.* i. [a] nectar. Accursius.

e ¶ *Hydromeli.* quod fit de aqua & melle. & est hydromeli genitiui casus: & abundat vinum nec.

f ¶ *Et passum.* i. maturū. Accusius.

g ¶ *Defrutum.* forsan ideò sic dictum, quòd de vsu sit sublatum: vt quamdiu possit seruetur: & est potio: *vt infra. l. finali.* §. j. Accursius.

h ¶ *Acinaticium.* i. ad vsum comparatum, & profertur penultima correpta.

i ¶ *Cydoneum.* quod fit ex pomis cotoneis.

k ¶ *Non continebuntur.* aliàs non: & aliàs fine non. & vtrumque potest legi secundum consuetudinem testātis: *vt infra. §. proxim. & facit infra. l. fina. §. si cui.*

l ¶ *Hæc omnia.* quæ diximus vini numero non contineri.

n ¶ *Totum vinum.* s. nedum pars.

o ¶ *Quod vini numero.* i. vsu simili, cuius vsus viuentis volūtatem deficientis aliàs dubiam declarat, *vt dixi. ȝ. eo. l. j. & de supel. lega. l. Labeo.*

p ¶ *Demonstratū est.* ¶ Nota inspici tempus [b] testamenti. *sic. ȷ. de li. leg. l. Aurelius. §. testamento. & §. Titius. & ȷ de aur. & argen. lega. l. si ita. & ȝ. de leg. iij. vxorem. § testamento.* ¶ Sed contra *ȝ. tit. j. l. fin.* ¶ Sed dic *vt dixi. ȝ. de lega. iij. l. vxori.* §. j. Accur.

q ¶ *Aduersetur.* quā certè aduersari credo: nisi aliud liqueat, secū-

VIII. POMPONIVS *libro sexto Epistularum.*

SI heres damnatus sit dare vinum quod in doliis [a] esset, & per legatarium steterit quò minus accipiat, periculosè heredē facturum [b] si id vinum effundat: sed legatarium petentem vinū, ab herede doli mali exceptione placuit summoueri, si non præstet id quod propter morá eius damnum passus sit heres.

Omnis liquor ex vinea procedens est vinum secus si aliundè nisi consuetudo vtentium aliter se habeat. h. d. l. cum ex vsu. & l. nam aliter. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

SI quis vinum [c] * legauerit, omne continetur quod ex vinea natum vinum permásit. Sed si mulsum [d] sit factum, vini appellatione non cōtinebitur propriè: nisi fortè parterfamiliâs etiá de hoc sensit. Certè zythū, quod in quibusdam prouinciis ex tritico vel ex hordeo vel ex pane cōtinebitur. Simili modo nec camū † nec ceruesia continebitur, nec hydromeli. [e] Quid conditum? nec hoc puto, nisi alia mens testantis fuit. Oenomeli * plane, id est, dulcissimum vinum continebitur: & passum, [f] nisi contraria sit mens, cōtinebitur. Defrutum [g] non continebitur, quod potius condituræ loco fuit. Acinaticium [h] planè vino continebitur. Cydoneum, [i] & si qua alia sunt quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur. [k] Item acetum vini appellatione non continebitur. Hæc omnia [l] ita demum vini nomine non continebuntur, si modò vini numero à testatore nō sunt habita. alioquin Sabinus scribit, omnia vini appellatione contineri, quæ vini numero paterfamiliâs habuit. igitur & acetum quod vini numero paterfamiliâs habuit, & zythum, & camum, & cætera quæ pro hominum affectione atq; vsu numero vini habebuntur. [m] Quòd si totū vinū [n] quod paterfamiliâs habuit, coacuit: non exstinguitur legatum.

1. ¶ Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetum quod vini numero [o] testator habuit. embamma autem cō tinebitur: q̃a aceti numero fuit.

2. ¶ Item si quis vinum quod habuit, legauit, deinde hoc coacuit: licèt postea in aceti locum translatum sit à patrefamiliâs, vino legato continebitur: quia id quod testamenti facti tempore vinum fuit, demonstratū est. [p] & est hoc verum, nisi voluntas aduersetur. [q] 3. ¶ Vino autē paterno legato, id demum legatū videtur, qđ testator vini numero habuit, [r] non quod pater. Item si peculiare vinum legatum sit, id continebitur quod serui habuerunt. [s] Cur tā diuersè? [t] Quòd paternum vinum iam cœpit vsus ipsius testatoris [u] esse: at peculiare in vsu seruorum remansit. 4. ¶ Item si vinum [x] vetus sit legatum.

X. HERMOGENIANVS *lib. secundo iuris Epitomarum.*

EX vsu testatoris legatum æstimabitur, [y] id est quot annorum vino pro vetere vtebatur quod si non appareat.

XI. VLPIANVS *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

VEtus accipietur, quod non est nouū: id est & anni prioris vinum appellatione veteris continebitur.

XII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

NAm aliter obseruantibus, quis finis, [z] aut quod initiū veteris vini sumetur?

Si legatum non potest solui ex fructibus fundi vnius anni, supplebitur de fructibus alterius anni.

XIII. VLPIANVS *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

EX *eo vino quod in illo fūdo nascetur, heres me⁹ amphoras decē quotānis* [a] *in annos singulos dato.* quo anno natum non fuisset, ex superiore anno eius fundi eū numerum amphorarum heredē daturum Sabinus existimat. [b] quæ sententia, si voluntas non aduersetur, mihi quoque placet.

XIIII. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

VIno legato, † ea demum vasa sequuntur, quæ ita diffusa sunt, vt non ad perpetuum [c] vsum vasa reseruentur, velúti amphoræ, & cadi. [d]

XV. PROCVLVS *libro secundo Epistularum.*

dum quosdam. Accursius.

r ¶ *Vini numero habuit.* s. de illo vino paterno.

s ¶ *Serui habuerunt.* sc. vsum vini etiam si est acetum. & ita non testatoris, sed seruorum vsus inspicitur: sed in superiori testatoris, non patris. Accursius.

t ¶ *Diuersè.* s. hoc dicunt: & subaudi, respon. quòd, id est quia, &c.

u ¶ *Testatoris.* i. cœpit vti pro vino quo pater pro aceto vtebatur, vel econtra, & desiit esse in vsu patris. quod secus est in peculio: vt subiicit. Accursius.

x ¶ *Item si vinum.* hic §. cum. l. seq. coniungitur.

y EX *vsu.*] *Aestimabitur.* quod aliàs sæpe contingit: *vt ȷ. de pecu. le. l. dominus Sticho. §. testamento. & ȷ. de supel. le. l. legata. §. fin.* Accur.

z NAm *aliter.*] *Quis finis.* sic infra de verbo. obliga. l. eum qui calendis. vbi de primis calendis intelligitur, ne aliàs non inueniatur finis. Accursius.

EX *eo vino.*] CASVS Ita dixi in testamēto meo, ex eo vino qđ in fundo Titiano nascetur, heres meus amphoras decem dato Titio singulis annis. & postea decessi, & postea in sequenti anno fuerunt indicto fundo. xx. amphoræ vini, & in alio sequēti non fuit aliquid. certè debet heres dare Titio decem amphoras vini etiā in isto secundo anno de eo quod natum fuit in primo anno, & hoc nisi voluntas mea huic sententiæ aduersetur. Viuianus.

a ¶ *Quotannis.* sub. i. & sic quod sequitur, est expositio præcedentis. alij habent in textu. Itē no. in singulos annos. aliàs secus: *vt no. supra e. l. cùm certus.*

b ¶ *Existimat.* fac. *ȷ. de ali. leg. l. Lucius. & ȝ. de an. leg. l. legatū. §. j. & ȝ. locati. l. si vno & C. locati. l. licet.*

VIno.] CASVS. Legaui Titio vinum meū. certè ea vasa debēt dari legatario quæ ita diffusa sunt vt non seruentur ad perpetuū vsum: sicut sunt amphoræ & cadi. Viuia.

c ¶ *Perpetuū.* sed quò magis cum ipso vino vendātur. R. *vt. ȷ. l. proxi. § illud.*

d ¶ *Et cadi.* hęc enim cedunt: *vt. ȝ. eo. l. si cui.* §. j.

VInū cū vasis.] CASVS. Ego legaui

a Mulsum idē quod nectar. * Facit ista. l. & est op. arg. pro dominus C. testibus ad hoc quod mal uelis sit vinū: de quo per doc. in. l. si cui. §. vinū supra eo. tit.

† Forte, carœnū: de quo Palladi' de re rust. lib. 11. tit. 11. Nā camū nusquā reperio. Tu si mauis, Alciat. sequutor. lib. 5. præter. 1. in dictione. Camum. Cæterū de zytho. Dioscor. ex trada Hermo. c. sit. & Hermo. 51. cap. 135. De hydromeli Palla. lib. 8. tit. 7. oenomeli. Bartolomæ' Pru an cap. 4. & Valla lib. 11. tit. 11. De vino acinatico Hermol. in corolla. c. 813. De cidoneo vino Nebris. in lexi. sui in dictione Cydoniū. Cætera de vasiis vinorum generibus copiosè tradit Plin. nat. hist. lib. 14. cap. 6. 22. & seq. & Athe. in dypnosoph.

* Quod tempore vindemiæ confectum, addita sexta parte mellis. Alc. li. 3. pareng. c. 2.

b Tempus testamenti an & quando inspiciatur.

† in hanc. l. nō nihil Alcia. li. Dispun. 4. c. 20.

Titio vinũ cum vasis. nũquid debebitur vinũ quod est in amphoris & cadis, & etiã illud quod est in doliis? Trebatius putat nõ deberi Titio: & dicebat sensum mei testatoris qui ita legaui, aliũ esse, & sensum verborũ meorũ esse aliũ. vnde dicebat ꝙ licet ego testator senserim de vino, verba tamẽ mea nõ possunt hoc portare, vt debeatur vinum quod est in doliis: quia dicebat ꝙ dolia non continebãtur appellatiõe vasorũ vinariorũ. sed dictus Trebatius in omnibus malè dixit: quia appellatione vasorũ bene continẽtur dolia: *vt & .j. de verb. signi. l. vinaria.* Sed & si non continerentur, tamen non esset concedendũ Trebatio dicẽti non esse legatũ vinũ quod in doliis esset. i. quod in vasis nõ esset. i. in amphoris & cadis: imò bene est, & videtur legatum. perinde est enim ac si legatum esset vinũ, & vasa. vnde licet secundũ Trebatiũ nõ essent legata dolia, tamen totũ vinũ debetur: nedũ quòd ipse mẽtitus fuit dum dixit quòd dolia non cõtinentur in vasis vinariis, vt dictum est. Item quid si legaui dicto Titio vinũ in vasis? certè debentur Titio amphoræ & cadi: non autem dolia. & est ratio plana in litera. Viuianus.

† In hoc caput vide Turneb. li. 1. aduers. c. 1. de vino doliari & diffuso, & eorum inter se differentia.
*De vasis vinariis pulchrè Al. in com ad l. vinariã. de ver. & re. signi.

VInũ cũ vasis [a] legauit. Negat Trebatius [b] quod in doliis † sit, deberi: & sensum testatoris aliũ puta esse, [c] verborum aliũ: [d] ceterũ [e] dolia in vasis vinariis* non essent. [f] Ego [g] & si dolia in vasis vinariis nõ sunt, tamẽ non concederem Trebatio vinũ quod in doliis esset, [h] id est quod in vasis non esset, non esse legatũ. Illud verũ esse puta, cui vinũ cũ vasis legatũ erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffusa seruamus, legatos [i] esse. Vinũ enim in amphoras & cados hac mẽte diffundimus, vt in his sit donec vsus causa probetur: † & scilicet id vẽdimus cum his [k] amphoris & cadis. In dolia autẽ alia mẽte coniicim⁹, scilicet vt ex his postea vel in amphoras & cados diffundamus, vel sine ipsis doliis veneat.

† Sic Flor. & manuscr. sunt qui emendent prometur.

XVI. IDEM *libro tertio ex posterioribus Labeonis.*

QVi vinũ Surrẽtinũ [l] in vrnalibus [m] habebat diffusum, is tibi vinum legauerat in amphoris. [n] Omne illud quoque vinum qđ in vrnalibus fuisset, legatũ esse Labeo & Trebatius respõderũt.

Adiectiua indefinitè vel generaliter vel neutraliter posita, referuntur ad omnes res ad quas possunt adaptari ratione adiuncti cuius significatio restringitur. Bart.

1. ¶ Cui dulcia [o] legata essent, si nihil aliud testamento significetur, omnia hæc esse legata, mulsum, [p] passum, [q] defrutũ, & similes potiones: item vuas, ficos, palmas, [r] caricas. [s] 2. Quòd si ita esset legatũ, *Vinum amphorarium*, [t] *aminæum*, † *Græcum, & dulcia omnia:* [u] nihil inter dulcia, nisi quod potionis [x] fuisset, legatum putat Labeo ex collatione [y] vini amphorarij. quod non improbo.

a ¶ *Vinũ cũ vasis.* qđ est ac si vinũ & vasa: *vt .s. de leg. j. l. Titia textores. §. nihil. & l. si quis inquilinos. §. si ita.*

b ¶ *Negat Trebatius.* & malè: vt infra patet.

c ¶ *Aliũ putat esse* i. latiorẽ forsitã, cũ de õi vino cogitauerit. R.

d ¶ *Verborum alium.* sc. strictiorem, vt de eo solo quod sit in vasis: & sic sensui verba desunt. R.

e ¶ *Ceterum.* pro sed: aliàs pro certè: aliàs est cæterorum, scilicet verborum. quæ est falsa. Accursius.

a Vino legato vasa cedunt.
b Vino legato dolia non debentur.

f ¶ *Nõ esse.* vnde vino [a] legato simpliciter vasa cedũt, nõ [b] dolia: *vt .s. eo. l. si cui.* §. j. vnde videbatur de vino in doliis posito nõ cõtineri, nec de doliis, & ꝓ Trebatio quoad dolia: sed cõtra eũ quoad vinũ in eis positũ, est. *s. e. l. cum vinũ. §. itẽ quis.* Itẽ & ꝓ eo quoad dolia. *j. eo. l. pxi. § in fi.* Sed cõtra eũ quoad. *j. de ver. sig. l. vinaria.* dicas ego cũ expressit cũ vasis, ꝙ etiã dolia debeãt: *vt. d. l. vinaria* Itẽ & ꝓ hoc est qđ subiicit, nõ esse: quasi dicat, qđ nõ cõcedo. Ac.

g ¶ *Ego.* ideò quòd doliare vinũ nõ cõtinetur legato, putat Trebatius, licet perperã. R. sed melius esset in litera, ego. sc. Proculus.

h ¶ *In doliis esset.* aliàs non esset: & tunc dic. nõ concederem. i. non assentirem: & assume, non concederem dico vinũ, &c. aliàs. deest, & est plana. & secundum hoc dicit in vasis non esset, prout ipse accipiebat vasa. *& fac. j. de auro & arg. leg. l. si quis.*

i ¶ *Legatos.* Quid de doliis? *dic vt. s. proxi.*

c Vinũ in dubio intelligitur venditum cũ cado & vase suo.

k ¶ *Cum his amphoris.* ideò [c] quia cũ eisdẽ legatũ præsumitur apud nos Romanos. non ergo talis præsumptio meò habetur iudicio apud eos qui cũ vasis nõ cõsueuerũt vina vẽdere: *vt. j. tit. j. cũ de lanionis. § asinam.* Ro. & facit ad hunc. *§. s. l. prox. & l. si cui. § j.*

QVi vinum.] CASVS. Ego legaui Titio omne vinum quod est in amphoris, cũ haberem vinũ in amphoris & in vrnalibus. certè non solùm vinũ quod erat in amphoris, sed etiam illud quod erat in vrnalibus, debetur Titio. & erãt fortè vrnalia vasa de terra. Item quid si legaui dicto Titio simpliciter omnia dulcia? videor ei legasse mulsum quod fit ex melle & vino, & passum. i. vuã passam quæ venit de vltra mare, & defrutum. i. vinum de labrusca & omnes similes potiones, & vuas & ficus & palmas. i. dactylos, & caricas, id est, ficus caricas. si autem ita legassem ei: vinum amphorarium, aminæum, Græcum, & omnia dulcia lego Titio, non computabitur inter dulcia nisi quod potari potest. Viuia.

l ¶ *Qui Vinum Surrentinum.* à loco sic dictum.

m ¶ *Vrnalibus.* vasa de terra fortè.

n ¶ *In amphoris.* puta dixit testator, lego vinũ quod est in amphoris. & habebat vinũ in amphoris & vrnalibus: vel in vrnalibus tãtùm, & nullas habebat amphoras. & pro hoc. *s. eo. l. cum vinum. & .s. de leg. j. l. si cui serui in princ. & .j. de alimen. leg. l. à filio. §. fin.* Secus autem si dixisset, vinum quod est in amphoris: cùm plures haberet amphoras, & plures vrnas, & in amphoris nihil, in vrnalibus vinũ erat. tunc enim nihil videtur legatũ: *vt. s. de leg. j. l. sed & si certos. & l. si seruus. §. qui quinque.* Accur.

o ¶ *Cui dulcia.* scilicet simpliciter, non facta mentione vini.

p ¶ *Mulsum.* de vino & melle.

q ¶ *Passum.* id est, vua vltramarina passa & dulcis. 2. Vel dic hoc & sequens *vt & .s. eo. l. si quis vinum.*

r ¶ *Palmas.* id est, dactylos ab arbore de qua nascuntur, quę vocatur palma. Accur.

† vide Alc. li. dispun. 1. c. 1.

s ¶ *Caricas.* genus rei dulcis, non dicas de ficubus caricis Bonoñ. quia iã dixit ficus. Acc.

t ¶ *Amphorarium.* à loco vel vase sic dictũ.

u ¶ *Omnia.* sub. lego. nã sunt verba testantis. & caue, quia nõ reperit vinum: qa nullum tũc esset dubium. Accur.

x ¶ *Potionis.* id est, qđ possit potari.

y ¶ *Ex collatione.* id est, coniunctione. ¶ Et sic not. hic quòd præcedentia [a] innuunt significatum sequẽtium vel generalitatem, & econtra sequens [b] restringit præcedentia: *vt. j. de penu. leg. l. nam quod. §. si. & facit ad. §. s. eo. l. si quis. & .j. de auro & argen. lega. l. pediculis. §. idem.* Accur.

DE INSTRVCTO, [*] vel instrumento legato.

TITVLVS VII.

1. PAVLVS *libro 4. ad Sabinum.*

* De instructo & instrumẽto, & quid inter se differant, pulchre Ant. Aug. lib. Emen. 1. cap. 4.

Verba Sabini. Verba Pauli.

SIue cum instrumento fundus legat⁹ est, siue instructus: duo legata intellegũtur. [z]

1. ¶ Fũdo cũ instrumẽto legato, & alienato, [a] instrumẽtũ nõ vindicabitur [b] ex sentẽtia defuncti.

a Præcedentia innuunt quid in sequentibus dicatur.
b Sequentia restringunt ea quæ præcedunt.

DE INSTRVCTO VEL instrumento legato.

Tractat hic titulus de instrumento fundi, & domus & patrisfamiliàs, & horti, & tabernæ, & cauponæ, & balnei, & villæ, & vineæ, & pictoris, & piscatoris, & lanionis, & pistoris, & medici.

Hoc autem titulo declaratur quid instructo vel instrumento contineatur rustico, vrbano, balneatorio, piscatorio, vel cuius alterius rei. & plenius quidem est legatum instructi quam instrumenti. Instrumento tabernæ non continentur institores, instructo cõtinentur. Instrumento fundi non cõtinetur supellex vel penus, instructo continetur. & sic instructo pecora pascendi causa parata vt ex eis fructus capiatur, non instrumento, hoc ἐξοπλισμὸν, illud παρασκευὴν Græci vocant, quanquam instrumẽtum sit etiam παρασκευὴ siue apparatus l. 12. in prin. j. l. 5. §. si præter De trib. act. *nimirum quia instructi pars, quod Varro & Aristoteles partiuntur rectè in vocale, semiuocale & mutum. explosa enim est Alpheni sententia animalia non locantis in instrumento.*

SIne cum instrumento.] CASVS. Legaui Titio fundũ Seianum cum instrumẽto. nunquid potest Titius accipere ab herede meo fundum, & dimittere instrumentũ, vel econtrario? Et dicitur quòd sic: quia duo legata sunt. & idem est si legaui ei fundum instructum. Sed quid si post dictum legatũ alienaui ego testator fundum, & non instrumentũ? nunquid poterit dictus legatarius petere instrumentum? Et dicitur quòd non. Viuianus.

c Fundo cum instrumẽto legato, fundus principale est, instrumentum accessorium. Fundo vero instructo legato, vtrumque hoc est fundus ipse & instrumentũ ipsum principale est.

z ¶ *Intelliguntur.* Sed in [c] primo casu alterum est accessorium, in secũdo vtrumque principale: *vt. j. eo. l. si cui. & .j. proxi.* sed & fundo simpliciter legato aliqua cedunt: *vt. j. eo. l. cui fundus.*

a ¶ *Alienato.* & sic reuocat legato.

b ¶ *Non vindicabitur.* facit. *j. de pec. le. l. j. & ij. & de penu. leg. l. ij. & .j. eo. l. quæsitum. §. si fundus.* Sed cõtra *Inst. de leg. § si quis ancillas. & .j. tit. j. l. iij. & iiij.* Sol. *vt. j. l. si cui.* ADDITIO. Intellige istam glos. secundum Bart. hîc quòd fundus fuit voluntariè alienatus: & sic est reuocatum legatum fundi: ideò non potest stare legatum instrumenti cùm dixit, fundus cum instrumento: quia instrumentum est accessorium. secus si dixit, fundum & instrumentum, vel fundum instructum; *vt in dicta. l. si cui.*

Cum pa-

CVm pater.] CASVS. Titia mater mea instituit me heredem, & decessit. postea ego feci testamentum, & institui mihi heredes quatuor meos filios, scilicet vnum puta Titium in vna vncia: & alium puta Seium in duabus vnciis, & alium in sex, & alium in tribus. & postea dicto Titio & Seio dedi per præceptionem bona dictæ meę matris quę fuerat eorum auia: & hoc vltra partes hereditarias. & postea decessi. vnde dicta bona auiæ debent venire ad dictos meos filios iure hereditario, & pro partibus quas ei dedi. sed in iudicio fami. erciscund. debet dictus Titius & Seius qui fuerūt legatarij quantum ad dictam præceptionem habere partes quas habebant coheredes eorum in dictis bonis auiæ, pro modo personarum, & non secundum partes hereditarias eorum, scilicet Titij & Seij. [DOTES PRÆDIORVM.] Legaui tibi prædium meum Titianum & Seianum simpliciter. nūquid dotes dictorum prædiorū debentur tibi? Et dicitur quòd non. Secus autem si legassem tibi dicta prædia instructa: quia tunc bene debentur tibi dotes eorum. Viuianus.

Prælegatis partibus in viriles deducuntur propter expreßionem propriorum nominum. Bar.

II. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

CVm pater pluribus filiis heredibus scriptis,[a] duobus præceptionem bonorum auiæ,[b] præter partes[c] hereditarias dedisset, pro partibus coheredum[d] viriles[e] habituros legatarios placuit.

Legata proprietate instrumentum non videtur esse legatum. Bar.

1. ¶ Dotes[f] prædiorum, quæ Græco vocabulo ἐνθῆκαι † appellantur, cum non instructa legantur,[g] legatario non præstantur.[h]

† Vide. Al. l. pater. 2. in hoc tit.

Talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, & econtra. Bar.

III. IDEM *libro octauo Responsorum.*

FVndum instructum libertis patronus testamento legauit.[i] postea codicillis petiit vt morientes partes suas fundi superstitibus restituerent: nec instructi mentionem habuit. Talem in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus:[k] sed medij temporis augmenta fœtuum & partuum, item detrimenta fatalium fideicommisso contineri.[l]

a ¶ *Scriptis.* portionibus inæqualibus.

b ¶ *Auiæ.* scilicet paternæ cui successerat testator.

c ¶ *Præter partes.* id est præter eas quas erāt habituri iure hereditario in quibus nil dixit: & si dixisset prælegando, nō valeret à se ipsis: *vt supra de lega. j. l. legato. §. j.* Accur.

d ¶ *Coheredum.* in quibus tenuit pręlegatum: *vt. ß. l. legato.*

e ¶ *Viriles.* id[a] est pro numero personarum: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. vbi autem.* & sic non hereditarias: & hoc ideò, quia propria nomina fuerunt expressa: vel fortè aliquam pecuniam viriliter iussi sunt dare coheredibus pro hoc legato: *vt. j. ad Trebel. l. nonnunquam. & l. pen. & s. de leg. j. l. seruum vnius. § fin. & l. si heredes nominatim.* Accur.

a Viriles partes dicuntur quæ dātur pro numero personarum: quibus opponuntur hereditariæ.

f ¶ *Dotes.* vt sunt instrumenta.

g ¶ *Legantur.* legatario, non cum instrumento, sed simpliciter. Accursius.

h ¶ *Non præstantur.* s. instrumenta: quia fundi nihil est nisi quod terra se tenet, paucis[b] exceptis: *vt. s. de actio. empt. l. fundi. & s. de lega. ij. l. Lucius. § pe. & j. eo. l. cum fundus.* ¶ Item no. hic dotem[c] prædij instrumentum vocari: *vt. j. de fideiuss. l. amißi. §. pe. & C. ad leg. Falcid. si prædiorum. & facit. s. de contrahen. emp. l. quoties. ar. j. eo. l. Seiæ. §. Tyrannæ.*[d] & hoc si habes, non instructa. aliàs deest non. & tunc dic, dotes prædiorum non vocari instrumenta, sed fortè quod est in supellectili vel ornatu. *ad quod est. j. eod. l. quæsitum. §. supellex. & §. fin.*

b Fundi est quidquid terra continetur paucis exceptis.
c Dos prædij pro instrumento prædij.
d Ibi pratum erat pars fundi.

FVndum.] CASVS. Quatuor meis libertis legaui fundū Titianum instructum. postea feci codicillos, & in eis petij vt liberti morientes partes eorum dicti fundi restituerent superstitibus libertis: nec habui mentionem instrumēti. & postea decessi. postea decesserunt duo ex libertis: & sic debet peruenire pars eorum ad superstites ex fideicōmisso. certè talis veniet ad superstites dictus fundus, qualis omnibus libertis legatus fuit, id est cum instrumentis eiusdem fundi, in quibus instrumentis continentur etiā ancillę quæ positę erant in eo gratia fructus quærendi. vnde si medio tēpore dictæ ancillæ habuerunt partum, continebitur partus in fideicommisso, sed decedet de fideicōmiss. illud quod periit per fatum. [MINOR VIGINTI.] Titius minor viginti annis legauit consobrinæ suæ Seiæ duo prædia instructa, & sic tacitè continebantur serui qui in eis erant. & postea antequam decederet, quosdam ex dictis seruis manumisit: quæ manumissio non valuit: *vt Instit. qui ma. non pos. §. eadem.* & postea decessit dictus Titius. nunquid dictæ suæ consobrinę debebuntur dicti serui de facto manumissi? Et videtur quòd sic: quia manumissio non valuit. sed certè dicitur q nihilo magis ei debebuntur. & idem esset si ex quacūque alia causa dicta libertas impediretur. Viuian.

Manumißio licet inualida, extinguit serui legatum. Bart.

1. ¶ Minor viginti annis instructa prædia consobrinæ suæ dari voluit, & quosdam seruos prædiorum viuus manumisit.[m] Non idcirco serui manumissi præstabuntur,[n] quòd ad libertatem peruenire nō possunt. Idem iuris est cùm ex quauis alia causa libertas non competit.

Magis inspicitur fundus in quo quis operatur, quàm fundus in quo moratur. Bart.

IIII. IAVOLENVS *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

CVm quidam duos fundos iunctos haberet, & ex altero boues, cùm opus fecissent, in alterum reuerterentur: vtrumque fundum cum instrumento legauerat. Labeo, Trebatius, boues ei fundo cessuros putant, vbi opus fecissent, non vbi manere consueuissent: Cascellius contra. Labeonis sententiam probo.[o]

Dictio, cùm, & dictio, &, parificantur in coniungendo: sed in modo coniungendi differunt. Bar.

V. LABEO *libro primo πιθανῶν à Paulo Epitomatorum.*

i ¶ *Legaui.* vel cum instrumento, vel simpliciter.

k ¶ *Fuerat legatus.* scilicet instructus. *argu. s. manda. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus.*

l ¶ *Contineri.* Sed quomodo augmentum fœtuum animaliū quæ fuerunt instrumenta fundi ad stercorandum fortè, debent restitui, cùm defuncti iudicio sunt habiti: *vt infra ad Trebel. in fideicommissariam*? Respond. ad instar peculij[a] legati, vbi est accessio & deminutio: *vt supra de legat. ij. le. peculium. in princip. & infra de pecu. legat. l. denique. §. fi.* & idem[b] in equitio, & omni vniuersitate[c] sub nomine collectiuo legata: vt etiam mora non commissa veniant augmenta: *vt supra de vsufr. leg. equis. §. equitio.* & aliud in relicto iure institutionis, *vt dicta. l. in fideicommissaria.* 2. Vel hîc continetur nō tanquā vniuersitatis augmentum, sed tanquam instrumenti augmentum: *vt. j. eod. l. penult.* 3. Vel dic, fœtuum & partuum pro eodem poni, scilicet ancillarum, qui non sunt fructus: *vt. j. ad Trebel. l. mulier. §. si heres. ibi, præterea &c.* 4. Sed dominus. M. dixit, timeo ne hic desit, non tunc enim litera esset plana: & quòd diceres partuum, dicas quod non sunt instrumenra hi partus. Item quod dicit de damnis fatalium[d] contineri, vel secundum M. non contineri: dic prout fuit in culpa vel non, vtrumque possit esse: *vt infra ad Trebel. l. mulier. § si heres. & facit. j. ad Trebel. l. deducta. §. hereditatem.*

a Peculiū legatum recipit accessionem & deminutionē.
b Instrumenti legatum vniuersale est sub quodā nomine collectiuo, ideoque recipit augmentū.
c Vniuersitas omnis sub nomine collectiuo legata recipit accessionē & deminutionem.

d Quādo curant fatalia & quando non, vide not. in. c. ex ratione extr. de appel.

m ¶ *Manumisit.* de facto, non de iure propter. l. Æliam Sentiam: *vt Inst. qui manumit. non pos. §. eadem.*

n ¶ *Præstabuntur.* certum est enim mutatam voluntatem esse in his, licèt[e] non teneat manumissio: *vt & j. de adim. leg. l. & ideò. & l. si legatum. in prin. & l. legatū. §. si. & s. de le. j. l. planè. in prin.* ¶ Sed contra. *s. de le. j. l. seruum filij. §. si idem. & l. si seruus legatus. §. si seruus. & s. de leg. ij. l. qui testamento.* Sol. ibi expresse legauerat: vnde valet, cùm non valeat libertas. at hic non expresse legauerat, sed sub illo verbo, instructa. 2. Vel hic loquitur cum viuus manumisit, secus si eodem testamento.[f] *facit. j. de pecu. leg. l. cum dominus. § fin. & l. seq.*

e Inutilis dispositio specie sub genere contentę inter viuos factæ deminuit legatū. facit. Legatum sub conditione 2. j. de adimendis legatis. adde Roma. sing. 137.
f Ideoque animum reuocādi nō videtur habuisse, nisi manumissio valeret. facit. l. cū ita. §. vlt. s. de optione.

CVm quidam.] CASVS. Titius habebat duos fundos, scilicet Titianū & Seianū, & erant simul iuncti dicti duo fundi: & tenebat duos boues in dicto fundo Seiano de die & nocte: & semper cū erat necesse, faciebant dicti boues opus suū in fundo prędicto Titiano, & cū fecerant opus in fundo Titiano, reuertebantur ad standū in Seianum. dictus Titius fecit testamentum, & dictum fundū Titianū legauit Seio cum instrumento, & dictum fundum Seianum legauit Gaio cum instrumento: & postea decessit. modò quæritur, cui prædictorum fundorū cedant dicti boues? Et dicitur quòd ei fundo debent cedere in quo opus faciebāt, id est Titiano, & non ei fundo in quo manere cōsueuerunt, id est Seiano. Viuian.

o ¶ *Probo.* pro isto. *j. de penu. lega. l. nam quod. §. pen. & l. fi. & s. de leg. iij. l. si ita. cum concor.*

SI cui.] CASVS. Legaui tibi fundum meum Titianum cum instrumento. certè debetur tibi fundus, & instrumentum. idem est si legaui tibi fundum & instrumentum. Item idem est si legaui

tibi fundum instructum. Est tamen in vno differentia inter dicta legata: quia si ego testator alienaui dictum fundum sine instrumento, post legata prædictis modis à me relicta ex duobus dictis legatis poterit legatarius vindicare instrumentum fundi, puta cùm ego testator legaui fundum & instrumentum, & cùm legaui ei fundum instructum.

Verba Labeonis. Verba Pauli reprehendentis Labeonem.

in tertio autem non. puta cùm legaui ei fundum cum instrumento. Viuianus.

Si cui fundum & instrumentum eius legare vis, nihil interest[a] quo modo leges, *fundum cum instrumento*, [b] an *fundum & instrumentum*, an *fundum instructum*. Paulus: Imò contra. Nam inter ea legata hoc interest, quòd si fundo alienato mortuus fuerit qui ita legauit: ex hac scriptura, *Fundum cum instrumento*, nihil erit legatum: ex cæteris[c] poterit instrumentum esse legatum.

Per solam sententiam non fit renouatio vt legatum extinguatur. Bart.

vi. Scævola *libro sextodecimo Digestorum.*

Nepoti legauerat[d] quæ certa regione prædia habuerat, vt instructa sunt, cum vino, grano, calendario:[e] & adiecerat hæc verba: *Quicquid erit cùm moriar, in illa regione: & quicquid in quacumque specie erit in illa regione, vel quod meum erit.* viua testatrice[f] vnus ex debitoribus condemnatus, viuente testatrice satis non fecit.[g] Quæsitum est, an quod ex sententia iudicis deberetur, ad nepotem pertineret. Respondit, nihil proponi cur non[h] deberetur.

In eo in quo apparet esse mutata voluntas testatoris, videtur esse reuocatum legatum, non in alio. Bartolus.

a ¶ *Nihil interest.* scilicet quantum ad hoc: quia semper vtrumque videtur esse relictum, & fundus & instrumentum: sed[a] tamen primo extincto differentia erit; vt infra dicit. & sic nõ obstat. s. *de vsufru. acc. l. si quis Titio. & de lega. j. l. Titia. §. nihil. & l. si quis inquilinos. §. si ita.*

a Fundus cum instrumento vel fundus & instrumẽtum, vel fundus instructus legetur an & quatenus intersit. adde Glos. in d. l. 1. ... & Bar. ibi.

b ¶ *Cum instrumento.* huius enim sermonis tenore adeò secundum legatum primo adhærere designatur, vt eius fultura subducta non possit esse quin illico ruat: cùm se sustinere nequeat vltra. R.

c ¶ *Ex cæteris.* scilicet fundum & instrumentum: item fundum instructum: Sed ad hoc secundum est contra *Institu. de leg. §. si quis ancillas. ibi, idem erit si fundus,* &c. Solu. q̃d ibi simpliciter, hic distinctè dicitur. & quid miri? cùm[b] ibi leui ac simplici via, quoniam rudibus animis: hic verò diligẽtissima, & exactissima, quoniã prouectis singula iura traduntur, secundum R. 2. Sed nõ placet quòd propter rudes ibi malè dicat. Dic ergo quod ibi dicit, idem est, vt fundus instructus referatur ad primos duos casus: scilicet de ancilla, & de seruis orcinis & vicariis. & quod subiicit, vel cum instrumento: referatur ad proximum, scilicet de seruo cũ peculio. hoc Io. non placet. 3. Alij q̃ illa hanc corrigat in hoc articulo, quod satis dici potest. 4. Vel secundum Azo. vt fundo instructo legato & postea alienato[c] extinguitur legatum instrumenti, vt ibi: & non extinguatur, vt hic. extinguitur dico instrumentum fundi, vt ibi, non instrumentum patrisfamilias quod in legato cõtinetur: vbi fundus instructus est legatus: *vt. j. e. l. quæsitum §. sed si fundus. & §. instructo.* & hoc etiam in contrario nota. *& C. de verb. sign. l. ij.* ¶ Item facit. j. *tit. j. l. ij. §. j. & s. tit. ij. l. ij. s. eo. l. ij. §. j. & s. de leg. j. l. vij. & viij.*

b Soluendarum & componendarum legum ratio ea sumitur à quibusdam, vt perpendamus quid quo ex loco citetur. Ex Institutionibus quæ citantur, citantur sanè ex primis legum incunabulis, quibus continetur docendi iuris simplicitet via: In pandectis est accuratior. Verũ hæc soluendi ratio non probatur Accursio nostro, cùm nõ sit verisimile Imperatorẽ propter rudiores errare eisque imponere voluisse.

c Quid si alienatum postea sit redemptũ, an superueniente redemptione fundi, redintegretur legatum: dic q̃ non: *vt in l. cũ seruus. ff. de adim. lega.* nisi tantùm fauore libertatis secundum Bald. *in l. 2. C. de le.*

Nepos.] casvs. Titia legauit nepoti suo Seio prędia quę habebat ad burgum Panicalis, sicut erãt instructa, scilicet cum vino, & grano, & kalend. quę in dictis fundis erant. in quo quidem kalendario erant scripta nomina debitorum ipsius testatricis: & & postea dixit dicta Titia in eodem testamento: lego dicto meo nepoti quicquid erit cùm moriar in dicta regione burgi Panicalis, vel quicquid in quacumque specie erit in dicta regione cùm moriar. postea dicta testatrix conuenit vnum ex dictis debitoribus qui continebantur in dicto kalendario. & fecit eum condemnari: & prius quàm idem debitor ei satisfaceret, ipsa decessit. nunquid debetur nepoti illud quod debet dictus debitor condemnatus? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

d ¶ *Nepoti legauerat.* scilicet auia.

e ¶ *Calendario.* hoc expone *vt. s. de leg. iij. l. qui filium.* Accur.

f ¶ *Viua testatrice.* & in eadẽ voluntate durante erga nepotem: quod præsumitur[d] propter coniunctionem: aliàs secus: *vt. s. de lega. iij. l. fideicommissa. § si rem. & s. de leg. j. l. si sic. §. j. in fi. secũdum R.* Sed certè ibi plus erat: quia exegerat.

g ¶ *Satis non fecit.* sufficienter.

h ¶ *Cur non.* scilicet tã coniunctæ personæ. nõ[e] igitur fit nouatio per sententiam solam: sed demum exactione facta. argu. contra. *C. de execu. rei iudi. l. fin.*

d Præsumitur coniunctos coniuncto datum semel beneficium auferre nolle.

e Nouatio nõ fit per solam sententiam, sed demum exactione facta. *adde. l. vlt. C. de vsuris rei iudicatæ l. solutum. ff. § nouata. s. de pignorata. l. aliam ...j. de nouationibus.*

Tabernam.] casvs. Titius in testamẽto suo legauit cuidam suæ libertæ quam manumiserat, & quæ vocabatur Pardula, insulam siue tabernam cum cœnaculo, & cum mercibus & instrumentis & supellectili quæ ibi erant. & horreum vinarium cum vino, & vasis, & instrumento, & cum institoribus quos ibi secum habere consueuerat dictus testator: & postea viuente eodem testatore insula siue taberna prædicta in qua erat dictum cœnaculum dictæ Pardulæ legatũ, exusta fuit. & postea idem testator refecit aliam nouam ibidem, & postea vendidit idem testator dictum horreũ vinarium quod eidem Pardulæ legauerat. vini autem venditionem distulit ad hoc vt postea carius illud venderet, & postea decessit dictus testator. modò quæritur, an vniuersa prædicta legata possit consequi Pardula prædicta? Et dicitur quòd sic præter ea in quibus voluntas testatoris fuit mutata. mutata autem fuit in insula siue taberna de nouo facta. Item in horreo vinario quod vendidit dictus testator.

vii. Idem *libro vicensimosecundo Digestorum.*

Tabernam[i] cum cœnaculo[k] Pardulæ[l] manumissæ testamento legauerat cum mercibus & instrumentis & supellectili quæ ibi esset: item horreũ[m] vinarium cum vino & vasis & instrumẽto & institoribus quos secũ habere consueuerat. Quæsitum est, & cum viuo testatore insula[n] in qua cœnaculum fuit quod ei legatum erat, exusta sit, & post biennium eodem loco constituta noua,[o] & horreum quod eidem legatum erat, à testatore venierit, vini autem venditio dilata sit, vt ex eo commoda* venirent: an vniuersa legata Pardula consequi possit. Respondit, ea in quibus voluntas mutata esset, non deberi.[p]

* Fio. commodè ... do. Hal. ... modè ve...

Instrumenta fundi dicuntur quæ gratia colligendorum & conseruandorum fructuum sunt parata: & quæ sint illa, hîc ponuntur exempla. Bar.

viii. Vlpianvs *libro vicensimo ad Sabinum.*

In instrumento* fundi ea esse, quæ fructus quærendi, cogendi, cõseruãdi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitellium euidenter enumerat. Quærẽdi, ve-

* In vulgatis est lex. Instrumenta. ...

i ¶ *Tabernam.* id[a] est, domum ad habitãdum vtilem: *vt. j. de verb. signif. l. tabernæ.* nam & hic. j. vocat eam insulam. Accur.

a Taberna pro domo ad habitandum vtili.

k ¶ *Cœnaculo.* locus vbi cœnat paterfamiliâs, Vel vbi fit cœna: ex quo loco frequenter aqua proiicitur: *vt supra de iis qui deie. l. si verò.* Accursius.

Vide in hanc l. Blondum de Roma triumphante. lib. 9. circa prin.

l ¶ *Pardulæ.* propriũ nomen ancillæ quã manumisit inter viuos, vel in testamento: & ideò quòd dicit, testamento, potest determinare præcedens, manumissę: vel sequens verbum, legauerat. Ac c.

m ¶ *Itẽ horreũ.* in quo vinũ est repositũ. 2. Vel dic in quo triticũ & hordeũ vnde fit vinũ, est repositũ: *vt. s. ti. j. l. si quis vinũ. §. j.* Ac.

n ¶ *Insula.* id est taberna.

o ¶ *Noua.* scilicet fuerit.

p ¶ *Non deberi.* sic ergo taberna. i.[b] insula exusta, & postea à testatore noua facta nõ debetur: *vt. s. de leg. ij. l. peculium. §. j. & s. de vsufruct. l. qui vsumfruc. in princi. & s. quib. mod. vsusfruc. amit. l. quidtamen. §. j. & §. antepen. & fi. & s. de leg. j. l. si ita legatum. §. fi.* Item nec horreum debetur, cùm testator illud vendiderit: *vt. s. eo. l. si cui. & s. de leg. j. l. vj. & l. si ex toto. in prin. & s. de lega. iij. l. fideicommissa. § si rem. & Inst. de leg. §. si rem suam.* vinum autem cum vasis debebitur. nihil[c] enim prohibet in quibusdam tenere voluntatem, in quibusdam mutatam esse: *vt. d. l. si ex toto. in princ. & facit ad hanc l. j. de auro & argen. lega. l. Seia.*

b Taberna pro insula.

c Voluntas testatoris in quibusdã mutari potest. licet in aliis non mutetur.

In instrumento.] casvs. Legaui tibi fundum, & instrumenta fundi, & decessi. quæritur, quid nomine instrumenti fundi cõtineatur? Et dicitur quòd illa continentur quæ parata sunt à me testatore gratia quærendi fructus, & gratia cogendi siue colligendi fructus, & gratia conseruandi quæ autem parata videantur gratia quærendi fructus, & quæ gratia cogendi, & quæ gratia cõseruandi, planè dicitur vsque ad finem legis. Sed nunquid in dicto legato continetur grex ouium qui erat in dicto fundo? & distinguitur, vtrum comparaueram gregem vt ex eo fructus caperetur. & tunc non continetur in dicto legato. si verò ideò comparaueram, quia non aliter ex fundo siue saltu vbi erat fundus, fructus percipi poterat, nisi esset ibi grex qui stercoraret agrũ: tunc bene continebitur in legato. & idem in alueis apiũ, & in auibus ex quibus habeat

fundus

fundus reditum, & in frumento & vino ad cibaria cultorum fundi parato, & illo frumento quod paratum erat in fundo causa seminis. & hoc vsque ad. l. quæsitum. §. conseruandi.

luti homines [a] qui agrum colūt, & qui eos exercent, præpositive sunt his: quorū in numero sunt villici, [b] & monitores: [c]* præterea boues domiti, & pecora stercorandi causa parata: vasáque vtilia [d] culturæ, quæ sunt aratra, ligones, [e] sarculi, [f] falces putatoriæ, bidentes, & siqua similia dici possunt. Cogendi, [g] quemadmodum torcularia, corbes, falcésque messoriæ, [h] falces fœnariæ, [i] quali [k] vindemiatorij, exceptoriíque, [l] in quibus vuæ comportantur. Conseruandi, quasi * dolia, licèt defossa non sint, [m] & cupæ. [n] 1. ¶ Quibusdam in regionibus accedunt instrumento si villa cultior est, veluti atriēses, [o] †scoparij. [p] Si etiam viridaria * [q] sint, topiarij. [r] Si fundus saltus pastionésque habet, greges [s] pecorum, pastores, saltuarij. [t]

IX. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

DE grege ouium ita distinguendum est, vt si ideò cōparatus [u] sit, vt ex eo fructus caperetur, non debeatur: [x] si verò ideò, quia non aliter ex saltu fructus percipi poterit, contra erit: quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

X. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

SI reditus [y] etiam ex melle constat, aluei apésque continentur. [z]

XI. IAVOLENVS *libro secundo ex Cassio.*

EAdem ratio est in auibus quæ in insulis [a] maritimis aluntur.

XII. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

QVæsitum est, an frumentū quod cibariis cultorum paratum foret, instrumento cederet. Et plurimis non placet, quia consumeretur. quippe instrumentum [b] est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio. Accedit [c] eo, quòd cibaria victus magis quàm colendi causa pararentur. Sed ego puto & frumentum & vinum ad cibaria paratum instrumento contineri: [d] & ita Seruium respondisse auditores eius referunt. Itē nonnullis visum est, frumentum quod serendi causa sepositū est, instrumento contineri. puto, quia & instar culturæ esset, & ita consumitur, vt semper reponeretur. Sed causa seminis nihil à cibariis differt.

1. ¶ Conseruādi fructus [e] causa, veluti granaria, [f] q̄a in his fructus custodiuntur: vrceos. [g] capsellas, in quibus fructus componuntur. Sed & ea quæ exportandorum fructuum causa parātur, instrumenti esse constat: veluti iumēta, & vehicula, & naues, & cupæ, & cullei. [h] 2. ¶ Alfenus autem, si quosdam ex hominib⁹ aliis legauerit: cæteros [i] qui in fundo fuerūt, nō cōtineri instrumēto ait: quia nihil animalis instrumenti esse opinabatur. quod non est verum. Cōstat enim eos qui agri gratia ibi sunt, instrumē to contineri. 3. ¶ Quæritur, an seruus qui quasi colonus [k] in agro erat, instrumento legato cōtineatur. Et Labeo & Pegasus rectè negauerunt: quia non pro instrumento [l] in fundo fuerat, etiam si solitus fuerat & familiæ imperare. 4. ¶ Saltuariū autē Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum

a ¶ *Homines.* id est seruos.
b ¶ *Villici.* qui occasione fructuum insistunt: *vt.* ȷ. *eo. l. villa.*
c ¶ *Et monitores.* id [a] est qui agros monent, id est, muniunt fossatis & sepibus. 2. Vel qui monent laboratores.
d ¶ *Vtilia.* in quibus portantur blada ad seminandum, vel vinum laborantibus.
e ¶ *Ligones.* i. sarpæ.
f ¶ *Sarculi.* sunt cultri quibus terra scinditur, vel paruæ sarpæ ad arandum fabas & meligas. item bidentes, id est, vomeres vel gomeres: qui vndique scindunt terram: vel furcæ vel rastelli qui plures habent dentes. *& facit ad. l.* ȝ. *de peti. here. si à patre. §. fin. & C. de verb. sign. l. ij.*
g ¶ *Cogendi.* scilicet sunt instrumenta.
h ¶ *Messoria.* i. seguIæ.
i ¶ *Fœnariæ.* id est, fœnisecæ.
k ¶ *Quali.* i. canistri ad vindemiandū in eis.
l ¶ *Exceptorij.* id est, corbes & castellatæ, sed torcularia sunt canales & tinacij.
m ¶ *Defossa non sint.* igitur & si sint defossa instrumenta, appellatione fundi continentur. secus autem dicendum de instrumento domus: quia id quod defossum [b] est, pars domus est. ergo [c] non [d] poterit dici domus instrumentū: *vt.* ȝ. *de act. empt. l. granaria. &* ȷ. *e. l. quæsitum. §. Papinianus ait.* Sed certè & in fundo idem erit dicendum: *vt.* ȷ. *e. quæsitum. §. ea verò.* Sed certè erit distinguendum: *vt.* ȷ. *e. cùm fundus.* Ac.
n ¶ *Cupæ.* vasa quædā sunt lapidea de terra facta. H. & hic puncta, & quod subiicit, quibusdā &c. incipit alia oratio.
o ¶ *Atrienses.* qui purgant vel custodiunt atrium: *vt supra nau. cau. l. j. §. j.*
p ¶ *Scoparij.* i. qui scopis domum purgant. vnde in euangelio: [e] scopis mundatam.
q ¶ *Viridaria.* scilicet sunt instrumēta fundi artificialiter facta, aliàs pars fundi sunt: *vt.* ȷ. *eo. quæsitum. §. ea verò.*
r ¶ *Topiarij.* i. qui ornant & ordinant saltus fundi: *vt supra de leg. ij. l. cum quæreretur. §. fina.*
s ¶ *Greges.* hoc dic *vt infra. l. prox.*
t ¶ *Saltuarij.* qui custodiunt fundū, & tuentur magis quàm fructibus colligendis præsunt: *vt.* ȝ. *de leg. ij. cum quæreretur. §. si. &* ȷ. *eo. l. quæsitum. §. saltuarium.*
u DE *grege.*] *Comparatus.* scilicet principaliter.
x *Debeatur.* instrumento fundi legato *& est ad hoc. C. de verb. sign. l. ij. &* ȝ. *de leg. ij. cum quæreretur. §. pe.* sin autem pro vtroque, dic *vt infra eo. l. quæsitum. §. si quis eodem.*
y SI *reditus.* scilicet fundi: vt quia locus aptus erat ad mel propter flores & aquam & alia quæ apes desiderant, & non ad alium fructum. *& facit.* ȷ. *e. l. quæsitum. §. & si ab aucupio.*
z ¶ *Continentur.* fundi Instrumento legato.
EAdē ratio. Hæc lex diuiditur in tres partes. Primò ponit quid sit instrumentum fundi, vsque ad. §. si domus. Secundò, quid sit instrumentum domus, vsque ad. §. sed si fundus. Tertiò, quæ sit differentia inter legatum fundi simul instructi, & simul cum instrumento. & circa hoc multa dicta interserit vsque ad finem. l. Bart.
a ¶ *In insulis.* vt pauonibus & phasianis, sicut & cuniculis: vt in lacu Perusino. *& facit infra eod. l. quæsitum. §. si in agro & §. si ab aucupio.*
b QVæsitum.] Instrumentū. principale R. & est hîc definitio [a] instrumenti. sit *& infra e. §. sed si fundus. & supra de trib. l. procuratoris. §. si propter.*
c ¶ *Accedit.* scilicet sententiæ illorum qui dicunt non esse instrumentum. R. & facit. C. *de verborum signifi. l. j. & ij. &* ȝ. *de vsufruc. l. item si fundi. §. seminarios.*
d ¶ *Contineri.* per medium, accessionis iure.
Conseruandi.] CASVS. Dictum est. ȝ. e. l. instrumenta. de quibusdam quibus fructus cōseruantur: quæ quidem continentur in instrumento fundi. nunc adiungit alia, sicut sunt granaria quæ sunt in fundo instructo legato, & vrcei, & capsellę, & iumenta, & vehicula, & naues, & cupæ, & cullei, quæ parata erāt in fundo causa exportandi fructus de fundo. Sed quid si testator legauit aliis quosdam ex hominibus siue seruis qui erant in fundo quē Titio legauit instructū? nūquid alij qui remāserunt in fundo, cōtinebūtur in instrumēto fundi? Et dicitur q̄ sic, licèt Alfenus diceret contrariū. seruus autem qui quasi colonus in agro erat, non continetur in instrumento fundi. Viuianus.
e ¶ *Conseruandi fructus.* scilicet contineri dicimus.
f ¶ *Granaria.* de hoc dic *vt.* ȝ. *e. l. instrumenta. in fin.*
g ¶ *Vrceos.* de terra.
h ¶ *Cullei.* vasa de corio: *vt.* ȷ. *de au. & argen. leg. l. legatum. §. j.*
i ¶ *Cæteros.* nam fundum & instrumentum vni, & alij cæteros seruos eius fundi.
k ¶ *Quasi colonus.* s. quasi extraneus. [b] pura mercede certa constituta: *vt.* ȷ. *e. Seia. §. liberto. & l. cùm de lanionis. §. j. & ij.*
l ¶ *Pro instrumento.* ipsi enim instrumentum parant.
Saltuarium.] CASVS. Quæritur, nūquid fundo instructo legato cōtineantur saltuarij? Et dicitur quòd sic: siue custodiāt fructus siue fines. Item continetur pictor & tōsor qui sunt parati causa familiæ rusticæ, & faber & mulieres quæ panem coquunt, & illi qui molunt frumentū, & focaria, & villica, & lanificæ, & illæ quæ coquunt pulmentaria. Item nunquid cōtinentur vxores prædictorū masculorū? Et dicitur quòd sic. neque enim credendū est testatorē iniunxisse tam duram separationem. Item cōtinentur pecora quæ aliqua parte anni in fundo pascuntur, & in alia parte anni pabulū

a Instrumentum quid.
b De colonis pulchrè Columella. lib. 1. de re rust. c. 7.
Math. 12. & Luc. 11.

his conducitur aliunde, & serui qui aliqua parte anni colunt fundum, & in alia parte anni mittūtur ad lucrandum alibi. Item continetur cellarius, & ostiarius, & mulio, & molæ, & machinæ, & fœnum, & stipulæ, & asinus machinarius, & machina frumentaria, & multa alia quæ nominantur hic vsque ad. §. si fundus non sit &c. quorum quædam cōtinentur, & quędam nō, & est planissima litera vsq; illuc. Viuia.

seruandorum gratia paratus sit: eum nō [a] qui finiū custodiendorū causa. Sed Neratius etiá hunc. & hoc iure vtimur. vt omnes saltuarij cōtineantur. 5. ¶ Trebatius amplius etiá pistorem & tonsorem, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri. Item fabrum [b] qui villæ reficiēdę causa paratus sit, & mulieres quę panem coquant, quæq; villā seruēt. Itē molitores, si ad vsum rusticū parati sunt. Itē focariam, [c] † & villicam, [d] si modò aliquo officio virum adiuuet. Itē lanificas, [e] quę familiā rusticam vestiunt, & quę pulmentaria [f] rusticis coquant. 6. ¶ Sed an instrumēti [g] instrumentum legato instrumēto continetur, quæritur. Hæc enim quę rusticorum [h] causa parātur, lanificæ, & lanę, & tonsores, & fullones, & focarię, nō agri sunt instrumentum, sed instrumenti. [i] Puto igitur etiam focariam contineri, sed & lanificas, & ceteros qui supra numerati sunt: & ita Seruiū respondisse auditores eius referunt. 7. ¶ Vxores [k] quoque, & infantes eorum qui supra enumerati sunt, credendum est in eadem villa agentes voluisse testatorem legato contineri. Neque enim duram separationem [l] iniunxisse credendus est.

8. ¶ Si aliqua parte anni in fundo pascātur pecora, aliqua parte his pabulum cōducitur: vel serui, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedē mittuntur: nihilò minus instrumento cōtinentur. [m] 9. ¶ Cellarium [*] quoq;, id est ideò præpositum, vt rationes saluæ sint: [n] item ostiarium, [o] mulionémq;, [p] instrumenti esse constat: 10. ¶ Et molas, [q] & machinas, [r] fœnum, [s] stipulas, [t] asinum machinariū, machinā fruměntariam, [u] vas æneum in quo sapa † [x] coqueretur, & defrutum fiat: & aqua ad bibēdum, lauandámq; familiā paratur, instrumenti esse, & cribra, & palustra quibus stercus euehatur. [y]

11. ¶ Ea verò quæ solo continentur, [z] instrumenti fundi nō esse Cassius scribit: veluti arundineta & salicta antequam cæsa sint: quia fundus fundi instrumētum esse non potest. [a] Sed si cæsa sint, [b] puto contineri: [c] quia quęrendo fructui deseruiunt. Idem & in palis erit dicendum.

12. ¶ Si in agro venationes sint, puto venatores quoque, & vestigatores, [d] † & canes, & cętera quæ ad venationē sunt necessaria, instrumēto contineri: maximè si ager & ex hoc reditum [e] habuit. 13. ¶ Et si ab aucupio reditus [f] fuit, aucupes, & plagæ, [g] & huius rei instrumentum, agri instrumento cōtinebitur. [h] Nec mirū, cùm & aues instrumento exemplo † apium contineri Sabinus & Cassius putauerunt. [i]

14. ¶ Si quis eodē instrumento in plurimis agris vtatur: cuius agri sit instrumentū, quęritur. Et ego arbitror, si quidē apparet voluntas patrisfamiliæ, cui potius agro destinauerat, eius esse instrumentū. [k] cæteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur. si nō appareat, nullius [l] instrumento cedet. neque enim pro parte diuidemus [m] instrumentum.

15. ¶ Supellex, [n] cæteráq; si qua in agro fuerunt quò instructior esset paterfamiliâs, [o] instrumento fundi [p] non continentur.

16. ¶ Si domus [q] sit instrumentum legatum: videndum quid contineatur. Et Pegasus ait instrumentū domus id esse, quod tempestatis arcendæ, aut incendij [r] causa paratur, non quod voluptatis gratia. Itaque neque specularia, [s] neque vela quę frigoris causa vel vmbræ in domo sunt, deberi. [t] quæ sententia Cassij fuit, qui dicebat inter instrumentum [u] & ornamentum multum interesse. instrumenti [x] enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti, quæ ad voluptatem, [y] sicuti tabulas pictas. 17. ¶ Vela autem Cilicia instrumenti esse Cassius, quæ ideò parantur, ne ædificia

a ¶ *Non eum.* aliàs deest nō: & interrogatiue tunc legitur, & postea determinat: sed Neratius &c. ad quod est. *s. de leg. iij. l. cum quæreretur. §. penult. & s. eo. l. instrumenta. in fin.*

b ¶ *Fabrum.* tignariū vel quadratarium.

c ¶ *Focariam.* quę facit focum.

d ¶ *Et villicam.* cōtubernalem villici. Acc.

e ¶ *Lanificas.* à lana [a] sic dictas in qua operantur: *vt. s. de vsu & hab. l. plenum. §. fin. nec ob. j. e. l. villæ. in fi.* vt ibi dices H.

f ¶ *Pulmentaria.* i. farina de hordeo. Accur.

g ¶ *Sed an instrumenti.* reuocat in dubium, quod tamē iam soluerat, licèt nō ita apertè.

h ¶ *Rusticorum.* id est operantium, vel id est instrumentorum.

i ¶ *Instrumenti.* vt. *j. eo. l. villæ. §. fi.*

k ¶ *Vxores.* impropriè [b] id est contubernales: *vt. C. de incest. nupt. l. cum ancillis.*

l ¶ *Duram separationem.* sic. C. [c] *communia vtriusque iudi. l. possessionum. & s. de lega. iij. item. §. pe. & l. vxorem. §. codicillis. & j. e. l. §. sed si fundus. in fi. §.* & si etiam exprimatur, succurritur: *vt. s. de lega. j. si domus. §. qui confitetur.* Accursius.

m ¶ *Continentur.* dummodo illi agro sint perpetuo attributi: *vt. s. de leg. iij. qui saltum.*

n ¶ *Saluæ sint.* vt sunt massarij.

o ¶ *Ostiarium.* qui custodit ostium.

p ¶ *Mulionem.* qui ducit mulum ad molendinum.

q ¶ *Molas.* de lapide.

r ¶ *Et machinas.* i. [d] ipsum ædificium molendini vel pistrini. nā secundum H. omne artificiosè factum dicitur machina.

s ¶ *Fœnum.* de prato.

t ¶ *Stipulas.* quæ secantur cum herba remotis primo spicis. Accursius.

u ¶ *Machinam frumentariam.* id est arcam ad frumentum tenendum, vel aliud artificium artificiosè factum.

x ¶ *Sapa.* id est [e] quoddam quod fit ad potandum: dicta quasi parum saporis habens secundum H. & defrutum eodem modo: *vt & s. tit. j. l. si quis vinum.*

† Foratiam, legit Blond. *lib. j. de Roma triumphante.*

a Lanificæ.

b Vxores impropriè dicuntur quæ seruorum sunt contubernales.

c Parentum à liberis dura est separatio.

* Flo. cellarationum.

d Machina quid est.

† Sic Flor. & manuscripte.

e De sapa Plin. *lib. 14. c. 9. & eiusdem lib. 15. c.* De defruto idem *lib. 14. c. 9. & c. 21.*

y ¶ *Euehatur.* in quo serua distinctionem Trebatij: *vt supra de act. emp. fundi. §. fin. & facit in d. l. fundi. §. Labeo. & s. de lega. iij. seruis vrbanis. in princ.*

z ¶ *Continentur.* secus in doliis [a] in fundo affixis: *vt. s. eo. l. instrumenta. §. fi.* a. Vel distingue possint remoueri, vel non: *vt. j. eod. cum fundus.*

a ¶ *Esse non potest.* talia [b] enim quandiu nō sunt cæsa, pars fundi sunt: *vt. s. de rei vind. l. fructus pendentes. & facit. j. e. l. §. Papinianus. & s. de vsufr. item si. §. fi. & de act. emp. fundi. §. si ruta. & §. pe. & fin. & l. granaria. in princ. & j. eod. l. fi.*

b ¶ *Sed si cæsa sint.* fundi gratia

c ¶ *Contineri.* s. posse.

d ¶ *Et vestigatores.* per odores narium vel oculorum solicita indagatione: vel cum canibus.

e ¶ *Reditum.* quia [c] in hoc casu potest locari. *& facit. s. de leg. iij. seruis vrbanis. §. j. & de vsufruc. item si. §. aucupiorum. & j. proxi. §.*

f ¶ *Reditus.* fundi. Accursius.

g ¶ *Plagæ.* i. pali quibus tenētur retia recta.

h ¶ *Continebuntur.* vt. *s. proxi. respon. cum suis concor.*

i ¶ *Putauerunt.* vt & *s. eo. si reditus. & l. seq.*

k ¶ *Instrumentum.* sic *supra de here. instit. ex facto. §. fi.* Accur.

l ¶ *Nullius.* Nota ratione incertitudinis [d] neutrum valere. *& sic s. de here. inst. l. in tempus. §. j. & s. de vsufru. sed & si quis. §. quid ergo si amisso. in fi. §. & s. communia prædio. in tradendis. vbi de hoc no.*

m ¶ *Diuidemus.* sic. *s. de neg. gest. Nesennius. in fi. & ibi dixi.*

n ¶ *Supellex.* quid sit, dic *vt. j. de supel. lega. l. j. & iij.* Accur.

o ¶ *Paterfamiliâs.* nō etiam fundus.

p ¶ *Fundi.* Sed instrumento patrisfamiliâs sic. & ideò fundo instructo legato cedit legato: *vt. j. ead. l. §. sed si fundus.* Accur.

q ¶ *Si domus.* dixit de instrumento fundi: nūc domus, vsque ad. §. sed si fundus.

r ¶ *Incendij.* s. arcēdi.

s ¶ *Specularia.* [e] non affixa. aliàs sunt pars domus: *vt. j. eo. §. Papinianus. in fin.*

t ¶ *Deberi.* vt instrumentum: *vt. j. eo. §. Papinianus.* nec vt pars rei: *vt. s. de act. emp. fundi. §. quæ tabulæ.*

u ¶ *Instrumentum.* scilicet domus.

x ¶ *Instrumenti.* scilicet domus.

y ¶ *Ad voluptatem.* quæ possunt dici instrumenta personæ, cùm ex his domus non perficiatur: *vt infra de verb. sign. l. pen.*

a Fundi pars dolia fundo affixa.

b Fundi pars continentur ... ces & ... nes ... non separantur à fundo.

† Blondus vl. legit, vestigatores canes, &c.

c Venatio locari potest.

† Idem ibid. legit, aucupio ... exemplo aulum instrumento contineri &c. quod quæro vide.

d Incertitudinis ratione neque hoc neque illud atque ita neutrum valet.

e De specularibus pulchre Bud. s. de vsufru. in l. ... sequitur cadere.

Laborem.

a ¶ *Laborent.* secus si ad voluptatem: *vt supra proxi.* §.
b ¶ *Paratur.* vt *& j. de penu. leg. l. iij. §. penori.*
c ¶ *Centones.* id est puluinaria: opus factum ad modum plumarum, secundum Hug.
d ¶ *Funes.* ad trahendum aquam, qui propter domum habentur: *vt. s. de act. empt. l. funes.*

vento vel pluuia laborent.[a]

18. ¶ Acetū † quoq; quod extinguēdi incēdij causa paratur:[b] itē cētones,[c] siphones, [funes,[d]] perticæ[e] quoque, & scalæ.[f] & phormiones, † & spongias,[g] & hamas, & scopas[h] † cōtineri plerique & Pegasus aiunt. 19. ¶ Tegulam[i] autem & tignū eius rei causa paratū, instrumēto cōtineri, si ad huiusmodi causam habeat tigna parata, ad alios vsus non deseruientia. Proinde & fulcimenta si qua habebat huic rei necessaria, etiā ea instrumēto domus cōtinebūtur. 20. ¶ De velis quæ in hypæthris[k] extenduntur, itē de his quæ sunt circa columnas, Celsus scribit magis supellectili[l] adnumeranda. & ita Sabinum & Cassium putare.

21. ¶ Canales autē & harpagones & hamas instrumēto contineri constat. 22. ¶ Item perticę quibus araneæ detergātur: item spōgię quibus colūnę, pauimēta, podia extergantur: scalæ quæ ad lacunaria admoueātur, instrumēti sunt: quia mūdiorē domū reddūt. 23. ¶ Papinianus quoq; libro septimo responsorū ait: Sigilla, † & statuæ adfixæ, instrumēto domus nō continentur,[m] sed domus portio sunt: quę verò nō sunt adfixa, instrumēto[n] non cōtinentur,[o] inquit: supellectili enim adnumerātur, excepto horologio æreo quod non est adfixū. nā & hoc instrumēto domus putat cōtineri: sicut prothyrum[p] domus, si velamē est, inquit, instrumento domus continetur.

24. ¶ Fistulæ autē, & canales, & crateres, & si qua sunt alia ad aquas salientes necessaria: item serræ* & claues, magis domus[q] portio, quā domus instrumentū sunt. 25. ¶ Specularia quoque adfixa[r] magis puto domus esse partem. Nam & in emptione domus & specularia & pegmata † cedere, siue in ædificio sunt posita, siue ad tempus detracta. Sed si non sint reposita, ad hoc tamen sint[s] vt suppleantur si qua desint: instrumento potius cōtinebūtur. 26. ¶ Cācellos[t] quoq; instrumento contineri puto.

27. ¶ Sed si fundus nō sit cum instrumēto legatus, sed ita vt instructus sit: quæsitum est, an plus cōtineatur quàm si cū instrumēto legatus esset. Et Sabinus libris ad Vitellium scribit, fatendum esse, plus esse cū instructus fundus legetur, quàm si cū instrumēto. quā sententiā cottidie increscere & inualescere videmus. Quāto igitur hoc legatū vberius est, videndū est. Et Sabinus definit, & Cassius apud Vitelliū notat, omnia quæ eo collocata sūt* vt instructior esset paterfamiliàs: instructo, inquit, continebūtur, id est quæ ibi habuit vt instructior esset. Hoc ergo legato non agri* instrumentum,[u] sed proprium suum instrumentum reliquisse videtur. 28. ¶ Proinde si fundus sit instructus legatus, & supellex cōtinebitur quæ illic fuit vsus ipsius gratia: & vestis nō solum stragula, sed & qua ibi vti solebat. mensæ quoque eboreæ, vel si quæ aliæ, item vitrea,[x] & aurum & argentum, vina quoque si qua ibi fuerint vsus ipsius causa, continentur: & si quid aliud vtensilium.

29. ¶ Sed si qua eò cōgesserat non vsus sui causa, sed custodiæ gratia: nō cōtinebuntur. Vina etiam quæ in apothecis[y] sunt, nō cedēt. & hoc iure vtimur, vt quæ ibi paterfamiliàs quasi in horreo † habuit, hæc non cōtineantur. 30. ¶ Celsus quoque libro nonodecimo Digestorum scribit, fructus ibi repositos vt venirent, vel in aliū vsum quàm fundi conuerterentur, instructo fundo non contineri.

31. ¶ Idem Celsus eodem libro ait, etiam supellecticarios[z] & cæteros hoc genus[a] seruos contineri:[b] id est ministeria quibus instructus erat in eo fundo, extra ea[c] quæ libertatem

e ¶ *Perticæ.* ad tenendos pannos: *vt. j. eod. §. canales.*
f ¶ *Scalæ.* ad ascendendum ad granaria, vel *vt. j. eo. §. scalæ.*
g ¶ *Spōgias* quæ mūdant vestes vel alia: *vt j. eo. §. canales.*
h ¶ *Et scopas.* ad purgandam domū. *sic et. s. e. l. instrumenta. in fi.*
i ¶ *Tegulam.* non affixam: aliàs domus portio est, & cedit legato domus: *vt. j. e. §. Papinianus. in fi. §.*
k ¶ *Hypæthris* aliàs, apothecis, siue stationibus.
l ¶ *Supellectili.* & ideò non continentur instrumēto domus vel fundi: *vt. s. eo. §. supellex.* Sed bene continebitur instrumento patrisfamiliàs: *vt. j. ea. l. §. sed si fundus.*
m ¶ *Non continentur.* vt. s. *de act. emp. fundi. §. struta. & l. granaria. & s. e. §. ea verò.* ¶ Sed arg. contra *s. eo. instrumenta. §. fin.*
n ¶ *Instrumento.* s. domus: aliàs est in textu. & ita est in libro domini. Accur.
o ¶ *Non cōtinētur.* nō tamē est hoc generaliter verū, vt statim subiicit: *vt. s. ea. l. §. si domus. & §. seq.* Accur.
p ¶ *Prothyrum.* bthyra Græcè. & dicitur ianua Latinè.
q ¶ *Magis domus.* vt *s. de act. emp. fundi.*
r ¶ *Adfixa.* aliàs secus: *vt. s. eo. §. si domus.* Accursius.
s ¶ *Tamen sint.* de nouo facta & parata. si autē fuissent detracta, licèt nōdū sint reposita, tamē ad hoc seruātur vt reponātur: magis pars dom⁹ sunt, quā instrumenta sint: *vt. s. de act. emp. l. fundi. §. fi. & l. granaria. §. fi.* H.
t ¶ *Cancell[o]s. j. quod vi aut clam. l. nam & si ramos.*

Sed si fundus nō sit.] CASVS. Legaui tibi fundum meum instructum. certè in hoc legato non tantum continetur instrumentum eiusdem fundi: sed etiam proprium meum instrumentum: sicut est supellex quæ erat in fundo causa mei vsus, & vestes meæ, & lecti, & mensæ, & aurum, & argentum, & vina, & omnia alia vtensilia, & serui supellecticarij: & cæteri serui huius generis, id est ministeria quibus eram instructus in eo fundo. Item pædagogia quæ habebam in dicto fundo, vt cùm illuc irem, pręsto essent in triclinio. Item vxores & filij seruorum Item bibliotheca & libri quos ibi habebam. Item imagines, hæ tamen dumtaxat quæ fuerunt in ornatu fundi. Item actor qui stabat in fundo, quem quidem miseram in prouinciam vt ordinatis in prouincia quibusdam meis negotiis rediret ad fundum. est ergo plenius legatum fundi instructi, quàm fundi cum instrumento: quia cùm lego fundum cum instrumēto, non continetur meum instrumētum. quędam tamen non continētur in dicto legato fundi instructi: puta ea quæ congesseram in eo fundo non vsus mei causa, sed gratia custodię, puta vinum quod habebā ibi in apotheca causa custodiæ vel fructus quos ibi reposueram vt venderem. Item nec serui qui jam à me con secuti fuerant libertatem. Item nec illa mancipia quæ tēporis causa in dicto fundo erant, & non vt essent fundi instrumentū vel meum, & hoc dicit vsque ad §. idem respondit instructis horreis &c. vbi dicit quid contineatur in legato horreorum instructorum, & domus instructæ, vsque ad §. Celsus scribit seruis q in fundo &c. Viuian.
u ¶ *Non agri instrumentum.* tantum sub. alioquin contra: *vt. s. de vsu & hab. si ita legatus. in prin.* & quod dixit supra proxi. plus esse cum instructus &c. *& j. e. l. § Neratius. & §. Papinianus quoque. & facit. C. de verb. sig. l. j. & ij. & supra de tribu. procuratoris. §. si propter.*
x ¶ *Vitrea.* s. vasa.
y ¶ *In apothecis.* non vsus sui gratia.
Celsus scribit.] CASVS. Legaui tibi seruos qui erant in fundo meo Titiano nunquid continentur vicarij eorū? Et dicitur q non: nisi ego & de eis sensi. Item pone quòd institui mihi heredem filiū meū, & vxori meæ legaui omnia quæ in domo erant. certè non continentur cautiones debitorum vel emptiones seruorum, nisi in alia parte testamenti appareat me voluisse ei legare dictos seruos, & dicta debita: quia tunc bene continebuntur dictæ cautiones & emptiones. Viuian.
z ¶ *Supellecticarios.* id est qui faciunt ibi supellectilia.
a ¶ *Hoc genus.* id est huiusmodi seruos. *sic supra naut. caupo. stabu. l. & ita. §. primo. & supra de iis qui notan. infamia. l. athletas. §. ait prætor. & . C. de infam. l. detractores.* Accursius.
b ¶ *Contineri.* legato fundo instructo. Accur.
c ¶ *Extra ea.* id est præter eos qui libertatem &c. *ad quod supra de opti. lega. l. cum ita. §. j.*

† Macrob. lib. 7. Sat. cap. 6. Quid aceto frigidius, quod vulgatum vlbum est? Solū enim hoc ex omnibus humoribus crescentē flammā violēter extinguit, dum per frigus suū calorem vincit elementi.
† Phormiones qui dicantur, pulchrè Carellianus Cotta in hac ipsa dictione. hamæ verò quæ sint Instrumenta, dilucidè Marius Catzeteus in epistolas Plinij ad Traia. in eam scilicet quæ incipit. Cum diuersam partem prouinciæ &c.
† al. scopas.
* De hypæthris pulchrè Bud. §. de vsufr. in l. ex sylua cædua.
† In hunc locum vide Alexan. ab Alexā. Gen. dierum lib. 5. c. 24. circa finem.
ᵖ Prothyra vestibula dicuntur in domorū ianuis auctore Vitruuio. de prothyro itē j. de verb. signi. l. Paul.
ʳ Specularia affixa fenestris, pars domus sunt, domóque vendita continentur, Idē si sint in ædificio posita & ad tempus detracta vt reponātur, secus si de nouo facta & nondū imposita, de quo vide Cipol. de seruit. vrb. praed. C. de specularib. [illegible]
ˢ Pro imposito nō habeatur, quod de nouo tunc primum factum vt imponatur.
ˢ Detractū ex ædificio vt reponatur, habetur pro reposito.
* serræ.
† Pegmata quę dicantur, pulchrè Carellianus Cotta in dictione, specularia.
* collata sunt.
* Vide in hunc locum Auton. Aug. li. emen. 2. cap. 4.
† Horreū hīc accipe locum non solum ad custodiā frugum, sed & rerum aliarū sepositarū à cotidiano vsu. teste Marius Crapal. li. 1. c. 3.
a Supellectilio[illegible]

a ¶ *Et qui rure.* repete, & præter eos qui rure, id est in villa: non tamen in fundo legato. a Vel dic non repeti. & secundum hoc non ad proximum: sed ibi, in eo fundo &c. & sic cedunt legato.

b ¶ *Præsto essent.* ad tenendũ stripedium[a] & calcaria, & eum sequendum. & de his loquitur *l. stit. qui ma. non pos. §. eod. & facit C. de verb. sig. l. j. & ij.*

a *forti stripedio.*

acceperunt, & qui rure[a] morari solebant. 32. ¶ Si instructũ fundum legasset: ea pædagogia quæ ibi habebat, vt cùm ibi † venisset, præsto essent[b] in triclinio, legato cõtinentur. 33. ¶ Contubernales quoque seruorum, id est vxores & natos, instructo fundo cõtineri verũ est.[c] 34. ¶ Instructo autem fundo, & bibliothecam[d] & libros qui illic erant, vt quotiés venisset,[e] vteretur, contineri cõstat. Sed si quasi apotheca librorum vtebatur, cõtra erit dicendum. 35. ¶ Neratius quoque libro quarto epistularũ Rufino respõdit: instructo fundo & supellectilem & vina & mancipia nõ solum ad cultum custodiámve villæ, sed etiam quæ vt ipsi patrifamiliàs in ministerio ibi essẽt, legato cedere.[f] 36. ¶ Imagines quoq; hæ solę[g] legatæ videntur, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. 37. ¶ Papinianus quoque prædiis instructis legatis, mancipia non contineri[h] quæ temporis causa illic fuerunt, ac non eo animo transtulit[i] paterfamilias, vt aut fundi, aut suum instrumẽtum faceret. 38. ¶ Idẽ respõdit, prædiis instructis legatis, actorẽ ex his in prouinciam missum, vt ordinatis negotiis ad pristinũ actum redires, legato prędiorum cedere, quamuis nondum redierit.[k] 39. ¶ Idem respondit, instructis hortis legatis, etiá vina[l] quæ ibi fuerunt quo dominus esset instructior, contineri. aliud esse si horrea ibi habuit, vnde instruebatur vel in vrbe, vel in aliis prædiis. 40. ¶ Idem respondit, domo per fideicommissum relicta cum supellectili Claudio Hieroniano clarissimo viro ab Vmbrio Primo, & mensas[m] & cæteram supellectilem[n] quam in hortis[o] * paterfamilias in proconsulatum profecturus contulerat, vt tutiore loco essent, contineri.

41. ¶ Idem respondit, theriacá quoque, & cętera medicamenta quæ secessus[p] causa dominus ibi habuit, & vestem propter secessum ibi depositá, instructo fũdo legato inesse. 42. ¶ Idẽ respondit, domo ita vt instructa est cum omni iure suo legata, vrbanam familiam, itẽ artifices quorum operæ cęteris quoq; prędiis exhibebantur,[q] legato nõ contineri. Hostiarij autem, inquit, vel topiarij, diætarij, aquarij domui[r] tantũ deseruientes, continebuntur. Sed quod de artificibus ait, falsum est, si eius domus causa parati sunt: licèt aliis quoque prædiis cõmodabantur.[s] 43. ¶ Idẽ respondit, domo instructa legata, mensas eboreas & libros non contineri.[t] sed & hoc falsum est. Nam omne quidquid in domo fuit quo instructior ibi esset paterfamilias, continebitur. Supellectilem autem patrisfamilię instrumentum esse[u] nemo dubitat. Deniq; Neratius libro quarto epistularum Marcello fratri suo respondit, & vestem domus instructæ legato contineri: maximè, inquit, in proposita specie. proponebatur enim qui legauerat,[x] argentum & rationes excepisse. nam qui hæc, inquit, excepit, non potest non videri[y] de cæteris rebus quæ in ea essent, sensisse. Sed & ipse Papinianus eodem libro responsorum ait, patrem mercatorem ac fœneratorem qui duos filios, totidémque filias heredes instituerat, ita legasset: *Filiis maribus domũ meã instructam do lego, daríque iubeo:* merces & pignora an cõtineantur, quæri posse. sed facilem iudici voluntatis cõiecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis.[z] * 44. ¶ Celsus scribit, seruis qui in fundo morarentur legatis, vicarios[a] eorũ non cõtineri: nisi appareat & de vicariis eum sensisse. 45. ¶ Papinianus quoque libro septimo responsorum, vxori cui vir omnia quæ in domo erant, ab herede filia præstari voluit: cautiones debitorum, emptionésque[b] seruorum nõ videri legatas respondit: nisi, inquit, ex alia parte & de seruis[c] eũ cogitasse apparuerit: scilicet vt eorum seruorum ei legasse videatur emptiones, quos & ipsos voluit ad eam pertinere.

c ¶ *Verum est.* sic. j. ea. *l. §. salinarium. in fin. §. & C. communia vtriusque iudi. l. possessionũ. & s. de leg. j. si domus. §. qui confitetur.* ¶ Sed arg. cõtra. s. *eo. l. fi. in fi.*

† Non seruantur hic canones grammaticorum, quia non sunt perpetui.

d ¶ *Bibliothecam.* vas librorũ: *vt s. de leg. iij. l. librorum. §. fi.* Accur.

e ¶ *Venisset.* paterfamiliàs in fundum. Acc.

f ¶ *Cedere.* sic. s. *eo. §. sed si fundus.*

g ¶ *Solæ.* q. d. non illæ quæ nec fundi nec patrisfamilias instrumenta essent. ¶ Item contra j. *e. l. si ita. §. domo.* Sol. ibi.

h ¶ *Non contineri.* sic. *s. de leg. iij. l. si fund⁹. & l. quæsitum. § fin. & l. si ita. cum suis conc.* aliàs est contineri, sine non: sed est falsa litera. Acc.

i ¶ *Transtulit.* in fundum. Accursius.

k ¶ *Redierit.* sic. *s. de hered. instit. l. ex facto. §. rerum. & s. proxi. §. cum concordan.*

l ¶ *Vina.* *C. de verb. sig. l. j. & ij.* ¶ Sed contra. *j. e. l. si ita. §. domo.* Sol. ibi.

m ¶ *Mensas.* incipit respondere.

n ¶ *Supellectilem.* in domo esse solitam.

o ¶ *In horrea.* aliàs est mortis, & sub. tempore. aliàs in hortis, cùm fortè esset extra vrbẽ: & quod subiicit, contulerat, scilicet in domum secundum primam: vel in hortis, secundum aliam.

* hortos. aliàs horrea.

p ¶ *Secessus.* vt ad tempus secederet à curis ciuitatis. Accur.

q ¶ *Exhibebantur.* secundariò: vt sic bene corrigatur. j. item dic quæ sit vrbana familia. *s. de leg. iij. l. cũ quæreretur. & l. seruis vrbanis.*

r ¶ *Domui.* q. d. non afferebant aquam in domum, sed illatam in domum ministrabant.

s ¶ *Commodabantur.* sic. *s. de leg. iij. l. item. §. proinde. & s. ea. l. §. si quis instrumẽtum. & j. eo. l. si ita. §. domo.* Acc.

t ¶ *Non contineri.* habeas non, & sic bene corrigit statim: aliàs deest non: & secũdum hoc quod subiicit falsum est. s. sine distinctione. nam distinguitur: *vt s. §. sed si fundus. & §. instrumento.* & sic tollitur contra. quod tunc signatur. *j. eod. l. si ita. §. domo.*

u ¶ *Instrumẽtum esse.* vt *& j. de supel. lega. l. j. & l. Labeo. in prin.*

x ¶ *Legauerat.* scilicet domum instructam.

y ¶ *Non potest non videri.* aliàs est, non potest non videri: & tũc dic, sensisse scilicet in legando, nam sine dubio cedunt. aliàs est, potest videri: scilicet sine non: & tunc dic, sensisse, scilicet excipiendo. ¶ Et sic not. q[a] qui in vno excipit, in cæteris videtur regulam firmare: *vt in Auth. de non alie. §. vbi autem. & infra eod. l. cum de lanionis. §. cum fundũ. & facit. j. de auro & ar. lega. l. j. & C. de procura. l. maritus. et s. de iudi. l. cum prætor. in princip. & de mino. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. & l. patri. in prin. & s. de leg. iij. l. vxorem. §. fælicissimo. & l. seruis vrbanis. & j. de manumiss. testa. l. si peculium. in prin.* Sed ar. contra. *s. de pet. here. l. item veniunt. § senatusconsul. & §. in priuatorum.*

a Excipiens in vno an & quando, in cæteris regulam firmare videatur.

z ¶ *Examinatis.* vt si sint paucæ, ista non cedant. *argu. s. de leg. j. l. si res.* In dubio tamen nõ cedunt, cùm temporis causa ibi sint: *vt s. §. Papinianus. & j. §. Papinianus quoque. & §. sed si fundus. & §. instrumento. & s. de leg. j. l. si chorus. cum eorum concor.*

* æstimatis.

a ¶ *Vicarios.* qui fortè extra fundum morabantur: alioquin cõtra videtur: *vt infra titu. j. l. si peculium. §. vicario.* vbi videtur legato seruo accedere peculiũ: sed tamen contra est: *vt infra titu. j. l. antepenult.* vbi autem quis tibi legat seruos suos: qui contineantur, dic *vt supra de le. iij. l. cum fua. cum tribus legibus seq.*

b ¶ *Emptionésque.* sed cauere debet de exhibendo: *vt. C. de fideicõ. l. instrumenta.*

c ¶ *Et de seruis.* scilicet: & instrumentis, vt subiicit. *& facit. s. de leg. iij. l. si mihi. in prin. & §. fin. & l. quæsitum. §. j. & s. eod. §. idem respondit domo instructa. in fi. & §. Papinianus.* Accur.

Si quis fundũ.] CASVS. Fundo instructo legato continentur in legato supellex & mancipia, & multa alia de quibus dictum est. s. e. l. §. sed si fundus non sit &c. modò pone quòd legaui tibi fundum instructũ non nominando aliqua expressè de prædictis quę tacitè cõtinentur in dicto legato, & postea adieci hęc verba, cum supellectilibus quæ in dicto fundo sunt. vel adieci, cum mancipiis quæ in dicto fundo sunt. vel nominaui aliquam aliam rem de prædictis quæ tacitè in legato continentur. nunquid videor minuisse legatum

tum fundi instructi. s. vt non alia contineantur in legato nisi fundus & supellectilia nominata à me specialiter? Et dicitur quòd non, & ex abundanti videor adiecisse specialiter illud quod tacitè cum multis aliis continebatur: sicut cùm dicitur in diuina scriptura, Dicite [a] discipulis eius & Petro &c. & de hoc etiam ponit aliud exemplum in matre & filia. Accur.

a Marc. 16.

Enumeratio specierum respiciens actum legandi non restringit genus præcedens. Item quando vni legatur genus, alteri species: à legato generis species videtur exempta. h. d. cum. §. seq. Barto.

46. ¶ Si quis fundum ita vt instructus est legauerit, & adiecerit, cum supellectili vel mancipiis, vel vna aliqua re, quæ nominatim expressa non erat: vtrum minuit legatum adiiciendo speciem, an verò non, quæritur. Et Papinianus respondit, nõ videri minutum, [a] sed potius ex abundanti adiectum. [b]

47. ¶ Idem Papinianus [c] libro septimo respõsorum ait: Instructis hortis filio legatis, mater argentum muliebre filiæ legauerat. Respondit, etiam id argentum muliebre quod in hortis habuit vt ibi esset instructior, ad filiam [d] pertinere.

Taberna nomen est loci, caupona nomen est negotiationis. Barto.

XIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

TAbernæ cauponæ [e*] instrumẽto legato, etiam institores cõtineri Neratius existimat. [f] Sed videndum [g] ne inter instrumentum tabernæ cauponiæ, & instrumentum cauponæ sit discrimen: vt tabernæ non nisi loci [h] instrumenta sint, vt dolia, vasa, ancones, calices, trullæ quæ circa cœnam * solent traiici: itẽ vrnæ æreæ, & congiaria, sexaria, & similia. Cauponæ autem, cum negotiationis nomen sit, etiam institores. [i]

1. ¶ Instrumento [k] balneario legato, etiam balneatorem contineri Neratius respondit.

XIIII. IDEM *libro secundo ad Vitellium.*

COntinetur autem & fornicator. [l*]

XV. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

SI ita testamento scriptum sit, *Quæ tabernarum exercendarũ, instruendarum, pistrini, cauponæ causa facta paratáque sunt, do lego:* his verbis Seruius respondit, & caballos [m] qui in pistrinis essent, & pistores, [n] & in cauponio institores & focariam, mercésque quæ in his tabernis essent, legatas videri.

1. ¶ Domo instructa, † responsum est supellectilem legatam, non etiam vina: [o] quia domus vinis instructa intelligi non potest. [p]

a ¶ *Non videri minutum.* Sed contra. [b] infra *de supel. lega. l. legata. ij. respon.* vbi minuitur. Solu. secundùm R. hic non minuitur personæ legatum: ibi agri minuitur. 2. Vel hic nominauit aliquam de speciebus quando plures species erant in instrumento, vt supellex & mancipia quę nominando non est recessum à priori voluntate. verum si nominasset aliquod indiuiduũ de illis quæ continebantur in instrumẽto, vel proprio nomine, vel aliqua demonstratione quæ vice nominis fungitur, vel adiiciendo verum numerum, vt duos vel tres: recessum videtur à priori voluntate cæterus vt de aliis mancipiis eiusdẽ speciei præter quæ nominauit (licèt ibi sunt plura) non teneatur R. & hoc etiã modo soluitur. ȷ. *eod. l. cum de lanionis. §. cui fundum.* 3. Vel plenius distingue: quia cũ legatur ab eodem genus & species, aut vni, aut diuersis. si vni, aut à sciente, aut ab errante. Primo casu aut remouẽdæ dubitationis causa, siue ad maiorem euidentiam, & tunc nõ minuit: vt hîc. Aut determinationis gratia, & in hoc casu ex abundanti genus nominatur: quoniam ei per speciem derogatur: *vt. ȷ. eo. cùm de lanionis. §. cui fundum, & §. quidam. & ȷ. de supel. leg. l. legata. in princ.* si vero ab errante: eo casu ex abundanti fit specierum nominatio: ideoque per eam nihil generi derogatur: *vt. ȷ. de supel. leg. l. legata. in prin. & ȷ. de aur & arg. lega. l. pediculis. §. Labeo. & infra de reg. iur. l. quæ dubitationis.* Si autem vni genus, alteri species legatur, tunc loquitur sequens. §. vt de genere semper intelligat speciem exceptam, nisi contrarium liqueat: & sic generi per speciem derogatur: *vt & s. de lega. ij. l. vxorem. §. fœlicissimo, & l. seruis vrbanis. §. fi. & ȷ. de regu. iur. l. in toto. & ȷ. de manumis. test. l. si peculium. in princ. & s. de leg. ij. l. heres meus. §. j. & l. quæsitum. §. j.* si autem vniuersitas & pars legatur vt Richardina, Paganella, pro ea parte quæ proprio nomine caret, videtur positum totum: *vt. ȷ. de reb. dub. l. j. Azo. item facit. ȷ. de alimen. le. l. verba, & l. alimenta. §. basilica, & l. Stichus.* Accur.

b Specierum enumeratione an & quatenus generis legatũ deminutum videtur.

b ¶ *Adiectum.* i. appositum: scilicet quandoque videri: vt patet ex prædictis. *sic & C. de testa. l. si testamentum.* Accur.

c ¶ *Idem Papinianus.* aliàs. §. idem Papinianus, & aliàs lex, instructis. aliàs nec lex, nec. §. vsque in finem, & dic quod prædium erat instructum seruis & aliis rebus quæ erant instrumenta hortorum vel matrisfamiliàs: inter quæ erat argenti muliebris quædam species, & ita filio videtur legasse illam speciem non expresśim, sed tacitè R.

c Præsumptio sumitur ex rei legatæ & legatorum qualitate & conuenientia.

d ¶ *Ad filiam.* sumpta præsumptione [c] in hoc tali dubio tam ex rei legatæ quàm ex legatariorum ipsorum qualitate vel cõuenientia. non ergo hic derogatur generi per speciem hoc præcipuè efficiendo, quoniam in legando hic species non sit expressa. ¶ Et sic non obstat huic. s. *de leg. ij. l. seruis. §. fina. & l. heres meus. §. j. & l. quæsitum. §. j.* & quod dixi in superiori. §.

TAbernæ.] CASVS. Legaui tibi instrumentum tabernæ meæ, vel tabernam instructam. certè continebuntur instrumenta ipsius loci, vt vasa doliaria, & similia. Si autem legaui tibi cauponam instructam: cõtinentur non solum prædicta, sed etiam institores quos præposueram dictæ cauponæ exercendę. hoc enim nomen caupona est nomen negotiationis, quod non est in nomine tabernæ. Sed & si legaui tibi balneum instructum: continetur balneator & fornacator. sed & si ita scripsi in testamento meo, quæ tabernarum exercendarum & instruendarum causa facta parata sunt, do lego Titio: & etiam lego eidem ea quæ causa exercendi & instruendi pistrini & cauponæ facta parata sunt & postea decessi. certè legati videntur caballi qui in pistrinis erant: & pistores & institores qui erant in caupona, & etiam focaria quæ erat in caupona, & etiam merces quæ erant in prædictis locis. Sed nunquid domo instructa legata continentur vina quæ ibi erant? Et dicitur quòd non: quia non potest domus intelligi instructa vinis. & hoc vsque *ad. l. si ita. §. mulier.* Viuian.

e Cauponę. Vide Ant. Augu. lib. 2. emen. c. 4. & vlt.

e ¶ *Taberna cauponia.* id est [a] vbi est vinum & similia parata ad vendendum, sed nõ venduntadhuc: vt differat à caupona in qua iam exercetur negotiatio vini, & vt differat à taberna in genere quæ est vbicunque negotiatio exercetur: *vt ȷ. eod. l. cùm quæritur.* Accursius.

* Rectè sic Fl. & manuscrip. perperam Alc. legebat ahenũ li. 7. parerg. c. 5.

* fornacator. Bud. s. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornicarius.

a Caupona taberna quid.

f ¶ *Neratius existimat.* & malè. Accursius.

g ¶ *Sed videndum.* corrigendo Neratium.

h ¶ *Loci.* id est quæ semper ibi stant. sed institores finito negotio recedunt. & secudũ hoc intelligi potest. ȷ. *de verb. sig. l. si instructum. §. j. secundum H.*

† Domus quãdoque appellatione continetur substantia & patrimoniũ: vt. l. 1. C. de Iudæ. & Manich. & l. 1. C. ne liet. potem. Alex. in l. lecta. s. si cert. petã.

i ¶ *Etiam institores.* s. contineri qui tãtum negotiationi cauponæ vel tabernæ operam præstant. ipsi enim potius inferri putãtur, quàm ipsi tabernæ inferant: *vt. ȷ. eod. cùm de lanionis. §. j. & de colono dicitur. s. eo. l. quæsitum. §. Alphenus. & ȷ. eo. §. fi. & ȷ. l. proxi. in princ.* Accur.

k ¶ *Instrumento contineri.* s. quandoque, vt si paterfamiliàs per se balneum exercebat: *vt & ȷ. eod. cùm de lanionis. §. j. & s. proxi. respon. & ȷ. eo. l. pistoris. §. fin.*

l COntinetur.] *Et fornicator.* qui [b] facit ignem ad calefactionem balnei. Sed certè ille dicitur fornacarius, [c] *vt. s. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. si fornacarius.* 2. Vel fortè fornicator, qui meretricem ducit vt Cacus, vel ipse est meretricator.

b Fornicator quid, hic perperam exponit Accursius.

c Vel fornacator.

m SI ita.] *Et caballos.* causa ducendi pistrinum.

n ¶ *Et pistores.* hos pistores & institores dicas contineri quãdo dominus exercet per se, & istis vtitur vt instrumentis. cæterum si ipsi exercent instrumentum eis paratum, non ipsi sunt instrumentum: vt de colono. s. *l. quæsitum. §. Alphenus. in fi. §. & s. eod. tit. cùm de lanionis. §. j. & s. eo. l. proxi. in prin. & §. j. & §. fi. & hic dicit.* R. secundos non primos contineri.

o ¶ *Non etiam vina.* Contra. *C. de ver. sig. l. j. & s. eo. l. quæsitum. §. sed si fundus, & §. Neratius, & §. idem respon.* instructis horreis quibus dicitur contineri vina. Sol. aliud in fundo, vt ibi: quàm in domo, vt hîc: & est ratio, quia ex fundo plerunque nascitur. 2. Vel ibi gratia vsus patrisfamiliàs: hic causa custodiæ. & secundum hoc non refert inter fundum & domum.

p ¶ *Intelligi non potest.* nisi secundum quod dixi quando est gratia vsus. Accursius.

¶ *Mulier.*] CASVS. In fundo meo Titiano erat quædam villa, id est paruula domus, in qua stabat Arethusa ancilla mea causa perpetuæ custodiæ. ego feci testamentum, & legaui dictum fundum Titio cùm instrumento, vel instructum. nunquid continebitur in legato dicta mulier? Et dicitur quòd sic, sicut continentur saltuarij quos habebam in eodem fundo, cùm enim sit

vtriusque par ratio, idem ius statuendum est. desiderant enim ita bene custodiam villæ sicut agri. illic enim, id est in agris desideratur custodia per saltuarios, ne quid vicini occupent de agro vel de fructibus in agro pendentibus. hîc autem, id est in villa desideratur custodia ne quid vicini occupent cæterarum rerũ quæ continentur in villa. dicta autem villa sine dubio est pars dicti fundi: & ideò dictus legatarius vindicabit eã propter dictum legatum. Viui.

Instrumento fundi cedit mulier quæ villã custodit, sicut & saltuarius. Bartolus.

2 ¶ Mulier villæ custos perpetua,[a] fundo qui cum instrumento legatus esset, aut instructo cõtinebitur, sicuti saltuarius.[b] par enim[c] ratio est. Nam desiderant tam villæ quàm agri custodiá: illic, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent: hic, ne quid cæterarum rerũ quæ in villa continentur. Villa autem sine vlla dubitatione pars fundi[d] habetur.

Villæ instrumento non continetur supellex. Bartolus.

XVI. ALFENVS *libro secundo Digestorũ à Paulo epitomatorum.*

Villæ[e] instrumento legato[f] supellectilem non contineri[g] verius est. 1 ¶ Vinea & instrumento eius legato, instrumentum vineæ nihil esse Seruius respondit. qui cum[h] consulebat. Cornelium respondisse aiebat: palos,[i] perticas, rastros, ligones instrumenti vineæ esse. quod verius est, 2 ¶ Quidam vxori fundum vti instructus[k] esset, in quo ipse habitabat, legauit. Consultus de mulieribus lanificis, an instrumento continerentur, respondit, non quidem esse instrumenti fundi:[l] sed quoniam ipse paterfamiliàs qui legasset, in eo fundo habitasset: dubitari non oportere, quin & ancillæ & cæteræ res quibus paterfamiliàs in eo fundo esset instructus, omnes legatæ viderentur.

a ¶ *Perpetua.* ad hoc *supra de pigno. l. debitor. cum concor.*

b ¶ *Saltuarius.* ad quod *est. s. eod. l. instrumenta. §. fi. & l. quæsitum. §. saltuarium. & de leg. iij. cùm quæreretur. §. fi. & j. eo. l. idem. §. fin.*

a Par vbi ratio est, ibi ius idem esse debet.

c ¶ *Par enim.* ergo[a] idem est ius: *vt & s. ad le. Aquil. l. illud.* Acc.

d ¶ *Pars fundi.* facit. *j. de verb. signifi. fundi. & s. quibus modis vsusfruc. amit. l. fundi.*

Villæ.] CASVS. Si lego tibi instrumentum domunculæ quam habeo in rure causa colligendi fructus, non continetur supellex. Secundò dicit, quod si lego tibi vineam, & eius instrumentum, continentur nomine instrumenti pali, & perticæ, & rastri, & ligones. Tertiò dicit, quod si lego tibi fundum sicut instructus est, in quo ego habitabam: continentur mulieres lanificæ quæ erant in fundo, quamuis non continerentur si ego in eo habitarem. Viuianus.

e ¶ *Villæ.* id est rustici ædificij: *vt. j. de verbo. sign. fundi appellatione. & s. l proxi. §. fin.*

f ¶ *Legato.* secus si villa instructa legetur: vbi distinguitur, legetur fundus instructus, vel cum instrumento: *vt. s. l. quæsitum. §. supellex. & §. sed si fundus.* ibi, proinde &c. Accursius.

g ¶ *Non contineri.* contra *j. eo. Seia. §. penul.* Solu. ibi.

h ¶ *Qui eum.* Seruium.

i ¶ *Palos.* sic *s. de vsufruct. item si. §. fi.*

b Fundi instructi & cum instrumento legati differentia.

k ¶ *Instructus.* ¶ Not. instructus. secus[b] si cum instrumento: *vt. s. eod. quæsitum. §. sed si fundus.*

l ¶ *Instrumenti fundi.* sed patrisfami. si modò vt ibi esset instructior habebat: aliàs si vt extra fundum locaret, non continetur legato: *vt s. eo. quæsitum. §. sed si fundus. & §. Papinianus. & j. eo. l. & si mancipia. in princ.* in casu tamen sunt etiam instrumenta fundi: vt si erant lanificæ ad vestiendum familiam rusticam: *vt. s. e. l. quæsitum. § saltuarium.*

Pictoris.] CASVS. Ista lex planè ponit quid contineatur legato instrumento pictoris serui, vel instrumento piscatario, vel instrumento balneatorio. Viuianus.

c Celius Rhodig. *lib. lect. antiq. 7. c. vlt.* sunt & sua inquit, pictoribus cauteria, in ea pingendi ratione quam vocant encausticen, Latinè inustariam dicimus. coloribus inustis & ceris igno resolutis. vnde factum vulgo vt librarium atramentum dicatur encaustum. hæc ille.

m ¶ *Cauteria.* [c] plumbea, cum quibus fiunt designationes antequam fiat pictura.

n ¶ *Et conchæ.* vascula in quibus stant colores, quæ dicuntur esse de auriculis piscium. Accursius.

o ¶ *Piscatores.* seruos, & hoc cùm ipse testator piscator erat, & seruos piscatores habebat in eo ministerio: *vt & j. l. proxi. § j. & dixi. s. eo. si ita. in prin.*

p ¶ *Balneatorem.* scilicet seruum: *vt. s. eo. l. tabern. in fin.* cùm ipse dominus præsit balneo. & no. *s. proxi. respon.*

d Saltuarij & topiarij differentia.

q ¶ *Saltuarium.* id est saltus custodem: sed[d] topiarius ornator saltus: *vt supra de legat. iij. cùm quæreretur. §. fina. & facit supra eodem. instrumenta. §. fina. & l. quæsitum. §. saltuarium. & l. si ita. §. fina.*

r ¶ *Institorem.* supra *eo. l. tabernæ. §. pen.*

s ¶ *Non possint.* facit. *s. de iurisdi. om. iudi. l. ij. cum suis concor.*

Pictoris vel balneatoris vel lanionis instrumento legato, omnia necessaria ad suum ministerium continentur. Bartolus.

XVII. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

Item * pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiáque horum legato cedunt: item peniculi, & cauteria,[m] & conchæ.[n] 1. ¶ Instrumento piscatorio contineri Aristo ait naucellas,* quæ piscium capiendorum causa comparatę sunt. Sed & piscatores[o] contineri, verius est.

* pictoris

* naucellas

2. Instrumento balneatorio legato, dictum est balneatorem[p] sic instrumento contineri balneario, quomodo instrumento fundi saltuarium,[q] & topiarios, & instrumento cauponio institorem:[r] cùm balneæ sine balneatoribus vsum suum pręberé non possint.[s]

XVIII. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

Cum de lanionis.] CASVS. Hæc lex primò ponit quid contineatur legato instrumento serui lanionis. Secundò dicit, quòd ad sciendum quid contineatur instrumento legato, est necesse quandoque inspici personas legantium. nam si lego tibi instrumẽtum pistorium, ita demum continentur legato serui pistores qui seruiebant mihi in pistrino, si ego pistrinum exercebam, & non aliàs. multum enim interest vtrum instrumentum sit paratum pistoribus, id est ipsis dominis per se molentibus: quo casu continebuntur in dicto legato serui pistores. an pistrinum sit paratum seruis molentibus sine dominis: quo casu non continentur ipsi serui. [ASINAM.] Titius habens in fundo suo molendinum quod asina ducebat, fecit testamentum, & legauit Seio dictum fundum cum instrumento fundi. nunquid continetur dicta asina, & mola molendini? Et dicitur quod non. bene tamen continentur cacabi & patinæ: quia pulmentarium siue comestio non potest coqui sine prædictis. Item continetur vas ahenum quod supra focum pendet, in quo calefit aqua ad potandum. & eadem ratione continentur vrcei quibus aqua infunditur in dictum vas ahenum, & etiam illa vasa continentur quibus aqua infunditur in dictos vrceos. & sic vsque ad infinitum. & hoc si voluit testator. si autem non apparet voluntas testatoris, debemus inspicere consuetudinem regionis vnde erat testator, scilicet quid erat in consuetudine ibi quid contineretur appellatione instrumenti fundi. Item continetur appellatione instrumenti fundi villicus seruus qui colebat fundum fide dominica: non autem si colebat certa quantitate pensionis. Item continetur meta, id est inferior pars molæ si molebatur rusticis fundi. Item bubulcus siue arabat fundum cum bobus, siue pascebat boues aratorios. quilibet enim prædictorum dicitur bubulcus. Item & putatores vineæ qui erant in fundo. Item pastores & fossores. [ITEM CVM FVNDVS.] Legaui Titio fundum Seianum ita vt optimus maximúsque est, cum omni instrumento rustico & vrbano, & mancipiis quæ ibi sunt. nunquid debentur ei semina quæ in fundo erant? Et dicitur quòd sic, nisi heres probet aliud me testatorem sensisse. Item debetur ei frumentum repositum in fundo pro pascendis mancipiis quæ erant in fundo. sequens. §. dicit quid continetur instrumento serui medici cum instrumento legati. [CVI FVNDVM.] Titius habens fundum in quo erant decem serui qui operabantur ibi, & ita erant fundi instructi dicti serui: legauit Seio dictum fundum instructum: & postea eidem Seio legauit specialiter quinque de dictis mancipiis. nunquid alij serui qui non sunt nominati, continentur amodo sub appellatione instrumenti fundi? Et dicitur quòd non: quia ex eo quòd testator nominauit specialiter postea quinque ex seruis, vt dictum est, apparet eum non intellexisse dictos decem seruos esse annumeratos instrumento fundi, id est contineri instrumento fundi. [SABINVS AIT.] Legaui tibi fundum, & ea quæ in eo sunt. certè habebis fundum, & ea quæ solita sunt esse in eo fundo: non autem ea quæ tu curasti poni in eo fundo, vnde legatum tuum cumularetur. [QVIDAM.] Titius legauit Seio hoc modo: Villam meam vti ego ipse possedi, lego Seio cum supellectili & mensis & mancipiis quæ ibi deputabantur, vrbanis & rusticis, & cum vinis quæ in diem mortis meæ ibi erunt, & cum decem aureis. & postea decessit dictus testator, & tempore

mortis suæ inuenta fuerunt in fundo non solùm prædicta nominata, sed etiam libri plures, & vitrea vasa, & vesticula ipsius. nunquid debentur legatario dicti libri & vitreamina & vesticula? Et dicitur quòd non, imò sola ea quæ expressit in legato. [DOMVM.] Legauit Titius mihi domum instructam cum omnibus affixis. certè non continentur nomina debitorũ quæ erant in domo. Viuianus.

regu.iur.l.semper in stipulationibus.& j. de stu. & ne quid in flu. pu.l.ij.§.j Accursius.
z ¶Cùm de villico.ad hoc.s.eo.l.instrumenta.in prin.
a ¶Quantitate.vt extraneus colonus.
b ¶Sed fide dominica.i.a domino debita.& facit.s.eo.quæsitum.§. Alphenus. in fin. & j. eo.l.Seia.§.j Hug.

CVm de lanionis[a] instrumẽto quęritur: semota carne[b], mensas,[c] pondera,[d] ferramentáque laniandæ [e] carnis causa præparata, item trutinas, [f] cultros, dolabras[g] instrumento relinquimus. 1. ¶ Instrumento legato, aliquando etiam personas legantium necesse est inspici: vt ecce pistorio instrumento legato ita ipsi pistores[h] inesse videri possunt, si paterfamiliàs pistrinum exercuit.[i] nam plurimum interest, instrumentũ[k] pistoribus,[l] an pistrino paratum[m] sit. 2. ¶ Asinam[n] molendariam,* & molam negat[o] Neratius instrumento fundi contineri. 3. ¶ Item cacabos[p] & patinas[q] in instrumento fundi esse dicimus: quia sine his pulmentarium [r] coqui non potest. Nec multum refert inter cacabos & aenum[s] quod supra focum pendet. hic[t] aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur. Quod si aenum instrumento continetur,[u] vt cei quoque quibus aqua in aenum infunditur, in idem genus rediguntur: ac deinceps in infinitum primis quibusque proxima copulata[x] procedunt. Optimum ergo esse Pedius ait, non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumptione[y] sunt qui in quaque regione cõmorantur. 4. ¶ Cùm de villico[z] quæreretur, & an instrumento inesset, & dubitaretur: Scæuola consultus respondit, si non pensionis certa quantitate,[a] sed fide dominica[b] coleretur, deberi. 5. ¶ Idem consultus de meta molendaria* respondit, si rusticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. Est autem meta inferior[c] pars molæ, catillus superior. 6. ¶ De bubulco quoq; ita respõdit, siue de eo qui bubus* ibi araret, siue de eo qui boues eius fundi aratores pasceret, quæreretur, deberi.[d] 7. ¶ Deputatorib.[e] quoq; ita respondit, si eius fundi causa haberentur, inesse.[f] 8. ¶ Pastores[g] quoque & fossores[h] ad legatariũ pertinere. 9. ¶ Item cùm fundus ita legatus esset, *Mævio fundum Seianum ita vt optimus maximúsque est, cum omni instrumento rustico & vrbano, & mancipiis quæ ibi sunt:* & quæreretur, an semina[i] deberentur, respondit, verius esse deberi, nisi aliud testatorem sensisse heres probaret. Idem respondit de frumẽto reposito ad mancipiorum exhibitionem. 10. ¶ In instrumento medici esse collyria,[k] & emplastra, & cætera eius generis Cassius scribit.

Enumeratio quorundam indiuiduorum à legato generis eximit speciem sub qua indiuidua enumerata comprehenduntur. Bartolus.

11. ¶ Cui fundum instructũ legauerat, nominatim mancipia[l] legauit. Quæsitum est, an reliqua mancipia quæ non nominasset, instrumento cederent. Cassius ait, responsum esse, tametsi mancipia instructi fundi sint, tamen videri eos solos[m] legatos esse, qui nominati essent: quòd[n] appareret non intellexisse[o] patremfamiliàs instrumento quoque seruos[p] adnumeratos esse.

In dubio ea videntur esse in fundo quæ maiori parte anni ibi sunt. Bartolus.

12. ¶ Sabinus: Cui fundus, quęque ibi sint, legata sunt: ei fundus & omnia quę in eo solita sunt esse, quæq; ibi maiore parte anni morari, & hi qui in eum manendi[q] causa recipere se consueuerunt, legati videntur. At si qua consultò[r] in fundo congesta cõtractáve sunt, quo legatum cumularetur: ea non videntur[s] legata esse.

a ¶ Cum de lanionis.i. macellarij siue bocarij:[a] à[b] laniando sic dicti, quia dilaniãt, i. per frustra incidunt carnes & vendũt. 2. Vel id est quia lanam separant & diuidũt à coriis bestiarum, & exuunt siue excoriãt bestias: & sic dicitur lanio à laneio: vt arg.s.de vsu & habi.l. plenum.§ si.H.
b ¶ Semota carne. hæc enim non cedit legato.
c ¶ Mensas.super quibus venditur caro vel etiam lana.
d ¶ Pondera. quibus ponderantur carnes cum venduntur.
e ¶ Laniandæ.i. occidendæ, vel diuidendæ, vel separandæ à coriis & lana. Accur.
f ¶ Trutinas.i. stateras siue balanceas.[c]
g ¶ Dolabras.i. bipẽnes cum quæ dolantur ligna. 2. Vel quod habẽt duo[d] labra, secundum Hugo. Accur.
h ¶ Pistores.s. serui.
i ¶ Exercuit.per se.
k ¶ Instrumentum. id est serui de quibus quæritur.
l ¶ Pistoribus. id est dominis per se exercentibus.
m ¶ Pistrinum paratũ. scilicet seruis, quasi ipsi præcipiant in pistrino: vt primo casu cedant legato: secundo non: & sic instrumento agri: vt.s.e.l.quæsitum. §. Alphenus. & dicitur hic pistrinum id[e] est furnus. aliàs pro molendino ponitur, secũdũ Hugo.
n ¶ Asinam. redit ad instrumenta fundi. dic ergo asinam quæ ducit molam.
o ¶ Negat. nisi sit rustico operi deputata: vt infra ead.l.§. idem consultus.
p ¶ Cacabos.i. lebetes. Accursius.
q ¶ Patinas.i. patellas.
r ¶ Pulmentariũ.[f] suauis cibus, secundum Hug.
s ¶ Et aẽnum.i. caldarium vel patolum[f] à materia sic dictum.
t ¶ Hic.i. in aẽno.
u ¶ Continetur. quod apparet ex præmissis, cũm non differat à cacabo, & hoc secundario: directo autem instrumento coquinario continetur: vt.j. de auro & arg.leg.l. & si non sint.§ si cui.
x ¶ Copulata.j.eo fundi.§.fin. & ad idem.s. de iurisd.om.iudi.l.ij. cum concor.
y ¶ Præsumptione.i. cõsuetudine[g] ex qua volũtas testatoris præsumitur. sic s.de ædil.edic.sciendum.§.aliud. & de lega. j. le. si seruus plurium. §. fi. a. & de lega.iij.l.nummis. & le.non aliter.§.j & de

c ¶ Inferior. i[b] pauimentum molẽdini. 2. Vel fortè inferior mola siue machina. sed catillus superior, quia paulatim de eo cadit frumentum in molam.
d ¶ Deberi. legatario: vt fundi instrumentum.
e ¶ Deputatoribus. vitium vel arborum ad quod s. ad.l. Aquil. si putator.
f ¶ Inesse. instrumento fundi.
g ¶ Pastores. ouium: vt.s.eo.instrumenta. in fin.
h ¶ Et fossores. qui faciũt fossata vt aqua nõ stet in fundo. ¶ Et not. qđ ab illo.§. bubulco vsq; huc dicit de instrumẽtis caus. quærẽdorũ fructuũ vt.s.eo.l.instrumenta.in prin.
i ¶ Semina. facit. s. de vsufruc.l. item si. §. seminarios.
k ¶ Collyria. expone vt Insti. de rerum diui. §. cum ex aliena. Accur.
l ¶ Mancipia. scil. rustica.
m ¶ Eos solos. Sic ergo genus[r] præcedens restringitur per species expressas. Sed contra. j. de supellec. legata. l. legata.j.respon. Sol. hic sciebat defunctus quid continebatur appellatione instrumenti, ibi nõ. 2. Vel hic propria nomina expressit, vt Stichum Pamphilum & Erotem: ibi speciem generis, vt mancipia. Sed huic solutioni ob. infra de ali.& cibi. le. l.verba. 3. Vel hic certum numerum expressit, vt & ibi in.ij. & iij. respon. eiusdem legis cõtrariæ dicitur. 4. Vel hic non intellexit seruos contineri in primis verbis scilicet instrumẽto, ibi sic. 5. Vel dic plenè vt not. s. eod. quæsitum. §. pe. & fi. & facit. s. de leg. iij. quæsitum §.j. & l. heres §. j. & j. e. quidam. & j. de ali.leg.l Stichus.
n ¶ Quòd.i. quia.
o ¶ Intellexisse. cùm dixit fundum instructum &c. Accur.
p ¶ Seruos. sc. nominatos vel alios.
q ¶ Manendi. perpetuò.
r ¶ Consulto. legatarij dolo & machinatione: vt supr. de leg. ij. cum ita legatur.
s ¶ Non videtur. nisi testatorem id voluisse euidẽter appareat vt. s. de leg.iij. Iulianus.§ si. & facit. j. de pe. lega.l. nam quod. §. j. & j. de auro & argen. leg. si vxori. §. j. & s. de leg. ij si fundus. & l. quæsitum. §. ij. & fi. & l. pe. in prin. & §. j. & l. si ita. & l. si chorus. §. j. & s. de vsufru. leg. l. generali. §. j. & de leg. j. l. Gaius.

a Bocharij. b Lanius ea vnde dicti.
c Balanceæ.
* molendinariam. Carnes ponderandæ sunt.
d Dolabræ à duobus labris etymon.
e Pistrinum pro furno vel molendino.
* molẽdinaria.
f Patolum.
g Ex consuetudine regionis voluntas testatoris colligitur, vt hic: adde Ramicam lib. 4. de interpret. vltim. volun. tit. 4. eadem ex cõsuetudine & vsu loquendi, vendendi & intelligendi ipsius testatoris, de quo v. Gloss. in l. dominus Sticho. 25. §. qui testamento. in verb. consuetudine. j. de peculio legat.
a Fide dominica colit fundum, qui iterum se statuens pensionem nõ infert, sed sui coloni de gradu fidem habet dominus.
* bubus
b Meta & Catilli molæ differentia.
r Genus præcedens anteà quãdo restringatur per species expressas.

e ¶*Villam*.i.domum.

* Specialia genus restringũt.

b ¶*Supellectile*.hoc est generale nomen:sequentia specialia[a] sunt quæ restringunt genus:vt.j.subiicit.

b Species derogat generi.

c ¶*Cederent*. non autem cætera:*vt.s.ea.l.§.cui fundus.& quod no.s.eo.l.quæsitũ.§.pen.* ¶Item ad hoc quòd species[b] derogat generi:*vt.s.de lega.iij.l.vxorem.§.felicissimo.&.l.heres.§.j.&.l.eã tamẽ.&.j.de supel.leg.l.legaua.ij.& iij.respon.&.j.de ali.lega.l.alimenta.§.basilicæ.&.l.Stichus.in prin.*

d ¶*Non posse*.sic.s.de *lega.ij.Gaius.in princ.&.s.de lega.iij.vxorem.§.legauerat.&.l.si mihi.in prin.§.j.& infra eod.l.cum fundus*.Accursius.

S*I mancipia*.]CASVS. Titius legauit Seiæ fundum cum instrumento & mancipiis quæ ibi sunt. & postea in eum fundum transtulit idem Titius quosdam seruos vt ibi perpetuo morarentur. & postea decessit idem Titius.nunc quæritur, nunquid dicti serui cedant dicto legato? Et videbatur quibusdam quod non, quasi in hoc casu non possint contineri appellatione mancipiorum propter verba in legato posita: illa scilicet, & mancipiis quæ ibi sunt &c.quibus demonstrauerat testator illos tantùm seruos contineri qui erant in fundo tempore mortis. Item & videbatur eisdem quod nõ, quasi in hoc casu non possint contineri dicti serui appellatione instrumenti:quia qui instrumentum legat,& mancipia nominat, videtur nolle intelligere in instrumento seruos. sed eis malè videtur: quia bene continebuntur in legato dicti serui, non ob. alleg. illorum. [PAVLVS RESPON.] Legauit Titio villam .i. paruulam domum cum instrumento. certè non continetur legato equitium quod erat in dicta domuncula:nec etiam fructus ibidem repositi: nec seruus peritus in arte fabrica qui annuam mercedem præstabat domino:sed supellex bene continetur.Viu.

Si enumeratio specierum venit ad determinationem verbi per quod genus significatur, videtur facta causa determinationis. Bartolus.

13. ¶Quidam cum ita legasset, *Villam[a] meam ita vt ipse possedi, cum supellectile,[b] mensis, mancipiis quæ ibi deputabuntur,vrbanis & rusticis, vinis quæ in diem mortis meæ ibi erunt,& decem aureis* : & quæreretur, cùm in diem mortis ibi libros,& vitreamina, & vesticulam habuerit, an eadem omnia legato cederent,[c] quoniam quædam enumerasset. Scæuola respondit, specialiter expressa quæ legato cederent. 14. ¶Domum instructam legauit cum omnibus adfixis. quæritur de instrumentis debitorum, an ea legatarius habere potest. Respondit, secundum ea quæ proponerentur,non posse.[d]

Legatum instrumenti est vniuersale, ideò recipit augmentum vsque ad mortem testatoris.Item enumeratio specierum in dubio fit causa augendi legatum. Bartolus

XIX. PAVLVS *libro tertiodecimo Responsorum.*

e ¶*Si mancipia*.testator legauit fundum cum instrumento,& cũ mancipiis quæ ibi erant. deinde in eodem fundo induxit postea mancipia vt perpetuò ibi essent.quæritur,an cedãt legato? Et videtur quòd non:nam ex vocabulo,[c] mancipiis.non:quia dixit,quę ibi erant:at hi non erant tunc. Item ex verbo, cum instrumento, non:quia eo verbo non continentur serui,cùm postea de his dicit *vt.s.eo.l.proxi.§.cui fundum.* sed tamen dicit ea contineri ex primo ver.s.cum instrumento.nam adiectio, cum mancipiis, causa ampliandi non minuendi legatum fuit facta, vnde non debet retorqueri in læsionem legatariæ.sicut ergo ex primis verbis,s.cum instrumento,continentur postea inducta mancipia si nihil esset adiectum:*vt.j.eo.l.penul*.ita & nunc.nec ob prædictus.§.cui fundum.quia ibi propriis nominibus expressit:hic in genere adiecit, cum mancipiis Accur.

c Vltra hoc quæro: quid in partu eorũ? an contineatur in legato mancipiorum? dic qđ non *per tex.in.l.vxorem.§.soro-ri.s.de lega.j.*

d Specierum enumeratio in dubio fit,augẽdi legati causa.

f ¶*Fuerint*.s.tunc cum testator moritur: vt.s.sic[d] liqueat hac voluntate ibi dimisisse.Accur.

g ¶*Cæterum instrumẽto*.& si nihil esset adiectũ: *vt.j.l.pen.*Accur.

h ¶*Inducta*.vt ibi sint perpetuò:*vt.s.de actio.empt.l.fundi.§.Labeo*.& sic apparet testatorem hoc voluisse & sic non est contra.s. *de leg.iij.l.Iulianus.§.fi.* ¶ Et facit quòd huiusmodi[e] generalia legata possint augeri.*s.de vsuris.l.equis.§.j.& de leg.ij.peculium.in princi.& de lega.j.l.si ex toto.in prin.&.l.grege.in prin.&.§.j.&.l.quod in rerum.§ si quis.& Insti.de legatis.§.si grex.&.j.de ali.leg.filios.§.fin.*

e Generalia legata augeri possunt.

i ¶*Cedere*. Contra.s.*eod.l.villæ.in prin.*Solu.hic quidam habent literam supellectili:scilicet legata.& dicunt cedere.s. prædicta omnia,sed seruos non:vt subiicit:quia[f] animalia in supellectili non sunt:*vt.j.de supel.lega.l.ij.*& sic non habent.§.seruum verò &c. sed non placet:quia non dicit infra appellatione supellectilis non contineri seruum, sed seruum non cõtineri instrumento. Alij habent supellectilem,& tunc est cõtra.l.villę.vnde dicunt cãcellandum hunc versum.Sed tu dic si legatur instrumentum villæ hoc modo, villam[a] cum instrumento: tunc non cedit:vt in contrario. si autem villam instructam,tunc sic:*vt.s.eo.l.quæsitum.§.sed si fundus.* Et quod de seruo subiicit, ideò est, quia nec fundi nec patrisfamiliás est instrumentum:*vt supra.l.quæsitũ.§.Papinianus quoque.&.§.Alphenus.&.infra.l.proxi.§.j.*

f Animalia an in supellectili sint.

a Villę cum instrumento, & instructæ legatæ differentia.

k ¶*Præstabat*. scilicet domino, & laborabat cui volebat. non autẽ dicas quòd dominus locet ei operas: *vt supra de vsuf.& ha.l.sed & ipsi.& supra de vsufru.leg.l.si seruum.contra*.Solu.vt in prin. Accursius.

SI mancipia[e] quæ post testamentum factum in fundum Seiæ relictum à testatore inducta fundi colendi gratia in eodem fundo fuerint:[f] ea quoque instrumento fundi contineri respondi. quamuis enim ea mancipia testator demonstrasset quę tũc ibi essent cùm legaret: tamẽ non minuendi legati,sed augendi causa mancipiorum quoque fecit mentionem. Cæterum instrumento[g] fundi mãcipia quoque colendi agri causa inducta[h] contineri non ambigitur.

1. ¶ Paulus respondit, villæ instrumento neque fructus repositos,neque equitium contineri, supellectilem* autem legato cedere:[i] seruum verò arte fabrica peritum, qui annuã mercedem præstabat,[k] instrumento villæ non contineri.

* Flo. supellectile.

Per enumerationem specierum factam in codicillis restringitur legatum generis factum in testamento. Bartolus.

XX. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

SEiæ ex parte heredi institutæ, si heres erit, fundos per

S*Eiæ ex parte.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes Seiam & Gaium, & eidem Seiæ legauit fundos instructos cum suis villicis & reliquis colonorum sub conditione, si heres erit: & postea fecit codicillos,in quibus ita scripsit, mihi venit in mentem & volo Seiam habere fundos quos eidem Seiæ reliqui, ita vt sunt instructi rustico instrumẽto & supellectili, & pecore, & villicis cum reliquis colonorum & & apotheca. & postea decessit. modò quęritur, an præter prædicta in codicillis nominata contineantur legato etiam ea quæ fuerunt in fundo causa cotidiani vsus patrisfamiliás id est prædicti Titij testatoris.Et respon.quòd non. [LIBERTO SVO.] Titius legauit liberto suo his verbis, Seio liberto meo fundum Titianum & Seianum do lego ita vt instructi sunt cum dotibus & reliquis colonorum,& saltuariis cum contubernalibus & filiis & filiabus suis.& postea decessit. modò quæritur,an Stichus seruus qui prædium vnum ex his coluit, & reliquatus est amplam summam,debeatur Seio ex causa fideicõmissi? Et respon. quòd non si coluit mercede. si autem fide dominica colebat, bene debetur. [GAIO SEIO.] Ita dixi in testamento meo:Gaio Seio alumno meo fundos meos Titianum & Seianum dari volo ita vt instructi sunt,& domum superiorem.& decessi.petit legatarius ab herede non solùm fundos instructos, sed etiam domum instructã: heres non vult ei dari instrumẽta domus:quia ego testator non feci mẽtionem instrumenti legando domum. quæritur, quid iuris sit? Et respon.quòd petitio legatarij admittenda est,nisi heres manifestè doceret aliud me testatorem sensisse.in instrumẽto autem domus non cõtinebuntur serui parati operæ aliive rei. [PRÆDIA.] Titius legauit Seio prædia vt instructa sunt cum dotibus eorundem prædiorum,& cum reliquis villicorum & colonorum,& cũ mancipiis & omni pecore,& cum peculiis,& cum actore.i. seruo castaldo qui morabatur in ciuitate. erãt autem tempore testamenti dicti Titij.quidã coloni qui de colonia discesserãt: qui quidẽ reliquati erãt. facto autem testamẽto dictus testator iuit in prouinciã, cum ipse esset de Italia, & postea quædã sua mãcipia transiuerunt in fundos legatos ad parentes & notos sibi homines sua spõte,& nõ auctoritate alicuius:& postea decessit dictus testator:& postea quædã alia eius mãcipia transiuerũt similiter ad dictos fundos. modò quęritur hic de trib.an reliqua dictorũ colonorum qui tẽpore testamẽti discesserunt de colonia,cedãt legato prædicto?Itẽ an cedãt eidẽ legato vxor & filia dicti actoris qui in ciuitate morabatur? Itẽ an cedant legato dicto mancipia quæ post profectionem testatoris in prouinciam, aut post mortem eiusdem testatoris transierunt in dicta prædia?Et in omnibus respon. quòd non.

Paphilæ libertæ.Hunc.§.habes supra de leg.iij.le.quæsitum.in princ.& ponas hic casum sicut ibi posui. [TYRANNÆ.]

Ita

Ita dixit Titius in testamento suo: Tyrannę sorori meæ fundū meū Græcianum cum stabulo & cum omni instrumento rustico relinquo. & postea decessit. modò quæritur, an cedant legato pascua siue prata quæ peruenerunt ad eum simul cum fundo, & quæ habuerat semper in vsibus fundi, & quæ ita cōiunxerat fundo vt haberētur sub vna appellatione fundi? Et respō. quòd sic. [INSTRVCTIS.] Titia habens grabatum in domo sua Seiana, qui grabatus siue lectus erat tect° auro & argento: ipsa extraxit grabatum de domo, & posuit in horreo quodā vt haberetur in loco tutiore. postea fecit testamentum eadē Titia, & legauit Gaio dictā domum Seianam & aliàm suam domum Titianā instructas, & decessit. modò quæritur, an contineatur legato dictus grabatus? Et dicit ꝙ sic. [QVOD ADIECIT.] Ita dixit Titius testator in testamento suo: lego fundū Titianum & Seianum Gaio vti dicta prædia possedi, & decessit. certè videtur legasse dicta prædia instructa, id est, cum mancipiis, & pecoribus, & instrumento rustico. non autem videtur per illa verba legasse tantummodò ius quod habebat testator in dictis prædiis. Viuianus.

a ¶ *Instructos*. per[a] hoc verbum, instructos, continebuntur instrumenta patrisfamili-s: *vt. s. eod. l. quæsitum. §. sed si fundus*. nisi esset restrictum per sequentes codicillos.

b ¶ *Postea*. determinat verbum præcedens, scripsit, vel verbum sequens, venit.

c ¶ *Seiæ*. cōstrue: Fundos quos reliqui Seiæ, volo habere. s. eam, ita vt sunt, &c. & sic restringuntur verba testamenti.

d ¶ *Cotidiani*. vt frumentū, vinū, & alia instrumenta patrisfamiliàs: & hoc videbatur ex verbis testamenti.

e ¶ *Insuper*. i. vltra institutionem. Accur.

f ¶ *Manifestè*. sic ergo præcedētia[b] per sequētia restringuntur. *sic. s. eo. cum de lanionis. §. cui fundum. & j. de supel. le. l. legata. ij. & iij. respō*. Sed in primo est contra. j. *de ali. leg. l. verba*. Sed omnia dic vt not. s. *eo. l. quæsitū. §. pen.* quæ est similiter cōtra. *& facit. j. de ali. leg. l. cum certum. & j. de li. leg. l.* Aurelius.

g ¶ *Instructi sunt*. ergo cum instrumento. *& facit. s. eod. l. quæsitum. §. sed si fundus*.

a Instructi verbo continetur instrumenta patrisfamilias.

b Præcedentia per sequentia restringuntur.

præceptionem dederat instructos[a] cum suis villicis, & reliquis colonorum: & codicillis ita scripsit: *Postea[b] mihi venit in mentem, Seiæ[c] fundos quos reliqui, ita vt sunt instructi rustico instrumento, supellectile, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum & apotheca habere volo.* Quæsitū est, an etiam ea quæ patrisfamiliàs vsus cottidiani[d] causa in fundis fuerunt, legato continerētur. Respondit, testamēto quidē, vt proponeretur, Seiæ insuper[e] fundū legatū: verum non amplius deberi, quàm in codicillis, quos sanè post obliuionē testamētariæ scripturæ fecisset, instructi appellatione cōtineri velle se manifestè[f] ostendisset.

Legato fundi instructi non cedit seruus qui colit data mercede. Bar.

1. ¶ Liberto suo quidam prædia legauit his verbis: *Seio liberto meo fundos illum & illum do lego ita vt instructi sunt,[g] cum dotibus & reliquis colonorum & saltuariis, cum contubernalibus suis & filiis & filiabus.* quæsitum est, an Stichus seruus qui prædium vnum ex his coluit, & reliquatus est amplam summam, ex causa fideicommissi Seio debeatur. Respondit, si nō fide dominica,[h] sed mercede, vt extranei coloni solent, fundum coluisset, non deberi.

Virtus copulatiuæ qualitatem præcedentis legati repetit in sequenti. Bartolus.

2. ¶ *Gaio Seio alumno meo fundos meos illū & illū ita vt instructi sunt, & domum[i] superiorem dari volo.* Quæsitum est, an etiam domū instructam dari voluerit. Respōdit, secundū ea quæ proponerētur, ita videri[k] dedisse, nisi is à quo peteretur, aliud testatorem sensisse manifestè doceret. at si habitationis, id est, ædificij instrumētū[l] legasset, nō cedere seruos operæ aliúve rei paratos.[m]

Debita in nouationem deducta legato instrumenti non cedunt. Bart.

3. ¶ Prædia vt instructa sunt cū dotibus,[n] & reliquis colonorum & villicorum, & mācipiis, & pecore omni legauit, & peculiis, & cum actore. quæsitū est, an reliqua colonorum qui finita cōductione interposita cautiōe de colonia discesserát, ex verbis suprascriptis legato cedant. Respōdit, nō videri de his reliquis esse cogitatū. 4. ¶ Itē quæsiit in actore legato, an vxor & filia legato cedát: cū actor nō in prædiis, sed in ciuitate morat° sit. Respōdit, nihil ꝓponi cur cedát. 5. ¶ Idē quęsit, cū testator facto testamēto ī ꝓuinciá sit ꝓfectus: an ea mácipia quę post profectionē eius aut morté sine cuiusquá auctoritate[p] sponte sua ad parentes & notos sibi homines in fundos legatos tráfière, legato cedát. Respōdit, non legatos eos qui fortè veluti commeantes transissent.

Nō videtur absens à fundo qui alibi causa disciplinæ est missus. Bartolus.

6. ¶ *Pāphilæ libertæ meæ dari volo fundū Titianū cū instrumento, & his quæ in eodē erūt cū moriar.* Quæsitū est, si Stichus seruus ex eo fundo antè annum mortis testatoris abduct°, & in disciplinā traditus, postea in eū fundū nō reuersus[q] sit, á debeatur. Respōdit, si studēdi causa misisset, nō quo à fundo eū aliorsum transferret, deberi.

Pascua deputata ad vsum fundi, & cum eo vno nomine nuncupata, legato fundi cedunt. Barto.

7. ¶ *Tyrānæ sorori meæ fundū meū Græcianū cum stabulo & instrumento rustico omni relinquo.* Quæritur, an fundi appellatiōe etiá pascua quæ ad eū[r] simul cū fundo peruenerint, & quæ semper in vsib° huius possessionis habuerat legato cederent. Respondit, si prata fundo Græciano ita cōiunxisset, vti sub vna fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi.

Quod alibi causa custodiæ est repositum, instrumento domus cedit. Bar.

8. ¶ Instructis domib. legatis, grabat°[s] * argēto inaurato tectus mortis Titiæ tēpore in domibus nō est repert°, sed in horreis tātisper conditus. quæro an is quoq; prestád° sit. Respōdit, si in domo esse soleret,[t] & quo tutiore loco haberetur, interi in horreo allat° esset: nihilominus præstandum.

9. ¶ Quod adiecit testator, *Vti possedi*,[u] an hoc significet, sicut istructa in diē mortis habuit. i. cū mácipiis pecorib. instrumēto rustico? Resp. nō de iure[x] quæritur

h ¶ *Fide dominica*. hóc expone:[a] *vt. s. eo. l. cùm de lanionis. §. cùm de villico. & facit. s. eo. quæsitum. §. Alphenus*. Accur.

i ¶ *Et domum* copula &, [b] plenariam inducit repetitionem. *ad quod. j. de condit. & demon. l. ania. & j. subiicit*.

k ¶ *Ita videri*. i. etiam personæ instrumentum: quia dixit, instructos. alij dixerunt de instrumento fundi tātùm vel domus: quod non placet.

l ¶ *Instrumētum*. i. domū & instrumentū, vel cum instrumento. *& facit. s. eod. l. quæsitū. §. sed si fundus*. Accur.

m ¶ *Paratos*. qui. s. non sunt instrumēta dom°, sed vel psonę, vel neutrius. *& facit. s. eod. l. si ita. §. domo*. Accur.

n ¶ *Cum dotib*. expone[c] *vt. s. eod. l. ij. §. ij. & facit. s. de lega. iij. prædiis. in prin. & j. de au. & argen. leg. l. qui vxori. §. j.* H.

o ¶ *Cedant*. Sed nonne est cōtra. s. *eo. l. quæsitum. §. saltuarium. in fin. §. & §. sed si fundus in fine*. §. Sed certè ibi actor in fundo morabatur, & erat instrumentum fundi: hic nō. *& facit. j. eo. l. prædia. §. j. in fin*. Accur.

p ¶ *Auctoritate*. aliud si voluntate testatoris: *vt supra. eo. mancipia. & j. de ali. l. filio & supra de leg. iij. Iulianus. in fin.*

q ¶ *Reuersus*. Idē habes. s. *de le. iij. l. quæsitū. in prin. & facu. j. e. l. in fi. & l. si ita. & s. eod. l. quæsitū. §. idem respondit prædiis. & j. eod. l. prædia. §. j. & j. de auro & arg. leg. l. qui vxori. §. j. & s. de lega. ij. l. Gaius*. Accursius.

r ¶ *Quæ ad eum*. testatorem. *& facit. s. de leg. iij. l. prædiis §. iiij. & §. pen. & fi. & facit j. eo. l. prædia. §. j. & s. de lega. ij. l. Gaius. §. fi. & s. si ser vindi. l. pen. §. j. arg. contra. s. de seru. rust. prædio. si per te. & s. eo. l. ij. §. fi. & j. de reb. dub. l. j.*

s ¶ *Grabatus*. i. lectus. vnde in euāgelio: Tolle[e] grabatum tuum, & ambula.

t ¶ *Soleret*. pro instrumēto psonæ aut rei. R. vt ꝓbatur. s. *eo. l. quæsitum. §. sed si fundus. & ad hoc. j. de auro & ar. lega. l. si vxori. §. j. & j. de penu. leg. l. nā quod. & s. de lega. iij. l. quæsitum. §. fi. & j. eo. l. prædia. §. j.* Accur.

u ¶ *Possedi*. vt lego fundum vti ego possedi.

x ¶ *Non de iure*. sed de facto. nisi tamen aliud liqueat, omne instrumentum debetur illis verbis. Ro. *ad qđ. s. de le. iij. l. prædiis. §. j. & ij.*

a Fide dominica agrum colere quid.

b Et copula inducit repetitionem, *vt hîc*. & proprietatē præcedentium, attribuit sequētibus. Guid. Papæ *singul. 109*.

c Dotes prædiorum quid.

d Præsentes existimantur qui studiorum causa absunt, & ideo præsentiū cōmodis fruuntur, vt hac Glo. aliâs qui extra continentia patriæ sunt, non habentur pro præsentibus. *c. relatum. c. tuæ. de clericis non resid. Clement. vnica. §. caterū. de statu monachorum: c. cū ex eo de electionib. in 6.*

e Matth. 9.

* f ô. crabattus.

Fundo simpliciter legato absque mentione instrumenti, ea continentur quæ in textu exprimuntur.

XXI. POMPONIVS *libro primo Fideicommissorum.*

CVm fundus † sine instrumēto[a] legatus sit: dolia, molæ oliuariæ,[b] & prælum, & quæcunque infixa[c] inædificatáque sunt, fundo legato continētur.[d] Nullæ* autem ex his rebus[e] quæ moueri possunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur. De molis tum quæri solet,[f] cùm ita adfixæ, itáve inædificatæ sint, vt partes ædificiorum esse videantur.

XXII. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.* *

FVndo legato vt optim[9] maximúsque est, retia apraria, & cætera venationis instrumenta[g] continebuntur: quod etiá ad instrumenta[h] pertinet, si quæstus fundi ex maxima parte in venationibus consistat. 1. ¶ Fundo legato cum mancipiis & pecoribus, & omni instrumento rustico & vrbano, peculium actoris antè testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.[i]

XXIII. NERATIVS *libro secundo Responsorum.*

CVm quæratur quod sit tabernæ instrumentū: interesse, quod genus negotiationis[k] in ea exerceri solitum sit.

† Hūc textum ampliabis per text. *in. l. testatrix. §. iij. si ser. vin.* vt etiā fundo legato veniant pascua. *de quo vide. l. si. §. i. s. de lega. i.*

* Flo. nulla.

* Tit. 9. vbi plura quam hic leguntur de fructibus.

a Adfixa & inædificata fundo, fundi appellatione continentur.

b Taberna loci magis nomen quàm negociationis.

& .ii j. & l. quæsitum. § peto. & l. Lucius Titius. & j. eod. l. prædia. § p en. & l. penulti. Accursius.

CVm fundus.] CASVS. Legaui tibi fundū, & nihil dixi de instrumento eius. Nunquid continentur in legato dolia fundo infixa, & molæ oliuariæ, & prælum quo premitur olea in torculari quæ omnia erant infixa in fundo prædicto taliter vt viderētur esse pars fundi? Et respō. quòd sic. Secus autem si prædicta erāt taliter in fundo vt essent apta ad remouendum inde: quia tunc non continerentur appellatione fundi. Viuianus.

a ¶ *Cum fundus sine instrumento.* id est, nihil dictum est de instrumento.

b ¶ *Oliuariæ.* quibus premitur & machinatur olea: ad prēlū quādo postea premitur in torculari. Accursius.

c ¶ *Infixa.* s. sic vt fundi pars sint. Accur.

d ¶ *Continentur.* non enim sunt fundi instrumentum: *vt s. e. l. quæsitum. §. ea. & §. pater quoque.* & ideò cedet legato vt pars rei, non vt instrumentum personæ vel rei. & sic non ob. *j. de supel. leg. l. fin.* Accursius.

e ¶ *Ex his rebus.* ergo nec dolia nec molæ: si tamen nō possunt moueri *& facit. s. de act. empti. l. fundi.*

f ¶ *Quæri solet.* an cōtineātur appellatione fundi? Et respon. sic, cū n,* &c. vel in fi. lege interrogatiuè. & respon. sic tunc demum. *& facit. j. eo. l. dolia. in prin. & s. eod. l. ij. §. j.* Accursius.

FVndo.] CASVS. Legaui tibi fundū vti optimus maximus est. certè cōtinentur legato retia apraria, &c. instrumenta venationis. & idem est si legaui fundum cum instrumento. quod quidem est verum, si quæstus siue reditus fundi ex maxima parte in venatione consistit. [FVNDO LEGATO.] Legaui tibi fundum cum macipiis & pecoribus, & cum omni instrumento rustico & vrbano, & postea decessi. modò quæritur, an pertineat ad te legatarium peculium actoris serui siue castaldionis qui erat ex eodem fundo, & qui defunctus erat antè me testatorem? Et respon. quòd sic, licet videretur quibusdam contrarium ex eo quòd actor decesserat antè me testatorem qui eram eius dominus. Viui.

g ¶ *Instrumenta.* quæ sint ista, habes. *s. eo. l. quæsitum. §. si in agro. & §. se j.* Accursius.

h ¶ *Instrumenta.* quasi dicat, non solùm si dixit, vti optimus: sed etiam si dixit cum instrumento. Nam sunt fundi instrumenta hoc casu, & *facit. s. eo. l. si reditus.*

i ¶ *Pertinere.* licèt etiam aliud esset si principaliter seruus cum peculio legatus esset. R. *vt. j. ti. j. l. j. & ij.* ADDITIO. Intellige secundum Barto. hîc quòd hîc erat aliquid in peculio quod erat instrumentum: quia hîc cedit peculium tanquam instrumentum: nō autem cedit seruo: aliàs in legato instrumenti non venirent nomina debitorum: vt ibi.

CVm quæritur.] CASVS. Legaui tibi tabernam cum instrumēto. quæritur, quid sit instrumentum tabernæ? & respon. quòd illud est instrumentum tabernæ quo exercetur negotiatio quæ fit in taberna. Viuianus.

k ¶ *Negotiationis.* licèt[b] magis loci quàm negociationis sit nomē taberna: *vt. s. eod. l. tabernæ. & facit infra de verb. signifca. l. instructam autem tabernam.* Accursius.

XXIIII. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

FVndus † qui locatus erat, legatus est cū instrumento. Instrumētum quod colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus. An quod coloni fuit, an tantùm id quod testatoris fuit? Et hoc magis dicendum est,[l] nisi nullum domini fuit.[m]

Illud instrumentum quod est in fundo, inspicitur: non quod fundus sustinere potest. Bartolus.

XXV. IAVOLENVS *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

FVndi instrumento legato, id pecus cedere putabat Tubero, quod is fundus sustinere potuisset.[n] Labeo contra. Quid enim fiet, inquit, si cùm mille oues fundus sustinere potuisset, duo milia ouiū in eo fundo fuerint? quas oues potissimū legato cessuras existimabimus? Nec quærendū esse, quid debuisset parari pecoris instrumēti fundi causa, sed quid paratū esset[o] non enim ex numero aut multitudine legata æstimandum esse. Labeonis sententiam probo.

Qui legat instrumentū fundi vbi est fornax, non videtur legare fornacem. Bartolus.

1. ¶ Quidá cùm in fundo figlinas[p] haberet, figulorum[q] opera maiore parte anni ad opus rusticum vtebatur: deinde eius fundi instrumentum legauerat. Labeo, Trebatius, non vi-

† Nō rectè caput in separabatur Haloandro. Aug. lib. [illegible] & lib. [illegible]

* Facta pleru[mque] quę consi[derā]mus nō i[n]f[e]cti.

FVndus.] CASVS. Seius locauit Titio fundum. postea idem Seius legauit eūdem fundum Gaio cum instrumēto. certè cedit legato instrumentum quod colonus in eo fundo habuit, scilicet si erat testatoris dictum instrumentum. non autem continetur instrumentum quod erat coloni, nisi in vno casu: scilicet si dominus non habebat in fundo aliquod suum instrumentum; sed colonus habebat ibi suū. tunc enim bene continebitur legato instrumentum coloni. Viuianus.

l ¶ *Dicendum est.* scil. id quod testatoris fuit, tantùm deberi. *sic supr. de legat. j. l. v. §. finali.* Accursius.

m ¶ *Domini fuerit.* tūc enim aliud non posset videri cedere legato, nisi quod colonus habuerat. *ad quod supra de le legat. prima. l. & si quando in princ.* Accursius.

FVndi instrumento.] CASVS. Legaui tibi fundum cum instrumento eius. certè dixit Tubero quòd continentur legato pecora quæ erant in fundo causa stercorandi, scilicet quod sufficerent ad stercorandum illum fundum, & non plus, etiam si plura erant posita in fundo causa stercorandi. sed Labeo cuius sententia approbatur, dixit contrarium, & dixit quod omnia pecora parata ad stercorandum continentur legato: licet essent parata vltra numerum qui necessarius erat. & dixit non esse quærendum quid pecoris debuisset parari causa instrumenti fundi, sed quid paratum esset, & illud legato cedere. nam legata non sunt æstimanda ex numero aut multitudine magna vel parua, vt dicebat Tubero. inquit etiam Labeo contra dictum Tuberonis, quid fiet si cùm mille oues sufficerent ad stercorandum fundum, testator posuerit in eo duo milia? quas oues secundum Tuberonem existimabimus potius cessuras legato? quasi dicat, non possumus discernere: & ideò malè dixit Tubero. [QVIDAM.] Titius habebat in fundo suo Titiano fornaces ad faciendum figulos, id est vasa figularia, id est vasa de terra: & vtebatur maiore parte anni opera dictorum vasorum ad opus rusticum, scilicet alterius fundi. Idem Titius faciens testamentum legauit Seio instrumentum dicti fundi. nunquid dictæ figlinæ, id est, fornaces continentur appellatione dicti instrumenti legati? Et dicitur quod non, quamuis dicta vasa in eis facta contineantur. Sed quid si legauit omne instrumentum fundi excepto pecore? nunquid continentur legato pastores ouium, id est ouiliones qui eas custodiunt, & ouilia in quibus oues clauduntur? & Ofilius putauit quòd sic: quod non est verum. Viuianus.

n ¶ *Potuisset.* s. iste fundus. Accursius.

o ¶ *Paratum esset.* No. non[a] quod fieri debuit, sed quod factum fuit *sic. s. de lega. in l. cùm quæreretur. § lana.* ¶ Sed arg. contra. *s. de offi. præsid. l. sed licet.* Accursius.

p ¶ *Figlinas.* i. fornaces: *vt. s. de seruit. rusti. prædio. l. veluti.*

q ¶ *Figulorum.* i. seruorum qui exercebant fornacem. & dic rusticum. sc. alterius fundi: & ideo non videntur legati, licèt fundus in quo sunt figlinæ, sit cum instrumento legatus, & sic tam figlinæ vt pars,

vt pars, quàm vasa ad rusticum opus parata cedunt. *ad quod. s. eo. l. quæsitum. §. Alphenus.* & secundũ hoc habeas infra, figulos instrumento &c. secũdum Hug. 2. Vel dic quòd opera, i. vasis. & dic legatum tantùm instrumentum fundi: vnde nec fundus, nec etiam fornax est legata. nam licèt instrumẽtum fabricæ legetur, nõ ideò domus vbi sit fabrica. & ita habeas, figlinas instrum. Accur.

† Sic rectius se edidisse ait Taur. quàm quod in arch. legebatur figillas.

deri figulos † in instrumento fundi esse.

A quo remouetur principale, & ius accessorium. Bartolus

2. ¶ Item cùm instrumentum omne legatum esset excepto pecore,[a] pastores[b] ouiliones,[c] ouilia quoque[d] legato contineri, Ofilius non rectè putat.

XXVI. IDEM *libro quinto ex Posterioribus Labeonis.*

DOlia fictilia, item plumbea quibus terra adgesta est, & in his viridiaria posita, ædium esse Labeo Trebatius putant. ita id verum puto, si ita illigata sint ædibus, vt ibi perpetuo[e] posita sint.

1. ¶ Molas manuarias[f] quidem supellectilis, iumentarias[g] autem instrumenti esse Ofilius ait. Labeo, Cascellius, Trebatius neutras supellectilis, sed potius instrumenti putant esse. quod verum puto.

a ¶ *Pecore.* quod & ipsum est instrumentum fundi si vt fructus de fundo perciperetur, sit comparatum: *vt. s. eo. l. de grege.* Accur.

b ¶ *Pastores.* ouium. vnde illud,* Angelus ad pastores ait &c. nam verbum, pecus, comprehendit etiam magnas bestias: *vt. s. de ædil. edic. l. ædiles. §. iumentorum.*

* Luc. 2. b.

c ¶ *Ouiliones.* qui custodiunt oues, qui & opiliones dicuntur. Accur.

d ¶ *Ouilia quoque.* vbi oues clauduntur. ¶ Et sic no. remoto principali, & accessorium: *vt. j. eo. l. j. & §.* Accursius.

† Principali remoto & accessorium tollitur.

DOlia.] CASVS. Legauit Titio ędes meas Titianam & Seianam. nunquid continentur in legato dolia fictilia & plumbea quibus terra est aggesta, & viridaria posita in dictis ædibus? Et respon. quòd sic, si prædicta sunt ita illigata ædibus prædictis, vt ibi perpetuo posita sint, non ad tempus [MOLAS.] Titius habens fundum in quo erant molæ quæ manu hominum ducebantur, & aliæ molæ quæ iumento ducebantur: legauit Seio instrumenta dicti fundi. certè continentur in legato vtræque molæ: quamuis Ofilius diceret, & malè, quòd manuariæ molæ sunt supellectilis, & non instrumenti. Viuianus.

e ¶ *Perpetuò.* sic. *s. eo. l. cũ fundus. & de act. emp. l. fundi. §. Labeo.*

f ¶ *Molas manuarias.* i. quæ manu ducuntur vt molæ. Acc. ADDITIO. 2. quia istæ molæ erãt paratæ ad vsum prædij rustici: secus si ad vsum cotidianum, vt molæ in quibus fit salsa: quia tunc magis putarem quòd continerentur appellatione supellectilis quàm appellatione instrumenti secundum Bartolum hic.

g ¶ *Iumentarias* quæ à iumento ducuntur: *vt. s. eo. l. cum de lanionis. §. asinam.* Accur.

PRædia.] CASVS. Titius legauit nutritori suo sua prædia iuxta mare posita cum seruis qui ibi erant, & omni instrumento & fructibus qui ibi erant, & cum reliquis colonorum. & postea decessit. modò quæritur, an videantur esse legati serui piscatores qui solebant esse in ministerio dicti Titij testatoris, & qui solebant vbique eum sequi non solum ad dicta prædia maritima, sed etiam ad alia sua loca, & qui expungebantur vrbicis rationibus dictis testatoris? Et videtur quòd legati sint dicti serui, quia ipsi erant piscatores, & solebant esse in ministerio testatoris in dictis fundis circa piscationem. dicitur tamen hic quòd non videntur esse legati: quia non stabant in dictis prædiis continuè, imò ad tempus, vt dicit litera. [ADFINI SVO.] Seia quæ erat de Africa, adfini suo Titio legauit ita: inter cætera quæ ei legauit, fundum Cornelianum Titio adfini meo dari volo ita vt est instructus cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis colonorum. postea dicta testatrix iuit Romam occasione cuiusdam litis quam ibi habebat, & duxit secum quædam mancipia quæ solebant stare in dicto fundo cum conseruabus eorum & filiis, & alia mancipia de dicto fundo duxit secum quæ solebant stare in eodem fundo cum eorum patribus & matribus, & hoc fecit ideò, vt citius se expediret de itinere: & postea reuersa dicta testatrix domum, decessit. nunc quæritur, an dicta mancipia quæ secum duxit Romam ad tempus, debeantur dicto Titio adfini? Et respon. quòd sic. Item quæritur, an cedant dicto fideicommisso fructus eiusdem fundi qui coacti ibi, id est in dicto fundo, manserunt ibi vsque ad diem mortis dictæ testatricis? Et videtur quòd sic, quia voluntas testatricis fuit plenissima circa adfinẽ. quod ex eo probatur, quia ipsa voluit pertinere ad eum reliqua colonorum eiusdem possessionis siue fundi. Respon. tamen quòd non cedunt, nisi manifestè appareat testatricem hoc voluisse. Nam cùm fecit testatrix in legando specialiter mentionem de mancipiis & reliquis colonorum prædictis, nihil videtur dixisse de dictis fructibus conditis. [LIBERTO QVEM.] Titius habens fundum Titianum & agellum Sempronianum, in quo erat aliquantulum vini, instituit sibi heredem pro dimidia Pamphilum libertum suum, & Seium & Gaium ex alia dimidia, & postea per hæc verba prælegauit fundum eidem liberto: Pamphile liberte præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum Sempronianum cum instrumento, & cum iis quæ in eodem erunt cùm moriar, & cum familia quæ in eo fundo moratur, exceptis illis seruis quos manumisero. & postea dictus testator vendidit totum dictum vinum quod erat in dicto agello, & non tradidit emptori: accepit tamen ab emptore partem pretij: & postea decessit. nunc quæritur, an dictum vinum remanens in doliis post mortem testatoris, pertineat ad libertum ex causa præceptionis? Et dicitur quòd sic, secundum verba testatoris: nisi coheredes prædicti liberti manifestè approbent contrariam voluntatem defuncti, quæ ex multis liquet, vt hic notatur in glossa. Sed pone quòd dictus testator reliquit in dicto agello instrumenta kalendaria & nummos. nunquid nummi debebuntur dicto liberto? Et respondetur sicut supra responsum est in vino, scilicet vt secundum verba testatoris cedant legato nisi contraria sit voluntas testatoris, quæ ex multis præsumitur: vt & circa vinum notaui. [ITA LEGATVM EST.] Seius legauit Septitiæ suæ sorori hoc modo: Septitiæ sorori meæ volo dari partem dimidiam fundi mei Seiani qui fuit patris mei, sicut est nunc illa pars, id est tempore testamenti: & alteram partem dicti fundi ita dari volo Septitiæ sorori meæ, vt in diem mortis meæ fuerit. & postea decessit dictus testator. nunc quæritur, an pertineãt ad legatariam aggeres & prælia parata ad olea premenda & ea quæ sunt imposita & parata in dicto fundo vt ædificio immitterentur, & instrumentum vrbanum & rusticum, scilicet quodlibet aliud, & mancipia quæ erant causa dicti fundi? Et respõ. quòd dicta verba, sicut est &c. quæ sunt in verbis testatoris, possunt referri ad prędiũ instructũ: & si prędicta erant in dicto fundo tempore testamenti, debeantur legatariæ ex dictis verbis. & quod dixi in dictis verbis, sicut est &c. idem intelligo in aliis verbis testatoris quæ fuerunt talia, vt in diem mortis fuerit &c. s. vt si prædicta erant in fundo tempore mortis testatoris, debeantur legatariæ. & hoc vult dicere hic. §. [FVNDVM.] Titius habens fundum Cassianum & Numerianum, & habens quosdam agellos adiectos dictis fundis, quos agellos simul cum dictis fundis comparauit, & in quibus agellis erant syluæ & salicta, legauit Sempronio fratri suo fundum in hæc verba: Sempronio fratri meo hoc amplius lego fundos meos, scilicet Cassianum & Numerianum, ita vt instructi sunt cum suis salictis & syluis. & decessit. nunc quæritur, an cedant legato dicti agelli in quibus erant syluæ & salicta. & etiã syluæ cedant & salicta? Et respõ. quòd solum syluę & salicta continentur legato, & non agelli coniuncti prædictis fundis. Viuianus.

Instrumento fundi maritimi non cedunt serui piscatores dominum sequentes. Bartolus.

XXVII. SCAEVOLA *libro sexto Digestorum.*

PRædia[h] maritima † cum seruis qui ibi erunt, & omni instrumento, & fructibus qui ibi erunt, & reliquis colonorum nutritori suo legauit. Quæsitũ est, an serui piscatores qui solebant in ministerio testatoris esse, & vbicunque eum sequi, & vrbicis rationibus expungebantur,[i] nec mortis testatoris tempore in prædiis legatis deprehensi fuerint, legati esse videantur. Respõdit secundum ea quæ proponerentur, non esse legatos.[k]

† Vide Paul. lib. 3. sentent. tit. 9.

Qui peregrinatur ad tempus, cedit instrumento fundi. Item fructus non expressi non cedunt. Bartolus.

1. ¶ Adfini suo † ita legauit:[l] *Fundum Cornelianũ Titio ita vt est instructus, cum omnib. rebus & mancipiis & reliquis colonorũ dari volo.*

† Adfinis quis dicatur & vnde processit adfinitas, vide in Spec. tit. de consangui. & adfin. per totum. & in l. nõ facile §. adfines. j. de gradu. ad fin.

h ¶ *Prædia maritima.* prope mare posita.

i ¶ *Expungebatur.* quod[a] maximè ex libellis familiæ, item cibariis potest deprehendi: *vt. s. de leg. iij. l. seruis vrbanis.*

k ¶ *Non esse legatos.* Contra videbatur propter eorũ artẽ[b] & prędij[c] situm cõprehendi vbi commodius possum[d] eam exercere. & *facit. j. de auro & arg. leg. l. si vxori. §. j. & s. de here. insti. l. ex facto §. si. & s. de leg. iij. l. si ita. & l. quæsitum §. fin. & j. de penu. leg. a. l. nam quod §. j. & s. de vsufru. leg. generali. §. j* Accur.

l ¶ *Legauit.* mulier quædam.

a Probat in familia & inter familiares aut aduersus eos ratio seu liber ipsius patrisfamilias.

b Puta quia piscatores.

c Subaudi, maritimi.

d Legendum est possunt.

a ¶ *Operam legatet.* id est mitteret operam, scilicet effectui. operam dico eundi. nam lego te in Tusciam. i. mitto, secundum H. Item per hoc patet quòd non perpetuò à fundo voluit remouere. Accursius.

b ¶ *Ex his* quæ in fundo erant.

c ¶ *Rusticis.* sub. à.

hæc testatrix Romam* litis causa ex Africa veniens, mancipia quædam ex fundo suprascripto, quò citius* per hiemem oram legeret,a * secundú adduxit. Quæsitum est, an ea mancipia fideicommisso cedant, cùm quædam ex his b rusticis c officiis ad tempus d peregrinationis abducta sint, relictis conseruabus & filiis e suis, & quædam f matribus & patribus. g Respondit, mancipia de quibus quæreretur, secundùm ea quæ proponerentur, ex causa fideicommissi deberi h. 2. ¶ Idē quæsiit, an fructus eiusdem fundi qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicommisso cedát, cùm plenissima testatoris erga adfinem voluntas ab eo quoque manifestetur, quò* reliqua colonorum eiusdem possessionis ad eum pertinere voluerit. Respódit, in huiusmodi scriptura posse responderi, hoc solùm quærendum, an manifestè appareat defunctam id de quo quæreretur, dari noluisse. i *

Generali legato eorum quæ in fundo erant, cedunt omnia, nisi aliud de mente testatoris appareat. Bartolus.

3. ¶ Liberto k quem heredem ex parte scripsit,* fundú per præceptionem dedit, in hæc verba, *Pamphile libertē præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum l Sempronianú cum instrumento & his quæ in eodem erunt cú moriar, familiáque quæ in eo fundo moratur, exceptis quos manumisero.* Quæsitú est, cùm testator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quod viuus totum vēdiderat, m & partem tertiam pretij n pro eo acceperat: an vinum in doliis remanens ad libertum ex causa præceptionis pertineat. Respondit, verbis o quæ proponerentur, contineri, p nisi manifestè contrariam q voluntaté coheredes approbent. In eo fundo instrumenta Kalēdarij, & nummos reliquit. Responsum est, de nūmis quoq; vt supra r respósum.

Legare fundum sicut est, vel sicut erit, æquiparatur legato fundi instructi. Bartolus.

4. ¶ Ita legatú est, *Septitiæ sorori meæ fundi paterni mei Seiani partē s dari volo sicut est, & alteram partem ita vt in diem mortis fuerit.* Quæsitum est, an ex verbis suprascriptis asseres t & * præla u iam posita paratáque vt immittentur ędificio, item instrumentum vrbanum & rusticum x cum mancipiis quæ fundi causa erát, ad legatarios pertineant. Respondit, possunt hæc verba, *sicut est*, ad instructum y referri.*

5. ¶ Fundos legauit z in hæc verba, *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos ita vt instructi sunt, Cassianum, a Nonianum, cum suis b salictis & siluis.* Quæsitum est, cùm siluæ & salicta non in fundis suprascriptis, sed in adiectis agellis, c & quos simul testator comparauit, nec sine his fundi coli posint, an legato cederent. Respondit, id tantum cedere legato, quod verbis comprehendisset. d †

In legato fundi instructi inspicitur tempus mortis. Bartolus.

XXVIII. IDEM *libro vicesimotertio Digestorum.*

LVcius Titius fundum vti erat instructus, legauerat. quæsitum est, fundus instructus quemadmodum dari debeat: vtrum sicut instructus fuit mortis patrisfamiliæ tempore, vt quæ

d ¶ *Adrēpus.* ergo nō perpetuò. aliàs est in litera elegerant. Acc.

e ¶ *Et filiis.* s. relictis. per quos etiam ipsi videntur esse ibi: *vt. C. de agric. & cen. l. cum scimus. §. fi. lib. xj.*

f ¶ *Et quædam.* sci. abducta sunt.

g ¶ *Partibus.* s. relictis.

h ¶ *Deberi.* propter a prædictam separationem: *vt. j. eod. l. quæsitum. §. saltuarium. in fin. & facit. s. de leg. ij. l. si ita.*

i ¶ *Dari voluisse.* hāc quæstionem inducit mentio mancipiorum & reliquorum colonorum specialiter facta: non b ergo debetur nisi contra probetur. *sic. & j. de alimen. leg. l. alimenta. §. pen. & l. Stichum in princ. & s. de vsufru. leg. l. generali. §. ij & j. proxi. §.*

k ¶ *Liberto.* i. libertæ: vt subiicit.

l ¶ *Et agellum.* i. paruum agrum.

m ¶ *Vendiderat.* vel antè testamentum, vel post.

n ¶ *Pretij.* i. pretium tertiæ partis: per quod saltem duæ vini partes videntur remanere in legato. Accur.

o ¶ *Verbis.* scil. quæ in eodem erunt cùm moriar.

p ¶ *Contineri.* sc. legato secundum rigorem verborum.

q ¶ *Contrariam.* quæ sanè liquet maxime si post testamentum nulla vrgente necessitate vinum sit venditum: *vt. s. de lega. j. l. si ex toto. & supra de leg. ij. l. fideicommissa. §. si rem suam.* R. ¶ Et not. secundum eundem R. quòd si quis leget quę c in fundo sunt, aut mortis tempore erunt legantis: quæcunque túc ibi reperiuntur, legato cedere verborum tenor angustiáque d facit.
Sed liquido contrariā voluntatem sæpe demonstrát, aut rei positæ in instrumento, quoniam legatario nihil prosit eius qualitas, aut patrisfamiliàs consuetudo, destinatio, scientiáve. Si quo ergo casu vel ex improuiso inconsultóve, vel vendendi mercisque causa seu ad tempus sit ibi delatum. non longè post inde aliò portandum. aut nummi fœnerandi, alitérve citò erogandi, indéve mutandi eo reperiantur: tali legato cedere voluntatis intuitu iustè puto derogatum: quod etiam eo magis in re præsenti, ne fidem fregisse, dupliq; i. tam legati quā vēditi præstatione grauasse coheredes crederetur ex eo ipso ꝙ vinum vendidit, testatoris facto satis euidenter probatur. cætera verò ibi inuenta. i. in penu cōseruanda, vel ad rei personæve instrumenta pertinentia, vel custodiæ perennis vt nomine thesauri deposita, seu aliter perpetuitatis iure destinata licet absint casu forsan, huic cedunt legato: *vt. s. eo. l. cum de lanionis. §. cui fundum & l. Seiæ. §. Pamphilæ. & supra de hered. instit. ex facto. §. fina. & supra de lega. ij. l. e. qui concubinam. §. qui fundum. & l. vxorem. § legauerat. & l. quæsitum. & l. si fundus. & l. qui filiam. & l. si chorus. §. j. & l. si ita. & l. si mihi in princ. & §. si. & infra de auro & argen lega. l. si vxori. §. j. & supra de dote prælega. l. qui dotem. & supra de vsufruct. leg. l. generali. §. vxori.* Ro. & *de lega. ij. l. Gaius. & de lega. ij. l. prædiis §. si* Accursius.

r ¶ *Vt supra.* scilicet vt secundùm verborū rigorem cedant legato, nisi contraria sit voluntas quod ex multis præsumitur, vt dictum est.

s ¶ *Partem.* ergo dimidiam: *vt infr. de verbor. signi. l. nomen filiarum. § portionis.*

t ¶ *Aggeres.* i. de instrumento ad aggeres, vt ligones & scādiles. & sic sunt instrumenta fundi. 2. Vel dic propriè aggeres & fossata a sint pars fūdi, & sic cedunt in modū cùm fundus venditur: via autē & similia non, vt dictū est: *vt supra de contra. hen. empt. l. littora.*

u ¶ *Et præla.* instrumenta quibus premitur olea: & sic fundi: *vt supra l. ea l. sed addes. §. illud.*

x ¶ *Rusticum.* sc. quodlibet aliud.

y ¶ *Ad instructum.* vt si erant tempore testamēti, debeātur ex verbis: sicut est *& facit. s. eo. d. l. Seiæ. § fina. & de lega. ij. l. quæsitum. § ij. & l. prædiis. §. j. & ij. & l. qui habebat. in prin. & §. j.*

z ¶ *Fundos legauit.* aliàs legauit: & aliàs, legaui.

a ¶ *Cassianum.* nomina sunt fundorum legatorum.

b ¶ *Cum suis.* hic oritur dubitatio Accur.

c ¶ *Agellis.* i. paruis agris. Accursius.

d ¶ *Comprehendisset.* Non ergo agelli legato cedunt nisi b voluntate & destinatione c domini fundum nominantis & legantis ita sint vniti, vt vno nomine censeantur eorúmque rationes fructuum vno titulo accepto ferantur: *vt supra de lega. j. l. quod in rerum. §. fin. & de lega. ij. l. cum fundus. & de leg. iij. l. si cui ædes. & l. prædiis. § iiij. & § penul. & § fi. & supra eo. l. Seiæ. § Tyrannæ. & s. de lega. ij. l. Gaius. § finali. & supra de vsufruc. lega. l. damnas. § fi. & supra de vsufructu. l. item si §. fi.* Accursius.

LVcius.] CASVS. Lucius Titius legauit Seio fundum vti erat instructus, & decessit. nunc quæritur, quemadmodum fundus debeat dari legatario instructus, vtrum sicut fuit instructus tēpore mortis testatoris, vt sic sint heredis ea quæ agnata sunt in fūdo, vel illata medio tempore à morte testatoris vsque ad hereditatem aditam: an verò debeat inspici instructus fundus eo tempore quo factū est testamentū: an verò tēpore quo fundus peti cœperit per legatariū, quod erat fortè dudum post aditam hereditaté: vt scilicet legato proficiat quicquid prædicto tēpore petitionis deprehēdatur esse instrumenti: & respond. quòd inspicitur tempus mortis testatoris. & hoc dicit litera, cùm dies legati cedit &c. Viuianus.

* Fl Romæ.

* cutius.

* Flo. operam elegeret. Hal. oram legeret.

a Inseparabile aliud est natura, aliud iure, cuius contemplatione liberi à parētibus nō separandi.

b Id est, fructus hic non debē tur nisi manifestè deberi p- betur.

* quòd

* voluisse. Acc.

* Flo reiectipsit.

c Legato eorū quæ in fundo sunt aut mortis tēpore erūt quæ continean tur.

d Id est, verborum tenor stricte acceptus.

a Fossata pars fundi sunt & debent mensurari cū fundo at non via. ad de Bartolum in l. littora. ... Hoc amplius de fossatis ... additur. Colonū ea cogi facere si ad vsum præsenti anni pertineant, nō si ad vsum perpetuum.

* In archetypo & manuscripto erat, aggeres ... tamē ... sus est ex aggeres facere ... res, propter similitudinem, quam mutationem nō probo.

* Sic Flo. Ant. Aug. lib. 2. c. 4.

† Verba testatoris dubia vt hic cum dicit, ita vt instructi sunt, postea specificata hic cū salictis & copulsunt in qualibet parte testamēti ad inquirendam mentē testatoris declarati Bart. & communiter omnes in l. qui filiabus in prin. j. de legat. j.

b Fundo cedit id quod defuncto ei destinauerat.

c Destinatione id cedit fundo quod aliàs nō cederet.

Medio

a ¶ *Medio tempore*.s.inter testamentum & mortem, & die illata, non tamen perseuerauerunt vsque ad mortem. 2. Vel dic, medio post mortem & antè aditam hereditatem.
b ¶ *Peti cœperit*.quod erit fortè dudum post aditam hereditatem.
c ¶ *Cedat*.quod est tempore mortis: *vt. C. de cadu.tollen.l.vnica.§ cum igitur.* & secundum R. hoc commune in omni vniuersali legato: *vt.ſ.de leg.j.l.grege.& de leg.ij.l.peculiũ.& ſ.de vsur.l.equis.& sic* nõ est cõtra.*ſ.de leg.iij.l.vxorem.§.testamẽto.& l.nomen.§.j.& facit j.de adi.leg.l.filio.*

a Legata vniuersalia cedunt à die mortis.

medio tempore[a] adgnata, aut in fundum illata sunt, heredis sint: an verò instructus fundus eo tẽpore inspici debeat, quo factum est testamentum: an verò eo tẽpore quo fundus peti cœperit,[b] vt quidquid eo tempore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat. Respõdit, ea quibus instructus sit fundus, secundũ verba legati quæ sint in eadem causa cùm dies legati cedat,[c] instrumento contineri.

Dispanẽs & dispositũ non compatiũtur se sub eodem genere. Item quæ differunt secundũ plus & minus, non differunt genere, sed specie. Bart.

XXIX. LABEO *libro primo* πιθανῶν.

SI nauem cũ instrumẽto emisti, præstari tibi debet scapha nauis.[d] † Paulus. Imò contrà. Etenim scapha nauis nõ est instrumentũ nauis, etenim mediocritate,[e] non genere ab ea[f] differt.[g] instrumẽtũ autẽ cuiusq; rei necesse est alteri[9] generis esse atq;[h] ea quęque † sit. quod Põponio libro septimo epistularũ placuit.

SI nauem.] CASVS. Seius habẽs nauem magnam, & scapham. i. paruam nauem, quæ sequebatur dictã magnam: vẽdidit tibi nauem cum instrumento. certè non continetur scapha sub instrumẽto nauis & est ratio plana in litera. Viuia.
d ¶ *Nauis*.h d.Labeo.
e ¶ *Mediocritate*. qđ nõ immut. t: *vt. C.de inc.nup.l.hominem.* Ac.
f ¶ *ab ea*.s.naue.
g ¶ *Differt*.sci.scapha. Accursius.
h ¶ *Atque ea*.s.res cuius instrumentum debet esse: quæque sit, sc. res illa principalis cuius debet esse instrumentum, siue fundus, siue domus, siue taberna, vel aliud: *vt.ſ. instru. & instrũ. leg. l.*[c] Sed videtur quod homo sit instrumentum hominis: *vt.ſ.e.l.quæsitum.§.sed si fundus. in fin.§.& l.cum de laniois.j.* quæ sunt contra. Solu. speciale ibi in homine. arg.*ſ.de ædili.edict.l.iustissime.* & eodem modo solue.*ſ. eo.l.quæsitum.§.saltuarium. in fin.§.* Vel ibi de instrumento d instrumenti, hic de instrumento principali. Item *facit.ſ.de rei vin.l.iij.§.armamenta & ſ.de euic.l.scapham.*

b Plus & minus non constituunt diuersas species.

† Labeonis sententiam tametsi improbet Paulus, tuetur Lazarus Bayfius in libe de re nauali, quo locum istum recitat.

‡ Homo hominis instrumentum esse non potest.

† aliàs, ea cuius sit.

d Instrumentũ aliud principale: aliud accessorium quod etiam instrumenti instrumentum est.

DE PECVLIO legato.

TITVLVS VIII.

Extincto principali extinguitur accessorium hoc primo. & dictio cum, coniungit accessoriè in iis quorum natura est vt vna res alteri accedat: in aliis contingit principaliter. h. d. cum tribus. ll.seq. Bart.

DE PECVLIO LEGATO.

Ergo instructi appellatione continetur etiam seruus. An & peculia? … videtur. l. 22. §. vlt.ſ.ti.prox. Quid autẽ is qui peculium legat, legato cõplectatur, hic titulus declarat. Nam ex mẽte defuncti plus aut minus continetur peculij legato, quàm esse docuerit actione de peculio lib. xv. tit. i. … titulus est tam de peculio filij quàm serui. Sed interim ne dixeris peculium esse accessionem serui. alioquin legat. serui sequeretur omnimodò. l. librorũ. §. vlt. De legatis. 3. necessaria est accessio, nisi seruus legetur cũ peculio. Vicarius autẽ nec si seruus legetur cũ vicario si tamẽ legetur cũ peculio, sub peculij nomine vicarius etiã accedit, & quamuis omnis vicari' peculiaris sit. alio tamẽ iure est peculiũ, alio seruus peculiaris, sicut alio peculiũ, alio merx peculiaris in tit. De trib. act. Cuiacius.

SEruo legato.] CASVS. Legaui Stichũ seruũ meũ tibi cũ peculio suo, & postea alienaui eundẽ seruũ vel manumisi, vel etiã mortu' fuit idẽ seruus: in quorũ quolibet triũ casuũ est extinctũ legatũ serui. nunquid est etiã extinctũ legatũ peculij? Et dicitur quòd sic, quia extincto principali. i. legato serui, extinguitur accessorium. i. legatũ peculij. secus si legaui tibi ancillã cũ natis suis: quia tunc etiam mortua ea vel alienata vel manumissa pertinebũt nati ad legatarium & est ratio, quia duo legata sunt separata. idem si legaui tibi seruũ meũ ordinariũ cum vicariis suis. nam mortuo seruo ordinario, aut alienato, aut manumisso, nihilominus durat legatũ vicariorum. & hoc dicunt istæ quatuor leges.
i ¶ *Manumisso*. viuo testatore, nõ etiã si post: *vt. j. eo. l. tũc inutile.*
k ¶ *Extinguitur*. etiã si in peculio sunt vicarij serui, secundũ Io. &

facit cum hac & seq. *j.tit.j.l.ij.& ſ.fami.ercis.cun.ex parte.§.duos & Institu.de leg.§.si quis.& ſ.tit.j.l.j.& v.* Sed contra *in eod. ti.l.fundo.§.fundo.* Solu. ibi. Accur.
l NAm quæ accessionum. vec[a] per accessoriũ cõfirmatur principale: *vt.ſ.de vulg.substitu.l.expugnari.* Bo. *& facit. j. de reg. iur. l. cum principalis. & Cod. de vsuris. l. eos in prin. & ſ. de rei vin. si autem. § si homo. & ſ. de arbi. non distinguemus. § item non est cogendus. & supra l. proxi.* ¶ Item sic. *ſ. si quis cau. l. ij. in prin.*

a Accessio non confirmatur principale.

I. PAVLVS *lib. 4. ad Sabinum.*

SEruo legato cũ peculio, & alienato vel manumisso[i] vel mortuo legatum etiam peculij extinguitur.[k]

II. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NAm quæ accessionum[l] locum obtinẽt, extinguuntur[m] cùm principales res peremptæ fuerint.

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

AT[n] si ancilla cum suis natis legata sit, etiam mortua ea vel alienata vel manumissa, nati ad legatarium pertinebunt: quia duo[n] legata sunt separata.

IIII. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SEd & si cum vicariis[o] suis legatus sit seruus, durat vicariorum legatum & mortuo eo,[p] aut alienato, aut manumisso.

V. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

PEculio legato, constabat heredem nomina peculiaria persequi posse,[q] & insuper ipsum si quid debeat,[r] seruo, reddere legatario debere.

Si nihil debet seruus cui legata est libertas cum peculio, vindicabit integra corpora peculij si verò est debitor, deminuentur corpora peculij pro rata.

VI. VLPIANVS *libro vicensimo-quinto ad Sabinum.*

m ¶ *Extinguũtur*. idẽb si principale differatur *vt.ſ.si cert.pet.l.lecta.* Azo. Itẽ hoc nisi accessiones priores[c] sint, vel plures reditus habeãt quàm principale. tũc enim nõ extinguitur: *vt.ſ.q.b.mod.vsus fruc.amit.l.quid tamẽ. in prin.& j.de auro & argen.leg.l & si nõ sint.§.perueniamus.*
n ET si ancilla.] Quia duo. & principale est vtrumque. Nã accipitur cũ pro &, ac si ancilla & nati sint legati: *vt ſ. de lega.j.l.si quis inquilinos.§.ij.& de vsufr.leg.l.illi.R.& facit.ſ. de leg.j.l.si ancilla.& Institu.de leg.§ si quis.*
o SEd & si cum vicariis. & sic cum accessione.
p ¶ *Eo*.s.ordinario.R. Nec[e] enim vt res peculiares ordinarium, ita & vicarij, prærogatiua humanæ naturæ, sequũtur, secundũ Ioan. *vt.ſ.de edili.edict.l.iustissime.* i.[f] propter hominis dignitatẽ. *& facit Instit.de leg.§.si q.s.*
PEculio.] CASVS. Sticho seruo meo reliqui libertatem & peculium suum, & decessi. Nunquid heres meus potest exigere à debitoribus peculiaribus illud quod debebant dicto Sticho? & dicitur quòd sic, & actionem tenetur cedere dicto Sticho legatario. Item tenetur dare eidem legatario illud quod ipse heres tenebatur suo nomine dare dicto seruo. Viuia.
q ¶ *Posse*. & cedendo actiones legatario liberatur: *vt.ſ.de pecu.l.quod debetur & adde quòd not.in.l.Sticho.in eodem titulo.*
r ¶ *Debe.it*. heres suo nomine. & dic reddere[g]. i. dare. *sic & ſ. de legat.ij.cùm quidam.* hoc tamen secundum determinationem quæ fit *j. l.proxi.§.sicut.*
SI peculium.] CASVS. Stichus seruus meus habebat in peculio corpora tantùm, puta fundos vel ædes, & nihil ipse mihi debebat vel liberis meis vel conseruis suis. prædicto Sticho legaui libertatẽ & peculiũ, vel etiã cuidã liberto legaui peculiũ dicti mei serui. quęrit, an legatari' dicti peculij possit vindicare ab herede meo integra corpora quæ sunt in dicto peculio? Et dicitur quòd sic. secus autẽ si dictus debebat mihi aliquid vel etiã liberis meis vel cõseruis suis: quia pro illo debito peculiari heres meus poterit pro rata deminuere singula prædicta peculiaria corpora. [AT SI FVERIT LEGATVM.] Titius dominus Stichi legauit peculiũ eiusdẽ Stichi Gaio, nõ deducto de dicto peculio, eo quod dictus Stichus eidem domino debebat. & decessit dictus Titius dominus relicto heredẽ Seio. modò quæritur, an valeat dictũ legatũ peculij? Et videtur quòd nõ, quia illa verba, non deducto ære alieno, &c. quæ fuerũt adiecta in legato, videtur fuisse cõtra naturam legati prædicti: scil. peculij. nã natura peculij est vt semper intelligaĩ deducto ære alieno dominico. Respondetur tamen quòd dicta verba legato adiecta nõ vitiãt legatũ prædictũ, & nihil adiiciũt dicto legato. per dictã enim adiectionem verborũ prædictorũ non potest crescere lega-

b Accessorium extinguitur & differtur, extincto vel deleto principali, *vt hic, adde c. accessorium, cum Gl. in pr. & 10. q. 11. c. & hoc dicimus.*

c Hęc Glos. cõmuniter damnatur per scribentes, *in l. cum aurum j. de aur. & arg. lega. vbi est casus de directo in oppo. & Bal. in l. cùm tr. C. de donat. ante nupt. Inn. in l. 4. ſ. de lega. 1.*

* Et si.

d Cum, pro, Et.

e Peculium legatum, res ipsæ peculiares consequuntur: at non vicarius seruus: idq; propter prærogatiuam humanæ naturæ & hominis dignitatem.

f Prærogatiua pro dignitate.

e Reddere pro dare.

SI peculium legetur, & sic [a] in corporibus, [b] puta fundi, vel ædes: [c] si quidem nihil sit quod seruus domino vel conseruis liberisve [d] domini debeat, integra corpora vindicabuntur. [e] †

¶ Sin verò sit quod domino vel suprascriptis personis debeatur: deminui singula corpora [f] pro rata debebunt. & ita & Iulianus & Celsus putant.

Peculium non potest legari non deducto ære alieno. quod si ita legatum fuerit, talia verba nihil adiiciunt legato: nec vitiant ipsum legatum.

1. ¶ Et si fuerit legatum peculium non deducto ære alieno, [g] verendum ne inutile legatum sit: quia quod adiicitur, contra naturam legati [h] fit. Sed puto verum, [i] hanc adiectionem non vitiare legatum, sed nihil ei adiicere. [k] nec enim potest crescere vindicatio [l] peculij per hanc adiectionem. Planè si proponas legatarium nactum possessionem rerum: exceptione doli aduersus heredem vindicantem [m] vti potest. habet enim in solidis rebus voluntatem [n] æris alieni non deducendi. Sed & si dominus remittere se seruo quod debet, vel nihil sibi seruum debere significauerit, [o] valet hæc adiectio: [p] quia nuda voluntate [q] potest dominus seruo remittere quod ei debet.

Si dominus meus me seruum suum ordinarium manumisit, & mihi legauit seruum vicarium meum: videtur mihi etiam peculium vicarij legasse.

2. ¶ Vicario [r] autem meo mihi legato, an & vicarij mei peculium ad me pertineat, quæritur. Et putamus contineri legato vicarij, eius peculium: nisi aduersa sit voluntas testatoris.

3. ¶ Si seruus [s] & vicarius [t] eius liberi esse iussi sint, eisque peculia sua legata sint: verba secundum [u] voluntatem testatoris exaudienda, tanquam de duobus

tario vindicatio rerum peculiariũ. nã semper potest deducere heres æs alienũ dominicum. secus autem si legatarius nactus sit possessionẽ verũ peculiariũ: quia tunc potest vti ipse legatarius exceptione doli aduersus heredẽ vindicãtem partẽ dictarũ rerum peculiariũ pro rata eius quod seruus debebat domino. & est ratio quare hoc casu habet legatarius dictam exceptionem, cum ipse habeat voluntatem defuncti non deducendi æris alieni dominici in rebus solidis peculiaribus, quas (vt dictũ est) possidet ipse legatarius. voluit enim defunctus in legando vt nõ deduceretur de rebus peculiaribus æs alienum suum. dum dixit in legando, non deducto ære alieno. ¶ Est & alius casus in quo non deducitur æs alienum dominicum de peculio legato, veluti si dominus significauerit vel dixerit se remittere seruo quod seruus ei debet: vel seruum nihil sibi domino debere, quia dominus potest remittere seruo suo illud quod debet ei seruus, nuda sua voluntate. [VICARIO.] Dominus meus manumisit me seruum suum ordinarium in testamẽto suo & legauit mihi Pamphilũ vicarium meũ. nunquid debeo habere peculium dicti mei vicarij? Et videtur q non: quasi vicarius meus non habeat peculium, sed magis debeat dici pars mei peculij Respon. tamen hic q in dicto legato vicarij continetur eius peculium. & hęc vera sunt, nisi voluntas testatoris desit, siue cõtraria sit. [SI SERVVS.] Titius fecit testamentum, & iussit liberum esse seruum suum Stichũ ordinarium, & Pamphilum vicarium dicti Stichi: & legauit eis peculia eorum. modò quæritur, vtrum vicarius dicti vicarij communicetur inter eos? Et dicitur q non. nam verba sunt intelligenda secundũ voluntatem testatoris: quasi fuerit locutus de duobus peculiis separatis. & hęc vera sunt, nisi testator prędictus voluerit vicariũ vicarij cõmunicari: quia tunc bene cõmunicaretur. [SICVT AVTEM.] Dictum est supra in principio huius legis, q legatum peculij minuitur propter id quod seruus debet domino certè & econtra id quod dominus debet seruo, auget peculiũ siue legatum peculij. Sed ad hoc vltimum opponitur: nonne dicit rescriptum quorundã imperatorum q legato seruo peculio suo, non habeat seruus petitionem eius pecuniæ quam dicit se impendisse in rationes domini? certè bene dicit: hic ergo nõ videtur q id qđ dominus debet seruo, augeat peculium eiusdem serui, siue legatũ peculij. Sed certè dictum rescriptũ intelligitur quãdo nõ apparet voluntas testatoris volẽtis q illud quod ipse debet seruo, augeat legatum peculium. si autem appareret in hoc voluntas testatoris, bene auget peculiũ legatum id quod dominus seruo debet, & ita nõ obstat contrariũ dicti rescripti. ¶ Sed quid si dictus seruus debet domino .x. & impendit in rationes domini alia .x. nunquid poterunt cõpensari adinuicem? Et dicitur quòd sic, etiam si non appareat expressa volũtas domini vt seruus habere debeat quod impendit in rationes domini, dum tamen non cõtradicat. Sed pone quòd dominus scripsit in testamento suo q debebat dicto seruo .x. nunquid illa .x. cedent peculio legato? Et dicitur q nõ, & hoc probat per quandã quæstionem de facto quæ fuit talis: Genæus Domitius solitus erat date Seiæ filiæ suæ omni anno .xxv. stetit biennio q non dedit, sed scripsit in rationibus suis se debere dictæ suæ filiæ quinquaginta, & postea in testamẽto suo legauit filiæ peculiũ quod erat dictæ filiæ. in qua quæstione iudicatũ fuit per Atilicinũ dicta .l. legato nõ cedere: quod quidem bene iudicatum fuit: quia cõcordauit cum rescripto dictorum imperatorum. Nõ solùm autẽ deducit de peculio legato illud quod domino debet seruus. sicut dictum est in princ. huius. § sed etiam illud quod debet seruus heredi domini qui dominus legauit seruo peculium. Viuianus.

¶ Peculium vniuersitatis nomen est. vniuersaliter actione psonali peti potest: singulæ verò res eius, rei vindicatione. *adde Gloss. in d. l. s. de edendo.*

a ¶ *Sit.* s. peculium.

b ¶ *In corporibus.* s. tantum.

c ¶ *Aedes.* scilicet sint in peculio, non etiam quantitas. cæterum dotis exemplum sequeremur: *vt supra de iure dot. l. si is qui. § quod dicitur.*

d ¶ *Liberisve.* vel his quorum negotia gesserit dominus, vel etiam heredi. *vt. s. de pecu. l. peculium. § præterea. & j. e. l. fin.* Secus si debeatur seruo vicario: *vt. j. eod. l. id quod. in princip.*

e ¶ *Vindicabuntur.* per legatarium, id est legatarius vindicabit & sic incertam partem: *vt s. communi diuid. l. & si nõ omnes. § j.*

f ¶ *Singula corpora.* quæ sunt in peculio mansura: aliàs non: *vt. j. eod. si Sticho.* & hoc si non soluerit heredi quod domino debuit seruus: *vt infra eodem. l. dominus seruo.* ¶ Et not. quòd pro rata: & sic non potest eligere heres sibi debitum in vna re. in domino secus, qui de peculio conuenitur: *vt supra de pecu. si noxali. § idem rectè ait. & facit ad id quod not. C. ad legem Falc. l. ij. item facit supra de dona. inter virum & vxo. l. si vir. § si duo mancipia.* Accursius.

g ¶ *Ære alieno.* dominico, & sic sub impossibili quasi modò: quod equidẽ verũ est quantum ad strictam rationem, scilicet inspecta peculij proprietate.

h ¶ *Legati.* s. peculij: est [a] enim eius natura & definitio, vt intelligatur deducto ære alieno, i. dominico: *vt. s. de pec. l. depositi. § fi.*

i ¶ *Sed puto verum.* aliàs puto: aliàs putauerunt, scilicet sapientes Accursius.

k ¶ *Adiicere.* vt sit plenius. Accursius.

l ¶ *Vindicatio.* i. petitio per act. ex testamento, vel rerum singularium, quin deducatur de singulis pro rata rerum singularium: vt supra proxi. respon.

m ¶ *Vindicantem.* corporum partem pro debiti rata. ¶ Et sic no. quòd habet legatarius exceptionem, non act. *vt hic, & j. eo. § sicut.* secundum H. Sed R. etiam actionem. & hic de rigore dicat. & pro eo quòd. j. dicit quod potest remittere expresse vel tacite. Item ar. contra huic respon. *j. quorum. leg l. j.*

n ¶ *Voluntatem.* s. defuncti.

o ¶ *Significauerit.* i. significare [b] voluerit quòd proculdubio illa adiectione facere voluerit: *vt. C. de fal. causa adie. le. l. j. & iiij.*

p ¶ *Hac adiectio.* quæ remittat, vel quæ dicat eum non debere.

q ¶ *Nuda voluntate.* nõ expectata solutione: *vt & s. de pec. leg. l. peculio in prin.* ¶ Itẽ & alio modo si leget ei res singulas quæ sunt in peculio specialiter exprimendo secundum Io. *vt. j. eo. l. si peculium seruo.* ¶ Et secundum hoc facit ad quæstionem monasterij an teneatur soluere creditoribus conuersi: vt si bona omnia contulit. si aliàs singulas, non teneatur. Accursius.

r ¶ *Vicario.* Testator mihi ordinario legauit libertatem, & vicarium meũ Pamphilũ cum suo peculio. quærebatur, an valeret peculij legatum: & allegabatur quòd non valeret, quasi non habeat peculiũ, sed magis pars peculij ordinarij dici potest: vt ex sequentibus colligi potest. sed hæc non est bona allegatio, quia & vicarij peculium habent: *vt. s. de pec. l. definitio.* Itẽ alia ratione, quia seruo [c] legato non videtur eius peculium legari, *vt. j. eo l. a testatore.* sed nec hæc bona: quia hic expressum est cum peculio, ibi non. vt ergo ordinario [d] suum potest adiungi peculium: sic vicario suum. 2. Vel pone secundo casum quòd mihi ordinario fuit vicarius legatus, nec fuit adiectum, cum peculio. ¶ Et quod subiicit in fi. nisi aduersetur &c. id nisi desit: quod semper est vt desit, nisi nominatim peculium quoque legatum sit: *vt. j. eo. tit. l. a testatore.* & secundum hoc non est contra. *s. tit. j. l. quæsitum. § Celsus.* Vel solue vt ibi. *& facit. s. tit. j. l. fundo. § j.*

s ¶ *Si seruus.* s. ordinarius, puta Stichus. Accursius.

t ¶ *Vicarius.* puta Pamphilus.

u ¶ *Secundũ voluntatẽ.* & non secundũ verborũ rigorem: quoniã forsan vnum tantum & solius ordinarij peculium sit dandum.

[a] Peculij ea natura est & definitio vt intelligatur deducto ære alieno ita dominico.

[b] Verba actiua pro potentialibus sæpe vsurpantur.

[c] Seruo legato non videtur eius peculiũ legari.

[d] Peculium ordinario adiici potest.

Non com-

separatisq; peculiis testatore locuto. & secundum hæc vicarius vicarij non communicabitur,[a] nisi hæc mens fuit testantis.

4. ¶Sicut autem æs alienum, hoc est quod debetur domino, minuit legatum peculium: ita per contrarium id quod dominus debet seruo, augere debet. Sed huic sententiæ aduersatur rescriptum Imperatoris nostri[b] & patris eius, quod ita est: Cùm peculium seruo legatur, non etiam id conceditur,[c] vt petitionem habeat pecuniæ quam se in rationem domini impendisse dicit. Quid tamen si hæc voluntas[d] † fuit testatoris, cur non possit consequi[e]? Certè compensari[f] debet hoc quod impendit, cum eo quod domino debetur.[g]

¶An & quod dominus scripsisset se seruo debere, peculio legato cederet? Pegasus negat. idem Nerua. Et cum Gnęus Domitius filiæ suæ peculium quod eius esset, legasset, & annuum quod ei solitus erat dare, bien-nio non dedisset, sed in rationibus suis retulisset[h] filiæ se debere quinquaginta: Atilicinus existimauit legato non cedere. quod verum est: quia consonat rescripto.[i] 5. ¶Non solùm autem quod domino debetur, peculio legato deducitur,[k] sed & si quid heredi[l] debitum fuit.

VII. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

SI quis creditori suo adrogandum se dederit, & agetur de peculio[m] cum adrogatore: idem puto dicendum, quod de herede dicitur.

VIII. VLPIANVS *libro vicensimoquinto ad Sabinum.*

DEnique Pegasus respondit, si statulibero cui peculium legatum sit, heres interim crediderit: id ipso iure detrahi, & corpora singula[n] etiam per hoc æs alienum[o] deminui. 1. ¶Proinde si purè libertatem accipiet, & heres vel viuo domino vel antè aditam hereditatem seruo crediderit: legatum peculij minuetur secundum

a ¶*Non communicabitur.* sed soli Pamphilo vicario debebitur. nam per speciem generi derogatur: *vt & supra de triti. leg. l. ij. & supra de lega. iij. l. seruis vrbanis. § fina. & infra de auro & argen. leg. l. j. & de manumiss. testa. l. si peculium.*

b ¶*Imperatoris nostri.* diui Veri & Ant. *vt Institu. de le. § si peculium. in fin.*

c ¶*Conceditur.* eo solo quòd suum legauit peculium: nisi aliud liqueat, vt statim dicet.

d ¶*Voluntas.* manifesta[b] vel ex verbis vel ex consuetudine: *vt infra eod. l. dominus. § testamento. in fi.*

e ¶*Consequi.* scilicet quòd nulla ratione impedit, & certè poterit illud consequi.

f ¶*Compensari.* compensationi equidē non nolle, petitioni verò palā demum velle sufficit. R. *vt & supra ea. l. in prin. ij. respon.* ¶Sic[c] & aliàs admittitur cōpensatio, nec tamē datur petitio: *vt supra de neg. gest. l. ait prætor. § pupillus. & supra de compen. si cum filio. & l. etiam quod.* Accursius.

g ¶*Debetur.* veluti debitum naturale: *vt & supra de compen. l. etiā quod. & de pecu. l. nec seruus. & l. & l. non solum. § j. & ij. & facit supra de pecu. l. quam Tuberonis. § sed & id.* Accursius.

h ¶*Retulisset.* etiam nuda ratione & voluntate, id est, quòd nec vlla demonstratio. nec eius filiæ nomine depositio, nec fœnori pro ea datio, *vt infra eod. l. si. & supra de leg. iij. l. qui filium.* R. nec vlla causa debiti præcessit: *vt supra de pecu. l. non solum. § fi.* sic in[d] liberis nuda ratio nō facit aliquem debitorem: *vt infra de don. l. nuda.*

i ¶*Rescripto.* de quo meminit *supra proxi. §.* Accursius.

k ¶*Deducitur.* vt *Inst. quod cum eo. § cum autem.*

l ¶*Heredi.* vt quia creditor serui heres domino extitit: *vt supra de pec. l. sed si damnum. § sed & si creditor.* 2. Vel quòd heres statulibero mutuauit, cui peculium erat legatum: *vt infra eo. l. denique.* Accursius.

SI quis.] CASVS. Titius debitor Seij dedit se in arrogationem eidem Seio: & postea ex aliquo contractu fuit dictus Titius factus debitor Gaij. nunc Gaius agit cōtra arrogatorem de peculio arrogati. certè poterit arrogator deducere de peculio illud quod debet ei arrogatus, sicut heres domini deducit de peculio seruo legato illud quod seruus debet eidem heredi: *vt supra l. proxi. in fi.* & idem est in duobus aliis casibus. Primus est talis: Titius dedit libertatem seruo suo Sticho sub conditione, & legauit ei peculiū suum: heres autem interim pendente conditione libertatis credidit eidem seruo decem. certè potest idem heres detrahere de peculio dicta decem. & singula corpora peculiaria seruo danda minuuntur etiam per hoc æs alienum quod credidit heres statulibero pendente conditione libertatis, non solum per illud æs alienū quod credidit ei viuente domino, & antè testamētum factum, de quo iam dixi. Secundus casus est: Pone quòd dictus Titius dedit libertatem purè dicto seruo: & legauit ei peculium. postea heres dicti Titij credidit eidem seruo decem viuo dicto Titio domino, vel mortuo antè aditam hereditatem, nunquid minuetur peculium pro illis decem? Et dicitur quòd sic, licèt heres nunquam fuerit dominus serui. nam non est dominus heres nisi adita hereditate, ea autem adita statim seruus liber efficitur. &. h. d. vsque ad primum. §. l. seq Viuianus.

m ¶*De peculio.* ex contractibus post arrogationem factis, non antè: *vt supra de pecu. l. in arrogatorem.* ¶Sed nonne per arrogationem fuit actio extincta? Videtur quòd sic: *vt supra de capi. deminu. l. ij. § penu.* Sed dic[e] quòd obligatio naturalis non est extincta: *vt supra l. proxi. in fi. & infra l. proxi.*

DEnique.] CASVS in princip. recitatus fuit in l. præced. [QVI SICHVM.] Titius in testamento suo manumisit Stichum & Pamphilum seruos suos, & legauit vnicuique eorum suum peculium. certè si vnus dictorum seruorum debet alteri, debitum decedit de peculio debitoris, & accedit peculio creditoris. [ITEM QVÆRITVR.] Sticho seruo meo reliqui libertatem si decem daret heredi meo, & legaui eidem seruo peculium suum. nunquid decedent de peculio decem prædicta quæ debuit dare heredi? Et dicitur quod sic. ¶Sed quòd si dictus statuliber vendidit heredi seruum quem in peculio habebat? certè perinde desinit seruus venditus esse in peculio statuliberi, sicut si fuisset vēditus extraneo. ¶Item quid si feci pactum dicto seruo de danda ei libertate pro. x. & ipse soluit mihi. v. de illis. x, & antequam daret mihi alia. v. ego feci testamentum, & iussi eum esse liberum, & legaui ei peculium, & decessi: nunquid illa quinque quæ mihi dedit, sunt imputanda in peculio, & sic manumisso danda? Dicitur quòd non, imò debent decedere, & apud heredem remanere. si autem non dederat aliquam partem dictorum decem, si fuit tota dicta pecunia apud eum seruum pro deposito donec traderet eam mihi, bene erit tunc in peculio, & sic præstabitur manumisso cum reliquis rebus peculiaribus. ¶Item quid si legaui dicto seruo peculium, & vetui heredem meum petere à debitore peculiari dicti serui? certè hoc debitum remissum non est amodò in peculio computandum, imò de peculio detrahendum. [INTERDVM.] Quamuis generaliter peculium non debeatur seruo cui relicta est libertas, nisi ei sit legatum: tamen quandoque etiam si non sit legatum ei peculium, accipitur ac si esset ei legatum, sicut euenit in tali casu: Titius dedit libertatem seruo suo si rationes redderet, & si heredibus testatoris inferret tantùm centum. & postea decessit dictus Titius, & postea seruus paruit prædictis conditionibus reddendo rationes, & dando heredibus centum. certè in hoc casu interpretatur iurisconsul. voluisse testatorem quòd seruus retineret, scilicet peculium. & hoc ideò, quia testator iussit dictum seruum inferre centum heredibus de peculio. nam cùm seruum vetuit idem testator centum retinere de peculio, eo quòd iussit ea centum inferre heredibus, videtur ei permittere vt reliquum peculium sibi retineat. quod enim in vno vetatur, in aliis videtur permitti. ¶Sed pone quòd dictus Titius specialiter legauit dicto seruo peculium. qualiter accipere debemus dictum peculium? vtrum quod fuit tempore mortis testatoris? an applicamus peculio illud quod postea accessit, vel detrahimus quod postea decessit? Et dicitur quòd id tempus spectandum est quo cedit dies legati seruo peculij, id est, tempus aditæ hereditatis. nam cùm ipsi seruo suum peculium legatur, sicut fuit in hoc casu, verisimile est dominum voluisse pertinere ad seruum totum augmentum, cùm seruo manumisso peculium est futurum patrimonium. secus autem si legasset peculium extraneo: quia tunc est spectandum tempus mortis testatoris: vt si quid accedat peculio post mortem testatoris ex operis serui, vel ex alia extrinseca causa, nōn pertineat ad eum extraneum: nisi testator hoc voluisset: incrementa tamen naturalia prouenientia pro rebus peculiaribus post mortem testatoris vsque ad aditam hereditatem, bene pertinent ad dictum extraneum peculij legatarium, vt partus ancillarum, vel fœtus pecorum. & hoc vult dicere hîc. §. Viuianus.

n ¶*Et corpora singula.* statulibero danda. Rog. *vt infra eodem. l. si Sticho.* Accursius.

o ¶*Alienum.* si non fuerit persolutum: *vt infra eodem. l. dominus. § seruus. & facit supra eodem l. si peculium. secundo responso.*

a Hæres nō est dominus nisi adita hæreditate.

a ¶*Nunquam fuerit.* nam[a] non est dominus heres nisi adita hereditate, & ea adita statim est liber: *vt. Cod. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo.* & sic nullo momento est dominus: *vt. s. de pecu. l. sed si damnum. §. sed si creditor.*

b ¶*Accedere. vt supra de pecu. l. quam Tuberonis. §. si. & l. sed si damnum. §. respons. & j. eo. l. id quod. §. j.*

Iuliani sententiam, licèt dominus serui nunquam fuerit.[a]

Duos seruos suos testator manumittendo, eisdē peculia eorum legauit. Quod alter seruus debet alteri, deducetur de peculio serui creditoris, & accedet peculio serui creditoris.

2. ¶ Qui Stichum & Pamphilum seruos habebat, testamento eos manumisit, & vnicuique peculiū suū legauit. Placet, quod alteri debet, de peculio eius decedere, & alterius accedere[b] legato. 3. ¶Item quæritur, si seruo libertas data sit si decē dedisset[c] heredi, peculiúmq; ei legatum sit: an decem quæ dedisset heredi, debeant de peculio decedere. Et est verum, quod Sabino placuit, hoc minus[d] esse in peculio legato. 4. ¶Plus ait Sabinus, si statuliber seruum[e] heredi vendiderit, perinde desinere eum in peculio esse, atque si extraneo vendidisset.

5. ¶ His consequenter[f] quæritur, si seruus cum domino de libertate pactus fuerit, & partem pecuniæ[g] dederit, & antequam residuum dederit dominus decesserit, liberúmque esse testamento iusserit cum peculio[h] legato: an quod domino dederit, in peculio sit imputandum.[i] Et ait Labeo de peculio decedere.[k] Planè si nondum dederat, † sed donec totum traderet, pro deposito apud eum fuerit, id in peculio esse placuit.[l]

6. ¶Item si seruo peculium sit legatum, & à debitore eius peculiari heres vetitus sit petere: verū est, hoc minus esse[m] in legato peculio: hoc est detrahendum id quod debitori[n] legatum est.

Quæ inducuntur ad deminutionē, operātur augmentū quando aliàs dispositio non posset habere effectum.

c ¶*Dedisset.* i. dare debuisset.

d ¶ *Hoc minus.* quia de eo permissum est statulibero dare causa implendę conditionis: *vt. s. de condict. cau. da. l. ij. §. penultimo.*

e ¶ *Seruum.* quem in peculio habebat.

f ¶ *His consequenter.* quia supra quando domini facto minuitur peculium, hic quando serui facto minuitur.

g ¶ *Pecuniæ.* paratæ pro libertate.

h ¶*Cum peculio.* & sic libertate gratis danda.

i ¶*Imputādum.* & sic manumisso dandum.

k ¶*Decedere.* & sic apud heredem remanere.

l ¶*Esse placuit.* & sic præstandum cum reliquis rebus peculiarib. Rog. ¶Sed nonne hoc domino debetur? ergo[b] debet deminuere peculium legatum: *vt supra eo. l. si peculium. secundo responso. & §. sicut?* Respon. aliud est fortè cùm debetur ob libertatem: *vt infra de manu. l. sexta.* quia tunc fortè alio modo succurri potest domino, scilicet per actionem in factum contra liberum factum: *vt Codic. an seruus ex suo facto. l. e. promisse.* & aliud quando ex alia causa naturaliter tantùm, quod non potest peti, & ideò deducit. *ad quod supra de pecul. l. si noxali. §. idem & in filio.* 2. Vel bene dicit, id in peculio esse placuit: quia sola destinatione, non re ipsa erat detractum, & ideò remanet in peculio adhuc, & dominus vel eius heres poterit deducere. *ad quod supra de pecu. l. si noxali. §. est autem quæstionis. & §. sequenti.*

b Peculium verū deminuitur per id qd domino debetur.

† Quid operetur traditio, vide Bart. in l. i. de act. empt. & vend.

3. Vel hic non præstitit libertatem ex conuentione, sed gratis postmodum in testamento. & sic iam non est debitum quod debebatur ob libertatem, & ideò non detrahitur de peculio. secus in iam detracto vel soluto: quia illud desierat esse in peculio, & ideò non est amplius petendum.

m ¶*Hoc minus esse.* s. debitum remissum.

n ¶*Debitori.* s. peculiari remittendo: *ad quod. j. eo. §. Sticho.*

o ¶*Non sit legatum.* s. ex ordine: *vt. j. eo. l. antepen.*

p ¶*Interpretamur.* sc. in hoc casu & est argu. *ad hoc supra de iud. l. cum prætor. in prin. & supra de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respon. domo.* ¶ Item facit. *s. eod. l. si peculium. §. j.* ¶ Item not. de tacito legato peculij. Accursius.

q ¶*Vtrum.* seruo libertatem & peculium lego.

r ¶*Si ipsi.* s. quia largius.

s ¶*Si alij.* quia strictius: vt statim patet.

t ¶*Spectandum.* scilicet Iulianus ait.

u ¶*Legati cedit.* intra tempus adite hereditatis quo cedit dies legati relicti seruo manumisso: *vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouissimo in fin.* §. Accursius.

7. ¶ Interdū & si non sit legatum[o] peculium, velut legatū sic accipitur. id est in huiusmodi specie. Quidam seruo libertatē, si rationes reddidisset, dederat, & si heredibus centum intulisset. Imperator igitur noster cum patre rescripsit, peculium quidē nō nisi legatum deberi: verùm, inquit, si conditionibus prescriptis paruit seruus, testatorē voluisse ei retinere peculium interpretamur,[p] videlicet ex eo quòd ex peculio eum iusserat centum inferre. 8. ¶Vtrū[q] autem id demum peculium accipimus, quod mortis tēpore fuit: an verò & quod postea accessit, applicamus: vel quod decessit, detrahimus? Et Iulianus aliàs accipiendū legatum peculij ait, si ipsi[r] seruo legetur: aliàs, si alij.[s] nam si ipsi: id tempus in legato spectandū,[t] quo dies legati cedit.[u] si verò extraneo, mortis tēpus: sic tamen, vt increméta[x] ex rebus peculiaribus ad eum perueniant: vtputa partus ancillarū, vel fœtus pecorum. quod autē ex operis suis, vel ex alia re accedit, id, si alij quam ipsi[y] legetur peculium, non debebitur. Hoc vtrumq; Iulianus secundum voluntatem testatoris scribit. Cùm enim ipsi suum peculium legatur, verisimile est eum omne augmentum ad ipsum[z] pertinere voluisse[a] cui patrimonium manumisso futurum est.[b] cùm alij, non sic. tamen vt si in alterius[c] persona hoc eum[d] sensisse appareat, idem dicas.[e]

Non minuitur peculium serui ordinarij cui relicta est libertas, ꝓpter delictū quo tenetur seruus vicario.

IX. PAVLVS *lib. quarto ad Sabinum.*

ID quod seruo[f] qui in ipsius peculio est debetur, nō dedu-

x ¶*Incremēta.* scilicet naturalia. ¶Et eo quòd aliter dicitur intrinsecus & extrinsecus quàm hic. *supra de petitione hereditatis. l. vt veniunt. §. sed ea.* Accursius.

y ¶*Ipsi.* scilicet seruo.

z ¶ *Ad ipsum.* etiam extraneum postquam cessit dies.

a ¶*Voluisse.* dominū.

b ¶*Futurum est.* ideoque apud eum semper mansūrum totum testatoris voluntate & destinatione. R. sicut enim dominus perpetuo vult esse peculium apud manumissum, sic & eius augmēta. at extraneo illud legans post mortem suam, destinat à seruo peculium separare & eadem ratione augeri non vult per eum: & hoc subiicit, cum aliis, &c. Accursius.

c ¶ *Alterius.* sc. extranei.

d ¶*Hoc eum.* sc. quod omne emolumentum detur legatario. Accur.

e ¶*Idem dicas.* quod diceres si seruo legaretur suum peculiū. Roge. *& facit Institut. de lega. §. si peculium. & supra de pecu. l. penul. & arg. supra de vsuris. l. equus. in fine. & de lega. j. l. peculium. & supra eun. j. l. penul.* Sed contra *infra eod. l. cum dominus. § fina.* Solu. ibi. Item ad hoc *infra de statulib. l. si hereditas. §. j.* Hug.

ID *quod seruo.*] CASVS. Sticho seruo meo ordinario reliqui libertatem, & suum peculium. certè non deducitur de legato prædicto peculij illud quod ipse ordinarius debet Pamphilo qui est suus vicarius, & qui est in suo peculio: quia etiam si deduceretur, remaneret adhuc in peculio ordinarij prædicti. Sed quid si conseruum suum vulnerauerit dictus seruus, & fecit eum viliorem? nunquid deducitur de dicto peculio illud quod domini interest seruum non fuisse vulneratum? Et dicitur quòd sic. nam nihil interest vulneret seruus conseruum, an scindat aliquid, vel frangat, vel surripiat: quibus casibus sine dubio minuitur peculium seruo legatum, quamuis non vltra simplum sed si vulnerauerit vel occiderit se seruus cui legatum est peculium, nihil hoc nomine deducendum est de peculio. alioquin dicemus & si fugerit dictus seruus, deducendum de pelio id quanto vilior factus est propter fugam. quod quidem non est verum. Viuianus.

f ¶*Id quod seruo.* scilicet vicario. Nam si Sticho ordinario reliqui libertatem & suum peculium, non deducitur quod debet vicario: quia deductum adhuc in peculio ordinarij remanet: *vt & supra de pecu. l. si seruus. §. illud verò & Institu. quod cum eo. § aliquando secus*

do. Secus si vtrique libertatem & suum peculium: quia tunc quasi duo peculia sunt. *vt supra eo. l. si peculium. §. si seruus.* & sit decessio: *vt supra eo. l. denique. §. j.*

a ¶ *Minuitur.* vt *& supra de pecu. l. iiij. § sed sæpe. & l. sed si damnum. §. sed si ex eodem delicto. & . §. & si ipse.* Accursius.

citur ex legato peculio, quamuis conseruus eius sit. 1. ¶ Si conseruum suum vulnerauerit seruus, & viliorem fecerit? Marcellus, non esse dubitandum deduci ex peculio, quod domino interesset.* Nam quid interest, cõseruum vulneret, an scindat aliquid vel frangat, an subripiat? quo casu sine dubio minuitur [a] peculium, sed non vltra simplũ.

2. ¶ Sed si se vulnerauit, vel etiam occidit, nihil est deducendum hoc nomine. alioquin dicemus & si fugerit, deducendum id quanto vilior sit factus propter fugam.

x. POMPONIVS *libro septimo ad Sabinum.*

SI peculium seruo vel filio prælegare velis: ne deducatur id quod tibi debebitur, specialiter [b] ea quæ in peculio erũt, leganda sunt.

xi. VLPIANVS *libro vicensimo-nono ad Edictum.*

EI quoque qui nihil in peculio habet, potest [c] peculiũ legari. Non enim tantùm præsens, sed etiam futurum peculium legari potest.

xii. IVLIANVS *libro trigensimo-septimo Digestorum.*

TVnc inutile legatum peculij fit, cũ seruus viuo testatore decedit.[d] Cæterum si mortis [e] tẽpore seruus vixerit, [f] peculium legato cedet.

xiii. CELSVS *libro nonodecimo Digestorum.*

ALiter atque si seruus vestitus [g] legatus foret.

Transpositio verborum legatum non vitiat. Bartolus.

xiiii. ALFENVS *Varus libro quinto Digestorum.*

QVidã in testamẽto ita scripserat: *Pãphilus seruus meus peculiũ suum, cùm moriar, sibi habeto, libérque esto.* consulebatur, rectè [h] ne Pãphilo peculiũ legatũ videretur: quòd [i] prius quàm liber esset, peculiũ sibi habere iussus esset. Respõdit, in cõiunctionibus [k] ordinẽ nullum esse, neq; quicquam interesse vtrũ eorum primum diceretur, aut scriberetur: quare rectè peculiũ legatum videri, ac si prius liber esse, deinde peculiũ sibi habere iussus est.

Generi per speciem in aliam translatam derogatur. Bartolus.

xv. IDEM *libro secundo Digestorum à Paulo Epitomatorum.*

SEruo manumisso peculium legatũ erat. alio capite omnes ancillas suas vxori legauerat. in peculio serui ancilla fuit. Serui eam [l] esse respõdit: neque referre, vtri prius [m] legatum esset.

S *I peculium.*] CASVS. Quamuis generaliter debeat deduci de peculio legato illud quod domino deberetur: *vt supra eo. l. si peculium. in principio. &* §. j. tamen bene potest facere dominus legans seruo peculium, ne deducatur sibi debitum: puta si leget seruo specialiter & singulariter res quę sunt in peculio. Et scias quòd etiam ei qui non habet peculiũ, potest legari peculium. non enim tantùm præsens peculium potest legari seruo, sed etiam futurũ. Fit tamen quandoque vtile legatum peculij: puta cùm seruus cui legatum est peculium, decessit viuo testatore: secus si tempore mortis testatoris seruus inuenitur viuus: quia tunc bene cedit peculium legato. Secus autem si seruus vestitus legatus foret: quia tunc vestimenta legato non cedent, etiam si seruus vixerit tempore mortis testatoris. & hoc dicit cum tribus ll. sequent. Viuianus.

b ¶ *Specialiter.* vt [a] nulla ambiguitas nulláque sub alicuius rigoris velamine sit dubietas potest & alio modo fieri: *vt supra eo. l. si peculium. §. j. & facit supra de vsufruct. l. quoties. § fina. & supra quibus. mod. vsusfr. amit. l. quid tamen. §. quadrigæ. & Instit. de fideicommiss. heres. §. si quis vna.* Accursius.

c E *I quoque*] *Potest.* sic *supra de lega. ij. l. etiam. & de pecu. lega, l. quæsitum. in princi. & supra de leg. ij. l. peculio. in principio.*

d T *Vnc inutile.*] *Decedit.* scilicet antequam testamentum relictáve confirmentur. Rog. *ad quod supra eod. l. j. & infra titu. j. l. ij.* Accursius.

e ¶ *Mortis tempore.* scilicet testatoris.

f ¶ *Vixerit.* & sic legatum sit iam re aut spe debitum. Accursius.

g A *Liter.*] *Vestitus.* tunc enim vestimenta legato non cederent: licèt seruus vixerit tempore mortis. hæc enim, id est vestimenta adhærentiæ occasione, & ferè quasi continuæ accessionis, imò sequelę nomine, & non suo iure petuntur. & velut appendicia quædam nunquam per se debita æstimantur: sic in armaria, loculos, lectos, & libros, auésque legatas, claustra, fulcra, claues & armaria continentur: *vt supra de lega. iij. librorum §. fin. & l. auibus. & l. heres. §. penul.* secundum Rog. & H.

Q *Vidam.*] CASVS. Titius ita scripsit in testamento suo: Pamphilus seruus meus peculium suum cùm moriar sibi habeto, libérque esto: & ita legauit ei peculium prius quàm libertatem: & decessit dictus testator. nunquid videtur rectè Pamphilo peculium legatum? Et videtur quod non, quia prius quàm liber esset, iussus erat sibi habere peculium. Dicitur tamen quòd rectè videtur legatum, non enim est spectandus ordo in coniunctionibus dictionum vel orationum. perinde enim est ac si primo data esset ei libertas, & postea peculium. Viuianus.

h ¶ *Rectè.* adiunge supra q. d. dubitabilis erat quęstio, id est an rectè sit legatum? Et videtur quòd non. Accursius.

i ¶ *Quòd.* id est quia &c.

k ¶ *Coniunctionibus.* scilicet dictionum, vel orationum, vel locutionum. ¶ Et sic no. quòd verba [b] transposita idem significant. [c] *sic Cod. de testa. l. præposteri. & supra de lega. iij. l. cum pater. §. fidei tuæ. & infra de sol. l. nec enim. & Instit. de lega. §. antè heredis. & infra de dam. infe. l. si finita. §. si plures.* Arg. contra. *supra de vsufruct. l. quoties respon.* [a] *cum suis concordan.. & supra de vulg. substi. l. ij. §. quisquis.* Accursius.

S *Eruo.*] CASVS. Ego habens Stichum seruum qui habebat in peculio ancillam Arethusam, dedi libertatem in testamento meo eidem Sticho, & peculium suum ei legaui. postea in alio capite siue capitulo testamenti legaui vxori meæ omnes ancillas meas: & postea decessi. nunc quæritur, cuius esse debeat dicta Arethusa: vtrum dicti Stichi, an vxoris meæ? Et dicitur quòd Stichi debet esse. & idem esset si prius legassem vxori meæ omnes ancillas meas, & postea Sticho prædicto legassem peculium suum in quo peculio erat dicta Arethusa. nata semper erit Stichi dicta Arethusa. Nec obstat. *l. Titia testamento. de lega. j.* quæ est contra. Nam hic pars derogat toti, vel species generi. Viuianus.

l ¶ *Serui eam.* imò videtur neutrius: *vt supra de lega. primo l. Titia textores. in principio. quæ est contra.* Solu. hic species [b] derogat generi, vel pars [c] toti: *vt & supra de tritic. l. secunda cum concor.* at ibi vtrunque genus, scilicet textores & vernæ: Vel quia hìc dicendo suas, vicarias non comprehendit: *vt supra de lega. tertio. l. seruos. §. finali.* secundum lecturam vnam. Accursius.

m ¶ *Vtri prius. sic supra. l. proxima.*

S *Tichus habet.*] CASVS. Titius habens Stichum seruum ordinarium, qui Stichus habebat in peculio Pamphilum vicarium valentem viginti, fuit conuentus noxali actione pro dicto Pamphilo, & fuit condemnatus hoc modo: Condemno Titium dominum Pamphili in triginta aureis: & permitto ei quòd det Pamphilum pro noxia si non vult soluere dictos triginta aureos. taliter enim solet fieri condemnatio in noxali actione: *vt Institut. de officio iudic. in principio.* dictus autem dominus soluit litis æstimationem, id est dictos triginta aureos. & postea fecit idem dominus testamentum, & in eo manumisit dictum Stichum ordinarium, eique legauit suum peculium, & postea decessit dictus dominus. nũnc quæritur, an heres domini cùm soluit peculium Sticho ex causa legati, in quo quidem peculio est Pamphilus cum suo peculio, possit deducere de peculio Pamphili vel Stichi illud quod nomine Pamphili præstitit dominus condemnatus noxaliter, id est dictos triginta aureos? Et dicitur quòd sic. deducitur enim de peculio Pamphili quantacumque fuit illa summa quam dedit dominus pro litis æstimatione, etiam si expediebat Sticho ordinario vt Pamphilus fuisset datus pro noxia. nam quicquid dedit dominus pro capite serui Pamphili, in eo est constitutus eius debitor idem Pamphilus. si autem peculium Pamphili non sufficit ad satisfaciendum domino pro dicta litis æstimatione, tunc deduci debet superfluum ex peculio Stichi ordinarij, non tamen vltra pretium Pamphili. non enim expediebat Sticho ordinario dari pro æstimatione litis vltra pretium Pamphili. secus autem esset si ex alia causa, puta ex promissione Pamphili debebat pecuniam domino. quia tunc non deducetur aliquid de dicta pecunia ex peculio Stichi: imò tantum de peculio Pamphili. Nec est hoc contrarium ei quod dictum est supra in versiculo quòd si Pamphili &c. quia ibi propterea pretium vicarij deducendum est de peculio

* domini intersit.

a Specialiter legati interdum dicuntur quæ apertè & citra ambiguitatẽ legantur.

5 Nomina & verba transposita idem significant. a Ide Euerard. in loco ab ordine nu. 1. c Contra tex. in l. cum clamor. & ibi Glo. contra de testi.

a Dic secundũ Bart. quod ibi loquitur in voluntate dubia, vbi respicitur ordo: hic in voluntate certa.

b Species derogat generi.

c Pars toti derogat.

ordinarij, quia eo nomine ipse Stichus fuit constitutus debitor domino ob defensionem vicarij sui quam dominus fecit in noxali iudicio: de quo dictum est in princi. l. sed in casu proposito in versicu. quæsitum &c. vt si debitor est Pamphilus domini ex promissione, nihil est deducendum de peculio Stichi: quia hoc casu Stichus nihil debet domino. Nec enim in hoc casu gessit dominus negotium Stichi peculiariter: sed est deducendum hoc casu dumtaxat ex Pamphili peculio. Nunquid ergo in dicto peculio Pamphili computabitur ipse Pamphilus, id est illud quod valet Pamphilus, vt sic maius eius peculium intelligatur, & melius satisfiat heredi domini de eo quòd Pamphilus promisit domino? Et respond. quòd non, quia ipse Pamphilus non potest intellegi esse in suo peculio. Viuianus.

Quod dominus soluit pro vicario quem in causa noxali defendit, de ipsius vicarij peculio totum deducit, & de peculio ordinarij vsque ad æstimationem vicarij. quod verò alias pro vicario soluit, de ipsius vicarij peculio tantùm deducit: de peculio ordinarij nullo modo. Item nemo est in peculio suiipsius. Bartolus.

XVI. AFRICANUS *libro quinto Quæstionum.*

STichus[a] habet in peculio Pamphilum:[b] hunc[c] dominus[d] noxali iudicio defendit: & damnatus litis æstimationem[e] soluit. deinde Stichum testamento manumisit, eique peculium legauit. Quæsitum est, an quod Pamphili nomine præstitum sit, ex peculio vel ipsius Pamphili vel Stichi deducendum sit. Respondit,[f] Pamphili quidem de peculio vtique deducendum, quantacumque[g] ea summa esset, id est, etiam si eum noxæ dedere expedisset.[h] quid enim pro capite serui præstitum sit, in eo debitorem eum domini constitui. Quòd si Pamphili peculium non sufficiat: tunc ex peculio Stichi nō vltra[i] pretium Pamphili deduci debere. 1. ¶ Quæsitum est, si ex alia[k] qua causa Pamphilus pecuniā domino debuisset, nec ea ex peculio eius seruari posset: an vsque ad pretium eius ex peculio Stichi possit deducere. Negauit.[l] neque enim simile id superiori esse. ibi enim propterea pretium vicarij deducēdum, quòd eo nomine ipse Stichus ob defensionē[m] vicarij sui domino debitor[n] constituatur, at in proposito,[o] quia Stichus nihil debeat,[p] ex eius peculio nihil esse deducendum, sed ex Pamphili duntaxat: qui certè[q] ipse in suo peculio esse intellegi non potest.

XVII. IAVOLENUS *libro secundo ex Cassio.*

QVi peculium serui[r] legauerat, iudicium eo nomine acceperat, deinde decesserat. Placuit non aliter peculium ex causa legati præstari, quàm si de accepto iudicio heredi caueretur.

XVIII. MARCIANUS *libro sexto Institutionum.*

SI seruo manumisso[s] peculium legatum fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiariis actiones non competūt:[t] sed non aliàs heres[u] peculium præstare debet, nisi ei caueatur defensu iri aduersus creditores peculiarios.

a ¶ *Stichus.* seruus alicuius ordinarius.

b ¶ *Pamphilum.* vicarium.

c ¶ *Hunc.* Pamphilum. Accursius.

d ¶ *Dominus.* vtriusque, scilicet ordinarij Stichi & pamphili vicarij.

e ¶ *Litis æstimationē.* in qua sola fuit damnatus, licèt datio noxæ sit in solutione, *vt Institu. de offic. iudi. in principio.* Accursius.

f ¶ *Respondit.* Iulianus magister meus. Accursius.

g ¶ *Quantacunque.* etiam si plus quam valeat seruus nec enim potest dicere Pamphilus plus pro se datum, quàm valeat ipsemet. nam corpus[a] rebus suis est præferendum, *argu. C. de sacrosan. eccle. l. antepenul.*

a Corporis quàm rerū maior ratio & æstimatio est.

h ¶ *Expedisset.* ipsi ordinario, aut etiam domino: at Pāphilo nūquam illud expedire posset. Item contra. *s. de peti. here. l. vtiles.* vbi debet fieri quod est vtilius, vel datio noxæ, vel litis æstimatio. sed ibi alius non dominus: hic dominus. *& facit supra de peculio. l. si noxali. in prin.* Accursius.

i ¶ *Non vltra.* quia vltra hoc dari non expediebat Sticho: est ergo ideò, quia in tantum negotium Stichi gessit vtiliter in re sua peculari: *vt supra proxi. §. dicitur.* ad instar enim liberorum & seruorum obligationes sunt admissæ: *vt supra de pecu. l. non solum. §. j. & §. an debitor.*

k ¶ *Ex alia.* i. ex alia causa quàm prædicta: vt in promissione.

l ¶ *Negauit.* s. Iulianus magister meus.

m ¶ *Ob defensionem.* à domino factam.

n ¶ *Debitor.* & sic eatenus deminutum esset peculium Stichi. omisisset enim Pamphilum Stichus libertus, si eius æstimationem dominus non soluisset.

o ¶ *In proposito.* vbi ex promissione debuit Pamphilus. Accur.

p ¶ *Nihil debeat.* nec enī est ei[9] negotiū peculiare vtiliter gestū.

q ¶ *Qui certè.* respond. tacitæ abiectioni, si deducitur ex peculio Pamphili debitum ex promissione, igitur æstimetur & ipse Pamphilus. sed certè ipse &c. *vt hic, & supra de pecu. l. depositi. §. Stichus. qui §. signatur contrarius huic. l. ad alium casum.* Sed iurisconsul. reddit rationem diuersitatis. Item ad idem *supra de neg. gestis. l. qui seruum.*

QVi peculium.] CASUS. Titius habens Stichum seruum, qui Stichus seruus habebat multos creditores peculiares, in testamento suo legauit eidem Sticho peculium suum: & antequam decederet eidem Titius, creditores Stichi peculiares conuenerunt eundem de peculio: & pendente iudicio decesit idem Titius. certè heres eiusdem Titij non aliter tenetur præstare peculium Sticho, quam si ipse Stichus cauerit heredi defensum eum iri in dicto iudicio accepto. Sed & si dictus Titius manumisit dictum Stichum in testamento per fideicommissum, & ei peculium legauit, non competent actiones creditoribus peculiaribus contra eum manumittendum, sed contra heredem domini, sed heres prædictus non tenetur aliter præstare peculiū dicto seruo manumittendo, nisi ipse manumissus caueat ei defensum eum iri aduersus creditores peculiares, qui intra annum possunt conuenire heredem, vt dictum est. hoc dicit cum l. seq. Viuia.

r ¶ *Qui peculium serui.* aliàs seruo. *& facit infra. l. proxi. & C. de hereditate vendi. l. secunda. & supra quando act. de pecu. est an. l. j. §. an autem. & supra de tributor. l. quod in heredem. §. fin. & supra de pecu. l. sed si damnum. § fina.*

s ¶ *SI seruo manumisso.* id est[a] manumittendo per fideicommissum.

a Manumisso pro manumittendo.

t ¶ *Non competunt.* Imò contra: *vt supra de dote prælegata. l. ij. §. per contrarium.* ¶ Sed ibi directo fuit manumissus: *vt no. C. an seruus ex suo facto. l. ij.* ¶ Sed an econtra aget contra debitores peculiares? Videtur quòd non: *vt supra de pecu. l. si Sticho.* Sed ibi inter viuos: in vltima voluntate secus: *vt. C. de leg. l. ex legato.*

u ¶ *Heres.* qui intra annum potest de peculio conueniri. *& facit l. proxi. cum concordan.* Accursius.

CVm dominus.] CASUS. Cùm Titius vellet manumittere inter viuos seruum suum Stichum, iussit eidem seruo vt ederet & monstraret sibi professionem peculij, id est confessionem in scriptis redactam de rebus peculiaribus. & seruus apportauit ei chartam vbi erant scriptæ omnes res peculij. dominus autem accepta charta dixit, Ego volo quòd talis & talis res quæ est hic scripta, sit amodo in peculio tuo. & postea inter viuos eundem seruum manumisit, & sic tacitè videtur ei dedisse peculium: *vt Cod. de pecu. eius qui liber. me. l. prima.* modò quæritur, nunquid contineantur in peculio dictæ res quas subtraxit dominus de dicta professione peculij? Et respon. quòd non. [TESTAMENTO.] Titius in testamento suo dedit libertatem Sticho seruo suo, & legauit ei peculium. postea procedente tempore manumisit eum inter viuos, & sic ex testamento amodo non erit liber. Item & per hoc quòd manumisi eum inter viuos, videtur tacitè ei concedere peculium, vt dixi in principio l. & postea decessit idem Titius. nunc dictus Stichus libertus vult agere contra debitores suos peculiares, quod quidem non potest, nisi heres domini cedat ei actiones contra dictos debitores. vnde quæritur, nunquid actione ex testamento possit libertus consequi vt dictæ actiones ei præstentur? Et videtur quibusdam quòd non: quia ex quo libertatem non consequitur ex testamento, vt dixi: ergo non deberet posse consequi ex testamento peculium, siue actiones peculiares quæ videntur esse accessio libertatis. Respond. tamen hic quòd sic. [FILIUSFAMILIAS.] Titius legauit peculium filij sui eidem filio, in quo peculio erat Stichus seruus, & instituit sibi heredem eundem filium cum quibusdam aliis. postea dictus filius viuo patre manumisit dictum Stichum sine voluntate patris & ita non valuit manumissio: *vt infra de iure pa. l. filius.* & postea decessit pater. nunc quæritur, cuius debeat esse dictus Stichus prædicto modo emptus de peculio eo quòd filius destinauit ei libertatem

libertatem dare, quamuis libertas non valuerit? Et respon. quòd debet esse communis omnium heredum patris: quia id demum peculium ad filium legatarium pertinet, quod inuenitur patre moriente in causa peculij. Stichus autem dictus non inuenitur in peculio tempore mortis patris, ergo non debetur filio. & idem esset si primo esset inutiliter manumissus à filio, & postea eidem filio per patrem legatus sub legato peculij filij: quia seruus esset communis omnium heredum patris, & non solùm illius filij cui pater legauit peculium in quo erat idem seruus. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

a ¶ *Manumittere*. scilicet inter viuos. R.

b ¶ *Professionem*. id est,[a] confessionem in scriptis de rebus peculiaribus: *ad quod facit infra de cess. bo. l. penult.*

a Profiteri & professio quid sit: pulchrè Bal. *C. de prob. l. cum de ætate.*

c ¶ *Subtractas*. à domino qui dixit, has volo esse in peculium: & per hoc tacitè excipit à generali & tacita cõfessione peculij. Accursius.

† v. Roman. singular. 138.

d ¶ *Non videri*. reliquum peculium. sic & quando inter viuos data est libertas: *vt Cod. de pecu. eius qui lib. me. l. j.* ¶ Sed quid si in vltima voluntate peculium legauit & excepit: vt hic fecit? Respond. idem quoad exceptas: *vt & supra de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respon. & de instructa in fin. §.* 2. Vel fortè etiam reliqua legate videtur propter exceptionem: *arg. dicti. §. idem resp. & supra eo. l. denique. §. interdum.* Accursius.

XIX. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

CVm dominus seruum vellet manumittere,[a] professionem[b] edi sibi peculij iussit, atque ità seruus libertatem accepit. Res peculij professioni subtractas[c] non videri[d] manumisso tacitè concessas, apparuit. 1. ¶ Testamento data libertate peculium legauerat, eundémque postea manumiserat.[e] Libertus vt & nominum peculij actiones ei præstarentur, ex testamento consequetur.

Inutilis dispositio circa speciem facta inter viuos, derogat generi. Bartolus.

2. ¶ Filiusfamiliâs † cui pater peculium legauit, seruum peculij viuo patre manumisit.[f] Seruus communis omnium heredum est exemptus[g] peculio propter filij destinationem: quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inueniatur.

e ¶ *Manumiserat*. inter viuos, & sic tacitè videtur ei concessisse peculium: *vt Cod. de pecu. eius qui liber. me. l. j.* bene ergo subiicit actiones cedendas: *vt & supra de pecu. l. si Sticho.* ¶ Sed op. quomodo agitur ex testamento, cùm extincto principali[b] & accessorium videatur extingui: *vt supra titu. j. l. j. & ij. quæ sunt contra.* Solu. hic vtrumque principale libertas & hereditas. ibi verò fuit legatus alij, & sic peculium est accessorium: *vt argum. supra de here. inst. l. talem. §. j.*

b Principali extincto accessoria extinguuntur.

f ¶ *Manumisit*. non iure, quia sine voluntate patris: *vt infra de iure patrona. l. filius.* Accursius.

g ¶ *Exemptus*. id est, de peculio exceptus.

h ¶ *Inueniatur*. cum suis tamen incremẽtis. nec enim ad sequentis temporis exclusionem hoc dicitur, sed præteriti tantùm. aliàs esset contra *supra eodem. l. denique. §. fina.* hic ergo sonat quasi diceret non quod desiit: *vt supra tit. j. l. iiij. §. j.*

i NIhil interest. Imò videtur interesse: *vt infra de mann. testa. l. duo filij. quæ est contra.* Solu. ibi volente patre manumiserunt filij, hic non.

SI Sticho. CASVS. Seius in testamento suo manumisit Stichum seruum suum, & legauit ei peculium suum. Item legauit Titio seruum qui erat in peculio dicti Stichi, & postea decessit dictus Seius. nunc inuenitur quòd dictus Stichus debebat domino suo viginti. & sic debet detrahi pro rata de qualibet re quæ est in peculio legato Sticho prædicto, dictum debitum: *vt supra eodem. l. si peculium. in principio. & l. denique.* vnde quæritur, an pro rata debeat detrahi dictum debitum de dicto seruo Titio legato? Et dicitur quòd non, imò habebit eum Titius integrum.

k ¶ *Peculiaris* repete, sit legatus.

l ¶ *Tantum*. Nam æs dominicum in solidum de peculio legato deducitur vbicumque pro eo legatum serui Titio relictum minuitur. & hoc dicit secundum R. vel in quantum est detractum, id est, detrahendum: aliàs de seruo peculiari, sic non est specialiter legatus, scilicet pro rata debiti: *vt supra eodem. l. si peculium. in principio. & l. denique in principio* hoc tamen non detrahitur modo: sed Titio accedet, cui peculiaris seruus est legatus. habet ergo peculium instar hereditatis: vt eius creditores & succedentes in vniuersum non in rem singularem conueniant: *vt C. de hered. ac. l. finali. & si certum peta. l. j. & Facit supra de do. prælег. l. si Seia.*

DOminus. CASVS. Titius habens Stichum seruum, qui Stichus debebat eidem domino mille nummos: manumisit eum directò in testamento suo, & ei peculium legauit: & postea decessit idem Titius. & sic dicitur amodo Orcinus libertus dictus seruus: ipse autem Orcinus soluit dictam pecuniam heredi domini. certè integras res peculiares poterit petere ab eodem herede. [DOMINVS.] Titius habebat Stichum seruum ordinarium, & Pãphilum vicarium: qui Pãphilus erat communis dicti Titij, & dicti ordinarij, vel quia communiter emerant, vel quia medietatem Pamphili dominus eidem ordinario tantùm dederat in peculio. sic ergo medietas Pamphili erat dominica, & alia medietas erat peculiaris. dictus autem Titius fecit testamentum, & in eo manumisit dictũ Stichum, & peculium ei legauit: & postea dictũ vicarium qui communis erat eidem domino & Sticho, legauit nominatim ipsi Sticho & Semproniæ libertæ suæ testatoris: & postea decessit idem testator. nunc quæritur, quam partem debeat habere in dicto Pamphilo dictus Stichus, & quam dicta liberta? Et respond. quòd quarta pars dicti Pamphili debet esse dicti Stichi liberti, & dictæ duæ quartæ sunt de parte dimidia quam habebat dominus in dicto Pamphilo, vt dixi. erat enim dictus Pamphilus communis pro dimidia dicti domini & dicti Stichi, vt dixi. nam cùm legauit dominus Sticho libertatem & peculium, videtur ei legasse medietatem Pamphili, quæ medietas erat Stichi, id est, in eius peculio, vt dixi. Item & cùm postea legauit eũdem Pamphilum eidem Sticho & libertæ videtur eis legasse aliam dimidiam Pamphili, quæ erat dominica: & ita ex hoc secundo legato Stichus habet quartam Pamphili, quæ est medietas dimidiæ dominicæ: & liberta habet aliam quartã. vnde cùm ex primo legato peculij Stichus habeat medietatem Pamphili peculiarem, inuenitur nunc habere in Pãmphilo tres partes: & liberta quartam. & ita est planus hic casus. Viuianus.

XX. MARCIANVS *libro septimo institutionum.*

NIhilque interest,[i] antè legatus deinde inutiliter manumissus sit, an contra.

XXI. SCÆVOLA *libro octauo Quæstionum.*

SI Sticho manumisso peculium legatũ sit, & Titio seruus peculiaris:[k] quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantùm[l] ei accedere cui vicarius legatus est, Iulianus ait.

XXII. LABEO *libro secundo Posteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

DOminus seruum testamento manumiserat, & ei peculium legauerat. is seruus mille nummos domino debuerat, & eos heredi soluit. Respondit, omnes eas res[m] deberi orcino, si pecuniam orcinus quam debuerat, soluisset. 1. ¶ Dominus[n] seruum qui cum eo vicarium commu-

m ¶ *Omnes eas res*. id est, integras, & non detractas pro rata: quod fieret aliàs: *vt supra eodem. l. si peculium. in princip. & l. denique.* & dic orcinus[a], id est directò manumissus: *vt Insti. de sin. re. per fideicommiss. re. §. libertas.*

a Orcinus, directò manumissus.

n ¶ *Dominus*. Titius habeat Stichum ordinarium, & Pamphilum vicarium: qui Pamphilus erat communis Titij & ordinarij, vel quia communiter emerant, vel quia medietatem Pamphili dominus ei tantùm dederat in peculio. sic ergo medietas Pamphili erat dominica, & alia medietas peculiaris. cum ergo Sticho libertatem & peculium legat: medietatem peculiarem videtur ei legare. cum verò tantùm eundem Pamphilum legat eidem Sticho, & alij dominicam legat: & ita ex hoc secundo legato quilibet partem quartam habet Pamphili: verùm ex primo legato peculij Stichus habet medietatem peculiarem, & sic habet tres partes. ¶ Sed contra *Cod. de lega. l. cum quæstio. §. fi.* vbi dicitur quòd non ideò maiorem partem habet legatarius in re, quòd pluries fuerit nominatus.[b] Sol. hic non fuit pluries nominatus circa idem, sed circa diuersa. nam primò super peculiari parte, secundò super dominica: at ibi super eodem. ¶ Sed nonne & hic secundò dixit vicarium, & sic totum: & sic videtur repetere circa idem? sed certè licèt dicat vicarium, & sic totum tamen pro parte accipitur totum, & tota quæ fuit testatoris, id est dominica: *vt supra de lega. j. l. v. §. j. & ij. & l. vj. & de leg. iij. l. qui concubinam. § si Stichus.* 2. Alij dicunt quòd illa hanc corrigit. 3. Tertij distinguunt, an secundo leget appellatiuo[c] nomine expresso, an proprio: vt si appellatiuo, tunc sit communis & æqualiter; secus si proprio, *argu. infra*

b Adde nominationem tituli non tribuere ius nominato, nisi aliud interueniret. *vide in Cle. fin. ti. de senten. excom. & ibi Cardin. post Glo.*

c Appellatiuo an proprio nomine seruus legetur interest.

de stipul. seruo. l. si communis. 4. Quarti dicunt quòd hîc vicarius erat communis cum extraneo: & secundũ hoc dicunt quòd est legata tantùm pars peculiaris tam primo quàm secundo legatario, & non extranei pars: & cõmuniter eam habeant. & sic mutat casum. & concordat dicta. l. cùm quæstio. quod non placet: quia hîc dicit, cum eo, scilicet ordinario; non dicit, cum extraneo. 5. Prima ergo verior. Item facit infra de stipulat. seruo. l. iiij.

a ¶ *Legauerat.* & sic dimiam peculiarem.

b ¶ *Ipsum vicarium.* qui cùm non esset nisi pro dimidia suus, id est dominicus, eam tantum partem videtur legare.

c ¶ *Reliquam partem.* si habes, reliquã quartã: plana est. Si verò, reliquã partẽ simpliciter, & nõ quartã: tunc, id est tres partes: vt tamen duæ ex primo legato, tertia ex secundo debeantur.

DOminus.] CASVS. Titius habebat Stichum seruũ, & habebat vnum libertum qui vocabatur Pamphilus: qui Stichus gessit bona liberti eiusdem domini sui, id est bona dicti Pãphili. postea decessit dictus Pãphilus libertus, & pro dimidia extitit ei heres dictus Titius dominus, & pro alia dimidia Gaius pone: in dictis autem bonis Pamphili liberti quæ administrauerat Stichus, erant kalendaria, id est fœneraticæ cautiones. dictus autem Titius dominus fecit testamentum, & in eo dedit libertatem prædicto Sticho sub conditione si redderet rationẽ de dicta administratione bonorum liberti heredibus eiusdem Titij domini. Item per fideicommissum dedit eidem Sticho peculiũ dicti Stichi, & postea decessit idem Titius dominus. postea dictus Stichus volens adimplere dictam conditionẽ libertatis suæ, fuit simul cũ heredibus domini, & reddidit eis rationem dictæ administrationis pro ea parte, scilicet dimidia quæ contingebat dictum dominum ex hereditate dicti liberti, & reddidit eisdem heredibus domini summas quæ remanserunt apud eum ex dicto kalendario, & ex aliis similibus causis, id est quæ remanere debuerant, si exegisset à debitoribus kalendarij. sed ipse Stichus nõ exegit ab eis, quia non erant soluendo: sed de suo proprio soluit propter dictos debitores. vnde dicti debitores remanserunt adhuc debitores: & sic dictus Stichus adeptus est libertatem conditione impleta. & postea decesst idem Stichus, & habuit duos heredes, puta primum & secundum. nunc veniunt dicti heredes dicti Stichi, & petunt ab heredibus dicti domini eiusdémque patroni, vt ipsi heredes domini præstent eisdem heredibus Stichi actiones aduersus omnes debitores propter quod dictus Stichus intulit pecuniã heredibus domini. nunquid debent ei cedi? Et dicitur quòd sic.

[TESTAMENTO.] Titius habens tres seruos, scilicet Pamphilum, & Damam, & Stichum: in testamento vel in codicillis suis manumisit dictum Pamphilum & Damam, & legauit eis peculia eorum: & de prædicto Sticho ita cauit in dicto testamento vel codicillis: Stichum seruum meum volo esse liberum: & volo ei dari decem aureos, & etiam quicquid habeat ex ratione loculorum meorum. aliàs autem meas rationes volo reddi heredibus meis per eundẽ Stichum. Item volo concedi peculia sua omnibus iis quos hoc testamento manumisi. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, an illud quod amplius in rationes dictorum loculorũ in diẽ mortis testatoris erogauit Stichus ex peculio suo, ab heredibus domini recipere debeat, cũ ex cõsuetudine domus domini esset, vt quidquid amplius de suo erogasset Stichus in rationẽ loculorũ, ratio dominica, siue dominus eidẽ Sticho deberet atque exolueret? Et respond. quòd sic.

[SERVIS LIBERTATES.] Titius in testamẽto suo libertatẽ Sticho & Pamphilo seruis suis dedit, & postea cuilibet eorũ legatum reliquit, & postea scripsit in dicto testamẽto talẽ conditionẽ: Quotquot seruos reliqui libertos, quibus etiã legata reliqui: hos volo nõ esse scrutatos, & volo eos esse sine inquisitione. nunquid propter hoc videtur eis legata peculia eorũ? Et dicitur quòd non. Item nõ videntur eis legata reliqua rationũ dominicarum quas ipsi serui administrauerant, nec res dominicę quas apud se habuerũt, nec pensiones prædiorum quorũ prędiorum fuerunt coloni dicti serui vel aliqui eorum. Viuianus.

d ¶ *Eius.* sc. domini. Accursius.

e ¶ *Cui.* liberto.

f ¶ *Extiterat.* dominus.

g ¶ *Reliquatus erat.* id est in quibus debitor erat. Accursius.

h ¶ *Ex variis causis.* aliàs ex vicarij causis: aliàs ex variis, id est ex aliis negotiis vicissim ab eo gestis.

i ¶ *Pro quibus.* melius dixisset, propter quos. non enim illorum gratia soluit, nec eorũ nomine vt eos liberaret, sed ideò vt libertatis sibi relictæ impleret conditionem. R. alioquin cedi [a] non possent ei actiones, cùm sublatæ & extinctæ [b] essent per solutionem: *vt. j. de sol. Modestinus. & l. Stichum. §. si mandato. & infra de fideius. l. cũ his. & ff. de leg. j. l. res. in fi. l. & ff. mand. l. Papinianus. & C. de contra. indi. tut. l. ij.*

k ¶ *Pro quibus Stichus.* id est propter quos: vt modò notaui. Acc.

l ¶ *Loculorum.* i. bursarum domini. Nam fortè tenebat bursam domini: vnde dicitur locuples, id est loculos habens plenos.

m ¶ *Dari.* id est reddi. & dic de aliis dominicis negotiis, & non loculorum, cùm id seruo legauerit. Accursius.

n ¶ *Concedi volo.* hîc oritur dubitatio ex cõsuetudine quæ sequit.

o ¶ *Consuetudine.* testatoris [c] viuẽtis, ex qua sæpissimè voluntas etiã vltima exprimitur: *vt & ff. de fun. instru. & instru. legato. l. cũ de lanionis. §. ij. & ff. de triti. lega. l. j. & l. si qua vinum. & l. ex vsu. & ff. de leg. iij. nummis. & l. cùm quæreretur. §. j. & de lega. j. l. si seruus plurium. §. si. & ff. de an. leg. l. si cui. & j. de supel. lega. l. Labeo. & j. de ali. leg. cùm alimenta. in prin.* Sed arg. contra *ff. de. tri. lega. cum certum.* ¶ Item nota quòd secus esset, si hæc consuetudo non esset: *vt. ff. eo. l. si peculium. § sicut. & Instit. de lega. §. peculium. & supra de lega. iij. qui concubinam. §. qui fundum.* Accursius.

p ¶ *Ita scripserat.* Græcum quod Py. exponit, quotquot reliqui liberos

nem, habebat, testamento manumiserat, & peculium ei legauerat: [a] deinde ipsum vicarium [b] qui communis erat, nominatim & ipsi & libertæ suæ legauerat. Respondi, partem quartam libertæ, reliquam partem [c] quartã liberti futuram. quod & Trebatius.

Primò seruus gessit negotia liberti. Secundò libertus decessit, & instituit patronum pro dimidia. Tertiò decessit patronus, & dedit libertatem sub conditione si rationem reddiderit de his quæ gessit in bonis liberti. Quartò decessit Stichus redditis rationibus, & reliquis solutis, & ad libertatem perductus. Quæstio est, an patroni teneantur cedere actiones heredibus agentibus contra debitores pro quib. soluit: & dicit quod tenẽtur: & ita ponit casũ Dynus, & bene. Bar.

XXIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

DOminus Sticho seruo suo qui bona liberti eius [d] gessit, cui [e] pro parte dimidia testamento heres extiterat, [f] in quibus negotiis gestis & Kalendaria fuerunt, testamento suo libertatem dederat, si rationem reddidisset: eique peculium suum per fideicommissum dedit. Stichus summas quibus reliquatus erat [g] tam ex Kalendario, quàm ex variis causis, [h] reddidit, manentibus debitoribus, pro quibus [i] ipse pecuniam heredibus patroni refuderat: libertatémque adeptus decessit. Quæsitum est, an heredibus Stichi aduersus nomina debitorum, pro quibus [k] Stichus pecuniá heredibus patroni intulit, heredes patroni ex causa fideicommissi cõpellendi sint actiones præstare: cùm nihil aliud à Sticho patrono debitum fuerit. Respondit, præstandum.

Quod dominus debet seruo, computatur in peculio: si talis erat domini consuetudo. Bartolus.

1. ¶ Testamẽto codicillísve seruos manumisit, & peculià legauit, & de Sticho ita cauit: *Stichũ seruum meũ liberum esse volo, eique volo dari decẽ aureos, & quicquid ex ratione loculorum [l] meorũ habet. rationes autẽ heredibus meis dari [m] volo. his omnibus quos hoc testamẽto manumisi, peculia sua concedi volo.* [n] Quæsitum est, an quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogauit Stichus ex peculio suo, ab heredibus recipere debeat: cùm ex consuetudine [o] domus esset, vt quidquid amplius ex suo in ratione loculorũ erogasset, dominica ratio ei deberet atque exsolueret. Respõdit, secundùm ea quæ propter consuetudinẽ proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & solita erat reddere.

Seruis quos testator iubet non debere scrutari, & sine inquisitione esse: eis non videtur legare peculium nec reliqua, Bart.

2. ¶ Seruis libertates legatáq; dederat, & cõditionem ita scripserat: [p] † ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους, καὶ τὰ λήγατα αὐτοῖς, τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. * [id est, Quotquot reliqui libertos, atque eis legata, eos ipsos inexcussos esse volo.] Quæsitum, est an peculia quo-

† Vide Alciat. lib. dispun. 4. ca. 13.

* id est, Quibuscũque libertatem reliqui, & legata, hosce volo excutiendis rationibus solutos esse.

a Cedi non potest actio extincta.

b Solutione extinguitur actio.

c Ex consuetudine testatoris viuentis, voluntas eiusdem colligitur, vt hîc. v. Manticã lib. 6. de interpret. ult. volunt. tit. 7. Eadem quoque colligitur ex consuetudine regionis: de quo v. Gloss. in l. cũ de Lanionis. 18. in verb. præsumptione. ff. de instruct.

bertos,&c.aliàs hic non est,sed exponitur,vt rationes nô reddat.
a ¶*Rationum.*dominicarum.
b ¶*Pensiones.*scilicet apud se habeat.Accursius.
c ¶*Supra responsum.*esse scilicet.i.[a] neque reliqua, neque dominicas res,neque possessiones videri legatas:*vt infra de lib leg.non solum.§.pe. & l.si quis rationes. & l. Aurelio. §.j. & l. procurator. & l. Aurelius. & l.creditor. R. & 3. de leg.j.si seruus vetitus.* ¶Itê ad hoc.3.*de administr. tu. l.quidam decedens. & supra eod. l. denique.§. interdum.*

* Legatum rationum nô reddendarum, non comprehendit reliqua rationú, itaque vt sit hoc casu legatarius immunis a reddidis rationibus, nô etiã tamen immunis à reliquis reddédis.

que legata eis videbuntur. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri legata.

3. ¶Item quæsitum est, an ex iisdem verbis reliqua rationum [a] quasi legata retinere possint, aut si res dominicas apud se habuerint, aut siqui eorum coloni prædiorum fuerunt, pêsiones. [b] Respondit, supra responsum. [c]

XXIIII. VLPIANVS *libro quadragensimotertio ad Sabinum.*

SI legatus fuerit seruus, peculiû excipere non est necesse: quia non sequitur [d] nisi legetur.

XXV. CELSVS *libro nonodecimo Digestorum.*

SI seruus liber esse iussus sit, eique peculium legatum sit: vicariorum eius vicarij [e] legato continentur.

Quod pater pro filio stipulatur in profectitio peculio: in dubio et concedere videtur. Bartolus.

XXVI. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

T*Iti fili è medio præcipito, sumito, tibique habeto domum illã, item aureos centum.* alio deinde capite peculia [f] filiis prælegauit.

SI legatus.] CASVS. Legaui Vitio Stichû seruum meum. nûquid videor ei legare peculium dicti serui? Et dicitur quòd non, nisi legem expresse: & ideo nô est necesse quòd excipiam peculium cum lego seruum. Viuianus.

* Si cum legato, non offertur legatum eius peculium.

d ¶*Non sequitur.* sc. [b] nec domum, nec fundum, suppellex, instrumentúmve sequitur: *vt supra de fun.instru.l.ij. §.j. & infra de sup.leg. l.si.R.& 3.tit.j.l.quæsitum.§. suppellex.* hoc tamen fallit.3.*eo. denique. §. interdum.* Sed certè ibi videtur legatum. & *facit.3. de contrahen.emp.quoties.& C. de pe. eius qui liber. me. l.j.* Item contra.3.*eo.l.si peculium.§.vicario.*Sol.ibi.

SI seruus.] CASVS. In testamento meo dedi libertatem seruo meo & legaui ei peculium suum.nûquid vicarij vicariorum dicti serui mei continebuntur in dicto legato peculij? Et dicitur quòd non, si ego testator nolui contineri. sed quidam non habent in fi. huius.l.non,& tunc est plana: *vt & supra eo.si peculium.*

e ¶*Vicarij* hi[c] enim vicarij legato peculio continentur: *vt supra de pecu.si seruus meus.§.j.R.& supra eo.si peculium.§.vicario.*

* Seruo libertate relicta, esse tu. ei peculiü relictumve vicarii vicariorû eius, hoc etiam legato continentur.

TIti fili.] CASVS. Seius instituit sibi heredes tres suos filios, puta Titium & Sempronium & Gaium, & postea ita locutus est dicto filio Titio: Titi fili è medio præcipito, sumito, tibique habeto domum illam, puta Seianam, item aureos centum. postea in alio capite testamenti prælegauit suum peculium cuilibet dictorum filiorum. postea dictos centum aureos quos prælegauerat dicto suo filio Titio, dedit fœnori: & sicut faciunt alij creditores, complexus fuit idem testator sortem & vsuras dictorum centum aureorum in ære alieno in quaternello suo breuiariarum rationû. habebat enim idem testator instrumenta sua in scrinio. & extra scrinium habebat vnum quaternellum in quo breuiter scribebat: talis debet mihi tantum nomine sortis, & tantum nomine vsurarum: & talis debet tantum, & talis tantum. nunc quæritur, an peculium filio Titio prælegatum, & centû aurei eidem prælegati, & vsuræ eorundem centum aureorum debeantur eidem Titio? Et respondet Scæuola cautè, dicens quòd si dictum fœnus dictorum centum aureorum exercuit pater nomine dicti filij Titij, & vsuras eorundem centum aureorum eidem filio adscripsit in dicto quaternello: id quoque fœnus, nedum sortem deberi eidem filio sub legato peculij. Viuianus.

f ¶*Peculia.* ita quòd cuilibet suum. Accursius.
g ¶*Centum aurei.* dati postea fœnori à testatore. R.
h ¶*Debentur.* Titio filio. Accursius.
i ¶*Inter cæteros.* melius diceret, debitores. sed dic, id est, sicut creditores cæteri facere videntur.
k ¶*Complexus.* scilicet pater. & non aperit nomine filij, vel suo, sed Scæuola cautè respondet. Accursius.
l ¶*Nomine filij.* scilicet Titij.
m ¶*Exercuisset.* volens & tibi & ei legatum augere peculium.
n ¶*Adscripsisset.* vnde destinatione [d] fœnus hoc iam factum peculium peculiarium foret: *vt supra de leg.ij.l. item in legato. §.j. & l.qui filium in fi.R.*
o ¶*Deberi* Contra.3.*de leg.ij.cum pater.§.filia.& l.Licinius.j.respon.*Sol.ibi voluntas sola & nuda, ideóque minus valida, hîc autê ad factû processit, & sic efficacior erat. R. magis enim ex secûdo facto, quàm ex primo legato centû aurei debentur. *& facit ad le.3. de le.ij.l.Lucius.ij.in princ.& 3.de leg.iij.l.fideicommissa.§.si rem.*

* Destinatione ut fœnus ac peculium.

DE PENV LEGATA.

Quæsitum est, an peculio prælegato, & centum aurei, [g] & vsuræ eorum debentur, [h] quum rationibus breuiariis * in ære alieno & sortem & vsuras inter cæteros [i] creditores complexus [k] sit. Respondit, si id fœnus nomine filij [l] exercuisset, [m] & vsuras, ita vt proponeretur, filio adscripsisset: [n] id quoque peculio † legato deberi. [o]

* Rationes breuiatas hic puto dici, quas quis in breuiariis perscripserit. dicitur autê breuiariû compendium: hoc est, liber in quo vel res gestæ, vel aliud quidpiam, puta rationes, accepta, impensaque breuiter comprehenduntur. v. si libet. Bud. I. de offic. quæst.

† Pretium peculii potius dationem, quàm donationem, hinc colligit Cephalus consi. 494. num. 15.

DE PENV LEGATA.

TITVLVS IX.

Si legatum pœnale incipit à præcedenti dispositione, ipsum legatum est in præstatione, non in petitione quoad executionis effectum, & mora potest purgari vsque ad litis contestationem, vel diem à testatore statutum, siue legatum sit vnum, siue in annos singulos. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.* †

† Puto leg. tertio. argu. §. vlt. j. eo. vbi citatur li. 3. de vino & al. quæ est ex lib. 23. ad Sabin.

VXori [p] suæ in annos singulos penoris aliquid [q] heres dare iussus est. si nô dedisset, nûmos [r] dare damnatus est. Quæritur, an penus

Quid sit penus. dic vt j. l. 3. in princ. Accur.

Instructi alia pars est penus, quam rectè veteres glossæ ita definiũt, ὅσα εἰς πότον ἢ βρῶσιν συναθροίζεται. idque hoc titulo diligentius explicatur simul ac penus quæ accessiones sint. Cuiac.

VXori suæ.] CASVS. Titius faciens testam. iussit heredi vt vxori suæ testatoris daret in singulos annos aliquid penoris, puta decê corbes vini vel frumenti: & si non daret, damnauit eundê heredem vt daret eidê vxori nûmos, puta decem: & postea decessit idem Titius Testator. nunc quæritur an vxor testatoris possit petere dictum vinum vel frumentum, an verò solûmodo sit in præstatione: & si non præstaretur ei per heredê, tunc possit vxor petere ab herede dicta decê quolibet anno? Et respon. iuriscôsultus, altius exordiendo & incipiêdo ab alio capitulo quàm sit quæsitum, & dicêdo quòd si semel penus sit legata vxori vel alij, & non per singulos annos, erit penus in præstationes.i.quòd heres poterit præstare eam legatario si voluerit, & aliàs non constringetur. quantitas autem prædicta, id est dicti decem nummi, erit in petitione, vt scilicet legatarius possit eam petere tantùm. in hoc casu habet heres oblationem penoris tandiu quandiu côtestetur cum eo lis de dicta pecunia, nisi fortè testator præstituerit aliud tempus in præstatione penus, quàm tempus litis contestatæ sit: præstituit dico, vel in mente sua, vel in verbis: quia tunc haberet heres oblationem penoris tandiu quandiu veniret dictum tempus præstitutum à testatore: & post illud tempus non haberet obligationem penoris, imò posset ab eo peti pecunia.i.dicti decem nummi. & idem est in nostro casu, vbi in singulos annos penus legata fuit vxori, vel etiam alij: & si heres non præstaret, damnatus fuit vt daret legatario decem nummos. nam per singulos annos erit penus in præstatione. & si heres non præstet, poterit legatarius ab eo petere per singulos annos.x. nûmos. Sed quid si penus sit legata in singulos annos, vt dictum est: & si penus non præstaretur per heredem singulis annis, damnatus sit heres dare legatario vnam summam nummorum, puta centû non singulis annis, sed semel tantùm: & primo anno penus non sit præstita legatario: nunquid legatarius poterit petere totam summam centum nummorum, quasi totum penoris legatum sit transfusum in petitione dictæ summæ? an verò poterit petere tantùm solummodò de dicta summa centum nummorum quam capit quantitas æstimationis dictæ summæ centum nummorum, quantum ad primum annum quo penus non est præstita per heredem legatario, quasi toto penoris legato transfuso in dictam summam? Et respon. quòd legatarius penoris, siue sit vxor testatoris, siue alius, potest petere totam summam centum nummorum. nam in hoc est coercenda heredis indeuotio. Viuianus.

p ¶*Vxori.* cui talia frequenter legantur. Accursius.
q ¶*Aliquid.* puta decem corbes vini.
r ¶*Nummos.* puta [a] decê aureos. sunt ergo duo legata, primû penoris, & purû: sequês côditionale, & forsan pœnale. *j. quando dies leg. ced. l. si penû. in prin.* Nec obst. in eo. tit. l. cû sine præfinitione. in prin. quia vnû est quoad vnâ exactionê. Si autê dicâ, si penû nô dederis. x. dato, tunc vnum est legatû: *vt. d. l. si penum in fi. & . j. de verb. obliga. l. ita stipulatus. & . j. de actio. & obliga. l. obligationum ferè in fi* ¶Sed arg. contra infra *ad leg. Falc. l. j. §. item. in fin.* §. vbi dicit, idem videtur vtrobique. Sed dic ad hoc vt vna fiat exactio.

a Legâs penum & si ea nô fuerit, dari cêrtum pœnæ nomine, vnû legatû facit, si incipiat à côditione: plura, si incipiat à præcedenti dispositione.

a ¶*Petatur.* ex seqēnti legato. nā in primo sola penus erat legata.
b ¶*Non per singulos.* sed certe & tunc idem: a *vt infra dicit.* & sic facti est varietas, non iuris diuersitas. Accursius.
c ¶*Dumtaxat.* i. non in petitione. est b tamen in naturali & ciuili obligatione donec in mora non est heres: *vt. j. quādo. di. lega. ced. le. si penum.* ¶Sed ideò non petitur, quia testator qui pœnā apposuit, penū peti noluit. ¶Item ei quod hic dicitur, non obstat *infra ad leg. Falc. l. j. §. item vt ibi plenè no.*

a Imo interest, neq; idē est penū deberi singulis annis, vel semel tantum, *Bart. hîc.*

b Penus legata ante mortē est in obligatione naturali & ciuili.

legata peti possit: an verò solummodo sit in præstatione: & si nō præstetur, tunc quantitas petatur. a Et si quidem semel penus sit legata, non per singulos b annos: certo iure vtimur, vt & Marcellus libro trigensimonono Digestorum apud Iulianū notat, in præstatione esse dumtaxat c penum, quantitatem verò & peti posse. Habebit igitur heres ablationem tandiu quandiu lis cum eo de pecunia contestetur: d nisi fortè aliud tempus vel mente e vel verbis testator præstituit. Quòd si in annos f singulos penus legata sit, g per singulos annos penus adhuc poterit præstari. si minus, h summæ per singulos annos petentur. Quid ergo si vna i summa legata sit, & primò penus non sit præstita? vtrū tota summa debeatur, quasi toto penoris legato transfuso: an verò quantitas primi anni æstimationis sola sit translata, dubitari potest. Puto tamen sic volūtatem sequendam testatoris, vt tota summa illicò † postquam cessauerat heres dari penum, vxori præstetur: heredis indeuotione coercenda. k

c Mora purgari pōt donec lis cōtestetur: nisi fortè aliud tempus testator præstituit.

d Atqui euentus cōditionis in mora constituit? Rectè an perperam sentiat hic Glossa vide hic apud Bartolum.

d ¶*Contestetur.* sic c . j. *de verbor. oblig. l. ita stipulatus. & l. si insulam.*
e ¶*Mente.* vt d quia voluit dari de fructibus futuri anni: vnde tantùm voluit differri: *vt. j. de verb. obliga. interdum.* Vel expressè dixit, in calēdis Ianuarij volo penum dari.
f ¶*Quod si in annos.* factum diuersum, sed ius idem.
g ¶*Legata sit.* i. si non præstetur penus per singulos annos decem.
h ¶*Si minus.* i. si non præstetur penus.
i ¶*Quid ergo si vna.* i. vnica summa: puta e cētum aurei, si in singulis annis non præstetur penus per singulos annos relicta. & ita c. nō per singulos annos, sed semel tantùm sunt legata.
k ¶*Coercenda.* ablatiui absoluti

e Si pœna apposita est annuo legato quo casu annuum legatum non soluitur, ex contrauentione vnius seu primi anni committetur pœna integra. *Romanus singul. 296. incipiente lege Titio: Simon. de Prætis, 4. de interpr. vltim. volunt. 1. interpret. 9. dubitat. numer. 17.*

† Cum aliquo tēporis spatio. *l. 1. §. vlt. j. ad l. Falcid.*

II. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

PEnu certa.] CASVS. Legaui Titio certā penum, puta centum corbes vini, cum vasis in quibus erat dictum vinum. & postea dictū vinum consumpsi. nūquid heres meus debet legatario dicta vasa? Et dicitur quòd non, sicut non debetur peculium legatario cui legaui seruum cum peculio, cum postea alienaui vel manumisi dictum seruum, vel mortuus fuit dictus seruus. *vt. j. tit. j. l. j. ij. iij. & iiij.* Viuianus.
l ¶*Et consumpta.* viuo testatore sc. *vt. j. tit. j. l. j. & ij. & l. tunc inutile item facit. j. e. nā quod. in prin. & Inst. de leg. §. si quis ancillas. & j. fa. ercis. l. ex parte. §. duos. & j. tit. ij. l. j. in fi. & l. si cui.*

QVi penū.] CASVS. Titius Legauit Seio penū. quæritur, quid contineatur in legato? Et respond. quòd ea continentur quæ sunt parata ad esum & potum. & hoc dixit Quintus Mucius, & bene. & idem scripsit Sabinus in libris quos misit ad quendam nomine Vitellium, determinans dictus Sabinus, & exponens dictum Quintum Mucium, & dicens in penu legata contineri omnia quæ parata sunt causa harum rerum, id est ad esum potúmque dicti Titij patrisfamiliâs & vxoris suæ & liberorum eius: vel quæ parata sunt ad esum potúmque familiæ quæ solet esse circa eos, id est circa dictum patremfam. & vxorem suam, & libertos. Item ea quæ parata sunt ad esum potúmque iumentorum, quæ iumenta parata sunt causa vsus dominici, id est dicti patrisfa. Aristo etiam notando dicit quòd in prædicto legato continentur quædam quæ non sunt parata esui potuique: vtputa ea in quibus, id est cum quibus esse, id est comedere solemus, vtputa oleū, & garū, & muria, quæ sunt genera salsamenti, & mel, & cætera his similia. planè inquit dictus Aristo Labeonem scripsisse nihil prędictorum cedere legato, si penus esculenta legetur: quia prædicta non solemus per se esse, id est comedere: sed per ea solemus esse, id est comedere. dicti tamen Aristo & Labeo iustè reprehenduntur per Trebatiū & Proculum. dicit enim Trebatius quòd mel ad minus bene cōtinetur in legato penus esculentæ: quia mel etiam per se solemus esse, id est comedere. Proculus autem generalíter loquitur dicens quòd omnia prædicta continentur in legato penus esculentæ, nisi appareat mens testatoris contraria. & hoc idem dicit Vlpianus conditor huius le. adiiciens quòd etiam lacertæ, id est briscæ mellis continentur in dicto legato. [POCVLENTA PENV.] Titius legauit Seio penum poculentam. certè continentur in legato ea quę vini loco paterfam. id est dictus Titius habuit. non autem continebuntur suprascripta, id est ea quæ solemus esse per se, vel per quæ solemus esse, id est comedere, quæ sunt numerata, *supra ea. l. sed Aristo.* ¶Item & acetum continetur in dicto legato, nisi erat paratū causa ignis extinguendi: quia tunc non pertinet dictum acetum ad esum & ad potum. [SED QVOD DIXIMVS.] Dictum est *supra ead. l. iy. respon.* quòd in legato penus continetur illud quod paratum est causa vsus sui legantis penum. certè illud ita accipiendum erit, vt cedat dicto legato illud quod paratum est causa amicorum eiusdem legantis & clientum quos circa se habet legans, & vniuersorum aliorū quos circa se habeat. non autem sic accipiendum erit, vt legato penoris contineantur cibaria eius familiæ quā neque circa se habeat legans, nec circa suos: puta si qui de familia sunt in villis deputati, vt ibi faciant aliquod opus. si autem non faciant ibi opus, sed stabant circa patremfam. qui multoties ad villas ibat, bene continentur cibaria eorum, vt dixit Mucius. sed & textorū & textricum cibaria continentur, & iumētorum quæ vsibus legantis & amicorum suorum seruiebant. nō autem continentur cibaria eorum iumentorum quę in agris deseruiebant, vel locabantur. [SIVE AVTEM.] Quæritur, nunquid penore legato contineatur frumentum, siue legumen & hordeum? Et dicitur quòd sic. Sed nunquid continentur ligna & carbones propter quæ penus conficitur, & thus & cera parata ad domesticum vsum patrisfamilias? Et dicitur quòd sic, reprobata sententia Quinti Mucij & Ofilij. Item continentur in dicto legato vnguentum & chartæ epistolares & odores, & chartæ paratæ ad ratiunculas, & logarium, id est rationarium, & vasa penuaria sine quibus penus non rectè potest stare. illa autem sine quibus nō potest stare, non continentur, sicut sunt dolia & arcæ, vel arculæ frumēti, vel leguminum. nec alia vasa quæ in litera cōtinentur, sine quibus bene potest esse penus: sed, vt dixi, ea sola vasa cōtinentur sine quibus haberi penus rectè non potest. & est ratio quantum ad hoc, quia illud quod est liquidæ materiæ, rapit secum in accessionis locum id sine quo esse non potest: & hoc ideo, quia per se non potest esse. dicta autem vasa sine quibus esse potest, sunt accessio penus legatæ, & non sunt legata. vnde penu post legatum à testatore consumpta, dicta vasa legatario non debentur. & idem est etiam si penus cum vasis specialiter sit legata. &. h d. cum *l. seq. vsque ad. §. si cui.* Viuianus.

PEnu certa cum vasis certis legata, & consumpta, l ne vasa quidem cedunt legato, exemplo peculij,

Esculenta & poculenta ad vsum patrisfamiliâs & amicorum ipsius indefinitè legato penorum continentur. speciale verò legatum ad ipsius vsum restringitur. & si arida penus legetur, nulla vasa comprehendit: liquida verò vilia tantùm vasa comprehendit. & si legatum penorum extinguitur, & legatum vasorum. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro vicensimo secundo ad Sabinum.*

QVi penum legat, † quid legato complectatur, videamus. Et Quintus Mucius m scribit libro secundo iuris ciuilis, penu legata contineri quæ esui potuíque sunt. n Idem Sabinus libris ad Vitellium scribit: o Quæ harum p † (inquit) patrisfamiliæ, vxoris liberorúmve eius, vel familiæ quæ circa eos esse solet: item iumentorum quæ dominici vsus causa parata sunt. 1. ¶Sed Aristo notat q etiam quę esui potuíque non sunt, contineri legato: vtputa ea in quibus r esse s solemus, oleum fortè, garum, t muriam, * mel, cæteráq; his similia.

† Gel. lib. 4. c. 1. hæc ferè Quinti Mucij verba recitat eadem.

† AL horum.

* Flo. muriã.

m ¶*Mucius scripsit.* rectè & sufficienter. R.
n ¶*Potuique sunt.* s. parata, non a autem causa vendendi: *vt infra eo. nam quod. §. si cui. & supra de lega. iij. l. cum quæreretur. §. lana.* nec causa b medendi: *vt infra eo. l. non omne.* Accursius.
o ¶*Scribit.* scilicet Quintus Mucius determinans & exponens cùm dicit, contineri omnem rem.
p ¶*Harum.* scilicet rerum quæ sunt paratæ esui vel potui ipsius patrisfamiliâs, & esui & potui vxoris, & sic sequentia. & pro hoc *Inst. de vsu & habi. §. si cui, & infra ea. l. §. sed quod diximus.*
q ¶*Sed Aristo notat.* non tamen per omnia bene.
r ¶*In quibus.* id est cum quibus.
s ¶*Esse.* id est comedere. Accursius.
t ¶*Garum.* genera salsamenti. facit ergo differentiam Aristo inter quod

a Penu legato nō continētur ea quæ causa vendendi vel medendi relinquit.

b Medendi causa relicta penus legato non cedunt.

quod, & cum quo: in quo etiam infra reprehenditur. Accur.
a ¶ *Non hac esse.* i. comedere, sed per ea &c. quia cum eis melius appet mus.
b ¶ *Contra scribit.* & bene.
c ¶ *Sed Proculus.* reprobata sententia Aristonis & Labeonis.

2. Plane (inquit) si penus esculenta legetur, Labeo lib. ix. posteriorũ scribit, nihil eorum cedere: quia nõ hęc esse,[a] sed per ea solemus. Trebatius in mille contra scribit,[b] meritò: quia mel esse solemus. Sed Proculus[c] omnia hæc contineri[d] rectè scribit, nisi contraria mens testatoris appareat. 3. ¶ Esculẽta[e] † verũ ea quæ esse, an & ea per quæ esse[f] solemus, legauerit?[g] Et ea[h] quoque legato cõtineri credendũ, nisi cõtraria mens patrisfamilias doceatur, Mella certè semper esculentæ penui[i] credere, lacertas[k] quoque cũ muria sua cõtineri,[l] nec Labeo negauit. 4. ¶ Poculẽta penu, ea quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur: suprascripta verò[m] nõ continebũtur. 5. ¶ Penori acetũ quoque cedere nemo dubitat: nisi extinguẽdi ignis causa fuit paratũ. tunc enim esui potuiq; non fuit.[n] & ita Ofilius libro sextodecimo actionũ scibit. 6. ¶ Sed quod diximus[o] *vsus sui gratia paratũ*, accipiendũ erit, & amicorũ eius, & cliẽtium, & vniuersorum quos circa se habet,[p] non etiã eius familię quã neq; circa se, neq; circa suos habet: puta si qui sunt in villis deputati: quos Quintus Mucius sic definiebat, vt eorũ[q] cibaria cõtineri[r] putet, qui opus non facerent.[s] Sed materiã præbuit[t] Seruio* notandi, vt textorũ & textricũ cibaria adiiceret[u] cõtineri.[x] Sed Mucius eos voluit significare[y] qui circa patremfamilias sunt.[z] 7. ¶ Simili modo & iumentorum cibaria penui cõtinentur, sed eorum iumentorum, quæ vsibus ipsius & amicorum deseruiunt. Cæterum si qua iumenta agris deseruiebant, vel locabãtur, legato non cedere cibaria eorũ. 8. ¶ Siue autẽ frumentum, siue quid leguminis in cella penuaria habuit, penori legato cõtinebitur.[a] Sed & hordeũ siue familiæ siue iumentorũ gratia: & Ofilius scribit libro sextodecimo actionũ. 9. ¶ Lina & carbones, cæteráque per quæ penus[b] cõficeretur, an penori legato contineantur, quæritur. & Quintus Mucius & Ofilius negauerunt, nõ magis quàm molæ, inquiunt, cõtinẽtur. Iidẽ & thus & ceras contineri negauerunt. Sed Rutilius & ligna & carbones quæ non vendendi causa parata sunt, contineri ait. Sextus autem Cæcilius etiam thus & cereos in domesticũ vsum paratos cõtineri legato scribit. 10. ¶ Seruius apud Melã & vnguentũ[c] & chartas epistulares penoris esse scribit. & est verius, hæc omnia, odores quoque contineri. Sed & chartas ad ratiunculã, vel ad logarium[d] paratas contineri.

11. ¶ Vasa quoque penuaria[e] quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristo autẽ scribit dolia non contineri, & est verũ secundũ illã distinctionẽ quam supra in vino[f] fecimus. Nec frumenti, nec leguminũ thecæ, arculæ fortè, vel sportæ, vel si qua alia sunt quæ horrei penuarij vel cellæ penuariæ instruẽdæ[g] gratia habentur, nõ continebuntur: sed ea sola continẽtur, sine quibus penus haberi non rectè potest:

IIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

NAm quod liquidæ materię sit, quia per se esse non potest, rapit[h] secum in accessionis locum id sine quo esse non potest. Vasa autẽ, accessio legatę penus, nõ legata sunt. Denique penu cõsumpta, vasa nõ debentur.[i] Sed & si penum cum vasis specialiter sit legatum, vasa non debebuntur vel consumpta penu vel adempta.[k] 1. ¶ Si cui quæ

d ¶ *Contineri.* in penu legata.
e ¶ *Esculenta.* brisca mellis &c.
f ¶ *Esse.* i. comedere. Accursius.
g ¶ *Legauerit.* sub. quæritur, & respon. & ea &c. scilicet per quæ solemus esse. Accursius.
h ¶ *Et ea.* Mucius respondet.
i ¶ *Penui.* vt dixit Treb.
k ¶ *Lacertas.* briscas[ε] mellis. Accur.
l ¶ *Contineri.* s. esculenta penu legata.
m ¶ *Suprascripta verò.* sc. quæ solemus esse, vel per quæ esse solemus quæ connumerata sunt superiori. §. H.
n ¶ *Non fuit.* sed instrumentum domus est: *vt. ff. de fun. inst. l. quæsitum. §. si domus.*
o ¶ *Sed quod diximus. ff. eo. circa prin.*
p ¶ *Circa se habet.* vt *Insti. de vsu & habi. §. si cui.*
q ¶ *Vt eorum.* id est etiam in villis positorum.
r ¶ *Contineri.* in penu legata.
s ¶ *Non facerent.* in villis vel agris.
t ¶ *Prabuit.* Quintus Mucius.
u ¶ *Diceret.* Seruius.
x ¶ *Contineri.* s. penu legata.
y ¶ *Significare.* cum dixit, qui opus in villis non facerent.
z ¶ *Sunt.* quo numero continentur & qui in villis, non tamen operis causa sunt: *vt supra de lega. iij. l. seruis vrbanis. R.*
a ¶ *Cõtinebitur.* nã & hoc per mediũ esui potuiq; comparatur.
b ¶ *Per qua penus.* s. seruanda. Sed melius dixisset, propter quæ, aut pro quibus.
c ¶ *Vnguẽtũ.* vulgare est nomen medicinæ, nec causa vtẽdi parata: *vt. j. l. proxi. §. si cui. & j. l. non omne.*
d ¶ *Ad logarium.* i.[δ] ratiocinariũ. à logos, quod est sermo, vel ratio: *vt. ff. de admi. tut. l. quidã decedens.* Acc.
e ¶ *Vasa penuaria.* sine quibus penus non potest stare: *vt in fin. huius legis. & j. proxi.*
f ¶ *Supra in vino fecimus.* vbi[ε] parua & vilia vasa diximus cõtineri vino legato, scilicet amphoræ & cadi: *vt. ff. de vi. le. l. iij. §. j. & l. vinum. & l. vino.* & idem hic in penu liquida. Sed[δ] in arida etiã vilia non debentur, vt subiicit.
g ¶ *Instruendæ.* in his enim vasis seruantur fructus. *ad quod supra de fun. instruct. l. instrumenta.*

NAm quod.] CASVS. in princi. continuatur casui præceden. SI CVI.] Titius legauit Seio ea quæ in promptuario sunt, id est in vsu cotidiano pro bibendo & comedendo. certè nulla penus videtur legata nisi illa. sed pone quòd dictus Titius solitus fructus suos vendere, legauit dicto Seio penum. certè ea sola videtur legasse, quæ separabat sibi pro penu. Si autem non separabat. sed promiscuè vtebatur, tunc cedet dicto legato tantum quantum ad annuum vsum eidem leganti sufficeret, & familiæ eius, & cæterorũ qui circa eum sunt. quod quidẽ euenit in personis mercatorum, qui cum est necesse, comedunt de rebus quas habent venales, & etiã quoties cella vini & olei quæ vendi solebant est relicta in hereditate. nam heres bene solet vti promiscuè iis quæ in dicta cella sunt. scias etiam ꝙ in penu continentur res omnis generis, dũ tamẽ pertineat ad esum vel potũ. [SI ITA LEGETVR.] Legaui Titio penũ meã quæ est Romę. quæritur, vtrum ea penus legata videtur quę est intra cõtinẽtia ędificia vrbis Romę: an verò ea sola quę est intra murũ Romę: & subaudi, etiã ea penus videtur legata quæ est intra cõtinentia ædificia, nedũ ea quę est intra muros. Itẽ subaudi, si est simul legata penus quæ est in vrbe, ea sola videtur legata quę est intra muros. & est ratio in vtroque, quia vrbem ferè omnes sapiẽtes dicũt finiri muro tenus, Romã autem continẽtibus eodẽ modo ędificiis finiri dicũt omnes ferè sapiẽtes. & vltra prædicta dico tibi plus. s. vrbẽ Romanã cõtinẽtibus eodẽ modo ædificiis finiri. Si autẽ legaui eidem Titio penũ vrbanã, tũc cõtinetur plus in legato, quã si legassem penum quę est in vrbe. nã omne sub penore cõtentũ quod vbiq; est, videtur legatũ etiã si sit in villa destinata vrbico vsui: sicut vrbana ministeria dicimus quæ extra vrbẽ existẽtia ministrare cõsueuerũt in vrbe. Si autem extra vrbẽ sit penus. i. extra muros vrbis, sit tamẽ Romæ eadẽ penus, puta in cõtinẽtibus ædificiis vrbis: idem erit dicendum quod est. j. sc. ꝙ contineatur dicta penus in legato prędicto vrbanæ penus. Sed & si penus sit in hortis iunctis vrbi, qui quidẽ horti sunt vltra dicta cõtinentia ædificia, idem erit dicendũ, scilicet vt dicta penus in hortis existens contineatur in prædicto legato vrbanæ penus. & hoc vult dicere hic. §. [SI CVI PENVS.] Legaui Titio penum meam præter vinũ. certè excepto vino omnis penus legata videtur. Sed quid si ita legaui: omnem penum meam lego Titio præter vinum meum quod est Romæ? certè sola penus mea quę Rome est, videtur legata præter vinum quod habebam Romæ: quia posteriora verba restringunt priora. Viuian.
h ¶ *Rapit.* sic.[a] *j. de aqua plu. ar. l. sed interdum.*
i ¶ *Non debentur.* vt. ff. *eo. l. ij. cum concor.*
k ¶ *Vel adempta.* sic *vt. ff. eodem. l. ij. & de fun. instrum. l. si cui. &*

† Vide, Quæ nota pro iudicibus qui indifferẽter ea à patribus accipiunt, in l. plebiscito. ff. de off. præf. & in auth. cosin. qd præst. coll. 2 & de mand. prin. colla. 3. §. hoc igitur. quamquam in regno Franciæ ita obseruatur.

ε Imò pisces quidã sunt ad salsamenta cõficiẽda idonei: de quibus Martialis: Quũ Saxetani fertur tibi cauda lacerti.

* In reprehẽsa forte Sexnolæ capitibus de quibus Gel. ibi. lib. 4. c. 1.

δ De logario pulchrè Pius Auto. Bart. in annot. ad ll. ca. si. & Alciat. li. 1. parer. c. 23.

ε Vino legato parua & vilia vasa debentur.

δ Aridi & liquidi differẽtia.

a Liquidi legatum rapit id secũ, sine quo stare non potest, hoc est vasa sua.

in promptuario[a] sint, legata fuerint, non omnis penus legata est.

Penoris legatum venalia non comprehendit: & si promiscuè vtebatur, tunc ad vsum annuum venalia continet. Bartolus.

2. ¶ Item si quis solitus fructus suos vendere, penum legauerit: non omnia quæ & promercij causa habuit, legasse videtur: sed ea sola quæ in penum sibi separabat.[b] Quòd si promiscuè vti solebat, tunc quantum ad annuum vsum ei sufficeret, familiæque eius, cęterorúmque qui circa eum sunt, legato cedet. quòd ferè (inquit Sabinus †) euenit in personis mercatorum: aut quotiens cella est olei & vini, quæ venire solebant in hereditate relicta. 3. ¶ Nomen autem *penus*, mihi traditum est omnibus generibus[c] dictum.

Vrbis seu ciuitatis appellatio muris finitur. Roma & Perusium. & similia continentibus ædificiis. & hæc adiectio, vrbana, magis qualitatem quàm locum significat. Bart.

4. ¶ Si ita legetur, *Penum quæ Romæ sit*: vtrum quę est intra continentia, legata videtur: an verò ea sola quæ est intra murum? Et quidem vrbes ferè omnes muro tenus finiri, Romam continentibus,[d] & vrbem † Romam ęquè continentibus. 5. ¶ Quòd si vrbana penus sit legata: omnem quæ vbique[e] est, legatam videri Labeo ait, etiam si in villa sit vrbico vsui destinata: sicuti vrbica ministeria dicimus & quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt. Si autem extra vrbem, Romæ tamen sit, sed & si in hortis sit vrbi iunctis: idem erit dicendum. 6. ¶ Si cui penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur excepto vino. Sed si ita scriptum sit, *Omnem penum præter vinum quod Romæ erit*: sola penus[f] quæ Romæ est, legata videtur. & ita & Pomponius libro sexto ad Sabinum scribit.

V. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

NOn omne quod bibetur, in penu habetur: alioqui necesse est vt omnia medicamẽta quę biberentur, contineantur. itaque ea demum penoris esse, quę alendi causa biberentur: quo in numero antidotum[g] non est. & sanè verè Cassius sensit.

1. ¶ Sed, quod quidam negauerunt, piper, & ligusticum, † & careum, & laser, & cætera huiusmodi in penu non esse, improbatum est.[h]

VI. IDEM *libro decimo ad Sabinum.*

INstrumentum pistrini, item vniuersa vasa cocitatoria,[i] * penu non continentur.

VII. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

P*Enum meam omnem ad matrem liberósque meos qui cum matre sunt, pertinere volo.* Quæro, si tutores pupilli[k] eam solummodo penum deberi quę in cœnaculo esset, dicant: sint autem & in horreis amphoræ:[l] an hæ quoque deberentur. Respondit, quidquid penoris vsus causa vbicumque habuisset.[m]

supra titu. j. l. j. & ij.

a Promptuarium quid.

a ¶ *Quæ in promptuario.* id[a] est in promptu, vt cotidiè vtatur, & sic alia nõ videntur legata. 2. Vel dic, in promptu, id est cellario, & sic illa quæ est extra cellarium, non videtur legata. Vnde Psal.[b] Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Accur.

b Psal. 143.

b ¶ *Separabat.* facit. *ʒ. de lega. ij. l. cùm quæreretur. §. lana. & de vsufru. lega. l. generali. §. vxori.*

c Penus in omni genere est.

c ¶ *Omnibus generibus.* nam hic[c] penus, & hæc penus, & hoc penus, huius penoris. teste Prisci. 2. Vel dic omnis generis res continentur in penu, si modò aptæ sint esui & potui.

d Roma continentibus ædificiis finitur.

d ¶ *Continentibus.* ædificiis:[d] *vt. j. de verb. signi. l. ij. & facit. j. titu. j. l. quemadmodũ. & ʒ. de lega. j. l. huiusmodi. & ʒ. de lega. ij. l. seruis vrbanis. & l. cuique. & l. quæro. & supra de fun. instru. l. cum quidam. & l. quæsitum. §. si quis. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. & l. Seiæ. §. Pamphila. & l. prædia. in prin.*

† Idem fere Gel. d lib. 4. cap. 1. ex Sabino refert.

e ¶ *Quod vbique.* idem ergo dico & si legaui eam quæ Romæ sit, scilicet vt videatur legare omnem. ADDITIO. Ista glossa videtur contra istum text. quia si lego ea quæ sunt Romæ, significatur locus, vt ea tantùm quæ sunt Romæ veniant. Sed si lego penum vrbanam, videor significare qualitatem, vt omnis quæ vbicunque est, veniat, si tamen sit vrbico vsui destinata: *vt hîc, & infra titu. j. l. antepenult.* Bart.

† Vide in hunc locum Petrum Crinitum *libr. de honesta disciplina. lib. 3. c. 9. & ʒ. de verbo. signi. l. 2.*

e Minus in ambiguis videtur legari.

f ¶ *Sola penus.* in[e] ambiguis enim quod minus est, videtur legari: *vt infra de regu. iur. l. semper in obscuris.* Argu. contra *in eo. titu. l. in testamentis.* nã relatiuum, quod potest referri ad vinum, & ad penum, cum sit neutri generis: *vt supra. §. nomen.* ¶ Item not. præcedentia[f] restringi per sequentia: *vt. ʒ. de leg. ij. l. quæsitum. §. j. & ij.* ibi, eadem est &c. & est sic contra. *ʒ. de trits. leg. l. fi. §. fin. & de leg. ij. l. heres. §. j. & facit. j. de auro & argen. le. l. Plautius.* ADDITIO. Dic quòd dictio, penus est omnis generis: *vt. ʒ. l. proxi. §. nomen.* & ideò debet habere in tex. omne penum, vt sit generis neutri. Sed si habes, omnem penum, dicas quòd dictio, penum, assumatur diuersis modis. vno modo quod sit generis masculini, & referatur ad dictionem, omnem. Alio modo quòd sit generis neutri, & referatur ad relatiuum, quod, secundum Bart. hic.

f Præcedentia consequentibus restringuntur.

NOn omne.] CASVS. Quamuis ea quæ sunt parata ad esum & potum, contineantur in legato penoris: *vt. ʒ. eo. qui penum in prin.* tamen non omne quod bibitur, in penu habetur: puta medicamenta quæ non bibuntur principaliter causa alendi bibentem. Sed & piper, & alia quæ in litera continentur, in penu continentur: quia prædicta & per prædicta comedimus: non autem continetur instrumentum pistrini, nec vasa depũtata ad coquendum. &. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

g Antidotum.

g ¶ *Antidotum.* quoddam[g] medicamentum est: *vt. ʒ. de contrahen. empt. quod sæpe. §. veneni.* Accursius.

h ¶ *Improbatum.* quia hoc & per hoc edimus. igitur in penu contineri videtur: *vt. ʒ. eo. l. ij. circa prin.*

i INstrumentum.] *Coquinaria.* id est deputata ad coquendum: *vt. j. de aur. & argen. lega. l. & si non sunt. §. si cui.* & de aliis dic *vt. ʒ. eo. l. ij. §. vasa.*

PEnum.] CASVS. Ita dixit testator, Penum omnem meam ad matrem meam pertinere volo, & ad liberos meos qui sunt cũ dicta mea matre. & instituit sibi heredẽ filiũ suum impuberẽ, & dedit ei tutorem Seium, & decessit. & reperitur nunc quòd testator habebat penũ in cœnaculo, & etiam in horreis. dicebat tutor q̃ nolebat legatariis dari nisi penum quæ erat in cœnaculo. respond. tamẽ quòd quicquid penoris vsus causa habuisset testator in quocunque loco, debetur legatariis. Viuianus.

k ¶ *Pupilli.* filij testatoris.

l ¶ *Amphoræ.* id est vasa: de quibus dic *vt. ʒ. eo. l. ij. §. vasa.* Accur.

m ¶ *Habuisset.* scilicet testator.

DE SVPELLECTILE LEGATA.

Instructi pars alia est supellex id est instrumentum patrisfamilias, græcè ἀποσκευὴ & διασκευή. & enumerantur hoc titulo res quæ sub eam appellationem cadunt. Cuia.

† De ligu[illegible] vide Dioscor[illegible] fic [illegible] manu[illegible] omnia [illegible] rat.

SVpellex.] CASVS. In hac. l. dicit quid est supellex. & certè supellex est domesticum instrumẽtum patrisfamil. quod ipse paterfamil. non annumerat argento vel auro facto, vel vesti, id est res mobiles paratæ ad cotidianum vsum patrisfamil. sunt supellex. non autem sunt in supellectili animalia. supellectili ergo legata continentur mensæ in legato, & trapæ, id est magna trapeta: & omnia illa vasa quæ continentur vsque ad versic. præterea &c. capsæ autem & armaria non continentur. & est plana ratio in litera. Sed nunquid sunt in supellectili vasa vitrea escaria & potoria? Et dicitur quòd sic: sicut continentur vasa fictilia, id est de terra. nec solùm continentur in supellectili vasa vitrea & fictilia quæ sunt vulgaria, id est parui pretij, sed etiam illa quæ sunt in magno pretio. & est ratio, quia pellues & aquiminaria, & mensæ, & lecti argentei vel argentati sunt in supellectili, si paterfamilias habebat ea in supellectili. Sed an vasa muricis & crystalli continentur? Et videtur quòd non: quia sunt maximi pretij, & pertineat ad vsum maximorum hominum. Respon. tamen quòd bene continentur. nam non interest cuius materiæ sunt res quas paterfa. habet in supellectili: quia omnes continentur. Antequam autem homines seculi vterentur supellectili argentea, vel alterius magni pretij, sicut iam fit, non continebantur in supellectili vasa prædicta pretiosa. sed cum hodie homines seculi quantum ad hoc imperiti vtantur supellectili argentea, & aliter pretiosa: si candelabrum vel aliud vas argẽteum sit à patrefa. relatum in argento quod erat in sua supellectili, videtur dictum vas esse argenti. scilicet quod erat in supellectili, & ita in supellectili. & sic tũc error, id est stultitia prædictorũ hominũ imperitorũ facit ius quantũ ad hoc. Itẽ significatione instrumẽti domestici patrisfa. de quo dicitur in. l. j. & sic significatione supellectilis solẽt annumerari rhedæ, id est rotæ plaustri, & etiam sedularia. Quæri autem solet de tapetis

* cocina[illegible] vt & j. de [illegible] & argen. [illegible] cum auro [illegible] si cui. quasi [illegible] cas, coquin[illegible] tia: nam & [illegible] cus & coqu[illegible] pro eodẽ [illegible] bitur. nisi [illegible] lis coquinaria legere: quod Haloãdro placuit.

de tapetis quibus insterni solent subsellia cathedralia patrisfamil. vtrum sint in veste, & sic non in supellectili: vt in in. l. j. sicut est in veste stragula, id est vestimentum quod sternitur, vt ibi superius quis iaceat. an sint dicta tapeta in supellectili sicut toralia, id est cortinæ quæ ponuntur supra torum siue lectum patrisfamil. Et respō. q̄ dicta tapeta sunt in supellectili. tapeta autem quibus paterfamil. non vtebatur in domo, sed in via, non sunt in supellectili, seu continentur appellatione instrumenti viatorij. sicut non sunt in supellectili pelles quibus inuoluuntur vestimenta patrisfa. cū equitat extra domū: & sicut non sunt in supellectili lora. i. funes quibus dictæ pelles solent constringi. pater enim familiàs equitare volens inuoluebat vestimenta sua in pellibus, & postea cum funibus ligabat & stringebat pelles. Et vt generaliter tibi dicam, hę res sunt supellectilis quæ ad vsum communem siue cotidianum vsum patrisfam. paratæ sunt, & quæ non habent separatim nomen sui generis. vnde ea quæ pertinent ad aliquod genus artificij, & non sunt accommodata ad communem vsum cotidianum patrisfamiliàs, nō sunt supellectilis. sed & pugillares & codices rationum testatoris non sunt in supellectili. & hoc dicit cum quatuor legibus seq. Viuianus.

† *Vide Var. li. 7. de ling. Lat.*

| *Vide Alex. ab Alex. Genia. dier. li. 4. ca. 19.*

† De trapezophoro vide Cęlium Rhodig. li. lect. antiq. 7. cap. 22. De delphica mēsa Valer. Max. lib. 4. tit. 1. & apud Plin. lib. 34. c. 3.

* toralia, mappæ villosæ, vala. De mappa autem villosa vide Nebriss. in lexico iuris ciui. in dictione, mappa. Vide & Alcia. lib. 4. præterm. 1. in dictione bancalium.

* Aquiminalia.

* Armorum.

a ¶ *Patrisfamiliàs.* non[a] fundi: *vt supra de fund. instrum. l. quæsitum. §. supellex. & §. sed si fundus.* Accursius.

a Suppellex non est fundi instrumentū.

b ¶ *Auróve.* Auri[b] numero continetur quod paterfamiliàs habet & reponit inter aurea, velut thesaurum: & sic de aliis. non ergo quod in cincturis vel zonis est, auri numero continetur: *vt infra de auro & argento lega. & si nō sint. in prin. & §. j. & l. scribit. & ↄ. eod. l. iij. §. vitrea.* Accursius.

b Auri numero quid contineatur.

DE † SVPPELLECTILE LEGATA.

TITVLVS X.

I. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

SVpellex † est domesticum patrisfamiliæ [a] instrumentum, quod neque argento auróve [b] facto, vel vesti adnumeretur. [c]

II. FLORENTINVS *libro vndecimo Institutionum.*

ID est, res mouentes, non animales.

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

SVpellectili legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, † delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, imperia, * vasa aquaria, pelues, aquiminaria. * candelabra, lucernæ, trullæ. 1. ¶ Item vasa ænea vulgaria, id est quæ nō propriè essent loco attributa.

2. ¶ Præterea capsæ, armaria. Sed sunt qui rectè putant capsas & armaria, si librorum, aut vestium, aut armamentorum * gratia parata sint, non esse in supellectili: quia ne hæ quidem ipsæ res quibus adtributæ essent, supellectilis instrumento cederēt.

3. ¶ Vitrea [d] escaria & potoria in supellectili sunt, sicut fictilia: nec solum vulgaria, sed etiam quæ in pretio magno sunt. Nam & pelues argenteas, & aquiminaria argentea, & mensas, & lectos inargētatos vel inauratos atque gemmatos in supellectili esse nō dubitatur, vsque adeo, vt idem iuris sit & si tota argentea vel aurea sint.

4. ¶ De murrinis & crystallinis dubitari potest an debeant adnumerari supellectili, propter eximium [e] vsum & pretium. [f] Sed & de his idem dicendū est.

5. ¶ Nec interest, cuius materię sunt res quę sunt in suppellectili. Sed craterem argenteum non esse in supellectili, [g] nec vllum vas argenteum, secundum seculi seueritatem, [h] nondum admittentis supellectilem argēteam. Hodie propter vsum imperatorum [i] * si in argento relatum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur, & error ius facit.

IIII. IDEM *libro singulari de instrumenti significatione.*

RHedæ [k] & sedularia supellectili adnumerari solent.

V. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

DE tapetis quæri potest, [l] subsellia cathedraria quibus insterni solent, vtrum in veste sint, sicut stragula: an in supellectili, sicut toralia, quæ propria stragulorum non sunt. Et hoc magis placuit, ea suppellectili cō tineri. 1. ¶ De tapetis autem vel linteis quibus insternuntur vehicula, [m] dubitari potest an sint in supellectili. Sed dicēdum est, potius instrumenti viatorij ea esse, sicut pelles [n] quibus inuoluuntur vestimenta, lora quoque quibus hæ pelles constringi solent.

VI. ALFENVS *libro tertio Digestorum à Paulo Epitomarum.*

SVpellectilis [o] eas esse res puto, quæ ad vsum [p] communem patrisfamiliàs paratæ essent, quæ nomen sui generis [q] separatim non haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod pertinerent. neque ad cōmunem vsum patrisfamiliàs accommodatæ essent, supellectilis non esse. 1. ¶ Sed nec pugillares [r] & codices in supellectili sunt.

c ¶ *Adnumeretur.* à patrefami. & sub. quod nec penui, vel ornamentis, vel instrumentis, nec alij etiam vsui vel speciei alteri: *vt. ↄ. eo. l. Labeo.* sed tūc est contra huic. l. *C. de administrat. tutorum. l. lex quæ. §. antè omnia.* ¶ Sed ibi impropriè dicit, cætera supellectilia. Vel ibi non erant in thesauro, sed vsu. & continua. l. seq. cum ista. Accur.

d ¶ *SVpellectili. Vitrea.* vasa. *fac. ↄ. de auro & arg. lega. l. cum aurum. §. fi. & l. & si non sint.*

e ¶ *Eximium.* quia magnates tantum vtuntur.

f ¶ *Et pretium.* s. magnum.

g ¶ *Non esse in supellectili.* cōtra. *ↄ. ea. l. §. vitrea.* Sol. Distingue [c] tempora, & concordabis scripturas, quia hic de tempore antè hāc. l. ibi de futuro: *vt & ↄ. l. proxi.*

c Distinctis tēporibus componuntur scripturæ inter se & conciliātur.

h ¶ *Seueritatem.* i. vsum qui est seuerus & rigidus, & contra fauorem legatorum: quia legata supellectili non cederent argentea. Accursius.

i ¶ *Vsum imperatorū.* vtebantur imperatores: vt si vas argēteum ff. infort.

relatum, id est annumeratum sit argento, tunc numero argenti nō supellectilis continetur: *vt supra eo. l. j.* & hic ergo si numero non est argenti, continetur appellatione supellectilis: & sic error [a] principis facit ius, vt suppellectilis appellatione contineatur argentū: quod tamen est verum secundum quod dicitur infra eo. l. Labeo. vt sic legata supellectili candelabrum argenteum cedat. Sed quomodo solius, principis error facit ius? Respond. quia & alij debēt sequi quod ipse facit. *argu. C. de episco. au. l. iij.* & si cōmunis [b] error hic facit ius: sic *& supra de offic. præto. l. Barbarius.* ¶ Item quomodo [c] princeps errat in iure, cùm omnia sint in eius pectore: *vt C. de testa. l. omnium.* & ab eo nascuntur: *vt C. vnde vi. l. meminerint?* Respon. non [d] est verisimile eum errare: potest [e] tamē, *& facit ↄ. ad Trebel. seruo inuito §. cum prætor.* Sed arg. contra, *supra de legi. & senatusconsul. l. quod non ratione. & infra de vsucap. l. vbi lex. & supra de iurisdic. omn. iudic. si per errorem. & infra de auro & argent. leg. l. ornamentorum.*

a Error principis ius ideò facere dicitur, q̄ eius vitam & mores subditi imitentur.

b Error communis ius facit.

c Errare etiam princeps ipse potest. *adde Gloss. Nouell. de deposito. 88. in fi. Gloss. l. vlt. in verbo quæret. C. in quibus causis in integrum restitutio. Cepolam in. l. 2. C. de vsucap. pro emptore.* vbi etiā notat Papā errare posse & obliuisci sed & Gratianum Decretorū authorem & Augustinum in multis errasse. at non ecclesiā errare aut errasse probari posse.

* imperatorū.

d Verisimile non est principem errare.

e Veritas aliud, aliud verisimilitudo.

k RHeda. id est rotæ plaustri fortè *vt Insti. de rerum diui. §. fin.*

l DE tapetis quæri potest. hic accipe quibus scilicet tapetis subsellia &c. ¶ Et sic nota. tapeta [f] esse in supellectili quibus in domo vtimur, non in via: vt subiicit, de tapetis &c.

f Tapetis domestica supellectilis legato continētur at non ea quibus vtimur in domo.

m ¶ *Vehicula.* quibus vehitur paterfamilias.

n ¶ *Sicut pelles.* s. nō sunt in supellectili. *& facit infra de auro & argen. lega. l. argento. in princ.*

o SVpellectilis. huc vsque, *& ↄ. l. proxi. §. j.* dicitur de quotidianis.

p ¶ *Ad vsum.* scilicet cotidianum. Accursius.

q ¶ *Sui generis.* hic dic *vt. ↄ. l. proxi. §. j.* Acc.

r ¶ *Pugillares.* de [g] cera in quibus scribebātur nomina debitorum: *vt. ↄ. commo. l. in commodato. §. igitur.* Accursius.

g Pugillares. † Vide hic Alciat. lib. dispū. 1. ca. 5.

LAbeo ait.] CASVS. In hac lege multi iurisconsulti loquuntur super supellectili. & quidem Labeo primò loquitur super origine supellectilis, dicens ideò fuisse originem supellectilis, quia olim iis qui in legationem ciuitatum suarum proficiscerētur, solebant alij locare ea quæ forent vsui sub pellibus. Tubero autē dicit secundo quid est supellex, dicens quòd supellex est quoddam instrumentum patrisfam. rerum ad cotidianum vsum paratarum, quod instrumentum non caderet in aliam speciem: id est nō computaretur ab ipso patrefamil. cadunt autem in aliam speciem ea quæ sunt in penu, & in argento, & in veste, & in ornamento, & in instrumento agri aut domus: & ideò prædicta non continentur in supellectili. Diceret aliquis, quomodo dicis tu quòd argentum non est in supellectilli? nonne coutrarium dicitur supra eodem l. iij. in fine. scilicet quòd continetur? Certè sic. Dicit Tubero,

illud non obstat, quia dicta lex iij. in fin. loquitur secundum iura & consuetudinem nouam: hæc autem loquitur secundum veterem, moribus enim ciuitatis & vsu rerum appellatio suppellectilis est mutata. nam antiqui vtebantur supellectili fictili, & lignea, & vitrea, & ærea: nunc autem, id est secundum nouam consuetudinem hominum vtimur supellectili ex ebore atque testudine, & ex argento & auro & gemmis. quare secundum dictam nouam consuetudinem oportet intueri potius speciem rerum quæ dicuntur esse in supellectili, quàm materiam ex qua sunt specificatæ dictæ res. ex quacunque enim materia nūc sunt, continentur appellatione supellectilis, dum tamen paterfamilias numeret eas in sua supellectili.

Hoc tamen vltimum dictum Tuberonis Seruius distinguit hoc modo, scilicet vt aspici debeat sententia patrisfamilias. qui legauerat supellectilem, in qua ratione ea solitus sit referre de quibus potest dubitari an sint potius suppellectilis, an argenti, an vestis: scilicet vt si sit solitus referre in supellectili, sint supellectilis. Si autem in aliam rationem sit solitus ea referre, non sint in supellectili. Si autē paterfami. solitus sit adscribere supellectili ea de quibus non dubitaretur quin essent in alio genere quàm in supellectili. puta argentum escarium, aut penulas, i. vestes, aut togas, id est longas & pretiosas vestes, non idcirco oportere existimare ea etiam cōtineri in legato suppellectilis. nō enim fatetur dictus Seruius nomina rerum exaudiri debere ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu. Tubero autem ait sibi nō liquere, nec placere id quod placuit dicto Seruio, imò dicit quòd etiam ea continentur in legato supellectilis de quibus non dubitaretur quin essent in alio genere quàm supellectilis, si paterfa. erat solitus adscribere supellectili, & reddit Tubero talem rationem: quia nomina rerum non sunt, nisi vt monstrent voluntatem dicentis. pater autem famil. dicebat esse in sua supellectili escarium argentum, & penulas, & togas de quibus nō dubitatur quin sint in alio genere: ergo voluntas sua videtur esse vt in supellectili sint. si sua voluntas, ergo continentur in supellectili. & certè dicit idem Tubero, non arbitror quemquam patremfami. dicere quod non sentit, cùm dicit aliquas suas res esse in supellectili, & specialiter quando est vsus eo nomine quo solet appellari id de quo quæritur vtrum contineatur appellatione supellectilis. vtimur enim ministerio vocis, dicit dictus Tubero. nemo autem existimandus est dixisse quod non agitauerit in mente, dicit idem Tubero. & subaudi secundum eundem Tuberonem, ergo dictus paterfam. qui nominauit in supellectili etiam ea de quibus non dubitabatur quin essent in alio genere quàm supellectili, videtur in mente agitasse vt prædicta sint in supellectili. si videtur voluisse vt prædicta sint in supellectili: ergo secundum eundē Tuberonem sunt in suppellectili. Celsus autem conditor huius legis reprobata sententia Tuberonis reuertitur ad sententiam Seruij supradicti curialiter Tuberonem reprehendens, & dicens, quamuis multum me moueat ratio & auctoritas Tuberonis, non tamen dissentio à Seruio dicente non videri quenquam dixisse id cuius non suo nomine vsus sit. quod quidem dixit Seruius in versiculo, verū si ea, &c. nam quāuis prior & potentior sit mens patrisfamiliâs qui legauit supellectile, quàm vox ipsius patrisfamiliâs dicentis. sicut & Tubero dicebat: tamē nemo existimatur dixisse sine voce. ergo non solùm in mēte dicentis est vis, sed etiam in voce eiusdem. ergo si in voce sua annumeret in supellectili ea de quibus nō dubitatur quin sint in alio genere quàm supellectilis, non continentur in supellectili, quamuis gerat hoc ipse in mēte, vt & dixit Seruius. quamuis autem dixerim ego Celsus conditor huius legis neminē sine voce dicere, tamen existimo dicere eos qui loqui nō possunt, & hoc per conatum & sonum quendam. Viuian.

† Vide hic Alcia. lib. dispun. c. ca. 7.

Instrumenta domestica ad vsum patrisfamiliâs deputata supellectilis legatum comprehendit ex propria significatione vocabuli: & ea quæ possunt ex diuersis generibus contineri, ex vsu testantis complectuntur legato: sed in iis quæ constat aliam speciem continere, testantis vsus non inspicitur. Bartolus,

VII. CELSVS *libro nonodecimo Digestorum.*

LAbeo ait originem fuisse supellectilis, quòd olim his qui in legationem proficiscerētur, locari solerent quæ sub pellibus † vsui forent.

1. ¶ Tubero hoc modo demonstrare supellectilem tentat, instrumētum quoddam patrisfamiliæ rerum ad cottidianum vsum paratarum, quod in aliam speciē non caderet: vt verbi gratia penum,[a] argentum, vestem, ornamenta, instrumēta agri aut domus. Nec mirum[b] est, moribus ciuitatis, & vsu rerum appellationem eius mutatam[c] esse. Nam fictili aut lignea aut vitrea aut ærea denique supellectili vtebantur: nunc[d] ex ebore atque testudine, & argento, iam ex auro etiam atque gemmis supellectili vtuntur.[e] Quare speciem potius rerum quàm materiam intueri oportet. [Sed* de his quidem de quibus dubitari[f] potest,] supellectilis potius, an argenti,[g] an vestis sint.

2. ¶ Seruius fatetur sententiam eius qui legauerit, aspici oportere, in quam † rationem ea solitus sit referre. Verùm si ea de quibus non ambigeretur quin in alieno genere essent, vtputa escarium[h] argentum, aut penulas[i] & togas, supellectili quis adscribere solitus sit: non idcircò existimari oportere supellectili legata ea quoque[k] contineri. Non enim ex opinionibus[l] singulorum, sed ex communi vsu[m]

* Inclusa de sunt Pla.

† id est in qua vsum.

a ¶ *Verbi gratia penum.* quasi diceret, penus & quæ sequuntur, cadunt in speciem certam, & sic non sunt in supellectili, licèt sint in vsu cotidiano. cùm ergo omnia esculenta & poculenta sint in penu: *vt. s. tit. j. l. iij. in prin.* similiter & ea quę continentur nomine eorum quæ hic sequuntur: *vt & s. e. l. j. & s. l. proxi.* Accursius.

b ¶ *Nec mirum.* tacitę obiectioni respondet.

c ¶ *Mutatam.* scilicet ab eo quod ab initio fuit. vnde versus,[a] Multa renascentur quę iam cecidêre, cadêntque Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus, Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi. *& facit. s. de legi. & senatuscon. l. de quibus. in fin.*

a Hor...

d ¶ *Nunc.* ex sequenti tempore.

e ¶ *Vtuntur.* vt *& s. eo. l. iij. §. vitrea. & §. fi.*

f ¶ *Dubitari.* tali dubitatione non ex generis qualitate tantum de quo quæritur, sed ex eius vsu pendente. R. puta de escario: *vt. j. de aur. & argen. leg. l. & si nō. §. si cui escarium. R.*

g ¶ *An argenti.* quæ argenti numero sint, dic *vt infra de auro & argē. leg. l. cum aurum. & l. Quintus. § penul. & §. fina. & l. & si non sint. in princip. & §. j. & ij.*

h ¶ *Vtputa escarium.* de hoc dubitari potest an argenti numero sit, vel non: *vt. j. de auro & argen. lega. l. & si non sint. §. lectum. & §. si cui escarium.* supellectilis ergo numero constat non contineri: *vt. s. eod. l. j.* Azo. nisi probetur testatorem contrà sensisse: *vt infra l. proxi.*

i ¶ *Penulas.* vilis vestis, sed toga longa & pretiosa.

k ¶ *Ea quoque.* scilicet omnia, sed argentum escarium contineri poterit, si id testatorem sensisse constiterit: *vt. j. l. proxi. & supra dixit. H.*

l ¶ *Opinionibus.* Not.[b] *sic. s. de adquir. here. l. cùm quidā. §. quod dicitur in medio. l. H.*

m ¶ *Ex communi vsu.* scilicet proprio, aut figurato. nam & figuratiua[c] significatio communis est, & sic vsitata[d] potest appellari. ¶ Item nota[e] hic quod si per appellatiuum nomen testator aliud significare voluit: siquidem deminuere voluit significationem verbi testator, vt si plura significabat, & pauciora voluit significari: stabitur, testatoris voluntati: *vt supra de fundo instructo & instrumento legato. l. cùm de lanionis. §. asinam. & §. quidam. & infra de auro & argen. lega. l. Quintus. §. item argento. & infra eodem. l. legata.* secundum Rog. Quandoque tamen secus reperio, *vt supra de vsufruc. leg. l. si alij.* licèt. R. aliter ibi dixerit: vt ibi no. si verò voluerit augere significationem, sentio cum Seruio, reprobata sententia Tuberonis: vt si quidem voluit augere per ea de quibus dubitari potest an sint in alio genere, vel quæ eisdem verbis prima facie contineri videntur, tunc stabitur eius voluntati. si verò certum est ea in alio genere esse, non ideò augebitur legatum: *vt hîc, & superiori respon. & infra de auro & argen. lega. l. pediculis. §. ij.* Sed quàndo non deminuere vel augere (sicut dictum est) significationem testator voluit, sed appellatiuum nomen incongruens ei de quo sensit expressit, sed congruens alij: si quidem omnino est extranea & remota significatio apposita ab eo quod voluit, vt si sensit de auro, dixit de lapide, nihil omnino debetur: *vt supra de legat. j. l. iiij in fin. j. respon.* Si verò sententia potest aptari quoquo modo, quod sæpe per consuetudinem apparet, vel per vnicam essentiam & materiam, secus est. quod dic *vt supra de lega. iij. non aliter.* sic ergo ad ea quæ super hac. l. dicuntur, *facit infra de auro & argen. lega. l. pediculis. §. j. & ij. & l. Quintus Mucius. per totum. & supra de legi. & senatusconsul. de quib u. §. inueterata. & supra de legat. iij. nummis. & l. alle. §. j. & infra de regulis iuris. l. in stipulationibus.* ¶ Sed argu. contra *supra de legat. j. l. iiij.* Item contra *supra de tritico, vino, & oleo legato. l. si quis. in princip.* Item contra *infra titu. ij. l. inter vestem.* Solu. vt ibi. Accursius.

Id

nomina exaudiri † debere. Id [a] Tubero parū sibi liquere ait. Nā quorsum nomina, inquit, nisi vt demōstrarent voluntatem dicētis? Equidem non arbitror quēquam dicere quod non sentiret, vt maximè [b] nomine vsus sit quo id appellari solet. nam vocis ministerio vtimur. cæterùm nemo existimamdus est dixisse quod non mente agitauerit. [c] Sed & si magnopere me [d] Tuberonis & ratio & auctoritas mouet, non tamen à Seruio dissentio, non videri quenquam dixisse, cuius nō suo nomine [e] vsus sit. Nam & si prior atque potentior est, quàm vox, mens dicentis, [f] tamen nemo sine voce dixisse existimatur: nisi forte & eos qui loqui nō possunt, conatu ipso, & sono quodam, ἐν τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ † dicere existimamus. [g]

† Hoc est, & inarticulata voce, ac confusa. Vide Alcia. lib. prætermisso. L. hoc ipso titu.

Argentum escarium & potorium appellatione supellectilis non continetur nisi ex vsu patrisfamilias aliud significetur. Bart.

VIII. MODESTINVS *libro nono Responsorum.*

CVm quidam vxori suæ legauerat domū cum iure suo [h] omni, & instrumento, & supellectili: quærebatur an videretur & argentū escale [i] & potorium legato cōtineri. Respondit, si quid in suppellectili argētum [k] est, deberi. escale [l] autem vel potorium argentum non deberi, [m] nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat.

IX. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

LEgata supellectili, cum species ex abundanti per imperitiā enumerentur, [n] generali legato non derogatur. † Si tamen species certi numeri demonstratæ fuerint, [o] modus generi datus in his speciebus intelligitur. Idē seruabitur instructo prædio legato, si quædam species numerum certum acceperint.

1. ¶ Supellectilis mensas esse cuiuscumq; materiæ, scilicet vel argenteas, vel argento inclusas, placet. Nam & argenteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere posterior ætas [p] recepit: cùm & Vlyssem [q] ex auro & argēto lectū viuentis arboris truncis ædificatum ornasse, quē Penelopa recognoscēdi viri signū accepit, vt voluit Homerus.

2. ¶ Supellectili sua omni legata, acceptū argentum pignori non cōtinebitur, quia supellectilem suā legauit: vtiq; si non in vsu creditoris id argentū voluntate [r] debitoris fuit, sed propositum * propter contractus fidem, ac restituendæ rei vinculum.

* repositum.

X. IAVOLENVS *libro tertio ex Posterioribus Labeonis.*

a ¶ *Id.* vsque huc Seruius. Nunc Tubero incipit: & dic, Tubero ait, non sibi liquere, id est manifestum esse, & sic nec placere, id. s. quod Seruio. nam quorsum, id est quare sunt nomina inuenta? & sunt verba Tuberonis per Celsum hic relata.

b ¶ *Vt maximè.* idem ergo si nomine non congruo, secundum Tuberonem.

† Hæc verba ponuntur in Gl. 1. in c. nonnulli. extr. de rescrip. Ant. Aug. lib. 4. emend.

c ¶ *Agitauerit.* ex omnibus, licet perperā inferre volebat Tubero quem quolibet verbo dicere quidquid vellet.

d ¶ *Me.* Celsum authorem huius legis.

a Proprio nomine designati aut eo quod vice pprij nominis fit, paria.

e ¶ *Suo nomine.* proprio, vel [a] quod vice proprij nominis fungitur: *vt supra si cert. pet. l. certum. & facit. ǯ. de reb. dub. l. iij. & de manum. testa. l. qui habebat. & l. Stichus. & supra de hered. instu. l. quoties.*

f ¶ *Dicentis.* sic. s̄. *de lega. iij. l. non aliter. & l. xj. §. eum. & l. quisquis mihi. argu. contra. s̄. de vsufruc. lega. l. si alij.*

g ¶ *Existimamus.* facit. *C. de fideicom. lib. l. & in epistola & s̄. de lega. ij. l. cum proponeretur. & s̄. de lega. iij. l. nutu.*

CVm quidam.] CASVS. Titius legauit vxori suæ domum Titianam cum omni suo iure, & cum instrumento & supellectile, & decessit. modo quæritur, an contineatur in dicto legato argētum escarium & potoriū? Et dicitur quòd non, nisi vxor legataria doceat hoc sensisse testatorem. aliud autem argentum quod testator annumerabat supellectili, sine dubio continetur. Viuian.

h ¶ *Iure suo.* i. seruitute ei & ab ea debita. idem tamen si hoc non dixisset: *vt. s̄. de ser. rusti. præd. l. via. §. quæcumque.*

i ¶ *Escale.* quod dicatur escarium argentum, dicitur, ǯ. *de aur. & argen. leg. l. & si non sint. §. si cui. & l. pediculis. §. argento.*

k ¶ *Argentum.* sine omni dubio. R.

l ¶ *Escale.* de quo potest dubitari, an alio genere contineatur: *vt ǯ. de auro & argen. lega. l. pediculis. §. j.* Sed in supellectili constat non contineri, *vt hic, & s̄. eo. l. Labeo. §. verùm si ea.* nisi hoc testator senserit: *vt. ǯ. statim subiicit.* Accur.

b Generale restringitur per spēm adiectā.

m ¶ *Non deberi.* quia [b] prius generali nomine posito, scilicet instrumento, deinde supposuit speciale nomen, scilicet supellectile. & ideò restringit præcedentia omnia: *vt. s̄. de le. iij. l. heres. §. vxori* Sed ar. contra, ǯ *tit. j. à filio. §. si*

LEgata.] CASVS. Titius legauit mihi supellectilē suam, in qua quidem multæ species continentur quæ sunt enumeratæ *supra eo. l. iij. in princ.* & postea per imperitiam enumerauit quasdam de dictis speciebus solis, & non enumerauit aliàs, & decessit. nunquid debentur mihi omnes species quæ sunt in supellectili enumeratæ specialiter, & aliæ? Et dicitur quòd sic. nam dicto generali legata supellectili, non derogatur per dictam enumerationem quarundam specierum. si autem ex certa scientia ita dixit testator, Lego Viuiano sueplléctilem meam, scilicet mensas, trapezophora, & delphicas, intelligitur tunc datus modus legato generis, id est supellectilis, in dictis speciebus ex certa scientia numeratis, scilicet vt illæ solæ debeantur, & non aliæ quæ solent in supellectili cōtineri, scilicet subsellia & scamna, & aliæ species enumeratæ, *in d. l. iij. in prin.* & quod dictum est in supellectile legata, habet locum in prædio instructo legato, si postea testator numerauit ex certa scientia quasdam species quæ solent contineri in instrumento fundi, & non aliàs: scilicet vt in speciebus enumeratis intelligatur datus modus generis. [SVPELLECTILIS.] Titius legauit mihi supellectilem suam. certè continentur mensæ cuiuscunque materiæ, etiam si sint argenteæ, vel argento inclusæ, & lecti argentei, & candelabra argentea. & hoc secundum posteriorem ætatem, secundum quam homines vtuntur supellectile argentea etiam: cum per priorem ætatē non esset in vsu argentea supellex, sed tantùm fictilis & vitrea & lignea & ærea: *vt supra eod. l. iij. in fin. & l. Labeo. §. nec mirum.* & cum Vlysses qui fuit de dicta posteriori ætate, haberet vxorem nomine Penelopen, hic Vlysses absentauit se diu, & redargutus postea à dicta sua vxore per Homerum siue Ouidium, quem ei tanquam nuntium destinauit, fecit lectum de truncis ligni, quod nec comburi nec putrefieri poterat: & ornauit dictum lectum argento & auro, & misit dictæ suæ vxori vt esset signum quod ipse Vlysses viuebat. [SVPELLECTILI.] Titius mutuauit Seio centum, & accepit argentum in pignore. postea idem Titius fecit testamentum, & legauit Gaio omnem suam supellectilem. nunquid dictum aurum continebitur in legato? Et dicitur quòd non: quia vt dictum est, legauit supellectilem suam. appellatione autem sui, continetur res testatori obligata propter fidem contractus, & propter vinculum rei obligatæ restituendæ debitori soluto debito: *vt in fine huius. l.* & hæc vera sunt si dictum argentum non fuit in vsu creditoris, voluntate debitoris, sed fuit tantum apud eum repositum causa pignoris: quia si prædicto modo fuisset in vsu creditoris eiusdem testatoris, bene contineretur in legato prædicto, à contrario sensu huius literę. Viuianus.

† Superflua ita non vitiāt: necessaria verò ꝑtermissa deminuunt contractum. *facit Gl. super verbo, fam... in ea. quia propter. extr. de elect. vbi hæc verba ponūtur per hanc. l.*

n ¶ *Enumerantur.* à testatore. Accur.

o ¶ *Fuerint.* ex certa scientia, non per imperitiam. & dic [a] vt not. *supra de fun. instru. l. quæsitum. §. pe. & §. fina. & facit in eo. titu. l. cum de lanionis. §. quidam cum. & l. Seie. in prin. & infra titu. j. l. verba. & l. alimenta. §. Basilica. & l. Stichus. in princ. & arg. s̄. de iudi. l. cùm prætor.*

a Specierū adiectione non derogatur generis legato.

p ¶ *Aetas.* sic. s̄. *eo. l. Labeo. circa prin. & l. iij. §. fin.*

q ¶ *Cum.*] *Vlyssem.* Hic Vlysses cùm diu fuisset absens, & per literas ab vxore sua scilicet Penelope redargueretur, fecit lectum de truncis ligni quod nec comburi nec putrefieri poterat, & ornauit auro & argento, & misit vxori vt esset signum viri viuentis. *facit supra de contrahenda. emptione. l. cùm ab eo. §. mensam.*

r ¶ *Voluntate.* quia præsumebatur nolle lucrum: *vt supra de leg. iij. l. antepenul. in principio.* ¶ Item not. quod [b] ex vsu testatoris voluntas colligitur. *sic supra de vi. triti. & oleo lega. ex vsu. & infra titu. j. l. cùm alimenta. in princip.* Sed argu. contra, *infra. l. proxim.* Accursius.

b Voluntas testatoris ex vsu colligitur.

QVi vestem.] CASVS. Titius solitus erat ponere & annumerare in supellectile sua omnem vestem suam, & aliàs res plurium generum. idem Titius fecit testamentum, & vxori suæ legauit supellectilem. nunquid in legato continetur dicta vestis? Et Labeo & Ofilius & Cascellius rectè negabant vestem cessuram dicto legato: quia vestis non potest videri contineri appellatione suppellectilis. vestis enim cadit in aliam speciem. Viuianus.

ff. Infort.

a ¶ *Expenso.* id est cùm expenderet supellectilem, nominabat hæc omnia, & vtebatur in supellectili.
b ¶ *Contineri.* quia certum genus habet vestis: *vt.s.l.j.& l. Labeo.§.verum si ea.* & dic vt ibi plenè notaui.

V*Asa ænea.*] CASVS. Titius legauit mihi supellectilem suam. quæritur, an in legato côtineantur vasa ænea posita in domo causa aquæ salientis & fluentis in domo, quæ quidē vasa sunt ad voluptatē, & nō ad necessitatem? Et dicitur q̄ nō. Et idē est in qualibet alia re posita ad voluptatē. murrhea autē vasa & vitrea quæ parata sunt ad vsū edēdi & bibendi, bene côtinētur in dicto legato: & dicūtur[a] murrhea vasa illa quæ sunt picta vel ornata murice, id est sanguine muricis, de quo solet tingi purpura: *vt.C. de diuersis rescrip. l. pen.* Viuianus.
c ¶ *Vsus.* necessarij. *& facit. s. de ser. l. vt pomum.*

Q*Vemadmodum.*] CASVS. Titius Romanus pone, legauit mihi supellectilē suam vrbanam. habebat autem quædam supellectilia in rure, quę erant ad vsum vrbanum destinata. nūquid illa supellectilia posita in rure côtinētur in legato? Et dicitur q̄ sic, & est ratio, quia quemadmodum vrbanus seruus & rusticus non loco, sed genere vsus distinguitur, ita vrbana penus & supellex est dirigenda ad vsum vrbanum, non ad locum vrbanum aut peregrinū. secus autē si legasset mihi supellectilem quę est in vrbe, quia non côtinetur tūc nisi ea quæ est intra muros vrbis. Viuianus.
d ¶ *Non loco.* vt. b s. *de lega. iij. l. seruis vrbanis in prin. & l. cùm quæreretur. in prin. & j. de verb. sig. l. vrbana. & C. de prædiis mino. l. si prædium.* Accur.
e ¶ *In vrbe.* sic. s. tit. j. *l. nam & si. §. si ita.* Accursius.

*Perperam addebat Hal. verbum, nomine.

a Murrhea vasa eadem sunt, quæ & myrrhyna de quibus passim apud authores.

b Vrbanus seruus à rustico non differt loco, sed vsus genere.

c Fundi vel domus vsufructu legato, instrumentum legatum intelligitur: Fundo legato simpliciter, instrumentum aliàs non debetur, quàm si specialiter instrumentum legatum sit. vide Manticam 9. de coniect. vlti. volunt. 2. num. 13. aut instrumentum terræ sit losixum. Gloss. l. sed si is. §. proprietatis. s. de vsufructu.

d Alimentorum appellatione quid côtineatur. Vide Simonē de Prætis 4. vltim. volunt. interpret. 1. dubitat. 11. adde Gressum libro sententiarum. §. legatum. quæst. 22. & 30. vbi quærit, alimentorum appellatione quid contineatur, an medicina, & alia multa quæ ad hunc locū pertinent.

Q*Vi vestem omnem, & res plurium generum supellectilis* expenso*[a] ferre solitus erat, is vxori supellectilem legauerat. Rectè negabant vestem legato cessuram Labeo, Ofilius, Cascellius: quia non posset videri vestis appellatione supellectilis contineri.[b]

XI. IDEM *libro decimo ex Posterioribus Labeonis.*

VAsa ænea salientis aquæ posita, item siquid aliud magis deliciatum quàm vsus[c] causa paratum esset, non esse supellectilis, Labeo, Trebatius putant. Murrhea autem vasa & vitrea quæ ad vsum edendi & bibendi causa parata essent, in supellectili dicuntur esse.

XII. LABEO *libro quarto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

QVemadmodū vrbanus seruus & rusticus distinguitur nō loco,[d] sed genere vsus: ita vrbana penus & supellex ad vsum vrbanum, non ad locum vrbanū aut peregrinum dirigenda est: multúmq; interest, penus & supellex ea quæ in vrbe[e] sit, an vrbana, legetur vel promittatur.

XIII. MODESTINVS *libro nono Responsorum respondit.*

NVnquam ex eo quòd supellectilem legauit maritus testamēto, habitationem in qua supellex fuit, legasse videtur: quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierē vindicare procul dubio est.

XIIII. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus.*

N*Vnquam.*] CASVS. Titius legauit vxori suæ supellectilem suam quam habebat in domo sua Titiana. nunquid vxor poterit vindicare supellectilem & domum, id est habitationem domus? Et dicitur quod solam supellectilem vindicare potest.

F*Vndo.*] CASVS. Legaui Titio fundum. certè non continetur in legato instrumētum fundi, nisi specialiter hoc expresserim. nam & si legassem ei domum, nō cedit legato instrumentum domus, nec supellex quæ erat in domo, nisi specialiter hoc dixi.
f ¶ *Fuerit.* sed nec legato seruo peculium: *vt. s. titu. iij. l. antepen.* nec vendito: *vt. s. de contrahen. emp. l. quoties.* Item *facit. s. de act. empt. l. Iulianus. §. fi. & l. sey. & l. fundi. & s. de leg. iij. l. Lucius. §. collegio & s. de fun. instru. l. cùm fundus.* Sed contra. *s. de vsufru. l. sed & si quid. §. proprietatis.* Sol. aliud[c] si vsusfructus legetur, quia tunc instrumentum fundi vel domus continetur, *vt ibi.* Aliud si fundus, vt hic & est ratio vt ibi not.

DE ALIMENTIS[d] VEL CIBARIIS LEGATIS.

Hic titulus quid alimentorum vel cibariorum legato contineatur, explicat. & plenius quidem est alimentorum legatum. qua de causa cibaria & vestiaria, inuenias nominatim legari sæpè, alimentis vestiaria iungi superuacuò, non item. Sed & præcipua quædam in his esse hic titulus declarat, veluti vt deportatis vel seruis pœna vel etiam seruis propriis sine libertate, alimenta aut cibaria relinquantur rectè, vt si relicta sint vsque ad pubertatem, extendantur vsque ad plenam pubertatem, vt non minuantur propter prædia eo nomine postea obligatata vt ex reditu eorum percipiantur, sed minuuntur tamen per legem Falcidiam. l. Diuus. j. ad le. Falc. Cuiacius.

FVndo legato, instrumētum eius non aliter legato cedit, nisi specialiter id expressum sit. Nam & domo legata, neque instrumentum eius, neque supellex aliter legato cedit, quàm si idipsum nominatim expressum à testatore fuerit.[f]

Digestorum seu Pandectarum Liber trigensimusquartus.

DE ALIMENTIS vel cibariis legatis.

TITVLVS I.

Legato alimentorum cedit aqua quæ est venalis. Bart.

I. VLPIANVS *libro quinto de omnibus Tribunalibus.*

SI aliméta fuerint legata, dici potest etiá aquá legato inesse, si in ea[g] regióe fuerint legata, vbi venúdari aqua† solet.

Appellatione libertorum suorum continentur serui legati vt manumittantur. Item bona trāseunt ad quemlibet cum onere alimentorum. Bart.

II. MARCIANVS *libro octauo Institutionum.*

SI quis libertis[h] alimenta reliquerit: etsi[i] legati fuerint serui,[k] & rogati legatarij manumittere, ad fideicōmissum[l] admittuntur,[m] vt & diui quoq; Seuerus & Antoninus rescripserūt: & licet ad fiscū bona fuerint deuoluta, ex quibus[n] aliméta debeantur, præstanda sunt,[o] sicuti si ad quēlibet successorē transissent.[p]

S*I alimenta.*] CASVS. Titius legauit mihi aliméta. certè etiā aqua in legato continetur si legata fuerunt aliméta in ea regione in qua solet vendi aqua, vt in Africa, & in Ægypto, & Venetiis. Viuianus.
g ¶ *Si in ea.* vt in Africa, vel Ægypto: *vt. j. eo. l. Mela. §. quidam.*

S*I quis.*] CASVS. Titius legauit mihi Stichum & Pamphilum seruos suos: & rogauit me vt eos manumitterem. & postea in eodē testamento legauit alimenta libertis suis, & postea decessit, & postea ego manumisi dictū Stichum & Pamphilū, sicut ipse Titius testator me rogauerat. nunc quæritur, an dictus Stichus & Pamphilus admittantur ad fideicommiss. alimentorum cum aliis libertis testatoris? Et dicitur quòd sic. quamuis enim testator eos nō manumiserit, imò ego cui legauit ipse testator, & sic non sint liberti testatoris: tamē per mediū ipsum testatorem sunt liberti: quia me rogauit vt manumitterem. Viuia.
h ¶ *Si quis libertis.* scilicet suis.
i ¶ *Etsi.* i. quamuis.
k ¶ *Serui.* illius testatoris.
l ¶ *Ad fideicommissum.* alimentorum.
m ¶ *Admittuntur.* isti liberti, quasi per medium istius testatoris fuerint liberti, cùm defunctus rogauerit eos manumitti, vt dicit litera: aliàs secus fortè: *vt. s. de lega. iij. l. pater. §. duobus. & infra de verborum signific. l. Modestinus. & infra eo. l. alimenta. §. j.* ¶ Et no. *s. de lega. ij. l. cùm pater. §. fidei heredum.* Accursius. ADDITIO. Dic ad. §. duobus. hoc verum secundum Bart. in iis qui sunt postea manumissi ex voluntate testatoris: aliàs secus: vt dicitur hìc: licet bona sint ad fiscum delata, tamen debentur alimenta.
n ¶ *Ex quibus &c.* bona dico ex quibus &c.
o ¶ *Præstanda sunt.* licet ipse priuilegiatus[a] siue successor vltimus fuit: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. § fin.* tamen in hac parte vtitur iure priuati, vt & aliàs *C. si aduer. fisc. l. j. & ij.* Item non obst. *s. de contrahen. empt. l. fi. §. fi.* quia hìc loquitur de vniuersali successore, ibi de singulari: licet & aliter dici posset: vt nota. *s. de vsufru. l. hactenus. & j. eo. l. Lucius.* Accursius.
p ¶ *Transissent.* bona[b] ex quibus alimenta debebantur Item facit ad. l. istam infra *de condi. & demon. l. illis. & j. eo. l. alimenta. in princ.* Accursius.

S*Olent iudices.*] CASVS. Titius instituit sibi tres heredes, & libertis suis alimenta reliquit, & decessit nunc heredes volunt soluere libertis alimenta hoc modo: quia quilibet heredum vult dare cuilibet ex libertis tantum quantum tangit eum, vt alimenta ita ad nihilum deducantur. liberti autē sunt coram iudice, & petūt se libertos diuidi inter heredes quantum ad alimenta eis libertis

præstanda,

† Vt in Africa & Ægypto l. 14. §. 2. infra.

a Successor vniuersalis defuncti (etiam fiscus & priuilegiatus) iure priuati vtitur.

b vide quæ tam ad gl. libertis. 21. j. annuis legatis.

præstanda. scilicet vt vnus heres præstaret vni liberto, & alter alteri. & sic de singulis. & dicunt etiam iudici, Si hoc facere non placet vobis, eligatis vnum de heredibus per quem nobis alimenta præstentur, & ipse heres concordet super hoc cum coheredibus suis. nunquid debet iudex hoc facere quod liberti petunt? Et dicitur quod iudices solent & debent hoc facere: & si faciunt, perinde valet ac si testator hoc fecisset. Et hæc quæstio fuit de facto in heredibus cuiusdam qui vocabatur Fauilla, qui libertis suis alimenta reliquerat, qui liberti petierunt ab imperatore vt faceret eos ali per vnum de heredibus data pecunia ei à coheredibus vt ex vsuris eius pecuniæ aleret eos. quod quidem Imperator eis concessit, & supplicationem eorum cum responsione sua mittit quibusdam iudicibus vt hoc fieri faciant: vt tamen heres cui pecunia datur, caueat coheredibus de reddenda pecunia cùm fuerit reddenda, id est, postquam quisquam ex libertis decesserit ciuiliter vel naturaliter, vel aliquo alio modo desierit esse in ciuitate reddere autem debet coheredibus tantum ex sorte prædicta, quantum ab eis accepit, & quantum efficit computatio pro portione scilicet eius liberti qui naturaliter vel ciuiliter decessit, vt dictum est, & sic de singulis libertis. & istud est vnum rescriptum quod loquitur circa hoc. diuus etiam Pius fecit aliud rescriptum super hoc, & rescripsit in hæc verba cuidam nomine Rubrio Telesphoro qui erat vnus de libertis quibus patronus reliquerat alimenta præstanda per heredes suos: qui quidem Rubrius Telesphorus supplicauerat eidem Imperatori pro se & pro collibertis suis. dicta autem verba Imperatoris sunt ista: Consules, vocatis his heredibus patroni vestri à quibus alimenta vobis deberi ex causa fideicommissi constiterit per testamētum quod ostenderetis, decernent dicti consules vt vel omnes vos liberti ab vno scilicet herede percipiatis alimenta, scilicet eo modo qui dictus est. ff. prox. §. vel decernent quis vestrum percipiat alimēta, & à quo vel quibus heredibus, & hoc facta distributione libertorum inter heredes pro rata. & idem seruabunt consules etiam si fiscus habet bona patroni vestri qui reliquit vobis alimēta vel partem bonorum sciatis etiam ab hodie in antea, dicit idem Imperator, partes eorũ heredum qui desierunt esse soluendo, non pertinere ad onus reliquorum heredem, siue prædicta assignatio libertorum fuit facta, siue non. Viuianus.

[†] distribuantur.

[†] Fasilij: aliàs Fauillæ.

Si pluribus à pluribus alimenta debentur, fiet diuisio præstationis: vel vnus qui præstet, eligitur. Item executor datiuus cogitur satisdare. Bar.

III. VLPIANVS *libro secundo de Officio Consulis.*

SOlent iudices ex causa alimentorum libertos diuidere, [a] quotiens plures sunt heredes: ne à singulis heredibus minutatim alimenta petentes distringantur. [b] † quam diuisionē perinde tueri oportet, atque si paterfamiliàs ipse libertos diuisisset. [c] Solent [d] & vnum eligere per quem alimenta præstentur, aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio suo, vt rescripta subiecta ostendunt: Exemplum [e] libelli dati mihi à libertis Silij, † misi vobis, sciens ad exemplum istam rem pertinere: quia multi testamentis suis præstari libertis iubent necessaria: quæ quia minimi æris sunt, ad nihilum perducuntur, cùm plures heredes cœperũt per successiones existere. qua de causa puto vos rectè facturos, si conuocatis Fauillæ heredibus, procuratoribúsve eorum, constitueritis cui [f] à cæteris [g] dari debeat pecunia ex cuius vsuris alimenta præstentur. [h] Debebit autem is qui accipiet, [i] cauere eis [k] qui dabunt, [l] redditurum se vt quisque ex libertis decesserit, [m] alióve quo modo in ciuitate esse desierit, [n] tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio. Diuus [o] Pius Rubrio cuidam Telesphoro rescripsit: Consules, vocatis his à quibus vobis alimenta deberi ex causa fideicommissi constiterit, vel omnes ab vno, vel facta pro rata distributione, quis & à quibus percipiatis, decernent. [p] Fiscus enim, si eo nomine quid ab eo vobis deberetur, exemplum [q] sequeretur. Iam nũc [r] sciatis, partes eorũ qui soluendo esse desierint, non pertinere [s] ad onus reliquorum heredum.

Causa quæ respicit fauorem legatarij, non arctat legatum. Bartolus.

IIII. MODESTINVS *libro decimo Responsorum.*

a ¶ *Diuidere.* nõ tamen libertorũ iura separando, sed tantùm alimentorum præstationes diuidendo ipsis communibus remanētibus: *vt. ff. de iure patro. l. fin. & ff. fami. ercis. l. quadam.* Accur.

b ¶ *Distringantur.* ad *quod ff. famil. ercisc. l. plane. & de transact. l. cùm hi. § an causa. & ff. de exerci. l. ij. & ff. iudi. solui. l. iam tamen. § penu.* Accursius.

c ¶ *Diuisisset.* æquiparantur [a] iudex & testator. sic habetur. *C. de diuiden. tut. l. ij.*

[a] Testatoris & iudicis similitudo.

d ¶ *Solent.* s. iudices. Accur.

e ¶ *Exemplum.* petierunt liberti quibus alimenta erant relicta, vt ab vno ex heredibus alerētur data pecunia ei à coheredibus vt ex vsuris eius alat eos: quod Imperator concessit, & supplicationem & responsionem mittit quibusdam iudicibus vt hæc fieri faciant: vt tamen heres cui pecunia datur, caueat coheredibus de reddendo cùm erit reddenda. Accur.

f ¶ *Cui.* heredi.

g ¶ *A cæteris.* coheredibus. Accur.

h ¶ *Præstentur.* libertis.

i ¶ *Accipiet.* à coheredibus.

k ¶ *Eis.* coheredibus.

l ¶ *Qui dabunt.* hanc pecuniam.

m ¶ *Decesserit.* naturaliter vel ciuiliter, vt seruus pœnę factus.

n ¶ *Desierit.* vt per deportationem, quæ causæ ciuitatis amissionis non extingunt legatum [a] alimentorum: *vt infra eodem. l. is cui. & supra de capi. de. l. eas. & l. penult.* Sed sunt [b] occasiones quare apud heredem qui ab aliis accepit pecuniam, remaneant alimenta propter absentiam alimentarij qui aquam vinum vel similia secum portare multis ex causis potest impediri, & ideò coheres cauet coheredi. 2. Vel dic quòd fuerunt relicta vt habeat interim dum erit in ciuitate, & ita perierunt per deportationem.

¶ Item not. quod hic heres [c] qui ministrat, vt minister eligitur: & [d] ideò cauet, & nil [e] lucratur: *vt & supra de lega. ij. l. si quis Titio.*

[a] Bonnitũ patrem filius tenetur alere: vt nat. Bart. in l. si quis à liberis in prin. ff. de li. ag. & in authē. incestas. & ibi Bald. C. de nup.

[b] Alimenta apud hæredem remanēt propter absentiã alimentarij.

[c] Minister nudus aliis est ab herede.

[d] Minister nudus cauere debet.

[e] Minister nudus non dicitur, qui quid ex se lucratur.

o ¶ *Diuus.* aliud rescriptum. Accur.

p ¶ *Decernent.* dicti consules. Accur.

q ¶ *Exemplum.* prædictorum rescriptorũ. Acccursius.

r ¶ *Iam nunc.* q. d. anteà propter nimium alimentorum fauorem dubitatur. Accursius.

s ¶ *Non pertinere.* siue assignatio hæc fuerit facta siue non. & facit ad legem istam, *ff. de leg. j. l. non amplius. § fi. & l. seq. & C. famil. ercis. filium. & ff. de an. leg. l. in singulos. & ff. de transact. l. cùm hi. § constat autem. & ff. de vsufruc. l. dominus. § fin. & ff. eod. l. pecunia. & l. cùm vnus. in prin. & ff. iudi. so. iam tamen. § penul.* Accursius.

Οἷς τι ἀπελευθέροις.] CASVS. Titia faciens testamentum ita locuta est in testamento, Libertis libertabúsque meis quos viuens in testamento & in codicillis manumisi vel manumittam, dari volo prædia mea quæ sunt in Chiis: id est in talibus locis, ad hoc vt quæcunque viuente me acceperunt a me iidem liberti, constituantur eis cibarij & vestiarij nomine. & postea decessit, nũc quæritur hic de quatuor. Primum est, vtrum ipsi liberti per se capient alimenta ex dictis prædiis, quasi proprietas prædiorum fuerit eis legata: an verò percipient ab herede testatricis cibaria & vestiaria propter dicta prædia, quasi vsusfructus prædictorũ prædiorum sit eis relictus ab herede prestādus? & istud soluitur in versiculo, Modestinus respondit, &c. dicentis quòd dicta prædia videntur relicta pleno domino libertis, & non per solum vsumfruc. Secundum est de quo hîc quæritur, vtrum pertineat ad heredem patronæ testatricis illud quod inuenitur superfluum in reditibus dictorũ fundorum quàm est in quantitate cibariorum & vestiariorum prædictorum libertorum, an verò pertineat ad libertos qui habent plenam proprietatem fundorũ, vt dictum est? Et illud soluitur in versiculo, & ideò si quid superfluum, &c. vbi dicitur quòd ad libertos pertinere debet. Tertium est, de quo hîc quæritur, si aliquis ex libertis sit mortuus antè diem fideicommissi cedentem, id est, antè aditam hereditatem, an pars eorum mortuorum quam habebat in fideicomm. pertineat ad alios libertos fideicommissarios superstites: an verò ad hæredes mortuorum? & istud soluitur in versiculo, sed & si decesserit, &c. vbi dicitur ꝙ ad cæteros fideicommis. pertinet. Quartum est, de quo hîc quæritur, an portiones libertorum morientium decedente fideicomm. id est adita hereditate vt dixi, pertineant ad heredes eorum libertorum mortuorum, an verò ad heredem testatricis? & istud soluitur in versiculo, post diem autē, &c. vbi dicit quòd pertinent ad heredes libertorum mortuorum. [LVCIVS TITIVS.] Lucius Titius instituit sibi heredes Gaium & Seium suos filios, & iussit eis vt præstarēt cibaria & vestiaria li-

vestiaria libertis & libertabus suis testatoris, & circa hoc nullam conditionem adiecit. Item instituit[a] duos extraneos, & postea decessit. dicti autem sui filij noluerũt esse heredes, & sic pars eorum accreuit coheredibus eorum. nunc liberti & libertæ agunt contra dictos coheredes petentes ab eis alimenta, & non agunt contra dictos libertos defuncti: quia non sunt heredes. nunquid debent posse ab eis consequi cibaria & vestiaria? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

rogati, & non sunt heredes. sed hoc non est validum coniunctis vel substitutis.

Τοῖς τε ἀπελευθέροις, ταῖς τε ἀπελευθέραις μου, οὓς ζῶσα ἔν τε τῇ διαθήκῃ, ἔν τε τῷ κωδικίλλῳ ἠλευθέρωσα ἢ ἐλευθερώσω, δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν Χίοις μου χωρία, ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα ζώσης μου ἐλάμβανον, ἐπιχορηγεῖσθαι αὐτοῖς σιταρχίας καὶ ἱματισμοῦ ὀνόματι. [id est, Libertis libertabúsque meis[a] quos viuens in testamento & codicillis manumisi, vel manumittam, dari volo mea prędia quæ in Chio insula habeo, ad hoc vt quæcumque viuente me acceperint, constituantur eis cibarij & vestiarij nomine.[b]] Quęro, quam habeant significationem, vtrum vt ex prædiis alimẽta ipsi[c] capiant: an verò vt pręter prædia, & cibaria & vestiaria ab herede percipiant: & vtrũ proprietas,[d] an vsusfructus relictus est: & si proprietas relicta sit, aliquid tamen superfluum inueniatur in reditibus quàm est in quãtitate cibariorum & vestiariorũ, an ad heredem patronæ[e] pertinet: & si mortui aliqui ex libertis sint,[f] an pars eorum ad fideicõmissarios[g] superstites pertinet:[h] & an die cedente[i] fideicommissi, morientium libertorum portiones ad heredes[k] eorum, an testatoris[l] decurrant. Modestinus respõdit, Videntur mihi ipsa prædia esse libertis relicta, vt pleno dominio hęc habeant, & nõ per solum vsumfructum. Et ideo & si quid superfluum* in reditibus quàm in cibariis erit, hoc ad libertos[m] pertineat. Sed & si decesserit fideicommissarius[n] antè diem fideicommissi cedentem, pars eius ad cæteros fideicommissarios[o] † pertinet: post diem autem cedentem si qui mortui sint, ad suos heredes[p] hæc transmittent.

Legatum alimentorum relictum à quibusdam heredibus nominatim, debetur à substitutis & à coniunctis. Bart.

1. ¶ Lucius Titius testamento suo libertis libertabúsque cibaria & vestiaria à liberis[q] suis eisdémque heredibus præstari iussit, nulla conditione addita. quæro, an si sine patroni liberis iidem liberti agant,[r] cibaria & vestiaria accipere possint. Modestinus respondit, nihil proponi[f] propter quod petitio eorum quę testamento purè legata sunt, non competat.

Enumeratio quorundam indiuiduorum legatum generale nõ vitiat.

v. Idem *libro vndecimo Responsorum.*

Verba testamenti,[t] *Omnibus libertis nostris cibaria præstabitis pro arbitrio vestro, non ignorantes quot ex his charos habuerim.* Item alio loco: *Prothymum, Polychronium, Aypatium commendo,*[u] *& vt vobiscum sint, & cibaria præstetis, peto.* Quæro, an omnibus cibaria debeant dari, an his quos commendauit, & cum heredibus esse iussit. Modestinus respondit, omnibus libertis cibaria relicta proponi, quorum[x] modum viri boni[y] arbitrio statuendum esse.

Nomine alimentorum continentur ea sine quibus nutriri corpus non potest.

vi. Iavolenvs *libro secundo ex Cassio.*

Legatis alimentis, cibaria[z] & vestitus & habitatio debebitur: quia sine his ali corpus non potest: cætera quæ † ad disciplinam pertinent, legato non continentur:

vii. Pavlvs *libro quartodecimo Responsorum.*

Nisi aliud testatorem sensisse probetur.

a ¶ *Libertis libertabusque meis.* patrona testatrix loquitur. Accursius.

b ¶ *Nomine.* his verbis Græcis expressis quæ significant, illis libertis illa prædia dari volo vt inde se alant: *vt. j. e. l. pe. §. fi.* aliàs nõ est hic aliquod Græcum. Accursius.

c ¶ *Ipsi.* liberti, & per se: & hoc verum erit.

d ¶ *Et vtrũ proprietas.* quod verum erit. Accursius.

e ¶ *Ad heredem patronæ.* hoc non erit, sed ad ipsas libertas.

f ¶ *Ex libertis sint.* antè diem fideicommissi cedentem. Accur.

g ¶ *Fideicommissarios.* i. alios collibertos.

h ¶ *Pertineat.* quod verũ erit.

i ¶ *Cedente.* hoc est adita hereditate, s. quando legatur seruo manumisso vt heredi: *vt. C. de cadu. toll. §. in nouissimo.* Accur.

k ¶ *Ad heredes.* quod verum est.

l ¶ *Testatoris.* i. testatricis.

m ¶ *Ad libertos.* per hoc apparet quod non fuerunt alimenta relicta, sed proprietas: aliàs colliberti non haberent hoc reliquum: *vt. s. de vsufru. l. dominus. §. fina.*

n ¶ *Fideicõmissarius.* s. vnus de libertis.

o ¶ *Fideicõmissarios.* s. coniunctos: *vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. j & ij. & iij. & §. in nouissimo.* ¶ Et not. quod etiã per hoc apparet nõ fore alimẽta relicta: *vt. d. l. domin. u. §. fi.*

p ¶ *Ad suos heredes.* ideò nõ fuerũt alimẽta relicta. nam illa morte finiuntur: *vt. s. de transac. l. cum hi. §. constat etiam &c.* Item nec vsusfr. *vt Insti. de vsufruct. §. finitur. & facit ad hoc dicta. l. cum hi. §. si pluribus. & habetur. C. de fideicommiss. l. si in persona. & supra de lega. ij. l. miles §. pro parte. & infra quando dies lega. ced. l. v. in principio.*

q ¶ *A liberis.* per hoc videbatur personale.

r ¶ *Agant.* i. petant alimẽta. ¶ Et dic[b] sine liberis. i. non cõtra liberos patroni, quia liberi instituti noluerunt esse heredes: & sic cõiunctis coheredibus extraneis accrescit, si sunt, ex tacita voluntate defuncti vel ad substitutos[c] quos pater dederat: & contra hos agunt liberti, cum hereditas[d] transierit cum onere: *vt. s. de leg. ij. l. si Titio. §. j. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. his ita.* ¶ Item not. hic appellatione heredum[e] etiam extraneos contineri, argu. contra. *j. ad Treb. l. ex facto. §. si quis ita.* Accur.

f ¶ *Proponi.* scilicet validum. proponitur enim quod filij fuerint

Verba testamenti.] Casvs. Titius proposuit in testamẽto suo talia verba dirigens ea ad filios suos, quos sibi sperabat heredes futuros: Omnibus libertis nostris cibaria pręstabitis pro arbitrio vestro, non ignorantes vos filij quos ex his libertis charos habuerim. Item alio loco testamenti dixit talia verba idem testator, Commendo vobis filiis meis tres meos libertos: scilicet Prothymum & Polychroniũ & Hypatium, & peto vt vobiscum sint dicti tres liberti, & cibaria eis præstetis. & postea decessit dictus testator. nunc quæritur an omnibus libertis cibaria dari debeant: an tantum his tribus quos commendauit filiis: Et respõdetur quod omnibus, modus tamen cibariorum debet statui arbitrio boni viri. Viuianus.

t ¶ *Verba testamenti.* subaudi talia sunt quæ pater filiis futuris heredibus loquitur, & ideo dicit, nostris: quia[a] etiam viuo patre filij sunt quasi domini: *vt. s. de lib. et postu. l. in suis. & facit. j. de verb. sign. l. licèt. §. j.* Accur.

u ¶ *Commendo.* id est pręcipuè pro eis rogo. *sic. s. manda. l. si verò non remunerãdi. §. cum quidam.* Accur.

x ¶ *Quorum.* scilicet alimentorum.

y ¶ *Viri boni.* cui viro bono conueniet dare[b] plus à testatore dilectis sibi commendatis: *vt. j. l. pen. in prin.* ¶ Itẽ not. non[c] derogari generi per speciem nominatam. *sic. s. de sup. pelle. lega. l. legata. in princ.* Sed contra. *s. de fun. instru. l. cũm de lanionis. §. cui fundum. & §. quidam.* Sed plenè dic vt not. *s. l. quæsitum. §. pen.* Accursius. Additio. Dic secundum Barto quod pręcessit genus cum signo vniuersali. s. omnis. ibi secus. 2. Vel dic quod lex contraria loquitur quãdo genus & species cadunt inter res: hic verò quando cadunt inter personas quibus relinquitur. 3. Vel aliter dic quod hic post relictum generis sequitur dinumeratio plurium indiuiduorum: ibi specierum.

Legatis.] Casvs. Titius legauit mihi alimenta. certè continentur in legato cibaria, & vestiaria, & habitatio. sine his enim non potest corpus ali. alia autem quæ pertinent ad disciplinam, non continentur, nisi probem testatorem hoc sensisse. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

z ¶ *Cibaria.* ergo & potus: *vt. j. titu. j. & si non sint. §. si cui escarium. & l. fin. & j. de verb. signi. l. verbo vict. u. & l. seq. & l. quos nos. §. verbum viuere.* Sed aliud[d] in verbo, diariis: *vt. j. eod. l. diariis.* Item facit. *s. fami. erciscun. l. ex parte. §. ij.* Sed cõtra. *s. de transact. l. cum hi. §. qui transigit.* Solu. vt ibi. Additio. Dic quod ibi tractatur de materia odiosa: hic verò de materia fauorabili, secundum Barto. & Butri.

a Viuianus diuinat de vera huius loci interpretatione dixi ad hũc locum in notis.

* Flo. ἐπιχορηγεῖσθαι forte ἐπιχορηγεῖσθαι.

* Subaudi. tã, vt in. l. his verbis. in prin. s. de le. j. Ant. Aug. lib. 4. emen. c. 1.

† Non ergo ad heredes fideicõmissarij. qd limita, & tene menti, nisi ex coniecturis & mente testatoris posset colligi quòd voluisset ad heredes eius trãsferri. Bal. in d. l. 1. C. de iis qui ante aper. tab. & ibi Glos.

b Hanc Gloss. Accursianam pbare nõ ausim. v. meas ad hanc legẽ notas.

c Relicta ad pias causas ab vno hærede, cẽsentur repetita ab illi[°] substitutis. v. Tiraquell. priuileg. 36. piæ causæ.

d Hæreditas trãsit cum suo onere.

e Heredis appellatio extraneos continet.

a Filij viuo patre quasi domini.

b Quando alimentarij sunt si dignosci potest quis eorũ fuerit charior testatori vel magis dilectus, vel ab eo commendatus, ei plus alimentorum ampliorãque alimẽta præstãda sunt.

c Generi per speciem non derogatur.

† Legato alimentorum nõ cõtinentur libri.

d Diarij & cibarij legati differentia.

Pecunia

Heres cui est aliquid prælegatum cum onere alimentorum, non tenetur cauere vel reddere coheredibus deficientium portionem. secus si est electus vt nudus minister. Bartolus.

VIII. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

PEcuniæ sortem alimentis libertorum destinatam, vnū ex heredibus a secundum voluntatem defuncti præcipientem, b cauere non esse cogendum ex persona deficientium partes coheredibus restitui, placuit. ob eam igitur speciem post mortem omnium libertorum indebiti non competit actio, nec vtilis dabitur. c Diuersa causa est eius cui legatorum diuisio mandatur. d Nam ea res e præsentem ac momentariam curam iniungit: f alimentorum verò præbendorum g necessitas h oneribus menstruis atque annuis, verecundiam quoque pulsantibus, i adstringitur.

Nudus minister non potest bona defuncti distrahere, sed actionem habet pro relictis in causa alimentorum vsque ad Falcidiam. Bar.

IX. IDEM *libro octauo Responsorum.*

ALio herede k instituto ita scripsit: *A te peto Gai Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des singulis denos aureos: eandemq́ summā penes te esse volo, cuius ex incremēto eos alere te volo: reliquū restitues Numerio cōliberto nostro.* Respōdi, l quāuis distrahere bona Gaius Seius alio scripto herede non possit, m tamen eum, alumnis relictam pecuniam n vt seruet ac restituat intra Falcidiam, o rectè petiturum: p quod de superfluo q

P*Ecuniæ sortem.*] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Sempronium & Gaium pone, & legaui prædicto Titio centum: & iussi ei quod ex illis centum præstaret alimenta quatuor libertis meis pone, & postea decessi. nunc dictus Titius petit à coheredibus suis dicta centum antè partem. dicunt ei coheredes, Bene damus tibi: sed volumus vt caueas nobis quod si aliquis libertorum quibus debes alimenta præstare ex dictis centum, decesserit, & sic quantum ad eum finita fuerint alimenta, quod restituas nobis duas partes illius partis de centum propter quam debebas alimenta mortuo, & tertiam dictæ partis tibi retineas. nūquid debet eis cauere? & dicitur quod non. vnde etiam si moriantur omnes dicti liberti, non competit indebiti actio coheredibus eiusdem Titij contra eum, nec etiam vtilis actio. nam necessitas alimentorum præbendorum cum oneribus menstruis & annuis quæ sustinebat Titius in præbendis alimentis libertis, non solùm excep. dat ei contra dictos coheredes, sed etiam adstringit, id est obiicit verecundiam prædictis coheredibus pulsantibus eum pro dictis. c. secus autem esset si hic Titius esset electus tanquam minister à me testatore vel à coheredibus pro dandis dictis alimentis libertis, & inter eos distribuēdis: quia tunc bene tenetur cauere coheredibus, & restituere etiam pro partibus eorum. & est ratio, quia mādatum prædictum distribuendi iniungit dicto Titio electo vt ministro præsentem curā, & momentariam, vacuam scilicet à damno & à lucro. Viuian.

a ¶ *Vnum ex heredibus.* non huius præstationis ministrum solummodo electum, sed quo magis etiam ipsi consuleret testator, ab eo inuitatum ad hoc prælegatum.

b ¶ *Præcipientem.* vt legatarium, non vt ministrum.

c ¶ *Nec vtilis dabitur.* onere enim finito quasi præceptionis causa cessante in posterum & ipsum prælegatum ad communionem reuocandam allegabatur, sed perperam. R.

d ¶ *Mandatur.* à coheredibus vel testatore, quia tunc vt minister constitutus nullúmque a lucrum habiturus cauebit pro parte decedentium libertorum coheredibus restituere: *vt.s.eo.l.solent.* §.j. *& de leg.ij.l.si Titio.*

a Minister nudus dicitur apud quē nullū lucrum remanere debet. ar. in.l. si quis Titio.s. de leg. ij.

e ¶ *Nam ea res.* i. mandatum. Accur.

f ¶ *Iniungit.* electo, à damno lucróque vacuam, sicut & aliàs in mandatis regulariter est traditum: *vt.s.man.l.ex mandato.*

g ¶ *Præbendorum.* non distribuendorum dumtaxat Accur.

h ¶ *Necessitas.* vt legatario non vt ministro imposita. Accur.

i ¶ *Pulsantibus.* dic duobus modis. Primò pulsantibus, scilicet alimentariis. q.d. necessitas imposita electo, scilicet vt soluat alimenta, adstringit non tantùm patrimonium electi, scilicet vt soluat, sed etiam verecundia. nam & damnum, scilicet vt soluat, & verecundiam habebit si non soluat. merito ergo apud eum remaneat lucrum. 2. Secūdò dic pulsantibus scilicet coheredibus qui post mortem alimentariorum volunt repetere prælegatum. q.d. necessitas quam patitur electus, adstringit quasi frænū, id est obiicit etiam verecundiam, non solùm exceptionem circa actus iudicis planius secundum hoc dixisset, verecundia adstringit pulsantes coheredes, id est repellit. & sic casus pro casu ponitur. ¶ Sic ergo de fideicommissariis potes notare quod nullum lucrum debēt habere, *& facit ad prædicta.* *s. de lega.j.l.quidam.§.si scriptus. & l.seruum filij.§.si idem. & s.famil.erciscund.l.ex parte.§.ij. & s.de vsufru.l.dominus.§.fin. & s.de lega.ij.l.pater.§.Tusculanus. & s. de lega.ij.si quis quos. & s.de condi. & demon.l.si quis eum.* ¶ Sed contra. *s.famil.ercisc.l.si filia.§.Papinianus.* Sol. ibi. Item contra. *j. de adi.leg.l.filio.§.matri.* sed plenè dic vt no. *s.de leg.ij.l.si Titio.*

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod in.§.matri, deficit onus iniunctum legatario ex voluntate defuncti: hic verò deficit casu, scilicet libertorum morte.

A*Lio herede.*] CASVS. Seia dum viueret, præstabat Sticho liberto alumnóque suo annuos.xx.aureos, & frumētum & vinum menstruum. quę Seia cùm decederet, condidit testamentum; & instituit sibi heredem Titium: & legauit libertis suis ea quæ viua eis præstabat: quod legatum valere certum est. postea petiit à Gaio Seio tanquam à commissario vt Sticho & Pamphilo alumnis suis testatricis daret. xx. aureos, id est.x.cuilibet eorum: quos xx. aureos voluit esse apud eundem Gaium Seium, & nutriri dictos legatarios ab eodem Gaio Seio ex fœnore eorundem.xx.aureorum. Item voluit quod dictus Gaius Seius commissarius restitueret Numerio reliquum dictorum.xx.aureorum quod superesset ab alimentis dictorum libertorum. prædicto autem Gaio Seio nihil reliquit: & decessit dicta testatrix. nunc quæritur, an valeat legatum alimentorum relictorum libertis à dicto Gaio Seio commissario, & legatum superfluum relictum Numerio? Et videtur quòd non: quia, vt dictum est, nihil reliquit testatrix dicto Gaio Seio. Respondetur tamen hic, quòd idem Gaius Seius commissarius rectè potest petere à Titio herede dictos. xx. aureos relictos alumnis, intra Falcidiam tamen. Nam Titius heres bene potest ex eis detrahere Falcidiam, si in hereditate dictæ testatricis habet locum Falcidia. potest petere dico dictos.xx.aureos, vt eos seruet causa dandi alimenta dictis libertis ex fœnore eorūdem.xx.aureorum, & vt reliquum restituat Numerio prædicto. non tamen potest dictus Gaius Seius petere à dicto herede superfluum à dodrāte dictorum.xx.aureorum, id est quartam quam detrahit heres nomine Falcidiæ. quamuis autē dictus Gaius Seius commissarius possit petere eo modo quem dixi, tamē non potest distrahere de bonis hereditariis pro habēdis dictis.xx.aureis, cum ipse non sit heres, imò Titius, vt dictum est. Itē fit hic alia quæstio, scilicet vtrū Stichus prędictus libertus alumnúsque testatricis, qui quidem.xx.aureos annuos pluribʼ annis ab ea testatrice accepit, & etiam menstruū frumentum atq; vinum, possit petere fideicommissum cibariorum & vestiariorum inter eos alios libertos testatricis, quibus ipsa testatrix patrona reliquit cibaria & vestiaria quæ viua eis pręstabat? Et respond. quod bene potest petere. Vel aliter vt in Glo. Viuian.

k ¶ *Alio herede.* Testatrix dum viueret, Sticho liberto alumnóque suo annuos. xx. aureos, & frumentum & vinum menstruum præstabat. quæ cum decederet, libertis suis quæ viua præstabat, legauit. quod legatum valere certum est. deinde à Gaio cui nihil reliquerat, petiit Sticho & Pamphilo. x. aureos singulis annis dari: quos apud eundem esse, & ex eodem fœnore nutriri legatarios à Gaio voluit, ac Numerio restitui reliquum. vnde cum ex verbis testatricis Gaio nihil relictum videatur: quod ab eo dari præceperat testatrix, inutile fore dicebatur: quod non fore verum hac.l. dicitur, secundum R. Alij dicunt etiam Gaium institutum hoc modo, alio scripto herede: & isto Gaio, similiter subaudiunt. & secundum vtramque positionem accipiuntur hæc verba testatricis quę sequuntur, perinde ac si dixisset testatrix, Volo Gai Sei vt de hereditate mea denos aureos accipias, de quorū vsuris illis alumnis meis alimenta des: *vt supra de leg.j.l.si seruus.§.qui margarita.* Accursius.

l ¶ *Respondi.* quia Gaius & alius heres, id est coheres fuerunt liberti.

m ¶ *Non possit.* Quid si hoc ipsum esset permissum? Respon. tunc posset, *arg. C. de epis. & cleri.l.si quis ad declinandam.* & quod dicit, non possit, in aliquo, quando non est heres Gaius: vel non potest in totum quando cum alio est heres Gaius. Accur.

n ¶ *Pecuniam.* scilicet denos aureos

o ¶ *Intra Falcidiam.* id est citra.

p ¶ *Petiturum.* quia ad fauorabilem a causam: *vt.C.de epis. & cle. l.nulli.§.j. aliàs secus: vt.j.ad Treb.l.Lucius.§.Mauia. & no.s.de leg.ij.l.si Titio.* & no. vnum pro fideicommissariis, quia petunt: & aliud contra eos, quia non possunt distrahere de bonis defuncti.

a Executor meus testamēti potest agere contra heredē ad legata pia consequenda. *v. Tiraquellum priuileg. ss. pia causa.*

q ¶ *De superfluo.* id est vltra dodrantem,

a ¶ *Probari*.id est probabiliter dici.
b ¶ *Acceptauit*.id est pluribus annis accepit. *& facit.s.de lega.ij.l.post emancipationem.§.si.*

CVm vnus.] CASVS. Titius sibi instituit heredes Seium & Gaium & Sempronium:& prælegauit prædicto Seio centum: & iussit ei quòd ex sorte dictorum centum præstaret alimēta quibusdam libertis suis, scilicet testatoris: & postea decessit idem Titius testator:& postea decessit dictus Seius relicto vno herede. nunquid heres dicti Seij debet admitti ad petitionem dictorum centum Seio prælegatorum, & per consequens ad præstanda alimenta dictis libertis? Et dicitur quòd sic. ¶ Sed quid si dictus Seius habuit plures heredes? nunquid omnes heredes eiusdem Seij admittuntur ad petitionem dictorum.c.& per cōsequens ad præstanda alimenta dictis libertis? Et certè prima facie videtur ad hoc refragari voluntas defuncti: per vnum enim heredem voluit defunctus alimenta præstari, nunc autem non apparet per quē potius sint præstanda. sed certè aliud non oportet probari, scilicet quàm vt heredes heredis electi prestent alimēta,quamuis sint plures. Quid enim si cæteros heredes suos euitauit testator tanquam infideles, & malit sequi quantum ad præstanda alimenta libertis domum dicti Seij tanquam quietam & verecundam & idoneam? Certè hoc casu heredes omnes dicti Seij admittuntur ad hoc. in dubio autē præsumo semper testatorem elegisse domum,id est familiam Seij heredis: & ita non est mirum si ad prædicta admittuntur omnes heredes Seij heredis electi. [VERBIS FIDEICOMMISSI.] Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum purè vt manumitteret Stichum seruum suum testatoris, & eidem Sticho annua vel menstrua alimenta reliquit: & postea decessit idem testator. heres autem non fuit in mora communi,quia non fuit interpellatus: vt.s.de vsur.l.mora.sed intercessit mora in rem: vt.j.de fideicom.l.cum verò.§.apparet. Idem heres post triennium pone manumisit eundem Stichum. certè habebit Stichus ab herede alimenta præterita,quamuis tunc esset seruus.nam oportet explorari moram heredis cum quæritur de vsuris fideicommis. nō autem tunc oportet explorari cum quæritur de ipsis fideicomm.vt fuit in nostro casu. siue enim heres sit in mora, siue non,semper tenetur soluere fideicom. [ALIMENTIS.] Titius instituit sibi heredem filium suum Seium, & filiam suam Semproniam exheredauit, & iussit eidem filio quòd daret dictę filiæ centum in dotem cum ipsa nubere vellet.Item ab eodem filio reliquit filiæ alimenta pręstanda arbitrio boni viri.nunc quæritur,qualiter filius debeat eam exhibere siue alere? Et respon.quòd debet eam alere pro modo legatæ dotis,& pro incrementis ætatis ipsius filiæ. nam quantum plus crescit puella,tantò plus in eam impendēdum est,non autem debet ali pro viribus hereditatis. Viuianus.

probari[a] non potest. 1. ¶ Eum quoque libertum inter eos quibus cibaria, item vestiarium patrona quæ viua præstabat, reliquit: rectè fideicommissum petiturum existimaui, qui annuos viginti aureos & menstruum frumentum atque vinum acceptauit.[b]

Prælegatum cum onere alimentorum transit ad heredes heredis, licèt sint plures. Bart.

x. IDEM *libro nono Responsorum.*

CVm vnus ex heredibus certam pecuniam præcipere iussus esset, de cuius sorte[c] libertis alimenta præstaret: heredem quoque heredis ad præceptionem[d] admitti placuit. si tamen plures heredes heres haberet, intentionem quidem defuncti prima facie refragari,[e] sed aliud probari non oportere.[f] Quid enim si cæteros heredes suos euitauit,[g] & quietam ac verecundam atque etiam idoneam, libertis consulens, domum[h] sequi maluit? Et ideò ab omnibus heredibus heredis[i] alimenta præstabuntur.

Alimenta debentur etiam pro eo tempore quo fuit retardata libertas absque mora heredis. Bart.

1. ¶ Verbis fideicōmissi[k] purè manumisso, prẹteriti quoq; temporis alimenta reddenda sunt, quamuis tardius libertatem recuperauerit, nec heres moram libertati fecerit, Tunc enim explorari moram oportet, cùm de vsuris[l] fideicommissi quæritur, non de ipsis fideicommissis.

Vir bonus debet arbitrari alimenta pro qualitate relictæ dotis: quæ alimenta crescunt crescente ætate. Bartolus.

2. ¶ Alimentis viri boni arbitratu filiæ relictis,[m] ab herede filio pro modo legatę dotis, quam solam pater exheredatæ filię nubenti dari voluit, atque pro incrementis ætatis[n] eam exhibendam esse respondi, non pro viribus hereditatis.

Damnatus in metallum, post restitutionem, præteriti temporis & futuri alimenta petere potest. Bar.

xi. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

IS cui annua alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia principis restitutus est. Respondi, eum & præcedentium[o] annorum rectè cepisse alimenta, & sequentium deberi ei.

Si prædia pro alimentis relictis obligentur, ex hoc legatum alimentorum non augetur vel minuitur. Bartolus.

c ¶ *De cuius sorte*.id est de ipsa sorte: 2. Vel dic de vsuris sortis. Accursius.
d ¶ *Ad præceptionem*.& per consequens ad onus, vt subiicit. Accursius.
e ¶ *Refragari*. scilicet videtur, eo quòd per vnū heredem alimenta præstari voluit testator: nunc non apparet per quem potius sint præstanda: cùm ille sit mortuus per quem testator voluit fieri.
f ¶ *Non oportere*. quàm vt heredes heredis præstēt, quamquā sint plures. *ad quod.j.eo.l.alimenta.in prin.& s.eo.l.ij.in fi.*
g ¶ *Euitauit*. vt infideles.
h ¶ *Domum*. id[a] est familiam: & sic non personam tantum certam. R. quòd in dubio hic præsumitur. nam quidam pręsumuntur boni, quia de bono genere sunt. econtra quidam mali, quia de genere reprobato: *vt supra de ædil.edic.l.quod si nolit. §. qui mancipia.*
i ¶ *Heredis*. scilicet electi in præstatione alimentorum. Accursius.
k ¶ *Verbis fideicommissi*. Testator[b] rogauit purè heredem manumittere Stichum: & ei Sicho annua vel mēstrua alimenta reliquit. heres non fuit in mora communi, quia nō fuit interpellatus: *vt.s.de vsur.l.mora*. Sed in rem fit mora: *vt.j.de fideicommiss. libert. l. cum verò.§.apparet.* si heres post triennium manumisit, habebit Stichus alimenta prætaxata, quamuis tunc erat seruus. *sic.j.eo.l.seruos. & j.l.proxi. & s.fami. erciscund.l.ex parte.§.ij.* Accur.
l ¶ *Cùm de vsuris*. ad hoc. *s.de leg.ij.l.si quis seruos. & C.de vsu.l.j. & s.de lega.iij.l.is qui. & C.ad Sil.s.l.fi.*
m ¶ *Relictis*. ex centū puta quæ dari voluit cùm nuberet. Ro.2. Vel secundum Hug. dic simpliciter relicta alimenta arbitrio boni viri. ¶ Sed tunc quare dicit pro[c] modo legatæ dotis? Respond. ex coniectura[d] voluntatis: qui taliter[e] videtur dilexisse in alimentis sicut in dote, *ar.C.de impu. & aliis substi.l.j.* Item quod subiicit, quam solam &c. subaudi præter alimenta: *& facit.s.de here.inst.l.qui volebat.*
n ¶ *Ætatis*. No quantum[f] plus crescit puella, tantò plus in eam impendendum est. Accur.

IS cui annua.] CASVS. Titius reliquit annua alimenta Seio. postea Seius fuit in metallum damnatus, & existens in dicta pœna percepit alimenta ab herede dicti Titij, & postea fuit in integrum restitutus, & petit alimenta pro futuro tempore. dicit heres nedum quòd pręstem tibi nunc alimenta, sed etiam ea quæ præstiti te existente in pœna, reddas mihi. Certè dicitur hic quòd heres non habet ius. Viuian.

o ¶ *Præcedentium*. Imò videtur indulta pœna nō restitui bona, vt habetur. *C.de sen.pas.l.in insulā.quæ est contra.* Sol. hic fuit restitutus: *vt.j.eod.tit.l.j.* Ibi vero sola indulgentia pœnæ. 2. Vel dic hoc speciale in alimētis. nā & manēti in pœna relinqui possunt: *vt j.de iis quæ pro non scrip.haben.l.si in metallū.* & est ratio, quia parū prodest indulgētia sine alimētis, cū sine his viuere nō possit: ergo sequuntur: *vt ar.s.de pen.lega.l.nam quod.in prin.* sic nec trāsigitur de eis sic facilè vt in cæteris: *vt.s.de transac.l.cū hi.* & eo modo soluitur. *C.de leg.l.seruus. & C.de neces.ser.l.quida.§.j.* quę dicunt nō valere relictū seruo, & hic est seruus pœnæ: *vt Inst.quib. mo.ius pa.po.sol.§.seruis autem.* Itē eodē modo soluitur. *j.de iure fisci.l.in metallum.* Item eodē modo soluitur. *C.de bo.proscrip.l.ij.* vbi dicit confiscari. vel ibi in deportata: vt ibi not. etiam est sic in liberto vel patrono vbicunq; restituto, vt iura patronatus sequantur: *vt.j.de iure patro.l.siue. & s.de in ius voc.l.sed & si per pœnā. & j.de sen.pas.l.fi.* idem in iure cognationis: *vt.j.de sen.pas.l.fi.* Itē contra. *s.eo.l.solent.§.debebit.* ¶ Sed dic vt ibi: *& facit.j.eo.l.seruos ad custodiam.* ¶ Item contra. *C.de re milit.l.cum allegatis.* vbi indulta pœna desertori militiæ non videntur restituta stipendia pręterita. sed speciale hic in alimentis.

LVcius Titius.] CASVS. Lucius Titius fecit testamentum: & reliquit

a Domus pro familia.
b Ponit casum eundem quē supra hoc.l.D.
c Alimenta regulantur pro qualitate legatarij, & quantitate patrimonij defuncti præstanda sunt. *ar.j.eod.* hoc tamen fallit quoties vna cū alimentis dos legata est: Tunc enim alimēta commensuranda sunt ex dotis quantitate. *v.Roman.sing.*
d Alimentorū legatorū quantitas, colligitur ex coniectura voluntatis defuncti.
e Alimentorū & dotis similitudo.
f In alimentis decernēdis cōsideratur ætas pupilli: quatenus enim crescit pupillus, eatenus alimēta debent ac possunt crescere. *addr. Alberi. ind. iu. alimentorum j. vbi pupillus educari.*

re liquit libertis suis cibaria & vestiaria annua certorum nummorum, & postea ita dixit scilicet, volo obligatos esse ob prædicta fidei commissa fundum Titianum & Seianum, vt ex reditu eorum fundorum alimenta prædicta percipiant dicti liberti. & postea decessit, & postea in vno anno fuit minus perceptum ex reditu dictorum fundorum quam necesse foret in eodem anno ad cibaria & vestiaria dictorum libertorum. nunc quæritur, an heredes supplere debeant: vel si alio anno sequenti post sterilem annum excesserit fructus dictorum fundorum quātitatem dictorum cibariorum & vestiariorum, an supplendum sit ex fructibus dicti anni fertilis quod superiori anno sterili minus perceperunt liberti? Et respon. quòd integra debentur dictis libertis cibaria & vestiaria: siue minus, siue plus percipiatur ex dictis fundis. Viuianus.

des dicunt se non teneri: quia liberti non stant cum Claudio Iusto: quia est mortuus. Iuerunt igitur dicti liberti ad imperatorem Antoninum, & consuluerunt eum super hoc. & ipse respon. eis quòd perpetuo, id est donec viuent ipsi liberti, debent habere alimenta. & interpretatur idem Imperator talem fuisse voluntatem testatricis. Sed pone quòd dicta testatrix ita loquuta fuit dicto Claudio Iusto heredi suo, Volo quòd des libertatem talibus meis seruis: & cùm erunt liberti, alimenta: & volo vt semper tecum sint. postea heres eos manumisit, & ipsi postea diu cum eo steterunt, & postea discesserunt ab eo, quia ipse heres nimis eos in seruitute grauabat. nunquid nihilo minus heres debet eis præstare alimenta? Et respond. quòd sic. nec enim isto vel superiori casu videtur stare per libertos quò minus cum herede morentur. Viuian.

XII. IDEM *libro quartodecimo Responsorum.*

LVcius Titius libertis suis cibaria & vestiaria annua certorum nummorum reliquit, & posteriore parte testamenti ita cauit: *Obligatos* [a] *eis ob causam fideicommissi fundos meos illum & illum, vt ex reditu* [b] *eorum alimenta suprascripta percipiant.* Quæsitum est, an si quanto minores reditus peruenerint quàm est quantitas cibariorum & vestiariorum, heredes ad supplendam eam onerari non debeant: vel si alio anno excesserint, an supplendum sit quod superiore anno minus perceperint. Paulus respondit, cibaria & vestiaria libertis defuncti integra deberi: [c] neque ex eo quòd postea prædia his pignoris iure testator obligare voluit, vt ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum vel auxisse ea quæ reliquerat, videri.

Legatum in dubiis videtur translatum in alium cum onere suo. Bartolus.

XIII. SCÆVOLA *libro quarto Responsorum.*

GAio Seio trecentos aureos legauit, vt ex vsuris ei° summæ libertis cibaria & vestiaria præstaret quæ statuerat. codicillis autem eandem summam vetuit dari Gaio Seio, sed dari Publio Mæuio voluit. Quæro, an libertis fideicommissum debeat Mæuius. Respondi, Mæuium, nisi aliud de quo nō deliberaretur, doceat sibi à testatore iniunctū, videri secundum voluntatem testatoris recepisse ea onera quę adscripta erant ei summæ quę in cum codicillis transferebatur. [d]

Legatum alimētorum factum alicui quoad cum aliquo moraretur: durat etiam mortuo eo cum quo debet morari. Item eo viuo ex iusta causa potest ab eo discedere. Bar.

1. ¶ Imperator † Antonius Pius libertis Sextiæ Basilię: [e] Quáuis verba testamenti ita se habeant, vt quoad cú Claudio Iusto morati essetis, alimenta * & vestiarium legata sint: tamē hanc fuisse defunctę cogitationē interpretor, vt & post mortem Iusti eadem vobis præstari voluerit. Respōdit, eiusmodi scripturam ita accipi, vt necessitas alimentis prestandis perpetuò [f] maneat.

2. ¶ Itē cōsultus [g] de tali scriptura, *Et tecum sint semper, volo:* quęro, cùm manumissi ab herede, cú eo morati diu sint, sed ob grauiorem [h] seruitutem ab eo discesserint: an alimēta his debeantur, quę negat [i] se præstare, nisi vice seruitutis [k] his vteretur. Respondit, secundùm ea quę proponerentur, deberi. [l]

Adiectiuum significatiuum ætatis adiectum personæ legatarij, non restringit legatum. Item alimenta relicta simpliciter, debētur in vita. Item alimentorum fauore pubertas in masculis intelligitur vsque ad. xviij. annum: in fœminis vsque ad. xiiij. Bart.

XIIII. VLPIANVS *li. 2. Fideicōmissorū.*

MEla † ait, si puero vel puellæ alimenta relinquantur, quæstionem super idem thema.

a ¶ *Obligatos.* hoc enim facere potest: *vt et supra de pign. act. l. non est.* Accur.

b ¶ *Ex reditu.* hic modus pro [a] conditione videbatur, *vt habetur. C. de iis quæ sub modo. l. j.* Sed contra, vt hic subiicit. magis enim pro securitate alimentarij [b] videtur hęc verba posuisse testator, quàm vt conditionem faciat. Sic & aliàs prospiciendo commodo rei familiaris: *vt supra de leg. j. l. quidam.* ¶ Sed quid si testator non dixit de hypotheca [c] aliquid, sed solummodò ex his fundis præstari? [d] Respon. esse obligata, [e] *argum. supra eod. l. ij. in fin. & supra de vsufru. l. hactenus.* Alij contra, vt non sint obligata, & tunc expectari sequentem annum: *vt infra de verb. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ibi, pro quo & illud &c. & ff. quando di. leg. ce. l. Firmio. & ff. de annu. lega. l. legatum. §. vim.* Item pro vtraque opinione. *ff. de transac. l. cum hi. §. si vni. & § si plurib. & § idem est & si ager.* Sed prima opinio verior est, secundum Azo. vt & nota. *ff. de an. lega. l. Gaius. & d. l. cum hi. & facit. ff. de contrah. emp. l. si. in fi.* erant ergo obligata, & integra debentur ac si expressisset alimentorum fauore. Accur.

c ¶ *Integra deberi.* Contra *ff. de tri. vi. & oleo leg. l. certi.* vbi nō plus quàm natum. sed hic fauore alimentorum. Item aliud [f] est dicere, vt inde percipiant: aliud, quod ibi natum erit. Accur.

GAio Seio.] CASVS. Titius testator legauit Gaio Seio trecentos aureos, vt ex vsuris eius summæ libertis ipsius testatoris cibaria & vestiaria certa præstaret. postea fecit codicillos, & in eis vetuit dari Gaio Seio dictam summam: sed voluit eam dari Publio Mæuio: nec nominatim alimenta repetiit in persona Publij Mæuij, & postea decessit dictus testator: & heredes sui soluerunt dicto Publio Mæuio dictos trecentos aureos. nunc quæritur, an idem Publius Mæuius debeat dictis libertis dictum fideicommissum cibariorum & vestiariorum? Et dicitur quòd sic, nisi testator iniunxit aliquod onus ei Publio Mæuio. [IMPERATOR.] Basilia Sextilia instituit sibi heredem Claudium Iustum, & legauit libertis suis testatricis alimenta donec cum dicto Claudio Iusto morati essent, & postea decessit dicta testatrix. dicti autē liberti steterunt cum Claudio Iusto donec ipse vixit. mortuo autem postea dicto Claudio Iusto petunt liberti ab heredibus alimenta. here-

d ¶ *Transferebatur.* sic ergo fit translatio [a] cum suo onere: *vt & habetur. C. de caducis tollend. l. vnica. §. pro secundo. & §. his itaque. & supra de lega. j. licet. & supra de vsufr. leg. l. si ab eo.* Et argum. *supra de condit. insti. l. quæ sub conditione. & facit infra de adimen. leg. l. sicut. & leg. seq. & leg. nihil prohibet.* Sed argumen. contra *infra de adimen. lega. l. si tibi certum.* ADDITIO. Dic secundum Bartol. quòd ibi legatum fuit translatum in eundem, hic in alium.

e ¶ *Basilia.* rescripsit ea quæ sequuntur.

f ¶ *Perpetuo.* nisi gratia eius cum quo morari debeant, hoc fuerit scriptum: *vt infra de condit. & demonst. l. illis libertis. in fin.* & dic contra. *vt no. C. de leg. l. j.* Accur.

g ¶ *Consultus.* mutat quæstionem super idem thema.

h ¶ *Grauiorem.* quia nimis grauabat heres eos in seruitiis. Accursius.

i ¶ *Negat.* heres.

k ¶ *Seruitutis.* i. nisi seruiant.

l ¶ *Deberi.* nec enim isto vel superiori casu videtur stare per libertos. *ad quod est ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. permit. & de leg. ij. qui concubinam. §. vxori. & de reg. iur. l. iure ciuili. & supra de annu. leg. l. Seia. in prin. & l. Mæuia. in prin. & l. annua. in prin. & ff. de condi. & demon. l. viij. & ff. de leg. ij. l. Titia. § si ea. & ff. eod. l. libertis. § fin.*

MEla ait.] CASVS. Titius legauit alimenta puero vel puellæ. quæritur, vsque ad quod tempus debeantur eis alimenta? & dixit Mela deberi vsque ad pubertatem, & malè. nam debentur donec testator voluit deberi. si autem non appareat voluntas eius, debentur per totum tempus vitæ alimentarij. si autem vsque ad pubertatem reliquit eis testator alimenta, alentur pueri vsque ad. xviij. annos: puellæ autem vsque ad. xiiij. & hoc pietatis intuitu, & alimentorū fauore. Nam & alibi generaliter aliter definitur pubertas, scilicet in masculo vsque ad. xiiij. annos: & in fœmina vsque ad. xij. Sed quid si legauit dictus testator dicto puero vel puellæ alimenta quę eis viuus præstabat? Certè ea demum alimenta præstabuntur eis, quæ mortis sui testatoris tempore erat eis solitus pręstare: siue minus præstabat tempore mortis quàm alio

[a] Modus interdum ponitur pro conditione: interdum, pro securitate legatarij.

[c] Legato & re ex qua legatū soluitur in eadem oratione positis: rei alienatione, nō intelligitur extinctum legatum.

[e] Quando res aliqua designatur pro præstatione alimentorū vel alterius annuę præstationis, tunc fundus specialiter designatus ad huc onus censetur obligatus.

† Hæc verba & hæc constitutio eodem exemplo repetitur in. l. 3. C. de legatis.

* alimenta vobis.

[a] Trāslatio fit cum suo onere.

† Balsamon Nomocanonis tit. 4. c. 13 ex lib. 44. tit. 14. c. 14. Basil. recitat.

vsque ad pubertatem [a] deberi. sed hoc verum non est. tamdiu enim debebũtur, donec testator voluit: aut si non paret quid senciat, per totũ tẽpus † vitæ [b] debebuntur. 1. ¶ Certè si vsque ad pubertatem aliméta relinquantur: si quis exemplum alimentorum quę dudum [c] pueris & puellis dabãtur, velit sequi: sciat Hadrianum constituisse, [d] vt pueri vsque ad decimumoctauum, † puellæ vsque ad quartumdecimum annum alantur. & hãc formam ab Hadriano datam, obseruandã esse Imperator noster rescripsit. 2. ¶ Sed & si generaliter pubertas non sic [e] definiatur, tamen pietatis intuitu in sola [f] specie alimentorum hoc tempus ætatis esse obseruandum, non est inciuile. Sed si alimenta quæ viuus præstabat, reliquerit: ea demum præstabuntur, quæ mortis tẽpore pręstare solitus erat. quare si fortè variè præstiterit, eius tamẽ temporis præstatio spectabitur, quod proximum mortis eius fuit. Quid ergo si cùm testaretur, minus præstabat, plus mortis tẽpore, vel contra? adhuc erit dicendum eam pręstationem sequendam quæ nouissima [g] fuit.

Qui relinquit aquam, videtur relinquere pretium aquæ: & tale legatum non continet seruitutem, sed debitum personæ. Bart.

tempore: siue plus. [Quidam libertis.] Titius qui erat de Africa vel de Ægypto, in quibus terris venditur aqua, instituit sibi heredem Seium: & libertis suis testatoris reliquit alimenta, & aquam eis necessariam: & decessit idem Titius. nunc quæritur, vtrum fideicommiss. aquæ valeat, vel non? Et certè quia emolumentum continet in se dictum aquæ fideicommiss. eo quòd est relictum in terra vbi venditur aqua: respon. illud valere & hoc siue testator habebat cisternam, siue non: & tunc quando non habebat cisternam, continetur in fideicõmiss. quanti liberti essent aquam comparaturi si nõ esset eis legata. Diceret aliquis, quomodo valet fideicommiss. aquæ, cùm testator habebat cisternam in fundo suo pone? Certè nõ videtur valuisse: quia videtur relicta seruitus prædialis in fundo in quo erat cisterna eius qui non habebat prædium ibi iuxta: posito quòd fideicommissarius non habebat ibi prædium. quo quidem casu non valet: *vt supra communia prædi. l. j. in fin.* ¶ Sed certè respond. non esse inutile propter hoc fideicommiss. aquæ: quia [a] dicta aqua relinquitur personæ fideicommissarij: & ita non est prædialis seruitus, nec etiam personalis hoc casu cùm relinquitur propter personam fideicõmissarij, & non propter prædium fideicommiss. sed est quoddam ius quod debetur fideicõmiss. actione ex testamento: vt in fine. l. Si autem diceres eam esse prædij seruitutem, non valeret, cum non habenti vicinum prædium non posset legari. & meritò non valeret tunc, quia quamuis seruitus haustus aquæ est seruitus personæ, id est prædialis quæ cum persona finiatur, cùm hoc actum est vt ad heredem non transeat, sicut & seruitus pecoris ad aquam appulsus: tamen ei qui vicinum non habet prædium, inutiliter relinquitur si vt seruitus realis vel personalis ei relinquitur. nam neutra est, vt dixi. & idem dico in seruitute gestandi, id est portandi aliquid in fundo testatoris: & in seruitute premendi vuas in agro testatoris: & in seruitute vtendi area testatoris ad exprimenda frumenta, & cætera legumina. nam si prędiales seruitutes legentur ei qui non habet ibi iuxta prædium, non valent, cùm non sint in eo casu prædiales seruitutes, nec etiã personales, immò quoddam ius debitum fideicommissario actione ex testamento. Viuianus.

a ¶ *Ad pubertatem.* si sensit de duodecim & quatuordecim annis, pessimè dixit. si sensit de. xviij. an. malè dixit: quia vsque ad mortem: vt statim corrigit. Accursius.

b ¶ *Vitæ.* nam [b] cùm vita finitur: *vt. ī. de transact. cùm hi. §. constat. & ī. ad legem Falc. l. hereditatum.* & sic largè fit interpretatio: *vt. ī. de reg. iur. l. in testamentis.*

c ¶ *Dudum.* id est antè hanc. l. nam per hanc. l. vsque ad mortem.

d ¶ *Constituisse.* prædicto casu quando vsque ad pubertatem fuit relictum.

e ¶ *Non sic.* ad. [e] xviij. annos: sed ad. xij. vel. xiiij. *vt Instit. quib. mo. tu. fi. §. in.* (hic ergo est speciale fauore alimentorum. *sic & alias. ī. de adopt. l. arrogato. §. non tantùm.*) quandoque pro. xvij. *vt de postu. l. j. §. pueritiam.* Accursius.

f ¶ *In sola.* & alio casu, vt modò not. *& facit ī. de verborum signific. l. pueri.*

† Et sic vsque ad finem: quia finis spectatur. & de hoc an initium an finis spectetur, *vide bonam glo. in. c. dudum. super verbo, tempori. de elect.*

† In hunc locum vide Cælium Rhodiginum. *li. 19. lect. antiq. cap. 21. & 22.*

a Aquæ ius relinqui potest ita vt non sit seruitus prædialis vel personalis & quomodo.

b Alimentorum legatum, vita legatarij finitur, neque ad eius hæredes transmittitur.

c Pubertas fauore alimentorum finitur anno decimooctauo. Aliis casibus anno 17. aliis 14. & 12.

3. ¶ Quidam libertis suis vt alimenta, ita aquam quoque per fideicommissum [h] reliquerat. Cõsulebar de fideicommisso, cũ in ea regione Africæ, vel fortè Ægypti, res [i] agi [k] proponebatur, vbi aqua venalis est. dicebã igitur esse emolumentum fideicõmissi, siue quis habens cisternas [l] id reliquerit, siue non: vt sit in fideicommisso quantò quis aquã sibi esset comparaturus: nec videri inutile esse fideicõmissum, quasi seruitute prædij [m] non possessori [n] vicinæ possessionis relicta. [o] Nam & haustus aquæ, vt pecoris ad aquam appulsus, est seruitus personæ: tamen [p] ei qui vicinus non est, inutiliter [q] relinquitur. In eadem causa erunt [r] gestandi, vel in tuo vuas premendi, vel areæ tuæ ad frumenta cæteráque legumina exprimenda vtendi. hæc enim aqua personæ relinquitur.

Mulier potest esse executrix in testamento, & cogitur illud officium acceptare si agnouit legatum à defuncto sibi relictum. Item hoc officium si habet onus bursale annexum, transit ad heredes. Bar.

XV. SCÆVOLA *libro septimodecimo Digestorum.*

A Filio herede codicillis Seię decẽ reliquit, & alumno his verbis: *Mæuio infanti alumno meo quadringenta dari volo: quæ peto à te Seia suscipias, & vsuras ei*

g ¶ *Nouissima.* sic habetur. *C. ne de sta. defun. si mater.* ¶ Et nota tempus [a] mortis inspici. *sic supra de fund. instru. & instru. leg. l. si mancipia. in princ.* Sed videtur tempus testamenti: *vt infra de lib. leg. l. Aurelius. §. testamento. & l. fi. a. §. fin. & infra tit. j. si ita. & l. medico. & supra de leg. ij. vxori. in princ. & §. j. & l. vxorem. §. testamento.* Solu. secundum R. in alimentis prout minuit vel auget præstationem: sic & voluntatem alterare videtur. Sed cum debitori liberationem legat, & de nouo aliud debere incipiat: separatum est quod additur. & sic est in similibus. 2. Vel dic quòd in qualibet earum apparet ratio: quia tempus testamenti inspicitur. Item contra *supra de leg. ij. l. nomen. §. filio.* Solu. vt ibi. Item facit contra *supra de an. lega. l. Seio. §. j. & §. fin. & supra de leg. j. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & infra de re iudi. l. in iudicati. & de adi. leg. l. translatio. & l. seq. & ī. de secun. tab. l. j. §. non tamen.*

h ¶ *Per fideicommissum.* scilicet aquæ.

i ¶ *Res,* id est hæc quæstio.

k ¶ *Agi.* id est tractari. Accur.

l ¶ *Cisternas.* posset saltem personalis seruitus esse, secundum Ro.

m ¶ *Prædij.* i. prædiali. Accur.

n ¶ *Non possessori.* id est domino: *vt. ī. communia prædi. l. j.*

o ¶ *Relicta.* hic accipe quod est in fine, hoc enim &c. si autem diceres, & prædij seruitutem, non valeret: cùm [b] non habenti vicinum prædium non possit legari, & meritò; nam &c.

p ¶ *Personæ: tamen.* scilicet aliquando: vt cùm relinquitur habenti prædium. Sed hoc acto vt ad heredem non transeat, quo casu est seruitus personalis, secundum R. vt hîc. quod Ioan. non placet: imò realis, sed heres legatarij exceptione repellitur: quod patet: quia vindicatur scilicet per confessoriam: *vt. ī. de serui. rusti. præd. l. pecoris. & leg. seq.* & hic expone seruitutem personæ, [c] id est prędialem, quæ finitur cum persona quando hoc actum est, vt dixi. & sic non est contra. le. illam, pecoris. ¶ Itẽ quod dicit ius [d] hauriendi esse personale, imò reale: *vt. ī. de serui. rustic. præd. l. si mihi. §. fin.* Sed dic vt modò not. quando scilicet ita fuit dictum. At cùm [e] non habenti prędium relinquitur, non est realis, vt subiicit, sed personalis si hoc velit relinquens vel constituens, secundum Ro. *vt. ī. de ser. rust. præ. l. Lucius.* & secundum hoc per confessoriam peteretur. Sed Io. dicit nec personalem esse: *vt supra de ser. le. vt pomum.* sed quoddam ius quod actione personali ex testamento vel pacto debetur, sicut si decem mihi stipuler: *vt not. d. l. pecoris. & facit. ī. de vsu & habita. l. vsus aquæ. & supra eo. l. j.*

q ¶ *Inutiliter.* vt sit seruitus realis: sed personalis, secundũ R. Tu dic vt sit seruitus realis vel personalis. nam neutrũ est, *vt. ī. dixi.*

r ¶ *Erunt.* s. seruitutes vel iura, scilicet vt sint personales seruitutes, secundùm R. vel vt non sint reales vel personales, sed quoddam ius: *vt. d. l. vt pomum.*

A *Filio herede.*] CASVS. Instituit sibi Titius suum filium Gaium heredem: & postea fecit codicillos. & in eis reliquit Seiæ decem, & alumno suo reliquit dictus Titius quadraginta his verbis. Mæuio infanti alumno meo quadraginta dari volo: & peto à te prędicta Seia vt suscipias dicta. xl. apud te, & vt præstes eidem Mæuio alumno vsuras quincunces vsque in annum. xx. ętatis eius, & vt

a Tẽpus mortis an testamenti inspiciamus in legato alimentorum.

b Seruitus prædij legatur inutiliter prædium vicinum non habenti.

c Seruitus personæ pro prædiali quę finitur cum persona, vt quia hoc dictum est.

d Ius hauriẽdi ex se reale: personale vero si ita dictum sit.

e Ius hauriendi relictũ, aut promissum siue constitutum prædiũ nõ habenti, non est seruitus realis aut personalis sed ius quoddam quod ex testamẽto vel pacto actione personali debetur. de quo v. plura quæ scripsi *ad Gl. l. pecoris. 4. ī. de seruitutibus rusticorum.*

quincunces in annum vsque vicensimum ætatis præstes, eúmque suscipias & tuearis. Quæsitum est, an Seia postquam legatum suum acceperit, si nolit pecuniam alumno relictam suscipere, vel in suscipienda ea cessauerit: onus alimentorũ ex die mortis testatoris compellenda sit adgnoscere. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, compellẽdam [a] præstare, cùm fideicommissum sit. Idem quæsiit, an heres quoque Seię in annos viginti alimenta præstare debeat. Respondit debere.[b]

Relatiuum quis, vel qui, limitat suum antecedens non solùm in quantitate, sed etiam in tempore. Bar.

1. ¶Testator concubinę mancipia rustica numero octo legauit, & his cibaria præstari iussit, in hæc verba: *Eísque mancipiis quæ supra legaui, cibarij nomine ab heredibus meis præstari volo quæ me viuo accipiebant.* Quæsitum est, cùm viuo testatore semper mancipia rustica tempore messium & arearum delegata [c] fuerint, & eo tempore cibaria ex ratione domini sui nunquam acceperint, excepto custode prædij: an heres quoque eius temporis, id est messis & arearum, & cibaria concubinæ pro mancipiis rusticis præstare deberet. Respondit, eum cuius notio est, æstimaturum. Claudius:[d] meritò. Nam si eodem modo quo apud testatorem fuerunt, & apud concubinam futura legauit, non debebantur eius temporis de quo quæsitum est, cibaria. Verùm si velut in ministerium vrbanum ab his [e] transferentur, debebuntur.

& vt eundem Mæuium suscipias & tuearis. & postea decessit dictus Titius testator, & postea dicta Seia recipit dictum suum legatum de. x. à filio testatoris herede. nunc idem heres vult dare ei Seiæ dictæ. xl. vt ipsa faciat ea quæ iussit testator. & ipsa noluit recipere. vnde quæritur, an ipsa compellenda sit agnoscere onera alimentorum Mæuij ex die mortis testatoris? & dicitur quòd sic, & etiam heres eiusdem Seiæ. [TESTATOR.] Caius instituit sibi heredes Titium & Seium, & legauit concubinæ suæ octo rustica mancipia, & his mancipiis rusticis iussit præstari cibaria in hæc verba, eísque mancipiis quæ supra legaui concubinæ meæ, volo præstari nomine cibarij ab heredibus meis ea quæ à me accipiebant dicta mancipia me viuo. & postea decessit dictus Caius testator. nunc quæritur, cùm viuo dicto testatore semper mancipia rustica tempore messium & arearum delegata fuerint ad areas, vt faciunt rustici Bononien. & ex eo tempore cibaria ex ratione domini sui nunquam acceperint excepto custode prędiorum: an heredes quoque eius temporis, id est, messium & arearum debeant præstare cibaria concubinę prædictis mancipiis rusticis? & respon. quòd iudex debet hoc ęstimare tenendo distinctionem Claudij quæ sequitur: nam si testator legauit dicta mancipia concubinæ vt starent eo modo apud concubinam, quo fuerunt apud testatorem, non debebuntur cibaria eius temporis de quo quæsitum est. si autem dicta mancipia transferebantur à testatore ab his ministeriis rusticis velut in ministerium vrbanũ, vtputa vt faciant aliquid in ciuitate pro ipso testatore. bene debebũtur cibaria concubinæ pro eis. [TITIA DECEDENS.] Titia habens decem libertos, tribus ex eis cibaria & vestiaria pręstabat. & illud quod in hoc expẽdebat, scribebat in rationibus suis ipsa Titia. postea decedens fecit testamentũ, in quo ita cauit: Omnibus libertis libertabúsque meis cibaria & vestiaria quę viua pręstabam, dari pręstarique volo. & decessit. nunc quęritur, an heres eius Titiæ debeat pręstare cibaria & vestiaria omnibus. x. libertis, an verò prędictis tribus tantùm? & respon. quòd omnibus debet pręstare. illa enim verba, quæ viua pręstabam, &c. non restringunt pręcedentia. Viuian.

a Defuncti iudicio non in parte, sed in toto parendum est.

u ¶ *Numeratam.* sic *ĵ. eod l. cum certum. & l. cum aurum. § proinde. & C. de dona. l. si quis argẽtum.* ¶ Sed contra. *ĵ. de solu. l. Paulus respon. creditorẽ, & C. de sol. eum à quo* Sol. dic non contaminatam: aliàs secus: vt in contrariis. Vel hîc fauore vltimæ volũtatis vt non pereat, si aliàs argentum habere non potest: vt not. d. l. si quis argentum. *& facit supra si cer. pe. l. ij. § mutui.* ibi, aliud pro alio. & quod ibi not. *& supra de leg. j. l. non amplius. § fin. & infra de solut. l. qui res. § mihi Romæ in fine. & de verbor. obligat.* quæ extrinsecus. *& supra de vsufructu lega. l. generali. § penul. & fina. & l. fundi.*

x ¶ *Genus.* i. species: vt scyphus certus. in speciebus [c] enim non est locus functioni, id est vt alia res vice alterius fungatur: *vt. ȝ. si cer. pet. l. ij. § mutui.* Accursius.

QVi tibi.] CASVS. Titius mandauit tibi vt emeres ornamẽta in vsum vxoris suę. postea fecit testamentum idem Titius, & legauit eandem vxori suæ ea quæ eius causa parata sunt, sicut assolet fieri per viros & postea decessit idem Titius qui mandauerat tibi. tu autem ignorans eum decessisse, emisti ornamenta. nunquid debentur vxori eadem ornamenta? Et dicitur quòd non: quoniam verba testatoris quæ posuit in legato, illa scilicet, quæ eius

† In hoc [...] tractatum vide libellum [...] Baysij de re vestiaria. In indice additur hi [...] non autem in ipso hoc tit.

a Generi per speciem derogatur.

De mundo muliebri lege Oppia ceptos[...] de Liuius lib. 37.

b Species derogat generi.

* Ipse.

c In speciebus functioni non est.

eius causa parata sunt &c. referuntur ad tempus mortis testatoris. tempore autẽ mortis testatoris non erant adhuc empta dicta ornamenta. si autem emisti dicta ornamenta viuente testatore, & mortua dicta sua vxore, certè & tunc inefficax est dictum legatũ, quia non potest verè dici videri paratum ornamẽtum causa vxoris eius quæ prius decessit quàm emeretur ornamentum. & idem erit dicendum, si tempore quo emisti ornamenta, viuebat vir & vxor, sed diuerterat. nam euanuit etiam in hoc casu legatum. potest tamen esse in hoc casu quæstio facti. nam potest maritus nec voluisse adimere legatum vxori repudiatæ, scilicet cum bona gratia fuit factum diuortium: & tunc valebit legatum, & habebit mulier ornamẽta prædicta. ¶ Item & potest esse quod maritus q. diuertit. voluit adimere legatum, puta cum non bona gratia fuit factum diuortium. quo casu est verum quod dictum est, scilicet vt euanuerit legatum ornamentorum emptorum post diuortium. ¶ Sed quid si dictus testator misit libertum suum in Asiam ad emendas purpuras, & legauit vxori lanam purpuream, scilicet quam eius causa parasset, & libertus viuo viro & vxore emit purpuram? nunquid illa purpura pertinebit ad vxorem ex dicto legato? Et dicitur quòd sic. & ita appellatione lanæ purpureæ continetur pupura. & hoc dicit vsque ad. l. apud. Viuianus.

II. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

QVi tibi mandauerat vt ornaméta in vsum vxoris suæ emeres, eidem vxori, vt adsolet, legauit quæ eius causa parata erunt. tu deinde post mortem mandatoris, ignorans eum decessisse, emisti. Non debebuntur mulieri: quoniam ea verba ad mortis tempus referuntur. At si viuente testatore, muliere autẽ mortua emeris: non ineleganter dicetur, inefficax [a] hoc legatum esse: quando non possit verè dici, eius causa paratum videri, quæ prius decessit. Eadem dicenda [b] erunt & si viuat quidem mulier, sed diuerterit: & quæratur, an post empta ei debeantur: quasi non videantur vxoris causa parata.

III. CELSVS *libro nonodecimo Digestorum.*

VXori legauit quæ eius causa parata sunt: & antè mortem diuortit. Non deberi, [c] quia adempta videantur, Proculus [d] ait. nimirum facti quæstio est. nam potest [e] nec repudiatæ adimere voluisse.

IIII. PAVLVS *libro quinquagesimoquarto ad Edictum.*

CVm quidam libertum suũ in Asiam misisset ad purpuras emendas, & testamento vxori suæ lanam purpuream [f] legasset: pertinere ad eam si quã purpuram viuo eo libertus emisset, Seruius respondit.

V. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

APud Phuphidium* † quæstionum libro secundo ita scriptum est: Si mulier mandauerit tibi, vt sibi vniones vsus sui causa emeres: si tu post mortem eius, cum putares eam viuere, emeris: Atilicinus negat esse legatos ei cui mulier ita legauerit, *Ornamenta quæ mea causa parata sunt, erúntve.* non enim eius causa videri parata esse, quæ iam mortuæ [g] ea empta fuerint.

Solutio legati & translatio in aliã speciem facta à testatore legatum extinguit. Bartolus.

VI. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.*

SEia ab herede Publio Mæuio ita legauit, *Antoniæ Tertyllæ do lego auri pondo tot, & vnionem* [h] *cũ hyacinthis.* postea † vnionem soluit, [i] neque vllum mortis tempore inter ornamenta sua vnionem † reliquit. Quæro, an heres ex causa fideicõmissi æstimationem rei quæ in hereditate non est, [k] præstare debeat. Marcellus respõdit, non debere. 1. ¶ Item quæro, si probari possit Seiam vniones & hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamenti, quod postea pretiosus fecit additis aliis gẽmis & margaritis, conuertisse: an hos vniones vel hyacinthos petere possit, [l] & heres compellatur ornamento posteriori [m] eximere, & præstare. Marcellus respondit, petere non posse. Nam quid [n] fieri potest, vt legatum vel fideicommissum durare existimetur, cùm id quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit? nam quodammodo extinctum sit: vt interim omittam, [o] quòd etiam dissolutio-

* In causa caduci, est quod mortuo legatur.

b Legatum euanescit à marito vxori factum, cum qua post legatum factũ diuortium fecit.

* Hic Phuphidius fortè est de quo Cic. in Bruto.

† Sunt qui emendant Fufidium, vt in l. Fufidius. ff. de bon. auct. iud. poss.

c Diuortium faciendo maritus videtur reuocare legata quod vxori fecerat.

a ¶ *Inefficax.* est [a] enim in causa caduci: *vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. pro secundo.* Accur.

b ¶ *Eadem dicenda.* scili. [b] legatũ euanuisse: licèt & alia ratione videatur reuocatum, scilicet propter diuortium, per [c] quod videtur mariti volũtas mutata: *vt j. l. proxi. & s. de donatio. inter vir. & vxo. l. sed interim. §. fi. & s. de leg. iij. l. item legato. § penul. & facit. s. de leg. iij. l. cum vxori. & j. de solu. l. cum quis. in princi.* Accursius.

c ¶ *VXori Nõ deberi.* quasi mutata voluntate per diuortium: *vt s. l. proxi. cum suis concord.*

d ¶ *Proculus.* contradicens prædictis.

e ¶ *Nam potest.* bene dico, quæstio facti. nam quodcúmque repudiatæ videtur adimi, si non bona gratia fiat diuortium: *vt. s. l. prox. & hic.* & secundum hoc habeas literã, nam potest repudiatæ &c. sin autẽ bona gratia. tunc non videtur adimere. *ad quod. s. de don. inter vir. & vxo. l. & ideò.* & tunc habeas hic, nec repud. &c. & ita cum nec, & sine nec. potest legi.

f ¶ *CVm quidam Purpuream.* quã eius causa parasset: *vt. s. de leg. iij. l. cum vxori in fi. R. & s. de leg. iij. l. item legato.* Accur.

Apud.] CASVS. Titia mandauit tibi vt emeres sibi vniones, id est margaritas pretiosas causa sui vsus: & postea fecit ipsa testamentũ, & his verbis legauit Seio: Lego Seio ornamẽta quę mei causa parata sunt erúntve. & postea decessit eadem Titia. tu autem mandatarius cùm putares eam viuere, emisti pro ea vniones. nũc quæritur, an dicti vniones quos emisti, pertinebũt ad dictũ Seium ex dicto legato? & dicitur quòd non. nam ea quæ iam mortua testatrice empta fuerunt, non videntur esse parata eius testatricis causa. ipsa autem vt dictum est, legauit Seio ornamenta quæ eius causa parata sunt erúntve. Viuian.

g ¶ *Mortua.* aliàs mortuæ: aliàs mortua ea. *& facit. s. eo. l. qui tibi. cum suis conco.* Accur.

SEia ab herede.] CASVS. Seia instituit sibi heredem Publium Mæuium, & ita ab eo legauit, Antoniæ Tertyllæ do lego auri põdo. x. pone, & vnionem meum cum hyacinthis ei adiunctis. & postea dissoluit vnionem à dictis hyacinthis eo animo vt non contineretur in legato, & vendidit: & postea decessit nullo relicto vnione inter ornamenta sua. Quæritur, an heres teneatur dare Antoniæ æstimationẽ vnionis? & dicitur quòd non. Item quid si dicta Seia non vendidit dictum vnionem, sed eũdẽ vnionẽ & quosdam ex dictis hyacinthis cõuertit in aliam speciem ornamenti: quod ornamentũ fecit postea pretiosius quàm esset primum, additis aliis gemmis & margaritis eidem secũdo ornamento? nunquid potest dicta Antonia legataria hos vniones & hyacinthos petere? & nunquid heres debet compelli eximere ex ornamento posteriori dictos vniones & hyacinthos, & præstare Antoniæ Tertyllæ? & respon. quòd non. nam non potest fieri vt existimetur durare legatum vel fideicom. eius rei quæ postea est in aliam speciem translata. nam per hoc quodam modo videtur extincta dicta res: vt interim donec habemus hanc rationem quam dixi, scilicet quia extinctum est legatum ideò, quia res per fideicom. relicta est in aliam speciẽ translata, & sic extincta, omittat aliquis & aliam rationem, quæ etiam similiter bona est, hanc scil. id est quia dissolutione ac permutatione dictorum vnionum & hyacinthorum de qua dictum est, voluntas quoque testatricis videatur mutata. quæ quidem testatrix legauit Antonię vnionẽ & hyacinthos, vt dictum est. q. d. quælibet ratio per se bona est. vnde si capiamus primam rationem, bene potest aliquis interim omittere secundã. & sufficit prima. Viuianus.

† Specie transeunte in suum materiam, censetur esse alia species. adde Bart. *in l. pater. j. de adimen. legatis.*

† aceto forte, aut alio liquore diluit, exemplo Cleopatræ & Æsopi filio. Plin. lib. 9. c. 35. Plutar. in Ant.

h ¶ *Vnionem.* i. lapidem pretiosum *sic. s. de doli excep. l. apud Iulianum. § item quæritur.*

i ¶ *Soluit.* legatariæ: *vt. & C. de leg. l. filia.* Accur. Imò soluit, i. diluit, puta aceto, vt Cleopatra. I. R.

k ¶ *Non est.* i. nunc: sed fuit tempore testamenti.

l ¶ *Petere possit.* legataria.

m ¶ *Posteriori.* ornamento. i. Vel dic, posteriori legatario, si ponas alij legatum ornamentum pretiosius. Accur.

n ¶ *Nam quid.* aliàs, neque enim aliàs, nunquid enim &c. & sub. tunc distinguitur q. d. non durat. Accur.

o ¶ *Interim omittam.* siue habeas omittat, scili. aliquis. siue omittam. ego Marcellus: est sensus quòd ratio prædicta sufficit: quia scilicet extinctum, vt aliam omittamus, quæ etiam bona est, scili-

ff. Infort.

ret quòd, id est, quia etiam dissolutione &c. *& faciunt ad. l. istam supra de lega. ij. l. item legato. §. penul. & l. lana. & l. legatis. §. j. & Institu. de rerum diui. §. si tamen. & supra de lega. j. cætera. in fin. & de pigne. act. l. si conuenerit. §. si quis ea arg. contra supra de lega. j. seruum filij. §. ij.* ¶ Item *facit supra ad exhiben. l. Iulianus. § si quis. & de contrahen. emp. l. in venditionibus. §. inde quæritur & de lega. j. si ex toto fundo. in princip. & l. quod in rerum. §. si quis. & supra de Institu. l. tabernam. & infra de adimen. leg. l. legatum. §. j.* ¶ Item arg. contra [a] *supra de lega. ij. l. fideicommissar. §. si rem.* ADDITIO. Dic secundùm Barto. quòd ibi res legata extabat: hic verò desiit extare, quia facta est alterius accessio: *vt patet in fine l.*

ne ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata.

Legatum per quod ciuitati quæritur aliquod ornamentum, valet. Bartolus.

† In vulg. edit. est lex Lucius Titius.

a Translatio in aliam speciem an extinguat legatum.

† Lucius Titius testamento ita scripsit, *Heredem meum volo, fideique eius committo vt in patriam meam faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines argenteas, item marmoreas.* Quæro an legatum valeat. Marcellus respondit valere: [a] & operis, cæterorúmque quæ ibi testator poni voluerit, legatum ad patriam pertinere. [b] intelligi enim potuit aliquod ciuitati accedere ornamentum.

Lucius.] CASVS. Lucius Titius instituit sibi heredem Seium, & ita in testamento scripsit: heredem meũ volo, fideique eius committo vt in patria mea faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines argenteas & marmoreas & decesit dictus testator. nunc quæritur, an valeat legatum, & ad patriam testatoris pertineat? & respon. quòd sic. & est ratio plana in litera. Viuian.

Legatum simpliciter & indefinitè prolatum, ad tempus testamenti refertur. h. d. Vel sic: Nomina possessiua, meum, tuum, suum, præsens tempus significant. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

† Iurisdictioné licet proroga, é possint principales personæ, procurator tamé simpliciter cõstitutus, hoc facere non potest. Gl. in t. cum a lim. super verb. procuratore. Z. de offic. deleg.

b Futuro præsens & è cõtra non cõtinetur.

c Dic quòd ibi tractatur de modico vel nullo præiudicio: quia semper tantum dem soluendo liberatur, & creditori prodest, hic verò esset magnum præiudicium secundum Bart.

SI ita esset legatum, † *Vestem meam, argentum meum [c] damnas esto dare*: id legatũ videtur, quod testamenti tempore fuisset: quia præsens tempus semper intellegeretur si aliud comprehensum

a ¶ *Valere.* quod dic *vt infra de acquiren. rerum domi. l. statuas. & de priui. cred. Aufidius. & supra de vsur. l. cum quidam. §. si.* Accursius.

b ¶ *Pertinere.* licèt nõdum erat in rerum natura quod legabatur: *vt. ʒ. de lega. j. l. quod in rerum. in prin. & l. ciuitatibus. in prin. & l. seruo alieno. §. si. & ʒ. de vsufru. lega. l. quidam.* Accur.

d Solue & dic secundum Bar. quòd ibi erat verbum futuri temporis, scilicet reseruetur: vt ibi patet.

e Dic quòd imò. §. testamento. & lex. his verbis. concordant cũ ista. l. Bart.

f Dic quòd etiã concordat, secundum Bar.

g Solue vt per Bart. hic.

h Dic quòd ibi extabat area quæ est maxima pars domus secundum Bar.

i Dic quòd ibi contingit variatio circa idẽ vel circa id quod habetur loco eiusdem, secundum Bart.

k Ibi fallit propter dictionem tunc, quæ extremitatem temporis significat. secundum Bart.

SI ita legatum.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & ab eo herede legauit ita: Gaio vestem meam & argentum meũ damnas, id est damnatus esto tu heres dare Gaio. & postea decessit idem testator. certè id legatum videtur Gaio, quod testamenti tẽpore fuisset testatoris, siue sit legata prædicto modo vestis, siue argentũ, siue aliquid aliud: quia in legatis prædicto modo relictis præsens tempus intelligitur. cum enim dicit testator, vestẽ meam, vel argentum meum: hac demonstratione, meum, ostenditur præsens tempus, & non futurum. & idem est si testator ita legauit, seruos meos damnas esto dare Caio. nam intelligitur de illis qui sunt sui tempore testamenti. Viuianus.

c ¶ *Meum.* suum & meum largè dicitur quoad res: *vt. ʒ. de leg. iij. l. cum sic. cum seq. vsque ad l. nummis.* non quoad tempus: vt hic.

d ¶ *Non futurum.* vt enim futurum [b] non continet præsens: *vt. ʒ. de leg. ij. l. vj. & de arbi. l. de rebus. & de leg. ij. l. Iulianus. §. pe.* ita nec præsens futurum: *vt hic, & infra de verborum obligationib. l. si stipulatus fuero. §.* Sed contra *huic. l. C. quæ res pigno. oblig. l. fina.* Solu. ibi [c]. ¶ Item *contra. ʒ. eo. l. filiam. ibi apparet sol.* [d] ¶ Item contra arg. *ʒ. de leg. iij. l. vxorem. §. testamento. Sol. ibi, & l. his verbis.* [e] Item arg. contra *j. de lib. leg. l. Aurelius. §. testamento.* [f] & arg. contra *ʒ. pro soc. l. j. in fi. & l. si quis societatem.* [g] Item arg. contra *supra de vsufruct. l. quoties. §. fi.* [h] Item contra *supra de lega. ij. l. cum pater. §. fidei tuæ.* Solu. ibi. Item argu. contra. *ʒ. de ali. sud. mu. cau. fa. l. ex hoc. §. j.* sed illud quoad illud edictum. Item contra *supra de libe. & postu. placet.* Sed illud ne pereat testamentum. & eodem modo soluitur aliud contrarium. *ʒ. de pecu. leg. l. ei quoque.* scilicet ne legatum fit nullum. Item contra. *ʒ. titulo primo. l. Mela. § sed & si alimenta.* Sol. ibi. [i] Item argu. *contra. ʒ. de testam. tute. l. tutoribus.* [k] Item *contra. ʒ. de leg. ij. l. si ita quis. in princ.* Solu. ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi est verbum potest, quod est extensiuum: vt ibi secũdum Bart. hic.

PLautius.] CASVS. Seia ita legauit Titiæ mulieri: Quisquis mihi heres erit, damnas esto dare Titiæ vestẽ meam, & mundum meum, & ornamenta mea muliebria: & postea decessit dicta Seia testatrix. nunc quæritur, quid in dicto legato contineatur? & dicit Plautius Cassium dixisse ita: Aut apparet voluntas testatricis, & illa seruanda est. aut non, & tunc videtur legata omnis vestis, scilicet tam virilis quàm muliebris, & omnis mundus: non autem omne ornamentum, sed tantùm muliebre. & est ratio secundum Paulum & Iauolenum, quia verisimile est testatricem quæ prædicto modo legauit, derogasse tantummodo vniuersitati ornamentorũ legatorum quib. solis ornamentis accõmodauit in legato significationem muliebriũ ornamentorum. apposuit enim verbũ, muliebria tantùm iuxta ornamenta legata, & non iuxta vestem vel mundum legatũ. vnde, vt dictum est, legatum ornamentorum videtur restrinxisse, & non legatum vestis vel mundi. & istud accidit etiam ideò quia illud verbum, muliebria non potest applicari vesti vel mundo legato salua ratione recti sermonis, id est Grammaticę. nam non esset bona Grammatica, lego Titiæ vestem meam muliebria, vel mundum meum muliebria. bene autem est bona Grammatica, lego Titiæ ornamenta mea muliebria. Viuianus.

non esset. nam cum dicit, *Vestem meam, argentũ meum*: hac demõstratione, *meum*, pręsens nõ futurum [d] tempus ostẽdit. idem est & si quis ita legauerit, *Seruos meos.*

Verba testatoris in dubio debent intellegi ita quod non sit in constitutione peccatum. Bartolus.

VIII. IDEM *libro nono* [*] *ad Plautium.*

* Ant. Aug. lib. 1. cap. 6.

PLautius [e]: mulier ita legauit: *Quisquis mihi heres erit, Titiæ vestem [f] meam, mundum ornamentaq́; muliebria dãnas esto dare.* Cassius ait, si nõ appareret quid sensisset, omnem vestem secundum verba [g] testamenti legatam videri. Paulus: Idem Iauolenus [h] scribit: quia verisimile est (inquit testatricem tantùm [i] ornamentorum vniuersitati derogasse, quibus significationem muliebrium accommodasset. Accedere [k] eo. quòd illa demonstratio *muliebria*, neque vesti, neque mundo applicari salua ratione recti sermonis [l] potest.

e ¶ *Plautius.* s. testator & sic. j. mutat sexum cùm dicit testatrice. 2. Vel dic, Plautius, s. dixit ea quæ sequuntur. & dic legauit, scilicet testatrix. Accursius.

f ¶ *Vestem.* hæc tria diuersa sunt: *vt. j. eo. l. argumento. §. muliebri. & §. ornamenta. & §. mundus.*

g ¶ *Secundum verba.* rigide accepta, secundum R.

h ¶ *Iauolenus* videtur adscribi principium. l. Paulo. 2. Vel dic, Paulus dixit idem quod Cassius.

i ¶ *Tantum.* i. tantummodò quibus & cæt. Sed certè imò dictio muliebria, videtur restringere vestem & mundum, vt pro muliebribus tantùm intelligatur. sed secundum Ro. hîc de rigore, vel secundum verba testamenti: sed aliud secundum sententiam vel æquitatem. ¶ Et sic non obstat. *ʒ de penu. lega. nam quod in fine. & de lega. iij. heres. §. ij. & l. quæsitum. §. ij. & infra de ver. signi. si cùm fundus.* 2. Vel dic quod non nocet hæc derogatio primis legatis: quia expressa sunt. ¶ Item nota muliebria referri ad proximum tantum, scilicet ornamenta. *sic supra de iurisdic. om. iudi. l. si idem in fi.* ¶ Sed arg. *contra. ʒ. de lega. j talis. in fi.* ADDITIO. Dic secundum Bar. quòd hic non poterat referri ad omnia salua ratione recti sermonis, ibi sic.

k ¶ *Accedere eo.* quasi dicat, contingunt prædicta eo, id est ideò, quia illa &c.

l ¶ *Recti sermonis.* secundum verum sensum verborum, sed secundum sententiam secus: vt prædixi. vel aliter vt modò no.

IX. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

CVm certũ [m] auri vel argenti põdus legatũ est: si non species designata sit, non materia, [n]

CVm certum.] CASVS. Titius legauit mihi duas marcas argẽti vel auri: & ita legauit mihi certum pondus, & non certam speciem, & decessit. nunc quæritur, an heres eius teneatur mihi præstare dictas duas marcas: an verò liberatur præstando mihi tãtam pecuniam non ære contaminatam quantum nunc tempore litis valent duæ marcæ argenti? Et respond. quòd bene liberatur præstando tantam pecuniam quantam dixi. Viuianus.

m ¶ *Cum certum.* puta vt duas marcas.

n ¶ *Non materia.* vt massa: & subau. ex necessitate. sed pretiũ debet: scilicet ex volũtate. materia enim est in obligatione: sed pretium etiã ære cõtaminatũ est in solutione. sicq; soluitur [a] aliud pro alio creditore inuito: *vt. j. de actio. & obligatio. l. obligationem. in fi. & supra manda. l. si quis pro eo.* 2. Vel dic ab ære non cõtaminatam:

a Inuito creditore aliud pro alio solui potest.

minatam: *vt not.s.eo.l.j.in fi.& dic vt ibi.*

a ¶*Præsentis*.f.litis *vt.s.de triti.vino & oleo lega.l.fin.* vel moræ: *vt.j.eo.ti.l.pen.*Accur.

QVintus.] CASVS. Titius ita legauit vxori suæ: Vasa & vestimenta quæ & quot vxoris meæ causa empta parata sunt lego eidem meæ vxori, & decessit. nunc quæritur, quæ vasa & vestimenta videantur ei legata? Et respond. quòd ea videntur legata quæ illius vxoris causa parata sunt, & non ea quæ sunt parata causa vsus communis viri & vxoris. & hoc dixit Quintus Mucius: & dixit idem esse si quippiam aliud legasset maritus vxori prædicto modo. Pomponius autẽ dixit postea: Si hoc verum est, s. vt non debeatur vxori quod paratum est non solius vxoris causa, sed causa communis vsus viri & vxoris, sicut dixit Quintus Mucius: certè non debebitur vxori non solùm si ipsius viri & vxoris cõmunis fuerit vsus circa illud quod vult nũc ex legato vxor, sed etiam non debebitur si liberorum eius & vxoris vsus fuerit, aut alterius alicuius. id enim videtur testator demonstrasse, vt sit legatũ vxori quod proprio vsui vxoris sit paratum. Papinianus autem cõditor huius legis dicit ita postea, illud quod Quintus Mucius demõstrat in principio huius legis. dixit enim ibi, vas aut vestimẽtum aut quid aliud quod vxoris causa emptum paratúmve esset, legatum esse vxori: efficit vt falsa sint quæ subiecimus per dictum Quintum Mucium & Pomponium. subiecimus autem vt parata causa vsus ipsius solius vxoris cedant legato, scilicet si Quintus Mucius intellexit prædicta fuisse legata in specie. nam multum interest generaliter, an specialiter legentur prædicta. nam si generaliter legentur, veluti quia legauit vxori maritus ea quæ vxoris causa parata sunt, & tunc vera est Quinti Mucij definitio, scilicet vt non debeatur vxori nisi quod solius vxoris causa paratum est. si verò specialiter legentur prædicta, veluti vestem illam purpuream, certam demonstrando quæ vxoris causa empta parata esset, lego eidem meæ vxori: legatum omninò valet, licet neque empta neque parata, nec in vsum vxori data sit: quia certo corpore legato demõstratio falsa ibi apposita non perimit legatum, sicut si ita esset scriptum à testatore legante: Lego vxori meæ Stichum quem ex venditione Titij emi. Nam nihilò minus valet legatum, licet neque emit à Titio vel ab alio, sed habuit eum ex alia causa, aut ex alia venditione emit, puta Seij. si autem ita legauit maritus vxori: lego vxori meæ vasa, & vestimenta, & quæ eius vxoris meæ causa parata sunt: tunc eodem modo erit vera Quinti Mucij sententia, sicut fuisse dictum est quando generaliter legauit vxori prædicta, vel aliquod prædictorum & in isto casu etiã si prædictæ res erant alienæ, quas quidem putauit testator suas esse, & vxoris vsibus concessit, tenebitur heres viri ad dandas eas vxori. Viuianus.

sed pretium præsentis [a] temporis præstari debet.

Non intelligitur causa vxoris paratum quod ipsius & alterius causa paratur. Item falsa demonstratio legatum generis restringit. secus in legato certæ speciei. Item quando disiũctiua cadit inter genus & speciem, accipitur pro coniuncta. Bartolus.

x. POMPONIVS *libro quinto ab Quintum Mucium.*

QVintus Mucius ait, Si paterfamilias vxori vas, aut vestimentum [b], aut quippiam aliud ita legauit, *Quod eius causa emptum, paratúmve esset*: id videtur legasse, quod magis illius [c] quàm communis vsus causa paratum esset. Pomponius: Sed hoc [d] verum est non solùm si ipsius viri & vxoris communis vsus, sed etiam si liberorum eius aut alterius alicuius communis vsus fuerit. Id enim videtur demonstrasse, quod proprio vsui vxoris comparatum sit. Sed quod Quintus Mucius demonstrat, vas, aut vestimentum, aut quid aliud: [e] efficit vt falsa sint quæ subiecimus. [f] Multùm enim interest, generaliter, an specialiter [g] legentur hæc. Nam si generaliter, veluti ita, *Quod vxoris causa comparata sunt*: vera est illius definitio. [h] Si verò ita scriptũ fuerit. *Vestem illam purpuram*, [i] * certá demonstraret: licèt adiectum sit, *Quæ eius causa empta, paratáve essent*: licèt neq; empta [k] neque parata, neque in vsum ei data sint: legatum omnimodò valet: quia certo corpore legato demonstratio falsa posita non perimit legatum, veluti [l] si ita sit scriptum: *Stichum quem ex venditione Titij emi.* nam si neq; emit, aut ex alia venditione emit: legatum nihilominus [m] valet. Planè si ita legatum fuerit, *Vas*, aut *vestimenta*, aut *quæ vxoris* [n] *causa parata sunt*: tunc æquè erit vera Quinti Mucij sententia. [o] Quo casu sciendum est, etiam si alienæ res hæ fuerint, quas putauit testator suas esse: [p] heredem teneri vt eas det. [q]

* purpuream.

b ¶*Vestimentum*. si certum demonstrauit, malè sensit Quintus Mucius: aliàs bene: *vt.j.statim.*Accur.

c ¶*Magis illius*. electiuè: [a] *vt.s.de leg.iij.l.legatum.§.j.*

a Magis particula electionis index.

d ¶*Sed hoc*.sc. vt non debeatur quod non solius vxoris causa est paratum. ¶Et dic quod sit in vsu: *vt.j.de verb.sig.l.in lege.& j.eo.l.cum in testamento.& s.de lega.iij.l.hoc legatum.& l.cum sua. & facit.s.de lega.iij.l.item legato.*Accur.

e ¶*Aliud*.certum demonstrando.

f ¶*Quæ subiecimus*.per Mucium & pér Pomponium, s. vt vsui solius vxoris parata cedant legato.

g ¶*An specialiter*. præualet [a] specialiter dictum: *vt.j.de iniur.l.item apud Labeonem.§.hoc edicto.*Accur.

a Specialiter dicta præualent.

h ¶ *Definitio*. i. sententia, scilicet vt non debeantur nisi quæ solius vxoris causa sunt parata.

i ¶*Purpurã*. Sed quid si dixit vestem omnem eius causa paratam. nõ demonstrãdo certam? Respond. idem quod in genere: & sic potest intelligi dixisse Quintus Mucius. nec enim est certum corpus demonstratum: Accur.

k ¶*Neque empta*. Differunt empta [b] & parata: *vt.s. de leg.iij. l.si quid.§.j.*

b Empti & parati differẽtia.

l ¶*Veluti*.i. sicuti. vel exemplificatiuè.

m ¶*Nihilo minus*.sed non venditio: *vt.s.de contrahẽ. emp.l.si quis fundũ.& facit.j.de cõdit.& demonstra.l.demonstratio.* ¶Sed arg. *contra.s. de dote præleg.l.j.§.sed & si.*

n ¶*Quæ vxoris*. aut [c], hic ponitur pro &: *vt & j.eo.l.si quis ita legauit.*

c Aut pro &. adde Glossam proximam in fi.

o ¶*Sententia*.in princip. huius legis posita. & hoc cùm generaliter legauit vasa aut vestimenta non certa demonstrando. 2. Vel dic certa demonstrando: sed aut, pro & ponitur: vt dixi. H.

p ¶*Suas esse*.& vsibus vxoris concesserat.

q ¶*Eas det*.quia coniuncta erat persona vxor: cui tantundem legasset, si sciret: *vt.C.de leg. l. cum alienam. & supra de leg. j.l.si res, & l.non quocunque. §.j.& facit.s.de leg.ij.cum filius.§.heres.* ¶Sed arg.contra.*s.de leg.j.l.legatum.& l.Stichum.& j.ti.j.l.legaui.*Accur.

Relatiuum quis vel qui, restringit antecedens ad quod refertur. Bartolus.

xi. PROCVLVS *libro quinto Epistularum.*

SI quis legauerit aurum, gemmas, margaritas quæ in eo auro [r] essent: etiam id [s] aurum cui neque gemmæ neque margaritæ inessent, legasse [t] videtur.

xii. PAPINIANVS *libro septimodecimo Quæstionum.*

SI imaginem [u] legaram heres derasit, & tabulam soluit: potest dici actionem ex testamento durare: [x] quia legatum imaginis, non tabulæ [y] fuit.

SI *quis legauit*.] CASVS. Titius legauit mihi aurum suum in genere, cùm haberet aurum in quo erant gemmæ & margaritæ, & aurum in quo non erant. Item legauit mihi gemmas & margaritas quæ in eo auro essent, & decessit. certè videtur mihi legasse non solùm id aurum in quo erant gemmæ & margaritæ, sed etiam illud in quo non erant. Viuia.

r ¶*In eo auro*.s. legato Accur.

s ¶*Etiam id*.nunc respondet. Accursius.

t ¶*Legasse* illud ergo verbum, quæ [d] in eo, non restringit legatũ auri sed margaritarum: *vt supra. l.proxi. ibi, si verò ita scriptum. &c.& de leg.j.l.si sic.§.j.& s.de leg.iij.l.ea tamen adiectio* Azo.*& facit.s.tit.j.l.a filio.§.fin. & s.de tri.vi.& oleo leg.l.vj.& l.fina.in prin.& s.de leg.j.l.si cui.& l.si ancilla cum liberis.* Sed arg.contra *s.de penu.lega.l.nam quod.§ fi.*

d Relatiuũ qs vel qui an & quando restringat suum antecedens.

SI *imaginem*.] CASVS. Titius habens imaginem depictã in quadam tabula, legauit mihi eam imaginem, & decessit. heres autem suus rasit imaginem de tabula, & dedit mihi tabulam. certè nihilò minus tenetur actione ex testamento: quia fuit mihi legata imago, & non tabula rudis. Viuia.

u ¶*Si imaginem*.differt statua [e] ab imagine: *vt no.C.de sta.& imagi.in rubri.& ad hoc.s.de vsufru.l.statua.*Accur.

e Statuæ & imaginis differentia.

x ¶*Durare*.facit.*s.de leg.j.cum res.§.pen.& s.quibus mod. vsusfru.amit.l.repeti.§.fi.*

y ¶*Non tabulæ*.rudis. *ad quod I.ist.de re.diui.§.si quis in aliena.*

VXori quis.] CASVS. Titius legauit vxori suæ his verbis: Mũdum muliebrem, & omne ornamentum, & quicquid viuus ei dedi & donaui, & eius causa comparaui & confeci: id omne

dari volo vxori meæ. & decessit dictus Titius. nunc quæritur an carrucha dormitoria cum mulis qui ducebant carrucham, quã semper vsa fuit vxor, ei vxori debeatur? & respon. quòd sic, si causa vsus eius vxoris habita esset dicta carrucha: sed & vestis præstanda est quam maritus comparauerat vel fecerat ancillis vel lecticariis qui eidem vxoris lectum faciebãt. Viuianus.

a ¶*Cũ mulis.* qui muli trahunt eam. *& facit* ʒ. *de lega. iij. l. item legata.* Accur.

b ¶*Præstanda.* quasi[a] per mediũ vxoris causa parata: *vt & argu.* ʒ. *de verb. oblig. l. si stipulatus fuero.*

a Cõcesso vno omnia videtur esse cõcessa per quæ deuenitur ad illa. *v. Marsilium singul. 171.*

† Hic est vulgatis modus. *de quo in. l. 109. de legat. 1. Paul. lib. 3. sent. tit. 9.*

Causa intelligitur de proxima & immediata, & etiam de remota & mediata. Bartolus.

XIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

VXori † quis legauit his verbis, *Mundum muliebrem omnem, ornamenta, & quidquid viuus dedi, donaui, eius causa comparaui, confeci, id omne dari volo.* Quæsitum est, an carrucha dormitoria cum mulis,[a] cum semper vxor vsa sit, ei debeatur. Respondit, si eius vsus causa habita esset, deberi. Idem quæsiit, an ex eadem clausula vestis quam ancillis vel lecticariis eiusdem vxoris suæ comparauerat vel fecerat, præstanda[b] esset. Respondit, præstandam.

Additum formæ primæ legatum non minuit. Bartolus.

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI statuam legauero, & postea ex alia statua brachium ei adiecero:[c] omnimodò statua à legatario[d] vindicari potest.

Qui legat rem, videtur legare proprietatẽ: & adiectio, vt habeat vsumfructum, non facit aliud legatum videri. Bartolus.

XV. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digestorum.*

SPecies auri[e] & argenti Seiæ legauit, & ab ea petiit in hæc verba: *A te Seia peto, vt quidquid tibi specialiter in auro argẽto legaui: id cũ morieris, reddas restituas illi & illi vernis meis:*[f] *quarũ rerum vsusfructus dum viues, tibi sufficiet.* quæsitum est, an vsusfructus auri & argẽti solus legatariæ debeatur. Respondit, verbis quæ proponerentur, proprietatem[g] legatam addito onere fideicommissi.

A patre potest legari filio si legatum in tempus existentiæ sui iuris confertur. Bartolus.

XVI. IDEM *libro octauodecimo Digestorum.*

FIliam in potestate patris manentem mater scripsit heredem, eiq; patrem Mæuium substituit: & ita scripsit: *Quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, vti ornamenta mea omnia, aurum, argẽtum, vestimenta quibus ego vsa sum, ne veneant, & filiæ meæ reseruentur.* Quæsitum est, cùm filia recusante, pater[h] ex substitutione heres extitisset, & intestatò decessisset,[i] filia autem bonis eius[k] abstinuerat: an fideicõmissum petere possit. Respondit secũdùm ea quæ proponerẽtur, videri patris vtiliter fideicõmissum. Claudius[l]: Quoniam verbo seruandi, quod scriptum est, videri in id tempus dilatum fideicõmissum, quo sui iuris futurus esset[m] is* cui dabatur.

XVII. VLPIANVS *libro vicensimoprimo ad Sabinum.*

SI gemma ex anulo legetur, vel aliæ materiæ[n] iunctæ,* vel emblemata:[o] rectè legantur, & separantur,[p] & præstanda sunt.

Quod alicui legatur proprium: si proprium non est quoad omnia, iure legati capitur, & ex fideicommisso vniuersali restituitur. Bartolus.

c ¶*Ei adiecero.* sc. ego testator. Accur.

d ¶*A legatario.* id est legatarius potest vindicare. *& facit supra de lega. ij. l. si area. & de rei vindi. l. in rem. §. ij. & iij. & infra de acquiren. rer. dom. l. sed si ex meis. & supra de leg. j. l. si ex toto. in princ. & supra de vsufru. l. statuæ.*

SI statuam.] CASVS. Titius legauit mihi vnam statuam quæ nõ habebat nisi vnũ brachium: & postea adiecit eidem statuæ brachium ex alia sua statua. certè ego potero vindicare statuam mihi legatã cum brachio ei adiuncto. Viuia.

SPecies.] CASVS. Titius legauit Seiæ x. scutellas argenteas, & ab ea petiit in hæc verba: A te Seia peto vt quicquid tibi specialiter in auro & argento legaui, id quoque cũ morieris, reddas & restituas Sticho & Pãphilo vernis meis i. natis ex ancillis meis: quarum rerum vsusfructus dum viues, tibi sufficiet. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, an videatur legatus dictæ Seiæ vsufru. tantùm dicti argenti & auri, an verò & proprietas? Et respon. quòd proprietas videtur ei legata addito. s. dicto legato proprietatis onere fideicommissi præstandi dictis vernis. Viuianus.

e ¶*Species auri.* ergo & proprietatem.

f ¶*Vernis meis.* i. natis ex ancillis meis: *vt Insti. de leg. §. huic. &c.*

g ¶*Proprietatem.* facit. ʒ. *de vsufru. Proculus* Sed cõtra. ʒ. *de serui. rusti. præd. qui duo.* ¶Sed dic vt no. ʒ. *de vsufr. ea. re. quæ vsu cõsu. l. fi. & facit.* ʒ. *de vsufr. l. numismatũ. & de transact. l. cũ hi. §. si vni.* Hic ergo accipit fructus, i.[b] vtilitas: *vt. &.* ʒ. *de vsur. l. fi. & de vsu & habi. l. si habitatio. §. sed si sic. & .* ʒ. *de dona. l. donationes. §. j.*

b Fructus pro vtilitate accipitur.

FIliam.] CASVS. Titia habens maritum Mæuium & filiã Seiam non emancipatam à patre suo prędicto Mæuio, scripsit sibi heredem dictam filiam, & ei dictum patrem substituit, & ita postea scripsit dicta mater in testamento suo, Quisquis mihi heres erit cõmitto fidei eius vti ornamenta mea omnia & aurum & argentũ & vestimenta quibus ego vsa sum, ne veneant siue vendantur, & filiæ meæ reseruentur. & postea decessit dicta Titia testatrix. & postea dicta sua filia recusauit hereditatẽ eius, & pater habuit heredi. eiusdem Titiæ ex dicta substitutione, & postea decessit idem pater ab intestato, & dicta sua filia abstinuit se ab hereditatate ei⁹ nunc quæritur, an dicta filia eius possit petere ab heredibus patris dictum fideicõ: Et videtur quòd non, quasi non valuerit fideicõmissum quod à patre fuit relictũ filiæ per testatricem, cùm sibiipsi patri videatur relictum: cùm secundũ hæc omnia iura patri per filiũ quærebatur. Respon. tamen hic quòd bene valet fideicõmis. prædictum. & Claudius reddit rationem contra dictam opinionem eorum qui non credebant valere fideicõ. dicens quòd verbo seruãdi, quod scriptum est in verbis testatricis, videtur in id tempus dilatum fideicõmissum, quo sui iuris futura esset dicta filia cui dabatur fideicomm. per testatricem, siue alius cui taliter daretur fideicomm. Viuianus.

h ¶*Pater.* si habes pater, filia recusauit, & pater ex substitutione fuit heres, & bene. aliàs patre: & tunc filia fuit heres ex substitutione, id est ex institutione, & pater recusauit. & impropriè dicitur recusare: quia non fuit ei delata adeunte filia: vt supra de acquirend. hered. quandiu. & quia quod peti non potest, nec repudiari potest: *vt.* ʒ. *de acquirẽ. hered. is qui.* ¶Sed secundùm hoc quo[a] modo valet legatum à seipsa sibi: *vt supra de leg. j. legatum. §. j?* Respon. secundùm iura vetera quæritur patri hereditas, & ita rogari videt vt filiæ restituat: *vt supra de lega. j. cum filio. & .* ʒ. *ad Treb. l. vbi in prin. & l. epistolam. §. fi. &* ʒ. *de lega. iij. l. e si legatarius. §. fi. & l. xj. § si filio. & . C. de fideicom. l. quamuis.*

a Legari cuiquã à seipso vel potest.

i ¶*Decessit.* scil. pater. Accursius.

k ¶*Bonis eius.* s. patris.

l ¶*Claudius.* scilicet idem dixit reddita ratione quoniam &c.

* futura esset ea.

¶Et nota quòd verba Claudij sunt in masculino genere: sed verba Scæuolæ sunt fœminino.

* iunctæ.

m ¶*Futur⁹ esset.* ¶No. in præsenti[b] intelligitur futurum. aliàs *contra.* ʒ. *eo. si ita esset.* Itẽ econtra in futuro vel in præsenti intelligitur præteritum: *vt.* ʒ. *de verb. signi. l. verbum oportebit. & l. verbum erit. & .* ʒ. *eo. l. si vxori. §. cum ita. in fi.* Accursius.

b Præsenti futurum, & è contra futuro vel præsenti præteritum intelligitur.

SI gemma.] CASVS. Titius legauit mihi gẽmam ex anulo suo, vel iunctam alij materiæ. certè rectè legauit, & valet legatum, & separari debet gemma per actionem ad exhibẽdum à me propositam. & idem est si legauit mihi emblemata, id est ornamenta argentea adiuncta vasis. Viuianus.

n ¶*Materiæ iunctæ.* s. gemmæ, & sic aliæ materiæ, sunt datiui casus: quia antiqui dicebant, alio & aliæ, in datiuo casu. a. Vel aliæ materiæ, quia aliæ res sunt iunctæ per applumbaturã. secus[c] si per ferruminationẽ. *vt supra de rei vind. l. in rem. §. item si quacunque.* Sed fallit in tigno domui iuncto: *vt.* ʒ. *ad exiben. l. gemma.*

c Applumbaturæ & ferruminationis differentia.

o ¶*Emblemata.* ornamenta sunt vasorum: *vt supra de triti. vino & oleo leg. l. iij. §. fi.* Accursius.

p ¶*Separantur.* actione[d] ad exhibendum proposita: *vt. d. l. gẽma.*

d Separatio per actionẽ ad exhibendum petit potest.

QVi vxori.] CASVS. Titius legauit vxori suæ decimam partem bonorum suorum pone, & duo mancipia, & tres pone scutellas argenteas. & postea petiit ab heredibus suis vt redderẽt eidẽ vxori quatuor pone anulos, & vnam vestem de bruna pone, quasi dicti anuli & vestis fuissent eiusdem propria vxoris: & postea commisit fidei dictæ vxoris vt quicquid ad eam ex testamẽto eius peruenisset, restitueret alumno communi ipsius testatoris & vxoris. & postea decessit idem testator. nunc quæritur de duobus. Primũ est, an dicti anuli & vestis debeant præstari vxori si vxoris non fuerunt? Et dicitur quòd sic, nisi heredes probent testatorem

voluisse

voluisse contrarium. siue ergo fuerunt vxoris, siue non, non debẽtur ei. Secundum est, an eo casu quando fuerunt vxoris, teneatur ipsa dare dicto alumno? Et dicitur quòd non. sed eo casu quando non fuerunt eius vxoris, sed acquisita sunt ei per legatum. bene tenetur restituere alumno. [MVLIER TESTAMENTO.] Titia fecit testamentum, & postea codicillos, & in testamento & codicillis legauit quibusdam multas species vestis, & singulas species argenti, demonstrãdo singulas species vestis, & singulas species argẽti, designationibus fungẽtibus vice proprij nominis dictarum specierũ, quas quidem species ipsa significauit in verbis legatorum prædictorum se confecisse vel habere: & postea decessit. nunc quæritur, an non aliæ species ex dictis cederent dictis legatariis, quàm illæ quæ in hereditate inueniuntur? Et dicitur quòd illæ tantùm cedunt. Nam quantum ad illas quæ non sunt in hereditate, derisorium est legatum: vt. s. de lega. j. l. si domus in prin. Viuia.

a ¶ *Reddi.* hoc significat & dare, *vt hic subiicit. & j. de verb. sign. l. verbum reddendi.* Accur.

b ¶ *Videri.* videtur enim emisse: *vt & s. de vsufr. lega. l. Sticho.* ¶ Sed contra *supra de leg. ij. l. Titia. §. Gaius.* Solu. hic præceptiua, ibi enuntiatiua fuerũt verba. Vel sol. vt ibi & *facit. s. de lega. ij. l. Lucius. §. quisquis. & j. de condit. & demon. l. quibus. §. pen. & l. cùm tale. §. falsam.*

c ¶ *Eique.* sc. vxori.

d ¶ *Si legato.* i. si ex legato. & facit. *C. de fideicom. l. cum virum. & s. tit. j. Stichus. §. j. & de lega. ij. imperator. in prin. & l. cum pater. §. j. & l. pater.*

e ¶ *Specialiter.* demonstrando singulos aureos, aut designationibus fungẽtibus[b] vice proprij nominis aureorum: secus si generaliter: *vt. j. eo. l. Titia. §. j. in prin. & s. de leg. j. si domus. §. j.* Accur.

f ¶ *Inuentæ essent.* & de inueniendis cauendum si repertæ fuerint. aliàs enim derisorium esset legatum: *vt. j. eod. l. Titia in prin. & s. de leg. j. si domus in prin.*

¹ quam capere iure se vir & vxor poterant. Vlpia fragm.

ª Redditi verbo continetur datio.

ᵇ Demõstratio fungitur vice proprij nominis.

XVIII. SCAEVOLA *libro vicensimosecundo Digestorum.*

QVi vxori suæ legauerat bonorum suorũ decimam, † & mancipia & species argenti quas expresserat, eidem anulos & vestem reddi[a] ab heredibus petiit, quasi propria vxoris fuissent. quæsitum est, si vxoris non fuerint, an pręstari ex causa legati deberent. Respondit, legandi animo dedisse ea videri:[b] nisi cõtrarium ab herede approbetur.

1. ¶ Idem testator fidei commisit vxoris, vt quidquid ad eam ex testamento eius peruenisset, alumno communi restitueret. quæsitum est, an etiam eas res quas proprias vxoris suæ fuisse testator sciat, eique[c] reddi præcepit, alumno præstare debeat. Respondit, si propriæ fuissent, non debere. si legato[d] adquireretur, debere. 2. ¶ Mulier testamento, & postea codicillis multas species vestis, argẽti, quas vel ipsa se confecisse, vel habere significauit, specialiter[e] per fideicommissum reliquit. quæsitum est, an non aliæ legatariis cederent, quàm quæ in hereditate inuentæ essent. Respondit eas cedere, quæ inuentæ essent.[f]

CVm aurum.] CASVS. Titius legauit Seio aurum suum & argentum. certè continetur in legato quidquid auri relictum sit in hereditate primo casu, cùm legatum est aurum: & quidquid argenti relictum est in hereditate in secũdo casu, cùm legatũ est argentũ. & hoc est verum siue factum siue infectum relictum est in hereditate aurum vel argentum. pecunia autem aurea vel argẽtea non continetur. ¶ Quid si legauit eidẽ Seio certũ pondus auri vel argenti, puta. c. pondo siue marcas: nunquid tanget legatarius velit nolit aurea vel argentea vasa quæ relicta sunt in hereditate? Et dicitur q̃ non: quia videtur hoc casu magis legata ei quantitas q̃ species. secus autem si sit ei legatum certũ pondus argẽti vel auri facti, puta. c. pondo siue marcæ, quia tunc bene potest & debet legatarius tangere de vasis. ¶ Itẽ quid si legauit eidem Seio certum pondus auri vel argenti de quo auro vel argẽto eligere vellet: nũquid vasculum aureum vel argenteum non separatum ab alio argento vel auro possit legatarius separare siue diuidere ab alio argento vel auro, & illud petere, & illud repudiare: vel aliud petere, & illud repudiare: & dicitur quòd non. parum enim prodesset legatario talis electio. Itẽ quid si dictus testator habens scyphos argenteos in quibus erat mixtum plumbum, legauit eidem Seio cẽtum pone pondo argenti, quo casu potest legatarius tãgere dictos scyphos si vult: *vt. s. dixi, & dicitur. Co. de dona. l. si quis argentũ. in princ.* nunquid debebunt dicti scyphi replumbari, id est auferri inde plumbum, vt sic ponderentur legatario quantum ad argentum, & non quantum ad plumbum? & dicitur quòd sic nam & illis qui emunt argentum ad pondus, assignãtur per venditores replumbatæ, i. remoto plumbo, & cum scribit aliquis, in libro rationum suarum, tot pondo argenti habeo vel debeo. i telligitur sine plumbo. Si autem legasset ei certa vascula argentea, puta quatuor lances quadratas, etiã plumbum quod continent dictæ lances, sequetur eum legatarium. ¶ Item quid si legauit eidem Seio argentum factum? an sequentur eum legatariũ emblemata aurea quæ sunt in eo argento, id est ornamenta aurea quæ sunt de auro apposita siue adiuncta dicto argento facto legato? & distinguitur, an legetur ei certũ põdus argenti facti: quo casu non continentur dicta emblemata. an verò legetur argẽtum factum, quo casu continentur dicta emblemata. nam illud quod ad speciem argenti est iunctum, cedit argento legato, sicut claui aurei qui tenent anterius clauses guarnachias puellarum, & etiam purpuræ iunctæ in aliqua parte vestimẽtorũ sunt pars vestimentorũ. & quãuis dicti claui non sint cõsuti dictis guarnachiis puellarum, tamen cõtinentur veste legata. Auro autẽ simpliciter legato nõ debẽtur inaurata de alia materia existentia, nec emblemata aurea affixa apsidibus argenteis, anuli autem aurei bene debentur. sed argento simpliciter legato non continetur lectum argenteum, nec alia supellex argentea, si non est habita numero argenti à testatore siue patrefam. puta quia non reponebat eam in argentario. i. in loco in quo ponebat argentum suũ, sicut est in iunctura argẽtea, per quam iuncturam argenteã iũgebatur aurum cum auro, sed nec candelabra argentea, vel lucernæ argenteæ, vel speculum argenteum parieti affixũ, vel illud speculum argenteum quod mulier habuit causa mundi sui, argẽti appellatione cõtinebuntur, si modò nõ sint habita à testatore in numero argenti. h. d. cum. l. seq. vsque ad. §. argento. Viuian.

Auri appellatio factum continet & infectum, quamuis signatam pecuniam non comprehendat: nec deaurata tantùm, vel supellex, argenti pondus quantitatem continet, non speciem: nisi argenti facti mentis habita fuerit in legando. & si pondus auri legatur, plumbea materia separatur: & ornamentum sequitur rem ornatam. Bartolus.

XIX. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

CVm aurum vel argentũ legatũ est: quidquid auri argentiq; relictum sit,[g] legato cõtinetur,[h] siue factum, siue infectum. pecuniam autem signatã placet eo legato non cõtineri.[i] †

1. ¶ Proinde si certum pondus[k] auri sit legatum, vel argenti: magis quantitas[l] legata videtur, nec ex vasis tãget.[m] 2. ¶ Sed si argenti facti pondo centũ sint legata: ex facto argento debebitur legatum. Vnde est quæsitũ[n] apud Celsum, an & vascula[o] possit[p] separare.[q] Et scripsit, vascula non separatarum,[r] licèt ei[s] optio[t] fuerit relicta. 3. ¶ Idem Celsus libro nonodecimo quæstionum quærit, si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari[u] debeant, vt sic appen-

† In hanc sententiam vide quæ argẽtẽ dixerit Cicer. in Top. vbi triplicem locum tractandi argumẽti ex consequẽtibus explicat & in loco à differentibus.

g ¶ *Relictum est.* in hereditate.

h ¶ *Continetur.* si auri argentique mentio habeatur à testatore. R. ¶ Et not. pro generalitate: *vt. C. de fideicom. l. cum virum. & j. eod. tit. l. in argento. in prin. & §. si.* Accur.

i ¶ *Non contineri.* vt. j. eo. *Quintus Mucius.* §. j.

k ¶ *Si certum pondus.* vt decem marcas.

l ¶ *Magis quantitas.* i. pretium quàm massa. & tunc expone vt. s. *eo. cum certum.* Vel magis quãtitas quàm in specie, vt subiicit, nec ex vasis &c. Accur.

m ¶ *Tangetur.* ex necessitate, sed spontè *sic: vt. C. de dona. si quis argentum. in princ.* Accursius.

n ¶ *Quæsitum.* ex eo quod dictum est in. §. proinde. Accursius.

o ¶ *Vascula.* vel aliquod argentum.

p ¶ *Possit.* s. legatarius. Accursius.

q ¶ *Separare.* i. diuidere ab argento, & repudiare: vel illud petere, & aliud repudiare.

r ¶ *Separaturum.* quia materia superat hoc materiatum. *ad quod s. de lega. iij quæsitum. § illud.*

s ¶ *Ei.* legatario. Accur.

t ¶ *Optio.* de quo argento vellet. nam licèt tali legato vtrunq; cõtineatur. s. species & quantitas, siue meteria & materiatum tamen speciei præualet quantitas. & est ratio vt dicta. l. quæsitum. & non[b] est hic optioni locus: quasi parum expediat eligere tali casu.

u ¶ *Replumbari.* i. remoueri plumbum de scyphis.

ª Generali sermone omnes species continentur.

ᵇ v. Romanum singulari 485.

a ¶ *Appendi*. sic ergo quantitas non species facta legatario debetur, licet vtrumque sit legatum, s. quantitas & species.
b ¶ *Emptoribus*. argenti ad pondus.
c ¶ *Replumbatæ*. i. remoto plumbo, vel in pondere non computato. Accursius.
d ¶ *In rationes*. argu. vt cùm scribis in libro rationum, tot pondo argenti habeo vel debeo: intelligitur sine plumbo.
e ¶ *Quadratæ*. s. certæ, & designatæ.
f ¶ *Eum*. scilicet legatarium.
g ¶ *Sequantur*. scil. legatarium. ¶ Et sic not. quod[a] sequitur lancem argenteam legatam, legari videtur. *sic supra de ædili. edict. l. ædiles. in princip. & §. vendendi. & §. sequen. & infra de preca. quamuis. & Institut. per quas perso. nob acqui. in fin. & supra de supellect. lega. l. iij. §. sed sunt. & infra de fideiuss. si vt propo. nis. & infra proxi. respon. & supra de fun. instru. l. cum fundus.* ¶ Sed arg. contra *in eo. titu. l. ij. §. dotes. & supra deposi. l. j. §. quæ depositis. & infra de furtis. l. eum qui. §. non solum.* Accur.
h ¶ *Argentum*. scil. factum: vt statim patet.
i ¶ *Claui*. [b] expone. *vt j. l. proxi.* quæ huic cõtinuatur.
k ¶ *Vestimentorum*. facit *supra proxi. respon. & supra de act. empt. l. Iulianus. in fin. & de acquir. re. do. l. sed & si. per totum. & l. quidquid. per totum. & de leg. ij. heres meus §. penul. & infra l. prox. in princi. & §. perueniamus. & l. vestis in princ.* Argum. *contra infra pro empto. qui fundum.* §. j. Accursius.

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd ibi in acquisitione quæ fit ex emptione. hic in ea quæ fit per specificationem, & idem erit dominus vtriusque, per tex. hic in fi. [ARGENTO.] Titius legauit mihi argentum suum factum. certè continentur vasa sua argentea, veluti parapsides & tabulæ suæ aliæ, & trullæ, id est vtres qui habent collum nodosum, & pelues, id est vasa ænea ad abluendum pedes. & his similia. non tamen illa ex dictis vasis cõtinentur quæ sunt supellectilis numero habita à testatore. Quid si legauit mihi vasa sua? certè non solùm continentur ea vasa quæ aliquid in se recipiant paratum causa edẽdi bibendique, scilicet liquidum: sed etiam ea quæ aliquid non liquidum sustineãt. & ideò continentur scutellæ in quibus potest teneri liquidum & non liquidum, & etiam promulsidaria in quibus continetur mulsum factum ex vino & melle: & etiam repositoria, id est vasa quæ portãtur in manibus in quibus panis vel aliud reponitur. nam appellatio vasorum est generalis. dicimus enim vasa vinaria & naualia, scil. contineri appellatione vasorum, id est vasa ad reponendum vinum, & vasa quibus vtimur in naui. si autem legasset mihi argẽtum infectum, continetur in legato rudis argenti materia, i. non facta. Quid ergo in hoc casu si cœptum est argentũ fabricari, nondum autem est perfectum? nunquid continebitur appellatione argenti facti, an appellatione infecti? Et respon. quòd continetur appellatione argenti facti. si autem in hoc eodem casu erat factum argentum, sed cælabatur, id est auro ornabatur, continebitur similiter appellatione argenti facti. Item quid si legauit mihi argentum cælatum? nunquid continebitur illud argentum quod cœptum cælari? Et dicitur quòd sic. [SI CVI FORTE ESCARIVM.] Titius legauit mihi argentum suum escarium. certè continetur legato argentum paratum ad esum & potum: & etiam aquiminarium argentum, id est, vas aquam ministrans. cacabi autem argentei ad coquendum parati non continentur: quia sunt instrumenti coquinatorij. nec etiam continetur miliarium argẽteum in quo coquebatur panicum de milio: nec etiam sartago argentea. [PERVENIAMVS.] Legauit mihi Titius scutellam suam argenteam vel auream in qua erant gemmæ inclusæ. nunquid continentur in legato dictæ gemmæ? Et dicitur quòd sic. cùm enim duo sunt coniuncta, id illorum duorum cedit alteri, cuius alterius species est maior, id est honorabilior, puta quia illud quod cedit, est positum causa ornandi illud. semper enim cùm quærimus quid cedat illud spectamus quid adhibetur causa ornandæ alicuius rei scilicet vt accessio cedat principali. auro igitur argentóve legato cedunt gemmæ inclusæ phialis & lancibus argenteis, quæ sunt duo genera vasorum. sed etiam in coronis mensarum dicendum est quòd gemmæ coronis cedant: & hæ coronæ cedunt mensis legatis. in margaritis quoque & auro legato in quo erant dictæ margaritæ inclusæ, idem est quod dictum est in gemmis inclusis auro legato. Nam dictæ margaritæ cedent auro prædicto si adhibitæ sunt gratia ornandi auri. si autem econtra aurum adhibitum sit gratia ornandi margaritas, cedet aurum margaritis. & idem est in gemmis inclusis anulis argenteis legatis. est autem differentia inter gemmas & lapillos & margaritas. nam gemmæ sunt perlucidæ materiæ, scilicet smaragdi & chrysolithi & amethysti. lapilli autem non perlucidæ materiæ, vt obsidiani & veientani. margaritæ autem differunt à gemmis & à lapillis: quia margaritæ crescunt & coalescunt apud rubrum mare, sicut est concha margarita. quod non est in gemmis & lapidis. murrina autem vasa nõ continẽtur appellatione gemmarum. [AVRO LEGATO.] Titius legauit mihi aurum suum. certè continentur in legato vasa eius aurea. sed si legauit mihi gẽmas suas, gemmea vasa continentur, id est facta causa gemmarum. patet ergo quòd siue gemmæ sint in aureis vasis, auro legato cedent siue sint gẽmæ in argenteis vasis, argento legato cedent: quoniam hic spectamus quæ res fuerit adhibita causa ornandæ alterius rei: & ornamentum cedit rei ornatæ. non autem spectamus quæ sit pretiosior. vnde si gemmæ fuerint inclusæ auro, vt habiliter portari possint, tunc cederet aurum gemmis, & non gemmæ auro. hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

a Legati vna cũ re ipsa videntur, quæ rem ipsam sequũtur.

† aliàs lex est, Et si non.

b Claui quid hic, non ab Accursio sed à Budæo supra de senatoribus. l. vlt. poteris discere.

* parapsidibus. quæ autem dicantur apsides, pulchrè Hermolaus in indice castigationum suarũ in Plinium in hac ipsa dictione.

dantur. Et Proculus & Celsus aiunt exempto plumbo appendi[a] debere. Nam & emptoribus[b] replumbatæ [c] adsignantur, & in rationes[d] argenti pondus sic defertur. Quæ sententia habet rationem. 4. ¶ Planè si cui vascula argẽtea, vtputa lances quadratæ [e] sunt legatæ: etiam plumbum quo continentur, eum [f] sequetur. 5. ¶ Simili modo quæritur, si cui argentum legetur, an emblemata aurea quę in eo sunt, eum sequantur.[g] Et Pomponius libro quinto ex Sabino distinguit multum interesse, certum pondus ei argenti facti legetur, an verò argentum [h] factum. Si pondus, non contineri. Si argentum factum, contineri: quoniá argento cedit quod ad speciem argenti iunctum est: quemadmodum claui [i] aurei & purpuræ pars sunt vestimentorum.[k] Idem Pomponius libris epistularum, etsi non sunt † claui [l] vestimentis consuti, [m] tamen veste legata contineri. 6. ¶ Idem Celsus libro nonodecimo Digestorum, commentariorum septimo scribit: auro legato, ea quæ inaurata sunt, non deberi: nec aurea emblemata quæ in apsidibus [n] * argẽteis sint. 7. ¶ An autẽ auri appellatione anuli aurei cõtineantur, quæritur. Et quintus Saturninus libro decimo ad Edictum scribit contineri. 8. ¶ Lectum planè argenteum, vel siqua alia supellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, si numero argenti habita non est:[o] vt in iunctura [p] argentea scio me dixisse, quòd [q] non in argentario paterfamiliâs reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel sigilla quæ in domo reposita sunt, vel imagines argenteæ argenti appellatione cõtinebuntur: nec speculum [r] vel parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi causa habuit: si modò non in argenti numero habita sunt.

Argẽtum factum, omnem speciem comprehendit: licèt non quæ supellectilis loco sint. & vasorum appellatio generalis est. h. d. cum. §. seqen. Bartolus.

9. ¶ Argẽto facto legato Quĩtus Mucius ait vasa argentea cõtineri, veluti parapsidas, acetabula, * tryllas, [s] pelues, & his similia: non tamen quæ supellectilis sunt[t]. 10. ¶ Sed cui vasa sint legata: non solũ ea cõtinentur quę aliquid [u] in se recipiant edendi

* tabulas.

l ¶ *Et si non sunt claui*. i. fibulæ quæ fixæ super tunicalia puellarum anterius tenent clausa. Accursius.
m ¶ *Consuti*. sed aliàs applicati, vel dic remoti vt reponerentur: *vt supra de act. emp. l. fundi. §. fin.* & hoc nisi sit factum ornamentum alterius rei: *vt supra de fundo instr. l. quæsitum. §. si quis eo instrumento. & facit infra ead. l. fi.*
n ¶ *In absidibus*. vt testantur euangelia[a].
o ¶ *Habita non est*. aliàs contra: *vt j. de supelle. lega. l. iij. in fi.*
p ¶ *In iunctura*. quia cum argento iniungebatur aurum auro, vel alij materiæ. Accursius.
q ¶ *Quòd*. i. quia.
r ¶ *Nec speculum*. argento inclusum.
s ¶ *Tryllas*. aliàs trullas. & est genus vasis.
t ¶ *Supellectilis sint*. vt *& supra ea. l. in prin. & supra de supel. lega. l. j. & infra eodem Quintus. §. fi.* hoc tamen videtur contra. Sed ibi dices.
u ¶ *Aliquid*. liquidum.

a Matth. 26.

Sustineant.

a ¶*Sustineant.* non liquidum.
b ¶*Scutellas.* ad vtrunque est exemplum.
c ¶*Promulsidaria.* in quibus continetur mulsum:
d ¶*Repositoria* ad quod est *supra de lega.ij.heres.§.penul.* Accur.
e ¶*Et naualia.* quæ in nauibus feruntur, & ibi panis vel aliquid reponitur.

s ¶*Si contra.* id est si aurum gratia ornandi margaritam ponitur.
t ¶*Idem & in gemmis.* est ergo aliud margarita, aliud gemma: vt infra statim. & *facit infra de acqui.re.do.sed si ex meis.* & *le.quid-quid ex tabulis.*
u ¶*Velut.* exemplum.

bibendiq; causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant:[a] & ideò scutellas[b] vel promulsidaria[c] cõtineri. Repositoria[d] quoq; continebuntur. Nam vasorũ appellatio generalis est. dicimus vasa vinaria & naualia.[e*]

Infecti appellatio rudẽ materiam cõprehendit cœptam, non fieri paratã.

11. ¶Infecti autẽ argenti appellatio rudẽ materiam continet, id est non factam. Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, nõdum perfectum? Vtrum facti, an infecti appellatione cõtineatur, dubitari potest. Sed puto magis facti.[f] Certè si iam erat factum, sed cælabatur,[g] facti appellatione[h] continebitur. An & cælati[i] continebitur quod cælari cœpit? Et puto contineri, si cui fortè cœlatum sit argentum legatum.

12. ¶Si cui escarium argentum legatum sit: id solum debebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit, id est ad esum & potum. Vnde de aquiminario[k] dubitatum est. & puto contineri. nam & hoc propter escam paratur. Certè si cacabos argenteos habebat, vel miliarium[l] † argenteum, vel sartaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an escario cõtineatur. Et hæc magis cocinatorij[m*] instrumenti sunt.

Cùm quid est propter aliud consideratur id propter quod est. Bartolus.

13. ¶ Perueniamus & ad gẽmas inclusas argento auróq;. Et ait Sabinus auro argentóve[n] cedere. Ei enim cedit, cuius maior est species.[o] quod rectè expressum. Semper enim cum quærimus quid cui cedat: illud spectamus, quid cui[q] rei ordinãdæ causa adhibetur: vt accessio cedat principali. Cedent igitur gẽmę phialis[p] vel lancibus inclusæ auro[q] argẽtóve. 14. ¶Sed & in coronis[r] mensarum, gemmę coronis cedent: & hæ mensis. 15. ¶In margaritis quoq; & auro idẽ est. Nam si margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ sunt, auro cedũt. Si cõtra,[s] aurũ margaritis cedet. 16. ¶Idẽ & in gemmis[t] anulis inclusis. 12. ¶ Gemmę † autem sunt perlucidæ materiæ: quas, vt refert Sabinus libris ad Vitelliũ, Seruius à lapillis eo distinguebat, quòd gemmæ essent perlucidæ materię, velut[u] Smaragdi, Chrysolithi, Amethysti: Lapilli autẽ cõtrariæ superioribus naturæ, vt obsiani,* veniẽtiani.† 18. ¶Margaritas autem nec gẽmmis nec lapillis cõtineri satis constitisse[x] ibidem Sabinus ait:[y] quia concha[z] apud rubrum mare & crescit & coalescit. 19. ¶ Murrina[a] autem vasa in gemmis non esse Cassius scribit. 20. ¶ Auro legato vasa aurea[b] continentur,[c] & gemmis gemmea[d] vasa. Secũdùm hęc, siue gemmę sint in aureis vasis, siue in argenteis, auro[e] argentóve cedẽt: quoniam hoc spectamus, quæ res cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita, nõ quæ sit pretiosior.[f]

xx. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI vt habiliter gẽmæ geri possint. inclusæ auro fuerint.: tũ aurum gẽmis dicimus cedere.[g]

Appellatione præparati præparatorium continetur. Bartolus.

xxi. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

IN argento potorio vtrum id dumtaxat sit, in quo bibi possit, an etiam id quod ad pręparationẽ bibendi comparatum est, veluti colũ niuariũ[h] †, & vrceoli, dubitari potest. Sed propius

f ¶*Magis facti.* nimis generaliter dicit, secũdum quosdam: & ideò statim corrigitur, certè &c. vel restringitur, secundum Rog. & pro eis, quia id videtur factum quò commodè vti possumus: *vt infra ea.l.Quintus Mucius.§.cus.* & *infra de verbo.sign.l.v.§.opere.* & *le.ædificia.§.perfecisse.* & *Cod. quando dies lega.ce.l.ex his.* & *j.de ope.no.nun.l.stipulatio.§.apud.* 2. Vel dic vt in litera sonat. & sic cœptum[a] pro impleto habetur. *sic infra de vsucap. l. in vsucapionibus.* & *supra de testa.l.qua ætate.* & *infra de verb.signifi.l.anniculus.* & *infra de polli.l j.§.cœpisse.* & *infra §.proxi si cui.* & *supra de leg.iij.le.legatis.§.ornatricibus.* & *de mino.le.iij.§ minorem.* vbi de hoc not. ¶Sed arg. contra. sunt leges pro Ro. inductæ, & *supra de act. emp.l.fundi.§.item.*
g ¶*Cælabatur.* i. ornabatur auro, cùm esset argentum. Accursius.
h ¶*Facti appellatione.* nisi collisum postea: *vt infra eod.l. Quintus.§.cui.*
i *Et cælati.* s. nomine. & *facit supra proxi.§.quid ergo* &c. Accur.
k ¶*De aquiminario.* hoc expone: *vt infra eod.l.in argento.in fi.*
l ¶*Miliarium.* vbi paniculum de milio coquitur.
m ¶*Coquinatorij.* id est quibus vtitur in coquina. inde dicitur coquinatum secundùm vulgare. & *facit infra eo.l.pediculis.§.argento.* & *§.quidam.* & *supra de fund.inst.cum de lanionis.§ asinam.* & *supra de vsufruct. arboribus.§.nauis.* & *quibus ex cau. maio.l. miles.§.qui.* & *l.reipublicæ.*
n ¶*Argentóve.* puta anulo vel scypho aureo vel argenteo.
o ¶*Species.* non pretio vel quantitate: sed ornandi vel specificandi causa posita: *vt infra hac eadem l.§.fin.* ¶Et sic fictione[b] iuris dicitur gemma extingui, & non possidetur. si autem neutrum alterius causa apponatur, neutrum alteri cedit, & vtrumque possidetur: *vt supra de vsuc.l.rerum mixtura, quæ est contra:* ¶*vt no.supra de rei vin.l.in rem.§.ij.* & *iij.*
p ¶*Phialis.* genera vasorum, & erãt de auro vel argento. ad quod *supra ad exhiben.l.signi.in princi.*
q ¶*Auro.* s.legato.
r ¶*Sed & in coronis.* quædam erant coronæ gemmis inclusis plenæ quæ mensis superponebantur gratia adornandi mensas. gemmæ ergo coronis, & coronæ mensis cedunt. & habeas literam, sed & in coronis mensarum gemmæ coronis &c.

x ¶*Satis cõstitisse.* mediocres enĩ huiusmodi sunt.
y ¶*Sabinus ait.* sc. idẽ vt margarita differat à gemmis & lapillis.
z ¶*Quia concha.* id est quædã species margaritarũ crescit &c. quod in lapillis cũ gemmis non est, sed semper sic facti inueniuntur in littore maris: *vt Instit. de rerũ diui.§.item lapilli.*
a ¶*Murrina* pretiosa materia ex qua fiũt vasa: *vt.§.de supelle.leg.l.iij.de murrinis.* & legatis gẽmis vasa hæc non continentur, *vt hîc,* & *infra statim.* Accursius.
b ¶*Aurea.* i. de auro & pro auro facta, secũdũ R.
c ¶*Continentur.* velut accessio quæuis alia: *vt supra eo.l.cum aurum.in fi.* & *l.seq.in princip.* & *.§.perueniamus.*
d ¶*Gemmea.* nõ quòd de gẽmis, sed gemmarum causa facta: vt non obsit præcedentibus. & *non obst. supra de lega.iij.l.quæsitum.§.fund.* quæ est contra.
e ¶*Auro argentóve.* s. vbi hæc vasa sunt ornata gemmis.
f ¶*Pretiosior.* vt[a] *Inst. de re.diui.§.si tamen alienam.* & *.s.de contrahen.empt.l.in modicis.* & *j.e.l.si quando.in fi.* ¶Sed argu. *contra Inst. de re.diui.§.si quis in aliena.* & *supra de statu homi.quæritur.* & *facit s.ad exhiben.gemma.* & *de rei vind.l.in rem §.ij.* & *infra de vsuca.l.rerum mixtura.* & *infra.l.proxima.*
g SI *vt habiliter.*] *Cedere. supra.l.prox.in fin.*

IN *argento.*] CASVS. Titius legauit mihi argentum suum potorium. nunquid id dumtaxat argentum continetur legato, in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationẽ bibendi comparatum est, sicut est columnarium. i. anglesteria, quæ quidem habet collum ad modum columnæ, & etiam vrceoli, dubitatur. Et respon. quòd sic. in fi. autem legis dicit, quid si legauit mihi argẽtum potorium, & Seio escarium: cui legato cedet aquiminarium, id est vas argenteum paratum ad dandam aquam ad manus? Et respon. quòd cedit legato Seij cui escarium est legatum. [VNGVENTIS.] Hic.§. respicit illam partem rubricæ quæ dicit de vnguentis legatis. dicit ergo quòd vnguentis legatis non tantùm ea vnguenta videntur legata quibus vngimur voluptatis causa, sed etiam ea quibus vtimur causa valetudinis, id est necessitatis. & nominat hic genera vnguentorum. hoc quoque vnguentum legatum videtur quo vnguntur fœminæ vt elegantiores sint & mundiores. h.d. Viuianus.
h ¶*Colum niuarium.* id est anglesteria quæ ad modum columnæ habet collum.

* Cœptum an & quando pro impleto habeatur.
† Miliaria, vas ... aqua calida ...
* Coquinarij quod & agnoscit Accursius ...

† Vide in hunc locum Laurẽt. Vallensem, *lib. elegan.6.c.vlti.* & Plin. *libro 37. nat.hist.*
* obsidiani, veientani.
† Sic in archet. & plerisq. manuscr. De hoc vide Plin.
a Pretiosiora in coniunctis nõ inspicimus, sed quid cuiq; accedat, aut quid cuiq; accessionis sit loco.
† De colonisuario vide Politia & Nebri. in lexico suo iuris ciuil. in fine: & Alciat. *lib.2. Parer.c.4.* est enim instrumẽtum ad percolẽdum vinũ.

est vt hæc quoque insint.[a]

Vnguenti appellatio continet necessariam vnctionem. Bartolus.

1. ¶ Vnguētis[b] legatis, nō tantùm ea legata videntur, quib. vngimur voluptatis causa, sed & valetudinis,[c] qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa, † myrrha, colum,* nardum purum. † hoc[d] quidem etiam quò elegantiores sint & mundiores, vngūtur fœminæ. 2. ¶ Sed de aquiminario[e] Cassius ait, consultū se respondisse, cùm alteri argentū potorium, alteri escarium, legatum esset, escario cedere.[f]

XXII. VLPIANVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

Vestimentū id est quod detextum[g] est, & si defectū[h] non sit: id est si sit cōsummatum. quod in tela est, nōdum pertextum[i]* vel detextum, contextum[k] appellatur. Quisquis igitur vestem legauerat: neque stamen, neque subtegmen legato continebitur.[l]

XXIII. IDEM *libro quadragensimoquarto ad Sabinum.*

Vestis[m] an vestimenta legētur, nihil refert. 1. ¶ Vestimētorū sunt omnia lanea lineáque, vel serica † vel bōbycina,[n] quæ induendi,[o] præcingendi,[p] amiciendi,[q] insternendi[r], iniiciēdi, incubādive[s] causa parata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt: quæ sunt[t] insitæ picturæ, clauiq; qui vestib. insuuntur. 2. ¶ Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut cōmunia, aut familiarica. Virilia sunt, quæ ipsius patrisfamilię causa parata sunt, veluti togæ, tunicæ, palliola, vestimenta stragula, amphitapa,* & saga,[u] reliquaque similia.

Puerilia sunt, quæ ad nullum alium vsum pertinēt, nisi puerilem: veluti togæ prætextę, alicu-læ,* chlamydes, pallia quæ filis nostris comparamus. Muliebria sunt, quæ matrisfamiliæ causa sunt comparata, quibus vir[x] nō facilè vti potest sine vituperatione,* veluti stolæ, pallia, tunicæ, capita, zonæ, mitræ, (quæ magis capitis tegendi quàm ornandi[y] causa sunt comparata) plagulæ, penulæ.[z] Communia sunt, quibus promiscuè vtitur mulier cū viro, veluti si eiusmodi penula palliúmve est, & reliqua huiusmodi, quibus sine reprehēsione vir vel vxor vtetur. Familiarica sunt, quæ ad familiam vestiendā parata sunt, sicuti saga, tunicæ, penulæ, lintea, vestimenta stragula, & consimilia. 3. ¶ Vestis etiam ex pellibus constabit.

XXIIII. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

Cvm & tunicas & stragula pellicia nonnulli habeant.

XXV. VLPIANVS *libro quadragensimoquarto ad Sabinum.*

Argumento sunt etiam nationes quędam, veluti Sarmatarū, quæ pellibus teguntur.

1. ¶ Aristo etiā coactilia[a] † vesti[b] cedere ait: & tegimēta subselliorum[c] huic legato cedere.

2. ¶ Vittę margaritarum, item fibulæ,[d] ornamentorum magis q̄ vestis sunt. 3. ¶ Tapeta vesti cedunt, quæ aut sterni aut iniici solent. Sed stragulas & Babylonica quæ equis insterni solēt, nō puto vestis esse. 4. ¶ Fascię crurales[e] pedulésq;,[f] item* pilea[g] vestis loco sunt: quia partē corporis vestiūt. Alia causa est odonū[h]* quia vsum calciamentorū pręstant. 5. ¶ Ceruicalia[i] quoq; vestis nomine cōtinētur. 6. ¶ Si quis addiderit, *Vestem suam*:[k] apparet de ea eū sensisse, quā ipse in vsus suos habuit.[l] 7. ¶ Culcitę* etiam vestis[m] erunt. 8. ¶ Item pelles caprinæ[n] & agninę, vestis

---

a ¶ *Insint.* per hoc enim venitur ad bibendum. *sic supra de procura. l. ad rem. & l. ad legatum.* ¶ Item no. secundum Hugo. inspici quod fieri potest. *sic supra de lega. j. l. cum res. in fi. & infra de ver. sign. l. ædificia. §. perfecisse.*

b ¶ *Vnguentis.* ad illam partem respondet, vnguentis.

c ¶ *Valetudinis.* i. necessitatis.

d ¶ *Hoc.* sc. vnguento, quo etiam pedes domini sunt vncti.

e ¶ *Sed de aquiminario.* quasi aquamanuariū: vel quasi aquā ministrans. *ad quod. s. eo. l. & si non sunt. §. si cui & infra eo. l. pediculis. §. quidam.*

f ¶ *Cedere.* sic *supra de le. iij. l. seruis. vrbanis. §. fi.*

Vestimentū[a].] CASVS. Hæc. l. vsque ad. l. argumento. §. ornamenta. respicit illam partem rubricæ quæ tractat de vestibus & vestimentis legatis. dicit ergo quòd appellatione vestimenti legati continetur pannus remotus à texendo, siue sit incisus à tela, siue non. nam ex quo consummatum est à textura, nihilominus appellatur contexta, id est ac si esset incisum à tela, quamuis nondum sit pertextum vel detextum, id est à tela separatum. non autem continebitur in dicto legato stamen vel substamen. & non facio vim verum legetur vestis, aut vestimentum: quia semper est verum quod dixi. & scias quia vestimentorum sunt omnia vestimenta lanea lineáque & serica & bombycina, quæ vestimenta sunt parata causa induendi, vt vestitus & camisia & quę sunt parata causa præcingēdi, vt singula lanea, vel linea, vel serica. vel de bombycino: & etiam quæ sunt parata causa amiciendi, vt chlamydes, dictæ à tegendo. & quæ sunt parata causa insternendi in terram ad iacendum, vt culcitræ & tapeta & similia: & quæ sunt parata causa amiciendi super lecto, vt cultræ: & quæ sunt parata causa accubandi, vt duplę, siue liteamina. Item sunt vestimentorum ea quæ cedunt his proximè dictis vice accessionis, quales sunt picturæ infixæ prędictis, & quales sunt claui qui insuuntur vestibus. Item scias quòd vestimenta omnia aut sunt virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica. de quibus omnibus singulariter dicitur in litera. Viuianus.

g ¶ *Detextum.* i. à textura remotum, secundùm Hugo. & est sensus quòd appellatione vestimentorum continetur pannus remotus à texendo, siue à globo incisus, siue non. *sic & s. de lega. iij. l. librorum. §. vnde non male. & hic dicit simile infra eod. l. quamuis.* Accursius.

h ¶ *Defectum.* i. ab illo globo siue instrumento incisum. Accur.

i ¶ *Pertextum.* hæc duo sonant quasi esset à globo incisum. Acc.

k ¶ *Contextum.* i. pro eo habetur ac si esset à tela incisum. Accur.

l ¶ *Continebitur.* vt *supra de lega. iij. l. si cui lana. & l. librorum. §. si cui. in fi. & facit infra de verb. signif. l. instratum. & l. vestis.*

m Vestis. facit *infra eod. l. inter vestem.* Accursius. ADDITIO. Intellige istam legem secundum Bar. hic de panno qui fit causa faciendi vestem. sed si fieret causa vendendi, non ad ipsum vsum: tunc appellatione vestimentorū non continetur: *vt. l. si quis seruos. supra de leg. iij.*

n ¶ *Bombycina.* quæ fiunt de bombasio.

o ¶ *Induendi.* vt camisiæ. Accursius.

p ¶ *Præcingendi.* vt cingula. Accursius.

q ¶ *Amiciedi.* vt chlamys, à tegendo. vnde amictus.

r ¶ *Insternendi.* vt tapeta & coopertoria.

s ¶ *Incubandive.* vt culcitræ. Accursius.

t ¶ *Quæ sunt.* i. quales sunt, &c. *& facit supra eod. l. cum aurum. §. fin. & l. seq. & infra eo. l. si quado. & infra de verbo. signi. l. instratum. & l. vestis.*

u ¶ *Saga.* vilis & rasa vestis, secundum H.

x ¶ *Quibus vir.* Id[a] autem fieri non potest, quod turpiter fit: *vt supra de condit. institut. l. filiusfamiliâs. & infra de ver. sig. l. Nepos.*

y ¶ *Ornandi.* aliâs ornamētorum magis appellatione continebūtur.

z ¶ *Penulæ.* quasi penè nulla, id est, vilis vestis. alij dicunt patens vestis siue ampla.

a Argumēto.] *Coactilia.* vestes quę cogunt propter stricturam, vt in Hispania.

b ¶ *Vesti.* legatæ.

c ¶ *Tegimenta subselliorum.* i. coopertur æ sellarum equorum.

d ¶ *Fibulæ.* mantellorum. Sed contra *supra eo. l. cum aurum. in fi. & l. fin.* Vnde dic quòd erant monilia per se ad ornandum collum vel pectus. *& ad hoc infra de verbo. signi. l. statuæ. & supra de supel. lega. l. de tapetis. & infra ea. l. §. ornamenta. & supra de fun. instruct. l. quæsitum. §. si domus.*

e ¶ *Crurales.* vt caligę laneæ vel lineæ. Aliâs crinales, vt pannus ad caput cùm lauatur. Accursius.

f ¶ *Pedulésque.* id est culcitra. Accursius.

g ¶ *Pilea.* ad tegendum caput: vnde pileati.

h ¶ *Odonum.* id est camelorum.

i ¶ *Ceruicalia.* quibus cooperimus ceruicem vel caput, secundū H. vel dic quòd sub capite in lecto tenemus. Accursius.

k ¶ *Suam* scilicet tantùm: vt apparet *infra e. l. cum in testamento. & l. pediculis. §. item cum quæreretur.*

l ¶ *Habuit.* tempore testamenti: *vt supra eod. l. si ita legatum. & de leg. ij. l. imperator.*

m ¶ *Vestis erunt.* vt *& supra eodem. l. vestis. in fi. & l. seq. & finali.* Accursius.

n ¶ *Caprinæ.* & *facit infra eo. l. argumento. §. j. & l. inter vestem.*

† Crina, ex liliis confectum vnguentum, to sa ex rosis, &c.

* Perperā quidam, dum mant hic legendum costum, quamuis eius mētio fit apud Plin. *lib. 12. cap. 12.*

† Nullam inter hæc statuit differentiam, defectum à textore intelligo, quamuis Aug. *lib. 3. ca. 7.* dubitet.

* v. ad hanc legem Grassum *libro sentent. §. legatū quæst. 21.* vbi quærit, his vestib. legatis an nondū paratæ, & quæ apud sartorem sunt, debeātur. Item an vestes post testamentum factæ debeantur. Itē an si defunctus legauit vestes quas æstimet 100. quæ tamē valent 200. hęres possit demi nuere legatū: vel si minus valēt, an cogatur supplere.

* Recta scriptura l. v. 2. de leg. 3.

† Primum tesi cœptā in orbe Romano sub Iustin. Zonaras ex Procopio in Iustiniano.

* Amphitapæ vestes sunt quę vtrinque sunt pilosæ.

* caligulæ.

* Vt apparet ex Synodo Salgrensi. Arist. in Polit. & Platone in conuiuio Dion.

* Fieri non dicitur, quod turpiter fit.

† Coactilia quę dicantur, pulchrè Ioan. Bap. Egnatius in adnotatio. ad Pertinacem Aelij Spartiani.

* Flo. & in Pi lia.

* vdonum. al. vndonum.

* Recta scriptura, vt & l. 5. de supel. lega.

Fœminini.

a *Fœminini.* in larga significatione: quandoque secus: ¶*vt no. supra de lega.ij.* Accursius.

Ornamenta muliebria.] CASVS. Hic, §. tāgit illam partem rubricæ quę dicit de ornamentis legatis: & est planissimus. sequens autem. §. respicit illam partem rubricæ quæ dicit de mundo legato. & dicit quod mundus muliebris est quo mulier fit mūdior: & in eo modo continenẽ quædam quæ nominātur in litera, alia autem cōtinentur numero ornamētorum quæ similiter in litera numerantur. nā est differentia inter mundum & ornamentum. sicut enim mulier potest esse munda, non tamen ornata, vt solet contingere in his mulieribus quæ se emūdauerint lotæ in balneo, neque se ornauerint: ita & ecōtra est aliqua mulier ex somno statim ornata, non tamen adhuc emundata. Itē habentur loco ornamentorum margaritæ coniunctæ auro vel argēto parato ad mulierē ornandam: & etiam lapides pretiosi coniuncti cum dicto auro vel argento etiam si apti sunt ad remouēdum à dicto auro vel argento. sed etiam si iam sunt resoluti à dicto auro vel argento, in hoc tamen vt postea recomponātur: nihilominus sunt loco ornamentorū. Si autem lapilli vel margaritæ vel gemmæ sint adhuc rudes, i. non cum alio coniuncti, non sunt loco ornamentorum: nisi hoc voluisset testator. Itē scias quòd vnguenta quibus vngimur causa valetudinis, non cōtinentur in mūdo legato. Viuianus.

* Tertullianus de virginibus velādis id multis argumentis probat.

* Alabastrus, al. alabastrites.

* Effictum est hoc nomen à κροκύφαντος & est ornamentum capitis, vt apparet ex Græco etymologico in dictione κροκύφαντος. Nec est audiendus Alciat. lib. parerg. 6. ca. 26. L.R.

erunt. 9. ¶Muliebri veste legata, & infantilē cōtineri, & puellarum & virginum, Pōponius libro vicēsimosecundo ad Sabinū rectè scribit. mulieres enim omnes dici, quæcunq; sexu fœminini[a] sunt. 10. ¶Ornamēta muliebria sunt quibus mulier ornatur,[b] veluti inaures,[c] armillæ, viriolę,[d] anuli pręter signatorios,[e] & omnia quę ad aliam rē nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam hęc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, quia aliam nullā in se vtilitatē habēt. Mundus muliebris est, quo mulier mūdior fit. Continentur eo specula, matulæ, vnguēta,[f] vasa[g] vnguentaria, & siqua similia dici possunt, veluti labario,* riscus. Ornamentorū hæc, vittæ, mitrę, semitræ, calātica, acus cum margarita quam mulieres habere solent, reticula, crocufantia.* sicut & mulier potest esse munda, nō tamen ornata: vt solet cōtingere in his quæ se emundauerint lotę in balneo, neq; se ornauerint. Et cōtra est aliqua ex somno statim ornata, non tamen cōmundata. 11. ¶Margarita, si non soluta sunt, vel qui alij lapides:[h] siquidē exēptiles[i] sint, dicendum est ornamētorum loco haberi. Sed & si in hoc sint resoluti, vt componantur:[k] ornamentorum loco sunt. Quod si adhuc sint rudes lapilli, vel margaritę, vel gemmę ornamentorum loco non erunt, nisi alia mens fuit testantis, qui hæc quoque quæ ad ornamenta parauerat, ornamentorum loco & appellatione cōprehendi voluit. 12. ¶Vnguenta quibus valetudinis[l] causa extinguimur, modo non continentur.

Illud debet attendi, ad quod res principaliter paratur, non ad quod secundario. Bartolus.

XXVI. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

QVamuis quædā ex veste[m] magis[n] ornatus gratia, quàm quo corpus tegant, comparentur: tamen quòd eo nomine[o] sint reperta, potius habenda esse vestis numero, quàm ornamentorum. Similiter ornamentorum esse constat, quibus vti[p] mulieres venustatis & ornatus causa cœperunt: neq; referre, si quædam eorum[q] alium quoque vsum præbeant: sicuti mitræ & anademata † quāuis enim corpus tegant,[r] tamen ornamentorum, non vestis esse.

† Anademata capitis ornamenta sunt auctore Suida, Alciat. lib. 2. præterniss.

XXVII. VLPIANVS *libro quadragensimoquarto ad Sabinum.*

QVintus Mucius libro secundo iuris ciuilis ita definit, argentum factum vas argenteum videri esse.[f]

Illi cui legatur omne argentum, non debetur pecunia signata. Bartolus.

1. ¶An cui argentū omne lega-

b ¶*Mulier ornatur.* præter vestem: *vt infra eod. l. §. ornamenta.*

c ¶*Inaures.* quæ in auribus pertusis suspendi solent: *vt supra de testa. l. ad testium.*

d ¶*Viriolæ.* vt buconcelli & canoletæ.

e ¶*Signatorios.* in quo sunt characteres: *vt supra de testa. l. ad testium. §. signum. & facit infra de verbo signifi. l. signatorius.*

f ¶*Vnguenta.* Contra *infra eadem. l. §. finali.* Solu. multiplex est vnguentum: *vt supra eo. l. in argento. §. j. & facit infra eo. pediculis. §. fina.*

g ¶*Vasa.* ʒ. de tri. *lega. l. iij. & de penu. le. l. nam quod in prin.*

h ¶*Lapides.* innuit quod margarita sit lapis: quod falsum est: *vt ʒ. eo. l. & si non sunt. §. fin.* Sed dic quòd verbum alij[a], non implicat: *vt & not. supra de procur. l. non solum. §. quæritur.*

* Aliūs, alia, aliud nō semper implicat.

i ¶*Exemptiles.* id est apti remoueri ab eo cui sunt adiuncti. Accursius.

k ¶*Componantur.* sic *supra de actio. empt. l. fundi. §. fina. & infra de verb. obliga. inter stipulantem. §. sacram. in fin.* §. ¶Item facit. ʒ. *de leg. iij. l. librorum. §. j. & §. fina. & l. ligni. §. fina.* Sed contra *in d. l. librorum. §. chartis.* Solu. ibi. Accursius.

l ¶*Valetudinis.* secus in eo quo fiunt mundiores fœminæ: *vt supra eodem. in argento. §. j. & supra. ea. l. §. mundus.*

QVamuis.] CASVS. Legauit mihi Titia vestes suas. certè continentur legata omnia quæ sunt reperta vel comparata nomine vestimentorum, siue parata ad hoc tantum vt corpus tegatur, siue comparata magis ornatus gratia quam quo corpus tegatur. & idem si legauit mihi ornamenta sua. nam ea continentur legato ornamentorum quibus principaliter mulieres consueuerunt vti causa venustatis & ornatus, etiam si quædam eorum ornamentorum præbeant mulieri alium vsum per consequentiam, puta quia tegant corpus. & ita magis inspicimus principale quàm consequens. Viuianus.

m ¶*Ex veste.* id est ex numero vestis.

n ¶*Magis ornatus.* quia & vilis ita gereret.

o ¶*Eo nomine.* s. vt corpus tegatur. H. vel numero vestis sit.

p ¶*Vti.* principaliter.

q ¶*Eorum.* ornamentorum. Accursius.

r ¶*Tegant.* per consequentiam. Accur.

QVintus Mucius.] CASVS. Legauit mihi Titius argentum suum factū. certè cōtinetur vas argenteum. sed si legauit mihi omne argentum suum, non continentur nūmi argentei. imò & si legasset mihi argentum suum factum, non cōtinerentur nummi argentei. ¶Sed quid si legauit mihi omne argentū quod suū esset: non continetur illud argentum quod alij ei debent: quia non est suum, imò sibi debitū. non enim videtur suū esse quod vindicare nō posset. ¶Quid si, vt dictum est, legauit mihi aurum vel argētum factum? certè nō continetur illud aurū vel argentum quod est cōfractum vel collisum, & ita commodè vti eo non poterat. ¶Quid si legauit mihi aurum quod suum esset cum moreretur? certè omne aurum fiet meum quod testator potuit vindicare suū esse cùm moreretur. si autem postquam legauit mihi dictum aurum, legauit idē aurum aliis: tunc interest quomodo legauit aliis, scilicet aut animo adimendi mihi: & tunc ego non habeo aurum, imò secundi legatarij. aut non animo adimendi mihi: & tunc ego habeo medietatem auri, & secundi legatarij aliam medietatem. nisi testator voluisset me habere solidum aurum, & secundos legatarios solidum. tūc enim vni parti pretium auri, alij parti aurum assignatur: *vt supra de lega. j. l. si ita sit scriptum. & l. si pluribus.* Si autem, vt dictum est, legauit mihi aurum factum: omne aurum ad me pertinet ex quo auro aliquid est effectum, siue id aurum esset paratum sua causa testatoris, siue causa vsus alterius. secus si legauit mihi aurum infectum: quia tunc id videtur legatum esse mihi, quod eius testatoris existens ita factum est, vt eo auro non possit testator vti sine refectione ad rem ad quam comparatum est à testatore. Item & illud aurum videtur mihi esse legatū, quod testator habebat numero infecti auri. si autem legauit mihi aurum vel argētum signatum: id videtur mihi legatum quod eius testatoris existens aliqua forma est expressum siue impressum, veluti quia impressa sunt in eo auro vel argento ea quæ sunt Philippi imperatoris, puta caput & brachia & alia. Item numismata videntur mihi legata in quibus erat impressa forma Cæsaris, & similia videntur mihi legata. argentum autem si mihi legasset, non continentur scaphia, id est genera cingulorum de argento quæ testator non habebat numero argenti. scias etiam quòd argentum factum ita definitur, scilicet illud quód neque in massa sit, neque in lamina quę est longa ad modum baculi: nec in argento signato de quo modò dixi, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis. Viuianus.

f ¶*Videri esse.* facit *supra de leg. iij. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & supra eodem. l. & si non. §. argento facto. & infra ea. l. §. cui. & §. si factum.*

tum est, ei nūmi quoque legati esse videantur, quæritur. Et ego puto non contineri.[a] Non facilè enim quisquam argenti numero nummos cōputat. Item argēto[b] facto legato, puto (nisi euidenter contra sensisse testatorem appareat) nummos non contineri.[c]

Illud dicitur suum esse, quod potest vindicari. Bartolus.

2. ¶ Argēto omni legato quod suum esset, sine dubio nō debetur id quod in credito[d] esset: hoc ideò, quia non videtur suū esse, qđ vindicari nō possit.[e] 3. ¶ Cui aurū vel argentū factum legatū est: si fractum[f] aut collisum sit, nō cōtinetur. Seruius enim existimat aurū uel argētum factum id videri, quo cōmodè[g] vti possumus: argentū autem fractū & collisum nō incidere in eam definitionem, sed infecto cōtineri.

Qui legat aurum omne quod suū est, legatario illud debetur quod testator potuit vindicare. hoc dicit.

4. ¶ Cui legatū est aurū omne quod* suū esset [cum moreretur: eius[h] omne aurum fiet,[i] quod tūc paterfamiliâs] cū moreretur vindicare potuit suum esse.[k] sed si qua distributio[l] eius rei facta est. tūc interest quo modo sit legatum. Si factū aurum legatum est: omne ad eū pertinet cui legatū est, ex quo auro aliquid est effectum,[m] siue id suæ, siue alterius † vsionis[n] causa paratum esset: veluti vasa aurea, emblemata, signa, aurum muliebre, & cætera quæ his rebus sunt similia. Sed si infectum legatū est: quod eius ita factum est, vt eo* ad rem ad quā cōparatum est, non possis vti sine refectione, quodq; ab eo patrefamiliâs infecti numero[o] fuerat: id videtur legatum esse.

Argēti signati appellatione cōtinetur qđ est aliqua forma expressū. h. d.

Si autem aurum vel argētum signatū legatum est, id paterfamiliâs videtur testamēto legasse, quod eius[p] aliqua forma est expressum: veluti quæ Philippi sunt, itémq; nomismata, & similia. 5. ¶ Argento legato nō puto ventris causa[q] habita scaphia[r]* contineri: quia argenti numero non habentur. 6. ¶ Argentum[s] factum rectè quis ita definierit, quod neq; in massa, neq; in lamina[t]*, neq; in signato, neq; in supellectili,[u] neq; in mūdo,[x] neque in ornamentis insit.

Non videtur alicuius causa paratum, quod causa commodandi habetur. Bartolus.

XXVIII. ALFENVS VARVS *libro septimo Digestorum.*

CVm in testamento alicui argentum quod vsus sui[y] causa paratum esset, legaretur, itémq; vestis, aut supellex: quęsitum est, quid cuiusq; vsus causa videretur paratum esse: vtrúmne id argentum quod victus sui causa paratum paterfamiliâs ad cottidianum vsum parasset: an & si quas* mensas argenteas & eius generis argentum haberet, quo ipse non temerè[z] vteretur, sed commodare ad ludos & ad cæteras apparationes soleret. Et magis placet, quod victus sui causa paratum esset, tantùm cōtineri.

Accessoriū cedit principali. Bart.

XXIX. FLORENTINVS *libro undecimo Institutionum.*

SI quando † alterius generis materia[a] auro argentóve iniecta sit: si factum aurum vel argentum legetur: & id quod iniectum est, debetur. 1. ¶ Vtra autem vtrius materiæ sit accessio, visu † atque vsu rei, consuetudinis* patrisfamiliâs æstimādum est.[b]

Dictio seu, est ampliatiua. Bartol.

XXX. PAVLVS *libro singulari de assignatione libertorum.*

SI quis ita legauerit: *vxori meæ mundum, ornamenta, seu*

a ¶ *Non contineri.* vt & ꝫ. eo. l. cum aurum. in prin.
b ¶ *Nam argento.* probat per quod videtur contineri, & non cōtinetur: ergo nec hic. Accursius.
c ¶ *Non contineri.* aliàs deest non. sed cum non, est melior litera: *vt infra. §. fi.* Accursius.
d ¶ *In quod in credito.* id est id quod testator habebat penes se ex causa crediti, puta sibi commodatum vel depositum vel pignori obligatum. *ad quod est. supra de lega. iij. qui habebat.* ¶ Vel dic econtra quòd est debitum testatoris: quod non est suum, licet sibi debitum. *ad quod. ꝫ. eo. l. scribit. in princ.*
e ¶ *Non possit.* audi Martine: ergo* mulier non est domina fundi dotalis: *vt. C. de rei vin. l. doce. & facit. ꝫ. de rei vin. l. solum. §. j. & ꝫ. ea. l. §. qui legatū.*
f ¶ *Fractum.* omnino collisum, & sic vitiatum vt eo vti commodè non possimus.
g ¶ *Commodè.* facit *infra de verbo. signifi. le. Nepos Proculo.* Accursius.
h ¶ *Eius.* sci. legatarij.
i ¶ *Fiet.* recta via: vt infra de fur. à Titio. & sic petet.
k ¶ *Suum esse.* facit. ꝫ. *§. argento.* Accursius.
l ¶ *Distributio.* Duobus modis exponitur. Primo distributio eius rei, id est auri facta est, scilicet in alios legatarios de eodem auro. nam refert, fecerit hoc vltimo loco animo adimendi, vel non. *ad quod. ꝫ. de le. j. l. si ita scripsero.* Secundo distributio, id est alienatio inter viuos de eodem auro. nam tūc refert[b] dixerit, quod meū erit, an quod meū est. Primo casu debetur solùm quādo suum est tempore mortis: *vt supra de leg. j. l. vj. & de leg. iij. l. nuper.* In secūdo subdistinguitur fecerit sponte, an necessitate: vt primo casu non debeatur: secundo sic: *vt argum. supra de le. iij. l. fideicommissa. §. si rem.*
m ¶ *Effectum.* aliàs effectum aliàs infectum, id est validum factum, non priuatiuè.
n ¶ *Vsionis.* i. vsus. *sic ꝫ. de lega. iij. l. cum quæreretur. §. lana.*
o ¶ *Infecti numero.* i. paterfamiliâs pro infecto habebat. Azo. *ad hoc supra eo. l. & si non sunt. §. argento. & ꝫ. ea. l. in prin. & §. cum rum. & ꝫ. eo. §. fi.*
p ¶ *Quod eius.* s. testatoris existens. & quod dicit, expressum. i. impressum. & quod dixit, Philippi, dicit nomen imperatoris: & sic in sequēti numismate erat imago Cæsaris: vt in euāgelio.[c] Acc.
q ¶ *Ventris causa.* quia corrigia est pro ventre sustendando. Viuia.
r ¶ *Scaphia.* hoc scaphiū huius scaphij, genus cinguli[d] quod non continetur appellatione argenti, cùm nō argenti numero tenebatur: *vt hic, & arg. ꝫ. eo. & si non sunt. §. lectum circa princ. l.*
s ¶ *Argentum.* in massa aurea quæ dicitur placi da.
t ¶ *Lamina.* scilicet longa quasi fustis. Accursius.
u ¶ *In supellectili.* i. quæ non sunt vasa aurea propter seculi seueritatem, licèt sint aurei lecti, & similia: *vt supra de supel. leg. l. iij. in princ. & §. fin.* hodie autem secus: *vt supra de supel. leg. l. Labeo. in prin.* ¶ & sic non obstat *supra eo. l. & si non sunt §. argento.*
x ¶ *In mundo.* ¶ Quid mundus sit, & quid ornamentum, dicitur. ꝫ. *e. l. argumento. § ornamēta. & §. mundus. & l. quamuis.* ¶ Itē quid supellex, dicitur. ꝫ. *de supellec. lega. l. Labeo, & facit ad hoc supra eod. cum aurum. in princi. & supra in huius. l. princi. & §. j. & §. si factum.*

CVm in testamēto.] CASVS. Titius legauit mihi argentum qđ paratum erat causa vsus sui testatoris, & vestem & supellectilem. quęritur, quod argentum videatur causa vsus testatoris paratum vt sic illud mihi debeatur, vtrúmne id argentum quod victus sui testatoris causa paratum testator parasset ad vsū cottidianum, an & si eas mēsas argenteas & eius generis argentum haberet quo ipse testator non temerè siue indistinctè vteretur, sed soleret cōmodare ad ludos & cæteras apparationes? Et respon. quia illud tantùm continetur, quod victus sui testatoris causa paratum est. Viuianus.

y ¶ *Sui.* s. testatoris.
z ¶ *Non temerè.* i. indistinctè. 2. Vel. i. non ipse solus. *& facit supra de leg. iij. l. seruis vrbanis. & l. ea tamen. & supra eo. l. Quintus. & l. argumento. §. si quis. & infra de verbo. signi. l. in lege.*

SI quando.] CASVS. Titius habens candelabrum aureum, cui erat iniectum sigillum æneum, legauit mihi aurum suum factū. certè non solùm candelabrum prædictum mihi debebitur, sed & sigillum: quia sigillum est accessio candelabri. si autem sint tales materiæ simul iniunctæ in quibus dubium sit vtra sit accessio vtrius: tunc hoc æstimandum est ex visu & vsu rei, & ex cōsuetudine illius cuius erant. & quod dixi in aureo candelabro, idem dicas in argenteo. Viuianus.

a ¶ *Materia.* vt sigillum æneum candelabro aureo: *vt. ꝫ. e. l. pediculis. in princ. & facit in ea. l. §. fi. & ꝫ. eo. l. vestis in prin. & l. si non sunt. §. fi. & supra de contrahen. emp. l. quid tamen.* Accursius.
b ¶ *Æstimandum est.* vt eo legato cui cedit, totum legari videatur: *vt supra eo. & si non sunt. §. perueniamus. & l. sequen.*

SI quis ita.] CASVS. Titius ita legauit vxori suæ, do lego vxori meæ mundum, ornamentum, seu quæ eius causa paraui. Certè debentur vxori omnia. i. mundus & ornamēta, & omnia alia eiusdem

a Dotalis fundi mulier non est domina.
* Flo. quod suū esse cum moreretur vindicare potuit, suum esse, sed &c.
b Legati quod meum est, & quod meū erit, differentia.
† Sic Flor. & in manuscrip. hoc verbo vtitur & Cato *de re rust.* & Gell. *lib. 4. c. 1.* vide Ant. Aug. *lib. 1. c. 2.*
* Fl. vt eo quod ad rem compa.
c Matth. xxij.
d Imò vasa excipiendis sordibus ventris.
* Vasa excipiēdis sordibus ventris. Alciat. *lib. 5. pare. c. 11.*
* Fl. lamna.
* Fl. eas.
† Accessorium cedit suo principali: *concord. tex. cum Gl. in c. si laicus. & ibi Card. Alexā. 31. dist. & in regula, accessorium. & ibi Dyn. Philip. Fran. de regulis. lib. 6.*
† Testimonij idoneum, esse si quis dicat se vidisse, hinc colligunt.
* consuetudine.

dem vxoris causa parata. nam verbum seu, videtur positum causa ampliandi legati, & non minuendi: sicuti & si ita legasset, do lego Titio vina quæ in vrbe habeo seu in portu, quo casu debentur Titio vina quæ sunt in vrbe, & quæ sunt in portu. Viuian.

a ¶*Omnia deberi*. i. omnia sunt in obligatione, non in solutione tantùm. & sic disiuncta[a] pro coniuncta accipitur: *vt & supra eo. l. Quintus in fi. & infra de verbo. signifi. l. sæpe.* ¶Sed contra. *C. de ver. signi. l. cum quidam. in fi. & supra de iure dotium. l. plerumque. in fi. & infra quando dies leg. ce. l. cum illud. & supra de contrahen. empt. l. si ita.* quibus dicitur alterum deberi ad electionem debitoris. Solu. hic in verbo, seu: ibi in verbo, autē. 2. Vel secundum Roge. cùm præcedit signum vniuersale, disiuncta pro coniuncta ponitur, vt hic: vt & ibi, omnis homo seu asinus currit. oportet enim omnem asinum currere, vt vera sit. *& facit infra de nona. l. à te supra de leg. ij. l. ea tamen.* Accur.

a Disiūcta pro coniūcta an & quandoque sumatur.

1 Generis promissio mediocritatem respicit. Concor. c. literas. cum Glo. super verbo, clericum. extra de fi. presby.

quæ eius causa paraui, do lego: placet omnia deberi:[a] sicuti cum ita legatur, *Titio vina quæ in vrbe habeo seu in portu, do lego*: omnia deberi. Hoc enim verbum *seu*, ampliandi legati gratia positum est.

Minor intelligitur media. Bartol.

XXXI. LABEO *libro secundo Posteriorum Iauoleno epitomatorum.*

QVi lancem maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legauerat: *Lancem minorem illi lego.* Mediæ[b] magnitudinis † videri legatam lancem responsum est, si non appareret quam lancem ex his paterfamilias demonstrare voluisset.

XXXII. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

PEdiculis[c] argenteis adiuncta sigilla ænea,[d] cæteráque omnia quæ ad eandem similitudinem redigi possunt, argento facto cedunt.

In legato auri facti veniunt gemmæ, & omnia quæ testator auri numero habuit. Bartò.

1. ¶Auro facto[e] adnumerantur gemmę anulis inclusę: quippe anulorū sunt.[f] Cymbia[g] argentea crustis aureis illigata, margaritæ quæ ita ornamentis muliebribus contextæ sunt, vt in his[h] aspectus auri potentior sit, auro facto adnumerantur. Aurea emblemata,[i] quæ in lapidibus, apsidibus † argenteis essent, & replumbari[k] possent, deberi Gallus ait:[l] sed Labeo improbat. Tubero[m] autem quod testator auri numero habuisset, legatum deberi ait.[n] alioquin aurata & inclusa vasa alterius materiæ, auri numero non habenda.[o] 2. ¶Argento potorio[p] vel escario[q] legato, in his quæ dubium est cuius generis[r] sint, consuetudinem[s] patrisfamilias spectandā: non etiam in his quæ certum est eius generis nō esse. 3. ¶Quidam primipilaris[t] vxori suæ argentum escarium legauerat. Quæsitum est, cum paterfamilias in argento suo vasa habuerit quibus & potabat & edebat: an legato hæc quoque vasa continerentur. Scæuola respondit, contineri.[u]

QVi lancem.] CASVS. Titius moriēs & relinquens in bonis suis vnam lancem maximam & aliam minorem, & aliam minimā, ita legauit: Lancem meam minorem lego Titio. certè responsum est videri legatam lancem meæ magnitudinis. & hoc est verum si non apparet quam lancem ex prædictis voluit demonstrare testator: quia si illud appareret, illa lanx deberetur Titio de qua testator sensit. Viuianus.

b ¶*Media. sic supra de lega. j. l. legato generaliter.* ¶Sed certè imò minimam[b]: *vt supra de lega. j. l. si ita scriptum. in fin. & l. qui duos. & l. apud. §. Seio. & de leg. ij. l. nummis. & infra de re. iu. semper in dubiis. pro. sunt contra.* Sol. hic fuit vsus his verbis, Ego qui relinquo in bonis meis lancem maiorem, minorem, & minimam, lego minorem. & hoc innuit cùm dixit, qui lancem maxi. &c. & hæc tria nominando. 2. Vel hæc erat sua consuetudo[c] loquendi? *vt supra de lega. j. l. si seruus plurium. §. fi.* aliàs minima deberetur. 3. Vel non est hic dubium verbum. Nam sic lex exponit minorem: *vt Institu. de liberti. §. libertinorum.*

b Minor res an & quando intelligatur quæ media vel minima.

c Interpretamur voluntatē defuncti ex eius cōsuetudine loquendi.

PEdiculis.] CASVS. Titius legauit mihi argentum suum factum. certè continentur legato pediculi argentei qui ad modum pedum sustinebant tabulam ad comedendum fortè, & etiam sigilla siue signa ænea iuncta dictis pediculis vt pulchriores pediculi viderentur, & etiam omnia alia quæ rediguntur ad eandem similitudinem sigillorum æneorum. Viuianus.

c ¶*Pediculis.* pediculi dicuntur quædam argentea sustentacula, quibus vasa vel res quælibet velut pedibus sustentantur.

d ¶*Sigilla ænea.* id est signa de ære. dicuntur sigilla à signo. olim enim propter varietatem, quæ rem pulchriorem facit, in argento faciebant quosdam protractus de ære. Azo. *& facit supra eodem. l. si quando. & supra de lega. tertio. l. heres. §. penultimo. & §. finali. & de acquirend. re. do. l. sed si de meis. & l. quicquid.* Accursius.

Auro facto.] CASVS. Titius legauit mihi aurum suum factum. certè continentur legato anuli aurei, & gemmæ eisdem anulis inclusæ. nam hæ gemmæ sunt dictorum anulorum. Item continentur cymbia argentea illigata crustis aureis. habebat enim testator vasa habentia crustas aureas, & illæ crustæ habebant cymbia siue cingulos siue virgas de argento, vt melius viderentur. Item continentur aurea ornamenta muliebria, & margaritæ quæ ita prædictis ornamentis contextæ sunt, vt potentior sit aspectus auri in his margaritis. Sed nunquid continentur in dicto legato emblemata aurea quæ erant in dictis lapidibus & in apsidibus, & quæ poterant separari à dictis lapidibus & apsidibus? & Gallus dixit simpliciter quòd sic: & quia simpliciter dixit, ideo Labeo improbauit dictum suum. postea autem Tubero ait determinando improbationem Labeonis, & dicendo videri illud legatum quod testator habuit numero auri. vnde si dicta emblemata cum lapidibus vel apsidibus quibus erant adiuncta, testator habebat numero auri, continebuntur in legato prædicto. si autem non apparet an testator habuit eos lapides vel apsides cum emblematis aureis numero auri, non debebuntur ex dicto legato. nam eo casu aurata, & vasa alterius materiæ inclusa auro, non sunt habenda numero auri legati. Viuianus.

e ¶*Auro facto.* testator legauit aurum factum.

f ¶*Sunt.* quando gratia anuli sunt inclusæ: *vt supra eodem. l. & si non sunt. §. perueniamus. & §. fin.*

g ¶*Cymbia.* genus ornamenti.[a]

h ¶*In his.* margaritis.

i ¶*Emblemata.* superficies. ¶*vt not. supra eo. l. si gemma.*

k ¶*Replumbari.* id est plumbum quod contingit remoueri. *ad quod est supra eo. l. cum aurum. §. idem Celsus.* magis autem si non possunt separari. Sed de hoc plus dubitabatur.

l *Gallus ait.* scilicet perperam.

m ¶*Tubero.* quod Labeo dixit determinās.

n ¶*Ait.* scilicet Tubero. & hoc casu bene dixit Gallus.

o ¶*Habenda.* & hoc casu intellige Labeonem dixisse: *vt hic, & supra eo. l. & si non sunt. ij. respon. & facit infra de acqui. re. do. l. sed si de meis. & l. quicquid. per totum.*

† Apsides quæ sint, Hermolaus in castigationibus in Plinium.

a Cymbium poculi genus procērum ac nauibus simile. Virgil. Cymbiáque argento perfecta, atq; aspera signis.

Argento.] CASVS. Titius legauit mihi argentum suum potoriū id est quo vtebatur ad bibendum. habebat idem Titius argentum escarium, id est quo vtebatur ad escam, siue ad comedendum. habebat etiam quædam vasa argentea quibus secundum communē consuetudinem & in esca & in potando vtebatur. & ita dubium erat cuius generis essent, id est vtrum de genere argenti potorij mihi legati: an de genere argenti escarij. nunquid dicta vasa contineantur in meo legato? Et dicitur quòd sic, si testator erat consuetus tenere & habere ea inter argentum potorium. & ita recurrimus in hoc dubio ad consuetudinem patrisfa. In his autem quæ certum est non esse eius generis, id est generis argenti potorij mihi legati, non inspicimus consuetudinem patrisfa. & sine vllo dubio non continebuntur in dicto meo legato. Et quod dixi in argento potorio mihi legato, idem per omnia est si legasset mihi solummodo aurum escarium, & reperirentur in hereditate vasa argentea de quibus dubium esset cuius generis essent. Sed quid si in dictis casibus non apparet consuetudo patrisfam? Certè in dubio cedent legato dicta vasa. & hoc euenit de facto in persona cuiusdam primipilaris qui legauit vxori suæ argentum escarium. Viuianus.

p ¶*Argento potorio.* quid sit, dic, *vt supra eo. l. in argento. in prin.*

q ¶*Escario.* & quid sit hoc. *s. eod. l. & si non sunt. §. si cui escarium.*

r ¶*Cuius generis.* vt quia talia sunt quibus secūdum communem consuetudinem & in esca & in potando quis vti potest: *vt infra proxi. §.* Accursius.

s ¶*Consuetudinem.* ¶No. in dubiis locum esse coniecturis ex cōsuetudine: *vt hic, & supra. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fi.* non[a] autem in certis: *vt hic, & supra de leg. ij. l. ille. §. j & de lega. j. l. iiij. & infra de verbo. oblig. l. continuus. §. cum ita. in fin. §. & supra de supelle. le. l. l. abeo. §. sed de his. & l. qui vestem.* Accursius.

t ¶*Quidā primipilaris.* vel primus administrās in rebus publicis, Vel primum pilum deferens: *vt no. C. de episc. & cleri. l. quisquis.*

u ¶*Contineri.* in dubio valet. *ad quod. s. de leg. j. l. si cui serui. & de leg. ij. l. seruis vrbanis. §. penult. & §. fi. & de tri. lega. l. fi. in prin.* Sed argu. contra *s. de fun. instru. l. quæsitum. §. si quis eodem instrumento. & facit supra proxi. §.* ADDITIO. Pro solutione huius contrarij dic quòd escarium est genus comprehendens etiam poto-

a Coniecturæ & interpretationi locus nō est in his quæ certa, sed in dubiis & incertis. a dde Iason. 1. consil. 21.

rium, nisi aliud de mente testatoris appareat, secundùm Bart.

Item cum quæreretur.] CASVS. Titia erat negotiatrix, & habebat argentum ad ornamenta mulierum paratum venale in basilica siue domo regis, in qua singulares homines tenebant res suas ad vendendum. Item habebat intra domum suam in horreo argentum destinatum vsib. suis. dicta Titia fecit testamentum, & instituta sibi herede Seia filia sua & Gaio filio suo ita legauit dictæ suæ filiæ. Hoc amplius filia mea dulcissima è medio sumito, tibique habeto ornamentum meum omne muliebre cum auro apposito eidem ornamento, & si qua alia muliebria apparuerint. nunc quæritur, an contineatur in dicto legato dictum argentum venale? Et dicitur quòd non, nisi filia vel procurator suus probet sensisse testatricem etiam de argento venali. Accursius.

a ¶ *Item.* scilicet respondet, quod est infra.

b ¶ *Apparuerint.* accipe, quæreretur, dico cum testatrix, &c.

c ¶ *Basilica.* basilica Græcè, Latinè [a] domus regis vbi stabant venalia.

d ¶ *Muliebre.* s. ornamentum.

e ¶ *Non videri.* nam videtur restringere [b] per hoc quod dixit, meum: *vt & ff. eo. l. argumento. §. si quis adiderit. & ff. de l. iij. l. cum quæreretur. §. lana.* ¶ Sed quid si non habebat[c]? Respon. omnia videtur legasse, & etiam quod debetur: *vt infra eodem. l. Seia. & l. Titia. §. j. & ff. de triti. vi. & ol. leg. l. fi. in prin. & ff. de leg. j. l. si cui serui. & facit. ff. de. pe nu. leg. l. nam quod & de vsufr. leg. l. generali. §. j. & de le. iij. l. qui suum. §. j. & l. fans §. fi. & supra e. l. cum in testamento. & l. Quintus.* Accursius.

a Basilicæ, propriè, loca regia: immutatione, loca ampla & spatiosa.

b Meum, particula restrictiua.

c Ornamētum cū auro legans, non legat argētum quod venale habuit. Quod si nullū venale habuit, omne aliud argentum imò & quod debetur legasse videtur. igitur hoc casu auri legato, venale non debebitur: idque eo magis, quod aliud nō venale habuerit testator, *vt hic.* sic qui mobilia legat, ea quæ venalia habuit legasse non videtur, sed non venalia tantùm.

7. *Simonem de Praed. 4. de interpret. vltimar. volunt. 1. dubit. 11. num. 10. adde quædā hîc quæ apud Mantic. 1. de coniect. vltim. volunt. 2. ibi octaua*

d Electrum metallū est ex auri argentique mixtura. hinc electrina vasa, quæ ex eo metallo sunt. *vide Plin. lib. 33. ca. 4.* Est etiam electrum gemma nigri coloris, quæ vulgo Ambra dicitur. *vide eundem lib. 37. c. 2.*

Qui legat ornamenta sua, non videtur legare ea quæ habet causa vendendi. Bartolus.

4. ¶ Itē [a] cùm quæreretur de tali legato, *Hoc amplius filia mea dulcissima è medio sumito, tibiq; habeto ornamentū omne meū muliebre cū auro, & si qua alia muliebria apparuerint:* [b] cùm testatrix negotiatrix fuerit, an nō solùm argētū quod in domo vel intra horreū vsibus eius fuit, legato cedit, sed etiā quod in basilica [c] fuit muliebre: [d] respondit, si testatrix habuit proprium argentū ad vsum suū paratū, non videri [e] id legatū quod negotiandi causa venale proponi soleret: nisi de eo quoque sensisse is qui petat, probet.

Ex aspectu declaratur quæ materia alteri non accedat: & si dubiū est, cōsuetudo testatoris inspicitur. Barto.

5. ¶ Neratius Proculū refert ita respondisse, vasis electrinis [f] legatis nihil interesse quantum ea vasa de quibus quæritur, argēti aut electri habebāt: sed vtrum argentum electro, an electrum argento cedat: id ex aspectu [g] vasorum facilius intellegi posse. quod si in obscuro sit, inspiciendum est, in vtro numero [h] ea vasa is qui testamentum fecit, habuerit.

Enumeratio specierum non restringit genus præcedens. Bartolus.

6. ¶ Labeo [i] testamento suo Neratiæ vxori suæ nominatim legauit, *vestem, mundum muliebrem omnem, ornamentáq; muliebria omnia, lanam, linum, purpurā, versicoloria [k] facta infectáq; omnia,* & cætera. Sed non mutat [l] substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, quia Labeo testamento lanam ac deinde versicoloria scripsit, quasi desierit lana tincta, lana esse: detractóq; verbo, *versicolorio*, nihilo minus etiam versicoloria debebuntur, [m] si non appareat aliam defuncti voluntaté fuisse.

Mundo muliebri legato argentū balneare debetur. Bartolus.

7. ¶ Titia mundum muliebré Septiciæ legauit. ea putabat sibi legata & ornamenta & monilia in quibus gemmæ & margaritæ insunt, & anulos, & vestem tam coloriam [n] quàm versicoloriam. Quæsitum est, an hæc omnia mundo continerentur. Scæuola respondit, ex his quæ proponerentur, dumtaxat argétum balneare [o] mundo muliebri contineri.

Accessorio extincto non extinguitur principale. Bartolus.

8. ¶ Item cum inaures [p] in quib [q] duæ margaritæ [r] eléchi, † &

Neratius.] CASVS. Electrum est quædam materia facta ex argēto & auro. *vt Inst. de rerum diui. ff. diuortum.* Titius ergo habēs vasa de dicto electro & de argento, legauit mihi vasa electrina. nunquid dicta vasa quę erant de argento & electro, continentur in legato meo? Et dicitur quòd sic si argentum cedebat electro: siue erat ibi plus de argento quàm de electro, siue minus. verum autem argentum cedat electro, an electrum argēto: ex aspectu dictorum vasorum potest sciri. si autem non potest sciri per aspectum, inspiciendum est in vtro, id est in quo numero habuit ea vasa testator, scilicet vtrum in numero argenti sui quod aliàs habebat, an in numero alterius, scilicet electri: vt primo casu non continentur in legato meo dicta vasa: in secundo sic. Viuianus.

f ¶ *Electrini.* pretiosa [d] materia quæ iungit argēto ad faciēdū vas.

g ¶ *Ex aspectu.* s. quod sit pretiosius, secundū R. Sed ar. *contra ff. eo. l. & si non sunt. § fin.* Sed ibi erat certum in quo numero habuit.

h ¶ *In vtro numero* s. argenti, an electri. *& facit. ff. ea. l. §. j. in fi. & l. si quando. & infra in fi. huius. l.*

Labeo.] CASVS. Legauit Labeo vxori suæ Neratiæ vestem & mundum muliebrem omnem, & omnia ornamenta muliebria, & lanam, & linum, & purpuram, & versicoloria facta infectáq; omnia, & cætera quę ei vxori legauit, quę difficile est hic enumerare, & decessit dictus Labeo. nunc quæritur, vtrū sola lana versicoloria, id est tincta in alium colorem, debeatur vxori, an omnis lana siue sit tincta, siue non. & videtur quòd sola lana tincta debeatur vxori ex eo quòd primo simpliciter nominauit lanam, & postea subiunxit, versicoloria facta infectáque, & sic videtur restrinxisse vt sola lana versicoloria debeatur: sed tamen non est verum: imò debetur legatarię lana tincta, & non tincta. nam & si non adiecisset de versicoloriis, nihilominus deberentur etiam versicoloria: multiplicatio enim verborum non necessaria nó mutat substantiam rerum. & hæc vera sunt si non appareat defunctum voluisse restringi præcedentia per illud verbum versicoloria: quia tūc deberetur sola lana quæ est versicoloria. i. tincta in alium colorem. Viuianus.

i ¶ *Labeo.* nomen testatoris. Accursius.

k ¶ *Versicoloria.* i. [a] ea quorum color est mutatus: *vt ff. de leg. iij. l. si cui lana. §. proinde quæritur.* Accursius.

l ¶ *Sed non mutat.* videbatur restringi lana ad tinctam tantum. pro quo erat. *ff. de fun. instr. & instru. lega. l. cū de lanionis. §. cui fundum. & §. quidam. quæ sunt contra.* sed tamen secus est: vt hic, & plenè no. *ff. de fun. instr. l. quæsitū. §. j. & concord. huic. ff. de supelle. leg. l. legata. in prin.* ¶ Item nota hîc quod abundans [b] cautela non operatur aliquid vt addat, vel minuat, vel vitiet. *sic Cod. de testa. l. testamentum. & ff. de reg. iur.* quę dubitationis. *& ff. mand. l. qui mutuam. & C. de fideicom. l. non rectè. & ff. pro soc. l. sed si adiecit.* Sed arg. contra. *ff. de vsur. l. si stipulatus.*

m ¶ *Debebuntur.* lanæ ergo nomen etiam tinctam continet: *vt hîc.* Sed contra. *ff. de leg. iij. l. si cui. §. lana. circa prin.* Solu. hoc hîc voluit testator, & est certum, & hoc propter signum vniuersale quod præposuerat. cui simile *no. supra eo. l. si quis ita leget.* Tertij, vt Roge. dicunt hoc verum naturali inspecta significatione, videlicet nulla adhibita voluntatis interpretatione. [c] cui obst. l contraria. illud constat tinctam contineri appellatione lanæ: *vt d. l. si cui. §. j. & facit in Authen. de referenda.*

a Imò ea quæ varij coloris sunt.

b Abundās cautela nihil addit, minuit, aut vitiat.

† De elenchis vide Plin. lib. 9. cap. 35. De cylindris apud eundem lib. 37. c. 5. & 8. De tympanis lib. 4. c. 11.

c Interpretatio voluntatis defuncti quot & quibus modis interpretetur, vide per Bart. in l. 2. ff. de vulg. & pupil. subst. Alexan. consi. 81. 4. parte. sed vide omnino Manticam in libris de coniect. vltim. volunt.

Titia. CASVS. Titia legauit Septiciæ mundum muliebrem, quęritur, vtrum in dicto legato contineantur ornamenta & monilia in quibus insunt gemmę & margaritę & anuli, & vestis coloria & versicoloria? & dicitur quod non: imò continetur illud quod paratum erat Titiæ ad lauandam vel balneandā eam. Sed pone quod Titia dicta legauit eidem Septicię inaures. i. anulos aptos ad deferendum in auribus in quibus erant duæ margaritæ, & duo elenchi, & duo smaragdi, & postea eisdem inauribus dextraxit dictos elenchos. nunquid amodo debentur Septiciæ inaures? Et respon. quòd sic, si nihilominus maneant inaures, quamuis margaritæ detractæ sint. i. dicti elenchi. Item quid si legauit Septiciæ prædictæ ornamentum mamillarum quod ipsa Titia solebat portare circa pectus, compositum ex. xxxiiij. cylindris, & ex. xxxiiij. tympanis & margaritis, & postea extraxit de dicto ornamento quatuor ex cylindris, & sex de margaritis, nūquid dictæ legatariæ debebitur dictum ornamentū mamillarum nihilo minus? Respon. quod idē est in hoc casu quod in superiori. s. vt nihilo minus debeatur. Viuia.

n ¶ *Coloriam.* quę est naturalis coloris, vel alba, vel nigra, sed versicoloria quæ est tincta. *vt supra de lega. iij. l. si cui. §. proinde.* Accursius.

o ¶ *Balneare.* quo indiget cùm lauatur vel balneatur: *vt supra eo. l. argumento. §. mundus.* Accursius.

p ¶ *In aures.* i. anulos quos deferunt mulieres in auribus: quæ cōtinentur appellatione ornamenti: *vt supra eo. l. arg. §. ornamento.*

q ¶ *In quibus.* essent sabaudi. Accursius.

r ¶ *Margaritæ.* appellat ergo hic gemmas margaritas in larga significatione. nam in stricta & propria aliud est: *vt supra eod. l &*

si non

smaragdi [a] duo, legasset, & postea elenchos † eisdem detraxisset: & quæreretur an nihilominus detractis elēchis inaures deberentur: respondit, deberi si maneant inaures, quāuis margarita eis detracta sint. 9. ¶ De alio [b] idem respondit, cùm quædā ornamenta mamillatū [c] * ex cylindris triginta quatuor, & tympanis [d] margaritis triginta quatuor legasset, & postea quatuor ex cylindris, etiam sex de margaritis detraxisset.

Veste legata inspicitur consuetudo testatoris. Bartolus.

XXXIII. POMPONIVS *libro quarto ad Quintum Mucium.*

INter vestē virilē, & vestimēta virilia nihil [e] interest: sed difficultatē facit mens legantis, si & ipse solitus fuerit vti quadā veste quæ etiam mulieribus cōueniens est. Itaq; antè omnia dicendū est eam legatam esse, de qua senserit testator, non quæ re vera aut muliebris aut virilis [f] sit. Nā & Quintus Mucius * ait, scire se quendā senatorem muliebribus cænatoriis † vti solitum qui si legaret muliebrē vestē, nō videretur de ea [g] sensisse, qua ipse quasi virili vtebatur.

Qui legat aurū suum, intelligitur de eo quod potest vindicari. Bartol.

XXXIIII. IDEM *libro nono ad Quintum Mucium.*

SCribit Quintus Mucius, † si aurum suum omne paterfamiliàs vxori suę legasset, id aurū quod aurifici faciendū dedisset, aut quod eī deberetur, si ab aurifice ei repensū [h] non esset, mulieri non debetur.* Pomponius: Hoc ex parte verū est, ex parte falsum. Nā de eo quod debetur sine dubio, vtputa si auri libras stipulatus fuerit: hoc aurū quod ei deberetur ex stipulatu, non pertinet ad vxorem: cum illius factū adhuc nō sit. id enim quod suum [i] esset, non quod in actione haberet, legauit. In aurifice falsum est, si aurū dederit ita vt ex eo auro aliquid sibi faceret. nā tunc licèt apud aurificem sit aurū, dominium tamen nō mutauit:* manet tamē eius qui dedit: & tantum videtur mercedē præstaturus pro opera aurifici: per quod eo perducimur, vt nihilo min⁹ vxori debeatur. Quòd si aurum dedit aurifici, vt non tamen ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio: tunc quatenus [k] dominium trāsit eius auri ad aurificem, quippe quasi permutationem fecisse videatur, & hoc aurum nō transibit ad vxorem.

Legatum factum cum demonstratione præsentis temporis, alienatione rei non extinguitur ipso iure: sed ope exceptionis si alienatio est voluntaria. secus si necessaria. Item secus si legatum est factum cum demonstratione futuri temporis. Bartolus.

1. ¶ Item scribit Q. Mucius, si maritus vxori, cùm haberet quinque pondo [l] auri, legasset ita: Aurum quodcumq; vxoris causa paratū esset, vt heres vxori daret: etiam si libra auri inde venisset, [m] & mortis tempore

---

si non sunt. §. si. sic supra eod. l. argumento. §. si.

a ¶ *Smaragdi.* qui gemmarum numero sunt: *vt supra eo. l. & si non sunt. §. gemmæ.* Accursius.

b ¶ *De alio.* scilicet casu qui sequitur, cum quædam &c.

c ¶ *Mamillatum.* nominatiuè. aliàs mamiliarum & dicitur à mamillis. nā circa pectus portabatur. Accursius.

d ¶ *Tympanis.* secus si principale extractum esset. Azo. *& facit. s. de leg. j. l. si ex toto. in prin. & l. quod in rerū. §. fin.*

INter. CASVS. Siue Titius leget mihi vestem suam virilem, siue vestimenta sua virilia, non est vis: quia semper debentur mihi ab herede suo ea vestimēta quæ parata sunt pro ipso Titio, & non ea quæ parata erant pro vxore sua, sed in vno casu est difficultas siue quæstio super mente Titij legantis, puta si ipse Titius solitus erat vti quadam veste quæ sit conueniens etiam mulieribus. Est quęstio dico, verum dicta vestis contineatur in legato virilium vestimētorum? Et resp. eam vestem legatam esse vel videri, de qua testator sensit cum legauit vestèm vel vestimēta virilia, etiam si dicta vestis de qua sensit, erat muliebris, & non virilis. nam & Quintus Mucius ait scire se quēdam senatorem solitū vti cænatoriis muliebribus vestibus vel vestimentis, id est illis vestibus quibus vxor sua vtebatur, quæ erat quasi senatrix, vt ita dicam, cùm esset vxor senatoris: qui quidem si legaret muliebrem vestem, non videretur de ea muliebri veste sensisse qua ipse vtebatur quasi virili. verum est ergo quod ea vestis legata videtur, de qua sensit testator, & non alia. Viuianus.

e ¶ *Nihil.* sic *supra eo. l. vestis. in principio.*

f ¶ *Aut virilis.* scilicet ab initio. nam constitutione [a] scilicet animi & vsu fit de muliebri virilis, & econtra: *vt hîc, & argu. supra eodem. l. vestis. §. si. & infra de dona. inter vi. & vxo. l. sed si vir. in principio.*

g ¶ *De ea.* Imò contra: *vt infra de verbo. oblig. l. si mihi. § stipulatus.* Solu. non sic in promissis solius promittentis, sicut in his solis & solius legantis mens inspicitur. Item *contra supra de supellect. leg. l. Labeo. §. verum si ea.* Sed certè virilis & [b] muliebris vestis non genere vel substantia, sed vsu & destinatione distinguitur, sicut fundus *vt supra de leg. j. plane. in fine. & l. quod in rerum §. j. & in domo: vt supra commu. prædio. si quis duas. & facit ad. l. supra de lega. ij. l. item legato. & supra eo. l. Quintus. circa princip.* Accursius.

SCribit. CASVS. Titius dedit aurum aurifici vt aurifex faceret ei vnum vas pone postea fecit testamentum hic Titius, & vxori suæ legauit aurum suum omne, & decessit. nunc quæritur, an dictum aurum aurifici datum debeatur vxori? Et dixit Quintus Mucius quòd non. Item dixit quòd eidem vxori non debetur illud quod ei testatori deberetur ab aurifice si ab eodem aurifice ei testatori non esset repensum dictum aurum, id est ad pondus restitutum. Pomponius autem dixit quòd dictum prædicti Quinti Mucij est ex parte verum, & ex parte falsum. & est verum quantum ad id quod dixit Quintus Mucius de eo quod prædicto testatori deberetur ab aurifice si ab eodem aurifice ei testatori non esset repensum dictum aurum, & est verum dico vt non debeatur vxori cui legauit testator omne suum aurum. & est ratio quia de eo quod testatori debetur sine dubio etiam, puta ex stipulatu, dicendum est quòd non pertinet ad vxorē prædictam, vtputa si testator stipulatus fuerit ab aliquo libras auri puta. c. cū illius testatoris non sit adhuc factū dictum aurū ex stipulatione testatori debitū. id enim quod suū esset, legauit vxori testator, non autē illud quod in actione haberet. est autē dictum prædicti Quinti Mucij falsum in aurifice, si aurū dederit aurifici testator, vt ex eo auro aliquod sibi testatori fieret. est falsū dico: quia nihilominus vxori debetur. nam adhuc erat apud testatorē dominium dicti auri. si autem testator dederat aurum aurifici, vt non tātùm ex eo auro fieret sibi corpusculū, sed etiam ex alio auro. tunc non debetur dictū aurum vxori: quia dominium eius auri trāsiuit ad aurificem nam quasi permutationē videtur fecisse testator cum aurifice scilicet de auro prædicto ipsius testatoris ad corpusculum quod debebat facere testatori aurifex ex dicto auro testatoris, & ex alio auro vt dictum est. [ITEM SCRIBIT QVINTVS.] Titius habens. v. pondo siue libras auri causa vxoris suæ paratas, ita dixit in testamento suo: Quodcunque vxoris causa paratum est, id heres meus det dictæ vxori meæ. & postea vēdidit idem testator vnam de dictis. v. libris: & ita in bonis eius non fuerunt deprehensæ tempore mortis suæ nisi quatuor libræ auri de dictis. v. nunc quæritur, an heres teneatur dictæ vxori ad integras. v. libras auri? Et dicitur quod sic. distingue tamen, aut dictus testator in hoc alienauit dictam libram, quòd deminuere vellet legatum quod reliquit vxori, aut necessitate aliqua rei fortè familiaris. Primo casu repellitur mulier doli exceptione si petat integras. v. libras, secundo non: imò ipso iure debentur ei integræ. v. libræ. & hæc omnia quando legauit per verba præteriti temporis vel præsentis. secus si per verba futuri temporis, puta lego vxori meæ aurum quod eius causa paratum erit. nam tunc habet in se dictum verbum, erit, demonstrationem conditionalem, & argumentum, id est conditionem quæ arguit & restringit legatum, scilicet vt non debeatur vxori nisi illud aurum quod inuenitur in bonis tempore mortis testatoris. Viuianus.

h ¶ *Repensum.* id est restitutum ad pondus: *vt supra de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. in his.*

i ¶ *Suum.* hoc expone: *vt supra de leg. ij. l. cum artillæ.*

k ¶ *Quatenus.* i. [a] quia. *& facit supra loca. l. in naue. & de legat. iij. qui habebat. in prin. & s. eo. l. Quintus. §. argento. & ar. supra de contrahen. empt. l. si quam rem. alias* incipit, Sabinus.

l ¶ *Pondo.* parata causa vxoris. ¶ Item not. quòd hic pondo [b] libram notat, & sic pondo & libra idem sunt. Accursius.

m ¶ *Inde venisset.* i. ex illis quinque libris vendita esset vna libra.

---

† Plin. li. 9. c. 35.

Plin. lib. 37. ca. 10. 5.

* ornamenta mamillarum.

* Il. Titius.

† Cænatoriæ vestes erant tricliniares, quæ præsertim adhibebantur in cœnam: quæ & recidipna dixere Græci.

† Verba Mu-cij.

* Animi consti-tutione vestis fit muliebris vel virilis.

b Vestis non genere & substantia, sed vsu & destinatione distinguitur.

* Verba ... pomi debent.

* Ho. mutabit

Verba Mucij.

a Quatenus pro quia.

b Pondo pro libra.

a ¶ *Deprehendentur.* in bonis defuncti.
b ¶ *Articulus est.* facit *supra eo. l. si ita.*
c ¶ *Summoneatur.* Imò ipso iure videtur liberatus: *vt supra de lega. j. l. si ita scriptum.* Solu. ibi ponitur ipso iure[a]. id est æquo & naturali quasi diceret euidentissimo: hic pro mero stricto iure ponitur. hæc autem significatio frequenter[b], illa autem rarò inuenitur: *vt infra de Solu. l. Sticho. §. naturalis.* secundum R. Sed certè in §. naturalis, ponitur ius naturale pro naturali[c] obligatione. dic ergo quòd ibi in l. contra. ademit expressè, hîc tacitè. & de illa expressa dic vt nota. ʒ. *de his quæ in test. delen. l. j. in princip.*

a Ipso iure pro iure æquo, naturali & euidentissimo: interdum pro mero stricto iure.
b Ipso iure pro stricto iure frequentissimè vsurpatur.
c Ius naturale pro naturali obligatione.
† Al. continuèt.

amplius quàm quatuor libræ nõ depræhendentur,[a] in totis quinque libris heredem esse obligatũ: quoniam articulus, [b] *est*, præsentis temporis demonstrationẽ in se continet. †Quod ipsum, quantum ad ipsam iuris obligationem pertineat, rectè dicetur, id est vt ipso iure heres sit obligatus. Verum sciendum, si in hoc alienauerit testator inde libram, quòd deminuere vellet ex legato vxoris suæ: tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni: vt si perseuerauerit mulier in petendis quinque libris, exceptione doli mali summoueatur.[c] sed si ex necessitate aliqua compulsus testator, non quòd vellet deminuere ex legato: tunc mulieri ipso iure quinque libræ auri debebuntur: nec doli mali exceptio nocebit aduersus petentẽ.[d]

2. ¶ Quòd si ita legasset vxori, *Aurum quod eius causa paratum erit:* tũc rectissimè scribit Quintus Mucius, vt hæc scriptura habeat in se & demonstrationem[e] legati, & argumẽtum. ideoq́ue ipso iure, alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione:[f] nec erit vtendum distinctione, qua ex causa[g] alienauerit testator.

d ¶ *Petentem.* sci. mulierem. *& facit. ʒ. de leg. ij. l. fideicommissa. §. si rem. & l. qui concubinam. §. Stichus. & l. vxorem. §. testamento. & l. Iulianus. §. pen. & §. final. & l. nuper. & l. his verbis. in princip. & infra eo. l. medico. & supra de lega. j. l. j. & v. & vi. & infra de excep. dot. l. apud Celsum. §. præterea. & j. de adi. lega. l. seruum. & l. rem legatam. & de condit. & demonst. l. filiæ. §. sed si ita.*
e ¶ *Demonstrationem.* futuri temporis, non præsentis, quæ[d] magis dicitur conditio: *vt. ʒ. de leg. j. l. vi.* ¶ Et quod subiicit argumentum[e], id est conditionem,[f] quæ arguit & restringit legatum. Alij dicunt, id est probationem pro eo petendo.
f ¶ *In obligatione.* quia deficit condit. in ea libra.
g ¶ *Ex causa.* id[g] est ex necessitate vel voluntate quæ fit supra. *& facit. j. de doli excep. l. apud. §. præterea. & de condit. & de l. filiæ. §. si. & l. si iam. & infra de adi. leg. l. cum seruus.* Si autem non dixit, est vel erit, sed simpliciter dixit, seruos meos, tunc serua quod dicitur: *ʒ. eo. l. si ita.*

d Demõstratio futuri tẽporis pro cõditione habetur.
e Argumẽtum pro cõditione arguente, vel probatione.
f Conditio arguit & restringit legatum.
g Alienationes à nobis fiunt, necessitate vel voluntate.

Quando legatur certũ pondus auri, liberatur debitor æstimationẽ soluendo: tamen ipsum aurum est in cõdemnatione & obligatione. Bartol.

XXXV. PAVLVS *libro quartodecimo Responsorum.*

T*Itiæ amicæ meæ, cũ qua sine mẽdacio vixi, auri põdo quinque dari volo.* Quæro, an heredes ad prẽstationẽ integrẽ materiẽ auri, an ad pretium, & quantum præstandum compellendi sint. Paulus respondit, aut aurum ei de qua quæritur, præstari oportere: aut pretium auri quanti cõparari potest.[h] 1. ¶ Item quęro, si lite contestata, prætor ita pronuntiauit, vt materia præstetur: an tutores audiendi sint ab hac sententia pupillum[i] aduersus quẽ pnuntiatum est, apud successorem eius[k] in integrum restituere volentes. Paulus respondit prætorem qui auro legato certi ponderis materiam præstari iussit, rectè[l] pronuntiasse videri.

TItiæ.] CASVS. Seius fecit testamentum, & ita in eo dixit, Titiæ amicæ meæ cum qua sine mendacio vixi, volo dari v. põdo auri. & decessit postea. nunc quæritur, an heredes eius sint cõpellendi ad præstandum Titiæ integra. v. pondo auri, an ad pretium, & ad quantum pretium? Et dicitur quòd possunt præstare quod volunt: & si præstent pretium, debent præstare tantum quãtum operari potest dictum aurum. Sed pone quòd heredibus non soluentibus Titia egit contra eos, & litem fuit cum eis contestata, & decessit relicto herede quodam pupillo cui tutores dedit: & prætor coram quo fuit lis contestata, pronuntiauit vt materia prædicti auri præstetur dicto pupillo heredi Titiæ tutores autem volunt in integrum restituere dictum pupillum aduersus dictam sententiam, nunquid possint? Et dicitur quòd non, & hoc secundum glossas communes. Ego autem credo quod dictus pupillus erat vnus de heredibus testatoris, & non Titiæ legatariæ, & ideo volebant tutores pro eo in integrum restitutionem: quia in sententia videbatur ei ablata potestas soluendi pro sua parte æstimationis auri, cùm in sententia contineretur tantùm de materia auri, & non de æstimatione. sed non habet locum restitutio, cum adhuc iusta æstimatio possit solui.

h ¶ *Potest.* ad hoc *supra eod. l. j. §. si. & l. cum centum. & l. cum aurum. in princip. & C. de dona. l. si quis argentum. in princi.* Sed arg. contra *infra de solu. l. Paulus respond.* sed hic non habet creditor damnum.
i ¶ *Pupillum.* heredem Titiæ. Accursius.
k ¶ *Eius.* scilicet prætoris. Accursius.
l ¶ *Rectè.* & tamen adhuc iusta æstimatio posset solui: *vt supra de lega. j. l. non amplius. §. cum bonorum. & de vsufruct. lega. l. generali. § fina. & l. fundi. & de lega. ij. l. Titia. eo. in princip. & de lega. j. l. si domus. §. qui cõ fuentur.* Sed argu. *contra in ea. l. §. cum alicui.* Accursius.

Legato poculo aureo, licèt nullum aureum poculum inueniatur in bonis legantis, debetur tamen aliud poculum alterius materiæ.

XXXVI. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

S*Eiæ dulcissimæ poculum aureum quod elegerit, fidei heredum cõmitto vt dent.* Quæro, cum in hereditate non sint nisi truellæ, † scyphi, modioli, phialæ, an Seia de his speciebus eligere possit. Respondit cùm omnia potui parata, pocula dicuntur, posse eam ex his eligere.[m]

SEiæ.] CASVS. Titius fecit testamentum, & ita in eo dixit, committo fidei heredum meorum vt dent Seiæ amicæ meæ dulcissimæ poculũ aureum quod elegerit. & decessit. in hereditate autem sua non inueniuntur nisi truellæ, id est vasa ad bibendum, habentia collum nodosum, & scyphi, & modioli, & phialæ. vnde quæritur, an Seia prædicta possit eligere ex his speciebus? Et dicitur quòd sic, cùm omnia potui parata, dicantur pocula. Viuianus.

m ¶ *Eligere.* licèt non sint aurea. Non ergo verbum, aureum[a], à testatore expressum restringit generalitatem poculi. *sic supra de vino lega. l. si in princi. & supra de lega. j. l. si cui serui. & supra eo. pedilis. §. quidam.*

† Trullæ. vide apud Alcia. lib. Parerg. 7. cap. ... itemque apud Alexan. ab Alexan. lib. 3. Geni. dier. ca. ...
a Aureis vasis legatis, si nulla sint aurea sed argentea tantùm, argentea debentur, vt hîc. quod vt singulare cõmendat Guido Papæ singul. 182.

XXXVII. PAVLVS *libro vicensimo primo Responsorum.*

ORnamentorum appellatione vestem muliebrem non contineri, nec errorem heredis[n] ius mutasse respondi.

ORnamentorum.] CASVS. Titius legauit vxori suæ ornamenta ei vxori destinata. Certè non continetur in legato vestis muliebris. nam ornamentorum appellatione non continetur vestis muliebris. nec error heredis soluentis vestem dictæ legatariæ potest mutare quod dixi. Viuianus.

XXXVIII. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

TItia testamento, item codicillis multas species tam

n ¶ *Heredis.* qui soluit, vel[b] fuit confessus extra ius muliebrem vestem: *vt. C. de iuris & facti igno. l. cum testamentum.* secus si in iure[c]: *vt. j. de confess. l. non fatetur.* ¶ Item nec[d] testatoris error facit ius: *vt. ʒ. de sup. le. Labeo.* sed vniuersitatis sic, vel principis: *vt ʒ. de inoffic. præsi. l. si. & ʒ. de supell. lega. l. iij. §. fina.* Item facit. *ʒ. de vsufru leg. l. Sticho. & ʒ. eo. l. argumento. §. ornamenta. & de lega. ij. l. vnum. §. si rem. & de lega. j. l. si domus. §. j.*

b Errones solutio aut confessio extraiudicialis ius non mutat.
c Iuris scripti positioni non respõdẽdũ esse sed non scripti hinc colligit. Exeas ad titul. de cõstitutionib. num. 80.
d Error vniuersitatis, vel principis ius facit non priuati, etiam testatoris.

TItia.] CASVS. Titia fecit testamentum, & instituit sibi heredẽ Seium, & legauit mihi multas species argenti & vestis, demonstrando eas nominibus expressis vel ad oculum vel ad intellectum, & credendo omnes dictas species esse suas, cùm quædam earum tantùm essent suæ. postea fecit codicillos, & in eis cuidam alij legauit alias certas species argenti & vestis, & eodem modo. & postea decessit. nunc quæritur, an non aliæ species legato cedãt, quàm in hereditate eius Titiæ inuentæ essent? Et dicitur quòd illæ cedunt quæ inuentæ sunt in hereditate. De cæteris autem quæ non sunt in hereditate, debet heres cauere legatariis, vt eis præstentur postea, si inuentæ fuerint in hereditate.

[SEMPRONIÆ.] Titius dixit ita in testamento suo. Semproniæ hoc amplius coopertoria Tabiana, & tunicas tres

cum

cum palliolis quæ elegerit, dari volo. & decessit postea. nūc quæritur, an dicta Sempronia possit eligere dictas tunicas & palliolas ex vniuersa veste quæ erat in Synthesi ciuitate vbi morabatur dictus testator: & an heres teneatur emere illas quæ ipsa elegerit: Et distinguitur: aut in bonis dicti testatoris relictæ sunt tunicæ & palliolæ, aut non. Primò casu potest Sempronia eligere dumtaxat ex his quæ sunt relictæ in bonis. Secundo debet præstare heres eidem Semproniæ aut tunicas & palliolas ex Synthesi, aut veram æstimationem earũ.]Seia testamento.] Seia ita cauit in testamento suo: Si mihi per conditionem humanam nihil contigerit, id est si vixero, ego ipsa faciam signum Dei ex libris cẽtum in illa ęde sacra, & in patria mea statuã dictum signũ cũ subscriptione mei nominis. si autem non vixero, ab heredibus meis fieri volo & iubeo prædicta. nec distinxit vtrũ facere deberent ex auro vel argento, vel ære. & postea decessit dicta Seia. nunc quæritur, cùm in eo tẽplo siue æde sacra nõ sint nisi aurea aut argentea dona siue signa Dei, an heredes eiusdem Seiæ sint consulendi & compellẽdi ponere signum Dei aureũ, vel argẽteũ, vel æneum? Et dicitur quòd argenteum. Viu.

argenti quàm vestis specialiter[a] per fideicõmissum reliquit. Quęro, an non aliæ species legato cedant, quàm quæ in hereditate inuentę essent. Respondit, eas cedere quæ inuentæ essent: de cæteris cauendum, vt si inuẽtæ essent, præstentur.

Optio legata intelligitur de iis quæ sunt in hereditate si reperiuntur, aliàs de iis quæ venduntur. Bar.

1. ¶ *Semproniæ Piæ amplius coopertoria Tabiana,*[b] *& tunicas tres cũ palliolis quæ elegerit,*[c] *dari*[d] *volo.* Quæro, an ex vniuersa veste, id est an ex synthesi[e] tunicas singulas,[f] & palliola Sempronia eligere possit. Respondit, si essent[g] tunicæ singulares cum palliolis relictæ, ex his[h] dumtaxat eligi posse. quod si non est,[i] † heredem vel tunicas & palliola, sed ex synthesi præstaturum,[k] vel veram æstimationem[l] earum.

In fauorem religionis in dubio intelligitur quod est maius. Bar.

2. ¶ Seia testamẽto ita cauit, *Si mihi per conditionẽ humanã cõtigerit,*[m] *ipsa faciã. sin autem.*[n] † *ab heredibus meis fieri volo, iubeoq́; signũ Dei*[o] *ex libris cẽtum in illa sacra æde & in patria*[p] *statui*[q] *[cum] subscriptione nominis mei.* Quæsitum est, cum in eo templo non nisi aut ęrea aut argentea[r] tantùm sint dona,[s] heredes Seiæ vtrum ex argento, an ex auro signum ponere compellendi sunt, an æreũ. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, argenteum ponendum.

Mundo muliebri legato cedunt solùm ea quæ vtendi causa vxori sunt tradita. Bartolus.

XXXIX. Iavolenvs *libro secundo ex Posterioribus Labeonis.*

SI vxori mũdus[t] muliebris legatus esset: ea tantummodo deberi Ofilius, Labeo responderunt, quæ ex his[u] tradita[x] vtendi causa vxori [à] viro fuissent. aliter enim interpretãtibus, summam fore captionem,[y] si vascularius[z] aut faber argentarius vxori ita legasset.

Argentum quod est depositum vel commodatum vt habeatur de proximo, in domo esse videtur. Bar.

1. ¶ Cum ita legatum esset, *Argentum quod domo*[*] *meæ erit cùm moriar:* Ofilius, nec quod depositum[a] à se, nec quod commodatum reliquisset, argentum legatum videri respondit. idem[b] Cascellius de commodato. Labeo quod depositum esset, ita deberi

a ¶ *Specialiter.* propriis nominibus expressis, vel ad oculum vel[a] ad intellectũ[b] demonstrãdo. *ad quod.* ʒ. *si cer. pet. l. certũ.* & aut credidit suas, & tũc expones hoc. ĵ. inuentæ, id est rehabitæ. aliàs enim non valet: *vt.* ʒ. *de lega.* j. *l. si domus. in prin.* Nec ob. ĵ. prox. §. vt ibi dices. Si autem sciebat quasdam aliàs, tunc dic inuentæ scilicet venales. nam vel ipsæ vel æstimatio debetur: *vt.* ʒ. *de lega.* ij. *l. non dubium. & facit.* ʒ. *eo. l. Seiæ. & de leg.* ij. *l. vnum.* §. *si rem.* Accur.

b ¶ *Tabiana.* à loco sic dicta. Accursius. Italiæ ciuitate.

c ¶ *Elegerit.* sc. Sempronia.

d ¶ *Dari.* sc. generaliter: quia ex his etiam quæ testatoris non erant, competere sibi electionem putabat legataria. Accur.

e ¶ *Synthesi.* à[e] loco sic dicto.

f ¶ *Singulas.* s. res.

g ¶ *Si essent.* in testatoris bonis. Accur.

h ¶ *Ex his.* ¶ Not. restringi[d] larga verba testatoris propter eius mentem quæ talis præsumitur, *argu.* ʒ. *de leg.* ij. *l. vnum.* §. *si rem. &* ʒ. *eo. l. Seiæ.*

i ¶ *Non est.* i. non ita res est. *al. essent.* s. tunicę in testatoris bonis.

k ¶ *Præstaturum.* non ergo est nullum. & sic est contra. ʒ. *in prin. huius. l. & de lega.* j. *si domus.* sed in illis de certis rebus sensit. hic non. Accursius.

l ¶ *Aestimationem.* Not. aliud.[e] s. æstimationem,[f] pro alio solui. *sic.* ʒ. *eo. l. Titia. cum suis concord.* Sed quæ erit hæc æstimatio,[g] cũ in genere sit relictum? Respon. quòd ipsa eliget illud quod æstimabitur.

m ¶ *Contigerit.* i. si vixero. Accur.

n ¶ *Sin autem.* i. si non vixero: siue habeas, non, siue desit. Acc.

o ¶ *Dei.* vt crucem,[h] secundũ Hug. Sed certè hoc tempore Christus non venerat in virginem. vnde dic quandam imaginem.

p ¶ *Patria.* scilicet sua.

q ¶ *Statui.* i. erigi cum subscriptione: quo continebatur quòd ipsa fecerat fieri. Accurs.

r ¶ *Argentea.* Imò videtur quod minus[k] est, vt æneũ: *vt.* ʒ. *de le.* j. *l. si ita. in fi. & de lega.* iij. *l. nummis.* Solut. secundum. R. fauor est religionis.[l] *argu. supra de relig. sunt personæ.* Item legatarij dignitas,[m] qui est Deus,[n] vel templum. *arg. supra de lega.* j. *le. si seruus.*

ff. Infort.

plurium. §. *fin.* Accursius.

s ¶ *Dona.* i. huiusmodi signa Dei, de quibus dicitur, *Instit. de rerum diui.* §. *nullius.* Accur.

SI vxori.] Casvs. Titius legauit vxori suæ mundum muliebrẽ. quæritur, quid in legato continetur? Et dicitur quòd ea tantùm continẽtur quæ ex his in mundo contentis fuissent tradita causa vtendi vxori à viro. nõ autem indistinctè omnia quæ possent contineri in mundo. si autem diceremus contineri indistinctè omnia quæ possent contineri in mundo, maxima captio esset heredum testatoris si ipse testator erat vascularius, aut faber argentarius. nam omnia vasa deberentur vxori quæ habebat venalia, in quibus fortè emendis causa lucri posuerat totũ suum.] Cvm ita legatvm.] Titius deposuit apud me quatuor marcas argenti. Item commodauit Seio quatuor scutellas argenteas: & postea fecit testamentum: & ita in eo dixit: Argentum qđ in domo mea erit cùm moriar, lego Gaio. & postea decessit. nunc quæritur, an videatur legatum Gaio dictum argentum cõmodatum & depositum? Et dicit Ofilius quòd non. & Cascellius dixit idem de argento prædicto commodato. sed de argento deposito dubitauit. Labeo autem distinxit in dicto argento deposito: scilicet aut erat depositũ præsentis custodiæ causa, aut perpetuæ custodiæ causa. Primo casu debetur dicto legatario, secundo non. Et est ratio quare debetur in primo casu: quia dicta verba testatoris, quod in domo mea erit &c. sic accipi solebant, siue solẽt debere esse &c. id est dicta verba testatoris, argentum quod in domo mea erit cùm moriar &c. exponuntur, id est argentum etiam quod in domo mea esse debet. prædictum autem argentum depositum debet esse in domo testatoris id est debet intelligi esse in domo testatoris, cum fuit depositum præsentis custodiæ causa, Sed quid si dictus testator legauit dicto Gaio argẽtum quod in fundo Tusculano cùm moreretur testator, habuisset idem testator: & postea antequam moreretur idem testator, fecit transferri in dictum fundum centum marcas argenti, vt ibi perpetuò esset: nunquid illud argentum sic translatum debebitur legatario? Et dicitur quòd sic. non autem ei deberetur si sine iussu testatoris esset translatum in dictum fundum Tusculanum. Viuianus.

t ¶ *Si vxori mundus.* Quid sit mundus,[a] dic: *vt.* ʒ. *eo. l. argum.* §. *mundus.* Accur.

u ¶ *Ex his.* mundo contentis. Accur.

x ¶ *Tradita.* idem si destinata:[b] *vt.* ʒ. *de lega.* iij. *item legatarius.* §. *item interest.* Si autem nil datum vel destinatum est, teneretur quãtum ad eius vsum sufficit: *vt.* ʒ. *de lega.* iij. *l. cùm quæreretur.* §. *lana. in fin.*

y ¶ *Captionẽ.* quæ euitari[c] debet: *vt.* ĵ. *de vsucap. l. si rem. &* ʒ. *quod met. cau. l. si cum exceptione.* §. *aliquando. & de transact. l. cũ Aquiliana. & de contra. emp. l. in lege.*

z ¶ *Vascularius.* qui[d] facit vasa in quibus continentur pertinẽtia ad mundum, & vendit. Item dicitur faber, cùm sit largum verbũ: *vt.* ĵ. *de verb. signifi. l. ferri.* §. j.

a ¶ *Depositum.* quidam dicunt ab alio depositum vel cõmodatum apud se testatorem: pro quibus est. ĵ. *l. proxi. in prin. &.* §. j. & quod dicit, à se, scilicet legatum: Sed melius dicas, à se depositum apud alium, vel commodatum alij.

b ¶ *Idem.* s. non deberi. Accur.

Marginal notes (left): † essent. † Hoc sin minus ex Græci ... Bud. August. inter Græcis nos numerat li. 2. c. 1. a Expressum dicitur quod vel proprio nomine expressũ vel ad oculũ, vel ad intellectum demonstratum. b Intellectu solo eã quæ dã expressa intelliguntur. c Vide apud Alciat. li. 2. Parer. ca. 21. d Generalia verba testatoris ex eius mẽte restringuntur. e Solui aliud pro alio potest. f Æstimatio rei, aliud à re ipsa. g Genus æstimari potest data electione eius quod æstimandum est. h Ita Græci quoque perperam hunc locũ interpretãtur. Balsamon Nomocano. 2. c. 1. i Subscriptiones nominum signis deorum ponebãtur, eorum qui signa ponebant. k Minimũ an & quãdo præstandum. l Generis legato regulariter debetur id, qđ minimum est in illo genere. Gl. 37. ʒ. de leg. l Verum id fallit fauore religionis. vt hic. & piæ causæ, in qua id quod maius est præstari debet. v. Tiraq. 25. priuilegio piæ causæ. m Dignitate legatarij auge[tur] legatum. n Deo legari potest.

Marginal notes (right): * domi. a Mundus muliebris. b Destinati & traditi similitudo. c Captio vitãda est. d Vascularius.

a ¶ *Custodiæ*. quasi possit habere testator quãdo vult:sed in commodato secus, nisi vsum perficiat commodatarius: *vt.§.commo.l. in commodato.§.sicut.*

a Thensaurus impropriè interdum accipitur.

b ¶ *Thensauro*. impropriè[a] dicitur thensaurus hic: vt & aliâs.§. *de rei vindic.l.à tutore.* ¶ Et nota quòd quę perpetuitatis causa vel quasi inde amouentur, non videntur esse aliâs sic: *vt.§.de lega.j.l.huiusmodi.§.legatum. & de leg.iij.l.si ita.cum suis concordantiis.*

* domi.

c ¶ *Solebat*. sic ergo futurum[b] ponitur pro pręterito. *sic.j.de verb. signi.l.verbum erit.*

b Futurũ pro pro præterito.

d ¶ *Habuisset*. testator.

e ¶ *Vrbe*.s.Roma.

c Iniussus pro non iussu.

f ¶ *Iniussu*. ad[c] est nõ iussu. *ad quod.§.de leg.ij.l.cum ita legatur.in prin.*

g ¶ *Translatum*. vt ibi perpetuò sit. Accur.

si præsentis custodiæ[a] causa, non perpetuæ, veluti thensauro,[b] depositũ esset: quia illa verba, *quod domo* meæ erit*, sic accipi debere, esse solebat.[c] Et hoc, pbo. 2. ¶ Atteius Seruium respõdisse scribit, cui argentum quod in Tusculano fundo cũ moreretur habuisset,[d] legatum esset: & quod ántequam moreretur, ex vrbe[e] in Tusculanũ iussu testatoris translatum esset, deberi. contra fore, si iniussu[f] translatum[g] esset.

Oratio indefinita restringitur ad præsens tempus. Bart.

XL. SCÆVOLA *libro septimodecimo Digestorum.*

MEdico suo contubernali,[h] & cõmunium expeditionum comiti, inter cætera ita legauerat: *Argentum viatoriũ† meũ dari volo.* Quæsitum est, cùm paterfamiliâs in diuersis tẽporibus reipublicæ causa abfuerat: quod viatorium argentum hoc legato cõprehensum esse videtur. Respondit, quod habuisset argentũ viatorium eo tẽpore cùm testamentum[i] faciebat, deberi.

Dictio hoc amplius, legati dationem inducit. Bart.

1. ¶ Vxori suæ testamento ita legatũ est: *Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argẽtum balneare.* Quęsitum est, an etiam id argentum quo diebus festis in balineo vti consueuit, legato cedat. Respondit, omne legatum[k] videri.

Legato generis non derogatur per legatum speciei inualidum. Bar.

MEdico.] CASVS. Titius paterfamiliâs diuersis temporibus reipublicæ causa abfuerat, & secum duxerat Seium medicum, & in qualibet vice portauerat secum dictus Titius de vasis argenteis in via necessariis. postea fecit testamentum, & dicto medico inter cętera ita legauit: Argentum viatorium meum dari volo Seio medico meo cõtubernali & comiti communium expeditionum. & postea decessit. nunc quæritur, quod argentum viatorium videatur esse comprehẽsum in hoc legato? Et dicitur quòd debetur medico omne argentum viatorium quod testator habebat eo tempore cùm faciebat testamentum. [VXORI.] Titius legauit ita vxori suæ: Semproniæ dominæ meæ hoc amplius lego argentum balneare. Certè continetur legato non solùm illud argẽtum quo vtebatur Titius in balneo diebus non festiuis, sed etiam illud quo vtebatur Titius in balneo diebus festiuis. [MVLIER.] Titia decedens, ornamenta ita legauit Seiæ: Seiæ amicæ meæ volo dari vniuersa ornamenta mea. & postea ita scripsit in eodem testamento, volo me funerari arbitrio mei viri, & volo mihi vel mecum inferri in sepulturam quæcunque sepulturæ meæ causa feram vsque ad sepulturam, ex ornamẽtis meis scilicet lineas duas ex margaritis meis, & viriolas sex ex smaragdis meis. & postea decessit dicta Titia testatrix. maritus autem suus & heredes sui Titiæ non sepelierunt cum ea testatrice ornamenta prædicta quæ corpori testatricis iussi erant adiicere, scilicet duas lineas margaritarum, & sex viriolas smaragdorum. nunc quæritur, ad quem debeant pertinere, vtrum ad Seiam cui ornamẽta vniuersa reliquerat, an ad heredem? Et respon. quòd ad Seiam debeant pertinere. Viuianus.

† Indefinitum quãdoque trahitur ad futurum. *Bart.in.l. si ita.j. de auro & arg.leg. in.l. fi. quæ res pign. obli.pos. vbi de indefinita oratione plenè tractat.*

h ¶ *Contubernali*. qui secum in castris cohabitabat: *vt.§ commo. l.rem.§.in exercitu.* Accursius.

d Præsens seu testamenti tẽpus an inspiciatur.

i ¶ *Testamentum*. Nota inspici præsens,[d] seu testamẽti tempus: *vt.§.de leg.iij.l.nomen.§.j. & l.vxorem.§.testamento. & l.nuper.§. his verbis.in prin. & .j.titu.j.l. Aurelius.§.ij.& iij. & l.fi.§.fi. & .§. de constit.pecu. l.item illa. §.quod adiicitur. & .§.de testa.l.ad testium.§.j. & .§.eod.l.si ita.* Arg contra.§.*tit.j.l. Mela.§.j. & .C.quæ res pign.ob.poss.l.fi. & .§.de vino lega.l.quidam.in prin. & .C.ne de statu defun cto.l.si mater. & de leg.ij.l.si ita quis.* Accur.

e Generali verbo argenti, omne argentum intelligitur.

k ¶ *Omne legatum*. est nempe humanius verbo generali[e] omne argentum significari: *vt.§.de ser.vrb.prædi.l.si seruitus.* Ro. & dic omne, scilicet balneare. *& facit.§.de trit.leg.l.quidam.in prin. & .j.tit.j.l. Aurelius.§.ij. & .§.de leg.iij.l.si tibi purè.* Accur.

l ¶ *Inferri mihi*.i.sepeliri mecum. Accursius.

m ¶ *Ornamentis*. subaudi.s. & sic restringit præcedens, quæcũque.

n ¶ *Viriolas*. genus ornamẽti, vt bocuncelli, vel canolete, & smaragdi sunt intus in bocũcellis: *vt.§.eo.l.argumento.§.ornamenta.* in quo sex smaragdi, id est gemmę insunt: *vt.§.eo. l. & si non sunt.§.gẽma.*

o ¶ *Adiici*.i.adiicere.

p ¶ *Pertinere*. vel quia inepta fuit voluntas: *vt.§.de leg.j.l.si seruo alieno.§.fi.* Vel quia sub cõditione videtur ademisse ab vniuersali legato, scilicet si secum sepeliantur. *vt.§.de leg.ij.l.antepe.§.à te. & de exce.do.l.purè.in prin. & .§.de condi.ob cau.l. si heres. & .j.de condit. & demonst.l.si cum. & l.quibus.§.fi.*

2. ¶ Mulier decedens ornamẽta legauerat ita, *Seiæ amicæ meæ ornamenta vniuersa dari volo.* Eodẽ testamẽto ita scripserat, *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi*[l] *quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamẽtis,*[m] *lineas*† *duas ex margaritis, & viriolas*[n] *ex smaragdis.* Sed neque heredes neque maritus cùm humi corpus daret, ea ornamenta quæ corpori iussus erat adiici,[o] dederunt. Quęsitum est, vtrum ad eam cui ornamenta vniuersa reliquerat, pertineant, an ad heredes. Respondit, non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.[p]

† Linea hic sumitur quemadmodum. *§. ad.l. Aquil.l.si seruus seruum. §.si cum mari-* ... pro lineo scilicet filo seu funiculo qui per medica voionia ... lei.

DE LIBERATIONE legata.

TITVLVS III.

Potest legari alicui res sua quam debet alteri actione personali, vel si est alteri obligata.

1. VLPIANVS *libro vicensimoprimo ad Sabinum.*

OMnibus debitoribus ea quæ debent, rectè legãtur,[q] licèt domini[r] eorũ sint. 1. ¶ Iulianus scripsit, si res pignori data legetur debitori à creditore, valere[s] legatum, haberéque eum actionẽ, vt pignus recipiat prius quàm[t] pecuniam soluat. Sic autem loquitur Iulianus, quasi debitum non debeat lucrari.[u] Sed si alia testantis voluntas fuit,[x] & ad hoc peruenietur exemplo luitionis.[y]

DE LIBERAtione[a] legata.

Olim non satis bene constabat an debitoribus posset liberatio legari, sed vt ait.l.3. iam certum est posse, & quidem omnibus.l.j. id est siue iure ciuili deb. aut siue honorario, siue ex contractu siue quasi ex contractu.l.24. De leg. 3. & siue rem suam siue rem nostram. l.9. §.vlt. hoc tit.l.cùm seruus.§. si Titius. De leg.1. *& in totum vel pro parte.* l. cùm quis. §. nuptura. De leg.3. *& effectus legati hic, vt legatarius possit agere vt acceptilatione vel pacto liberetur & si conueniatur tueri se exceptione doli mali. quare legati huius cautionẽ ex edicto postulat nullam. Cuia.*

a vide in hunc locum ... libro ... legatum ... 40.

OMnibus.] CASVS. Titius promisit mihi Stichum & Pamphilum seruos suos. ego autem feci testamentum, & legaui ei ipsos seruos, vel propter eos liberationem. Certè valet legatum: licèt Titius sit dominus Stichi & Pamphili prædicti. omnibus enim debitoribus rectè legantur ea quæ debent. Sed quid si dictus Titius non promiserat mihi dictos seruos, sed obligauerat mihi pro.x. pone, & ego legaui ei eos? Certè valet legatum: similiter & habebit actionem contra heredem meum vt recipiat seruos pigneratos prius quàm soluat pecuniam. nõ autem liberatur propter hoc à debito: nisi hoc voluisset testator: quia tũc bene liberaretur à debito, sicut liberaretur si debitor luisset pignus soluendo creditori pecuniam. Viuianus.

q ¶ *Legantur*. vt *Instit.de lega.§.si quis debitori.* Accursius.

r ¶ *Domini*. vnde cõmuni ratione videbatur non valere: *vt Insti. de lega.§.si rem legatam. & supra de leg.ij.l. Mauius.§.pen.in fin.* Accursius.

s ¶ *Valere*. valet ergo in propria re legatarij. & sic est contra. *C. de lega.l.proprias. & alia plures.* Solu. valet ratione iuris[b] quod habet testator: *vt.§.de leg.j.l.si domus.§.fi. & l.senatus.§.fi.*

t ¶ *Prius quam*. quod aliâs non esset: *vt supra de pig.act.l.si rem. §.omnis.*

u ¶ *Lucrari*. scilicet legatarius, eo quòd sit legatum ei pignus.

x ¶ *Fuit*. scilicet quòd omnis obligatio remittatur. quod præsumitur secundùm Ro. quod non[c] placet. & aliud est in cautione, d & est ratio differentiæ: vt not.§. *de pac.l. Labeo. & l.postquam.*

y ¶ *Luitionis*. i. sicut[c] liberatur pignus solutione debiti: ita per legatũ, si hoc expressè voluit testator. *& facit.§.de leg.iij.l.iij.§.fi.*

b Ius quod in rem debitorem nobis competit, ipsi debitori legari sumus ... scilicet ... eoque ... testator non ... minium ... ius legat.

c Legans debitori pignus non ... testator debitum remisisse. Nam legando pignus quod est accessorium, non videtur legare debitum quod est principale. vide Mant... de coniect... vlt. volunt. ...

d Cautione chirographaria debitori à creditore reddita, debitum intelligitur remissum debitori. vt notatur in.l. postquam. ... de pactis. at non pignore reddito vt ibi notatur. quid pignore legato non intelligitur in debio debitum remissũ. Quid hypothecaria intelligitur debitori ... casu ... sic videtur ... Bart. hic ... l.si tibi. ... ga.i. Albert... in.l. Labeo ... postquam ... pactis. ... d. l. si tibi ... man. ... nisi ... voluntas testatoris ... tor.

e An vt solutione debiti ita per legatum debitum intelligi possit remissum & quo modo.

Heredem.

HEredem.] CASVS. Titius debebat mihi. x. & habebam ab eo fideiussorem. feci ego testamentum, & in eo damnaui heredem meum vt non peteret à fideiussore prædicto. nunquid poterit heres petere à reo principali? Et Celsus putat quòd sic. Secus autem credit econtra, scilicet si damnaui heredem ne peteret à reo nam eo casu si petat à fideiussore heres tenetur reo actio. ex testamento. illud autem quod non potest heres petere à reo propter liberationem, non poterit petere etiam heredis heres. Viuianus.

Damnatus heres non petere à fideiussore, petere potest à reo principali, secus econtra.

II. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

HEredem damnatum à fideiussore non petere, à reo petere posse: sed à reo petere vetitum, si à fideiussore petat, reo ex testamento teneri Celsus putat. 1. ¶ Idem Celsus ait, nullam dubitationem habere, quin herede petere à debitore vetito, nec heres heredis[a] petere possit.

Qui dat vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquere. Bart.

III. VLPIANVS *libro vicensimo tertio ad Sabinum.*

LIberationem debitori posse legari iam certum est.[b] 1. ¶ Sed & si chirographum† quis decedens debitori suo dederit,[c] exceptionem ei competere puto, quasi pro fideicommisso huiusmodi datione valitura. 2. ¶ Iulianus etiam* libro quadrangensimo Digestorum scripsit, si quis decedens[d] chirographum Seij[e] Titio dederit, vt post mortem suã Seio det: aut si conualuisset, sibi redderet deinde Titius defuncto donatore Seio dederit, & heres eius petat debitum: Seius doli exceptionem habet.

Legatum liberationis importat vt debitor acceptilatione liberetur si est solus, & habet conreum socium. si habet conreum non socium, pacto liberari debebit. Bart.

3. ¶ Nunc de effectu legati videamus. Et si quidem mihi liberatio sit relicta, cùm solus sim debitor, siue à me petatur, exceptione vti possum: siue non petatur, possum agere vt liberer per acceptilationẽ.[f] Sed & si cum alio sim debitor (puta duo rei fuimus promittendi) & mihi[g] soli testator consultum voluit: agendo cõsequar, non vt accepto liberer, ne etiã conreus meus liberetur cõtra testatoris voluntatem sed pacto liberabor.[h] Sed quid si socij fuimus? videamus ne per acceptilationem debeã liberari. alioquin dum à cõreo meo petitur, ego inquietor.[i] Et ita Iulianus libro trigensimosecundo Digestorum scripsit, si quidem socij[k] non

a ¶ *Heredis.* personæ nec[a] enim coheret personæ hæc prohibitio, nisi exprimat contra: *vt argum. infra eodem. l. non solum nostrum. §. j. & . ij. & supra de lega. j. l. seruo alieno. §. testamento & facit ad hanc. l. infra de fideiuss. l. testamento in prin. & supra de pac. l. & heredi. §. fina. & sequentibus vsque ad. l. si vnus. & de proba. l. si pactum. & . C. de hered. institut. l. fina. & de vsufru. l. antiquitas. & infra de verbor. signific. heredis & supra de testament. tu. l. si quis ita. §. j. & de lega. ij. si plures. in fine. & infra de verbor. signific. l. sciendum. in princip.* Accursius.

LIberationem.] CASVS. Per. l. j. huius titu. paret quod liberatio potest debitori legari. Sed quid si decedens reliquit dandum debitori suo chirographum debiti? Certè competit exceptio debitori contra heredem. & idem credo si ipsemet decedens dedit chirographum debitori & pro hoc faciunt verba quæ sunt in fine, quasi pro fideicomniss. &c. quodcunque tamen dicas, non facio vim. Viuianus.

b ¶ *Certum est.* vt. ~~s~~. *eod. l. j.*

c ¶ *Dederit.* ipsemet: licet hoc non sit de natura legati, sed donationis causa mortis.[a] Vel dic[b] id est dandum reliquerit: *& facit. C. de donat. l. j. & . ~~s~~. de leg. iij. l. qui chirographum. & de lega. j. l. serui filij. §. eum qui. & de pact. l. Labeo. & . C. de remis. pign. l. creditricem.*

Si quis.] CASVS. Seius debebat Gaio decem, & inde erat chirographum. Gaius autem decedens dictum chirographum dedit Titio, vt post mortem suam Gaij det idem Titius dicto Seio: aut si cõualuisset Gaius creditor, sibi debitori redderet Titius dictũ chirographum. & postea decessit Gaius donator & postea dictus Titius dedit dictum chirographum dicto Seio. heres autẽ dicti Gaij donatoris petit à Seio dicta. x. Seius certè habet contra eum doli exceptionem. [NVNC DE EFFECTV.] Viso qualiter liberatio potest legari debitoribus, videndũ est de effectu legati liberationis. Et certè si mihi sit relicta liberatio, cùm solus sim debitor, siue heres creditoris petat à me, excep. vti possum. siue non petat, possum agere contra eum vt me liberet. sed & si cum alio sim debitor, puta quia sumus duo rei promittendi, & mihi soli voluit consultum testator, qui mihi liberationem reliquit, agendo ego contra heredẽ, consequar vt liberer pacto, & non per acceptilationem: ne etiam conreus meus liberetur cõtra voluntatem testatoris, nisi essemus socij ego & dictus meus conreus, quia tunc bene deberet liberari per acceptilationem, etiam si testator voluit mihi consultũ. & illa acceptilatio proderit etiam dicto meo conreo & consocio: nam si diceremus in hoc casu non liberandum me per acceptilationẽ, ego viderer inquietari dum inquietatur ab herede dictus meus cõreus, & sic socius: quod esse non debet. Sed nunquid dictus meus conreus & socius habetur in hoc casu pro legatario, scilicet vt possit agere ex testamento vt liberetur? Et dicitur quòd sic, si liberatio est mihi relicta non solùm mea cõtemplatione, sed etiam sua. Item & in alio casu habetur pro legatario etiam ille cui non est legatum puta si Gaius meus amicus legauit Titio creditori meo illud quod ego eidem Titio debebam: & hoc fecit gratia mea, vt ego liberarer. nam in hoc casu etiam sum legatarius, quamuis nihil sit mihi legatum: & possum agere contra heredem dicti Gaij vt soluat debitum creditori meo prædicto. & etiam creditor meus est legatarius, quamuis ego sim soluendo. nam interest dicti mei creditoris habere duos conreos, scilicet me & heredẽ dicti Gaij mei amici. & potest agere dictus meus creditor actione ex testamento contra heredem dicti Gaij. nõ tamen aliter debebat heres ei creditori condemnari, quàm si caueatur eidem heredi per eundem creditorem, quòd ipse creditor defendat eum aduersus me debitorem. Item & si ego debitor agam cõtra dictum heredem Gaij, nihil amplius debet mihi heres præstare quàm vt me defendat aduersus dictum meum creditorem. h. d. cum lege sequenti. Viuian.

d ¶ *Si quis decedens.* aliàs *est. §. & aliàs lex.* & continuatur præcedenti materiæ.

e ¶ *Seij.* i. in quo Seius erat debitor. *& fa. ~~j~~. de dona. caus. mor. l. mortis causa. §. Titia. & infra de doli excep. l. apud. §. præterea. & C. de fideicommiss. l. si creditoris.* Accur.

f ¶ *Per acceptilationem.* facit.[a] *infra eodem. l. quod mihi. & infra vt in poss. lega. l. j. §. si debitori. & . C. de fideicommiss. l. si creditoris. & Inst. de leg. §. si quis debitori.*

g ¶ *Mihi soli.* quod semper præsumimus. nam pactum[b] vni factũ alteri non prodest, cùm illius cui fit pactum, nõ intersit principaliter alium non soluere: *vt. ~~s~~. de pac. l. & heredi. §. fin.* nam & si soluerit, mandati actionem non habet, quasi videantur adinuicẽ fideiussisse alij contra. quod dic: *vt not. C. de duo. re. l. j.* ADDITIO. Tu confitearis contrarium secundùm Bartolum hîc, quòd pro illa parte pro qua quis habet regressum contra me legatarium, proficit ei liberatio: *vt. ~~j~~. in glo. magna.*

h ¶ *Liberabor.* sed nunquid habeo exceptionem sine pacto: *vt. ~~s~~. proxi.* ergo superuacua fit: sed hoc non debet fieri: *vt. ~~j~~. vt leg. noca. l. hac stipulatio. §. diuus?* Respon. hoc fit gratia tollẽdæ dubitationis: *arg. C. de inter. ma. l. iij.* Alij dicunt contra: *vt not. ~~s~~. de peti. here. l. penul.* quod non placet: quia ibi de cautione, hîc de pacto dicit. ¶ Item, quæ est ratio[c] diuersitatis inter pactum & acceptilationem? Respon. quia acceptilatio[d] est solutio: *vt Instit. quibus modis toll. oblig. § j.* quę[e] facta ab vno proficit vtrique: *vt. ~~j~~. de duo. re. l. ij. §. fin.* & sic est in rem. ad quod est *supra de inoffic. testa. nihil. §. fin.* at pactum[f] non egreditur personam: *vt. ~~s~~. de pact. l. si vnus. §. ante omnia.*

i ¶ *Inquietor.* quasi dicat, per obliquum. quod esse non debet? *vt. Cod. de vsur. rei iudi. l. fina. §. final. & in. l. si quis in rem. §.* j. Accursius.

k ¶ *Socij.* omnium bonorum, vel in illo debito: quia acceperamus mutuum in causam alicuius societatis cõuentionalis. quod[g] enim facit totum quoad totum, hoc facit pars quoad partem: *vt nota. ~~s~~. de vsur. l. qui scit.* Sed pone, non sumus socij. nunquid conreus remanebit insolidum obligatus me liberato per pactum? Videtur quod sic: *vt. ~~j~~. de fideiuss. V ranius. §. cum altera.* quòd si est, quomodo consuletur ei? nam per cessionem actionis non: vt pote me liberato pacto. Item actione pro socio, non: quia non est societas. Negotiorum gestorum, non: quia cùm iam sim liberatus, nõ gessit meum negotium. rursus si tenerer, nõ proficeret mihi pactum. ad hoc dicit quòd de rigore iuris tenetur insolidum: *vt. d. l. V ranius.* de æquitate nõ, propter rationes prædictas, *& per. l. ~~s~~. de nego. gest. si ex duobus.* Itẽ hodie constat[h] nõ teneri insolidum nisi secũdùm

[Marginalia, left:] a Heredis appellatione secundus hæres, hæres hæredis intelligitur quoties heredi prohibito iniuncta nõ cohæret eius personæ. — † Repetitur in. ~~j~~. ij. de donat. causa mortis. — * Hoc pertinet exemplum controuersiç inter Thebanos & Thessalos quod est apud Quintil. lib. v. c. de Arg. — a Date pro dãdo relinquere.

[Marginalia, right:] a Liberationis legatarius agere potest vt liberetur per acceptilationẽ. — b Pactum vni factũ alteri nõ prodest. — c Acceptilationis & pacti differentia. — d Acceptilationis & solutionis similitudo — e Acceptilatio vni facta prodest alteri correo. — f Pacta non egrediũtur personam. — g Partis ea ad partem ratio est quæ est totius ad totum. — h Imò duo rei hodie tenẽtur in solidum, licẽt exigi non possint in solidum. Authent. hoc ita Cod. de duobus reis.

formam authen. de duo. re. in princ. & facit ad hanc distinctionē, sint socij vel non. ӡ. *de arbi. l. si duobus. & si quis cau. l. si duo. & de duo. re. si duo.* Accursius.

a ¶ *Si socij.* id est qua.

b ¶ *Scriptus.* scilicet heres.

c ¶ *Contemplatione.* secus si cōtemplatione vnius tantum: quia licet commodum ad vtrumque veniat propter societatem, tamen solus dicitur legatarius, vt solus agit ex testamento nominatus. vterque tamen si conueniatur, habet exceptionem nisi repudiauerit legatum nominatus. & probantur hæc, *per. l. istam. & ȷ. de condit. & demonstr. Titio. §. fina. & supra de lega. iij. l. fideicommissa. §. interdum. & l. nomen. §. fin. & de leg. ȷ. seruo alieno. §. si testator.* Sed videtur contra.[a] ӡ. *de lega. j. si cui. §. fina.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic secundùm Bartol. quòd ita demũ creditor habetur vt legatarius, si testator ei proficere voluit. in dubio enim fauore debitoris præsumitur proficere cui plus prodest: *vt. l. fideicommissa. §. interdum supra de le. iij.*

a Creditor habetur vt legatarius, si testator ei prodesse voluit.

d ¶ *In hoc casu.* s. qui sequitur, nam &c.

e ¶ *Creditoris.* si eius gratia sit relictum.

f ¶ *Duos reos.* sed hoc non sufficit nisi & creditoris contemplatione sit relictum. & continua. l. sequen.

g ¶ *QVid ergo.*] *Defendat.* quod si non faciat, ad[b] interesse tenetur, id est quatenus creditori est præstaturus: *vt infra eodem. l. post emancipationem. & supra man. si mandato. in principio. & . §. j. & . ij. & . iij. & facit supra. l. proxim. cum suis concor. & supra, de iur. do. cùm pater. & infra eodem. l. non solum vestrum. in principio.*

b Liberatione debitori legata cogitur legatarius heres aduersus creditorem defendere, ac nisi defendat tenetur ei ad interesse: id est ad id quod creditori præstiterit aut præstabit.

simus, pacto me debere liberari: si socij, [a]per acceptilationem.

Etiam non nominatus in testamento habetur pro legatario, si testator illi proficere voluit, & interest nostra plures reos habere. Bartolus.

4. ¶ Consequenter quæritur, an & ille socius pro legatario habeatur, cuius nomen in testamento scriptum non est, licet commodum ex testamento ad vtrumque pertineat, si socij sunt. Et est verum, non solùm eum cuius nomen in testamento scriptũ est, legatarium habēdum: verùm eũ quoque qui non est scriptus[b] si & eius contemplatione[c] liberatio relicta esset.

5. ¶ Vtrique autem legatarij habentur & in hoc casu.[d] Nam & si quod ego debeo Titio, sit ei legatum mei gratia, vt ego liberer: nemo me negabit legatariũ, vt & Iulianus eodē libro scribit: & Marcellus notat, vtriusque legatũ esse, tam meum, quàm creditoris mei, & si soluendo fuero. interesse enim creditoris,[e] duos reos[f] habere.

IIII. POMPONIVS *libro septimo ex Plautio.*

QVid ergo est cum agere poterit creditor ex testamento? Non aliter heres condēnari debebit, quàm si caueatur ei, aduersus debitorem defensu iri. Itē agēte debitore, nihil amplius heres præstare debet, quàm vt eum aduersus creditorem defendat.[g]

Si relinquitur liberatio reo, debet liberari per acceptilationem, vt sic fideiussori proficiat: nisi erat talis quòd contra reum non haberet regressum. si relinquitur liberatio fideiussori, debet liberari pacto, & reo non prodest, nisi esset talis reus qui à fideiussore repeteret. Bart.

V. VLPIANVS *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

SI quis reum habeat & fideiussorem, & reo liberationem leget: Iulianus ibidem[h] scripsit, reum per acceptilationem liberandum. alioquin si fideiussorem cœperit[i] conuenire, alia ratione reus conuenitur.[k] Quid tamen si donationis causa fideiussor interuenit, nec habet aduersus reũ regressum? Vel quid si ad fideiussorem pecunia[l] peruenerit, & ipse reum dederit vice sua, ipsēque fideiusserit? Pacto[m] est reus liberandus. atquin solemus dicere,[n] pacti exceptionem fideiussori dandam, quæ reo competit. Sed cùm alia sit mens[o] legantis, alia paciscentis: nequaquam hoc dicimus. 1. ¶ Quòd si fideiussori sit liberatio legata: sine dubio (vt & Iulianus scripsit) pacto erit fideiussor liberandus. Sed & hîc[p] puto interdum acceptilatione liberandum, si vel reus ipse[q] verè fuit, aut in eam rem socius reus.[r] *

SI quis reum] CASVS. Ego reus dederam fideiuss. meo creditori, & ipse meus creditor legauit mihi liberationem. Certè heres creditoris debet me liberare per acceptilationem: vt sic liberatio perueniat ad fideiussorem meum. alioquin si heres creditoris cœperit conuenire fideiussorem meum, alia ratione videor ego conueniri, id est quantum ad effectum bursæ meæ vacuandum nam fideiussor recuperabit à me quicquid soluit heredi creditoris mei. In duobus tamen casibus ego reus non sum liberandus nisi pacto personali: vt sic non perueniat liberatio ad fideiussorem meum. ¶ Vnus casus est, quando fideiussit pro me causa donationis, & sic non habet regressum contra me. Alius casus est, quando pecunia mutua peruenit ad fideiussorem, & ipse me dedit reũ vice sua, ipseque fideiussit: quo etiam casu non habet regressum contra me. qui quidem duo casus sunt contra communem regulam. Nam regulariter pacti exceptio reo competens datur fideiussori. Sed nequaquam hoc dicamus, scilicet liberationem reo legatam prodesse fideiussori, quòd contraria sit mens legantis in hoc, & etiam quando sit contraria mens paciscentis: sicut videtur fuisse in dictis duobus casibus. ¶ Sed quid si dictus meus creditor legauit liberationem dicto meo fideiussori? Certè pacto personali erit liberandus fideiussor: vt sic liberatio ad me non perueniat nisi in duobus casibus. Vnus est, si ipse fideiussor fuit verè reus, id est veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, & sic punitur tanquam fideiussor. Alius casus est, si ego reus eram socius in eam rem: vt quia ego & ipse accepimus mutuum in societatem aliquam. his enim duobus casibus debet fideiussor per acceptilationem liberari: vt sic ad me perueniat liberatio. h. d. vsque ad. §. idem Iulianus. Viuianus.

h ¶ *Ibidem.* scilicet vbi scripsit de duobus reis: *vt. ӡ. l. iij. §. nunc de effectu.* ibi, sed & si cùm ab alio &c. Accur.

i ¶ *Cœperit.* scilicet heres.

k ¶ *Conuenitur.* quod esse non debet: *vt supra eod. l. iij. §. nunc de effectu. ibi,* alioquin &c.

l ¶ *Pecunia.* scilicet mutua: quod quandoque fit: *vt. ӡ. ad Mac. l. sed Iulianus. in prin.*

m ¶ *Pacto.* personali, & sic personæ[a] cohærens exceptio non proficit aliis: *vt infra de excep. l. exceptiones. in princ.* Sed argu. contra *supra ad Velle. l. si mulier. §. si ab eo. & facit ad prædicta. ӡ. ad Maced. l. sed & si pater. §. non solum. & de pact. l. quod dictum, & l. sed si fideiussor. & infra de fideiuss. l. Marcellus. & l. si testamento. in princ.*

a Personæ cohærens exceptio aliis non proficit.

n ¶ *Dicere.* scilicet regulariter.[b] idem in quolibet rei cohærente. quod hîc dicit pacti: *vt. ȷ. de excep. l. omnes.* sic ergo inutile est huius. l. consilium: scilicet de pacto.

b Exceptio pacti quæ reo competit, competit & eius fideiussori.

o ¶ *Sed cum alia mens sit.* cōstrue. Sed nequaquam[c] hoc dicendum est, scilicet liberatione legata reo quòd prosit fideiussori, vel pactũ[d] factum reo quòd proficiat fideiussori: cùm, id est quando alia est mens legantis vel paciscentis. quod in duobus præmissis casibus præsumitur. sic ergo non sit differentia inter legantem & paciscentem: sed inter istos ex vna parte, & prædictam regulam alioquin &c.

c Liberatione debitori legata, legata quoque eius fideiussori intelligitur, nisi alia mens testatoris fuerit.

d Pactum factum reo prodest eius fideiussori, nisi mens alia sit paciscentis.

* Hal. socius scripsit. al. fuit.

p ¶ *Sed & hic.* id est hoc casu legatur liberatio fideiussori.

q ¶ *Reus ipse.* si fideiussor verè fuit reus, id est veritate inspecta, licèt nomine[e] sit fideiussor, vt pro suo defensore iudicatum solui: *vt. ӡ. qui satisda. cogan. l. de die. §. qui mulierem.* 2. Vel ipse mutuum accepturus fecit accipere, & ipse fideiussit: *vt. ӡ. ad Maced. sed Iulianus. in prin. & ӡ. de pac. l. sed si fideiussor.* Accur.

e Fideiussor nomine non re dicitur, qui pro suo defensore satisdat iudicatum solui: aut qui fideiubet pro eo, per quem mutuum accepit.

r ¶ *Socius reus.* vt si[f] duo accipiant mutuum in societate aliqua nam quilibet[g] videtur hoc casu fideiubere pro alio etiam secundum lo. *vt not. ӡ. ad Vell. l. vir vxori. in fin.* Est ergo fideiussor vnus pro alio. Item conrei. item socij. & legata liberatione vni, debet acceptilatione liberari: *vt. ӡ. l. iij. § sed quid si socij.* & vno[h] sic liberato liberatur & alter: *vt. ȷ. de duob. re. l. iij. §. j.* Sed si creditor succedat vni eorum, pro parte tantùm tollitur obligatio: *vt. ȷ. de fideiuss. Vranius. §. fi.* quod est notandum.

f Socij rei dicuntur qui mutuum accipiunt in societate aliqua.

g Fideiubere alius pro alio socio reus videtur.

h Liberato uno sociorum reorum alter quoque liberatur.

Idem Iulianus.] CASVS. Titius filius Seij debebat mihi. c. ego feci testamētum, & instituto mihi herede legaui liberationem dicto patri & decessi. Certè heres meus debet liberare dictũ Seium & patrem per pactum personale: vt sic filius suus non liberetur. Sed quid si nihil erat in peculio dicti filij cedente die legati liberationis patri à me creditore relictum? nunquid erit verum quod dictum est, id est quòd pater liberetur per pactum? Et videtur quòd non: quia nihil videtur patri prodesse pactum: cùm & si pactum ei non fieret, tamen non teneretur ex eo quòd nihil erat vel est in peculio filij. Respondetur tamen hic quòd nihil refert quantum ad hoc vt patri debeat fieri pactum, & ei prodesse, fuerit aliquid in peculio die legati cedente, necne. pater enim consequitur

securitatem

Pater cui est liberatio relicta, debet liberari pacto, etiam si nihil est in peculio. sed si filio liberatio relinquitur, acceptilatione liberabitur. Bartolus.

2. ¶ Idem Iulianus eodem libro scripsit, si filiusfamilias debitor fuerit, & patri eius fuerit liberatio relicta: patrem pacto [a] liberandum esse, ne etiam filius liberetur. [b] Et parui, inquit, refert, [c] si sit aliquid in peculio die legati cedente, necne. securitatem enim pater per hoc legatum consequitur: maximè inquit, cum rei iudicandae tempus circa peculium spectetur. [d] Huic patri similem facit Iulianus maritum [e] cui vxor [f] post diuortium [g] liberationem dotis legauit. nam & hunc, licet die legati cedente soluendo non sit, legatarium [h] esse: & vtrumque ait solutum repetere non posse. [i] Sed est verius (quod Marcellus notat) patrem petere posse. [k] nundum enim erat debitor, [l] cum solueret. maritum non posse, quod debitum soluerit. Patrem enim etsi quis debitorem existimauerit, [m] attamen loco esse conditionalis debitoris, quem solutum repetere posse non ambigitur. [n]

3. ¶ Sed si damnatus sit heres filium liberare: non adiicit Iulianus, vtrum acceptilatione filius, an pacto sit liberandus: sed videtur hoc sentire, quasi acceptilatione debeat liberari. quae res patri quoque proderit. Quod obtinendum est, nisi euidenter approbetur contrarium sensisse testatorem: id est ne filius inquietetur, non ne pater. [o] tunc enim acceptilatione eum non liberandum, sed pacto. [p]

Si liberatio relinquitur ei qui duobus iuribus tenetur, ab vtroque liberandus est in dubio, nisi aliter sit actum. Bart.

securitatem per hoc legatum liberationis sibi relictae de eo quòd postea crescit peculium. ¶ Nam quid sit de peculio, spectatur tempore rei iudicandae etiam, nedum praecedenti tempore. Huic autem patri cui ego creditor filij legaui liberationem, similis est maritus quondam cui vxor sua quondam post diuortium bona gratia factum legauit liberationem dotis. nam & hunc maritum quondam legatarium esse dixit Iulianus iurisconsultus, licet non sit soluendo die legati cedente, id est tempore mortis vxoris suae testatricis. & quantum ad hoc est legatarius dictus maritus: vt si postea efficiatur soluendo, prosit ei legatum liberationis. Itē & vtrunque scilicet patrem & maritum praedictos ait dictus Iulianus nō posse repetere, si soluerit heredi mei creditoris: qa legaui liberationem. & verum dixit quantū ad maritum, quia maritus soluit à se debitū, licet soluendo non esset tempore solutionis sed quātum ad patrem malè dixit. nam pater bene potest solutum praedictum repetere. nondum enim erat debitor cùm soluit. soluit autem cùm nihil erat in peculio, vt dictum est. pater enim nihil debet nisi quatenus est in peculio filij. imò & si vellemus dicere, & malè, patrem esse debitorem cùm nihil est in peculio filij, attamen esset loco debitoris conditionalis. inest enim conditio si peculium filij crescat vsque ad tempus rei iudicandae (vt dictum est) quem debitorē conditionalem non ambigitur posse repetere quod soluit. Sed retēto eodem casu pone quòd ego creditor damnaui heredē meum quòd liberaret filium Seij meum debitorem: nunquid erit filius per acceptilationem liberandus, vt sic etiam prosit patri? an verò personali pacto erit liberandus? Et respō. quod est liberandus per acceptilationem: nisi ego creditor idèque testator sensi contrarium, id est ne filius inquietetur: nisi etiam pater non inquietetur, imò quòd bene inquietetur pater. tunc enim acceptilatione eum filium non liberandum dixit Iulianus, sed pacto solummodo personali. Item pone quòd dictus Seius pater Titij praedicti fideiussit pro filio suo apud me creditorem: & ita tenetur pro peculio pro obligatione filij, & insolidum pro fideiussione sua, & ego creditor legaui liberationem eidem patri. Certè heres meus debebit liberare eū pacto quasi fideiussorē insolidum obligatum, & nō quasi patrem de peculio obligatum & sic idem pater poterit conueniri de peculio ab herede meo, non autem insolidum tāquam fideiussor. & hoc ita demum putat praedictus Iulianus iurisconsultus, si dumtaxat quasi fideiuss. insolidum obligatum, & non quasi patrē de peculio obligatum: volui ego testator eum patrem liberari. caeterùm si volui eum liberari etiam quasi patrem, nedum quasi fideiuss. erit liberandus etiam de peculio, nedum ex causa fideiussionis: & eo casu siue dictus pater emancipet filium siue non eatenus pater habebit actionem ex testamento contra heredem meum, vt ab eo herede meo liberetur per pactum quatenus esset praestaturus eidem modo heredi si ei liberatio legata nō esset. praestaturus esset dico ex peculio filij, aut de eo quod in rem suam versum esset. nam illud pertinebit ad patrem nomine legatorum, id est legatarum ei liberationum, vel legatae liberationis. pertinebit dico, scilicet vt liberetur quod eius interesset, scilicet liberari, id est de quo eius intererit liberari. interest autem eius liberari de eo quod debet creditori ex peculio filij, aut de eo quod in rem suam patris versum est, vt dictum est. Sed nunquid dictus pater cui legaui liberationem tanquam patri & tanquam fideiussori, potest agere contra heredem meum etiam eo nomine vt filius etiam liberetur id est vt ipse pater liberetur per acceptilationem, vt sic acceptilatio prosit filio? Et placebat quibusdam extendi actionem ex testamento contra heredem meum eoúsque, id est interim, scilicet vt liberetur per acceptilationem pater. & reddebāt talem rationem: quia videtur patris interesse integrum permanere. scilicet ius eius, scilicet patris quod habet in succedendo filio, scilicet si post emancipationem concessisset filio peculium. Labeo autem conditor huius. l. ita dicit: Ego Labeo contra sentio, putans ego idem nihil quicquam amplius praestandum patri ex huiusmodi scriptura testamenti, per quam scripturam fuit eidem patri legata liberatio, quam vt nihil praestetur per eum patrem heredi ex eo quod praestaturus eidem heredi fuerat si sibi liberatio non esset relicta. & ita dico dictum patrem non posse petere vt ipse liberetur per acceptilationē, vt sic filius suus liberetur. nec etiam potest petere vt filius directo liberetur. *& h. d. hic. §. cum. l. seq.* Viuianus.

a ¶ *Pacto.* vt fideiussor: *vt. s. ea. l. §. quòd si fideiussori. cui similis est vt. j. de ver. obli. l. cum alius in princ.*

b ¶ *Liberetur.* nam si acceptilatio fieret fideiussori, etiam reus liberaretur: *vt. j. de acceptila. l. & per iusiurandum. §. & fideiussori. & hic innuit.* ¶ Sed quomodo patri potest accepto ferri, cùm praetorio iure teneatur: *vt infra de acceptila. l. an inutilis. §. fi.* Respon. deducit in stipulatione Aquiliana: *vt Institu. quibus. mo. tol. ob. §. j.*

c ¶ *Parum refert.* quoad hoc: quia vtrobique pater conuentus habet exceptionem pacti. refert tamen si velit repetere: *vt. j. notari potest.* & quantum ad alium: *vt. j. eo. l. videamus.*

d ¶ *Spectetur.* vt. *s. de pecu. l. quaesitum in princ. & j. quib. ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. si quis.* vnde si nunc egeat pacto, quia nihil sit in peculio: tunc poterit agere.

e ¶ *Maritum.* quondam.

f ¶ *Vxor.* quondam.

g ¶ *Post diuortium.* bona gratia factum, quod plerique facient: *vt supra de dona. inter virum & vxor. l. cum hic status. §. si diuortium.*

h ¶ *Legatarium.* quia filius diues est: *vt. j. ad legem Falci. quaeebatur. §. si cum debitori.* sed in patre secus: quia non est legatarius si nihil est in peculio: *vt. j. eo. l. videamus.* ¶ In quo est ergo haec similitudo? Respon. si sunt vel erant soluendo. Item in opponendo pacti beneficio.

i ¶ *Non posse.* sed cùm liberatio marito sit legata, & pactum factum, & sic perpetuam habet exceptionem, ergo postea solutum repetit: *vt. s. de condic. inde. l. si non sortem. §. adeò. quae est contra.* Sol. ad tempus [e] fuit liberatio relicta, quod potuit: *vt. j. eo. l. non solum. §. j.* & sic est in diem debitor: vnde non repetit: *vt. s. de condi. instit. l. in diem.* secus in patre: qui nihil interim debet quando nihil est in peculio. vel hic fuit legata liberatio perpetuo: sed nō ob causam quae locum non habuit vel cessauit, secundū Azo. & Hug.

2. Vel dic quòd hic non erat adhuc pactum factum, nec fortè aliquid legatum ei: & tunc cōcor. *s. de condi. instit. l. quis nomine. & l. seq.* Accursius.

k ¶ *Repetere posse.* Imò videtur quòd non: *vt. s. de condi. insti. l. si is cum quo, quae est contra.* Solut. ibi nomine filij: hic suo. *argu. s. de consti. pecu. l. j. in fin. & l. ij.* Accur.

l ¶ *Debitor.* No. patrem non debere nisi quatenus est in peculio: *vt. j. e. l. videamus & s. de pecu. l. quoties. § si semel. & C. ne filius pro patre. l. j.*

m ¶ *Existimauerit.* falso tamen, vt modò nota.

n ¶ *Non ambigitur.* vt. *s. de condi. instit. l. sub conditione.*

o ¶ *Non ne pater.* i. vt filius non conueniatur pater sic.

p ¶ *Sed pacto.* personali & ita si filius fuerit emancipatus, pater [d] intra annnum de peculio, vel de in rem verso perpetuo tenetur: ¶ Vt no. *supra quando act. de pecu. est anna. l. j. in prin.* sed interim dum est filius in potestate, de peculio patrem etiam teneri puto. Accursius.

a Fideiussor filii, pater esse potest.

b Fideiussori facta acceptilatione, reus principalis liberatur.

c Non tamen liberatum ad illud tempus remanet obligatum. *Bald. in l. cū quis. 7. col. C. de in. & fac igno. Bart. & Alex. in l. fi. §. procurat. j. rem ra. habe.*

d Pater tenetur de peculio, intellige deducto eo quod sibi & suis debetur à filio. *Bart. in l. si filiusfamil. a. S. in ma.*

4. ¶ Idem Iulianus scripsit, si pro filio pater fideiusserit,[a] eique liberatio sit legata: eum pacto liberandum quasi fideiussorem, non quasi patrem: & ideò de peculio posse conueniri. Hoc ita demum putat, si dumtaxat quasi fideiussorem eum voluit testator liberari.[b] cæterùm si & quasi patrem; & de peculio erit liberandus.

VI. IAVOLENVS *libro sexto Epistularum.*

POst emancipationem verò filij[c] eatenus pater actionem[d] habebit, quatenus aliquid ex peculio aut in rem verso præstaturus[e] est. id enim legatorum nomine ad patrem pertinebit, quod eius interierit.[f]

Quod vnus potest ad successionem alterius venire, in æstimando interesse non debet inspici. Bart.

1. ¶ Illud quæri potest, an eo quoque nomine pater ex testamento agere possit, vt etiam filius[g] actione liberetur. Quibusdam coúsque extendi actionem placebat: quia patris interesse videatur, si peculium filio post emancipationem concessisset, integrum ius eius[h] permanere. Ego contra sentio.[i] nihil quicquam amplius patri prestandum ex eiusmodi scriptura testamenti puto, quàm vt nihil ex eo quod præstaturus heredi fuerit, præstet.

VII. VLPIANVS *libro vicesimotertio ad Sabinum.*

NOn solum autem quod debetur, remitti potest: verum etiam pars[k] eius, vel pars obligationis, vt est apud Iulianum tractatum libro trigensimotertio Digestorum.

Liberatione legata ab vna ex rebus alternatiuè debitis per acceptilationem, liberatio sequitur ab altera. Bartolus.

1. ¶ Si is qui stipulatus Stichum aut decem,[l] damnauerit heredem Stichum non petere: legatum valere constat. sed quid contineat, videamus. Et Iulianus scribit actionem ex testamento in hoc esse videri, vt debitor accepto liberetur.[m] quæ res vtique debitorem & in decem liberabit, quia acceptilatio solutioni comparatur:[n] & quemadmodú si Stichum soluisset, debitor liberaretur, ita & acceptilatione Stichi liberari. 2. ¶ Sed si debitorem[o] decem, damnatus sit heres viginti liberare: idem Iulianus scripsit libro trigensimotertio, nihilominus esse liberandum decem. Nam & si ei viginti accepto ferantur, in decem liberabitur.[p] 3. ¶ Sed si duobus heredibus institutis, alterum ex his damnauerit creditori soluere, valet legatum propter coheredem, cúmque[q] ex testamento acturum, vt creditori soluatur.

a ¶ *Fideiusserit.* quod[A] potest: *vt.* s. *quod iussu.l.j.§.j.* & econtra filius pro patre: *vt.j.de fideius.l.si dubitetur.§.filius.* Accur.

b ¶ *Liberari.* Sed quid in dubio præsumitur?[b] Respon. quòd etiam quasi patrem voluerit liberare: quia proniores &c. *vt.j.de act.& oblig.l. Arrianus,* & quia in testamentis plenius &c. *vt.j. de reg. iu.l.in testamentis.* & *sic est. s. de iure do.l.dotem.* & *facit.s.e.l.in princ.*

c ¶ *POst emancipationem verò filij.* cuius patri legata est liberatio vt fideiussori, & vt patri: *vt supra. l. proxi.in fi.* & dic idem & ante emãcipationẽ.

d ¶ *Actionem.* ex testamento contra heredem, vt liberetur pacto: *vt.s.l.proxi.§.idẽ Iulianus.*

e ¶ *Præstaturus,* heredi. & hoc si heres non liberat.

f ¶ *Interierit.* scilicet aliquando pro iure emãcipationis. R. 2. Vel dic, planè dicit actione ex testamento.

g ¶ *Filius.* non solùm pater. Accursius.

h ¶ *Ius eius.* scilicet patris quod[c] est in succedendo filio vt patronus liberto: *vt Institu. quibus mo.ius pat.pote.sol.§.præterea.*

i ¶ *Sentio.* accipe.j. putans &c. Accur.

NOn solum.] CASVS. Si Titius debet mihi.xx. possum ei remittere integra. xx. & partem. [SI IS QVI.] Titius promisit dare Seio Stichum aut Pamphilum, sub alternatione: & sic est eius electio id est Titij debitoris. Seius autem postea fecit testamentum, & instituto sibi herede damnauit eundem heredem vt non peteret Stichum à dicto Titio debitore. Certè valet legatum, & debet heres liberare Titium per acceptilationem, quæ acceptilatio liberabit eundem debitorem à decem etiam. nam acceptilatio comparatur solutioni. & quemadmodum liberaretur debitor, si Stichum soluisset heredi: ita debet esse liberatus per dictam acceptilationem. sed & si eum qui debebat decem testatori, damnatus sit à testatore heres liberare in.xx. certè nihilominus liberandus est in decem. nam si liberetur per acceptilationem in.xx. in dictis.x. liberabitur. in toto enim continetur pars. Sed si dictus Seius instituit sibi duos heredes, & damnauit vnum ex eis vt solueret creditori suo testatoris, valet legatum propter coheredem nó damnatum. cúmque coheredem non damnatum ex testamento acturum contra coheredem damnatũ, vt creditori prædicto soluatur per eundẽ coheredem damnatum. [LIBERATIO AVTEM.] Titius legauit liberationẽ Seio debitori suo, & postea eo animo exegit ab eo pecuniam debitam, vt euanesceret legatum. certè euanescit legatũ. Si autem ante mortem suam non exegit testator, habet effectum sua liberatio: scilicet vt heres testatoris non possit exigere à dicto debitore. quandoque tamen potest exigere heres, & non tollitur legatũ liberationis. quod est mirabile: vt est in tali casu: Titius instituit sibi heredem filium suũ impuberem, & ei pupillariter Gaiũ substituit, id est si heres erit impubes, & in pupillari ætate decesserit. & debitori suo testatoris legauit idẽ testator liberationem à dicto substituto. postea impubes existens heres dicto suo patri exegit à dicto debitore patris debitũ. certè, vt dixi, non extinguitur legatum liberationis à substituto relictæ: imò si decedat impubes in pupillari ætate, & veniat dictus Gaius ad hereditatem ex substitutione, tenetur idem substitutus act. ex testamento dicto debitori testatoris ad restituendam ei pecuniam quam impubes ab eo exegit. & est ratio: quia dictus impubes in iis quæ à substituto eius relinquuntur, sustinet personam eius heredis à quo legatur aliquid sub conditione, puta liberatio quam heredem conditionaliter grauatum constat posse interim exigere: vt in fin. huius. l. ergo & hoc posset exigere impubes. sed secundum hæc illa exactio non nocet legatario, vt videbis in fine huius. l. ergo & hoc posset exigere impubes. sed hæc exactio nó nocet legatario liberationis sibi relictæ substituto, vt dictum est. ¶ Sed quid si dictus impubes non exegit à dicto debitore, sed solũmodo sit litem contestatus contra eum? certè tenetur substitutus prædictus qui successit eidem impuberi, vt remittat eidem debitori instantiam petendi. & ita verum est quod dixi, scilicet quòd quandoque possit exigere heres, & non tollatur legatum liberationis. & bene ita dixi esse impuberem, qui in iis quæ à substituto eius relinquuntur, æquiparatur heredi à quo legatur liberatio sub cõditione. nam si debitori liberatio sub conditione legata fuisset à Titio creditore, qui instituit sibi heredem Sempronium pone, & vel lis fuisset contestata per dictum heredẽ contra dictum debitorem, vel etiam fuisset exactum pendẽte conditione sub qua liberatio fuit debitori relicta, quod bene potest fieri, vt hîc pro constanti ponit, & dicitur j. de do. except. l. purè. in prin. ex testamento actio remaneret debitori propter liberationem ei sub conditione relictam, scilicet existente dicta conditione. & ad hoc remanet dicta ei actio, vt remittatur ei instantia eo casu cùm heres fuit contra eum litem cõtestatus: vel vt ei restituat pecuniam quam ab eo exegit eo casu cum heres ab eo exegit debitum pendente conditione: sicut & de substituto impuberis dictum est in dictis duobus casibus. Viuianus.

k ¶ *Par.* ad hoc. *s. de leg.j. l.non amplius.§.cum bonorum.* & *.j.tit.j.l.iij.in fi.* & *.j.de accep.l.pars.*

l ¶ *Aut decem.* alternatiue. & sic[a] electio sit debitoris: *vt.s.de iure do.l.plerunque.§.fi.*

m ¶ *Liberetur.* à petitione Stichi, ideóque & à decem. Azo subiicit, nisi testator expressè voluerit contra: *vt.s.de pact.l.si vnus.§.si cum.* & *facit infra de acceptil. l.* & *per iusiurandum. §.is qui hominem.* Hug.

n ¶ *Comparatur.* vt *Insti.quib.mo.tol.obl.§.item per acceptilationem.* non[b] tamen per omnia est similis remissio traditioni. nam quandoque valet remissio, non traditio: *vt.s.de do.inter vi.* & *uxo.l.si sponsus.§.si maritus.* & econtra quandoque: *vt.j.eo.l.fi.§.fi.*

o ¶ *Debitorem.* id est eum qui debebat decem.

p ¶ *Liberabitur.* sic *infra de accept.l.si is qui Stichum.* & *.j.de verbor.oblig.l.j.§.si stipulanti.* & *l. inter stipulantem. §.si stipulante.* & *infra tit.j.l.iiij.§.si quis plus.* & *supra de consti.pecu.l.hactenus.§.si quis centum.* Sed argu.contra. *j.tit.j.l.qui hominem.* ¶ Sed dic *vt nota.s.de pact.l.si vnus.§.si cum.* ADDITIO. Dic quòd hîc in obligatione alternatiua, ibi in obligatione generis, secũdum Bartolum hîc.

q ¶ *Eumque.* scilicet coheredem cui liberationẽ legasse videtur. respectu

a Fideiussor filij pater: & è contra filius, patris esse potest.

b Præsumitur pater idémque filij fideiussor, in dubio liberatus potius vt pater, quàm simpliciter, vt fideiussor.

c Successiones ab intestato, ne quidem spe debitas esse hinc colligit Bartolus. *in. l. qui cum tutoribus.§.s.de transact.* & in ea re à fideicõmissis distingui notat, quæ spe debentur. vnde notat, Trãsactione generali non existimari remissas successiones ab intestato.

a Electio debitorum in alternatiuis.

b Remissio nõ per omnia similis est traditioni, & quomodo.

respectu autem creditoris non valet: quia id quod debet, legauit: *vt infra eo. l. si debitor. & facit supra famil. erciscun. l. si filia. §. Papinianus & supra de lega. j. l. seruo legato §. si testator & .s. eod. l. si quis. §. fin.*

Legatum liberationis habet effectum nisi à testatore vero legatum sit exactum: secus si à testatore ficto vel ab herede exigatur. Bart.

4. ¶ Liberatio autem debitori legata ita demum effectum habet, si non fuerit exactum [a] id à debitore dum viuat testator. cæterùm si exactum est, euanescit legatum.

5. ¶ Vnde quærit Iulianus, si ab impuberis substituto sit liberatio relicta, deinde impubes exegerit quid debetur, an euanescat legatum. Et cùm † constet pupillum in his quæ à substituto relinquuntur, personam sustinere eius à quo sub conditione [b] legatur: consequens est substitutũ actione ex testamento teneri, si pupillus à debitore exegerit.

6. ¶ Idemque est & si pupillus nõ exegerit, sed solummodo litem sit cõtestatus: teneri eum [c] vt remittat actionem. [d]

7. ¶ Nam & si debitori liberatio sub conditione legata fuisset, & vel lis fuisset contestata, vel etiam exactum [e] pendente conditione: ex testamento actio maneret, liberatione relicta.

Debitori cuicumque potest liberatio relinqui: & damnatus ad tempus non petere, interim liberare non cogitur, nec illius temporis pœna vel vsura petetur. Bart.

a ¶ *Exactum.* Idem est si alia ratione debitum sit extinctum: *vt. j. eo. l. si quod mihi.* Hug. Item dic exactum eo animo vt legatario adimeretur, alioquin contra est. Idem est, scilicet quòd non extinguatur, si debitor pecuniam obtulit: *vt. s. de leg. iij. l. fideicõmissa §. si rem.* ¶ Item quòd non extinguatur si heres exigit. *vt. j. eod. l. si quod mihi.* Azo. & in fine huius legis. *& facit eod. creditor. j. responso. & supra de lega. ij. l. si Titius. & Institut. de lega. §. tam autem.*

b ¶ *Sub conditione.* quæ heredem conditionaliter grauatũ constat posse interim exigere oblata cautione: *vt infra de excep. do. l. purè. in princ.* sed illa exactio legatario non nocet: *vt infra in fine legis.* ergo & hoc posset exigere pupillus: sed hęc exactio legatario non nocet, scilicet vt hic dicitur.

c ¶ *Eum.* sc. substitutum. Ioan. 2. Vel dic pupillum, secundum Azo. & Hugo. quod non placet, cùm non possit exigere: vt modò not.

d ¶ *Actionem.* id est [a] instantiam perẽdi quæ sit proposita actione. actio enim nondum remittenda est si conditio non extiterit. 2. Vel melius imò actionem remittit: quia cùm antè tempus petierit, à causa cadebat secundum has leges: *vt. j. eod. l. proxi. §. tale. & Instit. de perpe. & temp. act. §. temporales.* Azo. Sed hæc nõ placet: quia [b] non petit antè tempus, cùm possit petere oblata cautione: *vt. j. de do. exce. l. purè. in princ.* Hu.

e ¶ *Exactum.* aliàs exactam, scilicet pecuniam. aliàs exactum, s. debitorem quod fieri potest: *vt. d. l. purè. nec ob. s. si cer. pe. l. pecuniam.* vt ibi notatur. Item nec ob. *j. vt in posses. leg. l. j. §. si debitori.* quia ibi purè fuit legata liberatio, *vt hic subiicit, & . l. si quod mihi.* Accursius.

† Relictum à substituto videtur relictũ cõditionaliter ab ipso pupillo.

[a] Actio pro instantia peteñdi quæ sit proposita actione.

[b] Ante temp. non petit qui petit oblata cautione.

NOn solum.] CASVS. Legare possumus nos facientes testamentum vel codicillos, non solùm vt liberetur debitor noster, sed etiam vt liberetur heredis nostri, & vt liberetur debitor cuiuslibet alterius; scilicet legando creditum creditori eius. [POTEST HERES.] Bene possum damnare heredem meum vt à debitore meo non petat debitum vsque ad certum tempus, puta vsque ad Pascha. & non cogetur heres meus liberare eum per acceptilationem intra id tempus. Item & si dictus debitor decesserit intra dictum tempus, nõ poterit heres meus petere ab herede suo intra dictum tempus. Item nec vsuræ vel pœna eius temporis poterit ab eo peti. [TALE LEGATVM.] Casus habens debitorem Lucium Titium, ita scripsit in testamento suo, heres meus à solo Lucio Titio ne petito. & postea decessit dictus Gaius. nunquid legatum liberationis transit ad heredem Lucij Titij? Et distinguitur, aut heres Gaij prædicti nihil commisit aduersus testamẽtum, aut commisit petendo à Lucio Titio viuente. Primò casu non transit liberatio ad heredem Lucij Titij, secundo sic. & est ratio quare primo casu non transit liberatio ad heredem Lucij Titij: quia quoties id quod legatur, cohæret personæ legatarij, ad heredem eius legatarij id quod legatur non transit. In nostro autem casu sine dubio cohæret personæ legatarij liberatio ei legata. nam ita dixit testator: heres meus à solo Lucio Titio ne petas &c. sicut personalis seruitus non transit ad heredem. Si autem non cohæret personæ legatarij id quod legatur, transit ad heredem legatarij. [IS QVI REDDERE.] Legaui libertatem seruo castaldioni meo, si heredi meo rationes reddiderit de castaldia sua. certè implet conditionem dictus seruus si fecerit computationem cum herede meo, & ei reliqua restituerit. vnum autem eorũ facere nõ sufficit. [SI HERES.] Titius gessit negotia mea & in gestione cõmisit fraudem & dolum, & etiam quædam bene administrauit. ego feci testamentum, & vetui heredi meo agere cum dicto Titio. certè non videor ei legasse liberationem obligationis quæ dolo vel fraude eius commissa sit. vnde si heres meus agat contra eum act. neg. gesto. pro quo commisit dolum vel fraudem, & ipse procurator siue nego. gestor. agat condictione incerti contra heredem meum vt liberetur, potest excludi dictus procurãs exceptione doli mali. & scias quòd non solùm prædicto nego. gestori potest legari liberatio de his in quibus non commisit dolum vel fraudem, sed etiam si apud eum deposuissem Infortiatum meum, vel commodassem ei, vel pignori dedissem, vel etiam si surripuisset mihi Infortiatum meum, & sic tenetur mihi condictione furti. Viuian.

VIII. POMPONIVS *libro sexto ad Sabinum.*

NOn solùm nostrum debitorem, [f] sed & heredis, [g] & cuiuslibet alterius, [h] vt liberetur, legare possumus. 1. ¶ Potest heres damnari vt ad certum [i] tempus nõ petat à debitore: sed sine dubio nec liberare eum intra id tempus debebit: [k] & si debitor decesserit, ab herede eius intra id tempus peti nõ poterit. [l]

2. ¶ Illud videndum est, an eius temporis intra quod petere heres vetitus sit, vel vsuras vel pœnas petere possit. Et Priscus Neratius existimabat, committere eum aduersus testamentum, [m] si petisset. quod verum est.

Legatum liberationis personale non transit ad heredem, nisi per heredem testatoris petendo cõtra fiat. Bartolus.

3. ¶ Tale legatum, *Heres meus à solo Lucio Titio ne petito*, ad heredẽ Lucij Titij non transit, si nihil viuo Lucio Titio aduersus testamẽtum ab herede, eo quòd ab eo exigere debitum tentauit, sit commissum. [n] Quotiés enim cohæret personæ id quod legatur, veluti personalis seruitus, [o] ad heredem eius non transit. si non cohæret, transit.

f ¶ *Non solum nostrũ debitorem.* ex [a] qualibet causa: *vt. j. eod. l. si.* Azo.

g ¶ *Heredis. vt infra eodem. l. cùm heres.* Azo.

h ¶ *Alterius.* siue leget creditori debitum: *vt. s. si quis decedens. aliàs est. §. in l. liberationem. §. fi.* siue ipsi debitori quod debet. & semper agit debitor contra heredem actione ex testamento vt liberetur: *vt supra de lega. j. leg. si fideiussor in princi. & . le. seruo. §. si testator.*

i ¶ *Ad certum. vt Instit. de lega. §. potest. & . j. eod. l. Aurelius. §. certum.*

k ¶ *Debebit.* per acceptilationem, licet fortè per pactum: *vt. s. eo. l. si quis reum. §. idem.* Azo.

l ¶ *Non poterit.* quia in rem videtur liberatio relicta: *vt. j. ea. l. §. si liberationis. & . s. eo. l. ij. & de proba. l. si pactum. & . j. eo. l. si quis in testamento.*

m ¶ *Aduersus testamentum.* hoc fortè dicet quis locum habere in vsuris, quæ sola mora iudicis officio petũtur. si verò stipulatione debeantur, nihilominus currunt: quia & hoc est cùm sit pactũ de non petendo: *vt. s. de pact. l. itẽ quia conuentiones. in fi. & ad idẽ s. si certum petatur. l. lecta.* Sed hoc non placet: quia hæc loquitur de pœna quæ debetur per stipulationem, nõ per moram. nec mirum si beneficium [b] testatoris cursum vsurarum quocumq; modo debitatum vel pœna differat: quia [c] hoc legis beneficium aliàs indulget: *vt. C. de vsur. rei iudi. l. fi. & de vsur. l. eos. in prin.* Azo. *& fa. s. si quis cau. l. j. in prin.*

n ¶ *Commissum.* alioquin si ab initio petiisset, ab actione caderet quia antè tempus petit: *vt hic innuit, & Inst. de excep. §. temporales.* quod est not. & dix. *s. l. proxi. in fi.*

o ¶ *Seruitus.* s. [d] vsusfructus vel vsus: *vt. s. de ser. l. j.* quæ duo morte pereunt: *vt. s. de vsu & ha. l. vsus aquæ, & . s. quibus modis vsusfruct. amit. l. sicut. §. fin.* secus in prædiali seruitute: *vt. s. quemadmo. seruit. amit. l. ij.* Azo, licet sit arg. contra, *s. de ser. rusti. prædi. l. pecoris. & facit infra de regu. iur. l. in omnibus. & supra de pact. l. idem. §. j.*

[a] Legare nostrum debitorem.

[b] Testator potest vsurarum cursum vt & pœnã differre.

[c] Argumentũ à lege ad testatorem.

[d] Seruitutes personales ad hæredem non transeunt: reales seu prædiales transeunt.

ff. Infort.

Si verba liberationis in rem sint scripta, puta, quod mihi debetur à Titio, peti nolo: non est opus heredem nominare. hoc dicit.

4. ¶ Si verba liberationis in rem sint collata,[a] pro eo est, quasi heres ab eo debitore heredéq; eius petere vetitus sit: vt adiectio [b] heredis perinde nihil valeat, atque non esset valitura[c] ipsius debitoris[d] persona non comprehensa. 5. ¶ Is qui reddere rationes iussus sit, non videtur satisfacere si reliquum reddat non editis[e] rationibus.

Quamuis heres damnetur non petere à gestore, tamen propter ea quæ dolosè gesta erant, agere potest. Bartolus.

6. ¶ Si heres vetitus sit agere cum eo qui negotia defũcti gesserit, non videtur obligatio ei prælegata, quæ dolo vel ex fraude eius qui negotia gesserit, cõmissa sit: & testator id videtur sẽsisse. Ideò si heres negotiorũ gestorum egisset: agens procurator[f] ex testamento incerti,[g] doli mali exceptione excludi[h] potest.

Liberatio potest relinqui obligato ex causis hîc expressis.

7. ¶ Et ei liberatio rectè legatur, apud quem deposuero, vel cui cõmodauero, pignorive dedero, vel ei quem ex furtiua causa mihi dare oportet.

IX. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.*

SI quis rationes exigere vetetur, vt est sæpissime rescriptũ, non impeditur reliquas exigere quas quis * se reliquauit,[i] & si quid dolo fecit qui rationes gessit. Quòd si quis & hæc velit remittere, ita debet[k] legare, *Damnas esto heres meus quicquid ab eo exegerit illa vel illa actione, id ei restituere, vel actionem ei remittere.*

X. IVLIANVS *libro trigensimotertio Digestorum.*

SI damnatus heres fuerit à fideiussore quidem non petere, quod autem reus debet, Titio dare: pacisci[l] debet ne à fideiussore petat, & aduersus reum actiones suas præstare legatario: quemadmodum damnatus heres ne à reo petat, & damnatus dare quod fideiussor debet: & reo acceptum facere, & legatario litis æstimationem sufferre,[m] cogatur.

XI. IDEM *libro trigensimosexto Digestorum.*

SI debitor fideiussorem suum ab herede suo liberari iusserit, an fideiussor liberari debeat? Respondit debere. Item quæsitum est, an quia mandati actione heredes tenerentur,[n] inutile legatum est, quod debitor creditori suo legat. Respondit, quotiens debitor creditori suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset[o] creditoris ex testamento potius agere, quàm ex pristina obligatione. Nam etsi Titius mandauerit[p] Mæuio vt pecuniam promitteret, deinde liberari eum

iusserit.

a ¶ *Sin collata.* vt quia dixit, quod mihi debetur à Titio, peti nolo. *Azo.*

b ¶ *Vt adiectio.* facta aliàs. in casu enim proposito facta non fuit. Accursius.

c ¶ *Non valitura.* nomine debitoris expresso. Azo. vt in casu huius. §. Accursius.

d ¶ *Debitoris.* vt si dixisset: neque à me, neq; ab herede meo peti volo quod mihi debetur ex venditione talis rei. ¶ Et sic not. quòd in pacto exigitur consensus duorum, & expressio nominum: *vt supra de pact. l. j. §. pactum,* & si[a] absit debitor, non pacti, sed doli quæritur exceptio: *vt. C. de pac. postquam.* Sed in vltima voluntate non est opus: *vt hîc & .3. de lega. ij. l. cum pater. §. surdo. & de acti. & oblig. si à furioso. & facit .3. de pigne. act. l. si necessarias. §. penult. & supra de pact. l. tale. in prin.* Accur.

a Confessio facta parte absẽte non præiudicat: nisi facta sit ad liberandum: tũc enim ex huiusmodi cõfessione doli exceptio nascitur. *vt hîc.* adde plura quæ apud Socinum regula. 6.

e ¶ *Non editis.* i. non facta computatione. nam hæc duo continet *vt. j. de condit. & demonst. l. cum seruus. & l. qui sub conditione. & C. de testa. manu. l. iiij.* Sed contra, *j. de condit. & demonst. l. quamuis. vbi primum sufficit.* Sol. ibi.

f ¶ *Procurator.* i.[b] procurans: *vt & .3. de procura. l. Paulus.* cum[c] enim dicat de act. nego. gest. ergo non fuit mãdatum: *vt Instit. de ob. ex consensu. §. j.* idem esset tamen in procuratore: *vt .3. manda. l. creditor. §. Lucius.* Accursius.

b Procurator pro gestore.

c Procurator cum mandato non conuenitur actione negotiorũ gestorũ, sed mãdati.

g ¶ *Incerti.* sc. conditione vt liberetur sine causa, vel etiam ex testamento, quæ potest dici condictio: *vt Institu. de act. §. appellamus.* & dicitur[d] incerti, quia ad incertũ, id est factum vel interesse datur.

d Incerti actio dicitur quæ datur ad incertum.

h ¶ *Excludi.* i. repelli. ¶ Et not. *ex hoc. §.* in generali[e] remissione non contineri dolosè facta, sed tantùm scrupulosam inquisitionẽ: *vt. 3. de leg. j. l. si seruus vetitus. & de admini. tuto. l. quidam decedens. & j. eo. l. Aurelius. §. Gaius. vbi plenè not. & l. Lucius. & j. de conditio. & demonstr. l. cùm tale. §. j. & .3. de neg. gest. l. Pomponius. & j. l. proxi. in princ.* Sed contra ibi in fine. sed ibi aliis verbis fuit vsus testator.

e Generali remissione non continentur dolosè facta.

SI *quis rationes.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & vetui eum exigere rationes à Seio, qui gesserat negotia mea. Certè potest heres prædictus exigere à Seio reliqua quæ per se reliquerit idẽ Seius. id est mala & dolosè facta administratione apud se retinuit. si autem volo ego testator liberare dictum Seiũ à mala & dolosa administratrione, ita debeo dicere: damnas siue damnatus esto heres meus à me, id est damnatus sit heres meus à me ei Seio restituere quicquid ab eo Seio exegerit illa & illa actione. nominando actionẽ qua tenebatur mihi Seius ex dolosa administratione sua. vel dãnatus sit heres meus actionem ei Seio remittere. & talibus modis potest remitti dolosa administratio. Viuia.

i ¶ *Reliquauit.* i.[f] ex malè facta administratione retinuit. *& fac. 3. l. proxi. §. si heres. & quod ibi not.*

f Reliquare quid.

k ¶ *Ita debet.* sed his verbis non fecit, *supra. l. proxi. §. penu.* & sic non est contra.

SI *damnatus.*] CASVS. Cùm haberem Gaium debitorem incertum, & Seium fideiussorem, feci testamentum, & in eo damnaui heredem meum à dicto fideiussore non petere. quod autem reus debet mihi, damnaui heredem meum dare Titio. certè tenetur heres meus facere pactum personale fideiussori ne ab eo petat. Item debet heres meus præstare prædicto Titio legatario actiones suas aduersus dictum Gaium reum principalem. si autem damnaui heredẽ meũ ne à reo peteret, aut daret Titio illud quod fideiussor debet: certè debet cogi heres meus liberare reum per acceptilationem, vt sic rei liberatio prosit fideiussori. & debet cogi sufferre siue præstare Titio legatario æstimationem litis, id est tantum quantum debebat reus principaliter, & fideiussor secundario. Viuia.

* quæ quis ipse reliquauit. al. quas quis reliquauerit.

l ¶ *Pacisci.* personaliter. *& facit supra eodem. l. ij. & l. si quis reum. in prin.*

m ¶ *Sufferre.* id est dare. & sic erit oneratus heres: *vt supra de leg. ij. l. qui duos. & de legat. j. quod si quis. & l. non quocunque. §. j.* ¶ Sed videtur non valere, cùm fideiussor non debeat: *vt supra de legat. j. l. si sic. §. j. ibi, proinde & si Titio &c. quæ est contra.* Solu. hîc fideiussor in veritate debebat: ibi non. Accursius.

SI *debitor.*] CASVS. Titius accepit mutuo decem à Sempronio, & dedit ei fideiussorem Gaium. postea fecit testamentum idem Titius debitor, & iussit liberari ab herede suo dictum suum fideiussorem, & decessit. nunc quæritur, an heres teneatur dictum fideiussorem liberare? Et videtur quòd non: quia ipse debitor & per consequens heres eius tenetur dicto fideiussori actione mandati si ipse fideiussor solueret creditori. & ita videtur debitor legasse creditori cùm legauit fideiussori liberationem. nam quoad actionem mandati prædictam videtur dictus fideiussor creditor debitoris & heredum suorum. & cùm debitor creditori suo legat, inutile legatum est. Respon. tamen hîc in contrarium, scilicet vt heredes debitoris debeant facere ita quòd liberetur dictus fideiussor à creditore. ¶ Nec obstat quòd debitor videtur legare creditori, & sic non valere legatum: quia quoties debitor creditori suo legaret, ita inutile est legatum, si nihil interest creditoris agere potius ex testamento quàm ex pristina obligatione. in nostro autem casu bene interest fideiussoris qui est creditor, quantum ad actionem mandati agere potius ex testamento, quàm ex pristina obl. mandati. nam interest eius fideiuss. potius non soluere Sempronio creditori, quod quidem consequitur per act. ex testamento quam intentabat contra heredes debitoris, quàm solutum dicto creditori repetere ab heredibus debitoris per act. mandati. & quod dixi in fideiussore, habet locum in mandatore. Viuianus.

n ¶ *Tenerentur.* postquam soluerit: nisi in casibus: *vt supra manda. l. Lucius.*

o ¶ *Nihil interesset.* ¶ Not.[a] *sic. 3. de lega. j. l. si creditori. §. j. & l. sequenti. & l. sicut. §. fina. & de leg. ij. l. Mæuius. §. debitor autem, & c. & j. eo. l. si creditor. & l. legans. §. fi. & Insti. de leg. §. ex contrario. & de leg. ay. l. iy. §. si rem.*

a Legari potest id quod mea interest potius nõ soluere quàm solutum repetere.

p ¶ *Mandauerit.* inter viuos.

a ¶ *Iusserit*.in testamento.
b ¶ *Quantum*.id est quod.
c ¶ *Potius*. Interest [a] enim [b] nostra non soluere potius quàm solutum repetere.§.*de compen.l.ideóque*.Azo.

[a] Interesse qd & quot modis & qualiter in iudicio deducatur, vide per Bar. in.l.vn.§.de sil.temp.& pend.

[b] Interest nostra nō soluere potius quā solutum repetere.

d ¶ *Agere*.& ideò valet legatum.

iusserit [a] stipulatore, manifestum est quantum [b] intersit promissoris liberari potius [c] quàm præstare ex stipulatu, deinde mādati agere.[d]

Liberatio ab onere reddendarum rationum, ad reliqua non porrigitur nisi exprimatur.h.d.

XII. IDEM *libro trigensimonono Digestorum.*

LVcius Titius cum Erotem actorem[e] haberet, codicillis ita cauit: *Erotem liberum esse volo, quem rationes reddere volo eius tēporis quod erit post nouissimam meā subscriptionem.*[f] postea viuus Erotem manumisit, in eodem actu habuit, rationésque subscripsit [g] vsque in eum diem qui fuit antè paucissimos dies quàm moreretur. heredes Lucij Titij dicunt quasdam summas & seruum adhuc [h] Erotem & postea liberū [i] accepisse, neque in eas rationes quæ à Lucio Titio subscriptæ sunt, intulisse. quæro, an heredes ab Erote nihil exigere debent eius temporis quo Lucius Titius subscripsit. Respondi, Erotem ex ea causa quæ proponeretur, liberationem petere non posse: nisi & hoc specialiter ei remissum est.

Non valet legatum liberationis ei relictum qui se potest liberatione tueri.Bart.

XIII. IDEM *libro octagensimoprimo Digestorum.*

SI creditor debitori qui se exceptione perpetua tueri poterat, legauerit quod sibi deberet,[k] nullius momenti legatum erit. at si idem[l] debitor creditori legauerit, intellegēdum erit exceptionem eum remitti creditori voluisse.[m]

L*Vcius Titius.*] CASVS. Lucius Titius cum haberet seruum actorem siue castaldionem, fecit codicillos, & in eis ita cauit: Erotem liberum esse volo, quem Erotem rationes reddere volo eius temporis, quo administrabit negotia mea post nouissimā meam subscriptionem, quam faciam in rationibus eius approbandis per me. nam pluries subscribebat, & pluries scripturus erat, vt dicebat, & postea viuus adhuc dictus Lucius Titius manumisit dictum Erotem. & in eodem actu siue administratione habuit eundem Erotem, & postea vocauit ad se Erotem prædictum, & dixit ei: Reddas mihi rationem castaldariæ tuæ. & ipse reddidit ei rationes: quasdam tamen summas quas acceperat dum erat in seruitute, & post quando fuit liber, sibi retinuit, ita ꝙ non manifestauit domino. & dominus nesciens, aliquid de istis summis, subscripsit & approbauit rationem suam. & postea post paucissimos dies decessit idem dominus. nunc quæritur, an heredes dicti Lucij Titij ab Erote nihil exigere debeant pro eo tempore quod fuit antè subscriptionem Lucij Titij? Et videtur quòd nihil exigere debeant pro eo tempore: cum testator voluerit exigi ab eo rationes tantum pro illo tempore quod esset post subscriptionem.ergo non pro præcedenti tempore. Respondetur tamen hic quòd Eros non potest petere liberationem pro dictis summis subtractis:nisi dictus testator hoc ei specialiter remisisset: quamuis dictæ summæ per Erotem subtractæ fuerunt de administratione illius temporis quod fuit antè dictam subscriptionem domini.Viuian.

[c] Actor pro castaldione.

e ¶ *Actorem*.id [c] est castaldionem.
f ¶ *Subscriptionem*. quam faciam in rationibus eius approbandis.nam pluries subscribebat,& subscripturus erat.
g ¶ *Subscripsit*.s.dominus nunc patronus.
h ¶ *Adhuc*.i.dum adhuc esset in seruitute.Accursius.
i ¶ *Liberum*. i.postea dum esset iam liber factus. *& facit ad.l.§.de pact.l.tres fratres.& §.eo.l.si quis rationes.*

S*I creditor.*] CASVS. Cùm Titius deberet mihi decem, fecit ei pactum de non petendo: & postea legaui ei quod mihi debebat. certè non valet legatum. sed si dictus debitor habens dictam exceptionem legauit quod mihi debebat, valet legatum vt possim ab eo petere non obstante excep. Idem est & si nō habebat excep. perpetuam dictus debitor meus qui mihi legauit quod mihi debebat, si debebat mihi in diem, vel sub conditione. nam dies vel conditio videtur remissa per eum, vt sic statim possim petere ab herede suo.& hoc dicit cum.l.seq.Viuianus.

[d] Exceptione perpetua tutus, legans id quod deberet, aliàs creditoris remisisse exceptionē perpetuam videtur.

k ¶ *Deberet*.i liberationem eius quod &c.
l ¶ *Idem*.qui scilicet exceptione se tueri poterat.
m ¶ *Voluisse*.& sic [d] est vtile legatum: *vt.§.de leg.j.l.si creditor.in princ.& l.seq.& de leg.ij.debitor.in prin.& §.eo.l.si debitor.§.j.& Inst.de leg.§.si quis debitori.& §.econtrario.*

S*I quis in testamento.*] CASVS. In testamento meo damnaui heredem meum ne exigeret à Titio debitore meo. certè neque Titium neque heredem eius poterit conuenire heres meus, nec coheres heredis mei. vnde nec heres heredis debitoris mei poterit conueniri ab herede meo, vel ab herede heredis mei. Vnde apparet quòd heredem heredis mei damnare possum expressè ne exigat à debitore meo.Viuianus.

XIIII. VLPIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

IDem est & si in diem debitor fuit, vel sub conditione.

In dubio relictum liberationis intelligitur in rem, vt sic personam heredis comprehendat.Bar.

XV. IDEM *libro sexagensimoquarto ad Edictum.*

SI quis in testamento damnatus est ne à Titio debitore exigat:[n] neque ipsum, neque heredem eius potest conuenire. nā neque heredis heres agere, neq; ab heredis herede potest peti. Heredis autē heres potest damnari [o] ne exigat debitorem.

n ¶ *Exigat.* secus si dicat, quandiu [a] viuat debitor: *vt.j.eo.l.Aurelio.in princip.Azo.& facit supra eodem.l.non solum.§.j.& supra eod.l.ij.*

[a] Liberatio ad tempus legari potest.

o ¶ *Potest damnari.* vt.[b] §.*de leg.ij.l.si fuerit.§.j.*

[b] Heres heredis damnari potest ne debitum exigat.

Si legatur liberatio conductori: omne id videtur remissum, ad quod præstandum actione personali tenetur.Bartol.

XVI. PAVLVS *libro nono ad Plautium.*

EI * cui [p] fundum in quinquénium locaueram, legaui [q] quicquid eū mihi dare facere oportet oportebitve, vt fineret heres sibi habere. Nerua, Atilicinus, si heres prohiberet eum frui, ex cōducto:[r] si iure locationis quid retineret,[s] ex testamento fore obligatum [t] aiunt: quia nihil interesset, peteretur,[u]

* In vulg.edit. est lex, Si ei cui.

S*I ei cui.*] CASVS. Cùm locassem Titio fundum meum vsque ad quinquēnium, legaui vt fineret heres meus sibi conductori habere quicquid eum conductorem mihi dare & facere oportet, oportebitve: & decessi. certè si heres meus prohibuerit frui dicto fundo conductorem ex conducto fore obligatum aiunt Nerua & Atilicinus: quia heres meus non est liberatus act. ex conducto pro iis quæ habet cōductori facere. si autē heres meus aliquid retineret vel caperet de eo quod conductor debebat ei ex locatione prædicti fundi, vt quia inclusit in dictum fundum inuecta donec cōductor soluerit ei pēsionē, est obligatus cōductori act. ex testamēto vt ei restituat dictā pensionē: quia nihil interest, peteret heres meus ea quæ promiserit mihi cōductor: (quo casu habet excep. cōductor propter liberationē sibi relictam in testamēto) an retineret eo modo qui dict* est: quia semper habet cōductor beneficiū testamēti. nam videor conductori legasse totam locationem, id est quicquid mihi debet ex locatione. non autē est heres meus ab eo liberatus, imò reliqua quæ solēt venire in locatione de natura cōtractus, scilicet vt locator de his conductori teneatur, quæ quidem sunt numerata supra loc.l.sed addes.§.illud. venit in iudicio locationis, scilicet vt conductor possit ea petere act. ex cōducto Sed & si locassem domum dicto Titio, & ei legassem habitationem hoc modo qui dictus est supra, puta quia ita dixissem: quicquid inquilinum meū mihi dare facere oportet oportebit ve, sinat heres meus eum sibi habere: gratuitam habitationem heres præstare debet. Scias etiam quòd propter ea quæ dicta sunt in princ. huius casus, quòd prædictus colonus siue conductor fundi potest agere cum herede ex testamēto, vt liberetur ab iis quæ debet ex conductione. & hoc dicit cum duabus.ll.seq.Viuian.

[c] Locationis iure quid retinere is dicitur, qui includit inuecta ob pēsionē qui percipit mercedē, quod heres facere nō debet, cui iniunctum est, vt fineret conductorē sibi habere qd-quid est testatori eo nomine dare facere oportebat.

p ¶ *Ei cui*.aliàs si ei cui, aliàs, si cui.& sunt duę partes, scilicet si, & cui.
q ¶ *Legaui*.accipe.j.vt sciret heres &c.
r ¶ *Ex conducto*.scilicet fore obligatum.
s ¶ *Retinere*. heres scilicet, vt quia [c] inclusit inuecta ob pensionem, & percipit mercedem quoquo modo.
t ¶ *Obligatum*.scilicet heredem.
u ¶ *Peteretur*.scilicet heres.

a Liberatione conductori legata, hæres testatoris à conductore neque pensionem petere, neque quidquam retinere pensionis nomine debet.

a ¶ *An retineret.* s.[a] heres: vtrobique enim testatoris munificentia est legatarius oneratus. Azo. s. vt gratis dimittatur, non illud quòd minus rem deuastando seu negligendo obligetur. H. *& facit* ȝ. *de leg.j.l.apud Iulianum.§.si Titius.& ȝ.eo.l.non solum.§.fi.& ȝ loca.l.si in lege.§.fi. & de vsufru.quoties.§.si colono.& ȝ.de vsufru. lega.l. cui vsufructus.§.j.*

b ¶ R*Eliqua quoque.* aliàs quæque. aliàs quoque.

c ¶ *Venire.* sicut aliàs venirent. *& facit supra loca.l.si tibi.* & continuatur cum sequenti & præcedenti.l. Accursius.

d ¶ C*Assius.* adiungit præcedentibus duabus.

b Conductio pro pensione conductionis nomine debita.

e ¶ *Conductione.* id est pensione. *& facit* ȝ. *eod.titu. l.si ei cui. cum concordantiis.*

C*Vm ita.*] CASVS. Ita dixit Titius in testaméto, Heres meus damnas siue damnatus esto liberare eum qui negotia mea gessit, puta Seium: & si quid eum mihi dare & facere oportet, ab eo nõ exigere heres meus damnatus esto. certè damnatus est heres à testatore, & propter dictam damnationem non poterit exigere à dicto Seio pecunias etiam ab eo Seio creditas: nedum debitum ex administratione. sed & si seruis eiusdem testatoris peculij siue peculiari nomine debebitur aliquid per dictum neg. gestorem, videtur idem testator qui taliter legauit vt dictum est, de eo quoque legando sensisse, quamuis hoc sit verũ. Viuianus.

f ¶ *Heres.* quidam dicunt hoc esse de verbis defuncti quę deberent esse in secunda persona: vt scilicet responsio incipiat, nec creditas &c. Sed dic quòd sunt verba iurisconsulti, & responsio incipit, damnatus heres. & dic creditas ab herede vel defuncto ipsi gestori, vel à gestore aliis quibus mutuauit de pecunia domini. Sed tunc est arg. contra. ĵ. *eo.l.procurator.* sed hîc plenius legauit quàm ibi Accursius.

g ¶ *Damnatur.* modò respondet: vt & supra dictum est in prima gloss. huius.l.

h ¶ *In simili.* Dic quòd legaui seruo peculium cum libertate, & quicquid mihi dare debuit. non videor remittere quod vicarius eius, id est sui legatarij debet: *ad quod est.* ȝ. *de leg.iij.l.seruos.§.fi.* & hoc est vix: id[c] est non est. *sic.* ȝ. *ad Velle.tutor.* 2. Vel dic casum vt in princ.l. ponitur: vt videar legare quæ mihi debet gestor, & quæ seruis meis. & quod dicit, vix est, id est, est: *vt &* ȝ. *de iudic. l.vix.* alij fabulas hic referunt. Accursius.

c Vix esse, pro non esse, vel nullo modo esse.

A*Vrelio.*] CASVS. Seius instituit sibi heredẽ Aurelium Sempronium fratrem suum, & ita postea dixit in testamento suo: ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari volo nomine debiti, nec exigere volo dictum meum fratrem aliquid ab eo, puta Titio debitore meo, quamdiu viuet idem Titius debitor, neq; de sorte, neq; de vsura nomine debiti prædictæ sortis quam mihi debet, & absoluo & libero ex pignoribus siue ex vinculo pignorum domum eiusdem Titij debitoris, & possessionem suam nomine Caperlatham, quam domum & possessionem mihi obligauerat. & postea decessit dictus Seius testator. certè si ipse debitor conueniatur ab herede eius, exceptione est tutus. eo autem debitore mortuo non iuuatur excep. heres eius. [GAIVS SEIVS.] Gaius habens duos curatores, scilicet Publium Mæuium, & Lucium Sempronium, fecit testamẽtum cum esset in periculo mortis, & intra.xxv.ann. & ita in eo testamento dixit, quęstionem curatoribus meis nemo faciat: quia ego ipse tractaui siue administraui omnem rem meam. & postea decessit idem adultus. certè si quid dolo dicti curatores fecerint, aut si quæ res testatoris sunt penes eos, eo nomine poterunt conueniri ab heredibus dicti testatoris, & non de aliis. Viuianus.

an retineret.[a] totam enim locationem legatam videri.

XVII. IAVOLENVS *libro secundo Labeonis Posteriorum.*

RE*liqua quoque*[b] in iudicio locationis venire.[c]

Si cui legata est gratuita habitatio potest agere contra heredem vt eum liberet à pensione.b.d.

XVIII. PAVLVS *libro nono ad Plautium.*

CAssius:[d] Etiam si habitatio eo modo legata esset, gratuitam habitationem heres pręstare deberet. Et prętereà placuit agere posse colonum cum herede ex testamento, vt liberetur conductione.[e] quod rectissimè dicitur.

Legatum liberationis extinguitur solutione. Bart.

XIX. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

CVm ita testemur, *Heres*[f] *meus damnas esto liberare illum, qui negotia mea gessit: & si quid eũ mihi dare facere oportet, ab eo non exigere:* damnatur[g] heres: nec creditas ab eo quoque pecunias exiget. In simili[h] autem legato vix est vt de eo quoque legando paterfamiliâs senserit, quod seruis eius peculij nomine debetur.

Legatum liberationis est personale, & ad heredes non transit. Bart.

XX. IDEM *libro decimo Responsorum.*

A*Vrelio*[i] *Sempronio fratri meo. Neminẽ molestari volo nomine debiti, neque exigere aliquid ab eo*[k] *quandiu viueret,*[l] *neque de sorte aut vsura nomine debiti:*[m] *& absoluo [ei] & libero ex pignorib. eius domũ, & possessionem Caperlathã.*[n]† Modestinus respondit, ipsum debitorem, si conueniatur, exceptione tutum esse. diuersum in persona heredis eius.[o]

† Aug li.j.c.3e ait in archetypo esse Capetlatam & ita in manu scriptis reperiri præterquã in vno, in quo erat Capetlatã. Alc. & cæteri hunc locũ lectiõe deprauatũ.

Si testator liberat curatores, non videtur relicta liberatio doli vel reliquorum. Bar.

1. ¶ Gaius Seius cũ adoleuisset, †accepit curatores Publium Mæuium & Luciũ Semproniũ. sed enim idem Gaius Seius intra legitimam[p] ætatem constitutus cùm in fatum concederet,* testaméto suo de curatoribus suis ita cauit, *Quæstionem curatoribus meis nemo faciat. rem enim ipse tractaui.* quæro, an rationem curæ heredes adulti à curatoribus petere possint, cum defunctus (vt ex verbis testaméti apparet) confessus sit se omnem rem suã administrasse. Modestinus respondit, si quid dolo curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt, eo nomine conueniri eos posse.[q]

† Hinc colligunt, pupillum adultũ testari posse. de quo plenius vide Grallium libro festiui. ſ. collatarum q.u.

* concideret

Legatum liberationis vel nominis extinguitur solutione vel alia liberatione viuo testatore contingente: secus si eo mortuo facto heredis contingat. Bar.

XXI. TERENTIVS CLEMENS *libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

i ¶ *Aurelio.* i. ab Aurelio Sempronio fratre meo, vt & aliàs mihi, id est à me. hunc enim fratrem instituebat heredem, & liberationem Titio debitori legauit per hæc verba.

k ¶ *Ab eo.* puta debitore meo Titio.

l ¶ *Viueret.* scilicet debitor meus. & per hoc patet hoc legatum personale fuisse: *vt.* ȝ. *de pact. l.epistola. §.fi.* & sic non est contra *supra de proba. leg. si pactum.*

m ¶ *Nomine debiti.* i. vsura sortis.

n ¶ *Caperlatham.* nomen possessionis, vel loci vbi est.

o ¶ *Heredis eius.* scilicet debitoris. *& facit* ȝ. *eod. l.si quis in testamento. & l.non solum. §.j.& ij.*

p ¶ *Intra legitimam.* Not. ergo quòd adultus[a] curatorem habens potest testari. *sic supra de legatis. ij. cum pater. §. curatoris.* secus in contractu: *vt.C. de in integrum restitutione mi. leg. si curatorem.*

a Adultus curatorem habens testari potest at non contrahere.

q ¶ *Eos posse.* Imò videtur totum[b] remissum: *vt infra eod. Aurelius. §. Titius testamento. quæ est contra.* Solu. speciale ibi in patre. ¶ Item contra. ȝ. *de pact. si vnus. §.illud. & Instit. de lega. §.si quis debitori.* nam ibi videtur quòd liberatione legata nec de dolo posit conueniri. ¶ Sed dic, refert an aliquis est debitor[c] pecuniæ tantùm, an & doli & culpæ, an doli tantùm, vt in deposito. In primo loquitur Instit. In secundo hic. In tertio iste. §.illud. ¶ Item nota quòd liberatio[d] tribus modis legatur. 1. Primo, quod Titius debet, peti nolo. vel quod debet, ei relinquo, vel actionem ei remitto. & hic est liberandus legatarius: *vt supra eo. l.j. & l.si damnatus. & l.quod mihi. & l.legaui. circa princip. & in plurib. aliis ll. huius titu.* 2. Secundo si negotiũ testatoris gessisset, & testator dixerit, rationes eum reddere nolo & hic quoque debitor liberandus est, nisi ab eo quod dolo gesserit, vel quod penes eum sit, *vt hic, &* ȝ. *e. non solum. §.si heres, &* ĵ. *eo. procurator. & l.fi. §. Titia. & l. Aurelius. §. Mæuia. &* ȝ. *de leg. j. si seruus vetitus. &* ȝ. *de admini. tuto. quidam decedens. & infra de condit. & demon. cum tale. §.j.* nisi cum dixit, damnas esto heres meus quicquid &c. *vt.* ȝ *eod. l.si quis rationes. in fi.l.* 3. Tertio ita, si reus vel actor damnat heredem ne actionem exerceat, quo casu loquitur *infra eo. l. petitor.*

b Liberationis legatum an & quando extendatur ad dolũ & ad reliqua.

c Debetur vel pecunia, vel dolus vel vtrumque.

d Liberatio tribus modis legatur.

S*I id quod.*] CASVS. Tu Titius debebas mihi decem: ego feci testamentum, & in eo legaui dicto Titio debitum vel etiam Seio, postea coegi te vt mihi solueres, & soluisti, & ita fuisti à me liberatus per solutionem prædictam, vel etiam alio modo fuisti à me liberatus, & postea decessi. certè non potest peti legatum, imò extinctum est. de prædicto autem alio modo liberationis quàm per solutionem, potest poni exemplum, vt quia ego creditor extiti heres tibi debitori, postquam taliter vt dictum est, tibi legaui,

& postea

& postea decessi. nam in isto casu cõfusione tollitur obligatio qua mihi tenebaris: sicut in superiori tollitur per solutionem. Si autem legaui tibi liberationem sub conditione, si nauis ex Asia venerit: heres autem meus præoccupauit, siue petiit à te debitum antè dictam conditionem, & exegerit, aliud dici potest, id est quòd non extinguatur legatum liberationis, imò existente postea conditione repetes tu debitor ab herede meo illud quod ei soluisti. & est ratio: quia in arbitrio heredis mei esse non debet, vt quandoque siue quandocunque existente dicta conditione liberationis, neque tibi legatario debeatur legatum, neque ei ad quem commodum debet peruenire, si tu non viuas, vel alio modo capere non possit, puta coniuncto vel substituto tibi. Viuianus.

† Argumentũ à solutione ad confusionem.

SI id quod [a] mihi deberes, vel tibi vel alij legauero, idque mihi solueris, [b] vel qualibet alia ratione liberatus à me fueris, extinguitur legatũ. 1. ¶ Vnde Iuliano placuit, & si debitori heres extiterit creditor, posteàq; ipse creditor decesserit, legatũ extingui: & hoc verũ est: quia confusione perinde † extinguitur obligatio, ac solutione. [c] 2. ¶ Sed si sub cõditione dato legato, [d] heres præoccupauerit, & exegerit debitũ, [e] aliud dici oportet: quia in arbitrio heredis esse non debet, [f] vt quandoque conditione existente, neque [g] ipsi legatario debeatur legatum, si tum viuat, & capere possit: neque ei [h] ad quem hoc commodũ peruenit, si legatarius capere non possit.

Hæc verba, peti nolo, pariunt exceptionem, & inducunt fideicommissum.

XXII. PAPINIANVS *libro nonodecimo Quæstionum.*

QVod mihi Sempronius debet, peti nolo. † Nõ tantũ exceptionem habere debitorem, sed & fideicommissum vt liberetur, petere posse, responsum est. [i]

Si relinquitur liberatio à reddendis rationibus, non videtur relictum creditum nomine domini cõtractum. Bartolus.

a ¶ *Si id quod.* aliàs si quod: aliàs si id quod.

b ¶ *Solueris.* coactus scilicet, alioquin contra. *supra de lega. iij. fideicommissa. §. si rem. & no. ʒ. eo. l. non solum. §. fin.*

a Solutione extinguitur obligatio vt & confusione.

c ¶ *Solutione.* vt [a] *infra de fideiusso. si debitori creditor. & de solut. l. Stichum. §. aditio.*

d ¶ *Legato.* prędicto.

e ¶ *Debitum.* hoc in debitore testatoris sine distinctione recipitur: aliud in debitore heredis quem liberare ipse damnatur: *vt. ʒ. e. l. cum heres.*

† Ex ratio huius legis: quia iussus testatoris est sequendus. l. vulgaris. videtur autem iubere per verbũ, nolo: quod est imperandi: vt per Gl. in de. ide off. vicarij.

f ¶ *Nõ debet.* ad quod *supra de lega. j. l. e. seruo legato. §. j.*

g ¶ *Neque.* i. non.

h ¶ *Ei.* repete, nec debet esse in arbitrio heredis vt neque præstet ei ad quem commodum peruenerit relictum alij sub hac conditione, si legatarius capere non possit. 2. Vel dic forsan coniuncto vel substituto i *vt. C. de caduc. tol. §. j. ij. & iij. & facit supra de lega. j. si sic. §. j. & ʒ. de fideiusso. Vranius. & ʒ. ad Treb. deducta. in prin. & l. debitor. & l. pen. & C. de pac. debitori. & ʒ. e. non solum. §. si liberationis.*

QVod mihi.] CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo, illud quod Sempronius debet mihi, nolo peti. certè non tantùm exceptionem habet debitor si ab eo petat heres: sed etiam potest petere vt liberetur. Viuian.

i ¶ *Responsum est.* facit *Instit. de leg. §. si quis debitori. & C. de fideicom. si creditoris. & ʒ. vt in possess. leg. l. j. §. si debitori.* ¶ Sed arg. contra. *ʒ. de eo per quem fac. erit. l. j. §. si reus.* ¶ Itẽ no. aliquid [b] fieri ad exceptionem, quod valet etiam ad actionem. quod est contra Pla. *vt no. ʒ. de iureiuran. l. sed & si possessori. in prin.*

b Ad exceptionem aliquẽ fit quod valet etiam ad actionem.

PRocurator.] CASVS. In testamento meo damnaui heredem meum, vt non exigeret rationem à Seio procuratore meo de eo quòd gesserat negotia mea, sed quod liberaret eundem procuratorẽ meum. & decessi. nunquid videtur liberatus dictus procurator de ea pecun. quam eidẽ procura. promisit Titius argentarius ex contractu quem fecit cum eo tanquã meus procurator? Et dicitur quòd non, imò aut tenetur heredi meo actiones præstare aduersus dictum argentarium, aut cogitur dicto heredi meo pecuniam restituere, si eam non exegit ab argentario. Viuian.

k ¶ *Procurator.* aliàs procurator. aliàs curator.

l ¶ *Præstare.* hoc ideò, quia fraudis [c] rationem reddere debet procurator, non negligentiæ hoc casu: *vt. ʒ. eod. l. Aurelius. §. j. & supra de admin. tut. qui plures. & de leg. j. si seruus vetitus.* hîc autem dolum [d] facit eo ipso quòd ea quæ habet, nõ reddit, vel actionem non cedit: *vt. ʒ. manda. si procuratorem. §. dolo.*

c Procurator interdũ negligentiẽ rationẽ non reddit.

d Dolo facit qui aliena quę habet nõ reddit, aut nõ cedit actionem.

CVm heres.] CASVS. Instituit mihi heredem Titium, & rogaui eum vt liberaret Seium debitorem suum in centum. & decessi. & postea antè apertas tabu. testamenti mei dictus Seius soluit dicto meo heredi creditori suo de dictis. c. l. certè alia. l. remanent in fideicommiss. scilicet vt heres meus teneatur dictum suum debitorem in his liberare. non autem potest repetere dictus debitor ab herede meo dicta. l. quæ ei solui. si autem post aper. tabul. meas exegit heres meus dicta. l. à dicto suo debitore, & ita exegit postquam sciuit idem heres dictam meam voluntatem, vel scire potuit, dolo fecit: & ideò dictus debitor, id est legatarius repetit ab herede quod ei soluit. Viuianus.

XXIII. IDEM *libro septimo Responsorum.*

PRocurator [k] à quo rationem heres exigere prohibit, eõque nomine procuratorem liberare damnatus est: pecuniam ab argentario debitam ex contractu quem vt procurator fecit, iure mandati cogetur restituere, vel actiones præstare. [l]

Si legatur liberatio debitori heredis, restringitur ad debitum quod manet à tempore apertarum tabularum. Bartolus.

XXIIII. IDEM *libro octauo Responsorum.*

CVm heres rogatur debitorem suum [m] liberare: de eo tãtum cogitatum videtur, quod in obligatione manserit. [n] Itaque si quid antè tabulas apertas [o] fuerit solutum: ad causam fideicommissi non pertinebit. Quod autem post tabulas apertas [p] antè aditam hereditatem ab eo qui voluntatẽ defuncti non ignorauit, fuerit exactum, dolo proximũ erit: ideóque repeti potest. [q]

Defectus debiti demonstrati impedit substantiam legati relicti à creditore debitori: sed non impedit substantiam legati relicti à debitore creditori si certa quantitas exprimatur: aliàs secus. Bart.

XXV. PAVLVS *libro decimo Quæstionum.*

m ¶ *Suum.* secus si testatoris: *vt supra eod. si id quod. §. sed si sub conditione.*

n ¶ *Manserit.* vsque in diem aditæ hereditatis. [a] nam antè non est heres.

a Heres ante aditã hereditatem nõ est heres. Itaque heres liberare suum debitorẽ iussus, eatenus liberare debitorem suũ cogitur, quatenus debitũ est ad diem vsque hereditatis.

o ¶ *Antè tabulas apertas.* & ob hoc antè aditam hereditatem. nam [b] olim antè apertas tabu. adire non poterat nisi esset in solidum institutus, vel nisi esset de liberis: *vt. C. de cadu. tol. §. j. & §. in nouissimo, & supra de iur. & facti igno. l. j. §. fi. & C. de iure delibe. l. si fratris.*

b Hereditatem adire olim ante apertas tabulas heres nõ poterat nisi, vel in solidum institutus esset, vel nisi esset de liberis.

p ¶ *Apertas.* idem si antè apertas fuerit exactum ab eo qui sciuit voluntatem defuncti. nam tunc dolo proximus est. sed potius ideò dicit, quia tunc sæpè contingit vt sciat. Azo. subau. [c] ergo hic, maximè.

c Maximè particula tempus in iure subauditur.

q ¶ *Repeti potest.* vt indebitum. nam debitum idẽ legatarius repeteret ab herede quod ei soluit. & facit. *ʒ. de condi. inde. in summa. § pe.* vbi distinguitur [d] sciens ab ignorante. ¶ Sed contra *Inst. de leg. §. si vero heredis. & ʒ. de leg. j. l. catera. §. fi. & l. seq.* vbi distinguitur sciens heres ab ignorãte. Sed ibi post aditam hereditatẽ: vnde [e] videtur scire quod sciuit defunctus, cùm sit vna [f] persona: *vt in Auth. de iureiur. à moriente præsti. §. j* & quia succedit in scientia. *vt. ʒ. de diuer. & tempo. præscrip. cum. heres.* Hic [g] antè aditam hereditatem. Accur.

d Scienter & ignorantia soluentis differentia.

e Heres post aditã hereditatem scire præsumitur id quod sciuit defunct[us] & cur. *adde Gl. l. quidam. §. si quis filium. ʒ. ad Treb.*

f Heres adita hereditate vna persona censetur cũ defuncto.

g Heres ante aditam hereditatẽ iustè ignorare præsumitur facta defuncti.

LEgaui.] CASVS. Cùm Titius esset meus debitor in centum, vel deberet mihi fundum vel Stichum: legaui ei quod mihi debet, & fortè adieci dictam quantitatẽ vel speciem, vel fortè non adieci: & econtra dictus Titius debitor meus legauit mihi quod mihi debebat, & fortè adiecit quantitatem & speciem, & fortè non adiecit. nunc quæritur, an ad hoc vt valeant dicta legata, debeat requiri an prædicta sint debita, vel non? & certè primò expedit quæstionem mei creditoris qui legauit dicto meo debitori prædicto modo, ab illo versu, respõdi si is cui &c. vsq; ad illum §. contra autẽ &c. & postea vsque ad finem expedit quæstionẽ debitoris mei prædicti qui mihi legauit, vt dictum est. Dicit ergo quòd si ego creditor volui dimittere debitum dicto meo debitori, nihil interest, iussi heredi meo vt liberaret eum: an prohibui heredẽ ab eo exigere. nã vtroque casu habet debitor act. ex testamẽto cõtra heredem meum vt eum liberet: siue in legato feci mentionem quantitatis mihi debitæ vel fundi, vel Stichi mihi debiti, siue nõ. & hæc vera sunt si verè erat meus debitor dictus Titius in dicta quantitate vel specie. si autem nihil debuerat, dicũt quidam posse etiam peti illud quod cõprehensum est in legato, nedũ peti liberationẽ, quasi falsa demonstratione adiecta, quæ non solet vitiare legata. Sed quo modo possunt ipsi hoc dicere, cùm ita, vt dictum est, legaui ego testator idémque creditor. c. aureos quos mihi Titius debet, vel Stichum quem mihi Titius debet, heres meus dãnas siue damnatus esto non petere? certè non possunt hoc dicere.

Legaui Titio quod mihi debetur, [a] vel adiecta certa quantitate siue specie, vel nõ adiecta: aut ex cõtrario, [b] æquè cum distinctione: [c] veluti, *Titio quod ei debeo.* vel ita, *Titio centum quæ ei debeo.* Quæro, an per omnia requirẽdum putes an debitum sit: & plenius rogo, quæ ad hæc spectãt, attingas. cottidiana [d] enim † sunt. Respondi. Si is [e] cui Titius debebat, debitum ei remittere voluit, nihil interest, heredem suum iussit vt eum liberaret, an prohibeat eum exigere. vtroque enim [f] modo liberandus est debitor, & vtroque casu competit vltro ad liberandum debitori actio. [g] Quòd si etiam centum aureorum vel fundi debiti mentionem fecit: si quidẽ debitor fuisse probetur, liberandus est. Quòd si nihil debeat, poterit dici, [h] quasi falsa demonstratione adiecta, etiam peti quod comprehẽsum est, posse: sed poterit hoc dici, [i] si ita legauit: *Centum aureos quos mihi debet* vel *Stichũ quem debet, heres me⁹ damnas esto nõ petere.* quòd si sic dixit, *Heres meus centũ aureos quos mihi Titius debet, damnas esto ei dare:* etiã illud tentari poterit, vt petere possit, quasi falsa demõstratione adiecta. quod mihi nequaquam placet, [k] cum dandi verbum ad debitum referre se testator existimauerit. Contra autem [l] si debitor creditori leget, nullam vtilitatem video, si sine quantitate leget. Sed & si id demonstret, quod debere se confitetur: nulla vtilitas est nisi in his speciebus in quibus emolumentum [m] debiti ampliatur. Quòd si centum aureos quos se debere dixit, legauit: si quidem debet, inutile est legatum. Quòd si non fuit debitor, placuit vtile esse legatum. Certa [n] enim nummorũ quantitas similis est Sticho legato cum demonstratione [o] falsa. idque & diuus Pius rescripsit certa pecunia dotis acceptæ nomine legata. [p]

A legatario potest relinqui liberatio heredibus: qui agnito legato repellitur exceptione: nisi beneficio ætatis iuuetur. Bart.

XXVI. SCÆVOLA *libro quarto Responsorum.*

Tutor decedens, aliis [q] heredibus scriptis, pupillo suo cuius tutelam gessit, tertiam [r] partem bonorum dari voluit, si heredibus [s] suis tutelæ causa controuersiam non fecerit, sed eo nomine omnes liberauerit. pupillus legatum prætulit, & postea nihilo minus petit quidquid ex distractione [t] aliáve causa ad tutorem suum ex tutela peruenerit. Quęro, an verbis testamenti

Parcet.

---

nec etiam possunt hoc dicere si ego creditor etiam ita legaui, heres meus. c. aureos quos mihi Titius debet, damnas esto dare eidem Titio. cùm verbum dãdi in legato positum existimauerim ego testator ad debitum referri, & in veritate Titius non erat meus debitor, vt dictum est. Quidam tamen dixerunt, & malè, quòd in hoc vltimo casu petere possit Titius qui mihi debet dicta. c. quasi ego testator adiecerim falsam demonstrationem quæ non solet vitiare legata: sed, vt dixi, malè dicunt. Viso circa me creditorem, videamus circa dictũ meum debitorem. si ergo dictus meus debitor legauit mihi non adiecta quantitate, nõ valet. si autem adiecit quantitatem, non valet similiter: nisi propter repręsentationem si erat in diem vel sub conditione. & hæc omnia vera sunt si mihi debebat in veritate illud quod mihi legauit. si autem non debebat, valet legatum. certa enim nummorum quantitas in genere & quantitate legata mihi ab eo qui dicebat se debitorem meum cum non esset, vt fuit in hoc vltimo casu, est similis Sticho legato cum demonstratione falsa, & est similis certæ pecuniæ legatæ cum falsa demonstratione per virum vxori nomine dotis acceptæ: quibus duobus casibus valet legatum, licèt non sit vera demonstratio apposita in Sticho legando, licèt testator nihil receperit nomine dotis. Viuianus.

† Argumẽtum à quotidianis & frequenter contingentibus.

a ¶ *Debetur.* ab eo, vel alio. Azo.

b ¶ *Ex contrario.* nam supra creditor legauit, hic debitor & primùm prosequitur vsque ad. §. contra autem &c. & exinde aliud.

c ¶ *Cum distinctione.* scilicet illa, an sit adiecta species, vel quantitas. Azo.

d ¶ *Cottidiana.* & ideò [a] tractanda, & fauorabilius admittenda: *vt. j. de vsucap. l. iusto. in prin.*

a Quottidiana diligẽtius sunt tractanda.

e ¶ *Si is.* scilicet creditor.

f ¶ *Vtroque enim modo.* id est casu.

g ¶ *Actio.* ex testamento: *vt. s. eo. tit. l. quod mihi.*

h ¶ *Poterit dici.* hoc verum si dixi, lego. x. quæ mihi debet. si verò sic, volo illum liberare in decem, vel ab eo non peti, secus: *vt. j. proxi.* sed poterit &c. 2. Vel dic secundum. R. quòd non refert hic illo modo legauerit: sed tamen corrigitur statim in proxi. respon. sed poterit &c.

i ¶ *Hoc dici.* in lib. Ioan. est, hic dici. & lege interrogatiue. & respon. non. Azo.

k ¶ *Nequaquam placet.* ergo multò magis in superiori proximo casu non posset peti cum dixit, damnas esto non petere.

l ¶ *Contra autem.* hic debet esse. §. & prosequitur secundã quæstionem circa principium. l. factam.

m ¶ *Emolumentum.* repræsentationis. ¶Et not. quòd hic dixit, lego quod debeo.

n ¶ *Certa.* in genere & quantitate, non in specie certa nummorum: vt differat à sequenti de seruo. Accursius.

o ¶ *Cum demonstratione.* vt Stichum quem debeo, tibi lego.

p ¶ *Legata.* ad [b] hoc. *s. de do. prale. cum scriptũ. & de leg. ij. l. cum quidam. & Insti. de leg. §. sed si vxori. & j. de cõdit. & demon. quibus diebus. §. qui dotalem. & C. de fals. cau. adie. lega. l. ij. in si. item facit ad. l. istam. s. tit. j. l. Quintus. & l. qui tibi. & j. de cõdit. & demon. falsa. & C. de fideicommis. l. si creditoris. & de lega. ij. Lucius. §. j. & de leg. j. si creditori. & Insti. de lega. §. huic. & s. de leg. ij. Lucius. §. quisquis. & infra eo. tit. Aurelius. §. si.* ¶Et no. plenè si lego tibi decem quæ [a] tibi debeo, tenet legatum etiã nihil debeatur. sed si debetur purè & efficaciter, nullum est legatũ. si sine effectu, vel non purè, tenet: *vt hic, & s. eo. si creditor. & de lega. j. si autem.* & hoc in prima persona. Nunc de tertia, & secunda quæ vicem tertiæ obtinet: vt si. x. quæ mihi debes, lego illi. vel. x. quæ ille mihi debet, tibi lego. si debentur, in vtroque casu actionem cedere tenetur heres: *vt supra eod. si damnatus. & supra de lega. j. non quocumque. §. qui Gaium. & l. si sic. §. j. in fin.* Si verò non debentur, nihil est in legato. & est ratio differentiæ inter primum & duos vltimos: quia primo casu intelligendus est testator ad dandum obligare heredem, apponendo verbum id, scilicet debeo. [b] quod si verum est, heredi dandi necessitas incumbit. In aliis verò duobus non est intelligendus heredi iniungere vt det. quòd si verum sit quod debetur, non ad dandum, sed ad faciendum tenetur heres, id est ad cedendam actionem quam habet. si ergo habet actionem, eam cedit, si non, nullam cedit quia non potest. ¶Est & alius casus qui licèt à glossatoribus sit relictus, à Paulo tamen non est omissus, qui est difficilior aliis: vt si dicam, lego tibi decem quæ mihi debes. dicit enim Paulus quòd si debetur, liberari debitor debet: si non debetur, x. sunt in legato: quod falsum est: vt. j. ipse Paulus postea dixit: *vt hac. l. §. quòd si etiam centum. §. quod mihi. & §. sed poterit.* ¶Sed quare aliud hic dicitur quàm in duobus superioribus casibus: quia [c] & in hoc casu si debetur, non tenetur heres ad dandum, sed ad liberandum? sed certè hæc [d] liberatio siue remissio datio est: *vt supra de condic. ob cau. l. si mulier.* ¶Item inducit compensationem: *vt. s. de compensa. per totum.* Item facit videri totum remissum, etiam inopinata: *vt infra ad. l. Falci. l. quærebatur.* Sed [e] cessio actionis non est datio pecuniæ, nec pro solutione habetur (cum euentus [f] iudicij possit esse incertus:) nisi in casu: *vt supra de pecul. lega. quod debetur.* Vbi verò quantitas non exprimitur, in omni casu quod vel quæ, pro conditione seruatur: *vt supra titu. j. Quintus Mucius.* nisi verba præteriti temporis nõ præsentis ponantur in legato: vt si dicam, quod debuisti, vel quod debuit. & tunc distingues: *vt infra eodem. creditor.* Roge. Azo. Hugo.

b Falsa demonstratio, nõ viciat legatum.

a Legans creditori debitor quod eidem debet, in & quomodo.

b Verbum Debeo, prolatum à testatore, heredẽ obligat quod dic etiã non habito respectu ad pr. legata. L. [illegible] Bar. C. si cert.

c Legato eo quod debet debitori, si verè debeat, heres testatoris tenetur nõ ad dandum, sed ad liberandum.

d Liberatio siue remissio datio est, cõpensationem inducit, & facit omnia etiam inopinata videri, remissa.

e Cessio actionis non est datio pecuniæ, nec pro solutione generaliter habetur & in eo differt à liberatione legata.

f Incertus est iudicij euentus.

Tutor.] CASVS. Cùm Titius administrauit tutelam Seij, fecit testamentum, & instituit sibi heredes Gaium & Semproniũ: & legauit dicto pupillo tertiam partem bonorum suorũ sub conditione si heredibus suis testatoris nõ fecerit controuersiam causa tutelæ. sed eo nomine eos liberauerit. & postea decessit dictus Titius, & postea pupillus accepit dictum legatum. nunquid amodo potest idẽ pupillus petere à dictis heredibus tutoris ea quę peruenerunt ad tutorem ex dicta tutela? Et dicitur quòd obstat ei doli exceptio, nisi sit paratus reddere dictis heredibus dictum legatum, & super hoc petat in integrum restitui. Viuian.

q ¶ *Aliis.* quàm pupillo.

r ¶ *Tertiam.* quod [g] legatum valet: *vt. s. de le. j. l. nõ amplius. §. j.*

s ¶ *Si heredibus.* id est sub hac conditione.

t ¶ *Ex distractione.* rerum pupillarium.

g Legatũ tertiæ partis bonorum valet.

a ¶ *Parêret*.i.tutoris heredes liberasset ab actione tutelæ. Azo.
b ¶ *Indulgendum est*.vt[a] *&.3.de mino.ait prætor.in fin.&.l.& si fi.se in prin.&.l.si minor.xxv.an.seruum.&.C.de fideicom.liber.l.debitori.&.j.de do.excep.l.si.in fi.&.3.de acqui.hered.necessariis.&.j.de iis quibus vt indig.l.v.§.amittere.*

[a] Minor restituitur aduersus aditam hereditatē & legitimā agnitā.

ab his exactionibus excludatur. Respondit, si prius quàm conditioni parêret,[a] fideicommissum percepisset, & pergeret petere id in quo contra cõditionem faceret, doli mali exceptionem obstaturam: nisi paratus esset, quod ex causa fideicommissi percepisset, reddere: quod ei ętatis beneficio indulgendum est.[b]

Aliquando dicitur quis legatarius propter spem, licèt non propter rē. B.

XXVII. TRYPHONINVS *libro octauo Disputationum.*

VIdeamus, si ei cum quo de peculio actio erit, liberatio testamento legata sit,[c] an si die quo legata cedere solent,[d] nihil in peculio sit: legatarij loco habeatur. Atquin nondum debitor fuit, nec procedit vt emolumentum aliquod ex legato ad eum perueniat, nisi propter spē futuri peculij. Nunquid ergo in pendenti sit, an legatarius fuerit, perinde atque si qua alia causa spem legati dubiam faceret? [Quod* magis est.[e]]

Effectus liberationis relictæ pupillis non extenditur ad tutorem. Bar.

XXVIII. SCÆVOLA *libro sextodecimo Digestorum.*

AVrelius Symphorus fideiusserat[f] pro tutore quodā,[g] & decedens eisdem[h]* pupillis legauit in hæc verba, Arellio Latino & Arellio Felici singulis q̄na,[i] cùm quis eorū quatuordecim annorū fuerit: ad quod[k] tempus præstari eis volo singulis alimentorū nomine mēstruos denarios senos, & vestiarij nomine annuos denarios vigintiquinq;. quo legato cõtenti esse debetis,[l] quando tutela vestra non minimo damno rationem meam adflixerit[m]. à vobis autem heredes mei peto, ne quid ex ratione tutelæ ab his[n] exigere, vel ab hoc legato eorum retinere velitis.[o] Quęsitū est, si heres eius ex causa fideiussionis aliquid præstiterit, an [ab] herede filiorum eius[p] pro quo fideiusserat, repetere possit. Respondit, verbis quæ proponerentur, id solùm videri heredū fideicõmissum, ne exigerēt quod ex ratione tutelæ quā ipse Symphorus administrauerat, ab Arelliis[q] sibi deberetur.

Legatum liberationis ad debitum tempore testamenti restringitur, nec ad post contractum extenditur. Bart.

1. ¶ Testamēto facto debitoribus liberationē reliquerat, post inciso lino,[r] & recognito testamento, aliud testamentū fecit, in quo repetiit[f] legatum his verbis: Quibusque* legata in eo testamēto quod incideram dedi, omnia rata esse, & quæque* scripta sunt, volo. Quæsitū est, adita ex sequente testamento hereditate, an debitores quibus priori testamēto liberatio relicta erat, cõsequi possint, vt etiā eius quantitatis nomine quam post prius testamentum debere cœperant, liberarentur: & si ab his heredes petere cœperint, an doli mali exceptione summouerentur. Respondit, non liberari.

2. ¶ Titius Seio debitori suo ita legauit: Do lego Seio denarios decē. itē dono illi quidquid sortis & vsurarum nomine mihi debebat. prętereà generaliter dānauit heredes, fideique eorū cõmisit vti darent restituerēt vnicuique quidquid ei legasset. postea Seius aliā prætereà pecuniā à Titio mutuatus est. Quæro, an hæc quoque pecunia quæ post testamētū factū data esset Seio, legata intellegitur. Respondit, cum in præteritū tempus verba collata proponerentur, non esse

VIdeamus.] CASVS. Filius meus cum Titio contraxit, & obligauit se ei in centum, & ita ego pater teneor dicto Titio de peculio dicti filij mei. dictus autem Titius fecit testamentum: & mihi liberationem legauit. tempore autem mortis eiusdem Titij, id est tempore quo cedit dies legatorum, nihil erat in peculio dicti mei filij. vnde quæritur, an debeat haberi loco legatarij? & videtur quòd non: quia nondum debitor fui ego pater. tunc enim incipio esse debitor, cùm aliquid incipit esse in peculio. si nō sum debitor, ergo non habeo emolumentum propter legatum liberationis. ergo non valet legatum. sed verius est vt sit in pendenti an sit legatarius liberationis donec aliquid esse cœperit in peculio filij mei. Viuian.

c ¶ *Legata sit*. à creditore.
d ¶ *Solent*. mortis[b] testatoris hodie: *vt.C.de caducis tollen.§.cum igitur.*
e ¶ *Quod magis est.* & facit *supra eod. l.si quis reum.§.idem Iulianus.*

[b] Legata hodie cedunt à morte testatoris.
* Inclusa desunt Flo.

AVrelius.] CASVS. Titius fuit datus tutor Aurelio Latino & Aurelio Felici, & Aurelius Symphorinus fideiussit pro eo tutore rem pupil. saluam fore. & decedens dictus fideiussor instituit sibi heredes Gaiū & Sempronium, & dictis pupillis legauit per talia verba. Aurelio Latino & Aurelio Felici lego cuilibet eorum quina cùm vnusquisque eorū fuerit, xiiij. annorum: vsque ad quod tempus præstare volo eis singulis heredes meos nomine alimentorum senos denarios omni mense, & nomine vestiarij. xxv. denarios omni anno. & postea ita dixit idem fideiussor testator: quo legato cõtenti esse debetis vos pupilli, ideò quoniam tutela vestra afflixit rationem meam non minimo damno. nam impendi multa circa tutelam vestram. à vobis autem heredes mei peto ne quid velitis exigere à dictis pupillis meis ex ratione tutelæ, vel legatum eorum retinere ob hoc quia impendi in res eorum. & postea decessit dictus testator idémq; fideiussor tutoris. postea propter malam gestionē tutoris heres siue heredes dicti fideiussoris fuerunt condemnati pupillis in.c. & soluerunt dicta c. nunquid poterunt repetere ab herede dicti tutoris? Et dicitur quòd sic. nam id solùm videtur cõmisisse fideiussor fidei heredum suorum, ne exigerent à dictis pupillis id quod ratione tutelæ eorum quam ipse Symphorinus fideiuss. administrauerat, sibi Symphorino debeatur. non autem videtur commisisse fidei eorum heredum suorum ne mandati agerent contra tutorem vel eius heredes. Viuianus.

* eiusdem.

f ¶ *Fideiusserat*. apud pupillos vel apud alios.
g ¶ *Quodam*. rem[a] pupilli saluam fo. quod fieri debet: *vt Inst. de satisda. tuto. §.j.*
h ¶ *Eiusdem*. s. tutoris.
i ¶ *Quina*. i. decem: *vt & supra de legat.j.l.si quis testamento.&* *sub.lego.* Accur.
k ¶ *Ad quod*. i.[b] vsq; ad quod tempus.
l ¶ *Debetis*. transit de tertia persona ad secundam.
m ¶ *Afflixerit*. impenderat enim Aurelius multa in res illorum pupillorum. Accur.
n ¶ *Ab his*. scilicet pupillis ea quę impendi.
o ¶ *Velitis*. quasi dicat, non exigatis impensas à pupillis: nec legata eis retineantur propter dictas impensas.
p ¶ *Filiorum eius*. scilicet tutoris.
q ¶ *Ab Arelliis*. i. à pupillis. Vterque enim sic vocabatur. q.d. non[c] prohibetur agere mandati cõtra tutorem vel eius heredem, vt hîc: sed negotiorum gestorum contra pupillos pro impensis: *vt.s.proximo.*

[a] Satisdare rē pupilli saluam fore tutor debet.
[b] Ad tempus legare, est vsque ad tēpus.
* Quibuscunque.
[c] Prohibitus agere aduersus pupillos, non prohibet agere aduersus tutores.
* quæcunque.

Testamēto.] CASVS. Titius fecit testamētū, & in eo debitorib' suis liberationē reliquit. & postea incidit linū quo ligatum erat testamentum, & ita fuit ruptum testamentum. & postea duobus de dictis debitoribus quibus liberationem legauerat, mutuauit.c. & postea legit dictum testamentū, & pœnituit quòd ruperat illud: vnde & fecit secūdum testamentum, in quo repetiit legata his verbis: Quibuscunque dedi legata in testamento meo quod inciderā, volo omnia rata esse. & postea decessit. & postea ex secundo testamēto liberatione relicta adita fuit eius hereditas. nūc quæritur, an dicti duo debitores quibus priore testamento liberatio relicta erit, cõsequi possint vt eius quātitatis nomine quā post primum testamentum & antè secundum debere cœperunt, liberarentur: & si ab his heredes petere cœperint, an doli exceptione summouerentur? Et dicitur quòd nō liberantur ab eo quod mutuatum est post primum testamentum: sed ab eo tantùm quod debebant tempore primi testamenti. *& facit in proxi §. qui est planissimus.* Viuianus.

r ¶ *Lino*. i.[d] chordula de lino quo erat ligatum, per[e] quod rumpitur testamentum: *vt.C.de testamentis.l.nostram.*
f ¶ *Repetiit*. per hanc repetitionē petetur liberatio eorū f quæ debebantur tēpore primi testamēti: non vt ex illo, sed vt ex secundo: *vt Inst. quib. mod. testa. infir. § posteriori.* non autem eorum quæ post cœperūt deberi: *vt hîc dicitur. & facit ad istum. §.j. proximo. & supra de tri. lega. l. si quis. §. item. & de auro & argen. leg. si ita. & l. medico in princ. & 3. de leg. ij. vxori. §.j. & l. nomen. §.j.*

[d] Lino seu chorda religati testamenta solita.
[e] Testamentū rumpitur lini eius incisione.
f v. Roman. sing. 499 incip. textus est singularis.

& l. uxorem. §. testamento. & ī. eo. l. fi. §. fi. Arg. contra. *ſ. de alimen. leg. l. Mela. § ſed & ſi alimenta. Item ī. eo. l. §. legatum.*

a ¶ *Credendum.* debitum, ſub. & *facit. ſ. proxi. §. cum concordan. & de leg. iij. l. his verbis.*

Titius teſtamento.] C A S V S. Seius emácipauit filium ſuum impuberem, & ita. l. duodecim tabularum fecit eum legitimum eius tutorem, poſtea dictus filius adultus factus fecit teſtamentum, & filios ſuos ſibi heredes inſtituit: & poſtea ita locutus eſt, Seium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ. & deceſſit. nunc quæritur, quo modo dicta verba teſtatoris debeant accipi, id eſt cui pecunias quas ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in ſuos vſus pater conuertit, vel nomine ſuo fœnerauit, debeat reddere ex dictis filiis & heredibus teſtatoris qui ſunt nepotes eius tutoris? Reſpon. quòd is iudex cuius notio eſt, quid eſſe debeat ſuper hoc æſtimabit: ſed in dubio omnia patri videntur conceſſa & remiſſa, niſi filij teſtatoris probent eum aliud ſenſiſſe. & hoc eſt ſpeciale in patre teſtatoris: ſecus in aliis: *vt. ī. §. proxi.* qui eſt planiſſimus. Viuianus.

posterius credendum[a] legatum.

Generalis liberatio patri relicta continet liberationem reliquorum, ſecus in extraneo. Bart.

3. ¶ Titius teſtamento facto,[b] & filiis heredibus inſtitutis, de patre † tutore ſuo quondam facto ita locutus eſt: *Seiũ patrẽ meũ liberatum eſſe volo ab actione tutelæ.* Quæro, hæc verba quatenus accipi debent, id eſt an pecunias quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in ſuos vſus conuertit, vel nomine ſuo fœnerauit, filiis & heredibus teſtatoris nepotibus ſuis debeat reddere. Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum. Præſumptio[c] enim propter naturalem affectum † facit omnia patri videri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab heredibus eius approbetur.

In generali liberatione nõ videntur remiſſa ea quæ poſſũt vindicari. Bar.

4. ¶ Mæuia teſtamento ſuo alterum ex heredibus[d] ſuis actione tutelæ voluit liberari his verbis, *Rationem tutelæ quam egit Iulius* * *Paulus cum Antiſtio Cicerone, poſci ab eo nolo, eóque nomine cauſa liberatum eſſe volo.* Quæro, an ſi qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo poſſit. Reſpondit, nihil proponi cur pecunia quæ pupillæ[e] eſſet, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.

Verba reſtrictiua adiecta legato in codicillis facto, reſtringunt legatũ factum in teſtamento cum ipſo legato codicillorum tacitè repetitum. Bart.

5. ¶ Teſtaméto[f] ita ſcripſerat, *Titio adſini meo q̃dq̃d mihi quacũque ex cauſa debebat, remitti volo: eoque amplius decem do.* Codicillis ita ſcripſit, *Titio hoc amplius*[g] *adſini & debitori meo vſuram pecuniæ quã mihi debebat, ab herede meo, do nec aduiuet.*[h] * *quòd ſi exigere vltra voluntatẽ meã putauerit, eius ſortis vſurã eidẽ Titio ab heredibus meis donec viuit,*[i] *præſtari volo.* Quæſitũ eſt, cùm augẽdi potius quàm minuendi teſtator voluntatem[k] habuerit, an heredes ex cauſa fideicõmiſſi[l] Titio teneantur, vt eum omni debito liberent. Reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, videri minutum[m] legatum quod primo dederat.

Legatum liberationis extenditur ad debitum acceſſorium poſt teſtamentum contractum. Bar.

6. ¶ Legatum eſt teſtamento hoc modo: *Seio concedi volo quidquid mihi ab eo debitum eſt, vel fidẽ meam pro eo obligaui.* Quæro, vtrũ id ſolùm quod teſtamenti facti tempore debebatur, legatum ſit: an etiam ſi quid ex ea ſumma vſurarum nomine poſtea acceſſit, legato cedat. Reſpondit, videri omnem obligationem eius debiti per fideicommiſſum ſolui voluiſſe.[n]

Legatum reſtringitur per rationem. item per reſponſionem apparet qualiter quis interrogationem intellexit. Bart.

7. ¶ Sticho[o] teſtaméto manumiſſo, fundũ inſtructum & alia legauit, & hæc verba adiecit, *Quem*[p] *rationẽ reddere veto, quia inſtrumenta*[q] *penes ſe habet.* Quæſitum eſt, an Stichus reliqua quæ ex adminiſtratione actus debuerat, reddere debuerit. Reſpondi, Stichum eo nomine non

† Non idem ius eſſet ſi tutori extraneæ perſonæ actio tutelæ remaneret, eo enim caſu pecunias teſtator non remitteret quas hic remiſiſſe intelligitur propter paternum affectum. *l. creditor 21. §. Titia. ī. eod. & ſ. de Romanum ſingul. 110.*

† Ad hanc ſententiam pertinent memorabilia exempla quæ refert Valerius Maxi. *lib. 5. c. 4.*

b ¶ *Teſtamento facto.* ex lege duodecim tab. *vt Inſtitu. de legiti. parentum tute.* Accurſius.

* Iulianus.

c ¶ *Præſumptio.* ſcilicet legatarij[a] charitas & neceſſitudo facit intelligi contra conſuetum modum: *vt & ſupra de lega. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. & infra de conditionib. & demonſtra. l. cùm tale. in prin. & l. cùm auus. & C. de inſtit. & ſubſtitut. l. generaliter. §. fin. & C. de curato. furio. l. fina. in princip. & ſupra de ritu nuptia. l. non ſolùm. §. denuo. & ſic non eſt contra ſupra eo. l. Aurelio. §. Gaius. & infra proxi. §* quia hic eſt ſpeciale fauore[b] paternæ pietatis. & eſt ſic. *ī. de excep doli l. pater. §. j.*

a A conſuetis recedimus ex charitate & neceſſitudine.

b Pietati paternæ fauendum eſt.

d ¶ *Ex heredibus.* aliàs ex tutoribus. & ī. eſt liberare. & aliàs ex tutoribus: & ī. eſt liberari. & eſt bona.

e ¶ *Pupillæ.* quondam: ſecus ſi ſibi debita. hic ergo non vt tutor, ſed vt quilibet poſſeſſor conuenitur rei vindicatione, *facit. ī. l. fin. §. Tutor & C. de tranſactio. ſub prætextu. §. error.* Sed princip. l. illius [illegible] gamen. contra.

Teſtaméto.] C A S V S. Seius fecit teſtamẽtũ, & ita in eo ſcripſit, Titio affini meo volui remitti quicquid mihi debet ex quacunque cauſa. & poſtea fecit codicillos, & ita in eis ſcripſit: prædicto Titio volo præſtari ab herede meo ſiue remitti donec viuet ipſe Titius, hoc amplius vſuram pecuniæ quam mihi debet. ſi autem heres meus putauerit exigere contra voluntatem meam dictas vſuras, volo quòd reſtituat ei eaſdem vſuras. & deceſſit dictus Seius teſtator. nunc quæritur, an heres eius ſiue heredes teneãtur Titio ex cauſa fideicõ. vt eum liberent ab omni debito. & videtur quòd ſic: quia teſtator videtur habuiſſe voluntatem potius augendi legatum quàm deminuendi propter dicta verba, hoc amplius &c. Reſpon. tamen hic in contrariũ, id eſt quòd per verba codicillorum videtur minutum legatum in teſtamento datum: vt ſcilicet ſortes poſsint peti: non autem vſura donec viuet dictus debitor. Viuian.

f ¶ *Teſtamento.* aliàs teſtator.

g ¶ *Hoc amplius.* quoad verba, ſed quoad veritatem minus. ¶ Et not. quòd per hæc[a] verba etiam repetit primũ legatum: *vt. ſ. de le. j. l. ſi tibi purè.* Accur.

h ¶ *Viuet.* Titius legatarius.

i ¶ *Viuit.* ſ. Titius. q. d. nõ exigatur: & ſi fuerit exactũ, reſtituatur.

k ¶ *Voluntatem.* propter illa verba, hoc amplius &c.

l ¶ *Fideicommiſſi.* propter illud verbum teſtamenti prioris quod erat, vt omne debitum ſibi, & per conſequens ſuis heredibus remitteretur. nam[b] licèt[c] nominauerit Titio, tamen in rem erat legatum: *vt. ſ. de pact. l. iuriſgentium. §. pactorum.*

m ¶ *Minutum.* propter illud verbum, quoad viuet. perſonale[d] eſt enim hoc legatũ: *vt hic, & ſ. eod. l. Aurelio. in prin.* ¶ Item vltima[e] voluntas derogat primæ: *vt & ſ. de codicil. l. diui. §. codicillos. & ī. ii. j. l. ſi tibi certã. & l. legato. in prin. & l. Titio. et l. Titio. & l. tranſlatio. & ſ. de alim. & cib. le. l. liberis. in pr. & ī. ii. j. l. cùm certum. & ſ. de fun. inſtr. l. Seia. in prin.* Arg. contra. *ſ. de fund. inſtru. l. quæſitum. §. fin.* Sed ibi ſol. H. Item arg. contra. *ī. de reb. dub. l. quoties.* A D D I T I O. Solue ſecundùm Bar. quòd hic nullũ erat verbum ambiguũ. cũ enim primũ legatum ſit repetitũ tacitè per verbũ hoc amplius: verba reſtrictiua reſtringũt hoc legatum & primum tacitè repetitum: vt hic.

¶ *Legatũ eſt.*] C A S. Ita dixit Titius in teſtamento ſuo: Volo cõcedi Seio quicquid mihi debet, vel fidem meam pro eo obligaui. & deceſſit dictus Titius. nũc quæritur, an id ſolũ ſit legatum quod debebatur tempore facti teſtamenti, an etiam cedat legato ſi quid poſtea ceſſit nomine vſurarum ex ea ſumma? Et reſpon. quòd totum videtur remiſſum. Viuian.

n ¶ *Voluiſſe.* & ideò[f] in poſterum vſuræ non currunt principali ſublato: *vt. ī. eo. l. fi. §. Gaio. & arg. C. depo. l. iij. & facit. ſ. qui po. in pigno. ha. l. Lucius.* Sed arg. contra. *ī. eo. l. fi. in fi.*

o ¶ *Sticho.* Titius Sticho peculiũ aſsignauerat, & caſtaldum in ratione dominica habuerat: qui de ratione dominica quædã malè expendit in quendam fundum. nunc dominus Sticho libertatem, & dictum fundum inſtructum, & quædam alia legauit. & rationẽ reddere vetuit, appoſita hac ratione, quia ipſe Stichus eſt habiturus fundum. quæritur, an debeat reddere rationem tam de malè impenſis in fundum quàm alibi? & dic quòd de nullis: retineri tamen poſſunt reliqua cætera præter malè expenſa in fundum. Acc.

p ¶ *Quem.* Stichum.

q ¶ *Inſtrumenta.* hæc ratio[g] appoſita reſtringit generale præcedens legatum, rationum ſcilicet non reddẽdarum. vt de malè impenſis in fundum tantùm intelligatur. *ſic. ſ. de calumn. l. hac actio.* Sed arg. contra. *ſ. de iuris & fac. igno. l. regula §. & licet.*

a His verbis hoc amplius repetitum legatum.

* adulatori exigi vetat.

b Legatorum alia in perſonã alia in rem.

c Perſonalia nõ ſemper ſunt legata in quibus nominatur perſona.

d Perſonale eſt legatũ, ubi verbis relictum, quoad viuet Titius ei do lego.

e Voluntas vltima an & quando primæ derogat.

f Vſuræ, principali ſublato, non currunt.

g Ratio ſequens reſtringit generale antecedens.

Teneri

teneri. Claudius. Nemo enim ex seruitutis actu post libertatem tenetur,[a] & consultatio[b] ad ius debiti relata fuerat. Retineri[c] ergo reliqua possunt cum peculio,[d] aut ex eo[e] deduci,[f] si * legatum est.

Cui relinquitur liberatio ad tempus, potest petere vt interim heredi silentium imponatur. Bar.

8. ¶ *Centum quæ apud Apronianum deposita habeo, apud ipsum esse volo donec filius*[g] *meus ad annos viginti peruenerit: eiúsque pecuniæ vsuram exigi veto.*[h] Quæsitum est, an ex causa fideicōmissi Apronianus consequi possit ne antè tempus à testatore præscriptum ea summa ab eo exigatur. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, consequi[i] posse.

Legatum ne rationes exigantur, importat quantum testatorem voluisse probabitur. Bar.

9. ¶ Filias heredes scripserat, quarum fidei commisit in hæc verba: *Ne à Gaio Seio rationes actus rei meæ quæ per mensam*[k] *eius siue extra mensam in diem mortis meæ gesta est, exigatis: eoq́; nomine eū liberetis.* Quæsitū est, cum vniuersas rationes in diem mortis iste administrauerit & per mensam suam, & quæ extra administrabantur: an ad rationes reddēdas heredibus teneatur. Respondit, liberationem quidem secūdum ea quæ proponerentur, legatam esse sed quatenus præstanda sit, ex qualitate disceptationis[l] iudicem æstimaturum.

a ¶ *Tenetur.* nisi in casibus quos not. supra *de negotiis gest. l. eum actum.*

b ¶ *Consultatio.* consultus enim fuit Scæuola an debitum peti posset ex principali obligatione remissa. H. 2. Vel dic, non quæro de effectu exactionis, sed de iure. nam effectus certus est, quia non tenetur: *vt. C. an ser. ex suo fac. l. j.* non ergo etiam de iure tenetur liber factus, scilicet[a] ciuili. sed naturalis obligatio durat: sicut[b] inter patrem & filium post emancipationem: *vt supra de con dict. inde. l. frater à fratre. §. quæsitum.*

c ¶ *Retineri.* scilicet ab heredibus.

c ¶ *Retineri.* bene infert: quia instrumenti tantùm videtur vel rationis reddendę necessitatem legasse. ergo cæterorum reliqua retineri possunt cum peculio, scilicet non legato. nam non videtur legari: *vt. C. de pecu. eius qui lib. me. l. j.* est[c] ergo peculium quod superest deducto domini debito: *vt supra de pecu. l. peculium. §. si are.* retinetur ergo & debitum & peculium. & quod subiicit, aut ex eo, scilicet peculio: quod peculium. vel ꝙ, id est quia peculium &c. & sic erat hic legatum, & similiter intelligitur deducto ære domini legatum esse.

d ¶ *Peculio.* non legato.

e ¶ *Aut ex eo.* peculio scilicet legato.

f ¶ *Deduci.* de reliquo. Accur.

Centum quæ.] CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo: centū quæ habeo deposita apud Sempronium, volo esse apud ipsum donec filius meus peruenerit ad viginti annos, & veto exigi vsuras eius pecuniæ. certè consequi Sempronius per exceptio. potest ne dictam summam exigat ab eo ante tempus præscriptum à testatore. Viuian.

g ¶ *Filius.* qui est heres.

h ¶ *Exigi vero.* Per[d] hoc videtur velle vti, id est quòd Apronianus vtatur etiam si sigillata erat, & sic valet: *vt & . s. de lega. j. l. si seruus. §. fi. & facit. s. eo. l. non solum. §. potest. & . §. fi.* Sed R. videtur intellexisse de fideicōmisso tacito relicto filio à depositario. quod non videbatur valere: cum non esset oneratus: *vt. C. de fideicommis. ab eo.* Sed contra est: quia per prædicta verba testantis poterit vti deposito, & gratis.

i ¶ *Consequi posse.* per[e] exceptionem: *vt. j. vt in pos. leg. l. j. §. si debitori.* non per actionem vt libereretur: *vt. s. eo. l. non solum. §. potest.* nisi fortè vt silentium imponat heredi: vt in negatoria.

Filius.] CASVS. Titius scripsit heredes filias suas, & in hæc verba commisit fidei earum, Peto à vobis ne à Gaio Seio rationem actus rei meæ quæ per mensam eius siue extra mensam in die mortis meæ gesta est, exigatis: eóque nomine eum liberetis. & postea decessit dictus Titius. nunc quęritur, an dictus Gaius Seius teneatur ad rationes reddendas dictis heredibus de prædictis quę administrauerat? Et respon. quòd iudex debet æstimare quæ præstanda sint dicto Gaio Seio liberato à dictis heredibus, ex qualitate disceptationis & probationis: id est secundum ea quæ legatarius probauerit euidenter testatorem sensisse. si autem nō probauerit, poterit conueniri tantum de his in quibus dolū cōmisit, & quæ penes eum remanserunt: *vt. s. eo. l. Aurelio. §. fi.* Viuian.

k ¶ *Mensam.* hæc mensa testatoris erat.

l ¶ *Disceptationis.* i.[a] secundum[b] ea quæ legatarius euidenter probauerat testatorem sensisse. in dubio autem serua quod dicitur *supra eo. l. Aurelio. §. Gaius. & de leg. iij. l. si seruus vetitus.*

[a] Manumissus iure ciuili non tenetur de eo quod seruus fecit, sed iure naturali.

[b] Argumentū ab emancipatione ad manumissionem.

* quod sibi legatum est.

[c] Peculium id censetur quod superest deducto domini debito.

[d] Ratio dubitandi in hac lege.

[e] Liberationis ad tēpus legatarius non modo per exceptionē, sed per actionem hoc cōsequitur, vt interim liberetur. adde tex. & Gl. in. l. si cōstudat. j. de fideicommissoriis lib.

Non valet legatum factum creditori ad eius vtilitatem: sed ad vtilitatem tertij debitoris valet. Bar.

10. ¶ Eum qui tutelam ipsius[m] administrauerat, & fratrē[n] suū, & alios quosdam scripsit[o] heredes: & tutori legauit quæ impenderat in se, & fratrē ipsius,[p] decem. Quæsitum est, an vtile esset in persona eius[q] † fideicommissum. Respondit, si id dederat per fideicommissum, quod debebatur,[r] peti non posse.[s] 11. ¶ Idē quæsiit, si in tutoris persona inutile esset,[t] an in persona fratris vtile videretur, quoniam illi proficeret, cuius & ipsius tutelam administrasset.[u] Respondit, fratri vtiliter esse legatum, cum suo debito liberetur.

Potest quis vni scripturæ pro parte stare, pro parte non, probando cōtrarium. Bart.

12. ¶ Idē quæsiit, si tutor ample cteretur fideicōmissum[x] ita, vt * quibusdā stari vellet verbis testamēti,[y] in quibusdā autē recedat, quòd minorē quantitatem sumptuū dicat fideicommisso cōtineri, quā ipse erogauerat: an audiri deberet. Respōdit, nō imperiri eū scriptura testamenti, quo minus omne[z] quod sibi deberi probasset, petere[a] posset.

Si debitum legatur creditori, non valet legatum: & in diuersis instantiis admittitur variatio. Bar.

13. ¶ Quidā ita legauit *Sēproniæ vxori meæ reddi iubeo ab heredibus meis quinquaginta ea quæ mutua acceperā chirographo particula-*

Eum qui.] CASVS. Titius administrauit tutelam meam, & fratris mei, & impendit. xx. de suo in rationibus nostris. ego autem adultus factus institui mihi heredem dictū Titiū, & dictum fratrem meū & quosdam alios, & legaui dicto Titio tutori x. quę impēderat in me & in fratrem meum, & postea decessi. nunc quæritur, an inutile sit fideicom. in persona eiusdem Titij tutoris. Et dicitur quòd sic, quantum ad id quod ego ei debebam: sed quantum ad id quod ei debebat dictus frater meus, non est inutile: quia ꝓpter dictum fideicom. debet liberari frater me' à v. de illis. x. Sed quid si dicat tutor minorem quātitatem sumptuum cōtineri in dicto fideicom. quā ipse erogauerat in rationibus tutelę prędictæ, & ideò pro v. quę tangebant fratrē meum de dictis. x. legatis, velit agere ex testamēto: & cùm. xx. impēdisset, vult agere ad residuum actione tutelę? nunquid audiri debet? & respon. quòd sic. h. d. cum. §. seq. Viuian.

m ¶ *Ipsius.* i. testatoris.

n ¶ *Fratrem suum.* s. pupilli testantis.

o ¶ *Scripsit.* s. aliquis.

p ¶ *Ipsius.* s. pupilli.

q ¶ *Eius.* s. pupilli.

r ¶ *Debebatur.* tutori actione tutelæ contraria.

s ¶ *Non posse.* s. iure fideicommissi: *vt. s. eo. l. legaui. in fi. & de leg. j. l. si creditori. & l. sequen.*

¶ Et no. quòd cautè respon. Scæuola in genere. in casu tamen nostro licèt non valeat in quinque impensis in portionem legantis, valet tamen in aliis quinque impensis in portionem fratris: *vt. s. eo. l. si quis decedens. §. fin. & . j. statim ibi*, idem quæsiit &c.

t ¶ *Inutile esset.* quod tamen falsum est in quinque impensis in portionem fratris: vt modò notaui.

u ¶ *Administrasset.* idem tutor. *& facit. s. eo. l. si quis decedens. §. fi. & de leg. j. l. si fideiussor. & l. seruo legato. §. ij.*

x ¶ *Fideicommissum.* ergo valet: quod accipe in quinque impensis in portionem fratris.

y ¶ *Verbi testamenti.* puta ad quinque agis ex testamento: & cū xx. impendisset, vult agere ad residuum actione tutelæ. & est arg. contra.[c] *s. de procura. l. in causæ.* ADDITIO. Dic[d] quòd ibi variatio est alteri nociua: hîc verò nemini nocebat: quoniam cōtrarium probare debet. & sic veritati stabitur. de quo not. Dy. *in. l. de rebus. s. rerum amo.* secundum Bar.

z ¶ *Omne.* reliquum. hoc verū nisi testator reliquit. x. tantū pro sua parte animo compensandi: *vt. C. de here. inst. l. si compensands.*

a ¶ *Petere.* actione tutelæ. Accur.

Quidam.] CASVS. Titius ita legauit: Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab heredibus meis ea. l. quæ acceperam particulatim ab ea mutuo propter negotia mea expedienda. & decessit dictus Titius. nunc quæritur, an vxor possit petere dict. l. & distinguitur.

[a] Disceptatio pro probatione, & discussione voluntatis testatoris.

[b] Id igitur relictum videbitur, quod legatarius probauerit testatorem sensisse.

† Idē si in persona tertij: quia legatum ære alieno abiorbetur. tenet Gl. & Bald. in. l. 1. C. si cer. pet. vbi idem dixit in prælegatis. Bal. in. l. nō amplius. s. de leg. 1.

* in quibusdā. hic. §. multis mortē attulit præcipitem ex nimiō abscissa in criminalib. Italorū interpretatione.

[c] Pro parte scripturā approbare, pro parte improbare nō possumus.

[d] Dynus ita soluebat, variationem circa eandē rē prohiberi, circa diuersa permitti. sed malè: quia hic vna administratio est vt in lege contraria.

Aut erant debita ex alia causa, aut non. primo casu non potest, secundo sic. Viuianus.

a ¶ *Nullum esse. vt & 3. §. proxi.*

b ¶ *Poterit.* condictione certi ex mutuo. Accur.

a Exceptio rei iudicatæ non nocet vbi alia causa est.

c ¶ *Debitum.* cùm a enim alia sit causa, non obstat exceptio rei iudicatæ: *vt infra de except. rei iudic. l. cùm quæritur. & C. ad exhib. l. neque.* Azo. & ex b pluribus causis eadem res deberi potest: *vt infra de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actionis. & facit Cod. de fal. cau. adiect. leg. l. j. & iij. & supra de leg. iij. Lucius. §. Sempronia. & de lega. ij. Lucius. §. quisquis. & infra de except. rei iudi. l. si mater. §. fina. & infra de condit. & demonstrat. l. cùm tale. §. falsam. & Instit. de leg. §. è cõtrario. & §. huic. & §. longe & supra de instit. l. habebat.* Accursius.

b Deberi ex pluribus causis res eadem potest.
* debitor.

tim in negotia mea. Quæsitum est, an si verè vxoris debitor fuerit, fideicommissum cõstiterit. Respondit, si debita* fuisset, nullum esse a fideicommissum.

14. ¶ Idem quæsiit, an si hanc pecuniam vt debitam apud iudicem petierit, b & victa fuerit: an fideicommissum peti possit. Respondit, secundũ ea quæ proponuntur, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitũ. c

Inter duos reos quibus est relicta liberatio, est locus iuri adcrescendi. Item socius non capax propter socium capacem percipit commodum legati. Bart.

XXIX. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI is qui duos reos promittendi habet, damnauerit heredẽ vt vtrosque liberet: si alter ex his capere non possit, d nec socij sint, delegari debebit is qui nihil capit, ei cui hoc commodum lege competit: e cuius f petitione vtrunq; g accidit, vt & hoc commodum ad eum perueniat, & is qui capit, † liberetur. Quod si socij sint: propter eum qui capax est, & ille h capit per consequentias, liberato illo per acceptilationem. id enim eueniret etiam si solùm capacem i liberare iussus esset.

SI *is qui.*] CASVS. Titius habens duos reos promittendi, scilicet Gaium & Seium: damnauit in testamento heredem suum vt vtrunque liberaret. certè si vnus ex dictis reis non est capax legati, puta quia est hæreticus, & non sunt socij: tenetur heres delegare capaci reo debendi non capacem, & capax poterit capere dictum debitum modo capaci, & per petitionem eius. & ex actione accidunt duo. Primùm, vt huiusmodi commodum debiti perueniat ad eum reum capacem, & ipse idem capax liberetur ab herede. si autem dicti duo rei sint socij, debet liberari capax per acceptilationem, & per consequens erit liberatus non capax. nam & si solùm capacem iussus esset heres liberare, idem eueniret, scilicet vt liberato capace per acceptila. fit per consequens liberatus non capax. Viuianus.

d ¶ *Non possit.* vt hæreticus & alij. quod dic *vt Instit. de lega. §. legari.* Accursius.

e ¶ *Lege competit.* i. capaci. 2. Vel dic legari, id est actionem cedi capaci c cõtra non capacem. Sed ad quid? Respon. quidam vt eum liberet inter viuos qui per vltimam voluntatem liberari non potest. sed tu dic vt sibi habeat, vt statim subiicit: sed videtur non debere cedi: *vt. 3. de lega. ij. l. si Titio & ei.* quæ est contra. Solu. ideò hoc fit hîc, quia nihil apud heredem testator voluit remanere, *ar. 3. si vsusfru. pe. l. fundus detracto.* ADDITIO. Istam solu. reprobat Bart. ideò dic aliter quòd hic loquitur quando conreus omnino erat incapax. sed lex contraria loquitur quando capiebat: sed ei auferebatur tanquam ab indigno, & debet applicari fisco: & meritò tunc non est locus iuri adcrescendi, cùm fiscus ad illam portionem vocetur secundum eundem Barto. hic

c Dic eum capacem ab intestato, qui capax est ex testamẽto. *l. maximum. & ibi Bald. C. de liberatis.*

f ¶ *Cuius.* capacis. Accursius.

g ¶ *Vtrumque.* id est duplex commodum accedit. Primum vt hoc commodum, id est delegatio vel cessio: & pecunia à conreo: & vt liberetur ab obligatione. sed an in solidum fiet cessio? Resp. non: *vt no. j. de solu. l. Modestinus.*

h ¶ *Et ille.* scilicet non capax. ¶ Et sic not. quod d habet per alium quod per se habere non potest: *vt & 3. de transa. l. & post rem. §. j. & 3. quæ res pign. ob. pos. l. Aristo.* Accursius.

d Quod per me non possum, per alium possum. *vide de hac regula. cle. 1. §. 1. & ibi Cardina. in prin. de regula. & in cle. fina. de censi. & 46. dist. c. sicut non suo. & in regula. quod alicui.* vbi plenè per Cyn. de reg. iur. lib. 6.

i ¶ *Capacem.* secus si non capacem. tunc enim neuter liberatur: *vt. 3. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. j.* Azo. *Et facit ad l. j. de duo. reis. l. eandem. §. sed si quis in prin. & l. si duo. & 3. eo. l. si quis decedens. §. nunc de effectu. & j. de re iudica. l. miles. §. si is qui. & 3. solu. matri. l. ij. §. item si nemo. & 3. si quis cau. si duo. j respon. & de iureiuran. l. si duo. in prin. & l. duobus. in prin. & de statu. ho. l. imperator Hadrianus. & j. si vnus ex plu. ap. l. j. & 3. de inoffic. testa. l. nihil. §. si. & j. quando dies leg. ced. l. j. §. si. & 3. de adil. edict. l. cùm autem. §. si.*

P*Etitor.*] CASVS. Titius qui poterat intentare iudicium centumuirale contra Seium, id est petitionem hereditatis inuentam à senatoribus, qui. c. erant numero, fecit testamentum, & damnauit heredem suum ne dictum iudicium exerceret, & decessit. nunc quæritur, nunquid sit Seio prædicto possessori hereditatis vtile dictum legatum? Et dicitur quòd sic si malam causam habebat idem Seius: & eo casu cogitur heres præstare eidem Seio non tantùm litis emolumentum, sed etiam sumptus: vt scilicet liberet eum à petitione hereditatis, & à sumptibus quos tenetur heredi refundere si litigasset heres, & vicisset: cùm victus victori in expensis debeat condemnari. si autem bonam causam habebat dictus Seius, non est in aliquo vtile legatum: & quod dixi in testatore qui poterat agere, idem dicas & in possessore hereditatis prædicto modo heredem suum in testamento damnante. Viuianus.

† Quidam [illegible] dũt [illegible] cõtra hæc Flo[illegible] rẽtinã scriptu[illegible] ram & man[illegible] scriptorum li[illegible] brorum.

Si non valet principale, nec accessorium. hoc dicit. vel sic: Si legatum non valet propter rem principalem, non valet propter sumptus litis. Bartolus.

XXX. IDEM *libro decimo Quæstionum.*

PEtitor k vel possessor damnauit heredem suum ne centumuirale l iudicium exerceat. De effectu legati quæritur. Et dictum, ita demum vtile videri legatum esse, si malam causam aduersarius testatoris habuit, vt litigante herede vinci debuerit. m Tunc enim non tantùm litis emolumentum, sed etiá sumptus n heres legatario præstare cogitur. Nam in bona causa nihil videtur esse in legato nec propter sumptus: quod quidam existimauerunt. o

k ¶ *Petitor.* hereditatis, vt statim subiicit.

l ¶ *Centumuirale.* id est petitionem hereditatis: sic dictam, quia à a senatoribus qui centum erant numero, inducta fuit: *vt. C. de peti. heredi. l. fin. in principio.*

a Centum[illegible] rale iudici[illegible] quid sit, [illegible] ignorat[illegible] sum dis[illegible] vltim[illegible]

m ¶ *Debuerit.* scilicet aduersarius, siue actor siue reus erat. Accursius.

n ¶ *Etiam sumptus.* post legatum relictum facti secundum Azonem, vel die quandocunque.

o ¶ *Existimauerunt.* & bene, fortè ea ratione, quia victus b victori deberet damnari in expensis: *vt. C. de iudi. l. properandum. §. sine autem alterutra.* & sic videtur debitor legare creditori suo quod debet, & ideò nullum est legatum: *vt. 3. eo. l. legati. §. fin.* & facit ad id *quod no. C. de euict. l. j.* An sumptus c facti in causa euictionis recuperentur si obtineat emptor.

b Expensas [illegible] ctus victori de[illegible] bet.

c Sumptus fa[illegible] cti in causa e[illegible] uictionis, an debeantur ob[illegible] tinente empto[illegible] re.

C*Reditor.*] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita legauit Gaio Seio debitori suo, Volo dari ab heredibus meis Gaio Seio quicquid mihi debuit sub pignore hortorum suorum. cùm deberet ei fortè dare. c. & post codicillos exegit ab eo. l. pone de dictis c. & postea fecit testamentum, & instituit sibi heredem Sempronium, & postea decessit. nunc quæritur, an dicta. l. exacta possit petere idem debitor ab heredibus ipsius creditoris? Et dicitur quòd non. Sed pone dictum testatorem recepisse à dicto suo debitore quasi omnem siue totam prędictam pecuniam & vsuras antequam faceret dictos codicillos quibus legauit Gaio eo modo qui dictus est, & modicum remansit ei ad dandum dictus debitor. nunquid propter dictum legatum in codicillis relictum competit repetitio dictæ pecuniæ legatæ contra heredem legatario? Et videtur quòd sic: quia in dicto legato sunt verba præteriti temporis. dixit enim Titius faciens codicillos, volo dari ab heredibus meis Gaio Seio debitori meo quicquid mihi debuit sub pignore hortorum suorum. iurisconn. tamen altius exorditur dicens: illud quod dictum est in prin. huius. l. rectè responsum est, scilicet quòd dictus debitor nó possit petere ab herede creditoris. l. exacta post legatum in codicil. relictum. illud autem quod posterius expositum est per Scæuolam scilicet vtrum propter dictum legatum in codicil. relictum cõpetat repetitio pecuniæ legatario à quo quasi totam exegit testator antè codicil. illud dico ita esse à iudice æstimãdum, scilicet vt respiciat iudex vtrum propter obliuionem testatoris pecunię sibi solutæ per dictum debitorem id fecisset testator, id est legasset in codicil. debitori suo quod ei debuit: vel an ideò ita legasset debitori suo, quòd esset incertus ipse creditor debitorem sibi pecuniá numerasse. puta quia numerauit castaldioni creditoris: quibus duobus casibus non poterit debitor repetere quod soluit. an verò consulto id fecisset creditor, eo quod quantitatem sibi quondam debitam dari voluisset debitori per heredẽ suum, nó ius liberationis: quo casu poterit repetere debitor illud

quod

quod soluit antè codicillos. cum enim sciret creditor non deberi sibi illud quod solutum sibi erat ante codicil. per debitorem, non videtur sibi reliquisse liberationem, quæ nulla esset: sed pecuniam debitam quondam propter verbum præteriti temporis in legato positum, scilicet debuit, prædicto autem modo à iudice æstimandum est propter ea quæ in tempore adderentur, id est proponerentur per Scæuolã qui proposuit secundam quæstionem. proposuit enim in secunda quæstione quod debitor soluit creditori pone omnem pecuniam sortis & vsurarum antequam faceret idem creditor codicillos in quibus legauit creditori suo eo modo qui dictus est. [INTER CÆTERA.] Titius instituit sibi heredem Seium & Gaium, & Sticho libertatem dedit in testamento, & eidem Sticho liberto suo multa legauit, & inter cætera legata ita legauit ei, & si quid me viuo gessit, rationes ab eo exigi veto. & postea decessit. nunc quæritur, an heredibus reddere debeat chartas in quibus rationes gestionis sunt conscriptæ, & etiam reliqua, scilicet accepta & expensa? Et dicitur quòd sic. id autem quod credit dictus libertus conseruis qui remanent in hereditate, & in rem domini versum fuit, desiit in reliquis esse: & ideo illud non petent heredes ab eodem liberto. [TITIA.] Publius Mæuius & Lucius fuerunt tutores Titiæ quõdam pupillæ. quæ Titia nunc adulta fecit testamentum, & ita cauit: rationem tutelæ meæ quam gessit Publius Mæuius cum Lucio, ab eo reposci nolo. & postea decessit dicta Titia. nunc quæritur, an per heredem Titij peti possit ab eo Publio Mæuio pecunia si qua apud eum remansit ex tutela? Et dicitur quòd sic. nam non debet esse in litera, non: & si est, abundat. ¶ Sed nunquid per dicta verba videtur liberatus Lucius contutor? Et dicitur quòd non. [GAIO SEIO.] Titius fecit testamentum, & ita in eo cauit: Gaio Seio optimè merito hoc amplius lego & concedi volo, neque ab eo peti neque ab heredibus eius quicquid mihi est debitor aut chirographis aut rationibus, vel quidquid à me accepit mutuum, vel fidem meam pro eo obligaui. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, vtrum sit legatum dicto Gaio id solùm quod per eum debebatur eo tempore quo testamentum fiebat per dictum Titium: an verò cedat etiam in legato prædicto si quid postea accessit nomine vsurarum ex ea summa? & dicitur omnis obligatio videri ei legata. Sed quid si post dictum legatũ cœpit de nouo debere dictus Gai⁹ Seius dicto testatori nouatione facta, & ampliata summa prædicta? nunquid nihilo minus in causa legati duret id quod ex veteri cõtractu debebatur: an verò dicta nouatione facta possit dictus debitor cõueniri quasi debitor nouus ampliatæ summæ? Et dicitur quòd id duntaxat videtur legatum ei, quod debuit tempore testamenti: si tamen testator mansit in eadem voluntate qua fuit tempore testamenti. Viuianus.

a ¶ *Legauit.* testamento vel codicillis. Accur.

b ¶ *Receperit.* post testamentũ vel codicillos exigendo: vnde [a] legatum ademisse videtur: *vt. s. eo. l. non solùm §. liberatio.* Azo.

Legatũm liberationis non extenditur ad debitũ post testamẽtũ testatori solutũ: sed ad debitũ primo solutum extenditur si per verbũ præteriti temporis legatũ fuit relictum, & testator hoc ignorauit. Bartolus.

XXXI. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

CReditor debitori legauit ita, [a] *Gaio Seio quidquid mihi sub pignore hortorũ suorũ debuit, ab heredibus meis dari volo.* Quæro, cum testator viuus à Seio aliquid recepit, [b] an id ex causa legati peti possit. Respõdit, secundum ea quæ proponerẽtur, nõ posse. Idẽ repetiit, [c] & ait [d] itẽ testatorẽ antè factos codicillos quibus legauit, [e] penè omnẽ pecuniam sortis & vsurarũ recepisse, ita vt modicũ sortis & vsurarum debeatur: & quæsiit, [f] an ei [g] petitio* cõpeteret propter verba [h] ad præteritũ relata, *quidquid mihi debuit.* Respõdit, [i] prius quidem secundùm ea quæ proponerẽtur, rectè respõsum esse: verùm posterius [k] ꝓpter ea quæ in tẽpore adderẽtur, [l] ita ab iudice æstimandũ, vt inspiceret, obliuione pecuniæ solutæ, aut quòd eo inscio numerata esset, id fecisset: [m] an consulto, quòd quantitatem quondã [n] debitam, non ius liberationis dare voluisset.

Legatum liberationis nõ facit quẽ desinere teneri ad reddendum libros rationum: secus in his quæ in rem domini versa sunt. Bartolus.

1. ¶ Inter cætera liberto ita legauit, *Et si quid me viuo gessit rationes ab eo exigi veto.* Quæritur, an chartas in quib. rationes cõscriptæ sunt, item reliqua [o]* secundũ accepta & expẽsa heredib. reddere debeat. Respondit, ea [p] de quibus quæreretur, posse heredẽ vindicare: id autẽ quod cõseruis qui remanent in hereditate, crediderit, & in rem domini versum esset, desisse in reliquis esse.

In generali legato liberationis nõ venit id quod potest vindicari. Item in dubio relatio fit ad id quod principaliter in oratione ponitur. Bartolus.

2. ¶ Titia quæ duos tutores habuerat, ita cauit: *Rationem tutelæ meæ quã egit Publius Mæuius† cum Lucio Titio, reposci ab eo nolo.* Quæritur, an si qua pecunia apud eum ex tutela remansit, peti ab eo possit. Respondit, nihil proponi cur non [q] pecunia quæ pupillæ esset, & apud tutorem remaneret, legata videretur.

3. ¶ Item quæritur, an contutor [r] liberatus videretur. Respondit. contutorem non liberari.

Legatũ liberationis porrigitur ad debitũ accessoriè post testamentũ contractum, & etiã ad nouum debitum quod primi loco succedit. Bartolus.

4. ¶ *Gaio Seio optimè merito hoc amplius lego, cõcedique volo, neque ab eo peti, neque ab heredib. eius, quidquid mihi aut chirographis aut rationibus debitor est, vel quidquid à me mutuũ accepit, vel fidẽ meã pro eo obligaui.* Quæro, vtrum id solum quod eo tempore quo testamentũ fiebat, debebatur legatũ sit: an & si quid ex ea summa vsurarum nomine postea [s] accessit, legato cedat. Respõdit, secundum ea quæ proponerentur, videri omnem obligationẽ Seio eius debiti per fideicõmissum solui [t] voluisse. 5. ¶ Itẽ quæritur, si postea nouatione facta, & ampliata summa, cœperit debere: an id quod ex vetere cõtractu debebatur, nihilo minus in causa legati duret: & an verò nouatione facta, quasi nouus de-

c ¶ *Repetiit.* Scæuola. s. & dic quod supra exegit post testamẽtum, hic antè: & vtrobique dixit lego Gaio quod mihi debuit.

d ¶ *Et ait.* subaudi, pone testatorem recepisse antè factos &c. alij habent, testator: & habent, recepit.

e ¶ *Legauit.* idem testator Gaio quidquid mihi debuit. Azo. & hic puncta.

f ¶ *Quæsiit.* Scæuola.

g ¶ *An ei.* legatario.

h ¶ *Verba.* sic enim dixit, lego Gaio quidquid mihi debuit.

i ¶ *Respondit* q. d. sicut dixi in primo casu huius. l. quando exegit post testamentum, sic & in isto secundo casu quando antè testamentum, vt scilicet legatarius non petat seu repetat.

k ¶ *Posterius.* i. posteriori casu.

l ¶ *Adderentur.* scilicet de soluta pecunia antequam legarẽ Gaio quicquid mihi debuit. Azo.

m ¶ *Id fecisset.* & ex hoc cum putaret sibi deberi liberationem tantum, non quãtitatem reliquisse videtur: quia quantitas in legato expressa non est. Azo.

n ¶ *Quondam.* cùm enim sciret nihil deberi, non videtur reliquisse liberationem, quæ nulla esset: sed pecuniam quondam debitam propter verbum præteriti temporis, debuit.

o ¶ *Item reliqua.* scilicet sunt scripta. s. Vel dic, id est teneantur ad ea quæ apud eum remanserunt.

p ¶ *Ea.* id est chartas & reliqua quæ apud eum sunt: *vt. s. de lega. j. l. si seruus vetitus. & supra eod. l. Aurelius. §. Mæuia.* ¶ Sic ergo nota [b] quod reddere chartas rationum tantùm, non est reddere rationes, cùm is reddat [c] chartas qui est vetitus rationes reddere. Nec [d] reddere debita tantum est reddere rationes: sed debet dominum instruere, & reddere reliqua: *vt. j. de condit. & demon. l. cum seruus.*

q ¶ *Cur non.* si habes non, abundat: *vt & j. de damno infect. l. fluminum. in prin.* aliàs deest non: & est plana. *& concor. s. eo. tit. Aurelius. §. Mæuia. & l. Aurelio. §. §. Gaius.*

r ¶ *Contutor.* quod videbatur ideò, quia dixisse videbatur, nolo reposci ab eo qui gessit cum Titio. quasi cum, pro & accipiatur: *vt. s. de vsufru. leg. l. illi.*

s ¶ *Postea.* i. post testamentum factum. Azo.

t ¶ *Solut.* i. dissolui: ad quod est *supra eodem. Aurelius, § j & ij. §. legatum. & de leg. ij. l. nomen. in princ.* Sed arg. *contra infra. §. proxi.*

* repetitio.

* Reliquas.

a Ademisse debitor legatum liberationis videtur, si quid ab eo post testamentum tecc[?] it debiti nomine.

† Extraneus scilicet. Nam si prohiberet rationem reposci à patre quondã tutore, his verbis videretur pecunias remisisse. *l. Aurelius. 28. §. Titius testamento. s. eod. adde & vide Romanum singul. 119.*

b Reddere chartas rationũ & rationes differunt.

c Reddere chartas is iussus videtur qui vetitus est rationes reddere.

d Reddere debitum iussus, non censetur iussus rationes reddere, sed reddere tãtum reliqua.

a ¶ *Conueniri*. s. ab herede scilicet vt totum soluat.
b ¶ *Tunc*. scilicet tempore testamenti. & sic non est contra. sed cōsonat. *s. de leg. iij. nomen. §. filia.* & hoc sit vel non sit facta nouatio: *vt. & s. de leg. ij. cum filius. §. heres meus.* ¶ Sed nonne videtur exegisse[a] testator, cum accepto tulerit & nouauit: hæc enim paria sunt *vt. s. de pac. si vnus. §. sed si stipulatus.* Respon. secus in ficta[c] solutione, vt hic quàm vera, vbi videtur mutasse voluntatem: *& s. eo. non solum. §. liberatio. & s. ea. l. in princi.* ¶ Sed certè imò quocunque modo extinguitur, videtur fieri nullum: *vt. s. eod. si id quod.* Sed ibi nulla remanebat petitio: hic sic noua, quę originem habet ex veteri: *vt. s. de legat. ij. cum filius. §. heres.* Item contra. *s. de ali. lega. l. Mela. §. j.* Solu. ibi. Item cōtra *supra proxi. resp. n.* quia & ibi tempore mortis: sed ibi accessorium primę. Item contra. *s. de opti. leg. l. fina.* Sol. vt ibi. *& facit s. de alimen. leg. l. medico. in prin. & de leg. ij. Iulianus. §. si.*

a Exegisse vi detur qui accepto tulit & nouauit.
b Solutionis & acceptilationis similitudo.
c Fictæ solutionis & veræ differentia.

bitor ampliatæ summæ possit conueniri.[a] Respondit, id dumtaxat legatum videri, quod tunc[b] debuisset: si tamen mansit in ea voluntate testator, quæ tunc fuisset.

DE ADIMENDIS VEL transferendis legatis vel fideicommissis.

TITVLVS IIII.

Ademptio partis substantialis non valet. Bartolus.

I. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

QVi actu legato iter adimat, nihil adimit: quia nunquam actus sine itinere[c] esse potest.[d]

Si præcedit oratio negatiua: dictio præter, ponit illud de quo prius erat dispositum. Bartolus.

II. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

FVndo legato adimi ita potest, Fundum illi præter vsumfructum neque do neque lego. vt vsusfructus in legato relinquatur.

1. ¶ Sed & fructus[e] adimi potest,[f] vt proprietas relinquatur.

2. ¶ Item pars fundi legati adimi potest.

DE ADIMENDIS VEL TRANSFERendis legatis vel fideicommissis.

Quia de dandis legatis & fideicōmissis satis egit, par erat tradi etiā aliquid de eis adimēdis. Et legata quidē non adimuntur ipso iure nisi eodē testamento vel codicillis cōfirmatis & ciuilibus cōtrariisq; verbis, beneficio autē exceptionis & per epistolā adempta & nuda vel tacita voluntate & quibuscunq; verbis nō valēt. Fideicōmissa ipso iure adimuntur quacūque voluntate, quocunq; sermone. quia in his præcipuè voluntas dominatur. in legatis rigor & diligētia iuris ciuilis. adeò vt in legatis verba si sint perspicua nō admittatur quæstio volūtatis, in fideicōmissis admittatur. l. 25. l. 95 De le. 3. l. si alij. De vsufr. leg. l. cū virū. C. De fideicōmis. *Translatio plus est quā ademptio. nā & ademptionē & dationē in se continet. adimit enim vni quod det alij. vel ab vno quod det ab alio vel rē vnā, vt pro ea det aliam, vel causam legati, vt adscribat aliā. Cuiacius.*

Q*Vi actu.* Ad euidētiā huius legis nota q inter est ius soli[o] eūdi & ambulādi, cū alio nō, & ducēdi iumentū vel vehiculum. Actus autē est ius eūdi & ambulādi, ducēdi iumētū vel vehiculū. Qui igitur habet iter, nō ppter hoc habet actū: sed q habet actū, bene habet iter: scilicet quoad cōmoditatem eundi & ambulandi, nō quoad seruitutē itineris. Sunt enim actus & iter duæ seruitutes & diuersæ. sunt ergo tria: iter, quod est seruitus: & actus, quod est alia seruitus: & iter. i. cōmoditas eundi & ambulādi, quā habet ille qui habet actū. & illa cōmoditas non est seruitus per se. CASVS. Pone q legaui tibi actū, & postea ademi tibi iter. i. cōmoditatem eundi & ambulādi. certè non valet ademptio: quia nunquā potest esse actus sine itinere. i. sine cōmoditate eundi & ambulādi. Quod autē prædicta sint vera, probatur *Insti. de serui. §. j. & ij. & s. si cer. vin. loci. §. j. & j. de excep rei iudi. l. mater. §. si quis iter.* Viuian.

c ¶ *Itinere.* i. commoditate. Accur.

d ¶ *Esse potest.* Sed nōne duę[d] sunt seruitutes, & nulla est alia: *vt. s. de serui. rusti. prædi. l. j. §. iter. & §. actus. & si ser. vidi. l. loci. §. j.* ergo vna adimi potest: *vt. s. de ser. vrba. prædi. l. si ædes.* sicut vsusfructus & vsus: *vt. s. de vsu & habi. per seruum ibi. sed si de fructu?* Respon. duplex[e] est iter. Vnum quod est per se seruitus. aliud quod non est seruitus. sed cōmoditas quæ inest in actu, de quo hic dicitur. Aut ergo de hoc adimendo sensit, & nō potest separari: sicut[f] nec superficies à solo: *vt. s. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. plane.* Aut de eo quod est seruitus, & non potest, quia illud non legauit: *vt. j. eo. l. ij. §. si loci.* Accur.

d Iter pro commoditate itineris.
e Actus potest esse sine itinere. vel ita, Act[9] & iter species sunt diuersæ seruitutum.
f Iter duplex est.
g Superficies à solo separari non potest.

F*Vndo.*] CASVS. Legaui tibi fundū Titianū. certè possum tibi postea adimere proprietatem eiusdem fundi, & relinquere tibi vsumfructum: & econtra tibi possum adimere vsumfructum, & relinquere tibi proprietatem. Item & partem eiusdem fundi possum tibi adimere, & partem tibi relinquere. Viuianus.

e ¶ *Et fructus* quia[g] est pars rei: *vt. s. de vsufruct. l. ij.* & sic bene consonat cum sequenti casu. Viuianus.

f ¶ *Adimi potest.* sicut[h] legari: *vt. s. tit. j. l. non solum. in prin. & facit. s. de vsu & habi. l. per seruum. ibi, sed si de vsufru &c.*

h Fructus pars est rei.
i Fructus vt legari ita adimi potest.

PAter.] CASVS. Titius instituit sibi heredes duos suos filios, & vnam filiam suam: & facultates suas inter eos diuisit, paucis bonis communibus remanentibus indiuisis: & voluit dictam filiam accipere. ccc. aureos ex ratione commodorum primipili, id est ex ratione lucrorum quæ habebat ipse pater ex quadam publica administratione quam habuerat: & postea de pecunia commodorũ comparauit idem pater quandam possessionem: & dedit in ea possessione quadringentos aureos de dicta ratione commodorũ. & ita. c. vltra quàm filiæ prælegasset: & postea decessit. nunc quæritur, an fratres prædicti & filiæ coheredes teneantur præstare sorori fideicommissum siue prælegatum prædictum? Et videtur quòd non: quia. ccc. aurei commodorum cum aliis. c. aureis de dictis commodis sunt consumpti siue absumpti: & ita videtur extinctum legatum: *vt.ĩ.ad Treb.* Titius. Dicitur tamen hic quòd bene tenentur ei præstare dictum fideicommissum: quia non videtur absumptum, quod in corpus patrimonij est versum habebit ergo dicta filia tantum de dicta possessione comparata antè partem, quantum capiunt dicti. ccc. aurei. & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam & fratres pro hereditaris partibus. nam cum pater diuisit inter filios patrimonium suum: quicquid remansit in hereditate non diuisum, videtur voluisse pertinere ad omnes coheredes. tota autem possessio empta post testamentum non fuit diuisa: cum diuisio fuerit facta in testamento, vt dictum est. vnde bene dixi quòd filia debet habere antè partem tantum de dicta possessione quantum capiunt dicti. ccc. aurei sibi prælegati: & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam & fratres pro hereditariis partibus. nam & si dicti quadringenti aurei non fuissent dati in emptione dictæ possessionis, sed fuissent relicti in bonis siue hereditate: idem eueniret, scilicet vt. ccc. ex eis darentur filiæ antè partem: & superflui. c. diuiderentur inter eam & fratres pro hereditariis partibus. Viuianus.

i ¶ *Primipili.* i.[b] cuiusdam administrationis in qua fuerunt multa commoda vel lucra. quasi dicat, ex tali negotiatione.

k ¶ *Voluit.* s. per præceptionem. Accursius.

l ¶ *Comparauit.* pluris quàm. ccc. aureis: vt statim patet. Accur.

m ¶ *Videtur.* sic[c] *supra de leg.ij.imperator.§.fin. & l.sequen. & seq. & de peti.hered.l.sed & si lege.§.j.*

n ¶ *Indiuisas.* quædam enim indiuisæ remanserant.

o ¶ *Voluisset.* sc. pater. Azo.

p ¶ *Vt in eam.* i. in ea possessione percipiat filia nubens aureos. ccc. & de superfluo portionem accipiat hereditariam. *ad quod est s̃.famil.ercis.l.quæ pater.* Sed contra. *C.famil. ercis. l. in cognitione.* vbi dicitur viriliter. sed dic vt ibi. Accursius. ADDITIO. Solu. secundùm Barto. quia ibi dicit quòd ibi præcessit institutio æqualis, vel ex certis rebus, quod idem est: *vt l.ex facto.de here. institu. secundum.Dy.*

q ¶ *Pecunia relicta.* vt. ccc. habeat antè partem, in reliquis hereditariam: *vt.s̃.famil.ercíscun.heredes.§.fin. & l.seq. & facit.s̃. de leg. ij.l.xj.§.si rem.* Accursius.

LEgatum.] CASVS. Titio. c. sub conditione si nauis ex Asia venerit, legaui: & postea transtuli dictum legatum in Seium non repetita dicta cõditione. Certè sub ea cõditione nihilominus

[a] Dic, Institutionem procedere interfusone & non obseruata solennitate, quod ait singulariter Bald. post Gl. in l. quoties. super verb. dimidit. C. fami. ercisc.

[b] Primipilus dicebatur decimæ legionis cẽturio: de quo Vegetius *lib. 2.* Sed hoc loco rectè sensit Accursius quandã administrationem significari tametsi rẽ planè non attigit est autem primipilus, & hic & tit. C. de primipilo, administratio vel administrator militaris annonæ. Ergo hunc locum perperam hactenus interpretabitur Alciatus.

[c] Consumpta domino nõ videntur quæ in corpus patrimonij eius versa sunt.

videtur translatum in Seium. Secus autem si conditio legato apposita cohæreat personæ primi legatarij: quia tunc non videtur repetita in persona illius in quem translatum est legatum: vt puta si legaui vxori meæ sub conditione si habuerit filios ex me: & postea transtulit legatum in Seium. Nam in persona Seij non videbitur repetita dicta conditio quæ fuit necessaria in persona dictæ mulieris.

conditione transferri videtur, si non conditio priori personæ cohæreat. Nam si quis vxori sublatis[a] liberis legauerit: repetita cōditio non videbitur, quæ fuit in persona mulieris necessaria.[b]

Per donationem inutilem inducitur legati ademptio. Bartolus.

1. ¶ Pater hortos instructos filiæ legauit: postea quædam ex mancipiis hortorum vxori donauit. Siue donationes confirmauit, siue non confirmauit, posterior voluntas[c] filiæ[d] legato potior erit. Sed † etsi non valeat donatio: tamen minuisse filiæ legatum pater intelligetur.

Per ademptionem prælegati vni ex heredibus facti causa adæquationis, prælegatum alteri factum intelligitur reuocatum. Bartolus.

XXV. IDEM *libro nono Responsorum.*

ALteri hæredib. præceptionē prædij dedit[e]: mox alteri præstari aduersus debitorem actiones ad eum finem mandauit, quo prædium fuerat comparatum.[f] Cùm postea prædio distracto,[g] citra vllam offensam eius qui præceptionē acceperat,

[PATER HORTOS.] Titius legauit filiæ suæ in codicillis hortos instructos: & postea donauit vxori suæ quædam ex mancipiis dictorum hortorum. Certè amodo non debebuntur filiæ dicti serui, siue donationes confirmauit in testamento quod postea fecit, siue non: & siue valeat dicta donatio, siue non. posterior enim voluntas in vxorem collata est potior quàm legatum filię relictum. Viuia.

† Inutilis dispositio speciei sub genere contentæ, deminuit legatum, *vt hic. & l. j. in fi. ꝫ. de instructo.* adde Roman. sing. 117.

a ¶ *Sublatis.* i. si habuerit filios. Accur.

b ¶ *Necessaria.* ad legatum habendum. & dic *vt. j. de condit. & demon. l. legatum sub conditione.* & sic non est contra. ꝫ. *de hered. instit. l. sub conditione. & sic facit C. de cadu. tollen. §. ne autem. & j. de condit. & demon. l. legatum & l. quæ conditio. & j. de ver. obligat. l. Titia. §. idem respondit.*

c ¶ *Voluntas.* collata in vxorem.

d ¶ *Filiæ.* aliàs filij. i. filiæ. Nam masculinum[a] concipit fœmininum: *vt supra de lega. ij. l. qui duos.* & j. eod. alumnæ. *in in fin. j. respon. & facit supra de lega. j. Stichum. & l. si ex toto. in prin. & de lega. iij. l. xj. §. si rem. & ꝫ. de auro & arg. legato. l. scribit. §. item. & de fun. instru. quęsitum. §. si. & ꝫ. eo. translatio. & l. nihil prohibet. & l. & si transferam.* Accur.

a Masculinum cōcipit seu continet fœmininum.

ALteri.] CASVS. Titius instituit sibi heredes Gaium & Seium. Gaióque prælegauit prædium valens. c. & postea dicto Seio mandauit præstari actiones aduersus Sempronium debitorem hereditarium ad eum finem quo dictum prædium fuerat cōparatum. i. in. c. cùm forte dictus debitor deberet. cc. & ideò fortè iussit mandari actiones ad eum modum, vt vnus heres haberet tantum in pręceptione quantum alter. & postea idem testator voluntariè distraxit dictum prædiū, cùm non recepisset aliquam offensam à Gaio herede qui præceptionem prædij acceperat, & ita pretium dicti prædij rediit in corpus patrimonij. & sic non potest habere prædium nec eius pretium ille cui prædium fuit prælegatum: *vt dixi. ꝫ. eod. rem legatam.* & postea decessit dictus testator. nunc quæritur, an dicto Seio cohæredi Gaij debeant præstari actiones aduersus Sempronium prædictum hæreditarium debitorem? Et dicitur quòd non: quia (vt dictum est) mandauit testator præstari actiones dicto Seio aduersus dictum Semproniū ad eum finem quo prædium prælegatum cohæredi fuerat comparatum: ideò scilicet vt vnus haberet tantum in præceptione, quantum alter, & non plus. cùm ergo ille cui fuit pręd ium prælegatum, non possit habere prædium vel eius pretium, vt dictum est: ergo illi coheredi cui debebant actiones cedi contra debitorem hæreditarium, non sunt cedendæ. Viuianus.

e ¶ *Dedit.* sc. testator.

f ¶ *Comparatum.* comparatū enim fuerat fortè pro decem. & tātùm voluit percipere alium cohæredem à quodam nomine.

g ¶ *Distracto.* à defuncto ex volūtate, & sic reuocato legato. & dic citra offensam, quia non offendit legatarius testatorē, quia tunc nō perderet alter. 2. Vel dic à defuncto legatario consentiente: & sic non offendit testator legatariū. sed tunc idem esset & si eo inuito.

h ¶ *Redisset.* sic. ꝫ. *eod. l. pater.* Accur.

i ¶ *Actiones.* admissa compensatione tali: quia alter nō habet: ergo nec iste. Argu. contra. *C. de appell. l. præcipimus. in fine.*

k SI seruo. Testator Sticho libertatem in testamento reliquit, & eidem fundum: in sequenti die alienauit Stichum ex voluntate: & sic libertas & legatum sunt reuocata tacitè. tertio in codicillis expressè ademit libertatem. quæritur, an legatum fundi acquiratur emptori serui? Respond. non, tum propter tacitam reuocationem libertatis, tū propter expressam, cum legatum fundi sine libertate esse non potest. Nec dicat quis inutilem expressam ademptionē libertatis quasi alieno seruo: quia imò est vtilis: quia potest redimi: & sic reconualesceret libertas, nisi expresse esset adempta. Accursius.

pretium in corpus patrimonij redisset:[h] non esse præstandas actiones[i] cohæredi respondi.

Alienato seruo expressa libertate ademptio legati sibi iniuncti tacitam reuocationem inducit secus si adimatur ipso manumisso. Bartolus.

XXVI. PAVLVS *libro nono Quæstionum.*

SI seruo[k] cum libertate dato[l] legato[m] & alienato[n] adimatur libertas: quanuis alieno inutiliter adimatur,[o] tamen legatum ad emptorem non peruenturum.[p] & meritò. constitit[q] enim ademptio, quia possit redimi: sicuti datio,[r] cùm in eum confertur, qui testamenti faciendi tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. 1. ¶ Quid ergo si eum quē liberum esse quis iusserat,[s] manumiserat[t] viuus. deinde codicillis libertatem ei ademerit? videamus an perdiderit legatum vana ademptio libertatis. quod quidam putant:[u] sed superuacua scriptura non nocet legato.

XXVII. IDEM *libro vicensimoprimo Quæstionum.*

l ¶ *Dato.* i. relicto.

m ¶ *Legato.* s. fundi.

n ¶ *Alienato.* seruo.

o ¶ *Adimatur.* scil. expresse in codicillis.

p ¶ *Peruenturum.* aliud in hereditate: *vt Institu. de here. institu. §. quod si alienatus.* Accursius.

q ¶ *Constitit.* i. valet.

r ¶ *Sicut datio.* scilicet libertatis constitutæ, cùm in eum &c. tunc enim valet libertas: quia potest redimi: ergo & supra valet adēptio: quia potest redimi: sicut econtra vbi[a] non valet datio, nec ademptio: *vt supra eo. legatum. §. fin.* ¶ Et dic secundùm Ro. & Azo. quod in prin. huius. l. allegabatur: quia solam libertatem ademit testator, quòd aliud legatum iam serui alienatione euacuatum silentio roboretur: idémque de libertate diceremus, scilicet vt esset adempta etiam si expressim post alienationem serui non esset facta ademptio: *vt Institu. de hered. insti. §. quod si alienatus.* Videtur ergo quòd illa ademptio expressa sit superuacua, sed non est: quia si facta non esset, seruo antè aditam hereditatem, hereditati quæsito, vel à testatore redempto, conualesceret libertas: *vt infra de testa. ma. l. verum est.* Sed hæc expressa ademptio operatur ne amodo libertas redēpto seruo suo data præsumatur. in legato verò nil operaretur expressa, quod non operatur tacita nec enim legatum præsumitur datum etiam redempto seruo: *vt. ꝫ. e. cum seruus.* Sed nec finis huius legis corrigit principium. nā in primo casu vitiatur legatum alienatione: nec conualescere potest redempto seruo: quia sine libertate est. nam non[b] videtur data, cùm sit adempta: *vt sup. de his quæ in testa. delen. l. j. & supra eodem. l. & si transferam.* in alio verò casu cùm libertatem habeat, nihil prohiberet ipsum legatum capere: nec valet ademptio libertatis in vltimo casu, quia inciuile[c] est casum liberi hominis expectare: non autem serui redemptionem: *vt. j. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. homo liber.*

¶ Sed cur non præsumitur reuocatum legatum per dationem libertatis sicut per alienationem? Respond. quia datio libertatis non videtur alienatio: quia habet eum libertum.

s ¶ *Iusserat.* in testamento.

t ¶ *Manumiserat.* idem fortè si alio modo sit liber factus: *vt sup. de here. insti. l. antepenul.*

u ¶ *Putant.* sed malè. & sic statim corrigitur: sed superuacua &c. ę. cui consonat. *C. de testa. l. testamentum. & facit. j. eo. l. fi. & Institu. de here. insti. §. seruus. & j. l. proxi.*

SEruus.] CASVS. Per Gaium legatus est Stichus seruus Titio in testamento: & ei seruo aliquid legatum est per eundem Gaium, puta fundus: & postea idem Gaius alienauit per venditionem dictum seruum in Seium, per quod reuocatum est legatum Titij de ipso seruo, & legatum seruo relictum: & postea fecit dictus Gaius codicillos: & in eis ademit dicto Sticho quod ei legauerat. nunquid valet dicta ademptio? Et videtur quod non: quia legatum iam erat reuocatum per alienationē serui in Seium.

legatum

a Adēptio [...] valet, vbi [...] valet datio.

b Datū non videtur quod ademptum est.

c Casum seu mortem liberi hominis expectare, inciuile est.

d Alienationis verbo non cōtinetur libertatis datio. Atque ita non alienat qui manumittit. adde l. tal. [...] ꝫ de heredib. instituend.

legatum autem quod non valet, non potest adimi Respon. tamen hîc quod valet ademptio: quia & legatum prædictum potest sortiri effectum si redimatur seruus per dictum Gaium testatorem: & de nouo velit idem testator quòd Titius prædictus habeat dictũ seruum ex causa legati: per quod posset per consequens dictus Titius habere legatũ seruo relictum: nisi fuisset expressè in codicillis ademptum: & hoc secundùm quòd est in litera, redimatur, sicut ego habeo. Alij aliter exponunt secundùm eandem literam: puta quia testator redemit seruum à Seio, & heredes testatoris spōtè dederunt Titio prædicto tam seruum quàm fundũm seruo legatũ. Alij dicunt secundum eandem literam, quòd dictum legatũ seruo relictum potest sortiri effectum, si Titius legatarius proferat nouam voluntatem testatoris volētis quòd idem Titius habeat dictum seruum à Seio redemptũ, & etiam fundum seruo legatum: *vt supra eo. l. cum seruus. in fin.* Alij habent in litera reddiderit: & tunc expone vt notatur in glossa.

* Vulg. Si seruus.

SEruus legatus [a] * est, & ei aliquid. [b] si alienato eo adimatur [c] quod ei [d] legatum est, valet ademptio: [e] quia & legatũ [f] potest procedere [g] si redimatur. [h]

Legato seruo alienato extinguitur quod ei legatum est: tamen non erit inutilis ademptio illius legati facta in codicillis testatoris si seruus redimatur à testatore.

1. ¶ Seruo legato, [i] & inter viuos manumisso [k] si legatum [l] adimatur, nullius momenti [m] ademptio est igitur legatũ [n] quod ipsi datum est, capiet. [o] nam etsi rursus [p] in seruitutem ceciderit, non tamen legatum [q] eius [r] resuscitabitur. nouus enim videtur homo esse.

Translatio legati facta de vno in eundem, non videtur facta cum onere. Bartolus.

XXVIII. VALENS *libro quinto Fideicommissorum.*

SI tibi certam rem legauero, & rogauero te vt eam Titio restitueres: deinde eandem rem tibi fideicōmisero, [f] nec rogauero te vt alij eam præstares: quæritur, an in tua potestate sit ex causa fideicommissi eligere vt fideicommissum non præstes. [t] Et magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari.

Si testator appellauerit libertum in testamento ingratum, in quo ei legauerat, videtur eidem ademisse legatum. hoc dicit.

XXIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

LIbertus [u] qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata voluntate actionem ex testamento habere nō potest.

Fideicommissum ab vno in alium transfertur cum onere speciali: & onus primò iniunctum in persona ad quam transfertur: in onere speciali non videtur repetitum. Bartolus.

XXX. SCÆVOLA *libro vicensimo Digestorum.*

ALūnę suæ plura legauerat: quędā ex his abstulit: quædā vt præstarētur, ab herede suo petiit: in q̃bus & viginti dari vo-

[SERVO LEGATO.] Legaui Stichum seruum meum Titio in testamento meo: & eidem seruo legaui fundum: & postea eundem seruum inter viuos manumisi: per quam manumissionem tacitè reuocatum est legatum Titio relictum de se seruo, non autem propter hoc est reuocatum dictum legatum seruo relictum. & postea feci codicillos: & in eisdē expresse ademi Titio legatũ de se seruo, & postea decessi. nunc quæritur, an valeat dicta ademptio in codicillis facta? Et dicitur quòd non: quia legatum de se seruo Titio relictum non potest resuscitari etiam si rursus in seruitutem reciderit: quia per nouam seruitutem nouus homo esse videtur. si ergo non potest conualescere legatum de seipso seruo: ad quid diceremus vtilem esse ademptionem prædictam? certè ad nihil. ipse ergo seruus liber inter viuos factus remanebit liber, & capiet legatum prædictum sibi à testatore datum. Viuianus.

a ¶ *Si seruus legatus.* Titio puta.

b ¶ *Aliquid.* scilicet legatum est, puta fundus. Accursius.

c ¶ *Adimatur.* scilicet expresse fundus, quod tamen tacitè per alienationem serui erat reuocatum: *vt nota. supra. l. proxi.*

d ¶ *Ei.* scilicet seruo: quod legatum non cedit nisi ab adita hereditate: *vt infra quando di. leg ce. l. heredis. §. fina.*

e ¶ *Ademptio.* fundi expressa.

f ¶ *Legatum.* scilicet fundi.

g ¶ *Procedere.* id est sortiri effectum.

h ¶ *Si redimatur.* aliàs est, si reddiderit: & tunc dic id est [a] dederit dominus serui legatum legatario, scilicet Titio. licèt enim pecunia cum effectu obstante exceptione non possit solui: si tamē soluatur, non repetitur, nisi ademptum sit legatum expresse. tunc enim soluenti per errorem datur repetitio: quia nulla inerat obligatio. 2. Vel dic: reddiderit propriè, scilicet seruus domino: & tunc procedit legatum si legatarius testatoris nouam proferat voluntatem: *vt supra eodem. cum seruus* aliàs redimatur, scilicet seruus. & tunc dic *vt supra* quia & datus sit Titio spontè tam seruus quàm fundus: vel si proferatur secunda noua voluntas.

a Reddere pro dato.

i ¶ *Seruo legato.* puta Titio. & sunt ibi ablatiui absoluti.

k ¶ *Manumisso.* scilicet postea.

l ¶ *Legatum.* id est ipse seruus expressim adimatur legatario.

m ¶ *Nullius momenti.* id est superuacua: quoniam ademptio per manumissionem iam facta erat.

n ¶ *Legatum.* scilicet fundi seruo.

o ¶ *Capiet. vt & supra. l. proxi. in fine.*

p ¶ *Nam & si rursus.* bene dixi superuacuam ademptionem per manumissionem: nam &c.

q ¶ *Legatum.* seruo.

r ¶ *Eius.* scilicet serui, id est legatum quod est ipse, seruus. *& facit infra de verborum obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. & de solu. qui res. §. aream.* Sed contra *supra de lega. iij. l. si chorus. §. finali. si deest ibi non.* Solu. hîc post mortem testatoris recidit in seruitutem, nec post habuit nouam voluntatem. Ibi antè mortem & post habuit nouam voluntatem: *ad quod est supra eo. cùm seruus. in fi.*

[SI tibi.] CASVS. Legaui tibi Infortiatum meum, & rogaui te vt illud restitueres Titio. & postea idem Infortiatum reliqui tibi per fideicommissum: & in hoc secundo relicto non rogaui te vt alij restitueres. certè ex posteriori scriptura habebis Infortiatum, & nulli illud restitues. Viuianus.

f ¶ *Fideicommisero.* id est tibi per fideicommissum reliquero. Azo.

t ¶ *Non præstes.* aliàs deest nō: & aliàs adest: & bene: & concor. *infra si cui plus quàm per leg. Falcidiam. l. nisi. §. item si ipse. & Cod. de vsur. l. per retentionem.* Sed contra. *supra de proba. l. iij.* Sol. ibi. Item argu. contra. *supra de conditio. institu. l. cum seruus. & infra de conditio. & demonstrat. l. anus.* [a] *& supra de alimen. lega. l. Gaio.* [b] *in principio. & facit infra eodem. alumnæ. in fine. j. respon. & §. ab heredibus. & §. qui filias. & de pecu. lega. l. si peculium & supra eodem titul. l. Aurelius. §. testamentum.* ADDITIO. Dic secundum Bartolum quòd hîc loquitur de onere imposito in eodem legato: ibi verò loquitur de onere imposito institutioni, an videatur repetitum in legato.

a Alias incipit, quia.
b Ibi translatio facta fuit in aliam personā: hic in candē.

[LIbertus.] CASVS. Sticho liberto meo legaui centum & postea dixi in eodem testamento in quo ei legaueram, quòd ipse erat mihi ingratus. certè mutasse videor voluntatem: & ideò legatum petere non poterit dictus libertus ab heredibus meis. Vi.

u ¶ *Libertus.* facit [c] *supra eod. diui. & C. de iis quibus vt indi. l. hereditas.*

c Vide l. Diuus. I. eod. & ibid. Bart.

[A Lumnæ.] CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi heredem quendam nomine Azum: & Semproniæ alumnæ suæ testatoris sororique dicti Azi heredis plura legauit: & postea quædam ex his legatis ei alumnæ abstulit, & quædam ex his vt pręstarentur ei petiit à dicto suo herede. inter quę legata viginti dare voluit eidem alumnæ, his verbis, hoc amplius do lego darique volo Semproniæ alumnæ meæ xx. libras auri; & committo fidei tuæ ô Aze heres meus vt in primis Semproniam sororem tuam alumnam meam pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam viginti auri libras ei alumnæ reddas cùm morieris: & interim tu præstes ei reditus. id est vsuras semisses de dictis viginti libris auri. & postea fecit codicillos & in eis transtulit eas viginti libras auri ad Mæuium, legando eas ei: & fidei eius Mæuij commisit in hæc verba viginti libras auri quas in testamento Ssmproniæ alumnę meę reliqui, eas dari volo Mæuio, cautionibus ab eo interpositis, vt ex ea summa eidem Semproniæ quandiu vixerit ea Sempronia, præstet pro victu. v. denarios omni mense, & pro vestiariis centenos quinos aureos, id est quinquies viginti omni mense, idque fidei vestræ siue tuæ committo ô Mæui. certus autem sum te Mæui pro tua pietate petiturum ab herede tuo vt voluntas mea in persona alumnæ meæ duret. & postea decessit dictus Sempronius. nunc quæritur, an dictus Mæuius sit cogendus restituere Semproniæ dictas viginti libras auri post mortem suam Sempronij, sicuti rogatus fuerat Azus heres? Et respon. quòd non: sed alia quæ relicta sunt alumnæ à Mæuio per testatorem, id est menstruos denarios quinque pro victu, & menstruos quinquies viginti aureos pro vestimentis deberi à dicto Mæuio & ab heredibus eius eidem Semproniæ alumnæ donec ipsa viuet. Viuianus.

a ¶*Viginti auri*.non purè,sed post mortem,vt subiicit.
b ¶*Atti*.proprium nomen est heredis,id est fratris alumnæ.Azo. vt apparet.j.vel non erat frater,sed fraterna charitate eam diligebat *vt* ℥.*de here.insti.l.nemo.§.qui frater*.
c ¶*Ad Mæuium*.aliàs est ad Mæuiam legatariam,sed falsa est litera nā in multis locis oporteret dici,Mæuius id est Mæuia. aliàs est Mæuium:& hæc vera.
d ¶*Denarios quinq;*. scilicet pro victu.
e ¶*Centenos*.dic centenos & vicenosquinos,id est quinquies viginti poni pro eodem.& dic menstruos.
f ¶*Certa sum*.per[a] hoc videtur relinquere fideicom. *vt*.℥.*tit*.j.*l.vnum.§.fina.& de leg*.j.*l.filiusfa.§.vt quis.& de leg.iij.l.Pamphilo*.
g ¶*Attius*.quod videbatur per verba superiora,certa sum &c.
h ¶*Sed alia*.sci.menstrua.& sic posterior[b] scriptura minime grauat.*sic supra.l.si tibi certam*.
i ¶*Et ab herede*.quasi heres legatarij sit rogatus: quod valeret:*vt supra de leg.iij.l.si fuerit.§.fi*.

Titia.]CASVS.Titia fecit testamentum,& instituit sibi heredē in vna vncia Seiam libertā suam & etiā suā collactaneā.fuerunt enim nutritę de lacte vnius mulieris.& Seium & Gaium pone instituit sibi in.xj.vnciis & postea Pāphilo suo liberto dedit prædia per fideicō. inter quæ dedit eidem Pamphilo synctesin,i.omnē pensionē prædiorum quæ appellabatur circa Colonen.Item eidē Pamphilo liberto postea donauit per epistolam etiā alias res.inter quæ verba epistolæ ita locuta est dicta Titia de dicta Seia & de dicto Pamphilo: Ego Titia mitto salutem heredibus meis: & volo firma esse quæ in inferiori parte testamenti mei ordinata sunt: & quæcunque inueni me fecisse in nomine Pāphili: & si dicta Seia collactanea mea mihi noluerit heres esse ex ea parte ex qua eam scripsi,i.ex.xij.id est ex vna vncia,volo ei dari synctesin quæ est circa Colonen.& postea decessit dicta Titia:& postea dicta Seia liberta omissa parte in qua instituta fuit,elegit ex codicillis siue ex dicta epistola dictū fideicōmissum de dicta synctesi.dictus autem Pamphilus petebat dicta prædia quæ erant in synctesi,ex causa fideicommissi sibi in testamento per Titiā relicti,quasi debeat cōcurrere cū dicta Seia. nunquid Gaius & Seius prædicti & etiam Seia prædicta possunt eum Pāphilum repellere exceptione doli?Et dicitur quòd sic:quia fideicommissum prædiorum in sinctesin datum Pamphilo in testamento.videtur per epistolam translatum in Seiam.Viuianus.
k ¶*Libertam*.quia eam manumiserat pater Titiæ.
l ¶*Synctesin*.Græce,[a] Latinè dicit omnem possessionem seu latifundium.seu massam.*de qua in.l.j.*℥.*de reb.dubiis.Cont*.

[a] Fideicommissum,his verbis, Certus sum te hæredem pro tua pietate petiturum ab hærede tuo,vt voluntas mea in persona alumnæ meæ duret, inducitur.

[b] Posterior scriptura non semper nocet.

† Id est vniuersitatem possessionum,quam posteriores massam appellarūt. Neoterici perperam latifundium interpretantur,ni fallor.

[a] Syntesis quid.

luit his,verbis: *Hoc amplius do lego,darique volo viginti auri*[a] *libras*. & adiecit,*fideique tuæ Atti*[b] *committo,vti in primis Sēproniā sororē tuā pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaueris eam ad bonā vitæ consuetudinē reuersam,ita viginti auri libras ei reddere,cùm morieris: interim tamē reditus eius,id est vsuras semisses ei præstes*.postea codicillis ad Mæuiū[c] legatariū easdē viginti libras auri trāstulit,& fidei eius commisit in hæc verba: *Viginti libras auri quas testamento Sēproniæ alūnæ meæ reliqui,eas dari volo Mæuio,cautionibus interpositis,vt ex ea summa eidē Sēproniæ quādiu aduixerit,præstet menstruos denarios quinque*,[d] *& vestiarij nomine denarios cētenos*[e] *vicenos quinos: idque fidei vestræ commito. certa*[f] *sum autem te Mæui pro tua pietate petiturum ab herede tuo,vt voluntas mea in persona alumnæ meæ duret*. Quæsitū est,an Mæuius legatarius cogendus sit post mortem suam viginti libras auri Sēproniæ restituere,sicut rogatus fuerat Attius[g] heres. Respondit,secundum ea quę proponerentur,viginti quidē auri libras non cogendum præstare,sed alia[h] quæ ab eo alumnæ relicta sunt,deberi & à Mæuio,& ab herede[i] eius,donec viuit alumna.

Si de rebus specialiter legatis,& sub nomine generali cōfirmatis,vna alteri legetur,in totū videtur esse legata,& legatario primo adēpta.Bart.

1. ¶Titia testamēto Seiā libertam,[k] eandemq; collactaneam,ex parte duodecim heredem instituerat. Pamphilo liberto suo prædia per fideicommissum dedit,in quibus & σύγκτησιν[l] † prædiorum quæ appellabatur circa Colonen.eidē liberto postea per epistulam alias etiam res donauit,in quibus[m] de Seia & Pamphilo ita locuta est.Titia.† Τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν. Βούλομαι βέβαια εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα, ὅσα ἔφθασα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Παμφίλου πεποιηκέναι. ἐὰν Σεία ἡ σύντροφός μου κληρονόμος μὴ γένηται, ἐξ οὗ γέγραφα αὐτὴν μέρους, βούλομαι αὐτῇ δοθῆναι τὴν σύγκτησιν τὴν περὶ Κολώνην. [id est Titia heredibus meis salutem[n]: Volo firma esse quæ inferius ordinata sunt,quæcunque præueni in nomine Pamphili iam antè fecisse.si Seia collactanea mea heres non fiet,ex ea parte ex qua eam scripsi,volo ei dari synctesin quæ est circa Colonen] Quæsitum est,cùm Seia libera,omissa parte hereditatis ei testamento adscripta,ex codicillis fideicommissum,id est σύγκτησιν † circa Colonem eligat,an si Pamphilus ex causa fideicommissi eadem prædia vindicet,doli mali exceptione súmoueri debeat.Respondit,trāslatum videri fideicommissum prædiorum,id est σύγκτησιν quæ est circa Colonem,in Seiam libertam.[o]

Per ademptionem oneris adiecti in vim modi,etiam legatū videtur ademptum.Bartolus.

2. ¶Ab[a] heredibus petierat vt si in prouincia decessisset,sexaginta Lucio Titio darentur,vt is corpus eius curaret in patriā reportari: & adiecerat hæc verba: *Cui concedi volo si quid ex ea pecunia supererit*. eadem die codicillos ad heredes suos ita scripserat: *Peto à vobis,vt siue in prouincia,siue in via aliquid mihi,humanitus*[p] *acciderit,corpus meum curetis & in Campaniam & in monumentum filiorum meorum reportare*.[q] Quæsitum est,an id quod superfuerit ex sexaginta,à Lucio Titio tacitè ademerit. Respondit,ademptum videri.[r]

m ¶*In quibus*.id est inter quæ verba epistolæ.
n ¶*Salutem*. Hæc est epistola in Græco,quam quidam libri habent translatam in Latinum per hæc verba,volo &c.Alij non habent & exponunt Græcum quod significet,prædia quæ reliqui Pamphilo,Seiæ dono.& secundum istos peteret Seja quasi ex donatione inter viuos: secundum primos per fideicommissum.

Seia.]CASVS.Liberta quę erat de Campania,iuit in prouinciam antè tamen quàm iret,fecit testamentum,& instituit sibi heredes Gaium & Semproniū,& petiit ab eis vt si ipsa in prouinciam decederet,darentur per eos Lucio Titio sexaginta,vt is Lucius Titius corpus eius curaret,& in patriam testatricis,id est in Campaniam reportaret,Item dixit cui Lucio Titio concedi volo si quid ex ea pecunia supererit ei à prædictis faciendis.his factis fecit eadem die codicillos,in quibus ita scripsit.Peto à vobis heredes mei vt siue in prouincia siue in via aliquid mihi humanitus contigerit,puta quia moriar: corpus meum curetis vos heredes reportare in Campaniā,& in monumentum filiorum meorū.& postea decessit dicta Seia in prouincia,vel in via:& dicti heredes sui reportauerunt corpus suum in Campaniam,& posuerunt in monumentum filiorum:& in eo faciendo expenderunt quadraginta,pone:& ita superfuerunt viginti de dictis sexaginta.nunc venit Lucius Titius,& petit illa xx. nunquid debentur ei? Et dicitur quòd nō: quia ademptum est ei per codicillos ad heredes factos.Viuianus.
o ¶*Seiam libertā*. hîc habent quidam,in Seiā libertam: & incipit.§.seq.ab heredibus.alij non habent,& subaudiunt,scilicet in Seiam libertam.& incipit.§.Seia liberta &c.
p ¶*Humanitus* expone:*vt Institut.de donationibus*.§.j.
q ¶*Reportare*.s.curetis.
r ¶*Ademptum videri*.Contra *infra de condit.& demonst l.si quis seruum*.Solu.ibi fauor libertatis. 2. Vel ibi onus seruo iniunctum fuit ademptum. hîc autem onus impositum Lucio fuit impositum heredibus,& ademptum Lucio.& facit *supra eo.l.si tibi certam.& de fun lo instructo.l.quæsitum.in fine*.Arg.contra *infra de conditio.& demonstr.l.si quis eum*.Item argu.contra *supra de testa.l.heredes.§.& si quis*. Solu.ibi.¶Item nota quod onus[a] concomitatur emolumentum,& econtra.*sic supra de ali.leg.l.Gaio*.

Qui filias.]CASVS.Titius habens in bonis.xl.pone,& habens in ære alieno l.pone,& habens duas has,scilicet Primam & Secundam,fecit testamentum,& instituit sibi dictam Primam in.cc.id est in tantum de bonis,quòd capiebat.cc.& secundam in tantum quòd capiebat.c.& Seium & Gaium in tantum quòd capiebant alia.c.

† Vide Aloan. lib. prætermiss. in dictione synthesis. Sic verò vertit Gregor. Haloander: Heredibus meis S. Volo,vt subiecta omnia rata sint,quæcunque antè in Pāphili nomen contraxisse visa sum. Si Seia collactanea mea heres ex parte qua eā scripsi,non erit: volo ei dari latifundium quod est circa Colonē.

† Id est,latifundium.

[a] Seia liberta ab herede.

[a] Onus concomitatur emolumentum seu commodum.

Quantum ad res reformatas videtur testator voluntatem mutare, non quantum ad alias. Bartolus.

3. ¶Qui filias ex disparibus portionibus testaméto heredes instituerat,[a] penè omnium bonorum suorum eodé testamento diuisionem fecit, deinde hæc verba adiecit: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ὑπαρχόντων μου, ὁμοίως καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη ἔσται νόμιμα τῶν δύο μου θυγατέρων Πρίμης καὶ Σεκουνδίνης, ἢ τῆς ἐξ αὐτῶν περιούσης. † [id est, Reliqua autem omnia bona existentium mihi similiter, & hereditaria onera erūt solùm duarū [b] filiarū mearum, scilicet Primæ & Secundæ vel quæ ex his subsistet.] Postea codicillis longè aliam diuisioné fecit bonorum inter easdem, inter quas & testamento diuiserat: quædam tamé nulli nominatim dedit. Quæsitum est, an Prima & Secunda filiæ ex verbis testamenti consequi possint, vt solę [c] habeát ea quæ nominatim nulli relicta sunt in diuisione quę nouissima à patre facta est. Respōdit, non à tota [d] voluntate recessisse videri, sed his tantùm rebus quas reformasset.

† Id est: Reliqua autem omnia de mea substantia quemadmodum & hereditatis onera, pertinebunt solummodo ad Primam & Secundā filias meas, aut quæ ex his superstes erit.

alia.c. & postea inter eosdē heredes & in eodem testamento fecit diuisionem bonorum suorum quasi omnium: ita φ cuilibet heredum assignauit quasdā res: & remāserunt à dicta diuisione.i. indiuisa.i. tātum de bonis, quòd valebat quinquaginta. & postea subiecit hæc verba in eodem testamento: reliqua autem omnia bona mihi existentia & superantia & dicta diuisione, similiter & hereditatis meæ onera erūt dictarū duarum mearū filiarum: quæ onera ex his meis bonis subsistunt. nam quædam ex meis oneribus satisfeci iam, & quædam non. postea fecit codic. & in eis reformauit totam diuisionē quam in testamento fecit, i. aliam formā ei dedit.i. quasdā res quas per diuisionē filiabus dederat, dedit coheredibus earum: & quasdam quas dederat coheredibus, dedit filiabus: & quædam ex dictis suis bonis similiter indiuisa remanserunt, sicut & in diuisione in testamento facta remanserunt quædā indiuisa. & postea decessit dictus Titius. nūc quæritur, an dictæ filiæ Titij possint consequi vt ipsæ solæ habeant ea quæ nominatim eis relicta sunt in diuisione quæ nouissimè à patre facta est, scilicet in codicil. quod quidem coheredes earum negabant? Et videtur quòd non, propter verba testamenti: per quę verba testamenti aliter & aliter diuisionem fecerat. Respond. tamen hic φ bene possunt hoc consequi: quia per diuisionem in codicillis factam nō videtur Titius recessisse à tota volūtate expressa in testamento: sed ab his tantū rebus videt recessisse quas reformauit in diuisione in codicil. facta. habebūt ergò filię malo velle coheredū res quæ obtigerūt eis p diuisionem in codicillis factam: & coheredes earum habebunt alias res quæ obtigerūt eis coheredibus p diuisionem eandem in codicil. factam. tota autem alia voluntas in testamento scripta remanebit in suo statu, sc. vt ea bona quæ non sunt diuisa in testamento, nec in codicil. & vt onera hereditaria quæ capiebant.l. vt dixi, sint solummodo dictarum filiarum. Viuianus.

a ¶*Instituerat.* & quosdam alios *vt infra patet.*

b ¶*Solum duarum.* q. d. non coheredum: & sic duo dixit indiuisa pertinere ad filias, & ipsas subire onera æris alieni.

c ¶*Vt solæ.* & non alij coheredes.

b ¶*Non à tota.* sic *& C. de testa. tut. & si à patre. & de rei vxo. actio. l. j. § sciendum.* Sed contra. ℥ *eo. l. si tibi certam.* Sol. hic prius [a] testamentum nō rumpitur per codicillos: sed ibi vtrumque [b] erat testamentum. Rog. Vel vtrumque relictum in eodem testamento. Item contra *supra de testa. heredes. § si quid.* Sol. secundum Azo. *supra* de solennitate testaméti, hic de mutatione diuisionis. ADDITIO. Ita solutio displicet Bartol. ideò dic aliter secundum Dy. quòd hic res assignata ex causa diuisionis, videtur capi tanquam prælegata, & prælegata potest in codicillis mutari &c. & in. l. contraria volebat sine solennitate mutare. Accursius.

a Testamentū solis codicillis non rumpitur.
b Testamentum prius posteriore testamento solenni rumpi potest.

Cum potest.] CASVS. Titia habens filium nomine Priscillianum, & fratrem nomine Marianum, & maritum nomine Ianuarium, fecit testamentum. & instituit sibi prædictos heredes, &c. c. prælegauit dicto Priscilliano: & postea fecit quandam epistolam siue codicillum. & in eis ita cauit: quoniam cognoui Priscillianum filium in extremis esse, id est iuxta mortem (erat enim infirmus ad mortem Priscillianus) duxi pijssimum & iustissimum, portionem eius Priscilliani hereditatis quam ei testamento dederam, legare Mariano fratri meo. & Ianuario marito meo æquis portionibus, & etiam si quidam plius eidem Priscilliano legaueram. vnde si quid humanitus ei Priscilliano contigerit, puta quòd moriatur: do legó darique eis Mariano & Ianuario volo dictam portionem hereditatis quam habuit à me in testamento Priscillianus, & dictum legatum quod ei dedi. & postea decessit dicta Titia testatrix: & postea fuerunt apertæ tabulæ testamenti sui: & postea decessit Priscillianus ex dicta infirmitate. nunc quæritur, an ex causa fideicommissi pertineant ad Ianuarium & Marianum etiam legata eius Priscilliani, nedum portio eius hereditatis? & dicebant quidam prædicta ad eos pertinere siue Priscillianus decessit ex dicta infirmitate, siue ex alia. Respond. tamen hic quòd ita demum pertinent prædicta ad eos, si Priscillianus decessit ex dicta infirmitate, & non aliàs. Viuianus.

Translatio à legatario facta occasione mortis speratæ ex instanti infirmitate, ita demum habet effectū, si ex eadem infirmitate legatarius moriatur, non si ex alia. Bartolus.

4. ¶Cùm post apertas tabulas testamēti [e] Priscillianus vixerit, de cuius legato portioneq; hereditatis mater epistula ita cauerat: *Quoniam cognoui Priscillianum filium meum in extremis esse, iustissimum & piissimum duxi portionem eius [f] hereditatis quam ei testamento dederā, legare Mariano fratri meo, & Ianuario marito meo æquis portionibus. & si quid ei amplius legaueram, [g] vt si quid ei humanitus [h] † contigerit, do lego, darique eis volo:* postea ex eadem infirmitate [i] Priscillianus decessit. quæsitum est, an legatum quoque eius ad Ianuarium & Marianū ex causa fideicommissi pertineat. Respōdit, posse videri, si decessisset ex ea infirmitate, omnimodo & legatum ad eos de quibus quæreretur, transtulisse.

Si seruus legatus transferatur in fundum, vt ibi perpetuò sit: legatū de eo factum videtur extinctum. Barto.

XXXI. IDEM *libro 14. Digestorum.*

Filio ex parte heredi instituto duos fundos cū mácipio, [k]

e ¶*Testamenti.* quod fecerat mater Priscilliani, in quo ei portionē hereditatis & quædam prædia legauit. Azo.

f ¶*Eius.* scilicet Priscilliani, id est quam habet in hereditate.

g ¶*Legaueram.* subaudi duxi legare. & adde adiectis his verbis, vt si quid &c. Accursius.

h ¶*Humanitus.* per hoc videbatur quandocunque decederet & quacunque infirmitate Priscillianus, quòd ei relictum fuerat, etiam ad Ianuarium & Marianū translatum fuisse: quod remouet.

† Elegans loquendi figura, qua significatur mors. *Instit. de donat. l. 1. & l. j. de verb. signif.*

i ¶*Infirmitate.* secus ergo si ex alia. Rog. *& facit supra quibus ex causis maio. l. ab hostibus. § sed quod simpliciter. & de vulgar. substit. in substit. & l. filio.* Sed arg. *contra* [a]. ℥ *de libe. & postu. l. placet.*

a Hoc ideo cōstitutum ne testamentum rūperetur.

Filio ex parte.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium filium suum, & vxorem suam Gaiam, & dicto filio duos fundos prælegauit cum mancipiis & omni instrumento dictorum fundorum. Item dictæ suæ vxori prælegauit multa, inter quæ prælegauit ei Stichum & Damam seruos suos. postea cùm cognouisset idem testator non esse aliquem villicum in altero ex fundis filio prælegatis, misit in dicto fundo Stichum prædictum vxori prælegatum, & præfecit siue præposuit eum tam rei rusticæ quàm rationibus fundi prædicti, & postea decessit idem testator. nunc quæritur, vtrum dictus Stichus pertinere debeat ad vxorem, an ad filium? & dicitur quòd ad filium. [MATRI SVÆ.] Titius instituit sibi heredem Seiam matrem suam, & Gaium, & prælegauit quatuor prædia dictæ suæ matri: & fidei eius matris commisit, vt ex his quatuor prædiis duo restitueret socero ipsius testatoris: & postea fecit codicillos, & in eis socero ademit dictum fideicommissum dictorum fundorum, & postea decessit idem Titius. nunc quæritur, vtrum nihilo minus ad matrem pertineant dicti duo fundi? & dicitur quòd non. [SEIA TESTAMENTO.] Seia fecit testamentum, & in eo legauit Titio suo priuigno decem pondo auri, & postea prædictus Titius accusauit eam, dicens quòd ipsa fecit occidi patrem suum Titij, maritúmque quondam ipsius Seiæ. post institutam autem dictam accusationem dicta Seia fecit codicillum. & non ademit dicto suo priuigno legatum prædictum, & ante finem dictæ accusationis decessit ipsa Seia & nihilo minus quoad bona ipsius Seiæ confiscanda peracta non fuit causa prædicta homicidij: & postea pronuntiatum est patrem dicti Titij non esse interemptum scelere dictæ Seiæ nunc quæritur, an ab heredibus dictæ Seiæ debeat reddi legatum prædictum? Et videtur quòd sic: quia ipsa in codicillis prædictis non ademit ei. Respondeo tamen hic quòd non: quasi tacitè sit ademptum propter dictam accusationem de eo factam. [FILIÆ.] Titius instituit sibi heredem Seiam filiam suam quam habebat in potestate, & Sempronium & Gaium: & inter cætera quæ prælegauit eidem filiæ,

prælegauit ei peculiū ipsius filiæ. postea idē testator exegit decem à quodam debitore, & pecuniam ipsius filiæ in suā patris rationē cōuertit: & postea decessit idē testator. nūc quęritur, an dicta filia possit agere cū coheredib. suis eo nomine, id est propter dictā pecuniā à debitore exactam? Et R. quòd non, nisi probet exactam dictam pecuniam per testatorem animo non adimendi. Vivian.

a ¶ *Legauit.* i. prælegauit prædicto filio.

b ¶ *Nec vxorē.* inspicitur enim tēpus quo cedit dies legati: *vt ff. de fund. instru. l. pen. & argum supra de leg. j. l. quod in rerum. §. si quis post. & de leg. ij. l. peculium in princ. & j. eo. l. si.*

c ¶ *Legauit.* i. prælegauit.

d ¶ *Codicillis.* sic ergo quodᵃ testamēto relinquitur, in codicillis adimiturᵇ: *vt Institu. eo. in pri. c.* & not. *supra de testa. l. heres. §. j.*

e ¶ *Cur ad matrem.* Imò videtur apud matrem remanere: *vt ff. de alimen. lega. l. pecuniæ quæ est contra.* Solu. ibi fideicommis. fuit inutile morte fideicomis. hic pœnitentia testatoris: quæ patet in adimendo legato. hic grauando matrem videtur pœnituisse de eo quòd quatuor ei legauerat, argu. ff. *eo. l. quod si. & l. & ideo.* 2. Vel hic ab initio nil plus nisi duo matri erat relicturus. 3. Tu dicas quòd hic quoad illa duo mater vtᶜ ministra fuit electa: *vt & ff. de lega. ij. l. si quis Titio. & l. si quis quos. & j. de dona. cau. mor. l. si filio.* Sed in contrario vt legatarius. Et eodem modo solue. *C. de cadu. tollen. §. pro secundo. & supra de lega. ij. l. si fundum per fideicommissum. §. Iulianus. & de lega. iij. l. pater. §. Tusculanus. & j. de condi. & demon. l. si quis cum. quæ sunt contra.* & dic *vt. d. l. si quis Titio.* Apparet ex prædictis quòd id qđ dicitur ademptū, nō videtur datum: *vt ff. de his quæ in test. delen. l. j. §. penul.* quod verum est quantum ad illum locum cui est ademptum: non quantum ad locum de quo est ademptum: aliquin adempto legato illi ad quem translatum est. primus statim viam agendi consequeretur, quod hic negat secundùm R. & Azo.

f ¶ *Legauit.* Titio: *vt. j. patet.*

g ¶ *Accusauit.* incidenter, cùm heres Seiæ dotem repeteret, vt eā priuignus lucraretur: *vt. C. de repu. l. consensu. & ff. solu. matri. l. si ab hostibus.* 2 Vel dic quòd directò criminaliterᵉ accusabat. *l. Corne. de sica. vt. C. de sica. l. is qui.*

h ¶ *Acta causa.* post mortem Seiæ, & hoc ciuiliter excipiendo. 2. Vel dic etiam criminaliter quoad bona tantum. quod dic *vt no. C. si reus vel accu. mor. fu. l. si.*

i ¶ *Non ademerit.* quia tacitè videtur ademptum: *vt ff. e. l. ex parte. & l. iij. §. fin. & l. sequen. & facit. j. de his qui. vt indig. l. j. & l. indignum.*

k ¶ *Probaret.* præsumitur enim ademptum: *vt ff. ea. l. in princi. & de lega. ij. l. cùm pater. § filia. & l. antepenu. in prin.* Azo. *& de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & l. qui filium.*

D*Etrahere.*] CASVS. Legaui tibi centū lib. Bonon. certè bene possum promptè & leuiter & expeditè adimere totum legatum prædictum, vel eius partem quotam, vel non quotam: & tam minimam quantitatem quàm maximam dicti legati adimere possum: & etiam vnum nummum possum adimere, & etiam dicto legato leuiter adiicere possum. Si autem legassem tibi equū vel fundum, obscurum & difficile esset adimere vnum vel duos denarios in dicto fundo vel equo. nam non possum præscribere in fundo tam breuem partē, vel in equo, quia ad id non haberemus in promptu propria nomina, sicut habemus in pecunia. pecunia enim designatur in partibus per solidos, & per libras, & per vnū nummū vel plures, vel per quotas partes, sed fundus designatur tātùm per quotam: vt puta dimidiam, & tertiam, & quartā, & sic de singulis.

a Codicillis adimi possunt, testamento relicta quod li mits, nisi filius iure institutionis legatum cer tæ rei esset factum. quod & elegāter signauit. Bald. in *Auth. ex causa. 4. q. C. de lib. præter. vel exhe.*

b Executrix testamēti mulier esse potest. *ad. de Bartolum in l. à filio. ff. de alimentis.*

* al. pertineret.

c Minister testamentarius à legatario differt. apud legatium cōmodū remanet: non apud ministrū. ᵈ Imò vt ministra hic non fuit electa: quia verba dispositionis ad eam fuerūt directa.

* legauit Titio

e Inimicus capitalis censetur qui aliquem accusat criminaliter.

& instrumēto omni legauit.ᵃ idē vxori plura legata & seruos Stichū & Damam legauit. sed cū in altero ex fūdis filio prælegatis cognouisset villicum non esse, Stichum misit, & tam rei rusticæ q̃ rationibus fundi præfecit. quęsitum est, Stichus vtrū ad vxoré, an ad filiū pertineret. Respódit, cùm memor erat eorū quę testamēto cauisset: Stichū his prædiis in quę translatus est, actorem cedere: nec vxorem ᵇ posse Stichū ex fideicommissi causa petere.

Si fideicommissum est ademptum ex dispositione testatoris expressa legatum non remanet penes grauatum, sed videtur ademptum. Bartolus.

1. ¶ Matri suæ heredi ex parte institutæ, quatuor prædia legauit,ᵇ & fidei eius commisit, vt ex his duo socero restitueret: deinde codicillis ᵈ socero ademit fideicommissum. Quæsitum est, an nihilò minus ex prælegatione ad matrem pertinerent.* Respondi, nihil proponi cur ad matremᵉ pertinerent.

Qui accusat testatorem de crimine capitali, videtur sibi capitaliter inimicus: vnde ei legatum videtur ademptum. Bartolus.

2. ¶ Seia testamento suo legauitᶠ* auri pōdo quinq;. Titius accusauitᵍ eā, quòd patrē suū mandasset interficiendum. Seia post institutam accusationem codicillos confecit, nec ademit Titio priuigno legatum, & antè finem accusationis decessit. acta causaʰ pronuntiatum est patré Titij scelere Seiæ non interceptum.* Quæro, cùm codicillis legatum quod testamento Titio dederat, non ademeritⁱ: an ab heredibus Seiæ Titio debeatur. Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, non deberi.

Per exactionem debitoris legatum de eo factum videtur extinctum, nisi aliud appareat. Bartolus.

3. ¶ Filiæ quā in potestate habebat, inter cætera legauit peculium idē post factū testamētum pecuniā à debitore filiæ exegit, & in suam rationem conuertit. Quæro, an filia eo nomine cum heredib⁹ patris agere possit. Respondit, si ꝓbaret ᵏ non adimēdi animo factum, agere posse.

XXXII. VENVLEIVS *lib. decimo Actionū.*

DEtrahere legatis vel adiicere, si nihil præter numeratam pecuniam ˡ legatum sit, prōptum est. cùm verò res corporales interuenient: & scriptura difficilior fit, & obscura portio. 1. ¶ Cum libertas adimitur, legata seruis ᵐ relicta nihil attinet adimi.

[CVM LIBERTAS.] Sticho seruo meo legaui ᵃ. & libertatem, postea ademi ei solam libertatē. nunquid videtur ei ademptum legatū? Et dicitur ꝙ sic. vnde nihil facit ad rem, adimam vel non adimam ei legatū: quia semper videtur ademptum ex quo ademi ei libertatem, quia legatum non potest habere sine libertate. Viuianus.

l ¶ *Pecuniam.* cū ᵃ sola pecunia legatur, expeditè fieri potest vel totius vel partis ademptio, vel quotæ, vel nō quotæ, & tam minimæ quantitatis quàm maximæ, veluti vnius nūmi. Re verò corporali legata, vnius nummi ademptio fieri nō potest, puta in fūdo: quia obscurū & difficile est describere tā breuem partē fundi, ideò quia ad id propria nomina, sicut in pecunia, in promptu nō habemus. R. nam pecunia per solidos vel per libras, per nummum vnum vel plures, & per quotas in partibus designatur: sed fundus tantùm per quotam & dimidiam & tertiam: & sic de singulis.

m ¶ *Seruis.* propriis testatoris: quia eis legatū sine libertate nullum est: *vt supra eod. l. & si transferam. & facit supra eodem. l. si seruo.*

* Interempti.

a Partes pecuniæ, quotæ, rei corporalis non quotæ sunt. Ideóq; priore casu per quotas fit ademptio, at non posteriore casu.

DEᵇ REBVS DVBIIS.ᶜ

Huic ferè respondet titulus qui est in Codice De verborum & rerum significatione. nam & si hac de re dictū sit postrema parte libri tertij de legatis, restabant tamen pleraque dicenda de ambiguo sermone legatorum & fideicommissorum, qui rem dubiam plerumque efficit, quanquam & detracto sermone ambiguo res dubia dici possit quæ in suspenso est quoad ex post facto confirmetur, quia res qua de agitur nondum certum est valeat nec ne. l. 15. *Res item dubia sic ut ambigua est, si incertus sit ordo nascentium vel morientiū in specie.* l. 11. §. vltim. *& aliarum rerum quæ sunt de commorientibus, vel si incertis personis legatum relinquatur. nam & de incertis personis in hoc titulo agitur. Cuiacius.*

b v. Duarē ad hunc titul. & Vallæ tracta. de reb. dubiis.

c In vltimis voluntatibus. Imò & stipulationibus, quædam enim hic de rebus dubiis circa stipulationes tractantur, Gls. in l. 14. in verbis, nā de deris j. eod.

F*Vndum.*] CASVS. Mæuius reliquit Gaio amplum fundum positum intra certos confines. postea dictus Caius diuisit dictū fundum in quatuor partes ad hoc vt melius posset colere: & cùm totale omnium dictarum quatuor partium vocaretur Mæuianum, eo quòd à Mæuio peruenerat ad eundem Gaium: vni de dictis quatuor partibus imposuit idem Gaius nomen Mæuianum. vnde totale dictum prædium vocabat Gaius Mæuianum, & dictam quartam partem ipsius fundi vocabat similiter fundum Mæuianum. totalis autem dictus fundus valebat. c. pone, & dicta pars quarta valebat. xx. Item alibi habebat dictus Gaius quendam alium fundum quem vocabat Seianum. nunc iste Gaius fecit testamentum, & legauit Titio fundum Mæuianum aut Seianum subalternatiuè, non adiiciendo de quo Mæuiano sentiret, vtrum de magno, an de paruo: & fortè dedit electionem Titio legatario vtrum acciperet Seianum, vel Mæuianum: & postea decessit dictus Gaius testator. nunc quæritur, de quo Mæuiano videtur sensisse dictus testator, vtrum de paruo, an de magno? & distinguitur: aut dictus fundus Seianus æquiualet mi-

ualet minori fundo Mæuiano. aut maiori fundo Mæuiano. Primo casu videtur testator sensisse de minori fundo Mæuiano legando dicto Titio legatario: & sic legatarius poterit eligere fundũ Mæuianum minorem, vel Seianum. Secũdò autem casu iudicabimus eum sensisse de dotali siue vniuersali fundo Mæuiano: & sic dictus legatarius poterit eligere fundum Mæuianũ maiorem siue dotalem aut Seianum. Viuian.

a ¶*Seianum.* alternatiuè. quo [a] casu heredis est electio, nisi [b] testator contra dixit: *vt not. C. de verb. signifi. l. pen. in fi.* ¶Et dic casum secũdum Azo. quòd Mæuius amplum fundum reliquit Titio: qui Titius vt melius coleret (*vt supra de lega. ij. l. Gaius. §. Titius.*) in plures partes diuisit: & cùm totale omnium partium vocabat Mæuianum, quia à Mæuio peruenerat: vni portioni imposuit nomen Mæuianum. & totale valere poterat. c. sed hęc pars valet. xx. Item hic Titius habebat quoddam aliud prædium, quod dicebatur Seianum: nunc iste Titius legauit Męuianum aut Seianum alternatiuè, & fortè quem eligeret legatarius. quæritur ergo, de quo Mæuiano videtur sensisse, totali, vel particulari: & distinguitur an Seianus æquiualeat Mæuiano minori, vel quasi æquiualeat: & videtur quòd sensit de minori. aliàs si Seianus magis æquiualeat totali, secus: quia cætera continentur, *vt hic colligitur*, & argu. *Institu. de vulga substitu. §. sed & si ex disparibus. & infra eo. l. vtrum. §. finali.* nam tunc testator electionem dat: quando meritò potest dubitari quod debeat eligere. at cùm esset certus testator quod esset pretiosius: si de totali intelligeret, potius totaliter ei legaret precisè: sicut si vellẽ legare tibi. c. aut. xx. nã certus est quòd centum potius eligeres: & ideò simpliciter centum tibi potius legabo. aliàs minus intelligitur: *vt. s. de leg. ij. l. si ita. §. fi.*

* Ad hunc statũ pertinet locus apud rhetores de ambiguis seu amphibolijs de quo Quintil. lib. 7. & Cic. lib. 2. de inuent.

a In alternatiuis hæredis est in dubio electio.

b Testator potest in suo testamento ius electionis auferre hæredi.

† Sic Flor. rectè perperam in quibusdã deest negatio.

DE REBVS DVBIIS.*

TITVLVS V.

Si in aliqua parte alternatiuæ est aliqua res dubia, declaratur habito respectu ad æstimationem rei in alia parte alternatiuæ positæ. Bartolus.

I. PAPINIANVS *libro septimo Responsorum.*

FVndum Mæuianũ aut Seianum [a] Titio legauerat. Cum vniuersa possessio plurium [b] prædiorum sub appellatione fundi Mæuiani rationibus demonstraretur: respondi, non videri cætera prædia legato voluisse defunctum cedere, si [c] fundi Seiani pretium a fundi Mæuiani pretio non † magna [d] pecunia distingueretur.

Item in fine habeas, non magna &c. &, si, ponitur conditionaliter. aliàs est sine non: & tunc dic, si, id [c] est, quamuis. ¶Item quid si dubium est cui magis æquiualeat? Respon. de minori sensit: *vt supra de leg. j. l. apud Iulianum. §. Seio. & l. si ita. in fine.* 2. Vel dic secundò [d], casum, secundum Rog. quòd Titius habebat fundum Mæuianum amplum, quem diuisit in partes, & imposuit nomen Seianum: & sic continetur Seianus sub appellatione Męuiani. tandem legauit Mæuianum aut Seianum alternatiuè. q. d. totum aut partem. certè nomine Mæuiani continentur tantùm partes non nominatæ, id est cæteræ à Seiano. & secundùm hoc quod dicit, nõ videri cætera, scilicet Seianum cedere cum ipso Mæuiano. ADDITIO. neque hæc species à Rogerio posita, neque illa ab Azone rectè videtur posita.

c Si pro quamuis.

d Secũda casus positio secundum Rogeriũ.

b ¶*Plurium.* inter quæ non erat Seianus secundùm primum casum: vel erat. secundùm alium.

c ¶*Si.* id est quamuis &c. & in fine habeas, non: & distingue circa hoc: quia cum [e] vni genus, alteri species legatur. generi per speciem derogatur: *vt supra de lega. iij. l. seruis vrbanis. §. fi.* Cum verò eidem genus & species alternatiuè, & tunc nomine generis solæ partes vel species innominatæ intelliguntur: *vt hic.* aut copulatiuè: & tunc aut causa determinationis nominauit partes: & tunc solæ illæ continentur in legato. idem si à testatore sciente hoc fiat aut causa tollendæ dubitationis, siue ad maiorem certitudinem. Nam tunc generali legato non derogatur. idem si testatore ignorante hoc actum est: *vt & supra de fund. instru. l. cum de lanionis. §. cui fundum. & §. quidam. & l. Seia. §. Tyranniæ, & de supra leg. l. legata in principio, & de ma. testa. l. si peculium, & de leg. iij. prædiis. §. Titio. & §. sin. & not. hoc supra de fun. instru. l. quæsitum. §. ponul. & §. fi.*

e Generi per speciem derogatur cùm vni genus, alteri species legatur.

d ¶*Non magna.* aliàs deest non: sed tu habeas. Accursius.

C*Iuibus.*] CASVS. Cùm essent duæ potestates Bonon. ita legaui eis: Potestatibus Bonon. lego centum. certè videor reliquisse communi Bonon. & non. singulis ciuibus: & sic potestates capiẽt nomine communis legata, & non nomine suo vel singulorum ciuium. Viuianus.

e ¶*Ciuibus.* forte administratoribus ciuitatis. Azo. ADDITIO. Istam glos. approbant Bart. Pau. & Sosi. circa quam dicas etiam idem si legetur ciuibus indefinitè, secundum eosdem.

f ¶*Ciuitati.* non singulis, nisi aliud ostendatur testatorem voluisse: *vt infra eod. l. cum senatus.*

g ¶*Videtur.* vnde capient administratores nomine ciuitatis. sic [a] & sacerdoti relictum capit ecclesia: *vt supra de annu. lega. l. annua. §. à Titia. & infra de conditio. & demonstratio. l. filio in principio & §. idem, & C. de iure deliberan. l. cum aliquis & infra eodem. l. si cognatis. §. finali.*

a Legatum Ecclesiæ intelligitur, quod eius sacerdoti & administratori relictum ac legatum est. vide tamen hic Bartol.

Quod relinquitur administratoribus alicuius vniuersitatis, videtur relictum ipsi vniuersitati. Bartolus.

II. IDEM *libro nono Responsorum.*

CIuibus [e] * ciuitatis legatum vel fideicommissum datum, ciuitati [f] relictum videtur. [g]

* Plin. lib. 5. epist. ad Caluisiũ ait, non potuisse hæreditatem aut legatum ciuitatibus relinqui. & Vlpian. 22. tit. §. nec municipia. nisi quæ à libertis suis heredes institui possunt.

III. PAVLVS *libro quartodecimo Quæstionum.*

IN ambiguo [h] sermone non vtrumq; dicimus, sed id duntaxat, quod volumus. Itaque [i] qui aliud dicit quàm vult: neque id dicit quod vox significat, quia non vult, neq; id quod vult. quia id non loquitur.

Conditio dandi potest conferri in personam certam & incertam. Bart.

IIII. IDEM *libro nonodecimo Responsorum.*

I*N ambiguo.*] CASVS. Cum haberem duos Stichos seruos, legaui tibi Stichum. certè ille Stichus debetur, quem debere volui, & non alius. aliud autem est in eo legato quod non est dubium siue ambiguum, si ego testator dixi in eo aliud quàm sensi: puta quia legaui tibi fundum, & sentiebam de equo. non enim valet in aliquo legatum: quia qui aliud dicit in legando quàm vult, non dicit id quod vox significat quia non vult. nec dicit id quod vult, quia id non loquitur: & sic non est mirum si legatum est inutile. facit autem ad prædictas partes huius. *l. supra de le. j. l. si quis à filio. §. si quis plures. & l. iiij:* per quas pono hic casum. Alij aliter ponunt: sed nolo plus insistere. Viuianus.

h ¶*In ambiguo.* in prima parte pone legaui Stichum cum haberem duos Stichos: *vt de leg. primo. l. si quis à filio. §. si quis plures.* In secunda legaui fundum, & sentiebam de equo: *vt supra de lega. j. l. quarta.* si autem lego Stichum, & sentiam de Pamphilo: valet de quo sensi: [b] *vt dicta. l. quarta. de leg. j.* & ita prima pars in proprio nomine, secunda in appellatiuo ponitur. sed & prima posset loqui in appellatiuo, ibi, non vtrumque: sed non in eo quod dicit, sed id dumtaxat &cæt. Alij vt Rog. dicunt ambiguum [c] quod continet amphiboliam, vt Aio te Æacidem Romanos vincere posse, & similia de quibus *nota. supra de pactis. le. veteribus.* item in infinitis aliis potest poni exemplum: vt studiosus indagator poterit inuenire.

b Nisi sit erratum in corpore. Bar. & Pau.

c Ambiguum est quod amphiboliam continet.

i ¶*Itaque.* verè in ambiguo ita est. nam aliud in eo quod dubiũ non est: prolator tamen quod dixit non sensit. Rog. Vel continua sic, dixi in ambiguo non valere vtrumque: ergo multo magis vbi non est ambiguum, non valet vtrumque, quinimò neutrum. nam si aliquid valeret, vel valeret quod dicit: sed hoc non vult. vel valeret quod vult, sed illud non dicit: est ergo valida illatio, itaque &c. ¶Sed obiicitur primo dicto. *l. supra de vsufruct. lega. l. si alij.* vbi verbum fundi quod est ambiguum, quia quandoque [d] proprietatem nudam [e], *vt supra familiæ erciscundæ. l. & puto. §. primo.* quandoque plenam continet: *vt supra de vsufruct. accrescen. l. si tibi.* tamen non accipitur prout voluit testator: *vt dicta. l. si alij.* Sed dic [f], ibi fuit ambiguitas rei [g]: hic verbi vel orationis. Vel ibi speciale: vt Rog. ibi dixit. Vel verius nomen fundi non est ambiguum: quia semper [h] plenam proprietatem continet: & sic concordant cum fine huius legis. Nec obst. lex illa, & puto. vt ibi not. ¶ Item obiicitur secundo dicto huius *l. supra de lega. tertio. le. non aliter.* vbi [i] receditur à verbis, si testator vult. Sed illud locum habet vbi vocabulum plures habet significationes, sed alteram consuetam: vt lego decem solidos Bononienses. inspicitur ergo consuetudo, nisi testator aliud velit, vt de paruis Bononiensibus intelligatur, *& facit infra de re. iud. le. in ambiguis orationibus, & de verborum significa. l. Nepos proculo, & supra de supel. legad. legata. & l. Labeo. circa finem.* Sed arg. contra *infra de appel. l. prima. §. si quis.* ADDITIO. Sol secundum Bartol. quòd hic est error in verbi prolatione: ibi in facti executione: circa quem errorem est iuris dispositio: vt ibi patet.

d Fundi vocabulo interdum nuda proprietas interdum plena continetur.

e Proprietas alia est nuda: alia plena.

f Displicet Bar. Pau. Pau. & Sosi.

g Ambiguitas est aut in re aut in verbo seu oratione.

h Fundi appellatione proprie continetur plena proprietas.

i Testator potest efficere vt à verbis propriis recedatur, & vti figuratis.

P*Aulus respondit*] CASVS. Quamuis legatum incertæ personæ relictum non valet: *vt Institut. de lega. §. incertis.* tamen id quod conditionis implendæ causa dandum est, sine dubio debet dari certis & incertis personis, vt possit competere petitio fideicommissi illi cui in fideicommisso sibi relicto est apposita conditio dandi aliquid certæ vel incertæ personæ. & de certa persona est planum cuilibet. de incerta autem ita pone: Lego tibi equum

PAulus† respondit,[a] id quod conditionis implendæ causa dandum est, sine dubio certis & incertis[b] personis dari debere, vt fideicommissi petitio possit competere.

Si persona legatarij non apparet, non valet legatum. Bartolus.

v. IDEM *libro nonodecimo Responsorum.*

PAulus respondit: Cùm nomen fideicommissarij testamento adscriptum non sit,[c] nulli[d] personæ neque certæ neque incertæ datum fideicommissum videri, indubitatum est.

Valet legatum factum incertæ personæ de certis vel de incertis, si incertitudo venit declaranda ex aliquo futuro euentu. Bartolus.

vi. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

QVidam relegatus facto testamento[e] post heredis institutionem, & post legata quibusdam data, ita subiecit: *Si quis ex heredibus cæterisve amicis[f] quorum hoc testamento mentionem habui, siue quis alius restitutionem mihi impetrauerit ab Imperatore, & antè decessero quàm ei gratias agerem: volo dari ei qui id egerit, à cæteris heredibus aureos tot.* vnus ex his quos heredes scripserat, impetrauit ei restitutionem: & antequam[g] id sciret, decessit. Cum de fideicommisso quæreretur an deberetur, consultus Iulianus respondit deberi. sed etiam si non heres vel legatarius, sed alius ex amicis curauit eum restitui: & ei fideicommissum præstari.[h]

Posthumus qui non nascitur, non facit partem si verò plures nascuntur, quilibet cum sibi coniuncto admittitur in virilem. Bartolus.

1. ¶Si tibi & posthumo suo vel alieno[i] hereditatem restituere quis rogauerit.

vii. MARCIANVS *libro tertio Fideicommissorum.*

VEl ex parte te, & ex parte posthumum heredem instituisset, legatúmve similiter vel fideicommissum dedisset:[k]

viii. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

VTrum ita posthumus partē faciat, si natus sit, an & si natus non sit, quæritur.

si dederis decem illi qui duxerit in vxorem filiam Titij, vel illi qui prius ascenderit Capitolium. *per. l. 3. eodem si fuerit.* Sed quid si ita dixi. c. per fideicommiss. relinquo: & non adieci cui. indubitatum est nulli personę videri datum fideicomm. nec certæ, nec incertæ: & ideò non valet fideicomm. & h. d. cum. l. seq. Viuianus.

a ¶*Paulus respondit.* aliàs incipit, id quod. & quidam dicūt quòd hæc lex non est in Pandectis.

b ¶*Et incertis.* vt lego tibi fundum si dederis decem ducenti in vxorem filiam Titij, vel ei qui primò Capitolium ascenderit. *ad quod infra eodem. l. si fuerit.* an legatum valeat incertæ personæ[a] relictum[b]. *dic vt Insti. de leg. §. incertis. &. §. sed nec & infra eodem. l. quidam.*

c PAulus respōdit.] *Non sit.* expresso nomine vel quasi: *vt supra si cer. pet. l. certum. & de hered. institu. quoties. §. si quis.* Accursius.

d ¶*Nulli.* facit *supra de vsufruct. lega. l. qui plures. & supra de hered. instituen. l. quoties. §. heres. & Institut. de leg. §. legari. & de verbor. obligatio. l. si ita. §. Chrysogonus.* Sed in casu contra: *vt infra de statulib. l. qui pecuniam.* vbi simpliciter[c] dare iussus seruus & liber esse, heredi videtur iussus. ADDITIO. Dic quod ibi grauatur legatarius vel fideicommissarius: vnde in dubio videtur grauatus dare heredi à quo sensit commodum: hic verò grauatur heres qui commodum sensit à seipso, non ab alio, secundùm Bartolo. hic.

QVidam relegatus.] CASVS. Titius relegatus fecit testamentum, & in eo instituit sibi heredes Sempronium & Seium & Gaium, & Petro centum legauit, & Martino. xl. & quibusdam aliis plura legata reliquit: & postea ita dixit: si quis ex heredibus cæterisque amicis quorum hoc testamento mentionem feci, siue quis alius ex amicis meis non nominatis in testamento restitutionem mihi impetrauerit ab imperatore, & antè decessero quàm ei gratias agerem: volo dari à cæteris heredibus. c. aureos pone ei qui id egerit. postea Seius vnus ex heredib. impetrauit ei testatori restitutionem ab imperatore: & postea decessit idem testator antequam id sciret. nunc quæritur, an dicto Seio debeantur à coheredibus suis dicti centū aurei? Et dicitur quòd sic. sed & si alius ex amicis testatoris non nominatis in testamento impetrauit ei restitutionem, ipse habebit dictum fideicommissum. [SI TIBI.] Titius instituit sibi heredem Seium & rogauit eum per fideicommiss. vt tibi Gaio & postumo Titij testatoris restitueret hereditatem suam testatoris: & postea decessit dictus testator, & Seius adiuit hereditatem suam. nunc tu Gaius vis ab eo petere totam hereditatem, cùm non sit adhuc natus posthuus. quæritur, vtrum possis? Et respondit quòd si certum est posthumum non nasciturum, totam potes petere: quia non potest posthumus non nasciturus facere tibi partem. si autem iam natus est posthumus vnus, pars dimidia tibi debetur: duobus autem natis, debetur tibi tertia: tribus natis, debetur tibi quarta. & non miteris quòd pono tres posse nasci vno vtero siue fœtu: quia de facto enixa est quædam mulier nomine Serapia quinque. alia etiam lex quæ est supra si pars hered. per. l. antiqui. dicit quòd interim antequam aliquis posthumus nascatur, debetur tibi quarta. Quod autem dixi in fideicommiss. hereditate restituenda tibi Gaio & postumo testatoris, habet locum si dictus testator instituisset te directò pro parte heredem, & postumum suum pro alia parte: & idem esset similiter si tibi & posthumo suo reliquisset legatum vel singulare fideicommissum. Item quod dixi in fideicommiss. hereditate, & hereditate directo relicta, & in legato & in singulari fideicommisso relictis tibi Gaio & posthumo testatoris, esset idem si reliquisset tibi aliquod prædictorum, & posthumo alieno. & hoc dicit cum duabus legibus sequentibus vsque ad. §. cùm quidam. Viuianus.

e ¶*Testamēto.* quod potuit: *vt supra de testa. l. eius. §. sed relegati.*

f ¶*Amicis.* Hoc valet etiam hodie: *vt Institu. de leg. §. sub certa.* Sed ad id quod subiicit, siue quis &c. videtur contra. *Insti. de lega. §. incertis.* Solu. hîc[a] implicat dictio alius, scilicet ex amicis, licèt in testamento non nominatis. ¶An autem ille §. incertis, hodie corrigatur: quidam quòd sic, per. §. seq. sed nec. & ibi loquitur secundum nouum ius. alij quòd non, & id referūt ad posthumum, & ad soluta indebita piis[b] locis relicta, quæ constat valere, licèt incertæ personæ relictum sit: *vt. Cod. de episc. & cler. id quod. & l. nulli.* Accursius.

g ¶*Et antequam.* ad hoc est *infra de condit. & demonst. l. hæc conditio. §. fi. & l. si iam. & Cod. de episc. & cler. Auth. si captiui.*

h ¶*Præstari.* debere dicendum est. Accur.

i ¶*Alieno.* hîc & in duabus legibus sequētibus habes fideicom. hereditatem, item hereditatem directò, itē legatum vel fideicommissum singulare posse relinqui posthumo alieno: & sic est contra *Institut. de lega. §. posthumo. & de bonorum possess. in principio.* Solu. illud de lege. xij. tabu. At hic considerauit ius prætorium vel imperatorium[c]: *vt eodem titu. de leg. § posthumus. &. §. sed nec. & de bonorum possess. circa princip.* Alij hoc coniungunt, si quis tibi vel alieno, id est alicui[d] alij & posthumo suo &c. vt nihil hic de alieno dicatur. Accursius.

k VEl ex parte.] *Dedisset* tibi & posthumo.

VTrum.] Casum in hoc principio. l. vide in casu proximo proceden. [CVM QVIDAM.] Titius instituit sibi heredes Seium & Gaium & Sempronium: & commisit fidei dicti Seij, vt cùm ipse Seius moreretur, restitueret suam partem hereditatis vni ex dictis suis coheredibus cui ipse Seius vellet: & postea decessit dictus testator. nunc quæritur, an valeat dictum fideicommissum. Et videtur quòd non, quia videtur esse positum in arbitrio eius Seii qui rogatus est: quo casu non solet valere fideicommissum: *vt supra de leg. ij. l. fideicommissa. §. quanquam.* dicitur tamen hic quòd valet fideicommissum, quia non est eius arbitrio positum an omnino velit restituere: sed est commissum in arbitrio suo cui potius restituat. Primo enim casu non valeret, isto autem casu bene valet. [QVÆSITVM EST.] Instituit mihi heredem in sex vnciis hereditatis Titium: & Seium in quatuor. & Gaium in duabus: & rogaui di&um Titium vt cùm moreretur restitueret partem suam dictis suis coheredibus. & postea decessit. nunc quæritur, an debeat Titius restituere suam partem coheredibus pro virili, id est vni tantùm quantum alteri: an verò pro portionibus hereditariis ex quibus heredes scripti sunt dicti sui coheredes. & distinguitur: aut ego testator ita iussi restitui partem Titij coheredibus eius si coheredes darent ei Titio centum pone: aut sine aliqua donatione pecuniæ. Primo casu subdistinguitur: aut æquas partes dictæ pecuniæ iussi eos dare Titio: aut dispares. si æquas partes iussi eos dare, æquas partes debent habere fideicommissi. id est de parte Titij eis restituenda, si autem dispares partes dictæ pecuniæ iussi eos dare Titio, taliter scilicet vt videantur dispares partes congruere portionibus eorum hereditariis: pro hereditariis partibus debet habere fideicommissum prædictum. Secundus autem casus, id est quando iussi restitui partem Titij coheredibus eius

sine

† Hoc caput in Pandect. Flor. deest: sed perperam vt alia multa. Cōtius. vide Ant. Ang. lib. 3. c. alitersententiam.

a Incertæ legatum personæ an & quando valeat: vide plene per Bart. in d. l. praxi. in prin. ij. e. tit. & per Cyn. in. l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler.

b Dic quòd nō. & sequuntur Bar. Pau. & Sa. fin.

c Heredi dare iussus intelligitur, qui testamento indefinite ac simpliciter dare iussus est.

a Alius, dictio implicatiua, aut repetitiua simi lium est. vt hîc. similis est Gl. l. §. fugitiui. C. de fugitiuis.

b Incerta legata ratione personæ non valent, nisi quis ad piā causam legauerit, pauperibus aut Ecclesiæ, vt hîc. adde Gloss. l. id quod. 24. C. de episcopis. adde Tiraquell. priuil. pia causa. adde omnino quæ scripsi ad Gl. l. 11. § end.

c Hoc verissimum.

d Hæc interpretatio absurdissima est.

sine aliqua donatione pecuniæ per coheredes facienda eidem Titio, non est in hoc.§. Sed dic hoc casu debere eos habere fideicõmiss. pro hereditariis partibus: vt *infra ad Trebellia.l. quoties. in princ.* & similibus quæ ibi scripsi. Viuianus.

a ¶ *Minimè.* cùm nec ipse capere possit. *sic.j.de contra tabu.l.si post mortem.§.libertis.* Item contra *supra de lega.j.l.plane.§.si concubina.* vbi seruus qui nõ capit, facit partem. sed ibi ideò, quia poterat conualescere seruo libertate donato.

b ¶ *Partem.* id est te nõ admitti nisi ad partem: *vt supra de lega.j.l.huiusmodi.§.si Titio.* & dic vt ibi.

c ¶ *Quarta debeatur.* hæc vera, & si non apparebit quod edentur. quoniã interim quarta debet: *vt supra si pars hered.pe.l.antiqui, & facit.j.de sol.l.si pater. & supra de here.instit.l.si quis ita scripserit, & de lega.j.si duobus.§.fin.& de qui filiabus.§.j.* ¶ Sed contra *.j.eod.l.si fuerit* [a] *& supra de her.inst.l.7 unus fundi.* ADDITIO. Dic quòd ibi omnes erãt nati: hic non. Dy. Bart. Pau. Cuma & Sosi.

d ¶ *Portentosum.* non tamen est: vt.d.l.antiqui.

e ¶ *Vtile esse.* cui9 petitionem nullo etiam electo aut omnes, aut supstes, si vnus tantùm superest, habebit: *vt.s. de lega.ij.l.si Titio & l.si quis Titio.§ fin. & l.cum quidam. & l.vnũ ex familia in princ. & .§.j.& .§.sed si quidem ille. & .§.rogo. & l.cum pater.§.hereditatem.*

f ¶ *In arbitrio.* sed nec in alio casu semper est in eius arbitrio hoc omnino: *vt supra de lega.ij.l.fideicommissa.§.sic fideicommissum. & .§.quanquam & argu. supra de eo quod certo loco.l.ij.§.Scaeuola.* [b] *& not.* expressa [c] nocent. *sic infra de reg. iur.leg.expressa. & infra de condit. & demon.l.si in diem.in fine.* Item facit *infra ad Trebel.l.ex facto.§.si quis rogatus, & de verb. oblig.l.centesimis.§.ij.& infra de actio.& oblig.l.sub hac. & supra de contrahend.empt.l.hac venditio. & l.si in emptione.§.penultimo. nec obst. supra de leg.ij.l.j* [d] *& de leg.j.senatus.§.legatum.* vt ibi not. Accursius. ADDITIO. Dic quòd ibi confertur legatum in voluntatem legatarij: hic alterius. Cu. & Sosi.

g ¶ *Scripti sint.* vnus ex vj. alius ex quatuor, alius ex duabus vnciis. & sub. & vnus cæteris portionem suam restituere sit rogatus quando decesserit.

h ¶ *Iussi.* fideicommissarij, iidémque coheredes. Accursius.

i ¶ *Dispares.* scilicet partes pecuniæ.

k ¶ *Videantur.* aliàs est, vt videatur, scilicet pecuniæ distributio: aliàs videantur.s.partes dispares pecuniæ.

l ¶ *Restitui.* idem ergo si sine pecunia iussus est restituere. Dic ergo regulariter pro hereditariis, nisi pecuniæ inæquales vel propriorum nominum expressio contrarium inducat: *vt.C. de impu. & aliis subst.l.j.& hic.& .s.de le.j.l.si heredes nominatim.& .j.ad Trebel.l.quoties.& d.nonnunquam. & l.Lucius.§. Mæuia. & .s. de leg.j.l.turpia.§.fi.& .j.de statulib.l.ita liber.§.fina. & .s. de vul. subst.l.in testamento.& d.l.si plures.& l.qui liberis.§.fi.& .C.de ca. tol.§.sed vbi.*

† trigemini] In hunc locũ Plin.lib.7.natu. hist.c.3.

† Quod hic de muliere Alexãdrina Gaius commeminit. Paulus iurisconsul. Ælio attribuit, nisi aut hic, aut ille mendum insit.

a Ibi constabat quòd vni tantum legare volebat, de quo non cõstat: hic est verisimile de pluribus. Cu.& Sosi.

b Vers.est in. 5.

c Expressa nocent.

d Dic quòd ibi in voluntatem alterius non liberam confertur legatũ: hic in voluntatem heredis, ideò nõ valet secundum Pau. Cu. & Sosi.

commodius dici puto, si quidẽ natus nõ est, minimè [a] eum partem [b] facere, sed totũ ad te ptinere, quasi ab initio tibi solido relicto. sin autem natus fuerit, vtrosq; accipere quantum cuiq; relictum est: vt vno nato, pars tibi dimidia debeatur: duobus natis, tertia tibi debeatur: tribus natis, quia trigemini † quoque nascuntur, * quarta debeatur. [c] Et nostra quidẽ ętate Serapias Alexãdrina † mulier ad diuum Hadrianũ perducta est cum quinq; liberis, quos vno fœtu enixa est. Sed tamen quod vltra tres nascitur, ferè portentosũ [d] videtur.

Substantia legati vel fideicõmissi in alterius voluntatem non potest committi: sed electio personæ bene committitur. Bartolus.

1. ¶ Cùm quidam pluribus heredibus institutis, vnius fidei commisisset, vt cùm moreretur, vni ex coheredibus, cui ipse vellet, restitueret eam partem hereditatis, quæ ad eum peruenisset: verissimum est vtile esse [e] fideicommissum. nec enim in arbitrio [f] eius qui rogatus est, positũ est an omnimodò velit restituere, sed cui potius restituat. Plurimùm enim interest, vtrum in potestate eius quem testator obligari cogitat, faciat si velit dare: an post necessitatem dandi, solius distribuendi liberum arbitrium concedit.

In fideicommisso heredibus relicto intelligitur portio pro modo oneris hæredibus per fideicommissum iniũcti: aliàs debetur p hereditariis portionibus. Bartolus.

2. ¶ Quęsitum est, si coheredes ex disparibus partibus scripti sint, [g] verũ partem suam in viriles partes restituere singulis debeat: an p portionibus hereditariis ex quibus heredes scripti sint. Et placuit, si testator ita restitui iussisset partem, si aliquam pecuniam dedissent: siquidẽ æquas partes iussi [h] fuerint dare, conueniens videri esse, etiam ex fideicommisso æquas partes eis restitui oportere. si verò dispares [i] in ea pecunia distribuenda significauit testator, vt videantur [k] hereditatis portionibus cõgruere: consentaneũ esse, etiam fideicommissum pro hereditariis partibus eis restitui [l] debere.

Ad confirmationem donationis sufficit coniugem donantem donatario non superuixisse. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro secundo Sententiarum.*

SI inter virum & vxorem donatio facta fuerit: priore defuncto cui donatum est, ad eum res redit qui donauerat. [m] quod si simul tam is cui donatum est, quàm is qui donauerit: quæstionis decidendæ gratia magis placuit valere donationem: eo maximè, quòd donator non superuiuat, [n] qui rem cõdicere possit.

Vltimus seu supremus dicitur quẽ nemo sequitur, etiam si nullus præcedat: proximus seu primus dicitur, quem nemo præcedit, etiam si nullus sequatur: & sic idem potest esse primus & vltimus. Bartolus.

X. TRYPHONINVS *libro vicensimoprimo Disputationum.*

SI inter.] CASVS. Donaui vxori meæ fundum: & postea ipsa decessit antequam ego. certè non confirmatur morte sua dicta donatio: imò redit ad me fundus quamuis confirmaretur si ego prius morerer non reuocata donatione. si autem simul ambo decessimus, valet donatio, ea maximè ratione, quia ego donator non superuiuo vt possim condicere dictum fundum. Et quia tetigi vnum casum de illis qui simul moriuntur, ideò videamus de aliis: vt in l.sequen. Viuianus.

m ¶ *Qui donauerat.* vt *C.de dona. inter vi. & vxorem.l.à marito.*

n ¶ *Non superuiuat.* i. superuixisse [a] non probetur. *sic & .s.de dona. inter vi.& vxo.l.e. cum hic status.§ si ambo. & ar infra.l.prox.in prin. & .§.fin. idem in dona. cau.mor. vt.j.de dona. cau.mor.l.sed hi* ¶ Sed *contra.j.l.proxi.§.si maritus.* vbi mulier præsumit præmortua. Solu. aliud est in stipulatione dotis, vt ibi: & aliud in donatione: vt hic. Nã hęc donatio [b] eis viuentibus ratione mutui amoris prohibetur, nõ ratione mutui odij: *vt.s. de dona. inter vi. & vxo.l.iij.in prin. & l.si id quod.§.si quas. & l.sed si vir.§.quod legauimus.* ergo eadem ratione eis morientibus fauorabilius confirmetur: *vt hic, & arg. supra de auro & argen. lega.l.Quintus. in fin. & Cod. de lega. cum alienam.* Vel in.l. contraria ambo in matrimonio decesserunt: & sic verba stipulationis conueniunt, quæ erant, si mulier in matrimonio decederet, & eodem modo respon. *ad.l.supra de relig.l.si possessor.§.j.* ¶ Itẽ quo [c] modo quod ab initio non valuit &c. *vt infra de regu. iur.l.quod ab initio. quæ est contra.* Sed hic confirmatur non [d] quasi [e] donatum, sed quasi relictum [f] vnde & Falcidiam patitur: *vt Cod. ad legem Falcidiam in donationibus.* 2. Veliideò conualescit, quia cessant [g] causæ quæ infringebant donationem, *quæ sunt supra de donatio. inter virum & vxo.l.j.ij.& tertia.*

a Non est necesse sic exponere: quia idẽ & si vna emisisse spiritum probetur, secundum Pau.

b Donatio inter virum & vxorem prohibita est non ratione odij, sed nimij amoris.

c Ab initio qđ non valet interdum conualescit ex postfacto.

d Donati & relicti differentia.

e Imò quia eadem lex prohibens, hoc dicit secundum Bart. & Pau.

f Displicet Bar. Pau. Cu. & Sosi.

g Cessante causa prohibitiua, cessat prohibitio.

QVi duos.] CASVS. Instituit mihi heredes duos meos filios impuberes, & substitui Titium ei de meis filiis qui supremus moreretur: & postea decessi: & postea dicti duo mei filij impuberes perierunt simul in quadam naue. nunc quæritur, an dicto Titio substituto deferatur hereditas, & cuius eorum impuberum deferatur ei hereditas. & certè iurisconsult. altius circa hoc exorditur dicens: si vnus decesserit prius, & alter postea, & ita secundùm ordinem decessissent, priori mortuo erit heres ab intestato frater eius: postremo autem mortuo erit heres dictus substitutus: in ea tamen hereditate posterioris impuberis mortui habebit dictus substitutus hereditatem secundi filij impuberis defuncti. In proposita autem quæstione vbi simul perierunt impuberes, vtrique est heres dictus substitutus: & est ratio, quia cum neuter superstes fuerit: quasi vtrique vltimi decessisse videntur. quidam tamen dicebant in hoc casu quòd neutri videntur sibi decessisse vltimi: quia comparatio posterioris decedentis solet sumi ex facto prioris mortui: & ideo dicebant prædictum substitutum neutri debere succedere in hoc casu Sed superior sententia magis

placet, scilicet vel substitutus sit vtrique heres in hoc casu. nam & video aliter quod qui vnum filium habet, non videtur inutiliter substituisse si substituit Titium filio suo supremo morienti. Item video quòd proximus agnatus intelligitur etiam is qui solus est, quique neminem antecedit. In nostro ergo casu vtrique impuberes simul mortui vltimi primique obierunt: quia neuter eorum alteri superstes fuit: & sic substitutus succedit ambobus, vt dictum est. Item alius casus de simul morientibus est talis, Titius & Seius suus filius perierunt in vno bello: mater Seij dicit nunc Titium prius mortuum esse: & sic vult vindicare bona filij quasi heredis patris. adgnati autẽ patris, quasi filius antè perisset, volunt vindicare bona patris. certè mater pręteritur. credimus enim patrẽ prius mortuũ esse. ¶ Item alius casus de morientibus simul est talis: Libertus Titij & filius eiusdẽ liberti simul perierũt. nũquid defertur legitima hereditas intestati liberti patrono quasi filius eius primo mortuus fuerit? an adgnati filij debent filio ab intestato succedere. quasi pater prius decesserit? Et respon. quòd patrono defertur hereditas liberti quasi prius mortui: nisi probetur patronum prius mortuũ. ¶ Est & alius casus de simul moriẽtibus talis: Titius accepit Seiam in vxorem: & dedit ei pater Seiæ centum in dotem: & fuit stipulatus pater à Titio, vt si Seia in matrimonio decessisset, Titius restitueret eidem patri dotem. postea simul perierunt maritus & vxor. certè habet locum dicta stipulatio dotis. præsumimus enim vxorem prius decessisse, nisi probetur contrarium Vltimus casus de morientibus simul, est talis: Titius instituit sibi heredem filium suum puberem: & postea decessit simul cum patre. certè intelligitur filius superuixisse patri, & ei ex testamento heres fuisse: & hereditas filij defertur successoribus eius filij si autem dictus filius fuisset impubes, creditur pater superuixisse: nisi hîc & in superiori casu probetur contrarium. Viuianus.

† Bannito vno delinquentiũ, aliũ tacitè bannitum censeri, hinc colligunt, *de qua vide in cap. si sacerdos, in Gl. super verbo, à communione. extra de offi. ord.*

* quæritur, cũ neuter fratri superstes fuerit. aliàs, verũ quia neuter frater superstes fuerit.

QVi duos † impuberes [a] filios habebat, ei qui supremus [b] moritur, Titium substituit. duo impuberes simul in naue perierũt. quæsitum est, an substituto, & cuius hereditas deferatur. Dixit, si ordine vita decessissent: priori mortuo fratre ab intestato heres erit, posteriori substitutus. in ea tamen hereditate [c] etiã antè defuncti filij habebit [d] hereditatem. In proposita autẽ quæstione, vbi simul perierunt: quia * cùm neutri frater superstes fuit, quasi vtrique [e] vltimi decessisse sibi videantur? [f] an verò neutri, [g] quia comparatio [h] posterioris decedentis, ex facto prioris mortui sumitur? Sed superior sentẽtia magis admittenda est, vt vtrique heres [i] sit. Nam & qui vnicum filium habet, si supremum [k] morienti substituit, non vedetur inutiliter substituisse: & proximus adgnatus intellegitur etiam qui solus est, quique neminem antecedit: [l] & hic vtrique, quia neutri eorum alter superstes fuit, [m] vltimi primíque obierunt.

Si vno casu decedat pater & filius, pater prius decessisse præsumitur. Bartolus.

a ¶ *Qui duos impuberes*. secus si vnus esset pubes, & alter impubes: *vt supra ea. l. §. fi.* [a] Azo.

a Nihil facit. *secundum Sosi.*

b ¶ *Supremus*. i. vltimus.

c ¶ *In ea tamen hereditate*. s. posterioris.

d ¶ *Habebit*. [b] substitutus, vt etiam primus dicatur heres, quia heres [c] heredis, &c. *vt. C. de here insti. l. fina.*

b Substitutus interdum dici potest primus hæres.

c Hæres hæredis, testatoris est hæres.

e ¶ *Quasi vtrique*. repete, an.

f ¶ *Videantur*. & sic substitutio locum habeat.

g ¶ *Neutri*. s. videantur vltimi decessisse.

h ¶ *Comparatio*. quasi dicat, non dicitur posteriùs nisi respectu prioris, & econtra.

i *Vtrique heres sit*. s. substitutus. secus est vbi substitutus, & ille cui substitutus est datus, pariter decedunt. tũc enim neuter alteri superuixisse dici potest: *vt. j. eo. l. sed in illo*. Azo.

k ¶ *Supremũ*. aliàs supremò. i. vltimò aduerbialiter enim ponit.

l ¶ *Antecedit*. ad *hoc*. [d] *j. vnde cognati. l. j. §. proximus. & j. de ver. signi. l. proximi. & l. in vsu vul. & Insti. de leg. ag. suc. §. proximus.*

d Proximus quis dicatur.

m ¶ *Superstes fuit*. i. superuixisse dici potest vterque ergo directò est heres ex testamento, quasi in duabus hereditatibus: *vt supra de vulg. sub. l. qui duos*. Sed contra *supra de testa. tute. l. duo. & de re. insti. l. in tẽpus. §. j. & j. eo. l. si fuerit*. Solu. regula [e] est vt neque ad hereditatem neque ad legatum, neque ad fideicommissum vel tutelam aliquis admittatur, nisi doceat casu existẽte se mutatum: vt in contrariis, *& infra ad Treb. l. cum.* [a] ¶ Sed hic fallit fortè ideò quia hic substitutus vtriusque hereditatem vindicaret: & si nõ simul decederent, vltimi scilicet hereditatem vindicabit ex testamento, sed primi ab intestato ex persona vltimi: *vt infra ad legem Falcidiã. l. pater. §. fi. & supra de vulg. subst. l. qui duos*. vnde quia alius tali interpretatione non læditur, ad vtriusque successionem inuitatur ex testamento, quasi vtrique vltimi decesserint. ¶ Sed quid si mater esset in medio? nunquid primi successionem ex parte vindicet? Respon. tunc fortè aliud est *vt prædicta l. ad Trebel. l. cum*. Azo. *& facit supra de vulg. substitu. l. ex duobus. & supra de pact. do. l. inter socerum. & infra de secun. tab. l. qui ex liberto. in prin.*

e Imò ibi quia incertitudo circa personas vocatas ad institutionẽ vel legatum: hîc circa res hereditatis. *Bart. Ca. & Sosin.*

a Illa l. est contraria isti: sed loquitur in substitutione fideicommiss. hîc in directa. *Bar. Ca. & Sosi.*

1. ¶ Cùm bello pater cum filio perisset, matérque filij quasi postea mortui bona vindicaret, [n] adgnati [o] verò patris [p] quasi filius antè perisset: diuus Hadrianus credidit patrem prius mortuum. 2. ¶ Si † cum filio suo libertus simul perierit, intestati patrono legitima defertur hereditas, si non probatur superuixisse patri filius. [q] hoc enim reuerentia patronatus suggerente dicimus.

† v. *Couarruuia 2. resolut. 7. num. 10.*

Stipulatio de dote reddenda habet locum viro & vxore simul decedentibus. h. d.

3. ¶ Si maritus & vxor simul perierint: stipulatio de dote [r] ex capitulo, *Si in matrimonio mulier decessisset*, habebit locum, [s] si non probatur illa superstes viro fuisse.

Si filius pubes cum patre moritur, præsumitur patri superuixisse, impubes non: sed pater ei.

4. ¶ Si Lucius Titius cum filio pubere, quem solum testamẽto scriptũ heredem habebat, perierit; intelligitur superuixisse filius patri, & ex testamento heres fuisse: & filij hereditas successoribus eius defertur, nisi contrarium approbetur. [t] Quòd si

n ¶ *Vindicaret.* per Tertul. *vt Institut. ad Tertul. in princip.*

o ¶ *Adgnati* q. [b] præueniunt alios præter suos, & quasi suos per l. xij. tab: *vt Insti. de le. agna. succ. in prin.*

b Agnati præferun[tur] omni[bus] suis, vel quasi suis except[is].

p ¶ *Patris.* idem in matre nisi filius sit impubes in vtroque casu: *vt infra eod. l. cum pubere. & l. si mulier. & infra. §. fi.* ¶ Sed contra in patre: *vt infra ad Trebel. l. ex facto. §. si quis autem.* vbi filius prę sumitur antè decessisse. sed ibi alius casus: & est ibi [c] ratio, ne pereat vltima volũtas. hîc autem est ratio ęquitatis, id est materna pietas [d], quę ad luctuosam debet vocari hereditatem: *vt Cod. de insti. & substitut. l. finali. & de impub. & ali. sub. l. precibus. & infra ad Trebel. l. cum.* ¶ Item argu. contra *infra. §. proxi.* sed & ibi alius casus: & est propter patroni reuerentiam: vt ibi dicitur. Accursius.

c Displicet [...] di. scriben. [...] quod de par[te] [...]

d Displicet *Bart. & Sosin.*

q ¶ *Filius.* quia tunc filius succedit excluso patrono: *vt Institut. de suc. liber. §. sed nostra.* & ingenui iura habet: *vt infra de obse. lib. l. heres.* sic ergo præsumitur filius prius decessisse: & sic est contra *supra proxi. §.* vbi dicit patrem prius. sed alius est casus: sed æquitas eadem est hic & ibi: hic scilicet patronalis [e]. ibi materna. nam & vtrique viuenti pariter prouideretur in honore & alimentis: *vt infra de regu. iur. l. semper in dubiis. & infra de obsequiis lib. l. parens. & l. liberto. & de lib. agno. l. si quis à liberis. in prin. & §. solent.*

e Imò hoc ca[su] si patronus [suc]cedit de rigo[re]: sed ex specia[li] statu rigor[...] secus in fi[lis]. *Ca. & Sosi.*

r ¶ *De dote.* reddenda scilicet mulieri. 2. Vel, id est de dote lucranda à viro. 3. Vel, id est reddenda extraneo qui dederat pro muliere. & per hoc quod dicit, ex capitulo &c. videtur cæteros casus remouisse, in quibus matrimonium solueretur: *vt supra solu. ma. l. si cum dotem. in princ.*

s ¶ *Locum habebit.* quoniam vterque in matrimonio decessit. ¶ Et sic nõ obstat. j. *l. proxi. quæ est contra.* Vel sol. vt ibi. Item aliud esset quàm hîc dicitur, si quis stipuletur dotem sibi reddi si superuixisset maritus: *vt infra eo. l. quod de pariter. quæ est contra.* ¶ Item not. hîc quòd [f] mulier pręmori fingitur, vel saltem non post, quasi debilior. arg. j. *eo. l. si fuerit. §. si.* Sed arg. *contra. j. de adult. l. nec in ea.* Item fa. j. *de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si ambo. & de relig. l. si possessor. §. j.*

f v. *Couarruu[ia] 2. Resolution. 7. num. 3.*

t ¶ *Approbetur.* distinctio huius. §. cùm pubere vel impubere, & in matre seruatur: *vt infra eo. l. cum pubere. & l. seq. & facit supra §. cum in bello. & supra de pac. do. l. inter socerum. & infra ad Trebell. l. ex facto. §. si quis autem.*

SI fuerit.] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo inter cætera ita dixit: Illi qui ex cognatis meis prius capitolium ascenderit, lego. c. & postea decessit pater: & postea duo ex cognatis testatoris ascenderunt capitolium: nec apparet quis prius ascendit. nunquid impeditur legatum ita quod nullus eorum habeat? Et respon.

Et respond. quòd sic. & idem esset si ita legasset dictus testator, ei ex cognatis meis qui monumētum fecerit, lego. c. & post mortem testatoris duo fecerunt. nam nullus eorum habebit legatum. item idē est si ita legauit testator: ei ex cognatis meis qui maximus natu est, lego centum: & postea reperiuntur duo ex cognatis pares ætate, qui nati fuerunt antè alios cognatos. nam neuter eorum habebit legatum. Item idē est si testator legauit centū Sēpronio amico suo & postea inueniuntur duo Sempronij cōiuncti æqua charitate testatori: nam neuter eorum habebit legatum. Item idē est si testator habens quotuor pone Stichos seruos, ita dixit: lego libertatē Sticho, vel duobus Stichis: & ita nō apparet cui vel quibus reliquerat libertatem. nā neuter eorū habebit libertatē. ¶Sed pone quod testator reliquit domū duobus Sēproniis suis amicis: puta Sēpronio albo, & Sempronio nigro: & postea dixit, Sēpronio adimo quod ei legaui. & ita non apparet cui Sēpronio sit ademptum. nūquid propter hoc est nulla ademptio: sicut dictum est legatum non valere propter incertitudinē: an verò debet valere dicta ademptio in persona vtriusque Sempronij ita vt datio legati infringatur in persona vtriusque, vt sic nullus eorum habeat aliquid de legato? Et respon. quòd dicta ademptio valet in vtroque eorū, ita vt nullus eorū aliquid habeat de legato. fuit enim hic incertitudo tantùm in personis, & non in re. Sed pone quòd testator ita dixit: si Arethusa ancilla mea pepererit primum marē, esto libera: & postea dicta ancilla peperit vno vtero marem & fœminam: nunquid erit libera eadem Arethusa? & distinguitur: aut certum est quid prius edidisset siue peperisset, aut incertum. Primò casu aut peperit prius masculum, aut fœminam. si masculum prius peperit, est sine dubio libera Arethusa, & filia eius est ingenua quasi ex libera nata. Si autem fœminam prius peperit. non erit libera: nec aliquis filiorum suorum. Secundo autem casu, scilicet quando incertum est quem prius edidisset: præsumimus prius natum masculum: & ita ipsa Arethusa libertatem ex testamento consequitur, & filia sua ingenuitatem. Viuianus.

impubes cum patre filius perierit, creditur pater superuixisse: nisi & hîc contrarium approbetur.

Incertitudo personæ legatarij procedens ex euentu casus in quem legatum confertur, vel ex prolatione defuncti, vitiat legatum: ademptio autem non vitiat. Bart.

XI. VLPIANVS *libro sexto Disputationum.*

SI fuerit legatum relictum ex cognatis meis qui primus Capitolium ascenderit: si simul duo venisse dicātur, nec apparet quis prior venerit: an impedictur legatum? vel, Ei [a] qui monumentū fecerit: & plures fecerint? vel, Ei [b] qui maximus natu est: & duo pares ætate sint? Sed & si legatum [c] Sempronio amico fuerit relictum, & duo sint æqua charitate coniuncti: sed & si duobus hominibus eiusdē nominis fuerit legatum, puta Sempronij, * mox Sempronio ademptum sit, nec appareat cui ademptum sit: vtrum datio in vtriusque persona infringitur, an ademptio nulla est, quæri potest. Item † si ex pluribus seruis eiusdem nominis vni, vel quibusdam libertas relicta est. Et verius est, in his omnibus etiam legata & libertates [d] impediri: ademptionem [e] autem in vtrunque valere.

Si de natiuitatis ordine non apparet, prius natus præsumitur ille ex quo mater libertatem consequitur. B.

* Videtur legandum Sempronius.

† Incertitudinis ratione (puta nullo expresso vel cognomine vel nomine) delegatio cessat. v. ea. quoniam abbas. in Gl. super verbo. substitutum ibi, sed pone. extr. de offic. deleg.

a ¶ *Vel ei.* repete, ex cognatis. aliàs non valet, [a] vtpote incertæ personę relictum: *vt Insti. de leg. §. incertis.*

b ¶ *Vel, ei.* repete, vt cognatis: vt modò dixi.

c ¶ *Sed & si legatum.* prout refertur ad casum illum: sed & si Sēpronio: sic est. *ī. de adi. lega. l. ij. §. si duobus. in fin. §. prout est ibi, neutri,* Sed est contra. *ī. de leg. ij. l. si quis seruum. §. si inter.* Sol. ibi spontè soluere vult heres, non autem cogitur: vt hic. 2. Vel dic vt ibi. Itē op. quia videtur vtrique deberi propter æquam charitatē: & in superioribus videtur quòd auctoritas & necessitudo inspiciatur. *arg. ī. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fi. & ī. de ali. leg. l. cum alimen. in prin.* Sed hic speciale propter incertitudinem. [b] Item hoc verum quòd non valeat nisi alter probauerit de se sensisse: *vt. j. vt le. no. ca. l. si duo. & ī. de here. insti. l. in tempus. §. j. & ij. & j. de condit. & demon. l. falsa. §. j. & ī. de testa. tu. l. duo.* quæ in hoc sunt argumenta contraria. *& fac. ī. de vsufru. l. sed & si quis. §. quid ergo.* Accursius.

a Imò inspicitur futurus euentus secundū Bart. & Sosi. in l. quadam j. eo.
b Incertitudo personæ cui legatur, legatum vitiat. vt hic. & in Glo. l. 25. j. eo. l. 31. j. de manumiss. test. etiā si de libertate agatur, vt dictis legibus. secus si legetur pauperibus, aut Ecclesiæ. ... l. 6. ... l. 24. C. Hoc in priore ... tantū ... bus legem ... intelligi ... testorial... omnibus ... Vaquel. ... 36. ...

d ¶ *Libertates.* sic. j. eo. l. si quis de. Sed opponitur. *supra. l. proxi.* vbi [a] in multis præfertur benignitas rigori: ergo in libertate multò magis: *vt infra in fin. ne pereat: vt. j. eod. l. quoties.* Sed dictis generalitatibus derogatur vbi specialiter lex statuit contra, [b] vt hîc. & est ratio, quia cùm difficilius reuocetur, difficilius detur. 2. Alij vt. R. dicunt, refert fiat interpretatio circa eum cui legatur: aut circa eū à quo. quod non potest [c] stare; *vt hîc, & infra eodem. l. si quis de.* Accursius.

e ¶ *Ademptionem.* Imò [d] in nullo: *vt. C. de adi. lega. l. ij. §. si duobus. in princip. quæ est contra.* Solu. aut incertitudo [e] est in ademptione rerum & personarum, aut personarū tantum, aut rerum tantum. Primò, vt lego Titio albo decē: & Titio nigro fundum. tandem dico: quod Titio dedi, adimo. & tunc in neutro valet ademptio, vt ibi: & hoc propter incertitudinem personarum & rerum. In secūdo, quando incertitudo est tantùm in personis, vt ecce. Titio albo & nigro lego domum: postea adimo Titio domum: valet ademptio in vtroque, vt hîc. In tertio, vbi res tantùm sunt incertę: vt lego Titio duos fundos, & tādem adimo fundum: valet ademptio in maiori, & remanet legatum in minori: *vt. ī. de lega. j. l. idémque. §. Seio. & l. si ita sit adscriptum in fi.* Accur.

f ¶ *Edita est.* sc. filia. Accursius.

g ¶ *Humaniorē.* sic. *f. C. de fideicōmiss. liber. l. cum inter. & ī. de his quæ in testa. delen. l. proximè. §. sed in re dubia. & j. de regu. iur. l. ea quæ. §. j. & j. ad Trebel. l. non est. & j. eo. l. quoties in actionibus.*

a Benignitas rigori præfertur nisi lex cōtra statuat.
b Reprobatur per Bart. Cu. & Sosi.
c Particula quasi exceptionis.
c Imò potest secūdum Bart. Cu. & Sosi.
d Ademptio an legatū vitiet.
e Incertitudo adēptionis est aut in re & personis, aut in personis aut in rebus tātū.
f Humanior sententia in dubio præferēda.

1. ¶ * Planè si ita libertatem acceperit ancilla, *Si primùm marē pepererit, libera esto:* & hæc vno vtero marem & fœminam peperisset: si quidem certum est quid prius edidisset, non debet de ipsius statu ambigi, vtrum libera esset, nécne: sed nec filiæ. nam si postea edita [f] est, erit ingenua. Sin autem hoc incertum est, nec potest nec per subtilitatem iudicialem manifestari: in ambiguis rebus humaniorem [g] sententiam sequi oportet, vt tam ipsa libertatem consequatur, quàm filia eius ingenuitatem, quasi per præsumptionem priore masculo edito.

Si relinquatur incerto de incertis certificando ex aliquo futuro euentu, censetur cuilibet eorum relictum sub conditione si ille futurus euentus in personam suam eueniat.

XII. IVLIANVS *libro trigensimosexto Digestorum.*

1 QVotiens libertis vsusfructus legatur, & ei qui nouissimus superuixerit, proprietas: vtile est legatum. Existimo enim omnibus libertis [h] proprietatem sub hac conditione, *Si nouissimus superuixerit,* dari.

XIII. IDEM *libro quinquagensimo Digestorum.*

2 QVotiens in actionibus [i] aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur, magis valeat quàm pereat.

Q*Votiens.*] CASVS. Quatuor libertis meis legaui vsūmfruc. fundi mei Titiani: & illi eorum libertorū qui nouissimus superuixerit, legaui proprietatem eiusdem fundi. nunquid valet legatum proprietatis? Et videtur quòd non, quasi sit relictum incertæ personæ. dicitur tamen hîc quòd valet. cuilibet enim libertorū videtur proprietas relicta sub hac cōditione, si nouissimus superuixerit: id est si omnes alij antè eum moriantur. Viuia.

h ¶ *Omnibus libertis.* singulis. nec enim omnibus, sed vni soli, sc. ei qui superuixerit, reliquit proprietatem: quo superueniente dies legati cedit. *& fac. j. de condi. & demon. l. falsa. §. fi.*

Q*Votiens in actionibus.*] CASVS. Talem libellū concepi contra Titium: ego de vi ago contra Titium petens ab eo fundū Seianum positum inter tales confines, quem dico dictum Titium iniustè possidere, & ad me pertinere. & per talem libellum putabam recuperare dominium fundi, & non possessionem tantùm. acta causa cùm esset iudex in prolatione sententiæ, dicebat reus iudici: vos non potestis me cōdemnare in proprietate dicti fundi per verba dicti libelli: vnde absoluatis me. ego autem dicebā sub dictis verbis cōtineri petitionem dominij. certè commodissimū est id accipi, vt res de qua agitur, magis valeat quàm pereat: & ita condemnabitur mihi Titius si probaui de dominio fundi. Et quod dixi in exceptione libeli mei actoris, habet locum in cōceptione exceptionis à reo appositæ, si sit ambigua oratio: qui semper debemus taliter intelligere vt res de qua agitur, potius valeat quàm pereat. Viuianus.

i ¶ *Quotiēs in actionib.* de [g] actionibus pone exēplū. *ī. de indi. l.*

g Interpretatio sumēda est pro actus validitate seu vt actus valeat. Actus, inquam, i. actio, contractus, vltima voluntas.

solemus. & *l. si quis.* & *.j. de verbo. obliga. l. inter stipulantem.* §. j. Item de exceptione pone per prædictam. l. si quis. Idem in contractibus: *vt. j. eod. l. vbi.* & *.j. de verb. oblig. l. quoties in stipul.* (Item hæc vera: *vt. C. de vsufru. l. inter. circa fin.*) Idem in vltimis voluntatibus: *vt. j. ad Trebel. l. ex facto.* §. *si quis autem.* Hæc autem vera nisi statuat lex contra. vel propter pietatem, vel reuerentiam, vel aliam causam: *vt. j. eo. l. quod de pariter.* & *l. sequen.* & *s. eo. l. si fuerit.* & *facit. s. eo. l. si inter.* & *l. qui duos.* & *.j. de regu. iur. l. quoties.* §. *idem sermo.* & *l. in obscuris.* & *C. de dona. l. sancimus.* §. *si quis autem.* ¶ Item secundum Azo. huic. l. est contra. illud generale, res dubia &c. Sed distingue *vt. s. de pact. l. veteribus.* [a] *in fi. Glo. quæ incipit sed pactum* &c.

a Illa procedit in pactis secundum Ias. ibi.

Sicut dictio, &, ita dictio, cum, in dubio dicitur cadere inter diuersa: Bartolus.

XIIII. IDEM *libro singulari de Ambiguitatibus.*

Si is qui ducenta deposuit, ita leget: *Seio cum ducentis quæ apud eum deposui, trecenta lego:* singulę summæ[a] separatæ[b] quidem certam habent demonstrationem: coniunctione [c] verò tali incidunt in ambiguitatem. Sed dicendum est, non trecenta, [d] sed quingenta deberi: quia duę summæ iunguntur.

Si seruus nominatus potest accipi vt res legata, & vt persona legatarij: in dubio accipitur vt res legata. Bartolus.

1. ¶ Si quis leget, *Fundum Seianum heres meus Attio cum Dione Mæuij seruo dato:* [e] dubitatur quidem, Dioni quoque fundus legatus sit, an Dio cum fundo legatus sit. Sed magis dicendum est, non solùm fundum, sed e-

Si is qui.] CASVS. Titius deposuit apud Seium. cc. & ita postea legauit: Seio cum. cc. quæ apud eum deposui, lego. ccc. nunquid debentur ei quingenta, an tantùm ccc? & respon. quòd debentur ei quingẽta. quamuis enim propter dictam coniunctionem sit ambiguitas in legato, tamen duæ summæ cõiunctæ sunt per communem coniunctionem. cum, enim accipitur pro, &. si autem separatim esset Seio legata vtraque quantitas, non esset aliquod dubium quin debeatur ei vtraque quantitas. Pono etiam tibi talem alium casum vbi erit dictio, cum. Seius ita legauit, fundum Seianum heres meus Titio dato cum Dione seruo Mæuij. vnde dubitatur an fundus sit legatus Titio & Dioni, an verò Dion sit legatus dicto Titio cum dicto fundo. Sed respond. hic quod fundus & Dion debent intelligi esse legati Titio, maximè si testator non habuit aliquas iustas causas legandi Dionem. [CVM ITA.] Promisisti mihi dare seruum Stichum, & fundum Titianum: & postea ita dixi: si dictum hominem, aut dictum fundum mihi non dederis, centum dare mihi spondes? & ita respondisti, spondeo. certè ad hoc vt non committatur contra te stipulatio, vtrumque debes facere, id est dare mihi Stichum, & fundum. & siue alterum tantùm siue neutrum sit per te factum, tenebit stipulatio pœnæ. & quod dixi in dando, habet locum in faciendo: puta quia promisisti mihi sistere in iudicio Stichum & Damam & Erotem: & promisisti mihi nomine pœnæ. x. si quis eorum non steterit in iudicio. nam ad hoc vt stipulationi satisfiat, & non committatur pœna, necesse est quòd sistas omnes: & multò magis debes omnes sistere si stipulatio ita fuit facta, si Stichum & Damam & Erotem non sisteris siue stiteris, dabis mihi. x. & hoc dicit vsque ad. §. vtrũ. de quo in gloss. Ac. satis latè. Viuianus.

a ¶ *Summa.* scilicet. cc. &. ccc.

b ¶ *Separata.* id est si separatim essent legatæ, vtraque quantitas indubitanter debetur.

c ¶ *Coniunctione.* quæ [b] fit per cum.

d ¶ *Non trecenta.* tantùm, sed quingenta &c. ¶ Sed videtur ex quo est ambiguum, [c] quòd sequamur minimum: *vt. s. de lega. ij. l. Mæuius.* & *.j. de reg. iur. l. in obscuris. quæ sunt contra.* Solu illud verum nisi lex statuat cõtra, quod facit hic, quia hęc dictio, cum, [d] accipitur pro, &. *vt. s. de lega. j. l. si quis inquilinos.* §. *si ita.* & *l. Titiæ.* §. *nihil.* & *de vsufru. lega. l. illi.*

b Cum particula, coniungit.

c Minimum in ambiguis sequimur nisi lex contra statuat.

d Cum particula pro, Et.

e ¶ *Dato.* hæc propositio est duplex. & fit interpretatio latius pro augendo relicto. & puncta ibi, seruo: vt sic dictio, cum, coniungat res legatas, non verò plures faciat legatarios.

f ¶ *Maxime.* quia ex [e] legatarij charitate alia & alia præsumitur testatoris voluntas: *vt supra de lega. j. l. si seruus plurium.* §. *fina.* & *de alimen. lega. l. cum alimenta. in princip.* & *.C. de lega. l. cum alienam.*

e Voluntas testatoris præsumitur ex testatoris charitate.

g ¶ *Non dederis.* id est remanet ad dandum, cum inter cõtrahentes hoc actum fuerat: veluti si primò fundum & hominem stipulatus fuero. nam si ab initio fundum vel hominem, vel fundũ simpliciter: deinde centum, si hominem vel fundum non dederis: sufficit ad pœnam euitandam alterum dari, secundum R. ¶ Sed quid si nulla stipulatio præcesserat vel pactio ex qua hoc appareat? Respon. idem, vt vtrumque fiat vt non committatur stipulatio: *vt infra de verbo. oblig. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. in fin.* & *l. si ita quis stipulatus.* & *.j.* §. *vtrum.* & sic hic potest loqui. & sic, aut, pro, & accipitur.

tiam seruum Dionem esse legatum: maximè [f] si nullas iustas causas habuit Dioni legandi.

2. ¶ Cum ita stipulationem concipimus, *Si hominem aut fundum non dederis,* [g] *centum dari spondes?* vtrumque est faciendum, [h] ne stipulatio committatur: id est siue alterum, siue neutrum factum sit, tenebit stipulatio. [i] Idémque est euidenter, [k] cùm propositis specialiter pluribus rebus quas fieri volumus, ita stipulamur: *Si quid eorum factum non erit?* veluti *Stichum & Damam & Erotem sisti? si quis eorum non steterit, decem dari?* necesse est enim omnes esse sistendos [l]* vt stipulationi satisfiat. Vel vt propius accedamus, fingamus ita stipulationem factam: *Si Stichum & Damam & Erotem non sisteris,* * *decem dari?* neque enim dubitabimus quin æquè omnes sisti oportcat. 3. ¶ Vtrum ita [m] concipias stipulationem, *Si illud aut*

h ¶ *Faciendum.* non ex stipulatione prædicta: *vt supra de actio. & obliga. l. obligationum fere.* §. *si ita.* Sed metu pœnæ vtrumque est faciendum. ¶ Sed quid ad titulum? Respon. quia de dubiis etiam circa stipulationem hic tractatur, licèt principalius circa vltimas voluntates: & quia esset idem si testator iisdem verbis esset locutus.

i ¶ *Stipulatio.* scilicet pœnalis.

k ¶ *Euidenter.* scilicet in pl[9] poterat dubitari.

l ¶ *Sistere.* ne incidat in pœnam. & dic *vt no. s. si quis cau. l. si seruus.* §. *fi.* Accursius.

* sistetis

* stiteris

m ¶ *Vtrum ita.* istius. §. summa intentio ponitur in Gloss. j. sed si quis apertius velit ponere, sic dicat: Promisisti mihi me non impedire ire agere, & rem meam non auocare: & si illud aut illud factũ non erit, promisisti. c. modò non impediuisti me ire agere, sed rem auocasti. peto à te igitur pœnam, quia conuenisti vniuersaliter illud aut illud non facere, ita quod vtrumque. si igitur [a] in aliquo est factum contra, tota oratio est vera vt pœna committatur: quia vtrunque non est factum. tu verò sophista volens me decipere, tanquam ille, duo & tria sunt quinque: ergo duo. v. & tria. v. vnum trahis ad duo, & dicis: conueni illud aut illud non facere: sed illud vel illud obseruatum est: ergo pœna non est commissa. Ego verò respon. sicut est vera ista propositio, quòd illud aut illud obseruatum, quia alterum tantùm, quia non impediuisti (nam in alternatiuis sufficit vnam partem veram esse) ita sequitur quòd illud aut illud non feceris, scilicet quòd rem non auocaueris: quia vtraque vera, quia non impediuisti ire agere, & rem auocasti. quia igitur vtrunque conuenisti, & non est factum, ergo tota oratio est vera, vt stipulatio pœnæ committatur, ac si in vtraque esset contra factum. & quòd duæ [b] subcontrariæ possint esse veræ quando non sumitur intellectus ex vniuerso, probat [c] à contrario, quia ambæ possunt esse falsæ. Inspicias ergo quo modo fuit concepta stipulatio. nam si conuenisti pœnam si illud aut illud non feceris, oportet neutrum fieri vt non cõmittatur stipulatio. similiter si vtrumque facere, scilicet scribere librum, & fodere foueam conuenisti: & si non faceres, pœnam: vtrumque est faciendum vt pœna non committatur: quia si ex vtraque stipulatione te conuenirem, & dicerem, fecisti, nécne? promisisti? & tu simpliciter negares, intelligeris vtrumque negasse, licèt aliquod feceris. sed dic mihi, quo modo poterit cõcipi stipulatio quãdo plura deducuntur in stipulationem, & vnum fieri volunt contrahentes? Ita comprehendere debet &c. & hoc in contractibus. Idem videtur in vltimis voluntatibus. nam si dico sic, si mihi filius vel filia genita fuerit, heres esto: si mihi filius aut filia heres non erit, Seius heres esto: certè videtur Seius ex substitutione semper admitti, siue vnus siue neuter sit heres: quia in [d] alternatiuis sufficit vnam esse veram: sed tamen secus est quàm in contractibus propter votum parentum, nisi testator specialiter contra vellet. Consulit igitur quòd si vult substituere in casu quando filius vel filia heres non erit, dicat sic: si neque filius neque filia mihi heres erit, talem substituo.

a In vniuersali oratione si quid falsum est, tota oratio est falsa.

b Subcontrariæ duæ possunt esse veræ quando intellectus non sumitur ex vniuerso.

c Ar. à contrario militat in iure.

m ¶ *Vtrum ita.* communis litera est: si illud aut illud factum non erit. sed in lib. R. & Py. deest non. ¶ Et secũdum R. dic casum, Promisisti mihi duo non facere: puta non impedire me habere licere, & non impedire me ire per agrum tuum: & adieci pœnam hoc modo, si illud aut illud factum non erit, dabis. c. Item ab alio sum stipulatus duo fieri: puta librum scribi, & fossam fodi, & adieci pœnam hoc modo: si quid horum factum nõ erit, dabis. c. quæritur, an differat vna pœna ab alia in committendo, & in quo,

d In alternatiuis sufficit vnum esse verum. adde. l. si quis ita. & ibi Alex. j. de verb. oblig. l. ea lege. C. de condic. ob causam. & concor. c. cum intelle. de rescrip. & gl. Card. in cle. j. in ver. quinetiam. de sanct. praben.

Respo

Respon. quòd sic, quia prima[a] exigit neutrum factum esse vt stipulatio non committatur, id est neque impedire me habere licere, neque impedire me ire per agrum tuum: sed altero facto vel vtroque committitur. Est ergo sensus, si illud aut illud &c. id est cùm verè poterit dici alterum factum non esse. Nam altero facto verum est hoc aut illud factum non esse. In secundo oportet quòd fiat vtrumque vt non committatur: qui casus colligitur ex principio & ibi, animaduertendum &c. Sed oppo. in primo nam pone quòd neutrum factum est, quia non impediuit euntem: nec rem auocauit: ergo alterum factum non est. ergo stipulatio committitur. quod est falsum. Sed dic quòd hoc est actum vt tunc non committatur: quod inspicitur: *vt infra de reg. iur. l. semper in stipulationibus.* & sic ponitur, aut[b] pro, &: *vt & infra de verbor. signific. l. sæpe.* Præterea quando neutrum fecit, vtrumque de promissis fecisse videtur: quia factum[c] pro non facto ponitur: & altero non facto quod facere debebat, committitur stipulatio: altero nõ facto quod facere non debuit. non committitur. Si autem habeas sine, non, plana est: & pone eadem exempla non impedire, & rem non auocare: & differt à sequenti: quia in ista oportet neutrum fieri: in sequenti, si quid eorum &c. vtrumque, vt non committatur stipulatio pœnalis.

a Copulatiua requirit vtrúque verum esse[,] siue affirmatiuè siue negatiuè concepta sit: vt ad veritatem disiunctiuæ sufficiat alterum.

* id est si nihil eorum factum erit: vt. j. eorũ quid quæ obiicerentur & 4. Baro.

* Rogerius vetus & primus in Inforciatũ Glossographus addit minus, sic nõ ideò tamen minus verum erit. quod & Baro. magis probat. vide quid in re tam ardua sequi debeas: nã & in superioribus verbis quæ vt fierent &c. alij negationem quoq; addũt vereorque ne eadem digesta multo quàm antehac mendosiora fiant, si hæc omino admittatur. Cont.

* si verum aliquid inde fit.

b Aut pro Et.

c Factũ interdum pro non facto sumitur.

illud factum non erit, an hoc modo, *Si quid* * *eorum factum non erit, quæ vt fierent, comprehensa sunt:* [a] hoc interest, quòd quamuis altero facto[b] verum sit, hoc aut illud verè factum[c] esse, non ideò[d] tamen * verum erit hoc aut illud factum non esse. nam simul ea possunt esse vera, quãuis inter se contraria sunt:[e] quia cùm[f] significatio non ex vniuerso, sed ex aliquo[g] sumitur, si veri aliquid indè sit, * veram efficit totam orationem: sicut[h] è contrario duæ orationes pugnantia continentes simul falsæ sunt,[i] veluti, *si qui liberorum partim puberes, partim impuberes decesserint.* nã & hoc falsum erit, omnes impuberes decessisse: & illud, omnes puberes decessisse. Id accidit, quia significatio sumitur ex vniuerso, in quo si aliquid falsum est, totam orationẽ falsam efficit. Animaduertendum[k] igitur est quid sit de quo quæritur. Nam cùm ita cõcipio, *Si illud aut illud non fuerit:*[l] quæri debet, an aliquid factũ non sit.[m] Illius[n] effectus hic est, vt neutrũ fiat, huius[o] autem, vt vtrumque fiat. nec in illo[p] prodest aliquid non fecisse, si aliquid factum sit: neque in hoc aliquid fecisse, si aliquid factum non sit.

4. ¶ Proinde si quis ita interroget, *Eorum quid quæ obiiciuntur tibi, fecisti?* Ille neget, hoc exprimat:[q] Eorum quid quæ obiiciũtur, non feci: id est nihil horum † feci. 5. ¶ Si quis autem plura in stipulatum deducat, quorum vnum fieri velit: ita comprehendere[r] debet, *Illud aut illud fieri spondes? Si nihil eorum factum erit, tantùm dabis?*

a ¶ *Comprehensa sunt.* in secunda stipulatione: puta librum scribi, & fossam fodi[d] & si quid horum factum non erit, pœna centũ. sed in prima econtra neutrum fieri.

d Et sic copulatiuè: secus si alternatiuè. Bart.

b ¶ *Altero facto.* i. obseruato, vt quia non impedisti ire, licet rem auoces.

c ¶ *Factum.* i. obseruatum.

d ¶ *Non ideo.* Imò altero facto, & altero non, vtraque est vera, scilicet alterum factum esse, & alterum factum non esse: vt statim subiicit, nam simul &c. quæ videtur huic literæ contraria. Sed dic quòd non ideò est secunda vera, quia prima sit vera. nec contra prima vera, quia secunda vera sit: sed prima est vera, quia alterum est, & sic affirmatiuè. secunda est vera, quia alterum non est, & sic negatiuè. Sunt ergo veræ ambæ, vt subiicit: sed non vna propter alteram, vt hic. 2. Vel dic, licet sit prima vera, non tamen secunda est vera secundum intellectum stipulantium, qui neutrum fieri voluerunt. cùm ergo alterum tantùm est obseruatum, non est verum in neutro factum esse contra: & ideò pœna committitur. & secundum hoc quod subiicit, nam simul &c. mutat quando non esset actum neutrum fieri.

e ¶ *Contraria sunt.* i. esse videntur. 2. Vel id[e] est diuersa. 3. Vel dic contraria, id est subcontraria, id est indirectò propter affirmationem quæ est in vna, scilicet illud aut illud factum esse: & negationem quæ est in altera, scilicet hoc aut illud factum non esse.

e Contraria p diuersis vel subcontrariis. Quod vt intelligatur notandũ est orationũ alias esse cõtrarias directè (vt est vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua) subcontrarias (vt est particularis affirmatiua & particularis negatiua) Contradictorias & subalternas.

f ¶ *Quia cùm.* verè altero non facto, id est non obseruato quod faciendum erat: verum est hoc aut illud factum non esse: quia &c.

g ¶ *Sed ex aliquo.* cùm enim dixi, si illud aut illud nõ erit: assumpsi significationem ex aliquo, id est si in aliquo fieret contra committeretur stipulatio: non autem ex vniuerso vt committeretur tunc demum cùm in vtroque fieret contra. erit ergo tota vera, scilicet vt stipulatio pœnæ committatur, ac si in vtroque contra esset factum.

f Orationes duę particulares contrariæ possunt esse veræ.

h ¶ *Sicut.* verè duæ contrariæ[f] possunt esse veræ, cùm significatio non sumitur ex vniuerso, sed ex aliquo: *vt. s.* sicut econtra sunt ambæ falsæ quando sumitur ex vniuerso: & quod dicit, veluti,[g] nõ est explicatiuum orationum repugnantia continentium, sed veritatis negotij indicatiuum: orationes verò repugnantes, id est contrariæ. postea supponit ibi, nam & hoc falsum &c. *& fac. s. de condi. instit. l. si heredi.*

g Veluti, particula, interdũ explicat orationem repugnantia continentem, interdum, indicat veritatem negotij.

i ¶ *Sunt.* quando sumitur ex vniuerso significatio. Accur.

k ¶ *Animaduertendum.* resumit principium. Accur.

l ¶ *Non fuerit.* in primo casu. Accur.

m ¶ *Factum non sit.* contra quod promisit aliàs enim non committitur stipulatio pœnalis. 2. Vel dic nõ sit, scilicet quod fieri debuit, scilicet neutrum, vt stipulatio non committatur pœnalis: vt subiicit, illius &c.

n ¶ *Illius.* s. si illud aut illud factum non erit, quorum vtrumque fieri prius conuenerat, id est non fieri: quia non[a] facere, factum est: vt non impedire euntem, nec rem auocare.

a Facti appellatione nõ factum continetur.

o ¶ *Huius.* scilicet si quid eorum factum non erit, cùm plura fieri conuenerant. In aliis libris istud totum deest, huius autem vt vtrumque fiat. & dic consequor vtrunque vel neutrum fieri, scilicet metu pœnę, nam aliàs committitur pœna. Accursius.

p ¶ *In illo.* s. primo. & dic non prodest, sc. de iure mero secũdùm Azo. sed de æquitate secus:[b] *vt. s. si quis. cau. l. si seruus. §. j.* Sed dic illud in iudiciis speciale: aliàs secus: vt ibi no.

b Displicet Bart. & Paul. hic: & in. l. ea. §. Cai. j. de verb. oblig.

¶ Item no. quòd quidam[c] faciunt differentiam inter hoc, si aliquid horum &c. & illud, si illud aut illud factum non erit. quia prima committitur etiam si vnum non sit factum in alia exigitur neutrum factũ: & hoc colligitur: *s. in princ. § ibi, quòd quamuis altero facto &c. & ibi, non ideò tamen &c. & sic est contra. s. §. cùm ita.* Sol. hæc corrigit illa,[d] Vel considera contrahentium voluntatem secundùm Ro. vt patet per positionem casus. *& fac. ad. §. j. de verbo. oblig. l. si quis ita stipulatus fuerit. x. & l. si ita quis stipuletur. & j. iudi. sol. l. cùm quærebatur. & s. de condi. insti. l. si heredi.* Alij dicunt[e] econtra quòd est differentia: quia illa stipulatio, si hoc aut illud factum non erit, committitur in duobus casibus, scilicet si alterũ tantùm fiat, vel neutrum fiat: secus in alia, scilicet si quid horum factum non erit: quia in vno casu tantùm committitur, scilicet si neutrum factum erit: secus si alterum fiat, alterum non. ergo exponunt quod dicitur hîc, illius scilicet si quid horum factum non erit. Item effectus, scilicet ad hoc vt committatur. & secundùm primos & secundos est contra. *s. ea. l. §. cùm ita.* vbi nõ fit vlla de prędictis differentiis: & æquiparantur quoad prædicta: sed soluunt[f] quòd corrigit. Vel ex voluntate[g] contrahentium apparet, fuit actor contentus altero, vel non. Tu dicas idem in vtroque casu quoad has differentias: sed in alio assigna differentiam inter vtramque stipulationem, vt patet in positione casus.

l Indefinita æquipollet vniuersali & contra. vt circa in Gl. super ver. aliorum ecclesiasticorũ. in §. extra de elect. lib. 6.

c Orationis si aliquid horũ factum erit: & si illud aut illud factũ erit, an sit differentia.

d Displicet. Bart. Pau. Cu. & Sofi.

e Ista lectura reprobatur secundum Bart. Pau. Cu. & Sofi.

f Et malè. Bar. Pau. & So.

g Particularis quandoque p vniuersali assumitur ex p̃sumpta mente loquentium.

q ¶ *Exprimit.* i. exprimere videtur in hac responsione.

r ¶ *Comprehendere debet.* vt sinè dubio procedat actor.

Item si pater.] C A S V S. Titius ita scripsit in testamento suo, si aliquis mihi filius aut filia genitus fuerit, heres mihi esto: & si mihi filius aut filia heres non erit, Seius heres esto. & decessit: postea natus fuit ei filius ex vxore prægnante, & extitit ei heres. nunquid admittitur substitutus prædictus in aliquam partem? & certè secundum strictum ius ita distinguitur: aut dictus Titius intendebat per dicta verba testamenti non aliter esse heredem Seium, quàm si neque filius neque filia sit ei heres: aut cùm haberet filium & filiam, voluit vtrumque heredem instituere: & siue alter heres futurus sit, voluit extraneum, id est prædictum Seium immiscere: siue neuter heres futurus esset, prædictum extraneum voluit substituere. primo casu, id est quando testator intendebat per dicta verba testamenti non aliter esse heredem Seium, quàm si neque filius neque filia sit ei heres: non satis videtur declarasse voluntatem suam prædictam per dicta verba testamenti: quia si etiam filia sit heres, videtur per dicta verba substitutus admitti: quia aut filius aut filia non est heres. omnis enim disiunctiua est vera, cuius altera pars est vera: vt supra proxim. §. sed debuisset ita dicere: si mihi neque filius neque filia heres erit, Seius heres esto. & tunc erit verum quod ipse intendebat, scilicet quòd Seius non esset ei heres nisi filius & filia non sit ei heres. In secundo autem casu aut tertio bene habent effectum suum dicta verba testamenti, si quis mihi filius aut filia &c. quamuis autem ita dixerim de stricto iure in primo casu: tamen de æquitate ita est interpretanda sententia testatoris, scilicet vt siue filius siue filia nati ei fuerint, &

ille natus fuerit ei heres: Seius extraneus non admittatur nisi specialiter testator expresserit velle substitutum admitti si non essent ei heredes filius & filia. Viuianus.

a ¶ *Declarauit.* hoc ideò quia si etiam filia sit heres, videtur admitti substitutus: quia filia aut filius non est heres. nam omnis[a] disiunctiua est vera cuius altera pars est vera, *vt. s. §. vtrum. licet in fi. huius l. contrarium statuit.*

a Disiunctiua omnis est vera cuius altera pars est vera.

Si substitutio directa sit filiis disiunctiuè, disiuncta accipitur pro coniuncta. Bartolus.

6. ¶ Item si paterfamilias in testamento ita scripserit, *Si quis mihi filius aut filia genitur,* * *heres mihi esto si mihi filius aut filia heres non erit, Seius heres esto:* non satis voluntatem suam declarauit,[a] si non aliter extraneum heredem esse volet,[b] quàm si neque filius neque filia heres sit. hoc enim modo concipi oportet, *Si mihi neque filius, neque filia heres erit.* Potest autem interdū superior scriptura esse necessaria, si quis cum filium & filiam habeat, vtrumque heredem instituere velit: sed siue alter heres futurus sit, extraneum miscere:[c] siue neuter, extraneum substituere. Sed procliuior * est sententia testatoris sic esse interpretanda, vt siue filius siue filia nati ei fuerint, extraneus non admittatur:[d] nisi specialiter hoc testator expresserit.

b ¶ *Volet.* & hoc facit. Accur.

c ¶ *Miscere.* i. adire: quod[b] est extraneorum: *vt Instit. de here. qua. & differen. §. extranei.*

b Adire est extraneorum vt miscere se, suorum.

* Sic Flor. & manusc. ab antiquo verbo Græco vt & in l. 17. ī. de leg. 1. Ant. Augu. lib. 1. ca. 1.

d ¶ *Non admittatur.* licet secus in stipulatione, vbi[c] sufficit alteram partem disiunctiuæ esse veram: *vt. s. §. vtrum ibi, quia cum significatio &c. quæ est contra.* Solut. speciale hic propter votum parentum: *vt argu. C. de fideicommiss. l. cum acutissimi. & de institu. & substi. l. generaliter. § fin. & supra de here. insti. l. Lucius. ij.* Accursius.

c Disiunctiuæ partem alterā veram esse in stipulationib. sufficit.

Potest quis legare ei qui est testis in testamento, & incertitudo quæ venit certificanda, legatum non vitiat. Bartolus.

XV. MARCIANVS *libro sexto Institutionum.*

SI *quis ita scripserit.*] CASVS. Titius in scriptis faciens testamentum ita in eo scripsit siue dixit: illis testibus qui testamentum meū signauerint, heres meus. x. dato. nunquid valet legatum? Et videtur quòd non tum propter incertitudinē: *vt Insti. de leg. §. legari.* tum quia in re sua videntur testes. Respon. tamen hic quòd valet legatum: & est ratio, quia testes merentur legatum prædictum habere ideò quia seruiunt testatori signando testamentum: & sic per consequens testamentum confirmatur per eorum subscriptionem. ¶ Et non obstat illud quod dixi de incertitudine: quia corrigitur dictus. §. legari. in sequentibus. §. §. ¶ Item non obstat quòd videantur esse testes in re sua, quia nō principaliter sunt testes in re sua: sed testamenti sunt testes: licet secundariò sint testes in re sua. Viuianus.

* procliuius et sententiam & paulo post, interpretādā.

e ¶ *Signauerint.* i. sigillauerint. ¶ Et nota testibus[d] item dictantibus[e] posse legari: *vt hic, & C. de testa. l. dictantibus.* non[f] autem scribentibus: *vt. C. de his qui sibi asscrip. l. senatusconsulto.* ¶ Sed videbatur hoc legatum non valere, tum propter incertitudinem: *vt Instit. de lega. §. legari.* tum quia in re sua est testis. Sed respon. non[g] principaliter in re sua, sed testamenti sunt testes, licet secundario[h] in re sua, *vt Insti. de lega. §. legari.* Item primum ratione incertitudinis corrigitur: vt ibidem not. *Instit. de lega. §. legari.* Accursius.

d Legari potest testib. testamentariis.

e Legari potest dictantibus testamentum.

f Legari non potest iis qui testamentum scribunt.

g Legari potest testi testamentario non tanquam testi in re sua principaliter, sed secundariò.

h Secundariò aliquid permittitur, quod nō permittitur principaliter.

i Incertis personis hodie legari potest.

f ¶ *Quia ipsum.* non est bona ratio, vt patet ex prædictis, nisi dicas quia meruit seruiendo testatori in hoc: *vt. s. pro socio. l. nec adrecit.* cum seq. & licet eadem ratio sit in scribente, tamen ibi est alia ratio in contrarium, scilicet falsitatis timor: quia per eum facilius posset committi.

QVædam sunt.] CASVS. Legaui tibi equum meum, & decessi. postea te deliberante vtrum velles legatum vel non, heres meus vendidit dictum æquum, & tradidit alij postea tu dixisti te velle habere legatum. certè traditio facta alij per heredem, nulla reputatur. Si autem repudiasses legatum, valet dicta traditio. quædam enim sunt in quibus res dubia est quantum ad effectum, sed ex postfacto retroducitur, & apparet quid actum est: vt fuit in dicto casu. ¶ Est & alius casus vbi est hoc idem: puta legaui tibi decē quæ habebam in quodam sacculo in scrinio, & decessi. postea te deliberante vtrum velles legatum vel non, heres meus mutuauit eam Seio. nam si quidem tu legatarius non repudiaueris legatum, imò ad te volueris pertinere: videtur nunc heres credidisse alienam pecuniam, id est tuam. & ita non valuit mutuum. si verò repudiaueris legatū, suam pecuniam videtur heres mutuasse Seio, & sic repeteret per condictionem certi ex mutuo. ¶ Sed quid si dictus Seius cui heres mutuauit pecuniam legatam, consumpsit eam? Certè idem erit dicendum ex euentu: id est cum certi erimus te legatarium repudiasse, vel non repudiasse legatum. nam ex postfacto dicendum erit aut suam aut alienam pecuniam credidisse heredem Seio. mutuum tamen vtroque casu consumptione reconciliatur: *vt infra de fideiuss. si quis pro eod. §. si nummos.* Viuianus.

SI quis ita scripserit: *Illi qui testamentum signauerint,*[e] *heres meus decem dato:* Trebatius vtile legatum esse putat. quod Pomponius verius esse existimat: quia ipsum[f] testamentum confirmatur testibus adhibitis. quod verum esse existimo.

Legatario repudiante fingitur res nunquam fuisse legatarij, sed semper heredi. Bart.

XVI. IDEM *libro secundo Regularum.*

QVædam sunt in quibus res dubia est, sed ex postfacto retroducitur, & apparet quid actum est: vt ecce si res[g] legata fuerit, & deliberante legatario eam rem heres alij tradiderit. Nam si quidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla est: si verò repudiauerit, valet. Tantundem est & si pecuniam † hereditariam legatam crediderit heres. nam si quidem non repudiauerit legatarius, alienam[h] pecuniam credidit.[i] si verò repudiauerit, suam pecuniam credidisse videtur. Quid ergo si consumpta fuerit pecunia? Vtique idem erit[k] ex euentu dicendum.

g ¶ *Si res.* id[a] est species: vt differat à sequenti respon. ¶ Sed quo modo est dubia? imò recta[b] via transit ad legatarium ignorantem: *vt supra de legat. ij. l. cum pater. §. surdo.* Item & legatum esse certum est. Sed respon. dubia[c] est respectu finis vel effectus: quia fingitur[d] retro nō valuisse, si postea repudiet: *vt supra de lega. j. legatarius. §. j. & faciūt supra si certum peta. l. proinde. & infra de manu. vin. l. iij. & ad Maced. l. sed Iulianus. §. quanquam. ibi, sed ab initio &c. & de neg. gest. cum pater. & de sol. qui res. circa princip. & de lega. j. si mihi & tibi. in princip. & l. seruum filij. §. j. & l. si tibi homo. §. cum seruus. & supra de vsufruct. l. sed & si quis stipuletur. §. interdum. & de mili. testa. l. similes. iij. & ad Sila. l. si exheredatus.*

a Res pro specie.

b Legatum recta via transit ad legatarium etiam ignorantem.

c Dubiam esse aliquid dicitur respectu finis vel effectus.

d Fingitur quædam retro non valuisse.

† Additum ... ipsa pecunia ... & sic ... l. j. vlti. ... leg.

h ¶ *Alienum.* & ita[e] mutuum non constitit: *vt supra si certum petatur. l. ij. §. mutui.* Accursius.

e Mutuum non consistit in aliena pecunia.

i ¶ *Credidit.* id est mutuauit.

k ¶ *Vtique idem erit.* quia aut suam aut alienam pecuniam credidisse dicendum erit. Azo. mutuum[f] tamen reconciliatur consumptione: *vt. j. de fideiuss. si quis pro eo. §. si nummos.*

f Mutuum reconciliatur consumptione.

QVod pariter.] CASVS. Quamuis tractauerimus de pariter mortuis *supra eo. inter virum. & l. seq.* tamen & adhuc circa idem tractare volumus. & pono quosdam alios casus circa hoc, & est vnus talis: Mater dedit dotem Titio pro filia sua: & stipulata est dotem à marito sibi reddi mortua filia in matrimonio ante matrē. & postea cum matre sua simul decessit. nunquid ad heredem matris competit actio ex stipulatu pro dote? Et dicitur quòd nō: quia mater non superuixit filiæ. ¶ Secundus casus est: Titius dedit mihi dotem pro vxore mea quæ erat ei extranea & postea fuit eam stipulatus à me sibi reddi mortua vxore mea in matrimonio ante mortem ipsius Titij. & postea ipse Titius decessit simul mecū viuente vxore mea prædicta, vel me viuēte decessit simul cum dicta vxore mea. nunquid transmittit ad heredē suum actionē de dote? Et respon. quòd non, vt dictum est in superiori casu. nam mater de qua ibi dixi, est extranea: *vt Insti. de here. quali. & dif. §. extranei.* ¶ Tertius casus est: Vxori meæ prælegaui dotem suam, quæ erat. c. pone. eandem institui cum quibusdā aliis, & ipsa postea simul mecum decessit. nunquid valet legatum vel institutio? Et respond. q. non, quia ipsa non superuixit mihi: *vt. j. l. proxi. ibi,* in quibus casibus &c. nam & si heres vel legatarius testatori nō superuiuat, non valet institutio vel legatum: *vt. C. de cadu. tollen. §. pro secundo.* ¶ Quartus casus est: Institui mihi heredes duos meos filios impuberes, scilicet Titium & Seium, & substitui pupillariter dictū Titium dicto Seio, non ecōtra. & postea ambo simul decesserūt post mortem meam. nunquid dicemus & præsumemus ante mortuum Seium, cui facta est substitutio, vt sic Titius fuerit ei heres, & sic idem Titius transmittat ad heredes suos etiam partem fratris? an verò dicemus contra: id est Titium non successisse Seio? Et respondetur infra quòd Titius non videtur successisse dicto Seio fratri suo, cùm non appareat quis ante spiritum emisit. ¶ Quintus casus est: Institui mihi heredes duos meos filios impuberes, & eos adinuicem

adinuicem substitui, vel rogaui vtrumq; per fideicom. vt quicumque eorum prius moreretur, restitueret per fideicom. alteri partẽ suam hereditatis. & postea decessi, & postea ipsi simul decesserũt nunc quæritur, an etiam hoc casu quando simul perierunt, alter alteri heredes extitisse videatur ex dicta substitutione, vel ex dicto fideicommiss. vel relicto ab vno alteri, quasi ambo superuixisse videantur? Et respon. ꝙ non nam cum non appareat quis antè spiritum emisit, non videtur alter alteri superuixisse. Alij aliter exponunt huius casus literam vt in ea no. & bene stat vtraque litera.[a] Est & sextus casus. ad cuius euidentiã est notandũ quòd in quantitate patrimonij testatoris exquirẽda ad sciendũ si in ea habet locum lex Falci. vel nõ propter legata quæ reliquit, spectatur tempus mortis ipsius testatoris. vnde si postea crescant bona vel decrescant, non prodest vel nocet legatariis: *vt* ȷ. *ad legem Falcidiam leg. in quantitate. cum similibus.* quæ ibi notaui. ¶ Pone ergo quòd Titius habens plures seruos fecit testamentum, & instituit sibi heredem, & reliquit multa legata, ita quòd potest dubitari vtrum habeat locũ lex Falcidia vel non: & postea decessit, & cum eo simul decesserũt quidam ex dictis seruis, puta in quadam naui. certẽ prȩsumimus seruos[b] prius mortuos esse quàm dominum, & sic ad excludendam Falcidiam non computantur dicti serui cum domino mortui, quasi fuerint in bonis eius domini tẽpore mortis eius, & hoc dicit cum duabus. ll. seq. Viuia.

† v. Couar. 1. variar. 7. nu. 8.

a 6. casus ad. §. vlt. l. 19.

a & heredib°

† v. Couar. d.

† v. Couar. d.

b ... id est ...

Vt possit agi ex dispositione inter viuos, vel ex vltima voluntate, vnus de pariter morientibus nunquam superuixisse præsumitur. h. d. cum. l. seq. & l. seq. Bartol.

XVII. † IDEM *libro tertio Regularum.*

QVod de pariter mortuis tractamus,[a] & in alijs agitatum est: vt ecce si mater stipulata[b] est dotem à marito mortua filia in matrimonio sibi reddi,[c] & simul[d] cum filia perit: an ad[*] heredem matris actio ex stipulatu cõpeteret? Et diuus Pius rescripsit, non esse commissam[e] stipulationem: quia mater filiæ non superuixit.

1. ¶ Item quæritur, si extraneus qui dotem stipulatus[f] est, simul cum marito[g] decesserit, vel cum ea propter quam stipulatus esset: an ad heredem suum actionem transmittat.[h]

XVIII. † PAVLVS *libro duodecimo ad Plautium.*

IDem est, si dos vxori[i] prælegata sit, & simul cum marito perierit.

XIX. † MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

SEd & in illo quæritur, si pariter pupillus,[k] & qui ei substi-

a ¶ *Tractamus*. melius dixisset, tractauimus. ȷ. *eo. l. si inter, & l. qui duos. per totam. l. & maximè in illo. §. si maritus.* Azo.

b ¶ *Stipulata esset*. sub conditione si filia in matrimonio decesserit viuente matre. 2. Vel dic vt dixi in contrario. *supra eod. l. qui duos. §. pen.*

c ¶ *Reddi*. si superesset scilicet mater, secundùm R.

d ¶ *Et simul*. & sic non superuixit mater.

e ¶ *Non esse commissam*. fortè hodie econtra, quia[c] ab heredibus possunt hodie incipere actiones: *vt. C. vt ac. ab here. & contra here. l. j.* Imò nec hodie: quia non potest dici decessisse existente cõditione, imò defecisse: quia filia non decessit in matrimonio viua matre. aliàs contra, *vt Insti. de verb. oblig. §. ex conditionali, & ff.* ȷ. *de do. inter vi. & vxo. cum hic status. §. si ambo.*

f ¶ *Stipulatus est*. sub conditione simili superiori, scilicet si mulier in matrimonio decesserit viuente stipulante. 2. Vel dic, *vt.* ȷ. *eo. l. qui duos. §. penu.*

g ¶ *Cum marito*. hoc casu sine dubio non transmittit ad heredẽ: cum conditio[d] defecerit stipulationis, quia non decessit mulier in matrimonio, imò maritus.

h ¶ *Transmittat*. Respon. non, vt in superiori casu. nam & mater de qua ibi dicitur, est extranea: *vt Instit. de here. qua. & dif. §. extranei.*

i IDem est.] *Vxori*. à marito heredi institutæ cũ aliis. nam[e] cùm nõ superuixerit instituta, nec institutio nec prælegatum valet *vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. pro secundo, &* ȷ. *l. proxi.* & sic conuenit cum prædictis.

k SEd & in illo.] *Pupillus*. non necessarius, quia emãcipatus erat: vt differat à sequenti casu. & secundum hoc dic substitutus, scilicet vulgariter, vel per fideicõmiss. 2. Vel dic quod hic fuit & ipse in potestate, & substitutio fuit pupillaris. & differt à secundo, quia hic alter tantùm alteri, ibi vicissim ambo fuerũt pupillariter substituti. & pro hoc facit ꝙ dicit, frater fratri: quòd est in pu

c Actiones ab heredibus hodie incipere possunt.

d Et quia hic versatur fauor publicus cum muliere iterato nubente. Pau. & Soc.

e Legatario moriente ante testatorem, legatũ fit caducũ: pòst moriẽte, trãsmittitur si purũ sit. l. 1. §. pro secundo. C. de cadu. Quid si simul moriãtur non transmittitur an vt hac lege quæ quidem loquitur in prælegato, verum eadẽ est ratio, vt intelligatur quoq. in omni legato.

Infort.

pillari tantùm, non in vulgari: *vt Inst. de vulga. substi. in prin.*

l ¶ *An contra*. id est non.

m ¶ *Si duo*. cùm ambo essent in potestate: sed in superiori alter tantùm. 2. Vel dic vt ibi.

n ¶ *Videantur*. scilicet testatori ex vulgari, quasi quilibet videatur superuiuere. & quod subiicit, alter alteri, scilicet ex pupillari. Itẽ quod subiicit, hoc est, sub. simile quȩrendum, si inuicem &c. 2. Vel dic quòd fuit expositio illius, vel alter alteri. nam quia fideicommissarius[a] habet de manu heredis iura sua. videtur[b] quodãmodo ei esse heres.

o ¶ *In quibus*. sc. omnibus supradictis.

p ¶ *Non videtur*. vnde videtur[c] vitiari substitutiones, & dotium lucra, & substitutiões, & stipulationes: *vt hic, & s. l. quod de pariter. & l. idem est.*

q ¶ *Sed & circa*. planum est. Accur.

a Fideicõmissarius de manu heredis fideicõmissum accipit.

b Fideicõmissarius hæres quodammodo videtur, vt qui è manu hæredis ipsius iura sua accipiat.

c Suus vt quis efficiatur alteri necesse est vt appareat huic illum superuixisse.

tutus erat frater necessarius, decesserit: an frater fratri existat heres, an contra:[l] vel si duo[m] inuicem necessarij substituti sunt, & vnè perierint, an heredes extitisse videantur:[n] vel alter alteri, hoc est si inuicem hereditatem rogati fuerint restituere. In quibus[o] casibus si pariter decesserint, nec appareat quis antè spiritum emisit: non videtur[p] alter alteri superuixisse.

1. ¶ Sed & circa[q] legem Falcidiam si dominus cum seruis simul vita functus sit: serui quasi in bonis eius mortis tempore fuerint, non computantur.

Qui legat cognatis, videtur legare his qui sunt cognati tempore testamenti, vel tempore mortis. Bartolus.

XX. VLPIANVS *libro vicensimoquinto ad Sabinum.*

SI cognatis[r] legatum sit, & hi cognati quidẽ esse desierunt, in ciuitate autem maneant: dicendum deberi legatum cognatis enim testamẽti facti tempore fuerunt. Certè si quis testamenti facti tempore cognatus nõ fuit, mortis tempore factus est per adrogationem facilius legatum

SI cognatis.] CASVS. Habebã multos qui erant ex cognatione mea inter quos erant quidam qui erant mihi cognati per adoptionem, vt quia erant adoptati à patre vel ab auo meo, vel proauo. feci testamentum, & legaui cognatis meis c. pone. postea prædicti cognati per adoptionẽ desierunt esse cognati per emãcipationem de eis factã, & sic nihilominus remanserunt in ciuitate, & postea decessi. & sic repetitur ꝙ erãt mihi cognati tẽpore testamenti mei, & non tempore mortis: nunquid venient ad legatum cũ aliis cognatis? Et dicitur quòd sic. Sed econtra si quis tempore testamenti mei non fuit mihi cognatus, sed postea tempore mortis meæ inuenitur mihi esse cognatus, puta quia fuit arrogatus post testamẽtum, multò magis cõsequetur legatum, quàm superiores qui tempore testamenti erant cognati, & non tempore mortis. & idem est si legarem cognationi meæ. Viuia.

r ¶ *Si cognatis*. Pone casum R. secundum in cognatione naturali. & dic desierũt, scilicet per[d] deportationem. & quod dicit, in ciuitate maneant: dic tempore mortis, quia sunt restituti. Item quod dicit, cognati enim fuerunt tempore testamenti: sub. & tempore mortis. aliàs si non essent restituti, non caperent: *vt.* ȷ. *de his quæ pro non scrip. l. iiij. ij. respon.* Sed huic positioni multum obstant primo. *C. de here. insti. l. j.* Sed ibi non erat restitutus, hic sic. Item ob.[e] *Insti. de capi. de. §. quod autem.* vbi etiam reuersus in pristinũ statum, nõ recuperat ius cognationis. Sed solue, speciale in legato de quo hic dicitur: quia naturalem causam habet: *vt.* ȷ. *de capi. de l. legatum.* Vel ibi fuit manumissus qui seruus fuerat factus, hic autem in integrũ restitutus qui fuerat deportatus, *ar. C. de sen. pas. l. j.* Item ob. huic positioni: quia infra dicit, facilius: quod est absurdum, quòd ille facilius capiat. qui tempore mortis tantùm est cognatus, quàm qui vtroque casu, scilicet testamenti & mortis. Itẽ ob. quod dicit, cognati enim &c. quasi dicat: licet non tẽpore mortis. similis lectura & subauditio. ȷ. *si quis cau. sed & si quis.* ibi dãnato &c. 2. ¶ Vel pone secundo casum in cognatione naturali: sed non in facto non capaci, hoc modo: Legaui fratri Titij, & Titius me viuo decessit. nã licet desinat Titij frater esse quia tamẽ omni tempore capax fuit, admittitur. & secundum hoc in prima parte tempore testamenti tantùm fuit cognatus, & non mortis. in secunda tempore mortis tantùm, quando confirmantur relicta, vt iam non mutetur arbitrium: *vt. C. de sac. san. eccle. l. j.* & ideò dicit facilius. idem in non capace, vt sufficiat si sit capax. tempore mortis tantùm vel tempore existentis conditionis relictis, *vt supra de leg. iij. l. si deportati. in prin. & infra de cõdit. & demonst. l. cum qui post. &* ȷ. *de fideicommis. liber. l. generaliter. §. si homini*

d Cognatio naturalis deportatione definit.

e Cognationis ius verò recuperet q reuertitur ad pristinum patrem.

libero. & j. de lega. præstan. l. interuenit. & j. de dona. cau. mor. l. in mortis. & j. de iure fis. l. ij. §. j. ibi, quando autem &c. secus si esset tempore testamenti tantùm: *vt eo. §. de iure fisci.* 3. Vel pone in cognatione[a] ciuili, quæ fit adoptione: *vt in secunda parte l.* & desinit per emancipationem, *vt in prima, de qua cognatione habes. ʒ. de adop. l. qui in adoptione. & j. de gradi. l. non facile. in. §. j.* & secundum hanc nil[b] ob. Sed prout dixi capacem[c] tempore mortis capere, licèt non tempore testamenti, est cõtra regulam Catonis:[d] *vt. j. titu. ij. l. j.* Solu. illa intelligitur cùm legatum deficit ex persona relinquentis, vel propter rem relictam: aliud si ex persona legatarij: vt dictũ est. licèt R. aliter dicat. ¶ Item non ob. quod dicitur *Institu. de lega. §. an seruo.* quia ibi propter personam legantis & legatarij mixta consideratione habita dicitur nullum. & eodem modo respon. *C. de lega. l. seruis. in fine.* Vel vt ibi. ¶ Item non obstat *hic Instit. de hered. quali. & differen. §. in heredibus autem. & ʒ. de heredi. institu. l. si alienum. §. j. vt ibi dixi.* ¶ Item nec ob. *ʒ. de lega. ij. l. peto. §. fi. vt ibi dixi. & facit. C. de testa. l. neque. & j. de condit. & demon. l. falsa demonstratio. & ʒ. de lega. ij. l. si ita quis in testamento. §. fin.* Sed quidam habent pro lege, sed non oportet.

consequitur. 1. ¶ Si quis† cognationi leget, idem est atque si cognatis[a] legasset.

Collegio licito legari potest: illicito non: singulis tamen de tali collegio licitè relinquitur. Bart.

XXI. PAVLVS *libro duodecimo ad Plautium.*

CVm senatus[b] temporibus diui Marci permiserit collegiis legare, nulla dubitatio est, quòd si corpori cui licet coire, legatum sit, debeatur. cui autem non licet, si legetur, non valebit nisi singulis legetur. hi enim non quasi collegium, sed quasi certi homines admittentur ad legatũ.

XXII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

VBi est verborum ambiguitas, valet quod acti est: veluti cùm Stichum stipuler,[c] & sint plures Stichi:[d] vel hominem: vel Carthagini, cùm sint duæ Carthagines:[e *] semper in dubiis id agendum est, vt quàm tutissimo loco res sit bona fide contracta: nisi cùm apertè contra leges scriptum est.

XXIII. IAVOLENVS *libro quinto ex Cassio.*

CVm pubere filio mater naufragio periit. Cùm explorari non possit vter prior extinctus sit: humanius est credere filium diutius[f] vixisse.

XXIIII. GAIVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI mulier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum esse intelligitur.[g]

XXV. MARCELLVS *libro vndecimo Digestorum.*

CVm testamento[h] ambiguè, aut etiam perperam † scriptum est: benignè interpretari, & secundùm id quod credibile est, cogitatum credendum est.

XXVI. CELSVS *libro vicensimosecundo Digestorum.*

QVem heredi[i] meo dixero velle me liberum esse, liber esto. cui vt dare damnas sit heres meus, dixero: ei heres meus dare damnas esto. Testatoris voluntas, si quibusdam argumentis apparebit de quo dixit, adimplenda est.

XXVII. IDEM *libro vicensimosexto Digestorum.*

CVm quæritur[k] in stipulatione quid acti sit: ambiguitas contra stipulatorem est.

XXVIII. MODESTINVS *libro primo Regularum.*

SI quis de pluribus[l] vnum manumitti voluerit, nec appa-

a ¶ *Cognatis.* facit. *ʒ. eod. l. ij. & j. l. proxi.*

CVm senatus.] CASVS. Omnia collegia sunt illicita, nisi coierint ex authoritate senatorum vel Cæsaris. vel illa quæ coierunt authoritate Cæsaris vel senatorum, bene sunt licita, & illis potest legari, & legatum capient. Si autem legetur illicitis collegiis, nõ valet legatum, nisi legetur singulis eorum qui sunt in collegio illicito. nam tunc dicti singuli admittuntur ad legatum quasi certi homines, & non quasi collegium. *& facit optimè. j. de colle. illi. l. iij. §. in summa.* Viuianus.

b ¶ *Cùm senatus.* facit.[e] *ʒ. l. proxi. in fi. & ʒ. eod. l. iij. & C. de heredi. insti. l. collegium. & C. de sacrosan. eccle. l. j. & de episco. & cleri. l. id quod. & j. de colleg. illi. l. j. & iij. & ʒ. quod cuiusque vniuer. l. j. & C. de Iudæis. l. j.* Accursius.

VBi est verborum.] CASVS. Promisisti mihi dare Stichũ, cùm haberes vnum tantùm seruum Stichum. vel promisisti mihi dare hominem: ego peto à te vt acquiras Stichum seruum vicini tui, qui est melior fortè quàm tuus Stichus. certè dabis mihi tuum Stichum, & non cogeris emere Stichum vicini tui. nam vbi est verborum ambiguitas, vt fuit hic, valet quod actum est: & in dubio id agendum est, vt res bona fide contracta sit in tutissimo loco quàm plus esse potest: nisi cùm esset scriptum apertè contra leges. & idem est si promisisti mihi dare. c. Carthagine, cùm essent duæ terræ quarum quælibet vocabatur Carthago. nã de illa Carthagine intelligere debemus quam frequentare solemus ego & tu promissor. Viuianus.

c ¶ *Stipuler.* scilicet dari.

d ¶ *Sti. hi* quorum vnus est promissoris: de[f] quo verissimile est eos sensisse: *vt. ʒ. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si rem.*

e ¶ *Carthagines.* Vnam autem frequentare[g] consueuerunt paciscentes. *& facit ad. l. j. de regu. iur. l. semper in stipulationibus. & supra eod. l. quoties. & infra eod. l. cùm in testamento. & infra de verbo. obliga. l. eum qui kalendis. §. j. & l. triticum. & l. quoties in stipulationibus. & l. quoties quis ita. §. si procurator. & l. si quis ita. §. Chrysogonus. in fi. §.* Sed contra. *ʒ. de pac. l. veteribus.* Sed dic vt ibi dixi.

a Cognatio ciuilis fit adoptione: desinit emancipatione.

† Dic idem in cognatione: vt relictum agnitioni, agnatis sit relictum: quia cognati & agnati quo ad successionẽ Adæ sunt per ea quæ not. *in Authentic. post fratres. C. de hered. instit. Bart. post glos. in l. cùm ita. §. fin. versic. quare vtrum. ʒ. de leg. 2.*

b Imò habet multa contraria, secundum Bart. & So.

c Capacē mortis tempore esse, vtrum sufficiat, an etiam requiratur capacem esse tempore facti testamenti.

d Imò regula Catoniana nil facit ad materiam istius l. secundum Dy. & Bart.

* Vna in Africa, altera in Hispania. *Stra. libro 17. & 3. Plin. lib. 5. c. 4. & lib. 3. c. 1. & 7.*

e Collegiis licitis & iure permissis legari potest.

f Verissimile est quemque id potius promittere qd suum sit, quàm quod alienum.

g Frequentiora in dubio spectamus.

CVm pubere.] CASVS. Adhuc reuertitur iurisconsultus ad illam materiam de illis qui simul perierunt. & dicit quòd si mater perierit naufragio cum filio suo pubere, credimus filium ei superuixisse: vt sic extiterit heres matri, & agnati ipsius filij extiterint heredes ipsi filio. secus si dictus filius qui simul cum matre periit, erat impubes: quia tunc credimus eum prius decessisse. & hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.

f ¶ *Diutius.* vt sic seruetur ordo[a] mortalitatis. *ad quod. ʒ. de inoffic. testa. l. nam & si parens. & ʒ. eod. l. qui duos. §. cum in bello. & §. fin.* Item hoc accipe, nisi ratio singularis[b] suadeat contrarium, vt pro patrono: *vt. ʒ. eo. l. qui duos. §. si cum filio.* & quia fit impubes: *vt. j. l. proxi. & ʒ. de pac. dota. l. inter. in princip.* Accursius.

g *SI mulier.*] *Intelligitur.* propter[c] debilem ætatem: *vt. ʒ. de pac. dot. l. inter.* aliàs esset secus: *vt. ʒ. l. proxi. ad quæ est. ʒ. eod. l. qui duos. §. fi.*

e ¶ *Præteritus.* impugnās scilicet testamentum. [a]

f ¶ *Impuberis.* scilicet in secundis tabulis in quibus pupillariter substitutus fuerat: *& facit. s. de vulg. substi. l. is qui. & . l. ex duobus. §. fi. & . j. de leg. præst. l. filium. §. non solum. & . §. si fratri. & . j. ad Treb. si patroni. §. sed illud. et s. de inoffi. test. Papinianus. §. meminisse.*

g ¶ *Pupillam.* s. [b] quōdam.

h ¶ *Duxisset.* eò, quia illi aliquid in testamento reliquisset.

i ¶ *Et si ex asse.* q. d. nō solùm si aliquid reliquit vt proposuit.

k ¶ *Aufertur.* sic. *s. de ritu nup. l. præfectus. & de leg. j. l. fi.* Sed contra *supra de vsufruc. leg. l. vxori.* Solu. *vt in. l. præfectus.* Item cōtra. *s. de dona. inter virum & vxo. cùm hic status. §. fin.* Sed ibi in donationib[us] inter viuos. Item facit *C. de incest. nupt. l. qui contra legem.* ¶ Itē no. hic rationem dissimilem [c] vxoris & mariti: sicut differunt [d] in festinatione matrimonij altero mortuo.

l ¶ *Idem erit.* facit. *C. de pac. l. fi. & . j. de don. l. quidā. §. fi. & . l. seq.* Sed contra. *C. de capti. l. nec nos.* vbi non confiscantur. Sol. ibi erat dubiū an viueret. Itē contra. *s. de act. emp. l. si quis seruum.* Sol. ibi.

m INdignum.] *Culpam.* non [e] adhibendo medicū, vel [f] malum adhibendo: *vt. s. de ædil. edic. quòd si nolit. §. si mancipium. & facit. s. de lib. agno. l. necare. & . s. ad Sila. l. necessarios. §. fi. & . C. de episco. audien. Auth. liberi. & . s. sol. matri. l. si ab hostibus. §. j. & . C. eo. l. sororem.*

PApinianus.] CASVS. Titius instituit sibi duos heredes, & à quolibet legauit mihi. c. & decessit. postea ego accusaui vnum de heredibus quasi per falsum fecerit se scribi heredē. certè debeo amittere legatum mihi ab eo relictum: nō autem debeo amittere legatum mihi relictum ab alio herede. & quòd me dixi legatariū amittere legatum, est verum quando non erat mihi solutū adhuc. Si autem erat iam mihi solutum legatum, bene possum accusare testamentum de falso, & etiam contendere testamentum non esse iure factū. i. minus solēniter. inofficiosum autē dicere testamentū non possum, & si quidem post legatum acceptum à me, contendā testamentum non esse iure factum, quod mihi licuit, vt dictū est, & succumbam, non propter hoc aufertur mihi legatum quod iam consecutus eram. secus autem si postquam habui legatum, dicam falsum testamentū, & succumbam: quia tunc amittere debeo legatum quod consecutus sum. ex eo autem quod dixi me nō amittere legatum quod acceperam, etiam si dicam testamentum non iure factum, sequitur illud quod fuit iudicatū Paduæ in quadam quæstione de facto. Sophronius enim fecerat testamentum, & instituerat sibi heredem Seiam, & quibusdam suis cognatis reliquerat legata, & postea decessit: & heres soluerat cognatis dicta legata. nunc dicti cognati volebant testamentū Sophronij dicere non esse iure factum, & ad eos pertinere hereditatem ab intesta. vnde de hoc interrogauerunt quendā imperatorē nomine diuū Pium: & ipse respondit ꝙ ipsi possunt petere hereditatem dicti Sophronij ab intesta. si verum est quod dicebant, id est testamentum iure factum non esse, & hoc non obstante quòd acceperant legata: cōmisit tamē dictus imperator iudici vt videret an dicti cognati sint prohibendi petere dictam hereditatē, an non. in causæ autem cognitione dixit imperator inspiciēdam personam cuiusque cognatorum prædictorum, & conditionem & ætatē Sophronij: puta in

† Accusati post mortem quis illicitæ mercis potest.
* Hæc de re vide. l. cotem. j. de publi. l. 4. C. de litig. cust.

a Libertus deferens patronum illicitas merces deferēs, legatū vel fideicommissum sibi relictū à patrono amittit.
b Merces illicitæ fisco committuntur.

† Indignus est qui prouincialem suam duxit.

† Prouincialē suam ducentis officialis & tutoris pupillam suam ducentis similitudo.
c Pœnam & præmium quis ex eodē facto consequi potest, verum diuersa ratione.
d Mortuus etiam offendi potest.

a Indignus est qui testamentum patris impugnat.

b Indignus est qui pupillam suam duxit.
1 Indignus est qui viuentis, & ignorantis bona donat.

c Indigna non est quæ nubit prouinciali officiali; vel tutori: licet illi ducentes prouincialem vel pupillam sint indigni.
d Nuptiarum secundarū, festinatarum (vt puta si statim nubant) nulla pœna est in maritis seu masculis, vt in viduis & mulieribus, Hostiensis tit. de secū. nup. §. quare. vers. sic vidisti. Azo in summa titul. de secund. nupt. in pr. & tit. de nuptiis. vers. sequitur. Præpositus rubr. de secund. nupt. Bal. Authen. eisdem pœnis. vers. idē ore pœna. C. de secū. nupt. Romanus cons. 18. Socinus cons. 34. Albert. Auth. si quis ex his. vers. vltima pro declaratione. C. de secund. nupt. Angel. §. quia vero. Nouella de non eligendo secundo nubentes & in §. si vero exspectet. Nouell. de nuptiis. Ioannes de Garothiis in l. 2. C. de secund. nupt.
e Indignus est successione defuncti, qui ei medicum nullum adhibuit aut certè malum adhibuit.
f Paria sunt malum medicum adhibere alicui & nullum.

quolibet cognato vtrum sit capax, aut non: vtrum sit sui iuris, vel non: vtrum sit pubes, vel impubes. in persona Sophronij defuncti poterit habere heredem, vel non: fuerit sui iuris, vel non: pubes, vel impubes persona. & hoc dic cum princ. l. seq. & cum princ. §. non autem mireris de eo quod dicitur in princ. l. seq. s. quòd ille qui accepit legatum, non potest dicere inofficiosum testamẽtum, sed falsum vel non iure factum potest dicere. reddo tibi talem rationem: quia testamẽtum quod est inofficiosum, bene tenet, & aliquod est: filius tamen in eo exheredatus potest illud per querelam irritare si vult. vnde si agnoscat legatum, suo iuri renuntiando non auditur postea. Nam remittentibus actiones suas nõ est amplius regressus ad eas: *vnde. s. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditor.* testamentum autẽ quod falsum est, vel non iure factum, est iure communi nullum, & non fauore alicuius: *vt. j. de verb. signi. l. Paulus respondit falsum &c. & s. de iniust. testa. l. j. in prin.* vnde quod fauore meo non dicitur nullum, aliquid facere nõ possum etiam expressa voluntate, nedum tacita, puta accipiendo legatum. non est ergo mirum si in vno possum non renuntiare, in aliis duobus sic. & facit ad hanc materiam. *s. de inoffi. testa. l. si pars. §. fin. & l. pen. & fi. & h. d. cum. l. seq. vsque ad. §. amittere id quod.* Viuianus.

† Indignus nõ est omni testamentaria hereditate, qui vnũ tantum hæredem accusauit.

PApinianus libro quinto quæstionum ait, [a] si quis vnum heredem quasi per falsum adscriptum accusauit, legatum ei non auferri à † coherede relictum, quem non inquietauit.

V. PAVLVS *libro primo de Iure fisci.*

POst legatum acceptum [b] non tantùm licebit falsum arguere testamentum, sed & non iure [c] factum contendere. [d] inofficiosum autem dicere non permittitur. [e] 1. ¶ Ille [f] qui non iure factum contendit, nec obtinuit, [g] non repellitur ab eo quod meruit. ergo qui legatum secutus, postea falsum dixit, [h] amittere debebit quod consecutus est. De eo verò qui legatum accepit, si neget iure factum esse testamentum, [i] diuus Pius ita rescripsit: Cognati Sophronis licèt ab herede instituto acceperant [k] legata: tamen si is eius conditionis fuerit visus, [l] vt obtinere hereditatem non possit, [m]

a ¶ *Papinianus ait.* Tres erant scripti: sed primus accusauit secundum, quasi falso se fecisset scribi. non ideò perdit legatũ à tertio sibi relictum. & sic quatenus nõ deliquit, non punitur. *sic. j. eo. l. rescriptum. & s. de peti. here. l. si quis testamentum.*

POst legatum. Primò ponit an ille qui consecutus est legatum, possit testamentum infringere. Secundò, an ille qui voluit testamentum infringere, possit legatum consequi vel retinere. Tertiò iurisconsultus ponit modum dicendi nullum. Quartò ponit quid habeat facere iudex in cognoscendo & pronuntiando. secunda ibi, ille. tertia ibi, de eo verò quarta ibi, prohibendi. Bartolus.

b ¶ *Acceptum.* cùm ignoraret falsum. secus fortè vbi sciebat tũc falsum. *vt. C. de fal. l. ij. & l. qui falsam. & j. de fal. l. qui ignorans.* Sed certè iam sequeretur idem esse inofficioso: *vt. s. de inoffi. testa. l. mater.* quod lex ista vetat.

a Testamẽtum non iure factũ quod dicatur.

c ¶ *Non iure.* quod [a] dicatur non iure factum, habes. *j. de fal. l. si quis legatum. & Instit. quibus modis testa. infir. §. ij.*

d ¶ *Contendere.* & est ratio, quia de eius voluntate non pendet, valeat testamentum vel non, quando est falsum, vel non iure factum. nam si millesies velles id valere, non tamen valeret: sed secus in eo qui dicit inofficiosum.

e ¶ *Non permittitur.* post legatum acceptum: *vt. s. de inoffi. testa. si pars. §. fi. & l. fin. & facit. s. de peti. hered. post legatũ. & C. de inoffi. test. parẽtibus. & C. e. Polla. & l. alia. & de iur. & fac. ign. l. iij.*

f ¶ *Ille.* prosequitur præcedentem materiam: sed in hoc differt, quia. s. primò accepit legatum, & postea tractat de viribus testamenti: hic econtra. Item. s. est ex vna parte falsum, & non iure factum: ex altera inofficiosum. at hic ex vna parte non iure factum, ex alia falsum & inoffic.

b Legata non nisi ex testamento solenni valent.

c Limita, nisi essent ab intestato repetita. *l. ex testa. & ibi Bart. C. de leg.* & quod dicit, non solenni, dic secus quando testator cõsulit de hærede. *Idem Bald. in. l. quæstionẽ. C. de fideicom.*

g ¶ *Nec obtinuit.* puta quia destitit: alioquin cõtra: *vt. C. eo. l. alia.* Vel aliud est si dicatur minus solẽne, *vt hic:* aliud si diceretur falsum, *vt ibi.* ¶ Itẽ ideò dicit, nõ obtinuit: qa si obtinuisset, nihil habiturus esset: qa cùm legata [b] nõ nisi ex testamẽto [c] solenni valeãt: & per sententiam cõstet non esse iure factum: ergo legata non debẽtur: *vt. C. de fideicõ. l. si veritas.* ¶ Et nõ ob. *C. de fideicõ. l. fi. & Insti. de fideicom. here. §. fi.* vbi videtur ex nõ solenni testamento deberi legata: quia ibi erat quæstio an esset factum testamentum, vel non. hic autem cõstabat factum: sed dicebatur nõ iure factum: secundum R. vel ibi in odiũ mentiẽtis qui negauit relictum: postea delato iuramẽto dicebat non iure relictum: hic ab initio fuit confessus relictum, sed non iure. si autem prius quàm legatum consequeretur, dicat testamentum inofficiosum vel falsum: siue pro testamento, siue contra testamentum legatario à lite non desistente feratur sententia, nihil ex testamento consequitur: *vt. C. eo. l. alia. & s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse.* maximè cùm contra testamentum feratur: quo casu non valẽt legata, vt dixi. vbi autem in falso fui victus, & postea petitionem hereditatis ex alia causa propono, & non dico pro legato, non nocet prima sententia. *sic supra de peti. heredi. l. Lucius. & ad hoc. j. de except. rei iudi. l. fin. & C. de iuris & fac. igno. l. iij.*

& iure intestati ad eos cognatos pertinet: petere hereditatem ipso iure poterunt. Prohibendi [n] autem sint, an non, ex cuiusque persona, [o] conditione, ætate, cognita causa à iudice constituendum erit.

Qui se excusat à tutela testamentaria, indignus est omni commodo testamentario: secus si se excusat à datiua. & qui agnouit legatum ex testamento, à tutela se excusare non potest. Bart.

2. ¶ Amittere id quod testamento meruit, & eum placuit, qui tutor datus excusauit se à tutela. [p] sed si consecutus fuerit, nõ admittitur ad excusationẽ. [q] Diuersum puto in eo qui legatum tantùm meruit, & à matre pupilli tutor petitus excusare se maluit. hic enim nihil contra iudicium [r] defuncti fecit. Sed hoc legatũ quòd tutori denegatur, non ad fiscum [f] transfertur, sed † filio relinquitur, cuius vtilitates desertæ sunt.

h ¶ *Falsum dixit.* & perseuerauit vsque ad sententiam: *vt. C. eod. alia.* Sed contra. *s. de leg. ij. l. Lucius. §. Sempronio.* Sed ibi [a] non dixit falsum testamentum, sed contra personam tantum instituti qui fecerat se scribi.

a Falsum testamentum accusare defuncti & falsi accusare personã testamẽtariã heredẽ, qui heredẽ scribi fecit, differunt.

i ¶ *Factum esse testamentum.* hic redit ad primum casum legis. *& facit supra de petit. hered. l. postquam.* Accursius.

k ¶ *Acceperant.* per traditionem.

l ¶ *Visus.* scilicet scriptus.

m ¶ *Non possit.* agendo petitio. here. ab intesta. & si excipiatur quòd sit scriptus replicabitur de nullitate.

† Liberti causa præfertur fisco, enim filii postponitur liberis.

n ¶ *Prohibendi.* hoc referas ad proxima: & dic scilicet cognati supradicti à petenda hereditate, vel legatis quæ meruerunt. quæ expositiones necessariæ videntur propter exponendam literam sequentem. Accursius.

o ¶ *Ex cuiusque persona.* aliàs ex personæ conditione &c. Aliàs ex persona, & tunc dic tã defuncti, quàm cuiuslibet cognati: puta sit capax cognatus, vel non: in defuncti persona, potuit habere heredẽ, vel non. H. Itẽ quod subiicit, cõditione, scilicet sit cognatus sui iuris, vel non, vt ita sibi vel alij quærat. in defuncti persona, sit sui iuris, vel non vt ita potuerit testari, vel non. Item quod subiicit ætate, scilicet defuncti, vt sit pubes. nam aliàs non posset testari. in cognato similiter sit pubes, vel non: vt pubes per se petat, vel per tutorem. Sed quod de ætate dicit, melius posset referri ad accusationẽ de falso, qui perdit nisi iuuetur per ætatem: *vt. j. eo. §. ætati.*

Amittere id quod.] CASVS. Non solùm ille qui accusat testamentum de falso, amittit legatum in eo sibi relictum, sed etiã tutor in testamento datus, cui & legatum datum est, si excuset se à tutela, amittit legatum. si autem tutor datus iam consecutus sit legatum, non potest amodo se excusare à tutela. secus autem est in eo qui à patre pupilli non datus est tutor pupillo, sed legatũ tantùm ab eo meruit: & à matre eiusdem pupilli datus est tutor eidẽ pupillo, & se à tutela excusauit. nam iste talis non repellitur à dicto legato, quia nil fecit contra voluntatem patris defuncti. dictũ autem legatum cuius petitio denegatur tutori qui se excusauit à tutela, vt dictum est in prin. §. non transfertur ad fiscum, sed relinquitur filio pupillo cuius vtilitates desertæ sunt per dictum tutorem, eo quòd se excusauit à tutela. Viuian.

p ¶ *A tutela.* tota, [b] vel eius parte: *vt. s. de leg. j. etiam, & facit. s. de excu. tut. l. tutor petitus. §. j.* Nec obst. *C. de leg. l. ab administratione.* quia ibi speciale in milite. ¶ Item nec obst. *s. de leg. ij. cum filius. §. de iure.* quia ibi non remansit per tutorem. ¶ Item nec obstat. *j. de iure patro. l. iij.* quia ibi speciale in eo commodo.

b Indignus est testatoris relicto, qui se excusauit à tutela liberorum eius.

q ¶ *Ad excusationẽ.* quasi [c] ei renũtiauerit approbãdo voluntatem defuncti. ad quod est. *s. de confir. tut. l. fi. & s. de lib. leg. l. tutor.*

c Excusare se à tutela liberorũ testatoris non potest, qui legatũ eius testamento meruit, & id legatum agnouit.

r ¶ *Iudicium.* facit. *s. de excu. tut. l. Nesennius. §. fina. & l. seq. & seq.* Accursius.

f ¶ *Non ad fiscum.* sic. *C. de lega. l. penul.* sed regulariter [d] quod indigno aufertur, fisco applicatur: *vt. s. de inoffic. test. Papinianus. §. meminisse. & facit. j. proxi. §.*

d Indigno quod aufertur regulariter fisco applicatur.

¶ *Si pater.*] CASVS. Filio meo vel seruo reliquit Titius legatum in testamento suo instituto sibi herede Seio, & decessit. & postea

postea ego accusaui dictum testamentum de falso. certè denegabitur mihi amodo dicta petitio dicti legati ad me pertinentis. si autem dictum legatum spectaret eorum personam, id est filij mei vel serui, non amittunt ipsi vel ego legatum propter hoc. puta si rogauit me vt emanciparem filium, vel manumitterem seruum, & eis legata restituere. Viuian.

Qui in accusatione falsi succumbit, perdit omne commodum quod sibi debetur ex testamento ex persona sua, vel alterius: secus in eo quod alteri debetur, etiam si in eius sit positus potestate. Bar.

3. ¶ Si pater accusauerit testamentum, vel dominus: denegabitur ei actio etiá eius quod filio eius vel seruo legatum est, si ad ipsos emolumétum rei peruenturum est. quòd si personam illorum [a] spectet, diuersum dicendum est. 4. ¶ Si seruum suum [b] rogatus sit manumittere qui legatum [c] meruit, vel etiá ipsi seruo vtrumque [d] datum sit: dicendum est non debere obesse seruo [e] factum domini, [f] sed à fisco [g] redimendum vt manumittatur, si tamen velit seruum vendere: quia non potest cogi qui iudicium spreuit [h] defuncti. 5. ¶ Si filiusfamilias falsum accusauerit testamentum, videndum est an denegari debeat actio patri. [i] Et puto, si inuito patre accusauit, nó esse denegandá patri actionem.

6. ¶ Si is cui rogatus sum legatum restituere, falsum dixerit: [k] restituere id fisco debebo.

a ¶ *Illorum*. s. filiorum vel seruorum. quo casu domino non quæritur: vt si sub conditione legatum est, si fuerit emancipatus: [a] *vt. ʒ. de mino. deneg. §. si quid.* Idem in suo: *vt & . j. proxim. §. & facit. j. de bon. posses. contra tabu. l. sub conditione. §. fina. & de bo. lib. l. qui in seruitutem. & . l. in seruitute. §. præterea. & ʒ. de testa. tute. l. qui tutelá. §. j. & ʒ. de inoffi. testa. Papinianus. §. eo autem solo.*

[a] Quid si vsusfructus sit legatus: an sit pater illo priuatus? videtur quòd nó: quia emácipato pater succedit in vsufr. vel. de emancipatis. & ibi Bal. C. de leg. hered. sed hodie secus. vide quæ notátur in Auth. defuncto. & ibi Bald. C. ad Tertul.

Si seruum.] CASVS. Legaui tibi centum, & rogaui te vt manumitteres seruum tuum Stichum: vel etiam seruo tuo legaui centum, & rogaui te quòd eum manumitteres: quod quidem legatum seruo tuo relictum tibi acquiritur postea me mortuo tu accusasti testamentum meum de falso. certè non nocet hoc seruo tuo quin habere debeat libertatem. nam fiscus qui debet habere dictum legatum de centum eo quòd tibi aufertur vt indigno, debet seruum redimere à te: & manumittere, si tamen tu velis seruum fisco vendere. non autem potes cogi vendere, cum iudicium meum spreueris accusando testamentum meum de falso. Viuianus.

b ¶ *Si seruum suum*. scilicet legatarij.

c ¶ *Legatum*. fundi pone Accursius.

d ¶ *Vtrumque*. id est libertas, & legatum: & nihil domino.

e ¶ *Seruo*. alieno. Accursius.

f ¶ *Factum domini*. accusantis testamentum de falso: & per hoc debet perdere quod ei vel seruo suo est relictum: *vt supra eo. l. j. §. j.* ¶ Sed arg. contra. *ʒ. si quis aliq. testa. pro. l. j.* Sed expone vt ibi no. ADDITIO. Dic secundum Bartolum quòd aliud hic, aliud ibi. ratio, quia ibi seruus vel filius non habebat voluntatem defuncti, cum testator in eadem voluntate decesserit, licèt pater vel dominus nisus sit impugnare.

g ¶ *Sed à fisco*. i. fiscus redimit seruum à domino serui, si vult eú vendere, vt subiicit: ad quem fiscum transiuit legatum fundi cum onere manumittendi: *vt. ʒ. de leg. j. l. quidam. §. quoties.*

h ¶ *Spreuit*. alioquin, scilicet si accepisset relictum sibi vt manumitteret, cogeretur vendere, nisi esset minor: *vt. C. de fideicom. lib. l. deberi. & ʒ. de mino. l. si minor. xxv. an. seruum suum. & facit Instit. de singulis re. per fideicom. re. §. libertas.* Accur.

Si filiusfamilias.] CASVS. Legaui tibi centum in testamento meo, & decessi & postea Seius filius te inuito accusauit dictum testamentum de falso. núquid propter hoc denegabitur tibi actio legati? Et dicitur quòd non. si autem te Titium rogaui vt restitueres Gaio dictum legatum, & Gaius testamentum accusauit de falso, debes fisco restituere legatum.

i ¶ *Patri*. pro legato petendo ipsi patri relicto, vel etiam ipsi filio secundum iura vetera: secundum quæ patri acquirebatur: hodie [b] secus: *vt. C. de bonis quæ libe. l. pen.* Item facit. *j. de bon. posses. contra tabu. l. sub conditione. §. fin.*

[b] Aduentitia filij patri hodie non adquiritur nisi solo vsufructu.

k ¶ *Dixerit*. & vsque ad sententiam perseuerauit: *vt. C. eodem. l. aliam.*

Qui accusauit.] CASVS. Legaui tibi cétum, vel institui te heredem, & decessi & postea quidá alius puta Seius accusauit testamétum meum de falso. postea tu decessisti, & extitit tibi heres dictus Seius. nunquid capiet Seius hereditatem meam, vel legatú quam vel quod inuenit in hereditate tua sibi delata? Et dicitur quòd sic, & nihilo minus idem si dictus Seius dixisset inofficiosum testamentum meum. Viuian.

l ¶ *Dicendum est*. scilicet quòd prius dixit falsum.

m ¶ *Similis est*. prædictus accusator.

In iure quæsito post accusationem non dicitur quis indignus. Bartolus.

7. ¶ Qui accusauit falsum, heres legatario extitit, vel heredi scripto. Nihil huic nocere dicendum est. [l] 8. ¶ Similis [m] est ei & qui inofficiosum dicit. [n]

9. ¶ Ætati eius qui accusauit ignoscitur: [o] & maximè si tutor vel curator dicere falsum vel inofficiosum velit. & ita imperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt.

10. ¶ His verò qui testimonio suo intentionem accusatoris adiuuauerunt, [p] deneganda est actio. ídque diuus Seuerus decreuit.

11. ¶ Sunt qui putant, & rectè, & ei denegandam qui accusatori adfuit, [q] vel fideiussor [r] pro eo extiterit. 12. ¶ Quidam & præsidem indignum putant, [s] qui testamétum falsum pronuntiauit, si appellatione intercedente heres scriptus obtinuit.

13. ¶ Aduocatum fisci qui intentionem delatoris exequitur, in omnibus [t] officij necessitas excusat.

n ¶ *Dicit*. scilicet si postea instituto vel legatario successit: *vt supra de inofficios. testamen. l. filius. §. multo magis. & l. fina. §. fina. quæ videtur contra.* sed expone vt ibi, & cum concord. Item facit. C. *de petitione heredit. l. hereditas.*

Ætati eius.] CASVS. Quamuis ille qui accusat testamentum de falso, perdat legatum in eo sibi relictum: vt dictum est. ʒ. ead. l. quasi per totum: tamen si dictus accusator sit minor. xxv. ann. & per se vel per tutorem suum accusauit testamétum, potest imperator in integrum restituere, vt non amittat legatum. Viuian.

o ¶ *Ignoscitur*. singulare in [a] integrum restitutionis iure, & principe indulgente: *vt infra eodem. l. tutorem. in fine.* Sed iure communi perdit: *vt. C. e. l. Polla. quæ est contra.* Vel solue vt ibi. *& facit infra de bo. li. l. qui cum. ij. respon.*

[a] Restitutio minori datur aduersus accusationem institutá, vt non teneatur quasi indignus testamento defuncti.

His verò qui.] CASVS. In testaméto meo reliqui legata Titio & Seio, & decessi postea Gaius & Sempronius accusauerunt testamentum meum de falso, & dictus Titius & Seius pro eis in hoc tulerunt testimonium volentes vel vrsi, vel fuerunt eorum aduocati. certè perdunt dicta legata. Sed & si præsidi coram quo fuit facta accusatio, fuit in dicto testamento aliquid legatum, perdit illud si pronuntiauit falsum testamentum, & postea apparuit id testamentum non esse falsum in appellatione quam interposuit heres in eo scriptus. Sed pone quod in dicto meo testamento reliqui legatum aduocato fisci, postea heres meus commisit aliquid propter quod debet hereditatem perdere: quæ causæ sunt multæ: *vt supra eod. l. j. & ij.* & in multis legibus huius tit. venit Martinus, & detulit fisco hanc hereditatem meam ei esse delatam, vel dixit testamétum falsum: & eidem delatori aduocatus fisci præstitit patrocinium, quod habet necesse facere: *vt. C. de delatoribus. l. omnes. lib. x.* certè non amittit propter hoc legatum dictus aduocatus fisci: quia officium suum eum excusat. Viuian.

p ¶ *Adiuuauerunt*. spontè: [b] secus si coactè. *arg. j. eo. aduocatum. & ʒ. quemadmodum testa. ape. l. si quis ex. & facit. j. ead. l. §. an libertas. & j. de bo. lib. qui cum. §. sed si non.*

[b] Testimoniú à non citato dictum nó valet: Huiusmodi enim testis nó citatus deponens, redditur suspectus: nisi vt per Iason *in. l. i. ʒ. de in ius vocan.* partibus præsentibus & nó contradicentibus deponeret, hoc enim casu admitti eius testimonium potest.

q ¶ *Adfuit*. vt aduocatus vel procurator: vt argu. supra *de inoffi. testa. l. fin. in princip.* ¶ Sed contra *infra de bo. lib. qui cum maior. §. si patroni.* vbi qui aduocat, non accusat, nec perdit contra tabul. Sed ibi erant quasi debita patrono bona liberti, ad quæ venit per contra tabu. hic verò lucrú est legatú quod perdit. & non [c] est par ratio lucri ad damnum: *vt Cod. de codicil. l. fina. & de iure deliberand. l. fina. §. licentia.* Nec obstat huic solutioni *dicta. l. de inofficio. testa.* quia ibi est alia ratio: scilicet quia querela odiosa est. Accursius.

[c] Lucri ad dánum par ratio interdum non est.

r ¶ *Et fideiussor*. de exequenda accusatione: *vt Cod. ad Turpillian. l. j.*

s ¶ *Putant*. fortè malè, cum necesse habeant ius dicere: & hoc iurant: *vt in Auth. iusiuran. quod præ. §. & æquus. & arg. j. l. proxi.* z. Vel verius secundum vias literæ, cum à principio spontè recepit præsidatum, & sic se posuit in necessitate. vel est ideò, quia apparet per appellationis sententiam eum malè iudicasse: licèt sit arg. contra. *j. de appel. l. j. in prin.*

t ¶ *In omnibus*. vel cum præcedenti vel sequenti litera legi potest. & facit. C. *de admin. tuto. l. cum quidam.*

Qui principale.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem institui in testamento meo quod dicitur principale testamentum: & in eodem testamento legaui Titio centum & postea dicto impuberi substitui dictum Titium pupillariter, quæ substitutio dicitur secundum testamẽtum, siue secundæ tabulæ. & postea feci codicillos in quibus fortè legaui aliquid dicto Titio, & fortè dictos codicillos confirmaui in dicto meo testamento: & fortè non. & postea decessi. & postea dictus Titius accusauit dictũ meum principale testamentum de falso, & succubuit. certè nõ solum repellitur ab his quæ fortè sibi in dicto testamento reliqui, sed etiam à substitutione impuberis facta in dictis secundis tabulis, & etiam ab his quæ ei in codicillis prædictis reliqui. Sed non est ita econtra. nam si secundas tabul. vel codicillos arguit de falso, non amittit relictum sibi in testamento principali & est ratio: quia in hoc casu non videtur improbasse vtrumque in secundis tabulis, & per consequens principale testamentum vel codicillos, & per cõsequẽs non principale testamentum sed testamentum secun. tab. vel tantum codic. q. d. in superiori casu bene videtur improbare vtrũque. nam secun. tabu. pẽdẽt ex primis, & nõ ecõtra: *vt. de vulg. substit. l. ij. §. sed si eos.* Viu.

Qui principale testamentum accusat, repellitur ab omni commodo quod sibi defertur ex eo, vel eius accessorio: secus si ex alia voluntate per se principaliter subsistente. sed qui accusat accessorium, non repellitur ab eo quod sibi debetur ex principali. h. d. cum seq. Bart.

14. ¶ Qui principale testamentum arguit, & à secundis tabulis repellendus est: [a] item à codicillis ad testamentum [b] factis, licèt non confirmatis. [c] Non idem sequendum est si secundas tabulas vel codicillos coarguit: quia non vtrumque hoc casu improbasse videtur. 15. ¶ An libertas ei seruo data, [d] qui testimonio suo infringere voluerit testamẽtum, auferri debeat, videndum est. Fideicommissum [e] vtique non est dignus consequi: & de libertate diuus Pius iudicauit esse ea priuandum. [f] 16. ¶ Ei qui tutor datus est, non prodest [g] ad excusationem quòd falsum dixit: sed à legato remouetur. [h] 17. ¶ Qui mortis causa donationem accepit à testatore, non est similis in hac causa legatario. [i]

a Principale testamentum accusans, repellitur ab accessoriis, seu secundis tabulis & codicillis.

a ¶ *Repellendus.* sic. [a] *j. de vulg. substi. l. is qui. & j. de contra tabu. l. sub conditione. §. fi. & de bo. lib. in seruitutem. §. si quis. & j. de leg. præstan. l. v. § si fratri. & s. e. l. ij. in princ.* Sed arg. contra. *j. eo. l. qui Titij.* Accursius. ADDITIO. Dic secundum Bartol. quòd ibi neutrum est accessorium alterius: sed vtrumque principale. vel ibi impugnat accessorium: & sic nõ obst. glo. 2. Vel dic quòd ibi non dixit testimonium, licèt professus sit se velle dicere.

b ¶ *Ad testamentum.* id est ab eo qui fecit testamentum.

b Codicilli facti ante testamentum, testamẽto sunt confirmandi: secus si post.

c ¶ *Non confirmatis.* quod [b] non erat opus si post testamentum fiebant. secus si ante: *vt Instit. de codicil. §. non tantum.*

An libertas.] CASVS. Institui mihi Titium heredem, & Sticho seruo meo libertatem reliqui. postea me mortuo Seius accusauit testamentum meum de falso, & dictus Stichus tulit testimonium contra testamentum: succubuit tamen postea accusator. nunquid debet auferri dicto Sticho libertas? Et dicitur quòd sic, & etiam fideicommissum vel legatum si quod ei reliqueram in testamento. Sed quid si dictum Seium qui accusauerat testamentum de falso, dederam tutorem filio meo in eodem testamento? nunquid excusabitur propter hoc à tutela, & à legato quod ei dederam, repelletur? Et dicitur quòd à legato tantum repellitur, & à non tutela excusatur. Viuianus.

d ¶ *Data.* id est relicta directè. Accursius.

e ¶ *Fideicommissum.* scilicet & pecuniarium: *vt supra ead. l. §. is vero.* Accursius.

f ¶ *Priuandum.* Imò contra: *vt. j. de fal. l. eius. in fi.* Solu. ibi.

c Pœna ibi esse non debet, vbi præmium constituitur.

g ¶ *Non prodest.* nam non debet pati pœnam, [c] *vt subiicit.* nam debet habere præmium: quod dic vt *supra de nego. gest. l. siue hereditaria.*

d Cum effectu accusatio intelligenda: neque sola voluntas coërcenda. Proinde indigõ [e] nõ erit, qui quem accusare voluit, sed qui cum effectu accusauit.

h ¶ *Remouetur.* quia accusauit: *vt. s. eo. l. j. §. j.* non quia se excusare voluit, cùm [d] effectum non habuit: *vt. s. quod cuiusque vniuersi. l. j. in fi.* Accursius.

Qui mortis.] CASVS. Causa mortis donaui Titio. c. & postea feci testamentum, & in eo institui mihi heredem Seium, & legaui Gaio. c. si daret Martino equum. & dedi libertatem Sticho seruo meo sub cõditione, si daret Petro. x. Item multa alia legata reliqui quibusdam, ita quod habet. l. Fal. locum. & postea decessi. postea dictus Titius accusauit testamentum meum de falso, & succubuit. nunquid propter hoc amittit donationem prædictam causa mortis? Et dicitur quod non, licèt legatarij amittant legata si dicant testamentum falsum. Secus si dictus Martinus qui debebat recipere equum à legatario, vel dictus Petrus qui debebat. x. recipere à statulibero, dixissent testamentum falsum: quia ipsi bene perderent prædicta. Item & si Seius prædictus à me heres institutus dicat testamentum falsum, & succumbat, non poterit amodo detrahere Falcidiam legatariis, quamuis reliquerim legata vltra dodrantem, vt dixi. Viuian.

18. ¶ Alia causa est eius [k] qui propter testamentũ à legatario vel à statulibero accipere iussus est. hic enim [l] vt indignus repelletur. 19. ¶ Et Falcidiæ beneficiũ heredi scripto [m] auferri debere diuus Pius & diuus Marcus putauerũt. 20. ¶ Omnes qui vt indigni [n] repellentur, summouẽdi sunt à præmio [o] quod secundum edictum [*] diui Traiani datur his qui se [p] deferunt.

Pœna non debet egredi delictum. Bartolus.

VI. MARCELLVS *libro vicensimosecundo Digestorum.*

Rescriptum † est à principe, heredem, [q] rei quam amouisset, quartam non retinere: & ideò si is qui quadringenta habebat, vniuersa quadringenta legasset, & heres centum subtraxisset: trecentorum quartam retinebit, septuagintaquinque scilicet: & ducenta vigintiquinque dabit legatariis. ex centum quæ subripuit, legatariis quidem dabit septuagintaquinque: reliqua, id est vigintiquinque, ad fiscum venient.

i ¶ *Legatario.* sic [a] in querela: *vt. s. de inoffic. testamen. l. etiam.* Sed [b] aliud in contra tabul. *vt. j. de bono. posses. contra tab. l. sub conditione. §. fina. & infra de bon. lib. l. in seruitute. §. sed & si quid. quæ sunt contra.* Item contra *Institut. de dona. §. j.* Sed quare secus. Sed ibi est ferè, propter hanc differentiam: & alias, vt ibi nota. & sic etiam nõ obstat. *C. ad legem Falcidiam. l. si mortis.* & est ratio quare secus in donatione quam legato: quia donatio morte [c] confirmatur, non per testamentum. Accur.

k ¶ *Causa est eius.* id est quàm eius cui mortis causa est donatum. *& facit ad hoc supra de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si conditioni.*

l ¶ *Hic enim.* si testamentum velit arguere.

m ¶ *Scripto.* qui testamentum voluit arguere. & est ad hoc responsum *j. ad Treb. l. Marcellus. §. fin. & C. ad legem Falcid. l. etiam. & s. si quis ali. testa. prohib. l. ij. §. fi. & s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. eo autem solo.* Item facit. *j. l. proxi. & l. heres qui. & infra ad Treb. l. Paulus respon. si certam.*

a Donatarij mortis causa & legatarij in ereptitiis & querela differentia.

b Donatarij mortis causa & legatarij similitudo in bonorum poss. contra tab.

* Hoc edicti repete ex hoc ipso auctore l. edicto. j. de iure fisci.

† Pœna tenet auctores: contra ... Glos. in c. ... canonici ... ibi Glo. ... offic. ord. ... Clem. 1. ... Cardin. ... dan.

c Donatio mortis causa confirmatur ... morte donatoris, etiam ... eius heredi... non sit adi... Aliud in vltimis voluntatibus quæ non confirmantur nisi hereditate adita. v. Clar. 4. sentent. ... natio q. 3. & ... donatio causa mortis ... quoad ... nem heredi... tatis: nisi donatio causa mortis fieret in testamẽto. Grassus. §. donatio mortis causa q. 15.

¶ *Omnes qui.*] CASVS. Ad euidentiam huius. §. nota quòd in quondam edicto diui Traiani continetur, vt si quis antequã causa eius ad ærarium per aliquem deferatur, professus esset coram præfecto ærarij siue fisci eam rem quam possidebat ex causa legati ab alio sibi relicti, capere sibi non licere ex eo quòd aliqua de causa erat non capax eius rei: quòd ipse taliter se deferens debet habere dimidiam dictæ rei, & fiscus alteram dimidiam. Nunc pone quòd prædictus taliter se deferens vt dictum est, accusauit testamentum de falso in quo fuit ei relicta dicta res, & succubuit in accusatione: nunquid amittit dictum beneficium diui Traiani? Et dicitur quòd sic. & facit ad hoc optimè infra de iure fisc. l edicto. in priu. Viuianus.

n ¶ *Vt indigni.* vt quia falsum vel inofficiosum accusauerunt, vel quia aliàs sunt indigni: *vt. j. de iure fis. l. edicto. §. eos.* Accur.

o ¶ *A præmio.* s. dimidiæ partis eius quod perdit. *vt. C. de his qui se defe. l. j.* vel tertiæ: vt ibi dicit. *& j. de iure fisc. l. edicto. in princ. & §. extat.* licèt isti se deferant innoxij: ergo deferentes habent damnum.

p ¶ *Qui se.* i. eam rem quam capere eis non licet. sed fallit quod hic dicit. *s. eo. l. j.* quæ est contra. 2. Vel dic vt ibi.

Rescriptum.] CASVS. Titius habens in bonis quadringenta instituit sibi heredem Seium, & vniuersa quadringenta quibusdã legauit, & decessit. postea heres detraxit. c. de hereditate. certè poterit retinere heres cum soluit legata, quartam partem trecentorũ scilicet lxxv. nomine Falc. & ccxxv. dabit legatariis. ex. c. autẽ prædictis quæ surripuit, dabit legatariis tres partes id est lxxv. & quartam de dictis. c. id est. xxv. debet habere fiscus. & hæc ideò ita sunt, quia rescriptum est per quendam imperatorem heredem non posse retinere quartam eius rei quam amouisset. Viuian.

q ¶ *Heredem.* facit [d] *infra ad Treb. l. Paulus respon. si certam. & Instit. pro soc. §. manet. & infra eo. l. heres qui. §. sed si maior. & s. l. proxi. §. penul. ibi, & Falcidia & c. s. de vulg. sub. l. ex facto. § fi. C. de lega. l. non est.*

d Quartam nõ deducit heres in iis rebus quas amouit.

Qui Titij.]

QVi Titij.] CASVS. Quamuis ille qui dicit testamentum falsum, & succumbit, non possit esse heres illi qui fecit dictum testamentum: vt supra eo.l. post legatum.§.qui principalis. non tamen prohibetur esse heres heredis illius qui fecit testamentum. Secundò dicit. Titius meus creditor instituit me heredem, & ego adiui hereditatem sui fisque per aditionem confusa est actio mea quam habebam contra eum. postea ex aliqua causa fui pronuntiatus indignus habere hereditatem prędictam: puta quia accusaui testamentum de falso: vt in princip. huius legis. vel fui testis vel aduocatus alicuius qui accusauit de falso testamentum, & nihilò minus remansit testamentum firmũ: & sic ablata est mihi per fiscum dicta hereditas propter prædicta. nunquid restituitur mihi dicta actio? Et dicitur quòd non, propter delictum meum. l. seq. plana est. Viuian.

Accusans testamentum, non repellitur ab hereditate heredis scripti in ipso testamento. hoc dicit.

VII. MODESTINVS *libro sexto Differentiarum.*

QVi Titij [a] testamentum falsum dixit, nec obtinuit: [b] heredi eius heres existere prohibendus non est: quia non principaliter in Titij hereditatem succedit.

VIII. IDEM *libro nono Regularum.*

INdigno herede pronuntiato, adempta hereditate, confusas actiones [c] restitui non oportet. [d]

Propter inimicitias tacitè videtur esse reuocatum legatum: & qui causam status mouet, legato est indignus, & fisco applicabitur. Bar.

IX. VLPIANVS *libro quartodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI inimicitiæ † capitales interuenerunt inter legatarium & testatorem, & verisimile esse cœperit testatorem noluisse legatum siue fideicommissum præstari ei cui adscriptum relictum est: magis est vt legatum ab eo peti non possit. [e]

1. ¶ Sed & si palàm & apertè testatori maledixerit, & infaustas voces [f] aduersus eum iactauerit: idem erit dicendum.

2. ¶ Si autem status eius controuersiam mouit, denegatur eius quod testamento accepit, persecutio: ex qua specie statim fisco deferetur.

X. GAIVS *libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

IN fraudem [g] iuris fidem accõmodat, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacitè pro-

* Indignus hereditate testatoris, non est indignus hereditate eius heredis.

a ¶ *Qui Titij.* facit. *C. de peti. heredit. l. hereditatis. & supra eo. l. post legatum. §. qui accusauit. & §. qui principale.*

† Limitabis hinc. *l. per sex. in. l. ex parte. §. de adi. lega. l. vt* puedas quod hic dicitur, quando legatarius est causa inimicitiarum. de quo in *l. cum tabul. §. quoniam. j. e.*

b ¶ *Nec obtinuit.* id est succubuit: *vt. C. eo. l. alia.*

c INdigno.] *Actiones.* quæ heredi cõtra defunctum competebant, quæ modo sunt confusæ: *vt supra de euictio. l. si ei cui. §. fin.*

d ¶ *Non oportet.* sic. *j. e. l. eum qui. §. bonis. & de iure fisc. l. eius qui. §. fin.* nisi in casu: *vt infra eo. l. heredem.* Item contra. *C. de inoffi. testa. l. si maritus.* sed & ibi ignorauit institutam querelam posse moueri: *vt d. l. j. heredem.*

b *Adde Roma. singul. 98.*

SI inimicitiæ. [b]] CASVS. Feci testamentũ, & legaui Titio centũ, & postea inimicitię capitales interuenerũt inter me & ipsum: & ita cœpit esse verisimile me nolle ei legatum pręstari. & postea decessi. Certè nõ poterit Titius petere dictum legatum. Idem erit dicendum si palam & apertè mihi viuenti maledixerit, & infaustas voces aduersus me iactauit. & his duobus casibus nõ applicatur legatum fisco: imò remanet apud heredem meum. si autem mouit mihi quæstionem status, denegatur ei petitio legati, & datur fisco. Viuian.

e ¶ *Non possit.* sic. *s. de adimen. lega. l. ij. in si. & l. ex parte & C. de fideicom. l. si fideicommissum.*

c Iniuriarũ similes species, adde Clarum lib. ... sent. ... §. iniuria. in prin.

f ¶ *Voces.* s. vocando eum cucurbitam, [c] seu cogosam.

IN fraudem.] CASVS. Ad euidentiam huius. l. & seq. not. quòd si heres vel legatarius accõmodat tacitam fidem testatori de restituenda hereditate vel legato sibi relicta vel relicto alicui nõ capaci (qui multi sunt: *vt not. Institu. de leg. §. legari.*) debet perdere relictum sibi, & illud debet dari fisco. & hoc si fidẽ prædictam accommodat fraudulenter, id est in fraudem iuris: *vt infra de iure fisc. l. ij. in prin. & §. j. ij. & iij. & s. de leg. j. in tacitis.* Quis autem dicatur taliter in fraudẽ iuris fidem accõmodare, planè dicitur in principio huius legis. ¶ Sed quid si heres vel legatarius sit rogatus restituere hereditatẽ vel legatum ei qui capere poterat tẽpore testamenti, qui quidẽ postea tempore mortis testatoris inuenitur non capax? certè ei non tenetur restituere fideicom. dictæ hereditatis vel legati: & debet remanere apud eum rogatum: & non dari fisco. nam nulla fraus videtur interuenisse ex quo erat tẽpore testamenti capax fideicommissarius. & hoc est verum nisi dictus heres vel legatarius accommodauit fidem testatori in casum futurũ, id est vt restituat fideicõmissario dictam hereditatem vt legatũ: licèt idem fideicõmissarius cœperit prohiberi per leges capere fideicommiss. ¶ Item pone, ꝙ Titius instituit sibi heredẽ filiũ suum quem in potestate habebat: & rogauit eum ꝙ ei restitueret hereditatem alicui non capaci: & filius accõmodauit ei super hoc tacitam fidẽ. nunquid auferetur hereditas dicto filio, & fisco dabit? Et dicitur quod nõ: quia habuit necesse parere patri. Scias etiã quòd si heres tacitã fidem accõmodauit testatori de restituenda nõ capaci dimidia parte hereditatis, in ea tantùm parte in qua fraudem adhibuit, non vtitur Falcidia aduersus legatarios, sed in alia parte sic. Viuian.

mittit restituturum se personæ quæ legibus ex testamẽto capere ꝓhibetur: siue chirographũ † eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione repromiserit.

† Subaudi priuatũ: aliàs tacitam fidẽ non accommodat testatori, qui chirographo publico quid promittit testatori. *l. nõ intelligitur. §. si quis palam. j. de iure fisci.*

Rogatus restituere capaci, licèt tẽpore mortis sit incapax, legatum retinet: nisi tempore mortis expresse aliud actum sit. Bar.

1. ¶ Si quis ei qui capere possit, rogatus fuerit restituere, & is mortis tempore prohibetur legib⁹ hoc capere: nõ dubito quin & si deficit fideicõmissum, apud eum tamẽ qui rogatus est restituere, manere debet: quia nulla fraus * ei⁹ interuenisse videtur: [h] nisi si in futurum casum fidem accommodauit: id est vt licèt capere legibus prohiberi cœperit, restituat. 2. ¶ Rectè [i] dictum est, si pater filij quem in potestate habebat, tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere, quia parendi necessitatem habuerit. †

* Obseruа non tam consilium fraudandi quã euentum spectari.

XI. PAPINIANVS *libro quintodecimo Quæstionum.*

HEres qui tacitam fidẽ contra leges accommodauit: in ea parte quæ * fraudem adhibuit, Falcidia non vtitur [k]. & ita senatus † censuit. Sed si maior modus institutionis quam fraudis fuerit: [l] quod ad Falcidiam attinet, de superfluo quarta retinebitur.

† Hнc pertinet elegãs disceptatio apud Gellium *lib. 2. noct. Atti. c. 7.*

* qua.

† S.C. Plautiano.

Licèt testamentum vltimum non valeat, tamen à scriptis in primo tantum quam ab indignis aufertur hereditas: non autem prælegata, nisi aliud testatorem voluisse appareat. Bar.

XII. IDEM *libro sextodecimo Quæstionum.*

g ¶ *In fraudem.* facit [a] *infra de iure fisci. l. ij. in princ. & §. j. ij. & iij. & supra de lega. j. l. in tacitis.* Accur.

a Fidem accõmodare in fraudem iuris quid.

h ¶ *Videtur.* Contra videtur *infra de iure fis. l. iij. §. quando autẽ.* Sed hic bonum pręcessit initium, & ideò fisco non applicatur, sed vt caducum remanet apud eum à quo relictũ est: *vt. C. de cad. tol. §. pro secundo.* Ibi autem malum initiũ habuit, & ideò fisco applicatur. & planè dic *vt not. d. §. quando autem.*

i ¶ *Rectè.* pater interposuit fidẽ filij consentiẽtis patri vt daret nõ capaci. parcitur ei, *vt hic, & j. ad leg. Falc. l. si tacitum. & argu. j. ad leg. Cor. de fal. l. filius emãcipatus. circa prin. & j. de bon. liber. l. qui cùm maior. §. si.*

k HEres.] *Non vtitur.* nisi [b] talis persona fuerit quæ parere necesse habuit: *vt. j. ad leg. Fal. l. si tacitum.* Accur.

b Pœna remittitur seu ignoscitur ei qui obsequi ac parẽre alteri necesse habuit.

l ¶ *Fuerit.* quia fuit insolidum institutus, sed in dimidia contra legem fidem accommodauit. *& facit. s. eod. rescriptum. & C. ad l. Falc. etiam si. & j. tit. ij. l. beneficio.*

CVm quidã.] CAS. Titius fecit testamẽtũ, & in eo sibi heredes instituit Seiũ & Gaiũ capaces, & Semproniũ: & ab eis quibusdã legata reliquit: & prælegauit dicto Seio cẽtũ, & equũ suũ. postea fecit secundũ testamentũ, & in eo instituit sibi heredes. P. & M. quos nõ poterat instituere ex eo ꝙ nõ erãt capaces fortè & postea decessit dict⁹ Titius. nũc quæritur, quis debeat habere hereditatẽ eius? Et respõ. ꝙ quãuis secunda institutio nõ valeat quantum ad cõmodum institutorũ, & sic prius testamentũ non sit ruptũ per secundã institutionẽ prædictã: tamẽ heredibus in primo testamẽto institutis, qui quidẽ nõ habuerunt pro se supremam voluntatẽ testatoris, iam pridẽ senatus abstulit hereditatem tãquã indignis, & dedit eam fisco. & postea imperator Marcus cùm habuit coram se quæstionem de vno herede cuius nomen peracto siue perfecto testamento testator induxerat vel cancellauerat, commisit eam cognoscendam ad præfectos ærarij, reseruata sibi sentẽtia. & postea in ea iudicauit idem quod in superiori casu. s. vt dicto heredi

cuius nomen erat inductum, auferretur sua pars hereditatis, & daretur fisco. salua tamen iussit esse legata ab eo relicta. Item & praeceptiones siue praelegata eidem heredi relicta remanent similiter firma: nisi testator voluisset contrarium. Viuianus.

a ¶ *Cum quidam scripsisset.* in hoc secundo testamento. Accur.

CVm quidam scripsisset[a] heredes, quos instituere non poterat: quamuis institutio nō valeret,[b] neque superius testamentum ruptum esset, heredibus[c] tamen vt indignis, qui non habuerunt supremam voluntatem, abstulit iam pridem senatus hereditatem: quod diuus Marcus in eius persona iudicauit,[d] cuius nomen peracto testamento testator induxerat. causam enim ad praefectos aerarij misit: verùm ab eo legata[e] relicta salua manserunt.[f] De praeceptionibus eidem datis, voluntatis erit quaestio. Et legatum ei non denegabitur,[g] nisi hoc euidenter testatorem voluisse appareat.

Non potest quis iustè ducere in vxorem eam quam polluit per adulterium: & à tali vxore tanquam ab indigna aufertur quod ei à viro relinquitur. Bart.

XIII. IDEM *libro trigensimosecundo Quaestionum.*

CLaudius Seleucus Papiniano suo salutem: Maeuius in adulterio Semproniae damnatus[h], eandem Semproniam non damnatam duxit vxorem: qui moriens heredem eam reliquit. Quaero, an iustum matrimonium fuerit: & an mulier ad hereditatem admittatur. Respondi, neque tale matrimonium stare, neque hereditatis lucrum ad mulierem pertinere: sed quod relictum est, ad fiscum[i] peruenire. Sed & si talis mulier virum heredem instituerit, & ab eo quasi ab indigno hereditatem auferri dicimus.

Quod relinquitur à milite ei quā stupro cognouit, à fisco vindicabitur. Bartolus.

XIIII. IDEM *libro trigensimotertio Quaestionum.*

MVlierem quae stupro cognita in contubernio militis fuit, etsi[k] sacramento miles solutus intra annum mortē obierit, non admitti ad testamentum iure militiae factum: & id quod relictum est, ad fiscum pertinere, proximè tibi respondi.

b ¶ *Nō valeret.* quantum ad instituti commodum: mero[a] tamen iure est heres, & adire potest hereditatem. vnde & confunduntur actiones sibi competentes: quia solennia testamenti sunt in eo completa: sed tamen quia ipse non est capax hereditatis, aufertur ab eo hereditas: *vt s. eo. l. indignum. & j. eo. l. heredem. & s. de vulga. substit. l. ex facto. §. Iulianus. & j. de iure fisc. l. eius qui. §. eum qui. & §. obligationes. & j. de dona. quidam. §. donari. & de verb. signi. l. aliud est capere.* & idē dico in eo cuius nomen cācellatur, vt subiicit. nam & ille mero iure est heres: *vt no. s. de his quae in testa. delentur. l. j. §. sed consulto. in princ. & C. de testa. l. nostram.* ¶ Quod autem subiicit, non[b] esse superius testamentum ruptum, verum est cōsiderato eo quòd secundi heredes efficaciter non habent hereditatem: & quia eo[c] iure quo secundum est inualidum, primum videtur validum: sed tamen considerata alia ratione, quia secundum[d] mero iure tenet, & quia primi heredes non habent supremam voluntatem, potior est fisci causa in bonis auferendis. Azo.

c ¶ *Heredibus tamen.* in primo testamento institutis, vt apparet per sequentia. Sed videtur contra his quae hîc dicuntur, *Institut. quibus modis testa. infir. §. posteriore. & §. ex eo.* Sed ex his quę dixi & ibi not. apparet quòd non obst. Item contra. *C. eo. hereditas.* Sed dic vt ibi dixi. *ad hoc est. s. de heredi. institu. l. pater filio.* Item arg. contra ad id quod hîc dicitur. *C. de rei vxo. act. in prin.*[e] Item argu. contra. *s. de in diem addi. l. si venditor. §. sed & neuter. & §. sed si pater.*

d ¶ *Iudicauit.* ad hoc videtur contra. *j. si tabu. testa. nul. ex. l. j. §. si heres.* Sed solu. vt ibi no. *& j. eo. l. cum tabulis. in fin. & s. de his quae in testa. delen. l. ij. & fi.* H.

e ¶ *Ab eo legata.* cuius nomen testator induxit.

f ¶ *Manserunt.* vt *supra de his quae in testa. delen. l. ij. & infra de iure fisc. l. ij. §. cum ex causa.* Nec obst. *s. de lega. ij. l. si iure.* quia in alio casu ibi loquitur. & est sic ad hoc quod hîc dicit. *s. de hered. instit. l. fin.*

g ¶ *Denegabitur.* vt *s. de his quae in test. delen. l. ij. & j. de iure fis. l. ij. §. cum ex causa.* Nec ob. *s. de leg. ij. si iure.* vt s. dixi. H.

CLaudius.] CASVS. Maeuius fuit damnatus ad mortem propter adulterium quod cōmisit cum Sempronia. & postea aliquo casu euasit à custodia nuntiorum, ita quod non periit: & dictam Semproniam non damnatam accepit postea in vxorem, & postea fecit testamentum idem Maeuius, & dictam Semproniam instituit sibi heredem, vel ipsa eum heredem instituit. nunc quęritur, an valuerit dictum matrimonium, & an vnus possit alteri succedere? Et respon. in vtroque quòd non. ¶ Sed pone quòd dictus Maeuius erat miles, & commisit stuprum cum dicta Sempronia, & postea accepit eam in vxorem de facto: & ita tenuit eam in suo cōtubernio. & postea ipse in militia adhuc existens fecit iure militari testamentum, & reliquit ei Semproniae centum, & eam in totum vel pro parte heredem instituit, & postea fuit absolutus à sacramento militiae quo tenetur non euitare mortem propter salutem reipublicae, *vt not. s. ex quibus causis maio. l. penul.* & sic rediit domum, & postea intra annum decessit. nunquid poterit dicta mulier petere illud quod sibi relictum est in dicto testamento? Et videtur quòd sic, quia ex quo miles decedit intra annū à tempore missionis, ita valet testamētum suum, ac si adhuc esset in militia: *vt hîc, & Inst. de testa. §. quod in castris.* Respond. tamen hîc quòd non propter hoc poterit mulier, sed ad fiscum debet pertinere. & hoc dicit cum. l. seq. Viuian.

h ¶ *Damnatus.* olim erat alia poena[a] adulterij quàm hodie. nam hodie gladio feritur: *vt habetur. C. de adul. l. quamuis. in fine.* vnde hodie haec lex non habet locum. Accursius.

i ¶ *Ad fiscum.* Nota regulam, quod[b] aufertur indigno, applicatur[c] fisco: *vt supra de inoffic. test. l. Papinianus. §. meminisse. quae fallit. s. eod. l. post legatum. §. amittere. & j. e. l. fin. §. fin. & facit ad l. istam Instit. de here. insti. §. seruum. & supra de vsufruct. leg. l. vxori maritus. et C. de incest. nup. l. qui contra legem. & supra de ritu nupt. l. praefectus.* Accursius.

k MVlierem.] Etsi. id est quamuis: scilicet decesserit intra annum: quia perinde[d] est ac si in militia decessisset: *vt s. de mil. testa. l. quod constitutum. & facit in eod. tit. l. miles ita heredem. §. mulier.* Accur.

HEredi qui.] CASVS. Institui in testamento meo mihi tres heredes: puta Titium & Seium & Sempronium: & postea feci codicillos in quibus iussi Sempronio & Seio quòd nomine praelegati darent Titio praedicto centum. Item iussi Titio quòd alia legata daret dictis coheredibus suis in tanta quantitate quòd excedebatur dodrans tertiae partis, & ita in sua parte habet locum Falcid. pro dictis legatis. & postea in eisdem codicillis feci diuisionem bonorum meorum inter dictos tres meos heredes: & postea decessi, & postea dictus Titius accusauit dictos meos cōdicillos de falso, & succubuit. nunquid aufertur ei & datur fisco sua pars hereditatis quam dedi ei in testamento? Et dicitur quòd non, sed bene denegatur eidem Titio actio eius quod legatum ei fuit à coherede siue à coheredibus suis: sed pro ea parte praelegati denegatur ei actio, quam habet iure legati, id est à coheredibus suis. nam cùm vni de coheredibus praelegauit à testatore pro sua parte hereditaria, non valet legatum: quia heredi à semetipso legari non potest: *vt infra eodem. l. eum qui. §. pro parte.* vnde iure hereditario retinet illam partem legati, pro parte autem hereditaria coheredum bene valet dictum legatum coheredi eorum relictum, vt dicto. §. pro parte. tenebit ergo siue retinebit sibi dictus Titius ita quòd fisco non dabit legatum sibi relictum pro partibus hereditariis in quibus legatum consistere non potuit, id est pro parte sua hereditaria. id est, sicut habet tertiam partem hereditatis, ita & legati praedicti tertiam partem debet retinere iure hereditario, ita quòd eam non det fisco. & sicut coheredes sui habent alias duas partes hereditatis, ita pro illis duabus partibus deberent Titiae dare legatum si non dixisset falsos codicillos: sed quia dixit falsos, pro illis duabus partibus amittit legatum, & datur fisco: vt dixi. Expedita quaestione legati Titij, veniamus ad legata relicta coheredibus à Titio in dictis codicillis: & quaeramus vtrum dictus Titius possit vti beneficio legis Falcidiae circa dicta legata, cùm per ea legata, vt dixi, dodrans suae partis exhaustus sit? Et respondetur quòd non, si tantùm erit vel est in amissis portionibus legati Titij, quòd recusaret siue excluderet Falcidiam siue Falcidiae beneficium per aequitatem compensationis si dictae amissae portiones non fuissent amissae per Titium: non fuissent autem amissae si non dixisset falsos codicillos prędictos. sicut enim tunc opponerent Titio compensationes coheredes quando non essent amissae dictę portiones legati Titij, ita & nunc quando sunt amissae per culpam Titij dicentis falsos codicillos, & succumbentis. opposuissent autem ita tunc compensationem Titio coheredes. Tu vis à nobis detrahere Falcidiam de

legatis

a Haeredes mero iure intelligūtur qui incapaces alias instituti sunt: sed & hi quorum nomen cancellatum.

b Testamētum prius posteriore non rumpitur, si qui in secundo institutus est, haereditatem effectu non percipit.

c Testamento posteriore inualido prius validum esse videtur, nisi posterius mero iure teneat.

d Testamentum posterius si mero iure valuerit, prius inualidum cōstituitur, ita vt priore testamento institutis haereditas non deferatur sed fisco.

e Dic quòd illud est speciale fauore dotis: vt l. i. s. sol. ma. secundum Bart.

a Adulterij poena veteribus & olim non capitalis, vt hîc, Gloss. in l. quod ait. §. ibi. let. s. de his qui notantur. vbi Alberic. Gl. in l. qui cū. §. adulterij. j. de re militari: aut saltē non fuit capitalis nobilibus seu in dignitate constitutis. Gl. l. si quis viduā. s. j. de quaestionib. Hodie est capitalis, vt hîc. de quo vide plenissimè apud Tiraq. in 13. legem connubialem. nu. 13.

b Fisco applicatur quod indigno aufertur. similis Gla. in l. Lucius. j. de iure fisci.

c Imò parti. l. & generaliter. §. & illud. l. si quis ab alio. §. si vt filio. s. de calumniatorib. & hanc opinionem vt aequiorem defendit Roma. singulari. 13.

d Pacta sunt militē in ipsa militia decedere, & post annū missionis ab eadem militia.

legatis quæ nobis præstare debes: sed nos damus tibi duas partes legati tibi relicti, quæ valent tantum quantum illud quod vis nobis detrahere de nostris legatis nomine Falcidiæ. non ergo debes nobis detrahere Falcidiam: aut si vis detrahere, non dabimus tibi aliud de tuo legato. Si autem plus esset in eo quod Titius vult detrahere nomine Falcidiæ de legatis à se relictis coheredibus suis, quàm sit in portionibus legati Titij amissis per eum, eo quòd dixit falsos codicillos: illud plus bene poterit retinere Titius: nec in eo habet locum aliqua compensatio. & hoc vult dicere hæc lex, licet cum magna difficultate. Viuianus.

Qui impugnat accessorium, non priuatur eo quod consequitur à principali: sed eo solo quod consequitur ab accessorio. Bartolus.

XV. IDEM *libro sexto Responsorum.*

HEredi qui falsos codicillos esse dixit, neque obtinuit, hereditas non aufertur. [a] si tamen aliquid à coherede codicillis acceperit, [b] eius actio denegabitur. Itaque si bonorum inter heredes [c] diuisionem defunctus codicillis fecerit: partes quidem hereditarias in quibus legatum consistere non potuit, tenebit: sed Falcidiæ beneficio non vtetur, [d] si tantum in amissis [e] portionibus erit, quòd Falcidiam æquitate compensationis recusaret.

Qui dicit pupillum fuisse suppositum, videtur secundas tabulas impugnare: & ideo quod in eis ei relinquitur, aufereiur vt ab indigno. Bartolus.

a ¶ *Non aufertur.* cùm [a] eam ex codicillis nõ habeat. *ad quod est. s. eod. l. post legatum. §. qui principale. & l. rescriptum. & l. heres & s. de vulg. substi. l. ex facto. §. si. & j. eo. l. cum qui. §. qui pro parte.* Accur.

[a] Indignus nõ est hæreditate testamentaria qui codicillos testatoris impugnauit, sed codicillos impugnans, non priuatur vt indignus hæreditate quam ex testamento capit.

b ¶ *Acceperit.* destinatione, vt [b] prælegatum.

[b] Prælegata capiuntur à coherede.

c ¶ *Inter heredes.* Nã [c] instituit Titium & Seium æqualiter: & in codicillis dixit Titium citra, & Seium vltra Rhenum habere debere, quos codicillos Titius vt falsos accusauit, & succubuit. & sic amisit dimidiam eius quod est citra Rhenum, quam videbatur habere iure prælegationis: *vt. s. de here. inst. l. ex facto.* & confiscatur, sed aliam dimidiam retinet iure hereditario: cum cõtra testamentum non deliquit. non verò iure legati vt ex codicillis: quia à seipso legari non potest: *vt. s. de leg. j. l. & quidem.* Seius verò habebit totum vltra Rhenum. s. dimidiam iure hereditario: aliam iure prælegati, de quo prælegato Titius Falcidiam non deducit si tantum est in parte confiscata quantum est in Falcidià quam vult retinere. ad quæ est. *j. tit. y. l. Nesennius.* Accur.

[c] Casum ponit.

d ¶ *Non vtetur.* in partibus quas habet Seius iure legati.

e ¶ *In amissis.* i. ablatis vt indigno, & fisco applicatis. Accur.

CVm tabulis.] CASVS. Titius habebat fratrem Seium, qui Seius habebat duos filios: & decessit dictus Seius relictis post se dictis duobus suis filiis. postea Titius prædictus habẽs vxorem & filium impuberem fecit testamentum, & in eo instituit sibi heredem dictum suum filium impuberẽ, quæ institutio dicitur primum testamentũ, siue primæ tabulæ. & postea pupillariter substituit dicto suo filio impuberi dictos filios Seij fratris sui, quorũ ipse Titius erat patruus, & in ipsa substitutione dedit coheredes dictis filiis fratris vxorem suã prædictam: & quosdam alios scilicet substituit dicto suo filio filios fratris, & vxorem suam, & quosdam alios. quæ substitutio dicitur secundum testamentum, siue secundæ tabulæ. & postea decessit dictus Titius, & extitit ei heres dictus filius impubes. & postea decessit dictus impubes in pupillari ætate, & sic vindicauit sibi locũ dicta pupillaris substitutio in persona dictorum filiorum fratris substitutio in persona vxoris Titij, & aliorum substitutorum. Dicti autem filij fratris Titij cogitauerunt qualiter possent excludere consubstitutos eorum, & habere hereditatem Titij ab intestato. vnde dictam vxorem Titij matrẽque dicti impuberis accusauerunt de partu subiecto, id est quòd ipsa finxit se peperisse dictum impuberem filium ex Titio viro suo, cùm non esset filius Titij, nec eiusdem vxoris Titij. & sic pro posse eorum expugnauerunt principale testamentum in quo impubes fuit institutus, & succubuerunt in accusatione. nunquid debet eis auferri pars hereditatis quæ contingebat eos ex dicta substitutione? Et dicitur quòd sic, quia non habent sententiam dictam secundum se ex testamento siue per testamentum quod impugnare volebant per dictam accusationem partus subiecti: imò habuerunt contra se, vt dictum est. Et ita nota quòd qui [d] vult arguere principale testamentum, à secundis tabulis repellendus est: *vt. s. eo. l. post legatũ. §. qui principale.* ¶ Itẽ no. quòd pauca [e] sæpè stringere dicitur quicunque superfluum amplexatur. & ita plena est hæc lex in principio. Viuianus.

[d] Testamẽtum principale impugnans repellitur vt indignus à secundis tabulis.

[e] Superfluum amplexatus pauca stringit.

f ¶ *Fratris.* s. sui testatoris.

g ¶ *Datis.* s. aliis in substitutione pupillari.

h ¶ *Filij.* i. filij fratris qui sunt substituti.

i ¶ *Pueri.* cui erant substituti.

k ¶ *Postulassent.* & per [a] hoc testamentum impugnabant patris: *vt. C. de hered. institu. l. si pater tuus. & per consequens pupilli: vt s. eod. l. ij. in prin. & l. post legatum. §. qui principale.*

[a] Substitutionẽ pupillarem impugnat factam à testatore, qui pupillum eius filium, à matre sua suppositum fuisse defuncto, accusat. Nec enim quis potest filio sibi supposito, pupillariter substituere.

XVI. IDEM *libro octauo Responsorum.*

CVm tabulis secundis pater impuberi filio fratris [f] filios coheredibus datis [g] substituisset, ac substituti fratris filij, [h] post mortem pueri, [i] matrem eius partus subiecti ream postulassent, [k] vt hereditatem patrui [l] legitimam obtinerent: victis auferendam esse partem [m] hereditatis ex causa substitutionis respondi: quia ex testamento sententiam secundum se dictam non haberent.

l ¶ *Patrui.* à quo substituti erant filio suo.

m ¶ *Partem.* habebant enim coheredes in substitutione qui non accusauerunt, & sic nihil perdant. *ad quod est infra. l. proxi. in prin. cum suis concor.* Accursius.

Inimicitiæ inter legatarium & testatorem prouenientes absque legatarij culpa, eum legato non priuant. Bartolus.

I. ¶ Quoniam stuprum in ea [n] cõtrahi non placuit, [o] quæ se non patroni concubinam esse pâtitur: eius [p] qui concubinam [q] habuit, quod testamento relictum est, [r] actio non denegabitur. [s]

Quoniam.] CASVS. Titius habebat concubinam nomine Seiam: & habebat libertam nomine Gaiam dictus Titius patronus appellauit dictã suam libertam vt esset similiter sua concubina. volebat enim tenere duas concubinas pro se. ipsa autem liberta refutauit dictum concubinatum, & nupsit Sempronio. postea dictus Sempronius fecit testamentum, & in eo reliquit centum dictæ Gaiæ suæ vxori. nunquid eidem Gaiæ denegat actio eius quod sibi relictum est? Et videtur quòd sic: quia liberta refutans concubinatũ patroni, & alij nubens, videtur committere stuprum. *vt sup. de concubi. l. j. in prin. & §. pen.* Committentes autem stuprũ non possunt aliquid sibi adinuicem relinquere: *vt. s. e. l. Claudius & l. seq.* Respõ. tamen hic quòd non denegatur ei actio, quia maritus qui accepit eam, vel ipsa, non videtur contrahere stuprum, cùm patronus habet aliam cõcubinam. nec enim potest patronus vel alius habere simul plures concubinas. sic & actio non fuit denegata libertæ quã patronus pro parte instituit heredem in quodam casu qui fuit de facto coram duobus imperatoribus: qui casus fuit talis. Rufina ingenua mulier vulgo quæsiuit vnam filiam nomine Titiam: & postea fuit dicta Titia effecta ancilla Coccei Cassiani clarissimi viri aliquo casu. & postea fuit effecta bona mulier dicta Rufina. & ita Cocceius prædictus accipit in concubinam dictam Rufinam. & cùm plenè eã diligeret, pro suo amore manumisit dictam Titiam suam filiam: & ita Titia fuit effecta liberta ipsius Coccei. & pro suo amore etiã aluit eam Titiam secũ tenuit, & postea cũ esset effecta Titia multũ pulchra, appellauit eam idẽ Cocceius vt esset sua cõcubina: sed ipsa Titia nõ cõsensit Cocceio prædicto: & hoc ideò, quia habuerat in concubinã matrem suam. & postea idem Cocceius instituit sibi heredẽ eandem Titiam, & quandam suam Coccei neptem. & postea decessit idẽ Cocceius. & postea fuit quæsitum à quibusdam principibus siue imperatoribus an dictæ Titiæ libertæ alúmnæque Coccei denegare debeat actio eius partis hereditatis, quam Cocceius ei reliquit: & allegabat neptis Coccei coheres Titiæ quòd debebat denegari actio Titiæ, ex eo quòd ipsa noluit esse concubina patroni, cùm ipse de hoc ipsam appellaret. Responderunt tamen dicti principes quòd non debet ei denegari dicta actio: quia illa Titia habuit iustam causam quare recusauit concubinatum patroni &c. quia Rufina mater sua fuerat eius concubina. & hoc secundum quòd habes. §. j. ibi, cum heredis &c. alij habent. §. vulgo quæsitum apparuit &c. & tunc expone vt notatur in litera. Item & alij aliter intelligunt hanc literam quàm dixerim. & circa hoc dic similiter prout notatur circa literam. Viuianus.

n ¶ *In ea.* i. cum ea.

o ¶ *Non placuit.* licet alij sit concubina.

p ¶ *Eius.* sci. patroni.

q ¶ *Qui concubinam.* s. aliam.

r ¶ *Relictum est.* à patrono.

s ¶ *Non denegabitur.* Scili. libertæ excusabitur ergo liberta si patrono suo non consentiat: cùm ille concubinam aliam habeat nec enim plures potest habere: [b] vt in *Auth. quib. mod. na. effi. sui. §. si*

[b] Concubinas nõ potest quis simul & semel habere plures, adde quid de iure ciuili, an hodie concubinatus sit permissus: vide Fel. in. c. cum sit col. 7. ver. inspicto cõcubinatus. extra de foro compet.

quis autem defunctus. col. vij. Si autem nō habeat ille aliam, fortè nō excuſatur: *vt ſ. de concubi. l. j. in prin. & §. pen.* Accurſius.

a ¶ *Honore pleno.* vt concubinā tamen. Sed vxor habet pleniori cùm dignitatē per virum habeat: *vt ſ. de leg. ij. l. item legato. §. pe.*

a Cultum ponit.

b ¶ *Iudicauerunt.* i. vt valeat relictum. ¶ Et dic [a] quod Caſſianus habuit Rufinam concubinam: & tandem inſtituit heredem neptem ſuam ſcilicet teſtatoris: & ei dedit coheredem filiam Rufinæ, quam filiam appellauerat vt eſſet ſibi cōcubina. & ita ponitur appellare *infra de iniur. l. item apud Labeonem §. appellare. & §. ſi quis virgines.* Sed ipſa non conſenſerat: quia cognouerat matrem. & bene fecit: *vt ſupra de concub. l. j. §. penultim.* & ideò quærebatur, an amitteret ſuam partem hereditatis. & conſtrue. cuius filiam vulgo quæſitam nepti coheredem datam teſtator Caſſianus appellauit. quam alumnam apparuit, ſcilicet eſſe in domo Caſſiani nutritam. ſed hoc non impediret: *vt Codi. de nupt. l. ſi quis alumnam.* ¶ Item no. quòd quidam faciunt. *§. vulgo, &c.* quod non placet. Accurſius.

idque in teſtamēto Coccei Caſſiani clariſſimi viri, qui Rufinam ingenuam honore pleno [a] dilexerat, optimi maximique principes noſtri iudicauerunt [b]: cuius filia, quam alumnam teſtamento Caſſianus nepti coheredem datam appellauerat, vulgo quæſitá apparuit.

2. ¶ Cùm heredis nomen mutata voluntate paterfamiliàs inciſis tabulis induxiſſet, [c] atque ideò fiſco portionis emolumentum adiudicatum fuiſſet: [d] eam rem legatariis non obeſſe [e] qui retinuerant voluntatem, diuo Marco placuit: & ideò cum ſuo onere [f] fiſcum ſuccedere.

Qui non vindicat mortem defuncti, indignus eſt hereditate: & actiones confuſæ non reſtaurātur niſi ignorantia fuerit deceptus. Bartolus.

XVII. IDEM *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

¶ *Cùm heredis*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium filium meum impuberem in teſtamento meo, & poſtea feci ei ſecundas tabulas, i. ſubſtitui pupillariter Gaium & Sempronium, & multa legata in ſecundis tabulis reliqui quibuſdam: & poſtea pœnituit me ſuſtinuiſſe Gaium. vnde induxi nomen eius tabulas ſecundas incidendo, & volēdo excludere Gaium tantùm: & poſtea deceſſi: & filius meus prædictus impubes extitit mihi heres: & in pupillari ætate deceſſit. vnde vindicauit ſibi locum dicta ſubſtitutio. & ſic Gaius & Sempronius adiuerunt ex ſubſtitutione. & poſtea fiſcus petiit portionem Gaij vt indigni: & de iure habuit. certè hoc non nocet legatariis quibus fuit legatum à Gaio: imò fiſcus tenetur ei ſatisfacere. Viuianus.

b Induci nomē hæredis cultello vel pēna poteſt.

c Nomen hæredis inducit teſtator vt ei tantum noceat, an vt inteſtatus decedat intereſt. Priore caſu portio hæredis, cuius nomen eſt inciſum, cedit fiſco: poſteriore caſu, venientibus ab inteſtato.

d Fiſcus ſuccedit priuato, cū onere ipſius defuncti.

c ¶ *Induxiſſet.* cultello [b] incidendo. 2. Vel prius induxit penna, poſtea incidit. Accurſius.

d ¶ *Fuiſſet.* Imò venientes ab inteſtato debent habere: *vt. ȷ. ſi tab. teſta. nul. ex. l. j. §. heret.* Solutio hîc vt [c] ſoli heredi noceret: non vt inteſtatus decederet. Poterit ergo adiri hereditas: ſed heredi aufertur per fiſcum. Ibi autem voluit prorſus inteſtatus decedere. non ſoli heredi nocere. 2. Vel dic vt ibi. Accur.

e ¶ *Non abeſſe. vt. & ſ. de his quæ in teſta. delen. l. iij. & ſi. & ſ. eo. l. cùm quidam in ſin.*

f ¶ *Suo onere. vt. ſ. ad Silan. l. cum fiſco. & ȷ. ad Treb. l. Marcellus. § ſin. & ȷ. de iure fiſci. l. dicitur.* ¶ Sed quid de ære alieno? Reſp. *vt infra de iure fiſci. l. non poſſunt.* Accur.

HEredem.] CASVS. Titius debitor meus inſtituit me heredem & poſtea fuit à quibuſdam occiſus. & ego adiui hereditatem ſuam, & fructus ex rebus hereditariis percepi, cùm ſcirem eum ita occiſum. vnde per aditionem prædictam fuit confuſa actio quam contra eum habebam: & non vindicaui mortem ſuam proponendo accuſationē contra cædis auctores certè fiſcus poteſt mihi auferre hereditatem prædictam, & etiam omnes fructus ex ea à me perceptos ſiue antè controuerſiam mihi per fiſcum motam, ſiue poſt: & non potero petere vt mihi reſtituatur mea actio per aditionem confuſa. Si autem credebam eum eſſe mortuum naturaliter & non occiſum, & ita errabam in facto: non teneor de fructibus perceptis antè motam controuerſiam, & poſſum poſtulare vt mihi reſtituatur dicta mea actio confuſa. Viuianus.

e Pœna ea eſt hæredis mortē defuncti non vindicantis, vt hæreditate, eiuſq; fructibus omnibus decidat.

g ¶ *Reſtituere.* add *quod eſt. C. eod. l. j. & l. proxi. & C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum.* Accurſius.

h ¶ *Nec probè.* hoc eſt ſecundum dictum, ad quod eſt ſupra *eod. l. indignum. & ȷ. l. proxi. §. j. & ȷ. de iure fiſci. l. eius qui. § pen. & ſin.* Accurſius.

i ¶ *Facti.* ſecus igitur ſi iuris. Arg. *contra ſ. de peti. here. l. ſed & ſi lege. § ſcire.* ADDITIO. Tu dic q̄ ideò quia ignorantia iuris quo ad fructus non conſtituit quem in mala fide: *vt. l. ſi fur. §. j. infra de vſucap. ſecundum Bart. hic.*

k ¶ *Defenſionem.* qui lucratur pro cultura & cura: *vt Inſtit. de rerum diui. §. ſi quis à non domino.* ita & hic lucretur.

l ¶ *Subducatur.* i. ſubduci petatur.

HEredem qui ſciēs defuncti vindictam inſuperhabuit, * fructus omnes reſtituere [g] cogendum exiſtimaui: nec probè [h] deſideraturum actionem confuſam reſtitui deceptum autem ignoratione facti [i], bonæ fidei poſſeſſoris defenſionem [k] habiturum, antè motam ſcilicet controuerſiam ſi ratio fructuum ſubducatur: [l] nec improbè confuſam actionem reddi poſtulaturum. [m]

Qui tacitam fidem accommodauit de reſtituendo fideicommiſſo, tenetur ad fructus, & poſt litis conteſtationem ad vſuras iſtorum fructuum vēditorum de rigore: ſecus de æquitate. Bartolus.

XVIII. IDEM *libro quintodecimo Reſponſorum.*

EVm qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit, eos quoque fructus quos antè litem motam percepit, re-

m ¶ *Poſtulaturū.* ¶ Nō reſuſcitatur [a] actio. *ſic Codic. ad leg. Falcid. l. in imponenda. & ſupr. ad Silan. l. propter veneni. §. neptis & l. iij. §. ſi ignorans. & ſupra de acquir. here. l. cum bonis. §. ſin. & ȷ. ad Trebell. l. penul.* ¶ Sed regulariter contra. *infra de ſolu. l. qui res. §. aream.*

a Reſuſcitari an & quando poſſit actio.

* Inſuperhabere, negligere eſt, & relicere vt no. ȷ. de rel. & ſump. fun. l. ſunt perſonæ.

EVm qui.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & tacitè eum rogaui quòd reſtitueret Seio non capaci. & ipſe Titius ſuper hoc mihi fidem accommodauit in fraudem legis, quæ dicit non poſſe relinqui nō capacibus: & deceſſi. dictus Seius adiuit heditatem meam & fructus ex ea percepit. certè tenetur fiſco reſtituere hereditatem meam, & omnes fructus qui inde percepti ſunt: ſiue percepit antequam moueretur ei quæſtio per fiſcum, ſiue per eum qui detulit fiſco: ſiue percepit poſtea: quia non videtur bonæ fidei poſſeſſor qui taliter fidem accommodauit. Sed quid ſi dictus Seius antè motam ſibi controuerſiam vendidit aliquos fructus? Certè poſt motam ſibi controuerſiam de dicto tacito fideicommiſſo tenetur reſtituere pretium fructuum, & vſuras eorum: ſiue fuerunt naturales fructus quos vendidit, ſiue induſtriales. & hoc ad exemplum bonorum fiſco venditorum ex dicta cauſa taciti fideicommiſsi. nam ſi poſſeſſor eorum bonorum vendat ea, tenetur reſtituere pretium fiſco cum vſuris: *vt hic, & Cod. eodem. l. j. ſecundo reſponſo.* Si autem dictus fructus non vendidit, ſed habuit eos in ſuo vſu: ſatis erit pretia tantùm eorum fiſco reſtitui. quamuis autem ita ſit ſtricto iure circa pretium & vſuras fructuū venditorum, vt dictum eſt ſupra ead. l. tamen diuus Pius de æquitate decreuit fructus dictorum bonorum tacitè non capaci relictorū tantum deberi fiſco, & non vſuras pretij eorum fructum & hoc citra diſtinctionem temporis id eſt ſiue ſunt percepti antè controuerſiam poſſeſſori motam, ſiue poſt. Sed quis in iſtis caſibus ſuſtinebit onera hereditatis? nunquid fiſcus qui habet bona: an verò heres meus? Et dicitur quòd fiſcus. & idem eſt quando fiſco ſunt vindicata bona teſtatoris ex eo quod heres non vindicauit mortem ipſius teſtatoris ab aliquibus occiſi. ſi quid tamen ob aditionem hereditatis amiſerit dictus heres tacitè fidem ſuſcipiens, vel non vlciſcens mortem defuncti, puta quia actiones quas habebat contra defunctum, ſunt confuſæ propter dictam aditionem, aut ſeruitutes quas habebat in prædiis defuncti, ſunt confuſæ propter dictam aditionem: non meretur auxilium reſtitutionis dictarum actionum vel ſeruitutum: quia propter culpam ſuam amiſit bona.

[PRO PARTE HERES.]

Inſtitui mihi heredes Titium & Seium, & prædicto Titio prælegaui fundum: & rogaui eundem Titium vt ſuam partem hereditatis reſtitueret Sempronio non capaci. & ipſe Titius accommouit mihi tacitam fidem ſuper hoc: & ſic ſua pars hereditatis debet dari: vt in principio huius legis. & poſtea deceſsi. nunc quæritur, an integrum fundum ſibi prælegatum poſsit ſibi retinere. ita quòd non debeat fiſco eum vel eius partem? Et videtur quòd dimidiam partem fundi ſibi debeat retinere, & dimidiam fiſco dare: quia legatum ipſius fundi pro parte valet, id eſt pro dimidia ipſius fundi quam habet idem Titius à coherede ſuo: & ita cùm illam dimidiam habeat iure legati, non tenetur eam reſtituere fiſco, cùm nō accommodauerit fidem de reſtituendo legato non capaci, ſed tātùm de reſtituenda ſua parte hereditatis, vt dictum eſt. pro alia autem dimidia fundi quam videtur idem Titius capere à ſeipſo, non valet legatum: quia heredi à ſemetipſo legari non poteſt. vnde illam partem videtur poſsidere Titius, eo quia eſt heres pro

dimidia

dimidia.& ita iure hereditario videtur eam possidere,& non iure legati.si possidet eam iure hereditario,& ipse accommodauit fidē de restituenda sua parte hereditatis nō capaci,vt dictum est : ergo videtur accommodasse fidem de restituēda parte legati: ergo eam partem fundi legati debet dare fisco. Respond. tamen hic quòd nullam partem fundi debet dare fisco, imò integer fundus debet ei relinqui. nec enim dicendum est rationem iuris, ac possessionis varietatem inducere diuisionem voluntatis, id est non est dicendum quòd ratio iuris quæ scilicet varietatem possessionis fundi prælegati inducit vt scilicet Titius cui prælegatus est fundus, possideat fundum vario modo, id est partem quam habet à coherede, iure legati: & partem quam habet eo quòd est heres, iure hereditario, vt dictum est: non est dicendum dico quòd dicta ratio iuris inducat diuisionem voluntatis testatoris. diuideretur autem voluntas testatoris si partem dicti fundi legati retineret sibi dictus Titius, & aliam fisco restitueret : cùm voluerit testator eum Titium retinere sibi totum fundum ex prælegatione. Viuianus.

stituere cogēdum respōdi: quòd bonæ fidei possessor fuisse nō videtur[a]: exemplo bonorum fisco vindicatorum.[b] Post motam[c] de tacito fideicommisso controuersiam, antè pretia fructuum[d] percepta cum vsuris esse restituenda respondi : sed omnium fructuum quorum pretia percepta fuerant, quòd si fructus in vsu habuit, eorum pretia tantùm restitui satis erit.sed diuus[e] Seuerus bonorum tacitè relictorum, citra distinctionem temporis, fructus dumtaxat deberi,non etiam vsuras eorum benignè decreuit,quo iure vtimur.

A quo vniuersa bona auferuntur, apud eum onara æris alieni non remanent : tamen iura confusa non restaurantur. Bartolus.

1. ¶ Bonis vniuersis ex causa taciti fideicōmisso fisco restitutis,heredem[f] onus æris alieni nō spectare conuenit:nec aliud seruatur morte nō defensa[g].Si quid tamen ob aditam hereditatem actionibus aut seruitutibus confusis amiserit[h], auxilio* restitutionis non merebitur.

In bonis quæ auferūtur ex causa taciti fideicommissi, prælegata non veniunt: & prælegata intelligūtur prout testator reliquit, non prout de iuris subtilitate debentur. Bartolus.

2. ¶ Pro parte heres institutus, prędij legatū[i] acceperat,&in hereditate* non capienti restituendi tacitū mysterium susceperat. Quanquam legatum pro ipsius parte non constitisset[k], ideóque

a ¶ *Nō videtur.* Imò[a] prędo: *vt.s̄.de peti.heredi.l.prædonis. & facit.C.eo.l.j.& s̄.l.proxi.* Accur.

b ¶ *Vindicatorū.* cū[b] quibus veniunt fruct[o] antè litem & post litē percepti à malæ fidei possessore: *vt.s̄.proxi.* Veniunt & vsuræ præteritorum fructuum : sed cum distinctione temporis, scilicet post motam litem non antè.sed postea[c] corrigitur ꝙ de vsuris dicit.

c ¶ *Post motam.* hoc lege cum sequentibus.

d ¶ *Pretia fructuum.* id est æstimationem fructuum.

e ¶ *Sed diuus.* corrigens quòd proximè de vsuris dixit. *& facit.s̄.de vsu.l.cum quidam.§.in tacito.& .C.de peti.here.l.j.*

f ¶ *Heredem.* subaudi ad,si non habes.

g ¶ *Non defenso.* i.non vindicata per accusationem.

h ¶ *Amiserit.* Hic distingue: *vt.s̄.eo.l.proxi.facit.s̄.eo.l.indignum. & de vulga.substi.ex facto.§.fin.*

i ¶ *Legatum.* i.prælegatum.

k ¶ *Non constitisset.* vt.s̄.*de leg.j.l.legatum.§.j.*

l ¶ *Possideret.* & ideò videbatur sibi auferenda vt ab indigno. & cætera quæ capit iure hereditario.

m ¶ *Integrum.* quoniam in eo fraudem non commisit. *ad quod est. s̄.eo.l.heredi.j.respon.& .l.heres.& .l.rescriptum.* Sed econtra videtur quòd totum perdat: *vt.d.l.heredi.ij.respon.* Sed ibi impugnauit voluntatem totam.

n ¶ *Rationem iuris.* quæ est vt non valeat pro ea parte legatum.

o ¶ *Varietatem.* quæ est vt eam partem pro herede,aliam pro legato possideat.

SI scriptis.] CASVS. Titiū & Seiū institui mihi heredes:& postea mutata voluntate aliud testamentum facere volui : & ipsi impedierūt me facere,& postea decessi.certè fiscus debet habere hereditatem:& nihil valebit de eo quod in primo testamento cōtinebatur circa legata,vel fideicommissa,vel circa alia. Viuianus.

a Tacitum fideicommissum in fraudem legis suscipiēs bonę fidei nō est: imò prædo esse dicitur.

* Auxilium.

b Confiscatis bonis, fructus ante & post litem contestatā perceptos malę fidei possessor restituit, vt hîc. An & vsuras fructuum præteritorum non restituit, vt hac lege, & ĩ eod. in verb. sed diuus.

† Et hæreditatem non cap.

c v. sit. in verbis, sed diuus ĩ.

p ¶ *Si scriptis.* aliàs.§.Paulus respondit.& iungitur præcedētibus. aliàs lex,& incipit: si scriptis.

q ¶ *Videri.* nil ergo percipiunt instituti: *vt.& s̄.si quis ali.te.pro.l.ij.& .C.si quis ali.te.prob.l.ij.in princ.*

EI qui mortem.] CASVS. Cùm centum haberem in dotem ab vxore mea, ipsa fecit pactum quòd lucraretur dotē si ipsa prædecederet, & postea fuit occisa:& ego non vindicaui mortem suam accusando interfectores. certè aufertur mihi dicta dos vt indigno,& datur fisco. Viuianus.

portionē istam pro herede possideret[l]:tamen ei prædium integrum[m] esse relinquendū respondi. neque enim rationem iuris[n], ac possessionis varietatem[o], inducere diuisionem voluntatis.

Testamentum primum rumpitur si testator secundum facere inceperit, & impeditus per heredes non perfecerit. Bartolus.

XIX. PAVLVS *libro sextodecimo Responsorum respondit.*

SI scriptis[p] heredibus ideò hereditas ablata est,quòd testator aliud testamentum mutata voluntate facere voluit,& impedit[*] ab ipsis est:ab vniuerso iudicio priore recessisse eū videri[q].

XX. HERMOGENIANVS *libro tertio iuris Epitomarum.*

EI qui mortem vxoris non defendit, vt indigno dos aufertur.

XXI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

POrtiones quoque* eorum[s] fisco vindicantur, qui mortem libertorum[t] suspectò[u] decedentium non defenderunt[x]. Omnes enim heredes, vel eos qui loco heredis[y] sunt,officiosè[z] agere circa defuncti vindictam conuenit.

Qui ex necessitate officij testamentum accusat, ab eo quod proprio nomine meruit, non repellitur. Item quando plura iura concurrunt in persona vnius, perinde est ac si concurrunt in personis diuersorum. Item pupillus ex facto tutoris perdit, sed restituitur. Bartolus.

XXII. TRYPHONINVS *libro quinto disputationum.*

r ¶ *Aufertur.* &[a] fisco applicatur: *vt.ĩ.de iure fis.l.cum mortem. & facit.s̄.solu.matri.l.si ab hostibus.§.j.*

POrtiones.] CASVS. Si libertus meus sit occisus, & ego non vindico mortem suam accusando interfectores : portio quam deberem aliàs habere in bonis suis, aufertur mihi, & datur fisco. conuenit enim omnes heredes, vel eos qui loco heredis sunt, vt sunt bonorum possessores, agere officiosè siue cū magno affectu circa vindictā defuncti.& si non faciūt ita, puniuntur, vt dictum est. Viuianus.

s ¶ *Eorum.* patronorum.[b]

t ¶ *Libertorum.* suorum.

u ¶ *Suspectò.* quia suspicio erat eos ab aliquo occisos.

x ¶ *Non defenderunt.* i.non vindicauerunt.

y ¶ *Heredis.* vt[c] bonorum possessores : *vt Institut. de bono. posses.§.quos autem.*

z ¶ *Officiosè.* i.[d] cum officio,siue pietate, siue affectu magno, & cætera & sic est contra s̄.eo.l.j. Accur.

TVtorem.] CASVS. Hæc lex ponit vnum casum principalem in princip. sui, vsque illuc: & si libertum &c. & in versi. discreta sunt, &c. vsque ad finem. l. & occasione dicti principalis casus ponit tres casus alios secundarios. est ergo talis casus principalis : Cùm Titius esset tutor Seij pupilli, fecit Gaius testamentū: & in eo legauit dicto tutori centū,& dicto pupillo alia.c.& instituit sibi heredes P. & M.& postea decessit dictus Gaius testator. postea dictus Titius tutor videns quòd bona Gaij debebāt pertinere ad pupillum suū ab intestato si ipse Gaius non fecisset testamentū,& audiens à quibusdam quòd dictum testamētum erat falsum, nomine pupilli accusauit dictum testamentum de falso,& succubuit: nunquid amittit idem tutor legatum sibi relictū in eodem testamento? Et videtur quòd sic. *vt.s̄.e.l.Papinianus.* Respon. tamen hic quòd nō: quia necessitas officij tutelæ & fides tutoris debet esse excusata: licèt enim idem Titius sit tutor & legatarius, tamen iura diuisa sunt. nā aliud est ius tutoris,& aliud ius legati relicti eidem tutori.& cùm accusauerit tutor testamentum de falso iure pupilli,& nō iure suæ personæ,non debet mereri propriam pœnam.& adeò est ille pupillus defensor tutoris sui qui accusauit testamentum de falso nomine ipsius pupilli.& adeò est quasi patronus dicti tutoris quantū ad excusandum eum tutorem à pœna, vt ipse tutor non patiatur pœnam, vt dictum est, sed ipse pupillus sic, circa legatū sibi relictum. nam illud debet amittere nisi iuuetur beneficio in integrum restitutionis.& quod dixi in accusatione falsi testamēti, habet lo-

a Indignus est maritus, qui mortem vxoris non vindicat.

* Quæ.

b Indignus est patronus, qui mortem liberti non vlciscitur.

c Indigni sunt hæredes & bonorum possessores, qui mortem eorū quibus succedere nituntur, inultam sinunt.

d Officiosè cū defuncto agere hæredes iubentur.

cum si dixisset testamētum inofficiosum. Explicato principali casu qui pertinet ad hunc titulum, videamus vnum de tribus secundariis casibus, qui est talis. ¶ Pone quòd dictus tutor nomine dicti sui pupilli accusauit de crimine capitali libertum patris sui tutoris, & succubuit: & postea idem libertus fecit testamentum, & præteriit dictum tutorem filium patroni sui. nunquid habet idem tutor bonorum possessionem contra tabulas ipsius liberti? Et videtur quòd non: *vt j. de bon. liber. l. qui cum minor. in princip.* Respond. tamen hic quòd non repellitur à dicta bonorum possessione: quia officij necessitas & tutoris fides debet esse excusata: nisi instituisset dictam accusationem per suas simultates, siue calumnias: quia tunc bene repelleretur. & idem est per omnia in secundo casu secundario, scilicet si dictus tutor instituat contra aliquem accusationem nomine pupilli, & non probet, & sic succumbat. nam non veretur pœnam calumniatoris, nisi instituat dictam accusationem per simultates. Idem est per omnia in tertio casu secundario, scilicet si dictus tutor instituat contra aliquem accusationem nomine pupilli, & ideo desistat ab accusatione, quòd interim pupillus ad pubertatem peruenit, nam nō incidit in Turpillianum tutor. Viuianus.

TVtorem † qui pupilli sui nomine[a] falsum vel inofficiosum testamētum dixit, non perdere sua legata, si non obtinuerit[b], optima ratione defenditur. Et si libertū patris[c] pupillo suo* nomine[d] capitis accusauerit, nō repelli à bonorum possessione contra tabulas: quia officij necessitas †, & tutoris fides excusata esse debet: nec quisquam iudicum calumnia notabit tutorem, qui non suis simultatibus[e] accusationem sub nomine pupilli instituit, sed cogente fortè matre pupilli, vel libertis patris[f] instantibus. Et si tutor reum aliquem postulauerit pupilli nomine, & ideò non sit exsecutus, quòd interim ad pubertatē pupillus peruenerit: non oportet dici in Turpillianum eum senatusconsultū incidisse[g]. discreta[h] sunt enim iura, quamuis plura in eandem personā deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij, & cùm nō suæ personæ iure, sed pupilli[i] accusauerit: propriam pœnam mereri non debet. Denique pupillo relicta in eo testaméto, nisi à principe conseruata sint, pereunt[k]. adeò ille[l] est accusatoris defensor, & quasi patronus. Idē & Sabinus libris ad Vitelliū scripsit.

Senatusconsultum quo cauetur auferendum ab eo quod quis tacitè vult restituere incapaci: habet etiam locū si heres restituat id quod potest retinere ratione Falcidiæ.

a ¶ *Pupilli nomine.* aliud[a] si suo. tunc enim propria perdit legata: *vt. j. ea. l. infi. ibi, & cū non suæ personæ. & c. & s. eod. l. post legatum. §. et. & §. amittere.* ¶ Itē quod dicit nomine pupilli, dic[b]. i. pro vtilitate pupilli: suo tamen nomine: *vt. C. de his qui. vt indig. l. Polla.* Accursius.

b ¶ *Non obtinuerit.* i. succubuerit. *vt. C. eod. l. alia. & facit ad hoc Instit. de inoffic. testa. § si tutor. & s. de inoffi. test. l. aduersus. §. j. & de admini. tuto. l. cum quidam.* Accur.

c ¶ *Patris* s. tutoris.

d ¶ *Sui nomine.* secus si suo: *vt. j. de iure pat. l. eum.*

e ¶ *Simultatibus.* alioquin aliud esset: *vt. C. de admini. tuto. l. non est. & C. qui accusa. non poss. l. ij.*

f ¶ *Patris.* s. pupilli.

g ¶ *Incidisse.* sic. *& j. ad Turpil. l. diuus.*

h ¶ *Discreta.* ratio ad omnia prædicta.

i ¶ *Pupilli.* s. nomine. i. ad eius vtilitatem: *vt. C. de his qui. vt indig. l. Polla. & qui accu. non poss. l. ij.*

k ¶ *Pereunt.* vt *& C. de his qui. vt indig. l. Polla. & s. eo. l. post legatum. § ætati.* Accur.

l ¶ *Ille.* s. tutor.

SI *quilibet.*] C A S V S. Institui mihi duos heredes, & multa legata ab eis reliqui, & vltra dodrantem hereditatis meæ, & sic vindicabat sibi locum lex Falcidia in legatis. & postea quemlibet de dictis heredibus rogaui vt quadrantem hereditatis meæ quem possum retinere ex legatis beneficio legis Falcidiæ, nō capienti restituerent: & ipsi mihi super hoc tacitam fidem accommodauerūt. & decessi. nunc quæritur, an sit locus senatusconsulto in quo cōtinebatur quod accommodantibus talem fidem auferretur illud super quo accommodauerunt eam, & daretur fisco? Et videbatur quod non, quasi non rem meam, sed rem heredum rogassem restitui nō capaci arg. *infra de iure fisc. l. si ita fidei. § patronus.* Respon. tamen hic quòd bene est locus dicto senatusconsulto. non enim multum interest inter tale fideicommissum tacitum quadrantis, & cùm quis rogatus sit tacitè restituere id quod ad se ex hereditate peruenerit, & ipse fidem accommodauit. nam in vtroque casu locus est dicto senatusconsulto. Viuianus.

† *l. v. § de postul.*

* Sui.

† Et quod plus est, à maleficio excusat: *vt. l. tres tutores. § de admin. & peric. tuto.* quod verū in maleficio præsumpto, nō vero & liquido per *Bart. in l. etiam. C. de fur tis.*

a Accusans testamentum defuncti proprio nomine, relictū sibi in eo testaméto amittit secus si nomine pupilli.

b Accusare pupilli nomine est ad vtilitatē & commodum pupilli accusare, suo tamen nomine. aliàs enim tutores accusare non possunt pupilli nomine, sed suo tantum. *l. Polla. C. eo.*

XXII. GAIVS † *libro singulari de tacitis fideicommissis.*

SI quilibet[m] heres ex cuiuscū que testamento tacitè rogatus fuerit vt quadrantem quē legis Falcidiæ beneficio retinuit[n], nō capienti restituat: æquè locus erit senatusconsulto.[o] neq; enim multùm intererit inter tale fideicommissum, & cùm quis id quod ad se ex hereditate peruenerit, restituere rogatus sit.

XXIIII. PAPINIANVS *libro octauodecimo Quæstionum.*

SI testamentum patris iure factum filius negauit[p]: quoniam de iure disputauit, non iudicium impugnauit[q] aut accusauit: retinet defuncti voluntatem.

Sola ratio coniunctionis non inducit præsumptionem fraudis. Item vt locus sit fisco, oportet in personam incapacis diem cedere. Bartolus.

XXV. IDEM *libro quartodecimo Responsorum.*

SI gener socerum heredē reliquerit: taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternæ[r] affectionis non admittit.

1. ¶ Apud Scæuolam libro trigensimo Digestorum Claudius notat: Si viuo testatore decesserit is cui illicitè[s] legatum relictum erat: non fisco hoc vindicatur, sed apud eum à quo relictum est, remanet[t].

m ¶ *Si quilibet.* aliàs non est hic. l. sed ibi incipit. §. Idem & Sabinus scripsit si quilibet, &c. Accursius.

n ¶ *Retinuit.* i. retinere potuit.

o ¶ *Senatusconsulto.* cuius nomē nō habemus: quo cauetur ei auferendum, & fisco applicandum. Ar. *infra ad Trebel. l. Marcellus. §. fin.* videbatur autē contrarium, ideò quia de suo largitur: *vt ar. infra de iure fisci l. ita fides. in fi.* Accursius.

SI *testamentum patris.*] C A S V S. Quãnis ille qui dicit testamētum falsum, & succumbit, perdat illud quod sibi in eo testamento relictum est, & detur fisco. *vt supra eodem. l. Papinianus. & l. post legatum. §. si pater.* tamen ille non amittit qui dicit testamentum non iure factum propter[a] solennitatē deficientem: quia tunc videtur de iure disputare, & non iudicium defuncti impugnare. Viuianus.

p ¶ *Negauit.* iure factum.

q ¶ *Impugnauit.* scilicet[b] taliter vt perdat relictum verè tamen impugnat. quod dic: *vt supra eodem. l. post legatum. §. j.*

SI *gener socerum.*] C A S V S. Cùm haberem filiam Titij in vxorem, quæ quidem aliqua de causa non erat capax, feci testamentum, & dictum Titium meum socerum institui mihi heredem: & decessi. postea venit Seius, & detulit bona mea in fiscum, dicens me debere præsumi rogasse tacitè dictum meum socerum vt restitueret hereditatem meam vxori meæ prædictæ, quæ erat sua filia. & hoc dicebat debere præsumi ratione paternæ affectionis. Sed certè hoc nō debet præsumi propter hoc solùm: imò oportet de hoc tacitè heredē esse rogatum in veritate: vt dicitur supra eodem in principio. [APVD SCÆVOLAM.] Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd daret centum Seio non capaci: & postea dictus Seius decessit me testatore viuente: & sic in eius persona non cessit dies legati fideicommissi vtiliter vel inutiliter. non vindicatur certè hoc casu à fisco dictum fideicommissum, sed remanet apud heredem. Vlpianus.

r ¶ *Paternæ.* quia loco[c] parentis est socer: *vt supra solu. matrim. l. quia parentis.* quasi de eo confidat. vel paternæ, quia vxor scilicet filia soceri erat non capax: & ideò videbatur socer institutus, vt ad filiam perueniret: quæ suspicio non sufficit, nisi appareat eum tacitè rogatum: *vt infra de iure fisci. l. non intellegitur. in princip. & §. j. & supra eo. l. in fraudem.* ¶ Sed arg. contra. *C. de fideicom. l. quamuis & j. ad ad Treb. l. purè.*

s ¶ *Illicitè.* quia non capaci.

t ¶ *Remanet.* ad hoc est. *C. de cadu. tol. §. pro secundo. & s. eod. l. in fraudem. §. j.* Argu. contra. *j. de iure fisci. l. iij. §. quando autem.* Sed[d] aliud est mori. vt hic: aliud fieri non capacem, vt ibi. Item hic fallit regula quam habes: *s. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. meminisse.* vt ibi dixi. *& s. eo. l. Claudius in fine.* Accursius.

† Vide Vlpian. fragm. tit. 15. & 16. qui ait vxorem ex testamento viri solidū capere ob pupillo.

a Indignus nō est, qui solēnitatē testamenti accusat, sed qui voluntatem impugnat.

b Testamenti solennitatem impugnans, nō impugnat iudicium patris, sed ius testamenti tantum. Ideoq; qui ita ius testamenti patris accusat, non repellitur vt indignus.

c Socer loco parentis est.

d Mori & incapacem fieri differunt.

DE CONDITIONIBVS ET DEMONST.&c.

¶ Supra dictū est de legatis: in quibus quia quandoq; ponitur cōditio, & demonstratio, modus & causa ideò de his dicit. ¶ Est autē Conditio,[a] *quadam legati suspensio, cuius de futuro defectus seu cōfirmatio pendet.* 2. *Demōstratio est quadam in existentib. seu præteritis accidentib. notitia quò magis legatū sit liquidū, adhibita.* 3. *Causa dicitur quadam de præteritis procedēs suasio, quò testamento nostro magis quē honoremus: sine animi pulsio à nobis expressa.* 4. *Modus est de futuro, & quasi cuiusdā remunerationis à legatario petita exhortatio: quo nō cōpleto ita relicto priuatur, sicut deficiēte cōditione ab initio nō capitur. ¶ Videndū ergo de natura prædictorū. Natura cōditionis est, vt si sit potestatiua.*[b] *ei obtēperetur: vel per eū qui obtēperare debet, nō fiat quò min' adimpleatur: quo casu pro impleta habetur, & relictū capietur:* vt. C. de cond. inser. l. fi. & .ꝫ. de condit. insti. l. quæ sub cōditione. & de lega. 1. l. turpia. *Si verò turpis*[c] *vel inhonesta, si quidē ex parte legatarij, pro nō adiecta habetur. idē de impossibili. aliter si ex parte heredis ponatur. tūc enim legatū vitiatur.* vt Inst. de leg. §. fi. *Si verò casualis*[d] *vel mixta fuerit, euētus spectatur.* vt. C. de cadu. tollē. §. fin autē aliquid. *In mixta verò legatarius adiuuatur si per eū nō steterit, sed per eū in cuius fortuitum casum steterit:* vt. C. de cōdit. inser. l. legatū. *¶ Natura verò causæ*[e] *vel demōstrationis est, vt quāuis falsa demōstratio vel causa dicatur, legatū tamē nō vitietur,* vt Insti. de leg. §. si quis in nomine. & C. de fal. cau. adie. leg. l. 2. & fi. *¶ Natura verò modi*[f] *hac est, vt modus adimpleatur, vel per legatarium non steterit quò minus adimpleatur: & sic legatum non reuocatur:* vt C. de his quæ sub mo. l. 1. & 2.

¶ Vt specialem titulum dedit supra de conditionibus institutionum cum tractaret de institutionibus ita consequens fuit in hoc tractatu de legatis & fideicommissis, de conditionibus eorum specialem titulum poni. Sed conditionibus etiam adiicit demonstrationes & causas & modos. Conditio est causa quæ suspendit legatum. Demonstratio est significatio accommodata rei legata. Causa est ratio legandi. Modus est adiectio qua ostendit quid legatariū ex legato facere testator velit. Cōditio propriè cōfertur in futurū, Demōstratio in præsens vel in præteritū. l. nuper. De leg. 3. l. 3. 4. ꝫ. *Cōditioni similis est modus adeò vt in his libris sæpè modus cōditionē, cōditio modū significet. & nōnunquā qui figura verborum est modus, ex mēte defuncti pro cōditione habetur. Conditionē enim volūtas facit nō verba. Sed hoc interest qđ si suis verbis cōditio cōcipiatur, fideicōmissum nō facit, modus vel etiā cōditio cōcepta, vt ita dixerim, verbis modalib. fideicōmissum facit, quia cōceptio verborū talis eximiæ volūtatis argumentū est, sicut cōditio iurisiurādi quæ etiā fideicōmissum parit. Igitur ex his verbis, Titio. C. ita vt. X. Mæuio adnumeret, Mæuio fideicōmissi petitio est statim. si præterea adiecerit, Si nauis ex Asia venerit, posteaquā nauis venerit.* l. 2. C. de his quę sub modo rel. *Causa similis est demōstrationi. nā & in præsens hæc vel in præteritū cōfertur. & vtraq; abūdat nec certo corpore legato vitiat legatū si fortè sit falsa. Ait, Eorū quæ in testamēto scribuntur. In testamento scribuntur institutiones, substitutiones, legata, fideicōmissa, tutelæ, libertates, adsignationes libertorū, Iniunctiones, Præcepta, Consilia, cōmendationes, Confirmationes, Mortis causa donationes, Mortis causa capiones, Æstimationes, Adēptiones, Cōfirmationes codicillorū, Exheredationes. Sed nō omnia conditionē recipiūt, & de cōditionib. institutionū, propriū titulū iā habuimus* ꝫ. *& hic præcipuè est de conditionib. legatorū & fideicōmissorū. Cuiac.*

Legatis. Primò ponit vnam diuisionē trimembrem cum vna exceptione vsq; ibi, cùm dies. Ibi ponit vnū dictum de natura secundi mēbri vsque ibi, dies autem. Ibi ponit vnum quartum membrū secundū glos. vel dic, ibi declarat secundum membrū debere intelligi de die certa an, sed incerta quando, vsque ibi, inest autē. ibi ponitur declaratio exceptionis. Bartolus.

Digestorum seu Pandectarum Liber trigesimusquintus.

DE CONDITIONIBVS ET demonstrationibus & causis & modis eorum quæ in testamento scribuntur.

TITVLVS I.

1. POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

Legatis quæ reliquūtur: aut dies* incert⁹ aut cōditio[a] adscribitur: aut si nihil horū factū sit, præsentia[b] sunt, nisi si vi ipsa † cōditio[c] insit. 1. ¶ Cùm dies certus adscriptus est: quāuis dies nōdum venerit, solui tamē possunt:[d] q̄a certū est ea debitu* iri. 2. ¶ Dies autē incertus est, cùm ita scribitur: *Heres meus cùm morietur, decē dato.* nam diem incertū mors habet eius: & ideò si legatarius antè decesserit, ad heredē eius legatū non transit: quia non cessit[e] dies viuo eo, quāuis certū fuerit moriturū heredem. 3. ¶ Inest autem cōditio legati,[f] veluti cùm ita legamus: *Quod ex Arescusa natū fuerit, heres dato.* aut, *Fructus*[g] *qui ex eo fundo percepti fuerint, hæres dato.* aut, *Seruum quē alij non legauero,*[h] *Seio dato.*

Conditiones casuales possunt viuo testatore impleri: secus si fuerint potestatiuæ, & faciles: quia tunc debent impleri post mortem, & scienter, non fato. Bartolus.

11. VLPIANVS *libro quinto ad Sabinum.*

Conditionum quędam sunt quæ quādoq;* impleri possunt etiā viuo testatore: vtputa, *si nauis ex Asia venerit.* Nam quādoque venerit nauis, conditioni paritū videtur. Quædā, quæ non nisi post mortem[i] testatoris: *si*

CASVS.] Cùm lego tibi aut appono in legato diem certū, aut conditionem: aut si nihil prædictorum apposui, præsens siue purum dicitur legatū, nisi tacitè insit in eo cōditio. pone quòd legaui tibi centū sub die certo, puta vsq; ad Pascha: & decessi. certè quanuis nōdum venerit dies, tamen heres meus poterit tibi soluere, & debitum soluit: & si tu decedas antè dictum diem, bene transmittis ad heredē tuum petitionem legati. si autem legaui tibi sub incerto die, puta quia ita dixi heres me⁹ cū morieris, ipse heres decē dato: & heres me⁹ soluat tibi antè mortem suā, nō videtur soluere debitū: & ita si tu legatarius antè decessisses non soluto adhuc tibi legato, quā decederet heres meus: ad heredē tuum non transit legatū: quia dies legati nō cessit viua voce, quāuis certū fuerit heredē meum moriturū esse. De cōditionali autem legato propriè non dicitur hic, nec de puro. Sequitur videre de legato cui tacitè inest cōditio: puta quia ita legaui tibi: quod ex Arescusa natum fuerit, heres dato. aut, fructus qui ex fundo Titiano nati fuerint, heres dato. aut seruum quē alij non legauero, Seio dato. in his enim tribus exemplis inest conditio in legato, & dicitur legatum capere dilationem re ipsa: *vt. ꝫ. de verb. oblig. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram.* Viuianus.

a ¶ *Conditio.* quæ[a] apponitur per si, & cùm: *vt. ꝫ. de ver obl. l. quodcunque. §. pen. & l. huius.* & adde hic tertiū membrum, sc. aut dies incertus: *vt. ꝫ. ea. l. § dies.* ¶ Sed dices eum contineri sub membro de conditione: *vt. ꝫ. eo. l. dies.* at dico hoc[b] non esse verum semper vt habeatur pro conditione dies incertus: *vt. ꝫ. quando dies lega. ced. l. si cum heres. in fin. l. & . ꝫ. eo. l. conditiones.* Accur.

b ¶ *Præsentia.* id est purè debentur. *sic. ꝫ. de legat ij. l. omnia. & . ꝫ. quando dies leg. ced. l. si dies in prin. & . ꝫ. de regulis iur. l. in omnibus.* ¶ Sed fallit. *ꝫ. ad Trebel. l. epistolam. §. fi. & l. vbi. & supra de auro & argent. leg. l. filiam* quæ sunt contra. 2. Vel dic in illis tacitam inesse conditionem.

c ¶ *Conditio insit.* quod est quandoq;[c] natura vel qualitate rei legatæ, vt in partu Arescusæ, & fructibus. quādoque ex qualitate legandi: vt seruum quem alij non legauere, Seio dato. *vt. ꝫ. §. fi.*

d ¶ *Possunt.* cū gratia onerati dies est appositus: aliàs secus: *vt. ꝫ. de ann. lega. l. eum. & de leg ij. l. si ita. §. Pegasus.* & est aliud in conditionali legato relicto in diem incertū, quàm hic dicat: *vt. ꝫ. de ver. obliga. l. stipulatio ista. §. inter certam. & . ꝫ. de condict. indebi. l. qui promisit. & . ꝫ. quando di. leg. ce. l. si dies.* ¶ Itē in diei cessione differt purū & cōditionale: *vt. C. de cadu. tol. § si autē sub cōditione.*

e ¶ *Non cessit.* facit. *ꝫ. quando dies le. ce. l. si cum heres. & . ꝫ. e. l. heres meus. & l. in testamento. & . ꝫ. de leg. ij. l. si pecuniam. §. fin.* Acc.

f ¶ *Conditio legati.* non tamen per omnia est conditionale: *vt. ꝫ. eo. titu. l. conditiones. & dic vt dixi. ꝫ. ea. l.*

g ¶ *Fructus.* sic *infra de verbor. oblig. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram. & . ꝫ. de triti. & oleo leg. l. cum certus. & de contrahen. emp. l. si debitor. §. fi.*

h ¶ *Non legauero.* idem si dicam, qui meus erit cùm moriar: *vt. ꝫ. de lega. j. l. v. §. j. & l. vj.* Accursius.

Conditionem.] CASVS. Quædam sunt cōditiones in testamētis appositæ quæ possunt adimpleri per eū cui impositæ sunt quandocūque ex quo appositæ sunt: sed & viuo testatore, & mortuo, & antè aditam hereditatem suam, & post: vtputa si ita dixit testator, Centum lego Titio si nauis ex Asia venerit. Aliæ autem sunt conditiones quæ nō possunt impleri nisi post mortem testatoris: vtputa si ita dixit testator, lego equum meum Titio si. x. dederit Seio, vel si capitolium ascēderit. sed vt dictus Titius legatarius videatur conditioni paruisse, etiam scire debet dictam conditionem sibi appositam. nam si fato siue per fortunam non sciens sibi appositam conditionem adimpleuerit conditionem, non videtur obtemperasse voluntati defuncti. Viuianus.

i ¶ *Post mortē.* & harū quædā etiā antè aditā hereditatē. quædā tātum post: *vt. ꝫ. de leg. j. l. quæsitum. & . ꝫ. eo. l. Iulianus Paulus.* Acc.

a Conditio, demōstratio, causa, modus, quid sunt.

* certus aut incertus, videtur, addendum.

b Potestatiuæ conditionis natura.

† Sic Flor. rectè & in optimis manuscr.

* Vide Anton. Aug. lib. 2. c. 5.

c Turpis conditionis & inhonestæ natura.

d Casualis vel mixtæ conditionis natura.

e Causæ vel demonstrationis natura.

f Modi natura.

* Vide Anton. Aug. libr. 3. c. 18.

a Conditio, per si & cùm, ostenditur.

b Dies incertus nō semper pro conditione habetur.

c Tempus rei legatæ naturaliter inest, vt si quis ex suo fundo 100 vini amphorasque frumenti modios legauerit. Hi messis illæ vindemiarum tempore præstabūtur, vnde vino vendito, quo pretio vēdetur tempore vindemiæ, vltimum tempus vindemiæ spectat. Romanus singula. 178. incip. Rediture. Simon de Prætis, de interpretatione vlti. volunt. 4. Interpret. 1. dubita. 9. num. 10.

decem dederit:[a] *si Capitolium ascenderit.* Nam vt[b] paruisse quis conditioni videatur, etiã scire debet hanc conditionem insertã. Nam si fato[c] fecerit, non videtur obtemperasse voluntati.

Conditio impossibilis in vltimis voluntatibus, habetur pro non apposita. Bartolus.

III. IDEM *libro sexto ad Sabinum.*

OBtinuit, impossibiles cõditiones testamento adscriptas,[d] pro nullis habendas.

Sicut fingitur legati præstatio, ita conditionis implementum. Bartolus.

IIII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI his[e] legatum est quibus patronus legata præstat:[f] téperare[g] debet prætor cõditionem, vt & patrono & heredibus scriptis pro portione dentur[h] cõditionis implendæ gratia.

Si conditio deficit antè diem, expectatur dies propter dictionem tum, quæ temporis extremitatem significat. Bartolus.

a ¶ *Dederit.* Titio extraneo, & sic etiam antè aditam hereditatẽ. si autem heredi, tunc tantũ post: *vt.d.l.quæsitum.§.j.* ¶ Et not. ꝙ cõditio aut est casualis: & hæc[a] etiã viuo testatore potest adimpleri, & etiam ignorante eo cui proficit eã adimpleri. Aut potestatiua:[b] & tunc si in dãdo, mortuo demũ testatore, & à sciente. Si autem in facto: aut quod facile potest fieri, vt exire scholas. & tunc idem quod in dando. si verò nõ facile: vt si nupserit illi, vel isti, vel simili (quod raro contingit) & tunc etiã viuo testatore: *vt hac.l.& .j.eo.l. multũ. & .l.hæc conditio. & .l.si iam. & .l.Publius. & .l.cõditionũ & .s.de here.insti.l.si quis ita. & .C.de institu. & substitu.l.si quis.*

b ¶ *Nam vt.* nam, pro certè, vel pro sed.

c ¶ *Fato.* ¶ No. nõ[c] proficit fieri fato. *sic & .j. de bono.possess. secundum tabu.l.j.§.sufficit. in fi. ibi scientiam &c. & .s.de acquir. here.l. heres institutus. & .s. de arbit.l.diem in prin.* Sed ar. cõtra. *j.de ver. obli.l.cum seruus. & .s. quemadmo.testa.ape. l.si in duobus. & .C. de præscrip. lon.tempo.l. fin. & .j.eod.l.multum.* Accursius.

OBtinuit.] CASVS. Legaui tibi centum sub conditione impossibili de iure, vel de natura. certè pro non scripta habetur conditio, & legatum consequeris. Viuian.

d ¶ *Adscriptas.* In[d] persona honorati: vt lego tibi vel instituo te si cœlum digito tetigeris: *vt hic, & .s.de condi.instit.l.j. & Instit. de here.insti.§.fin.* Secus si in persona onerati: vt præcipio heredi vt faciat impossibile: puta vt cœlum digito tangat: aliàs det.x. Titio. nam non valet relictum de decem: *vt*[e] *Insti de lega.§.fi.* Sed quandoque etiam in persona heredis idem vt habeatur pro non apposita: sed non ad commodum fideicommissarij. *vt.j.ad Treb.l.facta §.si sub conditione.* Accur.

SI *his legatum.* Ad euidentiã huius.l. nota quòd si libertus patronum prætereat aliis heredibus institutis, & legata relinquat liberis vel parẽtibus suis liberti, & patronus postea petat bon.poss. contra tabu. & sic rumpat testamentum liberti, & pro tertia hodie habeat ab intesta. bona dicti liberti: quòd pro ea parte quam consequitur ex bonis liberti, debet præstare liberis & parentibus liberti legata eis per libertum relicta: *vt.j.de lega.præst.bono.poss. contra.tabu.pe.l.j.*

CASVS.] Pone ergo ꝙ dictus libertus legauit liberis vel parentibus suis fundum sub conditione, si darent heredibus scriptis centũ: & postea patronus præteritus habuit per cõtra tabu. bono. possess. liberti tertiã partẽ. & sic pro tertia parte debet & vult præstare liberis & parentibus liberti fundũ prædictũ eis legatũ. certè prætor debet tẽperare conditionẽ sub qua dicta legata erãt relicta liberis & parẽtibus, scilicet vt & dicto patrono & heredibus scriptis pro portione dentur ea quæ sunt apposita, liberis & parentib[9] gratia implendæ conditionis legati eis relicti. [SI ITA SCRIPTVM.] Ita scripsit Gaius in testamento suo, Si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tunc decẽ Seiæ heres dato. & postea decessit Gaius testator, & postea dictus Titius decessit antè quinquennium. nunquid debentur Seiæ statim decem? Et videtur quòd sic, quia iam certum est Titio filium quinquennio nasci non posse. Respon. tamen hic quòd non debentur ei nisi in fine quinquennij: quia articulus tunc, positus in verbis testatoris significat extremum tempus quinquennij. Viuianus.

e ¶ *Si his.* Libert[a] instituto extraneo & patrono preterito reliquit legata cõiunctis personis si decem dent heredi. si patronus postea petat tertiã partẽ per contra tabulas, soluet tertiam de legatis, & habebit tertiam de decẽ dandis causa implendæ conditionis: sed cæteris non soluit: *vt.s de lega. ij. l. cum patronus. & infra de dona.l.si patronus. & .j.si à parẽ.quis fuerit ma.l.iij.§.si filius.* Sed cùm hodie habeat tertiã, nec soluat legata etiam cõiunctis personis: *vt Institu. de success.li.§.si verò testamentum.* videtur quòd nõ de decem dandis causa implendæ conditioni aliquid habere debeat.

f ¶ *Præstat.* vt liberis & parentibus liberti. *ad quòd est. C.de bono.possess.contra tabu. l.j.* & dic patronus petens contra tab. pro tertia contra scriptos heredes.

a Conditio casualis viuo testatore impleri potest, & eo ignorante cui proficit.

b Conditio potestatiua dandi impleri mortuo testatore, & à sciente debet. Quod in faciendi potestatiua cõditione dicendum est. Idem, si facilis sit: nam si difficilis sit, etiam viuo testatore potest impleri.

c Conditiones fato impleri an & quando sufficiat. *facit Glo. fin. post med. in fin. extra de dolo & cõtumacia. c. venerabilis.*

d Conditio impossibilis imposita honorato seu legatario: habetur pro non adiecta: onerato seu hæredi, secus. *vt hic.* Imò idem, quia hæc lex loquitur indistinctè.

e Imò illo loco legatum non fuit relictum sub conditione impossibili, sed sub necessaria. *Bartolus & Castrensis hic.* Hãc tamẽ Glossam tenet Dynus, *in. c. nemo potest. extra de regulis iuris.*

I. ¶ Si ita scriptũ sit, *Si in quinquẽnio proximo Titio filius natus nõ erit, tunc decẽ Seiæ heres dato.* si Titius antè mortuus sit,[i] non statim Seiæ decem deberi: quia hic articulus *tum*,[k] extremi quinquennij tempus significat.

Pupillus, seruus, & filius possunt implere conditionem. Bartolus.

V. PAVLVS *libro secundo ad Sabinum.*

COnditionibus[l] pupillus & sine tutoris auctoritate parẽre potest. nec quem moueri, quòd expleta conditione necessarius heres aliquando[m] esse potest. nam hoc iure potestatis fieri, non conditionis[n] expletæ.

I. ¶ Item seruus vel filiusfamiliàs sine iussu patris vel domini conditionem[o] implere possunt, quia ex eo facto nemo fraudatur.

Quantum ad pœnæ commissionẽ, etiam in vltimis voluntatibus à persona non receditur. Bartolus.

VI. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

g ¶ *Temperare.* vt nõ tota decem dẽtur scripto: sed producitur tertia etiam ad personam patroni qui non fuit institutus: *vt. j.de le.præ.l.is qui.§.fi.*

h ¶ *Dentur.* scilicet dari iussa causa implẽdæ conditionis. *& facit.j.de dona.cau.mortis.l.ei qui.*

i ¶ *Mortuus sit.* & sic certum est iam Titio filium intra quinquennium nasci non posse.

k ¶ *Tum.* tũc[a] & tum, idem significant. *& facit.s. de vulgari substi. l.in substitutione. & .s. si quis cau. l.si eum. & .j.de verb. oblig. l.in illa stipulatione. & .s.de vsufr. lega. l. vxori vsusfr. villa. & .j.eod.l. hoc genus.* Accursius.

COnditionib.] CASVS. Titium pupillum institui mihi heredem sub conditione si ascenderit capitolium: & decessi. certè poterit dictus pupillus adimplere cõditionem etiam sine auctoritate tutoris sui. Sed obiicitur: nonne solet dici quòd pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur hereditati? Certè sic: *vt.s.de aucto.tuto.l.obligari.in prin. & .§.hereditatem.* ergo malè videtur hic dicere indistinctè. deberet enim excipere illum pupillum qui est in potestate patris instituentis eum sub dicta conditione. nam ille pupillus adimplẽs conditionẽ prædictã est necessarius patris heres, & ita inuenitur obligari hereditati sine auctoritate tutoris: quod esse nõ debet, vt dixi. sed hoc nõ obstat: quia hoc, sc. quòd fiat necessarius heres euenit iure patriæ potestatis, & nõ iure cõditionis expletæ siue impletæ. Sed pone quòd sub dicta cõditione institui mihi heredem seruum Titij, vel filiũ suum famil. nunquid implere conditioné sine iussu patris vel domini possunt? Et videtur quòd non, quia filius vel seruus nõ possunt facere deteriorem conditionem patris vel domini. esset autem deterior cõditio patris vel domini, si essent heredes per filios vel seruos eorum adimplentes conditionem sub qua sunt instituti. Sed respond. hic quòd bene possunt adimplere dictam cõditionem: quia eo facto, id est per dictam adimpletionem conditionis nemo fraudatur, id est neque pater, neque dominus. nam non sunt propter hoc heredes nisi velint. Viuianus.

l ¶ *Conditionib.* in faciendo existẽtib: puta si ascẽderit capitoliũ. secus[b] autẽ credo si in dãdo: *vt.j.de solu.l.quod si fortè.§.fin.* Idem dico ecõtra si aliquis sit iussus dare pupillo, vel facere aliquid. nã fieri sine tutore potest, sed dari nõ potest: *vt. j.de solu.l.si seruus.* x.H. Item & impedire potest pupillus: *vt.j.eo.l.cum pupillus.*

m ¶ *Aliquando.* puta si sit in potestate testatoris constitutus.

n ¶ *Non cõditionis.* Argumẽtũ ꝙ nõ[c] statim impleta cõditione sit quis heres *vt. & .s.de cõdic.ob cau.l.j.§.si parẽdi. & de acquir.here. l. Antistius. & de cõdi.inst.l.antepe.* Sed contra. *s.de hered.insti.l. iam dubitari §.quia.* Sed dic *vt.s.de condic. ob cau l.j.§.si parẽdi.*

o ¶ *Conditionẽ.* quæ fit in faciendo. secus fortè si in dando. vel refert, institutus sit sub conditione filius vel seruus, dominus an pater. in primo non potest: *vt.s.de condit.insti. l.quæ sub conditione.* quæ est cõtra. in secundo potest: *vt hic.* vel secũdum alios potest, vt habeantur pro purè institutis dominus & pater. Accursius.

MVlta testamento.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & iussi ei ꝙ faceret mihi monumentũ arbitrio Seij: & si nõ faceret, iussi ꝙ daret. c. Gaio nomine multæ, id est pœnæ. & decessi. postea dictus heres meus non inuenit viuũ Seium cuius arbitratu faciat monumentũ: vel non vult adesse idẽ Seius, vel non vult dicere quale fieri debeat monumentum. certè in tribus casibus non incidit heres in dictam pœnã, quia per eum nõ remanet. & idem est si

a Tunc & Tum pro eodem.

b Conditionis faciendi & dãdi differentia.

c Conditione impleta, verum hæres statim fit hæres.

est si talis pœna apponatur legatario, vel alicui alij qui capit ex vltima voluntate. [S I S E R V O S.] Institui mihi heredem Titium sub conditione, si manumitteret quatuor seruos pone quos nominaui: quorum duo erant mortui antè testamentũ meum me ignorante. & postea decessi. nunc quæritur, an dictus Titius defectus sit conditione: vt. sci. non sit heres, ex eo quòd non potest manumittere mortuos? Et dixit Neratius quòd sic: nec distinguebat dict* Neratius, verũ dictus Titius posset in totũ parere dictæ conditioni, an non: vt primo casu non sit heres si nõ pareat: secundo sit heres, quia parere nõ potest: imò simpliciter dicebat, vt dixi, eum cõditione defectũ esse. sed malè dixit dictus Neratius. vnde Seruius & Labeo & Sabinus & Cassius reprehendunt eum ponendo similem casum superiori. qui casus est talis: Pone quòd ego ita scripsi in testamento meo: Si filia mea & mater mea viuent, Titium heredem instituo. cùm filia mea iam esset mortua me ignorante, & postea decessi. certè non deficitur conditione dictus heres institutus, quamuis filia mea nõ inueniatur viua. tales enim conditiones habentur pro non scriptis quasi impossibiles. Viuian.

MVlta[a] testamento non cõmittitur ab herede,[b] vel legatario, vel eo[c] qui ex vltima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu monumétum facere iussus sit,[d] si is cuius arbitrium est, nõ viuat, vel adesse nõ possit, aut rei arbitrari nolit.[e]

Pro ea parte pro qua conditio est impossibilis: remouetur: pro alia firma remanet. Bartolus.

1. ¶ Si seruos[f] certos quis * manumisisset, heres esse iussus erat: quibusdam ex his antè mortuis, Neratius respondit defici eum conditione: nec æstimabat,[g] parere posset conditioni, nécne. Sed Seruius respondit, cùm ita esset scriptum: *Si filia & mater mea viuēt*,[h] altera iam mortua[i] non defici[k] conditione. Idem est & apud Labeonem scriptum. Sabinus quoque & Cassius quasi impossibiles eas conditiones in testamento positas, pro non scriptis[l] esse quę sententia admittenda est.

In omnibus conditionibus de non faciendo quæ non possunt impleri antè vltimum vitæ spiritum sine expectatione tristis euentus, cautio de non faciendo pro implemento habetur. idem si non sit cui caueatur. Bartolus.

* qui.

a ¶ *Multa.* aliàs dicit extraordinaria pœna pro arbitrio iudicis: *vt j. de verbo. sign. l. aliud §. inter.* Sed[a] hic à testatore Et dic quòd testator iussit fieri monumentũ ab herede vel aliàs onerato, arbitrio Titij: quo non facto præcepit dari decem cuidam nomine pœnæ. duplici ratione non committitur: prima, quia non arbitratur Titius: *vt hic: ad quod. s. de vsur. l. cum quidã. §. si à pupillo. & de arbi. l. arbiter. & j. eod. l. si Titius statuas. & l. in testamento.* Item quia olim nil poterat ratione pœnæ poni. licèt hodie[b] contra: *vt. s. de iis quæ pœ. no. l. j. & Insti. de leg. §. pe. & §. fin.* A D D I T I O. Dic quòd illa l. j. de iis quæ pœnæ no. non ob. quia ibi loquitur quando præcesserat dispositio turpis, licèt gloss. ibi aliter sentiat, & non bene, secundum Bartolum.

a Multa arbitrio iudicis & testatoris imponitur.

6 Legari hodie potest etiã pœnæ nomine.

b ¶ *Ab herede.* s. præstanda.

c ¶ *Vel eo.* puta fideicommissario.

d ¶ *Iussus sit* & si non fecerit, det decem Titio.

e ¶ *Nolit.* ideóque quod iussus est legatarius, non impletur, nec[c] recurritur ad arbitrium alterius: *vt hic innuit. & C. de contrahen. empt. l. si. & j. de verb. obli. l. si quis arbitratu.* Accur.

e Arbitro qui testamento adscriptus est, mortuo vel non arbitrante, nõ recurritur ad alterius arbitriũ.

f ¶ *Si seruos.* Testator instituit Titium heredem, si manumitteret Stichum Pamphilum & Erotem. cùm duo antè testamentum decesserint, Neratius dicit deficere conditionem institutionis propter mortuos, nec æstimabat, s. referre, parere posset conditioni in viuis, vel non.

g ¶ *Æstimabat.* i. nil cogitabat super hoc: quia pro eo habetur, ac si parere non posset.

h ¶ *Viuent.* puta in kalendis: & subaudi. dato illi decem.

i ¶ *Mortua* antè testamentum.

k ¶ *Non defici.* si habes, nõ defici, cõcordat cũ sequẽtibus iuriscõsultis, & contradicit Neratio. vel si deest non, concordat cum Neratio & Labeone, sed Sabinus & Cassius cõtradicunt: quod seruabitur. & secundum primam, s. non defici, dic secundum Azo. & H. si tamen altera quæ erat viua tempore testamenti, viuat in kalendis. cùm enim sit casualis conditio, ea deficiéte nullum est legatũ, & idem in superiori potestatiua: hic secus: quia ibi in superstitibus si manumissio per casum est impedita, pro impleta habetur conditio: *vt. s. de condit. insti. l. quæ sub conditione. §. quoties.*

l ¶ *Pro nõ scriptis.* hoc intellige in seruis mortuis, sed superstites dico eum manumittere debere. ¶ Sed quid si decesserit post testamentũ? Resp. nõ deficit conditio. secus in alio casu quãdo altera mulierũ decessit post testamentũ: quia illa cõditio est casualis, sed alia potestatiua, vnde habetur pro impleta, cùm non stet per eum, sed per fortuitum casum. *& facit. s. de leg. j. l. ab omnibus. §. in testamento. & de condit. institu. l. institutio.*

V I I. V L P I A N V S. *libro octauodecimo ad Sabinum.*

MVcianæ cautionis vtilitas[m] consistit in conditionibus quæ in non faciendo[n] sunt conceptæ: vt puta, *Si in Capitolium non ascenderis. Si Stichum non manumiserit.* & in similibus.[o] Et ita Aristoni & Neratio & Iuliano visum est. quæ sententia & constitutione diui Pij comprobata est. Nec solùm in legatis[p] placuit: verùm in hereditatibus quoque idem remedium admissum est. 1. ¶ Vnde si vxor maritũ suum cui doté promiserat, ita heredé scripserit ex parte, *Si dotem quam ei promisi, neque petierit, neque exegerit*: denuntiare eum posse coheredi, paratum se accepto facere doté, vel cauere: & ita adire posse hereditaté. Sed si ex asse sit institutus maritus sub ea conditione, quoniam non est cui caueat: non impediri eum quo minus adeat hereditatem. Nam iure ipso videtur impleta conditio,[q] † eo quòd nõ est quem possit de dote conuenire ipse adeundo hereditatem.

Qui debet cum aliquo esse, non tenetur cum eo omni momento morari. Bartolus.

V I I I. P O M P O N I V S *libro quinto ad Sabinum.*

M*Vciana.*] C A S V S. Legaui tibi. x. si capitolium non ascenderis, vel si Stichũ non manumiseris. certè si caueris heredi meo de non ascendendo, vel de non manumittendo, consequi debes legatum. & hæc dicitur Muciana cautio à Mucio introducta. & idé est si institutus est aliquis sub aliqua dictarum conditionum: vt ecce instituit vxor virum heredem pro dimidia si dotem sibi viro per vxoré promissam & non datam non peteret. nam cauebit vir coheredi suo de nõ petendo, & heres erit. si autem dicta vxor eum solum prædicto modo heredem instituit, & ita non est cui caueat: erit heres etiã si non caueat. Viuian.

m ¶ *Vtilitas.* aliàs necessitas, scilicet causatiua[a] si vult consequi relictum. Aliàs, vtilitas: quæ est quia statim legatum consequitur remedio cautionis, & fauore vltimæ voluntatis: nisi alia conditio suspendat: *vt. j. eod. l. auia. §. Muciana.* nam in stipulationibus secus, & aliàs inter viuos: *vt. j. de verb. obl. l. si ita stipulatus fuero te sisti certo loco, in fin. j. respon. & s. de condic. cau. da. l. ij. in princip.* & [b] fuit à Mucio inuenta, vt Publiciana à Publicio: *vt Insti. de ac. §. alia.* sc. de re cum fructibus restituenda si venerit contra cautionem: *vt. j. eo. l. heres. §. qui post. & s. de leg. ij. l. cum filius. §. qui Mucianam.*

a Necessitas causatiua.

† Si conditio impossibilis vitiat. quod dic quando testato putat eam possibile in seruo. *Et ibi Bart. j. de condic. indeb.* item nisi esset impossibile & turpis simul *Bald. in l. si pater. C. de insti. & substit.*

b Muciana cautio à Mucio inuenta de re cũ fructibus restituenda, si venerit cõtra cautionem.

n ¶ *Quæ in non faciendo conceptæ sunt.* secus si in faciendo. tunc enim non nisi extante conditione: *vt. j. eo. l. qui heredi. in fi.* Azo.

o ¶ *Et in similibus.* quæ non possunt impleri viuo legatario: aliàs secus si possunt impleri eo viuo, vt si Titio equum non dederis, lego tibi decem. nam te viuo potest conditio existere si equus vel Titius moriatur. in casu tamen interponitur cautio etiam si potest impleri viuo legatario: vt decem vxori lego si à liberis non discesserit. nam durum est euitari cautionem illo prætextu quòd liberi præmoriantur matri: *vt infra eo. l. cum tale. in prin. & §. Titius.* & hac ratione fit cautio cum dixi: si Stichum non manumiseris: licèt posset præmori Stichus: quia cogitari hoc durum est. Portò quædam est conditio in non faciendo: quæ omnino remittitur quasi contra publicam vtilitatem: vt Bertæ si non nupserit: vel æquipollens: *vt. j. eo. l. cum tale. §. Mæuiæ. & facit infra eo. l. cũ sub hac. & l. hoc genus. & l. pater. §. socrus. & infra de manu. testa. l. si. j. eod. l. auia. §. Titio.*

p ¶ *In legatis.* i. non solùm cum onus legatario est impositum: sed etiam cum heredi: *vt. s. de adimen. leg. l. iij. §. si quis ita.*

q ¶ *Videtur impleta conditio.* Pro[c] facto habetur, quod nõ potest fieri. *sic. s. de condit. insti. l. mulier. in prin. & supra eod. l. multa. circa princi. & arg. s. de vsur. l. pecuniæ.*

c Factũ dicitur quod fieri non potest.

S*I quis ita.*] C A S V S. Cum haberem vxorem Titiam libertam Seij, & filios ex ea: ita ei vxori legaui in testamento meo: dum vxor mea cum filio Titio erit, heres meus ei centum dato omni anno. & postea decessi. postea mea vxor latitãs patronum, qui venerat ad eos, quia timebat eum de medio decessisse, interim iuit ad standum in aliã domum, donec patronus recederet: nihilo minus tamen tenuit animum habendi secum liberos prędictos, inter

quos erat Titius prædictus. certè quia non remanet per eam quin stet cum dicto Titio, debet habere legatum. Viuianus.

a ¶ *Cum filio.* ex[b] hoc patet legatū esse annuū: & petitur pro[b] quolibet anno, quo fuit cum filio quantolibet tempore: *vt &.5. de leg. ij. l. qui concubinam. §. vxori.* Accur.

S[I] quis ita legauerit, *Dū † uxor mea cum filio[a] erit, heres meus ei tantum dato*: si ea lititans patronum[b], de medio[c] discessit, vt tamen consilium retineret habendi secum liberos: deberi ei legatum Trebatius & Labeo aiunt: quia non omne momētum exigendum sit vt cum liberis sit, sed si eam mentem & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, néve per eam stet[d] quò minus cum ea filius educetur.

Quando verbum reperitur in præterito & in futuro in vltimis voluntatibus, intelligitur in futuro. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro vicensimo ad Sabinum.*

SOlemus dicere, eum qui in tempus liberorum[e] vxori legat: de his non sensisse quos iam tunc vxor habuit cùm testaretur maritus.[f]

Conditio non † facilis potest quandocumque impleri, dummodo implementum de iure consistat. Bartolus.

X. IDEM *libro vicensimotertio ad Sabinum.*

HÆc cōditio, *Filiæ meæ, cùm nupserit,*[g] talis est, vt qui testatus est, impleri solummodo conditionem voluerit: non satis[h] * egerit quando. Et ideò & si viuo testatore nupserit, post[i] testamentū factum impleta cōditio videtur: præsertim cū conditio hæc talis est, vt semel impleri debeat.[k] Sed enim non omnes coniunctiones[l] implent conditionem. puta enim nondū

b ¶ *Patronum.* lubzodi, propter:

c ¶ *De medio.* ne[c] cum filio vel patrono moraretur qui ad eos venerat. Accur.

d ¶ *Per eam stet.* sic.5. *de annuis lega. l. Mænia. & de legat. ij. l. Titia. §. Seia. &* C. *de lega. le. j.* Accur.

[S]*Olemus dicere.*] CASVS. Cùm me sciente haberem ex vxore mea liberos, eidem vxori meæ legaui centum cùm ipsa habuerit liberos. certè non videor sensisse de his liberis quos iam ipsa habebat tēpore testamenti mei: sed de aliis quos in futurū haberet. Viuian.

e ¶ *Liberorum.* i.[d] cùm liberos habuerit:[e] *vt supra de lega. ij. l. si ita §. is cui.*

f ¶ *Maritus.* hoc si maritus sciebat: *vt. j. eo. l. si iam facta. H. & facit infra eo. l. cum vir & l. si vir.*

H[Æc conditio.] CASVS. Filiæ meæ legaui centum cùm nupserit. certè siue me viuo siue mortuo nupserit, videtur impleta conditio, & sic habere debebit legatum. Sed quid si taliter nupsit quòd nuptiæ non valuerunt? Certè non videtur impleuisse conditionem: puta si nupsit antè. xij. annum. vel nupsit ei cuius nuptiis est ei interdictum per ius, puta tutori suo quondam, vel præsidi illius prouinciæ vnde illa est: *vt supra eatitu. j. l. ij. §. j. & . ij.* ¶ Sed nunquid quando nupsit non legitimè, potest postea legitimè nubendo parere conditioni, quasi prius non nupserit? & certè de iure stricto distinguitur: aut ego testator sensi de primo nuptiali iugo cùm legaui filiæ meæ cùm nupserit: aut etiam de secundo. primo casu defecta est conditio, & sic non potest amodo adimpleri. secundo casu non est defecta: & sic potest adimpleri. de æquitate tamen dicendum est conditionem impletam, scil. de facto nondum defectam, id est nondum defecisse: & sic adimpleri posse spreta dicta distinctione. [SI SIC LEGATVM.] Legaui Titio centum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & nondum completo testamento à me venit nauis. certè pro impleta habetur conditio: & sic Titius legatum consequitur. casuales enim conditiones adimplentur etiam viuo testatore. & idem est in ea conditione quæ habetur pro casuali: puta quæ est apposita sub incerta die: puta si legaui Titio centum cùm pubes erit: & ipse Titius effectus est pubes me viuente. incerta enim dies habetur pro conditione: *vt.5. eo. l. j. §. dies autem.* cum similibus. Viuianus.

g ¶ *Cùm nupserit.* subaudi, decem lego.

h ¶ *Non satis.* i. non multùm.

i ¶ *Post testamentum.* facit.5. *eod. l. ij. & Cod. de Instit. & substi. l. si quis heredem.* ¶ Sed quid si tempore testamenti erat nupta? Respon. distingue sciat testator, vel non: *vt.5. de leg. j. l. si ita. §. pater. & . j. eo. l. si iam.*

a Legatum annuū relinquere vxori videtur, qui quid ei legat, dum ea cum filio erat.
b Legatū vxori factum, dū cum filio erat, annuū est: Ideoq; huic cōditioni satisfieri putat Castrēsis, si in principio cuiuslibet anni quo dedit dies legati annui reperiatur cum liberis, licet modicum stet, & per eā nō stet, quominus diutius sit cum liberis.
† Simul viuere iubentur, qui simul, & alij cū aliis stare iubētur.
c Stare vel morari cū aliquo iussus nō omni momento cum eo stare iubetur quod vtiliter extendi potest ad probationem. continuæ possessionis: vt nimirū continua intelligatur, licet p aliquod tēpus interrupta.
d In tempus liberorū legare quid.
e Habuerit particula, vox est præteriti & futuri subiūctiui. vnde colligit, Huiusmodi dictiones quæ in præterito & futuro reperiuntur, in vltimis voluntatibus occurrentes, referri ad futurum potiùs quam ad præteritum.
† *videtur legendum.* Conditio nuptiarum potest quandocunque impleri. Nā & id magis conuenit huic legi, & his quæ à Castrensi hic dicūtur in summario: licet eadē hæc lectio apud Bartolum quoque reperiatur.
* id est non solicitus fuerit alij legunt satis exegerit. alij, satis exigi.

k ¶ *Debeat.* Arg. contra.5. *de libe. & posthu. l. placet.*

l ¶ *Coniunctiones.* id est non esse matrimonium. ¶ Et sic nota. non[a] sufficit fieri nisi iuris effectum sortiatur. *sic. j. de fideiuss. l. ij. & C. si man. ita fue. ali. vt ma. l. ea quidem. & . j. de sol. l. si seruum decem.* Sed arg. contra. j. *eod. l. Manius. & .5. de condit. instit. l. mulier. §. si quis heres.*

nubilis[m] ætatis in domum mariti deducta, non paruit conditioni. Sed & si ei cōiuncta sit, cuius nuptiis ei interdictum sit, idē dicemus. An tamen nubendo postea parêre conditioni possit, quasi non nupserit, dubitari potest. Et si testator de primo nuptiali iugo sensit, puto defectam conditione. * benignè[n] tamen dicendum est nondum impletam conditionem defectam.

Conditio casualis si tempore testamenti extiterat testatore ignorante, facit dispositionem haberi pro pura. Bartolus.

1. ¶ Si sic legatum sit, *Si nauis ex Asia venerit*: & ignoráte testatore nauis venerit testamēti facti[o] tempore, dicendum pro impleta haberi. Et si cui sic legatum est, *Cùm pubes erit*: simili modo hoc erit dicendum.

XI. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

SI iam[p] facta sint quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator: quę iterum fieri possút, expectentur vt fiant. Si verò nesciat, præsenti* debeantur.

1. ¶ Item sciendum est promiscuas[q] conditiones post mortem impleri oportere, si in hoc fiant, vt testamento pareatur[r]: veluti, *si capitoliū ascenderit.* & similia. nō promiscuas, etiam viuo testatore existere posse: veluti, *Si Titius consul factus fuerit.*

Falsa causa non vitiat legatum. Bartolus.

XII. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.*

ADDITIO. ¶ Dic secundum Barto. quòd ibi non poterat impleri de iure: vnde sufficit quòd impleatur de facto: & ita videtur testator sensisse, secundum Dy.

m ¶ *Nubilis.* Nec[b] enī videtur nupta, quæ virum pati non potest: *vt infra quando dies leg. ced. l. penul.*

n ¶ *Benignè.* spreta illa distinctione senserit de primo iugo, vel non: & quòd subiicit, nondum &c. sic copula, dicendum est conditionem impletam, scilicet de facto, nondum defectam, & sic adhuc impleri potest, secundum Alb. 2. Vel dic id est conditionem defectam nondum impletam de iure, & ita adhuc potest impleri in alterius personam. Sed contra *supra de iure do. le. dotis pro. & infra de verborum significat. l. boues. §. hoc sermone.* Solu. in contractibus & testamentis legetur vel promittatur cùm nupserit, primæ[c] nuptiæ significantur: *vt ibi, & supra de legat. secunda. l. cùm pater. §. pater.* Si tamen primæ fuerunt vtiles[d]. Si inutiles, deficit conditio de iure stricto, sed de æquitate permittuntur iterum impleri in testamentis. sed idem fortè in contractibus, secundum Azo. Alij quòd hæ in vltima voluntate, illæ inter viuos: quod non placet. Accursius.

o ¶ *Testamenti facti.* & *facit supra de legat. ij. l. si ita. § pater. & infra prox. §. & supra de reb. dub. le. quidam relegatus.*

S[I iam facta.] CASVS. Institui te heredem si nauis ex Asia venerit. & in veritate nauis iam venerat ex Asia me sciente. certè ad hoc vt impleatur conditio, debet expectari vt iterū nauis veniat. Si verò nesciam nauem venisse, in præsenti potes adire hereditatem. [ITEM SCIENDVM.] Institui te heredem, si Capitolium ascenderis, & ita sub promiscua conditione, id est quæ potest redintegrari, vel iterum adimpleri, & pendet de tua potestate. certè ad hoc vt habeas hereditatem meam, necesse est vt ascendas Capitolium iterum post mortem meam? quia in hoc fuerunt conditiones promiscuæ, vt pareatur testamento. non promiscuæ autem adimplentur viuo testatore etiam: veluti si instituo te heredem si Titius fuerit factus consul. Viuianus.

p ¶ *Si iam.* facit.5. *de leg. ij. l. si ita. §. si pater.*

q ¶ *Promiscuas.*[e] i. quas facilè & frequenter adimpleri contigerit. Io. 2. Vel secundū alios, id est quas iterari sæpè contingit, vt si Capitolium ascenderit, vt subiicit, & pendet de potestate legatarij vel heredis cùm est imposita secundum Ro. *& facit.5. eo. l. ij.* & quod ibi notaui, *& facit ad. l.5. de libe. & posthu. l. l. Titius. §. fi. & . j. eo. l. Publius. & .5. de leg. j. quæsitum. §. j. & . j. eod. l. Iulianus noster. & l. si in diem. & . j. eo. l. si vir.* Accursius.

r ¶ *Pareatur.* nam scire debet. *vt supra eo. l. ij.*

a Fieri aliquid nō sufficit, nisi factum tortiatur effectū sortiatur.
b Nupta non dicitur, quæ virū pati nō potest.
*conditionem
c Primæ nuptiæ intelliguntur in hoc relicto, si nupserit.
* præsenti die.
d Vtile in dubio vt & in omni sermone tacitè subintelligimus: vt per cōtrariū inutile excludimus.
e Promiscua quæ dicatur cōditio, & quando apponi debet vide Aug. & Imo. *in l. fin. de condit. instit.*

Si

SI ita legatum.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium meos filios, quorum vnus tamé erat maior quàm alter, & postea ita dixi: Quoniam filius meus maior ex arca mea sustulit .x. heres minor filius decem, de medio sumito. & decessi nûquid debetur ei minori legatum, etiam si maior filius nihil de arca sustulit? Et dicitur quod sic: quia idcirco relictum est, vt exæquaretur conditio filiorum, & quia in legando minori filio apposui causam dicendo, Quoniam filius meus &c. & causa est de præterito: & ideò licèt causa nô subsit, i. quia maior filius nihil de arca sustulit, tamen legatû debetur minori filio: pœna autem confertur in futurum, i. legatum nomine pœnæ relictû. ergo est conditionaliter relictum, & nô per causam, vt superius legatum: & ideò non debetur, nisi existat conditio. qualiter autê relinquatur legatum nomine pœnæ, dictû est supra eod. l. multa. Viu.

a ¶Causa est. & ideò licèt[*] causa non subsit, id est quia maior filius non sustulit, tamen & legatum debetur: vt. j. eod. l. demonstratio. §. quòd autem.

b ¶In præteritum. vt supra de condic. indebi. l. damus. Accursius.

c ¶Pœna. id[b] est legatum nomine pœnæ relictum: vt Inst. de lega. §. pœna. (& idem in stipulatione pœnal.) iudicium autem confertur in præteritû, non in futurum: vt supra de iudi. l. non quemadmodum. & facit. j. eod. l. nominatim. & supra de here. insti. l. illa autem. Accursius.

SI ita legatum sit, *Quoniam filius maior ex arca mea decem sustulit, heres minor filius decem è medio sumito*, debetur legatum: quia idcirco relictum est, vt conditio filiorum exæquaretur. & sanè hæc causa[a] est. nâ causa in præteritum,[b] pœna[c] in futurum confertur.

Conditio de dando pupillo vel furioso, impletur dando tutori vel curatori. Bartolus.

XIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI fundus alicui legatus fuerit, si pupillo vel furioso pecuniâ dedisset: videtur explesse conditionê curatori vel tutori dâdo.[d]

Conditio impedita per tertium legitimè, habetur pro impleta. Bartol.

XIIII. POMPONIVS *libro octauo ad Sabinum.*

TItius si statuas in municipio posuerit, heres esto. Si paratus est ponere, sed locus à municipibus ei non datur: Sabinus, Proculus: heredem eum fore, & in legato idem iuris esse dicunt.[e]

Conditio nuptiarum impletur, cum nuptiæ cõsensu contrahuntur. Bartol.

XV. VLPIANVS *libro trigensimoquinto ad Sabinum.*

CVI[*] fuerit sub hac conditione legatum, *Si in familia nupsisset*: videtur impleta conditio statim atq; ducta[f] est vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. ✝ Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit.

XVI. GAIVS *libro primo de Testamentis ad Edictum Prætoris.*

IN his quę extra testamentum incurrerent,[g] possunt res ex bono & ęquo interpretationem capere: ea verò quæ ex ipso testamento[h] orirentur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediri.

Falsa demonstratio non vitiat legatum si de corpore constat. Bartol.

XVII. IDEM *libro secundo de legatis ad Edictum Prætoris.*

DEmonstratio falsa est, veluti si ita scriptum sit: *Seruum Stichû quem de Titio emi fundum Tusculanum qui mihi à Seio donatus est.* Nam si cõstat de quo homine, de quo fundo senserit testator: ad rem non pertinet, si is quem emisse significauit, donatus ei esset, aut quem donatû sibi esse significauerat, emerit.[i]

1. ¶Igitur & si ita seruus legatus sit, *Stichum cocum, Stichum sutorem Titio lego*: licèt neque cocus neque sutor sit, ad legatariû pertinebit, si de eo sensisse testatorem conueniat. Nam & si in persona legatarij designanda aliquid erratum fuerit, cõstat autem cui legare voluerit: perinde valet[k] legatum, ac si nullus error interueniret.

Falsa causa non vitiat legatum nisi conditionaliter sit expressum. Barto.

2. ¶Quod autê iuris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa: veluti ita: *Titio fundum do, quia negotia mea curauit.* Item, *Fundû Titius filius meus præcipito, quia frater eius ipse ex arca tot aureos sumpsit.*[l] Licèt enim frater huius pecuniam ex arca non sumpsit, vtile legatum est.

3. ¶At si conditionaliter concepta sit causa, veluti hoc modo: *Titio, si negotia mea curauit, fundum do: Titius filius meus, si frater eius centum ex arca sumpsit, fundum præcipito*: ita vtile[m] erit le-

SI fundus] CASVS. Legaui tibi fundum si dederis Titio pupillo centum. certè tutori eius pecuniam prædictam dâdo videris adimplere conditionem. & idem est si legaui tibi fundum si dederis Seio furioso centum. nâ curatori eius dando adimplere videris cõditionem, & habebis fundum. Viuianus.

d ¶Dando. ita tamen, si[c] quod datum est, versum sit in vtilitatem pupilli vel adulti: vt infra de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfruct. ¶Sed an pupillo[d] potest dari? Respon. sic: vt infra eod. l. cùm pupillus. Sed ibi in faciendo, hîc in dando. Sed in dando videtur idem: vt infra de solu. l. si stipulatus fuero. Sed ibi in rem pupilli fuit versa.

TItius si.] CASVS. Ita dixi in testamento meo, Si Titius statuas in municipio posuerit, heres esto. & decessi. certè si paratus est ponere statuas Titius, sed locus ei à municipibus non datur, heres erit. idem est si reliqui legatum ei sub dicta conditione. Viuianus.

e ¶Dicunt. si non stat per eum: ad quod est supra de contrahend. emptio. l. Labeo. & infra de reg. iur. l. qui potest facere. & infra eodem. l. cùm ita dicatur. §. finali. & supra eodem. l. multa. in principio.

CVm fuerit.] CASVS. Legaui Titiæ. c. si in familia mea nupsisset, & decessi. certè videtur per eam impleta conditio statim cùm ducta est vxor per aliquem de familia: quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. nam consensus facit nuptias, & non concubitus: vt & in Auth. de nup. §. nuptias. Viuianus.

f ¶Ducta. Hic est ar. quòd opus est ductione ad matrimonium. & arg. C. de do. antè nup. l. cùm in te. & .s. de rit. nup. l. mulierem. Sed dic contra.[a] vt in fi. huius. l. & infra de reg. iur. l. nuptias. & hîc loquitur quando[b] non constabat esse antè cõtractum matrimoniû.

IN his quæ.] CASVS. Cùm me sciente haberem ex vxore mea liberos, eidem vxori legaui centum cùm ipsa liberos habuerit: & postea decessi. nunc est quæstio inter eam & heredê meum de quibus liberis videar sensisse: vtrum de iam natis, an de nascituris? certè iuriscon. ex bono & æquo capit interpretationem, scilicet vt videar sensisse de futuris liberis: vt. s. eod. solemus. Si autem heres me[*] diceret dictæ meæ vxori, non fuit tibi legatum, & ipsa velit pbare sibi legatûm: debet hæc quæstio expediri secundùm rationê stricti iuris, s. audiendo probationes, & faciendo ea quę solent fieri in causis ordinariis. Viui.

g ¶Incurrerent. vt[e] mentis & verborû eius interpretatio: vt supra eodem. l. solemus. & .j. eodem. l. si vir vxori. R. & supra de annu. lega. l. Mæuio. §. vxore. Io. & C. de leg. l. voluntatis. Hu. & supra de testa. tu. l. duo. & de re. dub. l. si fuerit. & l. cùm in testamento. Accur.

h ¶Ex ipso testamento. vt[d] legatorum vel fideicommissorum relictorum probatio: vt supra de lega. iij. l. non aliter. & argu. supra de transact. l. de his. & facit. C. de testa. l. non codicillum.

DEmôstratio.] CASVS. Hæc. l. dicit principaliter tria. primò quòd falsa demonstratio rei legatæ non impedit legatum, & de eo ponit duo exempla satis leuia, vsque illuc, nam & si in persona &c. vbi dicit quòd sicut falsa demonstratio rei legatæ non nocet legato, ita nec falsa demonstratio in persona legatarij apposita, dummodo de persona legatarij constet. Secundò dicit idem in falsa causa: scilicet quòd non nocebit legato: de qua duo plana ponit exempla. secus autem si causa sit apposita conditionaliter: quia tunc ita demum erit legatum vtile, si causa vera inueniatur. de quo ponit duo exempla. Tertiò dicit qualiter legatum dicitur relinqui sub modo. Viuianus.

i ¶Emerit. hoc ita si rem expressè designo: alioquin secus esset: vt supra de auro & argen. lega. l. Quintus. §. j. & sic determino sequentem. §. quod autem Hug.

k ¶Valet. vt Institu. de lega. §. si quis in nomine. Accursius.

l ¶Sumpsit. Illud no. quòd omnis[c] demonstratio & causa continet conditionem non expressa specie in demonstratione, vel persona in causa: vt supra de auro & argen. lega. l. Quintus. & supra de dote præleg. l. j. §. sed & si dotem. Azo. & facit supra de libe. l. legaui. & infra de secun. tabu. l. si ita. §. sed omnia.

m ¶Vtile. nisi aliàs relictutus non erat: vt infra eodem. l. cùm tale. §. falsam:

[*] Falsa causa nô vitiat legatum.

[b] Pœna pro legato pœnæ nomine relicto.

[*] cum.

✝ l. 30. j. de regul. iur. vbi ex hoc loco videtur emendanda inscriptio. Vide Harmenop. lib. 4. tit. 4. & Plut. in præcept. connubial.

[c] Dari furioso & pupillo videtur, quod datur eius curatori vel tutori: si modò id quod ita datum sit, versum in eorû vtilitatem fuerit.

[d] Dari (vt & fieri) ipsi pupillo potest, quod ei fieri vel dari iussit testator.

[a] Deductio ad domum mariti non est de substantia matrimonij: Potest enim constare matrimonium sine deductione, vt hîc. Contrarium existimauit Petrus & malè, de quo v. Gl. in Nouell. de nupt. 22. c. 3. in verb. effectus.

[b] Deductio ad domû mariti plura operatur. Primum enim quoties dubiû est præcesserit matrimonium per verba de præsenti an nô, facit vt præsumatur matrimoniû verè & de præsenti cõtractum. Deinde hoc præstat vt donatio facta vxori à marito, & e contra dicatur inutilis, vt post facta post matrimonium contractum. l. pen. in fi. ff. de donat. inter virû. adde Bart. Nouell. de nupt. 22. in prin. nu. 6. adde quæ scripsi ad Gl. l. 1. §. de rita.

[e] Extra testamentum quæstiones hæ occurrunt, quę ad mentis & verborum defuncti interpretationem pertinent.

[d] Ex ipso testamêto quæstiones hæ occurrere dicuntur, in quib. agitur de probatione legati vel fideicommissi.

[c] Demôstratio omnis & causa continet conditionem, si nô expressa sit species in demonstratione: vel persona in causa.

a Modo seu sub modo legata statim debentur ac præstantur, præstita cautione faciendi licet aliud sit in legatis cōditionalibus.

b Legati conditionalis & sub modo differentia.

a ¶*Sub modo.* & statim[a] capitur præstita cautione de faciendo: *vt. ꝫ. de leg. iij. l. si tibi legatum.* Azo: aliud[b] in conditione: *vt. ꝫ. eo. l. legata sub conditione.* Accursius.

IS cui sub.] CASVS. Legaui tibi decem si Capitolium non ascēderis, & decessi. & sic debes habere statim legatum, & cauere quòd non ascendes Capitolium. quæ cautio dicitur Muciana, eo quòd à Mucio fuit inducta nunc quæritur, cui debeas prædicto modo cauere? & dicitur quòd illi ad quem potest pertinere legatum de iure si deficiat conditio, puta quia ascendas Capitolium: puta ei qui substitutus est in legato, vel coniuncto: *vt. C. de cadu. tollen. §. in primo.* & si non est coniunctus aliquis vel substitutus debet legatum redire ad heredem deficiente conditione. & ideò tunc heredi Muciana cautione cauendum est. Viuianus.

b ¶*Non faciendi.* à se solo: *vt infra eo. l. auia. §. Titia.*

c Cautio Muciana præstatur ei cuius interest, id est ei ad quem debet hæreditas vel legatum deuenire si conditio nō impletur.

c ¶*Potest.* ad[c] hereditatem & legatum cautio pertinet: *vt supra eod. l. Muciana. §. nec solum.* Accursius.

gatum, si & ille negotia curauit, & huius frater centum ex arca sumpsit. 4. ¶ Quòd si cui in hoc legatum sit, vt ex eo aliquid faceret, veluti monumentum testatori vel opus aut epulum municipibus faceret, vel ex eo vt partem alij restitueret: sub modo[a] legatum videtur.

Cautio Muciana præstatur his quorum interest. Bartolus.

XVIII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IS cui sub conditione non faciendi[b] aliquid relictum est, ei scilicet cauere debet Muciana cautione, ad quem iure ciuili deficiente conditione hoc legatum cáve hereditas pertinere potest.

Conditiones debent intellegi secundum testatoris voluntatem, quæ dominatur in testamentis. Bartolus.

XIX. VLPIANVS *libro quinto Disputationum.*

IN conditionibus [d] primum locum[e] voluntas defuncti obtinet, eáque regit [f] conditiones. Deniq; & in ea conditione, [g] *Si filia mea cum Titio nupta e it:* pla-

IN conditionibus.] CASVS. Legaui Titio centum si cum filia mea contraheret matrimonium. certè si contrahat cum ea matrimonium me viuente, debet habere legatum post mortem meam nam non fuit opus ipsi Titio expectare mortem meam, vt post mortem meam contrahat matrimonium, & sic conditionem adimpleat. Nam & antè mortem meam & post mortem potest cōtrahere matrimonium: & est ratio quare antè mortem meam potest contrahere, siue conditionem istam adimplere: quia dicta conditio mixta est. Nam & si potestatiua esset, tantum post mortem meam haberet necesse adimplere conditionem: vt probatur: *supra eo. l. ij. & l. si iam. & l. hac conditio.* Sed licèt ista conditio possit adimpleri antè mortem meam, nec sit opus vt legatarius expectet mortem meam: tamen si legatarius non impleuit eam antè mortem meā, potest adimplere post: & ita vlterius producitur. i. vltra mortē meam. & hoc quia præsumitur me ita voluisse: vnde voluntas mea in hoc patrocinatur. in conditionibus enim primum locum voluntas defuncti obtinet, eáq; regit conditiones. & secundum hunc casum dicas. ꝫ. placuit, nō semper mortis tempus obseruari &c. sc. per legatarium: vt antè mortem adimpleat conditionem semper, quamuis ei licētia de hoc detur: sed voluntate &c. vel pone secundò casum tali modo: Legaui Titio. x. singulis an. lego Titio si filia mea cum ipso Titio nupta erit. postea me viuente vel mortuo accepit dictus Titius eam in vxorem: vel etiam habebat eam in vxorem tempore quo prædicto modo ei legaui. postea mortua est in matrimonio dicta mea filia. nunc quæritur, an vltra tempus mortis ipsius filiæ debeat Titius percipere illa decem legata sibi per me singulis an? Et respō. quòd sic: & sic tardius producitur legatum quām sit mors filiæ, & ita vltra mortem filiæ producitur. quod non videbatur quibusdam: quia matrimonium non durabat: & ego testator dixi, si filia mea cum Titio nupta erit &c. sed secus est, vt dixi. voluntate mea testatoris ad hoc patrocinante. & cum hac positione facit. *C. de leg. l. j. & supra de alimen. l. libertis. §. j. & l. Stichus. §. fina.* 2. Vel dic quòd prælegaui filiæ meæ quam cum aliis institui mihi heredem, decem ann. singulis, si ipsa cum Titio nupta erit: & ipsa postea cum Titio contraxit matrimonium antè mortem meam, vel post: vel iam contraxerat tempore testamenti mei, & postea Titius decessit in matrimonio. vnde quæritur, an filia possit amodo habere dicta decem singulis an? Et respond. quòd sic. & secundum istos duos vltimos casus distingue cuius cōtemplatione fuit conditio apposita, vtrum filiæ, an Titij. si contēplatione illius qui superuixit, cuique legatū est, ille habebit legatū, & pcipiet vltra mortem alterius. Si autem contemplatione illius qui præmoritur, vltra mortem non percipit. *& ad hoc facit infra eo. l. illis.* Viuia.

d ¶*In conditionibus.* licitis.

cuit nō semper mortis [h] tempus obseruari, sed voluntate patrocinante tardius produci.

Conditio quæ tacitè inest, si exprimatur, legatum conditionale non facit, nisi testator aliter voluerit. Item conditio de præsenti non suspendit. Bartolus.

1. ¶ Hæc scriptura, *Si Primus* [i] *heres erit.* [k] *damnas esto dare:* [l] pro conditione non est accipienda. [m] magis enim demonstrauit testator quando legatum debeatur, quàm conditionem inseruit: nisi fortè hoc animo [n] fuerat testator, vt faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionem: *Quidquid mihi Ephesi oportet dari,* [o] *hoc do lego,* Sed si sic leget, *Si Primus mihi heres non erit, damnas esto Secundus dare,* & Primus heres extitit: [p] legatum non debebitur. Si Primus adierit cū Secundo, non extitisse conditionem nequaquam ambigendum est.

2. ¶Si patronus cōtra † tabulas bonorū possessione accepta, debitam portionē occupet: legata

e ¶*Primum locum.* vt[a] prolata conditio non[b] habeatur p cōditione, si illud voluit testator. 2. Vel[c] vt habeatur, si id appareat: *vt infra proxi. §. Azo. & facit supra eo. l. j. §. fina.*

f ¶*Regit.* vt[d] impleatur cùm testator id voluit: vt subiicit.

g ¶*Nupta erit.* subaudi, sit heres.

h ¶*Mortis.* s.[e] patris: quòd tunc sit nupta. *ad quod supra de reg. Catoniana. l. ij. & infra eo. l. si ita legatum.*

Hæc scriptura.] CASVS. Institui mihi heredes Primum & Secundum: & ita postea dixi: si Primus heres erit. damnas esto dare Titio decem. & decessi. & postea Titius legatarius decessit antequā Primus adiret hereditatē. nunquid trāsmittit ad heredē suum petitionem legati? Et videtur quòd nō: quia fuit ei legatum sub cōditione. conditionalia autem legata nō transmittūtur ad heredem: *vt infra quando dies lega. ce. l. v. §. sed si sub conditione.* responderi tamen potest quòd bene transmittit, quia dicta scriptura non est accipienda pro conditione, sed pro demonstratione. magis enim videtur testator demonstrasse quando legatum debeatur, quàm conditionem inseruisse. nam intelligitur dicta conditio etiam si non esset apposita. si autē ego testator volui dicta verba conditionaliter accipi, pro conditione accipiētur. Sed quid si ita dixi: Quicquid mihi Ephesi oportet dari, hoc do lego Titio? certè nec ista verba facient conditionem, nisi hoc testator voluerit. Item quid si ita dixi: Si Primus non erit mihi heres, damnas esto Secundus heres dare Titio decem: & postea solus Primus extitit mihi heres? nō debetur Titio dictum legatum: quia defecit conditio legato eius apposita. & idem est si Primus & Secundus extiterunt mihi heredes. Viuianus.

a In conditionibus quo sensu dicatur voluntas defuncti primum locū obtinere.

b Cōditio, pro non conditione haberi potest, si ita voluerit testator.

c Conditio seu pro cōditione haberi testatoris voluntate possunt, quę aliàs conditionē non facit: nimirū quia insunt ex legis dispositione. Exēplum vide hic apud Castrens.

d Conditio adiecta à testatore implenda est necessario neq; remitti debet.

e Cōditio si nupta erat, intelligitur seu vera esse debet tempore mortis testatoris: vt hic. secus si dixerit si nupserit, sufficit quocunque tempore impletam esse hanc conditionem. *l. hac conditione.*

† Legatum sub hac conditione si Titius hæres non erit, deficit Titio hærede facto iure Prætorio, hoc est Titio per ius Prætorium admisso per bonorum possessionem: vt hæredis appellatione cōtineatur etiam bonorum possessor. *l. i. §. bonorum. j. ad Trebell.*

i ¶*Primus.* proprium nomen.

k ¶*Heres erit.* id est hereditatem adierit.

l ¶*Dare.* ò Prime. Accursius.

m ¶*Accipienda.* quia si mortuo testatore decedat legatarius antè aditam hereditatem, transmittit: *vt hîc, & infra quando di. lega. ce. l. si Titio. §. quidam. & supra de leg. j. l. iij.* Accursius.

n ¶*Hoc animo.* Not. animum[f] facere conditionem: *vt supra in principio.*

f Animus conditionem facit.

o ¶*Oportet dari.* Imò videtur quòd non: quia si nihil debeatur, nullum est legatum: *vt supra de lega. j. l. si sic. §. j.* quæ est contra. Solu. non est conditio, scilicet vera: quia[g] est de præsenti. argu. *supra si cer. peta. l. cum ad præsens. & l. itaque.* 2. Vel dic quòd non est conditio quoad transmissionem: *vt infra eo. l. conditiones.* est tamen quoad verba. ¶Sed quid si incipiat post testamentum deberi vel in vita, vel post mortem? Respon. nullum est legatum: *vt supra de lega. ij. l. si ita scripsisset. & de libe. lega. l. fina. §. si. & arg. infra de verbo. oblig. l. si à colono.*

g Conditio vera non est quæ est de præsenti.

p ¶*Extitit.* scilicet solus. *& facit ad. §. supra de tut. l. muto. §. j.* Accursius.

Si patronus.] CASVS. Stichus libertus Titij fecit testamētum, & instituit sibi heredem Seium, & Titium patronum præteriit, & à dicto Seio herede reliquit Gaio cētum nomine legati sub conditione si dictus Titius patronus non esset heres eidē liberto, & decessit dictus libertus: postea dictus patronus inueniens se præteritum, accepit contra tabulas liberti bonorum possess. & sic occupauit

panit debitam sibi portionem in bonis liberti: id est dimidiam secundum hæc iura: *vt Institu. de success. lib. §. sed nostra. & §. præcedenti.* & sic ipse patronus habet dimidiam ab intestato. nam ruptum fuit testamentum per contra tabu. & ita patronus & Seius sunt coheredes. nunquid Seius coheres patroni debet præstare centum dicto Gaio? & dicitur quòd nõ, quia deficit conditio legati patrono ab intestato pro parte herede existente.

quæ sic data sunt, *Si patronus heres non erit*, non debet [a] coheres patroni præstare. 3. ¶Si à † Primò [b] ita legatum est, *Si Secundus heres non erit, viginti Titio dato:* simili modo à Secundo eidem Titio ita legatum est, *Si Primus heres non erit:* & ambo heredes extiterint: legati conditio deficiet. si alter heres extitit, alter heres non extitit legatũ debebitur.

† Conditio, si aliquis hæres non erit, deficit illo existente hærede pro parte. *Bart.*

Conditio turpis habetur pro non adiecta. Bartolus.

XX. MARCELLVS *apud Iulianum libro vicensimoseptimo Digestorum notat.*

NOn dubitamus quin turpes conditiones remittendæ [c] sunt: quo in numero plerũque [d] sunt etiam iusiurandi.[e]

Ad hoc vt possit adiri hereditas, requiritur quòd conditio adiecta in institutione existat, & eam extitisse heres sciat. in conditionibus iuris sufficit solummodo quòd existant. Bart.

XXI. IVLIANVS *libro trigensimoprimo Digestorum.*

MVltum interest, conditio facti [f] an iuris esset. nã huiusmodi conditiones, *Si nauis ex Asia venerit, Si Titius consul factus erit:* quamuis impletæ essent, impedient heredem circa adeundã hereditatem, quamdiu ignoraret [g] eas impletas esse. quæ verò ex iure venient, in his nihil amplius exigendum, quàm vt impletæ sint: veluti si quis se filium-

[Si A PRIMO. Institui mihi heredes Primum & Secundum, & postea ita dixi: si Secundus heres non erit, Primus xx. Titio dato. & si Primus heres non erit, Secundus. xx. Titio dato. & decessi. & Primus & Secundus extiterunt mihi heredes. certè non habebit amodo legatum Titius prædictus: quia deficit eius conditio. si autem alter eorum heres extiterit, & alter non, legatum debetur Titio ab eo qui heres extitit. hoc dicit vsque ad finem. Viuianus.

a ¶*Non debet.* nec patronus: *vt Instit. de suc. lib. §. sed nostra.*

b ¶*Si à Primo.* facit *infra de verborum oblig. l. si ita stipulatus fuero decem. in fine.*

NOn dubitamus.] CASVS. Si instituo te heredem, vel lego tibi sub turpi conditione, debet haberi pro non scripta, & consequeris hereditatem vel legatum. in quo numero turpium conditionum sunt plerumque conditiones iurisiurandi: vt si institui te heredem si iuraueris te ascendere Capitolium. nam etsi ista conditio habetur pro non scripta teneris tamẽ ascendere Capitolium, & eris heres. quare autem dicat plerumque, in litera not. Viuianus.

a Turpes conditiones testamentarium remittendæ.

b Iurisiurandi conditio, (licet turpis sit) plerunque tamen nõ remittitur.

c ¶*Remittendæ.* vt *supra* [a] *de condit. institu. l. conditiones. §. filius.*

d ¶*Plerumque.* plerumque adiicit: quia quandoque [b] non remittitur: *vt infra eodem. l. municipibus. & infra de manu. testa. l. si quis liber. & argu. supra de iureiuran. l. iusiurandum.* Accursius.

e ¶*Iurisiurandi.* vt *supra de condi. insti. l. quæ sub conditione.*

MVltum interest.] CASVS. Hæc. l. vult distinguere vtrum apponatur conditio hereditati vel legato ab homine, id est à testatore, an à lege. Primo casu debet impleta esse, & sciente legatario vel herede impleta: & aliàs non habetur pro impleta. & de hoc ponit duo plana exempla. Secundo casu sufficit impletam conditionem etiam ignorante eo cui apposita est. puta es institutus heres sub conditione, si es paterfamilias. & tu in veritate es paterfamilias. credis autem te esse filiumfamilias. certè ignorantia tua non impediet hereditatis aditionem. inerat enim per ius illa conditio, vt ita demum posses adire tuo arbitrio, si tui iuris esses. vel institui te heredem pro parte, vt ita demum posses adire hereditatem meam, si tabulæ meæ essent apertæ, siue testamentum meum, & decessi, & tabulæ meæ in veritate fuerunt apertæ, te tamen ignorante. certè ignorantia tua non erit tibi impedimento quò minus adeundo hereditatem acquiras eam. & hoc dicit. si autem non essent apertæ tabulæ, non posses tu pro parte institutus adire secundum hæc iura: *vt. 3. de iuris & fa. igno. l. j. §. si.* & dicas vt ibi. *& C. de iur. delib. l. iij. & dicas vt ibi.* Viuianus.

c Conditio facti dicitur quæ in dando vel faciendo cõsistit.

d Cõditio iuris dicitur statutũ iuris tacitè intellectum, quo non existente conditio deficiens intelligitur.

f ¶*Facti.* facti [c] conditionem vocat quamlibet conditionem à testatore in institutione insertam, siue in dando, siue in faciendo. iuris [d] autem vocat quoddam iuris statutum tacitè intellectum quo existente non potest adire: vt si paterfamiliàs est. nam filiusfamiliàs non potest adire sine iussu patris: *vt supra de acquirend. here. l. si quis mihi bona. §. iussum.* Item si tabulæ sint apertæ quando ex parte est heres: *vt infra hac. l.* ¶Et nota hac. l. fieri vnam [a] distinctionem inter tacitam & expressam conditionem. sic & aliàs: *vt infra eodem. l. conditiones.*

a Conditionis tacitæ & expressæ differentia.

familiàs existimat, cùm sit paterfamiliàs, poterit adquirere [h] hereditatem. quare & ex parte [i] heres scriptus, qui ignorat an tabulæ testamenti apertæ sint, adire hereditatem poterit.

Fideicommissum relictum in defectum conditionis quæ à iure remittitur, non debetur. Bartolus.

XXII. IDEM *libro trigensimoquinto Digestorum.*

QVotiens sub conditione mulieri legatur, *Si non nupserit:* & eiusdem fideicommissum sit, vt Titio restituat, si nubat: [k] commodè statuitur, etsi nupserit legatum eam petere posse, [l] & non esse cogendam [m] fideicommissum præstare.

Conditio non potest scindi, si pro solido potest impleri, Bartolus.

XXIII. IDEM *libro quadragensimotertio Digestorum.*

QVi duobus heredibus decem dare iussus est, & fundum sibi habere: [n] verius est vt conditionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur. igitur quamuis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit: [o] nisi alteri quoque adeunti hereditatem reliqua quinque numerauerit, aut illo omittente hereditatem, ei qui solus adierit hereditatem, tota decem dederit.

XXIIII. IDEM *libro quinquagensimo quinto Digestorum.*

g ¶*Ignoraret.* contra *supra de acquiren. hered. l. si quis extraneus. § finali.* ADDITIO. Dic quod ibi putabat se institutũ purè, cùm esset institutus sub cõditione, & conditio extiterit, & sic conditio erat purificata: hîc sciebat se institutum sub conditione.

h ¶*Adquirere.* id [b] est adire: *vt supra de acquirend. hered. l. vj. §. j. in fine. & supra si pars heredi pe. l. illud.*

b Adquirere pro adire.

i ¶*Ex parte.* supra *de iu. & fact. igno. l. j. § fin. & C. de iure delib. l. iij. hodie etiam clausis: vt C. de cad. tollen. §. j. & facit ad. l. supra de acquir. hered. l. heres. & l. qui putat.*

QVotiens.] CASVS. Legaui Titiæ mulieri centum sub conditione, si non nupserit. deinde sub contraria conditione rogaui eam demum legatum Seio restituere: puta si ipsa nupserit. & decessi. & postea ipsa nupsit Gaio. nunquid dictum legatum consequetur? & certè vtique: nec etiam cogetur restituere illud legatum dicto Seio. Viuianus.

k ¶*Si nubat.* secus si eiusdem fidei committat restituere si non nubat: *vt supra de lega. iij. l. non dubium.*

l ¶*Posse.* quia [c] conditio spernenda est quæ viduitatẽ inducit mulieribus: *vt infra eod. l. cùm ita.* hoc corrigitur: *vt in Authentic. de nup. §. quæ verò. colla. iij.* in virgine dic: *vt. C. de indic. vidui. tol. Authen. cui.* Accursius.

c Viduitatẽ inducens, cõditio an remittatur? Adde de hoc legato per verba, si nubat. & an faciant conditionem etiã alia non nupta decedente, ita vt legatum veniat ad hæredes. *Bar. Dyn. Ang. & communiter omnes in l. Titio centum. §. Titio generũ. de condition. & demonstr.*

m ¶*Cogendam.* quia in pœnam nubentis fuit relictum: *& facit infra ad Trebel. l. seruo inuito. §. j.* Accursius.

QVi duobus.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & Gaio fundum legaui sub conditione si prædictis heredibus decem daret. & postea decessi. & postea dictus Titius adiit hereditatem meam, & ei dictus Gaius soluit quinque. nunc quærebatur, an pro ea parte esset adimpleta conditio, vt sibi partem fundi vindicare posset Gaius? & dicit quòd conditionem scindere non poterit: nec vllam partem fundi vindicare, nisi alteri heredi reliqua quinque soluat. tunc autem poterit vindicare totum fundum. & sic per superiora patet quòd nemo potest repudiare partem rei sibi legatæ, & partem agnoscere: *vt & supra de lega. ij. l. neminem. & ad idem. 3. de acquir. her. si solus in prin.* Viuianus.

n ¶*Habere.* siue erat apud legatarium, siue ab herede dandus.

n ¶*Vindicabit.* & sic non prodest ad electionem, sed ad exceptionem opponendam quandoque prodest: *vt supra si quis cau. l. si seruus. §. si plurium.* & dic vt ibi. ¶Item fallit quòd hîc dicit quando [d] pars fundi est vsucapta: tunc enim conditionem scindere permittitur: *vt infra eodem. l. qui heredi. §. si duorum. & facit infra eodem. l. proxi. & l. cum fundus. & C. de condi. inser. l. si pluret.*

d Cõditionem scindere an & quando sit permissum.

IVre ciuili.] Quidam habent, non impleri, sicut & ego habeo. & alij habent sine, nõ. secundum primam literam ita pone casum: CASVS. Legaui Titio fundum valentem centum, si ipse Titius heredi meo daret decem, & decessi. certè interest heredis mei cõditionem de decẽ dandis nõ adimpleri. & cùm dicitur hîc quòd

IVre † ciuili receptum est, quotiens per eum cuius interest conditionem impleri,[a] fit quo minus impleatur: vt perinde habeatur, ac si impleta conditio fuisset. quod plerique & ad legata, & ad heredum institutiones perduxerunt. Quibus exemplis stipulationes quoque committi quidam rectè putauerũt, cùm per promissorem factum esset quo minus stipulator[b] conditioni parêret.

Si inter virum & vxorem sit mẽtio de liberis, intelligitur de natis ex eis. Bartolus.

XXV. IDEM *libro sexagensimonono Digestorum.*

CVm vir vxori quandoque* liberos habebit, fundum legat: si mulier diuortio facto liberos ex alio procreauerit: deinde soluto secundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intelligitur expleta conditio: quòd[c] testatorem verisimile non est de his liberis sensisse, qui se viuo ex alio suscepti fuissent.[d]

Conditio alternatiua dicitur illa quæ potest duobus modis impleri: & si in conditione est aliquid turpe, illud reiicitur, & aliud est implendum. Bartolus.

XXVI. IDEM *libro octogensimosecundo Digestorum.*

HÆc scriptura, *Si viginti dederit, aut iurauerit se aliquid facturum:*[e] vnam[f] conditionem exprimit habentem duas partes.[g] † Quare si quicunque heres scriptus erit sub conditione, Si iurauerit se decem daturum, aut monumentum facturum:[h] quamuis verbis edicti ad hereditatem vel legatum admittatur,[i] tamen compellitur facere id quod facturum se iurare iussus est, solo iureiurando remisso.

Ius adcrescendi transmittitur ad heredes. Bartolus.

1. ¶ Cùm eadem res alteri purè, alteri sub conditione legatur: aut cùm alter purè, alter sub conditione heres scriptus est: pars legati vel hereditatis deficiente conditione adscrescit[k] etiam heredi eius cui purè legatum vel hereditas data est, si tamen hereditas eius adita fuerit.

Si deficit exemplar, deficit exemplandum. Bartolus.

XXVII. ALFENVS *Varus libro quinto Digestorum.*

IN testamento quidam scripserat, vt sibi monumentum ad exemplum eius quod in via Salaria esset Publij Septimij Demetrij, fieret: nisi factum esset, heredes magna pecunia multare:* & cum id monumentum Publij Septimij Demetrij nullum reperiebatur, sed Publij Septimij Damæ erat, ad quod

si per eum heredem stetit quo minus Titius parêret conditioni prædictæ, pro impleta, debet haberi, & sic tenebitur fundum Titio dare. & quod dixi in legato, posset poni in institutione heredis, & etiam in stipulatione. & de stipulatione ita pone exemplum: Promisisti mihi fundum valentem centum, si darem tibi decem. certè tua interest quòd ego non impleam conditionem dando tibi decem. tamen si per te factum sit quo minus dem tibi decem, puta quia noluisti accipere: ego stipulator videor adimplesse conditionem de decem tibi dandis: & fundum à te petere possum. Si autem non habeas in litera, non: ita pone casum: Legaui Titio fundum, si ipse Titius Sempronio daret decem. postea per Sempronium factum est quo minus Titius daret ei. x. puta quia noluit accipere. certè perinde est ac si esset paritum conditioni. & idem potest dici in institutione & in stipulatione: circa quam stipulationem ita pones exemplũ: Titius promisit mihi decem, si irem Romam. & postea impedit me ire Romam. certè perinde est ac si iuissem. & ita ab eo dicta decem petere possum. & ita hæc. l. est plana. Viuianus.

† Repetitur hisdem verbis. *in l. Iure ciuili. ij. de reg. iur.* vbi Vlpia. tamen tribuitur ex libro eius 77. Aug. *libr. 4. c. 17.*

* Vide Anton. Aug. *lib. 5. c. 18.*

a ¶ *Non impleri.* aliàs est, nõ[a] impleri: vt quia heres qui non vult dare legatũ, impedit. *ad quod est. j. de reg. iur. l. iure ciuili. & . j. quãdo di. lega. ce. l. v. §. item si qua & . s. de ann. leg. l. Mania in princi. & . j. de statulib. l. statuliberos. in princip. & l. seruus. §. Imperator.* 2. Aliàs deest non: & intelligitur de eo in cuius persona est implẽda conditio consistens in dando vel faciendo. eius enim interest eam impleri, qui commodum inde sentit. & non onus. si[b] ergo fiat per eum ne impleatur, pro impleta habetur: *vt & . s. de condit. insti. l. iij.* Sed hæc regula non habet locum in eo qui debet implere conditionem vt capiat relictum: quia si stat per eum, nihil consequitur: *vt. s. eo. l. si Titius statu. &. j. eo. l. cum pupillus. & l. Titio centum. §. fi. ibi. quod si nolit.* &c. Accursius.

a Conditio habetur pro non impleta, quoties cuius interest eam non impleri, impedit ne conditio impleatur.

b Conditio habetur pro impleta, quoties is cuius interest eam impleri, impedit ne ea impleatur.

b ¶ *Stipulator.* puta si stipulatus sim. x. à te dari si Capitolium ascendero, & tu promissor impedis me ascendere: pro impleta habetur conditio, secundum Ioan. *& facit. C. de pign. act. l. fin. & de annua excep. l. vt perfectius.* Sed arg. contra. *C. de condi. inser. l. legatum.* ADDITIO. Dic secundum Barto. quod ibi conditio deficit per casum: hîc per factum grauati.

C*Vm vir.*] CASVS. Vxori meæ Titiæ legaui fundum quandocumque liberos haberet. postea ipsa à me diuertit, & me viuente accepit alium virum, & ex eo habuit liberos, & postea solutum fuit secundum matrimonium morte secũdi viri, vel diuortio. & postea ipsa ad me rediit, & postea ego decessi non mutato testamento in quo ei legaueram. nunc ipsa petit fundum prædictũ ab heredibus meis. Certè ipsi non debent ei dare dictum fundum: quia non intellegitur expleta conditio sub qua ei dictum fundum legaui: quia non est verisimile me de his liberis sensisse, qui me viuo fuissent suscepti ab alio. Viuianus.

c ¶ *Quod.* i. quia. Accursius.

d ¶ *Fuissent.* facit. *j. e. l. si vir. & l. seq. & facit. j. qui & à quib. l. matrimonij. & . s. de aur. & argẽ. leg. l. iij. & . s. de pac. do. l. inter virum.*

H*Æc scriptura.*] CASVS. Legaui tibi fundum, si. xx. dederis Titio, aut iuraueris ire Romam. certè licèt habeat conditio ista duas partes, tamen vna est conditio alternatiua, & sufficit vnã partẽ eius impleri: & si cupias adimplere illã partẽ de eundo Romam, remittitur tibi sacramentũ, & sufficit te ire Romã. vnde si feci te heredẽ, vel tibi legaui, si. x. te Titio dare, aut monumentũ facere iuraueris: habebis hereditatẽ in primo casu, & legatum in secundo impleta altera parte conditionis iuramento tibi remisso. [CVM EADEM.] Legaui Titio equũ meũ purè, & eundẽ equum legaui Seio sub conditione: & postea decessi, & postea defecit conditio apposita dicto Seio legatario. certè dimidia legati quæ cõtingeret Seiũ si cõditio nõ defecisset, adcrescit dicto Titio cui purè idẽ equus fuit legatus: & etiam heredi eiusdẽ Titij, si ipse Titius mortu[9] est, & eius hereditas adita est per heredem suum. ¶ Et ita not. quòd ius[a] adcrescendi trãsit ad heredẽ. & quod dixi in legato, habet locum in institutione, puta si institui mihi heredem Titium purè, & Seium sub cõditione.

† Similis habetur in l. cum il- lelli. cum Gl. super verbo. sub hac extra di lo- ca. condut.

a Adcrescendi ius transit ad hæredem.

e ¶ *Facturũ.* puta monumentũ. & sub. fundũ lego. ¶ Et no. ꝙ iuramẽtũ[b] remittitur, sed non factum: *vt. j. eod. in fin.*

b Iurandi conditio remittitur at non factum quod iurisiurandi conditioni adiunctum est.

f ¶ *Vnam.* quantum ad hoc: quia satis est vnam impleri: duæ[c] tamẽ verè sunt conditiones: *vt. s. de condi. instit. l. v.* Sic etiam duorum[d] reorũ obligatio vna est propter vnius rei solutionem: verè tamen sunt duæ: *vt infra de duo. re. l. iij. §. fi. & l. eandem. §. fi. & infra de verb. obliga. l. si duo.*

c Alternatiua duas obligationes continet, & cõditiones, licèt vnã ei[9] partẽ implere sufficiat.

d Duorũ reorũ obligationes duæ sunt & vna. Duæ, quà duo rei: vna, quà vna est ꝓpter vnius rei solutionem.

g ¶ *Partes.* quia duobus modis potest adimpleri. *& facit Inst. de pupil. substi. §. igitur. & supra de arbi. l. quid tamen. & l. Celsus. §. idẽ ait.* Sed ibi vtraque implenda est, scilicet in. l. Celsus.

h ¶ *Facturum.* scilicet iurauit.

i ¶ *Admittatur.* etiam si non iuret. & facit: *supra de condit. insti. l. quæ sub conditione in prin. & de lega. iij. l. non dubium. §. j.*

k ¶ *Adcrescit.* id[e] est, non decrescit: *vt. C. de cad. tol. §. vbi autem. & . §. sin verò nemo. & facit infra de suis & leg. here. l. si ex pluribus. & supra de vsufru. accre. l. idem & si. §. si mihi. & supra. si pars hered. peta. l. ij. & infra eodem. l. si separatim.*

e Adcrescere videtur, quod non decrescit.

* multarentur.

I*N testamẽto.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes Seiũ & Gaiũ, & iussit eis facere sibi monumentũ ad exemplũ eius monumẽti quod erat sitũ in quadã via quæ vocabatur Salaria, ꝓ quodam qui fuit vocatus Publius Mæuius Septimius Demetrius: & ita dicebat testator: & si dicti heredes non facerent taliter dictum monumẽtum, iussit quod darẽt nomine mulctæ siue pœnæ. c. pone Sẽpronio. & postea decessit dictus Titius testator: & postea dicti sui heredes bene volebant facere monumentum, sed non inueniebant aliquod monumentum Publij Mæuij Septimij Demetrij: sed inueniebant vnum monumentum Publij Mæuij Septimij Damæ: ad quod exemplum suspicabantur dicti heredes eum Titium qui fecerat testamentum, monumentum sibi fieri voluisse. vnde quærebant iidem heredes ad cuius monumentum se facere oporteret. & si nullum monumentum fecissent ob eam rem, quia non reperiebãt ad quod exemplum facerent: an tenerentur dicta pœna? vnde Vlpianus respon. eis, & dicit, si potest intelligi quale monumentum voluit sibi fieri testator, tale debet ei fieri: quamuis per scripturam testamenti hoc non possit intelligi. si autem nõ potest intelligi voluntas testatoris, non tenentur soluere heredes dictam pœnam Sempronio: quia non apparet ad quod exemplum iussit fieri

fieri monumentum: tenentur tamen heredes facere monumentum secundùm substantiam & dignitatem testatoris. Viuianus.

a ¶*Suspicabatur*. id est suspicio erat, in vi passiui.

b ¶*Num*. id est an. Accursius.

c ¶*In scriptura*. scilicet testamenti non expressit illud. 2. Vel dic in scriptura .i. subscriptione monumenti quæ erat ibi, non erat ita vt testator dixerat.

d ¶*Nullam*. Innuit ergo aliàs habere locum pœnam. Sed contra.s. *de his quæ pœ.no.l.j. & Insti.de leg.§.fi.* Sed fortè speciale in hoc casu. 2. Vel ibi erat ius antiquũ, secundùm quod non valebat pœna.

e ¶*Debere*. compelluntur autem pontificali[a] auctoritate: *vt.s. de petit. hered. l. hereditas. & de an. lega l. Quintus.* non tamen committitur pœna: *vt s. dixit. & facit. j. eod. l. quæ condit. & l. quibus. §. fi. & s. de vsufruc. leg. l. legatum ciuitati. & s. ad Sila. l. iij. §. si conditioni. & s. de iureiur. l. non potest videri. & s. de vsu. l. pecuniæ. §. fin.* Sed argu. contra *infra de consti. pec. l. j. §. cum.* ADDITIO. Dic secundùm Bar. hic quod suppletur officio iudicis, licèt obligatio deficiat.

[a] Pontificali authoritate religiosa legata & præcepta hæredes coguntur implere.

* Nomen deest.

F*iliæ suæ*.] CASVS. Sempronius ita legauit filiæ suæ Attiæ: Si filia mea Attia nupserit arbitratu Lucij Titij, heres meus det eidem Attiæ centum. & postea dictus Lucius Titius decessit: & postea decessit Sempronius testator: & postea dicta Attia nupsit sine arbitrio Lucij Titij, eo quòd erat mortuus idem Lucius Titius, vt dictum est. certè debet ei Attiæ legatum prædictum. [TITIA VXOR.] Titius ita dixit in testamento suo: Titiæ vxori meæ lego optionem seruorum meorum, vt. s. possit optare Philargyrũ puerum seruum, & Agatheam ancillam qui mei erunt cùm moriar. postea idem Titius testator vendidit ancillam Agatheam quam habuit tempore dicti testamenti, & postea emit ancillas quasdam: & vni ex his imposuit nomen Agatheæ: & postea decessit idem testator. nunc quæritur, an hæc ancilla empta cui impositum nomen Agatheæ, videatur legata Titiæ vxori testatoris: & dicitur quòd sic. Viuianus.

exemplum suspicabatur[a] eum qui testamentum fecerat, monumentũ sibi fieri voluisse: quærebant heredes cuiusmodi monumentum se facere oporteret: & si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non reperirent ad quod exemplum facerent, num[b] pœna tenerentur. Respõdit, si intelligeretur quod monumentum demõstrare voluisset is qui testamentum fecisset: tametsi in scriptura[c] non tũ esset,* tamen ad id quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere. sin autem voluntas eius ignoraretur, pœnam quidem nullam[d] vim habere: quoniam ad quod exemplum fieri iussisset, id nusquam extaret: monumentum tamen omnimodo secundum substãtiam & dignitatem defuncti extruere debere.[e]

Conditio de nubendo arbitrio alterius, reiicitur: ideò non nocet si ille qui debet arbitrari, antè moriatur. Bar.

XXVIII. PAVLVS *libro secundo Epitomarum Alfeni Digestorum.*

F*Iliæ suæ ita quis legauit: Si Attia filia mea arbitratu Lucij Titij nupserit, ei tot heres meus dato.* Titio antè testatorem mortuo, Attia nupserat. Quærebatur, an legatũ ei deberetur. Respondit, deberi.[f]

Vna species loco alterius succedit ex voluntate defuncti. Bartolus.

1. ¶ *Attia vxor mea Optato Philargyrum puerum, Agatheam ancillam, qui mei erunt cùm moriar.* is qui testamentum fecit, Agatheam quam testamenti tempore habuit, vendidit: & postea ancillas emit. ex his vni Agatheæ nomen imposuit. Quæsitum est, an hæc legata videretur. Respondit, legatam videri.[g] †

6 Nominata in testamento ancilla legata & post alienata, si idẽ eius nomẽ testator alij ancillæ imponat, ei intelligitur legasse. Noua enim hæc nominis impositio, hoc casu declarat testatorem nihil noui statuisse, sed ab initio ita censisse. Ducitur autem coniectura ex eo quod Agathea quæ testatoris esset cùm moreretur, legata sit.

f ¶*Deberi*. facit. j. e. l. *cum tale. §. rescriptum. & s. de leg. j. l. turpia.*

g ¶*Videri*. sic. s. *de donat. inter virum & vxo. l. si donata. §. si sponsus. & s. de exerci. l. j. § sed & si præposuit. & s. de lib. & postu. l. ideoque. & s. de leg. j. l. Stichum ex te. & de leg. iij. l. vxorem. §. testamento.* Sed arg. contra. s.[h] *de testamen. l. heredes. §. si quid post. & supra de adimen. lega. l. cum seruus. & supra de pign. l. fideiussor. §. Lucius.* ADDITIO. Dic quod ibi fuerunt obligata mancipia certa: ideò obligatio non extenditur ad redempta postea: hic autem nõ legabantur certa de præsenti, secundum Dynum & Bar. & eodem modo responde *ad. l. cum seruus. supra alleg.*

H*Æc conditio.*] CASVS. Legaui Titio centum si in Capitolium ascẽderit, & decessi. certè ita demum potest Titius petere legatum, si ascenderit Capitolium cùm primùm potuerit. Viuianus.

h ¶*Cum primùm*. post mortem testatoris: *vt supra. eo. l. ij.*

i ¶*Ascendere*. aliter[c] si sit stipulatio concepta in non faciendo quia tunc quando desiit posse fieri, nisi in casibus. iiij. *vt. j. de verbo. oblig. l. sta stipulatus. §. Sabinus.* Item & in legato secus, sc. si in nõ faciẽdo est cõditio: quia statim dat præstita cautione Muciana: *vt. s. eod. l. Mucianæ.* & hoc vbi imponit legatario: sed in herede indistinctè, secundũ Azo. *vt probatur. j. ti. j. l. j. §. itẽ si ita legatũ.*

c Conditionis in faciendo & non faciendo differẽtia. Prior statim à morte testatoris impleri debet: Posterior, quando desiit posse fieri, hîc.

Conditio potestatiua facilis debet impleri statim cùm potest. Bartolus.

XXIX. IVLIANVS *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

H*Æc conditio, Si in Capitolium † ascenderit: sic recipienda est*, si cùm primùm[h] potuerit Capitolium ascendere.[i]

† Quidam hîc addunt negationem quam desit Flor. & in omnibus & manusc. & impressis.

Coniunctis re portio adcrescit sine onere. Bartolus.

XXX. IDEM *libro primo ex Minicio.*

S*I separatim mihi totus fundus purè, tibi sub conditione legatus fuerit, & tu decesseris antequam conditio extiterit: non habebo necessitatem implere conditionem: vtpote cùm etiam si cõditio defecerit,[k] pars quam vindicaturus eras, mihi adcrescat.[l]*

Si conditio mixta deficit per casum, deficit relictum: secus si per aliũ in cuius personam confertur, fuerit impedita. Bartolus.

XXXI. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

I*N testamento ita erat scriptum: Stichus & Pamphila liberi sunto: & si in matrimonium coierint, heres meus his centum dare damnas esto.* Stichus antè apertas tabulas decessit. Respondit, partem Stichi defectam esse, sed & Páphilam defectã conditione videri[m], ideóque partẽ eius

S*I separatim*] CASVS. Titius legauit mihi fundum Titianũ purè: & postea legauit tibi eundem fundũ sub cõditione, & decessit. & postea tu decessisti antequã impleretur cõditio apposita tuo legato. certè debeo habere totũ fundũ: nec est mihi necesse implere conditionẽ. nã & si te viuente dicta cõditio defecisset, remanet pars mihi vna fundi quã vindicaturus eras si te viuente cõditio extitisset. Viuianus.

† Secus est si alicui delegetur non sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio: quia successor illius nõ cognosceret vt in c. quoniam abbat. cum glo. i. in me. extra de offic. de leg.

k ¶*Defecerit*. te viuẽte.

l ¶*Adcrescat*. i.[a] nõ deminuatur: *vt. C. de cadu. tol. §. vbi autẽ. sic. s. eo l. hæc scriptura. §. fin.* 2. Vel dic adcrescit vt auferri non possit: quod in idem recidit, *& facit supra de hered. institu. l. si sub conditione.*

a Adcrescere videtur quod nõ deminuitur.

I*n testamento.*] CASVS. Ita scripsit Titius in testam. suo, Stichus & Pãphila serui mei liberi sunto. & si in matrimonio simul coierint, heres meus his. c. damnas esto dare. & postea decessit dictus testator. & postea Stichus prædictus decessit antè apertas tab. dicti testam. nũquid heredes eiusdẽ Stichi debent habere partem legati quę contingeret Stichũ si viueret, & acciperet in vxorem Pamphilã: Et dicitur quòd non: sed si Pamphila nihil de dicto legato habere potest quia per casum fortuitum factum est quò minus ipsa possit nubere Sticho, inde dictum legatum remanet apud heredem testatoris. Sed quid si Stichus & Pamphila viuũt, & Stichus non vult eam accipere in vxorem, ipsa autem est parata? certè ipsa debet habere suam partem legati Stichus autem amittit suam. Et quod dictum est quando legatum est duobus, si in matrimonio coierint: habet locum etiam si vni eorum tantùm sit legatum si acciperet alterum. Viuianus.

m ¶*Conditione videri*. Imò videtur quòd nõ: *vt. s. de an. lega. l. annua. j. respon. arg. contra.* Solu. speciale est ibi in alimentis, sed & in eis distinguitur: *vt. j. eo. l. illis.* Item ad idem est contra. s. *de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. quoties. ibi. mortuo autem, &c.* Sol. cũ sub conditione quid mihi relinquitur, refert vtrũ pendet ex[b] facto meo tãtùm: vt si manumisero seruum, si ascendero Capitoliũ. aut[c] ex facto meo & alieno: vt si contraham cum illa, vel si morer cum illa, vel si dem ei decem. In[d] primo casu si casu impedior, totum consequar, vt ibi, nisi sim in mora manumittendi: *vt. j. eo. l. pe. §. j.* Si impedior per alium, nil consequor: sed[e] impediens libertatem tenetur secundum qualitatem delicti, vel l. Aquilia, vel furti, vel actione in factũ: *vt. s. ad. l. Aquil. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. & de condict. fur. l. iij. & de condic. ob cau. l. iij. §. fina. & infra eod. quibus diebus. j. respons.* sed illo non existente soluendo fortè æquum erit me ad relictum admitti: *vt. s. de eo per quem fac. est. l. fina.* In secundo[f] casu, si impedior casu meo, nihil consequor nisi in casibus: *vt hîc, & j. eo. l. cũ ita datur. & l. Titio. §. antè. & s.*

b Conditio potestatiua dicitur quæ pendet ex facto meo tantum non alieno.

c Conditio mixta est quæ pendet ex facto meo & alieno.

d Conditio potestatiua habetur pro impleta, si tecui cõditio imperata est, casu impediatur: si per alium, nõ habetur pro impleta: neque rem sibi relictã sub conditione cõsequitur nisi in subsidium: hoc est, nisi quo casu id quod sua intersit, consequi non possit ab eo, qui conditionem impleri prohibuit.

e Conditionẽ tertius impleri impediens, tenetur impedito secundum qualitatem delicti, vel L. Aquilia, vel furti, vel in factũ.

f Cõditionem mixtã casu suo non implens interdũ nihil, interdum partem, interdum totũ consequitur, vt hîc.

de condic.cau-da.l.iij.§.fina.& ℨ.de an.lega.l.Seio.j.respons.& j. eod.l.illis. ¶Item quãdoque[a] partem consequor, si pro parte impleatur conditio quæ in duos erat collata: vt.j.eodem.l.penult.§.item. Item si [b] impedior per alium in cuius persona est conditio, totũ consequor, vt hic. ¶Illud no.quòd nullo[c] casu & nulla conditione quid cõsequor, si stet per me: vt hic, & ℨ.de conditio. Institu.l. final. In casuali dautem conditione, si casu deficiat, certum est me non admitti. In mixta dico idem, siue per casum, siue per alium deficiat: quia[e] non pendet ex facto meo tantùm: vt. Cod. de Institut.& substitu. l. si pater. secundum. Ioan. & facit Cod. de condit. inser.l. legatum.

a ¶Debetur. sic. C. de Institut. & substitu.l.j. & .j. quando di.lega. ve.l. v.§. item si qua.& ℨ.de an.lega.l.Mænia. j.respons. Item facit. j. de statulib. l. seruus. §. imperator. & infra de manumiss. testa. le. qui filium.

a Conditione mixta in duos collata, si vnus cõditionis partẽ impleuerit, partem consequitur.
b Conditione mixta in duos collata, relictũ consequitur is, qui conditionem implere prohibetur.
c Cõditionem mixtam volũtate sua nõ implẽs, nihil consequitur.
d Conditione casuali deficiẽte per casum, is cui sub ea conditione quid relictum est, nihil cõsequitur.
e Cõditio mixta non pendet ex solo ac nudo facto vnius hominis.

apud heredem remansuram.sed & si vterque viueret, & Stichus nollet eam vxorem ducere, cum mulier parata esset nubere: illi quidem legatum deberetur, Stichi autem portio inutilis fiebat. nam cùm vni ita legatum sit: *Titio, si Seiam vxorem duxerit, heres meus centum dato*: si quidem Seia moriatur, defectus cõditione intellegitur. At si ipse decedat, nihil ad heredẽ suum eũ transmittere: quia morte eius cõditio defecisse intellegitur. vtroque autẽ viuẽte, si quidem ipse nolit vxorem ducere: quia ipsius facto cõditio deficit, nihil ex legato consequitur. muliere autem nolente nubere, cum ipse paratus esset, legatum ei debetur.[a]

Error calculi in reddenda ratione, & reliquorum restitutione non facit conditionem deficere. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro nono Quæstionum.*

QVamuis rationes reddere nihil aliud sit quàm reliqua soluere,[b] tamen si & statuliberi & heredis culpa, sine fraude tamen serui, minus solutum sit, & bona fide redditas esse rationes existimatum fuerit, liberum fore. Et nisi ita obseruetur, neminem qui sub conditione ita manumissus esset, vnquam ad libertatem peruenturum, si per imprudentiam minus solutũ esset. Hæc ita accipiẽda ait, si quando is qui rationes reddere iussus sit, per aliquem errorẽ sine dolo malo ita rationes ediderit, * vt dominus quoque circa computationem erraret.[c]

Falsa demonstratio legatum non vitiat. Bartolus.

QVamuis.] CASVS. In testamento meo dedi libertatem Sticho Seruo meo, si rationes reddiderit earum rerum mearum quas administrauit, & decessi. postea heres meus traxit rationem cum dicto Sticho: & cùm in veritate deberet restituere Stichus nomine reliquorum. l. heredi, fuerunt per culpam & ignorantiam vtriusque in communi concordia, quod Stichus non debebat restituere nisi. xxv. non autem per fraudem Stichi: & ita Stichus soluit heredi. xxv. tantum nunquid erit liber? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

b ¶Soluere. inspecta[f] verbi propria significatione, vt & tamen computet: & sic[g] est mixta ex faciendo & dando: vt infra eodem. l.cùm seruus.

c ¶Erraret. idem credo si nõ erret, sed bene sciat minus solui, dum tamen seruus bona fide faciat. & facit. C. de transact. l. præses. & ℨ. de iurein.l.eum qui. §.in popularibus. & .j.de fideicommiss.l.si purè.

f Rationes reddere propriè nihil aliud est, quàm computare, & reliqua soluere.
g Rationũ reddendarum conditio mixta est ex faciendo & dando: Quà cõputatio fit, in faciendo: quà reliquorum solutio, in dando consistit: atque ita mixta est.
* reddiderit sic. ℨ. l. nõ solùm. §. is qui reddere. ℨ. de lib. le. L. R.

FAlsa demonstratio.] CASVS. Ita dixi in testamento meo: lego Titio fratri meo centum, vel instituo mihi heredem Stichum fratrem meum, cum in veritate non esset meus frater, & ego hoc sciebam. certè dicta falsa demonstratio nihil legato vel institutioni nocet. Sed quid si legaui Titio simpliciter, vel institui mihi heredem Titium simpliciter, & quidam Titius dicat quòd ego sensi de eo, & alius Titius dicat quòd ego sensi de eo? Certè ille Titius qui probauerit me sensisse de se, admittetur, & non alius. [SED SI CVI.] Quatuor seruos meos manumisi: & sic sunt facti omnes mei liberti. postea vnus eorũ puta Stichus accepit ab imperatore ius anulorum aureorum, & ita habetur pro ingenuo quoad multa: vt. j. de iur. anulo. aur. l. penul. postea ego feci testamentum: & in eo ita dixi: libertis meis lego. c. nunquid veniet dictus Stichus ad legatum cum dictis aliis tribus liberis? & dicitur quòd sic. nam per accept. anulorum aureorum honor eius Stichi est auctus, & non conditio mutata. [SI QVIS.] Ita dixit Seius in testamento suo: lego equum meum Titio si erit meus dictus equus tempore mortis meæ. & postea alienauit equum, & postea decessit. nunquid debetur Titio equus, vel eius æstimatio? & dicitur quod non. Sed quid si ita dixit dictus Seius, Stichum & Pamphilum Titio do lego si mei erũt cùm moriar. & postea alienauit Stichum pone, & postea decessit. nunquid poterit legatarius vindicare Pamphilum? & respon. quòd sic. Nam licet testator dixerit in plurali, si mei erunt cũ moriar &c. pro eo accipi oportet, ac si separatim dixisset hoc modo: Stichum lego Titio si meus erit cùm moriar. & eidem Titio lego Pãphilum, si meus erit cùm moriar. Accursius.

XXXIII. MARCIANVS *libro sexto Institutionum.*

FAlsa demonstratio neque legatario neque fideicommissario nocet,[d] neque heredi instituto: veluti si fratrem[e] dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud. Et hoc ita iuris ciuilis ratione, & constitutionibus diuorum Seueri & Antonini cautum est. 1. ¶Sed si controuersia sit de nomine inter plures: qui probauerit sensisse de se defunctum, ille admittetur.[f]

Augmentum dignitatis non extinguit legatum. Bartolus.

2. ¶Sed si cui quasi liberto, id est inter libertos legatum fuerit: non idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab imperatore acceperit.[g] Nam honor eius auctus[h] est, non conditio mutata. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bartolus.

3. ¶Si quis legauerit rem ita, Si mortis tempore eius erit, nec tũc eius inuenitur: nec æstimatio eius legari videbitur. 4. ¶Quid ergo si quis ita scripserit, *Stichum & Pamphilum Titio do lego si mei erunt cum moriar*: & vnum ex his alienauerit? an vel alter possit à legatario vindicari? Placet vindicari. nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset,[i] *Stichum si meus erit cùm † moriar.**

Demonstratio fit per expressionem qualitatum rei demonstratæ. Bartolus.

XXXIIII. FLORENTINVS *libro vndecimo Institutionum.*

d ¶Nocet. vt[a] & supra eod.l.demonstratio.

e ¶Si fratrem. nõ[b] errando, sed ex certa sciẽtia: vt & supra de hered. institu. l. nemo. §.j. aliàs nil valeret: vt. C. de fal. caus. adiec. l.j. & Cod. de heredi. institu. l. si pater. & Cod. de testa. l. neque professio, quæ sunt contra. Sed argu. contra huic solutioni: supra de condic. inde. l. in summa. §. id quoque. Item contra supra de heredi. institu. l. fina. Sed[c] ibi fuit falsa causa, hic demonstratio. ad quod est infra eod.l. cùm tale. §. falsa. Item contra supra de lega. ij. l. Titia in princi. Solu. ibi. Item facit supra de an. lega. l. Titia. §. fina. Accursius.

f ¶Admittetur. facit supra de heredi. institu. in tempus. §. fina. & de testa. tutel. l. duo. & supra de lega. ij. l. vij. §. si inter. & quod ibi not.

g ¶Acceperit. non[c] enim desinit libertus esse quo ad plura: vt hic, & infra de iur. aure. anu. l. j. infra de bonis liber. l. etiam. in principio.

h ¶Auctus. facit.[e] C. de adop. l. cum in adoptionis. & facit supra de adoptionib. l. per adoptionem. Accursius.

i ¶Dixisset. ¶No. pluralem[d] numerum geminare significationem singularis. sic supra si quis cau. l. si plurium. §. j. & C. famil. erciscum. l. quoties. & de condi. inser. l. si plures. & supra de heredi. institu. l. hoc articulo, & l. paterfamiliâs. & de nego. gest. l. ij. §. si negotium. Argu. contra supra de pig. act. l. si necesse. §. si annua. & Cod. de impu. & aliis substitu. l. quamuis. & l. cum quidam. & facit ad. §. supra. de condit. institu. l. secunda. & de lega. ij. l. Stichum. & de lega. iij l. qui concubinam. §. Stichus. & de heredi. institu. l. talem. §. finali. & de rebus dubi. l. quoties libertis. Accursius.

a Falsa demonstratio non nocet legatario, vel fideicõmissario, vel hæredi futuro.
b Falsa demonstratio non errãdo, sed ex certa scientia adiecta, nõ nocet ei, qui demonstratus est.
c Falsa causa adiecta institutioni vitiat, at non falsa demonstratio.
d Anulorũ ius qui à principe accepit, no desinit libertus esse certis casibus.
† Centur. e. tum iamdudum. de præben. & c. cũ priuilegia. de priuil. & c. exhibita. de iudi. & c. significauit. de appell. & c. i. di. omnis leges. i. omnis lex.
* Vulgo additur, Pamphilũ si meus erit cũ moriar.
e Honos augetur anulorum iure impetrato, at non conditio mutatur.
f Pluralis numerus geminat significationẽ singularis.

NOminatim alicui.[CASVS. Hæc lex dicit quòd nihil interest vtrum leget testator nominatim Lucio Titio, an in legato eidem Lucio Titio non nominet eum, sed significet se ei legare per aliquam demonstrationem ipsius corporis Lucij Titij: vel etiam per demonstrationem artificij ipsius Lucij Titij: vel officij, vel necessitudinis, vel adfinitatis ipsius Lucij Titij. & est ratio: quia tales demonstrationes pro maiori parte funguntur vice nominis. si autem certum sit cui legare voluit testator, non nocet legatario etiam si testator falsam demonstrationem apposuit in legando

gando. Et scias quòd differentia est inter conditionem, & demonstrationem: quia demonstratio ostendit plerumque rem factam, conditio autem ostendit rem futuram. Viuianus.

a Demōstratio non semper nominis vice fungitur.

a ¶ *Plerumque.* fallit[a] enim quandoque: *vt inf. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquam. & facit supra si certum pe. l. certum. & supra de heredib. instit. l. quoties. §. si quis nomē. & l. his verbis. §. si.* Accursius.

b Demōstratio interdum vice conditionis ponitur.

b ¶ *Plerumque.* nam quandoque fallit: *vt supra de le. j. l. vj. & l. si sic.* Sed[b] tunc non demonstrationis vice, sed conditionis ponitur: vt ibidem dicitur.

† Facit ad hoc Gl. in rub. C. de institu. & substi. sub condi. factis.

LEuissima.] CASVS. Testator reliquit libertatem seruo suo sub pluribus cōditionibus separatim positis: *vt. ff. de manu. testa.* quod vulgo. puta quia dixit. Sticho seruo meo relinquo libertatem si nauis ex Asia venerit: postea in alia parte testamenti dixit: relinquo eidem seruo libertatem si dederit Titio. x. tertio dixit: relinquo eidē seruo libertatem si tetigerit cœlum digito. certè spectanda est leuissima conditio: *vt infra de ma. testa. in libertatibus.* quæ autem dicatur leuissima, vult hic dicere, id est ea quæ ad libertatem facilius seruum ꝑducit, quamuis per naturam grauior & durior sit conditio vna apposita, quam aliæ cōditiones appositæ. quāuis enim per naturam impossibilis sit conditio dicta, si tetigerit cœlum digito &c. tamen eam accipiemus, quoniam per eam potest leuiter seruus ad libertatē peruenire, cùm habeatur pro non adiecta: *vt supra eodem. l. obtinuit.* Viuianus.

† Gladiatoriū aut theatricū, qua interpretatione fallitur. Accursius.

c ¶ *Leuissima.* testator reliquit libertatem sub pluribus conditionibus separatim positis: *vt infra de manumis. testa. l. quod vulgo.* Nam accipitur quæ[c] ad libertatem perducit, vt hîc, quæ facilior[d] & melior est seruo: *vt infra de manumis. testa. l. in libertatibus. & infra eod. l. quod traditum.*

c Cōditio quæ ad libertatem perducit semper in dubio amplectenda.

d Conditiones seruo meliores & faciliores sumendæ.

NOminatim alicui legetur ita, *Lucio Titio*: an ꝑ demōstrationem corporis, vel artificij, vel officij, vel necessitudinis, vel adfinitatis, nihil interest. Nā demonstratio plerumq;[a] vice nominis fungitur: nec interest, falsa, an vera sit, si certum sit quem testator demōstrauerit. 1. ¶ Inter demonstrationem & conditionē hoc interest, quod demōstratio † plerumq;[b] factam rem ostendit, conditio futuram.

XXXV. POMPONIUS *libro singulari Regularum.*

LEuissima[c] libertatis conditio ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamuis natura grauior & durior sit.

Conditio casualis potest quandocumque impleri. Bartolus.

XXXVI. MARCELLUS *libro singulari Responsorum.*

PVblius Mæuius testamento suo ita cauit, *Quisquis mihi heres heredēsve erunt, do lego fideique eorum committo, vt dent Gaio Seio sororis meæ filio in honorem consulatus quadringenta.* viuo Męuio Seius consul designatus est, & munus † edidit:[d] deinde ex Kalendis Ianuariis[e] consulatum ingressus est, atque ita Mæuius decessit, Quęro, an quadringenta Seio debeantur. Marcellus respondit deberi.[f]

Non est verisimile quòd testator plus diligat substitutum, quàm primo loco positū: & nō potest prius cōueniri heres, quàm defunctus poterat. Bart.

1. ¶ Titia codicillis de prædiis quæ testamento Septiciæ reliquerat ita cauit: *A te peto Septicio, vt filio meo cum annorum sexdecim erit, eadem prædia restituas. quòd si filius meus sexdecim annos non impleuerit, peto vti reddas ea restituas Publio Mæuio & Gaio Cornelio.* Quæro, cùm Septicia decesserit, deinde filius quintumdecimum annum agens[g] defunctus sit, an repræsentetur[h] fideicommissum quintodecimo anno impleto: & heredes Septicię restituere id Publio Mæuio & Gaio Cornelio debeant. Marcellus respōdit, Septiciam ius quod in his prædiis habuisset, heredi suo reliquisse. etenim videri † contra voluntatem testatricis repręsentationem fideicommissi desiderari, vt amplius ad substitutos perueniat, quàm ad puerum peruenire vel à Septicia vel ab heredibus potuisset. Et verba quidem videntur repræsentare[i] fideicommissum: sed non est verisimile, vt maturius † voluerit testatrix ad substitutos id transferre:[k] nec quicquam mutat, quòd Septicia antè decessit. nā & si puer viueret, non prius Septiciæ heredes, quàm Septicia possent conueniri.

Licet deficiat onus legatario iniunctum, legatum non deficit. Barto.

XXXVII. PAVLVS *libro singulari ad legem Fusiam Caniniam.*

SI quis eum † quem ipse manumittere non poterat, legauerit ita, vt eum legatarius manumitteret: etsi à legato non repellatur,[l] non est compellendus vt manumittat: quoniam totiés

PVblius Mæuius.] CASVS. Publius Mæuius fecit testamentum, & in eo instituit sibi tres heredes pone, & postea ita in eodem testamento dixit: Quisquis mihi heres heredésve erunt, do, lego, fideique eorū cōmitto vt dent Gaio Seio sororis meæ filio. cccc. in honorem consulatus, id est si consul designabitur. postea viuo testatore dictus Gaius fuit designatus consul, & professus fuit se recepturum munus dicti consulatus. & postea ex kalendis Ianuarij, sicut moris erat, ingressus fuit consulatum, & posteà decessit dictus testator. nunc dictus Gaius Seius petit ab heredibus testatoris dicta. cccc. & heredes dicebāt se non teneri, eo quod conditio fuit impleta viuente testatore. Resp. tamen hîc ꝙ nihilominus debentur ei. cccc. [TITIA CODICILLIS.] Titia fecit testamentum, in quo sibi instituit heredem filium suum impuberem: & pone Septiciæ reliquit duo prædia Titianum & Seianum pone. & postea fecit dicta Titia codicillos in quibus ita cauit: peto Septicia vt filio meo cùm annorum sexdecim erit, restituas prædia quę tibi reliqui in testamento meo. & si filius meus non impleuerit sexdecim annos peto vt reddas dicta prædia, & restituas Publio Mæuio, & Gaio Cornelio: & non dixit vtrum statim mortuo filio, an verò post sexdecim annos. & postea decessit dicta Titia, & postea decessit dicta Septicia legataria prędiorum, & habuit duos heredes pone. & postea cū dictus filius Titiæ haberet quindecim annos, & non plus, decessit ipse puer, & ita antequam esset sexdecim annorum nunc Publius Mæuius, & Gaius Cornelius prędicti petunt fideicommissum dictorum prædiorum sibi dari per heredes dictæ Septiciæ, & incontinenti antè. xvj. annum completum: & hoc ideò quia verba testatricis videntur repræsentare fideicommissum prædictum, vt ipsi dicebant: quia verum est filium Titiæ non impleuisse. xvj. annum, nec amplius posse peruenire ad xvj. an. sed respon. quòd non possunt statim petere. nam non est verisimile vt testatrix voluisset transferre id fideicommissum prædiorum ad dictos substitutos filij maturiùs, id est citiùs quàm ad dictum filiū si viueret. nec obstat huic responsioni quòd Septitia decessit antequam puer testatricis: quia & si prædictus puer viueret, nō prius possent conueniri à puero heredes Septiciæ, quàm posset conueniri Septicia si viueret. Accursius.

† Præsumimus testatorē plus diligere institutum quàm substitutum.

d ¶ *Edidit.* id est professus est se suscepturum. Accursius.

e ¶ *Ianuariis.* hoc[a] idem videtur posse ꝓbari *in Authentic. de consuli. §. hoc autem à nobis.* Item ad hoc quod primò fiat designatio,[b] postea susceptio, est. *C. de municipi. l. j.* Sed argu. contra *C. de aduo. diuer. iudic. l. per hanc. §. sexcenti.* vbi innuitur quòd kalendis Aprilis. Sed fortè secundum diuersa tempora. *& facit Insti. de lega. §. illud.* Accursius.

† Hæres primus conueniri non potest, quàm defunctus conueniri potuit.

a Consules consulatum ingrediebantur Kal. Ianuariis licet ante designarentur.

b *sub.* Consulis.

f ¶ *Deberi.* quia etiam viuo testatore potuit impleri: *vt Cod. de Institutio. & substitut. l. si quis.*

† Falsus modus vel causa legato apposita non vitiat legatum: *vt per Glo. in. l. si cum te. ff. de pac. & in. l. t. & ibi Gl. & Cy. C. de fal. cau. adie. legato.*

g ¶ *Agens,* id est habens.

h ¶ *Repræsentetur.* id[c] est debeat dari statim antè. xvj. ann. cōpletos. Accursius.

c Repræsentari dicitur, quod statim soluitur.

i ¶ *Repræsentare.* prima facie: quia verum est filium non impleuisse decimum sextum annum, nec amplius ad. xvj. annos peruenire posse:

k ¶ *Transferre.* facit *infra de verbo. obliga. l. in illa stipulatione. & supra de vsur. l. si stipulatus. & supra eod. l. filia sua. §. j.* Sed arg. *contra infra de iure fisci. l. fiscus.* Accursius.

SI quis eum.] CASVS. Titius instituit me heredem, & damnauit Stichum seruum suum vt ad libertatem peruenire non posset. & ita ego non poteram manumittere dictum Stichum: *vt Cod. de his qui non pos. ad liber. perue. l. ij.* postea ego decessi, & legaui prius dictum Stichum Seio ita vt eum manumitteret. certè habebit Seius seruum, non tamen cogetur eum manumittere. & est ratio quare non cogitur eum manumittere: quia toties compellitur legatarius facere secundùm voluntatem meam testatoris, quoties nihil sit futurum contra legem, manumissio autem dicti Stichi erat contra legem. Itē est ratio quare habeat legatum serui Seius, quoniam magis eundem Seium legatarium volui ego testator habere aliquod commodum ex legato serui, quàm heredem meum. Viuianus.

l ¶ *Repellatur.* imò videtur repelli: *vt. ff. de lega. ij. l. si quis quos.*

quæ est contra Solu. hic non poterat: quia in fraudem creditorum fieret: *vt. s. de legatis. j. l. seruum filij. §. si idem. ibi omnino.* 2. Vel secundum Bul. ibi manumissio & actus manumissionis, hîc manumissio tantùm est prohibita. 3. Vel ibi propter serui delictũ, hîc propter manumittentem. Vel ibi erat vt minister: *vt & supra de lega. ij. l. si quis Titio.* hîc vt legatarius. Accursius.

a Plus etiã tempore petitur: quod ei accidit qui ante diem & tempus aut conditionis euentum petit.

a ¶ *Habere.* plus[a] enim & tẽpore accipit. Azo. *& facit Instit. de dona. §. j. & supra de auro & argen. lega. l. fina. §. fin.* Accursius.

secundùm voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurum: idq; Neratius scripsit: & tamen à legato non esse eum repellendũ: quoniam magis legatarium aliquid * commodum testator in hoc seruo, quàm heredem habere[a] voluisset.

* aliquod.

Ex testamento debetur quod ibi expresse relinquitur, vel per relationem ad aliud. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro singulari de iure Codicillorum.*

SI ita scripsero, *Quantum* † *codicillis Titio*[b] *legauero:* licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento valet: solaq; quãtitas in codicilllo delata est. Nã & apud veteres legata talia fuere, *Quantum ei per epistolam scripsero: quantum ex illa actione detraxero,*[c] *heres dato.*

† Scriptura referens id impliciter continet, quod in scriptura relata explicite continetur. vnde colligunt: legatum in scriptura cõfirmata, videri legatum in scriptura confirmante.

S*I ita scripsero.*] CASVS. Ita scripsi in testamento meo: quantum codicillis legauero Titio, heres meus eidem Titio dato. & postea feci codicil. & in eis legaui dicto Titio centum, & decessi. nunc quæritur, vtrum dicta decem debeantur Titio ex testamento, an ex codicillis? & dicitur quòd ex testamento. nam & apud veteres talia legata fuere in testamentis relicta, quãtum ei puta Titio per epistolas scripsero, tantum heres meus ei dato. Item quantum ex alia actione detraxero. i. à debitore meo exegero tantum heres meus dato Titio. quę quidem duo genera legatorum debentur Titio prædicto ex testamento. Viuianus.

XXXIX. IAVOLENVS *libro primo ex Posterioribus Labeonis.*

QVæ cõditio ad genus[d] personarum, non ad certas & notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testamenti, & ad omnes heredes institutos[e] pertinere. at quæ conditio ad certas personas[f] accõmodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxat gradum,[g] quo hæ personæ institutę fuerunt.

Si locus loci in testamento non adscribatur: subintelligitur locus vbi testator domicilium habuit. Bartolus.

1. ¶ Cùm ita in testamento † scriptum[h] erat, *Vt aliquid in foro fiat,* neq; adscriptum erat in quo foro: Labeo ait, si † non appareat quid mortuus senserit, in eius municipij foro faciendum, in quo is qui testamentum fecerit, domicilium[i] habuerit. quam sententiam ego quoque probo.

† Concor cum isto. 4. in q̃ando cum se s. locũ loci esse in testamẽto ponendum. *Gl. in. cap. quoties cordi. c. q. 7.*

† Forum in dubio intelligendum est de foro domicilij testatoris aut loquentis.

Dies impedimenti non computantur in termino. Bartol.

XL. IDEM *libro secundo ex Posteribus Labeonis.*

QVibus diebus vicinus tuus te via publica, cum ad pa-

b ¶ *Titio.* subaudi heres dato: quod est in fine.

c ¶ *Detraxero.* i. à debitore exegero. *& facit ad. l. s. de here. insti. l. asse & de condit. insti. l. institutio talis. &. C. de codicil. l. j.*

Q*Væ conditio.*] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & substitui eis Gaium & Sempro. & postea ita dixi cuicumque hereditas mea deferetur, ita sit mihi heres, si Martino decem dederit. & decessi. certè siue dicti instituti velint hereditatem, debent dare Martino. x. siue nolint eam habere, & substituti velint eam habere, debent iidem substituti dare dicto Martino. x. quia, vt dicit litera, alia conditio quæ ad genus personarum &c. si autem dicta conditio dandi. x. M. sit adiecta tantum institutis, vel tantum substitutis, illi tantum debent eam implere. [CVM ITA.] Ita scripsi ego Bonon. in testamento meo: Volo per heredes meos fieri in foro. i. in loco vbi redditur ius, puta in palatio communis vnam statuam pone in meam memoriam. & non dixi in quo foro, vtrum Bo. vel Mutinæ vel Imolæ, vel quo alio. certè si non appareat post mortem meam de quo foro sensi, debet fieri statua in foro Boñ. Viuianus.

b Generalis cõditio, generaliter: vt specialis, specialiter intelligenda.

d ¶ *Ad genus.* i.[b] generaliter ad omnes personas institutas: vt si facta institutioone & substitutione ita dicat, cuicunque hereditas mea deferetur, ita sit heres, si Titio decem dederit. Azo.

e ¶ *Institutos.* & substitutos: non autem ad venientes ab intestato: *vt arg. de vulga subst. l. qui liberis. §. hoc autem.*

f ¶ *Ad certas personas.* s. omnes eiusdem gradus.

g ¶ *Gradum.* & omnes personas eiusdem gradus forsan, & si deficientis portio sit pro non scripta: *vt. C. de ca. tol. §. his ita. & . s. de leg. j. l. ciuitatib. §. Lucius.* Azo. licet aliud sit in legato: *vt. C. de ca. tol. §. in primo.* ¶ Et distingue[c] si conditio est apposita in omnib. personis heredum, transit cum onere: siue pro non scripta, siue in causa caduci, siue caduca sit pars deficiens. Si autem omnibus, & tunc aut in omnibus eiusdem gradus, & tunc idem vt alij eiusdem gradu impleant. Si autem non omnibus sed quibusdam de eo gradu sit adiecta conditio, si quidem est non scripta, differt hereditas quæ vadit cum onere (vt & dixi) à legato quod nõ transit secundum H. Sed quidã dicunt etiam in hereditate non transire cũ onere: *vt in. d. §. in primo.* Sed est ar. contra. d. l. ciuitatibus. Sed dicunt quòd & ibi fuit appositum in personis omnium onus. Si autem alio modo deficiat relictum hereditatis vel legati, vt in causa caduci vel quasi caduci, vadit cum onere: *vt. C. de ca. tol. §. prosecundo. & . §. sin autem.* in eo quod dicit, simili modo &c. siue re & verbis, siue verbis tantũ sint coniuncti. si autem re tantũ, nõ vadit cum onere: nec dicitur decrescere, sed nec adcrescere: *vt. C. de cadu. tol. §. si verò. & facit supra de heredi. instit. l. sub conditione. & supra eodem. l. si seperatim.* Accursius.

c Conditio iniecta generaliter omnib. gradibus, ad omnes gradus refertur: omnib. personis eiusdẽ gradus iniecta, ad gradum insequentem nõ extenditur.

h ¶ *Scriptum.* secus in stipulatione quæ[a] non valet si certus locus non est *vt infra de verborum oblig. l. qui insulam.*

a Stipulatio nõ valet cui certus locus non est adiectus.

i ¶ *Domicilium habuerit.* sic. *Cod. de episc. & cler. l. nulli. & l. si quis ad declinandam.* Accursius.

Q*Vibus diebus.*] CASVS. Legaui tibi centum si vsque ad decẽ dies ascenderes Capitoliũ, & decessi. postea cùm velles ire ad ascendendum Capitolium, Titius vicinus tuus prohibuit te ire per viam publicã per tres dies qui fortè supererãt de decem diebus prædictis. tu tamẽ iuisti coram iudice, & conquestus fuisti de vicino tuo tempore quo impediuit te, & per te non remansit quin eum remoueres ab iniuria quam tibi inferebat. nunquid restituentur tibi tres dies vt intra eos implere conditionem possis? & dicitur quòd sic. [QVIDAM.] Emi a Seio fundum Seianum pro centum pone: & postea causa meliorandi eum pone feci expensas in eum scilicet viginti, & postea in testamento ita dixi: si Publius Cornelius impẽsam quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit, heres meus eidem Publio Cornelio dato dictum fundum Seianum. & postea decessi. nunc quæritur, an dictus Publius Cornelius debeat dare heredi expensas prædictas, & etiam prædictum fundum si vult fundum? & Cascellius dixit quòd sic, & malè. Ofilius autem & Iul. dixerunt, & bene, quod solos sumptus siue expensas debet dare heredi. & in dictis sumptibus non debet heres computare sibi fructus quos percepit ex dicto fundo, imò retinet sibi præcipuos. [QVIDAM TITIO.] Seius fecit testamentum, & in eo legauit Titio centum, & pluribus aliis legauit similiter. postea infra in eodem testamento ita iussit, quas pecunias cuique legaui, eas heres meus dato si mater mea moritur, id est, morietur. & postea decessit dictus Seius testator viuente dicto Titio cui cẽtum legauerat, & viuente dicta sua matre. & postea decessit dictus Titius legatarius viua dicta matre testatoris, & habuit heredes Titius Petrum & Martinum pone, & postea decessit dicta mater testatoris. quæritur, an dicti heredes Titij debeant habere dictum legatum de centum? & dicit Ofilius quòd sic. & reddidit talem rationem, quia dictum legatum non fuit relictum Titio sub conditione, imò fuit relictum purè, & postea fuit adiecta dies soluendi. si non fuit conditionale, ergo legatarius transmittit ad heredes suos petitionem ipsius legati. Sed certè ratio ipsius Ofilij est falsa, & per consequens est falsum dictum suum. nam bene fuit dictum legatum relictum sub conditione: & ideò legatarius qui decessit antè conditionem existentem, non transmittit ad heredes suos. & bene dixi quòd fuit conditionale: quia nil interest vtrum ita scribatur per testatorem, quas pecunias cuique legaui, eas heres meus si mater mea moritur, dato. quæ quidem verba scripsit Seius testator in nostro casu, an verò ita scribatur per testatorem, nisi mater mea moriatur, heres meus ne dato. nam in primo casu sub conditione est datum legatum: in secundo autem est ademptum sub conditione. [DOMINVS SERVO.] Titius faciens testamentum iussit Stichum seruum suum esse liberum, & postea eidem Sticho ita legauit: Heres meus dato Sticho seruo meo quem testamento liberum esse iussi, quinque aureos quos in tabulis debeo eidem Sticho. & postea decessit. nunc quæritur, an heres debeat dare dicto Sticho dictos quinque aureos: & quidam dixerunt, & malè, nihil seruo legatum esse: & adsignabant talem rationem, scilicet quia dominus seruo nihil debere potest. sed verius est quod debeantur eidem Sticho. & hæc videtur fuisse voluntas testatoris. [QVI DOTALEM.] Titius accepit in vxorem Seiam, & non habuit

habuit ab ea aliquem fundum in dotem. postea veniens ad mortẽ fecit testamentum, & ita in eo dixit: fundum Cornelianum quem mihi Seia in dotem dedit, heres meus ei dato. & decessit. nũc quęritur, an heres teneatur dare Seię dictum fundum? Et dicitur quòd sic, non obstante falsa demonstratione. [THERMVS.] Quidã qui vocabatur Thermus siue Termilius minor, fecit testamentum, & instituit sibi heredem Titium. Item scripsit in eodem testamento, quorum arbitratu sibi monumentum fieri volebat, & scripsit de duobus suis amicis quorum quilibet vocabatur Lucius Publius Cornelius. postea ita legauit, Lucius Publius Corne. heres meus dato mille ad ædificandum monumẽtum meum. & postea decessit. nunc quæritur an dicti Lucij Publij Cornel. possint petere ab herede dicta mille? Et dicitur quòd non, nisi satisdent se ita facturos monumentũ ex dicta pecunia, sicut testator iussit. Viuianus.

rendum[a] conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per te staret quo minus agendo[b] ob calumnias[c] eum summoueas:[d] hi dies conditioni[e] non imputabuntur.

Appellatione expensarum rei pretium non continetur. Bar.

1. ¶ Quidam ita legauerat, *Si Publius Cornelius impensam quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit: tũ heres meus Publio Cornelio fundũ Seianum dato.* Cascellius aiebat etiam pretium fundi dari debere. Ofilius impensæ verbo negat pretiũ significari: sed eos dumtaxat sumptus quos in eum postea quàm emptus esset fecit. Idem Cinna scribit. adiecto[f] eo, quòd nõ deductis fructibus, impensarum ratio haberi debeat. & hoc magis verum puto.[g]

Conditio apposita in quacunque parte testamenti, reddit conditionale legatum. Bart.

2. ¶ Quidam Titio centum legauerat, deinde infra ita iusserat: *Quas pecunias cuiq; legaui, eas heres meus, si mater mea moritur,*[h] *dato:* Mortuo patrefamilias Titius vixerat, & viua matrefamilias decesserat. Mortua matre heredibus Titij legatũ deberi Ofilius respondit: quoniã nõ sub cõditione esset legatum, sed ante legatũ purè, deinde dies soluendi adiecta. Videamus (inquit Labeo) ne id falsum sit: q̃a nihil intersit, vtrũ ita scribatur, *Quas pecunias cuique legaui, eas heres meus, si mater mea moritur, dato:* an ita, *Nisi † mater mea moritur, ne dato.*[i] vtrubique enim sub conditione vel datum vel ademptũ esse legatũ. Labeonis responsum probo.

Appellatione debiti continetur naturale tantùm. si aliud reperiri non potest. Bart.

3. ¶ Dominus seruo aureos quinq; sic legauerat: *Heres meus Sticho seruo meo quẽ testamento liberum esse iussi,*[k] *aureos quinque quos in tabulis debeo,*[l] *dato.* Nihil seruo legatum esse, Namusa Seruium respõdisse scribit: quia dominus seruo nihil debere potuisset. Ego puto, secundum mẽtem testatoris naturale[m] magis[n] quàm ciuile debitum[o] spectandum esse. & eo iure vtimur.

Falsa demonstratio certæ rei legatum non vitiat. Bart.

4. ¶ Qui dotalem fundum nullum habebat, ita legauerat: *Fundum Cornelianum quem illa mihi doti dedit, ei heres dato.* Labeo, Ofilius, Trebatius, responderunt fundum nihilominus legatum esse: quia cum fundus Cornelianus in rerum natura[p] sit, demonstratio falsa legatum non perimit.

Legatum sub modo non potest effectualiter peti nisi præstita cautione de modo implendo. Bartol.

5. ¶ Thermus[q] minor, quorũ arbitratu monumentum sibi fieri vellet, testamento scripserat: deinde ita legauerat: *Lucius, Publius, Cornelius ad monumẽtum meũ ædificandum mille heres meus dato.* Trebatius respondit, pro eo habendum, ac si ita legatũ esset, si satisdedissent[r] se ita id monumẽtum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatij sententiam probat quia hæc mens testantis fuisset, vt ea pecunia in monumentum consumeretur. Idem & ego & Proculus probamus.

XLI. VLPIANVS *libro trigesimoquarto ad Edictum.*

Legata sub conditione relicta, non statim, sed cum cõditio extiterit, deberi incipiũt:[s] ideóque interim delegari[t] non potuerunt.

a ¶ *Parendum.* Erat enim tibi relictum si hinc ad decem dies ascenderes Capitolium secundum Rog. & dic quod vicinus, id est heres cuius intererat cõditionẽ non impleri secũdũ quosdã. Sed certè imò cuius non intererat. nam si eius interesset, statim haberetur pro impleta, & caperet legatum: *vt. s. e. l. iure.* Sed hic nõ habetur ꝓ impleta, imò postea necesse habet implere.

b ¶ *Agendo.* quod iusserat testator, vel agendo contra impedientem iniuriarum[a] vel negatoria.[b]

c ¶ *Calumnias.* à vicino illatas.

d ¶ *Summoueas.* i. repellas.

e ¶ *Conditioni.* i.[c] dilationi conditionis.

a. Vel id est defectui siue effectui conditionis: & sic secundum vtramq; significationẽ necesse habet postea adimplere conditionẽ & hoc de conditione quæ dependet de potestate tua. aliàs nisi impleas, nil consequeris, cũ per alium impediaris: *vt. s. ad legẽ Aquiliam. l. inde Neratius. §. idẽ Iulianus.* Sed tenetur impediens si nullo modo implere potuisti, actione in factum. *s. de condi. causa data. l. ij. §. fi. & dicto. §. idem Iulianus.* Secus si per casum impedior in tali potestatiua: *vt s. de condi. insti. l. qua sub conditione. §. quoties. & no. s. e. l. in testamento.* Sed si conditio est casualis vel mixta, quocunque modo deficiat, nil consequeris: *vt. C. de instit. & substit. l. si pater.*

f ¶ *Adiecto.* fac. *C. quando di. leg. ced. l. ex his.* Accur.

g ¶ *Puto.* quia ea videtur fuisse voluntas testatoris: & sic non obstat quod aliàs dicitur. *s. de peti. here. l. à domino. §. penu.* Item facit *supra de leg. ij. l. Lucius. §. qua marito. contra.* Sed aliud est cum dicit: nolo quòd subeat onera hereditaria, quando ea tamen continentur quæ sunt soluenda creditoribus, non quæ sunt iam soluta: sed appellatione expensarum,[d] & quod solutum & quod soluẽ- ∯. Infort.

a Vim amouentí petimus actione iniuriarum vel negatoria. vt hic.

b Imò officio iudicis. Hæc enim petitio non est de re familiari. argu. l. decurianis. C. de his qui ad Ecclesiam confugerunt.

c Conditio ꝓ dilatione conditionis.

† Nisi dictio facit conditionem.

d Expensarum appellatione continẽtur tã solutæ, quàm soluẽdę. vt hîc. An & damnat. Guid. Papæ [illegible].

dum est ratione expensarum, continetur, secundum Hug.

h ¶ *Moritur.* i. morietur. sed quandoque[a] pro præterito ponitur: *vt. s. de neg. gest. l. iij. in princ. & §. hæc verba.*

i ¶ *Ne dato.* cùm primo reliquerat nam[b] per hæc verba non videtur legatum: *vt. j. de manu. test. l. antepenul. §. fi.* & sic est contra. *j. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. conditio.* Sed ibi in contractibus.[c] Item *facit. s. de in diem addic. l. ij. & de lega. j. l. si cui. §. j.*

k ¶ *Iussi.* & vere iusserat: aliàs per hoc nõ videtur legare: *vt. s. de leg. ij. l. Titia. in princi.*

l ¶ *Debeo.* ei seruo.

m ¶ *Naturale.* sed[d] certè & si non fuit hæc mens testantis, & nullũ sit naturale debitũ: tamen videtur q̃ valet legatũ: quia falsa[e] demonstratio nõ perimit legatum: *vt. s. eo. l. falsa. & l. demonstratio. & j. eo. proxim. §.* Respon. ea fuit testatoris voluntas, vt ita tamen deberetur si sit in rerũ natura hoc debitum: *vt. j. proxi. §.*

n ¶ *Magis.* electiuè ponitur. Accur.

o ¶ *Debitum.* impropriè[f] tamẽ dicitur debitum: *vt. j. de fideius. l. fideiussor obligari. §. j. & s. de pecu. nec serum & l. non solum. & l. sed si damnum. §. peculium.* & *facit infra quando di. leg. ce. l. cum illud. §. heres. & de lega. j. l. si sic.*

p ¶ *In rerum natura.* & *facit infra quando dies lega. ce. l. cum illud. §. heres. & supra de lega. j. si sic. & l. seruus legatus. §. qui quinque.*

q ¶ *Thermus.* ꝓpriũ est nomen testantis.

r ¶ *Satisdedissent.* sic. *s. de lega. iij. l. si ita legatum.* Sed arg. contra. *j. eo. l. Titio. j.* Respõ. §[g] aliud autem in contractibus vbi non satisdatur: *vt supra de condic. ob cau. l. dedi. & l. si heres. & facit. s. loca. l. insulam. §. quidam. & de leg. ij. l. antepenul. §. j. & de nego. gest. l. qui aliena. §. libertos. & s. de auro & arg. le. l. fi. §. fi.* Accursius.

Legata.] CASVS. Legaui Titio equũ meum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & sub eadem conditione legaui ei bouem. certè pendente conditione non debetur ei, sed ea demum existente. ea ergo conditione pendente non potest dictus legatarius dictas res alij legare. Viuian.

s ¶ *Incipiunt.* vt & *j. quando dies leg. ced. l. v. §. sed si sub conditione.*

t ¶ *Delegari.* aliàs legari: vt res proprias, sed vt alienas potest hic legatarius eas legare interim: *vt. s. de vsufru. leg. l. facto testamento. in fi.* aliàs delegari: & tunc dic vt statim delegatio, & per eam nouatio sortiatur effectum: sortietur tamen impleta conditione: *vt. j. de noua. l. si Stichum. §. j.*

Filiofamilias.] CASVS. Titio filio Seij non emancipato legaui centum sub hac conditione, si in potestate patris mansisset. certè videtur patri legatum, & non filio, & pater petere poterit

a Mortuus pro morietur.

b His verbis. Nisi mater mea moritur ne dato, an legatũ videatur conditionale.

c Differentiæ ratio hæc est. quia cõtractus statim vires assumit: scripta verò in testamento, vt & legata, post mortem.

d Adde per modũ incidenter quod naturale debitum, licèt de iure ciuili peti non possit: tamen de iure canonico potest peti coram episcopo: vt notat [illegible] in. l. si [illegible] princ. [illegible] indeb. & Gl. in l. quicunque. s. de compensa.

e Demonstratio falsa non perimit legatum.

f Debita naturalia impropriè debita dicuntur.

g Dic ibi, modum imponit in fauorẽ legatarij: & ideo videtur magis pulsiuus modus finalis: secundum Bart.

nomine suo legatum. & idem iuris esset si reliquissem centum Sticho seruo Seij sub conditione, si in potestate domini mansissent: & ad prædicta facit argumentum, quòd si legarentur cibaria seruis Titij, non est legatum seruorum, immo est domini. intuitu enim domini seruis legatum videtur, ex quo Titius fuit nominatus tanquam dominus seruorum. Vinianus.

Si relinquitur filio sub commemoratione patriæ potestatis, & in id tempus confertur: patri videtur legatum. Bartolus.

XLII. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

Filiofamilias legatum est sub hac conditione, si in potestate patris mansisset. Magis [a] patri legatum videri ait, & patrem suo nomine legatum petere. Idem † iuris esse & si seruo similiter legetur. Argumétum rei est, quòd & si cibaria seruis Titij legentur: proculdubio [b] domini est non seruorum legatum.

Si legatum scinditur per contra tabulas, vel alia lege: scinditur onus per modum conditionis iniunctum: secus si per Falcidiam minuatur item secus in onere vi modi adiecto. Bartolus.

XLIII. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

Plautius † rogatus est heres à liberto testatore, vt perceptis [c] sibi decem, totam hereditatem reuenderet. [d] postea patronus defuncti bonorum possessionem contra tabulas petierat, & partem [e] hereditatis quæ debebatur, [f] abstulerat. Proculus, Cassius, fideicommissarium pro rata [g] quod soluit [h] repetere [i] debere aiunt. Paulus: hoc iure vtimur. Nam quemadmodum præstatióne fideicommissorum & legatorum heres exoneratur per prætorem, [k] ita etiam ipse [l] partem [m] cósequi debet. 1. ¶ Diuersum est si Falcidia interueniat, & minuat legatum. Nam his casibus [n] nihil repetetur, [o] quia [p] in solidum conditioni paretur. 2. ¶ Item scinditur ius dandi, [q] si is cui legatum [r] est, non potest partem hereditatis sibi relictam totam capere. [s] Nam verius est partem eum præstare debere: partem illos [t] qui auferunt ab eo quod plus relictum est, quàm à lege conceditur. 3. ¶ Neratius libro primo responsorum scribit, ex duobus scriptis heredibus si vnus rogatus sit tibi hereditatem restituere, tu Titio certam summam dare, & beneficio legis Falcidiæ in restituendo heres vtatur: quanto minus tibi præ-

a ¶ *Magis.* comparatiue [a] ponitur. R. quia tam filio quàm patri legari videtur. Argu. ꝫ. *de leg. ij. l. debitor. §. fin.* secundum Rog. sed secundum Azo. & Hug. dic electiue. Nam aut est emancipatus cum petit, & nó potest. quia deficit conditio si in potestate &c. & quia patri noluit testator quæri: *vt arg. in fin. huius legis.* Aut in potestate, & tunc non petit: vtpote patri quæsitum. Nec obstat. l. debitor. quia hoc est verum ibi: quòd not. quia id habet vires ex persona serui: q̃a si esset liber, id ei legari posset.

a Magis particula interdũ cõparationem interdum electionem designat.

† Legatum relictũ sub commemoratione dominicæ potestatis relictũ videtur ipsi domino.

b ¶ *Proculdubio.* vt &. *C. de iure delibe. l. penult.*

Plautius.] CASVS. Stichus libertus Titij fecit testamentum: & præterito dicto suo patrono instituit sibi heredem Plautium, & rogauit eundem Plautium heredem vt perceptis sibi decem à Gaio totam hereditatem restitueret eidem Gaio. & postea decessit dictus Stichus, & Plautius heres restituit hereditatem Gaio: & habuit ab eo dicta decem. postea prædictus Titius patronus Stichi videns se præteritum à liberto suo, petiit bonorum possessionem contra tabulas dicti liberti defuncti, & abstulit dicto Gaio fideicommissario possidenti hereditatem partem eius hereditatis quæ de iure debetur eidem patrono, scilicet hodie tertiam nunc dictus Gaius fideicommissarius dicit Plautio heredi, Restituas mihi tertiam partem de decem, quæ tibi solui, sicut patronus testatoris abstulit mihi tertiam partem hereditatis liberti sui. nunquid debet admitti petitio sua? Et dicitur quòd sic. & est ratio: quia sicut heres liberti prædictus exoneratur à fideicommissorum & legatorum præstatione per prætorem dantem contra tabulas patrono pro tertia contra ipsum heredem non rogatum alicui hereditatem restituere, & sic heres pro ea rata non tenetur alicui præstare dicta legata vel fideicommissa, nisi certis personis: *vt. C. de bonorum possessione contra tabulas liberti. l. j.* ita & in nostro casu cum fuit heres rogatus restituere hereditatem Gaio perceptis ab eo decem, debet heres partem dictorum decem consequi à fideicommissario quando fideicommissarius non soluit ei adhuc decem: vel si soluit, reddidit ei heres pro rata, vt dictum est. quamuis autem possit fideicommissarius repetere ab herede liberti tertiam de. x. ideo scilicet quia patronus abstulit ei per contra tabulas tertiam partem bonorum liberti, vt dictum est: tamen diuersum est si Falcidia interueniat, & minuat legatum fundum Gaio sub conditione si daret heredi. x. pone: nam his casibus scilicet quando Falcidia minuit legatum, nihil repetetur per legatarium de dictis decem datis heredi causa implendæ conditionis legati: & est ratio quare non repetit legatarius in hoc casu: quia insolidum conditioni pareretur per legatarium. nam non posset legatarius dare heredi partem de dictis decem, & habere fundum vel eius partem: *vt. ꝫ. eod. cui fundus. j. respon.* si pareretur dictæ conditioni insolidum: ergo propter detractionem quæ fit de legato nomine Falcidiæ, non repetit legatarius partem pecuniæ, vt dictum est. Scias etiã quòd sicut scinditur ius dandi causa implendæ conditionis in primo respon. huius legis, ita & in hoc alio casu, institui mihi heredem Seium, & legaui Martino tertiam partem hereditatis meæ pone, id est quatuor vncias sub conditione si daret heredi decem, cum ipse Martinus non posset capere nisi duas vncias, puta quia erat filius naturalis tantum: cui non potest relinqui vltra duas vncias existentibus filiis legitimis: *vt. C. de natu. libe. l. ij.* & substitui eidem M. Petrum & Ioan. & sic debet habere dictus Martinus duas vncias tantum, & substituti eius alias duas vncias de dictis quatuor vnciis. nam dimidiam dictorũ decem quæ continebantur in conditione Martino apposita, debet præstare heredi Martinus, & aliam medietatem substituti sui. Item scias quòd sicut in primo & tertio responso huius legis scinditur ius dandi causa implendæ conditionis: ita & in hoc quarto casu scinditur ius dandi, quamuis non sit in vi conditionis: instituí mihi heredes Titium & Sempronium, & rogaui Titium per fideicommissum vt tibi restitueret suam partem, & te rogaui vt restitueres puta centum Seio. & postea decessi, & dictus Titius adiuit pro sua parte hereditatem, & tibi eam restituit, deducta tamen quarta per legem Falcidiam, id est per Trebell. & ita effectum est de facto quòd tres partes partis suæ quas habes, sunt & valent minus quàm sit illud qđ debes dare Titio, id est centum. certè quanto minus tibi prę stitit Titius heres per Trebel. tanto minus debes dare Seio de dictis centum. Viuianus.

Plautius. scilicet scripsit quęstionem talem, rogatus &c. vel Plautius institutus heres rogatus &c.

† Verba Plautij sic notis distincta in Archetypo Flo. teste Ant. Augu. guil. lib. 1. c. 6. quas tamẽ notas typographus Florentinus omiserat. Cont.

c ¶ *Perceptis.* de bursa fideicommissarij: *vt. ꝫ. innuit.*

d ¶ *Redderet.* aliàs redderet: & aliàs reuenderet, id est venderet dicto fideicommissario pro decem: quod valet. *supra de leg. j. l. & si aquo.*

e ¶ *Partem.* olim dimidiam, hodie tertiam: *vt Instit. de suc. li. §. sed nostra.*

f ¶ *Debebatur.* ipsi patrono.

g ¶ *Pro rata.* scilicet pro tertia.

h ¶ *Soluit.* scilicet heredi.

i ¶ *Repetere.* condictione ob causam, si heres redderet: *vt. ꝫ. de condic. ob causam. l. ij. §. j.* secundum aliam actione ex empto *vt. ꝫ. de actio. emp. l. si heres.* Accursius.

k ¶ *Per Prætorem:* qui dat cõtra tab. patrono pro tertia: & sic heres pro ea rata non tenetur alicui nisi coniunctis personis: *vt. C. de bono. posses. contra tab. lib. l. j.* Accursius.

l ¶ *Ipse.* scilicet heres.

m ¶ *Partem.* scilicet tantũ de eo quod ei est dandum à fideicommissario: vel si iam consecutus est totum, reddit pro rata, vt dixit.

n ¶ *His casibus.* quando Falcidia minuit legata.

o ¶ *Repetetur.* scilicet de dato causa adimplendæ conditionis. aliud si fideicommissarius esset iussus dare, & sic esset debitum: *vt. ꝫ. ad Trebel. l. facta. §. si Titius.* ¶ Sed nonne per Falcidiam sicut per contra tab. exoneratur heres à legatis? quare ergo secus quàm in superiori casu? Respon. non dicitur heres exonerari per Falcidiam, immo totum dicitur deberi, licet Falcidia detrahatur: *vt. ꝫ. tit. j. l. ad veterani. §. j. & l. si dignum.* Nam nó rumpitur testamentum, sed per contra tabu. sic. Item supra quasi pretium repetitur, quasi pro parte euicta re vendita: quod in hoc casu nullum fuit.

p ¶ *Quia.* aliàs quod.

q ¶ *Ius dandi.* causa implendæ conditionis.

r ¶ *Legatum.* j. relictum, vel pars hereditatis, vt subiicit: vel tota, vel res relicta sub conditione si decem det heredi.

s ¶ *Capere.* q̃a est filius naturalis tantũ, cui nó potest relinqui vltra [a] duas vncias [b] existẽtibus legitimis: *vt. C. de nat. lib. l. ij.* 2. Vel erat res prohibita à testatore antiquiori alienari inter relicta.

t ¶ *Illos.* scilicet substitutos vel cõiunctos: *vt not. ꝫ. eo. l. quę conditio.*

a Naturalibus suis liberis pater iure nouo legare nó potest vltra vnã vnciam. Nam ita hoc loco legendum est ex l. 2. C. de naturalib. liberis hic allegata, & ex aliis glossis puta ex glossa. l. Lucius 45. in verbis primum casum. ꝫ. de vulgari. & in l. cogi. 16. §. hic qui. ꝫ. ad Trebel. ad de Socinum regula pater filius.

b Vnam vnciam legẽdum videtur ex loco quem citat.

ditio.& facit.j.de do.cau.mor.l.ei qui.& .j.l.proxi.§.si duorum.
a ¶ *Tanto minus.* Imò non minus: *vt.s. de ann.leg.l.liberto.§.j.* contra. Solu. cum quid relinquitur mihi, & onus imponitur, & relictum ex postfacto minuitur: aut in vim modi, aut in vim conditionis. si in vim modi, [a] si quidem imponitur in eadem re vel eius parte alij præstanda minuto relicto: & onus pro rata minuitur: *vt.j titu.j.l. pœnales.§.fin.* Si vero onus est in alio implendo, si quidem relictum minutum remaneat maius onere vel tantum, non minuitur onus: *vt in.l.cõtra.& s.de leg.ij.l.cum patre.§.j.& de leg.j.l.si mihi Stichum.* Si vero remanet minus onere: quatenus est minus, eatenus minuitur onus, vt hic. si in vim cõditionis & deminuitur relictũ: quia totũ nõ capio, minuit onus: *vt.s. eo.§.item scinditur.* Idem & si is qui debet rectum, pro parte desinit esse heres: *vt supra ea.l.in princ.* Idem videtur & si alio modo minuatur: *vt infra l.proxim.§.si pars.* Secus si minuatur per Falcid. *vt.s.§.diuersum.* & est ratio vt ibi not. Si vero onus à principio sit maius relicto, dic: *vt no.s.de lega.j.imperator.per totam.l.& facit supra de vulg.substit.&.l.& si contra.&.j.eo.l.sed si hoc.§.j.*

[a] Aut conditionis. Modus enim largè dicitur cõditio. *Abb.in.c.cum Ioan.de fide instru.* & per verba, ita vt, dũmodo, postquã, ne, proin, & vt, importatur verbũ modus, vide Bart. *in.l.ij.de cond. & demonst.*

stiterit, tanto minus [a] te Titio præstare, non esse iniquum.

Qui iussus est dare seruo causa conditionis implendæ: sub nomine proprio vel sub nomine heredis dando domino, non implet conditionem. Item iussus dare domino non implet conditionem si dat seruo. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro nono ad Plautium.*

Qvi heredi [b] dare iussus est, seruo alieno instituto, non domino [c] dare debet. Nam & si alio herede instituto iussus est [d] seruo Titij dare, ipsi seruo datur: quia quæ facti † sunt, non transeunt ad dominum: [e] quemadmodum si mihi aut seruo Titij stipulatus sim, non Tito, sed seruo eius [f] dari potest. & hæc vera sunt.

† Conditio in tius persona impleri debet in cuius persona adiecta est.

1. ¶ Sed cum heredi dare iussus est, videamus ne domino dandum sit. Et consequens est & hic [g] seruo dari.

2. ¶ Certè statuliber [h] quin domino dare debeat, [i] non est dubium. 3. ¶ Contra qui domino debet dare: non implet cõditionem dando seruo eius, nisi si dominus consenserit. [k] Nemo enim in tali specie conditionem nesciente me [l] vel nolente implere potest.

Conditio de dando heredi, in ipsius personam impletur, non in fideicommissarij: & datum causa conditionis implendæ: non venit in restitutione. Bart.

4. ¶ Cum hereditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est, heredi [m] dandum est [n] vt impleatur conditio: nec hoc restituendum [o] est ex causa fideicommissi. 5. ¶ Sed cum suspectam adiit, & restituit: dubitabatur an ei auferendum [p]

Qvi heredi.] CASVS. Institui mihi heredem Stichum seruum Seij, & legaui Gaio equum meum si daret heredi instituto à me.x.& decessi. nunc quæritur, an Gaius legatarius debeat dare decem dicto Sticho instituto, an Seio domino suo? Et respõ. quòd Sticho, & non domino. nam & si instituissem mihi heredem Sempronium liberum, & legassem Gaio equum meum si daret. x. Sticho seruo Titij, debet legatarius dare.x. Sticho seruo Titij, & non Titio: quia ea quæ sunt facti, sicut est datio & receptio, non transeunt ad dominum: sicut est etiam in contractibus. nam si mihi aut seruo Titij sim stipulatus ab aliquo, non potest promissor dare Titio, sed seruo eius qui fuit adiectus in stipulatione. sed & cum legatarius est iussus dare heredi simpliciter instituto seruo Seij, debet dare seruo, & non Seio. secus autem est in seruo cui data est libertas si dederit heredi.x. instituto herede seruo Seij: quia ille statuliber bene potest dare decem Seio domino, & consequi libertatem sed econtrario si statuliber sit iussus dare domino, non implet conditionem dando seruo eius nisi dominus eius consenserit. nemo enim potest implere conditionem in tali specie siue casu nesciẽte me domino vel nolente. [CVM HEREDITAS.] Institui mihi heredem Titium, & legaui Seio equum meum si daret heredi decem. & postea rogaui dictum Titium heredem vt restitueret Gaio hereditatem meam, & decessi. postea heres meus restituit hereditatem dicto Gaio: nunc dictus Seius legatarius vult equum. quæritur, cui debeat dare dicta.x. causa implendæ conditionis? vtrum Titio heredi, an Gaio fideicommissario? Et dicitur quòd heredi. & ista.x. quæ dat legatarius heredi, non debet restituere heres fideicommissario ex causa fideicommissi. nam capit ea heres à lagatario tanquam extraneus quilibet, & non iure testamenti. & idem est, scilicet quòd heres non teneatur restituere dicta decem fideicommissario, etiam si adiuit ipse heres coactus hereditatem cum haberet eam suspectam, & eam restituit fideicommissario coactus. Sed pone quòd dicto Titio heredi instituto facit controuersiam hereditatis Sẽpronius: & interim venit Seius vel legatarius, & petit ab eo equum sibi legatum: & vult ei dare dicta.x. causa implendæ conditionis, & heres dicit ei: Si tu vis legatum, caueas mihi quòd restitues mihi legatum si Sempronius euincat mihi hereditatẽ. dicit legatarius, Et ego volo quòd tu caueas mihi quòd tũc restitues mihi decem quæ tibi do causa cõditionis implendæ. certè bene dicit heres: & bene dicit legatarius: & ita cauebũt sibi adinuicẽ prædicto modo. Sed quid si dictus heres rogatus sit restituere hereditatem Gaio, & Gaius sit iussus dare decẽ heredi, & soluit heredi Gaius dicta.c. nunquid eadem decem tenebitur heres restituere Gaio ex fideicommisso vniuersali? Et dicitur quòd non. [SI DVORVM SERVO.] Sticho seruo Titij & Seij legaui fundum meum si daret heredi meo.x. nunquid Titius poterit dare heredi.v.& habere dimidiam fundi? Et dicitur quòd sic: licet quidam dicerent cõtrarium. [SI PARS REI.] Cum Titius possideret partem fundi mei bona fide ex aliquo titulo, & vsucaperet: legaui eũdem fundum Seio si daret heredi meo.x. & postea me viuente dictus Titius compleuit vsucapionẽ dictæ partis fundi: & postea decessi: & ita legatarius non potest habere partem vsucaptam. nunquid si vult alterã partem, tenetur in totum parere conditioni? Et dicitur quòd non: imò sufficit ꝙ pareat pro parte. [PLAVTIVS.] Plautius fecit testamentum, & instituit sibi tres heredes pone, & vni ex dictis heredibus prælegauit fundum si daret heredibus.c.& decessit. nunc quæritur, vtrum integra.c. debeat dare de sua bursa coheredibus coheres cui prælegatus est fundus? Et dicitur quòd non, imò deducit suam partem hereditariam de dictis.c. id est tertiam partẽ cũ tres fuerint coheredes, vt dixi: & reliquã summam, id est duas partes de cẽtum dabit de sua bursa coheredibus pro portiõe qua ipsi instituti sunt. si autem vnus de coheredibus ita est institutus ex parte tertia, si heredi vnus decem dedisset vel etiam centum, & per testatorem dictum est quòd non esset aliter heres quàm si tota decem coheredibus dedisset, non admittetur ante aditam tertiam hereditatis, quàm si totam summam dedisset de bursa sua coheredibus suis. & hoc probat à simili. video enim, dicit iurisconsultus, quòd si seruus est liber scriptus in testamento, & est scriptus heres ex parte ita si decem dedisset heredibus, non aliter est liber & heres quàm si tota decem coheredibus dedisset.

b ¶ *Qui heredi.* s. scripto. ¶ Sed quid si dixit simpliciter heredi? Quidam dicunt domino dandum. Tu dic contra, argu. *s.de vulg. substitu.l.qui liberis.§. hac verba. & .j. proxim. ibi sed cum heredi &c.*

c ¶ *Non domino.* Sed hoc quo modo, cum nullo momẽto seruus fit heres: *vt.s.de adqui.here.l.placet?* Sed potest dici, quia [a] datio & receptio est facti: *vt.s.de cu.fu.l.consilio.in si* & sic [b] in persona serui fieri possunt: *vt arg.Insti.de stip.ser.§.sed cum factum. & .j. de ver. oblig.l.stipulatio.§.hi.& .j.subiicit:* licet [c] ea quæ sunt iuris, nec momento penes eum resideant: vt [d] hereditas: *vt.d.l.placet.*

[a] Dare & recipere facti sunt non iuris.
[b] Facti conditiones in persona seruorũ impleri possũt non quæ iuris sunt conditiones.
[c] Conditionũ iuris & facti differentia.
[d] Hereditas verbum est iuris non facti.

d ¶ *Iussus est.* puta legatarius cui fundus est legatus si decẽ dederit heredi. aliàs non posset onerari: *vt.C.de fideicom.l.ab eo.* Acc.

e ¶ *Ad dominum.* cum factum serui non sit domini: vel econtra. Accursius.

f ¶ *Seruo eius.* vt. *j.de solu. si stipulatus sum.*

g ¶ *Et hic.* i. in dicta specie. ¶ Sed nonne in princ. dixerat idem? Respon. sic ita: vel ibi dixit scripto vel instituto: hic heredi simpliciter.

h ¶ *Certè statuliber.* cui est relicta libertas si. x. dederit seruo heredi instituto.

i ¶ *Debeat.* i. potest dare domino si vult cõsequi libertatẽ. & hoc non tã demonstratione personæ quàm dominij ratione attẽta: *vt j.de statuli.l.si statulibera pœna.§.si filius.& . l.seruus si heredi.*

k ¶ *Consenserit.* i. vel nisi in eius vtilitatem versum fuerit: *vt.j.de sol.l.Stichum aut Pamphilũm.§.vsumfructum.*

l ¶ *Me.* domino. Accursi.

m ¶ *Heredi.* nam licet [e] restituatur, nihilo minus remanet heres: *Institu. de fideicom.here.§.restituta..*

[e] Heres restituta etiam hæreditate, heres remanet.

n ¶ *Dandum est.* à legatario cui quædam res singularis est relicta si decem dederit heredi.

o ¶ *Restituendum.* i. dandum fideicommissario vniuersali: quia capit hoc quasi quilibet extraneus. non autem capit iure testamẽti: *vt.j.eo.l.Mænius.* sed in quarta Trebel. bene computatur: *vt.j. tit.j.l.in quartam.§.sed & quod.* & hæc erat causa dubitandi. Itẽ occasione hereditatis habet.

p ¶ *An ei auferendum.* Imò videtur auferri: *vt.s.de condi.instit. l.is qui.* quæ est contra. So. hic à legatario singulari, ibi à fideicõm.

vniuersali accepit. 2. Vel dic de æquitate quod patet: quia dicit benignius, ibi de rigore. 3. Vel dic quòd hîc à fideicommissaria accepit. sed solue vt ibi.

a ¶ *Quod dedit.* [a] causa implendæ conditionis.

b ¶ *Non restituam.* & hoc est contra. *d. l. de condit. insti. l. is qui.*

a Euicto legato, legatarius ab herede recuperat id quod ei dedit implendi conditionis causa.

sit. Et benignius est & in hoc casu nihil ei auferri. 6. ¶ Si autẽ me herede instituto, cõtrouersia mihi fiat hereditatis: si cauet legatarius euicta hereditate reddi legatum, & ipsi cauendũ est reddi quod dedit. [a] 7. ¶ Sed si iussus sis mihi decem dare, & accipere hereditatem ex senatuscõsulto: decem tibi ex causa fideicommissi non restituam. [b]

Ex pluralitate dominorum scinditur conditio seruo adiecta. Bart.

8. ¶ Si † duorum seruo legatũ sit sub conditione dandi, nõ posse per partes cõditiõi pareri quidam aiunt. sed semel dandã pecuniam. sed ego contra puto. [c]

Deminuto legato per vsucapionẽ deminuitur conditio. Bart.

9. ¶ Si pars rei legatæ vsucapta [d] sit, an in solidum parendum sit, dubito. Et potest dici pro parte [e] parendum ex sententia testatoris.

Iussus dare heredibus, si tempore quo dat reperit se heredem, deducit partem suam pro rata: secus si non sit heres, sed esse speratur: quia tunc nihil deducit sicut legatarius. Bar.

10. ¶ Plautius: vni ex heredibus fundũ legauit, [f] si centũ heredibus dedisset. Deducet suam partẽ hereditariam, [g] & reliquã summã heredibus pro portione eorũ dabit. At si heres ex parte ita institutus esset, si heredibus decẽ dedisset: non aliter esset heres, quàm si tota decẽ coheredibus dedisset: quia nõ ante ad hereditatẽ admitteretur, quàm si omnẽ summã dedisset. Nã cũ & seruus testamẽto liber, & ex parte heres ita scriptus esset, si heredibus decem dedisset: constitit nõ aliter eum liberũ heredémq; futurum, quàm si tota decem [h]

Solut. hic sponte adiit: ibi coactus. Vel ibi gratia fundi tantum erant danda decem, hic pro tota hereditate. Accursius.

c ¶ *Contra puto.* quia seruus [b] cõmunis vicẽ duorum sustineat: *vt. j. de stipula. seruo. le. j. §. communis.* Sed si duobus esset legatum, per partes posset pareri cõditioni: *vt infra eo. l. si quis legata. §. fin. & l. cui fundus & facit. s. eo. l. Plautius. §. item scinditur.*

b Seruus communis vicem duorum sustinet.

d ¶ *Vsucapta sit.* viuo testatore, & sic alienata: *ad quod est supra de lega. j. si ex toto. in princ.* at si eo mortuo, imputatur legatario sua negligentia. Accursius.

† Quoties vnus plures repræsentat, idẽ est de vno quod de pluribus separatis.

e ¶ *Pro parte.* ac si partem alienasset, distinguitur: *vt. s. eod. l. Plautius. in fin.*

f ¶ *Legaui.* i. prælegaui.

g ¶ *Hereditariam.* s. de centum.

h ¶ *Tota decẽ.* de sua bursa. nam antè nõ est heres, *vt subiicit, & s. de conditio. institu. l. si ita heres.* aliud autem si sub modo: *vt supra eod. l. quibus. §. fina. & de lega. iij. si tibi legatũ & fac. s. famil. ercisci. le. heredes. §. fina. & de lega. j. l. ab omnibus. §. si Titio. & j. de stipu. ser. l. proinde. §. si seruus. & Cod. de his quæ sub mo. l. si.*

IVlianus.] CASVS. Titius debebat Seio decem: & ego institui mihi heredem dictum Titium debitorem, & legaui dicto Seio creditori heredis mei equum meum sub conditione, si daret dicto meo heredi decem. & decessi. venit Seius legatarius, & liberauit heredẽ per acceptilationẽ à dictis decẽ quę heres ei debebat causa implẽdi conditionẽ legati sui. nunquid poterit petere legatũ quasi impleuerit conditionẽ dandi decem heredi? Et dicitur quòd nõ, sed poterit petere quasi steterit per heredem quo minus ipse solueret ei decem, & ita quasi extiterit conditio. Viuian.

i ¶ *Extiterit.* sic. s. *eod. l. iure ciuili.* Est & alia ratio: quia non interest, numeratione, [c] an per acceptilationẽ ad eum peruenerit. *s. de condic. ob cau. l. si mulier. & facit. s. eod. l. Muciana. in fin. & de statulib. l. si peculium. & de lega. j. si fundum. §. Titio. & C. de condit. instit. l. si mater.*

c Numerationis seu solutionis & acceptilationis similitudo.

SI in diem.] CASVS. Sticho seruo meo reliqui libertatem si daret heredi meo. c. in diem centesimum, & non expresi quando inciperent currere. c. dies. & certè ab adita hereditate mea incipiunt currere. & est ratio plana in litera. & quod dictum est in statulibero, habet locum in legatario, & in omni alio qui est iussus dare heredi. [SERVO LIBERTATEM.] Titius fecit testamentum, & in eo dedit libertatem Sticho seruo suo tali modo: Stichus si meus erit, liber esto. & postea dedit ei legatum vel hereditatem non apposita aliqua conditione. & post eundem seruum vendidit Seio, & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, an dictum legatum relictum vel hereditas relicta seruo sub conditione debeatur Seio nouo domino serui. & vtrum iussu eius

coheredibus dedisset. Paulus: hoc iure vtimur.

Dare & remittere non est idem propriè. † *Bart.*

XLV. IDEM *libro sextodecimo ad Plautium.*

IVlianus ait, si heredi legatarius cui sub conditione legatum erat, *Si heredi decem dederit:* id quod ei deberet, heres acceptotulisset: non † quidem videri conditioni paruisse, quasi dederit: sed quasi per heredem stet quo minus pareat, posse petere legatum, quasi extiterit [i] cõditio.

Dies apposita ad implendam conditionem in persona heredis, incipit currere à die aditæ hereditatis.

XLVI. IDEM *libro tertio ad Vitellium.*

SI in diem exempli gratia centesimum imperatum est statulibero vt pecuniam solueret, neque initium tẽporis eius quod futurum esset, adscriptum est, adita † hereditate cedere dies incipit: quia absurdum visum est ante diem præterire, quàm is existeret quem oportet accipere. Et hoc in omnibus qui heredi dare [k] iussi sunt, dicendum est. Igitur & legatario ex adita hereditate ad parendum conditioni tempus computabitur.

Si conditio expressa nihil operatur in principali, nec in eo operabitur ad quod per repetitionem porrigitur. Bartolus.

XLVII. MARCELLVS *libro quartodecimo Digestorum.*

SEruo † libertatem ita dedit: *Ille si meus erit, liber esto.* legatum vel hereditatem sine conditione [l] ei dedit, deinde eum alienauit. [m] Debebitur domino eius legatum vel hereditas, & iussu eius adiri poterit. [n] nam id expressit, si meus non erit

seruus adire possit heredi-prædictam? Et videtur quòd non: quia videtur debere dici quod conditio apposita libertati, illa scilicet si meus erit &c. intelligatur repetita in hereditate, vel legato relicto, vel relicta eidem seruo sine conditione: *vt infra eo. l. auia.* tempore autem mortis nõ inuenitur dictus seruus esse testatoris sic, quia deficit conditio tacitè repetita hereditati vel legato: ergo nõ debet seruus habere legatum vel hereditatem, & adquirere nouo domino. Respon. tamen hic quòd dictum legatum vel hereditas debetur nouo domino, & iussu eius poterit adiri hereditas prædicta per seruum. & est ratio, quia in libertate danda dicto seruo id expressit testator, id est illa verba, Si meus erit &c. vnde à contrario sensu si testatoris non erit seruus tẽpore mortis ipsius testatoris, impedietur liberatio. testatoris autem non fuit tempore mortis eo quod eum alienauerat. ergo impedita fuit libertas. cum ergo ad nihil lata sit conditio expressa circa libertatem, debet pro nulla haberi & circa legatum vel hereditatem: vt sic sine cõditione videatur esse datum seruo legatũ vel hereditas: vnde ad nouum dominum debet pertinere, vt dixi. & idem esset si testator non expressisset dicta verba in libertate danda, scilicet si meus erit &c. nam etiam tũc impeditur libertas propter alienationem serui. & hoc dicit ibi, quo futurũ &c. & dic quo, id est cuius contrario, scilicet si meus non erit &c. siue ergo expressa sit dicta conditio per testatorem, siue non, semper est idem, scilicet vt per alienationem serui impediatur libertas, & subsequenter habeat nouus dominus hereditatem vel legatum prædictum: & ita apparet quòd nihil operatur expressio dictę conditionis. in multis tamen casibus operatur aliquid expressio, & hoc dicit ibi: sæpenumero tamen &c. & hoc vult dicere hic. §. licet obscura sit litera. Viuianus.

† Bar. hic dicit dare & remittere non esse idem propriè, tu dic hoc esse verum, nisi remittatur liquidum: vt not. Bart. in l. actione. column. 2. versic. alii soluunt. C. de transact. & gl. in l. contra iuris. in versi. facere. & in l. tale. in principi. s. de pact.

† Remittens nõ dicitur dare: Est enim dare accipientis facere: vel ita. Dare & per acceptilationẽ liberare non sunt paria. vel liberare non est soluere.

† Tempus à testatore præfixum incipit currere ab adita hæreditate quod in præcepto dispositionis conditionalis cernitur.

† In vulg. edit. est. §. seruo, legis superioris.

k ¶ *Dare.* & dic *vt. s. eo. l. ij.* igitur si in omnibus, ergo in isto. Acc

l SEruo.] *Conditione.* ¶ Not. non [a] intelligi conditionem repetitam. & sic est arg. contra. *j. eo. l. auia. & l. libertis. & l. cum seruus.* sed hoc ideo, quia testator dixit contra: *vt infra ibi,* nam id expressit &c. 2. Vel quia infringitur in expresso propter alienationem: ergo in tacito.

a Conditio an & quando nõ intelligatur repetita.

m ¶ *Alienauit.* inter viuos. secus si legauit: *vt Cod. de neces. ser. l. penult. in prin.*

n ¶ *Poterit.* hoc legit Al. interrogatiuè, quasi nõ possit iubere adi-

re: sed

re:sed certè imo potest: *vt Insti. de hered. instit. §. seruum autem. & ideo plane legas.*

a ¶ *Quo.* i. cuius contrario, scilicet si meus non sit, &c. *sic supra de dona. inter virum & vxo. l. mortis.*

b ¶ *Non esset.* apparet ergo quod nil[a] operatur expresio si meus erit. quandoque tamen contrarium patet: *vt subiicit. & patet infra eodem. l. nonnunquam. in fine. & facit infra eodem. l. Iulianus noster. & supra de lega. j. quæsitum..* Accursius.

a Expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur.

erit in libertate danda: quo[a] futurum erat, vt impediretur libertas etiam si expressum nó esset.[b] Sępenumero tamen mutatur rei effectus, quanquam id expresserit testator: quod etsi non fecisset, inesset tamen.

Annus inceptus non habetur pro completo. Bart.

XLVIII. IDEM *libro quintodecimo Digestorum.*

NOn putabam† diem fideicommissi venisse, cú sextum decimum annum ingressus fuisset cui erat relictum cum ad annum sextumdecimum[c] peruenisset: † & ita etiam Aurelius imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicauit.

NOn putabam.] CASVS. Titio argenti. x. annos legaui. c. cum ad. xvj. annú peruenisset, & decessi: & postea Titius prædictus ingressus fuit. xvj. ann. nunquid videtur adhuc venisse dies fideicommissi vt sic possit petere. c? dicitur q non: nisi compleat xvj. ann. & ita etiam iudicauit quidam imperator qui vocabatur Aurelius Antoninus, cum quidam de Germania heres institutus à quodam alio de Germania esset condemnatus dare fideicommissum illi cui relictum erat cum ad. xvj. annum perueniisset. esset condemnatus dico antequam fideic. cópleret. xvj. an. & appellasset dictus heres ad dictum imperatorem. Viuia.

† In quantum ista text. dicit annú inceptú non haberi pro completo, limitabis. tex. in l. j. §. minorem. & ibi Gl. & de. s. de mino. de quo vide. l. ex his. C. quãdo dies leg.

† Peruenisse verbú adiectú tempori, designat perfectionem.

XLIX. CELSVS *libro vicesimosecundo Digestorum.*

SI in* annos[d] decem heres dare damnatus, aut quis liber esse iussus est: nouissimo eius temporis die legatum debebitur, & libertas[e] obtingit.

* Sic Flor. & in manusc. & vulg. perperã Baro post Haloandrú emendabat Intra.

c ¶ *Ad annum sextú decimú.* idem est si dixerit, cum erit xiiij. an. *vt. s. de legat. j. l. si cui.* secus in libertate relicta in anno vij. *vt. j. de manu. testamen. l. si ita fuerit libertas relicta.* ¶ Item facit, *infra quando dies leg. ced. l. si Titio. & C. quando dies lega. ced. l. pen. & infra l. proxi.* Sed contra, *infra ad Trebel. l. qui filium. §. Sabinus.* Solu. ibi speciale. Item contra, *infra de muneri. & hono. l. ad rem.* Solu. ibi quo ad honores speciale. Accursius.

Iussus reddere rationem potest petere vt ponantur calculatores qui iudicabunt de reliquis & libris rationum. Bart.

L. VLPIANVS *libro primo de officio Consulis.*

SI cui libertas[f] data sit directò sub hac conditione, si rationes reddidisset: arbitrum[g] à consulibus diuus Pius dari permisit, his verbis: Aditi à vobis amplissimi consules arbitrum† dabunt qui excussis[h] rationibus non tãtum quæ reliqua[i] sunt Epaphroditi, constituent,[k] verum etiam quas rationes, quæque instrumenta tradere aut exhibere dominis suis debeat.[l] cuius sententiæ cú fuerit satisfactum, non impedietur Epaphroditi libertas.

† Rationum reddẽdarú debitor, potest arbitrium impetrari ad rationes reddendas.

SI in annos.] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & damnaui eum dare centum Seio in annos decem completos. certè nouissimo die dicti temporis debebitur dictum legatum Seio. & idem est si iussi Stichum seruum meum liberum esse in ann. x. nam nouissimo eius temporis die libertas ei obtingit. Viuian.

d ¶ *Si in annos decem.* completos.[b]

e ¶ *Libertas.* secus si dixi, anno decimo sit liber: *vt. j. de manu. testa. l. si ita fuerit libertas re. argu. contra.* Item idem quod hic si aliquid relinquatur vel promittatur ann. x. arg. j. *de verb. oblig. l. qui hoc anno.* secus si dicitur annua: *vt. C. quando dies lega. ced. l. j. & facit. s. l. proxi.*

b In particula, accusatiuo, temporis plenitudinem significat.

SI cui libertas.] CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo dedit libertatem dicto Epaphrodito seruo suo sub hac conditione, si rationes reddidisset de his negotiis domini quæ administrauerat: & postea decessit dictus testator. certe non potest Epaphroditus habere libertatem nisi reddat rationes. cum autem reddiderit, nó impedietur eius libertas. qualiter autẽ debeat reddere, quæritur? Et certè debent consules dare arbitrum siue iudicem delegatum, qui consules excussis rationibus quas administrauit dictus Epaphroditus, per dictum iudicem constituent, & declarabunt non tantum quæ reliqua sunt dicti serui, & facient ea heredibus restitui: sed etiam declarabunt quas rationes & quæ instrumenta debeat dictus seruus tradere aut exhibere dominis suis. Viuianus.

f ¶ *Si cui libertas.* aliàs non tenetur reddere: *vt. s. de nego. gest. l. quæ vtiliter. §. qui pure.*

g ¶ *Arbitrum.* i.[a] iudicẽ[b] delegatú: *vt & j. de fideicom. lib. l. si pure. & s. de iudi. l. vix. §. liber etiam. & fac. l. cum prætor. §. iudicem.*

h ¶ *Excussis.* idem si stabit per heredes quo minus excutiantur. *vt. s. de cótrahen. empt. hac venditio.* Azo.

i ¶ *Reliqua.* i. reliquata.

k ¶ *Constituent.* i. declarabunt, & reddi facient.

l ¶ *Debeat.* repete cóstituent: & sic in facto consistit etiam ratio: *vt. j. eod. l. cum seruus.*

a Hinc colligunt Consules habere iurisdictionem facit Gl. l. j. in fi. de arbitris. adde Guid. Papæ singular. 422.

b Arbiter pro iudice delegato.

In libertatibus leuissima, in legatis nouissima spectatur conditio. Bar.

LI. MODESTINVS *libro quinto Differentiarum.*

SVb† diuersis[m] conditionibus disiunctim positis liber esse iussus, eam conditionem eligere potest, quæ sibi leuior esse videbitur. Legato verò eo modo relicto legatarium nouissimæ[n] códitioni parere oportet.

Conditio potest impleri in herede heredis, non in herede legatarij. Bar.

1. ¶ Heredi decẽ dare iussus, & liber esse, & heredis† heredi dando perueniet ad libertatem. Quod non similiter[o] in legatarij persona custodiri Publicius scribit.

SVb diuersis.] CASVS. Ita dixi in testamẽto meo, Stichus seruus meus sit liber si heredi. x. dederit. & postea in alia parte eiusdem testamẽti ita dixi: Supràdictus Stichus sit liber si dederit heredi meo equum. certè dictus Stichus eam conditionem eligere potest quę videtur sibi esse leuior. si autem prędicto modo reliqui alicui legatú, oportet legatariú parere vltimæ conditioni. Scias etiã quod eo casu quando iussi Stichum esse liberú si daret heredi meo. x. perueniet idem Stichus ad libertatẽ dando. x. heredi heredis mei. Si aút legaui equú meú Titio si daret here. meo. x. & posteà Titius idẽ legatarius decessit antẽ quã det. x. heredi, nó poterit heres eius legatarij cósequi equú dãdo. x. here. semel enim deficit datio mortuo legatario. Viuianus

† Iunge. l. 27. 28. 29. eod.

† Hæres heredis propriè appellatur heres: at nó heres legatarij. Cuius differẽtiæ elucet in eo effectu, quod prior códitio in heredem heredis transmittitur, at nó in heredem legatarij hac lege.

Legatú potest cóferri in alterius voluntatem velatam, non explicitã. B.

LII. IDEM *libro septimo Differentiarú.*

NOnnunquam cótingit, vt quædã nominatim expressa officiant, quãuis omissa tacitè intellligi potuissent, nec essent obfutura. qđ euenit si alicui ita legatur, *Titio decem do. lego. si Mæuius Capitolium ascenderit.* Nã quã uis in arbitrio Mæuij sit, an Capitolium ascendat, & velit efficere vt Titio legatú debeatur, nó tamẽ poterit aliis verbis vtiliter legari, *Si Mæuius voluerit, Titio decẽ do.* Nam in alienam[p] voluntatẽ cóferri legatum nó potest. Inde

m ¶ *Sub diuersis.* puta, si decem dederis. itẽ si equú dederit. ¶ Et q subiicit disiunctim, scilicet in diuersis testamẽti partibus. *ad quod j. de mã. testa. l. v. & l. quod vulg. & infra eodem. l. quod traditum. & supra de tut. l. tutor datus in fin.*

n ¶ *Nouissime.* Imò cuilibet: *vt Insti. de here. insti. §. si plures. & s. de condit. insti. l. si heredi. quæ sunt contra.* Sed ibi separatim per coniunctionem disiunctiuam: hac lege separatim in diuersis partibus testamenti. *& fac. s. de leg. j. l. si mihi. §. penul.*

o ¶ *Quod non similiter.* i. si legatario iussum est dari, eius heredi dari non potest secundú Ioa. z. Alij sic: si legatarius iussus est dare, nó potest dare heredi heredis. & speciale est in libertate. qđ negat Io. z. Vel dic, ex parte heredis[c] datur ei, & eius heredi, sed ex diuerso in legatarij persona nó placet sic vt heres legatarij dare possit: quasemel deficit códitio. & hoc placet Io. arg. j. eo. l. si ita expressú.

c Códitio mixta (quæ pendet ex facto grauati vel alterius tertij & fortuna) si per casú fortuitum, qui in ipsam personã grauati superuenerit, impleri non potuerit, habetur pro defecta. v. Grassum, §. Institutio. quæst. 20. vers. prædic.

NOnnunquam.] CASVS. Ita dixi testamento meo: Titio. x. do lego, si Mæuius Capitolium ascenderit. nunquid valet legatum. Et videtur quod non: quia videtur in arbitrio Mæuij positum esse legatum: & ita nó videtur valere: *vt. s. de here. insti. l. si quis Sempronium. & l. illa institutio. & hac ea. l. ibi*, nam in alienam voluntatẽ &c. dicitur tamen hic quod valet, & dictæ. ll. loquuntur quãdo institutio vel legatum committitur in expressam voluntatem tertij: quo casu non valet. hic autem fuit commissum legatum in tacitam voluntatem Mæuij. nonnunquam autem contingit vt quędã nominatim expressa officiant, quamuis eadẽ omissa tacite intelligi potuissent, nec essent obfutura ipsa tacitè intellecta. inde etiam dictú est à sapientibus, expressa nocent, non expressa non nocent. Viu.

p ¶ *Alienam.* i. expressam, vel simplicem vel nudam.

Expressa nocent, nō expressa non nocēt.

a ¶ *Dictum.* in a multis legibus: *vt. ī. de reg. iuris. l. expressa. & l. actus. & ī. de hered. institu. l. si quis Sempronium. & l. captatorias.* Item hoc in voluntate extranei. heredis autem vel legatarij secus: *vt. ī. de lega. j. l. senatus. §. penult. & ī. de lega. ij. l. xj. §. sic fidei.* Sed in aliena videtur contra *supra de lega. ij. l. j.* Solu. ibi. Item contra.

dictum a est, Expressa nocent, non expressa non nocent.

Adempto onere in vi conditionis apposito, emolumentum non videtur ademptum. Bart.

LIII. IDEM *libro singulari de Eurematicis.*

SI quis seruum liberum esse iusserit si heredi rationes reddidisset, posteáque eum rationes reddere vetuerit, quasi puram facturus libertatem: competit b ex testamento libertas.

Clausula relata ad legata quibus dies non est apposita, non refertur ad legatum collatum in tempus certæ ætatis. Bart.

LIIII. IAVOLENVS *libro secundo ex Cassio.*

SI † quis legata quibus dies adposita non esset, annua bima trima die dari iussit, & alicui cū pubes esset, pecuniam legauit: id quoq; legatum annua bima trima die post pubertatem præstandum esse, in commentariis Gaij scriptum est: quia magis conditio quàm dies legato adiecta esset. contra ego sentio: quia ferè c dies ponitur ad proroganda ea quæ ad præsens tempus, non etiá quę in futurum legata sunt: diésque pubertatis habet aliquam temporis demonstrationem. d

Conditio dandi pluribus adiecta diuiditur inter eos. Bart.

1. ¶ Duobus eadé res, si heredi centum dedissent, legata est. Si alter ex his quinquaginta dederit, partem legati cōsequetur: e & pars eius qui non dederit, alteri cum sua conditione adcrescit.

b Expressa prosunt quādoq;.

c Pupillaris substitutio tacita, contra matrē non admittitur, expressa admittitur.

d Expressa prosunt in iis casibus vbi specialę mandatum requiritur. Aug. li. 4. c. 13. in fi.

e Speciale mādatum multis casibus requiritur.

f Expressa quādoq; neq; prosunt, neque nocent.

Quandoque b expressa prosunt: *vt supra de vsufru. l. vetus.* & in c pupillari substitutione tacita, quæ contra matrem non admittitur, sed in expressa sic: *vt. C. de instit. & substi. l. fina. & de impub. & aliis sub. l. precibus.* Item in casibus d vbi exigitur speciale e mandatum: *vt supra de procura. l. Pomponius. in princ.* & in nouatione: *vt Cod. de noua. l. fina.* Quandoque f nec prosunt nec nocent: *vt supra eo. l. si in diem. §. fi. & facit supra de reb. dub. l. vtrū. §. cum quidam. & de lega. ij. l. iij. & infra de fideicomm. lib. l. fideicommissa. & de statulib. l. cum heres §. fin.*

† Prorogatio legatorum nō habētium diē nō porrigitur ad legata conditionalia, cū habeant diem, licet incertam.

SI quis seruum.] CASVS. Titius in testamento suo iussit esse liberum Stichum seruum suum sub conditione, si redderet rationes heredi de eo quod administrauerat. posteà in eodem testamento vetuit eum reddere rationes, quasi puram facturus eius libertatem. certè cōpetit dicto Sticho libertas ex testamento. Viuianus.

g Onere adēpto an & quādo emolumētum ademptū intelligatur.

b ¶ *Competit.* Contra. *ī. de adi. leg. l. alumna. §. Seia.* vbi g adempto onere videtur adimi emolumentum. Sol. ibi propter onus iniunctum erat legatū relictum. vnde onere alij deputato videtur ademptum legatum. Sed hic non h in vim modi, sed i conditionis, videlicet si rationes reddiderit, legauit libertatem. vnde licet conditionem adimat, tenet tamen libertas. *& facit. ī. de adi. leg. l. iij. §. conditio legati.*

h Modi & cōditionis differentia.

i Ratio diuersitatis hæc est, quod vbi testator legatū reliquit sub onere adiecto per modum, ibi vltro citroq; obligatoria est dispositio, ideóque si pro parte reuocet, in totum reuocabit' ne claudicet obligatio. *l. 1. §. qui id quod. ī. de restitud. vendit.* secus vbi relinquitur per modū certū cōditionis, ideóque licet damnum remoueatur p modum conditionis, non tamen legatū reuocatum intelligitur. *l. si quis sub conditione. ī. si quis omiss. causa testamēti.*

SI quis legata.] CASVS. Titius reliquit plura legata quibusdam, scilicet quædam purè, & quædam in diem, & quædam sub conditione. Item legauit Seio. c. cum pubes esset idem Seius: & postea ita dixit: Legata quibus dies apposita non est, volo dari annua bima trima die. postea decessit. modo quæritur an dicta centum debeant solui Seio post pubertatem eius annua bima trima die, an verò post pubertatem statim. & dicit q; statim post pubertatem. & rationem reddit in litera: licet aliud diceret Gaius in commentariis suis. [DVOBVS.] Legaui fundum Titio & Mæuio sub cōdit. si heredi meo darent. c. & decessi. certè si Titius dederit heredi quinquaginta: consequetur dimidiam dicti fundi. & si Mæuius non det alia quinquaginta heredi, alia pars fundi adcrescit Titio cum sua condi. scilicet vt det heredi alia quinquaginta. Sed pone quòd soli Mæuio dictum fundum legaui sub condit. si daret. cc. Callimacho non capaci. nunquid potest idem Mæuius consequi legatum nisi det Callimacho. cc? Et dicitur quòd non. oportet enim quòd prius det. cc. licet ea eius non faciat. nihil enim interest vtrum personæ non capaci dare iubeatur. cc. an in aliquo loco deponere, vel in mare deiicere iubeatur. nam sicut locus prædictus vel mare non dicitur legatarius vel legatarium, ita nec dictus Callimachus non capax, imò capit Callimachus mortis causa, & non nomine testamenti. si enim caperet Callimachus nomine testamenti, & ita tanquam legatarius, puta quia esset ei legatum, non haberet Mæuius necesse ei dare: vtpote cum sit non capax. quamuis autem vnus ex duobus quibus legatus est fundus si darent centum heredi, possit dare. l. & habere dimidiam fundi, vt dictum est: si tamen vni legatus est fundus si. c. vel. x. dederit heredi, nō potest consequi partem fundi nisi numeret totam pecuniam. & est ratio diuersitatis plana, vt dicit litera. & hoc dicit vsque ad. l. quæsitum. Viuianus.

Conditio designat nudum ministerium facti, & debet impleri in forma specificata. Bart.

LV. IDEM *libro tertiodecimo Epistularum.*

MÆuius cui fundus legatus est, si Callimacho cū quo testamenti factionem non habebat, g ducenta dedisset: conditioni parêre † debet, & ducenta dare vt ad eum legatus fundus pertineat: licet nummos non faciat accipientis. Quid enim interest, vtrum tali personæ dare iubeatur, an aliquo loco ponere, vel in mare h deiicere? Neque enim illud quod ad talem personam peruenturum est, testamenti nomine, i sed mortis causa capitur.

Conditio dandi adiecta vni non scinditur: secus si pluribus adiiciatur. Bartolus.

LVI. IDEM *libro quartodecimo Epistularum.*

CVi fundus legatus est si decem dederit, partem fundi cōsequi nō potest, nisi totá pecuniam numerasset. Dissimilis est causa cū duobus eadé res sub cōditione k legata est. In hac enim quæstione statim à testamento quo l pluribus conditio adposita est, diuisa quoq; in singulas personas videri potest: & ideo singuli pro * sua parte & conditioni parêre, & legatum capere possunt. Nam quamuis summa vniuersæ conditionis sit adscripta, enumeratione personarum potest videri esse diuisa. In eo verò quod vni sub conditione m legatum est, scindi ex accidenti n

c ¶ *Quia ferè.* ferè ideò dicit, quia a quandoque purùm nō prorogatur per hæc verba, vt illud, præsenti die lego: *vt. ī. de lega. j. l. talis.*

a Diei præsentis adiectione nō prorogatur legatum.

† Conditio quæ nō potest impleri de iure, impleri saltem debet qd ad nudi facti ministerium.

d ¶ *Demonstrationem.* & nihilo b minus conditionem: *vt infra quando di. lega. cedit. l. si dies. quæ est contra.*

b Pubertatis tēpus demōstrationem temporis cōtinet sol & conditionē.

e ¶ *Consequetur.* Imò ex toto debet implere vt solidum consequatur: *vt Cod. de conditio. inser. l. si plures. quæ est contra.* Solu. ibi conditio indiuidua c fuit, hic, diuidua. Acc.

c Indiuiduæ aliæ sunt conditiones aliæ diuiduæ.

f ¶ *Adcrescit.* Imò d sine onere: *vt supra eodem. si separatim.* Sed ibi suo iure habet solidum. *& facit infra eodem. l. cui fundus. & C. de caduc. tollen. §. ne autem.*

d Pars deficiēs regulariter adcrescit cū suo onere.

g MÆuius.] *Non habebat.* quia capax non erat: *vt Institu. de hered. qua. & diffe. §. testamenti.*

h ¶ *In mare.* facit *supra de condi. instit. l. mulier. §. si quis hereditarium.* Sed contra *ī. de condit. institu. l. quidam.* Sed ibi fauore humanæ conditionis: vt ibi dicit. Item contra. *ī. de solu. l. si seruus decem.* Sol. ibi fauore pupilli & furiosi, ne perdant qui sunt capaces. Item contra. *ī. de condit. instit. l. conditiones.* vbi e derisoriam conditionem non oportet impleri. Item contra *supra de lega. j. l. seruo alieno. §. fina.* ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd ibi in modum dispositionis, hic conditionis.

* cum sua

e Conditione derisoriæ non implendæ.

i ¶ *Testamenti nomine.* si enim sic legatum esset, non haberet quid aliud necesse dare. Sed f hic habet, sed aufertur per fiscum: *vt. ī. de iure fisc. l. Lucius. & facit infra de donat. causa mortis. l. in omnibus.*

f Habere quis interdum dicitur, licet res ei auferri possit.

k CVi fundus. *Sub conditione.* scilicet dandi. Accur.

l ¶ *Quo.* scilicet testamento.

m ¶ *Vni sub conditione.* scilicet dandi decem.

n ¶ *Ex accidenti.* scilicet ex noua voluntate legatarij: *vt supra in princ.* vel quia moritur legatarius. ex persona enim heredis &c. *vt infra de verb. oblig. l. ij. §. j.* ¶ Sed fallit *supra de leg. j. l. legatarius. & facit ad. l. supra de adqui. hered. l. qui putat. & supra eo. l. falsa. §. fin. & ī. de contrahen. empt. l. fistulas. §. qui fundum. & ī. eo. l. penult. & ī. de lega. ij. l. vxorem. §. agri. & ī. eo. l. si quis legata. §. fin.* Accursius.

QVæsitum.] CASVS. Titius in testamento suo dedit libertatem Sticho seruo suo sub conditione, si daret Gaio extraneo quinque operas. nūquid potest seruus dare dictas operas, & ad libertatē puenire? Et dicitur q; sic. heres tamē Titij potest impedire seruum quo minus præstet operas: quo casu seruus perueniet ad libertatē, & extraneus nō vtetur operis eius. ita est ergo in prędsta-

tione

tione dictarũ operarum,sicut esset si seruus iussus esset ad libertatem peruenire si daret.c. extraneo. quo casu si centum ex peculio suo det extraneo,admittitur sine dubio ad libertatem. heres tamẽ potest eum prohibere dare.Viuianus.

a ¶ *Vt liber fit.*non est modus,sed conditio,si operas det.

conditio non debet: & omnis numerus eorum qui in locum eius substituuntur, pro singulari persona est habendus.

Seruus iussus præstare operas potest per se operari, nisi ab herede impediatur.tunc enim conditio habetur pro impleta.Barto.

LVII. POMPONIVS *libro nono ad Quintum Mucium.*

QVæsitum est,an si iussus fuerit seruus quinq; operas extraneo dare vt liber sit, a cõditio talis sit recipiẽda, vt quemadmodum † circa pecuniæ dationem dicitur,ita & circa pręstationem operarũ dicamus. Sed hoc iure vtimur, vt quemadmodũ dictũ est, si pecuniã ex peculio suo det extraneo, admitti eũ ad libertatem:ita & si operã præstiterit, necesse sit eum admitti ad libertatem. Itaq; & in proposito sapiẽter b faciet heres,si impedierit eũ quo minus prestet & operas:hac enim ratione seruus perueniet quidem ad libertatem ,sed operis eius extraneus non vtetur.

LVIII. IDEM *libro decimo ex Variis lectionibus.*

SI ancillæ c alienæ,cum ea nupsisset,legatũ sit:Proculus ait vtile legatum esse: quia possit manumissa nubere.d

Legatario mortuo vel libertate priuato , conditione pendente legatũ extinguitur. secus si sola ciuitate priuetur. Bart.

LIX. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

INtercidit legatũ,si ea persona decesserit e cui legatũ est sub conditione. 1. ¶ Quid ergo si nõ decesserit, sed in ciuitate esse desierit? puta alicui legatũ si cõsul fuerit, & is in insulã deportatus est.nũquid nõ interim extinguitur legatum, quia restitui in ciuitate potest? Quod probabilius esse arbitror. f 2. ¶ Non idem erit dicendum, si ea pœna in eum statuta fuerit, quæ irrogat seruitutem: quia seruitus g morti adsimulatur.*

b ¶ *Sapienter.* i. callidè.sic ironicè a dicit. non enim potest dici sapientia, cum ob idipsum teneatur actione in factum: *vt.* ȷ͂. *de condic.ob cau.l.iij.* §.*fi.* & .ȷ.*eod. l.si inuitis.* & *de statulibe. l.cum heres.*§.*Stichus.*

S*I ancillæ.*] CASVS. Legaui ancillæ Titij.c. cum ea nupsisset. nunquid valet legatũ? Et viditur quòd non: quia ancilla non potest nubere: *vt.Cod.de incest.nupt.l.cum ancillis.*sed certè imò valet, quia videtur cogitatum de eo tempore quo posset nubere, id est cum esset manumissa,Viuianus.

c ¶ *Si ancillæ.* sed si liberæ sit ita legatum, & post fiat serua,intercidit legatum : *vt infra eodem. l. proxim.* Azo.

d ¶ *Nubere.*& de b eo statu videtur cogitatum quo nubere potest.Azo.& *facit.* ȷ.*eo. l.cum ita.*§.ȷ.

I*Ntercidit.*] CASVS. Legaui Titio centũ sub condi. si ipse consul factus fuerit. & decessi.postea dictus Titius decessit ante condi.impletam. certè extinguitur dictum legatum. secus autem si interim in insulam deportetur dictus Titius quia tunc antequam naturaliter moriatur , non extinguitur legatum.potest enim restitui in ciuitatem. secus autem si fuerit factus seruus pœnę: quia tũc dico idem quod in primo casu: quia seruitus assimilatur morti. Viuianus.

e ¶ *Decesserit.* pendente conditione. c *ad quod. C. de cadu. tollen.l.vnica.* §.*fin autẽ.*

f ¶ *Arbitror.* Non d ergo habetur pro mortuo deportatus,nec e soluitur matrimoniũ: *vt.* ȷ.*de bo.dam.l.v.* & .*C.de dona.inter virum & vxor.l.res.*Sed cõtra, ȷ.*de bo.lib.l.si necem.*§.*si deportatus.* vbi perdit patronus contra tabu.si deportetur.Solu. nec ibi perditur ius succedendi quia admittitur sequens : & etiam idem si restituatur. Et eodem modo respon.*infra de contra tabu.l.*ȷ.§.*filium.* ¶ Sed quid in nostro casu si sit ab hostibus captus?Respon.in pendenti est legatum: *vt infra de lib.l. si necem.* §.*si deportatus.* ¶ Item quid si fiat conuersus? videtur quòd pro mortuo habetur:*vt.Cod.de episco.* & *cleri. l.final.*ȷ.*respon.*Potest tamen dici contra , quia pro mortuo habetur quo ad matrimonium soluendum , & lucra ex eo petenda , vt non possit ei legari.& *facit.*ȷ.*de verbo.oblig.l. ex ea.*§.*in insulam.* Accursius.

g ¶ *Seruitus morti.*sic. f ȷ. *de re.iur.l.seruitutem.*& *infra de sol.l. qui res.*§.*aream.*

I*N facto.*] CASVS. Hæc.l.dicit ꝙ conditiones cõsistentes in facto habent inter se varietatem,& recipiunt diuisionẽ tripertitã. Vna est vt quid detur. alia est vt quid fiat. alia est vt quid obtingat:puta si nauis venerit ex Asia.vel econtra , ne detur , ne fiat: ne obtingat.Et duę ex istis conditionibus collocãtur in personas ipsorũ quibus aliquid relinquitur,aut aliorum.f. illæ quæ consistunt in dando vel faciendo,vel in non dando,vel non faciendo.Tertia autẽ species dictarum conditionum.sc.vt quod obtingat, ponitur in euentu,puta si nauis ex Asia venerit : vt dixi. [FISCVS.] Reliqui Titio non capaci fundum sub conditione si daret heredi meo decem , & decessi. & sic fiscus debet habere dictum legatum : quia quæ auferuntur indigno.fisco applicantur. certè debet fiscus dare decem heredi meo.

Hæc lex non potest commode summari propter multiplicem diuisionem.

LX. PAVLVS *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

IN facto h consistentes cõditiones varietatem habent,& quasi i tripertitam recipiunt diuisionem:vt quid detur: k vt quid fiat: vt quid obtingat.vel retro,ne detur: l ne fiat : ne obtingat. ex his dandi faciendíque conditiones in personas collocãtur aut ipsorum m quibus quid relinquitur, aut aliorum. n Tertia o species in euentu ponetur.

In fiscum transit legatum cum onere conditionis vel fideicommissi. Bar

1. ¶ Fiscus iisdem conditionibus parẽre debet , quibus persona à qua ad ipsum quod relictũ est,peruenit: p sicut etiam cũ suo onere hoc ipsum vindicat.

Relictum in tempus liberorum intelligitur de procreandis post testamentum:nisi aliud testator expresserit.Bartol.

LXI. VLPIANVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI vir vxori ad tempus liberorum legauerit, dubitari potest,an de his duntaxat filiis sensisset testator , qui post mortem eius nati fuissent:an & de his qui viuo q eo ab eo suscepti fuissent post testamentũ factũ, cũ manẽte matrimonio decessisset. Verũ æquũ est proficere,siue viuo marito,siue post mortẽ nascatur. r *

h ¶ *In facto.* Hic nomine facti a complectitur data : *vt supra de cura.fur.l.consilio.* §.*fi.* & .ȷ *subiicit.* Sed strictè accepto verbo & propriè sunt species oppositę dari & fieri; b *vt.*ȷ.*de verbor. oblig.l. ij.*Azo.

i ¶ *Quasi.*hic quasi, c denotat imperfectionem.nam & d aliæ multæ sunt diuisiones. s.an cõsistant in facto meo tantum , an in meo & alterius : *vt.* ȷ͂.*eod.l.in testamento.* & *in summa.*sed & hic supponit sex exempla: tria in affirmatiua,& tria in negatiua. & forte de his tantum ponit , quia frequentius contingunt.

k ¶ *Vt qui detur.*semper pone vt,pro si, hic &in sequentibus.

l ¶ *Ne detur.*lego tibi fundum si dederis. x.heredi , vel si feceris ei domum vel si nauis ex Asia venerit:& ecõtra lego tibi fundum si non dederis heredi decem, vel si non feceris ei domum, vel si nauis ex Asia non venerit. & hæc superior,scilicet si non venerit , est tertia species quæ. ȷ. dicitur esse in euentu.

m ¶ *Ipsorum.* sc. legatariorum,scilicet si legatarius dederit vel fecerit: & econtra non dederit , & non fecerit.

n ¶ *Aut aliorum.*puta lego tibi fundum si Titius dederit.x.heredi,vel fecerit domum vel econtra non dederit,vel non fecerit.

o ¶ *Tertia.*prima species fuit in dando vel non dando.secũda in faciendo vel non faciendo.tertia in euentu,scilicet si nauis venerit ex Asia vel non venerit.

p ¶ *Peruenit.* ad fiscum. c vt si legatus est fundus nõ capaci si.x. det heredi,habebit fiscus legatum si.x.dederit.sic enim & si per legatum prædicta.x.sunt relicta : *vt* & .ȷ͂.*ad Sil.l.cum fisco.*prædicta autem.x.causa implendæ conditionis danda non sunt legatum: *vt* ȷ͂.*si quis omis.causa test.l.si quis sub conditione.*

S*I vir vxori.*] CASVS. Titius legauit vxori suæ.c.danda ei cũ haberet liberos.certè siue viuo marito siue post mortẽ eius nascãtur ex ea liberi,habebit legatum mortuo viro.sed si vir specialiter expressit vt ipsa habeat legatũ etiã si procreauerit liberos ex alio post mortẽ viri, nihilominus ipsa admittetur ad legatũ etiã si procreauerit liberos ex alio post mortẽ viri.h.d.cum prin.l. seq. Viu.

q ¶ *Viuo.*post testamentum.*vt.*ȷ͂.*proxi.nec ob.*ȷ͂ *eo.l.solemus.*

r ¶ *Nascantur.*facit.ȷ͂.*eo.l.cum vir.* & *si iam.*§.ȷ Accur.

a Ironia.

† In quibusdã exẽp. additur, scindi.

b Possibilis cõditio dicitur quæ est possibilis statu mutato.

c Iura conditionalia ex publicatione nõ transferuntur in fiscum. v. l. *Non ad ea* §.ȷ. *eodem vbi dixi plenius.*

d Deportatus pro mortuo non habetur.

e Deportatione non solui- tur matrimonium.

f Seruitus morti cõparatur.

* adsimilatur sed veteres dixisse adsimulator non adsimilatur pbat Diomedes Grãmaticus autoritate Ciceronis & Virgilij.

a Facti appellatione datum intelligi potest.

b Dari & fieri sunt species oppositæ & fieri de facto nõ sufficit.*l.de di.* §.*si liber.* & *ibi Alex.de codict. ob causam dat. in.l.vbi. de trãslatio.*

c Quasi particula imperfectionem denotat.

d Frequentiæ causa dicta nõ restringũt, neque excludunt casus similes. *v.Gl.l.2.in fi.*ȷ͂. *de vulgari vbi dixi.*

* nascantur.

e *V. omnino quæ scripsi ad. l.non ad ea* §. *in ver. præsens*.ȷ *eod.*

LXI. TERENTIVS CLEMENS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SEd si hoc[a] specialiter expressit testator, etiam si ex † alio post mortem suam liberos procreauerit, nihilominus eam ad legatum admitti.

Tantum quis videtur capere, quantum sibi remanet deducto eo quod soluerit causa conditionis implendæ. Bartolus.

1. ¶ Cuidam non solidú capienti,[b] amplius legi* concessæ portionis relicta est, si heredi aliquid[c] dedisset. Quæritur, an id quod cõditionis implẽdæ causa dederat, cõsequi ex causa legati possit,[d] quasi non capiat id quod deroget* an verò id extra sit,[e] nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quàm capturus esset si sine cõditione legatũ esset. Et Iulianus rectissimè scribit, tãto amplius eũ capturũ, quantũ cõditionis implendæ causa dare eũ oportet: nec interesse, heredi, an extraneo dare iussus sit: q̃a computatione facta, quæ semper in persona eius introduceretur, non amplius legi concessæ portionis* ad eum subsideret.[f]

Conditio quæ inducit viduitatẽ in omne tempus respectu omnis personæ & omnis loci spernitur. secus si inducit voluntatem respectu certæ personæ, vel certi loci vel temporis h. d. cum duabus legibus seq. Bart.

2. ¶ Cum † vir vxori, *Si à † liberis ne* nupserit*, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulianus respõdit, posse mulierẽ nubere, & legatũ capere. Quòd si ita scriptũ esset, *Si à liberis impuberibus ne nupserit*, legẽ locum nõ habere: quia magis cura[g] liberorum quàm viduitas iniũgeretur.

LXIII. GAIVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papium.*

CVm ita legatum sit,[h] *Si Titio, nõ nupserit: vel ita, Si neq; Titio, neque Seio, neq; Mæuio nupserit*: & denique si plures personæ[i] cõprehẽsæ fuerint: magis placuit cuilibet eorum si nupserit,[k] amissuram legatũ: nec videri tali cõditione viduitatem iniũctam: cũ alij cuilibet satis cõmodè possit nubere. 1. ¶ Videamus & si ita legatũ sit, *Si Titio nupserit*. Et quidem si honestè Titio possit nubere, dubiũ non erit quin nisi paruerit cõditioni, excludatur à legato. Si † verò indignus sit nuptiis eius iste Titius: dicẽdum est posse eã beneficio legis cuilibet nubere. Quæ enim Titio nubere iubetur, cęteris omnibus nubere prohibetur. Itaque si Titius indignus sit: tale est, quale si generaliter[l] scriptum esset, *Si non nupserit*. Imò, si verũ amamus, durior hæc conditio est, quàm illa, *Si non nupserit*. nã & cęteris omnib⁹ nubere ꝓhibetur, & Titio cui inhonestè nuptura sit, nubere iubetur.

LXIIII. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

HOc modo legato dato, *Si Lucio Titio non nupserit*, non esse legi* [m] locũ Iulianus aiebat. 1. ¶ Quod si ita scriptum esset, *Si Aritiæ[n] non nupserit*, interesse an fraus legi facta esset. Nam si ea esset quæ aliubi † nuptias non facilè possit inuenire: interpretandum, ipso iure rescindi quod fraudandę[o] legis gratia esset adscriptum. legem enim vtilem reipublicæ, † sobolis scilicet procreandæ causa latam, adiuuandam[p] interpretatione.

Morte grauati non extinguitur legatum conditionale. Bart.

LXV. PAVLVS *libro sexagesimo secundo ad Edictum.*

LEgato sub conditione relicto si heres à quo sub conditione legatum est, pendente conditione moriatur: heredem suum[q] obligatum relinquit.

Licet libertas repræsentetur, cõditio fideicõmissi debet expectari. Bart.

LXVI. MODESTINVS *libro decimo Responsorum.*

HEres statuliberum cui in euentum conditionis fidei-

SEd si hoc.] CASVS. in §. cuidam est talis: Cum haberem filiũ naturalem cui quidem non poteram de iure relinquere vltra duas[a] vncias cum matre sua: *vt. C. de natu. li. l. ij.* legaui ei tres vncias integras cum matre sub conditione si heredi meo daret. x. & pone quòd vna vncia bonorum meorum valebat. x. & decessi. postea dictus meus filius naturalis soluit heredi meo dicta. x. & sic impleuit conditionem. nunc petit ab herede meo integras. iij. vncias, dicens, quamuis de iure non possem capere nisi. ij. vncias, tamẽ nunc possum capere. iij. quia dedi tibi heredi tantũ causa implẽdę conditionis, q̃ valet bene. j. vnciã. nunquid iustè petit? & dicitur quod sic. & idem esset si iussus esset dare decem extraneo causa implendæ cõditionis. [CVM VIR.] Titius legauit vxori suæ annua. x. si non nuberet, & non separet se à liberis eorũ communibus puberibus certè potest mulier nubere, & nihilominus legatum capere quasi in dicto legato sit ei viduitas indicta. Si autem dicti liberi erant impuberes, non poterit habere legatũ si nupserit: quia in hoc casu videtur vir iniunxisse vxori curam liberorum, & nõ viduitatem. Viuian.

a ¶ *Sed si hoc.* continuatur præcedenti.

b ¶ *Capienti.* vt filio naturali tres vnciæ, qui non capit nisi vnã vnciam cum matre: *vt C. de na. libe. l. ij.*

c ¶ *Aliquid.* puta quod valet vnam vnciam.

d ¶ *Poßit.* & ita tres vncias integras. quod videtur quasi, &c.

e ¶ *Extra sit.* aliàs detraxit, scilicet de suo, & dedit causa implendæ cõditionis.

f ¶ *Subsideret.* i. remaneret. *& fac. ꝗ. e. l. Plautius. §. item rescinditur. & infra ad legem. Falcid. l. at veterani. in fin. & l. quoties.* Accursius.

g ¶ *Cura.* vt corrigat & castiget. *&* [h] *facit. ꝗ. e. l. Titia si non. & C. de indi. vidui. l. ij. & Authen. ibi posita, & argu. supra communi. diui. l. an hoc iudicio. §. si conuenerit. & infra eodem. l. proxim.* ADDITIO. Dic secundum Bart. hic quòd hodie corrigitur in vidua, cui potest relinqui sub conditione si nõ nupserit: secus si non esset vidua. nam ista iura remanent incorrecta secundum eundem Bart.

a Imo vnicam tantum vnciã vt patet. ex l. 2. quæ bicitatur.

† Legare vxori sub conditione nubendi maritum non posse hinc Bal. colligit.

* Amplius lege concessa portione relictum est.

* Eroget.

* Lege concessa portione.

† Viduitatis perpetua conditio, remittitur.

† Huius particulæ a, hoc loco significationem preter illam tritã & à grammaticis obseruatã refert Alcia. lib. Parer. 7. cap. 12. vbi & locũ hũc explicat.

* Non nupserit:

b adde l. qui aliunã. §. quanquã. ꝗ. de negotiis.

CVm ita legatum.] CASVS. Lego vxori meæ si Titio nupserit, vel nõ nupserit Titio neque Seio neq; Mæuio: certè amittit legatum si alicui eorum nubat. nam in isto casu non videtur ei viduitas iniuncta, cũ ipsa alii nubere possit quã Titio vel Seio vel Mæuio prædictis. Si autem legaui ei sub conditione si Titio nupserit, distingue: aut honestè Titio potest nubere, aut non. primo casu a legato excluditur nisi Titio nubat: secundo potest cui vult nubere, & legatum habere. nam hoc casu videtur ei indicta viduitas. cum enim eam iussit Titio nubere, videtur prohiberi ne nubat cęteris. vnde perinde est ac si dixisset testator: ego ei si non nupserit. imò in hoc casu secundo cum Titius est indignus eius nuptiis, deterior est illa conditio, si nupserit Titio, quàm si dixisset, si non nupserit. nam cum dixit, si nupserit Titio, cæteris omnibus nubere prohibetur, vt dictũ est: & iubetur nubere Titio, cui inhonestè est nuptura. Si autẽ ita legauit ei si non nupserit in quadam terra quę vocatur Aricia, vel in aliqua alia terra: certè si hoc in fraudem factũ est à testatore, ipsa nubere poterit: & legatũ accipere. in fraudem autem factum videtur, si illa mulier cui apposita est dicta conditio, non facilè possit inuenire nuptias alibi. & hoc dicit vsque ad. l. legato. Viuianus.

h ¶ *Cum ita legatum sit.* mulieri, vel alij.

i ¶ *Plures personæ.* singulariter. si autem omnibus de ciuitate sua, dic *vt. ꝗ. l. proxi.*

k ¶ *Si nupserit.* Sed nunquid habet locum cautio Muciana? Respon. non. quia impleri potest ea viua: puta si alij nubat: *vt not. ꝗ. eo. l. Mucianæ.* Accur.

l ¶ *Quale si generaliter.* sic *supra de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respon. domo instructa, & de condi. instit. l. filius. & C. de insti. & substi. l. j. & l. reprehendenda.*

m HOc modo.] *Legi*, quæ dicit haberi legatum etiã conditione non impleta, quia viduitatem inducat: quia hæc non inducit: *vt. ꝗ. e. l. proxi. in princ.* Accur.

n ¶ *Ariciæ.* ciuitas est penes Romam.

o ¶ *Fraudãdæ.* ad hoc *ꝗ. de iure pa. l. adigere. §. si patronus.*

p ¶ *Adiuuandam.* ¶ Not. fauorem [a] extendi. *sic. ꝗ. de libe. & postu. l. cum quidam.*

LEgato sub.] CASVS. Legaui Titio centum sub condi. & decessi. postea pendente cõditione decessit heres meus. certè heres heredis mei remanet obligatus legatario. Viuianus.

q ¶ *Heredem suum.* si non decedat legatarius pendente conditione. Azo. *vt. C. de cadu. tol. §. sin autem. & facit. ꝗ. de verb. oblig. l. si quis. §. Titius.*

HEres.] CASVS. Institui mihi Titium heredem, & Sticho seruo meo reliqui libertatem sub condit. si nauis ex Asia venerit: & rogaui dictum meum heredem vt daret eidem seruo centum sub ea condit. si nauis ex Asia venerit. & postea decessi. &

postea

† Prohibitum in vno, concessum in alio videtur.

* Iuliæ Miscellæ scilicet. *l. 2. C. de indict. viduit.*

† Actus inter dictus videtur quoties nõ potest geri nisi cum interdicto loco.

† Multa in hãc sententiam copiose disserit Alexan. ab Alexan. *lib. 4. Genial. dier. c. 8.*

a Fauores vt & leges Reipublicę vtiles extendendæ.

postea ante euentum dictæ condi.heres meus manumisit eũ.nunquid & fideicommissum ei pręstare debet ante euentum dictę conditionis? Et dicitur quòd non, nisi per heredem steterit quo minus implerentur dictæ condi.id est dicta conditio.Viuian.

a ¶ *Per eum*.heredem: *vt s.eod.l.iure ciuili.* ¶ Et no.sic.*s.si pars here.pe. l.permittendũ.*

commissum restituere rogatus erat, manumisit. Quęro, an fideicommissum ei præstare debeat. Herennius Modestinus respondit, Quamquam statuliberum heres manumiserit, tamen fideicommissum quod sub iisdẽ conditionibus relictum ei debet, ita præstare cogitur, si conditiones impletas esse præstabit,* aut per eum[a] stetit quo minus impleantur.

Si deficit conditio pro qua fuit interposita cautio Muciana, legatum debetur ei in quem in eum casum fuit translatum. Bar.

LXVII. IAVOLENVS *libro vndecimo Epistularum.*

CVm sub hac cõditione fundus alicui legatus esset, *Si seruum non manumiserit*: & si manumiserit, legatum fundi ad Mæuiũ translatũ esset: legatarius de nõ liberando satisdedit, & legatũ accepit, & postea liberauit. Quęro, an aliquid Mæuio detur. Respondit, Si cui ita legatum erit, *Si seruum non manumiserit*: satisdatione interposita accipere ab † herede legatũ poterit: & si postea seruum manumiserit, commissa stipulatione heredi vel fundum, vel quanti ea res est,[b] restituet: eoque casu heres ei cui ex sequenti conditione legatum debuerit, restituet.

Verbum quod reperitur in futuro & in præterito, in dubio in vltimis voluntatibus intelligitur de futuro. Bartolus.

LXVIII. IDEM *libro secundo ex Cassio.*

¶ Sed arg. contra. *C.de his qui ã non do.l.fi.*[a] & *j.eo.l.duos.*[b] vbi[c] in vno negligens vel agnoscens, in alio videtur agnoscere. Accur.

[a] Ibi negligentia pariter se habet ad omnia.
[b] Hoc facit cõditio apposita in primo quæ intelligitur repetita in secundo.
[c] Negligens in vno, in alio negligens esse ac sibi præiudicare an cogi possit.
* constabit. al. præsuaderit.

C*Vm sub.*] CASVS. Titius legauit Seio fundum sub condi.si Stichum seruũ nõ manumiserit: & si manumiserit Seius dictum Seruum, iussit dictus Titius fundum legatũ transferri ad Mæuium, & decessit dictus Titius. postea Seius legatarius satisdedit heredi de non manumittendo dictum seruum, & accepit ab eo dictum legatum fundum: & postea manumisit eundem seruum. & ita venit contra condi.appositam sibi in legato, & contra promissionem Mucianam quam fecit heredi. Certè restituere debet heredi fundũ prædictum vel eius æstimationem, & heres debet dare dicto Mæuio eundem fundum, vel æstimationem eius. & hoc dicit plane ista l.Viuian.

† Legatarius in quem fit translatio in pœnam, de manu heredis capere debet, non de manu primi legatarij.

b ¶ *Quanti ea res est*. No. de cautione Muciana. *sic.s.eod.l.Muciana. & .l.is cui. & .j.eo.l.Titio.& .l.heres.§.qui post. & .l.cum tale. & .s.de condi.instit.l.iiij.in fin.*

S*I ita legatum.*] CASVS. Titius legauit Seiæ. c. cum nupserit ipsa Seia: & decessit idem Titius.postea reperitur quòd Seia erat nupta tempore testamenti, & quòd testator hoc sciebat. certè non aliter habebit Seia legatum, nisi secundum contrahat matrimonium: & si secundum cõtrahat matrimonium, habebit legatum: siue illud contrahat viuente testatore, siue mortuo. Viuianus.

[d] Conditionalia verba in dubio intelliguntur de futuro.

c ¶ *Expectandum*.vt.*s.de leg.ij.l.si ita sit.§.si pater*. Et arg.*j.de verb.obliga.l.cum qui Kalendis. & facit.s.e.l.hac conditio. & .l.si iam.in fi.& .C.de inst.& subst.l.si quis heredem.*

S*I ita expressum*] CASVS. Legaui Titio centum sub conditione si ipse Titius voluerit. & decessi. & postea decessit dictus Titius. nunquid pertinet legatum ad heredem eiusdem Titij? Et dicitur quòd non, nisi Titius prædictus voluerit ad se pertinere legatum, quia conditio videtur iniuncta personæ ipsius Titij subaudi: & conditionalia legata non transeunt ad heredes legatariorum ante impletam conditionem. Viuian.

d ¶ *Pertinere*.est enim cõditionale: *vt.s.de leg.j.l.si ita.§.j.* ¶ Sed nonne si simpliciter relinquitur, est in suo arbitrio, & tamen trãsmittit: *vt.C.de cadu.tol.§.cum igitur*. Sed hic expressa[e] nocent: *vt & .s.e.l.nũquã* perinde enim est ac si diceret, si acceperit, *vt.s.de adi.leg.l.iij.§.si quis Titio*.secus in venditione: *vt.C.de contrahen.emp.l.in vendentis.& facit.s.locati.l.locatio.*

[e] Expressa nocent.

D*Vos.*] CASVS. Titia habens virum Seium, & duos filios ex eo, instituit sibi heredes dictos filios sub condi. si emanciparentur à patre: & ita nolebat quòd pater haberet commodum ex hereditate: & cuilibet dictorum filiorum prælegauit fundum simpliciter non repetita conditione emancipationis expressę. postea decessit dicta Titia, & postea pater eos emancipauit, & ipsi hereditatem matris adiuerunt. De hereditate planum est quòd pater non debet habere commodum. ¶ Sed nunquid debet habere commodum de dictis legatis simpliciter relictis? Et dicitur quòd non. nam & in eis videtur repetita conditio emancipationis: & emancipando filios videtur velle firmum esse iudicium vxoris. Viu.

SI ita legatum esset, *Cum nupserit*: si nupta fuerit, & hoc testator scisset, alterum matrimonium erit expectãdum:[c] nihilque intererit vtrum viuo testatore, an post mortem ea iterum nupserit.

Conditio si voluerit legatarius: facit conditionale legatum. Bar.

LXIX. GAIVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita expressum erit: *Titio, si voluerit, do lego*: apud Labeonem Proculus notat, non † aliter ad heredem legatarij pertinere, quàm si ipse legatarius voluerit ad se pertinere:[d] quia conditio personæ iniuncta videtur.

† Legatũ collatum in volũtatẽ legatarij, ante declarationem non transmittitur, vt hic. ratio est quia in huiusmodi legato testator posuit in legatarij facultate diei cessionẽ: ideoque dies nõ cedet, antequam legatarius suam voluntatẽ expresserit.

Conditio tacita ex testamẽto proueniens impedit diem legati cedere quo ad adquisitionem. Bart.

LXX. PAPINIANVS *libro sextodecimo Quæstionum.*

DVos † mater filios sub conditione emancipationis[e] ex partib[9] heredes instituit, eisque plurium rerum præceptiones purè[f] dedit. hereditatẽ adierunt.[g] Patrem à legatorum commodo illa quoque ratio debet summouere,[h] quòd emancipando filios obsecutus[i] voluntati, supremum iudicium vxoris suæ custodiri voluit.

† Pręlegatũ videtur relictum sub eadem cõditione, sub qua facta est institutio.

Modus respiciens vtilitatem legatarij, intelligitur impulsiuus. si vtilitatem tertij, dicitur esse finalis. Bar.

LXXI. IDEM *libro septimodecimo Quæstionum.*

TItio centum ita vt fundum emat, legata sunt. Non esse cogẽdum Titium cauere Sextus

e ¶ *Emancipationis*. sic facit. *C.de inof.test.l.filius matrem.*

f ¶ *Purè*.id est simpliciter non apposita conditione emancipationis.

g ¶ *Adierunt*. igitur extitit conditio: quia fuerunt emancipati.

h ¶ *Summouere*. Imò videtur non summoueri: *vt infra quando dies leg.ce.l.si post diẽ.§.fina.* vbi inspicitur dies quo cedit legatũ. sed hic non cedit nisi post emancipationem: quia conditio intelligitur repetita: *vt j.eo.l.auia.*

i ¶ *Obsecutus*. Argu. contra. *s.eo.l.heres statu. & facit s.de mino.l.si filius.*

T*Itio centum.*] CASVS. Hæc lex ponit tres casus vsque ad §. Titio genero. Primus est talis: Seius legauit Titio.c.ita vt fundum emat. nunquid tenetur Titius cauere heredi de fundo emendo cum recipit centum ab eo? Et dicitur quòd nõ. Sed pone quòd dictus Titius legatarius erat filius fratris dicti testatoris, vel aliter ei attinebat, & erat alumnus meus industrius: & testator voluit ei prospicere in emendo fundo: quia timebat ne pecuniam barataret. certè in hoc casu bene tenetur idem Titius cauere heredi de emendo fundo, & non de alienando postea: quia credẽdum est interesse heredis ratione affectionis vt Titius emat sibi fundum, & postea non alienet. Secũdus casus est talis: Reliquit dictus testator dicto Titio centum, ita vt ducat vxorem Mæuiam quæ erat vidua. certè si vult Titius legatum, debet eam accipere in vxorem. & ideo cum accipit legatum, debet cauere heredi de ea ducenda. Sed oppono: ego video ꝙ si Seius promittat pecuniam Titio si Mæuiam vxorem non ducat ipse Seius, quòd Titius non potest ab eo petere dictam pecuniam: & si ipse Seius non ducat Mæuiam in vxorem, ergo idem deberet esse in nostro casu scilicet vt Titius habeat dicta centum, etiam si non ducat in vxorem Mæuiã viduam. Sed certè non est hoc verum, nec simile. nam aliud est auferri libertatem matrimonij eligẽdi metu pœnæ, (sicut fuit in casu oppositionis, quo quidem casu prætor denegat actionem, vt dictũ est) & aliud est inuitari certa lege siue modo ad matrimoniũ: vt in casu principali supra posito: quo quidem casu non habet Titius centum, nisi caueat de ducenda Męuia in vxorem, vt dictum est. Tertius casus est talis: Ego reliqui Titio cẽtũ, ita vt à meo monumento non recedat. vel reliqui ei centum ita vt in Bonon. domicilium non habeat. debet Titius consequi centum ab herede meo, & non debet cauere de non recedendo à monumento meo, vel de nõ habendo domicilium in Bonon. quia per hanc cautionẽ ius libertatis Titij infringeretur. si autem dictus Titius esset meus libertus, bene teneretur cauere de prædictis. [TITIO GENERO.]

Seius ita dixit in testamento suo: Titio genero meo heres meus cētum dato nomine dotis Seiæ meæ filiæ. & decessit dictus Seius. certè non solùm Seia filia potest petere legatum, sed etiam maritus eius, id est Titius prædictus: & liberabitur heres soluendo vni eorum. Sed quid si solutum est inter eos postea matrimonium, & heres voluntate Seiæ soluat Titio? certè & hic liberatur heres: sed constante matrimonio si soluat Titio, liberatur, vt dictum est, etiā si soluat prohibente muliere. tunc enim interest mulieris Titio solui, vt incipiat esse dotata. nam & si ipsa constante matrimonio petat ab herede dicta centum, & nolit ea fieri dotis, remouetur exceptione. Non est ergo mirum si maritus potest ea petere constante matrimonio vxore in vita ¶Sed quid si tēpore legati non erant adhuc contractæ nuptiæ inter dictos Titium & Seiam, & ante contractas inter eos nuptias moriatur vnus eorum? non habebit superuiuens legatum prædictum, immo remanebit apud heredem. si autem nullus eorum decessit, sed Titius noluit eam accipere in vxorem: certè quātum attinet ad personam mulieris, intelligitur satisfactum per eam, ex quo non remansit per eam causa legati, id est propter legatum, vt ipsa habeat illud. non autem habebit legatum Titius, ex quo remansit per eum, imò repellitur excep. doli per heredem. Et scias quòd in dicto casu vbi matrimonium constat inter Titium & Seiam, heres tenetur dare legatum Titio, & si nō caueat heredi mulieri pecu. reddi. & est ratio: quia pecunia dotis efficitur eo casu. Si autem ante contractum matrimonium petat dictum legatum Titius, quod quidem potest, cum sit purum legatum, tunc erit necessaria cautio mulieri pecuniam reddi. ¶Sed quid si contracto iam matrimonio maritus agit contra heredem ad legatum, & vitio suo causam perdiderit, & tempore reddendæ dotis non est soluendo idem maritus? nūquid potest agere mulier contra heredem ad dictam pecuniam? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

* filio fratris alumno.

† Cauens de modo implendo, de eo impleto conferuando cauere quoque debet.

† Matrimoniū debet esse liberum à pœna damni, &c. con tex. text. in cap. cum locum. & ibi gl. extra de spon. & ma. remiēt. a. eod. tit. meliu. in cap. Gemma. & ibi Gl. ardin. præalleg. tit.

† Pœna propriè, non est emissio lucri.

* matrimoniū.

† Domicilium certū necessariò eligere quis iuberi testamento nō potest.

† Libertatem minuens conditio in persona liberti tenet, at non ingenui.

Cęcillius existimat: quoniam ad ipsum dūtaxat emolumētū legati rediret.[a] Sed si filio, fratri,[b] * alumno minus industrio prospectū esse voluit, interesse heredis[c] credendū est: atq; ideo cautionē interponēdā, vt & fundus cōparetur, ac postea nō † alienaretur.[d]

Matrimonia debent esse libera à pœna damni, non à pœna amissionis dupli. Bart.

1. ¶Titio centum † relicta sunt, ita vt Mæuiam vxorem[e] quę vidua est, ducat. Conditio[f] non remittetur: & ideo nec cautio[g] remittenda est. Huic sententiæ nō refragatur, quòd si quis pecuniā promittat, si Mæuiam vxorem non ducat, prætor actionem denegat.[h] Aliud † est enim eligendi matrimonij pœnę metu libertatem auferri: aliud ad testamentum * certa lege inuitari.[i]

Conditio vel modus per quem libertas infringitur, non seruatur præterquam in libertis. Bart.

2. ¶Titio centū relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat, vel vti in illa ciuitate domiciliū habeat. Potest dici nō † esse locum cautioni, per quam ius libertatis[k] infringitur. Sed † in defuncti libertis alio iure vtimur.[l]

Diuiditur in sex partes. Primò ponitur cui competit petitio. Secundò, cui debeat vel possit fieri solutio. Tertiò, quid si matrimonium non contrahitur. Quartò, an quando soluitur constāte matrimonio, debeat aliqua cautio recipi. Quintò, quid si ante matrimonium dos soluatur. Sextò, quid si maritus à causa ceciderit. Secunda ibi, Si post. Tertia ibi, Ante nuptias. Quarta ibi, Sabinus. Quinta ibi, Sed cum ante nuptias. Sexta ibi, Quod si maritus. Bartolus.

a ¶ *Rediret.* sic.j. *de dona. l. ij. §. fi. & l. iij.* Sed contra. s. *de leg. iij. l. si tibi legatum.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Bart. fatetur istud contrarium, nisi suum commodum respiciat.

b ¶ *Fratris.* scilicet testatoris vel legatarij, cui voluit fundum emi, & non alienari.

c ¶ *Heredis.* ratione[a] affectionis quam habuit testator in alumnum. aliàs cum esset nudum præceptum, non valeret: *vt. s. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui. & de leg. iij. l. pater. §. Iulianus.*

d ¶ *Non alienaretur.* alioquin aget heres ex cautione. si enim ex cautione non ageretur, non interponeretur: *vt. j. vt lega. no. ca. l. hac stipulatio. §. diuus.*

e ¶ *Vxorem.* quam honestè ducere potest: *vt. s. eo. l. cum ita.*

a Affectionis ratione modus præsumitur finalis: quod in legato causæ piæ vel fauorabili censetur.

f ¶ *Conditio.* id[a] est modus. & *facit. C. de insti. & substi. l. ij.*

g ¶ *Cautio.* s. de ducenda: & sic etiam prius[b] accepit legatū, cum sit modus, non conditio: *vt. s. de leg. iij. l. si tibi legatum.*

h ¶ *Denegat.* vt *infra de verb. oblig. l. Titio. in prin. & C. de spon. l. fin. in fin.* Accur.

a Cōditio pro modo.

b Legatum sub modo ante modum impletū præstari debet: conditionale vero ante euentum conditionis non præstatur.

3. ¶ *Titio genero meo heres meus dotis Seiæ filiæ meæ nomine centum dato.* Legati quidē emolumentū ad Seiam quæ dotem habere incipit, pertinebit. Sed quia non tantùm mulieri, sed Titio quoque cui pecuniam legauit, consultum videtur: prope est vt ipse legatarius intellegatur, & legatum petere debeat.[m] Si post diuortium genero pecuniam heres[n] soluerit, æquè liberabitur: quoniam in dotem solutio conuertitur. Constante autem matrimonio, etiam prohibente muliere Titio rectè soluetur. Hoc enim & mulieris interest, vt incipiat esse dotata. Nam & si quis[o] ipsam[p] quoque petitionem habere responderit, eáque pecuniā petat, neque dotis fieri[q] velit: nō dubiè doli summouebitur exceptione. Ante nuptias verò Titio vel muliere defunctis, legatū apud heredem[r] manet. Quòd si nolit eam vxorem ducere: causa legati,[s] quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intellegetur.[t] sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta muliere, Titio sine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis efficeretur. Sed cum ante nuptias, quia purum legatum est, peti potest,[u] cautio *Mulieri pecuniam reddi*, necessaria erit. Quòd si maritus vitio suo[x] causa ceciderit, neque soluendo sit: nunquid aduersus heredem mulieri quæ nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniā quę doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt: saluam habebit non soluta pecunia viro, mulier actionem.[y]

i ¶ *Inuitari.* sic *infra de dam. infec. l. Proculus. & C. de codicil. l. fi. & j. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus.* Sed argu. contra j. *ne quid in loco publ. l. ij. §. merito.* ADDITIO. Dic quòd ibi lucrum percipiebatur ex publico, quod non debet auferre priuatus: hic quia percipiebatur à priuato testatore, merito potest auferre eius voluntate, secundum Bar. hic.

k ¶ *Libertatis.* sic.[c] j. *de lib. ho. exhi. l. nihil. & arg. s. de vsufru. l. ij. §. ne tamen.* Accur.

c Libertatis ius infringi non debet.

l ¶ *Vtimur.* Contra. *C. de ope. lib. l. pen. in fi.* Sed hic tempore manumissionis hanc legem imposuit: ibi ex interuallo. 2. Vel hic quoad hoc, quia nō dabitur ei legatum: *vt. s. de adimen. lega. l. libertis. §. fina.* non autem vt præcisè cogantur ibi morari, vt ibi: 3. Vel hic fauor religionis.

m ¶ *Debeat.* Imò mulier tantum: *vt. s. de leg. iij. l. fideicommiss. §. interdum. & s. de lega. j. l. seruo legato. §. si testator. quæ sunt contra.* Solu. ibi reliquit contemplatione filiæ tantum: hic vtriusque secundum quosdam. Sed certè hic & ibi loquitur cum dubium erat cuius contemplatione reliquit. sic enim dicit hic, cōsultum videtur. dicit ergo quòd de iure stricto filia tantum habeat, vt ibi. sed de æquitate vterque: *vt hic, & j. eo. §. constante. & §. quòd si maritus.*

n ¶ *Heres.* ignorans diuortium. & dic soluerit, scilicet volens. Nam cogi non potest, sicut & vbi non vult contrahere matrimonium Titius: *vt. j. eo. §. quòd si nolit.* & hoc indicat proximus versiculus, constante &c.

o ¶ *Nam & si quis.* bene dico inuita ea solui viro. nam &c.

p ¶ *Ipsam.* scilicet mulierem.

q ¶ *Fieri velit.* vnde apparet etiam mariti contemplatione relictum legatum: & sic ipse petet.

r ¶ *Apud heredem.* hoc secundum illam distinctionem quam nor. s. *eo. l. in testamento.* Azo.

s ¶ *Causa legati.* aliàs causa legati. id est propter legatum. aliàs causæ. Accursius.

t ¶ *Intelligitur.* & sic ipsa petet.

u ¶ *Peti potest.* Imò videtur inesse conditio si matrimoniū fiat. vt & in stipulatione: *vt. s. de iur. do. l. mulier. j. respon.* sed fortè aliud in legato. 2. Vel dic inesse conditionem muliere promittente: non autem alio promittente vel legante. Azo.

x ¶ *Vitio suo.* i. culpa: quia non probauit legatum.

y ¶ *Actionem.* facit. s. *de eo per quem factum est. l. si. & supra de iure dot. l. si extraneus.*

Cum tale.

Conditio negatiua quæ non potest impleri viuo legatario sine expectatione tristis euentus, impletur præstita cautione Muciana. Bar.

LXXII. IDEM *libro octauodecimo Quæstionum.*

CVm tale legatum esset relictum: *Titiæ, si à liberis nõ discesserit*: negauerũt eam rectè cauere:[a] quia vel mortuis liberis[b] legati conditio possit existere. Sed displicuit sententia.[c] Non enim voto matris[d] opponi tam† ominosa non interponendę cautionis interpretatio debuit.

1. ¶ Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset si à liberis eius non decessisset, permisit Imperator velut[e] Mucianam cautionem offerri. fuit enim periculosum ac triste, libertũ coniunctum[f] patroni liberis, eorundem mortem expectare.

Conditio negatiua quæ potest impleri viuo legatario, non impletur per cautionem Mucianam. Bart.

2. ¶ Titius heredẽ[g] institutũ rogauit post mortem suam[h] hereditatem restituere, si fideicommissi cautio non fuisset petita. Mucianæ cautionis exemplum[i] ante constitutionem[k] remissæ cautionis locum habere non potuit: quoniam viuo eo cui relictum est, impleri conditio potuit. 3. ¶ Quid ergo si ita scriptum sit: *Peto post mortem tuã restituas hereditatem ita, † ne satis fideicõmissi petatur, néve † ratio exigatur?* Sine dubio per huiusmodi verba, nõ interponendæ[l] quidẽ cautionis cõditio videbitur adscripta: rationi verò nõ exigẽdæ modus adhibitus:[m] scilicet vt culpa, non etiam dolus remissus intellegatur. Idque in eius persona qui negotia gessit, cuiq; rationis reddẽdæ necessitas fuerat testamento remissa,[n] rescriptum est.[o]

Conditio deficiens non extinguit, quæ pendens non suspendit legatum. Bartolus.

4. ¶ *Si arbitratu Titij Seia nupserit, heres me[o] ei fundũ dato.* Viuo Titio etiã sine arbitrio Titij eã nubẽtẽ legatũ accipere respõdendũ est: eaq; legis sententiã videri, ne qđ omnino nuptiis impedimẽtum inferatur.[p] Sed si Titius viuo te-

CVm tale.] CASVS. Ad euidentiam huius legis distingue inter conditiones quæ in non faciendo consistunt: quia aut est talis quæ in vita legatarij non potest existere vel impleri: aut potest existere viuo legatario cui est apposita conditio. Primo casu consequitur legatum legatarius præstita à se cautione Muciana heredi de non faciendo, puta quia fuit ei legatum si in Capitol. non ascenderet. & sic loquitur *supra eodem. l. Mucianæ. & de lega. ij. l. cum filius. §. qui Mucianam. & l. iij.* In secundo casu subdistingue: quia aut potest impleri sine malo omine legatarij, puta quia sunt illi legata. x. annua si non recesserit à filiis testatoris, quæ quidem conditio potest existere viuo legatario mortuis filiis, & ipse legatarius nihil attinet filiis testatoris, & sic nõ est legatario periculosum & triste eorum mortem expectare: & tunc non præstatur cautio Muciana: sed expectatur donec existat conditio per mortem filiorum testatoris: & tunc consequetur legatum aut cum malo omine legatarij potest impleri viuo legatario, puta quia est mater filiorum testatoris illa cui ita legatum est, vel est libertus testatoris ille cui legatum est, vel etiam alio modo coniuncta persona, & sic est legatario periculosum & triste filiorum testatoris mortem expectare: & tunc non expectatur quòd conditio existat per mortem filiorum testatoris, sed præstatur cautio Muciana, & consequitur legatum legatarius siue legataria. &. h. d. hæc. l. licet quidam dicant contrarium, qui reprehenduntur in litera. Viuian.

a ¶ *Cauere.* s. cautione[a] Muciana. Rog.

b ¶ *Liberis.* viua matre. & est bona ratio in extraneo: *vt. j. §. Titius. & j. eod. l. pater. §. socrus.* non in matre: *vt hic.* & est ratio vt subiicit. nec in patrono: *vt. j. proxi.* Accur.

c ¶ *Sententia.* id est dictum & ratio. & sic mulier cauet, vt legatum habeat. ¶ Sed alia ratio eam excusare videtur, quia viduitatem inducit: *vt supra eod. l. sed si hoc. §. finali.* & secundum hoc dic sententia, id est ratio, non dictum. Vel ibi expressit ne nuberet quod hic non fecit. ADDITIO. Non intelligas hanc solutionem quòd tacitè posset induci viduitas, expressè non: quia est contra. l. hoc modo. s. eo. Sed intelligas quòd hic fuit simpliciter relictum si à liberis non discesserit. & sic viduitatem non inducit, secundum Bart. hic.

d ¶ *Voto matris.* quod est vt filij viuant post eam: *vt. s. de inoffic. testa. l. nam & si parentibus.*

e ¶ *Veluti.* nam propriè Muciana locum non habet, cum possit impleri viuo liberto: *vt. s. proximo.*

f ¶ *Coniunctum.* secus in non coniuncto: *vt infra proxim. §. no.*

Titius.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eundem Seium vt post mortem suam Seij restitueret hereditatem Gaio sub condi. si cautio fideicommissi soluendi non peteretur per Gaium prædictum fideicommissarium à dicto Seio herede. & decessit dictus Titius testator. nunc vult Gaius incontinenti habere fideicommissum hereditatis, & cauere Muciana cautione Seio heredi de non petendo ab eo cautionem fideicommissi præstandi sibi Gaio. quæritur, nunquid possit? Et dicitur quod non: & est ratio: quia viuo Gaio cui relictum est fideicommissum, potuit impleri conditio non petendæ cautionis fideicommissi præstandi Gaio, puta, mortuo Seio herede viuente eodem Gaio fideicommiss. & hoc quod dixi, habebat locum etiam antequam fieret constitutio quæ est. C. *vt in pos. lega. l. scire.* quæ dicit testatorem posse remittere satisdationem fideicom. præstandi propter dictam rationem: quia viuo Gaio &c. vt dictum est. & etiam habet locum post dictam constitutionem: quia remitti potest satisdatio per testatorem, vt dictum est. ¶ Sed pone quòd dictus Titius testator ita dixit, peto à te Seio herede vt post mortem tuam restituas hereditatem meam Gaio ita, ne à te per Gaium petatur satisdatio fideicom. præstandi sibi, & ita ne à te per eum ratio exigatur de eo quod expendes de hereditate mea ante mortem tuam. & ita appositæ fuerunt duę conditiones. certè in hoc casu sine dubio per huiusmodi verba videtur adscripta conditio non interponendæ cautionis siue satisdationis fideicommiss. præstandi Gaio. vnde habebit locum in hac conditione illud quod supra dictũ est, scilicet vt Gaius nõ possit habere statim fideicommiss. cauendo Muciana cautione de non petendo à Seio herede satisdationem fideicom. sibi Gaio præstandi. secundæ autem conditioni in verbis testatoris appositę, scilicet rationis non exigendæ à Seio herede per Gaium fideicom. videtur per testatorem modus adhibitus, scilicet vt culpa Seij heredis intelligatur remissa, & non dolus commissus in dissipando res hereditarias: sicut eueniret in eo qui gessisset alia negotia testatoris, & testator remisisset ei necessitatem reddendæ rationis. qui quidem nihilominus de dolo teneretur. Viuianus.

g ¶ *Titius heredem.* sub hac conditione si fideicom. &c.

h ¶ *Suam.* s. heredis.

i ¶ *Exemplum.* i. ista cautio Muciana: sed ideo dicit de exemplo, quia olim cum solennitate interponebatur, quæ hodie cessat.

k ¶ *Ante constitutionem.* subaudi etiam ante constitutionem illam quæ dicit testatorem posse remittere satisdationem: *vt. C. vt in pos. leg. l. scire.* sic ergo nec ante. l. illam interponebatur, quoniã viuo, &c. *vt. s. in prin. l. no.* Item nec post: tum quia remitti potest, vnde non est necesse caueri: tum quia viuo &c. & dic potuit, scilicet mortuo herede viuente legatario.

l ¶ *Non interponenda.* satisdat[a] ergo heres[b] de hereditate restituenda: nisi testator remiserit:[c] *vt hic, & C. vt in poss. leg. l. cũ Archimedoram.* Sed & iure nouo cauet in casu, vt quando rogatur restituere quod supererit: *vt C. ad Treb. Auth. contra rogatus.* aliàs non inuenio iure nouo. Item & rationem[d] reddere debet, nisi vetuit testator, *vt hic, & j. ad Treb. l. mulier. § sed enim.*

m ¶ *Adhibitus.* sub. videtur &c. *ad quod est. s. de lib. leg. l. non solum. § si heres. & l. Aurelio. §. Meuia. & s. de admi. tu. l. quidam decedens. & s. manda. l. pen. § fin.*

n ¶ *Remissa.* quia[e] non videtur dolus remitti:[f] *vt. s. prox. respon.* sed aliàs rationem reddere debet: *vt. s. de neg. gest. l. ij.*

¶ *Rescriptum.*] CASVS. Quidam habent hic. §. rescriptum &c. Alij habent. §. ibi, si arbitratu Titij &c. & continuantur illa verba, rescriptum est &c. cum superiori, & vtraque litera bona est. & pone ita casum: Seius ita dixit in testamẽto suo. Si arbitrio Titij Seia nupserit, heres meus ei fundum dato. & decessit dictus testator. certè si Seia nubat viuente dicto Titio etiam sine arbitrio Titij, capiet legatum. & est ratio, ne aliquod impedimentum nuptiis inferatur. & idem est si Titius sit mortuus. nam licet conditio Seiæ apposita defecerit per mortem Titij, quia eius arbitrio nubere nõ potest, tamen succurretur Seiæ nubenti vt habeat legatum. nam & si penderet dicta conditio, eo quòd Titius viueret, pro nihilo foret, vt dictum est. Viuian.

o ¶ *Rescriptum* aliàs hic est. §. aliàs ibi, si arbitratu.

p ¶ *Inferatur.* ideóque & hæc cõditio remittitur, quasi viduitatẽ aut deterius inducat: *vt supra eod. l. cum ita. in fin. & l. hoc modo.*

† Sic teste Fk... perperam in vulgat. onero- Ant. Augu. ... e. vlt.

Cautio Muciana locũ habet in conditionibus negatiuis quæ impleri possunt ante vltimum vitæ momentum.

† Ita dictio semel posita inducit cõditionem & modũ respectu diuersorum actuũ. Nã respectu actus sequentis, modum significat.

† Néve particula copulatiua.

a Satisdare debet heres de restituenda hereditate nisi testator satisdationem remiserit.

b Sed intra quod tempus debeat satisdare, vide in Spec. tit. de. sa. & s. decre. § si. quitur videre. vers. Porro. Et quo modo cautio & satisdatio differant: Gl. & doc. no. in rub. s. qui satis. cog. Bar. in rub. in ius voc. vt caut. s.

c Remitti satisdatio vt & rationum redditio potest à testatore.

d Rationes reddere heres tenetur (nisi vetuerit testator) vt & quiuis gestor negotiorũ. Albert. in. l. si quis absentis. s. de negotiis.

e Inuentarij confectionem remitti posse, hinc colligitur.

f Remitti in dubio dolus nõ videtur, remissa inuentarij confectione.

Azo. & *facit. ṡ. eo. l. filia. & ṡ. de lega. j. l. turpia.* §. j. Sed arg. contra. *ṡ. de admi tuto. l. Titium in prin.* ¶Sed quid si purè legauit, & sub conditione rogauit eam de restituendo ei cuius arbitrio mulier nubere debeat? Respon. fortè valet secundum Azo.

statore decedat: licet conditio deficit, quia tamē suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurretur.

Conditio de non nubendo si adiiciatur cum tempore mortis, vtrumque reiicitur. si cum alio, reiicitur conditio, & tempus remanet. Bart.

5. ¶ *Mæuiæ, si non nupserit, fundum cum morietur lego.* Potest dici, & si nupserit, eam confestim [a] ad legatum admitti. Non idem probatur si certus dies, incertúsve [c] alius legato fuerit adscriptus.

Falsa causa non vitiat legatum, nisi de voluntate testatoris doceatur. B.

6. ¶ Falsam [d] causam legato non obesse verius est, quia ratio legandi legato non coheret. [e] sed plerunque doli exceptio locum habebit si probetur aliàs legat. non fuisse. [f]

Conditio de futuro quæ implicat aliquod præteritum vel præsens si est impoßibilis, non vitiat: secus si esset poßibilis, & deficiat. Bart.

7. ¶ Falsā cōditionē Cassius & Cælius Sabinus impossibilem esse dixerunt: [g] veluti: *Pamphilus, si quod Titio debeo, soluerit, liber esto:* si modò nihil Titio fuit debitum. Quòd si post testamentum factum testator pecuniam exsoluit, defecisse [h] conditionem intellegi.

Quæ adiiciuntur ad deminutionem, non operantur augmentum. Bartolus.

8. ¶ Falsam legati demonstrationem non facere [i] legatum Sabinus respondit: veluti si quis cū Titio nihil legasset, ita scriptum reliquerit: *Ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato.* [k] idque sumpsit [l] ex defuncti voluntate: quia non animo legandi, sed deminuendi [m] legatum quod falso datum existimaret, ita scriberet. propter falsam tamen demonstrationem legati non plus Seius adsequetur, [n] quàm si verè demonstratum fuisset.

Deficiente conditione pro qua fuit præstita cautio, debetur legatum ei in quem fuit translatum in eum casum, & liberatur heres actionem cedendo etiam si cautio sit defecta. B.

Mæuiæ.] CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo: Mæuiæ si non nupserit, fundum cum morietur lego. certè etiam si nubat, admittitur ad legatū, & incontinenti, scilicet vt habeat dotem, secus esset si ita dixisset testator, Mæuiæ si non nupserit, fundum vsque ad quinquennium lego, vel fundum ei lego si Titius consul factus fuerit. nam his duobus casibus, scilicet cum est appositus dies certus vel incertus alius à morte Mæuiæ, non consequetur Mæuia nubēs legatum ante dictum diem certum vel incertum venientem. Viuianus.

a ¶ *Eam confestim.* Sed cur non expectatur dies mortis in solutione legati, licet tali conditioni, scilicet si non nupserit, non sit necesse parere: *vt supra de condit. institu. l. quæ sub conditione. §. si quis.* Nam & si mors tantum esset apposita, seruaretur dies eius. Item plus habere non debet si non paruit illicitæ cōditioni, quàm si paruerit licitæ: *vt infra eodem. l. mulieri?* Respond. ideo tollitur dilatio, quia testator in euentum conditionis expletæ voluit eam habere legatum, tunc enim est certum eam non nubere, cum iam est mortua: vnde tantum voluit præstari legatum. sed cum conditio spernatur, eius diem vel dilationem in solutione expectari superfluum est. videbantur enim testatori hęc duo paria: lego tibi cum morieris: & lego tibi si non nupseris. Sed contra [a] est: *vt. j. eo. l. heres. in prin. & §. quamuis.* Azo. Vel secundum H. non expectatur dies mortis ad solutionem propter publicam vtilitatem, quæ est vt statim consecuta legatum possit nubere, & filios procreare: *vt. ṡ. eod. l. hoc modo. in fine.* Item hoc in muliere quæ virum non habuit. In [b] vidua verò cui à viro vel ab alio legatur ne nubat, secus est: *vt. C. de indicta viduitate tollen. Auth. cui relictum.*

b ¶ *Certus.* puta kalendis Ianuariis, vel ad annum.

c ¶ *Incertúsve.* vt cum Titius erit consul. tunc ergo dies legati expectabitur. *ad quod. ṡ. l. sed hoc ita. §. si.*

Falsam causam legato.] CASVS. Pone quòd ita dixit testator, lego Titio centum, quia negotia mea curauit. certè etiā si nō curauit negotia, tamen habebit legatū: quia falsa causa nō obest legato ratio enim siue causa legādi nō coheret legato, scilicet vt ea cessante cesset legatum. sed si probet heres testatorem aliter legaturū nō fuisse nisi negotia curasset Titius, obstabit Titio exceptio doli. Falsa etiam conditio non nocet legato: quia impossibilis est, puta ita dixit testator: Pamphilus liber esto si soluerit illud qđ debeo Titio. & hoc est verum si testator nihil debebat Titio: & sic cū sit impossibilis cōditio, habetur pro nō adiecta, & seruus libertatem cōsequitur sed si in veritate debebat testator cētum Titio, & post testamētum factum satisfecit idem testator Titio, nō habebit seruus libertatem: quia intelligitur defecisse cōditio. nam fuit impossibilis & seruus eam non impleuit. Sed quid dices de falsa demonstratione? & certè sicut nō facit inutile legatum: *vt. ṡ. eo. l. demonstratio*, ita non facit legatum illud quod non est legatum. velut si testator ita scribat: Ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato. cum in veritate non legasset aliquid Titio. nam non propter hoc petet Titius centum, quia testator non scripsit prędicto modo animo legandi Titio, sed animo deminuendi legatum quod à se datum Titio falso existimabat propter prædictam tamē falsam demonstrationem legati non consequitur Seius plus quàm si vera fuisset demonstratio. vnde non habebit Seius nisi quinquaginta, quamuis quidam crederent quòd Seius deberet habere plus ex eo quòd Titius nihil habet plus de dictis centum. h. d. vsque ad fi. l. Viuianus.

d ¶ *Falsam.* vt quia negotia mea curasti, tibi lego: *vt. ṡ. eodem. l. demonstratio. §. quamuis.*

e ¶ *Non coheret.* scilicet vt ea cessante cesset legatum secus [a] autem est in ratione legis. [b] nam ea cohæret intantum, vt ea cessante cesset lex: *vt infra de iure patro. l. adigere. §. quamuis. & no. ṡ. de legi. & senatuscons. l. non omnium. & facit. ṡ. de condic. indebi. l. damus. & supra de hered. inst. l. fin.*

f ¶ *Non fuisse.* facit. *C. de fal. cau. l. j.*

g ¶ *Dixerunt.* Nunquid ergo habetur pro non adiecta, & sic valet relictum, vel vitietur? Et certè [c] aut est de pręsenti, vel de præterito (vt si Titius est consul vel fuit) & tunc si est falsa, quia nec est nec fuit consul, nō valet relictum. Aut de futuro [d] est conditio impossibilis: vt si cœlum digito tetigeris: & tunc habetur pro non adiecta, & valet relictum: *vt. ṡ. de iniusto test. l. cum in secundo. & Institu. de hered. insti. §. impoßibilis.* In præsenti autem casu si solueris [e] quod Titio debeo, lego tibi libertatem. an sit de pręsenti (& sic non valeat relictum: quod R. dixit: & pro eo est verbum debeo) an de futuro propter verbum soluerit, quod est de futuro: quod est verius: & sic valet fauore [f] libertatis & vltimæ voluntatis. & hoc est quod. j. dicit defecisse conditionem.

h ¶ *Defecisse.* ex postfacto. sed supra ab initio fuit impossibilis. *& facit. ṡ. de leg. j. l. si sic. §. j.*

i ¶ *Non facere.* licet ei non noceat si de legato constaret: *& ṡ. eo. l. falsa. & j. in fine huius legis.*

k ¶ *Dato.* nil ergo per hoc legat Titio: *vt hic*, sed est derisorium, vt in eo qui nullam habet domum, & legat domum: *vt supra de lega. j. si domus. & arg. de leg. ij. l. Titia. in prin.* sed Seio sic: *vt infra in fi. l.*

l ¶ *Sumpsit.* Sabinus.

m ¶ *Diminuendi.* ad hoc. *ṡ. de adim. lega. l. legata inutiliter. & j. de manumis. testa. l. Titia. §. fin.*

n ¶ *Adsequetur.* habebit ergo Seius. l. in ea: quia falsa demonstratio non nocet: *vt hic, & ṡ. eod. l. falsa. licet non prosit Titio: vt supra dixit.*

T*itio.*] CASVS. Legatus est per Gaium Titio fundus si in Asiam non venerit idem Titius. & idem fundus legatus est per dictum Gaium Sempronio si venerit dictus Titius in Asiam. & decesßit dictus Gaius testator: & heres eius accepit à dicto Titio cautionem Mucianam de non veniendo in Asiam. & dedit ei dictum fundum. & bene fecit heres: quia in omnibus conditionibus quæ morte legatariorū finiuntur, sicut est & prædicta cōditio de non veniendo in Asiam: receptum & stabilitum est à sapientibus vt Muciana cautio interponatur. & postea dictus Titius venit in Asiam: & ita fecit contra conditionem, & contra suam promissionem. certè heres cogitur præstare dicto Sempronio per vtilem actionem ex testamento illud quod consequi potest à Titio ex stipulatu siue ex stipulatione dictæ cautionis interpositæ. Sed pone quòd Titius petiit dictum fundum ab herede, & cum heres scilicet peteret ab eo vt caueret ei Muciana cautione, Titius noluit ei cauere, sed promisit ei quòd bene caueret, cum esset dictus Titius homo cui videbatur credendum: & sic heres dedit ei fundum: & postea Titius noluit ei præstare dictam cautionem: & postea venit idem Titius in Asiam: & sic vindicauerit sibi locum legatum Sempron ij. nunquid heres præstabit Sempronio fundum vel eius æstimationem de seruo heredis? Certè non, sed satis erit si heres

a Paria non sunt legare mulieri cum morietur, & si nō nupserit. Priore casu dies mortis expectatur: posteriore nō expectatur, propter publicam vtilitatem.

b Vide quæ scripsi ad Glos. Nouellæ de nuptiis. 22. c. 24. in verbis sub tali conditione.

a Causæ & rationis differentia.

b Ratio legi ita legi cohæret, vt ea cessante, lex cesset.

c Cōditio falsa de præsenti aut præterito vitiat relictum.

d Cōditio falsa seu impossibilis de futuris habetur pro non adiecta, & ita valet relictum.

e Verba subiūctiui modi quæ in præterito & futuro inueniūtur in statutis & vltimis voluntatibus ad futura tantū porriguntur, nisi materia aliud suadeat, vt hic colligunt. Contraria est Glo. in. l. j. §. ex pluribus. j. de adqu. poss. de quo v. plura apud Zasium. 2. Responsor. 32. adde Iasonem in. l. cirium. 112. §. Augerius. ff. de verb. oblig.

f Conditione impossibili, quam testator putabat esse possibilem, dispositio libertatis (sed & ad pias causas Tiraquel. priuilegio. 71. pia causæ) non vitiatur.

si heres præstet Sempronio cōtra Titium actiones ex illa promissione quam heredi fecit Titius de Muciana cautione cauendo. Sed pone quod Titius promisit heredi de non veniendo in Asiam, & nihilominus venit, & sic cessit dies legati Sempronij adimpleta conditione quæ erat apposita suo legato, & postea decessit Sempronius antequam legatum acciperet? Certè heredi eius debetur quod ipsa poterat petere. Viuian.

a ¶ *Titio fundus.* pura Tusculanus.

b ¶ *Non venerit.* s. Titius.

c ¶ *Idem.* scilicet fundus.

d ¶ *Si peruenerit.* s. Titius in Asiam.

e ¶ *In omnibus.* non faciendi. ¶ Et not. duo[a] necessaria vt cautio Muciana locum habeat: quòd sit conditio in non faciendo, item quòd morte finiatur: *vt hic, & ↄ. eodem. l. Mucianæ. & infra eodem. l. pater. §. socrus. & infra ad Trebel. l. seruo inuito. §. primo.* In casu cessat: *vt infra de manumiss. testa. l. libertas. §. j. contra.* Sed[b] est ibi fauor libertatis. Accursius.

a Cautio Muciana in cōditionibus non faciendi, quarū veritas morte eius cui relinquitur elucescit, consistit.

b In relictis ad pias causas sub cōditione negatiua remittitur cautio Muciana. v. Tiraq. privileg. 48. piæ causæ.

f ¶ *Peruenerit.* scilicet Titius. & sic transfertur legatum in Sempronium.

g ¶ *Vtili actione.* id est efficaci, scilicet ex testamento. Item habet & rei vindi. secundus legatarius contra primum.

LXXIII. IDEM *libro nonodecimo Quæstionum.*

TItio fundus,[a] si in Asiam nō venerit:[b] idem,[c] si peruenerit,[d] Sempronio legatus est. Cū in omnibus[e] conditionibus quę morte legatariorum finiuntur, receptum est vt Muciana cautio interponatur: heres cautionem à Titio accepit, & fundum ei dedit. Si postea in Asiam peruenerit:[f] Sēpronio heres quod ex stipulatu cautionis interpositæ consequi potest, vtili[g] actione præstare cogitur. Sed si cautio medio tempore[h] defecerit, quæ sollicitè fuerat exacta,[i] non de suo præstabit heres: sed quia nihil ei potest obiici,[k] satis erit actiones[l] præstari. Si tamen Titius cum in Asiam venisset, Sempronius prius quam legatum accipiat, decesserit: heredi[m] eius deberetur quod defunctus petere potuit.

Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi. Bartolus.

h ¶ *Medio tempore.* inter traditionem fundi factam Titio, & antequam ipse veniret in Asiam.

i ¶ *Exacta.* i. petita: non tamen præstitit eam Titius.

k ¶ *Obiici.* quia solicitè petiit.

l ¶ *Actiones.* indebiti. s. condictionem: quia indebitum est Titio cautione non præstita, Vel quia sciens soluit indebitum, cessat condictio indebiti: sed habet condi. sine causa: quia licet ab initio fuit causa,[c] redit ad non causam cum Titius venerit in Asiam: *vt supra de condic. sine cau. l. j. §. fina.* Vel dic quòd Titius promisit se cautionem præstaturum: & ex hac promissione cedit actionem. Sed certè non ad hoc agitur vt Titius caueat: nisi dicas in ea interuenire interesse: quia non cauit: quod interesse est fundi æstimationis præstatio. Item si heres non exegit cautionem cum posset, videtur esse in dolo: *vt infra titu. j. l. c. dolo.* & ideò tenetur ad exhibendum: quia dolo fecit quo minus possit exhibere: *vt supra ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi decem.* ¶ Sed quo modo non semper est in dolo, cum non debuit tradere nisi præstita cautione? quid ergo est quod supra dixit solicitè exegit? Respon. promisit se cauturum, & erat[d] homo cui videbatur credēdum: vel fortè habuit sine traditione heredis: *vt infra pro leg. l. pe.* Item an deficiente actione ad exhibendum, habeat in factum Sempronius contra Titium: *vt. d. §. si tibi decem?* Respon. non, cum detur in defectum, vt ibi: sed hic restat rei vindi. vt dixi.

c Causa ad nō causam redire potest.

d Credulitatē iustissimam dictum viri probi inducit, vt hic, quo nomine opinione fide digni hominis iustē instituens, si superetur, nō cōdemnatur in expēsis, vt qui iustā litigandi causam habuerit. v. Menoch. 2. de arbitr. iud. centur. 2. casu 177. adde Tiraquellū tract. de poenis causa. 1. num. 26. vbi scribit, Quod dicitur alicui nō facilè credēdū intelligendum ita esse, nisi sit probus & honestus. adde Cepol. in l. 4. C. de episcop. probatione, num. 30.

m ¶ *Heredi eius.* vtpote die legati secundi cedente, cum Titius venerit in Asiam. *& facit. ↄ. de vsufru. lega. l. Sticho.*

M*Vlieri.*] CASVS. Seiæ & Titio extraneo à dicta Seia vsusfructus relictus est per Gaium sub conditione, si non nupserit eadem Seia. postea decessit dictus Gaius testator, & postea dicta Seia nupsit: & ita fecit contra conditionem appositam vtriusque legato. vnde Titius quantum ad suam partem legati defectus est conditione, & sic eam habere non potest: *vt. C. de indic. vi. l. j.* certè quamdiu viuet dictus Gaius Titius, & in eodem statu, ita quòd capite non minuatur, habebit Seia tantum partem dicti vsusfructus. & idem credo si moriatur, vel capite minuatur. Nam intelligendum est tantum ex legato dicti vsusfruct. concessum esse mulieri prædictæ per beneficium legis quæ admittit eam ad legatum spreta conditione viduitatis, quantum haberet si conditioni non paruisset, id est si non nupsisset: quo casu non haberet nisi dimidiam vsusfruct. cum haberet Titium collegatarium. nō ergo proderit mulieri si Titius legatum repudiet, id est habere non possit, vt dictum est. Viuianus.

n ¶ *Mulieri & Titio.* extraneo.[a] aliàs si est sic coniunctus[b] mulieri vt non sit verisimile eam nubere sine eius consensu, etiam in persona eius talis conditio spernetur: *vt. j. eo. l. heres. §. fi.*

o ¶ *Si non nupserit.* hæc conditio in persona vtriusque apponitur, & in persona Titij valet: *vt. C. de indic. vi. l. prima.* & in persona mulieris non, vt dicitur hac. l.

a Matrimonia licet libera esse debeat, potest tamen extraneus alicui sub pœna promittere se facturū, vt Mæuio (cui id promittit) nubat Titia, valet, inquam, huiusmodi promissio inter extraneos: Cyn. in l. vlt. de sponsalib. Ioan. Andr. in addit. Specu. de Arris. §. 1. vers. quid si sic. Host. in summa tit. de sponsalib. §. 1. Glo. & Ias. in l. Titia. 134. de verb. oblig.

b Viduitatis cōditio alicui, an coniunctis eius adscribatur nihil interest, si propter coniunctos, ne damno afficiantur, abstinetur à nuptiis contrahēdis. v. Tiraq. de pœnis tēper. caus. 51. num. 67.

† Vide in hāc legem Alcia. li. Parad. 4. c. 1.

LXXIIII. IDEM *libro trigesimosecundo Quæstionum.*

MVlieri † & Titio[n] vsusfructus, si non nupserit[o] mulier, relictus est. Si mulier nupserit[p] quandiu Titius & viuit, & in eodem statu[q] erit, partem vsusfructus[r] habebit. Tantum enim beneficio legis[s] ex legato concessum esse mulieri intelligendum est, quantum haberet si conditioni paruisset: nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.[t]

Dies incerta pro conditione habetur. Bart.

LXXV. IDEM *libro trigesimoquarto Quæstionum.*

DIes incertus[u] conditionem in testamento facit.

LXXVI. IDEM *libro sexto Responsorum.*

FIdeicommissum à filiis relictum, *Si quis ex his sine liberis*

p ¶ *Nupserit.* & sic Titio relictum deficit: vtpote conditione defecta: *vt. d. l. C. de indi. vi. l. j.* Accur.

q ¶ *Statu.* hoc sine dubio. Sed si mutet statum, an accrescat mulieri? videtur quòd sic, vt hic à contrario sensu. Sed dic contra: *vt in fin. l. dices.* Accur.

r ¶ *Partem vsusfructus.* id est dumtaxat quam à principio habuit. Sed contra *supra de lega. ij. l. fina. §. Seio.* Sed ibi alteri tantum fuit apposita conditio, hic vtrique.

s ¶ *Legis.* quæ admittit eam ad legatum spreta conditione viduitatis.

t ¶ *Proderit.* vt ei accrescat, quoniam ille repudiare non potest: quod etiam si vellet, habere non posset propter conditionis defectum: *vt supra de lega. ij. l. si ita relictum. §. si sub conditione.* Idem dicas si capite fuerit deminutus, vel mortuus: quia non potest videri amittere quod non habuit: *vt supra quibus mod. vsu. fruct. amit. l. j. §. sed ita demum. & infra eodem. l. Titio. & infra de regu. iuris. l. non videtur rem.* ¶ Sed nonne fuerunt coniuncti? ergo ius accrescendi inter eos locum habet: *vt supra de vsufruct. ac. l. j. in princip. quæ est contra?* Solu. ibi alter tantum amisit, hic vterque, cum communis conditio defecerit: licet mulier ex quadam dispensatione reassumpserit sine iure accrescendi quasi suam partem magis per legē quàm per testatorem habeat. Item est *argumen supra de do. praleg. l. si Seiæ.* ¶ Item not. ex præmissis quòd aut apponitur conditio[c] si non nupserit, mulieri tantum, aut alij tantum, aut mulieri & alteri. primo casu remittitur: *vt supra eodem. l. sed si hoc. §. fin.* Secundo non: *vt infra eodem. leg. auia. §. Titio. & Cod. de indic. vi. l. prima.* In tertio habet locum hæc lex. in qua dic, aut mulier paret conditioni, quia fit monacha vel conuersa: vnde iam non potest nubere: & tunc quilibet habet dimidiam. si vero non paret, sed nubit, socius perdit: ipsa non, sed per legem tantum suam partem habet, & ea sit contenta. si autem in persona Titij tantum esset apposita conditio, mulier totum habet pendente vel deficiente conditione Titij: *vt. ↄ. de vsufru. ac. l. idem si apud. §. fi.*

c Conditio si non nupserit adposita mulieri tantū remittitur: alteri, non remittitur. Quid si mulieri & alteri? dic vt hac Glossa.

D*Ies.*] CASVS. Ad euidentiam huius. l. nota quòd si lego tibi aliquid sub conditione: & tu decedis ante condi. impletam, non transmittis legatum ad heredem tuum: *vt. j. quando di. le. ce. l. iiij.* certè idem est si lego tibi sub die incerta, puta quia dixi: Heres meus cum morietur. x. dato. nam mors eius heredis mei habet diem incertum: & ideo si tu legatarius ante decesseris quàm heres meus, ad heredem tuum legatum non transit, quia non cessit dies legati te viuo: *vt. ↄ. eo. l. j. §. dies autem.* Viuianus.

u ¶ *Dies incertus.* puta heres dato cum morieris. secus si dicat, cum morietur legatarius: *vt infra eodem. l. heres. ij. respon.* secus in stipulatione vbi spes[d] semper transit ad heredes. *& facit supra de condit. instit. l. quod si sub ea. & . C. de cadu. tol. § sin autem.* Sed argumen. contra *supra eodem. l. cum tale. §. Mæuiæ.* vbi[e] non differt dies certus ab incerto. Sed ibi quo ad aliud: hic quo ad transmissionem.

d Spes transit ad heredes in stipulationib.

e Certus dies ab incerto in quibus non differat.

F*Ideicommissum.*] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium meos filios, & rogaui eos per fideicommissum vt restituerent fundum hereditarium Gaio sub condi. si aliquis ex eis decesserit sine liberis: & decessi. postea vnus dictorum meorum filiorum videns se non posse habere filios naturales & legitimos, vt dominus Bonacosa, adoptauit sibi Sempronium in filium, &

decessit hic adoptator. nunquid hic legitimus filius excludet fideicommissum Gaij? Et dicitur quod non. Viuianus.

a ¶ *Adoptionis.* nõ a ergo p omnia naturali cõparatur. *sic. ȝ. de leg. j. l. si ita quis. §. si. & in Auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. adoptionis.*

a Adoptiuus filius non per omnia naturali comparatur.

diem suum obierit, adoptionis a commento non excluditur.

Conditio apposita in institutione, in legato eidem facto intelligitur repetita. Bartolus.

LXXVII. IDEM *libro septimo Responsorum.*

AVia † quæ nepotem sub conditione emancipationis pro parte heredem instituerat, b ita postea codicillis scripsit: *Hoc amplius* c *nepoti meo, quem quòd eum heredem institui, lego prædia illa.* Conditionem emancipationis repetitam d videri placet, quamuis auia nullam in legatis, vt in hereditate, substitutionem fecisset. Nam & cum seruus purè quidem liber, heres autem sub conditione scriptus, &, si heres non extiterit, legatum accipere iussus est: in legato repetitam e videri libertatem diuus Pius rescripsit. 1. ¶ Muciana cautio locum non habet, si per aliam conditionem f actio lega-

† Recitatur vtrunque Papiniani responsum à Marciano in. l. cum seruus. 18. ȝ. de condit. instit.

A*Via.*] CASVS. Titia habens filium Seium, & ex eo nepotem Gaium, instituit sibi heredem dictum Gaium sub condi. si emanciparetur à patre Seio: eique, si non emanciparetur, substituit Martiam pone: & dedit ei coheredẽ Sempronium. & postea ita scripsit dicta Titia in suis codicillis: Hoc amplius nepoti meo, quam quam heredem eum institui pro parte, lego prædia mea puta Titianum & Seianum. certè sicut nepos non potest habere partem hereditatis in qua fuit institutus, nisi emanciparetur, ita nec prædia legata. Et ad hoc adduco tibi simile tale: Titia scripsit seruum suum purè liberum: & eundem seruum scripsit heredem sub conditione pone, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & iussit eundem seruum accipere fundum puta legatum sub conditione, si heres non extiterit. certè si non extiterit heres, puta quia non extitit conditio institutionis, & ita habere debebat legatum: habebit legatum & libertatem: quia in legato videtur repetita libertas, sicut in principali superiori casu videtur repetita conditio emancipationis in legato fundorum. [MVCIANA.] Titius legauit tibi fundũ si dederis Seio decem, & si Capitolium non ascenderis. certè non habebis legatum statim cauendo Muciana cautione quòd non ascendes Capitolium, imò prius oportet vt des Seio decem [TITIO.] Ita dixit Gaius testator: Titio heres centum dato si Seia nõ nupserit. & rogo Titium prædictum vt dictam pecuniam eidem Seiæ restituat. & decessit dictus testator. & postea nupsit dicta Seia: & ita defecit dicta conditio legati Titij prædicti. nunquid mulier poterit petere à Titio dictum fideicommissum de centum, & Titius ab herede? & videtur quòd Titius ab herede petere non possit: & per consequens nec mulier à Titio: quia deficit conditio, vt dictum est. sed certè quamuis Titius non posset petere ab herede si non erat rogatus de restituendo mulieri, tamen quia rogatus est mulieri restituere, propter mulieris vtilitatem petet, scilicet vt ipsa consequi possit per fideicommissum. Sed pone quòd dictus Titius non fuit rogatus de restituendo mulieri dictum legatum. Nunquid antequam mulier nubat, poterit ipse consequi legatum, & cauere quòd mulier nõ nubat? Et dicitur quòd non: & est ratio, licet in litera non dicatur: q̃a se Titio viuente potest impleri cõditio prædicta. nam potest mori Titio viuente: & ita certum erit quòd ipsa amplius non nubet: & hoc potest esse sine malo omine ipsius Titij: puta quia nihil attinebat mulieri: *vt dixi. ȝ. eo. l. Mucianæ. & l. cum tale. in princ. h. d. vsque ad. § pater.* Viuianus.

b ¶ *Instituerat.* eique si non emanciparetur, alium substituit: *vt infra patet.*

c ¶ *Hoc amplius.* per b hoc etiam superiora videntur repeti: *vt. ȝ. de leg. iij. l. si tibi purè.*

d ¶ *Repetitam.* ¶ Not. de repetitione. c *sic infra eod. l. legatum sub conditione. & l. libertis. & supra de condit. institut. l. cum seruus. & supra de lega. ij. l. Latinus. in fin. & supra de leg. iij. l. in repetendis.* Sed contra *infra eodem. l. Iulius Paulus. in fi.* Sol. ibi potest dici non fieri repetitionem: quia alia ratio, scilicet necessitudinis in personis potest assignari: quia fuit facta coniunctio. sed cum alia ratio non potest assignari quare duo iungantur: tunc copulatiua d coniunctio &, e vel cum, inducit repetitionem conditionis vt hic.

e ¶ *Repetitam.* aliàs non valeret: *vt hic, & .C. de lega. l. seruus. & facit. ȝ. de manu. testa. l. diuus.*

f ¶ *Aliam conditionem.* quę possit impleri viuo legatario: vt lego tibi fundum si Titio decem dederis, & si mulier nõ nupserit. aliàs si ambæ sunt in non faciendo, pro vtraque exponitur cautio.

b His verbis, Hoc amplius, superiora videntur repeti.

c Ad hoc facit c. causam quæ. cum glos. super verb. præcedat. in prin. extra de rescrip.

d Copula repetit qualitatem præcedentem. vide Euerardum in loco à natura copulæ, nu. 1.

e Et copulatiua inducit repetitionem cõditionis. ad. de Glossam in. l. Seiæ. §. Gaio. ȝ. de fundo instructo. Guidonem Papæ singulari 409.

g ¶ *Rogatus est.* repetita vel non repetita conditione.

h ¶ *Cedente.* hoc legitur cum præcedentibus. & die legati Titio relicti: quia testator decessit: *vt. C. de cad. tollen. §. cum igitur.* Vel ab adita hereditate, quod est ad hoc vt dominium non transeat: *vt. ȝ. de leg. j. l. si tibi homo. §. cum seruus.*

ti differri possit.

Conditio si non nupserit, in extraneo de restituendo mulieri rogato spernitur. Bar.

2. ¶ *Titio, si mulier non nupserit, heres centum dato.* quam pecuniã eidem mulieri Titius restituere rogatus est. g Si nupserit mulier, die legati cedente h fideicommissum petet. i remoto k autem fideicommisso legatarius exemplum Mucianæ cautionis non habebit.

Conditio apposita administrationi non suspendit dationem tutelæ. Item conditio limitatur ex præsumpta voluntate defuncti. Item conditio cautionis non petendæ remissa intelligitur. Bar.

3. ¶ Pater exheredatæ filię tutores dedit: eósque, si mater eius impubere filia l constituta vita decessisset, ad rem gerendam accedere iussit, cum vxori mandatum esset, vt moriens filiæ communi decies m † restitueret.

i ¶ *Petet.* scilicet mulier. Sed à quo petet? potest dici quòd directò mulier petat ab herede, non autem Titius: vtpote conditione defecta. 2. Vel verius mulier à Titio, & Titius ab herede. licet enim ipse non posset petere si ab eo non esset relictum mulieri, & mulier nuberet, non pro se, pro alio tamen petet heres. *sic supra de lega. iij. l. si fidei. & infra ad Trebel. l. cogi. §. hi qui solidum. & de bo. liber. l. in seruitute. §. nonnunquam. et. ȝ. si quis ali. test. prohi. l. j. §. j. & de execu. tu. l. legatarius. et. ȝ. de leg. iij. l. ei qui.* Accur.

k ¶ *Remoto.* id est posito quòd tantùm Titio legauit si mulier non nuberet, non habet locum exemplum Mucianæ quæ hodie sine solennitate proponitur ad exemplum antiquæ solennis: & hoc ideo, quia viuo Titio potest esse certum eam deficere, scilicet ea nubente: *vt & supra eodem. l. cum tale. § Titius. & . ȝ. eod. l. genus.*

† Quid hoc sit, vide Aug. lib. 1. c. 6.

¶ *Pater.*] CASVS. Titius habens Seiam vxorẽ, & filiam impuberem ex ea, instituit sibi heredem vxorem, & rogauit eam per fideicommiss. vt restitueret dictæ filiæ dena cum moreretur ipsa vxor: & exheredauit dictam filiam, & dedit eidem filiæ tutores, & iussit eos tutores ad rem gerendam accedere si dicta vxor siue mater filiæ decederet filia prædicta impubere constituta. & decessit dictus testator. nunc quæritur, an dicti tutores videantur dati sub conditione, vt sic non possint administrare nisi mater decedat intra pubertatem filiæ? Et dicitur quòd non: imò bene poterunt administrare si puella interim aliquid aliud à dicto fideicommisso acquisierit. Sed nunquid dicta mater tenetur cauere filiæ vel eius tutoribus de fideicommisso præstãdo ei morte ipsius matris adueniente? Et dicitur quòd non, quia dicta cautio videtur remissa matri per verba testatoris in quibus præcepit tutores ad administrationem accedere si mater decederet impubere filia constituta, & antè mortem matris nolint tutores aliquo modo intromittere se de fideicommisso filiæ à matre relicto, & sic nec de cautione fideicommissi. Nã quocũque iudicio voluntatis siue vocis testatoris tacito vel expresso potest remitti cautio legatorũ vel fideicõmissorum, scilicet vel alterius testamento, omni eo iudicio potest remitti dictæ matri. ¶ Sed pone q̃ filia vel tutores eius petierunt à matre cautionem fideicommissi præstandi cum hoc petere non deberent, vt dictum est: & mater non præstitit, & postea decessit mater, & dicta filia petit ab heredibus matris fideicommiss. prædictum, & ipsi respondeant ei: tu petiisti cautionem fideicommiss. à matre tua contra voluntatem patris tui: ergo non debes habere fideicommiss. nunquid contra eam potest taliter præscribi siue excipi? Et dicitur quòd non. nam ea res, id est voluntas patris volentis à matre exigi cautionem, non faciet conditionem circa fideicommiss. filiæ præstandum. s. vt ita demum habeat filia fideicommiss. si non petat conditionem. nam non fuit relictum filię sub cõditione si non peteret cautionem. Item & licet filia desiderauerit cautionem à matre, tamen non fuit secutum onus cautionis: quia & onus hodie sequi non potest aduersus inuitum heredem iure publico impediẽte: per quod ius publicum statutum est posse per testatorem remitti cautionem fideicommiss. præstandi: quod ius est: *vt. ȝ. vt le. no. ca. l. licet. & . l. fi.* Viuianus.

† Florentiæ legitur, decies restitueret. Significatur eo verbo is nummus, qui à nobis vulgò, millio dicitur. Ant. Aug. *lib.* 1. *cap.* 6.

l ¶ *Filia.* scilicet eadem.

m ¶ *Decies quinque* †. id est quinquaginta. nam dixit sic, cũ grauauerim

uauerim vxorem meam in quinquaginta dandis filiæ eius cū morietur, volo tutores interim administrare. & sic videbatur sub conditione date si mater decederet. sed tamen aliud est, quia hæc conditio non videtur apposita nisi administratori fideicōmissi à matre restituendi: & per hoc videtur remissa cautio fideicommissi: quia noluit tutores aliquo modo intromittere se fideicommissis. Accur.

Non sub cōditione [a] tutores videbuntur dati: nec si quid aliud interea puella quæsisset, eius administratione prohiberi. cautio verò fideicommissi matri remissa. [b] Quocumque indicio voluntatis, cautio legatorum vel fideicommissorum remitti potest. Itaque si cautionis non petendæ conditio legato vel fideicommisso præscribatur, [c] conditionem ea res nō faciet. Non enim deficiet, si quis caueri [d] desiderauerit, onere cautionis non secuto: [e] quod aduersus inuitum hodie iure publico sequi [f] non potest, postquam remitti posse cautionem placuit. [g]

Pupillus potest impedire conditionem impleri. Bar.

LXXVIII. IDEM *libro nono Responsorum.*

CVm pupillus aut tutor eius cōditionē in personā pupilli collatam [h] impedit: tam legati quàm libertatis iure communi conditio impleta esse videtur.

In alternatiuis sufficit alterum impleri. Bart.

1. ¶ Disiunctiuo [i] modo cōditionibus adscriptis, alterā defecisse non oberit, altera vel † postea impleta: nec interest, in potestate fuerint accipientis conditiones, an in euentum collatæ.

a ¶ *Nam sub conditione.* nunc soluit. *& facit. ʒ. de tute. l. muto. §. j.* Accur.

b ¶ *Remissa.* scilicet videtur sub omni eo iudicio quocunque potest remitti scilicet aliàs, vel alterius testamento.

c ¶ *Præscribatur.* filia petiit cautionem, sed obtinere non potuit: quia remissa erat, vt dixi. nunc matre mortua petit fideicommissum.

c ¶ *Præscribatur.* id est excipiatur: quod non potest: quia cautionem petiit. sed non potest: quia nō fuit relictum sub conditione si non peteret cautionem. Itē nec fuit præstita, & sic non habuit heres onus præstandi. petet itaque filia legatum cum effectu: *vt & ʒ. vt lega. no. ca. l. licet.* Accursius.

d ¶ *Caueri desiderauerit.* i. cautionem sibi præstari, in [a] quibus nō faciendi cōditionibus Muciana cautio locum habet.

e ¶ *Non secuto.* i. quia non fuit præstita cautio licet fuit petita.

f ¶ *Sequi.* id est locum habere.

g ¶ *Placuit.* vt. *C. vt in poss. leg. l. scire.*

a Cautio Muciana locū habet in conditionibus non faciendi: quæ nimirū in non faciendo consistunt.

† Vel particulam disiungere ea inter quæ ponitur & facere diuersitatem, hinc colligit Guido Papæ *sing. 309.*

CVm pupillus.] CASVS. Institui mihi filium meum impuberem, & legaui Titio. x. sub conditione si decennio seruierit dicto meo filio. & decessi. postea Titius vult seruire pupillo: pupillus autem vel tutor eius impedit quo minus seruiat. certè iure communi videtur conditio esse impleta legati: & sic habebit Titius legatum. & idem esset si dedisset libertatem Sticho seruo meo sub conditione si decennio seruiret dicto meo filio. nam volente Sticho seruire decennio dicto meo filio, & eo vel tutore eius impediente: iure communi cōdi. libertatis impleta esse videtur. [DISIVNCTIVO.] Legaui Titio. c. si ascenderet Capitolium, vel daret Seio equum suum: & ita disiunctiuo modo apposui ei duas condi. potestatiuas. certè sufficit si adimpleat vnam. & idem est si legaui ei si nauis ex Asia venerit, vel Seius consul factus fuerit. sicque posui disiunctiuo modo duas condi. quæ sunt per me collatæ in euentum. nam & hoc casu sufficit vnam existere. Viuianus.

h ¶ *Collatam.* puta legatum est Titio si per. xx. annos seruierit pupillo: & conditio ita consistit in facto: aliàs pupillo non nocet suum impedimentum: quia nec datio ei facta danti prodesset: *vt. ʒ. de solu. l. si seruus.*

i ¶ *Disiunctiuo.* [b] secus si separatim sunt positæ, *vt. ʒ. eod. l. quod traditum. & l. seq. & facit supra de condi. instit. l. v. et infra de verbo. oblig. l. si ita.*

b Supple max etiam istā per Gloss. & doct. ʒ. e. ibi. l. quod traditū. & amplius in. l. si ita stipulatus. & maximè per. Alex. ibidem ʒ. de verb. oblig.

HEres.] CASVS. Ita dixit Gaius in testamēto suo: Heres meus dato. c. Titio cum morietur idem Titius. certè hoc legatum iudicari debet purum, quamuis sit sub incerta die relictum, quamuis ita sit ac si esset sub condi. relictum. dies enim incertus pro condi. habetur: vt supra eod. dies incertus. & ita debet iudicari purum quia dicta condi. nō potest deficere. certum est enim Titium moriturum, & in hoc casu non videtur conditio apposita legato. sed mora vsque ad mortem Titij, & mori Titio incipiente incipit cedere dies legati, & ita transmittit post mortem Titius ad heredem suum. secus autem esset si testator ita dixisset, heres meus. c. Titio dato cum ipse heres morietur: quia tunc debet iudicari legatum relictum esse sub condi. cum incerta dies pro condi. habeatur: vt dictum est. vnde si legatarius moriatur ante heredem, non transmittit ad heredem suū legati petitionē. Quamuis enim moriturum heredē sit certum. tamen incertum an dies legati cedat per mortē heredis, vel non cedat viuo legatario, & nō est certū legatum ad legatariū peruenturum: quia si decedat ante heredem, non habebit legatum ipse vel heres eius vt dixi. Viuian. [QVI POST.] Titius instituit sibi heredem filium suū Gaium, & legauit fundum Sempronio si non ascenderet Capitolium, & decessit dictus testator. postea legatarius cauit Muciana cautione heredi de non ascendendo Capitolium, & heres dedit ei legatum: postea procedente tempore legatarius ascendit Capitolium, & ita fecit contra dictam cautionem: sicque contra eum fuit commissa stipulatio dictæ cautionis. certè non solum tenetur restituere heredi dictum fundum legatum sed etiam fructus quos ex eo interim percepit. & hoc est verum siue cauit heredi de fructibus restituendis, siue non. [QVAMVIS.] Legaui Titio vsumfructum si non ascenderit Capitolium. nunquid poterit cauere heredi meo de non ascendendo, & legatum statim consequi? Et videtur quòd non, quia conditio prædicta consistens in non faciendo, tunc demum existit, cum moritur legatarius: *vt dixi supra eodem. l. Titio fundum.* Et sic videtur vsque ad mortem legatarij expectandum esse vt vsusfructus ei debeatur: & sic est inutile legatum, cum morte legatarij vsusfructus finiatur. dicitur tamē hic quòd bene habet locum in dicto casu dictum Mucianæ cautionis remedium. [QVOD IN FRAVDEM.] Ad euidentiam nota quòd si lego mulieri si non nupserit, ipsa potest nubere, & legatum capere quasi purum: *vt supra eodem. l. sed si hoc. §. final.* ¶ Pone ergo quòd legaui Titio centum si Seia quam ipse Titius habet in potestate, non nupserit. nunquid habebit Titius centum etiam si filia eius nubat? Et dicitur quòd sic, quia cum in fraudem. l. ad impediendas nuptias filiæ datum sit legatum patri, & eidem patri apposita conditio legato ei relicto, nullam vim habet conditio. & idem est si legatum est filiofamil. si pater eius non duxerit vxorem. nam poterit pater accipere vxorem, & filius legatum. secus vero esset in extraneis: *vt dixi supra eod. l. mulieri.* Viuianus.

Dies incertus non aptus suspendere legatum, post legatarij mortem nō impedit transmißionem. alias secus. Bartolus.

LXXIX. IDEM *libro primo Definitionū.*

HEres meus, cū † morietur Titius, centum ei dato. Purum [k] legatum est, quia † nō cōditione, sed mora suspenditur. nō potest enim conditio non existere. [l]

1. ¶ *Heres meus, cū ipse* [m] *morietur, centum Titio dato.* Legatū sub conditione [n] relictū est. Quamuis enim heredē moriturū certū sit, tamen incertū est an legatario viuo dies legati non cedit, & nō est certū ad eum legatū peruenturum. 2. ¶ Qui post Mucianam cautionem interpositā legatum accepit, si cōtra cautionem aliquid fecerit, stipulatione commissa etiam fructus heredi restituet. hoc enim legatarius & in exordio [o] cauere cogitur.

3. ¶ Quamuis vsusfructus, cū morietur legatarius, inutiliter legetur: tamen cautionis Mucianæ remedium vsufructu quoq; sub conditionem alicuius [p] non faciendi legato, locum habet.

Conditio si non nupserit, reiicitur in extraneo propter quam verisimiliter cessaret mulier nubere. Bartolus.

4. ¶ Quod in fraudē legis ad im-

† Hæc verba cū morietur, verum intelligantur de actu moriendi: an verò de tēpore post mortē. adde Gl. et Bar. in. l. 1. §. si emancipato. ʒ. de collationibus.

† Cum particula interdum non facit conditionem, vt hic, licèt suspēdat legatum.

k ¶ *Purum.* quo [a] ad transmissionem, non vt statim possit peti. Accursius.

l ¶ *Non existere.* & ideo licet conditionale sit, habetur tamen pro puro: *vt arg. ʒ. de noua. l. si pupillus.* §. j. Accur.

m ¶ *Ipse.* scilicet heres.

n ¶ *Sub conditione.* quia si conditio extaret viuente herede, non [b] etiam demum post mortem extitisse videtur: *vt. ʒ. de col. bo. l. j. §. si emancipato.* Azo: *& facit. ʒ. quando di. leg. ced. l. huius. & l. si cum heres. & C. quando di. leg. ce. l. si Pontionilla.* Accur.

o ¶ *In exordio.* licet non caueat, tamen tenetur: *vt. ʒ. de lega. ij. l. cum filius. §. qui Muciana. & ʒ. e. l. cum sub. & ʒ. de vsur. l. videamus. §. in Flauiana.*

p ¶ *Alicuius.* puta lego tibi vsumfructū si nō ascēderis Capitoliū. videbatur enim nō valere, quasi hæc sint paria, cum morieris, & si

a Purū legatū aliquādo trāsmissione esse potest, quod tamen statim peti non potest.

b Cōditionale fideicōmissum mortuo fideicōmissario ante conditionis euentum non transmittitur ad heredes etiam suos, vt hic, & Glo. in l. vnica. in fi. C. de his qui ante apertas.

Capitolium non ascenderis, nam hanc post mortem demum certum est existere. Sed tamen contra est: quia expressa nocent: *vt.s.e. l.nonnunquam.*

a ¶ *Heres dato.* nam quia filia sine patris consensu, item pater sine voluntate filij vix capit vxorem: perinde habetur ac si filiæ si non nupserit, & patri si vxorem non duxerit, lego: & ideo quasi purè capitur: *vt.s.eo.l.sed si hoc.§.fi.* secus verò in aliis: *vt.s.eo.l.mulieri.* vel fortè ideò quia patri legatum quæritur: *vt.s.eo.l.filiusfamilias.* secus si extraneo: *vt.s.eo.l.mulieri.*

pediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet: veluti, *Titio patri centum, si filia quam habet in potestate, nō nupserit, heres dato.* vel, *Filiofamilias, si pater eius vxorem non duxerit, heres dato.* [a]

Conditio de præterito vel de præsenti falsa non suspendit legatum, sed vitiat. conditio de futuro possibilis suspendit donec sit impleta: modus non suspendit nec vitiat legati substantiam: sed differt donec sit præstita cautio de modo implendo. Pau.

LXXX. SCAEVOLA *libro octauo Quæstionum.*

EAs [b] causas quæ protinus [c] agentem repellunt, in fideicommissis non pro conditionalibus [d] † obseruari oportet: [e] eas verò [f] quæ habent moram [g] cum sumptu, admittemus cautione oblata. Nec enim parem dicemus eum cui ita datum sit, si monumentum fecerit: [h] & eum cui datum est, vt monumentum faciat. [i] *

Conditio apposita vni in persona alterius sibi coniuncti per hanc dictionem, cùm, de æquitate non intelligitur repetita. Bart.

EAs causas. CASUS. Hæc. l. loquitur de his relictis in quibus non est modus vel conditio, scilicet à principio vsque ad versiculum, causas vero &c. postea vsque ad fin. loquitur de iis quæ sub modo relinquuntur, & de iis quæ relinquuntur sub condi. & facit inter ea tria differentiā. De primis dicitur quòd nō habentur pro conditionalibus: imò protinus siue statim repellunt legatarium agentem. sed non sunt veræ causæ, puta quia legaui Titio. c. si rex Parthorum viuit, vel si Titius fuit cōsul: & ita in præsens tempus vel in præteritum. certè non habentur istę causæ de præterito vel de præsenti pro conditione. nam in conditionali expectatur vt vires capiat legatum ex conditionis euĕtu, vel deficiat ex defectu conditionis, hic autem, vt dixi, non expectabitur: imò protinus repellitur legatarius agens si rex Parthorum nō viuit: vel si Titius non fuit consul. eas autem causas in legatis appositas quæ habent moram cum sumptu, vt sunt illæ in quibus est modus admittĕdus oblata cautione per legatarium de modo adimplendo, vtputa si legatum est Titio vt monumentum testatori faciat vel etiam non faciat, quo quidem casu sub modo videtur accepisse legatum Titius, & accepit legatum cauendo de monumento faciendo vel non faciendo: & sic hæc causa habet moram cum sumptu, quia in cautione prædicta præstanda dicitur esse sumptus: in eis autem causis legatis appositis quæ non habent moram cum sumptu cautionis. sed moram tantum ex conditione suspensa, non habet locum quod dixi in primo & secundo casu, imò expectabitur donec veniat cōditio antequam vires capiat legatum, puta legaui Titio si monumentum fecerit. nam non habebit legatum nisi faciat monumentum. nec enim parem dicemus eum cui ita datum sit legatum si monumentum fecerit: & eum cui datum est legatum vt monumentum faciat vel non faciat: quia primus non admittitur nisi adimpleat condi. & secundus sic, si caueat de modo adimplendo, vt dictum est. & h.d. hæc lex, licet non multum apertè. Viuianus.

b ¶ *Eas.* Legatorum [a] alia pura: & statim agitur sine repulsa: alia non pura, & sic habent repulsam.

c ¶ *Protinus.* id est statim à principio cum agitur, & ista [b] non sunt semper conditionalia: sed aliqua sunt conditionalia quæ patiuntur repulsam nisi existat conditio: *vt.s.eo.l.qui heredi.§.fin.* & alia sub modo, & tunc patiuntur repulsam nisi caueant: & ita inspecto exitu sunt conditionalia. quod dic vt no. *C.de iis quæ sub modo.relic.l.3.quæ est contra.*

d ¶ *Non pro conditionalibus.* habeas, non: sed aliàs deest non.

e ¶ *Oportet.* scilicet semper.

f ¶ *Eas verò.* pro enim. nam quęlibet cōiunctio prout est necessaria, potest poni [c] pro alia, vel sub cōditione. cōditionalia [d] enim tunc demum impleta cōditione petuntur, secundum H. Sed [e] sub modo [f] relicta, præstita [g] cautione. & hoc est, eas vero &c. & hoc prout supra habes, non. si autem deest, prima pars de conditionalibus tantum dicet, & non propriè ponitur. ADDITIO. Nor-hac Glos. secundum Bartol. hic, quòd vna dictio ponitur pro alia quando expedit. *ad idem tex. in l. Gallus. in.§. forsitan. supra de li. & posthu.*

† Sic rectè Flo. vnde tollitur Accursij dubitatio. Augu. li. 4. c. vlt.

* Sic rectè Flo. perperam autē in vulg. edit. additur negatio, quæ deerat etiam in antiquis manuscr.

a Legatorum alia pura: alia non pura. In illis statim agitur sine repulsa: non in his.

b Legata conditionalia non sunt, quæ statim peti possunt.

c Vna dictio ponitur & intelligitur pro alia, vt ita voluntas defuncti conseruetur, quod maximè considerandum in fideicommissis quæ inducuntur non modò expressa voluntate, sed & coniectura. vide Simonem Pię tum *j. de inter. pret. vlt. volunt. 3. dubit. 1. solut. 12. nu. 7.*

d Conditionalia legata non nisi impleta conditione peti possunt.

e Legati conditionalis & sub modo, vt peti possit differentia.

f Legatum sub modo antequā modus impleatur peti potest præstita cautione.

g Cautionis præstitæ is est effectus, vt ante modi implementum legatum sub modo peti possit.

g ¶ *Moram.* relictū sub modo, est purum inspecto initio: & sic heres in mora videtur. & modo apposito est conditionale: & sic consumitur dicta mora nisi caueat. tūc enim resuscitatur: sed conditionale ab ipso principio suspĕditur: nec inchoatur nisi existat cōditio.

h ¶ *Fecerit.* hoc conditionale.

i ¶ *Non faciat.* hoc est sub modo, & statim capit præstita cautione: *vt.s.e.l.quibus diebus.§.fi.*

LXXXI. PAULUS *libro vicesimoprimo Quæstionum.*

IVlius Paulus Nūphidio: Quęsisti, si ita in testamento cautū esset, *Stichus si rationes reddiderit, cum contubernali* [k] *sua liber esto, eisque decē heres dato:* an Sticho mortuo antequā rationes redderet, vel pariatore, [l] † vel reliqua habente, libera esset mulier: & an de legato idē accipiamus. Libertate data si rationes reddiderit, hanc cōditionem [m] rationū reddendarū, vt iussus videatur reliqua reddere, si qua habet, [n] cum fide [o] actus sui: quæ si nulla sunt, purè accepisse libertatē videbūtur: & si post aditā hereditatem decessit, cōpetente [p] libertate etiā legatum eos secutū est. Quòd si cū adhuc reliqua haberet, decessit: sub eadem conditione & contubernalis eius libertatē accepisse videtur, & defecta [q] videbitur cōditione. Sed nō inelegāter illud dicetur, [r] Stichum quidem sub conditione manumissum, contubernalem autem eius purè: & illam coniunctionē [s] nō ad coniungendā conditionem, sed ad necessitudinem [t] demon-

IVlius Paulus.] CASUS. Testator ita dixit in testamento: Stichus si rationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto: eisque heres decem dato. & decessit postea testator. & postea decessit dictus Stichus antequā rationes reddiderit. nunquid contubernalis habebit libertatem & legatum cum heredibus Stichi? & distinguitur: aut reliqua non remanserant apud Stichum de rationibus dominicis quas administrauerat: aut remanserant. Primo casu purè accepisse libertatem videbuntur Stichus & contubernalis ex eo mortuo libertatę competente ei & contubernali, siue etiam legatū eum Stichum & contubernalem secutum est. Secundo casu, scilicet cum remanserant apud eum reliqua sub eadem condit. reddendæ rationis etiam contubernalis eius libertatē accepisse videtur. & de stricto iure defecta videtur esse cōditio, eo ꝙ mortuus est Stichus antequam redderet rationem actus sui, & reliqua restitueret. nam cum datur libertas alicui sub cond. si rationes redderet, hæc est condi. rationū reddendarū, vt iussus videatur reliqua reddere si qua habet, cum fide actus sui, id est cū fideli cōputatione. & ita cum Stichus non restituerit reliqua, non habet cōtubernalis libertatē vel legatum. de ęquitate tamen aliud est quātum ad cōtubernalem, licet strictum ius remaneat Sticho, hoc modo scilicet, vt Stichus dicatur sub cōdi. manumissus: & nisi eā adimpleat, nō cōsequatur libertatem vel legatum. contubernalis autem dicatur purè manumissa: subaudi, & habebit legatū partim suo iure, & partim iure accrescĕdi. & illa cōiunctio cum, posita in verbis testatoris, pertinet ad demonstrandā necessitudinē, siue adfinitatē vel quasi, quæ erat inter Stichum & cōtubernalem: & nō ad coniungendam contubernali conditionem quæ fuit Sticho apposita: scilicet rationum reddendarum. sed si Stichus prædictus habens reliqua voluisset reddere rationem heredi, & heres noluisset: pro impleta habetur conditio etiam quantum ad eum, nedum quantum ad contubernalem: & sic liber decessisset, & ad heredem suum partem legati transmisisset. Viuianus.

k ¶ *Cum cōtubernali.* ex hac cōiunctione cum, oritur dubitatio.

l ¶ *Vel pariatore.* aliàs paria. aliàs par esse. q.d. Vel nil debeat, vel debeat iam vtrumque solui. aliàs pariatore. Accur.

m ¶ *Conditionem.* hic incipit respondere. & dic conditionem hanc &c. sub. sic intelligendam.

n ¶ *Si qua habet.* scilicet reliqua.

o ¶ *Cum fide.* i. cum fideli computatione. & sic denuo computare & reddere: *vt.j.l.prox. & .s.de euic.l.qui libertatis.§.seruus.* sed vbi nulla sunt, non differtur libertas: *vt hic subiicit, & .C.de manumiss.testa.l.cum testamento.*

p ¶ *Competente.* quia nulla erant reliqua, vel omnia reddidit.

q ¶ *Defecta.* de rigore iuris. *vt.j.de statulib.l.si seruo.*

r ¶ *Dicetur.* de æquitate.

s ¶ *Coniunctionem.* scilicet cum, quæ est coniunctio.

t ¶ *Necessitudinem.* id est [a] adfinitatem vel quasi. *sic.s.de iust. & iur.l.fi.*

† Quid pariatore facere, & pariator pulchrè Alci. li.2. parer. c.24. & Anton. Aug. emen. li. 2. c.12.

a Necessitudo pro adfinitate vel quasi.

a Conditio an & quando tacite intelligatur repetita.

iur. l. fi. ¶Et no. q' non intelligitur conditio repeti. Sed contra. s. eod. l. auia. in prin. Solu. illud in vna eadémque persona, hic in diuersis. 2. Vel hic de æquitate: ibi de rigore. 3. Vel hic fauore libertatis. 4. Vel dic vt ibi. Et eodē modo sol. s. de cond. insti. l. cum seruus. & j. l. prox. in fi. j. resp. ibi, cum quidam, &c. & j. eo. l. Iulianus noster. in princ.

strandam pertinere. 1. ¶Tūc demum pro impleta† habetur cōditio,[a] cū per eum[b] stat, qui, si impleta esset, debiturus[c] erat.

Conditio adiecta libertati videtur repetita in legato, & conditio rationum reddendarum est mixta dandi & faciendi, nec alterum sine altero sufficit vt videatur impleri, sed vtrumque requiritur. Pau.

LXXXII. CALLISTRATVS *libro secundo Quæstionum.*

CVm seruus ita liber esse iussus sit, si rationes reddiderit eiq; fundum heres dare damnas sit: videamus vtrum conditio libertati præposita sit,[d] an verò & legato. Et quidem si libertati soli accipiamus præpositam, nullus tractatus amplius superest. nam legatū purum inuenitur, & ideo *inutile[e] sit. Quòd si conditio etiam legato insita sit, quod quidam rectè putant,[f] simul cum libertate dies quoque legati vtiliter cedit. Quid ergo continetur his verbis, *si rationes reddiderit?* Quidā hoc aiunt, si reliqua[g] reddiderit: quasi nihil intersit, vtrū sub hac cōditione, *Si reliqua*: vel si hac, *Si rationes reddiderit.*[h] Sed nos neque conditionē merā putamꝰ esse quæ in datione existit, neque meram cōditionem quæ in facto sit: sed eam cōditionem quæ ex mixtura quadā consistit. Nam non vtique si ille in folle[i] †reliqua obtulerit, liber erit. non enim testator hoc sēsit: sed illud vt ratiões reddat quomodo seruus reddere solet, id est legendas offerre rationes primùm, deinde computādas, vt explorari possit, imputationes* probè an improbè referantur: accepta rectè relata, an non rectè.[k] Ita enim incipit quidem res à facto,[l] peruenit autem ad pecuniam.[m] Inest his verbis etiam, heredes notitia instrui rationum, vt sciant quid in quaque ratione scriptum sit. Nā quod ipse viuus facturus erat, ab heredib. suis fieri iussisse intelligitur.[n] ille autem vtique non sic solebat seruo suo ostendēti reliqua,* rationes subscribere: sed ita, vt legeret, examinaret, exciperet.[o] Itaq; cum seruo sub hac cōditione testamento libertas datur, *Si rationes reddiderit*: non hāc solā habet significationē, si cautiones instrumētáque omnia actus sui exhibuerit heredi, sed & si reliqua soluerit.[p]

† Facit huc cap. cum per eū stat. extra de regul. iur. lib. 6.

a ¶*Habetur conditio.* in persona Stichi mortui ante redditas rationes. 2. Vel dic quoad mulierem secundum rigorem.

b ¶*Cum per eum.* scil. heredem. ad quod. s. e. l. iure ciuili. sed secundum æquitatem quam habet cum libera, nūquid & legatum habebit? Resp. sic partem, & aliam iure accrescendi, cum sit caduca: *vt C. de caducis tollen. §. sin autem aliquid:*

c ¶*Debiturus.* aliquid sub conditione.

CVm seruus.] CASVS Titius ita dixit in testamento suo: Stichus sit liber si rationes reddiderit: eiq; fundum heres dare dānas siue damnatus sit. nunquid legatum fundi est purum vel conditionale? & dicitur quòd est conditionale. reperitur enim in eo conditio libertati apposita: & ita adimpleta conditione per Stichū, id est redditis per eum rationibus, erit liber, & simul cū libertate dies quoq; legati vtiliter cedit. Sed quomodo videtur Stichus adimplere cōditionem prædictā reddendæ rationis? certè dicunt quidam, vbi reliqua reddiderit. & ita dicunt cōsistere tantū in dando. sed certè nō est verùm, imò cōsistit in faciendo & in dando. in faciendo consistit, quia tenetur reddere rationes sicut seruus tenetur reddere, id est legēdas offerre rationes primum, deinde computandas, vt explorari possint computationes probè an improbè referantur, & vtrū accepta per seruum rectè sint relata per eum, an non. tenetur etiam instruere heredes notitia rationum, vt sciant quid in quacunque ratione sit scriptum. in dando autem consistit, quia redditis prædicto modo rationibus debet reliqua rationum quæ remanserunt apud eum, reddere heredibus. Viuianus.

* Sic Flor. & in vno manuscri. sed in aliis & vulgat. edit. additur negatio, non inutile sit quod & Anto. Augu. notauit lib. 2. c. 5.

† Ad hunc locum vide Eras. Chil. 4. cent. 9. Prouer. 71.

* Computationes.

d ¶*Proposita sit.* sc. tantum.

e ¶*Inutile.* aliàs, inutile fit. & tunc nil est contra. aliàs inutile non fit. & *sic est contra. s. de leg. j. l. quæsitum. §. j.* Sed ibi fuit conditio in dando tantum, vel in faciendo tantum: hic autē mixta: vt subiicit, quid ergo, &c. 2. Vel secundùm R, dic quòd non fit inutile, sc. ab initio, sed tamen postea vitiatur adita hereditate: *vt. j. eod. l. Iulianus noster.*

b Repetita conditio quādoq; intelligitur.

f ¶*Rectè putant.* ¶No. intelligi cōditionem repetitam:[b] *vt. s. e. l. auia. & . j. eo. l. legatum.* Sed ar. contra. *s. l. proxi. & . s. de adimē. leg. l. si tibi. & facit. s. de heredi. inst. l. iij. & l. qui filio.* Accur.

c Reliqua, in ratione, quæ dicantur.

g ¶*Reliqua.* reliqua[c] sunt quæ ex administratione debētur. quę sic dicūtur, quia ratio accidit quod omnia male cōsumpserit. sic ergo reliqua debita ex administratione dicunt: *vt. s. de adm. tu. l. Lucius j. resp.* & reliquatio ipsa retentio reliquorú: *vt. e. ti. l. qui nominibus*

h ¶*Reddiderit.* & sic tantum datio continetur.

i ¶*In folle.* i. in bursa. Sed Pla. posuit pro vna parte, & exposuit, i. malitiose, siue obscure, vel. i. stulte.

k ¶*Non rectè.* s. referantur. Sed certe[d] non videtur exigi hęc computatio: *vt. C. de manu. test. l. cum testamento. §. si quæ est contra.* Solu. vbi nil est in reliquis, statim est liber nulla facta computatione: *vt ibi & . s. l. proxi.* sed vbi est, tunc hęc duo exiguuntur. vt hic & sunt similia, vt in contrario not.

d Rationū redditionis nō cōtinetur computatio vbi nihil est in reliquis.

l ¶*A facto.* i. ratiocinatione.

m ¶*Ad pecuniam.* i. dationem.

n ¶*Intelligitur.* sic. *s. de pign. act. l. vel vniuersorum & . l. si seruos. & Cod. de episco. audi. l. iij.*

* Reliquationes sub.

o ¶*Exciperet.* geminatio sermonis. 2. Vel dic exciperet: s. seruus dicens non esse ita.

p ¶*Soluerit.* in quibuscunque culpæ reus saltem leuis fuerit: *vt j. eod. l. antepenult. & facit. j. de fideicommiss. liber. l. si pure. in fin. & de verbo signific. l. bonus. §. fina. & de statulib. l. statuliber. §. si quis non dare. & de manu. l. si ita sit. & . l. si ita fuerit. & supra de libe. lega. l. non solum. §. is qui rationes.* quibus legib. dicitur duo contineri in rationibus reddendis.

Filiatio non potest plene probari. Bartolus.

LXXXIII. PAVLVS *libro duodecimo Responsorum.*

LVcius Titius ita testamentū fecit: *Aurelius Claudius natus ex illa muliere, si filium meum se esse iudici pbauerit, heres mihi esto.* Paulus respondit, filium de quo quęreretur, non sub ea cōditione institutum videri, quæ in potestate[q] eius est: & ideo testamentum[r] nullius esse momenti.

LVcius.] CASVS. Lucius Titius instituit sibi heredem Aurelium Claudium hoc modo: Aurelius Claudius natus ex illa muliere, puta Titia, heres mihi esto si filium meū se esse probauerit coram iudice. certe testamentū nullius est momenti: quia dictus Aurelius Claudius quem Lucius Titius tenebat vt filium, est institutus sub impossibili cōditione. impossibile enim est qd ipse probet se filium esse: & ita de facto est impossibilis conditio. Viuianus.

Si conditio mixta deficit per casum, non deficit relictum alimentorum: nisi fauore eius in cuius persona deficit, alimenta fuissent relicta. Bartolus.

LXXXIIII. IDEM *libro quartodecimo Responsorum.*

ILlis libertis alimentorū nomine si cum filio meo morati fuerint, menstruos denarios centenos, & vestiaria dari volo. liberti in obsequio fue-

q ¶*In potestate.* Filiꝰ[b] enim qui est in potestate patris, non potest institui sub conditione nisi sit potestatiua: *vt. s. de heredi. insti. l. suus.* nisi in eius defectum sit exheredatus: *vt. C. de institu. & substitu. l. iij. & . j. de bon. lib. l. libertus. §. libertus. in fi.* Si autem est emancipatus, valet testamentum in quo est institutus sub conditione: habet tamen contra tabulas quasi non sit institutus: *vt Instit. de exhere. libe. §. emancipatos.* secundum Azo.

b Institui, nisi sub potestatiua conditione filiusfamilias nō potest.

r ¶*Testamentum nullius.* videtur ergo non posse probari filiatio quod est verum facile,[c] nisi per coniecturas:[d] *vt. s. de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. filium.*

c Filiatio quod ad patrem attinet non quod ad matrem, difficile neq; necessario probatur. adde Lanfr. in praxi c. d. Menoch. t. de arbitrar. Centur. 1. casu 89. num. 7. & sequent.

ILlis.] CASVS. Ita dixit testator: Illis meis libertis volo dari nomine alimentorum menstruos denarios centenos & vestiaria, si cū filio meo morati fuerint. & decessit postea testator. liberti autem steterunt in obsequio filij prędicti quamdiu ipse fuit promotus ad militiam: qua de causa effectum est vt quibusdam libertis Romæ relictis proficisceretur filius ad militiam in castris: & postea apud castra decessit. Quæsitū est, an alimenta debeantur libertis ab herede dicti filij? & distinguitur: aut testator gratia libertorum apposuit dictam conditionem, aut gratia filij. Primo casu

d Concord. bon. & Glo. in cap. Michael. extra de fi. presbyt. & in c. per mas extra de probat. Bald. no. in c. præcedēti. in 3. col. in fi. tit. qui feud. da. poss. in vsib. feud.

non videtur defecisse conditio, ex quo non remansit per libertos quo minus morarentur cum filio: & ideo adhuc alimenta consequentur. Secundo casu non consequentur, quia contra voluntatem defuncti esset. Viuianus.

a ¶*Promoueretur*.s.filius.

b ¶*Non videri*.hac.l. distiguitur cuius causa debeant morati cum liberis. & secundum hoc non est cótra. primæ parti.s.*de an.lega.l. Seio*. quia ibi gratia filiorum, & ideo aliquo mortuo præstantur aliméta pro ea parte. ¶Item non ob. secundæ parti, s. *de alimentis lega.l. Gaio*. §. *imperator*. quia ibi gratia alimentorũ. ¶Item nec ob. secundæ parti. s. *de ann. lega. l. Seia*. quia hic per casum, ibi per filium stabat. Item contra ad primam partem. j. *de manum. test. l. si ita scriptum. in fin.* Solu. ibi[a] loquitur in casuali conditione, hic autem in potestatiua. & licet ita deficiant propter casum: nihilominus legatum consequitur legatarius, secundum R. *vt dixi*. s. *eod. l. in testamento*. Accursius.

a Conditionis casualis & potestatiuæ differentia.

c ¶*Vtilitatem*.nó autem libertorum. tunc enim non repelluntur liberti ab alimentis, quod est in eis speciale: *vt notatur*.s.*eo. l. in testamento*.

d ¶*Non oportere*.doli exceptione obstáte.

runt quamdiu adulescés ad militiam promoueretur.[a] qua causa effectum est, vt quibusdam Romæ relictis proficisceretur, & apud castra defunct⁹ est. Quæsitum est, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus respondit, conditionem quidem in persona libertorum qui cum filio defuncti morati sunt, aut per eos nó stetit quo minus morarentur, mortuo filio testatoris defecisse non videri:[b] sed si testator propter filij vtilitatem[c] his qui cum eo morati fuissent, alimenta præstari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.[d]

Legatum factum alicui cum petierit, non est conditionale. Bartolus.

LXXXV. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

Titia[e] heredis instituti liberos habétis filij fidei cómisit, vti rem eius vniuersam restitueret filiis eius, liberísve eorum, cum ipsi petissent, sine vlla iuris cauillatione.[f] Quæro, an his verbis, *Cum illi à te petierint*, códitio fideicommisso adscripta videatur. Respondit, non videri.[g]

Seruus cui libertas & legatum relinquitur, manumissus vel alienatus legatum non consequitur nisi impleat conditionem in cuius euen-

Titia.] CASVS. Titia habens filiũ Seium, qui Seius habebat tres filios ponamus, instituit sibi heredem dictum suum filium, & fidei eius commisit vt vniuersam rem siue hereditatem eidem Titiæ restitueret dictus Seius eius filius Seij, liberísve eorum filiorum Seij cum ipsi petissent, sine vlla iuris cauillatione. & decessit dicta Titia. nunc quæritur an per dicta verba, cum illi à te petierint, &c. videatur adscripta conditio fideicommiss. Et dicitur quòd non: & ideo filij dicti Seij si moriantur antequam petant, transmittunt petitionem ad heredes eorum. Viuianus.

e ¶*Titia*. Titia instituit filium, & fidei filij heredis instituti habẽtis liberos commisit vt dictis suis liberis. s. nepotibus Titiæ & liberorum liberis (nam in infinitum sic dicuntur, *vt*. j. *de verb. signi. l. liberorum*) restitueret cum petierint. 2. Vel dic quod Titia instituit extraneum, & rogauit vt suis liberis restitueret. Sed tunc quare dicit liberos habentis, & filij superflueret.

b Cauillationis verbo quæ contineantur, adde Bartolum Spec. in titu. de posi. §. 7. versi. 17. & 27.

c Conditionis & admonitionis differentia.

f ¶*Cauillatione*. expone[b] *vt*. j. *de verb. sign. l. natura*.

g ¶*Non videri*. sed[c] magis quędam admonitio: *vt*. j. *de ver. signis. l. si decem*. & *arg*. s. *de tute. l. muto*. §. *hanc conditionem*.

IVlianus.] CASVS. Petrus pone fecit testamentũ, & iussit seruũ suum Stichum dare. x. Titio, & liberum esse: & etiã legatum ponamus Seiani fundi habere, & postea viuens testator manumisit eum. & postea decessit testator idem. certe nó habebit dictus Stichus aliter legatum fundi quod ei cum libertate datum fuit, quàm si pareat conditioni prædictæ libertati appositæ id est det. x. Titio. sed si testator viuus dictum seruum non manumisisset, sed védidit Gaio, non poterit Gaius emptor aliter petere legatum dicto seruo relictum, quam si pareatur dictæ conditioni. & hæc vera sunt tũc demum cum omni modo legatũ acquiri potuit simul cum libertate dicto seruo si non fuisset à viuo testatore manumissus vel vénditus, vel onus conditionis non sit impositũ expresse legato, veluti cum legatum esset collatum in tempus libertatis, quod est semper, nisi expresse præsenti die detur. si autem legatum sit datũ præsenti die, libertas vero sub condi. aut valet legatũ, aut non. si valet habet locum quod dictum est. s. scilicet quod non aliter habeat Stichus à viuo testatore manumissus vel emptor Stichi legatum, quam si pareatur conditioni libertati appositæ. valet autem legatum si non fuit institutus heres necessarius: quia si statim facto testamento testator decessisset, non tamen hoc casu inutile esset legatum, cum posset códitio libertatis impleri ante aditam hereditatem: & legatum manumisso deberi, scilicet quia statim adita hereditate non impleta conditione libertatis prædicta ante aditam hereditatem statim cũ aditur postea hereditas, est liber, & debetur ei legatum: & ita non inuenitur seruus fuisse in dominio heredis. & in hoc casu non est locus sententiæ Catonianæ, quæ iubet vt ea legata quæ essent inutilia, statim mortuo testatore non sint inutilia, ea ratione quod diutius vixerit testator: *vt supra de regu. Cato. l. j.* quia, vt dictum est, si statim decessisset testator, non tamen esset inutile legatum. Si autem non valet legatum in eo casu quē supra posui, id est cum legatum fuit datum pure, & libertas sub conditione, non habet locum quæstio vtrum Stichus vel emptor Stichi habeat ante legatum quàm pareat conditioni libertatis: non valet autem dictum legatum pure relictum si fuit institutus heres necessarius puta conseruus dicti Stichi, cui Sticho fuit data libertas sub conditione si daret decem: legatum autem fuit ei datum pure: quia tempore quo implet conditionem Stichus, ipse Stichus de necessitate inuenitur in dominio heredis necessarij: quia inter mortem testatoris & aditionem hereditatis non est aliquod medium cum heres necessarius statim mortuo testatore sit heres, siue velit siue nolit: *vt supra de lega*. j. *l. quæsitum in fi*. si ergo est in dominio heredis, non valet legatum, *vt*. C *de leg. l. seruis*. & hæc videtur esse intentio huius. l. Viuianus.

tum legatum est expresse collatum. Item regula Catoniana non impedit legata quorum dies cedit ab adita hereditate, nisi heres necessarius existat. hoc dicit. Bartolus. & Paulus.

LXXXVI. MARCIANVS *libro tertio Fideicommissorum.*

IVlianus noster eum qui decem dare,[h] & ita[i] liber esse iussus[k] esset, si à viuente[l] manumissus esset, non aliter legatum quod ei cum libertate datum esset, habiturum, quàm si conditioni[m] libertatis paruisset.[n] Item in emptorem[o] si alienatus esset. Sed id tunc locum habet, cum omnimodo simul cum libertate legatum adquiri potuit, licet legato imposita non sit:[p] veluti cum in tempus libertatis legatum collatum esset. Cum verò libertas sub conditione, legatum autem præsenti die datum est: in hoc quæstio est, an constiterit legatum. Etenim[q] nec Catonianæ sententiæ locũ in proposito esse: quia etsi statim testator decessisset, non tamen omnimodo[r] inutile esset legatum, cum posset conditio libertatis ante aditam hereditatem impleri,[s] & legatum manumisso[t] deberi: nisi fortè necessarius[u] heres extitisset. tunc

h ¶*Dare*. cuidam extraneo.

i ¶*Et ita*. per hoc ita collige quod est conditio.

k ¶*Iussus*. subaudi, & fundum Seianum habere.

l ¶*A viuente*. testatore.

m ¶*Conditioni*. quasi in legato tacite repetita: *vt supra de leg. iij. l. qui concubinam*. §. *cum testamento*. & *supra eod. l. ania*. ¶Sed cõtra *supra eo. l. Iulius Paulus in fi*. Sed dic vt ibi.

n ¶*Paruisset*. s. seruus iste.

o ¶*In emptorem*. s. dicendum est, id est vt ita demum legatum huic seruo petat, si conditioni paruit.

p ¶*Non sit*. s. expressim: semper tamen repetita videtur: *vt supra eo. l. cum seruus*.

q ¶*Etenim*. & certe potest tenere legatum non obstante regula Catoniana, etenim &c. quæ est. s. *de reg. Cato. l. j. in prin.*

r ¶*Omnimodo*. id est in omni casu.

s ¶*Impleri*. etiam post mortem testatoris: quia est in dando: *vt*. s. *de leg. j. l. quæsitum*. §. j.

t ¶*Manumisso*. nam licet det decem ante aditam hereditatem, non tamen est liber, nec legatum ei relictum valet: licet aliàs valeat à morte testatoris: *vt*. C. *de cadu. tol*. §. *in nouissimo*. & §. j.

u ¶*Necessarius*. scilic. aliquis alius seruus: quia tunc inter mortem testatoris & aditam hereditatem nihil est in medio, cum protinus est heres & liber: *vt Institu. de here. quali. & diffe. in prin.* & sic tempore aditæ hereditatis, id est mortis inuenitur seruus heredis

redis:& ideo purum legatum regula Catonis impedit. at in suo & necessario dico idem quod in extraneo,cum habeat per prætorem beneficium abstinendi:*vt Insti.de here.quali & diffe.§.sed si is.& ʒ.de ad juren.hered.l.necessarius.& C.si vt ab here.absti.l.j.& facit.ʒ.de lega.j.l.quæsitum.§.necessarius.*Accur.

QVod traditum.] CASVS. Dictum est.s. *eo.l.sub diuersis.* in legatis esse spectandam nouissimam conditionem, id est vltimam, & in libertatibus leuissimam, id est eam quæ seruo commodior sit cui libertas est relicta sub conditionibus. certè illud quod ita dictum siue traditum est, non pertinet ad ea solũmodo quæ dantur sæpius sub diuersis cõditionibus: sed etiã ad ea quæ primo purè dantur, deinde sub condit. pone ergo quòd heres purè iussus est dare Titio Stichum, & postea ex interuallo iussus est dare eidem Titio eundem Stichum sub condit. certè debetur ei adueniente conditione, & non ante: quia posterius valet. & idẽ est econtra, scilicet si prius sub conditione est legatum, deinde purè. Nam præsens debetur. & bene dixi ex interuallo. Nam si purè legatum ex incontinenti heres sub condi.iussus est dare, puta quia ita dixit testator, lego Titio Stichũ, & lego Sempronio fundum Titianũ, & Gaio.x.& postea incontinenti antequam ad alios diuerteret actus,ita dixit:quod Titio legaui purè, lego eidem Titio sub conditione si nauis ex Asia venerit: ita erit perinde ac si ita dixisset: lego Titio Stichum purè: item lego eidem Titio eundem Stichũ sub conditione si nauis ex Asia venerit: & ita erit perinde ac si secunda scriptura legati Titio relicti esset coniuncta primæ scripturæ legati eiusdem: quo casu habet electionem Titius vtrũ petat legatum de Sticho vt purum: an vero vt conditionale. & hoc est verum,nisi testator apposuit dictam secundam scripturam cõmemorando legatum quod erat in prima dicta scriptura: veluti quia ita dixit:Stichum quem Titio legaui purè, heres meus ei dato si nauis ex Asia venerit.nam tunc videtur taliter scripsisse testator animo reuocãdi præsens siue purum legatum,& dandi eidem legatum sub cõditione.vnde si ante conditionem vindicet Titius Stichum, poterit contra eum habere locum doli exceptio. quòd autem dixi in libertatibus leuissimam cõditionem esse spectandã, intelligas de directis:secus autem in fideicõmissariis libertatibus: quia in eis non leuissima,sed nouissima conditio spectanda est, sicut & in legatis.&.h.d.cum tribus.ll.seq.Viuianus.

enim omnimodo inutile erit legatum iure ipso:quia sub conditione acceperit libertatem.

In libertatibus leuissima spectatur conditio: in legatis vltimo loco scripta si ex interuallo fuit apposita: sed si incontinenti, legatarij esset electio: nisi secunda sub commemoratione primæ scribatur hoc dicit cum duabus.ll seq.Bartolus.

LXXXVII. VALENS *libro primo Fideicommissorum.*

QVod traditum est, in legatis nouissimam,[a] in libertatibus [b] leuissimam conditionem spectandam esse.

LXXXVIII. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

ID est,[c] quę ipsi seruo commodior sit.

LXXXIX. VALENS *libro primo Fideicommissorum.*

NOn ad ea[d] dumtaxat pertinet,quę sępius sub diuersis cõditionibus,sed etiã quę primò purè,deinde sub conditione dantur. Itaque quod heres purè dare iussus est,quódve purè legatum est: cum id ex interuallo [e] sub conditione legatum est, posterius valet. Si prius sub conditione, deinde purè legatum est, præsens debetur. Quòd si purè legatũ, & incõtinenti heres sub conditione damnatus aut rogatus est dare:perinde est ac si iuncta subiecta [f] scriptura idem legatum esset:vel vt præsens[g] vindicari,si hoc voluerit legatarius: vel cum cõditio extiterit,ab herede peti possit:nisi* cõmemoratione superioris legati posterius scriptum fuerit: velut, *Stichum quẽ illi legaui,*[h] *heres meus ei,*[i] *si illud factum erit,dato.*tunc enim reuocãdi animo præsens legatum, & sub conditione dandi ita scripsisse videbitur:& si ante conditionem rem vindicet,doli exceptio[k] locum habere poterit.

XC. GAIVS *libro primo Fideicommissorum.*

PEr fideicommissum variè[l] data libertate, non leuissima spectãda est,sed nouissima: quia posterior voluntas potior haberi debet. cui consonat etiam rescriptum diui Antonini.

XCI. MARCIANVS *libro secundo Fideicommissorum.*

COnditionum quæ in futurum[m] conferuntur, triplex natura est:vt quędam ad id tempus quo testator viuat: quædam ad id quod post mortem eius futurum sit: quædam ad alterutrũ pertineant: tempus autem vel certum vel infinitum comprehendatur. quæ omnia non minus in fideicommissis quàm in institutionibus ac legatis incidere solent: vt hæc conditio,[n] *Titiæ,si mihi nupserit:* non dubiè nisi viuente testatore: illa autem, *Si ad exequias funeris mei venerit,*nisi post mortem impleri non possit.Illa verò, *Si filio meo nupserit:* vel viuẽte vel mortuo testatore impleri possit. Et prima quidem ac tertia ex relatis conditionibus infinitum[o] tempus habent. Quandoque * enim nupserit, impletur conditio: secunda ad certum[p] tempus adscripta est.

a ¶*Nouissimam.* vt[a]. ʒ. *de testa.tu.l.tutor datus.& .ʒ.de leg.j.l.si mihi & tibi.§.in legatis.*

b ¶*In libertatib.*directis:[b]sed in fideicõmissariis nouissima:*vt hic & .ʒ.eo.l.leuissima.& .ʒ.l.iij.& .ʒ.de ma.testa.l.v.* & habẽt hæc locũ quãdo diuersæ cõditiones in diuersis partibus testamẽti positæ sunt separatim.si autẽ simul:aut disiunctim,[c] & sufficit parere vni. aut cõiunctim[d], & tũc vtrique:*vt.ʒ.de cond.insti.l.si heredi.*

c ID *est.*facit *Instu.de actio.§.huic.*

d NOn *ad ea,*hoc refertur tantum ad nouissimam.

e *Ex interuallo.*quia[a]aliud si incontinenti: *vt.ʒ.eo.§.quod si purè.*& exponeb[b]vt aliàs quando ad alia diuerteret:licet circa idem testamentum.*& facit.ʒ.titu.j.l.fundo legato.contra.*Sed ibi diuersi testatores.

f ¶*Subiecta.* ablatiui absoluti.

g ¶*Præsens.* ¶Sed qd prodest hæc electio, cum semper eligam purè? Respon. potest interesse peti vt etiam ex conditionali: si tũc ero capax, nunc non sum. vel si omnia mea præsentia donaui: vel si[c] publicata sunt-nam postea quæsita non caderent in eas causas. vel nunc seruus, tunc liber ero: *vt. ʒ. eod. l. Iulianus noster.* ¶Item quæ est ratio incontinenti, vel ex interuallo? Respond. quia non[d] est verisimile vt corrigat quod incontinenti fecerat, *& facit supra de contrah. empt.l.pacta.& .ʒ. de rei vin.l.si quam.*

h ¶*Legaui.*s.purè.

i ¶*Et.* i. eidem legatario. alij dicunt, alij. & sic bene concor. ʒ. *eo.l.si separatim.*

k ¶*Exceptio.*s. in totum quãdo ei,vel quãdo diuersis in partem: *vt.ʒ.de leg.j.l.plane.§.si coniunctim.*

l PEr *fideicommissum.*]*Variè.*i.sub variis conditionibus. ¶Et no. per fideicommissum: quia aliud est in directis: *vt.ʒ.eod.l.quod traditum.* Viuia.

COnditionũ.] CASVS. Cõditionum quæ in futurum conferuntur in fideicommissis & in institutionib⁹ & legatis, triplex natura est. nam quædã earum conditionum pertinẽt ad id tantùm tempus quo testator viuit: vt lego Titiæ.c.si mihi nupserit-nam sine dubio non potest impleri hæc conditio nisi me testatore viuẽte.mortuus enim non accipit vxorem. & ista etiam conditio habet infinitum tempus.quandocunque enim mihi viuenti nupserit Titia,impleta est conditio.quædam autem ex dictis cõditionibus pertinent ad id tempus tantum quod post mortem testatoris sit futurum: vt lego Titiæ.c.si ad exequias funeris mei venerit. nam non potest impleri nisi post mortẽ meam: & hæc cõditio ad certum tempus adscripta est:quia non quandocunq; post mortẽ impletur:sed cũ fit funus.quædã ex dictis condit.pertinent ad alterũ tantum de dictis temporibus,s.& vitæ testatoris,& mortis: vt lego Titiæ.c.si filio meo nupserit nam siue nubat quandocunque filio meo me viuente siue me mortuo, impleta est conditio: & sic dicitur hæc conditio habere infinitũ tempus,sicut & prima.Viui.

m ¶*In futurum.*quæ[e] veræ conditiones dicuntur: *vt.ʒ.de iniusto testa.l.cum in secundo.*

n ¶*Vt hæc conditio.*reddit singula singulis.

o ¶*Infinitum.*quia prima quandocunque me viuente:tertia quandocunque,ante mortem,vel post mortem.

p ¶*Ad certum.*imò est incertus[f] dies mortis:*vt.ʒ.e.l.j.* Sed dic respectu præcedentium:quia non quandocunque post mortem, sed cum funus impletur,*& facit.ʒ.de le.ij.l.si ita sit scriptum.§.fi.*

S[l] *cum legatum.*] CASVS. Titius legauit Seio centum, & rogauit Seium vt liberos suos emanciparet:& decessit Titius, postea Se-

* nisi cum commemoratione.

a Vltimæ scripturæ in legatis cõsiderantur.
b Scripturæ leuissimæ in libertatibus directis: in fideicommissariis vltimæ cõsiderantur.
c Disiunctiuæ parti parere sufficit.
d Coniunctiuæ omnibus partibus parendum.

a Interpretari ita voluntatem defuncti debemus ne videatur incõtinenti seu statim se correxisse.adde Simonẽ de Pretis *lib. 1. de interpret.vltim.volunt.solut 8.*
b Ex interuallo fieri in testamentis quid.

c Cõditionalia iura ex publicatione nõ trãsferuntur in fiscum, *vt hic. & l. intercidit. 59. ʒ.eod.*quam sententiã Romanus *singulariter* limitat in iurib⁹ cõditionalibus conditione casuali, puta si nauis venerit, nõ in mixta seu potestatiua:huiusmodi enim iura transmittuntur, *l in facto. 60.in fi.ʒ.eo.* Idẽ quoque hanc sententiam limitat in iure voluntate conditionali, non ex contractu.
d Correctio & mutatio voluntatis non præsumitur: *vt hic. adde Gloss.l.j.ʒ. de prob.t.Alex. 3.consil 39. Decius consil.190.*

* quandoque, pro quãdocunque. Ant. Aug. *lib.3.cap.7.*

e Conditiones verè dicuntur, quæ futurum respiciunt.

f Mortis dies incertus.

ius agnouit dictum legatum. nunquid dicti liberi Seij possunt ab eo petere quòd emancipentur? dicitur quòd non iure actionis: extra ordinem autem cogetur eos emancipare: quia voluntas testantium non debet circumueniri: sicut cogeretur si fuisset ei legatum sub conditione liberorum emancipandorum, vel fuisset ei ita relictum vt liberos emanciparet. & adduco tibi tale simile: Titia habẽs filium, & ex eo nepotes, eos adinuicem substituit: & rogauit filium vt filios emanciparet, & non rogauit eum filium expressè vt partem eorũ heredi. eis restitueret. certè cogetur filius eos emancipare, & eorum partem hereditatis auiæ eis restituere. & si sit filius in mora emancipãdi eos, quasi ex mora vsuras eis præstare debet. cum enim faciat moram emancipationi, videtur etiam moram facere restitutioni fideicommissi. nam videtur commissum fidei filij ne eos sui iuris institutos ad hereditatem auiæ peruenire pateretur & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

Rogatus emancipare filios non potest cogi iure actionis, sed officio iudicis. Item qui vult antecedens, vult consequens sine quo illud quod quæritur, nullius est momenti h. d. cum l. seq.

XCII. VLPIANVS *libro quinto Fideicommissorum.*

SI cui legatum fuerit relictũ, isque rogatus sit liberos suos emancipare: an cogi debeat manumittere?[a] Et retineo me dixisse, defici eos[b] à petitione fideicommissi.[c] Neque enim prætor fideicõmissarius[d] eos ad libertatem[e] tuetur vt seruos.[f] Papinianum quoque libro nono respõsorum scribere referebam, non esse cogendũ emancipare filios suos. Arbitror tamen extra ordinem[g] debere constitui, cum qui adgnouit id quod sibi relictum est hac † contemplatione vt liberos suos emanciparet, cogendũ emancipare.[h] Neque enim debet circumueniri testãtium voluntas. Sic deinde hoc accipiendum, quemadmodum si sub cõditione liberorum emancipandorum ei fuisset legatum, vel ita relictum, vt eos emanciparet.[i] Cui rei consequens est quod diuus Seuerus rescripsit. Nam cum quædã mulier nepotes suos[k] heredes instituisset, & ipsum filiũ[l] coheredem filiis[m] suis dedisset, eosq; inuicem substituisset,[n] rogassetq; filium vt filios emanciparet, non autem rogasset vt hereditatem eis restitueret: ex auctoritate diui Seueri emancipare eos compulsus est, hisque restituere[o] hereditatem: & adiectum est, si tardius id faceret, quasi ex mora vsuras præstaturum. videri enim eum qui moram faceret emancipationi, moram restitutioni fideicommissi eam facere.

XCIII. PAPINIANVS *libro octauo Responsorum.*

MAter filio suo coheredes sine vlla conditione filias ipsius dedit: ac petiit vt filias suas emanciparet, ita vt curatores à prætore acciperent.[p] Filij videri fidei cõmisisse placuit, vt eas sui iuris constitutas ad hereditatem auiæ peruenire pateretur:[q] nec ad rem pertinere, si portionem filiarum iure substitutionis[r] quæsisset.

XCIIII. HERMOGENIANVS *libro primo iuris Epitomarum.*

CVm ita datur libertas, *Si Titio qui nõ est heres, decẽ dederit,* certa persona demonstratur: ac propterea in personam eius tantum[s] cõditio impleri potest. Sanè si cum cesserit dies,[t] pecuniam conditione comprehẽsam statuliber habuerit:[u] iure constituto[x] nulli dando[y] consequitur libertatem. Diuersa causa est legatarij,[z] in cuius persona placuit conditionem deficere, si antequam dederit legatarius[a] pecuniam, Titius moriatur. 1. ¶ Ex his verbis, *Si heredi,* vel *Si heredi Titio*[b] *decem dederit, liber esto:* non tãtum heredi, sed etiam heredis heredi dando peruenit ad libertatem. At si nullus heredi successerit: iure constituto[c] nulli dando[d] ad libertatem perueniet.

a ¶ *Manumittere.* i.[a] emancipare.

b ¶ *Eos.* liberos.

c ¶ *Fideicõmissi.* causa emancipationis patri relicti: & hoc mero iure: *vt. s. de lega. j. l. filius. §. secundum vulgarem.* sed de æquitate secus in vtroque: *vt infra subiicit. & §. cui.* Accursius.

d ¶ *Fideicommissarius.* quia de fideicommissis ius dicit: *vt Insti. de fideicommis. hered. §. j.* Accursius.

e ¶ *Libertatem.* i.[b] emancipationem.

f ¶ *Vt seruos.* quia seruos tuetur: *vt Institu. de singu. re. per fideicõmis. re. §. libertas.*

g ¶ *Extra ordinem.* i.[c] Officio iudicis. *sic supra si cert. peta. l. cum filius.*

h ¶ *Emãcipare.* ¶ Nota casum[d] vbi pater cogitur emancipare filium. sunt & alij quidam: sed regulariter contra: *vt not. Inst. quib. mo. ius pa. pote. sol. §. fin.*[e] secus si[f] rogaretur quem adoptare. *vt. s. de leg. ij. l. vxorẽ. §. heres.* ADDITIO. Dic secundum Bar. quod hic cogitur emancipare, & non adoptare: vt ibi.

i ¶ *Emanciparet.* nam semper cogitur: *vt hic, & C. de fideicom. l. quamuis. & arg. s. de cond. causa da. l. j. & C. de inoffi. test. l. filiis. & C. de Inst. & sub. l. si mater.*

k ¶ *Nepotes suos.* s. ex filio, quem coheredem eis dedit.

l ¶ *Filium.* patrem nepotum.

m ¶ *Filiis suis.* s. nepotibus testatricis.

n ¶ *Substituisset.* s. vulgariter. Alij dicunt per fideicommis. si quis decederet sine liberis. sed tunc nõ esset necessaria huius legis præsumptio, quæ præsumit etiam bona restitui emancipatis.

o ¶ *Hisque restituere.* hæc præsumptio est ex testatricis voluntate quæ eos heredes instituit cum patre suo, & inuicem substituit. vnde de portione nepotum videtur pater rogatus. ¶ Sed nunquid econtra si rogatur pater institutus restituere suis filiis, etiam emãcipare cogitur, cũ aliàs iure isto non posset restituere, quia omnia patri per filium quærebantur? sed hodie fortè secus est. lex enim videtur velle vt videatur rogatus restituere cum fuerit sui iuris: *vt j. ad Treb. l. vbi. Azo. & facit. j. l. proxi.*

p ¶ *Mater.*] *Acciperent.* quam habere non possent in potestate positæ: *vt. C. de cur. fur. l. si. in princip.*

q ¶ *Pateretur. vt. s. l. proxi. in fin.*

r ¶ *Substitutionis.* sc. vulgaris. & dic quod filiæ repudiauerũt ab initio, & sic ex vulgari habuit pater: sed non tenuit repudiatio, cum nec habere poterat nisi emanciparentur: *vt. s. de acquirend. hered. l. is qui. 2.* Vel dic quæsisset,[a] id est quærere potuisset. *& facit. s. de leg. j. l. cum filio. & infra ad Treb. l. vbi. & infra de regu. iur. l. qui potest.*

CVm ita.] CASVS. Institui mihi heredem Seium, & dedi libertatem Sticho seruo meo si daret decem Titio. certè non aliter consequetur libertatem Stichus nisi det Titio decem & alij dãdo non consequetur libertatem. sed si tempore aditæ hereditatis Stichus habet decem & vult ea dare Titio, & Titius est tunc mortuus: consequitur libertatem etiam nulli dando. x. secus esset in legatario cui esset legatus pone equus si daret. x. Titio. nam si Titius moriatur antequã legatarius det ei. x. non consequitur legatarius equum. Sed si ita dixi ego testator, Stichus liber esto si heredi meo. x. dederit, vel si heredi meo Titio. x. dederit: non tantum heredi dando peruenit Stichus ad libertatem, sed etiam dando heredi heredis: & si nullus heredi successerit, peruenit ad libertatem etiam nulli. x. dando. Viuianus.

s ¶ *Tantum.* non autẽ heredis eius: vt statim dicet. Accursius.

t ¶ *Cesserit dies.* sc. libertatis, quod[b] est ab adita hereditate: licet in cæteris à die mortis: *vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo.* Accursius.

u ¶ *Statuliber habuerit.* secus si non habuerit: vt hic à[c] contrario sensu. & sic inspicitur[d] quod magis nocet libertati, scilicet quia pecuniam non habet: quàm quod prodest, quia Titius decessit. *sic. s. ad Sila. l. ij. § fin.* & magis[e] quod difficultate vel negligentia quàm casu: *vt. C. de condit. inser. l. fi. & de neces. ser. l. fi.*

x ¶ *Constituto.* s. singulari, fauore libertatis: *vt. s. de leg. j. l. turpia. §. j.* nam secus in aliis: vt statim dicit, *& s. de statuli. l. si peculium. §. is cui.*

y ¶ *Nulli dando.* quia non est Titius viuus, cui soli fuit dandum: *vt. s. proxi. & j. proxi. diuersa* &c. vel si est, non vult: *vt. C. de condi inser. l. fi. & facit. s. eo. l. in testamento.*

z ¶ *Legatarij.* cui fundus est legatus si. x. Titio dederit.

a ¶ *Legatarius destinatione.* nam deficit, vt dicit. Sed contra. *s. de an. lega. l. annua in prin.* Sol. ibi.

b ¶ *Heredi Titio.* secus fortè si Titio simpliciter iussus est dare: *vt. s. ea. l. §. diuersa. & j. de sol. l. stipulatus sum. j. respon. & l. Stichũ. §. vsufruc.* Item quid econtra si Titio heredi dare iussus est? Respon. præcedens verbum considero, sit proprium, an appellatiuum, *vt. j. de stipu. ser. l. si seruus communis.*

c ¶ *Constituto.* s. speciali fauore libertatis: vt dixi. Accursius.

d ¶ *Dando.* hoc priuilegio libertatis secus in pecuniario relicto, *vt & s. eo. l. sub diuersis. §. j.*

a Manumittere pro emãcipare.

† Paul. lib. 4. Sentent. tit. 12.

b Libertas pro emãcipatione.

c Extra ordinẽ fieri dicitur quod fit officio iudicis.

d Emancipare filium quibus casibus pater cogatur.

e Dic quod illud est regulare, istud speciale, secundũ Bar.

f Adoptare filiũ quis rogari potest.

a Verba pro potentibus in iure vsurpantur.

b Dies libertatis cedit ab adita hæreditate.

c Argumẽtum à contrario sensu.

d Noxia, quàm quæ vtilia sunt, interdum magis inspicimus.

e Difficilia & negligentiam magis inspicimus quàm casum.

Legatum

LEgatum.] CASVS. Legaui Titio equum meũ, si nauis ex Asia venerit: & postea simpliciter legaui eundem equum Seio. certe sub eadem conditione videor in Seium transtulisse legatum, scilicet vt Seius equum non habeat nisi nauis ex Asia venerit. Si autem conditio apposita legato Titij cohæreat personæ Titij, non videtur reperita in translatione legati illa conditio, puta quia dixi: Lego Titio equum si duxerit Seiam in vxorem. Viuia.

Legati translatio in dubio videtur fieri sub eadem conditione. Bartolus.

XCV. IDEM *libro quarto Iuris Epitomarum.*

LEgatum sub conditione relictum, & ad alium translatum, si non conditio personæ [a] cohæreat, sub eadem conditione translatum videtur.[b]

Non dicitur desinere quod esse non incepit. Bartolus.

XCVI. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

TItio vsusfructus serui legatus est: & si ad eum pertinere desisset, libertas seruo data est. Titius viuo testatore decessit. Libertas non valet: quia conditio nec initium accepit. Paulus: Ergo & si viueret Titius, & capere non potest: idem dicẽdum est. Desisse enim non videtur, [c] quod nec incipit.

Fauor libertatis fauori nuptiarum præfertur. Bartolus.

1. ¶ Serui vsusfructus mulieri quo ad vidua esset, legatus: idem seruus si ea nupsisset, liber esse iussus [d] est. Si mulier [e] nupserit, liber erit: quia potior est legato libertas.[f]

Municipes possunt iurare per eos qui regunt municipium. Bartolus.

a ¶ *Personæ.* vt [a] puta si talis vxorem duxerit, vel studiis se imbuerit quæ [b] per alium non fiunt: *vt. Cod. de cadu. tollen. §. ne autem.* vel pone: *vt. §. de adi. lega. l. legatum sub conditione.*

b ¶ *Videtur.* scil. tacite: *vt & . d. l. legatum.* secus in hereditate: *vt §. de heredibus instit. l. sub conditione. & facit §. eod. l. aua. & l. quæ conditio.*

TItio.] CASVS. Titio legaui vsũfructum Stichi serui mei, & ita postea dixi: Si ad Titium pertinere desierit dictus vsusfructus, idem Stichus sit liber. postea dictus Titius decessit me viuo, & ita non habuit dictum vsumfructum. nunquid erit liber Stichus? Et dicitur quòd non. non enim videtur vsusfructus desiisse esse Titij, qui non incepit esse eiusdem Titij. & idem esset si Titius viueret, & capere vsumfructũ non posset. [SERVI.] Legaui Titiæ vsumfruct. Stichi serui mei donec ipsa esset vidua: & iussi eum esse liberum si ipsa nuberet. postea ipsa nupsit. nunquid erit liber? Et videtur quòd non: quia cum mulieri legatur si non nupserit, ipsa potest nubere, & legatum habere: *vt. §. eo. l. sed si hoc. § fin.* dicitur tamẽ hic quòd liber erit, quia libertas in hoc casu est potior quàm sit legatum. Viuianus.

c ¶ *Non videtur.* Imò cõtra: *vt. §. vsufr. quemad. ca. l. ij. §. desinere.* Solu. hic rigor: ibi æquitas. vel vt ibi. ADDITIO. Dic quod ibi incipit saltem de facto, hic non potuit incipere nec de iure, nec de facto, secundum Bar. hic.

d ¶ *Iussus.* & sic sunt duo legata sub diuersis, imo contrariis conditionibus, vnde [c] si cesserit ex vna, non videbatur amodo cedere ex alia. Accursius.

e ¶ *Si mulier.* si, i. quamuis.

f ¶ *Libertas.* idem est multo magis si libertas est data si nõ nupserit: & vsusfructus in alio casu datus est. Azo. s. si nupserit.

MVnicipibus.] CASVS. Legaui municipibus Bonon. centum si iurarent se daturos equum Titio. nunquid est impossibilis dicta conditio? Et videtur quod sic: quia non facile possunt conuenire ad iurandum municipes. sed certe non est impossibilis. nam iurabunt illi qui regunt municipium, & erit impleta conditio. Viuianus.

g ¶ *Itaque.* dixi non esse impossibile, itaque &c. Vel infert ad id quod quæsiuit Paulus.

h ¶ *Geruntur.* & sic videntur omnes iurare: *vt. ĵ. ad muni. l. municipes. & ĵ. de re. iur. l. aliud §. refertur.* Sed contra *§. de condi. instit. l. quæ sub conditione. & supra eo. hac scriptura.* Solu. hic dubitabatur an esset possibilis de natura, & qualiter potest pareri propter infantes & similes de vniuersitate: qui aliàs iurare nõ possunt. est igitur possibilis de natura, sed [e] non de iure, vt in contrariis, secundum R. & B. 2. Vel dic speciale in libertate: *vt. ĵ. de manu. test. l. si quis liber.* 3. Tertij dicunt quòd hic de præsenti vel de præterito est iurandum, ibi de futuro, & sic remittitur. *& facit. §. quod cuiusque vniuers. l. item. § si decuriones. & C. de adio. diuers. iud.*

a Conditionũ personæ cohærentium exempla.

b Conditiones personæ cohærentes per aliũ fieri seu impleri nõ possunt.

c In legatis diuersis vel contrariarũ cõditionum, die vnius cedente, non censetur & alia dies cedere.

d Iurare municipes intelligũtur, iis per quos res municipij geruntur, iurantibus.

e Conditionum quædam possibiles natura, quædã iure impossibiles.

l. restituenda.

MEa res.] CASVS. Quãuis mea res mihi pure legari non possit: *vt. §. de lega. j. cætera. §. quemadmodum.* tamen sub conditione bene potest mihi legari: & si inueniatur non esse mea tempore existentis conditionis, valet legatum: & potero eam vel eius æstimationem consequi ab herede. Viuia.

XCVII. IDEM *libro secundo ad Neratium.*

MVnicipibus, † si iurassent, legatum est. Hæc cõditio nõ est impossibilis. Paulus. Quẽadmodũ ergo pareri potest? per eos * itaque [g] iurabunt, per quos municipij res geruntur.[h]

XCVIII. IDEM *libro tertio ad Neratium.*

MEa res sub conditione legari mihi potest: quia in huiusmodi legatis non testamẽti facti tempus, sed conditionis expletæ spectari oportet.[i]

XCIX. PAPINIANVS *libro octauodecimo Quæstionum.*

COnditiones extrinsecus, non ex testamento venientes, id est quæ tacitè [k] inesse videantur: non faciunt † legata conditionalia.[l]

Allegans contraria non auditur. Bartolus.

C. IDEM *libro septimo Responsorum.*

TItiæ, si non * nupserit, ducẽta: si nupserit, centum legauit. Nupsit mulier. ducenta, non etiam centum residua petat. Ridiculum est enim eandem & vt viduam & vt nuptam admitti.[m]

Non dicitur nolle, qui non potest velle. Bartolus.

CI. IDEM *libro octauo Responsorum.*

i ¶ *Oportet.* vt & . §. de leg. j. cætera. circa prin. & de contrahen. empt. l. existimo. & . ĵ. quando dies lega. ce. l. v. §. fina. & . §. de regu. Cato. l. ij.

COnditiones.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & Seio Legaui. x. à dicto Seio legaui Sempronio. v. & decessi. postea antequam Seius agnosceret dictum legatum de x. decessit dictus Sempronius. nunquid transmisit idem Sempronius petitionem dicti legati de v. ad heredem suum, ita quod heres suus possit petere illud, si Seius suum legatum agnoscat? Et videtur quod nõ, cum dictum legatum Sempronij videatur cõditionale. inest enim ei semper conditio hæc, si Seius suum legatum agnouerit. legata autem cõditionalia non trãsmittũtur ad heredem legatarij. sed certe illud verum est in conditionibus ex testamento venientibus, vt si dicat testator: lego Sempronio. v. si nauis ex Asia venerit. secus autem in conditionibus extrinsecis, i. non ex testamento venientibus, i. quæ tacite inesse videntur, sicut fuit illa de qua. §. dixit: quia illa non faciunt legata conditionalia quo ad transmissionem. Viuia.

k ¶ *Tacite.* veluti si à legatario primo tibi legetur, vel à substituto heredi. inest enim semper hæc conditio, [a] si ille suum legatum agnouerit. aut substitutioni locus fuerit. Azo. vel pone exemplum. §. eod. l. j. in fin. & . ĵ. de verb. oblig. l. interdum. & l. continuus. §. cum ita. Accursius.

l ¶ *Conditionalia.* quo ad impediendam transmissionem: *vt & . ĵ. quando di. l. ce. l. cum illud. in fin.* etiam si testator eam tacitam cõditionem expressisset: *vt. ĵ. eo. l. aliquando.*

TItiæ si.] CASVS. Seius legauit Titiæ ducenta si ipsa non nuberet: & si nuberet, legauit ei. c. certe si nupserit mulier, ducẽta petere poterit: quia remittitur ei dicta conditio non nubenti. ¶ Sed nunquid etiam centum petet quæ fuerunt ei legata si nuberet? Et dicitur quod non: quia non debet admitti ad legatum vt vidua & vt nupta. Viuianus.

m ¶ *Admitti.* volebat enim habere ducenta: quia etiam spreta tali conditione debet consequi legatum perinde ac si non nupsisset. Item quia nupsit, volebat alia centum, quia impleuerat conditionem sub qua fuerant legata. quia prima conditio pro non adiecta habẽda est. & certe non potest tam contrariis modis admitti, quia ridiculum esset: & ad hoc quod non audiatur contraria petens, facit. *C. de fur. l. j. & . ĵ. quando ap. sit. l. ij. §. sed si alius.*

PAter Seuerianam.] CASVS. Titius in testamẽto suo designauit nuptiis Seuerianam Proculam suam filio Ælio Philippo suo cognato: & eidem suæ filiæ reliquit per fideicommissum prædium Titianum si ipsa nuberet dicto Ælio Philippo: & si ei non nuberet, voluit dari idem prędium dicto Philippo. postea decessit dictus Titius testator. postea decessit dicta puella antequam esset viripotens. nunquid Ælius Philippus debet habere dictum prædium ex dicto fideicommisso? Et dicitur quòd non, quia non extitit conditio dicti fideicommissi eidem Philippo relicti. nam secũdum voluntatem defuncti videtur ita demum datum Philippo si-

† Citato capitulo, citatio potest probari hoc ipso quòd literæ citationis diriguntur prelato, & aliquibus maioribus de capitulo. *Gl. in c. bonæ memoriæ. j. super verbo. singulares extra de elect. post princ.*

* Sic dispungendum esse, notabatur inter errata editionis Florentinæ. Contius.

† *Idem dicit Gl. 2. ante fin. in c. significasti. extra de elect.*

* Vide Anton. Aug. lib. 1. emen. c. 2.

a Actio ex testamento non datur in legatarium nisi agnito legato. vt hîc. Idem tenet Glossa. *in l. 3 Imperator. 70. in verbo, posse cedere. §. de legat. 2. & in l. si legatarius. 8. §. de legat. 3.* adde Ripam *in l. 1. num. 33. §. de legat. 1.*

PAter Seuerianam Proculam Ælio Philippo cognato nuptiis testamento designauit. eidē filiæ prædium, si Ælio Philippo nupsisset, verbis fideicommissi reliquit, quod si non nupsisset,[a] idē prædium Philippo dari voluit. nondum viripotens puella diem suum obiit. Respōdi. cum in cōditionibus testamentorum voluntatem potius quàm verba considerari oporteat,[b] Ælio Philippo fideicommissum ita datum videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset.* Quare cum ea priusquàm viripotens fieret, vita decesserit,[c] conditionem extitisse non videri.

Non videtur sine liberis decedere, qui vnum tantum filium relinquit. Bartolus.

1. ¶ Ita fideicommisso dato. *Volo restituas si sine liberis decedas*: conditio deficit ex volūtate vel vno[d] filio superstite relicto.

Verba vsque ad tēpus possunt stare in propria significatione, & post tēpus transire ad impropriam. Bartolus.

2. ¶ Conditionū verba quę testamēto præscribūtur, pro volūtate[e] considerantur: & ideo cum tutores testamento dati,[f] quoniam interea puer adoleuerat, id egerint,[g] vt curatores ipsi constituerentur: conditio fideicommissi talis præscripta, *Si tutelam in annum octauum decimum gesserint*: defecisse non videbitur.[h]

Conditio quæ potest impleri in vita legatarij, expectatur: nec est locus Mucianæ cautioni. Bartolus.

3. ¶ Socrus nurui fideicōmissū ita reliquerat, *Si cū filio meo in matrimonio perseuerauerit*. Diuortio[i] sine culpa viri post mortē socrus facto, defecisse cōditionē respōdi: nec antè diē fideicōmissi cedere, quàm mori cœperit[k] nupta vel maritus: & ideo nec Mucianam cautionē locū habere: quia morte[l] viri conditio possit existere.

Dictio quamdiu, facit conditionem. B. vel sic: In legato annuo licitum est quolibet anno variare: quia tot sunt legata, quot anni.

4. ¶ Fideicōmissa mēstrua & annua sub ea cōditione liberto relicta, *Quādiu res patroni filiæ gesserit*: etsi præstari necesse est filia prohibēte[m] res suas administrari, tamen voluntatem filia mutante conditionem resumunt,[n] quoniam plura sunt.[o]

In fideicommisso vniuersali relicto à filio post mortem intelligitur si decesserit sine filiis.

CII. IDEM *libro nonodecimo Responsorū.*

CVm auus filium ac nepotem ex altero filio heredes

deicommissum, si ei dicta puella noluisset nubere: ipsa autem voluit nubere ei, sed nō potuit morte impediente. [ITA FIDEICOM.] Legaui fundum Titio, & ita postea dixi: volo vt tu Titius restituas fundum prædictum Seio, si sine liberis decedas. certe si Titius decedat etiam vno tātum filio superstite, deficit ex voluntate testatoris cōditio restituēdi Seio. [CONDITIONUM.] Titius in testamento suo dedit tutores filio suo, & reliquit dictis tutoribus fundum per fideicommis. sub condi. si tutelam filij in annum decimumoctauū gesserint: & decessit dictus testator: & postea tutores id egerunt vt constituerentur curatores filio prędicto testatoris: quoniam ipse interea factus fuit adultus: & administrauerūt curam vsque ad decimumoctauum annū. nunquid habebunt dictum fundum? Et videtur quòd non: quia testator dixit de gestione tutelæ, & non curę, & ipsi pro parte administrauerunt curam, vt dictum est. dicitur tamen hic quòd bene debent habere, quia verba conditionum quæ ponuntur in testamentis, considerantur pro voluntate testatoris: voluntas autē testatoris talis fuit, vt tutores habeant fideicom. si ipsi administrent bona filij siue vt tutores, siue vt curatores. [SOCRUS.] Titia habens filium Seium, qui Seius habebat vxorem Semproniam, fecit testamentum, & dictę suę nurui reliquit tali modo fideicom. Relinquo. c. nurui meæ si cum filio meo Seio in matrimonio perseuerauerit, i. si ab eo non discesserit: & ita fuit conditio in non faciendo, & decessit postea dicta Titia socrus postea dicta Sempronia nurus diuertit à dicto suo viro sine culpa ipsius viri. certe non habebit dicta. c. quia defecit cōditio sua culpa. ea autem cum viro manente non cedit ante dies dicti fideicommissi, quam ipsa cœperit mori: vel quam cœperit mori maritus. morte autē sua vel mariti veniēte bene cedit dies, & conditio existit: & quia morte viri conditio existit, non habet locū cautio Mucia. quæ solet habere locū cum cōdit. est in non faciēdo, & non potest existere per mortē alterius, puta si fideicom. relictū esset nurui si Capitoliū non ascenderet, *vt bene dixi. s. e. l. cum talis. in prin.* [FIDEICOMMISSA.] Titius in testamēto suo reliquit liberto suo Sticho fideicōmissa quædam menstrua & annua sub ea conditione, quādiu gesserit idem libertus res filiæ ipsius patroni, quæ remanebat patrona ipsius liberti, & decessit dictus testator: postea cum libertus vellet administrare res dictæ filiæ, ipsa prohibuit. certe nihilominus habebit libertus fideicommissa prædicta quolibet mense & anno. sed si dicta filia mutet postea voluntatem & velit administrari res suas per libertum, resumunt dicta fideicommissa conditionem, vt scilicet non aliter præstentur liberto, quam si ipse administret res dictæ filiæ. nam dicta fideicommissa relicta in singulos menses & annos sunt plura, & ideo in quolibet inest dicta conditio. Viuianus.

a ¶ *Non nupsisset*. i. nubere noluisset. sic *infra de verbor. obligat. l. stipulatus.*

b ¶ *Oporteat*. vt *& s. de leg. j. l. pen. & s. eo. l. in conditionibus.*

c ¶ *Decesserit*. & sic contra patris voluntatē nil agit nō[a] ergo dicitur nolle, cum nec velle possit. *sic. loca. l. qui ad certum & j. de reg. iur. l. velle.* Argu. contra. *j. de fur. l. qui vas. §. vetare.* ADDITIO. ¶ Dic quod ibi loquitur in prohibente petere, & ibi erat persona in quam cadebat noluntas & voluntas secundum Bar. hic.

d ¶ *Vel vno*. vt. *C. quando dies lega. ced. l. cum vxori.* Accur.

* voluisset. Vide Anto. Aug. *lib. 1. emen. ca. 1.*

a Nolle nō dicitur qui velle non potest.

e ¶ *Pro voluntate*. i. pro voluntatis suspicione. *ad quod est. s. eo. l. in conditionibus.* Accursius.

f ¶ *Dati*. quibus fuit relictum aliquid si gesserint tutelam in. xviij. annum, *vt infra patet.*

g ¶ *Id egerint*. adultus factus petendo eos in curatores: nec ipsi se excusauerunt, cum possent: *vt Insti. de excusat. tutor. vel cura. §. pen.* Accursius.

h ¶ *Nō videtur*. quoniam certum est testatorem etiam per[a] curam tutelam intellexisse. ¶ Sic ergo no. quod hoc verbum tutela,[b] ad tempus retinet propriam significationē, & post adsumit aliam & impropriam. *sic. s. de vulg. substi. l. Centurio.* ¶ Sed arg. *contra in eod. tit. l. verbis. & l. in pupillari.* nec[c] enim vere tutor potest dari adulto: *vt. s. de tuto. & cura. da. ab his. l. Seia.* & secundū hoc dic constituerētur, scilicet per confirmationem: *vt Insti. de cura. §. dātur sic. C. de cur. fur. l. fi. §. sed cum antiquitas.* ¶ Item not. hic quòd sufficit[d] fieri æquipollens. sic *& s. de leg. ij. l. fideicommissa. §. si cui* Sed argum. *contra. s. man. l. fin. §. fi.* ADDITIO. Dic quod illa non est contra. imò concordat, secundum Bar.

i ¶ *Diuortio*. & sic perseueratione sublata.

k ¶ *Cœperit* quia tunc demum perseueratio certa est an interuenerit vel non.

l ¶ *Quia morte*. bona ratio, *vt. s. eo. l. cum ita. §. Titius. & l. auia. §. Titio.* Sed certe imò hoc casu non est bona, iden quia cum malo mulieris omine, i. fortuna proponitur: & sic cautio locum habere debet: *vt. s. eo. l. cum ita. in princ. & §. j. quæ est contra.* Sed certè imò[e] multæ gaudent de morte maritorum. ar. tamen contra. *C. de iure do. l. fi. in fin. j. respons.* vbi tristantur. Item potest & alio modo quàm morte viri deficere perseueratio: vt diuortio culpa viri interueniente. ADDITIO. Dic secundum Bar. quod ista ratio nō est bona: quia imò tristātur bonę mulieres: *vt. l. fin. in fi. j. respon. C. de iure. do.* Ray. vero dicebat quod mulieres malæ gaudent: bonæ tristantur. Sed regula est secundum eum quòd omnes mulieres sunt malæ: *vt in Authen. vt si probi. ma. debit. & credi. §. quia vero.* ergo inspicitur quod communiter accidit. sed ista ratio secundum Bar. etiam non est bona: quia mulieres diligunt virum etiam vltra filios. Dicit tamen idem Bar. quod potest esse talis conditionis vir & vxor quòd expectare mortem viri non esset triste, vt si vir est senex, & vxor iuuenis: *vt per eundem Bart. in l. Mucianæ. s. eo.*

m ¶ *Prohibente*. nisi propter fraudem prohibeatur: *vt. s. de an. leg. l. Meuia in prin.*

n ¶ *Resumunt*. relicta. Sed contra. *C. de condi. inser. l. fi.* Sol. ibi fauor libertatis, vel ibi nō redintegrantur, quia prorsus pro remisso est quod semel erat dandum. Sed nec hic redintegratur quod prę̨teritum est: sed quod futurum est, quasi plures sint conditiones, & plures administrationes. vnde licet aliqua vel aliquæ sint remissæ, non tamen per hoc cæteræ sunt remissæ. ¶ Item not. permitti[f] inconstantiam. *sic. j. de col. bono. l. nonnunquam. & s. de ac. emp. l. si sterilis. §. fi. & deposi. l. j. § pen.*

o ¶ *Plura sunt*. s. legata. *vt. j. de verbo. obligat. l. pluribus. §. j. & de dona. causa mor. l. senatus. §. fi.*

C*Vm auus*[g].] CASUS. Titius habens filium Seium, & habens nepotem Gaium ex alio filio præmortuo, instituit eos sibi heredes, & petiit à nepote prædicto vt si moreretur intra tricesimum annum, restitueret suam partem hereditatis dicto Seio suo pa-

a Curæ nomine tutela interdum potest intelligi.

b Tutelę verbū impropriè & propriè sumptum quid.

c Tutor vere adulto dari non potest.

d Æquipollentibus fieri aliquid sufficit.

e Vxores mulięr gaudēt de morte virorum.

f Inconstantia quandoque permittitur.

g V. intellectum huius legis apud Forcatulū dialog. xv. Necyomant. num. 1.

suo patruo:& decessit hic Titius postea dictus suus nepos decessit intra prædictam ætatem liberis ex se relictis. certe per coniecturã pietatis deficit cõditio fideicommissi patruo relicti: & ideo illud non habebit quia inuenitur minus scriptum in verbis dicti fideicommissi quàm præsumamus dictum per testatorem. præsumimus autem eum dixisse & in mente gessisse vt ita demũ habeat patruus fideicommissum, si nepos decederet sine liberis. Viuianus.

a ¶*Decesserit.* ¶Not. tacitum[a] defectum cõditionis. *ad quod est. C.de institu. & substi. l.generaliter.§.fina.& de fideicommiss. l. cum acutissimi. & argu. supra de heredi.institu.l. quoties.*

[a] Tacite vt expresse conditio deficere potest.

institui sset, à nepote petiit, vt si intra annum trigesimum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret. nepos liberis relictis intra ætatem suprascriptam vita decessit. fideicommissi conditionem coniectura pietatis respondi defecisse[a]: quod minus scriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur.

CIII. PAVLVS *libro quartodecimo Quæstionum.*

SI ita legatum sit, *Titio post decem annos dato, si satis ab herede non exegerit:* & Titius intra decimum annum decesserit[b], ad heredem suum transmittat legatum[c]: quia moriente eo conditio extitit.[d]

Non nocet medio tempore quem ante existentiam conditionis perdere ciuitatem. Bartolus.

CIIII. IDEM *libro quartodecimo Responsorum.*

EVm qui post apertum[e] testamentum deportatus & restitutus est, fideicommissum petere posse cuius conditio[f] postea extitit, quàm ciuitatem Romanam recipiat.

Alienatio rei legatæ sub conditione, vel impositio seruitutis irritatur

SI ita legatum.] CASVS. Seius instituit sibi Gaium & Sempronium, & iussit eis vt darent Titio centũ post decem annos, si ipse Titius non exegerit ab eis satisdationem de dicto fideicommisso ei per eos præstando adueniente die, & postea decessit dictus testator, & postea Titius decessit intra dictum tempus. nunquid transmittit ad heredem suum dictum legatum? Et dicitur quòd sic, quia extitit conditio prædicta eo Titio moriente. eo enim moriente certum est quod amodo non petet satisdationem ab heredibus. Viuianus.

b ¶*Defecisse.* satisdatione non præstita. Accursius.

c ¶*Legatum.* Sed an statim poterit peti, cum.x.an.non trãsierint? R. dixit quod non, & pro *eo.s.eo.l.iiij.in fi.& j.de verb.oblig. l. in illa.* Sed Hug. quod statim. Nec obstat.d.l.in illa.quia[b] dies fuit ibi appositus ad solutionem faciendam, hic ad faciendum conditionale legatũ. Sed certe tunc debet dicere, si satis non exegerit hinc ad decem an. non autem post decem an. vnde prima placet.

[b] Dies ad solutionem vel ad faciendũ legatum conditionale apponatur multũ interest.

d ¶*Extitit.* cum enim fuit in non faciendo, morte impletur:& dic *vt.s. eo.l.Titio fundus.*

EVm qui.] CASVS. Titius reliquit in testamento suo fideicommissum de.c. Seio sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & decessit dictus Titius:& postea fuit apertum testamentum eius.& postea antequam nauis veniret ex Asia, dictus Seius fuit deportatus in insulam propter aliquod relictum: & postea similiter antequam nauis ex Asia veniret, fuit restitutus in ciuitatem Romanã. & postea venit nauis ex Asia. nunquid potest consequi fideicommissum? Et dicitur quòd sic, secus autem à contrario sensu literæ si nauis venisset eo in insula existente. Viuianus.

e ¶*Apertum.* multo magis si ante. sed sic dixit, quia secundũ has leges non cadebat dies nisi ab apertura tabularum: vel si ante decederet legatarius, fiebat caducum: *vt.C.de cadu.tol.§.j.* Hu.

f ¶*Conditio.* In[c] conditionali enim legato inspicitur solummodo tempus conditionis existentis, capax sit vel non legatarius: *vt.j. de leg.præstan. bono.possess.contra tabu.pe. l.interuenit.* in puro vel in relicto in diem certum inspicitur tempus conditi testamenti: *vt.j. de iure fisci l.ij.§.quæri autem.* in hæreditate autem inspiciuntur tria tempora: *vt.j.de heredi. institu.l.si alienum.& Insti.de hered. quali.& diffe.§.in extraneis.& facit ad.l.s.de lega.ij.l.non oportet & .s.de leg.iij.l.si deportati.*

[c] Capacitas in legatis quando inspiciatur.

SI fundum.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & legaui fundum Seio sub conditione, si nauis ex Asia venerit.& decessi. postea dictus Titius heres legauit in suo testamento dictum fundum Sempronio pendente adhuc dicta conditione:& decessit dictus meus heres. postea extitit dicta conditio quam apposueram. certe habebit dictum fundum dictus Seius cui ego legaui sub cõditione:& non Sempronius cui heres meus legauit. Item nec locum religiosum in eo fundo facere heres poterit: nec seruitutem imponere potest heres.s.cum effectu, vt perseueret ipsa seruitus: immo si imponat seruitutem, finietur seruitus existente conditione sub qua legaui. Viuianus.

g ¶*Recedet* i.ad eum nullo modo veniet: *vt.s.quib.mod. vsusfru. amitta.l.si sub conditione.*

conditione adueniente. Bartolus.

CV. POMPONIVS *libro quinto Epistularum.*

SI fundum à testatore sub conditione legatum heres alij pendente conditione legauit: post existentem conditionem quæ priori testamento præposita fuerat, neque proprietas à priore legatario recedit[g], nec locum religiosum in eo fundo heres facere, nec seruitutem imponere poterit[h]: sed & imposita seruitus finietur[i] existente conditione.

Cõditio negatiua quæ potest impleri viuo legatario, non impletur præstita cautione Muciana. Bartolus.

CVI. IVLIANVS *libro vicesimoquinto Digestorum.*

HOc genus legati, *Si Titio nõ nupserit*, perinde habẽdum est, ac si post mortem[k] Titij legatum fuisset: & ideo nec Mucianal[l] satisdatione interposita capere legatum potest. sed & alij nubendo[m], nihilo minus legatum consequitur.

Expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur. Item conditio tacita ex testamento proueniens impedit transmissionem. Bartolus.

h ¶*Poterit.* s. cum effectu, vt perseueret.

i ¶*Finietur.* interim[a] ergo tenuit impositio seruitutis.& alienatio: *vt. Co. communia de lega.l.fina.§.sin autem. & supra quemadmod. serui.amit.l.is cui.§.finali.* nisi in libertate: *vt supra qui & à quib. l.generaliter.§.j.* Sed hodie contra seruatur etiam in aliis prædictis: *vt in Authent.de resti. & ea quæ pa. §.j.collat.iiij. & facit infra tit.j.l.fundo.& supra de legat.j.l.si fundum. & infra de fideicommiss.a. liber.l.generaliter.§.finali.* Accursius.

[a] Seruitutẽ fundo à testatore sub conditione legato hæres imponere interim potest.

HOc genus.] CASVS. Legaui Semproniæ mulieri centum si Titio non nupserit. certe perinde habendum est ac si post mortem Titij ei Semproniæ legassem: quia tunc certum erit quòd ipsa Titio nõ nubet, & tunc demum poterit petere legata Sempronia. vnde si ipsa velit statim capere legatum, & cauere Muciana cautione de non nubendo Titio, non auditur: *vt & plene dixi supra eodem. l. cum talis in princip.* Sed si ipsa nubat alij, nihilominus Titio mortuo consequitur legatum ab herede meo. Viuianus.

k ¶*Ac si post mortem.* quo ad quid: quia sicuti tunc cum legatum est post mortem Titij, Titio demum mortuo potest peti legatum: sic & cum dicit, si Titio non nupserit. sed quantum ad aliquid est differentia: quia cum dicit, post mortem Titij, non transmittitur ad heredes nisi primo Titius & postea mulier moriatur, non autem econtra si primo decedat mulier.

l ¶*Nec Muciana.* quæ ideo hic non habet locum, quia viuente legatario hæc valeat conditio existere: *vt.s.eo.l.cum ita.§. Titius. & l.Titio fundus.R.*

m ¶*Nubendo.* Crederet quis quòd si alteri nuberet, licet nullo tempore Titio, quòd non debeat statim consequi legatum. quod remouet. nam consequitur legatum Titio mortuo, & sic conditione proculdubio impleta. Sed nonne in hac prohibitione videtur cogitatum de primis nuptiis: vt in permissione: vt lego tibi decem si nupseris Titio: *vt supra eodem. l. hæc conditio.* hoc est si hodie contrahit cum alio, videatur impleta conditio de non nubendo Titio? Resp. non, quia[b] prohibitio[c] indistinctè facta generaliter[d] est accipienda: *vt.s.quod met.cau.l.si mulier.§.j.* at[e] permissio ex defuncti tacita voluntate ad primum aptatur, *& facit.C.de indic. vi.toll.l.prima.*

[b] Prohibitio indistinctè facta generaliter accipienda.

[c] Negationem plus negare hinc colligunt quàm affirmet, affirmatio, v.Cepolam l.vlt.C.pro emptore.

[d] Generaliter accipiũtur, quæ indistinctè plaxa sunt.

[e] Permissionis & prohibitionis differentia.

ALiquando.] CASVS. Multoties euenit quòd legatum datum sub conditione intelligitur purum:& quod legatum datum pure intelligitur conditionale. De primo ponit duo exempla, & primum est tale: Institui mihi heredem Titium sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & sub eadem conditione legaui Seio. c. Secundum exemplum est tale: Institui mihi heredem Titium pure, & legaui Seio.c. sub conditione, si Titius adiuerit hereditatẽ meã. nam his duobus casibus intelligerentur tacite dictæ conditiones, etsi non essent appositæ in legato: vnde legatum non faciunt conditionale: *vt.s.e.l.conditiones extrinsecus.* dixi. De secundo autem ponit vnum exẽplum, & est tale: Legaui Seio.c. pure: & postea ei ademi dictum legatum si nauis ex Asia venerit vsque ad annũ certe illud legatum purum amodo erit cõditionale: quia cum legatũ purum adimitur sub cõditione, perinde est ac si sub contraria cõ-

ditione datum fuisset. non habebit ergo hoc casu Seius legatū nisi transiuerit annus, & intra dictum annum nauis non venerit. Viui.

a ¶ *Purum.* quo ad transmissionem. nam si legatarius[a] decedat ante conditionem, bene trāsmittit: *vt. j. quodo dies legator. eod. l. si dies. §. fin. & l. si Titio. §. j.* & dic rationem vt ibi. Accur.

a Legatarius decedens ante conditionem transmittit.

CVII. GAIVS *libro singulari de Casibus.*

ALiquando accidit, vt sub conditione datum legatū, purū[a] intellegatur: veluti quod sub eadem conditione relictum est, sub qua etiam heres alius institutus est. Item quod sub hac conditione relictum est, *Si hereditatem adieris*[b]. Ex diuerso quoque purum datum legatum, cōditionale videtur: veluti quod sub conditione ademptum est: quia sub contraria conditione datum intelligitur[c].

Dictio, eo amplius, non est solùm repetitiua legati, sed etiam conditionis præambulum. Bartolus.

CVIII. SCAVOLA *libro nonodecimo Digestorum.*

LIbertis omnibus legauit domum, & hæc verba adiecit: *Vt in ea habitent liberti, ne de nomine exeat: & vt ad vnum, qui nouissimus extiterit, perueniat: & eo*[d] *amplius eisdē libertis meis dari volo fundum Sosianum.* Quæsitum est, an cōditio adposita, ne de nomine exiret, ad sequens quoq; legatū pertineret. Respondit, pertinere.

Ad heredem ius implendæ conditionis non transit vt fideicommissum perficiat. Bartolus.

CIX. IDEM *libro vicesimo Digestorum.*

A Testatore rogatus, vt acceptis[e] centū nūmis restitueret hereditatem Titiæ coheredi suæ, adita hereditate decessit[f]: similiter & Titia[g] antequam daret centum. Quæsitum est, an heres Titiæ offerendo centum fideicōmisso[*] partē hereditatis consequi possit. Respondit, heredem conditioni parēre non posse. Claudius: magno ingenio de iure aperto[h] respondit, cum potest dubitari an in proposito conditio esset.[i]

CX. POMPONIVS *libro nono Epistularum.*

ETiam[*] inuitis heredibus ex peculio statuliber pecuniā Titio det, liber quidē fit: sed Titius qui inuitis heredib. sciēs accepit, pro possessore videtur eā pecuniā possidere: vt auocare eā hi qui inuiti fuerunt, possint.[k]

Conditio reddendarum rationum non impletur nisi de his quæ scripta sunt in codice rationum, fiat fides si vera negentur, & nisi restituantur reliqua si qua sunt. nec imputatur gestori paupertas debitorum superueniens, si tempore quo contraxit, fecit vt diligens paterfamilias. h. d.

CXI. IDEM *libro undecimo Epistularum.*

QVi sub conditione rationū reddēdarum liber esse iussus est, docere debet, constare fidē omnib. quæ ab eo gesta sunt: vt neque subtraxerit quid ex his quæ acceperit, neque expensum rationib. præscripserit, quod†[l], nō dederat. sed & quod reliquū[m] per cōtextū scriptū est remanere apud eū, soluere debet. Neq; enim aliter liber esse potest, quā si hoc modo conditioni sub quā

b ¶ *Adierit.* Sed quare secus si sic dicam, si volueris tibi lego. Nā etiam eo non dicto erit in voluntate tua, & tamen est conditionale: *vt. s. eod. l. si ita expressum?* Respond. hoc tacite inest hic, ibi non, immo adquiritur ignoranti, & antequam velit: *vt supra de legatis. ij. l. cum pater. §. surdo.* licet postea repudiare possit. & *facit supra de lega. ij. l. iij. & de here. instit. l. Trebatius. & supra eod. l. in conditionibus. j. respon. & §. j.*

c ¶ *Intelligitur.* vt b & *s. de legat. j. l. si post mortem. §. fi. & de adimen. lega. l. si legatum pure.* ¶ Et nota *ex hac l.* quòd pure relictum est conditionale, & econtra.

b Adempta sub conditione sub contraria conditione data intelliguntur.

L*ibertis.*] CASVS. Titius legauit omnibus libertis suis vnā domum, & dixit, Lego eis dictam domum vt in ea habitent, ne de nomine meo exeat eadem domus: & ad vnum ex libertis qui nouissimus extiterit, perueniat: & eo amplius volo dari eisdem meis libertis fundum Sosianum. & in hoc legato fundi non repetat conditionem siue modum adiectam vel adiectum legato domus prædicto: nunquid tacite intelligeretur repetita? Et dicitur quòd sic. Viuia.

d ¶ *Et eo amplius.* i. præter domū: *vt & s. de leg. iij. l. si pure.* & sic per[c] ista verba cum fiat repetitio prioris legati, intellige[d] eandem conditionem repetitā in sequenti legato. *sic. s. eo. l. ama. & l. legatum sub conditione.*

c His verbis, Eo amplius repetitio fit prioris legati.

d Repetito legato prior repetita eius conditio intelligitur.

A *Testatore.*] CASVS. Institui mihi heredes Titiā & Seium, & rogaui eundē Seium vt acceptis. c. nummis restitueret suam partem hereditatis dictæ Titiæ suæ coheredi: & postea decessi: & Titia & Seius adiuerunt hereditatē meam: & postea decessit idem Seius & etiam Titia antequam ipsa Titia daret dicta c. Seio. nunc quæritur, an heres Titiæ possit offerre heredi Seij. c. & consequi partem hereditatis meæ quæ venit in partem Seij? & dicitur quòd non. & est ratio secūdum Claudium, quia dubium est in hoc casu vtrum ego testator voluerim facere cōditionem per dicta verba, vt acceptis. c. nummis &c. an non voluerim facere conditionem, sed modum. vnde præsumitur me facere voluisse conditionem, & sic heres Titij eam nō poterit adimplere, quamuis sic apparet me voluisse denotare modum: vnde heres Titiæ bene admitteretur ad prædicta. Viuianus.

e ¶ *Acceptis.* à Titia coherede: *vt. j. patet.* Accur.

f ¶ *Decessit.* heres rogatus. Accur.

g ¶ *Et Titia.* s. decessit.

h ¶ *Aperto.* s. addendo rationem, cum posset dubitari &c.

i ¶ *Conditio esset.* quasi dicat Claudius, verba illa, vt acceptis cētū, in vim modi possūt intelligi. & sic parebit heres: & possunt intelligi in vim conditionis, & ita nō parebit heres In dubio autē. i. cum est incertū qualiter illa verba intellexerit testator, Claudius pro cōditione intelligit ea. R. Et secundū hoc hæc dictio vt, ponit pro si. ¶ Sed videtur contra. huic. *l. s. de contrah. empt. l. cum ab eo.* vbi in dubio non præsumitur[a] conditio. sed certe immo ibi cōsiderandum dicit quod actum est: non autem attēdit verba: licet solemus dicere quòd vt,[b] denotet modū: si, vero denotet cōditionē. ¶ Item videtur cōtra. *s. de iure do. l. si mulier. §. ex asse. in fin. §.* vbi dicit non posse alij restitui[c] hereditatē quàm cui iussum est. sic ergo non heredi fideicom. Item sicut heres[d] non transmittit non aditam. *vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo.* sic nec Titia ius quod habuit. sed hæc lex inuuit cōtra. si in vi modi ponātur verba. Sed certe posito q̄ non expedit vel non oportet, sequitur quod non oportet: *vt. C. de rescin. ven. l. ratas.* illud autem ecōtra constat. quòd mortuo rogato ante quàm restituatur, heres eius tenetur: *vt. j. ad Trebell. l. si eius. §. si quis rogatus.* ¶ Item no. ius[e] offerendi ad heredem nō transire. *sic. j. e. l. tales. §. j. & ar. j. de fideius. l. fideiussor. §. fi.* Sed arg. contra. *s. de in diē adds. l. si prædio. in prīc.* Accursius. ADDITIO. Dic secundum Bart. quòd ille qui implet conditionem, cōsequitur aliquid ex causa onerosa: vt ibi. secus si ex causa lucratiua: vt hic.

a Conditio an præsumatur.

b Vt, modum si, cōditionem denotat.

c Restitui hereditas alij non potest quàm cui iussum est.

d Hæreditatem non aditam heres non transmittit.

* Fideicōmissi partem.

* Al. in vulga. editio. erat tex. Si inuitis.

e Ius offerendi an & quando ad heredē transeat.

S*I inuitis.*] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & Sticho seruo meo libertatem si dederit Titio centum. & nihil de peculio Stichi dixi, & decessi. postea Stichus dedit Titio dicta centum ex peculio suo inuitis dictis heredibus sciente Titio. nunquid fit liber? Et dicitur quod sic, sed heres poterit repetere dicta centum à Titio per petitionem hereditatis, cum possideat eam pecuniam pro possessore. vel possidere videatur. Viuianus.

† Mallē legerē præscripserat quomodo scriptum fuisse in archetipo ait Augustin.

k ¶ *Possint.* Contra. *s. de statuli. l. si peculium. §. de illo.* vbi dat inuitis heredibus. Sed ibi erat ei prælegatum. vt in prin. illius legis. ¶ Item quo modo auocant heredes,[f] cum teneantur actione in factum[g]? Res non. hæc de rigore. de æquitate verò remouentur excep. in factum: *vt. s. de condit. cau. da. l. iij. §. fi. quæ est contra & facit. s. de statulib. l. iij. in princ.* Accursius.

f Sub. inuiti.

g L. j. in fi. s. de condict. ob causam.

Q*Vi sub cōditione.*] CASVS. Iussi Stichum seruum meū liberum esse si redderet rationes eorū quæ ex bonis meis administrauit & gessit, & decessi. nunc quæritur, quid vel quæ habeat facere eorum dictus seruus si vult libertatem consequi? Et dicitur quòd quatuor debet facere ad hoc vt impleat conditionem libertatis. Primū est, vt doceat se nō subtraxisse aliquid ex his quæ acceperit ex rationibus dominicis. Secūdum est, quòd doceat se nō scripsisse in rationibus expendisse illud quod nō expenderit. Tertium est, vt soluat heredi meo illud quod scriptum est in libro rationum remansisse apud eum. Quartū est, vt doceat debitores cū quibus ipse contraxit gerendo negotia mea, fuisse idoneos eo tēpore quo ipse credidit eis, & eius cōditionis fuisse dictos debitores in dicto tempore, vt diligens paterfamilias eis crediturus fuisset, Quintum autem non debet docere, scilicet dictos debitores fuisse idoneos tempore mortis meæ, qui eram eius dominus. Viu.

l ¶ *Præscripserit.* i. in præiudicium veritatis scripserit. *sic. Cod. de transact. l. cum ea.*

m ¶ *Reliquum.* facit. *s. eo. l. cum seruus. & infra de manumis. testa. l. si ita & l. qui filium.*

Tales,

TAles.] CASVS. Legaui Titio & Seio centum si monumentum post mortem meam mihi fecerint, in quo ego sepeliar. certè non ꝓ poterit vnus eorum habere partẽ pecuniæ, & facere partem monumenti: imò oportet vt totũ fiat monumẽtum: quia indiuidua conditio est. si autẽ esset diuidua, secus esset de æquitate. & de hoc ponit duo exẽpla. Vnum est tale: Legaui fundũ Titio si ipse pręstiterit centũ Symphoro & Ianuario seruis meis pone, & decessi. certè de stricto iure nõ aliter habebit fundum Titius nisi pręstet. c. dicto Symphoro & Ianuario in vita eorũ. sed de ęquitate si Symphorus decesserit antequã Titi⁹ esset in mora pręstandi dicta. c. cõsequetur idẽ Titius dimidiã partem fundi si det Ianuario viuenti dimidiã partem de dictis. c. Secundum exemplum est tale: Legaui Titio & Seio fundum si darẽt. c. in funus meũ, & in impensam perferẽdi corporis mei in aliã regionem in qua volebã sepeliri. certè de stricto iure nisi vterque dederit dictam pecuniam, neuter habebit aliquid de legato: quia prædicta cõditio non potest expleri nisi per vtrumque. Sed de æquitate si vnus eorum det partẽ dictæ pecuniæ, consequetur partẽ fũdi prædicti eis legati. [PRISCVS RESPONDIT.] Dedi libertatẽ Sticho seruo meo si rationes redderet eorũ quæ ex bonis meis administrauit & gessit: & decessi: nũc quæritur vbi ipse debeat reddere rationes, scilicet vtrum vbi ego decessi: aut ibi vbi ipse seruus relictus est, puta Bononiæ: aut ibi vbi ipse seruus velit? Et dicitur quòd si heres erat causa reipubli. absens, seruus debet ire ad eum, & ibi reddere rationes: secus si esset alibi non causa reipu. & ita ex loco ęstimandũ est vbi debeat reddere rationes. Item æstimandum est ex persona heredis: puta si heres est nobilis & magna persona, veniet ad eum seruus ad reddendum rationem etiam si non absit causa reipu. Vi.

data est libertas, satisfecerit. Cęterũ debitores cum quibus ipse cõtraxit, nõ vtique in die mortis domini sui fuisse idoneos præstare cogendus est: sed eo tẽpore quo his creditum est, eius conditionis fuisse, vt diligens paterfamilias his crediturus fuerit.

Cõditio indiuidua pluribus apposita non potest ab omnibus impleri. diuidua vero ex causa diuiditur tam ex parte implẽtiũ q̃ ex parte eorũ in quorum personis debet impleri. Bar.

CXII. IDEM *libro duodecimo Epistularum.*

TAles cõditiones, *Si monumẽtũ puta fecerint*, pluribus ꝓpositæ: nõ possunt nisi in omnibus[a] simul ꝑsonis existere. 1. ¶ Item, *si Symphoro & Ianuario cẽtum Titius præstiterit fũdũ ei lego*. Symphoro mortuo an legatũ perisset? Sed hoc quoq; sic puto interpretandum, vt si dum quisq; eorũ viuet, [b] præstitisset. Sed benigna interpretatione dicedum, si non post morã Titij Symphorus decessit, debere partẽ dimidiam Ianuario dãtem, [c] partem fundi dimidiã legatariũ esse consecuturũ.[d] 2. ¶ De illo quoq; quęritur: Fundus quibusdã legatus est si pecuniã certã in funus, impensamq; perferẽdi corporis in aliã regionẽ dedissent. nam nisi vterque dederit, neutri sit legatum quoniã cõditio nisi per vtrumq; expleri non potest.[e] Sed hęc humanius interpretari solemus, vt cũ duobus fundus legatus sit, si decẽ dedissent::[f] & alteri,[g] dãdo partẽ, legatũ [h] quoq; debeatur.

Statuliber debet rationem reddere vbi induci videbitur. Bartolus.

3. ¶ Priscus respõdit,[i] statuliberũ nõ vtiq; ibi vbi paterfamilias decessit, aut vbi ipse relictus sit, aut vbi velit, rationes † reddere debere: sed interim proficisci ad eum cui reddere debeat, vtiq; si is reipublicæ causa aberit. Verissimum est autẽ vt aliàs aliud ex persona locóq; sit æstimandũ.[k]

Non dicitur quis posse administrare res suas ante vicensimumquintum annum. Bartolus.

CXIII. PAVLVS *Imperialium Sententiarum in cognitionibus prolatorum ex libris sex libro secundo.*

CVm filius rogatus fuisset à patre, si antequam res suas administrare posset, [l] decessisset, [m] hereditatem Titio restituere, & egressus viginti annos decessisset: rescriptum est fideicommissum deberi.

a ¶ *Omnibus.*[a] sunt enim indiuiduæ. vnde si vnus facit totũ, sibi & alij ꝓdest, nisi testator nõ habuerit satis per vnũ pareri. vnus autẽ si partẽ faciat, nõ ꝓdest: *vt hic, & ꝟ. de manu. test. l. si ita fuerit seruus. & ꝟ. de her. insti. l. paterfamilias. & C. de condit. inser. l. pe.*

b ¶ *Viuet.* ad *quod est. s. eo. l. à testatore.*

c ¶ *Dantẽ.* & sic ꝓ dimidia cõditionẽ implentẽ. Sed contra. *s. e. l. qui duobus.* Sol. hic alter decesserat qui alterius coheres nõ fuerat: quod ibi fuit. *& facit. s. de an. le. l. Seio amico. & s. e. l. cui fundus.*

d ¶ *Consecuturum.* ergo defecit legatum pro parte propter defectum condit. *vt not. supra eo. l. an testamento.*

e ¶ *Non potest.* de verborum rigore. Accursius.

f ¶ *Dedissent.* in prædictam causam vel aliam.

g ¶ *Alteri.* construe alteri legatum debeatur dãdo &c. & hic debeat pro sua parte: *vt supra eo. l. cui fundus. & facit supra de reli. l. at si quis. §. funeris.*

h ¶ *Legatum.* pro sua parte.

i ¶ *Priscus respon.* licet non bene.

k ¶ *Æstimandum.* arbitrio [b] iudicis qui dicet statuliberũ venire ad patronum si est nobilis & magna persona patroni: Vel est à remotis, licet non absit causa reipublicæ, vt dixit Priscus: Vel an tutè possit ire ad eum: *arg. C. de condit. inser. l. fina.*

a V. intellectũ huius legis apud Manticam l. de coniect. vltimarum volunt. titul. xii. nu. 4.

b Arbitrio iudicis aliud ex persona & loco æstimatur.

CVm filius.] CASVS. Institui filium meũ mihi heredẽ, & rogaui eum vt si decederet antequã posset res suas administrare, restitueret Titio hereditatẽ meam: & decessi. & posteà dictus meus filius egressus fuit. xx. annos, non tamen peruenit ad. xxv. nunquid Titius dictũ fideicõmissum habebit? Et dicitur quòd sic. antequã enim sit. xxv. annorũ, non dicitur posse res suas administrare, quia in integrum restituatur si lædatur. Viuianus.

l ¶ *Posset.* i. [a] ætatis legitimæ foret. *ad quod est. s. de mino. l. j. in fi.*

m ¶ *Decessisset.* non tamẽ habebat. xxv. an. sed forte impetrauit veniã ętatis: qđ hic nõ ꝓdest: *vt. C. de his qui ve. æta. impe. l. si secundũ.* Azo.

a Administrare res suas posse, cum demum quis intelligitur, cum iustæ ætatis est, seu cum ad legitimã ætatẽ peruenerit.

AD LEGEM Falcidiam.

Superioribus libris & titulis dixit de legatis quæ defalcatur ꝑ legem Falcid. adeò de ea dicit.

Donationibus modũ imposuit lex Cincia. Dotib⁹ lex Papia, Manumissionib. lex Caninia, Legatis & mortis causa donationibus lex Furia primum, deinde lex Voconia & ad extremũ lex Falcid. legatis præscripsit modũ dodrãtis, q ciuilis modus dicitur à Cornelio Tacito. Sed cõstitutione Seueri lex Falcidia porrigitur etiã ad donationes causa mortis, & sc. Pegasiano ad fideicommissa testamento relicta, & Cõstitutione D. Pij ad fideicõmissa relicta ab intestato. Opus fuit speciali lege, quia lex Falcidia est contra volũtatẽ testatoris (minuit enim legata quæ testator integra præstari voluit) ideoq; interpretatione prudẽtũ nõ potuit porrigi ad alia, nec hodie porrigetur ad mortis causa capiones sine lege. Est autem hac lex valde à Iustiniano recisa. nã omisso inuentario cessat, & à testatore ꝓhiberi potest, & dodrãs mutatus est in bessẽ vel semissẽ institutis liberis & similibus q. de inofficioso agere possunt, nõ etiam extraneis. placet enim magis Occidentaliũ opinio, ne modus à Iustiniano dictus porrigatur ad extraneos, quia Nouella Iustiniani minuũtur legata plus quã lege Falcidia, cõtra volũtatẽ testatoris, & ideo melius est nõ diffundi eã Nouellã in omnes. eadémq; ratione nõ esse recipiẽdã opinor opinionẽ eorũ qui filio rogato hereditatẽ restituere semissẽ attribuunt. quo enim magis auges portionẽ heredis, eo magis recedis à voluntate. At ꝓhiberi videtur etiã Falcidia. in. l. penul §. pen. De leg. 3. his verbis, *Huic quoq; omnia integra. quia. sc. ne ex vno vel altero legato deduceretur caueri poterat olim.* l. 64. 88. §. 1. *& in totũ ꝓhibitam nonnunquam princeps detrahi non sinebat.* l. si legatus. §. vlt. *Ad Treb. de Continuatione quid dicam frustra? titulus est de modo legatorum. ipsa igitur se satis ostendit. Cuiacius.*

† Rationis redditio an officio iudicis vel quo iure petatur, vide in. l. 1. §. officio. & ibi Nicola. de Neapo. ff. de tut. & rat. distrah. & ibidẽ facit Bar. longã distinctionem.

AD LEGEM FALCIDIAM, TITVLVS II.

Legata relinqui possunt vsque ad tres partes ex quatuor partibus bonorum: & quatenus vltra heres grauatus esset, resecaret ex prouisione legis Falcidiæ: quia quarta apud heredem remanere debet. h. d. vsque ad. §. lex Falcidia. Alex.

I. PAVLVS *lib. singulari ad legẽ Falcidiã.*

LEx Falcidia.] CASVS. Falcidius[b] cõsul fecit legẽ Falcidiam interrogãdo populũ si ei placebat: & populo respõdente q̃ placebat. quæ quidẽ lex habuit duo capita: in primo capite cuius ipsa lex dedit liberam legandi facultatem cuilibet ciui Romano. cuius primi capitis verba fuerũt talia: is qui eorũ, i. de numero eorũ qui ciues Romani sunt, post hanc legẽ rogatã testamentum facere volet, vt eam pecuniam eásq; res quibusq; dare legare volet, ius potestásq. esto. Secundum autem caput dictæ legis restrinxit dictam potestatem, s. vt vltra dodrantẽ, i. nouem vncias non possit aliquis legare. cuius secundi capitis verba hæc fuerunt: Quicũq. ciuis Romanus post hanc legẽ rogatã testamentũ faciet, is quantamcunq. cuiq. ciui Romano pecuniã iure publico dare legare volet, ius potestásq. esto ei, dũ ita detur legatũ, ne minùs quàm partẽ quartam hereditatis eo testamẽto heredes capiãt. eis quibus ita datũ lega-

b Dion lib. 48. c. 4. ait hanc legem latam fuisse à Falcidio Tribuno pleb. anno vrb. Ro. 71[illegible].

úmve erit, licet capere eam pecuniam sine fraude sua. i. si non sit in fraudē legatarij : ilq; heres qui eā dare pecuniā iussus dānatusve erit, eā pecuniam debeto dare quam dare damnatus est. Viuia

a ¶ *Lex falcidia.* à[a] Falcidio cōsule:[b] qui eā rogauit à populo : *vt. j. subiicit, rogatam: vt Inst. de iure natur. §. lex.* non autē à prætore: quia ipse per se sine populo fecisset: *vt Insti. de iure natu. §. prætorum.* Itē cum liceret per ius ciuile totā substantiam legare nō potuisset prætor ipso iure resecare : qd facit Falcidia *vt. C. eo. l. penult.* Nam vnum ius ciuile ab alio tolli potest : *vt Insti. de legi. agna. tute. §. si. non*[c] autē à prætore potest tolli ciuile ipso iure: quod patet in cōtra tab. *j. de bon. poss. contra tab. l. filiū. §. sed quemadmodum.* Alij[d] dicunt eandem dici à falce : quia resecat vt falx.

LEx Falcidia [a] lata[*] est, quæ primo capite liberā legandi facultatē[b] dedit vsque ad dodrātem,[c] his verbis: *Quicunque ciues Romani sunt, qui eorum[d] post hāc legem rogatā testamētum facere volet, vt eam pecuniam, eásq; res, quibusq; dare legare[e] volet, ius potestásque[f] esto: vt † hac lege[g] sequenti licebit.* Secundo[h] capite modū legatorū constituit, his verbis: *Quicūque ciuis Romanus post hanc legē rogatam[i] testamentū faciet,[k] is quantā cuiq; ciui Romano pecuniā iure publico[l] dare legare volet, ius potestásque[m] esto: dū ita detur legatū, ne minus quàm partem quartā[n] hereditatis eo testamēto heredes capiant. Eis quib. quid ita datū legatúmve erit, eam pecuniā sine fraude[o*] sua capere liceto: isq; heres qui eam pecuniā dare iussus damnatus erit, eam pecuniā debeto[p] dare, quam damnatus est.*

b ¶ *Facultatē dedit.* i. datā confirmauit: *vt. j. de verbo. signific. l. lege obuenire.* ab initio enim per. l. xij. tab. data fuit hęc facultas *vt Insti. e. in prin. & in Authē. de nup. §. disponat.*

c ¶ *Ad dodrantē.* hoc ex secūdo[e] capite: *vt. j. §. ij.* nam verba primi sunt generalia quæ incipiunt, q ciues &c. nā modo loquitur Paul.

d ¶ *Qui eorum.* i. is qui eorum. i. de eorum nomine qui sunt ciues Romani, post hanc &c. similis est lectura *supra de adop. l. nec ei. §. eorum.* Sed certè imò non omnis: quia non intestabilis: *vt supra de testa. l. si quæramus. & l. is cui. & l. cum lege.* Accursius.

e ¶ *Dare legare.* dare & legare pro eodē ponuntur. Vel dare per donationē causa mortis, legare per legata & fideicōmissa. sed certè imò non omnib. quia excipiunt nō capaces, quos habes *Instit. de lega. §. legari.* Item nec omni modo: *vt Instit. de heredi. instit. §. impossibilis.* ADDITIO. Dic q legislator habuit hic respectum ad qualitatem, non ad quantitatem vel modum. Dy. & Alexand.

f ¶ *Ius potestásq;.* i. ius & potestas pro eodē. *& facit. j. de ver. sign. l. verba.* Vel ius, vt personalis actio locum habeat. & potestas, vt transeat dominium, & detur rei vindicatio. tales enim actiones competunt pro relictis: *vt Institu. de leg. §. nostra autem.*

g ¶ *Hac lege.* i. huius legis capite sequenti. nam hoc primū generale erat, sed restringitur per sequens: & sic ponitur vt,[f] pro sicut.

h ¶ *Secundo.* Hæc sunt verba Pauli vsque illuc, quicumque &c. vbi incipiunt verba secundi capitis.

i ¶ *Rogatam.* i. interrogatam à populo: *vt. s. dixi.*

k ¶ *Faciet.* qui modo sit testabilis: *vt. s. dixi.*

l ¶ *Iure publico.* i. iure communi. i. quod spectat ad publicam vtilitatem. vel, i. quod spectat ad solennitatem testatorum : *vt. C. de testamen. l. testandi. & supra de test. l. iij.*

m ¶ *Ius potestásque.* hæc verba expone *vt. s. dixi.*

n ¶ *Quartam.* hęc dicitur quarta[g] iure institutionis:[h] & ideo iure hereditario habere debet: *vt. j. eod. l. quod autem.* est alia Trebellianica, quæ ex vniuersitate detrahitur : *vt. j. ad Trebell.* Item est debita iure naturæ; quæ hodie augetur: *vt in Authent. de trien. & semiss. §. j. collat. iij.* Accursius.

o ¶ *Fraude.* nam[i] si fraus legatarij interuenerit, non debetur legatum: *vt. j. ad Trebell. l. Paulus respondit si certa. & C. de lega. l. non est dubium. & s. de iis quibus vt indignis. l. rescriptum.*

p ¶ *Debeto.* imperatiui modi, & tertiæ personæ.

Lex Falcidia.] CASVS. Titius in ciuitate sua existēs fecit testamentū in quo legauit vltra dodrantē hereditatis suæ, ita q heredi non remaneret quarta si solueret integra legata : & postea fuit captus ab hostib. & ita testamētum suū per captiuitatē fuit ruptū: & postea decessit apud hostes. nūquid in dicto suo testamento habet locū lex falcidia. ita. s. q heres possit detrahere quartā legatariis? Et videtur q non procedat hæc quæstio, cū per captiuitatē ruptū fuerit testamentum, vt dictum est. sed certè dicitur q habet locū propter legē Corneliā : quia dicta lex Cornelia perinde cōfirmat testamēta ab hostib. captorū & ibi mortuorū, ac si in ciuitate eorū decessissent. fingit enim mortuos apud hostes, & mortuos fuisse prima hora captiuitatis: propter quā fictionē lex Falcidia prędicta

a Falcidia vnde dicta.
b Falsum. fuit enim lata à Tribuno plebis: *vt.* Dionem *lib. 48. & c. distinct. c. quædam.*
* Quo tempore lata sit lex Falcidia, & à quo, pulchre Alciat. *lib. Para. 6. c. 4.* Et quo differat à lege voconia, Alexā. ab Alex. *lib. 6. Gen. dier. c. 15.*
c Ius ciuile per prætoriū tolli non potest.
† Hato hæc verba perperā contra fidē librorum putat delenda.
d Idem videtur sentire Harmenopulus *libr. 5. tit. 9. in prin.* & in eodem errore versatur Accursius *Nouell. 1. c. 1.*
* Id est impune sine pœna quadrupli legis furiæ. *Vlpian. tit. 1. Institu. & Theoph. de ad. lega. Inst. Duar. 2. disput. c. 10.*
e Et etiā ex primo quo ad mētē: sed non quo ad verba, secundum Dyn. Alexan. & Vincen.
f Vt pro sicut.
g Quarta alia iure institutionis debetur : alia Trebellianica, alia debita iure naturæ.
h Quæ propriè vocatur Falcidia. Pau. & Alex.
i Hæc verba perperam interpretatur Accursius. sine fraude capere hîc nihil aliud, quàm sine pœna. id enim veteribus fraus. & ita sumitur *in. l. 13. §. de adulteriis. l. 1. §. de accusat. l. 23. §. 2. §. de adilitio.* aliàs differt à pœna. *l. aliud. 131. ff. de verbor. signif.*

& omnes aliæ leges testamentarię pertinent ad testamēta illorum qui capti & mortui sunt apud hostes: quæ tamē leges locū habere possunt, sicut sunt multæ supra de testa. & in multis aliis locis in corpore iuris quæ tractant circa testamenta. Quædam enim sunt quæ locum habere non possunt in testamentis captorum & mortuorum apud hostes, sicut sunt illæ quæ dicit irritari testamentū maxima vel media capitis deminutione : *vt Inst. qui. mo. testa. infirmentur. §. nō tamen.* Vi.

Ad testamenta confirmata per fictionem legis Corneliæ pertinet lex Falcidia. Bar. & Alexan.

1. ¶ Lex Falcidia etiam ad eos[q] qui apud hostes moriuntur, ppter legē Corneliam pertinere videtur: quòd ea lex[r] perinde eorum testamenta[s] confirmat, atque si in ciuitate decessissent:[t] propter quam fictionem[u] lex Falcidia, & omnes[x] testamentariæ[y] pertinent, quæ tamen possint locum habere.[z]

Lex Falcidia locum habet in legatis quæ de iure prætorio tantùm debentur: & in iis quorum dies cedit ab adita hereditate : & in iis quæ ex post facto an debeantur apparet. Bartolus.

2. ¶ Ad eos qui omissa causa testamēti possident hereditatē, nō pertinet lex Falcidia: sed per edictum prætoris[a] inducitur potestas legis.[b] 3. ¶ Idémq; est si iu-

q ¶ *Ad eos.* id est ad eorum testamenta.

r ¶ *Ea lex.* s. Cornelia.

s ¶ *Testamenta.* ante captiuitatem, non in captiuitate facta *supra de testa. l. eius. & l. lex Cornelia. in princip. & supra de vulg. sub. l. lex Cornelia.*

t ¶ *Decessissent.* fingūtur enim ante captiuitatem decessisse. *vt dictis legibus.*

u ¶ *Fictionem.* legis Corneliæ.

x ¶ *Et omnes.* s. leges.

y ¶ *Testamentariæ.* i. quæ loquuntur de viribus testamenti inspecta persona testantis & instituti, & ipsa solennitate quam testator adhibuit.

z ¶ *Locum habere.* hoc ideo, quia quædā sunt quę non possunt habere locum, vt illa quæ dicit seruum non posse habere heredem[a]: *vt. C. communia de success. l. seruus.* Item illa quæ dicit irritari testamentum per capitis deminutionem maximam & mediam, & etiam per minimam : *vt Institu. quib. mo. testa. infir. §. alio. & supra de iniusto testa. l. si quis exheredato filio. §. irritum.* Item illa quæ dicit hereditatem morientis apud hostes esse nullam: *vt infra de verb. signi. l. iij. §. si.* quę omnes sunt contra. Sed illa sunt vera inspecta veritate: hic fictione, vt valeant. & ideo dictæ leges non habent hîc locum. *& facit infra eodem. l. filius. §. nec huic.*

a Nisi in casibus enumeratis, *in. l. seruus. §. allig.*

Ad eos qui.] CASVS. Institui mihi heredē Titium, & multa legata ab eo reliqui quibusdam: & decessi. postea Titius in fraudem legatariorū omisit adire hereditatem meā ex testamēto, & adiuit ab intestato, vt legatarios legatis fraudaret. certè per edictū prætoris *quod est. s. si quis omissa causa testamenti. l. j. in prin.* perinde tenetur legatariis, ac si adiuisset ex testamento: & per idē edictum inducitur in dictis legatis potestas legis Falcidię ad detrahendam de his quartā si ego testator legaui vltra dodrantē. nō autē habet locū directò ipsa lex Falcidia: quia ipsa habet locū adita ex testamento hereditate. Sed & si institui dictū Titium sub cōditione si iurauerit se facturum domum, vel aliquid aliud, & ab eo vltra dodrantē legata reliqui: habet locum potestas legis Falcidię in dictis legatis: in quo quidem casu remittitur heredi per prætorem conditio iurisiurandi: & sic est heres etiā si non adimpleat conditionē iurisiurandi, dum tamen faciat illud quod debebat iurare: *vt. s. de condi. insti. qua sub cōditione.* ¶ Sed & si legaui centum seruo meo cum libertate, hęc lex Falcidia locum habebit. & est ratio, quia legatum prædictū differtur in id tempus quo liber futurus est, & in id tēpus aditæ hereditatis per heredē meum: *vt & j. quando dies leg. ced. l. cum legato.* nā si non differretur legatum in dictum tempus, non valeret legatum : cum ipse legatarius seruus existens acquireret heredi, sicque ab herede sibimetipsi legatum foret: quod esse non potest: *vt. s. de leg. j. l. legatum est. §. j.* & ideo nec Falcidia locum haberet. Item & si ei qui apud hostes est, datum sit aliquid nomine legati, hæc lex Falcidia locū habebit si postea legatarius ab hostibus reuertatur. aliàs non valeret legatum. Item si ei qui nondum natus est, datum sit aliquid nomine legati: hæc lex Falcidia locum habebit: vnde ei valet legatum. Viuianus.

a ¶ *Prætoris.* quòd enim prætor dicit legata solui, licet ab intestato succedatur, idem & Falci. inducit: *vt. s. si quis omissa causa testa. l. duo. & l. quia autem, circa princ. & C. si quis omissa causa testa. l. si. & infra eo. l. filius. §. & heres. & infra vt leg. no. ca. l. ei quoque.* Item si prorsus nullum fuit testamentum, sed codicillus, quia locum habet Falcidia: *vt. C. quando dies legati ced. l. fina.*

b ¶ *Legis.* vt habeat locum: *vt supra si quis omissa causa testamenti. l. duo. §. fina. & l. quia autem. §. j.*

a ¶*Remissa sit*. à prætore: *vt supra de condit. insti. l. quæ sub conditione. in princi.* iure enim ciuili neque hereditas neque legatū sub conditione relictum valent, nisi impleta conditione: *vt supra tit. j. l. qui hered. § si.* Cum ergo prætor remissa conditione iurisiurandi confirmat legatum, idem inducit [a] & Falc. vt hic. Accursius.

[a] Approbatur per Vincen.

b ¶*Futurus est*. scilicet aditę hereditatis: *vt. C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.* & est bona hęc ratio. Si enim statim cederet hic dies legati à morte testatoris inutile esset, quasi seruo sine libertate datum: *vt C. de lega. l. seruus.*

c ¶*Hostes est*. cui relictum valet etiam si redeat postquam cessit dies relicti: *vt. s. de heredi. insti. l. illa. §. j. & C. de capti. l. captum. & l. ius. postliminij.* licet quidam exigant eum reuersum tempore quo cedit dies.

d ¶*Natus est*. qui pro nato habetur: *vt supra de statu homi. l. qui in vtero.* & dic etiam si est postumus alienus iure nouo: licet olim secus: *vt Institut. de legat. §. libertos. et §. postumus.*

† Quidā emendant, non, pro vel, aduersus Flo. editionē, & scripturam vulgatam, & omnium libr. manuscriptorum.

[*] Deo relicta sunt dicuntur ecclesię in qua testator domicilium habuit. Nouell. 131. §. si quis in nomine.

risiurandi conditio remissa sit.[a]

4. ¶Sed & si seruo suo testator data libertate legauerit, quia differtur in id tempus quo liber futurus est:[b] item [si] ei qui apud hostes est,[c] aut ei qui nondum natus est,[d] datum sit aliquid: hęc lex locum habebit.

De legatis relictis deo vel municipio, detrahitur Falcidia. Alexan.

5. ¶Ad municipiū[e] quoq; legata, † vel etiā ea quæ deo[f] relinquuntur, [*] lex Falcidia pertinet.

Ad omnia legata quæ debent de substantia testatoris proficisci pertinet lex Falcid. Bartolus.

6. ¶Nō solùm autē ad res proprias[g] testatoris legatas, sed & ad alienas lex pertinet. 7. ¶Et omne[h] quod ex bonis defuncti erogatur refertur ad hanc legē: siue in corpore cōstet certo[i] incertóve, siue pondere, numero, mensura valeat: aut etiam si ius[k] legatum sit, vt vsusfructus, aut quod in nominibus[l] est.

Si legatum soluatur antequam aliud transfundatur, lex Falcidia locū habet: secus si postea. Item quod mortis causa datur ad euitandam alterius legati præstationem, ad legem Falcidiam non pertinet. Bartolus.

8. ¶Item si ita legatum sit, *Heres meus Seio penum*[m] *dato: si non*† *dederit, decem dato*: quidā putāt[n] omnimodo in legato decem esse, penū autem mortis causa capi,[o] nec in Falcidiam imputare id heredem posse. Ego autē didici, si incontinenti heres penū soluerit, videri hoc legatum esse, & in legem Falcidiam imputari posse.[p] Et quod dixi, incontinēti, ita accipiendum, cum aliquo spatio.[q] Quòd si iam mora facta soluerit heres penum, tunc nec legatum eum accepisse, nec in Falcidiam[r] imputari posse. iam enim transfusum[s] legatum esse, & decem deberi. Idémque[t]

Ad municipiū.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui etiam vltra dodrantem, inter quæ legaui municipibus Bixani cētum. & ecclesiæ sancti Petri alia centū, & ita deo. nunquid de his duobus legatis detrahetur Falcidia per heredem? Et dicitur quòd sic. hoc tamen quod dixi in legato ecclesiæ siue dei, corrigitur per authen. de ecclesiasticis titu. §. si autem hæres quæ ad pias &c. Viui.

e ¶*Ad municipum*. quibus potest legari: *vt supra de leg. j. l. si heres. §. vicis. & l. ciuitatibus. & infra ad Trebel. l. omnibus. & supra tit. j. l. municipibus.* Accursius.

f ¶*Deo*. celesti. idem in terreno: *vt. C. eo. l. iij.* Sed in cœlesti contra *in Authen de eccle. titu. § si autem heres soluendo. col. ix.* Solu. hic deo, ibi ad pias[b] causas: vt pontes[c] & itinera: *vt. C. de sacrosan. eccle. l. ad instructionem.* sed hoc non valet, per. *l. C. de episco. & cleri. l. si quis ad declinandam. § pen.* quæ est similiter huic cōtra. nisi dicas illam legem, si quis, corrigi per dictam authen. Vel secundo[d] refert deo: *vt hic*: an ecclesiæ vel pię rei: vt in contrariis. 2. Vel verius hoc corrigitur per authen. sed in quarta debiti[e] iure naturæ est secus: *vt. C. de inoffi. testa l. quoniam in prioribus.* Accursius.

Non solum.] CASVS. Siue testator leget rem suam, siue alienam, habet locū lex Falcidia. & omne quod ex bonis defuncti erogatur in aliquos per legata, refertur ad hanc legem Falcidiam, sc. vt heres inde possit detrahere quartam si erogata exhauriant dodrantē: siue illud quod erogatum est per legatum, constet in corpore certo, siue incerto, puta in genere: siue constet in pondere numero vel mensura: siue sit ius legatum, vt vsusfructus: siue aliquid quod est in nominibus, puta lego Titio quod mihi debet. Viuianus.

g ¶*Proprias*. facit *infra eo. l. alienis.*

h ¶*Et omne*. præter libertatem quæ per Falcidiam non minuitur: *vt supra de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quoniam.*

i ¶*Certo*. vt in specie. incerto, vt in genere: *vt argu. infra de verb. oblig. l. in executione. § pro parte.* 2. Vel pone[f] de incerto. *supra de lega. j. qui duos. & l. si quis à filio. §. pen. & supra de reb. dub. l. si fuerit.* Accursius.

k ¶*Ius*. non quodlibet. & sic restringitur per sequentia. nam cæteræ seruitutes, vtpote indiuiduæ, non defalcantur.[g] *vt infra. § si vsusfructus.*

l ¶*In nominibus*. vt lego tibi quę mihi debes, vel qđ Titi⁹ debet.

Item si ita.] CASVS. Titius ita legauit Seio: heres meus Seio penum dato: & si non dederit, decem eidem dato. & multa alia legata reliquit quibusdā, ita quòd excessit dodrantem hereditatis suæ: & sic habet locum lex Falcidia: nunc quęritur, vtrum heres detrahat Falcidiam de penu, an de decē? Et certè de illo ex his duobus detraher Falcidiam, quod iudicatur esse legatum quātum ad exactionem. Quidam autem dixerunt omnino decem esse in legato: penū autem capi causa mortis; & sic non esse legatum. Paulus autem distinguit: vtrum incontinenti heres penum soluit Seio: & tunc esse videtur legata penus, & de ea detrahetur Falcidia. an mora iam facta: & tunc non videtur legatarius accepisse legatum, nec potest de ea penu detrahi Falcidia. iam enim, id est post morā per heredem factam in soluenda penu, transfusum videtur legatū penoris in. x. & x. debētur legatario, & non potest detrahi de penu Falcidia. & quod dixi post moram heredis, habet locum & si ab initio ita legatum esset Seio: heres meus si penum non dederit Seio, decem eidem dato: quia hic penus non est legata: & si datur penus legatario, capitur causa mortis. & non iure legati: quia deficit conditio legati, scilicet de decem, data scilicet penu legatario, fuerunt enim decem legata sub conditione, si penum heres non daret. dico autem heredem fuisse in mora in hoc vltimo casu, cùm potuit dare penum, & non dedit: interueniente tamen interpellatione: *vt infra quando dies lega. ced. l. si penum.* Scias etiam extra casum quòd legata penu continentur ea quæ sunt parata ad esum & ad potum. quod dic: *vt supra de penu legata. l. ij.* Viuianus.

† Vide Alciat. lib. para. c. 11.

m ¶*Penum*. quod[a] sit penus, dicitur *supra de penu. lega. l. ij.*

[a] Penus quid.

n ¶*Putant*. & malè. Accursius.

o ¶*Capi*. Ergo[b] non est legatum: *vt infra de dona. causa mor. l. mortis causa capitur.*

[b] Mortis causa capio differt à legato.

p *Imputari posse*. id est in computatione quę fit secundum legem Falcidiam, scilicet vt de hoc penore sicut de alia re legata quartā detrahat heres. Item vt (quasi non habeat heres aliquid de hereditate, licet penum habeat quam præstaturus sit) ab omnibus legatariis Falcid. detrahat secūdum Azo. ¶Item quod dicit hæc lex penum legatam, est *contra supra de penu lega. l. j.* vbi est in pręstatione tantum. Solu. ibi incipiet à conditione: at hic distinguitur, licet ibi litera contradicat secundū Hug. 2. Vel dic, non esse opposita nō posse[c] peti, vt ibi: & deberi, vt hîc: & statim dices. Acc.

q ¶*Spatio*.[d] quod[e] magis intellectu percipitur quàm sensu &c. *vt infra rem rat. ha. l. quo enim. & de solu. l. ratum. & l. quod dicimus. & facit infra de verbo. oblig. l. continuus. in princ. & supra de testa. l. heredes. § finali. & infra de adult. quod ait. & de coll. bo. l. si quis filium. §. j.* Imò vsque ad litem contestatam super decem: *vt infra quando dies lega. ce. l. cum sine.* Vel interpellatur super penu: *vt infra eo. titu. l. si penum.* ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur de purgatione moræ: hic de tempore quod habet heres ad soluendum post interpellationem ne in mora cōstituatur. Pau. Imo. & Vin.

[c] vide ad hunc locum Bartolū in. l. 1. ff. de pen.

[d] Facit Gl. super verbo, mox. in c. quia propter. extra de elect.

[e] vide hunc locū Menochiū, 2. de arbitrariis iudic. Centur. i. casu. 10. vbi definit hoc spatiū arbitrio iudicis definiri.

r ¶*Nec in Falcidiam*. id est non detrahetur de eo Falcidia. vt potè non legato: sed Falcidiam minuet[f] à cæteris detrahendam. Sed quæritur an detrahatur Falcidia de mortis causa capione? Quidā quòd non, vt hîc: sed hoc est[g] propter moram heredis, quæ ei nocet: vt argu. *infra eo. l. iij. & l. alienum. & l. cum pater.* Item pro eis *infra eo. l. acceptis.* Sed certè ibi heres non dat, sed accipit: vel alius dat. tu dic detrahi. *vt. C. eo. l. penul.*

[f] Nihil est. Pau. Alex. & Vincē.

[g] Imò ideo quia soluitur ad euitandam pręstationem alterius legati. Bartol. & Alex.

s ¶*Transfusum*. Ab initio ergo duo sunt legata: scilicet penus & x: sed dicitur vnum propter vnam exactionem: & ex postfacto apparet quod eorum est in legato per effectum. Item dicas quòd penus non est in petitione: *vt supra de penu lega. l. j.* est tamen in obligatione ciuili & naturali donec in mora non est heres. sed ideo non petitur, quia testator qui pœnam apposuit, scilicet decē, si penum non dederit, penum peti noluit, sed sola decem. & probantur hæc *infra quando dies legat. ced. l. cum sine. & l. si penum.* Alij[h] dicunt sola. x. esse in obligatione, siue incepit à conditione, siue à legato, argu. *infra de actio. & oblig. l. obligationum ferè. § si.* Et quòd dicit hic transfusum legatum, id est legati præstationem, non obligationem, quæ nulla est secundum eos: sed omnino contra. l. si penum. Accursius.

[h] Et male Bart. Pau. & Alexan.

t ¶*Idémque*. si tamen mora iam sit facta,[i] & sic est idem vt penus non sit in legato. sed quoad Falcidiam secus: quia. s. non detrahit

[i] Hęc expositio violat tex. & displicet Bartol. Pau. Alexan. & Vincen.

[b] Falcidia an detrahatur ex legatis ad pias causas, v. quæ notaui in Gl. Nouella. 131. ca. 3. in verbo Falcidia.

[c] Piæ causę species est quod legatur ad pontes, vias, & similia, vt hîc. adde Tiraquel. tract. pię causę in pię fa. facit Gl. l. 10. ff. de legat. 2.

[d] Duplicet Bartol. Alexand. & Vin.

[e] Pia causa minuere non potest, quarta iure naturę debitam. v. Gloss. & quæ ibidem notaui in Authen. similiter. C. ad l. Falcid. & Gloss. si quis ad declinandam. C. de episcopis.

[f] Istud exēplū non valet: quia ibi legatum est inutile ratione incertitudinis, secundum Vin.

[g] Sed benè casum ęstimatio. Alexan. & Vin.

heres propter moram suam, hic detrahit: *vt. C. e. l. si quis quadringenta.* Sed alij dicunt idem etiam quo ad Falcidiam vt non detrahatur, vt ibi not.

Si vsusfructus.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & inter alia legata quæ reliqui, reliqui vsumfructu fundi Seiani Sempronio, & inter omnia tot reliqui legata, quod certum erat post mortem meam locum esse legi Falcidiæ. nunc quæritur, vtrum heres debeat detrahere Falcidiam de ipso vsufructu qui dicitur diuiduus, quàmuis aliæ seruitutes sint indiuiduæ, an verò de æstimatione vsusfructus? Et veteres dicebant æstimandum totum vsumfructum, & ita constituendum quantum sit in legato, & sic secundum eos detrahendam Falcidiam de æstimatione vsusfructus, & non de ipso vsufructu sed ipsi male dixerunt: vnde cum eis non concordauit Aristo dicens posse quartam partem ex eo vsufructu retineri per heredem: sicut retinetur ex corporibus legatis. hoc etiam approbauit Iulianus. Sed in tribus casibus habet locum supradicta sententia veterum, & non dictum Aristonis & Iuliani. Vnus est, cum operæ serui sunt legatæ alicui. nam debet fieri earum æstimatio, & quarta æstimationis debet retineri per heredem. & est ratio in hoc casu quia operis legatis non videtur legatus vsusfructus, imò quod in facto consistit: & in iis quæ in facto consistunt, pars æstimationis decedere debet, nec potest intellegi pars diuidua in eis. Secundus casus est, in quo debemus recurrere ad sententiam veterum, cum dubiũ est an habeat locum lex Falcidia propter cætera legata quę sunt relicta, & propter vsumfructum qui est relictus. Tertius casus, cum sit dubium vtrum habeat locum lex Falcidia propter vsumfructum qui tantum relictus est, & nulla alia relicta sunt legata. In istis enim etiam duobus casibus fit æstimatio vsusfructus, vt appatet si legatum est vltra dodrantem. Falcidia tamen non retinebitur etiam in his duobus casibus de æstimatione, sed de ipso legato vsusfructus, vt dictum est. & hoc dicit vsque ad. §. si quis creditori. Viuianus.

† Citatione vnius ex iudicibus delegatis citatus debet venire, vt arg. Glo. in c. prudentiam. super verb. teneatur. versicul. econtra videtur. extra. de offic. deleg.

erit & si ab initio ita legatum datum sit, *Si penum non dederit, decem dato:* quia hic penus non est legata: & penus si datur, mortis causa capitur, quia deficit legati conditio.

Si aliquod diuiduum sit legatum, de ipso detrahitur Falcidia, non de æstimatione ipsius: sed æstimatur vt sciatur an Falcidia locum habeat. Bartolus.

9. ¶ Si vsusfructus † legatus sit, qui & diuidi potest, non sicut cæteræ seruitutes indiuiduæ [a] sunt: veteres quidem æstimandum totum vsumfructum putabant, & ita constituendum quãtum sit in legato. [b] Sed Aristo à veterum opinione recessit. Ait enim posse quartam partem ex eo, sicut ex corporibus, retineri. [c] Idq; [d] Iulianus rectè probat. Sed operis serui legatis, cum neque [e] vsus neque vsusfructus in eo legato esse videtur, necessaria est veterum sententia [f], vt sciamus quantum est in legato: [g] quia necessariò ex omnibus quæ sint facti [h], pars decedere debet [i]: nec pars operæ intelligi potest. Imò & in vsufructu si quęratur quantum [k] hic capiat cui vsusfructus datus est, quantum ad cæterorum legatorum æstimationem, aut etiam huius ipsius [l], ne dodrantem excedat legatum: necessariò ad veterum sententiam reuertendum est.

Si legatur à debitore creditori, in casibus in quibus legatum valet, detrahetur Falcidia solum de commodo repræsentationis. Alexand.

1. ¶ Si quis creditori suo quod debet legauerit: aut inutile legatum erit, si nullum commodum in eo versabitur: [m] aut si propter repræsentationis puta commodum vtile erit, lex quoque Falcidia in commodo locum habebit. [n]

a ¶ *Indiuidua.* [a] vt. j. *de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur.* Sed certe & de vsufructu videtur ibi dicit quod sit indiuiduus: quia dicit cæterarum seruitutum, sed vsusfructus est seruitus: sed sub. ibi. præter vsumfructum.

b ¶ *Quantũ sit in legato.* vt sic de æstimatione Falcidia detrahat.

c ¶ *Retineri.* ita scilicet vt in quarta parte fundi in quo fuit in solidum legatus vsusfructus, nihil fructuarius sed heres percipiat: *vt hic, & s. de vsufru. l. v.* Accursius.

d ¶ *Idque.* i. vt quarta pars possit retineri ex vsufructu.

e ¶ *Neque vsus.* quo ad vsum est hic mala ratio: quia vsus [b] indiuiduus est: *vt. s. de vsu & habi. l. vsus pars, quæ est contra.* Sed dic quòd vsusfructus causa differentiæ, sed vsus gratia dissimilitudinis ponitur, Similis lectio. s. *famil. ercisc. l. ij. § si quarta.* Item contra. s. *de ope. seruo. l. penul.* vbi vsus intelligitur datus. Solu. quo ad quædam similia sunt, non [c] vt sint idem. Idem [d] in habitatione idẽ quod in vsu vt sit indiuidua. & sic solus [e] vsusfructus excipitur inter reales & personales seruitutes.

f ¶ *Veterum sententia.* i. vt æstimetur opera legata quantum valere possit.

g ¶ *In legato.* nam fiet æstimatio, & ex ea detrahetur quarta: *vt. j. eo. l. lege Falcidia.* Accursius.

h ¶ *Sunt facti.* i. quæ consistunt in faciendo, & sic [f] indiuidua sunt. quod dic *vt. j. de verb. oblig. l. stipulationes. §. idem.*

i ¶ *Decedere debet.* æstimationis. Sed videtur [g] operam posse diuidi: *vt infra de ope. lib. l. si quando contra,* Sol. dic ibi partem peti, idhest partis æstimationem argu. *supra si seruit. vindi. l. loci. § si fundum.* & eodem modo respõdeo ad aliud contra *infra de verbor. obliga. l. in stipulationibus. §. operarum.* nisi de voluntate partium præstetur pro parte: vt in fine dictæ legis, in stipulationibus. Accursius.

a Seruitutũ aliæ diuiduæ, aliæ indiuiduæ, vt hic. adde Cepolam. tract. de seruit. vrban. c. 19.
b Indiuiduus est vsus.
c Simile nullum est idem.
d Indiuidua est seruitus habitationis.
e Diuiduus est vsusfructus & is quidem solus inter seruitutes reales & personales.
f Indiuidua sunt quæ in facto consistunt.
g Operæ ipsa non diuidũtur, seu indiuiduæ sunt, licet pars æstimationis earum peti possit: licet etiam voluntate partium pro parte præstentur.
h Pars peti videtur, cuius æstimatio petitur.
i Voluntate diuidi potest qđ aliàs indiuiduũ est.

k ¶ *Si quæratur quantum.* hic est sensus, quòd in duobus casibus recurritur ad veterum opinionem etiam in vsufructu. Primus, si dubium est quando habeat locum lex Falcidia propter cætera legata quę sunt relicta: & propter vsumfructum qui est relictus. Secũdus, cũ est dubium an habeat locum lex Falcidia propter vsumfructum qui tantum relictus est, & nulla alia legata. in his enim duobus casibus æstimatur vsusfructus, vt appareat si legatum est vltra dodrantem: sed tamen Falcidia non retinebitur etiam his casibus de æstimatione, sed de ipso legato vsufruct. ¶ Sed quantum æstimabitur? Respond. quandoque [a] multum, quandoque parum. nam si turris [b] est legatus vsusfructus: multũ proprietas, parum vsusfructus: Item si vsusfructus equi vel etiam serui, senis relinquitur puero: proprietas parum, vsusfructus plus æstimatur. & econtra si vsusfructus serui, pueri, seni relinquatur: multum proprietas, quia cito speratur redire, & diu vtilis futura. & sic ex qualitate rerum & personarum varia fit æstimatio [c]. *facit ad hoc infra eodem. l. hereditatum.* Item secundum Rog. quòd in his casibus vbi multo plus valet proprietas quàm vsusfructus, non detraheret heres Falcidiam: quia in proprietate nuda quartam & plus quàm quartam habet. Nec ob. *infra eodem. l. quærebatur. § si verò centum tantum.* quia ibi ideò ex eo quòd in præsenti reficitur, quarta seruatur, nec ipsa actio in quartam imputatur: quia ex eo quod aliquando exigendum foret, legatarius dodrantem perciperet: quia testator omnia in legatarios distribuerat. cæterum si non distribuisset, heredi tantum in quartam imputaretur quanti nominum persecutio vendi posset: *vt infra eodem. l. si in quantitate. § magna.* hic autem cum in præsenti [d] nuda proprietas tantum vel plus æstimetur quàm vsusfructus, nulla merito de hoc legato vsusfructus quarta detrahitur: imò si fortè multa alia reliquit testator in quibus nihil apud heredem resedit, tanto minus nomine quartæ de cæteris legatis detrahit heres, quanto plus quarta in nuda proprietate habet. & hoc est quod dicit, quantum &c. sic ergo fit æstimatio vt sciamus quantum fit minus quarta detrahendum de cæteris relictis: non vt quartam æstimationis vsusfructus habeat heres: quia in legatis quarta in nuda proprietate à defuncto sibi est seruata. Accursius.

l ¶ *Ipsius.* qui tantum est relictus. Accursius.

Si quis creditori.] CASVS. Cum deberem Titio decem, legaui ei illud quod ei debebam. nunquid in hoc legato habebit locum lex Falcidia? Et distinguitur: aut valuit legatum, aut non. primo casu habet locum Falcidia, secundo non. valet autem dictum legatum si ego testator debebam eidem Titio dicta decem sub cõditione vel in diem: quo casu valet ideo, quia ipse Titius creditor habet commodum ex legato propter repræsentationem: quia potest statim petere ab herede meo: & de dicto commodo repręsentationis extraheret heres meus quartam. Non valet autem dictum legatum si ex legato non habet creditor aliquod commodum, puta quia erat purum debitum, & tunc sine dubio non habet locum Falcidia. Viuianus.

m ¶ *Versabitur.* vt *infra eodem. l. verbis. & supra de leg. j. l. si creditor. in princip. & l. seq.*

n ¶ *Habebit.* vt [e] s. *de do. prælег. l. ij. §. idem quæritur.* sed vltra cõmodum non: *vt. j. eodem. l. cum dotem.* & ratione dicti commodi potest grauari. *vt supra de legatis iij. l. si deportati. §. fin.* nisi in casu: *vt argu. contra in eodem titulo* [f] *l. iij. §. si rem. & facit Institu. de legatis. §. ex contrario. & supra de legatis. ij. l. debitor. in principio.*

Si legatarius.] CASVS. Inter alia legata quæ reliqui vltra dodrantem hereditatis meæ, reliqui Titio fundum, & decessi. postea Titius

a Vsusfructus quandoq; multum quandoq; parum æstimatur & qua proportione æstimetur collatus cum proprietate.
b Turris vsusfructus parũ æstimatur: proprietas multũ.
c Æstimatio vsusfructus vt & rerũ varia est. Debet tamen fieri de tota re, non per partes. l. Manius. §. fin. & ibi Bar. ff. famil. ercisc. Gl. in l. 1. C. commun. diuid.
d Et sic innuit quòd iste §. concordat cum illa l. quærebatur. secundum Vin.
e Falcidia detrahitur ex cõmodo repręsentationis
f Scilicet de legat. 3.

Titius nactus fuit possessionem dicti fundi voluntate heredis mei credentis plura esse in hereditate quàm essent: & ita non potest heres meus auocare fundum ab eo per aliquod interdictum. postea reperit heres quòd habebat locum Falcidia in legatis. qualiter consulet sibi aduersus dictum Titium? Et dicitur quòd datur ei condictio indebiti cōtra Titium: vt quod supra dodrantem dicti fundi legati est, offeratur eidem heredi per eundem legatarium, id est offeratur quarta legati, de quolibet enim legato debet heres habere quartam, ex quo locus est legi Falcidiæ. Viuianus.

Heres errans repetit à legatio si habet vltra quàm habere deberet secundum legem Falcidiam. Alexan.

11. ¶Si legatarius possessionem nanctus est, & non potest auocari ei res,[a] quia volutate heredis errantis[b] nactus est possessionē: dabitur actio[c] heredi, vt id quod supra drodrantem est, auferatur.[d]

Quando aliqua legata debētur ex substitutione, vel in conditionis euētum, legata prima præstantur cautione recepta. Bartolus.

12. ¶Interdum omnimodo necessarium est solidum solui legatario interposita stipulatione,[e] *Quanto amplius quàm per legē Falcidiam ceperit, reddi.* veluti si quæ à pupillo legata[f] sint, non excedāt modum legis Falcidiæ. Veremur autem ne impubere eo mortuo, alia legata inueniantur, quæ contributione facta excedant dodrātem. Idem dicitur & si principali testamento quædā sub conditione[g] legata sunt, quæ an debeātur, incertum est. Et ideo si heres sine iudice soluere paratus[h] sit, prospiciet sibi per hanc stipulationem.

Bona quæ ad coheredem perueniūt ex substitutione vulgari, contribuuntur cum herede ex institutione. idem in legatis, nisi nominatim relicta sint. Bartolus.

13. ¶Id quod ex substitutione[i] coheredis ad coheredem peruenit, proficit legatariis[k]. is[l] enim heres similis est ex parte purè, ex parte sub conditione heredi instituto[m]. sed ea quę ab eo[n] legata sunt, si omiserit hereditatem, non augebuntur: scilicet si ab eo nominatim[o] data sunt, nō, *Quisquis*[p] *mihi heres erit.*

Si portio grauata accedit non grauatæ per ius accrescendi, non est locus contributioni Bart. & Alexan.

14. ¶Si coheredis mei portio exhausta sit, mea integra, & illam vindicauero:[q] Cassius confundendas esse partes existimat, Proculus cōtra:[r] in qua specie &

a Res pro possessione.

a ¶*Res.* id[a] est rei possessi, puta per interdictum quorum legatorum: quod est verum, cum cōsensit heres legatario post aditā hereditatem. secus si ante: *vt infra quorum leg. l.j. §. quod ait prætor.* Accursius.

b Hæc Glo. est valde nota. secundum Bart. & eā sequitur Vincen.

b ¶*Errantis.* quia putabat plura esse in hereditate quàm erāt: sed in legato soluendo bene consentiebat: & nihil prohibet aliquem in vno errare, & in alio consentire[b]: ¶Et sic nō ob. *contra supra de iurisdi. om. iudi. l. si per errorem. & C. de iur. & facigno. l. cum testamēto.*

c Quando hæres tradidit rē tāquam suam. secus si tanquā ipsius legatarij. tūc enim competit rei vindicatio. Bartol. & Alexan.

c ¶*Actio.* id est condictio indebiti[c]: *vt supra de cond. inde, l.ij. & pars. & C. eo. l. error, & l. qui exceptionem. §. si pars. & C. eo. l. error. & infra ad Trebel. l. heres cum.*

d ¶*Auferatur.* subaudi legatario. L.B.

Interdum.] CASVS. Institui mihi heredem filium meum impuberem: & ab eo legata reliqui, non tamen vltra dodrantem, & ita propter ea legata non habebat locum lex Falcidia: & ita postea dixi, si filius meus hereditatem meam adiuerit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Titium, & ab eodem substituto multa legata reliqui. quo casu si impubes decedat in pupillari ætate, tenetur substitutus pręstare legata à se relicta, & relicta ab impubere: & contributione facta vtrorúmque lgato rum si habet locum lex Falcidia, detrahitur Falcidia. & aliàs non: *vt infra eodem. l. in ratione. §. quod vulgo. & infra eodem. l. in duplicibus. & l. sequēti.* Pone ergo quòd antequam habeat locum substitutio, tutor dicti impuberis inquietatur ab vno de legatariis petente ab eo integrū legatum, & volente cauere quòd redderet tantum quantum appareurit non accepisse plus quàm licuerit ei per legem Falcidiam. apparuerit dico eo tempore quo habebat locum substitutio. ante enim apparere non potest. nunquid impubes siue tutor eius tenetur ei dare integrum legatum, & accipere ab eo dictam cautionē? Et dicitur quòd sic. & idem est si alio modo veremur ne Falcidia ex postfacto habeat locum, puta quia institui mihi heredem dictum filium meum impuberem, & quædam sub conditione legaui quibusdam, & quibusdam aliis quædam pure, quæ sub conditione legata sunt, an debeantur, incertum est ideo, quia pendet eorum conditio: & ideo si heres sine iudice soluere paratus sit pure relicta, prospiciet sibi per dictam stipulationem siue cautionē, quanto amplius, &c. Viuianus.

e ¶*Interposita stipulatione.* his verbis, quanto, &c.

f ¶*Legata.* à substituto impuberis relicta in pupillari testamēto clauso legis consilio: *vt Institu. de pupil. substi. §. sin autem quis.*

g ¶*Sub conditione.* subaudi, pure quædam.

h ¶*Paratus.* sub. pure relicta, & *facit infra titu. j. l. j. in prin. & infra eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & l. in quantitate. §. sed & legatum.* Accursius.

Id quod ex substitutione.] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, & ambos adinuicem substitui vulgariter, & Titium nō vltra dodrātem suæ partis legatis grauaui. à Seio autem, tot legata reliqui, quod locum habebat lex Falcidia in sua parte hereditatis postea Titius qui nō erat grauatus, suā partē repudiauit, & sic ex substitutione vulgari habuit eam Seius. Certè pars prædicta Titij nō nimis grauata prodest legatariis quibus legatū est à Seio. is enim heres. s. Seius prædictus nimis grauatus similis est heredi pure pro parte instituto, & sub conditione pro alia parte instituto substitudi & coheredem habenti, & in ea parte in qua erat institutus purè, erant tot legata relicta quod habebat in eā locum lex Falcidia. in ea autem in qua erat institutus sub conditione, non erat nimis magnū legatorum grauamen. Itē & dicas extra casum quod sunt similes in hoc: quia sicut superiori casu proficit legatariis portio superueniens ex substitu. vulgari, vt ibi dictum est, sic & in isto casu proficit legatariis portio superueniens, propter conditionem existentē. Et bene dixi in hoc vltimo casu quod institutus purè & sub conditione habebat coheredem: quia aliàs non esset similis primo: vtpore cùm statim adita hereditate ex parte purè data haberetur pro purè in solidum instituto; *vt. ff. de acquiren. here. l. cum heres institutus. §. j. & l. sequenti.* Habuisti ergo supra quid iuris sit quando pars non grauata accedit grauatæ, quo casu dictum est augeri legata. sed si pars grauata accedit non grauatæ, non augentur legata. in quo ponitur taliter exemplum siue casus. s. econuerso quàm supra dixerim: Institui mihi Titium & Seium, & ambos ad inuicem vulgariter substitui, & Titium vltra dodrātem suæ partis legatis oneraui: partem autem Seij non grauaui vltra dodrantem. postea Titius qui erat grauatus, suam partem repudiauit: & sic ex substitutione vulgari habuit eam Seius non grauatus. nunquid legata à Titio relicta augentur ideo quia apud Seiū succedentem & non grauatum sunt omnia bona? Et dicitur quòd nō: & hoc est verum si legata à Titio grauato relicta sunt ab eo nominatim per testatorem relicta. s. vt ipse tantum Titius ea præstaret. non autem ita data sunt, quisquis mihi heres erit det talia & talia legata: quia si ita dixisset testator, viderentur esse repetita à Seio substituto, & sic propter partē Seij succedentis nō grauatam augerentur: *vt & supra de lega. j. l. licet. & de lega. ij. cum pater. §. ab instituto.* ¶Sed quid si portio dicti Titij grauata siue exhausta deueniat ad Seium non grauatum iure accrescendi, & nō iure substitutionis: quia ad inuicem non fuerunt substituti? nunquid pars Seij nō grauata proderit legatariis Titij grauati? Et Cassius existimauit confundendas esse dictas partes Titij & Seij, scilicet vt pars Seij iure accrescendi succedentis profit legatariis Titij quantum ad Falcidię rationem: & ita etiam iudicauit imperator Antoninus in simili quæstione, & malè. vnde Proculus dicit contrarium: & dicit & bene quòd pars Seij non grauata non prodest legatariis Titij grauati hoc dicit vsque ad. §. si coheredem meum. Viuianus.

i ¶*Idem quod ex substitutione.* scilicet vulgari.

k ¶*Legatariis.* quibus est relictum ab eo cui accrescit.

l ¶*Is.* s. heres, vt subiicit.

m ¶*Instituto.* habenti coheredem[a] aliàs statim in solidum esset heres: *vt supra de acquir. here. l. cum heres. §. qui ex parte. & l. sequen.* & sic non esset similis superiori. 2. Vel dic quòd est similis quo ad hoc de quo agitur, *& ad hoc infra eodem. l. in ratione. in fi.* Accursius.

a Hoc non cōgruit literæ secundū scriben.

n ¶*Ab eo.* cui facta fuit substitutio vulgaris: *vt infra eo. l. quòd si alteruter.* idem in pupillari: *vt. ff. eo. l. in ratione. §. quæsitum.*

o ¶*Nominatim.* vt ipse tantum præstet, vt dictum est à testatore. nam si nō expressit tātum, vel æquipollens[b], videntur esse repetita à substituto: *vt supra de leg. j. l. licet. & supra de leg. ij. l. cum pater. §. ab instituto.*

b Æquipollentibus fieri satis fit.

p ¶*Non quisquis.* i. non sic data sunt, quisquis &c. idem si simpliciter: *vt dixi. & infra eodem. l. qui fundum. §. qui filium. & §. fina.*

q ¶*Vindicauero.* iure substitutionis: *vt supra proxi. §.* 2 Vel dic de iure accrescendi, vt differat à præcedenti. §.

r ¶*Proculus contra.* & bene secundum Ioan. & Alex. *vt hic, & infra eo. l. quòd si alteruter.* Accursius.

Iulianus Proculo adsensit. quam sententiam probabiliorem esse puto. Sed & diuus Antoninus iudicasse[a] dicitur[b] * commiscēdas esse vtrasque partes in computatione legis Falcidiæ.

Si portio accedit portioni postquam legata cœperunt ab vtroque coherede deberi, non est locus contributioni. Bartolus. & Alexander.

15. ¶ Si coheredem meum post aditam[c] hereditatem adrogauero, non dubitabitur quin separandæ sint portiones, perinde atque si coheredi meo heres extitissem.[d] 16. ¶ Si in annos singulos legatum sit Titio: quia multa legata, & conditionalia[e] sunt, cautioni[f] locus est quæ in edicto[g] proponitur, *Quanto amplius accipit, reddi.*

Si in hereditate est aliquod debitum naturaliter tantum, non computatur in hereditate statim quando tractatur de imponenda ratione legis Falcidiæ: sed attenditur futurus euentus. Alexander.

17. ¶Id quod natura[h] hereditati debetur, & peti quidem non potest solutum[i] verò non repetitur:, non esse computandum[k] in hereditate quidam putāt. Sed Iulianus[l] & hæc ex euentu[m] augere patrimonium aut nō augere existimat, & hereditario iure id quoq; capi, ideóq; & in restitutionem hereditatis venturum.[n] 18. ¶Si debitor creditori heres existat: quamuis confusione liberetur,[o] tamen locupletiorem hereditatem percipere videtur, vt cōputetur[p] ei quod debet, quamuis aditione confusum sit.

Impensa facta in funus ab herede detrahitur vt æs alienum: & pecunia legata ad monumentum defalcatur, nisi monumentum sit necessarium. hoc dicit cum. l. sequenti. Alexander.

19. ¶De impēsa monumēti nomine facta quęritur, an deduci[q] debeat. Et Sabinus ita deducendam putat, si necessarium fuerit

a ¶*Iudicasse.* & ita assentit Cassio. sed non seruatur: quia fortè nō fuit definitiua. aliàs seruaretur: nisi quia Iustinianus dixit contra. nam lex ista & ea quæ est infra quod si alterutro, videtur Iustiniani: *vt. C. de vete. iure enuclean. l. j. §. omnia.* merito enim, & cętera. vel iudicauit speciali beneficio aliquibus concedendo. ¶ Et ad intelligentiam prædictorum distingue. quando[a] pars non grauata accedit grauatæ, augentur legata: quando vero grauata non grauatæ secus est: *vt infra eod. l. quòd si alterutro.* & hoc in coheredibus: at in substituto & instituto videtur idem dicendum, hoc saluo, vel quòd institutus adiicit, & tunc substitutus puta pupillaris præstat legata ab instituto eo iure & modo quo & ipse institutus præstaret. aut non adiicit: & tunc distinctio pręcedēns seruanda est. & probantur hæc per istos. §. §. *infra eo. l. in ratione. §. quod vulgo. &. §. sequenti. & l. qui fundū. §. qui filium. & §. si. & supra de vulgari substitutione. l. coheredi. §. coheres impuberi.*

a Legata augentur quādo pars grauata accedit grauatæ: secus si grauata non grauatæ accedat.

* Non commiscendas emendant, quidam contra fidem scripturæ in vno autem manusc. reperi paulo superius scriptum. Sed Diuus Anto. Ant. Cont.

b ¶*Dicitur.* sed male. est enim Iuliani & Proculi, sicut & Iustiniani seruāda sentētia: *vt. C. de vete. iur. enu. l. j.* 2. Vel dic ꝙ nō cognitionaliter iudicauit. aliàs lex esset: *vt. C. de legi. & consti. l. si.*

Si coheredem.] CASVS. Titius instituit me & Seiū heredes, & meam partem exhausit legatis, & partem Seij non grauauit, & decessit. postea ego & Seius adiuimus hereditatē, & postea ego arrogaui dictum Seium meum coheredē. certè in ratione ligis Falcidiæ perinde separatur mea portio à sua, atque si heres ei extitisset post aditam ab eo hereditatem. est enim arrogatio quædā species successionis in vniuersum. tali autē modo debet separari mea portio grauata à sua non grauata: quia non debet prodesse legatariis quibus à me legatum est per testatorem, portio non grauata coheredis mei prędicti quam habeo per arrogationem per me de eo factam. & hoc ideo, quia iā erat hereditas adita ab eo vt dictū est: quia si non esset adita, tunc bene prodesset legatariis meis: *vt. s. ea. l. §. id quod in prin.* Viuianus.

c ¶*Post aditam.* quid si antè. Respon. idem[b]: *vt supra prox. §. nam vt. s. iure adscrescendi:* ita hic[c] iure potestatis quæritur hereditas: *vt supra de acquiren. hereditate. l. qui in aliena. §. sed & si quis heres.* Azo.

d ¶ *Extitissem.* est enim quædam species successionis arrogatio. *Institu. per quas perso. nob. adquir. §. si.* hodie contra: *vt Inst. de ac. qui. per ar.*

b Glo. bene dicit quo ad arrogationem, Aug. Imo. & Alexā. sed nō quo ad rationem text. Viu.

c Gl. innuit hic esse distinguendum sicut in §. præcedenti. Displicet tamē Bartol. Alexand. & Vincen.

Si in annos.] CASVS. Seius legauit Titio centum in annos singulos, quo casu dicitur legatū primi anni esse purum: *vt. s. de ann. leg. l. si in annos singulos. & l. cum in annos. & ll. sequentibus.* Item tot alia legata reliquit quibusdam, quòd certū erat habere locum Falcidiam. nūc quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto legato annuo? Et dicitur quòd heres debet soluere Titio legatario legata incontinenti pro tot annis quātum verisimile est quòd viuat idem legatarius. de qua verisimilitudine habes: *j. e. l. hereditatem.* & de his Falcidia debet detrahi, & ipse debet cauere heredi, quòd si antè decesserit quàm æstimatum sit eum posse viuere, restituet heredi illud quod apparuerit eum plus accepisse nomine legatorum quàm debuerit. Viuianus.

e ¶*Conditionalia.* nam primi anni purum: sequentium conditionalia sunt, scilicet si viuat legatarius: *vt & . s. de ann. leg. l. iiij.* at stipulatio est vna. *vt & . j. de dona. cau. mor. l. senatus. §. si.*

f ¶*Cautioni.* & poterit æstimari: *vt dicitur. j. eo. l. hereditatum.* sed alter: *vt. j. eo. l. Titio. & ibi dices.* H.

g ¶*Edicto. vt. j. tit. j. l. j. in princ.* Accursius.

Id quod natura.] CASVS. Titius erat mihi naturaliter tantum obligatus, & ita ab eo petere nō poterā. si autē ipse solueret mihi per iuris ignorantiam, non posset à me repetere. feci testamētum & institui mihi heredem Seium, & multa legata ab eo quibusdam reliqui. nunquid in ratione legis Falcidiæ computabitur in hereditate dictum debitum naturale, vt sic maiora soluantur legata? Et dixerunt quidam quòd non: sed Iulianus dixit, & bene, quod benè computatur in hereditate. auget enim patrimonium dictū debitum si solutum postea fuerit: & non auget si nō fuerit solutum. & ita ex euentu auget vel nō auget, sicut & debitum cōditionale: quod quidem computatur in patrimonio eo modo quo planè dicam *infra eo. l. in quātitate. §. magna.* Scias etiam quòd si dictus debitor soluat heredi meo dictū naturale debitum, heres capit iure hereditario. vnde si rogaui heredē meum quòd restitueret hereditatem meam Sēpronio, illud etiam debitum naturale sibi solutum debet Sempronio restituere. Viu.

h ¶*Id quod natura.* vt[a] pacto nudo: *vt supra de pactis. l. j. & . l. iuris gentium. §. sed cum nulla.*

a Natura deberi pro pacto nudo deberi.

i ¶*Solutum.* errore[b] iuris. secus si facti. ꝙ dic: *vt Cod. de iuris & facti igno. l. cum quis.* Accursius.

b Solutum errore iuris, non facti, non repetitur.

k ¶*Computandum.* s. totum. sed tātum quantum vendi potest, aut cautionibus explicatur, & euentus expectatur: *vt hîc, & infra eodem. l. in quantitate. §. magna. & infra eod. l. quærebatur.*

l ¶*Sed Iulianus.* non corrigendo, sed addendo.

m ¶*Ex euentu.* si[c] fuerit quandocumque solutū etiam post mortem. & de hoc cauebit, vt dixi. ¶Sed contra *infra eo. l. in quantitate. in princ.. & Insti. eo. §. quantitas,* vbi tempus mortis inspicitur. Solu. hic videtur fuisse in bonis tempore mortis si fuerit postea solutum & hoc ex vi naturalis obligationis: ibi verò in fructibus & partu & similibus nulla erit omnino obligatio.

c Naturale debitum non cōputatur in hæreditate, nisi cū fuerit solutū.

n ¶*Venturū. vt & . j. ad Trebel. l. quānis. in prin. & l. si heredi eius.*

Si debitor.] CASVS. Institui mihi heredem Titium qui debebat mihi. c. & multa legata ab eo quibusdam reliqui, & decessi. nunquid videtur percipere locupletiorem hereditatem propter dicta c. quæ mihi debebat, vt sic in ratione legis Falcidiæ maiora soluat legata? Et dicitur quòd sic, quamuis per aditionem hereditatis confusum sit dictum debitum, & quamuis per dictam confusionem ipse heres sit liberatus à dicto debito. Viuianus.

o ¶*Liberetur.* idem est econuerso: *vt. s. de euict. l. si ei. §. si is. & . C. de pactis. l. debitoris.* Sed quidam hoc secundo casu dicunt solutione liberari non confusione, quasi ante alia sibi soluat creditor: *vt infra de fideius. l. si debitori creditor. & de solu. l. Stichū. §. aditio.*

p ¶*Computetur.* capit[d] enim iure heredis, id[e] est quia heres est liberatus: vnde computat: *vt infra eod. l. quod autem.* etiam si non est soluendo: *vt infra eod. l. quærebatur.* Item & quod debet naturaliter tantum: *vt. d. §. aditio. & supra de peti. here. l. si quid. possessor. §. j.* Nam talis debiti datio magis est solutio quàm donatio: *vt infra de dona. l. hoc iure. §. penul.* H.

d Quod hæres debet defuncto computatur in hæreditate: & sic in Falcidiā.

e Hæreditario iure capere hæres videtur id, in quo liberatus est.

De impensa.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & multa ab eo legata reliqui, & decessi: & heres fecit mihi fieri monumētum de pecunia hereditaria. nunquid in ratione legis Falcidiæ detrahet heres dictam pecuniam tanquam æs alienum, vt sic minora soluat legata? Et dicitur quòd sic, si necessarium fuit extruere monumentum. ¶Sed quid si ego testator iussi vt heres meus expēderet in monumento & in funere meo. c. nunquid si tota. c. expendat heres, deducet ea in ratione legis Falcidiæ? Et dicit quòd non amplius deducet quàm quod funeris causa consumptum est: nisi species monumenti esset modica, quia tunc etiam expensam monumēti deduceret. non enim ita necessaria est ædificatio monumenti sicut est necessarium & necessaria funus & sepultura. & ideo si alicui legata est pecunia vt inde faciat monumentum, bene detrahetur eius Falcidia. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

q ¶*Deduci.* scilicet vt æs alienum. Accursius.

Et no,

monumētum extruere. Marcellus consultus an funeris monumentiq; impensa, quantā testator fieri iussit, in ære alieno deduci debeat: respōdit, nō amplius eo nomine,[a] quàm quod funeris causa consumptū[b] est, deducendum. Nā eius quod in extructionem monumenti erogatum est, diuersam esse causam. Nec enim ita monumēti ædificationē necessariam esse, vt sit funus, ac sepultura. idcirco eum cui pecunia ad faciendum monumētum legata sit, Falc. passurum.[c]

II. MARCELLVS *libro vicensimosecundo Digestorum.*

NEc amplius cōcedendum erit, quàm quod sufficiat ad speciem[d] modicam monumenti.†

Quod heres adquirit ex sua diligētia, vel alterius stultitia, non computatur in hereditate. Alexand.

III. PAVLVS *libro singulari ad legem Falcidiam.*

SI heres institutus eam hereditatem quæ soluendo non est, vendiderit: vix[e] quidem poterit persuaderi non fuisse eam hereditatem soluendo, quę emptorem inuenerit: vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex stultitia[f] emptoris habere videtur heres institutus, quàm ex bonis defuncti. Nam & è contrario si malè vendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum. Ita ergo commodum[g] debet esse heredis, si bene res administrauerit. 1. ¶Sed & si is qui soluendo non est, legauerit, & heres cum creditoribus deciderit[h] ne solidum solueret, & ob eam decisionem factum sit vt aliquid retineret: nihil tamen legatariis debiturum, quia eam pecuniam nō ex hereditate, sed ex decisione[i] habet.

Paria sunt relinquere decem annua reipublicæ, vel relinquere solum triginta semel tantùm quoad imponendam rationem legis Falcidiæ. Alexander.

2. ¶Item si reipublicæ[k] in annos singulos legatum sit: cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tātum videri legatum, quantum sufficiat sorti[l] ad vsuras triennes eius summæ quæ legata est, colligendas.[m] †

Potest quis causam dominij sibi mutare noua causa extrinsecus superueniente. Bartolus.

IIII. PAPINIANVS *libro sextodecimo Quæstionum.*

FVndo legato mihi sub cōditione, pendente legati cōdi-

a Funeris impensa & monumenti differentia.

a ¶*Eo nomine.* ¶Not. differentiam[a] inter funeris impensam, & monumenti: vt prima deducatur: *vt hic, & supra de inoffic. testa. l. Papinianus. §. quarta autem. & Insti. eo. §. cum autem.* & licet dicat hic quanta est facta: dic tamen quod non vltra voluntatem defuncti, sed minus quandoque inspecta dignitate & facultatibus. quæ dic: *vt supra de relig. l. at si quis. §. æquū.* Sed quidam dicunt etiam plus, si parum taxauit: *arg. infra de verbo. signi. l. cum in testamento.* In secunda scilicet monumenti, dixit Sabinus deducendum, Marcellus quòd nō deducitur vt æs alienum, vel expensa, vel ad hoc legata, vt hic. Et si quęras quanta sunt facienda: dic aut testator taxauit, & tunc minus, non plus potest expendere heres vel in legato dare in pręiudicium legatariorum: minus autem sic, vt dixi. & in funere: *vt supra de pet. here. l. hereditas. §. j. & de neg. gestis. l. qui alienam. §. libertos. & de religio. l. at si quis. §. æquum.* ¶Sed contra in vtroque: *infra de verb. sign. l. cum in testamento.* vbi plus potest, non minus.[b] Sol. vt ibi. Aut non, & tunc minus quàm potest debet expendi: *vt infra. l. proxi.* & semper deducitur Falcidia. ¶Sed nonne expensa[c] monumenti est funeris? Respon. sic si non habet sepulchrū vbi humetur & tunc est vt ęs alienum. si autem habet tunc non. & sic intelligitur *infra. l. prox.* & secundum hoc corrigitur Sabinus per Marcellum in monumento. Sed alij distinguunt: sit necessaria expensa monumenti: vt tunc bene dixerit Sabinus. an non: & tunc Marcellus. quod potest esse verum si adeo fuit necessaria, vt sine ea humari non potuerit. & sic potest dici etiam funeris impensa.

† Plato dialog. 12. de leg.

b Dic quòd in præiudicium suū potest plus expendere, non in legatariorū. Bart. Ange. & Vin.

c Expensa monumenti an & quādo dicatur funeris expēsa.

b ¶*Consumptum.* iussit expendi decem sed quinque tantùm impendit vel parcitate, vel quia modum testator excesserat: & ita in præiudicium legatariorum non plus deducitur. ¶*nec obst. infra de verbo. signific. l. cum in testamento. vt ibi dixi.* ¶Item nec obst. *supra de peti. hered. l. hereditas.* vbi etiam si excesserat testator probabilem modum, quòd repetet: quia hic minus, ibi plus. Vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd illa lex loquitur in casu diuerso, scilicet an detur actio. neg. gest. extraneo pro pecunia per eum consumpta, secundum Bart.

c ¶*Passurum.* in totum, vel secundum alios in eo quod non est necessarium, vel secundum istos non detrahitur in. l. seq. cum ibi modicum, & sic necessarium. sed certè modicum potest esse non necessarium si aliàs habeat sepulchrum. Accursius.

d NEc amplius.] *Ad speciem.* Tunc ergo non habet locum Falcidia, quia necessario est factum. Sed contra *supra. l. proxima. in fine.* Respon. Imò potest esse quòd non necessario fiat hæc modica species monumenti, si sepulchrum aliud erat testatoris, in quo potuit inferri vel sepeliri. Accursius.

SI *heres institutus.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & ab eo tot legata reliqui, quòd solutis legatis non remaneret heredi quarta: vnde heres poterat detrahere quartam de legatis. & decessi. postea dictus heres vendidit hereditatem meam, & inuenit ita stultum emptorem, quòd ipse emptor dedit ei tantum nomine pretij, quòd bene, si vult, potest soluere integra legata, & tantum sibi retinere, quod facit quartam hereditatis. nunc legatarij petunt ab eo integra legata. nunquid tenetur eis soluere integra? Et dicitur quòd nihil legatario vel legatariis debebitur de illo quo plus vendidit heres hereditatem quàm valeret: quia illud plus magis videtur heres habere ex stultitia emptoris, quàm ex bonis defuncti. Nam & econuerso si male vendiderit heres res hereditarias, non erit damnum legatariorum, imò suum. ita ergo commodum debet facere heres si bene res administrauerit vendendo eas vt dictum est: & non si male. Sed pone retento eodem casu, quòd ego testator non eram soluendo quantum ad creditores meos: & heres meus prædictus transegit cū creditoribus ne solueret eis solidū, imò partem debiti retineret. nunquid de illa parte quam retinuit ex trāsactione, debebit aliquid legatariis? Et dicitur quod non: quia eam pecuniam habet ex transactione, & non ex hereditate. Viuian.

e ¶*Vix.* id[a] est nullo modo *sic supra ad Velleianum. l. tutor. in prin.* 2. Vel vix, id est cum difficultate. *sic supra de iudici. l. vix.* & est sic, quia nec heredem inuenit hereditas nō soluendo: *vt infra de bonis libertorum. l. libertus qui soluendo non. sic supra de legatis. ij. l. cū pater filios. §. Mænio debitori.* Accursius.

a Vix pro nullo modo vel cum difficultate.

f ¶*Stultitia.* sic *infra ad Trebel. l. debitor. in fine.*

g ¶*Commodum.* sic. *C. de allu. l. fina. & C. de posi l. fina. & infra eodem. l. in quantitate. circa princip.* Accur.

h ¶*Deciderit.* id[b] est transegerit.

b Decidere pro transigere.

i ¶*Decisione.* id est transactione. & sic de sua negotiatione magis, vel alterius stultititia. *sic. Cod. arbi. tut. l. iij. & d. l. debitor. infra ad Trebel. & supra de here. ven. l. venditor ex. in medio. l. & supra de transact. l. imperatores. in fin.* secundum vnum intellectum. est tamen melior ratio quàm hic reddat, quia tempore mortis inspicitur patrimonij quantitas: *vt infra eo. l. in quantitate.*

† Scholion Gręcum Ioānis antiqui Græci interpretis pete ad hunc locum ex præfatione Vigilij in Theophili editionē Græcā: quo hic locus a nemine Latinorum interpretū intellectus mirū in modum illustratur: vide etiā Anto. Aug. *lib. 2. c. 10.* Cont.

k ¶*Item si reipublicæ.* Titius. x. annua reipublicæ reliquit vel in perpetuum, vel simpliciter, quod intelligitur in perpetuum: *vt supra de ann. leg. annuum. in fi.* Quęritur qualiter Falcidia detrahitur? Et respon. tantùm videri legatum, quantum sufficit sorti eius summæ quæ legata est, si colligamus trientes vsuras cuiusdam quantitatis maioris in triplum quàm ea quę legata est, vt puta legata sunt x. perinde habetur ac si. xxx. essent relicta: quæ triginta ad vsuras trientes facerent in anno. & sic sunt hæc paria quoad Falc. xxx. & x. annua. Sed videtur fieri aliter computatio: *vt infra eo. l. cum Titio.* Solu. secus est in priuato quam in repub. Item contra *infra eo. l. hereditatum. in fine secundi respon.* Sed hic quantitas singulis annis, ibi vsusfructus. Vel aliter potest fieri computatio vt ibi dicitur,[c] & potest fieri vt hic dicitur. ¶Potest & secundo[d] hic poni casus, puta: legata fuerunt reipublicæ. x. singulis annis vsque ad triennium. & quæritur de Falcidia. & respon. quantum si. xxx. essent legata. nam &. xxx. annis singulis recolliguntur. x. ad trientes vsuras. Accursius.

c Displicet Alexand. & Vin.

d Ista lectura non habet dubium secūdum Paul. nec congruit text. Alex. & Vin licet placeat Petro de Buxio.

l ¶*Sorti.* id est cuidam quantitati puta. xxx. sufficienti ad colligēdas singulis annis vsuras trientes eius summæ, id est tantæ quantitatis quæ legata est. Item nunquid ex legato primi anni detrahetur totum? ADDITIO. Dic quòd non, secundum Raph. Cuma. Imo. Alexan. & Vincen.

m ¶*Colligendas.* id est colligamus trientes vsuras eius summæ puræ relictę quę ter tantum contineat quàm illa quę in annos singulos relicta est.

F*Vndo legato.*] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium & legauit mihi fundum sub conditione, & decessit: & Seius adiuit hereditatem suam. postea pendente conditione dicti legati dictus Seius heres Titij fecit testamentum, in quo instituit me

tione heres me heredem instituit ac postea legati conditio extitit. in Falcidiæ ratione[a] fundus non iure hereditario sed legati meus esse intelligitur.[b]

Non vitiatur res si venit in eum casum in quem non potuit inchoari, si casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo. Bartolus.

v. IDEM *libro octauo Responsorum.*

VErbis legati vel fideicommissi non necessariè[c] ciuitati relinquitur quod ex causa pollicitationis præstari necesse est.[d] Itaque si debiti modum testamento dominus excesserit, superfluum[e] dumtaxat Falcidia minuetur: quare nec fidei committi legatarij poterit.[f] Quòd si dies aut conditio legatum fecerit,[g] non vtilitatis æstimatio, sed totum petetur quod datum est:[h] nec si viuo testatore dies venerit, aut conditio fuerit impleta, fiet irritum[i] quod semel competit.

VI. VENVLEIVS *libro tertiodecimo Stipulationum.*

SI vir[k] vxori heres extiterit, & in funus eius impenderit, non videbitur totum quasi he-

heredem: & à me quibusdā multa legata reliquit etiam vltra dodrantem, ita quod habere debet locum Falci. in testamento suo. & decessit dictus Seius, & postea extitit conditio dicti legati mihi à Titio relicti, non in ratione legis Falcidiæ. quæritur, nunquid dictus fundus mihi per Titium sub conditione legatus intelligatur esse meus iure legati, an verò iure hereditario, quasi habeam eum à Seio herede, & non à Titio primo testatore? Et dicitur quòd intelligitur esse meus iure legati mihi à Titio relicti, nam potest esse fūdus prædictus meus ex causa legati: quia extitit conditio legati, vt dicit litera: & ex quo habeo ex causa legati dominium eius, non possum habere iure hereditario. nam alicuius rei dominium ex pluribus causis habere non possum. si ergo meus dictus fundus est ex causa legati. detrahetur vt æs alienum de hereditate heredis qui me instituit: & sic in ratione legis Falcidiæ non proderit legatariis quib. ipse heres Titij legauit. si autem iudicaretur me habere dictum fundum iure hereditario quasi ex hereditate heredis, bene prodesset dictis legatariis. Viuianus.

a ¶*Ratione*. per me detrahenda. Accursius.

b ¶*Intelligitur*. Sed quare non ex vtraque causa est meus? Respon. quia[a] non possum esse dominus ex pluribus causis: *vt infra de reg. iur. l. non vt ex pluribus.* licet[b] possidere sic: *vt. ī. de acquir. possess. l. ij. §. ex pluribus.* Detraham ergo hunc fundum vt æs alienum: *vt. C. de bo. aucto. iudi. poss. l. j. & ī. eo. l. in rationes. §. quod vulgo.* ¶Item not, mutari[c] mihi causam dominij: quia primo eram dominus ex pura institutione, postea ex legato purificato. *sic. ī. de here. instit. l. iij. §. qui fideicommissariam.* & fit hoc extrinseca[d] causa superueniente: aliàs non possem, sicut nec in possessione: *vt infra de acqui. possess. l. iij. §. illud.* ¶Sed contra. *huic. ī. de act. empt. l. cum res.* vbi non habeo ex causa legati cum est mihi legatum in euentum conditionis si medio tempore emi. Sed dic ibi. non habeo. i.[e] videor non habere nisi repetam pretium veruntamen habeo ex causa legati: & ideo non ago actione ex testamento, à qua est liberatus heres: sed actione ex empto, quasi non tradiderit, & quasi egomet mihi euicerim. Sed huic responsioni obstat *supra de leg. j. l. plane quod si rem.* vbi dicit quod ad pretium competit actio ex testamento. Sed ibi non ab herede emi, sed ab extraneo cuius erat: & ideo peto pretium ab herede qui non est liberatus: *vt Insti. de lega. § si res aliena. & facit. ī. de lega. j. l. huiusmodi. § qui fetuum in princi.* Sed in fine contradicit ibi, quòd si iudicio. &cæt. vbi agitur ex testamento ad pretium. Sed & ibi dicas[f] quòd emi ab extraneo: licet superior pars. §. loquatur cum emi ab herede. *& facit supra tit. j. l. si fundum. & supra de lega. j. l. si fundum. in prin. & l. si mihi Sempronius. & infra eod. l. si à me tibi. & l. cum dotem. & l. sed si vsusfructus. § j.*

a Dominiū rei ex pluribus causis consequi nō possumus: licet possessionē possimus.

b Dominij & possessionis in causis adquirēdi differentia.

c Dominij causam mutare sibi quis inuitō potest.

d Et vetustiores aliàs secus. Pau.

e Verba actus pro potentialibus & apparentibus.

f Hæc violat text. & displicet Bart. Ange. Alex. & Vincē.

VErbis legati.] CASVS. Titius pollicitus fuit reipublic. x. ex aliqua iusta causa, puta ob honorem, vel similem causam, vel sine causa pollicitus est: incepit tamen facere quod pollicitus est, & sic bene tenetur dictæ reipubli. *vt infra de polli. l. j. § j.* fecit postea dictus Titius testamentum, & instituit sibi heredem Seiū, & legauit & per fideicommissum reliquit dictæ reipublicæ dicta. x. quæ ei ex pollicitatione debebat, & multa alia legata quibusdā reliquit, & postea decessit dictus Titius testator. nūc Seius heres trahens cum legatariis rationem Falcidiæ vult etiam de dictis decem detrahere Falcid. reipubli. nunquid potest? Et dicitur quod non: quia respubli. non debet habere dicta decem ex legato, sed ex pollicitatione: quia legatum non valet, eo quòd nullum commodum consequitur respu. propter dictum legatum. secus si respu. consequeretur commodum propter legatum quia tunc valeret legatum, & de commodo detraheretur Falcidia. itaque si debiti modum testamēto dictus testator excessit, puta quia legauit reipub. xv. cum ex causa pollicitationis prius factæ deberet decem tantum in quinque valebit legatum, & de quinque detrahetur Falcidia, & propter dicta quinque superflua potuisset testator relinquere fideicommissum alij à dicta repub. quia in quinque videtur honorata resp. per testatorē. & in dictis quinque grauari potest per eūdem testatorem. Sed & si testator debebat reip. decem in diem, vel sub conditione, & illud legauit ei pure, & sic dies aut cōditio fecit vtile legatū: certè in hoc casu non petet respublica actione ex testamento vtilitatem tātum repræsentationis factę per legatum, sicut in superiori casu petitur tantum superfluū debiti, imò petetur hic totum creditum factum purū per legatū: semper tamen dico quòd de solo commodo detrahetur Falcidia etiam in hoc casu: *vt supra eo. l. j. § si quis.* ¶Sed pone quòd conditio dicti crediti vel dies venit viuo dicto testatore, eodémq; debitore qui illud debitū purè legauit, & sic peruenit legatum ad eum casum à quo incipere non poterat. certè non constituitur ꝓpter hoc irritum dictum legatū. nam à principio valuit cum relictū fuit. quod autem ab eo casu incipere non potuerit, dicit principium huius. l. Viuianus.

c ¶*Non necessario.* id est non vtiliter.[a] Acc.

a Necessarium pro vtili.

d ¶*Necesse est.* quod est quando cum causa, puta ob honorem, vel etiam sine causa, sed incepit: *vt infra de polli. l. j. in principio.*

e ¶*Superfluum duntaxat. vt no. supra eod. l. j. § si creditori.*

f ¶*Poterit.* in eo quod erat debitum: in eo quod est vltra. sic: *vt dixi supr eod. l. j. § si creditori* Accursius.

g ¶*Fecerit.* vtile, sub. quia debitum erat in diem vel sub conditione: *vt supra de leg. j. l. si creditori. & l. seq.* Accursius.

h ¶*Datum est.* id est relictum. & petetur ex causa legati. Accursius.

i ¶*Irritum.* imò fiet vtile: *vt supra de leg. ij. l. debitor. ij. respon.* Sed expone vt ibi, id est, sine commodo: valet tamen, & actione ex testamento peti poterit: *vt hic, & Insti. de lega. § si quis debitori. versi. potest.* 2. Vel illud est ius vetus: *sed hic & Inst. eo. est ius nouum*; Vel ibi recitat[b] quorundam opiniones, quæ hic & instit. reprobantur. Item no. quòd non vitiatur beneficium ex superuenienti casu.[c] Sed argu. *contra supra de iis quæ pro non scrip. haben. l. iij. & ad leg. Aquil. l. quia in eum.* ADDITIO. Dic quòd hic casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo, ibi verò secus. Barto. Pau. Alexan. & Vincen.

b Hæ duæ displicent Alexā. & Vincen.

c Beneficiū ex superuenienti casu non vitiatur nec est angustandum beneficium iuris. *Cardin. in Cle. l. de re. permu. Spe. in titu. de iudic. deleg. § sequitur videre. versic. sed nunquid.*

SI vir vxori.] CASVS. Titia nupsit Seio, & dedit ei in dotem centum, & fecerunt simul pactum quòd si mulier præcederet vir lucraretur dictam dotem. postea mulier fecit testamentum, & instituit sibi heredem dictum suum virum. habebat enim mulier alia præter dotem, & ab eo reliquit quibusdam multa, & decessit postea dicta mulier, & vir idémque heres expendit centum in funus eius. postea contrahit rationem Falcidiæ cum legatariis. dicit idem vir se velle detrahere vt æs alienum dicta centum quia funeris impensa solet deduci vt æs alienum: *vt supra eod. l. j. in fin.* Quæritur, nunquid possit integra dicta centum dedudere? Et dicitur quòd non: quia non videtur impendere tota centum quasi heres, imò partem quasi heres. & illam deducet, & aliam partem de suo proprio propter dotem quam lucratus est ex pacto, & illā non deducet. nam cùm mulier decedit, funeranda est pro portione rata ex dote quę penes virum remanet, & ex cęteris bonis mulieris. vnde si in dote fuerunt centum, vt dictum est, in hereditate autem ducenta: duas partes sumptus funeris inferet vir prædictus vt heres, & tertiam de suo proprio pro dote: *vt supra de relig. l. Celsus. & l. seq. & hic.* Viuianus.

k ¶*Si vir.* Berta dicit. c. in dotem sub pacto quod vir lucretur dimidiam. hæc decessit, & xx. in funus eius impendit vir. certè. x. de suo, & sic non de hereditate, alia. x. videntur de hereditate impensa: *vt supra de relig. l. Celsus. & l. seq.* cum ergo contra legatarios deducit Falc. secunda. x. quę impendit vt heres, deducit vt ęs alienum: *vt supra eo. l. j. in fi.* nam de primis non est quæstio: quia non sunt de hereditate mulieris.[d] sed cum vir impendit decem pro se, & decē de hereditate: in quam causam videtur primo impendisse? Videtur in vtramque pro rata impēdisse, cùm nulla sit antiquior: *vt infra de solu. l. illud.* 2. Vel verius primo in eo quod suo nomine: *vt. e. ti. l. & magis. & C. de do. promiss. l. fi.* ¶Et not. quòd qui[e] impendit in funerando, non ob hoc ipsum videtur gerere ꝓ herede: *vt supra de relig. at si quis. § plerique. & supra de acquir. hered. l. pro herede.* nisi forte qualitas personarū aliud inducat: vt ibi no. Nec ob. quod hic dicit quòd videtur impēdere quasi heres id tantum quantū de hereditate impendendum erat. quoniam hic constabat eum esse heredem, & iam gessisse pro herede: sed dubitabatur an totam impensam fecisset vt de hereditate. an partem ex dote quam lucrifecerat. & sic sunt ex suo proprio. Accursius.

d Prima pars Glo. est de mēte P. Alexan. & Vincen.

e Gerere pro herede non videtur qui in funerando impendit, nisi qualitas personarum aliud inducat.

Conferre.

a ¶ *Conferre*.i.impendere,quod erat decem.

L*Ege Falcidia*.] C A S V S. Institui mihi heredem Titium,& legaui Seio seruitutē eundi per fundum meum,& quibusdam aliis multa alia legata reliqui, & decessi. nunc quæritur,qualiter de dicta seruitute debeat detrahi Falcidia.& certè cū diuidi nō possit, debet heres eam præstare integram Seio legatario, & legatarius debet offerre heredi partē æstimationis seruitutis eiusdem scilicet tantam quantā amplius cepisse videtur legatarius quàm liceat ei capere per Falcidiā, id est quartam: *vt & ʒ.de lega.ij.l. cùm filius in princip.*& non aliter legatario pręstabit heres integram seruitutē prędictam,quàm si ipse legatarius pręstet ei dictam æstimationis partem.Viuianus.

res impendere : sed deducto eo quod quasi dotis nomine, quam lucrifacit, conferre[a] debuerit.

Si legatur indiuiduum , & imminet Falcidia, debet æstimari : & de eius æstimatione Falcidia detrahi.h.d.Alexan.

V I I. P A P I N I A N V S *libro septimo Quæstionum.*

LEge Falcidia interueniente legata seruitus , [b] quoniam diuidi non potest, non aliter in solidum restituetur, [c] nisi partis [d] offeratur æstimatio.

V I I I. I D E M *libro quartodecimo Quæstionum.*

IN legem Falcidiam æris alieni rationem in hereditate relicti, quod [e] vnus ex heredibus soluere damnatus sit, ipse solus [f] habebit.

Fructus pendentes dicuntur pars rei , & ipsam reddunt pretiosiorem. secus in partu existente in ventre. Bartolus.

b ¶ *Seruitus*. realis [a] vel personalis, excepto vsufructu solo: *vt.ʒ.eod.l.j.§.si vsusfructus.*

[a] Seruitutes reales & personales excepto vsufructu indiuiduæ sunt.

c ¶ *Restituetur*.id est præstabitur legatario. & hoc opposita exceptiōe doli: *vt.j.de excep.do.l.pure.§.j.* Accursius.

d ¶ *Nisi partis*.id est pars [b] æstimationis.*sic Cod.communi.diui.l.j.& supra de leg.j.l.cum filius.in princip.*pars [c] enim seruitutis nulla est. Sed secus est in libertate,quę [d] Falcidiam non patitur:*vt.ʒ.de inoffic.testa.l.Papianus.§.quarta autem.& d.l.cum filius.* Accursius.

[b] Pars pro æstimatione partis.

[c] Seruitutis nulla pars est.

[d] Falcidiã libertates non patiuntur.

IN *Falcidia*.] C A S V S. Institui mihi heredes Titium & Seiū , & multa legata ab eis reliqui, & damnaui Titium quòd ipse solus solueret Gaio centum quę ego ei debebā , & decessi.nunc.Titius & Seius heredes detrahunt rationem Falcidiæ cum legatariis , & Seius vult ita bene deducere medietatem de dictis.c.tanquam æs alienum,ac si ipse esset damnatus soluere.nunquid potest? Et dicitur quòd non : imò solus Titius damnatus deducet integra dicta.c.de sua parte.nam quilibet eorum est heres pro dimidia,& quilibet debet soluere medietatem legatorum,& Titius debet soluere integra dicta.c.creditori.vnde ipse solus ea deducere debet de sua parte Viuianus.

e ¶ *Quod*.scilicet totum.

f ¶ *Ipse solus*.i.ipse solus tenetur creditoribus : quod falsum est: *vt.C.si cer.pet.l.j.& Institut.de fideicom. here.§.sed illud interest.*

2. Vel dic.i.solus deducet totum,& de tota hereditate, non tantum de sua parte.Imò certè secundum Hugo. de sua parte tantum: quia testator damnauit eum in hoc. vnde cum in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ imponitur:*vt.j.eo.l.in singulis. & Inst.eo.§.& cum quæsitum. & .§.cum autem.* ipse solus detrahet:quia ipse soluere debet,non coheres.licet enim ambo possint conueniri,tamen agit alter actione ex testamento contra hunc non soluētem: *vt supra de lega.j.l.seruo legato.§.si testator.& de lega.ij.l.cum ab vno.*licet lex illa videatur aliquantulum obstare. Sed expone vt ibi no.[e] *& fac.ʒ.fam.ercis.l.his.§.sed & cum monumentum & l.si filia.§.Papinianus.*[f] *& §.idem Papinianus.* Sed an de hoc quod legatur coheredi,fiat illa detractio?quod videtur:*vt dicto.§.Papinianus.*Accursius.

[e] Dic quod ibi est speciale fauore dotis. Bart. Alexan. & Vincen.

[f] Alias est lex si vni.

I*N lege Falcidia*.] C A S V S. Titius seminauit fundū suum.& postea fecit testamentum,& instituit sibi heredem Seium,& multa legata ab eo quibusdā reliquit, & postea decessit & tēpore mortis suę fructus dicti fundi erāt maturi,& postea heres percepit eos fructus.nunc volūt legatarij quòd dicti fructus augeant hereditatē, ita quòd ipsi maiora legata percipiant non obstante Falcidia.nūquid debent cōputari in hereditate?Et dicitur quòd sic. secus est in ventre ancillæ:quia ille nunquam auget hereditatē.& est ratio: quia partus nondum editus non rectè dicitur fuisse homo.fructus autem pendentes & maturi tempore mortis testatoris dicuntur esse pars ipsius fundi in quo pendent.Viuia.

g ¶ *Mortis tempore*.subaudi,maximè.Sed contra *j.eo.l.in ratione.§.ad.§.respon.*vbi dicit fructus non augere hereditatem. So.hîc erant sati tēpore mortis,& sic pars rei : & sic auxilio terræ pretiosioris augent.*vt argu.ʒ.de rei vindi.l.fructus.* Ibi non. Et eodem modo solue.*j.eo.l.in quantitate.circa princ.& Instit.e.§.quantitas.*Accursius.

[g] Falcidiæ imputantur fructus hereditarij sati & pendentes tempore mortis testatoris, vt hîc. vt & percepti ex rebus partis ... legati ... Grassus ... quæst. 36.

h ¶ *Distinctio est*.erat in vtero vel non tempore mortis. nam nō est pretiosior ancilla[a] propter ventrem,sit iam conceptus,vel non nec enim eius partus auget hereditatē donec in vtero [b] est. nec videtur pars quò ad hoc,nec quò ad vsucapionem impediendam propter vitium matris *vt infra de vsucapion. l.si aliena. §.Scæuola.* secus tamen quo ad edictum de libe. agno. siue rescriptum principum super eo: *vt supra de vent.inspicien.l.j.§.ex hoc rescripto.* Secus tamen quo ad eū qui [c] emit ancillam prægnantem , qui videtur emisse partum tanquam [d] eius partem: *vt supra de legat. ij. l.si quod ex Pamphila.*

¶ Itē non obstat quod videtur [e] natus : *vt.ʒ. de statu ho.l.qui in vtero.* quia nihil hic de suo commodo quæritur , sed heredis & legatariorum commodo & incommodo.

¶ Item si quæras quādo [f] fructus computantur in quartam , dic: *vt j.eod.l. Paulus respondit.§.j.& ij.* Accursius.

[a] Neque etiā vacca propter fœtū Ang.Alc. & Vincen.

[b] Secus postquā fuerit editus Alex. licet P. & Imo. sentiant oppositum.

† In vulga. editio. est lex. In lege.

[c] Prægnantis mulieris emptor , partū emisse intelligitur.

[d] Partus, pars est ventris.

[e] Venter non videtur natus neque habetur pro nato,quoties nihil de cōmodo eius agitur.

[f] Fructus in quartam quomodo computentur.

I X. I D E M *libro nonodecimo Quæstionum.*

IN † Falcidia placuit, vt fructus postea percepti,qui matu ri mortis tempore[g] fuerunt , augeant hereditatis ęstimationem fundi nomine,qui videtur illo in tempore fuisse pretiosior.

1. ¶ Circa ventrem ancillæ nulla temporis admissa distinctio est:[h] nec immeritò:quia partus nondum editus, homo non rectè fuisse dicitur.*

* Itaque non habetur pro nato,cum de cōmodo alterius agatur.l.qui in vtero de statu homi.

X. I D E M *libro vicensimo Quæstionum.*

QVod [i] supra quadrantem apud* heredem potest peruenire, [k] supra dodrantem in pecuniam[l]* legatum[m] † non onerat[n] heredem : veluti hereditas pupilli , si fortè substitutus sit exheredato[o] qui patri pupilli heres extitit.[p]

* ad heredem.

* pecunia.

† Quidam putant legēdum, legatam.

X I. I D E M *libro vicensimonono Quæstionum.*

Q*Vod supra*.] C A S V S. Filium meum impuberem exheredaui, & institui heredē mihi Titiū, & ab eo instituto reliqui quibusdam legata vltra dodrantem: ita quòd habet locum de iure Falcidia. & postea dictum institutum substitui dicto meo filio , quod possum de iure facere:*vt.ʒ.de vulgari substitutione.l.prima.§.substituere.* & ita dictus Titius institutus & substitutus sperat habere hereditatem filij mei ex substitutione.non tamen adhuc est ei delata.nunquid hæc spes onerat eundem Titium vt tantum plus videatur habere in mea hereditate quantum est hereditas filij mei quam habere sperat : vt sic tantum minus detrahat nomine Falcidiæ de legatis à se relictis: & certè non onerat eum. & ita construe literam,legatum in pecunia supra dodrantem nō onerat heredem subaudi,eò.i.ideo:quòd , id est quia ad heredē potest peruenire sibi aliquid quod sit supra dodrantem , id est quod sit vltra quadrātem quem debet habere in mea hereditate : quem quadrantē non reliqui ei integrū:*vt.ʒ.dixi.* veluti hereditas &c.sed & nominaliter potest poni illud verbū,quod,in prin.l. hoc modo:illud quod supra quadrantem ad heredem potest peruenire , nō onerat heredem.& subaudi , cum est legatum ab herede instituto In pecunia supra dodratem,veluti hereditas &c.Viuia.

i ¶ *Quod*.i.quia. 2. Vel propriè.& dic,pupillum exheredaui,& extraneum institui quē pupillo substitui,& primis tabulis institutū vltra dodrantem grauaui.certè non[g] propter hoc minus detrahit Falcidiā quòd habet spem substitutionis.Accur.

k ¶ *Potest peruenire*.i.possibile est:ad hoc tamen delata non est, vt dixi, 2. Alij secundò ponunt casum etiā quando iam delata est: quia iam pupillus decessit, sed nondum substitutus adiit. [h] & alij dicunt,si pupillus fuisset institutus.nam tunc statim potest adiri à substituto,imò etiam ex necessitate debet : *vt.Cod.de iur.delib.l.quidam.*solida legata præstat non deducta Falcidia : *vt infra eod. l.qui fundum. §.qui filium. & .§. sequent.* quæ positio satis placet. Accursius.

[g] Falcidiā nō ideo minus quis detrahit quod spē substitutionis habeat.

[h] Idem si adiuerit secūdum Pau. & Vincē.

l ¶ *In pecuniam* secus si non est pecuniariū: vt libertas quæ grauat heredem,vt Falcidiam non detrahat:*vt.ʒ.de inoffic.testa.l.Papinianus.§.quarta autem.* Accur.

m ¶ *Legatum*.in primis tabulis,secus si in secundis : *vt.j.l.proxi.§.pen.& vlti.*

n ¶ *Non onerat* quin detrahat Falcidiam.

o ¶ *Exheredato*.pupillo.Accursius.

p ¶ *Extitit*.nam idem fuit patri institutus,& pupillo exheredato substitutus.Accursius.

I*N ratione*.] Ita ponas hîc exemplum siue casum : Institui mihi heredem Titium,& seruo meo Sticho legaui centum sine libertate , & multa alia legata quibusdam reliqui , & decessi. Certè

ff. Infort.

AAA

IN ratione legis Falcidiæ retentiones [a] omnis temporis heredi in quadrantem imputantur.

Illud quod si extaret, non æstimaretur: heredi non imputatur. aliàs secus, etiam si est peremptum. Bart.

1. ¶ Si seruus sub conditione libertate data, vita decessit: si quidem impleta conditio quandoque fuerit, heredi non videbitur perisse. Quòd si defecerit, in contrarium ratio trahit: [b] sed quanti statuliber moriens fuisse videbitur. [c]

Ex facto quod trahit originem testatore viuente, non computatur in quartam. Bartolus.

2. ¶ Imperator [d] Marcus Antoninus decreuit † heredes quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem quàm pro ea parte quæ relicta est, [e] legatorum nomine teneri.

3. ¶ Cùm quidam parte dimidia bonorum adempta [f] fuisset

dictum legatum quod reliqui seruo meo, non valuit: *vt supra de leg. j. l. planè. j. §. si coniunctis.* secundo responso. vnde heres apud se retinet illud legatum, & sibi debet in Falcidiam imputare, vt prosit aliis legatariis. & idem est in omnibus aliis retentionibus quas fecit heres de quibusdam legatis à se relictis, & ea non præstat legatariis quibusdā propter aliquam iustam causam, & sibi retinet: & ideò dicit litera, retentiones omnis temporis &c. quia siue à principio non valeat legatum, vt dictum est, siue valeat, sed ex accidenti factum est inutile, semper heres sibi retinet, & imputat sibi in Falcidiam: *vt hic, & infra eodem. l. non est dubium. & l. sequenti.* [SI SERVVS.] Institui mihi heredem Titium, & reliqui Sticho seruo meo libertatem sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & multa alia legata quibusdam reliqui, & decessi: & Titius adiuit hereditatem meam & postea ante impletam cōditionem libertatis decessit dictus Stichus. Certè si impleta fuerit postea quandocumque cōditio prędicta libertatis, non videbitur dictus seruus perisse heredi, imò legatariis: vt tanto minus videatur in hereditate fuisse, quantum valebat seruus. Si autē defecerit conditio libertatis post mortem dicti serui, tunc ratio trahit in contrarium, scilicet vt heredi perisse videatur, vt scilicet tantum plus videatur in hereditate habere, quantum valebat statuliber tempore mortis: vt sic aliis legatariis prosit illud. Quamuis autem ita distinxerim, tamen imperatores Marcus & Antoninus decreuerunt tantùm heredi perisse spreta dicta distinctione, quanti statuliber moriens fuisse videbitur: & ita mors dicti serui semper spectat ad damnum heredis siue hereditatis, & non ad damnum legatariorum: *vt infra ead. l. §. si seruus:* quæ solet contraria signari: sed est concordantia secundum prædicta. & secundum prædicta habeas. §. ibi, heredes quibus &c. Viuianus.

a ¶ *Retentiones.* id [a] est quia non fuit legatum, & sic remansit vel inutiliter: vel si vtiliter, postea aliqua ratione fit inutile: *vt. j. eod. l. non est. & l. nec interest. & l. ex asse. & l. in ratione. §. pe. & fi. & l. in quantitate in fin.* Accursius.

b ¶ *Trahit.* vt videatur heredi perisse.

c ¶ *Videbitur.* scilicet eo casu quo deficit conditio, & sic seruatur dicta distinctio. Alij reprobant eam per hæc verba, in contrarium &c. quod non placet. ¶ Et no. ex [b] postfacto apparere quòd in præteritum fuerit: *vt & supra de rebus dubiis. l. quidam.* ¶ Sed argumentum contra *supra de noxa. l. prima. alias si heres dolo.* Item contra huic *infra eadem. l. §. si seruus.* Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ille. §. concordat. Bartol. Paul. Alexand. & Vincen.

Imperator.] CASVS. Hic. §. ponit regulam cuius potest poni exemplum in sequenti. §. regula est talis. Heredes quibus pars bonorum ablata est, nō tenentur nomine legatorum ab eis relictorū in ampliorem partem quàm pro ea quæ remansit apud eos. Pone ergo quòd Titius cōmisit delictum propter quod fuit relegatus, & in sententia relegationis fuit ei adempta dimidia pars bonorū suorum. postea ipse appellauit à dicta sententia, & appellatione pendente fecit testamentum, in quo instituit sibi heredem Seium & multa ab eo quibusdā legata reliquit, & postea decessit. postea iudex appellationis pronuntiauit eum iniustè appellasse, & sic remansit sentētia firma, in qua fuit ei adempta dimidia pars bonorū. Quęsitum ergo fuit vtrum æris alieni loco pars dimidia bonorum quæ continebatur in sententia, abscederet de bonis, vt sola dimidia bonorum residua videatur fuisse in bonis, vt sic de ea tantùm teneatur heres Titij legatariis, an videatur & verum sit quod fuerit in bonis tempore mortis dicta dimidia quæ continetur in sententia, & sic heres teneatur soluere solida legata mero iure: quia facta appellatione extinctum fuit pronuntiatum: *vt infra ad Turpil. l. j.* in fi. de æquitate autem succurri ei debeat, vt non teneatur pręstare legata nisi pro parte quæ penes eum remansit. Et respond. quòd debet succurri bene heredi prædicto modo: maximè cum hanc opinionem admittat animus dicti Titij litigantis, & votum obtinendi in litigio. eo enim animo appellauit dictus Titius testator à dicta sententia contra se lata, vt vinceret, & bona sibi in sententia adempta remanerent apud heredem suum, & heres de eis bonis solueret legata. non autem si non vinceret, & sic non remanerent bona penes heredem. [SI SERVVS.] Titius instituit sibi heredem Seium, & dedit Sticho seruo suo libertatem: & multa alia legata quibusdam reliquit, & decessit. postea dictus seruus decessit antequam heres adiret hereditatem, & sic antequā esset liber, & postea heres adiuit hereditatem. nunc est quęstio inter heredem & legatarios cui perisse videatur dictus seruus, vtrum heredi, vt sic tantùm plus videatur esse in hereditate, quātum valuit seruus, & sic minus detrahatur legatariis nomine Falcidiæ. an verò videatur perisse legatariis, vt tātum minus videatur esse in hereditate? Et dicitur quod heredi perisse intelligitur. Sed quantum debemus æstimare dictum seruum valere? Videtur quòd nihil, & sic superior responsio nihil videtur valere: & est ratio quare videatur nihil debere æstimari: quia etiā si viueret post aditam hereditatem, non æstimaretur. nam esset liber si viueret. legatum enim libertis cedit ab adita hereditate, & non ante, vt dixi: *& dicitur infra quando dies leg. ced. l. nam cum libertas.* Et sic tunc æstimari non posset: quia liberum corpus non recipit ęstimationem: *vt. s. de iis qui deie. vel effu. l. j. §. sed cum homo.* Sed certè ad hanc quæstionem non respondet iuriscon. sed tu subaudias, hoc modo respondeo: tanti æstimabitur quanti statuliber fuisse videtur: *vt. s. ea. l. §. j.* & ad ea probanda quæ dixit, adducit duo similia. primum est ibi, nam & eos &c. Secundum est ibi, nec aliud &c. & ambo sunt satis plana. Viuianus.

† Aliàs incipit hic. §. heredes. & secundum illum intellectum posuisse Viui. casum.

[a] Retentiones in ratione legis Falcidię dicuntur, ea quæ apud hæredem remanent iure hæreditario: cuiusmodi res imputantur in Falcidiam.

[b] Ex postfacto apparet quid in præterito fuerit.

relegatus, idémque prouocatione interposita, testamento postea facto [g] obisset, atque post mortem eius non iustè appellatum esset pronuntiatum: quæsitum est, vtrum æris alieni loco pars dimidia abscederet, [h] vt residua sola videretur fuisse in bonis, an verò [i] succurri heredi necessarium esse videbitur. Sed videtur succurri debere, cùm animus litigantis, & obtinendi votum hanc opinionem admittit.

Res perempta non æstimatur, quæ si exstaret, non æstimaretur. Bartolus.

4. ¶ Si seruus testamento manumissus, [k] ante aditam hereditatem decedat: heredi quidem perisse intelligitur. Sed cuius [l] pretij erit, qui si viueret, [m] non æstimaretur? Nam & eos qui moriente domino ea valetudine affecti fuerant, vt eos non posse vi-

d ¶ *Imperator.* aliàs est. §. aliàs nō. & intelligunt correctam proximam distinctionem. nam non distinguitur defecerit conditio vel non. 2. Vel melius dic quòd refertur ad casum tātum quando deficit [a] conditio. vel facias hic. §. & omnia hæc cessant.

e ¶ *Relicta est.* id est remansit penes eos. *& facit. C. si pen. ap. l. ij. & s. tit. j. l. Plautius. & s. de leg. ij. l. fi. §. fin. & de vulg. sub. l. & sic contra. & j. proxi. §.*

f ¶ *Adempta.* expresse. nam si tacitè [b] & mortuo reo pendente appellatione vt crimen extinguitur, & sic est quæstio bonorum: *vt. C. si pen. appel. mors interue. l. ij. & C. si reus vel accu. mor. fue. l. fin.* & no. quòd relegato non debent auferri bona [c] in totum vel in partem sine causa: *vt infra de interdic. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus.*

g ¶ *Testamento postea facto.* pendente appellatione, quod fieri potuit: *vt. s. de iniusto testa. l. si quis exheredatus. §. hi autem. & j. de pœnis. l. ij. in fin.*

h ¶ *Abscederet.* ipso iure. Accursius.

i ¶ *An verò.* id est an videatur. & verum est quòd fuerunt in bonis tempore mortis, & sic iste videtur soluere solida legata mero iure: quia appellatione facta extinctum fuit iudicatum: *vt. j. ad Turpil. l. j. in fi.* sed de æquitate debet ei succurri, vt non teneatur pręstare nisi pro parte quæ penes eum remanet: [d] quod verum est *vt. s. proxi. §. & argu. supra de iis qui notan. infa. l. furti. §. sed & si furti.* H.

k ¶ *Manumissus.* id est liber esse iussus. Accursius.

l ¶ *Sed cuius.* id est quanti.

m ¶ *Viueret.* cum aditur hereditas. nam tunc esset liber: *vt. C. de cadu. tol. l. in nouissimo.* & sic [e] non posset æstimari: *vt. s. de iis qui deie. vel effu. l. fi.* 2. Vel lege interrogatiuè. & respon. [f] quòd tanti æstimabitur quanti statuliber fuisse videbitur: *vt. s. ea. l. §. j.*

Postea.

[a] Melius diceret, quando nō deficit. Dy. Imo Alexan. & Vincen.

[b] Glos. est vera in se: sed nō si referatur ad text. Alexan. & Vincen.

[c] Hæc Gloss. est multū notabilis quòd facit pro dicto Spec. in titu. de cessio. act. §. 2. col. 28. in fi. verssicul. illud. 2. ad quod hic dicitur & nihil allegat.

[d] Quia ademptio fit ex causa quæ habuit originem in vita defuncti, secundum Viacen.

[e] Liber homo æstimari non potest.

[f] Reprobatur per Bart. Pau. Alex. & Vincen.

AAA

a ¶ *Postea.* id est post mortem testatoris antè aditam hereditatem.
b ¶ *Perisse.* scilicet heredi: & æstimabitur vt proxi. respon. dixi.
c ¶ *Nec aliud.* sub. est.
d ¶ *Fuerunt.* nam & hi si pareant, heredi periisse intelliguntur:[a] & tamen erant summo supplicio afficiendi: *vt ȝ. ad Silania. l. j. in prin.* & æstimabuntur vt in superiori casu no. ¶ Et no. quòd olim distinguebatur an sub eodẽ tecto erant, vel nõ: sed hodie distinguitur, potuerunt dominum iuuare, vel non: *vt. C. de iis quibus vt indig. l. ij.* Accursius.

a Nihil est. Bart. Pau. Alexan. & Vincẽ.

uere certum esset: tamen si postea[a] moriantur, hereditati perisse[b] responsum est. Nec aliud[c] in his qui sub eodem tecto fuerunt[d] cùm dominus à familia necaretur.

In testamento patris & filij vna Falcidia locum habet, & legatorum & bonorum fit contributio, & in detrahenda Falcidia tempus mortis patris inspicitur, & bonorum augmentum vel deminutio post contingens non prodest nec nocet legatariis. Bart.

5. ¶ Quod† vulgo[e] dicitur,† in tabulis patris & filij vnam Falcidiam seruari, quam potestatem habeat, videndum est. Quamuis[f] enim substitutus,[g] quæ à pupillo[h] relicta sunt, cùm filius heres extitit, vt æs alienum[i] quodlibet debeat[k] tamen propter ea quæ data sunt secundis tabulis, contributioni[l] locus est. Secundùm quæ[m] poterit euenire ne substitutus quicquam retineat, vel vt longe plus habeat quarta paternæ hereditatis. Quid ergo[n] si non sufficiat pupilli hereditas[o] legatis, cùm patris suffecisset? De suo quadrante nimirum[p] dabit substitutus: quoniam pater legauit de suo. Nec ad rem pertinet, quòd ex nullo testamento præstatur vltra vires patrimonij: cùm in hac parte iuris legata quæ tabulis secundis relinquuntur, quasi primis sub conditione[q] relicta intelleguntur.

e ¶ *Quod vulgo.* Pater filium impuberem instituit,[b] & ei pupillariter substituit, & tam ab instituto quàm à substituto legata vltra dodrantem reliquit, nunc decedente pupillo vult substitutus ex persona pupilli vnum quadrantem ex toto asse detrahere. Item ex residuo dodrante ex persona sua vult Falcidiam. & pro eo facit. quia duæ[c] sunt hereditates, at legatarij vnam[d] detrahi tantùm posse fatentur: quia vnum est testamentum propter vnum testatorem. Item propter vnam solennitatem. vij. enim & nõ xiiij. testes sunt necessarij: *vt. ȝ. de vulga. substit. l. patris & filij.* & pro vtrisque. *Instit. de pupil. substitu. §. igitur.* 2. Vel etiam pone quòd ab instituto semissem, à substituto alium semissem legauit: & dubitabatur, sc. an duæ Falcidiæ detrahantur: quam dubitationem soluit vulgaris regula, scilicet quòd in tabulis patris. &c. cuius prima potestas hæc est, vt sicut in vno testamento fit omniũ legatorum contributio vel cumulatio, vt sic pateat excedant dodrãtem vel nõ, ita & in hoc duplici testamento fit omnium legatorũ cumulatio vel contributio, vt si pateat excedere dodrantẽ, fiat detractio. alias si remanet quarta pars hereditatis, vel fortè lõge plus solutis omnibus legatis tunc non detrahatur: sed vt æs alienũ soluantur à pupillo relicta. & hoc dicit secundùm quòd, id est ex quo fit contributio. Est & alia potestas regulæ, vt in hoc duplici testamento consideretur vnicum tempus an habeat locum Falcidia, & inquantum scilicet tempus mortis patris: vt si tunc consideratis legatis & bonis non habeat locum Falcidia. licet postea viuente pupillo minuantur, vt quarta non remaneat, nõ tamen detrahat substitutus: sed de suo quadrante, id est de eo quod tempore mortis videbatur habiturus, soluat legatariis. ¶ Nec obst. quod soluit vltra vires, id est vltra dodrantem: quia hoc duplex testamentum habetur loco vnius, scilicet primi. vnde sicut posterior deminutio bonorũ. tunc non noceret legatariis: *vt. ȷ. eo. l. in quantitate in princ.* ita nec nunc. & econtra. nam augmentum non proficeret: *vt. ȷ. eo. l. in duplicibus.* ¶ Et no. q dicta regula facit vt filius non habeat[e] duas[f] quartas. qđ dic vt hic, & *C. eo. l. quãquã.* ADDIT. Dic q nihil facit: quia hic loquimur de duabus quartis vno iure debitis. Alex.

f ¶ *Quamuis.* bene dixi, vnam. quamuis enim, &c.
g ¶ *Substitutus.* pupillariter.
h ¶ *A pupillo.* instituto.
i ¶ *Vt æs alienum.* & sic non est detrahenda Falcidia? quod dicebat substitutus quòd posset. Accursius.
k ¶ *Debeat.* Sed videtur hæc litera sibi contraria. si enim vt æs alienũ detrahitur: quo modo potuit dici per Falcidiá minui? Resp. non semper est vt ęs alienum sed nũc quando omnia legata possũt solui nõ deducta Falcidia. Alij dicunt[g] q fit contributio, non vt defalcentur relicta à pupillo, imò vt æs alienum soluatur: *vt. C. de bo. auct. iudi. pos. l. j.* sed ideo vt appareat an omnia relicta simul iũcta excedant vires patrimonij patris. *arg. ȝ. de mili. testa. l. si vero.* sed hoc esset contra hanc regulam.
l ¶ *Contributioni.* ad hoc adpareat an omnia legata simul iuncta excedant vires patrimonij: *vt supra de mili. testa. l. si vero.* Accursius.
m ¶ *Secundum quæ* Dicunt quidam,[h] id est quia vt æs alienũ detrahuntur relicta à pupillo, eueniet quandoque vt institutus nil habeat de bonis, vt quia dimisit pupillo instituto quartam in fundo, & cætera omnia legauit: & hic fundus chasmate periit. nam cum semel habita est quarta non detrahitur plus. Sed tu dic[i] quòd, id est quia fit contributio, potest euenire vt non retineat: scilicet de legatis à substituto relictis in secundis tabulis nomine scilicet Falcidiæ: vt si patris hereditas locuples erat, ex qua quarta & longè plus poterat retineri: vt subiicit: pupilli autem est depauperata, quod fieri potest, vt subiicit: quid ergo, &c. Sed alij exponunt, vel longè plus? & est vt si patris hereditas inops sit, filij autem à quo legata sunt relicta, locuples. nec enim propterea in plus tenetur substitutus, sicut nec minuuntur si bona essent minuta apud pupillum: *vt. ȷ. eo. titu. l. in duplicibus.*
n ¶ *Quid ergo.* incipit[a] secundus effectus regulæ. & quod dicit, si non sufficiat: quia deminuta est &c. expone vt in prin. dixi. 2. Sed Alexan. dixit, non sufficit hereditas pupilli legatis. sc. à substituto relictis: cùm patris vsusfructus sufficit, scilicet relictis à pupillo. & quod subiicit de suo quadrante, scilicet pupilli. vel id est substituti quem scilicet habet in bonis pupilli, scilicet vltra dodrantem pupillarium bonorum etiam si absumãtur tota, quin etiam vltra: ita tamen si de bonis habeat quartam vtrorúmque bonorum. Accur.
o ¶ *Hereditas.* quia deminuta est hereditas.
p ¶ *Nimirum,* bene dicit substitutum soluere de suo quadrante quando bona sunt deminuta. & sic ex secundis tabulis præstatur vltra vires, i.[b] vltra dodrantem: *vt. ȝ. l. j.* sed nihil ad rem pertinet, cũ in hac, &c. vt in prin. dixi. sed vltra patrimoniũ non valent etiã in testamẽto militis: *vt. ȷ. ad Treb. l. j. § si is qui,* creditoribus[c] autem etiã vltra patrimoniũ tenetur: *vt. C. de iur. deli. l. si te.* Sic hodie etiam in legatis, si non fiat inuentariũ: *vt in Authe. de here. & Fal. col. j. § si vero non.* ¶ Itẽ in eo quod hîc fit contributio, *est contra. ȷ. ea. l. § quæsitum. ibi, sed legata quæ, &c.* Sol. vt ibi. *& fac. ad hũc. § ȝ. eo. l. j. § interdũ. & ȷ. proxi. §. & ȷ. tit. j. l. j. in prin.* ADDITIO. Dic quod in. § quæsitũ. loquitur de relictis in primis tabulis tantùm à duobus coheredibus contribuẽdis. quęritur hîc de relictis in primis & secundis tabulis. Bar. Pau. Alexan. & Vincen.
q ¶ *Sub cõditioe,* s. q si est deminutio postea facta, nocet substituto *Si filio suo.*] CASVS. Titius instituit sibi heredẽ filium suum impuberem, & ab eo legata reliquit, & ei pupillariter substituit Męuium & Seium, & à Mæuio in substitione legauit vltra dodrantem portionis suæ: & ita onerauit eius partem; & à Seio similiter reliquit legata in substitutione: non tamen vltra dodrantem portionis suæ, & sic eius partem nõ onerauit. & postea decessit dictus Titius. & ei extitit heres dictus impubes, & in pupillari ætate decessit: & ita vindicauit sibi locũ dicta substitutio pupillaris: ita q Mæuius habet dimidiam hereditatis, grauatam tamen: & Seius aliam dimidiam non grauatam. nunc quæritur. an Mæuius cuius portio erat legatis exhausta ex sua persona, possit detrahere Falcidiam legatariis quibus à se legatum est? Et videtur quòd non, tribus rationibus. ¶ Vna ratio est, quia si ponamus nõ peruenisse bona ad dictos substitutos, & ponamus ipsum impuberem vel tutorem eius soluere legata ab eodem impubere relicta: non posset ille pupillus detrahere Falcidiam: quia legata ab eo relicta non erãnt vltra dodratem. ¶ Secunda ratio est, quasi si ponamus pupillum vnũm tantum substitutum habuisse, non detraheret ille substitutus Falcidiam etiam si dimidia pars hereditatis esset onerata legatis vltra dodrantem ipsius dimidiæ: quia bene remanet ei quarta totius hereditatis: & satis plus. ¶ Tertia ratio est, quia dictum est *supra proxi. § quòd legata.* in secundis tabulis relicta videntur relicta quasi sub conditione in primis, & ideo de suo quadrante præstat substitutus legata. quod qualiter intelligatur, notaui in casu superioris. § ibi, quid ergo, &c. & ibi, nec ad rem, &c. Si ergo substitutus tenetur soluere de suo quadrante legata in casu superioris §. ergo non potest detrahere Falcidiam, & ita nec hic videtur posse detrahere Falcidiã. ¶ Sed spretis dictis tribus rationibus verius est vt prædictus substitutus grauatus possit ex sua persona detrahere Falcidiam: sicut si ita Titio patri impuberis heres extitisset, id est ac si in tantum esset institutus à parte inquantum fuit substitutus impuberi, id est in dimidiam, vt dictũ est. quo qui

b Hæc lectura est vera in se: sed nõ cõgruit literæ Pau. Alexan. & Vinc.

† v. ad hunc locum Azonem in summa C. ad l. Falcid. n. 23. 26.

† Huc pertinet elegans disceptatio apud Cicer. lib. 2. de Inuent. Rhetor. vbi de constitutione generali tractat.

c Imò vna iuris fictione. Raph. & Alex.

d Vtrum duas quartas filius possit detrahere. v. quæ scripsi in Gl. Nou. 1. c. 1. § si quis igitur. in verb. inferi-

e Quando est grauatus purè restituere hereditatem: sed si in diem vel sub conditione. Alex. & Vin.

f adde Gloss. in d. Nouell. c.

g Displicet Bart. Alex. & Vincen. ideo dic aliter vt g. eos hic.

h Iste intellectus displicet Vincen. & nõ congruit literę secundũ Alex.

i Iste intellectus stare potest: sed sequẽs est planior: & melius conuenit literæ secundum Alex. & Vincen.

a Nihil est? Imò incipit in versic. secundũ quid. sed hic exemplificatur secundũ Aug. Pau. Alexan. & Vincen.

b Vltra vires soluere pro vltra dodrantẽ.

c Hæres creditorib' tenetur vltra patrimonium: sed & legatariis, si non facit inuentarium.

ff. Infort.

dem casu si esset institutus in dimidia, sine dubio ex sua persona detraheret Falcidiam: *vt infra eodem. l. in singulis heredibus*. & est ratio quia sicut opes patris, & etiam pupillares, & contributio legatorum relictorum ab impubere in principalibus tabulis, & relictorum à substituto in secundis tabulis: (de qua contributione dictum est supra proximo. §.) inde, id est ex principalibus tabulis capiunt formam & originem: *vt. s. de vulgari. & pupillar. substitutione. l. ij. §. quisquis*. ita dicti substituti de quibus dicitur in hoc. §. subducta persona pupilli siue mortuo pupillo reuocādi sunt ad intellectum institutionis: vt ita prædictus institutus oneratus possit ex sua persona detrahere Falcidiā, ac si institutus fuisset ipse sub alio prædicto substituto. Viso de vno substituto qui fuit grauatus, id est de Mæuio prædicto: videamus de prædicto Seio, cuius pars non fuit grauata vltra dodrantem & ponamus quòd dictus pupillus qui decessit, nondum soluerat legata à se relicta. & ponamus aliquid esse vltra dodrantem portionis dicti substituti non grauari in omnibus legatis, puta quia solutis legatis ab impubere relictis, & solutis relictis ab eodem substituto non grauato, grauatur dodrans dicti substituti, qui quidem dodrans non grauabatur propter legata à se substituto relicta, vt dictum est. nunquid hoc casu dicemus ipsum substitutū non grauatum habiturum Falcidiam eorum omnium legatorum? Et videtur quòd quartam habere non debeat, propter duas rationes. ¶ Vna ratio est, quia habet idem substitutus quartam suæ partis vltra ea legata quæ sunt ab eo relicta: quia, vt dictum est sua pars non erat grauata vltra dodrantem. ¶ Secunda ratio est quare non videtur posse detrahere quartam, quia hoc non patitur cōparatio quæ facta est supra de substitutis ad institutos. dictum est enim supra quòd plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad intellectum institutionis. institutus autē qui habet quartam suæ partis, solutis legatis à se relictis non detrahit quartā econtra autem propter vnam rationem videtur quod dictus substitutus possit detrahere quartam: quia si negemus eum debere habere quartam, aliud apertè hic respondebitur, quam quod vulgo probatum est à sapientibus supra proxi. §. vbi dictum est contributionem faciendam legatorum relictorū in primis tabulis à pupillo, cum relictis à substituto in secundis tabulis, & vnam Falcidiam detrahendam. & ita iste. §. esset contrarius illi: quod esse nō debet. & secundum hāc rationem subaudi debemus dicere quod dictus substitutus non oneratus possit detrahere quartam. Itaque secundum ea quæ dicta sunt à princip. §. vsque huc, apparet quòd ambo prædicti substituti detrahunt quartam in casibus supra positis. est tamē quædam varietas in dicto substituto onerato suo nomine, id est tāquam substitutus: quia cùm sit oneratus vt substitutus, habebit quartam velut institutus, vt dictum est: alter autem substitutus qui non fuit oneratus vltra dodrantēm, licet eius portio largiatur solutionem integrorum legatorum retenta sibi quarta suæ partis, non tamen conuenietur ad solida legata præstanda quę à se fuerūt relicta: imò retinebit ex eis quartam, vt dictum est: & hoc propter confusionem calculi. i. propter contributionem calculi siue rationum vtrorúmque legatorum. s. relictorum à se & ab impubere, & omnium relictorum à dicto substituto non grauato: & vnam Falcidiam ex omnibus detrahet. Huic autē quod dictum est vtrūque dictorum substitutorum Falcidiam detrahere posse: consequēs est quidam casus quem tibi pono. ¶ Pone quod dictus pupillus habēs tutorem in vita sua soluit legata à se relicta: & tutor eius fecit legatarios cauere vt si substitutione prædicta locum sibi vindicāte appareat legatarios vltra habere quam licuerit eis accipere per legē Falcidiam, restituerēt: appareat dico propter legata à dictis substitutis relicta, & postea in pupillari ętate decessit dictus pupillus: & sic vindicauit sibi locū dicta substitutio: certè quamuis dicta cautio pupillo committi non possit: *vt. j. e. si cui. & l. reperitur*. committetur tamē vt dicti duo substituti ex ea agere possint cōtra dictos legatarios, scilicet in eam quantitatē quā vnusquisque eorum substitutorum sibi retinere potuisset de dictis legatis si non fuissent soluta per pupillum, siue per tutorem eius: potuissent retinere dico nomine Falcidię, cum soluerint etiam legata à se substitutis relicta. Viuianus.

† *sub*. vltra dodrantē portionis sibi contingentis.

* Phrasis Græc.

† Quia contributione facta, legata non excedunt quadrātem totius assis.

† *sub*. grauatū.

Pro parte institutus in secundis tabulis, solus grauatur ex sua persona duntaxat. coheres verò qui contributione facta reperitur esse grauatus ex sua ac pupilli persona. Falcidiam cōsequitur. Bartolus.

6. ¶ Si filio suo duos substituerit, [a] & alterius [b] portionem onerauerit: † tractari solet, an ex persona sua Falcidiā possit inducere substitutus, [c] quam [d] pupillus non haberet, [e] vel vnus [f] pupilli substitutus. Et facile quis dixerit consequenter prioribus * quæ de patrimonij [g] ratione dicta sunt, non esse Falcidiæ locum, † & vltra vires [h] portionis conueniendum alterum substitutū. † Sed verior est diuersa sententia, perinde huic [i] quartam relinquēdam existimātium, atque ita si patri heres extitisset. [k] Vt enim * opes [l] patris, & contributio legatorum inde capiūt & formam † & originem: † ita plures substituti subducta [m] persona pupilli reuocandi sunt ad intellectum institutionis. [n] Quid tamen dicemus de altero substituto qui nō est oneratus? [o] si fortè nondum legata pupillus [p] à se relicta [q] soluit, & aliquid vltra dodrantem sit: [r] in omnibus [s] & ipsum Falcidiam habiturum? Atquin [t] quartam habet, neque idem patiatur [u] instituti comparatio. Rursus † si negemus: [x] aliud apertè quam quod vulgo probatum est, respondetur. Itaque varietas existet, [y] vt is quidem qui proprio nomine oneratus est, velut institutus desideret quartam: alter autem qui nō est oneratus, vt substitutus, licet portio

a ¶ *Substituerit*. pupillariter.

b ¶ *Et alterius*. scilicet tantùm.

c ¶ *Substitutus*. cuius portio est exhausta.

d ¶ *Quam*. s. Falcidiam

e ¶ *Non haberet*. vel quia ab eo nil fuit relictum: vel si eadem omnia quæ ab hoc substituto, non tamen minuebant dodrantem totius assis, licet minuant dodrantem medietatis. Accursius.

f ¶ *Vel vnus*. id est si vnus tantùm esset substitutus licèt dimidia esset onerata, non tamen haberet Falcidiā. Accursius.

g ¶ *De patrimonij*. quia locus est contributioni, vel quia legata in singulis intelliguntur legata in primis sub conditione: *vt s. §. proxi. in fi.*

h ¶ *Vltra vires*. id est vltra dodrantem medietatis.

i ¶ *Huic*. cuius quarta est exhausta. Accursius.

* Perperam Ranconnetus somniabat et vestigiis interpretatæ aliquorum librorum legendum hic esse, confusio patrimonij.

† *Sub*. quod ad ordinem attinet.

† *Sub*. quod ad verba & substitutum.

† Allegat hic rationem in contrarium pro substituto.

k *Extitisset*. id [a] est principaliter esset institutus cum alio, & sua exhausta esset.

l ¶ *Opes patris*. id est [b] testamentum patris, [c] quod de opibus suis facit instituendo filium pupillum, & sub. & opes pupillares per consequentiam. simul enim ista capiunt vim, nam primū non habet vim, nisi sit solenne: & secundum non habet vim, nisi valeat & primum. Item capiunt formam, vt primo sibi, postea filio faciat. Item originem: quia vt demum valet pupillare, si & sibi fecerit. & probantur hæc *supra de vulg. sub. l. ij. §. quisquis. & §. prius. & §. fi. & l. qui plures liberos. §. fi. & l. patris. & l. sed & si plures. §. si ex asse. & j. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. vbi & hoc dixi*. Item sicut contributio capit vim quando esset substitutus, *vt. s. proxi. §.* ita & quando duo. vt in nostro casu. [d] Nam relicta ab isto cuius pars est exhausta, contribuentur cum relictis à pupillo in testamento paterno: non tamen omnibus, sed pro dimidia, & sic non contradicit. *supra proxi. §.* quia ibi ideò omnia cōtribuuntur, quia vnus solus erat substitutus: hîc autem erant duo.

m ¶ *Subducta*. id est decedente in pupillari ætate.

n ¶ *Institutionis*. si habeas institutionis, plana est: sicut si essent duo instituti, & vnius pars exhausta detraheret Falcidiam: *vt. j. e. l. in singulis*. 2. Aliàs est substitutionis, & tunc dic scilicet vnius: vt sicut vnus substitutus omnia contribuit, sic iste pro dimidia: [e] sed pro alia dimidia non, sed in Falcidiam detrahit.

o ¶ *Oneratus*. in secundis tabulis.

p ¶ *Pupillus*. qui decessit.

q ¶ *Relicta*. in primis tabulis, quæ tacitè repetita intelliguntur à substituto: *vt. s. de leg. j. l. licet*.

r ¶ *Sit*. scilicet legatum, si soluantur quæ sunt à pupillo relicta.

s ¶ *In omnibus*. potest legi planè & interrogatiuè.

t ¶ *Atquin*. Opponit, [f] & dic habet, si à se tantum relicta soluit, non si à pupillo relicta soluit.

u ¶ *Petitur*. ideo quia institutus qui habet quartam, non deducit Falcidiam: rursus ergo nec iste, cum ei comparent: *vt. s. ibi*. sed verior &c.

x ¶ *Si negemus*. scilicet eum retinere quartam, dicemus contra ea quæ vulgò dicuntur, scilicet supra proxi. vbi dicit contributionem [g] faciendam relictorum in primis & secundis tabulis, & vnā Falcidiam detrahendam. *& dicitur infra e. l. in duplicibus*. Sed Al. dixit, [h] probatum est in substituto qui est oneratus in pupillari substitutione. & aliud in eo qui non est oneratus, vt inferiora innuunt, & secundum hoc est probatum: *vt. s. eo. §.*

y ¶ *Existet*. nunc soluit, & est in subtilitate, non in vtilitate [i] hæc diuersitas. ¶ Et est hic casus quod variatio admittatur. *s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberi*. [k] arg. contra. *s. j. tit. l. Titiæ si non*.

z ¶ *Desideret*. quia pro instituto habetur: vt supra dixi. & sic detrahit quartam ex sua persona de legatis vt à se relictis.

a vel dic, extitisset, scilicet ab initio & iure directo.

b Substitutio pupillaris an & quomodo opes sumat & originē ex testamento patris.

c Tota prima pars Gl. placet Bart. & Vincent.

d Glossa verum dicit: sed nihil ad propositum primæ quæstionis. est igitur referendum ad versic. quid tamen. Alex. & Vincen.

e Glo. est vera in se: sed non congruit literæ, *secundum Vincen.*

f Id est allegat contra substitutum.

g De materia contributionis vide *doctores in. l. qui fundū. §. coheres j. eod. titu.*

h Et male, quia non congruit textui *secundum Vincen.*

i Imò potest esse in vtilitate *sec. Alex.*

k Imò ibi nulla est variatio si rectè inspiciatur *secund. Bart. ibidem.*

Largiatur.

a ¶ *Largiatur.* licet sufficiat inspectis legatis à se relictis. *sic. & ȝ. de mino. l. & si minor.* Alij dicunt largiatur, id est exhauriatur inspectis legatis à pupillo & à se relictis. & secundum primum pūcta post dictionem, substitutus: secundum alium post dictionem, eius.

largiatur [a] eius, non in solidum [b] conueniatur propter calculi cōfusionem. † Huic consequens est, vt si pupillo [c] de Falcidia cautū [d] fuit, [e] duobus [f] committatur stipulatio, videlicet in eam quātitatem quam vnusquisque sibi retinere potuisset.

Legata relicta à pupillo in primis tabulis, & à coherede sibi substituto in secundis, debent contribui. secus si ab vtroque in primis tabulis sint relicta. & eodem in diuersis partibus instituto contributio semper fuit. Bartolus.

7. ¶ Quæsitum est, si quis pupillo coheredem [g] substituisset, [h] quemadmodum legis Falcidiæ ratio inquiri debeat, & quale est quod vulgo † diceretur, legatorum rationem separandam. Dixi quantum ad legata quæ pater à filio, item à substituto † reliquit, nullam fieri posse separationem, cum communi calculo subiiciantur, & inuicem inducant contributionem: [i] sed legata quæ ab instituto extero [k] data sunt † permisceri cæteris † non oportere: [l] ideóq; quartam pupillo datæ portionis habere substitutum, [m] quamuis suā portionem † habeat [n] vt institutus: & aliam causam esse eius qui ex variis portionibus [o] heres scriberetur. Ibi enim legatorū † confundi rationem, nō minus quàm si semel † fuisset nuncupatus ex ea portione quę conficeretur ex pluribus: neque referre, purè sæpe, an sub diuersis conditionibus sit heres institutus.

8. ¶ Si quis exheredato filio substituit [p] heredem institutum, & ab eo tabulis quoque secundis [q] legauerit, necessario ratio [r] confundetur: cùm ideò legata valere dixerit Iulianus à substituto relicta, quòd idē patri heres extiterit. [f]

Potest heres grauari vt Falcidiam sibi compenset in debito. Bartolus.

XII. IDEM *libro trigensimo Quæstionum.*

SI debitor creditore herede instituto petisset ne in ratiōe

† Id est cōtribútionem legatorum relictorum à pupillo & à se: atq; ita ex vtriusque persona simul iuncta retinebit Falcidiam.

b ¶ *Non in solidū.* cōuenit ergo cum alio in effectu: quia vtrobique detrahitur Falcidia, sed primò ex sua persona, secūdò ex persona pupilli: nihilo minus ex sua de vtriusque detrahet.

c ¶ *Si pupillo.* qui soluit legata in solidum,

d ¶ *Cautū.* quod fieri debuit: *vt. ȷ. eo. l. is cui. & ȷ. tit. j. l. j. ij. respond. & ȝ. eo. l. j. §. interdum.* Accursius.

e ¶ *Fuerit.* si amplius soluatur, quàm lex Falcidia patitur reddi.

f ¶ *Duobus.* substitutis, tam onerato ex persona sua quàm onerato ex persona pupilli & sua.

Quæsitū est.] CASVS. Filiū meū impuberem mihi in dimidia heredē institui, & ei in alia dimidia Titiū coheredē dedi, & ab impubere pone legaui quibusdā vltra dodrantē suæ partis, & dictū Titium coheredē impuberis, substitui pupillariter dicto impuberi, & ab eodē substituto nulla legata reliqui in secūdis tabulis, i. in substitutione, & postea decessi, & dictus impubes extitit mihi heres in sua parte, & in pupillari ætate decessit, & sic vindicauit sibi locū substitutio pupillaris in persona Titij substituti, & debet soluere legata ab impubere relicta de parte ipsius impuberis relicta à se de parte sua. quæritur, nūquid debeat cōmiscere legata à se substituto relicta ab impubere, & de omnibus vnam detrahere Falcidi. & si non est necessaria Falcidia omnibus eis commixtis, puta quia non inuenitur dodrās totius hereditatis exhaustus omnibus eis commixtis, non detrahat aliquam: an verò debeant separati relicta ab impubere ab iis quæ fuerunt relicta à coherede suo eodémque eidem impuberi substituto: vt quamuis portionē suam habeat integram substitutus, vel non grauatam vltra dodrantem, possit nihilo minus detrahere quartam de parte impuberis legatis exhaustā? Et certè dicitur hic quòd debent separari prædicto modo: licet secus sit in his legatis quæ relinquuntur à pupillo in principalibus tabulis, & iis quæ relinquuntur à substituto eius in secundis tabulis: quæ quidem non separantur, imò contribuuntur vt vna Falcid. ex omnibus detrahatur. & idem est in eo qui ex variis partibus heres scribitur, & in qualibet parte relinquuntur ab eo legata: puta quia ita dixi: Titium heredem instituto in vnam vnciam, & lego ab eo decem Seiæ cum Mæuio alia decem. Item eundem Titium heredem instituo in alia vncia, & relinquo ab eo legata pone primo & secundo. nam & hic contribuentur omnia legata ac si esset institutus semel tantum, & in duabus vnciis, & prædictis quatuor esset ab eo legatum. & idem est si sub diuersis conditionibus sit pluries institutus, & ab eo pluribus legatum: quia semper contribuentur legata. Viuianus.

† *l. in singulis ȷ. eo. C. §. prox.*

† *sub.* in secūdis tabulis.

g ¶ *Coheredem.* ipsius pupilli.

h ¶ *Substituisset.* pupillariter à filio in primis tabulis, & à substituto in secundis.

i ¶ *Contributionem.* vt. *ȝ. eo. §. quod vulgo. & §. si filio. & ȷ. eod. l. in duplicibus. in fi. & l. qui fundum. §. qui filium. & §. coheres. & ȝ. de vulga. subst. l. coheredi. §. coheres.* ADDITIO. ¶ Dic quòd ibi loquitur de contributione bonorum, hic relictorum, secundum Alexan. & Vincen

k ¶ *Ab instituto extero.* i. extraneo. nam alter erat filius. & sic est casus ablatiuus.

l ¶ *Non oportere.* hoc est contra. *ȝ. eo. §. quod vulgo.* vbi fit cōtributio. Sol. hic dic cæteris, scilicet à pupillo datis, & in primis tabulis. Nā in secundis nulla sunt legata relicta, ibi sic secundum Hu. [a]

[a] Is hanc probat Bart.

2. Vel secundum Ioa. [a] etiam ibi substitutus non erat institutus: hic erat: & ita fit ibi contributio bonorum pupilli & patris & legatorum: hic autem non fit contributio portionum. Sed huic solutioni videtur obstare. *ȝ. de vulg. sub. l. coheredi. §. coheres.* [b] vbi fit cōtributio, & tamē erat institutus & substitutus. & eodem modo obstaret huic. §. in prin. vbi not. tria [c] secundū Az. Primū, quia legatorum, id est relictorum à pupillo & ab eius substituto in pupillari substitutione fit cōtributio siue substitutus erat ei coheres, siue non: *vt in prin. huius. §. & in contrario. & ȷ. ead. l. §. fin.* [d] *& d. l. ȝ. de vulg. subst. l. coheredi. §. coheres. in prin.* Secundū, quia relictorū à coherede impuberis, & relictorum ab impubere in institutione, nō fit cōtributio vt hic: quod accipe cū portio impuberis fit grauata quæ aduenit substituto, vt hic subiicit. secus si succedentis portio sit grauata: *vt. ȷ. eo. l. quod si alterutro. & dicitur. ȷ. e. l. qui fundum. §. qui filium.* & distinxi. *ȝ. eod. l. j. §. si coheredis.* Tertium, quia relictorum à coherede impuberis in institutione, & relictorum in pupillari substitutione fit contributio ab herede substituto, & sic confusio bonorum, vt augeantur alterutra legata propter altera bona. non enim coheres detrahit Falcidiam de pupilli bonis, si in suis habet Falcidiam: licet eam detraheret extraneus. & est ratio: quia extraneus [e] nullo modo habet Falcidiam, nec aliquid nisi ei per detractionem ex lege Falcidia consulatur: *vt. ȝ. de vulg. substit. l. coheredi. §. coheres.*

[a] Displicet Bart. Alex. & Vinc. cū tamen saluat Pau.

[b] Imò dic q̄ nō obstat: sed obstat iste tex. in princip. in verb. dixi. secundum Alex.

[c] Contributio legatorū quomodo fiat vel non fiat.

† *sub.* primis tabulis.

† *sub.* à pupillo relictis in primis tabulis.

† *sub.* integrā.

† *sub.* ab eodē relictorum.

[d] Nihil facit secundum Alex. & Vincen.

† Falcidia vnica locū habet in tabulis patris & filij, *l. in singu. ȷ. eod.*

[e] Substitutus qui non est coheres. Alexan.

m ¶ *Substitutum.* eundémque coheredem.

n ¶ *Habeat.* hic ergo accrescit grauata non grauatæ: vt modò nota.

o ¶ *Portionibus.* vt Titium instituo in sex vnciis, & centum lego. Itē instituo eundem in aliis sex, & ducenta lego. nam fit contributio ac si ex asse simul instituisset, & trecenta legasset.

¶ *Si quis exheredato.*] CASVS. Filium meū impuberem exheredaui, & institui mihi heredem Titium, & ab eodem Titio in institutione legata reliqui, & eundem Titium substitui pupillariter dicto meo filio, quod bene facere potui: *vt. ȝ. de vulg. sub. l. j. §. substituere.* & in hac substitutione siue in his secundis tabulis reliqui etiam legata à dicto substituto. certè necessario confundetur siue cōmiscebitur ratio relictorum in primis tabulis à dicto Titio relictorum eidem in pupillari substitutione: vt sic vna Falc. de omnibus detrahatur. Et bene dico cōmiscendam dictam rationē: quia vltima legata prædicta non valerent nisi esset institutio, ex qua institutione pendent prima legata: & ita multum sibi attinent, ita q̄ separari non possent. nam non aliter valerent dicta legata à dicto substituto in substitutione relicta. nisi idē substitutus extitisset heres mihi patri. Viuianus.

p ¶ *Substituit.* pupillariter, quod potest: *vt Insti. de pu. sub. §. non solum.*

q ¶ *Secundis.* aliter si primis: quia illa legata non confunduntur, nec fieret eorum contributio, nec augerentur propter hereditatē pupillarem: *vt. ȝ. prox. §. & l. quod. ȝ.* ADDITIO. Glos. innuit q̄ hic fit cōtributio bonorum testatoris cū bonis exheredati, quod placet Pau. tamen displicet Rapha. & Alexan.

r ¶ *Ratio.* relictorum in primis tabulis. s. ab instituto, & relictorum in pupillari substit. *vt. ȝ. de vulg. substi. l. coheredi. §. coheres.* [f]

[f] Nihil facit: quia ibi de cōtributione bonorum Pau. Alex. & Vin.

ſ ¶ *Extiterit.* aliàs non valeret relictum à substituto exheredati: licet aliquid exheredato fuit relictum: *vt. ȷ. eo. l. qui fundum. §. qui filios. & C. de leg. l. cum quidam. & fideicom. l. pe. & fac. ȝ. de leg. j. l. planè in prin.*

S *I debitor.*] CASVS. Cùm deberem Titio. c. institui eum mihi heredem, & multa legata ab eo reliqui, & petij ab eo ne in

ratione legis ponenda cum legatariis reputaret creditum suum legatariis,& ne antè partem illud de hereditate detraheret. & decessi. postea fuit datus arbiter inter dictum heredem & legatarios ad æstimationem patrimonij mei & legatorum faciendam, & ad videndum per consequens vtrum habeat locum Falcid. vel non. Dicit heres coram dicto arbitro, ego volo detrahere Falcidiam de legatis: quia debitū meum debet extrahi de hereditate,& eo extracto remanet ita parum in hereditate, quod habet locum Falcid. quòd autem debitum meum debet extrahi, conceditur mihi per iura. s.C. eo. l. in imponenda. legatarij excipiunt contra eum dicentes: tu dolo facis quod nō seruas voluntatem defuncti qui voluit quod tu non detraheres debitum tuum, quo quidem non detracto non habet locum Falcidia: tantum est in hereditate. quæritur quid iuris sit? Et certè allegatio & exceptio legatariorum admittitur, & heredis reprobatur. Viuianus.

legis Falcidiæ ponéda creditum suum legatariis reputaret:[a] sine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrium[b] Falcidiæ † defuncti volūtas[c] seruatur.

Qui est in potestate alterius, excusatur si ab eo tacitum fideicommissum suscepit. Bart.

XIII. IDEM *libro trigensimoseptimo Quæstionum.*

SI tacitum[d] fideicommissum seruus iniungente[e] domino susceperit: habiturum[f] eum legis Falcidiæ beneficium, quia parêre domino debuit, constitutum est. Idémque placuit in filio qui fuit in patris potestate.[g]

Quod extra causam testamenti capitur, in Falcidia seu Trebellianica non imputatur. Bar.

XIIII. IDEM *libro nono Responsorum.*

a ¶ *Reputaret.* id est ante acciperet: sed hoc non dicto bene detrahet: *vt. C. ad leg. Falcid. l. in imponenda.*

b ¶ *Arbitrium.* qui in talibus datur: *vt. j. tit. j. l. j. §. cum dicitur.*

c ¶ *Voluntas.* speciale est hoc etiam iure veteri vt cesset Falcid. ex voluntate defuncti. sic & alias in[a] casibus multis: *vt no. j. ad Trebellia. l. Marcellus. §. quod autem.* regulariter contra: *vt. j. e. l. quod de bonis. § fi. & l. Titia.* Item huic. l. contra. *s. de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. ibi, planè &c.* vbi dicit iniquitatem occurrere. Sed dicit R. quòd æquitas ibi præfertur, & sic remanet huic contra. ¶ Sed cōtra eum. *j. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus.* & ideo dic ibi[b] esse iniquum inspecto iure communi: sed hîc inspecta voluntate defuncti est æquum vt non habeat vtramque Falcid. scilicet Seianæ & Mæuianæ hereditatis, quæ præualet, vt hic dicitur. *& facit. C. de heredi. institu. l. si compensandi.*

SI tacitum.] Ad euidentiam huius. l. nota quòd si heres institutus rogetur à testatore de præstando legato vel fideicom. alicui nō capaci, & ipse heres accommodaret tacitam fidem testatori de dando legato vel fideicommisso: fiscus debet habere illud legatū vel fideicommissum, & heres ex eo non potest detrahere Falcid. quamuis in aliis legatis habeat locum Falcidia: *vt. j. eo. beneficio. ij. respon. & s. de iis qui. vt indig. l. heres qui tacitam.* CASVS. Pone ergo quòd institui mihi heredem seruum meum, & dedi ei libertatem, & iniunxi ei quòd præstaret legatum cuidam non capaci: & ipse accommodauit mihi tacitam fidem super hoc. certè fiscus debet habere dictum legatum, & dictus seruus nunc liber detrahet de eo Falci. & hoc ideo, quia habuit necesse parere mihi domino & quod dixi in seruo, habet locum in filio vel filia in potestate patris constitutis.

d ¶ *Si tacitum.* Quid[c] hoc sit, dic *vt. s. de iure fisc. l. ij. in prin.*

e ¶ *Iniungente.* i.[d] necessitatem imponente. secus autem si seruus consentiret spontè. *arg. s. si quis aliquem te. pro. l. j. §. j.* nam non[e] computatur istud inter atrociora, & ita non[f] imputatur seruo si ei pareat. aliàs secus: *vt. j. de reg. iur. l. ad ea. & de act. & obl. l. seruus. & s. de noxa. l. ij. §. is qui. & ad leg. Aquil. l. liber homo. in princip.* Accursius.

f ¶ *Habiturum.* secus in libero homine: *vt. s. de iis qui. vt indig. l. heres.*

g ¶ *Patris potestate.* secus[g] in emancipato: *vt. j. ad. l. Cor. de fal. l. diuus. & s. de iis quib. vt indig. l. in fraudem. §. fi. & l. post legatum. §. si seruum.*

PAter.] CASVS. Titia filia mea pro qua dotem dederam Seio marito suo, ab eo diuertit sine culpa sua mulieris: ego postea ea consentiente dedi libellum marito pro recuperanda dote, non tamen litem fui contestatus, & interim feci testamentum, & institui mihi heredem dictam meam filiam & Gaium filium meum, quemlibet pro dimidia. i. quemlibet in sex vnciis, & petij à filia vt dicto coheredi suo restitueret suam filiæ partem hereditatis, retineret tamen sibi ex ea sextam partem. i. vnam vnciam: & dixi eidē meæ filiæ: bene scio quòd posses retinere quartam partem tuę partis hereditatis. i. vnciam & dimidiā: sed pro illa media vncia compensa tibi dotem tuam, & habeas dotem loco illius mediæ vnciæ, & ita habeas dotem tuam & vnam vnciam tuæ partis hereditatis meæ, & quinque vncias restituas coheredi tuo. & postea decessi. nunc quæritur quid iuris sit circa prædicta? Et dicitur quòd ipsa filia nihilo minus poterit detrahere Falc. iure hereditario de prædictis sex vnciis suis quas rogata fuit restituere fratri suo id est vnciam & dimidiam iure proprio, & dotem nihilominus habebit: & hoc ideò, quia ego pater nō fui litem contestatus super dote cōtra maritum, vt dictum est: imò solummodo petij per libellum: quia si litem fuissem contestatus, ad heredes meos prædictos transmisissem, & sic dimidiam dotis caperet filia mea iure hereditario, & sic computaretur in Falci. secundum voluntatem meam, & hoc secundū iura antiqua: hodie autem etiam lite per me patrem contestata contra maritum habet præcipuam dotem mulier: *vt. C. de rei vxo. ac. §. & hoc ex rei vxoria.* Viuianus.

PAter filiam quæ à viro diuerterat,[h] heredem pro parte instituit: & ab ea petiit vt fratri & coheredi suo portionem hereditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compensatione dotis in Falcidiæ ratione. Si pater[i] dotem consentiente filia non petisset: Falcidiam quidem iure hereditario, dotem autem iure proprio[k] filiam habituram respondi: quia dos in hereditate patris non inueniretur.[l]

Onus non deducendæ Falcidiæ ex alio testamento debitæ, cum aliis legatis & aliis oneribus commiscetur. Bartolus.

1. ¶ Auia nepotibus heredibus institutis fideicōmisit, vt omissa retentione quæ per legem Falci-

h ¶ *Diuerterat.* sine culpa. aliàs dotem amisisset: *vt. C. de repu. l. consensu. §. hac nisi vir.*

i ¶ *Si pater.* Nunc respon. & dic non petiisset ea consentiente, sed ea ignorante petisset[a] Falci. quidem &c. & est ratio: quia mulier patre[b] mortuo tanquam propriam incipit habere dotem, & & petet à viro, & vir cum non sit liberatus, repetet à patre vel eius coherede condictione indebiti, vel ob causam, vel sine causa: *vt. j. de solu. l. qui hominem. §. si gener. & arg. j. l. proxi. §. ex donationibus.* sic quidam. Sed non videtur posse procedere: quia cum ipsa heres extiterit patri, videtur quòd in hereditaria portione debeat ei obstare exceptio si velit petere à viro, cum iam eam soluerit patri: *vt supra solu. mat. l. fin. cum dotem. §. si pater. & de pig. ac. l. solutum. §. solutam & j. de regu. iur. l. ex qua persona. & s. de lega. ij. l. cum pater. §. qui dotale. & §. fin. & de fun. dota. l. dotale. §. fin.* Tu ergo dic quòd non petiit nec exegit cum iudice, vel sine iudice. Quid autem si petiit, sed non exegit? Respond. aut lis fuit contestata, aut non. primo casu transmittit ad heredes secundum naturam actionis ex stipulatu quam olim habebat, non quam hodie habet ab actione rei vxo. *vt. C. de rei vxo. act. §. & hoc ex rei vxoria.* & sic non computat in Falcid. in secundo habetur pro nō petita: *vt. j. rem ra. hab. l. amplius.* ¶ Item quid si ea consentiente? Respon. computatur in Falcid. *vt. C. communia vtriusque iu. l. fin.* secundùm Azo.

k ¶ *Proprio.* Propriè loquitur hic de quarta iure institutionis: in[c] qua computatur solum quod capitur iure hereditario: *vt. j. eod. l. quod autem. & l. id autem. & l. in quarta. in princ.* Secus[d] autem in debito iure naturæ, in qua imputatur & quod capitur iure legati vel alio modo relicti, & sic dos: *vt. C. de inoffi. testa. l. quoniam. & no. C. communia vtriusque iudic. l. fi. quæ sunt contra.*

l ¶ *Non inueniretur.* sed extra, & quasi proprium patrimonium mulieris: vnde quæritur, an mulier sit domina rei dotalis?[e] Azo quòd sic, arg. huius. l. ¶ Item an[f] possit institui in dote sua? Videtur quòd non:[g] vt hic. sed plenè dic de vtroque: *vt. s. de mino. l. denique. §. sed vtrum. in fin. & facit. j. de coll. bo. l. j. in fin. & l. seq. & infra ad Trebellia. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. à filia. & C. de rei vxo. act. §. & hoc.* Item contra huic. l. *supra e. l. si debitor.* Speciale est in filia ne oneretur in Falcidia iure institutionis debita: hoc est vt eam cum debito dotis teneatur compensare, sicut & alio casu: *vt. j. l. proxi. §. cum fideicommissum.* Vel est etiam hoc ideò, quia hîc volebat pater compensare quod alius debebat, non quod ipse: vt ibi.

Auia nepotibus.] CASVS. Sempronius instituit sibi heredē Titiam, & ab ea multa legata Titio reliquit: ita quòd ipsa poterat ex eis Falcidiam detrahere: & decessit idē Sēpronius: postea ipsa Titia fecit testamētū, & instituit sibi heredes quatuor suos nepotes, & duobus ex eis aliqua plegauit, & rogauit illos quibus non prælegauit, vt solida legata soluerent illis quibus prælegauit, & vt Titio prædicto cui Falcidiam detrahere poterant sicut auia poterat, non detraherent Falcidiam: & postea decessit dicta Titia auia quæritur, quid iuris sit circa prædicta? Et dicitur quòd hoc casu videtur

a Et habuisset.
b Dotem tanquam propriā tem, patre mortuo filia possidet.
c Falcidiæ (quæ nihil aliud est quàm quarta quę debetur iure institutionis) ea tantum imputantur quæ iure hæreditario capiuntur.
d Quartæ iure naturæ debitę, non tantum imputantur ea quæ iure hæreditario capiuntur, sed & ea quæ iure legati vel alio modo relicti.
e Imò dotalis rei maritus est dominus. Alex. & Vincen.
f In dote filia potest institui.
g Imò potest. secundū Alex.

videtur datum fideicommissum Titio ab istis nepotibus per dictā auiam, id est hęc quarta quę poterat ei detrahi, videtur legata. hoc ergo onus nepotibus datum siue commissum, id est hoc legatum quartę veniet in contributionem cum cæteris legatis à nepotibus prædictis relictis: vt & de hoc & de cæteris nepotes Falcidiam detrahant. Viu.

diem ex alio † testamento competebat,[a] solida[b] legata fratribus & coheredibus soluerent. Rectè datum[c] fideicommissum respōdi: sed huius quoque[d] onus in contributionem venire.

Si vnus pluribus substitutus vtrique directò succedit, contributio habet locum: secus si vni directò, alteri per consequentiam. Bart.

2. ¶ Duobus[e] impuberibus substitutum,[f] vtrique heredem existentē, in alterius hereditate Falcidia non vti conuenit, si de bonis alterius[g] impuberis quartam partem hereditatis patris quæ ad filios peruenerit, retineat.

3. ¶ Quòd si frater fratri legitimus[h] heres extiterit, & impuberi supremo substitutus:[i]

† Potest testator grauare heredem, vt Falcidiam quam ipse detracturus erat, alteri ex altero testamento nō detrahat. Cuiusmodi onus legatū censetur: ideoque vt legatum inter alia legata contribuitur.

a ¶ *Competebat*. sc. auiæ. fuerat enim heres instituta hæc auia, & legato puta relicto Titio & Seio erat grauata, & sic detractura erat Falcidiā quam noluit retinere suos heredes, & sic est eis onus, & Titio & Seio vtilitas, quod onus vnà cū cæteris oneribus defalcabunt nepotes heredes auiæ. Vel dic ꝙ hi nepotes ab alio fuerant instituti & grauati, sicque Falcid. erant detracturi, sed auia instituendo eos prohibuerat. & dic vt prius. Accursius.

b ¶ *Solida*. relicta in primo testamento. Idem si dixisset auia de relictis à se. nā nihilominus defalcarētur: *vt infra. l. proxi. §. fin.* Sed contra, *supra eo. si debitor.* vbi cessat. Falcid. ex voluntate defuncti. Sed ibi speciale. Alij ꝙ hîc ex alio testamēto, non ex testamēto auiæ cōpetebat his nepotib. hoc debitum, s. quartæ deductio. secus autem si ex testamento eodē cōpeteret debitū, vt ibi: sed tunc speciale ibi, vt dixi.

c ¶ *Datum*. de omissione Falcidiæ.

d ¶ *Quoque*. s. non deducta quarta in contributione: quia de eis hîc tanquam de vno legato detraheret Falcidiam.

Duobus impuberibus.] CASVS. Duos filios meos impuberes mihi heredes institui, scilicet Titium & Seium, & à Titio legaui quibusdam vltra dodrantem suæ partis, ita quod habet locum lex Falcidia: & à Seio legaui. sed non vltra dodrantem: vel à Seio nihil legaui, & ita eis substitutum dedi, si Titius impubes decesserit in pupillari ætate. substituo ei Sempronium: & si Seius impubes decesserit in pupillari ætate, substituo ei prædictum Sempronium. & sic singulis separatim fuit facta substitutio, & decessi. postea vterque dictorum impuberū decessit in pupillari ętate, & ita ex dicta substitutione successit eis dictus Sempronius. nunc petunt legatarij legata ab eo, ipse vult detrahere Falc. de legatis relictis à Titio prædicto impubere, cùm vltra dodrantem suæ partis sit ab eo legatum. legatarij autem dicunt ei, tu potes retinere quartam partem hereditatis patris quæ ad impuberes peruenit de parte Seij alterius impuberis: quia ab eo nihil fuit legatum: vel si fuit ab eo legatum, ita parum fuit ab eo legatum, quod exsolutis legatis ab eo relictis remanet apud eum ex sua parte tantùm quòd capit dictam quartam hereditatis patris. vnde cùm possis habere quartam totius hereditatis, non potes detrahere Falc. de legatis Titio relictis. nunquid sunt audiendi legatarij? Et dicitur quòd sic. Secus autē esset si singulis non esset facta substitutio: sed ita dixissem, ego pater impuberum à me institutorum ei ex filiis meis impuberibus qui vltimò morietur in pupillari ætate, substituo Sēpronium, quia tunc si Seius impubes non grauatus legatis decedat in pupillari ætate, & sic Titius eius frater qui erat grauatus, fit eius legitimus heres, & postea moriatur Titius grauatus, & ei Titio morièti dictus Sempronius substitutus heres extitit: portio quidem paternorum bonorum non grauata quam Seius intestatus pura accepit à me patre, & quam habuit Titius eius frater qui ei ab intestato successit, non confundetur siue commiscebitur rationi legis Falcid. cum parte Titij grauati, quamuis vtrāque habeat substitutus: quia non habet locum in ea substitutio: sed ab intestato fuit delata fratri grauato, id est Titio. sed quartam tantùm eius portionis grauatæ substitutus retinebit quam Titius impubes accepit à me patre, qui Titius habuit substitutum Sempronium. substitui enim solummodo vltimo decedenti, & Titius grauatus vltimò decessit, vt dictum est. Viu.

e ¶ *Duobus*. à quibus legata reliquit. Nec ob. *s. eo. l. in ratione. j. si filio. in prin.* Sed ibi[a] duo vni, hîc ecōtra duobus vnus substituitur. Præterea & ibi dicit postea fieri contributionē: sed magis videtur, *contra. in eadem. l. §. quæsitum. ibi, sed legata.* nam hîc portiones miscentur. Sed ibi idem erat substitutus, & in parte institu-

a Substituantur duo vni: an vnus pluribus latet est.

ff. Infort.

tus, hîc tantùm substitutus.

f ¶ *Substitutum*. Si ponas separatim substituisse, planum est: vt si primus heres decesserit in pupillari ætate, eidem substituo talem, vt Sempronium. Item si secundus decesserit in pupillari ætate, eidem substituo. nam siue simul siue diuersis temporibus decedant,

portio quidem paternorum bonorum quam intestatus puer accepit, rationi Falcidiæ non confundetur:[k] sed quartam eius tantùm portionem substitutus retinebit, quam impubes[l] accepit[m] qui[n] substitutum habuit.

Falcidia resecat etiam liberationem factam ex causa legati, vel donationis causa mortis. Alexander.

XV. IDEM *libro tertiodecimo Responsorum.*

QVod bonis iure Falcidiæ contribuendum est à debitore,[o] cui mortis causa pacto[p] debitum remissum[q] est in factum concepta replicatione † retinebitur.

Pactum factum in vita defuncti de Falcidia non repetenda non valet. Bartolus.

vtrique est heres substitutus: vt hîc in prin. dixi. Si autem dixit, si ambo[a] decesserint in pupillari ætate: distinguitur an simul moriātur, & tūc idē est quod in primo, quòd vtrique ex testamento succedat: *vt hîc in prin. §. aut diuersis temporibus moriantur:* & tunc vltimò tantùm, *vt hîc quòd si frater &c. & .s. de vulga. substitu. l. qui duos. & .C. de impu. & al. subst. l. penult.* Nec ob. *s. de iniusto. testa. l. penult*, vbi vno decedente vocatur substitutus. Sed ibi separatim substituerat. 2. Vel dic, *vt. d. l. Cod. de impub. & al. sub. l. pe. not.* Item ad idem est contra. *j. ad Trebe. l. heredes. §. cùm ita.* Sed ibi[b] in fideicommissaria. *& facit infra de bonor. pos. secundùm tabu. l. pe. in prin. & .s. de vul. substi. l. ex duobus. in prin.* Sed arg. contra. *j. ad Treb. l. eum.*

a Substituens pater duobus impuberibus, intelligitur ambos impuberes decedere debere.

In vulg. edit. est lex, Quod de bonis.

† Hæres prima actione experiebatur non obstante pacto. & sui excipiebat de pacto, verùm replicatur non habere effectū vltra dodrantē propter Falc. quæ imminet.

b Substitutionis fideicōmissariæ & directæ differentia.

c Substitutionis separatim & coniunctim factæ differentia.

g ¶ *Alterius*. ex substitutione.

h ¶ *Legitimus*. quod est in eo casu quando[c] nōn separatim singulis, sed coniunctim eis substituit, puta dixit, si ambo decesserint in pupillari ætate, substituo eis Sempronium. quoniam inuicē eis succedunt, & vltimo decedenti succedit substitutus; *vt. s. de vulg. substi. l. qui duos.*

i ¶ *Substitutus*. sc. heres extiterit.

k ¶ *Non confundetur*. quia in ea non habet locum substitutio, sed in testamento fuit delata fratri.

l ¶ *Impubes*. vltimò decedens.

m ¶ *Accepit*. vltimò decedens. nam primus non habuit substitutum. sed legitimum fratrem heredem

n ¶ *Qui*. impubes.

QVod de bonis.] CASVS. Titius habens debitorem in. c. per pactum remisit ei dictum debitum causa mortis. Item fecit testamenttum, & instituto herede Seio, multa quibusdam legata reliquit, ita quod habeat locum. l. Fal. vnde sicut ab aliis legatariis potest heres detrahere quartam, ita à dicto debitore: *vt. j. eo. quærebatur. & . Cod. eo si quis quadringentorum.* & sic dicitur debitor contribuere cum aliis legatariis ad quartam heredis iure Falcidiæ de bonis detrahendæ. certè illud quod ita contribuendum est per dictum debitorem, retinebitur per heredem nomine Falcidiæ cōcepta per heredem cōtra debitorem replicatione in factum. nam heres petet ab eo quartā debiti: & si ipse excipiat de liberatione, heres replicabit in factum, & ita cogetur soluere heredi quartam debiti, & heres retinebit eam nomine Falc. & subaudi hîc, illud quod contribuendum est &c. Viu.

o ¶ *Debitorem*. cui fuit liberatio relicta, & cùm posset Falc. retinere, in totum liberauit heres.

p ¶ *Pacto*. maximè. nam idē[d] est si acceptilatione:[e] *vt. j. e. l. quærebatur.*

q ¶ *Remissum*. à testatore vel ab herede errore facti non interueniēte. Nā sic dicit in legato: *vt. C. ad l. Fal. l. error.* & donatio[f] causa mortis similis est legato: *vt. C. de dona. cau. mor. l. fi.* ¶ Et sic non ob *j. eo. l. qui id quod. & . C. ad. l. Fal. l. fi.* quia ibi sciens soluit vel promisit. *& facit ad. l. s. de leg. l. ij. l. cum pater. §. Mæuio. debitori.*

¶ *Frater.*] CASVS. Titius instituit sibi heredem sororem suam Seiam, & ab ea multa legata reliquit quibusdam, ita quod de iure habebat locum lex Falc. & alium puta Gaium cui donatum volebat causa mortis, pœnam de qua infra dicit, curauit idem testator stipulari ab ea ne Falcidia vteretur circa legata, & vt certam pecuniam præstaret eidem Gaio dicta heres si contra faceret: & ita stipulatus est Gaius prædictus à dicta herede. modò quæritur, vtrum dicta soror habeat retentionem quartæ ex legatis? Et dicitur quòd sic, quia priuatorum cautione non est legibus refragandum, quæ leges volunt quòd hereditate grauata legatis vltra dodrantem, heres possit detrahere Falcidiā: *vt supra eodem. leg. j.* vnde & actio

d Acceptilationis & pacti similitudo.

e Non tamen hoc casu agetur actione prima, quæ sublata est. *l. actione de transact.* sed cōdictione indebit. vt se reponat in obligationē, si prima erat in diē vel sub conditione, quod si pura erat, agetur ad rem debitam vsque ad quartam.

f Donatio causa mortis legato similis.

ex stipulatu denegatur illi cui donatum voluit testator contra sororem testatoris heredem. Viuianus.

a ¶ *Donatum*. causa mortis, vt pœnam de qua subiicit.

b ¶ *Refragandum*. ¶ Not. *sic*. ff. *de leg. j. l. nemo potest. & ff. de suis & leg. l. fi. & ff. de pac. l. ius publicum*. Argu. contra. ff. *de leg. ij. l. codicillis. §. fin. & de hoc not. in Authent. vt siue prohi. ma. deb. col. vij. §. j.* Accursius.

1. ¶ Frater cùm † heredem sororem scriberet, alium ab ea cui donatum [a] volebat, stipulari curauit ne † Falcidia vteretur, † & vt certam pecuniam, si contra fecisset, præstaret. Priuatorum cautione legibus non esse refragandum [b] † constitit: & ideò sororem iure publico retentionem habiturá, & actionem ex stipulatu denegandam.[c]

Licet quis vnum legatum soluerit integrum, non prohibetur ab aliis legatis Falcidiam detrahere. Bartolus.

2. ¶ Nõ idcirco † minus Falcidię rationem in cæteris annuis legatis admitti visum est, quòd primo ac secundo anno sine vlla detractione [d] fuissent legatario soluta.[e]

Quod defunctus debet heredi, vt æs alienum deducitur: nisi testator prohibuerit: nec videtur prohibere, si eum grauat vt propria bona sua restituat: & fructus percepti iudicio testatoris, in debitum imputantur. Bartolus.

3. ¶ Quod auus [f] ex causa tutelæ nepoti debuit, cùm auo nepos solus [g] heres extitisset, ratio Falcidiæ si poneretur, in ære [h] alieno bonis deducendum respondi. nec ad rem pertinere, quòd heredem auus idémque tutor rogauerat, vt si sine liberis ante certam ætatem [i] decederet, tam hereditaria, quàm propria bona restitueret. non enim ex hoc hereditatem debito compensatam videri:[k] cũ vel ideò maximè declaretur nõ esse compensationé factam, quoniam heredem suum habere propria [l] bona defunctus ostendit.[m] Planè si conditio fideicõmissi fuerit impleta:[n] fructus hereditatis [o] post mortem aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compensabuntur:[p]

c ¶ *Denegandam*. scilicet ipso iure, vel exceptione repellendam *sic. ff. de condi. insti. l. quæ sub condi.* ¶ Et no. quia aut est contra legem stipulatio vel pactum: & tunc nec principale, nec pœna valet: vt hic, aut secundum. l. & tunc vtrumque. aut præter legem, & tunc non principale, sed pœna: quod dic. ¶ Vt not. *C. de pac. l. pacta*. ¶ Item not. quod hic. §. videtur hodie corrigi: *vt in Authent. de here. & Falci. §. si verò expressim. colla. j.*

Nõ idcirco.] CASVS. Instituit Titius heredẽ Seium, & reliquit annua. x. Gaio, & multa alia legata reliquit quibusdam ita quòd habebat locum. l. Falcid. & decessit dictus Titius, postea Seius heres soluit. x. Caio primo & secundo anno, & nihil detraxit nomine. Falc. nunc vult detrahere Falc. pro sequentibus annis. nunquid potest? Et dicitur quò sic, non obstante quòd duobus annis præstitit integra. qualiter autem detrahatur Falcid. de annuis legatis, habuisti. ff. *eo. l. j. §. si in annos*. Viuian.

d ¶ *Detractione*. vel cautione de legatis restituendis si Falc. appareat.

e ¶ *Soluta*. s. ratio quæ poterat retineri. & hoc [c] per errorem facti: *vt. C. eo. l. error.* ¶ Sed quid si ex certa [d] scientia? Respon. hoc iure non nocet in aliis: *vt. C. eo. l. in imponenda. in fi.* Hodie contra, *vt in Authen. de here. & Falc. §. non autem. col. j* ¶ Item contra. *C. de fideicommi. l. j.* vbi triennio prędiudicat: sed hic fuit minus tempus, & sic intelligitur. *C. de pac. l. si certis an.* Vel ibi in cõtrario erat duplex fauor, alimentorum, & vltimæ voluntatis. vel refert sit inutile propter minus [e] solemnem voluntatem, vt ibi: an propter Falcid. *vt hic. & facit. C. ne vxor pro marito. l. fin. & C. de vsur. l. creditor. & ff. de ope. lib. l. operis.* Sed arg. contra. *C. de non nume. pecu. l. cum fidem. & ff. de iudi. l. si fideicommissum. in fi.*

Quod auus.] CASVS. Titius fuit tutor nepotis sui Seij, & malè administrauit eius tutelam, ita quòd fuit factus eius debitor in c. pone. postea fecit testamentum dictus auus, & instituit sibi heredem dictum suum nepotem, & multa legata ab eo quibusdam reliquit, & rogauit eundem nepotem vt si sine liberis ante. xxv. ann. pone decederet, tam hereditaria bona quàm propria sua bona nepotis restitueret Gaio pone: postea decessit hic auus: nunc legatarij petunt legata à dicto nepote. ipse vult detrahere Falcidiam, cũ dodrans fuerit per auum exhaustus, & vult detraherẽ ante partem dicta. c. quæ ei debebat auus ex tutela, tanquam æs alienum. quæritur, vtrum possit ita detrahere sibi debitum? Et videbatur quibusdam quòd non: quia auus rogauit eum, vt dictum est: vt si sine liberis ante. xxv. an. decederet, restitueret Gaio tã hereditaria bona. id est aui, quàm propria sua bona nepotis, & ita videbatur secũdum eos quod auus noluerit sibi remitti dicta. c. quæ debebat nepoti, ideò quia tanto tempore voluit nepotem tenere vtraque bona. Sed certè respondetur in cõtrarium, scilicet quod bene potest nepos heres detrahere dicta. c. antè partem tanquam æs alienum: nec obstat ratio prædictorum qui credebant cõtrarium, id est qui credebant compensationem fieri: quia etiam per verba testatoris ideò maximè declaratur non esse factam dictam compensationé, quoniam ostendit per verba sua defunctus testator nepotem heredem suum habere propria bona. nam dixit dictus testator quod dictus suus heres restitueret Gaio tam hereditaria bona quàm propria bona nepotis: per quod apparet quòd sicut per propria bona nepotis restituenda Gaio per nepotem non tollitur illud quod ei nepoti debet auus, sic nec per hereditaria: vt hic, & argum. C. de diuer. rescript. l. si libellum. ¶ Sed pone quod antequam dictus nepos detraheret rationem legis Falcid. cum legatariis, ipse nepos decessit sine liberis ante dictos. xxv. ann. & sic conditio fideicommissi prædicti Gaio restituendi fuit impleta, & sic heres dicti nepotis tenetur restituere dictum fideicommissum hereditatis aui & nepotis dicto Gaio. vult nunc heres nepotis detrahere de bonis aui restituendis Gaio dicta. c. quæ auus debuerat nepoti ex causa tutelæ, & etiam detrahere postea quartam de bonis prædictis aui ex Trebelliano, & vult lucrari fructus quos percepit ex hereditate aui nepos post mortem aui, & vult etiam detrahere quartam de bonis nepotis quæ similiter debet restituere Gaio fideicommissario. quæritur, nunquid possit? Et dicit quòd fructus hereditatis aui percepti post mortem aui compensabuntur cum dicto debito tutelæ vsque ad concurrentem quantitatem: & si capiunt plusquam dictum debitum, superflui imputãtur quartæ Trebellianicæ: *vt infra eadem. l. §. fructus.* & sic non lucratur heres nepotis dictos fructus, nec detrahit dictum debitum de hereditate aui, cùm fructus cum debito compensentur. quartam autem de bonis nepotis non detrahit heres nepotis quæ restituere debet Gaio similiter: sed detrahit eam tantummodo de bonis aui: quæ scilicet bona auus reliquit nepoti tempore mortis sui aui. & non mireris si heres nepotis tenetur restituere Gaio bona nepotis: quia intelligo quòd tantùm habet heres nepotis propter quartam quam detrahit de bonis aui, computatis etiam in dictam quartam fructibus perceptis ex bonis aui, qui fructus sunt vltra illos fructus qui compensati fuerunt cum debito tutelæ, vt dictum est, quantum erat in bonis nepotis: *vt. C. de iure do. l. cum patrem. & ff. de leg. ij. imperator. §. fin.* Quis autem debeat amodo respondere legatariis quibus dixi auum legasse, scilicet vtrum Gaius fideicommissarius qui habet bona aui, & heredis aui, id est nepotis: an verò heres nepotis qui habet quartam bonorum aui? dic *vt. ff. ad Trebel. l. j. §. si is qui quadringenta.* hoc dicit vsque ad. §. cùm fideicommissum. Viuianus.

f ¶ *Quod auus*. puta. c.

g ¶ *Solus*. ideò dicit solus, vt melius conueniant sequentia. nam cum alio non deduceretur totum debitum ex causa tutelæ. Item nec confunditur nec compensatur cum fructibus nisi pro hereditaria portione: pro alio agetur contra heredem: *vt. C. de neg. gest. l. si ab eo.* Accursius.

h ¶ *In ære.* id [a] est inter cæterum æs alienum: *vt. C. eod. l. in imponenda. & l. irritum.*

i ¶ *Aetatem*. puta. xxv. annorum.

k ¶ *Videri*. id est quia toto tempore voluit eum tenere vtraque bona: nõ ideò videtur velle remitti æs alienum, nisi hoc expressè dixisset: *vt. ff. eo. l. si debitor.* Accursius.

l ¶ *Propria*. per quod apparet quod sicut per propria non tollitur æs alienum, sic nec per hereditaria, *arg. C. de diuer. re. l. j.* 2. Vel aliter: quia voluit eum habere propria, & proprium [b] est quod ab auo debetur: ergo & illud voluit detrahi auus quod ex causa tutelæ debuit.

m ¶ *Ostendit*. cùm si decederet intra certam ætatem, deberent restitui tam propria quàm hereditaria.

n ¶ *Impleta*. quia decessit ante cõpletum. xxv. annum sine liberis.

o ¶ *Hereditatis*. auitæ.

p ¶ *Compensabuntur*. reliqui fructus quadrãti imputãtur: *vt. ff. e. §. fructus. & ff. ad Trebel. l. in fideicõmis. & l. mulier. & ff. eo. filius.* secus esset in liberis primi [c] gradus, qui debẽt habere quartam in rebus principalibus, non per imputationẽ fructuum: *vt. C. ad Treb. l. iubemus. quæ est contra.* ¶ Et not. hic quòd non lucratur fructus si excedant quartam, cùm computet in debito: licèt eos percipiat ex iudicio defuncti. quod est contra illud quod distinxi. ff. *ad Treb. in fideicommis.*

a Ius publicũ priuatorum pactionibus mutari nõ potest. † Huius respõsi interpretationẽ vide apud Alexã. ab Alex. *li. 1. Gen. dier. ca. 2j.* † *v. quæ scripsi ad Authentica sed cum testator C. eod.* † Alciat. *li. parergon. 1. cap. 15.* rationẽ adfert quamobrẽ nõ liceat testatori Falcidiã in suo testamẽto prohibere. Hodie tamen permissam esse à Iustiniano Falcidiæ prohibitionem annotauit ex *Nouel. const. 1.* Frã. Balduin. *in cõmen. in tit. ad leg. Falc. Inst. lib. 2.* b Quoties cõtra, secundum, vel præter legem stipulatio est vel pactum an toties principale vel pœna valeat? † *Sic habetur in. c. si diligenti. cum Gl. circa prin. extr. de fo. compe.* † *Videtur huic §. contra authẽ. sed cum testator versi item si heres. C. eo. conclude per Bart. in l. si ex pluribus. ff. eo.*

c Heres errore facti soluẽs legata quibusdã legatariis non sibi prędiudicat vt aliis soluere cogatur, sec[us] si ex certa sciẽtia *vt hac Glo.* d *adde Bar. Nouell. 1. c. 3. §. non autẽ & ibi Glo.* e *adde Gloss. & quæ ibi scripsi in. l. non dubiũ. 16. in ver. agnouerit in fi. C. de testamẽtis.*

a Falcidia cum initur, æs alienum deducendum. b Proprium est quod ab auo debetur, atque ita propria bona cuiusque intelliguntur quæ ab auo acceperit: vt nec quæstuum seu quæsitorum appellatione veniãt. proinde non cõtribuuntur in societate inter coniuges inita quæstuũ & conquestuum. c Quartæ fructus non imputant liberi primi gradus, vtputa filij: secundi gradus, vtputa nepotes, imputant.

fideicommis. in prin. sed est hic *vt dixi. ĵ. ad Treb. l. mulier. §. pen.*
a ¶ *Sed quartam.* hereditatis auitæ.
b ¶ *Reliquit.* id est quę fuerunt morientis aui, non autem de bonis propriis nepotis. ¶Sed nunquid heres nepotis tenetur propria restituere? Respon. ita, si propter quartam tantùm habeat ex bonis aui, computatis etiam fructibus, quantum in bonis nepotis erat. *C. de iure do. l. cùm patrē. & supra de leg. ij. imperator. §. fina.* & sic bona nepotis nō defalcabit: quia de auitis detrahendo quasi propriorum quartam detraxisse videtur. & est ratio quia de bonis defuncti provt erant tempore mortis, debet Falc. detrahi: *vt Insti. ad. l. Falcid. §. cùm autem.*

sed quartam[a] heres nepotis de bonis dumtaxat quæ moriens auus reliquit,[b] retinebit.

In filiis primi gradus debitū cum Falcidia non compensatur etiam si hoc testator expressit. Bar.

4. ¶ Cùm fideicommissum[c] ex voluntate matris à patre moriente debitum filio, pater hereditate sua quam in filium conferebat, compensari voluit: quod filio debetur, si ratio Falcidię poni cœperit, fini quadrãtis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compensabitur: atque ita superfluum æris alieni dodranti tantùm detrahetur.

Quod ab herede vxoris ex donationibus à marito ei factis debet reddi: venit deducendum vt æs alienum. Alexan.

c ¶ *Cùm fideicommissum.* Maritus ab vxore institutus fuit rogatus hereditatem filio communi restituere, & pater postea filium instituit dicendo quòd paterna hereditas compēsaretur cum eo quod pater debebat ex testamento matris. dic ergo quòd iste filius debet habere quadrantem hereditatis paternæ, id est omnium eorum quæ inuenit in bonis patris tempore mortis. de dodrante verò qui remanet, debet detrahere fideicommissum sibi relictum vt æs alienum, id est dodrantem hereditatis maternæ. nam non plus venit in fideicom. quia pater potuit detrahere quartam Trebel. de residuo soluet legata & fideicōmis. & secundùm hoc dic filio deberi: scilicet ex testamento matris. & quòd dicit, poni cœperit, scilicet à filio contra legatarios ex testamento patris compensabitur, scilicet dictum debitum. fini quadrantis, id est in quadrante toto, cum illum à patre habeat cū effectu. Item quòd subiicit, æris alieni, id est fideicom. à matre relicti. & secundùm hoc computabitur in Falc. debitum à patre: licet pater hoc dixerit. & sic est contra. *š. e. l. si debitor.* Sed dic aliud in filiis, *vt hîc, & š. e. l. pater. in princ.* quàm in debitore extraneo ex toto instituto herede: quoniam magis permittit lex, & fauet voluntati testatoris, vt compensetur debitum, & computetur in Fal. quàm cum instituit filium creditorem pater: vt hic. 2. Vel secundò[a] potest intelligi quod hic dicitur quòd filius iste fideicomm. quod sibi debetur, id est dodrantem hereditatis maternæ debet sibi compensare in quadrantem quem habet in bonis patris pro concurrente quantitate. si autem plus est in fideicommis. quã in illo quadrante: id quod superfluum est, detrahet filius ex dodrante bonorum paternorum, id est quæ inueniuntur in bonis paternis tempore mortis. de eo autem quod remanet, soluet legata & fideicom. & sic non ob. *š. eo. l. si debitor. & facit ad hoc. š. de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. sed ob. š. eo. l. pater.* sed illud fauore dotis. Item ad hoc ob. *š. e. l. pater. §. j.* Sed dic *vt in fi. eiusdem. §.* 3. Tertij dicunt ꝙ pater quartam poterat retinere de hereditate matris, & filio dodrantē restituere debebat. debet igitur vnum cōpensare de tribus quadrantibus sibi debitis cum eo quem pater dat quasi de suo: & sic habet filius tres quadrantes, scilicet duos qui remanent, vt à patre debitoris: & tertium quem habet per compensationem. ex alio verò quem videtur pater pro compensatione dedisse, soluet legata & fideicommis. vt de cæteris rebus paternis, & detrahet Fal. vt de cæteris bonis: alios tres quadrantes vt æs alienum habebit filius, nec minuuntur per hoc quòd pater voluit totum debitū extingui per compensationem & sic est contra. *š. eo. l. si debitor.* Sed solue vt dixi secundùm primam positionem casus. Accur. A D D I T I O. Dic secundùm Bar. quod est speciale in filiis primi gradus, *vt hîc. facit. l. pater. in prin. š. eo.*

a Hæc interpretatio primæ consentanea est.

Ex donationibus.] C A S V S. Titius donauit vxori suæ Seię fundū Titianū & Seianum pone, ex quibus ipsa facta est locupletior. decessit prædicta mulier instituto herede Gaio, & multa legata quibusdam reliquit. nunc legatarij petunt legata à dicto Gaio herede mulieris, & heres vult detrahere vt æs alienū illud quod maritus prædictus donauit dictæ suæ vxori, ideò quia illud tenetur heres restituere marito eo quòd donationes non valuerunt inter virum & vxorem. nunquid potest heres ita detrahere? Et dicitur quòd sic. Nam ex dictis donationib[a] ita fit locupletior mulier vel heres eius, vt tantò pauperior esse videatur, quantum tenetur marito restituere. tenetur autem restituere illud in quo facta fuit locupletior, & non plus. in vno casu tamen tenetur restituere marito etiam si non est locupletior: vtputa si ex dictis donationibus minuit heres dolo vel culpa. nam quamuis non sit tunc locupletior, tamen per eum factum est quo minus esset locupletior. vnde illa deminutio non est ad periculum viri, & computabitur nihilo minus esse in bonis mulieris quantum ad commodum legatariorum. & hoc vult dicere iste. §. Viuian.

5. ¶ Ex donationibus in vxorem collatis, quod heres eius reddere[d] viro cogitur, in bonis mulieris non erit. nam ita fit locupletior,[e] vt tantò pauperior esse videatur.[f] quod autem heres indè minuit,[g] viro non perit.[h]

d ¶ *Reddere.* quod est in quo fuit locupletior donataria: *vt supra de dona. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. fina.* ex quo ipse prædecessit: *vt. C. de dona. inter vi. & vxo. l. à marito.* Accursius.
e ¶ *Locupletior.* scilicet vir.

Quod ex re legata percipitur, in Falcidia computatur: & heres debet habere quartam, & fructus quartæ à tempore mortis. Bartolus.

6. ¶ Fructus[i] prædiorum sub cōditione verbis fideicommissi relictos,[k] in causam fideicōmissi non deductos, heres in ratione Falcidiæ sic accepto facere[l] sibi cogitur, vt quartam & quartæ fructus[m] ex die mortis bonorū quæ mortis tempore fuerunt,

f ¶ *Videatur.* mulier, vel eius heres. 2. Vel secundò ita fit locupletior mulier, vt tantò[a] videatur pauperior, quia tantum habet necesse restituere. ¶Item respexit hæc lex quasi[b] absit quod absuturum est: *vt. š. de neg. gest. l. ij. & l. si quis man.* & econtra adesse[c] quod est affuturum: *vt. ĵ. de reg. iur. l. qui actionem.*

a Pauperior eo quisque intelligitur, quò plus restituere cogitur.
b Abesse videtur quod abfuturum est, *simile in l. quæsitum. §. fin. š. de leg. 3.*
c Adesse videtur quod adfuturum est, sic adesse dicitur res quãdo casualiter adest. *Bart. in. l. si ita. š. eod. tit. de leg. 3.*

g ¶ *Minuit.* dolo vel culpa.
h ¶ *Non perit.* s. ipsi heredi mulieris. *argu. ĵ. ad Trebel. l. mulier. §. sed enim.*

Fructus prædiorum.] C A S V S. Institui mihi heredē Titium, & multa legata & fideicommissa ab eo quibusdam reliqui: inter quæ reliqui Seio fundum Titianum & Seianum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & non rogaui heredem meum expresse quod restitueret à dicto Seio fructus dictorū fundorū quos heres percipiet pendēte dicta condit. fideicommis. & decessi postea. postea pendēte dicta condi. fideicom. fundorū heres percepit ex eis fundis multos fructus: & postea extitit dicta conditio. veniunt modo omnes legatarij & fideicōmissarij, & petūt ab herede legata & fideicōmissa. dicit heres, ego volo vobis detrahere Falcidiam. dicūt ipsi, tu non potes nec debes detrahere: quia tot fructus percepisti ex fundis relictis Seio, quod eis cōputatis tibi bene habes quartã. dicit heres, ego debeo lucrari dictos fructus: quia non fui rogatus de eis restituēdis. queritur modò, vtrum heres ita lucretur dictos fructus quòd eos sibi non teneatur computare in quartam? & respon. ꝙ non. sed cū debeat habere quartam, quartæ fructus computat sibi in dictam quartam, & in dictis fructibus quartæ dictos fructus ex fundis perceptos. nec impedit heredē quin habeat quartæ fructus perceptos ex quarta ex die mortis testatoris vsque nunc, quia ratio legis Falcidiæ cœpit habere locū tantū post dictã conditionem fideicommissi existentem. nam quãuis ratio legis Falci. cœperit habere locū post impletã dictã conditionem fideicōmis. tamē necesse est relinqui apud heredē integros fructus quadrãtis siue quartæ perceptos ex quarta ex die mortis testatoris vsq; nunc lucratur ergo heres fructus dictorum fundorum perceptos pendēte conditione, & tenetur eos sibi computare in quarta, & quartæ fructus & superfluos fructus fundorum si quid de eis superest à quarta & quartæ fructibus, retinet sibi heres. Viuian.
i ¶ *Fructus.* qui sati erant tempore mortis. alioquin non computantur in Falc. *vt Inst. eo. §. quantitas. & ĵ. eod. l. in quantitate. quæ sunt contra.* Azo.
k ¶ *Relictos.* non expresse,[d] sed per consequentiam: vt subiicit, in ratione &c. quia cùm[e] prædium legat sub conditione, sub eadē videtur legare & fructus. vbi ergo antē conditionem percipit heres, sui sunt, & computãtur in Falc. vt dicitur hic. si autem expresse essent relicti, venirent in restitutionem: *vt. ĵ. ad Trebel. l. in fideicommis in prin. & §. j.*
l ¶ *Accepto facere.* i.[f] computare. & hoc est in quarta iure institutionis. idē[g] in Treb. vt computentur fructus, nisi in liberis primi gradus: *vt. C. ad Treb. l. iubemus.* secus in quarta iure naturæ, in qua non computantur: *vt. C. de inoffic. test. l. scimus.* nisi in casu: *vt š. de inoffic. testa. l. Papinianus. § si conditioni.*
m ¶ *Quartæ fructus.* hoc est[h] generale in omni quarta: *vt. ĵ. ad Treb. l. in fideicommis.*

d Legantur seu legata quædã intelliguntur non tantū expresse, sed per consequentiã.
e Legans prædium, fructus quoque legare intelligitur.
f Accepto facere pro computare.
g Fructus an in quartã imputari debeãt.
h Fructus in omni quarta in dubio legari intelliguntur.

a ¶ *Nec ad rem.* id est ad impediendum quartæ fructus.
b ¶ *Cœpit.* lex Falcidia.
c ¶ *Fructus.* integros. *ad hoc.* ȷ. *ad Trebel. l. mulier.* § *si heres.* Ac.

habeat. Nec ad rem [a] pertinet quando Falcidia lex admissa sit. Nam etsi maximè post impletam conditionem fideicommissum locum habere cœpit, [b] tamen ex die mortis fructus [c] quadrantis apud heredem relinqui necesse est.

Prælegatum defalcatur à coherede: & illud quod supra defalcationem remanet, in Falcidiam non imputatur. Bartolus.

7. ¶ Fideicommissum [d] portionis supplendæ † gratia, pro qua matrem filius heredem instituit, eidem matri datum, ratione Falcidię [e] minuitur: & eam pecuniam † mater supra quartam portionis suæ percipiet. [f]

8. ¶ Quarta [g] quæ per legem Falcidiam retinetur: æstimatione quam testator fecit, non magis minui potest, quàm auferri.

Falcidia non deducta ex vna re vel parte soluta potest diuidi ex alia re vel ex parte eidem soluenda. Bart.

XVI. SCÆVOLA *libro tertio Quæstionum.*

SI ex pluribus rebus legatis [h] heres quasdã soluerit, ex reliquis Falcidiã plenã per doli exceptionem retinere potest etiã pro his quæ iã data sunt. 1. ¶ Sed & si vna res sit legata, cuius pars soluta sit: ex reliquo potest plena Falcidia retineri.

Fideicommissum.] CASVS. Titius instituit sibi heredes matrem suam & Seium, & c. prælegauit matri vt augeret eiusdem matris portionem in qua eam instituerit, & postea multa legata quibusdam aliis reliquit & à matre, & à Seio coherede: ita quod dodrantem partis cuiuslibet exhausit: & postea decessit idem Titius. nũc mater petit dictũ prælegatum à coherede suo, & coheres vult ei soluere: detrahit tamẽ Falcid. nunquid potest detrahere? Et dicitur quòd sic. retinebit ergo sibi coheres. xxv. de dictis centũ & lxxv. dabit matri testatoris, & ipsa retinebit sibi dicta lxxv. & etiam retinebit sibi quartam portionis suæ in qua fuit instituta, & de tribus partibus portionis in qua fuit instituta, sol uet legata à se relicta. dic ergo infra supplendum, id est augendum. Viuianus.

† Id est augendæ.

† Id est eam partem quam curator à cohærede recepit iure prælegati.

d ¶ *Fideicommissum.* Filius instituit matrem cum alio: & vt augeret portionẽ matris, prælegauit ei fundum. Dic ergo supplendum, id est augendum. nam si velis dicere quod vellet ei supplere portionem. l. Falci. aut debitam iure naturæ, aut iure institutionis. de prima non, quia iam esset falsum quod in fine. §. dicitur. quia in ea bene computatur quæ relinquuntur iure legati vel fideicõmissi. in secunda non: quia illa non posset supleri per legatum vel fideicõmiss. sed tantum iure hereditario: *vt.* ȷ. *eo. l. in quarta.* Dic ergo quod volebat augere portionem hereditatis quam sibi reliquerat vt haberet eã maiorem.

Correctam ait Accur. & post eum Barto. *per Nouell. 1. §. non dubimus.* excepta vltima parte huius legis.

e ¶ *Ratione Falcidiæ.* detrahit enim coheres Falci. *vt hic, & C. eo. l. à coherede.* nisi & ipse à matre coherede fideicommiss. sibi relictum similiter peteret: *vt.* ȷ. *eo. l. Nesennius.*

f ¶ *Percipiet.* nisi ideo legatum datum est, vt integra legata à se relicta præstet: *vt.* ȷ. *eo. quod autem an si.*

Quarta.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit ab eo quibusdam vltra dodrantem hereditatis suæ, ita quod nõ remanebat heredi quarta hereditatis solutis legatis. Dixit autem idem testator quod res quæ remanebant heredi, valebant plus quàm in veritate valerent, vel econtra dixit quod res legatæ valebant minus quàm in veritate valerent: quæ si vera essent, cessaret Falcidia. Certè dicitur hic quod his modis non potest heredi Falcidia minui, vel in totum auferri. talibus enim enũciationibus testatorum non debet stari. Viuianus.

g ¶ *Quarta.* reliquit testator in legatis vltra dodrantem: sed [a] dixit quod res quę remanebant heredi, valebant plus quàm valerẽt, vel econtra quod res legatæ valerent minus quàm valerent: quòd si verum esset, cessaret Falci. & dicit quod etiam hoc modo nõ potest Falc. minui: quod [b] est iure veteri: *vt hic, & ȝ. l.* j. §. j. hodie contra: [c] *vt in Authen. de here. & Falc. §. si verò expressim. col.* j. ¶ Et nõ. huiusmodi enunciationibus [d] non stari. *sic. C. de testa. l. verba. & de proba. l. rationes. & Authen. quod obtinet. & com. vtriusq. iu. l. scripta. & ȝ. de leg. j. l. si fundũ. §. si libertus. & ȷ. eo. l. in Falcidia.*

a Veritas potius attenditur, quàm æstimatio facta à defuncto.
b Falcidia iure nouo prohiberi potest.
c Qualiter hic paragraphus correctus per Authenticam de heredibus & Falcidia in §. expressim? non est. vide hic Bartolum.
d Testatoris æstimationi non semper statur.

SI ex pluribus.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & Seio legaui tot res, quod habet locum lex Falc. & decessi. postea heres meus soluit legatario prædicto quasdã de dictis rebus non detracta ex eis Falci. nũc legatarius prædictus petit aliãs res sibi legatas. certè põt heres ei opponere exceptionem doli donec detrahat ipse heres plenã Falcid. pro his & pro aliis rebus quas soluerat legatario. & quod dixi in pluribus rebus legatis, habet locũ in vna re legata. Viuianus.

h ¶ *Legatis.* s. vni personæ: aliàs non posset retinere Falcid. vnus ex legato alterius: sed repeteret solutum si errore facti soluisset: *vt C. e. l. error.* Sed contra hanc. l. *in Auth. de here. & Falci. §. non autem. colla.* j. Sed ibi integrè soluit: hic non. *& facit. C. eo. l. in imponenda. in fi.* Accur.

Legata relicta in militia cum legatis relictis postea cõtrahuntur quoad deminutionem propter defectum patrimonij faciendam sed non quoad deminutionem faciendam ratione Falcidiæ. Bar. & Alex.

XVII. IDEM *libro sexto Quæstionum.*

SI post missionem faciat codicillos miles, & intra annum decedat: ex testamento quod in militia iure militari fecit, plena legata: ex codicillis, [i] habita Falcidiæ ratione prestari debere dicitur. [k] Sed res ita expedietur, si cũ quadringenta haberet, testamento quadringenta, codicillis centũ legauerit: ex quinta [l] parte id est octoginta quæ [m] ad legatarium ex codicillis peruenirẽt: [n] si Falcidiã nõ pateretur, [o] quartam, id est viginti heres retinebit.

Filiusfamiliàs miles potest grauare patrem ab intestato vt peculium restituat: & per restitutionem peculium efficitur hereditarium: & fructus medio tempore percepti, in Falcid. computantur. Bart.

XVIII. PAVLVS *libro vndecimo Quæstionum.*

SI post missionem.] CASVS. Titius existens in militia, & habens in bonis quadringenta tantùm, fecit testamentum in militia, & tota quadringenta legauit quibusdam, & in eodem testamento fortè confirmauit codicillos si quos postea contingeret eum facere: & ita valere debet illud testamentum iure militię. postea fuit missus de militia, & intra annũ missionis fecit codicillos, & in eis legauit quibusdam aliis. c. & decessit intra eundẽ annum missionis. Certè dicitur hîc quòd ex testamento prædicto quod iure militiæ adhuc valet, debent præstari legatariis plena legata, id est non detracta aliqua Falcidia. ex codicillis autẽ qui non valent iure militiæ, debent præstari legata habita ratione legis Falcidiæ. qualiter autẽ diuidẽtur dicta quadringenta, vt ex ea quadringentorum parte quæ tangit codicillos, extrahatur Falcid. ex alia autem parte quæ tangit testamentum, non extrahatur Falcidia? Respondeo: Testator legauit inter testamentum & codicillos. c. vltra quàm haberet in bonis. vnde si legata codicillorum non paterentur Falc. deberent diuidi bona in quinque partes, & quatuor partes deberent habere legatarij testamenti, id est trecenta viginti, & quintam partem debent habere legatarij codicillorum, id est octoginta. nam quintã partem quadringentorum videtur in codicillis legasse: cũ. c. quæ vltra patrimonium sunt, sint quinta quingentorum legatorũ. cum ergo ex legatis in codicillis relictis debeat detrahi Falc. vt dictum est, retinebit heres de dictis octoginta quæ videntur legata in codicillis, quartam partem, id est viginti, & tres partes dabit legatariis siue legatario codicillorum. i. sexaginta. Viuian.

i ¶ *Ex codicillis.* per testamentum confirmatis: *vt supra de mili. testa. l. si certatum.*

k ¶ *Dicitur.* idem econtra: *vt.* ȷ. *eo. l. fi. & l. si miles. & C. de testa. mili. l. in testamento. & C. eo. in testamento.* Accur.

l ¶ *Quinta parte.* s. quadringentorum quorum quintam legasse in codicillis videtur: cùm centum quæ vltra [a] patrimonium sunt, non computentur: *vt.* ȷ. *e. l. in quantitate. §. fin.*

m ¶ *Quæ.* scilicet quinta.

n ¶ *Peruenirent.* ergo quinta pars ex vnoquoque legato decedit: quia eatenus cuique plus legauit quàm haberet. Azo. *vt infra e. l. in quantitate.*

o ¶ *Non pateretur.* s. legatarius. *& facit.* ȝ. *de inoffic. testam. l. Papinianus. § si quis in.*

a Legata vltra vires patrimonij Falcidiæ obnoxia sunt, siue priuilegiata sint, siue non sint priuilegiata: infra vires patrimonij, ex priuilegiatis non detrahetur Falcidia, sed ex non priuilegiatis tãtum, *Castrensis.*

F*iliusfamiliàs.*] CASVS. Gaius filiusfa. miles rediit de militia, & decedẽs fecit codicillos, in quibus commisit fidei patris sui vt peculium suum castrense restitueret Titio post mortem suam patris: & decesit hic filius: postea dictus suus pater tenuit multo tempore dictum peculium filij, & ex eo multos fructus percepit: & postea decessit idẽ pater, & sic extitit dies restituendi bona filij Titio prædicto. vnde Titius petit dicta bona ab herede patris, & heres patris vult ei restituere, deducta tamen quarta Trebelliánica. quæritur, vtrũ possit detrahere dictam quartam? & antequam soluat quæstionẽ, interserit quędã alia dicens. l. Falci. siue senatusc. cõsul. Trebellianũ habere locũ etiã in successionibus intestatorũ.

sed in

ſed in noſtro caſu non fuit hereditas filij ſiue ſucceſsio ex hereditate. Nam cum apud patrem remanet hereditas filij ex codicillis factis ab inteſtato per filium, ius priſtinum durat, id eſt peculium eſt, & non hereditas. & ſic videtur quòd non habeat locum Trebellianum, quod dixi habere locum in hereditatibus ab inteſtato delatis, & reſtitui iuſſis: quamuis ſi filius prædictus inſtituiſſet extraneum, fieret hereditas peculium ſuum adeunte herede. ſed huic quod dictum eſt non eſſe hereditatem apud patrem, ſed peculium, & ſic non habere locum Trebellianum, videtur contra, quod dicitur alibi. Titius fecit teſtamentum, & in eo reliquit legata, & poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic teſtamentum ſuum fuit ruptum per captiuitatem, & ſic non videtur eſſe hereditas eius, nec heres & poſtea deceſsit apud hoſtes. nam dicitur alibi quòd in dicto ſuo teſtamento habet locum Falcid. Sed non eſt contra, quia lex Cornelia fingit dictum captum mortuum fuiſſe prima hora captiuitatis, & ita non eſſe ruptum teſtamentum ſuum, & ita eſſe hereditatem & heredem. vnde ſoluo tibi quæſtionem in principio legis poſitam, ſcilicet quod nemo debet dubitare quin beneficium ſenatuſconſulti Trebelliani indulgeri debeat patri ſiue heredi eius cû reſtituit bona filij Titio ſupradicto, ſicut fuit in codicillis rogatus. & eſt ratio, quia pater cogitur reſtituere Titio bona filij quaſi bona patriſfa. licèt non vt hereditatem. Nam & video alibi quòd ſi aliquis eſt heres inſtitutus, & ab eo ſunt relicta legata, & ipſe omittat adire ex teſtamento, & capiat bona ab inteſtato, licet non valeat teſtamẽtum tanquam aditione deſtitutum: tamen habet locum Falcid. per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. ſed eſt ita in hoc caſu: ergo idem eſt in noſtro caſu. ſ. vt in eo habeat locum Trebellianum, vt ſic pater ſiue heres eius poſsit detrahere quartam Titio cui reſtituit bona filij: ſi tamen ex fructibus medio tempore perceptis per patrem de bonis filij habeat tantum pater quantum capit dicta quarta Trebellianica, & fructus eiuſdem quartæ, omnia & integra bona filij reſtituet Titio, & poterit poſtea Titius fideicommiſſarius exercere vtiles actiones contra debitores dicti filij: & dicta bona ſiue peculium filij quę & quod non erat hereditas apud patrem, dicetur amodo eſſe hereditas apud Titium prædictum. Viuianus.

* Sed nemo dubitabit.

FIliusfamilias qui militauerat,[a] decedens patris ſui fidei commiſit codicillis, vt peculium ſuum caſtrenſe Titio poſt mortem reſtitueret. Quærebatur an vt heres quartã[b] deducere poſſit. Dixi legem Falcidiam[c] inductam eſſe à diuo Pio etiam in inteſtatorũ ſucceſſionibus propter fideicõmiſſa ſed in ꝓpoſito nec hereditatem eſſe:[d] quãuis placeret[e] mihi, extraneo herede inſtituto fieri hereditatem aditione eius. Nã cùm apud patrẽ remanet: ius priſtinũ durat, & peculiũ eſt. Nec huic contrariũ eſt, quòd in teſtamento eius qui apud hoſtes deceſſit, exercetur Falcidia.[f] Nã fictio legis Corneliæ & hereditatem & heredem facit. Sed me non[g*] dubitare quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium: ſiquidem quaſi patriſfamiliæ bona[h] reſtituere cogitur, & heres ſcriptus,[i] omiſſa ex teſtamento aditione, exemplo edicti legatorum nomine cõuenietur.

1. ¶ His conſequens erit, vt ſi ex fructibus medio tẽpore quartam & quartæ fructus habuerit pater, etiam Trebellianum ſenatuſconſultum inducamus,[k] & vtiles actiones exerceri poſſint, fiatque hereditas poſt reſtitutionem.

a ¶ *Qui militauerat.* quondam: ſed tempore codicillorum[a] eſt veteranus. Accurſius.

a Codicillis filiusfamilias patrem grauare poteſt.

b ¶ *Quartam.* Trebellianicam.

b Falcidia pro Trebellianica.

c ¶ *Legem Falcidiam.* i.[b] ſenatuſcon. Treb. *vt. ꝫ. ad Trebel. l. j. §. hoc autem. & l. recuſare.* §. j. & de alio iure inſtitutionis conſtat quod habet locum ab inteſtato:[c] *vt. C. quãdo di. leg. ce. l. ſi.* ſed hîc de ea poteſt loqui cùm inducatur ius ſimile.

c Falcidia locû etiam habet ab inteſtato.

d ¶ *Hereditatem eſſe.* vt. *ꝫ. de caſtren. pecu. l. ij.*

e ¶ *Placeret mihi.* & bene: *vt. ꝫ. de ſtipu. ſeruo. l. ſi ſeruus communis. in prin. & ꝫ. de adquiren. rerum domi. l. in meo.*

f ¶ *Exercetur Falcidia.* vt. *ꝫ. ea. l. §. j. & nõ eſt ibi hereditas:* quia imò eſt per fictionem: vt ſubiicit etiam hic.

g ¶ *Sed me non.* nunc ſoluit.

h ¶ *Bona.* licèt non vt hereditatem. ad quod eſt *ſupra de mino. l. ij. §. Pomponius.* Accurſius.

i ¶ *Heres ſcriptus.* pater à filio: *vt. ꝫ. de caſtren. pecu. l. pater qui caſtrenſe.* §. j. 2. Vel dic, heres ſcriptus. ſ. quilibet etiam à nõ milite: *vt & ꝫ. e. l. j. §. ad eos.* & inducitur: licèt[d] non valeat teſtamentũ tamen habeat locum Falcidia: ergo idem in noſtro caſu. *& facit. ꝫ. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi ſeruum. §. j. & ꝫ. ad Trebel. l. j. §. in filij. & ꝫ. de caſtren. pecu. l. ſi filiusfamilias. & l. proponebatur.*

d Falcidia locum habet, licet teſtamentum non valeat.

k ¶ *Inducamus.* quia omnia vult reſtitui nullo detracto: *vt Inſti. de fideicommiſſa. heredi. §. reſtituta.*

SI dignum.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seiũ, & multa legata quibuſdam reliquit, & damnauit dictum ſuum heredem vt venderet Gaio fundum teſtatoris Titianum pro quinque, cum valeret decem: & deceſsit dictus teſtator, & heres tradidit dictum fundum dicto Gaio, & habuit ab eo. v. pro pretio. certè iſta quinque quæ fuerunt pretium fundi, debet computare ſibi heres in Falcidia, ſiue in ratione legis Falcidiæ: quia ea habet heres iure hereditario: reliqua autem quinque intelliguntur legata emptori fundi. quod dic: *vt infra eadem. l. in ratione.* §. j.

Pretium rei dicitur capi iure hereditario, & ideò computatur in quarta. Bartolus.

XIX. SCÆVOLA *libro octauo Quæſtionum.*

SI dignum decem fundũ damnetur heres quinque vendere, ſine dubio quinque erunt imputanda[l] Falcidiæ.

Legatum inutile Falcidiam non inducit. Bartolus.

XX. IDEM *libro nono Quæſtionum.*

SI à ſeruo meo herede inſtituto mihi legetur,[m] & mihi adquiratur hereditas, negat Mæcianus id legatum in Falcidia[n] computari: quia non debeatur.

In curſu duarum cauſarum inſpicitur illa quæ Falcidiam minuit, & illa quæ repetitionem impedit. Bartolus.

XXI. PAVLVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI pupillus[o] cui ſine tutore auctore decem mutua data ſunt, legatũ à creditore meruerit ſub hac cõditione, Si decem quæ acceperit, heredi[p] reddi-

l ¶ *Imputanda.* quæ fuerunt pretium: quia[a] ea habet iure hereditario. reliqua quinque intelliguntur eſſe legata. *& facit. ꝫ. eo. l. at vereranı. §. j. & l. qui fundum in prin. & l. in ratione. §. j. & ꝫ. de leg. j. l. & ſi æquo.*

a Hereditariæ rei pretiû qd ab aliquo accipitur iure hereditario capi intelligitur: ideoque pretiû huiuſmodi in Falcidiâ imputabitur cû ſit hereditarium ſeu res hereditaria. Aliud eſt igitur legare fundum Titio ſi decê heredi dederit. Aliud heredem damnare vt fundû vendat Titio pro decê. Priore caſu ſumma decê aureorû non cenſetur pretiû rei hereditariæ, neque res hereditaria, ideoque in Falcidiam nô imputabitur: poſteriore, ſecus: nempe illo iure quo dicimus, pretium ſuccedere loco rei.

SI à ſeruo.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Stichum ſeruum meum, & ab eodem meo ſeruo mihi legauit. c. pone, & aliis etiam legata reliquit. poſtea dictus meus ſeruus adiuit hereditatem dicti Titij iuſſu meo, & ſic adquiſita eſt mihi hereditas prædicta, & ſic dictum legatum nullius eſt momenti. Nam cùm habeam hereditatem per ſeruum meum prædictum, nõ poſſum eſſe heres & legatarius. ſequitur ergo vt dictum legatum non imputetur per Falcid. cum cæteris legatis. ſ. vt eam inducat: ſed vt eam ſummoueat. Viuian.

m ¶ *Legetur.* quod legatum tenet à prin. ſed ſi iuſſu domini adeat hereditatem ſeruus, fit nullius: *vt Inſt. de leg. §. an ſeruo. in fin.*

n ¶ *In Falcidia.* non computat in Falcidiam vt eam inducat, ſed vt eam ſummoueat: *vt. ꝫ. de leg. j. l. cum filio. & l. à filio. & facit. ꝫ. eo. l. non dubium. & l. id autem. in fin.*

SI pupillus.] CASVS. Titius mutuauit decem Seio pupillo ſine tutoris auctoritate accipienti, ex quo mutuo ipſe pupillus non factus fuit locupletior, & ſic non tenetur niſi naturaliter: *vt infra de nouat. l. j. in fin.* poſtea dictus Titius creditor fecit teſtamentũ, & inſtituit ſibi heredem Gaium, & legauit dicto pupillo Stichum ſub conditione ſi decem quæ acceperat ab eo mutuo, redderet dicto Gaio heredi. & multa alia legata reliquit quibuſdam, & poſtea deceſsit dictus teſtator, & poſtea pupillus numerauit decẽ heredi cauſa implendæ conditionis legati de Sticho, & habuit Stichũ ab herede. modo quæritur, vtrum dicta decem computentur heredi in Falci. quam vult detrahere legatariis? Et videtur quòd nõ, quia ea quæ heres capit cauſa implendæ conditionis alicui legatario impoſitæ, non ſolet computare ſibi in Falcid. *vt. ꝫ. eod. id autem. cum ſimilibus.* Dicitur tamen hic quòd bene computatur heredi in Falcid. quia pupillus numerando heredi creditoris dicta decem, vna numeratione implet conditionem legati, & liberat ſe à naturali obligatione qua tenebatur pro dicto mutuo, & ita videtur heres recipere dicta decem vt debitum hereditarium: debita autem hereditaria bene computantur in Falci. heredi. & adeo videtur dictus pupillus ſoluere dicta decem heredi vt debita, vt etiã ſi repudiet idem pupillus legatum Stichi, vel moriatur dictus Stichus legatus, non poſsit ea decem repetere pupillus iure communi. Viuianus.

o ¶ *Si pupillus.* pubertati proximus: vt non ob. *ꝫ. de condi. indeb. l. quod pupillus.* & non ſit locupletior: aliàs etiam ciuiliter teneretur: *vt Inſti. quib. alie. licet. §. j.* Accur.

p ¶ *Heredi.* ſcilicet creditoris.

a ¶ *Numeratione.* facta tutoris auctoritate.

b ¶ *Et liberatur.* vt [a] *&.j.de sol.l.& in numerationibus.§.j.& l. Stichum.§.aditio.&.j.quando dies leg.ced.l.cum illud.§.heres.*

c ¶ *Fuissent.* vt.*j.eo.l.ad autem.*

d ¶ *Soluere videtur.* vt debitum.

e ¶ *Repetere possit.* quod aliàs posset, nisi esset debitum: *vt supra de condict. ob cau.l.j.§.j.* Item hoc iure communi naturali [b] debito impediente repetitionem: *vt supra de condict.indebi.l.naturaliter.& l.frater. & infra de fideiuss.l.heres à debitore.§.quòd si hic seruus.* Sed [c] per in integrum restitutionem iuuatur: *vt supra de condict.indeb.l.interdum. & infra de act. & obl. l.pupillus.*

a Solutio vna & eadem diuerso respectu parere potest obligationem & liberationē.

b Naturale debitum impedit soluti repetitionem.

c Naturale debitum solutū iure communi condici non potest: iure speciali (vt hic fit à minore) potest.

derit: vna numeratione [a] & implet conditionem, & liberatur [b] naturali obligatione, vt etiam in Falcidia heredi imputentur: quamuis non imputarentur si tantùm conditionis implendæ causa data fuissent. [c] Adeo autem & soluere [d] videtur, vt repudiato legato, vel Sticho qui legatus est, mortuo, nihil repetere possit. [e]

Si iure potestatis vel dominij portio non grauata adcrescit portioni grauatæ, fit contributio: secus si econuerso. Bartolus.

1. ¶ Si ego & seruus meus heredes instituti simus ex diuersis [f] partibus, nec à seruo erogatus dodrans [g] his quibus à me legatum [h] est, contra Falcidiam proderit quod ex portione serui ad me peruenit supra Falcidiam eius [i] portionis. ex contrario [k] si seruo meo seruus & mihi [l] decem legata fuerint: serui Falcidia ex decem [m] mihi legatis nō tenetur,* exemplo [n] eodem Falcidiæ.† nā quartam retineo ex persona serui, quamuis de mea portione † nihil exhaustum sit.

Si ego & seruus.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit me & seruum meū heredem ex æqualibus partibus vel inæqualibus, & multa legata reliquit à me ex parte quam mihi reliquit, & multa legata reliquit à seruo meo ex parte quā ei reliquit: veruntamen solutis legatis à à seruo meo relictis remanere potest de parte serui quadrans suæ partis, & etiam vltra, puta duo. dodrans autem meæ partis erogatus est per legata. & etiam vltra, ita quòd quadrans meæ partis non remanet mihi integer. & decessit dictus testator. nūc ego habeo meam partem hereditatis, & etiam partem dicti mei serui. vnde legatarij petunt à me legata à me relicta, & legata relicta à dicto meo seruo, & ego volo detrahere Falcidiam illis quibus à me est legatum, & ipsi volunt quod ego imputem mihi in dicta Falcidia illud quod peruenit ad me de parte in qua seruus meus fuit institutus vltra Falcidiam portionis seruo meo prædicto relictæ: id est duo prædicta. nunquid debeo mihi imputare? & dicitur quòd sic. Secus autem est econtrario, puta si portio serui mei instituti à dicto Titio fuit grauata vltra dodrantem, mea verò in parum vel nihilum fuit grauata: puta si seruo meo, id est à seruo meo seruus legetur cuidam extraneo: & per hoc legatum excedit dodrans suæ portionis in qua fuit institutus. & mihi, id est à me legata fuerunt decem cuidam alij, quæ decem siue legatum quorum decem non excedunt dodrantem portionis in qua ego fui institutus. certè Falcidia serui, scilicet legati à dicto meo seruo non tenebitur siue retinebitur ex dictis.x. à me legatis: vt sic integrè detur seruus à seruo meo legatus, scilicet legatario. non tenebitur dico ad exemplum Falcidiæ, de qua dicitur supra proxi. respons. imò detraham quartam de seruo. quartam enim retineo de persona dicti serui: quamuis de mea portione nihil de dodrante exhaustum sit. & hoc dicit hic.§. Et extra casum posset esse talis ratio inter hunc vltimum & primum casum: quia si hic meus seruus heres pro parte institutus esset libera persona: in hoc secundo casu bene posset retinere Falcidiam: vt infra eod.l.in singulis. ergo ex persona serui ego eius dominus retinebo. pars enim serui grauata accessit in hoc secundo casu meæ parti non grauatæ, vnde mea non grauata non prodest legatario grauatæ quæ mihi accessit: sed superiori casu huius.§. nō posset seruus meus retinere Falcidiam etiam si liber esset, vtpote cum nihil ab eo legatum fuerit: vel si fuit ab eo legatum, non fuerit dodrans suus grauatus, imò duo remanserunt in parte serui mei vltra quadrantem suum: vt supra dixi. & sua pars non grauata accessit meæ grauatæ. vnde meis legatariis prodesse debet. ad quæ *facit quod not.j.eo.l.j.§.id quod.* Viuianus.

f ¶ *Ex diuersis.* vel æqualibus, non curo. H.

g ¶ *Dodrans.* scilicet suæ portionis: quia dodrans & aliquid vltra sibi remanet, puta duo.

h ¶ *Legatum est.* vltra dodrantem meæ portionis.

i ¶ *Eius.* serui secundum prædicta duo.

k ¶ *Ex contrario.* quia hic & supra ego & seruus meus fuimus instituti. Sed.s. sua portio non fuit grauata vltra dodrantem, mea sic. hic econtra sua portio grauata fuit vltra dodrantem: mea vero in parum vel in nihilum grauata fuit. superiori ergo casu sua pars mihi accrescens proficit meis legatariis. hic non prodest mea nō grauata suis legatariis, sicut obseruatur cū accrescit mihi deficiēs coheredis portio: *vt infra eod.l.quod si alterutra.* ¶ Dic ergo si seruo, id est si à seruo meo instituto mecum legetur extraneo seruus, & exceditur dodrans suæ portionis: mihi autem, id est à me legentur.x. cuidam alij, quæ scilicet meum dodrantem non excedunt, Falcidia serui scilicet legati nō retinebitur ex.x. à me legatis quin integrè dentur. & hoc exemplo eodem, id est loquente simili modo in Falcidia quod subijcit, scilicet quando à me nihil esset legatum. & sic argumen. de nihilo ad parum. Alij ponunt quòd cum ego & seruus meus essemus instituti, à me sibi fuit prælegatus seruus, & à se mihi decem. Nam licèt sibi detraham, ipse tamen non detrahet mihi in decem. & secundùm hoc, seruo meo, est datiui casus: & mihi, bis positū propriè ponitur: sed secundum primam, seruo, est ablatiui casus. &, mihi, ponitur pro, à me. sed huic positioni repugnat secundùm H. *supra eodem.l.si à seruo meo.*

l ¶ *Decem mihi.* i. à me.

m ¶ *Ex decem mihi.* id est à me.

* retinetur.

† Sunt qui putent hic legendum Falcidiæ nam quartam

† An & quādo de legatis particularibus detrahatur Falci. *vide de. Ang. in Auth. de here. & Falc. §. si vero expressim. colla. 7. col. 1. Bar. in l. coheredi. §. qua ita. S. de vul. & pup. sub.*

Id quòd iure prælegati percipitur, in quartam non imputatur, nisi respectu eius à quo percipitur: ex hac causa non detrahitur: quo ad alios pro detracto habetur. Alex.

XXII. IDEM *libro septimodecimo Quæstionum.*

NEsennius Apollinaris Iulio Paulo: Ex facto domine species eiusmodi incidit,

n ¶ *Exemplo.* expone vt prius. & dic non retinebitur exemplo Falcidiæ superioris: quia si hic seruus esset libera persona, bene posset retinere Falcid. serui legati. sic ergo & dominus ex persona serui. sed superiori casu nulla Falcid. potest retineri ex persona serui: cum non erat grauatus vltra dodrantem.

NEsennius Apollinaris.] CASVS. Titia heredes sibi instituit tres suas filias, & à singulis legata inuicem dedit. ab vna tamen dictarum filiarū ita legauit tam coheredibus eius quàm extraneis, vt in sua parte sit locus Falcid. & decessit dicta Titia. nunc quæritur hic de duobus. Primū est, vtrum dicta filia grauata possit vti Falcidia aduersus sorores suas coheredes, à quibus sororib* & ipsa legata destinatione accepit. Secundum est, si non possit vti Falcid. ipso iure aduersus sorores suas. vel si possit vti Falcid. prędicta, est remouenda tamen exceptione: id est replicatione doli à dicta Falcid. habenda: quo modo possit inire computationem legis Falcid. aduersus dictos extraneos legatarios? & respon. primò ad secundam quæstionem, scilicet quemadmodum aduersus extraneos possit inire computationem legis Falcid. dicebant enim extranei legatarij dictæ filiæ grauatæ tu debes tibi computare in Falcid. quam nobis vis detrahere, id quod à sororibus coheredibus tuis percepisti vel percipere debes nomine legatorum. dicit filia, illud non debet vobis proficere quo minus Falcidiam patiamini. certè optimè dicit filia. consequetur ergo filia legata à coheredibus: & non proderunt legatariis extraneis quo minus Falcidiam patiantur. Nunc vult respondere iurisconsultus ad primam quæstionem, scilicet vtrum dicta filia grauata possit vti Falci. aduersus sorores suas à quibus ipsa legata destinatione percepit. & cum quæsierit de hoc in fœminino genere, soluit hic in masculino, & dicit: Sed cùm is, scilicet coheres magis grauatus, qui legatum, scilicet magnum præstaturus est, scilicet coheredi suo, ab eodem coherede aliquid modicum ex testamento petit, non est audiendus desiderans vti aduersus coheredem Falcidiæ beneficio, scilicet si id quod percepturus est ex voluntate testatoris siue testatricis à coherede suo prædicto: id est modicum legatum de quo dixi, suppleat illud quod deducere desiderat nomine Falcid. de legato magno à se relicto dicto suo coheredi. de quo pono tibi taliter exemplum: Pone quod ab eo herede nomine meo Titio fuerunt legata coheredi suo Seio pone quadraginta, & ipse vult ex eis deducere Falcid. puta decem. certè nō poterit hoc facere si tantundem, id est decem, vel plus est à coherede illo relictum sibi. præstabit ergo coheredi suo integra quadraginta non detracta ex eis aliqua Falcidia. sed si à dicto Titio fuerunt aliis relicta legata, nunquid in ratione Falcidiæ computabit illis aliis vniuersum quod coheredi suo Seio dedit: id est quadraginta: vt ita maiorem eis detrahat Falcidiam? & respond. quod non, sed imputabit eis quantum daturus esset coheredi si nihil ab eo coherede perciperent. daturus autem esset tunc coheredi triginta cum de quadraginta detracturus fuisset tunc quartam, id est decem. Viuianus.

Æquis.

a ¶ *Æquis.* vel non æquis.
b ¶ *Falcidiæ.* detrahendæ.
d ¶ *Accepit.* destinatione.
d ¶ *Et si non possit.* ipso iure, vel doli exceptione: id est explicatione, scilicet saltem. quemadmodum, &c.

Titia filias suas tres numero æquis[a] ex partibus scripsit heredes, & à singulis legata inuicem dedit: ab vna tamen ita legauit tam coheredibus eius, quam extraneis, vt Falcidiæ[b] sit locus. Quæro, an aduersus coheredes suas à quibus legata & ipsa accepit,[c] vti possit Falcidia: & si non possit,[d] vel doli exceptione summouenda[e] est, quemadmodum aduersus extraneos computatio Falcidiæ iniri possit. Respondi.[f] Id quidem quod à coherede[g] legatorum nomine percipitur, non solet legatariis proficere[h] quò minus Falcidiam patiantur. sed cum[i] is qui legatum[k] præstaturus est,[l] ab eodem aliquid[m] ex testamento petit: non est audiendus desiderans vti aduersus eum Falcidiæ beneficio, si id quod percepturus est ex voluntate testatoris, suppleat quod deducere desiderat. Planè cæteris legatariis non vniuersum[n] quod coheredi præstat, imputabit: sed quantum daturus[o] esset si nihil ab eo[p] perciperet.

Si à seruo insolidum instituto & à domino fiunt legata, prius soluuntur legata relicta à seruo quam à domino: & si dominus institutus repudiat, & per seruum substitutum adquirat hereditatem: prius solui debent legata in institutione relicta. Alex.

1. ¶ Seruo herede instituto, si à domino fideicommissa, à seruo legata data sunt: prius ratio legatorū[q] habenda est; deinde ex eo quod superest, fideicommissorum.[r] Dominus enim ideò tenetur,[s] quòd ad eum peruenit. Peruenit autem quod deductis legatis superest. Planè Falcidiam exercet.[t] 2. ¶ Sed & si dominus omissa hereditatis aditione seruum sibi substitutum adire iussit, prius erogantur quæ ab ipso domino data[u] sunt: tunc eorum quę à seruo relicta sunt, ratio initur, si patitur Falcidia.

Si liberatio relinquitur debitori: in ratione legis Falcidiæ pro locupletiore habetur. alias an sit soluendo inspicitur. Bart.

3. ¶ Si debitori liberatio legata sit: quāuis soluendo nō sit, totum legatum cōputetur: licèt nomen hoc non augeat hereditatem, nisi ex euentu.[x] Igitur si[y] Falcidia locum habeat, hoc plus videbitur legatum, quod huic legatum esset. cætera quoq; legata minuētur per hoc, & ipsum hoc per alia[z]. capere enim videtur, eo quòd liberatur. 4. ¶ Sed si alij hoc nomē legetur: nullū legatū[a] erit, nec cæteris contribuetur.[b]

e ¶ *Summouenda.* si velit vti Falcidia.

f ¶ *Respondi.* quò ad[a] secundum.

a Placet Cyn. sed secundum Bart. & Alexand. est quod consequat ad solutionem quæstionis.

g ¶ *A coherede.* hoc si[b] percepit pecuniam heredis vel corpus non hereditarium, nec enim imputat nisi à defuncto sit dictum: *vt infra e. l. quod autem.* Si verò percipiat hereditariam pecuniam totam imputat: *vt infra ad Trebel. l. deducta. §. nummis. & supra de lega. ij. cum pater. in princip.* Si autem corpus hereditarium, imputat hereditariam partem si detrahit Falcid. contra voluntatem defuncti: alioquin imputat quartam hereditariæ partis: *vt infra eod. l. Titia.*[c] *& l. in quarta. & ad Treb. deducta. §. nummis. & C. familiæ erciscun. l. filium.* hæc vera in quarta Trebel. Sed in quarta iure naturæ vel institutionis videtur quod nihil computet per. l. *infra eod. l. in quarta. & l. quod autē.* Sed certè & ibi potest idem dici quatenus capit iure hereditario.

b Prælegata pecuniaria quæ in pecunia capiuntur, an in quartā imputentur, vide plenius apud Bartol. *in. l. in quarta in* 2 *sed.*

c Quę licet loquatur in Trebellianica: vindicat sibi locū in Falcid. *per illam III. secundum Bartol. & Alex.*

h ¶ *Proficere.* scilicet aliis sed coheredi à quo percipitur, prodest: vt subiicit. sed cùm is, & cætera, sed certè aliis in aliquo: *vt in fine huius. §.*

i ¶ *Sed cum.* nunc ad primam quæstionem: & dic is coheres magis grauatus. Accursius.

k ¶ *Qui legatum.* scilicet magnum.
l ¶ *Præstaturus est.* scilicet coheredi.
m ¶ *Aliquid.* s. modicum. igitur si. xl. legata sunt ab eo coherede, & ex eis velit deducere quartam puta decem: non poterit si tantundem. i. decem vel plus est à coherede illo relictum. Accur.
n ¶ *Non vniuersum.* i. in tota quadraginta.
o ¶ *Daturus.* scilicet triginta.
p ¶ *Ab eo.* scilicet coherede. *& facit infra eod. titu. l. antepen. & s. eo. l. quod de bonis. §. penul. & supr. a de his quibus vt indignis. l. heredi. in fin.*

¶ *Seruo.*] CASVS. Institui mihi heredem Stichū seruum Titij, & ab eodem seruo reliqui multa legata quibusdā: & à dicto Titio domino serui reliqui quibusdā multa legata siue fideicōmissa specialia, & decessi. certè prius est habenda ratio legatorum à seruo relictorum. postea de eo quod superest, est habenda ratio fideicōmissorum à domino serui relictorum. & est ratio: quia dominus serui ideò tenetur ad fideicommissa à se relicta, quia ad eū peruenit hereditas in qua fuit institutus seruus suus. peruenit autem ad eum dominum illud quod superest de hereditate deductis legatis à seruo suo relictis. veruntamen exercet dominus Falcidiam in legatis relictis à seruo suo, & etiam in fideicommis. relictis à se domino. ¶ Sed pone quòd institui mihi heredem dictum Titium dominum serui, & ab eo reliqui legata quibusdā, & substitui eidem domino dictum suum seruum, & ab eodem seruo reliqui legata quibusdam. & dominus omisit hereditatem ex institutione, & iussit seruo suo vt adiret ex substitutione. certè in hoc casu prius debent solui legata à domino relicta, & postea soluuntur legata relicta à seruo substituto, & ita demum soluuntur integra legata relicta à domino & à seruo, si patitur Falcid. aliàs de vtrisque detrahitur Falcid. & ita intelligo hunc. §. Viuianus.

q ¶ *Legatorum.* à seruo relictorum.
r ¶ *Fideicommissorum.* scilicet ratio habenda est.
s ¶ *Tenetur.* ad fideicommissa.
t ¶ *Exercet.* in legatis & fideicommissis, nisi in casu: *vt. s. de leg. j. l. cum filio.* Azo.

u ¶ *Domino data sunt.* Imò prius eorum quæ à seruo: *vt supra si quis omissa causa testamenti. l. Iulianus. ij. respon. quæ est contra.* Sol. ibi[a] recitat Iuliani opinionem. 2. Vel ibi in patre, hic in domino. 3. Vel melius, relictorum institutione omissa primò fit præstatio: *vt hic, & dicta. l. Iuliani. ij. respon.* Sed in relictis in substitutione secus quia prius soluūtur quę sunt à seruo vel filio relicta. quàm quæ à patre vel domino, vt ibi, ij. resp. 4. Vel dic vt ibi. ¶ Item nunquid detrahitur Falcid. de relictis institutione omissa? videtur quòd sic: *vt supra si quis omissa cau. testa. l. duo. §. admonendi. & l. cui. in fi. & hic ibi si patitur, & c. si referas ad omnia.* ad quid igitur consideratur hic ordo? sed respondet imò poterit esse quòd prima soluūtur, quia hoc patitur dodrans, & ęs alienum: secunda non, quia propterea æs alienum minuitur? *vt. s. si quis omis. cau. test. l. quia autem. in princi.* & est hic notandum quòd non contribuuntur omnia legata. *sic & s. eo. l. & si post.* Est & tertius *in dicta. l. quia autem. in pr.* aliàs contra: *vt supra e. l. in ratione. §. quod vulgo. & infra eod. l. in quantitate. in fin. & infra proxi. §.* Accursius.

a Hanc solutionem Bartolus non probat.

¶ *Si debitori.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & Seio debitori meo existenti nō soluendo legaui liberationem, & multa alia legata aliis reliqui, & decessi. nunc apparet quòd habet locum Falcidia in legatis à me relictis. nūquid dictum legatum liberationis computabitur in ratione legis Falcidiæ cum aliis legatis: vt sic hoc plus videatur per me testatorē legatum quod legaui huic debitori non soluendo existenti? & respondetur quòd sic. igitur cætera legata minuentur per hoc legatū, & hoc ipsum legatū minuetur per alia legata. nam dictus debitor non soluendo existēs videtur ideò à me testatore capere, quòd liberatur à me, siue quòd ei liberationem relinquo. Sed retentis omnibus aliis quæ dixi, pone quòd prædictum nomen debitoris non soluendo existentis legaui alij. certè in hoc casu nihil videbitur esse legatum illi cui legaui dictum nomen, nec cęteris legatis connumerabitur in ratione legis Falcidiæ interim donec debitor est non soluendo. Viu.

x ¶ *Ex euentu.* s. si ampliatæ fuerint facultates: *vt. j. eo. l. cum quo de peculio.* Azo.
y ¶ *Igitur si.* audi qualiter computatur.
z ¶ *Per alia.* & ideò legata dicuntur contribui & fideicommissa: vt hic. sed fallit in tribus casibus: *vt not. s. proxi. §.* Itē nota quòd inutilia non contribuuntur cum vtilibus: *vt. j. eo. l. in ratione. §. fi. & §. penult.*
a ¶ *Nullum legatum.* s. interim, nisi[b] vendatur alicui dubius euentus: quod fieri cōceditur: *vt. j. e. l. quærebatur §. fi.* nisi ex euentu conualescat: *vt. j. quando dies leg. ced. l. cum istud. §. fin.*
b ¶ *Contribuetur.* s. interim, vt ibi dixi.

b Sic possum vendere ius litis collitigatorii, quāuis dubius aliquo tempore *l. fi. & ibi Bart. s. de pecu. l. prœinde. s. si cer. pet.*

S*I fundus.*] CASVS. Titius legauit mihi fundum Titianum, & viam ad eum fundum per fundum suum Seianum. & pone quòd dictus fundus Titianus valebat triginta, & via valebat. x. & multa legata aliis reliquit, ita quòd legatis exhausit hereditatem suam

vltra dodrantem,& postea decessit.nunc heres eius vult detrahere Falcidiam de legatis. dicitur ergo hic quòd pretium viæ æquiualet Falcidiæ detrahendæ de fundo Titiano,& de via.in hoc casu perit via,& fundus Titianus integer mihi debet dari. & hoc dicit in primo responso huius legis.Et si quæras extra casum,quare non detrahitur Falcidia de fundo Titiano, & de via? Respon.quia si via constitueretur, fundo pro parte indiuisa, & via pro parte etiã constitueretur, quod esse non potest: *vt.j. eod.l. Plautius.in fi. & .s.de serui. vt pomum.§.fi. & .l.& pro parte. & .s. eod.l.j.§.si vsusfructus.* Et eodem modo respondeo si quæras quare Falcid. non detrahitur de solo fundo: quia sic seruitus constitueretur fundo pro parte indiuisa,quod esse non potest,vt dictum est.& hanc rationem vocat infra coactam rationẽ. in secundo respõso dicit: pone quòd viam simpliciter mihi legauit dictus testator, nec inuenitur soluendo hereditas eius. certè non debetur mihi via,prædicta ratione. nam sicut dictum est in primo casu perire viam exhausta hereditate legatis, ita dicendum est exhausta hereditate propter æs alienũ perire viam, sicut pereunt alia legata.In tertio responso dicit: ponamus quod via valet plusquam sit Falcidia quæ debet detrahi ex fundo & ex via. certè debeo capere fundum insolidum, & totam viam. poterit tamen in hoc casu heres opponere mihi legatario exceptionem doli nec soluam ei tantum quantum erat detrahendum nomine Falcid. ex fundo & ex via. nam tunc intercidit via quando nomine Falcid. tantum est detrahendum de fundo & de via quantum est viæ pretium, vel etiam plus. hic autem via valebat plusquam esset de vtroque detrahendum nomine Falcidiæ. Viuianus.

quanto.

Ne legatum pereat,vna res pro alia defalcatur. Bart.

XXVI. SCÆVOLA *libro quintodecimo Quæstionum.*

SI fũdus mihi legetur, & via:[a] in Falcidię ratione,si tantum sit in via,[b] quantum * amplius[c] est in Falcidia: integer fundus capietur,& via peribit. Sed si via legetur,nec soluendo sit hereditas,non debebitur.[d] Videndum etiam,si fundo & via legato, minus ex vtroque desideret,[e] quàm sit viæ pretium: [&] potest coacta ratione dici, non tantum fundum[f] solidum capi,sed etiam vt doli exceptio tantum sarciat,[g] quantum deest: ne plus habeat[h] quàm Falcidia desiderat: vt tunc solùm via intercidat, quotiens plus Falcidia desiderat, quàm est viæ pretium.[i]

De re quam heres subtraxit, Falcidiam detrahere non potest: & id quod ex re legata percipitur, in quartam imputatur, si res erat testatoris: secus si heredis. hoc dicit tota lex. Alexander.

a ¶ *Et via.* ad eundem fundum per alium fundum testatoris. & fundus triginta, & via decem valet hereditas est exhausta, & sic emergit Falcidia. dic ergo aut pretium viæ æquiualet Falcidiæ vtriusque:& tunc perit via,& fundus integer datur,vt in themate præmisso.Idem si æs alienum exuberet:quia extinguitur viæ legatum,vt cætera legata.aut via valet plus, & tunc petitur totus fundus, & tota via: sed obiicitur exceptio nisi offeratur in pecunia quanta est Falcidia vtriusque, aut via valet minus quàm Falcidia, & tunc via perit. Sed quare tam extraneus modus inuenitur? Respon.non poterat statui quòd via præstetur insolidum,& Falcidia resecetur de fundo: quia sic legatarius haberet duas partes fundi pro indiuiso,heres tertiam,& ita inciperet seruitus[a] deberi legatario pro parte indiuisa, quod non potest esse: *vt supra de seruit. l.vt pomum.§.j.& l.pro parte. & infra eodem.l.Plautius.§.finali.* Item de vtroque resecari non potest: quia via[b] est indiuidua: *vt supra eodem.l.j.§.si vsusfructus.* & hanc rationem vocat lex coactam.[c] exigit ergo lex ista vt via potius pereat in primo & vltimo casu legis.

a Seruitus deberi non potest pro parte indiuisa.
b Indiuidua est viæ seruitus.
c Coacta ratio quid.

b ¶ *In via.* id est viæ pretio.
c ¶ *Amplius.* quantum ad plus:quia nec plus,nec minus. Accur.
d ¶ *Non debebitur.* scilicet iure communi: quia nec alia legata debentur: *vt.j.ad Trebellia.l.j.§.is qui.*
e ¶ *Desideret.* scilicet ratio Falcidiæ.
f ¶ *Fundum.* id est fundum & viam.
g ¶ *Sarciat.* scilicet heredi.
h ¶ *Habeat.* legatarius: *vt supra de legat.ij.l.cùm pater.in princ.* ¶ Item nota quòd de vna retrahitur Falcidia etiam ex altera: *vt.j. eod.l.plane.*
i ¶ *Pretium.* scilicet tantum: *vt in prin.legis.*

FAlcidia.] CASVS. Hæc lex ponit tres casus. Primus est talis: Heres Titij,in cuius Titij hereditate habebat locum lex Falcidia, subtraxit quasdam res de hereditate. certè perinde habenda est ratio Falcid. ac si dictæ res subtractæ non fuissent relictæ in hereditate,quasi dicat,non detrahet heres de eis Falcidiam. Secundus est talis: Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum per fideicommissum vt duas pone meas ancillas daret vel restitueret Seio post mortem suam heredis,& postea decessi.& postea dictus meus heres antè mortem suam habuit partum dictarum ancillarum: & postea decessit dictus meus heres. nunquid heres heredis mei debet restituere dictum partum dicto Seio? Et dicitur quòd non. computat tamen eum partum sibi in quartam,& quartę fructus, si habeat locũ lex Falcidia. In tertio casu dicit. ¶ Pone quòd rem heredis mei per fideicommissum reliqui Seio, & post diem fideicommissi cedentem heres percepit ex dicta re fructus. nunquid tenetur fructus fideicommissi restituere? Et dicitur quòd non: sed remanet apud heredem: & tamen non imputat eos sibi in quartã, quãuis in superiori secundo casu computet, vt ibi dictum est. Viuian.

XXIIII. PAVLVS † *libro quartodecimo Responsorum respondit.*

† In vulg. est lex, Paulus respondit.

FAlcidię legis rationem si haberi oportet, ita habendam ac si hæ res quæ ab herede subtractæ sunt,in hereditate relictæ non fuissent.[k] 1. ¶ Idem respondit, partus ancillarum[l] ante diẽ fideicommissi editos, ad heredes eius qui rogatus est,pertinere: eósque in quartam & quartę[m] fructus computandos, si de lege Falcidia quæstio intercedat.

2. ¶ Idem respondit, fructus ex propria re heredis quæ legata est, post diem fideicommissi cedentem perceptos, etsi non sint restituendi fideicommissario,[n] heredi in quartam imputari non solere.[o]

Si portio non grauata accedit grauatæ, iure patriæ potestatis fit contributio. Bartolus.

XXV. SCÆVOLA *libro quarto Responsorum.*

MAritũ suum & filium communẽ æquis partibus he-

k ¶ *Non fuissent.* in præiudicium heredis vt Fal. non deducat: *vt .s. de iis quibus vt indignis.l.rescriptum. & .C. de lega. l. non est dubium.*
l ¶ *Ancillarum.* s. hereditatis.
m ¶ *Et quartæ fructus.* sic[a] ergo partus est fructus. Sed contra *Institu.de re.diui.§.in pecudum.* Solu. secundum quid non est fructus, vt ad fructuarium pertineat:sed ad bonæ fidei possessorem sic: *vt nota.supra de vsur. l.in pecudum* ¶ Item no.antè diem: secus si post diem: quia tunc distinguitur,vel suam,vel alienam rem legauit testator: *vt not.supra de vsur. l. equis. & facit supra eadem. l. quod de bonis. §.fructus.*

a Partus quandoque fructus dicitur.

n ¶ *Fideicommissario.* vt & .s. de vsur.l.equis.
o ¶ *Non solere.* hoc dic *vt.C.ad Trebel. l.iubemus. in Gloss. quæ incipit, quarta &c. circa finem.*

MAritum suum.] CASVS. Titia fecit testamentum,& instituit sibi heredes maritum suum, & filium eorum communem æquis partibus:& à marito multa quibusdam legauit,ita quòd dodrantem partis mariti excessit. & à filio similiter multa legata reliquit quibusdã:non tamen vltra dodrantem partis filij. & postea decessit dicta Titia.vnde hereditatem suam totam habet maritus, scilicet dimidiam ex sua institutione, & aliam dimidiam ex institutione facta de filio, quæ quidem acquisita est ei marito per filium: *vt supra de acquirenda hereditate.l.placet.* nunc illi quibus est legatum à marito,petunt ab eo legata, & volũt quòd in ratione legis Falcidiæ in legatis eorum ponendæ imputet sibi maritus illud quod ad eum ex dicta hereditate peruenit per dictum suum filium: vt sic tanto maiora præstet eis maritus legata à se relicta. nunquid tenetur maritus taliter sibi imputare? Et respon. quòd si dictus maritus tantum retineat ex institutione filij solutis legatis à filio relictis, quantum satis sit ad Falcidiam detrahendam de legatis ab eodem marito relictis, nihil est deducendum per ipsum maritum de legatis à se relictis nomine quartæ siue Falcidiæ.

[A LIBERTO CVI FVNDVM.] Titius fecit testamentũ,& instituit sibi heredem Seium, & Sticho liberto suo fundum Titianum legauit,& per fideicommissum rogauit eundem libertum vt daret omni anno Seiæ decem. Item & multa alia legata reliquit quibusdam aliis, ita quòd habet locum Falcidia in testamento suo vnde heres mortuo testatore detraxit Falcidiam de fundo liberto legato, & eidem liberto dedit tres partes dicti fundi: ex quibus tribus partibus bene colligi potest tantum omni anno quantum annuatim libertus debebat pręstare Seiæ decem. nunc quæritur, an ita minuatur annuum fideicommissum Seiæ prædictum, sicut minutus est per legem Falcidiam fundus liberto relictus? Et dicitur quòd non, nisi mens testatoris fuerit, vt etiam fideicom-

fideicommiss. Seiæ minueretur.
a ¶ *Instituit.* mulier.
b ¶ *Filij.* non grauati. *& facit. s. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & l. si pupillus. § fin.* ¶ Et sic not. quòd fit contributio.
c ¶ *Reditus.* scilicet fundi liberto legati.
d ¶ *Non videri.* Contra *infra eo. l. pœnales. §. finali.* Solu. speciale hic fauore alimentorum.ª 2. Vel verius ibi ex ipso legato liberto fiebat præstatio: hîc aliunde: vnde ibi minuitur legatum secũdum: hic non: *vt supra de lega. ij. l. cum pater. §. j. & de lega. j. l. si mihi Stichus. & de conditio. & demonstrat. l. Plautius. §. finali.* ¶ Item non ob. *infra eod. l. Plautius. in fi.* quia ibi speciale propter ᵇ indiuiduitatem. Accursius.

ª Contra hanc Gl. est de dire-cto. Gl. *in l. pt. § fin. j. eod. tit.* quæ salue per Gl. *in. l. si quis Titio. s. de leg. 1.* & hanc cõcor. Gl. *in c. 1. extra de sepul.*

ᵇ Indiuidui causa ius speciale inducitur.

redes instituit.ª Quęsitum est, an in ratione legis Falcidiæ imputandum sit marito quod ad eum ex eadem hereditate per filium peruenit. Respondit, si ex institutione filijᵇ tantum retineat quantum ad Falcidiam satis sit, nihil quartæ nomine deducendum.

Deminuto legato non deminuitur fideicommissum à legatario relictum, si legatum remansit sufficiens ad onus. Bart.

I. ¶ A liberto cui fundum legauerat, per fideicõmissum Seiæ annua decem dedit. Quæsitum est, si lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiæ quoque annuũ fideicommissum imminutum videatur, cùm reditus ᶜ largiatur annuam prestationem. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri ᵈ minutum, nisi alia mens testatoris probetur.

XXVI. IDEM *libro quinto Responsorum.*

Lineam margaritarũ triginta quinque ᵉ legauit, quæ linea apud legatariũ fuerat mortis ᶠ tempore. Quęro, an ea linea heredi restitui deberet propter legem Falcidiã. Respondit, posse heredem consequi vt ei restituatur: ᵍ ac si malit, ʰ posse vindicare partẽ in ea linea, quę propter legis Falcidiæ rationem deberet remanere.ⁱ I. ¶ Quæsitũ est, an pretium ᵏ statuarum Fal-

Lineam margaritarum.] CASVS. Titius perforauit triginta quinque margaritas, & posuit eas in quadã linea, puta in vno serto ad portandum in capite. postea Seia vxor sua accepit dictum sertũ, & tenebat apud se, & portabat diebus festiuis in capite. postea dictus Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium, & dictam lineam legauit dictæ suæ vxori, & tot alia legata reliquit quibusdã aliis, quòd mortuo eo locum habet in hereditate sua Falcidia. nunc heres vult agere contra dictam legatariam interdicto quorũ legatorũ vt restituat ei lineam, vt ex ea heres detrahere posśit Falcidiam. nunquid potest? Et respon. quòd sic. sed & si nolit heres petere totam lineam prędicto modo, sed velit agere rei vindicatione contra legatariã, & petere tantùm illam partem lineæ quam nomine Falcidiæ de ea detraheret, si esset apud eum: bene potest hoc facere. [QVÆSITVM.] Institui mihi heredem Titium, & multa legata quibusdam reliqui, ita quòd habet locum lex Falcidia, inter quæ legata reliqui vnam statuam Titio, & aliam Seio. certè de statuis non detrahitur Falcidia, quia sunt indiuiduæ: sed de pretio earum bene detrahitur. Viuianus.
e ¶ *Triginta quinque.* quia tot erant. *ad quod. s. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. cum maritus.* Accur.
f ¶ *Mortis.* scilicet testatoris.
g ¶ *Restituatur.* interdicto ᶜ quorum legatorum: *vt. C. quorum lega. l. j.*
h ¶ *Si malit.* legataria. imò heres.
i ¶ *Remanere.* ipso iure: *vt. C. e. l. pe. & j. quorum leg. l. j. §. si quis. & facit. s. eo. l. j. §. si legatarius. & j. ad Treb. l. heres.*
k ¶ *Pretium.* æstimatur ergo statua sicut seruitus: ᵈ & de ᵉ æstimatione detrahitur Falcid. *vt. C. eo. l. in imponenda. §. j.* non de ipsa statua, cùm ᶠ sit indiuidua: *vt. s. eo. l. j. §. si vsusfructus.*

ᶜ Interdictum quorum legatorũ datur etiam aduersus legatariũ qui possidebat rẽ sibi legatã tempore mortis testatoris, *vt hic iuncta Gl. superiore. adde Alberic. in l. l. j. quorum legatorum.*

ᵈ Æstimatio seruitutis fieri potest.

ᵉ Falcidia detrahi potest non modò ex ipsis rebus legatis, sed & ex earum æstimatione.

ᶠ Indiuidua res est statua.

SEius & Agerius.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredes Seium & Agerium suos filios, taliter loquendo: Seius & Agerius heredes mihi sunto, si intra trigensimum diem mortis meæ reipublicæ nostræ cauerint contentos se futuros centum pone aureis pro hereditate mea, & superfluum daturos pro hereditate dictæ reipublicæ omisso beneficio legis Falcidiæ in dicto superfluo quod dabunt reipublicæ. quos inuicem substituo. qui si voluntati meæ non consenserint, id est, non cauerint prædicto modo reipublicæ, exheredes sunto, & alios mihi heredes instituo sub eadem conditione. postea decesśit dictus Titius. nunc Seius & Agerius instituti volũt adire hereditatem eius, & nolunt parère dictæ conditioni. nunquid possunt? Et videtur quòd non, cùm habeant (vt dictum est) substitutos præscripta eis eadem conditione. dicitur tamen quòd bene possunt hoc facere: & dicta cõditio quæ fuit apposita in fraudem, scilicet vt dicti primi heredes nõ detraherent reipublicę Falcidiam, habetur pro non scripta: & ita malo velle testatoris detrahent reipublicæ Falcidiam. nam etiam si filius emancipatus leget patri alio herede instituto, patitur pater legis Falcidiæ rationem: nedum dicta respublica, & hoc dicit cum lege sequenti. Viuianus.

cidiam pati debeat. Respondit, debere.

Conditio in fraudem legis adiecta pro non adiecta habetur.

XXVII. IDEM *libro sexto Responsorum.*

SEius & Agerius ˡ *si intra diem trigesimum mortis meæ reipublicæ nostræ cauerint, contentos se futuros tot aureis legis Falcidiæ beneficio omisso, heredes mihi sunto: quos inuicẽ substituo. qui si voluntati meæ nõ cõsenserint, exheredes* ᵐ *sunto.* Quęsitũ est, an heredes instituti hereditatem adire possint, si cõditioni parere nolunt, cum habeant substitutos eadẽ cõditione præscripta. Respondit, Seiũ & Agerium primo loco institutos perinde adire posse, ac si ea cõditio quæ fraudis causa ⁿ adscripta est, adścripta non esset.

XXVIII. MÆCIANVS *libro primo Fideicommissorum.*

PAter quoque in legatis quæ filius ᵒ ei dedit, ᵖ alio herede ᵠ instituto, legis Falcidiæ rationem patitur.ʳ

Quod heres habiturus est non iure hereditatis, non imputatur in Falcidiam. Barto.

XXIX. PAVLVS *libro secundo Fideicommissorum.*

SI à me tibi fideicõmissum vel legatũ est, túq; id post tẽpus rogatus sis mihi restituere, nõ puto hoc imputãdum esse in Falcidiã: ˢ quia ᵗ incipio postea quasi fideicommissarius id recipere.

l ¶ *Seius & Agerius.* filij testatoris: quod patet: quia de exheredatione dicit, inepta ª in extraneos: *vt. j. de ver. oblig. l. quidam.*
m ¶ *Exheredes.* subaudi: & alios instituo sub eadem conditione.
n ¶ *Fraudis causa.* id ᵇ est causa vitandæ Falcidiæ, quod fieri non potest: *vt hic, & supra eodem. l. quod de bonis. § j. & §. finali.* nisi in casibus: *vt supra eodem. l. si debitor. & infra eodem. l. quod autem.* vbi sub modo: hic verò sub conditione. ¶ Item nota de ᶜ fraude legis, vel cõtra legem: *vt supra tit. j. l. hoc modo. & de conditio. insti. in l. conditiones.* Accursius.
o PAter.] *Filius.* emancipatus.
p ¶ *Dedit.* id est reliquit.
q ¶ *Alio herede.* cum patre, vel sine patre.
r ¶ *Patitur.* est ergo vt quilibet. sic supra quod cuiusque vniuer. l. item eorum. in princip. Accursius.

ª Exheredatio fit ineptè extraneæ personæ.

ᵇ In Falcidiæ fraudem conditio adiecta non valet.

ᶜ Fraus cõmittitur legi vel contra legem.

SI à me tibi.] CASVS. Titius instituit me heredem, & à me herede tibi Seio fideicommissum datum est vel legatum per dictum Titium, & tu fuisti rogatus per dictum Titium testatorem vt mihi dictum legatum vel fideicõmissum post Pascha restitueres. nunquid ea ratione, quia debes mihi restituere idem legatum vel fideicommissum, imputabitur illud mihi in Falcidiam ad eam summouendam? Et dicit quòd non: sed ad eam inducendam bene imputatur, & sic ex eo detraham tibi Falcidiam. & est ratio quare tibi detraho: quia postea cùm restituis mihi dictum legatum vel fideicommissum, incipio id recipere quasi fideicommissarius, & non quasi heres. Viuian.
s ¶ *In Falcidiam.* vt ob hoc minus detrahatur nomine Falcidiæ. quasi dicat in Falcidiam summouendam. similis expositio est. licèt sit casus diuersus, *s. eod. l. si à seruo.*
t ¶ *Quia.* ratio ᵈ remotiua: 2. Vel dic ratio recta: sed tunc subaudi in fine non vt heres. & est bona ratio: *vt infra eadem. l. quod autem. & facit supra ad Velleianam. l. quamuis. §. si mulier.*

ᵈ Ratio alia recta seu propinqua: alia remota.

IN ratione.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & multa quibusdam legata reliquit, ita quòd habet locum lex Falcidia in hereditate sua, & decesśit dictus Titius. postea antequam heres suus detraheret rationem legis Falcidiæ cũ legatariis, mortui fuerunt sine culpa legatariorum quidam serui hereditarij non legati alicui, vel etiam alia animalia non legata: vel aliquod aliud damnum euenit hereditati sine culpa legatariorum. certè heredi pereunt legata prædicta; ita quòd propter hoc non detraheret

maiorem Falci. legatariis. & est ratio: quia & si esset aliquid adquisitum hereditati, non caderet in rationem legis Falci. scilicet vt propter hoc minor detraheretur Falcidia legatariis. & ponit plura leuia exempla de damno & etiam de lucro contingenti hereditati ante contractam legis Falcidiæ rationem.

Damna post mortem testatoris contingentia sine culpa legatarij, imputantur heredi: & commodum seu lucrum legatariis non prosunt. Bartolus.

XXX. MARCIANVS *libro octauo Fideicommissorum.*

IN ratione legis Falcidiæ mortis seruorum, cæterorúmque animalium, furta, rapinæ, incendia, ruinę, naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcunque damnum, si modò culpa legatarij careant, heredi pereunt: quemadmodum ad heredis lucrum pertinent fructus,[a] partus ancillarum, & quæ per seruos adquisita sunt, vt stipulationes, rerum traditiones, legata hereditatésve his datæ, cæteræ donationes, item seruitutes quibus liberata prędia pretiosiora fierent, actionésque adquisitæ, vt furti,[b] damni, iniuriæ, similésque quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit.

Qui iussit vendere vel emere, eatenus computat in legato, quatenus est excessus in re vel in precio. Bartolus.

a Fructus ex hæreditate percepti post mortem testatoris cedunt hæredi, neq; eos imputat in quartam.

a ¶ *Fructus.* Contra[a] *supra eodem. l. in lege Falcidia.* Solu. vt ibi ¶ Item non obst. *infra eod. l. qui quadringenta. §. fin.* licèt Ioan. aliter intellexerit eam: vt ibi not.

b Hæreditati iacenti furto facto, adquiritur eidem hæreditati actio.

b ¶ *Vt furti.* quod contingit in casibus, vt iacente[b] hereditate fiat furtum: *vt infra de furtis. l. hereditatis.* Vel quod ibi dicitur, intellige quando post aditam hereditatem furtum factum est. ¶ Itē non obstat *infra eodem. l. cum quo.* quia ibi non soluitur: sed secundum istam solues. Item facit *Institu. eod. §. quantitas. & §. ex diuerso.*

Vendere.] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & iussi ei quòd fundum meum Seianum qui valebat centum, vēderet pro quinquaginta Gaio. vel prę cepi ei quod fundum Gaij qui valebat tantùm quinquaginta, emeret pro centum & multa alia legata à dicto herede quibusdam aliis reliqui: ita quòd habet me mortuo Falcidia locum in hereditate mea. nunc detrahit heres meus rationem Falcidiæ cum legatariis: & quęritur inter eos quantum videatur legatum dicto Gaio in primo vel in secundo casu: vt sic scire possint quantum debeat detrahi eidē Gaio nomine Falci. Et respon. quòd tantùm eo nomine inducetur per heredem in rationem Falcid. quāto pluris sit dictus fundus quem iussit eum vēdere Gaio prædicto. sit pluris dico ea quantitate, quā ego testator accipi iussi per heredem nomine pretij à dicto Gaio emptore, quo pretio. id est aliquo pretio per me testatorem statuto sicut enim supra dixi, statui ego testator pretium quinquaginta in fundo meo qui valebat centum. & volui quòd tantū dicta quinquaginta acciperet heres meus à Gaio emptore. & ita superflua quinquaginta videntur Gaio legata. hæc ergo superflua quinquaginta inducentur per heredem cum aliis legatis in rationem legis Falcidiæ, & hoc quando ego testator iussi heredem vēdere minoris quàm res valeret. quando autem iussi heredem meum emere fundum Gaij vltra quàm valeret, tunc tantum eo nomine, scilicet Falcidiæ inducetur per heredē, quanto minoris sit res, siue fundus quem iussi heredem meum emere à dicto Gaio. sit minoris dico ea quantitate quam ego testator dari iussi per heredem nomine pretij dicto Gaio venditori: quo pretio siue aliquo pretio per me testatorem statuto. sicut enim supra dixi, statui ego testator pretiū centum in fundo Gaij qui valebat quinquaginta, & volui quòd integra centū daret heres meus Gaio vēditori. & ita superflua quinquaginta vidētur Gaio relicta siue legata. hęc ergo superflua quinquaginta inducētur per heredem cum aliis legatis in rationem legis Falcidiæ postea dicit quòd ei portioni quæ facienda erit legatis deductis, id est separatis à rei pretio vendendę vel emendę per heredem meum, amplius deducetur, id est secunda fiet deductio. prima enim deductio, id est separatio facta est in separatione legati à iusto pretio rei vendendæ vel emendæ per heredem. & bene dico ex parte separata à iusto pretio rei vendendæ vel emendæ per heredem fieri deductionem nomine Falcid. & non ex iusto pretio rei prædictæ: quippe prorsus intellectum est nō capi id verum pretium causa nostri qui sumus legatarij. sed deducto, id est separato dicto vero pretio est intellectum à sapientibus pretium reliquum esse legatum. Viuianus.

c ¶ *Quāto pluris* cum iussus est vēdere pro. xx. animoso emptori quod valebat decem. Accursius.

d ¶ *Minoris.* cùm iussus est emere pro decem à venditore volente abiicere rem quæ valebat. xx.

e ¶ *Sed vt ei.* aliàs est, sed vt. aliàs deest, vt: & melius. & dic, ei portioni legatæ, id est ab ea portione. Accur.

1. ¶ Vendere autem vel emere iussus certo pretio fundum, aliámve quampiam rem, in legis Falcidiæ ratione cùm quantum sit legatum requiratur, tantū eo nomine inducetur, quanto pluris[c] minorísve[d] sit res ea quantitate, quàm quo pretio testator accipi daríve iussit: sed[e] vt ei quidem portioni quæ legatis[f] deductis facienda[g] erit, amplius[h] deducetur. quippe[i] non nostri[k] causa capi id pretium:[l] sed eo deducto pretium reliquum legatum esse[*] intellectum est.

f ¶ *Legatis.* i. ex legatis.

g ¶ *Facienda.* i. colligenda.

h ¶ *Amplius.* & sic secunda fit deductio. prima enim deductio, id est separatio facta est in separatione legati à iusto pretio. secunda est in detractione legis Falcidiæ ex legato.

i ¶ *Quippe.* bene dico à parte separata à iusto pretio fieri deductionem & non à iusto pretio: quippe, &c.

k ¶ *Non nostri.* s. legatarij causa.

l ¶ *Pretium.* scilicet[a] iustum: sed eo, &c.

* Esse prorsus intelle.

a Iustū in omni oratione subintelligitur tacitè. Itaque pretium indefinitè nominatum, referendū est ad iustum pretium.

Casus non liberat debitorem generis generalissimi, sed debitorem speciei sic. Item liberat debitorem generis subalterni illo genere perempto. Bartolus.

2. ¶ Rursus diligēter[m*] animaduertēdum est, ne quod dicitur,[n] damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respicere: vsquequaque & sine vlla distinctione[o] recipiatur. Quod enim remota[p] lege Falcidia in totum[q] iuris foret, hoc idem fore & in ea parte quæ lege Falcicidia constitueretur.[r] Hoc[*] enim attinet,[s] damna postea facta

* Vulgo incipit, Diligenter ani.

* Huc enim.

¶ *Diligenter.*] CASVS. Dictum est supra ea. l. in prin. quòd damna post mortem testatoris in hereditate illata ad solùm heredem respiciunt, ita q͂ propter hoc non potest detrahere maiorem Falcid. legatariis. nunc animaduertendum est diligenter, an illud sine vlla distinctione verū sit? & certè videtur quòd sic: quia quod iuris foret remota in totum Falcid. id est si non haberet locum Falcid. eo quòd haberet quartam non grauatam heres, scilicet vt sit damnum heredis: hoc iuris debet esse in ea parte quæ lege Falcidia constitueretur legatariis: vt scilicet heredi pereat etiam legatariorum portio. hoc autē est dicere omnia damna post mortem testatoris facta non deduci per heredem ne amota siue perdita portio detrahatur legatis, siue fideicommissis. Quamuis autem secūdum prædicta sine vlla distinctione videatur esse verum quod dictum est in princi. huius legis tamen non est verum, imò distinguitur hoc modo: Aut est legatū in pondere, numero, vel mensura. vel etiam in genere: & tunc verum est quod dicitur in princip. huius. l. aut in specie, & tunc aut certa, & est legatarij periculum: *vt infra eodem. §. ibi,* certis verò, &c. aut incerta: & tunc aut certa de certis, aut incerta de incertis. Primo casu, si perijt sine culpa heredis, nihil debetur ex ea legatario etiam quantum ad æstimationem: *vt infra eod. §. ibi,* incertæ autem. &c. ibi. res tamen, &c. Secundò casu nihilominus debetur legatario: quia genus perire non potest, & ideò admissa lege Falcid. portio danda legatario eius quātitatis sumetur. quæ fuit in bonis testatoris eo tempore quo testator decessit: nec ad deminuendam eam portionem dandam legatario quicquam proficient heredi damna postea incidentia: *vt infra eod. §. ibi,* sin verò argenti, &c. Viuianus.

m ¶ *Diligenter.* aliàs. §. diligenter. aliàs incipit. prorsus diligenter.

n ¶ *Dicitur.* s. ea. l. in princip.

o ¶ *Distinctione.* Nam distinguitur[b] sit legatum in pondere, numero. vel mensura, aut in genere: & obtinent prędicta: *vt infra ibi, verum est, &c.* aut in specie: & tunc[c] aut certa, & tunc est legatarij periculum: *vt infra eodem ibi, certis vero, &c.* aut incerta: & tūc aut certa ex certis, aut incerta ex incertis: *vt infra ibi: incerta autem, &c.* Accursius.

b Legati in pōdere, numero mensura, in genere & specie differentia.

c Legatum in specie est certum vel incertum.

p ¶ *Remota.* id est si Falcidia locum non habet: quia heres habet quartam. &c.

q ¶ *In totum.* scilicet vt sit damnum heredis, si est relictum in genere si non adeat. Accursius.

r ¶ *Constitueretur.* scilicet legatarius vt heredi pereat etiam legatarij portio.

s ¶ *Attinet.* scilicet dicere. Accursius.

Non

non deduci,[a] ne amota[b] portio legatis fideive commissis detrahatur[c]. 3. ¶ Verum[d] est autem his solis quæ pondere, numero, mensura constant, nec damno postea incidente, ex portione, quæ fieri* ad æstimationem eorum bonorum quę mortis tempore fuerunt, quicquã detrahi. 4. ¶ Certis verò corporibus[e] & his ipsis[f] ita relictis: *Pecuniam quam in illa arca, vinum quod in illis doliis, pondus argenti quod in illis horreis habeo:* si sine culpa heredis deperierunt, vel deteriora sunt facta, proculdubio aut[g] nihil debebitur, aut eorum quæ extabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æstimatione bonorum quæ mortis testatoris tempore fuerint. 5. ¶ Incertæ autem res relictæ distinctionem recipiunt. Nam si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset, veluti, *Argentum quod elegerit*,[h] & omne argẽtum testatoris interisset sine culpa heredis, nihil deberetur.[i] Sin verò argenti pondus purè relictum esset:[k] quamuis omne argentum testatoris deperisset, admissa lege Falcidia, portio eius quantitatis sumetur, quæ fuit in bonis eo tẽpore quo testator decessit: nec ad imminuendam eam quicquam damna postea incidentia proficient.[l]

6. ¶ Res tamẽ[m] quę interierint, pro nulla parte, ac ne æstimatio quidem debeatur, non magis quàm si omnes res per speciem enumeratæ relictæ essent.

Licèt datum causa conditionis implendæ in Falcidiam non imputetur, tamen datum vt pretium imputatur. Bartolus.

7. ¶ Tametsi autem legis Falcidiæ ratione,[n] quæ conditionis implendæ causa heredi sunt data, in quartam non computantur:[o] tamen id quod non figura[p] conditionis accipere iussus est ab eo cui hereditatem restituere[q] rogatus est, Celso & Iuliano nostro placuit computari: quẽadmodũ si ea summa heres vendere eas res iussus esset: quia non conditionis implendæ causa, sed quodammodo pro pretio inferre sunt iussi. Quo loco amplius quæsitum est an fideicommissarius quoque inuitus cogatur dare eam summam, & recipere hereditatem, quasi & ipsius[r] fideicommissum esset. Sed id verisimile non est:[s] cùm talis oratio magis ipsius causa, quàm contra ipsum posita videatur.

Legata quæ non valent, non veniunt in computatione legis Falcidiæ. Bartolus.

8. ¶ Cùm lex Falcidia interuenit, non veniunt in contributionem quæ ipsi heredi à semetipso[t] vel seruo[u] eius legata fideiue commissa sunt. Alia causa est eorum quæ in diem certam[x] dantur. Nam si libertatis[y] dies cœpit cedere, ei[z] debebuntur:[a] & in contributionem[b] veniunt. Ac ne ea quidem quæ quis seruis suis[c] inutiliter sine libertate legauit; fideiue commisit, in cõputationum eius legis cedunt.

9. ¶ Res quas † neque per fideicommissum relinqui posse

a ¶ *Non deduci.* per heredem.
b ¶ *Ne amota.* i. perdita.
c ¶ *Detrahatur.* hoc enim fieri non debet: *vt in principio l. & hic subiicit.*
d ¶ *Verum est.* s. quod dictum est.
e ¶ *Corporibus.* s. relictis.
f ¶ *Ex his ipsis.* scilic. vino & oleo, & similibus.
g ¶ *Nihil.* quando totum periit. *& facit. ff. de contrahen. empt. l. quod sæpe. §. in his. & ff. de lega. j. l. plane. §. vj.* & hoc modo intellige *ff. de lega. j. l. non amplius. §. j.* Accur.
h ¶ *Elegerit.* puta vnũ ex ipsis scyphis suis quem elegerit.
i ¶ *Nihil debebitur.* sic[a] *ff. de contrah. emp. l. si in emptione. §. pe.*
k ¶ *Relictũ esset.* puta marchã, vel vnum scyphũ duarũ marcharũ, cùm nullum haberet.
l ¶ *Proficient.* quod[b] ergo in genere debetur, non potest perire. *sic. Cod. si cert. pet. l. incendium.*
m ¶ *Res tamen.* in specie relictæ, vel verius quando incerta ex certis: *vt. ff. eo. §. certis verò. & §. incertæ.*

Tametsi ante.] CASVS. Damnaui heredẽ meum vt restitueret hereditatẽ meam Titio, & rogaui eundem Titium quòd daret cẽtum heredi meo. nunquid heres meus computabit sibi in quartã Trebellianicã Titio de hereditate detrahendã illa centum quę Titius dat ei? Et dicitur quòd non, sicut non computaret si damnassem eũ vt venderet hereditatem meam Titio pro centũ: quia in his duobus casibus non conditionis implẽdæ causa sunt iussi inferre cẽtum heredi fideicommissarius & emptor, sed quodammodo pro pretio hereditatis. si autem cõditionis implendæ causa essent iussi dare heredi centum, non computarentur illa cẽtum in quartam. Sed nunquid fideicommissarius de quo primò dixi, cogetur inuitus dare dicta. c. heredi, & ab eo recipere hereditatem, quasi & ipsius fidicommissarij fidei commissum esset vt daret heredi centum? Et dicitur quòd non cogitur. nam talis oratio testatoris qui dixit quòd fideicomm. daret heredi centum, & acciperet hereditatem, magis videtur posita causa ipsius fideicommissarij, quàm contra ipsum. Viuianus.

n ¶ *Ratione.* subau. in.
o ¶ *Non computantur.* vt. j. eo. l. id autem. & l. in quartam.
p ¶ *Non figura.* sed[c] in vi modi. Accur.
q ¶ *Restituere.* per venditionem. nam si intelligeres per fideicõmissum, iam[d] haberet locum quarta Trebellianica, & imputarentur hęc quę in vim conditionis acciperet: *vt infra eo. tit. l. in quartam. & facit. ff. de peti. hered. l. nec vllam. §. quod si quis. & facit. ff. eod. l. si dignum.*
r ¶ *Et ipsius fideicommissarij.* quasi dicat, de hoc pretio dando sit ipse rogatus.
s ¶ *Non est.* Imò videtur contra: *vt. ff. de lega. iij. l. xj. §. cùm esset.* Solu. ibi gratia vtriusque fuit relictum: *vt supra de liberat. leg. l. si is qui duos. & infra de fideicommiss. liber. l. sed si alienare.* Vel dic quòd ibi vterque talis erat qui onerari à testatore poterat quia vterq; erat institutus heres. at hic qui iussus erat dare pecuniam, non[a] erat institutus, nec aliquid ei relictum: vnde non poterat onerari: *& facit. C. de legi. & constit. l. quod fauore. & supra si quis omissa cau. testamen. l. si quis sub conditione.*

Cum lex Falcidia.] CASVS. Titius instituit me heredem, & mihi ipsi legauit centum, vel seruo meo legauit centum, & multa alia legata quibusdã reliquit. ita q̃ habet locũ lex Falcidia. nunquid venit in contributionem illud quod mihi vel seruo meo est legatum, vt propter hoc maiorem Falcidiam detraham aliis legatariis? Et dicitur quòd non. non enim valent dicta legata: & ideo de hereditate non detrahuntur. secus autem esset in his quæ legasset testator seruo meo in diem certam, id est expressam, incertam tamen: vt si nauis ex Asia venerit, vel si imperator Bononiam venerit (q̃d deus auertat) nam eo casu si dies libertatis dicti mei serui cœpit cedere tempore existentis conditionis legati eidem meo seruo per testatorem relicti, debebuntur legata siue debebitur legatum prædictum seruo meo relictum ei quondam meo seruo nũc liberto facto. & veniunt dicta legata seruo meo relicta in contributionem legis Falcidiæ, vt sic aliorum legatariorum legata minuant. Sicut autem in primo casu huius. §. non venit in contributionem legis Falcidię legatum mihi vel seruo meo à testatore relictũ, vt propter hoc detraham ego heres maiorem Falcidiã aliis legatariis, vt dictum est: ita nec cedũt in computationem eiusdem legis Falcidiæ ea quæ testator meus prædictus inutiliter seruis suis sine libertate reliquit: quia & illa legata non valent, nec etiam ea quæ per fideicommissum non possunt relinqui, vt est campus Martius. Viuianus.

t ¶ *A semetipso.* hoc[b] enim non valet: *vt. ff. de leg. j. l. legatum. §. j.*
u ¶ *Vel seruo.* à se domino instituto, scil. data sunt eius seruo. nam nec hoc valet relictum purè. sed si in diem incertum vel sub conditione, poterit deberi, si tunc erit liber: *vt Institu. de leg. §. an seruo. & hic subiicit.*
x ¶ *Certam.* i.[c] expressam. incerta est tamen: vt si nauis ex Asia venerit: vel si imperator venerit. aliàs si certa. tũc cederet à die mortis, sicut si esset purum: *vt. C. de cadu. tol. §. j.*
y ¶ *Libertatis.* fuit relicta libertas, & legatum est sub conditione, vel in diem incertum.
z ¶ *Ei.* s. seruo.
a ¶ *Debebuntur.* legata ei relicta.
b ¶ *Et in contributionem.* s. legata, & non libertas: quia[d] non minuitur per Falcidiam: *vt supra de inoffic. test. l. Papinianus. §. quoniam autem.*
c ¶ *Suis.* nec hæc valent: *vt. C. de lega. l. seruis. & facit. ff. de lega. j.*

BBB

Marginal notes, left:

* fieri solet.

a Legatum interit legatario, nisi culpa hæredis prioris.

b Genus perire non potest: & propriè dicitur adfinitatis non consanguinitatis, *in tex. & Gl. in. §. ballione. Instit. de gradibus adfinitatis. & in c. non debet. de consang. & ad fin.*

c Modi & conditionis differentia.

d Trebellianica locũ habet in iis quæ per fideicõmissum restituuntur.

Marginal notes, right:

a Onerari testamento non potest is q̃ neque institutus est, cuiq; nihil relictum est.

† A contrario quę possunt legari, possunt in Falcidiam computari. q̃d limita in legato debiti, quod quamuis iure legati valeat, *vt. l. si creditori. ff. de legat. j.* non tamen detrahitur Falcid. nisi appareat si quidẽ de debito. *Bart sing. in l. qui vxori. in princ. ff. de auro & argen. lega.*

b Hæredi ab eodẽ legari vel fideicommitti non potest.

c Certum pro expresso.

d Falcidia non minuitur libertatis legatum.

l. quæsitum. §. j. & . ǀ. proxi. §.

a ¶ *Certum est.* vt fundum Albanum & similia: *vt. ǁ. de leg. j. l. apud Iulianum. §. fi. & l. sequenti. & ǁ. eo. l. non est. & l. sequenti. & ǁ. eo. l. in ratione. j. respon. in princip.*

certum est, [a] in legis Falcidiæ computationem non veniunt.

XXXI. POMPONIUS *libro secundo Fideicommissorum.*

IS cui fideicommissum soluitur, sicut is cui legatum [b] est, satisdare debet, quod amplius ceperit quàm per legem Falcidiam ei licuerit, [c] reddi: veluti cùm propter conditionem aliorum fideicommissorum vel legatorū legis Falcidiæ causa pendebit. [d] Sed & secundum Cassij & veterum opinionem, si à pupillo [e] fideicommissa [f] capiuntur propter ea quę à substituto erunt relicta, cauere debebit is cui soluatur. Nam quanuis repetitio [g] sit eorum quæ fideicōmissi nomine non debita soluentur, tamen satisdato cautum debet esse ei à quo pecunia proficisceretur, ne damnum sentiat deficiēte [h] eo cui solutum erit.

Actiones in heredes transitoriæ pœnales vel non, etiam si à persona heredis incipiunt, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei deminutionem patrimonij inducunt: secus si ad heredem, vel contra heredem non transeunt. Bartolus.

XXXII. MÆCIANUS *libro nono Fideicommissorum.*

POenales actiones, siue legitimæ, [i] siue honorariæ, [k] exceptis popularibus, [l] in bonis actoris non ideò minus computandæ sunt, quia morte reorum [m] intercidere possunt. E contrario autem eędem actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahunt. [n] Sed nec in actoris quidē bonis defuncto eo iniuriarum actio poterit computari: [o] quia & ipsa simul cum eo intercedit, vt vsusfructus, & id quod in dies, menses, annósve singulos alicui quoad viuat debeatur. [p] Etenim ea demum obligatio, rei bonis [q] deminutionem præstat, quæ in heredem transit. [r] Nec contrarium est, quòd viuente reo eo minus in bonis eius intellegebatur. Nam & si ita stipulatus esset, vt cum moreretur, deberi ei inciperet, tamen augerétur bona eius: quemadmodum si ipse sub eadem conditione promisisset, defuncto eo minuerentur [s].

1. ¶ Honorariæ quoque actiones, quæ intra certum tempus [t] à prætore promittuntur: cum bonis actoris, defuncto eo, augmentum rei, decessionémve, [u] * si tales erunt, vt in heredem quoque transeant, præstabunt.

IS cui fideicommissum.] CASUS. Institui mihi Titium heredem, & legaui Seio centum purè, & multa alia legata quibusdam aliis reliqui sub conditione, ita quòd si conditio existeret, haberet locum Falcidia, & decessi. nunc pendente conditione dictorum legatorum petit Seius legatum siue fideicommissum suum purum. certè non debet heres aliter ei soluere, nisi ipse caueat eidem heredi cum satisdatione de restituendo ei quod amplius inueniretur cepisse tempore existentis conditionis aliorum legatorum, quàm per legem Falcidiam ei licuerit capere. Et idem est in isto alio casu: institui mihi pupillum filium meum heredem, & ab eo reliqui legatum Seio: & substitui dicto pupillo Gaium: & multa legata reliqui à substituto, & decessi. certè non aliter soluet pupillus legatum Seio, quàm si Seius ei caueat prædicto modo. & hoc propter ea legata quæ à substituto impuberis sunt relicta. & ponit bonam rationē in litera quare in dictis duobus casibus debeat satisdari. Viuianus.

b ¶ *Legatum.* nam [a] exęquata sunt per omnia: *vt supra de lega. j. l. j.*

[a] Legatis fideicommissa per omnia exęquata sunt.

c ¶ *Licuerit.* s. accipere.

d ¶ *Pendebit.* quod contingit: *vt. ǀ. eo. l. in quantitate. §. sed & legata.* Sed & videtur non totum solui purum: *vt. ǀ. eo. l. si propterea. contra.* Solu. ibi.

e ¶ *Si à pupillo.* instituto, & similiter grauato legatis: & ei dato substituto, & grauato similiter legatis.

f ¶ *Fideicommissa.* integra: quia legata ab eo relicta non excedebant dodrantem.

g ¶ *Repetitio.* per [b] condictionem indebiti: *vt. C. eo. l. error.*

[b] Indebiti condictione repeti possunt fideicommissa per errorē soluta.

h ¶ *Deficiente.* propter defectum facultatum. *ad quod. ǀ. ti. j. l. j. §. hæc stipulatio. facit. ǀ. eo. l. si is qui. circa prin. & ǁ. eo. l. j. §. interdum. & l. in ratione. §. quæsitum.*

POenales.] CASUS. Titius cui surrepta est res sua per furtum manifestum, vel non manifestum per Seium latronem, fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium, & multa legata quibusdam reliquit, ita quòd eo mortuo habet locum Falci. in testamento suo. nunquid dictæ pœnales actiones quas habet idem Titius contra Seium, computantur in bonis eiusdem Titij, vt sic Gaius heres eius minorem detrahat legatariis Falcid? Et dicitur quòd sic, quamuis morte rei, scilicet Seij prædicti, possint intercidere. Secus autem esset in popularibus actionibus quas intēdere posset dictus Titius. nam illæ non sunt in bonis alicuius ante litem contestatam. Sed quid si ponas dictum Seium latronem decessisse, & tractari in bonis suis de lege Falcidia, nunquid eædem actiones pœnales contra eum competētes videntur aliquid de bonis eius detrahere, vt sic heres suus maiorem detrahat legatariis Falcid? Et dico quòd non. ea enim demum obligatio rei bonis deminutionem præstat, quæ in heredem transit. dictæ autem actiones non transeunt in heredes nisi lite contestata, vel nisi peruenit ad heredes ex eis lucrum. Sed opponitur. nonne viuente ipso Seio latrone tantū minus videbatur esse in bonis suis quātum erat astrictus per dictas actiones? certè sic. ergo eo mortuo idem deberet esse. sed certè hoc non obstat: quia non solum in hoc casu augentur bona per mortem rei, sed etiam in isto alio.

¶ Ponè quòd stipulatus esset dictus reus à Sempronio decem cùm ipse reus moreretur. certè mortuo reo augentur bona eius, & non antè. nam & si ipse reus promisisset decem Sempronio cùm ipse reus moreretur: defuncto eo reo minuerentur bona eius, & non antè. Quid de actione iniuriarum Titio competente? nunquid defuncto eo Titio in eius bonis computabitur? & certè non quia & ipsa actio iniuriarum simul cum eo Titio intercidit: sicut intercidit cum eo vsusfructus quem habet in fundo alterius: & sicut intercidit cū eo id quod in dies singulos debetur ei donec viuat, vel in menses, vel in annos singulos. Honorariæ quoque siue prætoriæ actiones pœnales quæ permittuntur à prætore actori intra annum cum bonis actoris: defuncto eo actore augmentum rei siue bonis dicti actoris præstabunt, scilicet si mortuus est actor: & de Falcidia in bonis suis tractatur: & dictæ honorariæ actiones cū bonis rei defuncto eo reo decessionem, id est deminutionem præstabunt, scilicet si tales erūnt dictæ actiones, vt in heredem quoque transeant: vt quia lis sit contestata cum defuncto reo: vel aliquid ex eis peruenit ad heredem. Viuianus.

i ¶ *Legitimæ.* vt furti non manifesti: *vt Insti. de noxa. actio.*

* Vt pro & accipi debere cōstat. Grçci quoque hāc particulam conuerterunt in suum καὶ.

k ¶ *Honorariæ.* vt furti manifesti: *vt Insti. de perpe. & temp. actio. § furti.*

l ¶ *Popularibus.* istæ [a] non sunt in bonis nostris nisi lite contestata: *vt. ǀ. de popu. act. l. populares & . ǀ. de verb. signi. l. si cui.*

[a] Populares actiones non sunt in bonis nostris nisi lite contestata.

m ¶ *Reorum.* aliàs reorum: & aliàs eorum, scilicet reorum ¶ Et no. quòd actio [b] ex delicto datur heredibus. sed non in heredes regulariter: *vt hîc, & infra proxi. respon. & Institut. de perpe. & tempo. act.* §. j. Accursius.

[b] Actio ex delicto regulariter datur hæredibus, at nō in hæredes.

n ¶ *Detrahunt.* s. quando lis non est contestata, & quando nil ad heredes peruenit. *vt. ǀ. ibi.* etenim &c.

o ¶ *Poterit computari.* ante litem contestatam: *vt. ǀ. de iniur. l. iniuriarum.* & est in hoc speciale vt non transeat ad heredem: *vt Instit. de perpe. & tempo. act. §. excepta.*

p ¶ *Debeatur.* vt & *supra de vsufruct. lega. l. patrimonij. & de cap. demi. l. legatum.*

q ¶ *Rei bonis.* rei scilicet defuncti. nam in viuentis bonis sine dubio minuit, vt subiicit.

r ¶ *Transit.* vt [c] sunt ex contractu, vel quasi. Item ex maleficio, vel quasi lite contestata: vel si aliquid peruenit ad heredem: *vt. C. de delict. defunct. l. j.*

[c] Actiones ex contractu vel quasi ex maleficio (hæ tamē duę lite contestata vt & si quid ad hæredem peruenit) transeunt.

s ¶ *Minuerentur.* s. bona eius. nam licèt actio ab herede, & cōtra heredem incipere non posit, tamen ex contractu defuncti huius fit. & ideo bonis eius additur & deminuitur. Accursius.

t ¶ *Certum tempus.* vt intra annum: quales sunt omnes pœnales. sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ: *vt. ǀ. de act. & oblig. l. in honorariis.* Accursius.

u ¶ *Vt.* dic vt, pro &c. & repete, honorariæ actiones &c. & decessionem, id est deminutionem. & quod subiicit, si tales &c. vt quia sit lis contestata, vel aliquid peruenit ad heredem. ¶ Et no. ex pręmissis quòd plus fingitur in bonis esse, & minus quàm sit. vel plus dici in bonis quàm in hereditate, & econtra. Item *facit. ǁ. titul. j. l. Plautius. §. j.* Accursius.

Iulianus

Iulianus scribit.] CASVS. Institui mihi heredem Titium in octo vnciis hereditatis meę, & Seium in quatuor, & vtriusque partem exhausi legatis. legaui enim communiter ab ambobus vltra dodrantem totius hereditatis, ita quòd non remanebat eis quarta. inter quæ legata erant quædam conditionalia, ita quòd pendente eorum conditione legatorum erat incertum vtrum habeat locum lex Falcid. vel non. postea me mortuo dicti mei heredes soluerunt legata illis quibus purè erat legatum. Seius autem qui erat vnus de heredibus meis, & erat institutus in quatuor vnciis, fuit ita stipulatus à legatariis puris prædictis tempore solutionis: quod amplius ceperitis, quàm per legem Falcidiam apparuerit postea vobis deberi, reddetis? & recepit fideiussores super hoc. quę cautio est prætoria, id est à prætore introducta: *vt supra eod. l. is cui. & infra tit. j. l. j.* procedente postea tempore extitit conditio legatorum prædictorum sub conditione relictorũ, & ita nunc apparet quòd habet locum lex Falcidia, & sic est commissa dicta stipulatio prætoria. nunc quæritur, vtrum prædictus Seius stipulator habeat actionem contra dictos legatarios à quibus stipulatus est æqualiter, id est pro parte sua, & pro parte coheredis sui in octo vnciis instituti. an vero pro modo quem patitur sua pars hereditatis? Et dicitur quòd pro modo suæ partis, & non æqualiter habet actionem ex dicta stipulatione. nam & rationem legis Falcidiæ habet pro modo quem patitur sua pars hereditatis, & non æqualiter. crederet enim aliquis quòd habet actionem pro sua parte, & coheredis: quia cum aliquis stipulatur simpliciter, licet sit ibi commodum alterius, tota tamen acquiritur stipulanti actio, & pro toto: *vt infra de acquiren. possess. l. possessio. §. fina.* Item fortè crederet aliquis quòd dictus stipulator haberet actionem æqualiter, id est pro dimidia: sed non est verum: imò tantùm pro modo quem potest portare sua pars hereditatis, quæ fuit tertia: vt dixi. natura enim prætoriarum stipulationum est talis, vt si sint diuiduæ, diuidantur earum commoda & incommoda: & non vni ex pluribus acquirantur, vel contra vnum. ¶ Vnde pone quòd fui stipulatus ab aliquo iudicatum solui quæ est prætoria: & continet tria, scilicet de re iudicata soluenda: & de causa defendenda: & vt absit dolus malus: *vt. j. iudica. sol. l. iudicatum solui.* & postea lite pendẽte decessi pluribus herebibus institutis, puta quatuor. & duo de heredibus meis vicerũt in causa quam inceperam: & alij duo succubuerunt. certè illis solis duobus meis heredibus institutis qui vicerũt, datur actio ex dicta mea stipulatione iudicatum solui, & non aliis duobus qui succubuerunt. Item & si ille qui promisit mihi iudicatum solui, pendente lite decessit quatuor heredibus institutis, & alij duo de heredibus suis fuerunt à me absoluti, & alij duo fuerunt mihi condemnati: illi duo qui fuerunt mihi condemnati, tenentur ex illa stipulatione, & alij non. & hæc quantum ad vnam clausulam dictæ stipulationis iudicatum solui, id quod sonat verbum dictæ stipulationis. & idem est quantum ad aliam clausulam dictæ stipulationis. s. de causa defendẽda. nam si ego qui fui stipulatus iudicatum solui, decessi quatuor heredibus institutis pendente lite propter quam erat interposita stipulatio prædicta, & dictus meus promissor decessit quatuor similiter heredibus relictis, postea duo de heredibus promissoris bene defenderunt: certè illi heredes promissoris qui non defenderunt, tenentur ex stipulatione heredibus meis: & alij qui defenderunt, non tenentur. & econtra si omnes heredes promissoris bene defenderunt causam aduersus duos de heredibus meis & aduersus alios duos: non tenentur illis meis heredibus aduersus quos non defenderunt, & non illis aduersus quos defenderunt. & hoc vult dicere litera huius. §. vt mihi videtur. Viuianus.

Stipulatio interposita ab vno ex heredibus, ad alios non porrigitur. Item si pœna committitur ex stipulatione prætoria facto vnius heredis, contra ipsum solum committitur, non contra alios. hoc dicit. Bartol. & Alexan.

2. ¶ Iulianus scribit, si vtriusque heredis pars exhausta est legatis, & alter ex heredibus cautionem prætoriam [a] accepit à legatariis: non æqualiter, sed pro suo modo [b] legis Falcidiæ rationem, & actionem ex stipulatu [c] habiturum. Omnes enim prætorias stipulationes eiusdem interpretationis [d] esse. Nam constare, ex iudicatum solui [e] stipulatione, siue à parte actoris, siue à rei plures heredes extitissent, [f] non omnibus, nec aduersus omnes actionem contingere, sed dumtaxat his qui vicissent, [g] & aduersus victos: hisque aduersus quos res defensa non esset, aduersus eos qui rem non defendissent. 3. ¶ Annua bima [h] trima die aureis centenis legatis, ex omnibus [i] summis, non tantùm ex posterioribus portionem legis Falcidiæ detrahi placuit.

Pars legata à legatario eatenus minuitur, quatenus sibi deminutum est legatum: secus si in totum rogatus sit restituere, vel seruum manumittere. Bartolus. Vide. l. 23. in fin. supra eod.

4. ¶ Si Titio [k] viginti [l] legatis, portio per legem Falcidiã detracta esset, cum ipsa quoque quinque Seio rogatus esset restituere: Vindius noster tantum Seio pro portione ex quinque detrahendum putat, quantum Titio ex viginti detractum sit. ...

a ¶ *Pretoriam.* de qua dicitur. *vt. j. tit. j. l. j.* Accursius.

b ¶ *Pro suo modo.* i. pro parte sua, non pro alterius: cùm singulariter imponatur ratio legis Falcidiæ: *vt. j. eo. l. in singulis.*

c ¶ *Ex stipulatu.* i[a]. ex stipulatione certi cõdictione. *sic C. de pact. l. si pacto. & dic statim agi,* si locum habet ab initio Falcidia. alioquin post agetur, cũ cœperit habere locum: *vt. j. e. l. lex Falcidia.*

d ¶ *Interpretationis.* vt diuidantur eorum cõmoda & incommoda, si modò sint diuidua. aliàs secus. *j. de verbo. oblig. l. ij. & l. iiij. §. Cato.* Nec ob. quoniam vbi pœna [a] adiecta est in stipulatione, licet stipulatio contineat diuiduum, puta pecuniæ dationem: aduersus omnes committitur, & insolidum propter vnum dantẽ: quia distinctio [b] diuidui & indiuidui ad factum non ad dationẽ pertinet: *vt. j. de verb. oblig. l. v. §. fin. & facit s. fami. ercisc. l. inter coheredes. §. quod ex facto. & §. si quis. & l. heredes. §. an ea. & infra rem ra. ha. l. si procurator.*

e ¶ *Iudicatum solui.* quæ tria [c] continet: *vt j. indicatum solui. l. iudicatum solui.* Accur.

f ¶ *Extitissent.* stipulatione & lite pendente.

g ¶ *Vicissent.* per hoc apparet quòd dicit de clausula quod sonat verbum. item quod subiicit, defensa non esset, dicit de alia clausula in defendendo. recipiunt enim diuisionem ex vtraque parte.

Annua bima.] CASVS. Titius instituit sibi Seium heredem, & multa legata ab eo quibusdam reliquit: inter quæ legauit Gaio primo anno post mortem suam testatoris centum aureos, & secũdo anno alios centum aureos, & tertio alios centum: & ita trecentos aureos legauit dicto Caio: & postea decessit testator. eo mortuo apparet locum esse legi Falcidię. certè ex omnibus dictis summis debet statim detrahi Falcidia. non autem detrahitur tantùm ex posterioribus summis, siue ex posteriori summa, vt quidã credebant. & h. d. hic. §. si autem nunc non esset certum locum habere legem Falci. soluerentur prima legata integrè exacta à legatariis per heredem cautione: *vt. s. proxi. §. & s. eo. l. is cui. & j. eod. l. lex Falcidia.* Viuianus.

h ¶ *Annua bima trima.* i. in diebus tertij anni? *vt. s. de pac. dot. l. aliud.* Azo.

i ¶ *Ex omnibus.* cum certum est statim habere locum Falcid. aliàs soluentur prima integrè exacta cautione: *vt. j. eo. l. lex Falci. & j. tit. j. l. nisi. in fin. §. si in plures. & §. quoties.*

k ¶ *Si Titio.* Dominus Azo [d] dicit quòd in litera debet esse triginta. Et ponit sic casum, quòd Titio triginta fuerunt legata: & rogatus fuit ex istis triginta restituere quindecim Seio, & ita medietatem. deinde propter Falcidiam deminutum est legatũ in sex, & sic remanent vigintiquatuor in legato. nunquid solida quindecim restituẽtur fideicommissario? Certè non: sed de his quæ supersunt, præstabit medietatem in. xij. & hoc ex [e] coniectura voluntatis. voluit enim quòd vna medietas resideret penes legatarium, cum ipsum de xv. tantum præstandis rogaret. vnde de his quæ supersunt, præstabit medietatẽ fideicõmissario. Alij vt H. colligũt hic quòd legatarius vnius rei detrahit Falcidiã de legato speciali: & mutãt hic literam, vt habeant viginti. & ita casum ponunt: Quidam legauit viginti, & rogauit eum vt Seio. xv. restitueret. deminutũ est legatum. xv. per Falcidiam in. v. sic remanent xv. nunquid ergo solida. xv. restituet legatarius fideicommissario? Certè non: imò quia heres detrahit de legato quartam, & legatarius de. xx. quæ supersunt, quartam detrahet, & reliquum fideicommissario præstabit. Prima verior, vt non iure Falcid. sed propter præsumptam voluntatem detrahat legatarius: vt dixi. sed & secundum illam literam sc. xv. posset poni vt prius: quasi quartam volueris remanere apud legatarium, & pro hoc quòd legatarius specialis non detrahet Falcidiam. *j. eo. l. lex Falcidia si interueniat. § nunquam. & j. tit. ij. l. ex asse. & no. C. communia de lega. l. j.* ¶ Item no. quòd alia litera habet ibi. v. cum ipsa quoque &c. & est bona, & bene stabit in principio. xx. & erit casus: Legauit quis Titio. xx. & rogauit eum vt. v. præstaret Seio: & sic quartam legati: deinde minutum est legatum de viginti in quinque per Falcidiam. nunquid ergo solida quinque præstabit legatarius de. xv? Resp. non, imò quartam eius quod superest, id est quartam. xv.

l ¶ *Viginti.* aliàs triginta, secundum Azo.

[a] Actio ex stipulatu, pro ex stipulatu actione.

[a] Pœna stipulationis vnius facto aduersus omnes cõmittitur & insolidum propter vnum datum.

[b] Diuidui & indiuidui differentia ad factũ, non ad dationem refertur.

[c] Satisdatione iudicatũ solui tria continentur.

[d] v. Azonem in summa Cod. ad L. Falcid. nu. 9. vbi quęrit an legatarius vel fideicommissarius specialis habeat beneficium legis Falcidiæ.

[e] Falcidiam legatarius nõ detrahit nisi ei detrahatur: tũc enim ex præsumpta mente testatoris detrahere potest, quasi illud quod detraxit hæres videatur detractum ambobus pro rata. & hãc communẽ esse testatur Alexãder & Ripa: & post eos Grassus. § Falcidia. quæst. 1.

a ¶*Magis*.electiuè.& dic quàm contrarium.
b ¶*Exemplo*.gaudet Bul.Sed dic quòd non est per omnia idem: quia est idē quò ad detrahendā: sed nō quò ad ius per quod detrahitur: cùm alter iure Falcidiæ, alter ex coniectura voluntatis. Acc.
c ¶*Nec quia ex*.irascitur Bulg.sed dicitur ex sua persona quādo non est grauatus. Sed tu dic quod nullo modo iure Falcidiæ, sed propter æquitatem. & not. quòd habet per alium, quod per se non potest: *vt supra quæ res pigno. obligat. poss. l. Aristo.* ¶Sic ergo patet minui fideicōmissum per hoc quòd minuitur legatum. Sed contra *supra eod. l. maritum*. §. j. *& supra de annu. lega. l. liberto*. §. j. vbi non minuitur fideicommissum, licet minuatur legatum per Falcidiam. Solutio: refert an ex eodem legato relinquatur fideicommissum, vt hîc: an extrinsec[b], vt ibi. & probatur supra de leg. ij. l. cùm pater. j. quæ videtur contra. Et eodem modo soluitur. ꝫ. *titu. j. l. Plautius. & facit infra titu. j. l. videamus. & supra de leg. j. si mihi Stichus.*
d ¶*Restitueret*.Non[b] præcipit non detrahi Falcidiam, sed illud quod ex tacita voluntate poterat retinere propter Falcidiam sibi subtractam, & sic non est contra *supra eod. l. quod de bonis*. §. j.
e ¶*Omnimodo*. quando suum cōstat, etiam si Falcidiam patiatur: *vt infra de fideicommis. liberta. l. generaliter. §. si quis alienum.* in alieno autem ita demum, si remanet vnde posset emi: *vt infra eod. l. sed si non est seruus*. Sed certè imò potius Falcidia[c] inde non detrahitur: *vt infra de fideicommis. liber. l. decem. in fine.*
f ¶*Exprimit*. vt. j. *de re iudi. l. inter pares.*

hendum ait, quantum Titio ex viginti detractū esset. Quæ sententia & æquitatem & rationem magis[a] habet: quia exemplo[b] heredis legatarius ad fideicommissa præstanda obligabitur: nec quia ex[c] sua persona legatarius inducere legem Falcidiam non possit, idcirco quod passus esset, non imputaturum: nisi fortè testator ita fidei eius commisisset, vt totum quicquid ex testamento cepisset, restitueret[d]. 5. ¶Si autem manumittere seruum vel suum vel alienū rogatus sit, omnimodo[e] prestare debebit libertatem. Nec hoc contrarium est superiori: quia fauor libertatis sæpe & aliàs benigniores sententias exprimit.[f]

Legatum libertatis vel serui vt manumittatur, non defalcatur nisi cū alia res defalcabilis sit legata. legatū vero pecuniæ vt seruus manumittatur, non defalcatur. si per hoc manumissio impeditur. aliàs secus. h. d. cum tribus. ll. seq. Bartolus.

XXXIII. PAVLVS *libro tertio Fideicommissorum.*

SI seruus tibi legatus sit, eúmque rogatus sis manumittere nec præterea capias[g] vnde quartam quæ per Falcidiam retinetur,[h] recipere[i] possis: senatus censuit cessare Falcidiam.

XXXIIII. MARCELLVS *libro quadragensimosecundo Digestorum Iuliani notat*:[k]

IN testatoris seruo[l] non erit Falcidiæ locus. Si verò pecuniā, aliúdve quid legauerit, fideíque legatarij commiserit vt alienū[m] seruum, vel legatarij manumitteret, locus erit.[n]

XXXV. VLPIANVS *libro sexto Disputationum.*

PLanè si quid sit præterea legatum ipsi seruo,[o] Falcidiæ locum fore senatus declarauit. vnde Sceuola ait in eo quod preterea seruo legatum est, ita Falcidiam admittendam, vt inde[p] & quod pro seruo præstandum est, sumatur.

XXXVI. PAVLVS *libro tertio Fideicommissorum.*

SEd si non seruus ipse legatus sit, sed pecunia, rogatúsque sit legatarius seruum suum manumittere, Falcidiam patietur: & nihilo minus cogetur manumittere: quia tanti[r] æstimasse videbitur seruū suū. 1. ¶Quid si alienus seruus fuerit? in eo non plus[s] quàm accepit, ad redimendū cogitur impendere. 2. ¶Sin verò heres seruū rogatus sit manumittere,[t] placet pretium eius vt æs alienum deducēdum esse. 3. ¶Si solus seruus legatus & fideicommissa libertate donatus fuerit: licet Falcidia interueniēte, totus vindicari petíve[u] potest. Sed & si aliud præterea capiat legatarius, adhuc seruus totus peti potest. Quartam autem vtriusque ex legato retinendam, ne impediatur libertas.[x]

a Fideicōmissum an & quomodo minuatur, legato deminuto.
b Falcidiæ deductionem p̄hibere, & eius quod tacita voluntate retineri potest propter Falcidiam sibi subtractam differentia.
In vulg. edit. est lex, Iulianus notat.
c Falcidia non detrahitur ex libertatibus. adde Tiraquell. 16. priuileg. piæ caus.

tibi pecunia, vel aliquo alio, locus erit similiter Falcidiæ in dicta pecunia tibi legata, si seruus possit redimi per te deducta Falcidia de dicta pecunia: alioquin non debes cogi plus impendere ad redimendum eum, quàm accepisti ex legato pecuniæ defalcato. & sic tunc melius est dicere quòd non sit locus Falcidiæ, fauore libertatis. *& hoc dicit in l. Iulianus. §. si verò pecuniam. & l. sed si non seruus. vsque ad §. sin vero heres.* & hæc omnia locum habent quando tu legatarius fuisti rogatus de manumittendo. Si autem heres rogatus sit manumittere seruum alienum, pretium dicti serui deducitur vt æs alienum de hereditate, ita quòd de eo non detrahitur Falcidia, si detracta de eo pretio Falcidia, non potest redimi seruus. Viuianus.
g ¶*Capias*. scilicet aliquid aliud præter seruum.
h ¶*Retinetur*. i. quam retinere vult heres de seruo legato.
i ¶*Recipere*. & dic, recipere, id est[a] accipere & dare heredi. nā nihil aliud est tibi legatum præter seruum. *ad quod. ꝫ. eo. l. planè. & l. sequē. §. si solus.* & sunt hęc fauore[b] libertatis. *ad quod. j. l. proxi. & ꝫ. l. proxi. in fi.*
k ¶*Iuliani notat*. approbando quod superiori. l. dictum est.
l IN *testatoris seruo*. legato vt manumittatur.
m ¶*Vt alienum*. licet hos duos casus contingat, tamen infra. l. sed si non seruus. separantur: quia in seruo suo agnito legato indistinctè patitur Falc. in alieno idem, si possit redimi deducta Falcid. alioquin contra: quia Falci. non detrahitur: *vt. j. l. sed si non seruus. §. quòd si alienus.*
n ¶*Locus erit*. Falcidiæ. Accursius.
o PLanè.] *Ipsi seruo*. testatoris legato vt manumittatur: puta decem. & hic casus colligitur. *j. l. proxi. in prin.* & dic idem si ipsi legatario: *vt. j. l. proxi. §. si solus.* Accursius.
p ¶*Vt inde*. i. ex decem quibus Falcidia detrahitur.
q ¶*Sumatur*. ¶No. ergo quòd pro[c] duob. legatis detrahitur ex vno vtriusque Falcidia: *vt. ꝫ. eod. l. si fundus mihi legetur. & j. l. proxi. §. si solus.* Accursius.
r SEd si non seruus.] *Tanti*. sic. ꝫ. *de leg. ij. l. imperator. §. si centū. & j. de fideicommis. lib. l. generaliter. §. si quis alienum.*
s ¶*Non plus*. si ergo deducta Falcidia potest redimi, cogitur. aliàs Falcidia non deducitur. *vt not. ꝫ. eod. l. Iulianus.*
t ¶*Manumittere*. alienū. & tūc est sensus ꝙ non deducitur Fal. si aliàs nō potest redimi: *vt. j. de fideic. lib. l. decē*. nā in seruo heredis cogitur, si deducto ære alieno aliquid ad eum peruenit: *vt. j. de fideicō. lib. l. generaliter. §. si quis alienū*. ibi, proinde Marcellus. sed & ibi testator in seruo heredis pretiū statuit: qđ pretiū vt æs alienū fortè deducitur. & in eo casu hîc fortè loquitur secundū. Azo.
u ¶*Peti*. i. legatarius totum petere potest.
x ¶*Ne impediatur libertas*. quęd nō minuit per Falc. *vt. ꝫ. de inof. test. l. Papinianus. §. quarta & facit. ꝫ. l. px. & facit. ꝫ. de leg. ij. l. v.*

SI seruus tibi.] CASVS. Titius testator legauit tibi Stichum seruum suum, & rogauit te quòd eum manumitteres: & nihil aliud tibi legauit, & decessit. nunc apparet locum esse Falcidiæ in testamento suo propter multa alia legata quæ reliquit. nunquid poteris tu legatarius recipere siue detrahere Falcidiam ex hoc seruo, vt eam des heredi? Et dicitur quòd non. & hoc censuit senatus & Iulianus dixit idem. & hoc dicitur in hac. l. & sequen. vsque ad. §. si vero pecuniā. Si autem aliquid legauit testator dicto suo seruo quem tibi legauerat vt manumitteres, puta. x. declarauit senatus & etiam Scæuola vt ex dictis. x. seruo legatis detrahatur Falcidia & pro seruo, & pro ipsis. x. & idem si non legauit testator seruo quem tibi legauit vt manumitteres: sed legauit tibi etiam decem. nam & hoc casu ne libertas impediatur, quarta quæ debet detrahi de. x. & de seruo, detrahetur de. x. & licet non fuerit sibi legatum aliquid præter seruum, totus seruus possit per te vindicari ab herede vt des ei libertatem, ita quòd heredi non remaneat Falcid. & hoc dicit in tota. l. planè si quid &c. &. l. sed si non seruus. §. si solus. vsque ad. §. si incertum. Et hæc omnia in seruo testatoris locum habent. si autem testator legauit tibi pecuniam, vel aliquid aliud, & rogauit te vt seruum tuum manumitteres: locus erit Falcid. sicque Falcidiam patieris in dicto legato, & nihilò minus cogeris manumittere seruum tuum: quia accipiendo legatum defalcatum tanti videris æstimasse dictum tuum seruum. Si autem alienus erat dictus seruus quē rogatus fuisti manumittere, legata

Si incertū.] CASVS. In hoc. §. figuratur cum. ll. seq. vsque ad. l. ad veterani. Titius testator legauit tibi Stichum seruum suū purè, & rogauit te vt eum manumitteres sub conditione, si nauis ex Asia venerit, vel post tempus incertum, quod loco conditionis

a Recipere pro accipere.
b v. Tiraquell. 16. priuil. piæ caus.
c Falcidia pro duobus legatis ex vno detrahitur quoties res diuersæ legatæ sunt, quarum vna Falcidiam non admittit, altera admittit. Limita quando vni & eidem sunt illæ duæ species legatæ. secus si diuersis: quia pro rata detraheretur Falc. l. x. & ibi Bal. C. ad legem Falc. Bar. in l. in impendenda. eod. titul.
d Falcidia non minuit libertatem.

tionis habetur,& decessit.& apparet nunc locum esse Falcidiæ in testamento suo propter multa alia legata quæ reliquit. vnde quæritur:nunquid incerto eo an præstetur libertas,cùm possit aut seruus prædictus mori,aut conditio libertatis deficere:interim id est pendente dicta conditione est admittēda Falcidia in legato ipsius serui deinde cùm libertas competere aut debere cœpit seruo, eo quòd conditio libertatis extitit, tunc tu legatarius illam partem in seruo recipias quam de eo Falcidia detraxit? Et certè hoc Cæcilio iurisconsulto placebat,scilicet vt pendente conditione, vel die incerta admittenda sit Falcidia in legato serui, vt sic incipiat seruus esse communis tibi legatario & heredi. adueniente autem conditione libertatis serui tui recipias partem de eo detractam nomine Falcidię,vt sic ei possis dare libertatem sicut fuisti rogatus. ¶Sed quid si heres fuit in mora dandi tibi dictum seruum qui erat tibi purè legatus & sub conditione manumissus, & medio tempore antequam existeret conditio libertatis, heres fuit consecutus fundum valentem viginti ex operis eius? nunquid illa viginti debebit in Falcidiæ rationem erogare vt tanto minus detrahat aliis legatariis nomine Falcidię? Et dicitur quòd sic.Sed certè Cæcilius malè dixit in eo quòd dixit quod pendente conditione libertatis, vel die incerto admittenda sit Falcidia in legato dicti serui. nam dicti serui æstimatio perinde fieri debet. ac si esset statuliber. statuliber autem heredis non auget Falcidiam siue substantiam : imò eius æstimatio deduci debet de æstimatione hereditatis tanquam æs alienum in ratione legis Falcidiæ,Sic etiam euenit quādo heres rogatus est seruum alienū manumittere.nam & tunc placuit sapiētibus.vt etiam huius serui pretium debeat deduci tāquam æs alienum in æstimatione hereditatis.Sed quid est de seruis quos testator habebat cōmunes cum alio,& non dedit eis libertatem?& certè in ratione legis Falcidiæ connumerantur in patrimonio vtriusque domini. sed ille seruus cuius vsusfructus est alienus,in dominio proprietarij cōnumeratur circa rationem legis Falcidiæ. Pignori autē dati serui in debitoris dominio connumerantur.Serui autem distracti sub lege cōmissoria,in venditoris dominio connumerātur. in quo casu pone ita exemplum.Testator vēdiderat Titio Stichum & Pamphilum pro viginti sub conditione,si solueret ei Titius pretium prædictū vsque ad mensem.& postea transiuit mēsis antequam emptor solueret pretium,vel etiam non transiuit.certe adhuc est dominium venditoris.fuit enim facta venditio sub cōditione, & non sub cōditione resoluenda.Item serui addicti ad diem , venditoris in dominio connumerantur.in quo casu pone ita exemplum. Testator vendiderat Titio Stichum & Pamphilum sub conditione, si alius non attulerit meliorem conditionem intrà mensem,& ita fuit cōditionalis venditio:& non fuit resoluenda sub cōditione. Scias etiam quod æris alieni loco deducuntur in ratione legis Falcidiæ non solùm pretia alienorum seruorum quibus libertas est data per testatorem ab herede suo,vt dictum est in l.eius.ij.respon.& corū seruorum testatoris qui suplicio sunt affecti. eo quòd dominum eorum non iuuerunt cùm occideretur , cùm scirent eum occidi : sed etiam eius serui pretium æris alieni loco per heredem deducitur,quem seruum prætor donauit libertate propter iudicium proditæ mortis domini per seruum:vel propter iudicium coniurationis domini per seruum:& propter indicium coniurationis eorum detectæ per seruum,puta quia detexit seruus coram prætore reos siue malefactores qui simul iurauerant occidere dominum ipsius serui:& prætor cum libertate donauit. & hoc dicit vsque ad l. ad ff. Infort.

Si seruus legatur purè vt manumittatur in diem,vel sub conditione: hoc legatum interim defalcatur: sed quoad alios legatarios interim talis seruus exemplo statuliberi æstimatur. h.d.cum.l.seq.Bartolus.

4. ¶Si incertum sit an libertas præstari debeat, veluti quòd sub conditione, vel post tempus data sit[a] nunquid incerto eo an præstetur,cum possit aut seruus mori, aut conditio deficere, interim Falcidia admittenda est?[b] deinde cum libertas competere vel deberi cœperit, tum legatarius illam partem recipiat[c] quam Falcidia detraxit? Cęcilio placebat si quid ex operis eius medio tempore consecutus fuerit heres:[d] id in pretium eius[e] erogare eum debere propter legis Falcidiæ rationem.

XXXVII. VALENS *libro sexto de fideicommissis.*

EIus serui[f] ęstimatio perinde ac statuliberi[g] fieri debet. 1.¶ Sed & si heres seruum alienum rogatus est manumittere: placuit vt etiam huius pretium ex æstimatione hereditatis deduci[h] debeat.

XXXVIII. HERMOGENIANVS *libro primo iuris Epitomarum.*

STatuliber heredis non auget familiam[i]. 1. ¶Communes serui in vtriusque patrimonio cōnumerantur. 2. ¶Cuius vsusfructus alienus est, in dominio proprietatis[*] connumeratur : pignori dati,in debitoris:[k] sub lege commissoria distracti , item ad idem addicti,in venditoris.[l]

In computatione Falcid. habetur consideratio pretij seruorum quibus est data libertas: & etiam eorum qui supplicio vltimo sunt affecti : & eorum qui in præmium libertatem accipiunt. Alexand.

XXXIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

AEris alieni loco deducuntur non solùm pretia eorum[m] quibus libertas data est, & eorū qui supplicio sunt affecti :[n] sed & eius quem prætor propter indicium proditę mortis,vel detectæ eorum[*] coniurationis libertate donauit.[o]†

Testamentum veterani, etiam si

veterani. Viuianus.

a ¶*Data sit.*seruus vero pure legatus sit.Azo.

b ¶*Admittēda est.* in legato serui:vt incipiat communis esse heredis & legatarij:*vt.j.eo.l.Plautius.*hoc tamen reprobari videtur *vt.s.eo.l.in ratione.§.j.& .j.eo.l.eius.& .l.statuliber.*Azo.

c ¶*Recipiat.* ipso iure translato in eum dominio ab herede.Azo.

d ¶*Fuerit heres.* scilicet pro quarta portione serui quam habuit occasione Falcidiæ quam pendente conditione libertatis lex permisit detrahi: vt superius dixi.Azo.

e ¶*Pretium eius.* scilicet in Falcidia, vt tātò minus detrahat ab aliis legatariis. Nam ob hoc certū est quòd non detrahit: *vt supra eod. l. Iulianus. & facit infra eod. l. cum quo §. is qui. & infra titu.j. l. iij. §. quotiens. & .s. eod. l. quod de bonis. §. fructus.*

f EIus serui. legati purè,& sub conditione manumissi : *vt s.l.proxi.§.si dixi.* Accursius.

g ¶*Statuliberi.* qui[a] non auget familiam heredis:*vt.j.l.proxi.*

h ¶*Debeat deduci.*sic *j.eo.l.æris.& .j.tit.j.l.j.§.in quibusdam.& Instit.eod. §. cùm autem.* Accursius.

i STatuliber.] *Familiā.*id[b] est substantiam.sic. *C.de ver.signi. l. fina.* & est hoc verum quò ad Falcidiam. vere[c] tamen in dominio heredis sunt pendente conditione: *vt. j. de statulib. l. statuliberi.* compendium tamen medij temporis computatur in Falcidiam,& sic proficit cæteris legatariis:licèt non ei cui legatis fuerit vt manumitteret:quia nec Falcidiam patiebatur: *vt.s.eod.l. sed si non seruus.§.fina.* sed & si ponas aliam rem ei sub conditione legatam, compendium temporis proficit:*vt.j.eod.l.in quantitate.§.magna.*

k ¶*In debitoris.*facit ad prædicta.*s.ad Silan.l.j. §. j. & .ij. & qui satisda.cog.l.sciendum.§.j.& .ij.*

l ¶*In venditoris.*Imò[d] in lege commissoria est emptoris:sed non soluta pecunia redit in dominium venditoris : *vt. C. de pact.inter empt.& vendi.l.commissoriæ.contra.* Sed dic quòd fuit tradita possessio precaria:*vt.j.eod. titu.l. qui ea lege.* vel hoc accipe quando iam cessauerat in soluendo. Vel pone quòd fuit facta sub cōditione,non autem re soluenda sub conditione. ¶Item ad[e] pactum addictionis in diem est contra.*s.de in diem addic.l.vbi autem.§.sed & Marcellus.*vbi est in dominio emptoris. Solu,vt etiam prædictum contrarium solui.

m AEris.*Eorum.*seruorum alienorum: *vt.s.eo.l.sed si non.§.sin verò.& .l.eius.*

n ¶*Affecti.* quia non iuuerunt dominum , cùm essent sub eodem tecto:*vt s.ad Sila.l.j.in princi.*

o ¶*Donauit.*hoc tamen casu soluit fiscus pretium domino:vt arg. *C.pro quibus cau.ser.lib.l. antepenul.* Vel ibi est speciale eo casu. Vel soluit de propria bursa fiscus,sed postea detrahit de hereditate vt hic innuit.*& facit.s.ad Sila.l.iij.§.si ex stipulatione.& .l. domino occiso.& .j.de bo.lib.l.si necem.*

p AD veterani.] CASVS. Titius paterfamiliàs vel etiam filiusfamilias fuit miles,& postea fuit remissus de militia : & sic fuit effectus veteranus.& post missionem testamentum fecit intra annum missionis.nūquid in eo habet locum lex Falcidia , si reliquit legata vltra dodrātem? Et dicitur quòd sic:& hoc siue decedat intra annum missionis,siue post. [SI CVI, SI DECEM.] Instituì,mihi heredem Titium.& multa legata ab eo reliqui,etiam vltra dodrantem : inter quæ legaui Seio fundum valentem. xx. sub conditione,si daret heredi meo decem,certè dicitur hîc quòd hic legatarius habetur legatarius in toto fundo , scilicet quantum ad hoc vt de toto fundo possit detrahi Falcidia per heredem : non

[*] Proprietarij

a Statuliber non auget familiā hæredis.

[*] Reorum.

b Familia pro substantia.

† Memorabile exemplum huiuscemodi manumissionis refert Liuius *lib. 2. ab vrb. condit. Vide Paulum in recept. sent.*

c Statuliber pēdente cōditione in dominio est hæredis.

d Seruus venditus lege commissoria an sit in dominio vēditoris vel emptoris.

e Seruus venditus sub pactione addictionis in diē, an sit in dominio venditoris vel emptoris.

obſtante quòd ipſe dedit heredi decem cauſa implendę conditionis legati fundi. Viuianus.

a Veteranus dicitur militia dimiſſus.

b Veteranus quemadmodū teſtari debeat.

a ¶ *Ad veterani.* i.ᵃ eius qui miſſus de militia teſtatur: quiaᵇ de iure communi eum teſtari oportet. ſecus ſi in militia teſtatus ſit, & intra annum decedat: *vt.j.eod.l.ſi miles.& l.ſi.& ʒ.eo.l.ſi poſt.*

b ¶ *Legatarius habebitur.* Contra *ſupra de lega.j.l.non amplius.in princip.* Sol. ibi vt non poſſit in plus grauari: *vt.ʒ.de lega.j.l.ciuitatibus.§.ſina.* hîc vt totum defalcetur. *ſic ſupra eod.l.ſi à me.* Item contra ſupra *eod.l.ſi dignum & l.in ratione.§.vendere.* ſed hic datur cauſa implendæ conditionis: ibi precium eſt *ad quod.j.eo.l.in quartam.in fin.& ʒ.titu.j.l.Plautius.in princip.& §.diuerſum & j.eo.l.ſi fundum.& l.qui fundum.*

deceſſit intra annum miſſionis, non eſt priuilegiatum circa detractionem Falcidiæ. Alexan.

XL. HERMOGENIANVS *libro quarto iuris Epitomarum.*

AD veterani ᵃ teſtamētum, ſiue paterfamilias ſiue filiusfamilias ſit, licèt intra annum miſſionis decedat, lex Falcidia pertinet. 1. ¶ Si cui, ſi decem dediſſet, viginti fundus fuiſſet legatus: is in toto fundo legatarius habebitur.ᵇ

XLI. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

DOlo carere non videtur, ſi iam mota quis controuerſia hereditatis, legata ſine cautionibusᶜ det.

XLII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

† Hæc lex in vulg. perperam collocata eſt poſt legem quę ſequitur eam. cauſa erroris fuit, quòd ad marginem libri Fl. erat ſub obelo ſcripta. Ant. Aug. *lib.j.c.j.*

IN † Falcidia ᵈ æſtimatio pretij rerum ex veritate facienda eſt.

Res quæ poſt mortem ſuperuenerunt ex cauſa habente originem in vita teſtatoris, computantur in patrimonio. Alexand.

XLIII. IDEM *libro nonodecimo ad Edictum.*

SErui qui apud hoſtes ſunt, poſt mortē teſtatoris reuerſis

D*Olo carere.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium: & multa legata ab eo reliqui poſtea, ponamus, natus fuit mihi poſtumus, & ſic ruptum fuit teſtamentum. egit iſte poſtumus contra dictum Titium heredem, & petiit ab eo hereditatem. interim Titius ſoluit legata dictis legatariis, & non accepit cautiones de reſtituendis ſibi legatis, ſi euicta foret ei hereditas. certè non videtur carere dolo ipſe Titius quantum ad hoc. vnde euicta poſt ea ſibi hereditate tenetur victori reſtituere legata prædicta, ac ſi ea haberet, & habeat damnum, ſi non fecit ſibi per legatarios caueri. Viuianus.

c Dolus præſumptus, & lata culpa, quo modo differat, Barto. in l. quod Nerua. ʒ. depoſi. & ibidē Alex. Bal. in. l. pignus. C. de pign. actio.

c ¶ *Cautionibus.* ſcilicet euicta hereditate legata reddi: *vt.C.de lega.l.ſi in fraudem.* ¶ Item no. hic de doloᶜ præſumpto. *ſic.ʒ.man.l.ſi procuratorem.§.dolo & l.dolus.* Sed arg. *contra.C.de dolo.l.dolum.* Item facit. *j.ti.j.l.hæc autem.§.fina.& ʒ.de peti.here.l.quòd ſi poſſeſſor.& ſupra ad exhib.l.Iulianus.§.ſi tibi.& ſupra de peti.hered.l.fin.§.j.*

I*N Falcidia.*] CASVS. Hæc lex dicit ꝙ in ratione quàm trahit heres cum legatariis, ad ſciendum vtrum habeat locum lex Falcidia vel non, eſt facienda æſtimatio pretij rerum hereditariarum ex veritate, & non ex affectione alicuius. Viuianus.

d Æſtimatio rerum in Falcidia, fit ex rerū veritate.

d ¶ *In Falcidia.* facitᵈ *infra eod.l.in lege Falcidia.§.corpora.& l.pretia.*

S*Eruus qui apud.*] CASVS. Tempore mortis teſtatoris qui multa legata reliquerat, erant quidam ſui ſerui ab hoſtibus capti: & poſtea fuerunt reuerſi poſt mortem teſtatoris. certè quantū ad rationem legis Falcidiæ faciunt dicti ſerui locupletiorem hereditatem, vt ſic minor legatariis Falcidia detrahatur: licèt tēpore mortis teſtatoris non eſſent in hereditate. nam ex quo reuerſi ſunt, finguntur nunquam capti fuiſſe. Viuianus.

e Finguntur nō fuiſſe capti, ſerui qui ab hoſtibus reuertūtur.

e ¶ *Hereditatem.* quia fingunturᵉ non fore capti: *vt.j.de capti.& poſtliminio reuer.l.poſtliminium.§ transfuga.* aliàs contra: *vt.ʒ.eo.l.in ratione.§.j.*

F*Alcidia.* CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui, & ſeruo meo Sticho dedi libertatem ſub cōditione, ſi daret dicto meo heredi decē. poſtea dictus Stichus qui dicitur ſtatuliber, dedit dicta decem heredi de alieno, & non de bonis mei defuncti. nunquid dicta decem imputantur heredi in Falcidiam, vt propter ea decem minorem aliis legatariis detrahat Falcidiam? Et dicitur quòd non. & idem eſt ſi ego teſtator dedi libertatem Gaio liberto ſub conditione, ſi daret heredi meo decem: & ipſe Gaius credens ſe eſſe ſeruum meum dedit decem heredi de peculio quod non erat heredis. nam & iſta. x. non imputat ſibi heres in Falcidiam, cum ea teneatur reſtituere dicto Gaio. Viuianus.

f ¶ *Non poteſt.* id eſt non imputatur heredi in Falcidia. & not. de alieno. ſecus ſi de ſuo peculio: *vt.j.eo.id autem.* & intelligitur de ſuo: *vt.j.de dona.cau.mor.l.quod ſtatuliber.* Accurſius.

g ¶ *Impleuit.* credens ſe ſeruum impleuit conditionem ſub qua erat relicta libertas, & dedit de peculio quod non erat heredis: vnde poteſt repeti: *vt ſupra de condi. ob cauſam.l.dedi.§.ſi liber.& §.ſi quis.* Nam quia repetitur, patet quòd per Falcidiam non retinetur. Alij dicunt quòd alius liber homo dedit de ſuo pro ſeruo cui erat relicta libertas, ſi decem daret heredi.

quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorē faciunt hereditatē.ᵉ

XLIIII. PAVLVS *libro viceſimo ad Edictum.*

FAlcidia interuenire non poteſt,ᶠ ſi ſtatuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel aliàs eſt homo liber, qui conditionem impleuit.ᵍ

XLV. PAVLVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

IN lege Falcidia non habetur pro puro quod in diē relictū eſt. medij enim temporis cōmodum computaturʰ. 1. ¶ In his legatis quæ ſub conditione relicta ſunt. Proculus putabat, cum quæritur de lege Falcidia, tantū eſſe in legato, quanti venireⁱ poſſunt. Quòd ſi eſt, & deductio ſic poteſt fieri, vt tantū videatur vi deberi,* quanti nomen venire poteſt. Sed hæc ſententia non probatur. Cautionib.ᵏ ergo melius res temperabitur.

* vi deberi, id eſt ſic ʒ. de arbi. l. aduerſus. & l. j. ʒ. de condit. & demonſt.

XLVI. VLPIANVS *libro ſeptuageſimoſexto ad Edictum.*

QVi quod per Falcidiā retinere poterat, voluntatē teſtatoris ſecutus ſpopondit ſe daturum, cogendus eſt ſoluere.ˡ

I*N lege Falcidia.*] CASVS. Hæc lex dicit quòd in dicta ratione nō habetur pro puro illud legatum quod in diem relictū eſt. commodum enim medij temporis computatur heredi in Falcid. ¶ Sed pone quòd quædam legata ſunt relicta purè, & quædam ſub conditione. quid computabimus eſſe in legatis conditionalibus cūm trahitur dicta ratio legis Falcidiæ? Et certè dixerunt quidam tātum eſſe in legatis conditionalibus, quantum vendi poſſunt: & de illo pretio quo vendi poſſunt, id eſt habito reſpectu ad illud pretium quo vendi poſſunt, poteſt de eis heres Falcidiam detrahere. ſed hæc ſententia reprobatur, imò melius eſt quòd res temperetur per cautiones, ſcilicet vt heres incontinēti ſoluat legata illis legatariis quibus legatum eſt purè, & proper quorū ſola legata non haberet locum lex Falcidia, & non habeatur nunc ratio legatorum conditionalium, ſed expectetur eorum conditio: & legatarij quibus legatum eſt purè, & quibus heres ſoluit legata, caueant heredi de reddendo ei quantum plus apparuerit eos accepiſſe tempore exiſtentis conditionis legatorum conditionaliū, quàm per legem Falcidiam eis accipere liceret. Viuianus.

h ¶ *Computatur.* vt *& ʒ.e.l.ſed ſi non ſeruus.§.ſi.* & facit hic verſum in his &c. ſecundum alios non: ſed ibi, Proculus &c. vt dicebat Azo. *& facit infra eodem.l.circa, & l.in quantitate.§.in diem. & l.qui quadringenta.§.fina.& ſupra man.l.ſi mandauero tibi.in princip.*

i ¶ *Venire.* ſic. *ʒ.de condic.fur.l.ſi ſeruus.§.quòd ſi pendente.*

k ¶ *Cautionibus.* vt reddat quanto plus accepit: *vt.ʒ.l.j.§.ſi in annos.& j.eo.l.lex Falcidia.ſed contra.j.eod.l.cum Titio.Solu.ibi.*

Q*Vi quod*] CASVS. Hæc lex dicit quòd ſi heres poteſt detrahere Falcidiam ex eo quod teſtator legauit vltra dodrantem bonorum ſuorum, & nihilo minus promiſit legatariis ſe ſoluturum eis integra legata ſecundum voluntatem teſtatoris: cogendus eſt ſoluere integra. Viuianus.

l ¶ *Soluere.* ſic. *C.eo.l.ſi.& ʒ.de condi.indeb.l.fideicommiſſum.& j.de dona.l.ſi patronus.§.j.* Sed arg. contra. *ʒ.eo.l.quod de bonis.§.j.* ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quod ibi loquitur eo viuo: hîc poſt mortem.

L*Ex Falcidia.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & multa legata quibuſdam reliqui: inter quæ reliqui Seio annua decem, & ita habet ſe modus ſiue quantitas dictorum legatorum vt nunc non habeat locum lex Falcidia. ſed ſi ſoluantur dicta decem annua per decem annos futuros, locum habeat Falcid. quæro, qualiter heres meus habeat hic facere circa rationem legis Falcidiæ cum dicto Seio? & certè quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ penſiones annuæ dabuntur per heredem dicto Seio, id eſt integra decem omni anno: & debet cauere Seius heredi de reddendo ei quanto plus apparebit poſtea eum accepiſſe, quàm licuerit ei capere per legem Falcid. adueniente autem poſtea anno, quo non, id eſt propter ſolutionem cuius anni fit vt contra legem Falcid. aliquid debeatur dicto Seio legatario,

eueniet

euenier vt retro minuantur omnia legata singulorum annorum.& sic repetet heres à dicto Seio legatario quartam cuiuslibet annui legati ex vi prædictæ stipulationis.& ita ex postfacto apparet locum habere legem Falcid.in omnibus pensionibus. NVNQVAM.]. Institui mihi heredem Titium,& legaui,c.Seio: & rogaui Seium prædictum vt dicta centum restitueret siue daret Caio, & decessi. postea soluit heres Seio. c. prædicta detracta ex eis Falcid, vel non detracta non facio vim. nunquid Seius cùm dat postea dicta centum Gaio, potest ei detrahere Falcid.Et dicitur quòd non, & idem est si per fideicomm.reliqui dicta centum Seio: & rogaui eum quòd daret ea Gaio.Item idem est si dictum meum heredem rogaui per fideicomm. vt restitueret hereditatem meam Seio: & rogaui Seium quod eam restitueret Gaio, nam si heres restituat ex Trebelliano Seio hereditatem detracta vel non detracta quarta, non facio vim,non detrahet quartam Seius Gaio prædicto cùm restitueret ei hereditatem.Viuia.

Si legatum annuum relinquitur: non antè defalcatur, quàm eueniat dies soluendi legatum per quòd Falcidia interuenit. Alex.

XLVII. IDEM *libro septuagesimonono ad Edictum.*

LEx Falcidia si interueniat,in omnibus pensionibus [a] locum habet: sed hoc ex postfacto apparebit:[b] vt puta in annos singulos legatum relictum est. quádiu Falcidia nondum locum habet, integræ [c] pensiones annuæ dabuntur.Sed enim si annus venerit, quò fit vt contra legem Falcidiam vltra dodrantem aliquid debeatur euenict vt retro omnia legata singulorum annorum imminuantur.

1. ¶ Nunquam legatarius vel fideicommissarius,[d] licet ex Trebelliano senatusconsulto restituitur ei hereditas, vtitur legis Falcidiæ beneficio.

Obligatio dupli inter heredem vel testatorem consistens, heredi & contra heredem reseruatur in simplum ad excludendam Falc. Bartolus.

a ¶ *Pensionibus*.i. petitionibus.

b ¶ *Apparebit*.s.quádoque.

c ¶ *Integræ*. accepta cautione,quanto plus, &c.*vt.s.l.j.§.si in annos,& j.eod.l.legis Falcidiæ.* Sed contra.j.*eo.l.hereditatum.*vbi ab initio fit computatio.Solu.ibi fit computatio propter cæteros legatarios:hic cum eo cui est relictum hoc annuum. & eodem modo solu.j.*eo.l.cum Titio.* *& sic intellige.s.eo.l.pœnales.§.annua*

d ¶ *Fideicommissarius*.specialis vel generalis: vt subiicit. Sed fallit[a] in generali in duobus casibus,s.quando heres sponte adiit, & sponte Falcid.non detraxit volens liberalitatem exercere in fideicommissarium:& hoc si ab herede relicta sunt legata.cæterùm si à fideicommissario. nunquam detrahet Falcidiam. Item in alio, si coactus heres adiit.tunc enim fideicommissarius detrahit Falcidiam:quia absurdum est legatariis plus præstari quàm præstaretur si heres spontè adiisset:*vt.j.titu.ij.l.j.§.inde Neratius.& l.Marcellus.§.quod si suspecta.& l.facta.§.si cum suspecta.* facit ergo hic §.pro opinione Azo. qui dixit legatarium non detrahere Falcid. Sed alij contra.si eis detrahatur:pro quibus *est.s.eod.l.pœnales.§.fin.& C.communia de lega.l.j.§.j.*quæ sunt contra. Sed dic vt in qualibet earum no.hanc autem intelligebant quando eis non detrahebatur.

a Falcidiam nō detrahit ex legatis particularibus seu singularibus fideicō missarius vniuersalis:nisi ab hærede liberaliter accepit hæreditatem sine vlla Falcidiæ detractione. Tunc enim Falcidiā detrahet, non ex sua persona, sed hæredis.Idem dicendum erit,si hæres non detraxit, quia coactus adiit, vt hac Glossa.quæ omnino vera sunt. quoties ab ipso hærede legata relicta sunt, secus si à fideicommissario, quia de illis legatis non detrahit. l.facta.§.si cum suspecta.j.ad Trebell. adde Graff. §.Falcidia.q.1.

CVm emptor.] CASVS. Titius vendidit mihi fundum pro cétum,& promisit mihi de culpa nomine euictionis. posteà fecit dictus venditor testamentum, & instituit sibi heredem meipsum emptorem, & multa legata quibusdam reliquit etiam vltra dodrantem hereditatis suæ. ita quòd habuit postea locum lex Falcidia.postea vel etiam antè mortem venditoris eiusdem testatoris Sempronius euicit mihi per sententiā dictum fundū:& ideo debeo recipere ex hereditate venditoris in qua ipse venditor me instituit,duplum nomine euictionis.nunquid ergo emptor idémque heres venditoris debeo deducere de hereditate vēditoris duplum nomine euictionis tāquam æs alienum, vt sic maiorem Falcidiam detraham legatariis supradictis? an verò simplum tantùm debeo deducere? Et videtur quòd duplum: quia duplum esset detrahendum si alius heres extitisset venditoris,& non ego emptor, & mihi emptori per heredem venditoris præstandum. benignius est tamen in simplum mihi emptori imputari, vt scilicet illud tātummodo detraham tanquam æs alienum. & idem est econtra, si ego emptor institui mihi heredem dictum venditorem, & multa legata quibusdam reliqui, & mihi euictus fuerit dictus fundus scilicet vt dictus venditor heres meus debeat sibi computare in hereditate mea quam habet, simplum nomine euictionis, & non duplum: vt sic pro illo simplo taliter computato minorem legatariis detrahat Falcidiam:quamuis si alius heres extitisset mihi emptori,duplum imputaretur ei in hereditate mea, vt pro eo duplo taliter imputato tanto minorem Falci. legatarij detraherent,quòd duplum ipse alius heres meus recuperaret à venditore qui non esset meus heres. Viuianus.

ff. Infort.

XLVIII. PAVLVS *libro secundo ad Edictum Ædilium Curulium.*

CVm emptor venditori, vel contra heres exstitit: cuiusdam homine vtrum duplum in æs alienum deducere vel computare debeat,an simplum?[e] duplum enim esset si alius heres extitisset. Et benignius est eodem herede existente simplum ei imputari.

Spes defalcandi communis est heredis & legatarij: & quod legatur seruo communi,eis acquiritur quibus potest.Bartolus.

XLIX. IDEM *libro duodecimo ad Plautium.*†

PLautius:[f] Seruo quem tibi legaueram, fundum legaui. Atilicinus, Nerua, Sabinus, primùm in seruo ratione legis Falcidiæ habendam: & quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram: deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiæ portionem decessuram, sicut ex omnibus legatis.

† Verba Plautij in archetypo notis duplicib. notata teste Anto. August. quare quod à librario Florentino perperam omissum est, præstare maluimus.

e ¶ *Simplum.* imò duplum: *vt supra de her. vel act. vend. l. ij §.si Titius.* Solu.ibi. ¶ Item not. quòd [a] non admittitur vt quilibet. *sic supra de euict.l.non tamen.* Sed arg. *contra supra eod. l.si à me.* Item facit.C. *eod.l. in imponenda*, Accursius.

a Vt quilibet interdum quis nō admittitur.

PLautius seruo.] CASVS. Ego institui Plautium mihi heredem: & seruum meum Stichum legaui Titio à dicto Plautio meo herede,& decessi, postea Plautius heres meus fecit testamentum, & dicto Sticho fundum legauit ab herede suo Plautij; & decessit idem Plautius. vnde heres Plautij debet soluere legata à se relicta per Plautium, & relicta à Plautio per me. cùm autem habeat locum Falcidia in legatis à me relictis, & in legatis relictis à Plautio herede meo, ex eo quòd vltra dodrantes legauimus: quæritur qualiter deducto Sticho seruo meo, & deducto fundo Sticho per Plautium legato, debeat heres Plautij detrahere Falcidiam? Et responderunt tres iurisconsulti, scilicet Atilicinus, & Nerua, & Sabinus, primo habendam rationem legis Falcidię in dicto seruo Sticho:& quota pars ex eo Sticho decederet per legem Falcidiam, eam partem, id est quantum valet illa pars, futuram inutilem legatario in legato fundi. postea autem reliquis partibus dicti fundi dixerunt decessuram portionem legis Falcidiæ, sicut decedit ex omnib. aliis legatis.& ita dixerunt quod de fundo detrahetur Falcidia pro seruo,& pro fundo. Cassius autem reprehendit eos dicens: Quando de seruo legato pars legis Falcidiæ decedit, quod est vbicunque habet locum lex Falcid. in hereditate illius qui legauit seruum, incipit seruus legatus fieri communis heredis pro quarta nomine Falcid. & legatarij pro tribus partibus eiusdem serui,& si sit legatum dicto seruo taliter cōmuni sibi & legatario, vt dictum est, totum legatum seruo relictum pertinet ad socium legatarium:quia in ea persona scilicet legatarij socij, legatum consistere potest.q.d. non in persona heredis qui legauit seruo cōmuni sibi & legatario. quia ergo tali modo detrahitur Falcid. de seruo legato. vt efficiatur seruus communis heredis & legatarij pro his partibus quas dixi, & quia totum legatum fundi relictum ab herede dicto seruo pertinet ad solum legatarium, & non ad heredem qui legauit vt dictum est, remanet pro constanti quòd ex fundo non detrahitur Falcid. nisi semel, id est pro ipso fundo, & non pro fundo & pro seruo legato, vnde malè dixerunt dicti tres iurisconsul. Vnde Paulus iurisconsultus vtitur sententia Cassij reprehendentis dictos tres: & non vtitur sententia eorum trium. & dicit idem Paulus quòd diuus Pius imperator rescripsit idem in fideicommisso relicto seruo communi per vnum de dominis quod scripsit dictus Cassius in legato, scilicet quòd totum pertineat ad alium socium qui non reliquit seruo communi fideicommiss. & habeat talem literam in princip. huius legis qualem ego habeo: Plautius: seruo quem tibi legaueram, fundum legauit: Atilicinus, &c. sed quidam habent talem literam: Plautius scilicet ait hoc quod sequitur: Seruo quem tibi legauerat, scilicet aliquis testator, fundum legauit Atilicinus,&c.sed mea litera est melior, & secundum eam posui vobis casum. Viuianus.

f ¶ *Plautius*.sci.ego.& habeat infra legaueram,& legaui. vel habeat,legauerat & legauit:&sic in tertia persona.& secundum primam testator format quæstionem. *& facit supra de lega.j.l.seruo legato.* Accursius.

a ¶*Cassius*.reprehendens prædictos.
b ¶*Et legatarij*.sic ergo ipso iure Falcidiam resecat:*vt.& .s.eod.l. linea.& .j.eo.l.in quantitate.§.in diem.in fin.§.*
c ¶*In eam*.quare ei totum legatum quæritur:sed in legato ei relicto locum haberet Falcidia:ergo & hic:vt subiicit.Azo.

gatis. Cassius: [a] Quòd seruo pars lege Falcidia decedat, incipere seruum fieri communem heredis & legatarij. [b] cōmuni autem seruo cùm legatum sit, totum pertinere ad socium: quia in eam [c] personam legatum consistere possit. qua ratione [d] semel ex fundo [e] partem legis Falcidiæ decessuram, Paulus: Cassij [f] sententia vtimur. nam & diuus Pius [g] rescripsit, seruo communi fideicommissum datum, totum ad socium pertinere.

Vbi legatur fundus, & via ad ipsum: legatum viæ extinguitur, si tantùm est in Falcidia aut plus quantum via. Alexan.

1. ¶ Interdum euenit, vt propter rationem legis Falcidiæ sequens legatum extinguatur: veluti si fundus & ad eum via legata sit per alium fundum. Nam si pars fundi [h] remanserit [i] in hereditate, [k] non potest procedere viæ legatum: quia per partē seruitus adquiri non potest.

Legata inutilia minuunt vel excludunt Falcidiam: siue sint inutilia à principio siue ex postfacto. h.d. cum l.seq. Alexan.

L. CELSVS *libro quartodecimo Digestorum.*

NOn est dubium, quin ea legata à quib. heres summouere exceptione petitorem [m] potest, in quartam ei imputentur, nec cæterorum legata minuant.

d ¶*Qua ratione*. quia totum legatum quæritur socio: ergo, in eo toto locum habet Falcidia.
e ¶*Ex fundo*.s.dotali.
f ¶*Cassij*. reprobata sententia Neruę,& Sabini,& Atilicini.
g ¶*Diuus Pius*. non solum Cassius.*ad quod est supra pro socio.l. verum.§.si seruo.* ¶Sed *contra.j. de acquiren. rerum do.l.per seruum.* §.j. Sol.quod [a] ibi dicit fieri sociorum quod donat vnus dominorum seruo communi, verum est cæterorum: non autem donanti aliquid remanet. & sic concordat. Item contra.*j.de stipu.ser.l.proinde. §. si seruus communis*. Sed aliud [b] ibi in stipulatione quando stipulatur seruus communis ab vno dominorum, vt pro parte remaneat penes promittentem: quia [c] stipulatio non sit ibi ex causa lucratiua: hic [d] autem in legato vel in donatione est lucratiua.Accursius.

a Donatum seruo cōmuni ab vno dominorum, donantis esse definit, & esse incipit reliquorum dominorum.
b Donationis seruo & stipulationis, pmissionis seruo communi factæ differentia. Priore casu, donantis res esse definit: posteriore non definit.
c Stipulatio nō semper lucratiuā causam continet.
d Lucratiuæ causæ appellatione legatum & donatio continetur.

Interdum.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & legaui Seio fundum Titianum: & ad eum fundum Titianum legaui viam per alium meum fundum, puta Seianū. & multa alia legata reliqui quibusdā, ita quòd excessi dodrantē? & decessi. nunc heres meus vult detrahere legatariis Falci. vnde quærit, qualiter possit detrahere de fundo Titiano, & de via ei legata? Et dicitur quòd propter rationē legis Falci. de fundo detrahendæ sequens legatum, s. viæ extinguitur. nam cùm pars fundi deberet remanere in hereditate nomine Falci. si non esset ad eum legata via, ex eo.s.quòd posui locum habere Falci. in hereditate mea: non potest procedere viæ legatū: quia per partem dimidiā seruitus viæ adquiri non posset legatario cui remanēt tres partes fundi pro indiuiso. Si ex fundo detraheretur Falci. quomodo ergo non potest procedere legatū viæ hoc casu? Respōdeo quòd legatarius debet capere integrum fundum, & viæ legatum debet perire, scilicet quando plus capit Falc. detrahenda de fundo & de via, quàm sit viæ æstimatio: vel etiam tantum. & non plus. si autem minus capit Falcidia, quàm sit æstimatio viç, tunc debet legatarius capere per totum fundum & totā viam: ei tamē legatario totam viam ad fundum petenti tandiu per heredem doli exceptio opponetur, quamdiu soluat heredi legatarius tantum quantum erat nomine Falcidiæ detrahendum de fundo & via: vt hoc habes.s.eo.si fundū mihi. si autem de fundo nil nomine Falcidiæ erat detrahendū, valet legatum fundi & viç, & non opponitur aliqua exceptio legatario viam petēti: quia tūc non dicitur adquiri seruitus viæ pro parte, vt hic colligitur, & dicta.l.si fundus mihi. Viuia.
h ¶*Fundi*.legati.Accursius.
i ¶*Remanserit*.propter Falcidiam.
k ¶*Hereditate*.nomine Falcidiæ, ita vt æquiualeat æstimationi viæ, vel plus valeat.sec9 si min9 valet.qd dic *vt.s.e.l.si fund9 mihi.*
l ¶*Non potest*.facit.*j.de verb.oblig.l.si sub vna.§.j.*

NOn est dubium.] CASVS. Titius libertus Seij instituit dictum Seium patronum suum heredē, cùm haberet hic libertus in bonis ducentos aureos: & legauit filio suo liberti centum viginti aureos, & cuidam extraneo non capaci reliqua octoginta: & sic nihil remanebat penes patronum heredē: sicque habebat locum lex Falcidia si heres solueret legatum extraneo nō capaci. cùm ergo non soluat non capaci, proficit hoc filio ad consequenda solida quæ ei legata sunt. nam non est dubium quin ea legata à quibus summouere heres exceptione legatarium potest quacumque ex causa, ita quòd ea ei non præstat, in quartam heredi imputantur, ne cæterorum legata minuātur. nec interest vtrum ab initio quasi inutile fiat legatum an ex accidenti postea inutile fiat. & hoc dicit cum duabus ll.seq. Viuianus.
m ¶*Petitorem*.quia nō sic capax. *ad quod.s.e. l.in ratione.in prin. & l.in ratione.y.§.pen.& fin.& l.si à seruo.& .j.eo.l.id autem quod.& l.ex asse.*

LI. IVLIANVS *libro sexagensimoprimo Digestorum.*

NEc interest [n] vtrū ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidenti postea in eum casum peruenisset legatum, vt actio eius denegaretur.

Legatum inutile propter incapacitatem legatarij prodest alius legatariis. hoc dicit secundum vltimum intellectum gloss. Bartolus.

LII. MARCELLVS *libro nono Digestorum.*

EX asse patronum heredem instituit libertus, cùm ducētos aureos in bonis haberet: & legauit filio [o] centum † viginti, extraneo [p] reliqua. Deminutio legati quòd extraneo præsta legatum, [r] proficit filio ad consequēda solida quæ ei legata sunt.

1. ¶ Quacumque ex causa legata non præstantur, imputantur heredi in quartam partem: quæ propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

LIII. CELSVS *libro septimodecimo Digestorum.*

SI propter ea quæ sub conditione legata sunt, pēdet legis Falcidiæ ratio: præsenti die data non tota vindicabuntur. [q]

A defuncto heredibus debitum, vt æs alienum detrahitur. Bartolus.

LIIII. MARCELLVS *libro quintodecimo Digestorum.*

n NEc interest. quādoque tamen interest: *vt Instit. de lega.§.ex contrario. & .j. de verbor. obliga. l.pluribus.§.final.* Accursius.
o EX asse.] Filio.sui testatoris. cæterùm filio heredis frustra legatur, vt & seruo: *vt Institut. de leg. §.an seruo.* & quod sequitur, sic ordina: quia filio. cxx. & extraneo reliquit.s. reliqua, ita quòd locus est Falcidiæ. 2. Vel dic. c. filio, & extraneo xx. & subaudi, & alia aliis. Si autem diceret c. filio, &. xx. extraneo legata, & nihil plus: non posset heres vti Falcidia, cū habeat plus quarta. Item quod subiicit, deminutio legati extraneo relicti, dic per legem Falcidiam. prodest enim filio: quia si non posset defalcari legatū extranei, detraheretur de legato filij quod esset defalcandū de vtroque, secūdum H. *arg.s.eo.l.planè.* 3. Vel dic quòd deminutio fit extraneo: quia est filius naturalis: vnde non potest capere nisi partem: *vt.C. de natu.libe.l.ij.* cùm enim iure hereditario remaneat penes heredem, computantur ei in quartā: & eo minus detrahit aliis: *vt.j.in l.prox.* Et quod subiicit, ad consequenda legata solida, scilicet magis quàm consequeretur si de legato extranei nil deminueretur: non tamen fortè in solidum consequetur filius.

† Sunt qui hic dispungant Filio centum, viginti extraneo, reliqua ademptio legati, & c. in meis manuscri. legitur cōstanter, extraneo reliquit deminutio, & c. [r] præstatur legatum.

p ¶*Extraneo*.secundùm vltimam casus positionem dic extraneo, id est filio naturali. duos enim habebat filios: vnum legitimum, alium naturalem, qui vocatur extraneus. Accursius.

SI propter.] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & multa legata purè & sub conditione reliqui: inter quæ reliqui Seio. c. purè, & fundum sub condi. propter cōditionalia autem prædicta legata nō possumus adhuc esse certi vtrum habeat locū Falcidia, vel nō. Seius petit ab herede meo legatum sibi relictum: & offert ei cautionē de restituendo ei quicquid postea apparuerit eum accepisse vltra quàm patiatur lex Falcidia. nunquid heres tenetur ei dare integrum purū legatum? Et dicitur quòd non, imò potest in hoc dubio detrahere Falcidiam de eo. & si postea deficiant conditiones legatorum conditionalium, sicque appareat non habere locum legem Falcidiam, restituet heres Seio quartam quam ei detraxit. Viuianus.
q ¶*Vindicabuntur*.cautione non præstita [a], sed ea præstita sic: *vt. s.eo.l.j.§.interdum.& .§.si in annos.& .l.si cui.& .l.in lege Falcid. & .j.eo.l.hereditatum.& .l.in quantitate.§.sed & si legata.& .j.ti. j.l.j.§.si legata.* quæ sunt contra. sed H. dicit referre, an purum vel conditionale sit ei relictum: & sic hic loquitur, vt sit in electione heredis an purum vni, & conditionale alij: & sic contraria, vt purum petatur præstita cautione: vt in contrariis.

a Notāter hoc dicit: quia heres quādo agit cum legatariis, debet cauere vt apponatur de cautione: *per ea quæ notātur hic l.1. C.quorū leg. & l.1.s.eod.tit. quorum legat.*

Pater.

Pater filium.] CASVS. Titius habens filium Seium, & habens ex eo tres nepotes, instituit sibi heredem dictum suum filium, & commisit fidei eius ne fundum suum testatoris alienaret: & etiam vt in familia eum relinqueret: & decessit hic Titius. Postea filius decessit, & instituit sibi heredes dictos suos tres filios: & multa legata ab eis reliquit, ita quòd habebat locũ lex Falcidiæ: & decessit. nunc legatarij petunt legata ab istis tribus heredibus: & ipsi in ratione legis Falcidiæ volunt deducere tanquam æs alienum æstimationem fundi debiti eis à patre ex testamẽto aui. ¶Vnde quæritur, an omnino quasi creditores patris eorum propter dictum fundum qui debebat in familia remanere, vnusquisque eorum trium possit deducere aliquid in ratione legis Falcidiæ: Et videtur quòd non: quia in potestate sua habuit pater eorum cui potius ex eis relinqueret dictum fundum. Sed certè si sequamur hanc rationem, nemo dictorum triũ deducet quicquam in ratione Falcidiæ: quod certè durum esset: vnde dico quod bene possunt deducere dictum fundum siue eius æstimationem tanquam æs alienum, vt tantò maiorem legatarius detrahat Falcidiam. & est ratio, quia pater eorum habuit dictum fundum in ære alieno nam necessitate adstrictus fuisset relinquendi eum filiis. Viuianus.

Pater filium ex quo tres habebat nepotes, heredem instituit, fideiq; eius commisit, ne fundum alienaret, & vt in familia eum relinqueret. filius decedens tres filios scripsit heredes. Quærendũ est, an omnino quasi creditores [a] vnusquisq; in ratione legis Falcidiæ aliquid [b] possit deducere, quia in potestate [c] sua [d] habuit pater, cui ex his potius relinqueret. Sed hac ratione [e] nemo in Falcidiæ ratione quicquã deducet. [f] quod videndum ne durè constituatur. vtique enim in alieno ære habuit fundum. necessitate quippe obstrictus fuisset filiis [g] eum relinquendi. [h]

Legatum annuum pendente dubio æstimatur in quantum vendi potest: sed eo finito in quantum debetur. Bartolus.

L. V. IDEM *libro vicensimo Digestorum.*

Cvm Titio [i] in annos singulos dena legata sunt, & iudex legis Falcidiæ rationem inter † heredem & alios legatarios habeat: viuo quidem Titio tanti litem æstimare † debeat, quanti venire id legatum potest: in incerto posito, quamdiu victurus sit [k] Titius. mortuo autem Titio, non aliud spectari debet, quàm quid heres ex ea causa debuerit. [l]

Augmentum facultatum hereditarij debitoris quandocunque contingens prodest legatariis in Falcidia detrahenda. Bartolus.

a ¶*Creditores.* nam videntur creditores patris in eo fundo.

b ¶*Aliquid.* aliud præter fundum.

c ¶*Quia in potestate.* videtur quòd non: quia &c.

d ¶*Sua* cùm habeat fundum.

e ¶*Hac ratione.* scilicet mala.

f ¶*Deducet.* cùm aliqua pater disponat.

g ¶*Filius.* vel saltem vni. *vt supra de leg.ij.l.vnum ex.in princ.& §.si duos.& §.rogo.& l.cùm quidã. & facit supra de leg.j.l.filiusfamiliás.§.penul.* Accursius.

h ¶*Relinquendi.* ergo [a] hic fundus non computatur eis in quartam: sed vt æs alienum eis debitum deducent: *vt.C.eo.l.in imponenda.* Accursius.

a Id in quartã nemo imputat quod necessitate à defuncto cepit aut capere debuit.

Cvm Titio.] CASVS. Seius instituit sibi heredem Gaium, & Titio in annos singulos viginti legauit: & multa alia legata quibusdam reliquit, ita quòd excessit dodrantem hereditatis suæ: & postea decessit dictus Seius. nunc legatarij coram iudice petunt eorum legata præter Titium prædictum. heres autem dicit se velle eis Falcidiam detrahere, vnde iudex cœpit inter eos habere rationem legis Falci. quæritur ergo hic quantum debeat æstimari lis quã posset facere heredi dictus Titius pro.xx.annuis sibi legatis: Et distinguitur aut viuit Titius, aut est mortuus. primo casu tanti debet dicta lis æstimari in dicta ratione legis Falcid. quanti potest vẽdi id legatũ: posito pro incerto quandiu sit victurus siue victurus Titius. Secundo autẽ casu non debet aliud spectari quã quod debuit heres Titio ex ea causa tempore mortis ipsius Titij, quia fortè per triennium non soluerat ei annuum legatum. quantum ad futurum tempus post mortem Titij nihil inspicitur: quia finitum est legatum morte Titij: *vt supra de an.le.l.iij.* Viuianus.

i ¶*Cum Titio.* aliàs incipit Titio: aliàs cùm Titio.

k ¶*Victurus sit.* nam eo mortuo finitur. *vt.s.de an.lega.l.iij.* ¶Sed contra. *s.eo.l.in lege Falci.ij.* Sol. quidam dicunt quòd hic est electio legatarij habeat totũ præstita cautione, vt ibi. an fieri æstimationem, vt hic: quasi sit fauor legatarij satisdari: quod est falsum imò heredis: *vt.j tit.j.l.j.* 2. Alij quòd hic non poterat satisdare: ibi sic. 3. Alij quòd hic de conditionali: ibi de annuo. 4. Vel ibi cùm eodem: hic cum cæteris legatariis computat. 5. Vel hic fuit sententia Proculi quæ ibi reprobatur. Item est contra *supra eod.l.iij.§.si.* Solu. ibi speciale in re publica. Item contra *infra eo.l.hereditatum.* vbi fit per annos. Solu. ibi vt sciatur per quot annos fiet æstimatio: & ex eo scietur quantum valet, vt hic. Vel ibi in legato vsufruct & alimentorum: hic in alio annuo. Vel ad omnia dicas, secundum Hug. quòd in his tribus casibus alimentorum vsusfructus, & in alio annuo fit computatio tribus modis, scilicet, vel vt hic dicit, *vel vt supra eo.l.si heres.§ fin. vel vt infra eo.l.hereditatum.* vel etiam quarto, scilicet computatio potest fieri vt soluat totum cautione exacta: *vt supra eodem.l.j.§.si in annos.& l.in lege Falcidia.in fi.& infra eodem.l.in quantitate.§.sed & si legata.& facit supra de do.cau.mor.l.mortis causa.§.si.& supra eod.l.lex Falcidia.*

l ¶*Debuerit.* in præteritum ante mortẽ quia per triennium fortè non soluerat heres. *ad quod supra de vsufru.l.quæsitum.* Accursius.

Cvm quo.] CASVS. Titius mutauit seruo Seij in causam peculiarem centum. & sic idem Titius agere poterat de peculio contra Seium serui dominum, & petere dicta centum. antè autem quàm ageret contra eum fecit testamentum idem Titius, & instituit sibi heredem dictum Seium de peculio debitorem: & multa legata quibusdam reliquit, ita quod excessit dodrãtem hereditatis Seij in legando: & postea decessit dictus Titius testator. nunc legatarij petunt à dicto Seio herede debitoréq; legata eorum: & ipse vult & etiam potest eis detrahere Falcidiam: in qua quidẽ Falcidia debet sine dubio imputari heredi debitorique de peculio peculium dicti serui, si peculium est tantum quantum vel minus quàm sit debitum peculiare, ad quod tenebatur testatori idem heres: *vt.j.eo l.si creditor.* Vnde si quæratur hic cuius temporis peculium dicti serui computari debeat dicto heredi debitorique in lege Falcidia, id est in quadrantem quem vult detrahere de legatis. & certè pleriq; putant inspiciendum illud quod tunc in peculio dicti serui fuit cùm adiretur hereditas creditoris peculiaris per debitorem peculiarem, seruique dominum. Marcellus autem auctor huius legis dubitat vtrum debet inspici tempus aditę hereditatis: & hoc duabus rationibus. ¶Vna ratio dubitandi est, quoniam in ratione legis Falcidiæ inspicienda placuit sapientibus obseruari mortis testatoris tempus: *vt & supra eo.l.in ratione.ij.in princ.* ¶Secunda ratio dubitandi est: quia videndum est, quòd si debitor hereditarius alius sit factus pauperior post mortem testatoris antè aditam hereditatem, eius heredis est damnum, non legatariorum: *vt & dicta.l.in ratione.ij.* ergo idem deberet esse in nostro casu, vt videtur: scilicet vt si peculium dicti serui sit deminutum post mortem dicti creditoris eiusdémque testatoris, & antè aditam eius hereditatem, debeat esse damnum heredis, & non legatariorum. vnde secundùm hoc etiam in nostro casu deberet inspici quantum sit in peculio serui tempore mortis creditoris, eiusdémque testatoris, & non tempus aditæ hereditatis. In ista ergo secunda ratione dubitandi positi sunt duo casus. ¶Vnus quando peculium serui deminutum est post mortem testatoris, & non antè aditam eius hereditatem. ¶Secundus quando quidam debitor hereditarius factus est non soluendo post mortem testatoris, & antè aditam eius hereditatem. in quibus quidem duobus casibus videbatur quibusdam esse ad damnum heredis, & non legatariorum: sicque mortis testatoris tempus inspiciendum, & non tempus aditæ hereditatis. Sed econtra diceret aliquis. ¶Quid si antè aditam hereditatem auctum est peculium serui dicti debitoris heredisque, & post mortem creditoris? nunquid incrementum peculij ipsius serui faciet pleniorem hereditatem dicti creditoris, vt sic prosit legatariis quibus ipse creditor legauit, vt dictum est? Item diceret aliquis: quid si facultates alicuius debitoris hereditarij qui non erat soluendo tempore mortis testatoris, fuerunt ampliatæ ante aditam hereditatem eiusdem testatoris, vt sic prosit legatariis? Et respondeo sic quantum ad debitorem, cuius facultates sunt auctæ. Cùm ergo in isto debitore hereditario cuius facultates ampliatæ sunt antè aditam hereditatem creditoris, placuit sapientibus ex postfacto videri vberiorem fuisse hereditatem: sicut etiam euenit cùm conditio sub qua promiserat aliquis defuncto, extitit post mortem, & antè aditam eius hereditatem: ita etiam incrementum peculij serui dicti debitoris heredisque factum post creditoris mortem vsque ad tempus aditæ eius hereditatis, facere debet pleniorem hereditatem creditoris ad proficuum legatariorum. bene ergo dixerunt illi plerique qui putauerunt inspiciendum illud quod tunc in peculio dicti serui fuit cùm

† Falcidiæ iudiciũ intercedit inter hæredem & legatarios.

† Legatum in annos singulos viuo legatario tanti æstimandũ, quanti venire id legatũ potest: hoc est plus vel minus, ducta coniectura ab eo quod legatarius plus vel minus victurus est: Eo mortuo, quãti re ipsa valet legatum. Pone enim, hæredem per triennium aut tale tẽpus legatario nihil soluisse. vt & animaduertit Gloss. *in verbo, debuerit hac lege.*

LVI. IDEM *libro vicensimosecundo Digestorum.*

CVm quo de peculio agi poterat,[a] heres creditori extitit. Quæris cuius temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege. Plerique putant, quod tunc in peculio fuerit, cum adiretur hereditas, inspiciendum. Ego dubito:[b] quoniam mortis tempus in ratione legis Falcidiæ ineúda placuit obseruari. Quid enim interest, peculiú serui post mortem creditoris deminutum sit, an debitor[c] pauperior factus sit?[d] 1. ¶ Aliquis dicet, quid ex contrario, si antè aditam hereditatem adquisierit seruus: & ego quæram,* si debitoris qui túc non erat soluendo, ampliatæ facultates fuerunt? Et cum in isto[e] placuerit ex post facto vberiorem videri fuisse hereditatem, sicuti cùm conditio[f] crediti extitit[g] post mortem, ita etiam peculij incrementum[h] pleniorem faciet hereditatem.

2. ¶ Scæuola notat:[i] Quid ergo si idem seruus[k] defuncto & alij dena[l] debuit, & vna decem habuit? Augetur scilicet & his hereditas decem,[m] quæ defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus.

adiretur hereditas creditoris peculiaris per debitorem peculiarem, seruique dominum. quandoque etiam quod dictum est, in dubiú venit. ¶Vnde dico extra casum tibi loquendo, quòd quandoque non inspicitur tempus aditæ hereditatis. sed tempus quo pius fuit in peculio, siue sit illud tempus mortis, siue tempus aditæ hereditatis, siue tempus post aditam hereditatem. & illud computabitur heredi in Falcidiam, *vt dixi supra.* & hæc colligo in hac.l.ibi, quid enim interest &c. *& infra eadem.l.si debitor.* & est ratio, quia dominus serui idémque heres creditoris serui mei sibi potuit & debuit soluere. Expedito hoc casu Scæuola adducit alium casum talem.

¶ Pone quòd prædictus seruus heredis scripti à creditore peculiari debuit. x. de fundo creditori: & cuidam alij debuit alia.x. & vna. x. habuit dictus seruus in peculio tempore aditæ hereditatis creditoris per dominum suum ab eo institutum: nunquid hereditas dicti creditoris quam habet dominus huius serui, augetur in his. x. quæ habeat seruus prædictus in peculio, vt sic propterea tota & integra.x. maiora debeãtur legata legatariis quibus legauit dictus creditor qui instituit sibi heredem dominũ serui, vt sic de his.x.alijs creditor serui nihil consequatur? Et respon. quòd sic. nam dicta. x. quæ defuncto creditori naturaliter debebantur per seruum heredis, in hereditate eiusdem creditoris manent. & potest esse ratio, quia hic dominus serui institutus heres à creditore eiusdem serui habet potestatem prædeducendi de peculio eiusdem serui illa.x.quæ seruus debebat creditori: postea per consequens eidem heredi creditoris debebat ea.x.seruus. cum ergo nihil habeat in peculio seruus nisi.x. & heredi creditoris domino suo debeat. x. quæ debebat creditori: & dominus suus ista. x.possit prædeducere de peculio: ergo alius creditor cui debebantur. x.nihil consequitur de illis.x.quę erant in peculio, imò integra & tota dicta decem augebunt dictam hereditatem creditoris quam habet dominus eiusdem serui, vt sic propter hoc maiora præstentur legata legatariis quibus idem creditori legauit. & hoc vult dicere hæc lex: licèt non nimis planè. Viuianus.

a ¶*Poterat.* vt dominus serui.

b ¶*Dubito.* hac ratione, quoniam &c. & hac alia, quid enim. Acc.

c ¶*Debitor.* s, aliquis hereditarius. Accursius.

d ¶*Sit.* quo casu damnum heredis est: *vt.s.eo.l.in ratione.in prin.*

e ¶*In isto.* debitore facto diuite.

f ¶*Conditio.* sub qua promiserat quis aliquid defuncto. Accur.

g ¶*Extitit.* de hoc constat: *vt.j.eo.l.in quãtitate.in.§.magna.* Sed ad pręcedens est contra.*s.eo.l.in ratione.in prin.* vbi tempus mortis inspicitur. Solu. dicunt quidam quòd ratiocinando hæc dicuntur, non soluendo: Sed dic secũdùm Hugo. & Azo. quòd in[a] hereditatiis[b] rebus æstimandis tempus mortis inspicitur, vt ibi. In debitore hereditario libero qui non est soluendo, euentus posterior quãdocunque cõsideratur: *vt hîc, & .s.eo.l.Nesennius.§.si debitori.* secus si est soluendo: vt in contrario, In herede debitore, aut ex sua persona: & tota debiti quantitas computatur: *vt.j.eod.l.quærebatur. & .s.eod.l.j.§.si debitor.* aut ex persona serui vel filij: & tunc non euentus posterior, sed quanti pluris fuit in peculio vel tempore mortis vel aditę hereditatis vel postea, cõputatur in Falcidia: *vt hîc, & infra eo.l.si creditor.* quia dominus idêmque heres sibi potuit & debuit soluere. sed in debitore non ita: quia non statim cùm habet, potest heres pecuniam extorquere. Accursius.

h ¶*Incrementum.* quod est vsque ad a ditã hereditatem, nõ post: *vt infra eo.l.si creditor. & .s.in prin.huius.l.* sed in debitore etiam vltra, vt hîc. 2. Vel dic etiam in peculio idem: vt hîc apertè dicit. Sed secundùm vtramque expositionem est contra *supra de pecu.l. eod. tempore. §. si creditor.* vbi tempus mortis inspicitur. sed dic *vt infra.eo.l.si creditor.* Accursius.

Si seruus post tempus manumittendus legatur, vel etiam eidem directo libertas relinquitur, & interim proprietas aut eius vsusfructus legatur alteri: tantum dicitur esse in legato, quantum ex operis interim habetur: & ex eis Falcidia detrahitur. Alexan.

1. ¶Is qui in bonis vnum dumtaxat seruum habebat, legauit eum Titio, & fidei eius commisit, vt post triennium manumitteret. Debet ex eo quod interim ex operis serui ad Titium peruenire potest, quarta[n] apud heredem remanere: quemadmodú si directò post triennium seruo libertatem dedisset, eiúsque[o] vsumfructum ei[p] legasset, aut † ei proprietatem[q] per fideicommissum reliquisset.

Si legatũ domini non sit defalcabile, de legato serui detrahitur Falcid. pro vtroque: & idem econtra. Alexand.

4. ¶Stichum tibi, seruo tuo decem legauit: vel contra, tibi decem seruo tuo Stichum, libertatémque Stichi fidei eius[r] commisit. Lex Falcidia minuit legata. Redimere ab herede partem[s] debes, quemadmodum si tibi vtrumque legasset.

i ¶*Notat.* id[a] est approbat quod sequitur.

k ¶*Serui.* heredis scripti.i.xx. vni, & totidem alij: *sic.s.de lega. j.l. si quis testamento.* 2. Vel melius, id est x. vni &.x.alij: vt statim patet ibi. x. quæ &c. *sic.j.de solu.l.vbi.*

m ¶*Decem.* si tota. x. augent, sic ergo nil alij creditori soluet: quod est ideò, qa hic dominus habet potestatem prædeducendi: *vt.s.de pec.l.sed si damnũ.§.j. & facit.s.e.l.serui.* Ac.

Is qui in bonis.] CASVS. Seius habens vnũ dũtaxat seruũ, legauit eum Titio: & cõmisit fidei eius Titij vt post triennium eum seruũ manumitteret. & multa alia legata aliis reliquit ita quòd excessit dodrantẽ. certè de seruo nõ potest heres detrahere Falci. sed ex eo quod interim antè triennium ex operis serui ad Titiũ peruenire potest, quarta apud heredem debet remanere: sicut eueniret si directò post triẽnium dedisset Seius libertatem dicto seruo, & legasset eidẽ Titio vsumfruct. eiusdẽ serui. nam ex eo quod interim antè triennium ad Titium peruenire potest de vsufr. quarta apud heredẽ debet remanere: & sicut eueniret si similiter directò post trienniũ dedisset Seius libertatem dicto seruo, & ei Titio proprietatẽ plenam antè triennium per fideicommissum reliquisset. nam & hîc ex eo quod interim antè triennium ad Titium peruenire potest, quarta apud heredem debet remanere. Viuianus.

n ¶*Quarta.* facit *supra eo.l.sed si non seruus.§.vltimo.*

o ¶*Eiusque.* serui.

p ¶*Ei.* scilicet Titio.

q ¶*Proprietatem.* plenam ante triennium.

Stichum tibi.] CASVS. Seius testator legauit tibi Stichũ, & seruo tuo Pãphilo legauit.x.vel ecõtrario tibi.x.legauit dictus testator: & seruo tuo legauit Stichum: & cõmisit fidei eius serui tui Pamphili libertatem dicti Stichi, & tot alia legata reliquit quibusdam aliis, quòd excessit dodrantẽ bonorũ suorum: & sic habet locum lex Falcidia, & decessit dictus testator. & postea tu agnouisti legatum tibi relictum, & relictum seruo tuo. modò quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto Sticho & de.x. Et dicitur ꝙ dominus Pãphili legatarius debet redimere ab herede Seij partẽ Stichi prædicti: s. quartam quæ de eodẽ Sticho esset resecanda si libertas eius non esset data. & hoc propter dictum legatum de.x.tibi vel seruo tuo relictum. & ita si bene inspicias, pro seruo & pro.x. detrahetur Falc. de dictis. x. & seruo Sticho libertatem dabis, sicut & si tibi legasset dictus testator dictum Stichum, & dicta.x. & nihil seruo tuo Pãphilo legasset: quo casu sine dubio redimere deberes ab herede quartam partem Stichi: *vt supra eod. l. si seruus. cum legibus sequentibus.* Viuianus.

r ¶*Eius.* s. serui tui, vel etiam tuæ fidei.

s ¶*Partem.* quartam quæ de sua esset resecanda si libertas non esset ei data. Azo. & hoc propter legatum. x. aliàs Falcidia non detrahetur: *vt supra eo.l.si seruus.* Accursius.

Sæpius euenit.] CASVS. Seius habens cẽtum aureos in bonis dedit Titio inter viuos.xxv. aureos de eisdem. c. aureis: & eundem

Titium

* quid si.

a Tempus qđ inspicimus in hęreditariis rebus æstimãdis. b Sic in cõtractibus tempus contractus inspicitur. *Bal. in l.1.col.pen. C.de rescin. vend. idẽ in.l.si seruum. 2. ad leg. Aquil.*

a Notare pro approbare.

† Eius, emendandum ait Cuueanus ex vete... in omnibus tamen meis manuscri. constanter scriptũ repeci.ej.

Titium instituit postea heredem, & dodrantem dictorum. c. aureorum legauit quibusdam, i. lxxv. aureos, & decessit. nunc quæritur, an Titius heres possit detrahere Falcidiam de dictis legatis? Et dicitur quòd non: quia testator in vita sua prouidit heredi in quarta bonorum dando ei dictos xxv. aureos. nam multoties euenit nedum in isto casu, ne emolumentum eius legis Falcidiæ heres consequatur. & de hoc pono tibi statim vnum aliū casum: Titius qui receperat à Seia centū in dotem, in testamento suo legauit Gaio dictam dotem vt Gaius restitueret eam vxori. certè non debet heres detrahere Gaio Falcidiam de dicta dote. vel si detrahat, tenetur eā Falcidiā restituere mulieri actione de dote. & sanè & in hoc casu & in pletisque ita obseruatur vt omissa persona interpositi, sicut fuit in hoc casu vbi interponitur Gaius, spectetur persona capientis. i. vxoris quæ debet habere dotem. & hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.

Quarta in heredem testatore viuo collata facit cessare Falc. Bartolus.

5. ¶Sæpius euenit, ne emolumentum eius legis heres consequatur.[a] Nam si centum aureorum dominus, vigintiquinq;[b] alicui dedisset,[c] & eum instituerit heredem, & dodrantem legauerit: nihil aliud[d] sub occasione legis Falcidiç interuenire potest: quia viuus videtur heredi futuro prouidere.

Non debet inspici persona primi legatarij, sed fideicommissarij in quē vltimate debet legatū residere. Bar. & Alexan.

LVII. IDEM *libro vicensimosexto Digestorum.*

CVm dotem maritus alicui legauerit, vt vxori restituatur: nō habere legem Falcidiam locum dicendum est.[e] Et sanè in plerisq; ita obseruatur, vt omissa interpositi,[f] capientis persona spectetur.

Potentia detrahēdi Falcidiā non præscribitur longo tempore. Alexan.

LVIII. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

LEgis Falcidiæ beneficium heres etiam post longum tempus[g] mortis testatoris implorare non prohibetur.

Heres qui agit vt legatum intercidat, priuatur Falcidia. idem in eo qui in se tacitam fidem assumpsit de restituendo non capaci.

LIX. IDEM *libro nono Pandectarum.*

BEneficio legis Falcidiæ indignus esse videtur, qui id egerit,[h] vt fideicommissum intercidat. 1. ¶Præterea qui non capiēti rogatus est restituere hereditatem, senatusconsulto Plāciano non conceditur quartam retinere[i]: sed ea quarta quam nō retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto diui Pij.

Prælegata relicta impuberi non imputantur in Falcidiam substituto impuberis. Alexand.

LX. IAVOLENVS *libro quartodecimo ex Cassio.*

CVm pater impuberi filiæ heredē substituit: id quod ei[k] legatorum[l] nomine à patre obuenit, cùm hereditas ad substitutos pertinet, in computationem legis Falcidiæ non venit.

Quod heres plus soluit legatariis, in pœnā contumaciæ non nocet. Bart.

1. ¶Legato petito,[m] cum in litem iuratū est, ratio legis Falcidiæ, non eius summæ in quā legatarius iurauit, haberi debet: sed eius quanti re vera id fuit quod petitum est. Nam id quod pœnæ causa adcreuit, in legem Falcidiam non incidit.

Si heres propter suam stultitiam plus soluit, non nocet legatariis. Bart.

LXI. IDEM *libro quarto Epistolarum.*

ALienus fundus tibi legat[n] est. hūc heres cū emere nisi infinito pretio nō posset, emit multò pluris quàm quanti erat qua emptione effectū est, vt legatarij ad legē Falcidiam reuocarentur. quæro, cum si[o] fundus

a ¶*Consequatur.* vel propter qualitatem legati: *vt. s. proxi. §.* Vel propter traditam à defuncto quartam: vt hîc Azo. Item in aliis: *vt not. C. eo. l. in testamento.* Accursius.

b ¶*Vigintiquinq;* ergo quartam.

c ¶*Dedisset.* inter viuos: vt in fine subiicit. & hac mēte, ne vtatur Falcid. & ita repellitur exceptione vel replicatione. Sic ergo quod capit non hereditario iure, imputatur in Falcidia: *vt & . j. eo. l. quod autem in fi.* Si autem in vltima voluntate instituendo, non esset dubium: quia non habet locum Falcidia. Viuia.

d ¶*Nihil aliud.* quia retinebit dicta xxv. & *facit. C. de lega. l. filia. & infra si à paren. quis ma. fu. l. j. §. si parens.* Sed argu. contra. *C. de inoffic. testa. l. si quando.* Solue vt ibi, secundum Bar. Azo.

e *CVm dotem.*] *Dicendum est.* Imò vt supra *de do. præleg. l. ij. §. idem quærit.* Solu. non habet locum, vt hic, inspecto exitu (quia quod detrahitur per Falcidiam, petitur per actionem de dote, vt ibi dixi.) sed in commodum[a] repræsentationis habet locum cum effectu: *vt in contrario in fi. § & supra eo. l. j. §. si quis creditori & facit infra eo. l. si vsusfructus. §. j.*

f ¶*Interpositi.* s. persona. *&c. ad quod supra de lega. ij. l. ei qui. & de inoffic. test. l. Papinianus. § eo autem. & . s. tit. j. l. mulia. §. Titio. & s. si quis ali. testa. prohi. l. j. §. sed si legatum.* Accursius.

L*Egis Falcidiæ.*] Casus huius. l. est clarus, & eam intellige: *vt supra eo. l. lex Falcidia si interueniat. & l. quod de bonis. §. non idcirco. & . §. fructus.*

g ¶*Longum tempus.* facit *supra eo. l. lex Falcidia. & l. quod de bonis. §. non idcirco. & . §. fructus.* Accursius.

B*Eneficio.*] CASVS. Si heres cancellauerit testamentū, & ita fecit quòd periit fideicommissum ab eo relictum: videtur indignus beneficio legis Falcidiæ. nam & totam hereditatem amittit: *vt & supra de iis. quæ in test. delen. l. j. §. si verò alius.* Item & indign[us] videtur beneficio eiusdē. l. qui accōmodauit fidē testatori de restituenda hereditate nō capaci. imò eam quartā habet fiscus. Viu.

h ¶*Egerit.* cācellando testamentū. *ad quod. s. de iis quib. vt indignis. l. rescriptum. & infra eodem. l. hereditatū. in fi. & supra de iis quæ in testa. delen. l. j. s. si verò alius. & supra si quis ali. testa. p. l. j.*

a Falcidia non detrahitur ex legato dotis restituendæ vxori facto, nisi dotis legatum cōmodum repræsentationis locum habeat, tunc enim Falcidia detrahitur nō ex dote, sed ex commodo repræsentationis. verbi gratia, si commodū repræsentationis sit dignum centū, vigintiquinque ex illo cōmodo detrahētur per legem Falcidiā, vt hic & Gl. l. 7. C. eod. Quidam tamen contrariū sentiunt ex Gl. l. j. in verb. numerata, in fi. C. de falsa causa adiecta. legato. quam opinionē vt veriorē defendit Emanuel à Costa. c. si pater. nu. [illegible] de testam. in 6. adde Grassum §. Falcidia. q. 7. Tiraquell. tract. [illegible] caus. in pra[illegible]

i ¶*Retinere.* cum effectu, quia fiscus habet: *vt hic, & infra de iur. fisc. l. cum tacitum.*

C*Vm pater.*] CASVS. Titius instituit sibi heredes filiā suam impuberem, & Seium: & quędam prelegata filię dedit: & postea ab impubere prædicta multa legata reliquit quibusdam. & postea dictū Seium substituit eidem impuberi. & decessit dictus Titius & postea decessit dicta impubes in pupillari ętate: & ita hereditas ad substitutū pertinet. & ipse debet soluere dicta legata ab impubere relicta. nūquid dicta prælegata filiæ debet cōputare in ratione legis Falcidiæ? Et dicitur quod non? imò debet hîc substitutus ea sibi habere præcipua, sicut nec ipsa impubes computaret: *vt j. eodem. l. quod autem.* [LEGATO PETITO.] Cū multa à Titio herede legata relicta essent, quod habebat locū lex Falcidia. Seius vnus de legatariis per actionē in rē petiit legatū suum: & quia heres fuit cōtumax in soluendo ei legato, delatū fuit legatario sacramentum in litem, & iurauit vltra quàm valeret legatū. nūquid heres ponet in ratione legis Falcid. totū quicquid debet dare dicto legatario vt sic maiorem aliis legatariis detrahat Falcidiā? Et dicitur quòd non, sed id tantū quantum in veritate valuit dictum legatum super quo iuratum est. & ita debet heres sibi imputare damnum quod sua culpa passus est. sic etiā imputat sibi damnum quod patitur propter suam negligentiā. nam si alienus fundus est tibi legatus ab eo herede, & cùm dominus fundi nollet eum vendere nisi infinito pretio siue nimis magno, heres emit vltra quàm valeret, & ꝓpter dictam emptionē effectū est vt habeat locum lex Falcidia, quæ aliàs non haberet locū: id superfluum in lege Falcidia imputari nō potest aliis legatariis. nam poterat liberari idē heres prçstādo legatario verā æstimationē dicti fundi. & hoc dicit cū lege seq. Viuian.

k ¶*Quod ei.* scilicet impuberi. Accursius.

l ¶*Legatorum.* i.[a] prælegatorum in primis tabulis cùm haberet coheredem & dic pertinet, ex substitutione. pup. non venit in cōputationem: quia substitutus non computat sibi in quartam quod impuberi fuerit præleg. sed habet præcip. sicut nec ipse impubes computaret: *j. e. l. quod autem.* Alij dicunt ei. s. substituto, & legatorum in secundis tabulis. & non venit in computa. s. Falcid. quia non valet: vtpote à se sibi relictum: *vt supra de leg. j. l. legatum. §. j.* sed totum computatur in quarta: *vt supra eod. l. non est.* Sed prima placet: quia dicit ei à patre. Item quod dicit, pertinet, exponunt quidam ex vulgari & sic non computat substitutus: quia non habet: sed habet impubes. *vt. s. de leg. j. l. qui filiabus. in fi. & l. seq.*

m ¶*Legato petito.* per[b] actionē in rē, in qua iuratur? *vt. s. de in lit. iur. l. in actione.* si autem actione ex testamēto, non iuratur: *vt. s. de in lit. iur. l. aliàs.* nisi dicas quando res non extaret: *vt. s. in eo. ti. l. in actionibus. §. plane.*[c] *& facit in illo eo. tit. l. j. & . j. de fideiuss. l. fi. & s. de leg. j. l. legatum. § fundus. & . s. eo. l. in Falcid. & . j. l. prox. & . l. in lege. §. fi. & arg. s. de procur. l. qui proprio. §. vt in cæteris. ibi, pœnam autem, &c. & . j. de reg. iur. l. quod quis ex culpa.* Accursius.

n A*Lienus. Cum si.* aliàs fit: sed melius, si & dic quæro cùm legata &c & quid dicit, quāti reuera. s. valeret iusto pretio:

a Legata pro prælegatis.

b Iuratur in litem in actionibus in rem [illegible]

c Ille versiculus loquitur nō de iuramento in litem sed de iuramento veritatis quod non est affectionis.

a ¶*Re vera*.s.valeret.
b ¶*Voluntate*.quæ fuit in emendo vt tam carum emeret.
c ¶*Præstare*.vt *& supra de lega.ij.l.non dubium.* §.*fi.& facit.* 3.*e.l.j.*§.*fi.& de lega j.l.si fideiussor.*§.*fi. & .*3.*l.proxi.*§.*fi.& .*3.*mand.l.si fideiussor.* ¶Item no.alterius *fic*.3.*de noxa.l.electio.*§.*fi.& sup. de transact.l.ij.*

a Negligentia vnius alteri nocere non debet.

tanti quanti re vera,[a] emptus esset, legata non fuerant excessura ius legis Falcidiæ: an hoc ipso heres institutus partem reuocãdi à legatariis ius habeat, quòd ex voluntate[b] defuncti pluris emerit fundum quàm quanti erat? Respondit, Quod amplius heres quam pretium fundi, legatarios soluit, id * lege Falcidia imputari non potest: quia negligentia eius nocere legatariis nõ debet: vtpote cum is confitendo veram æstimationem præstare[c] poterat.

In duobus reis sociis debitum vtique pro parte videtur actiuè & passiuè. in non sociis, eius videtur debitũ, qui debitum occupauerit. Bartolus.

LXII. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

IN lege Falcidia hoc esse seruandum Iulianus ait, vt si duo rei promittẽdi fuerint,[d] vel duo rei stipulãdi: si quidem socij sint in ea re diuidi inter eos debere obligationem, atque si singuli partem pecuniæ stipulati essent, vel promisissent. quòd si societas inter eos nulla fuisset: in pendenti esse, in vtrius bonis computari[e] oporteat id quod debetur, vel ex cuius bonis[f] detrahi.

1. ¶Corpora si qua sunt in bonis defuncti: secundum rei veritatem æstimanda erunt, hoc est secundum præsens pretium: nec quicquam eorum formali[g] pretio æstimandum esse sciendum est.

Res debet æstimari communi æstimatione, non ex affectione singulari. Item qui habet ius adeundi hereditatem, non dicitur locupletior. Barto.

LXIII. PAVLVS *libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.*

*id in lege.

IN *lege*.] CASVS. Titius & Seius promiserunt mihi. x. insolidum, & ita sunt duo rei promittendi. decessit dictus Titius instituto sibi herede dicto Seio, & multis ab eo legatis. nunc legatarij petunt ab eo legata. nunquid tota decem mihi debita detrahet de hereditate tanquam æs alienum: vt sic maiorem legatariis detrahat Falcidiam? an verò detrahet partem vel nihil? Et distinguitur: aut erant socij isti duo rei promittendi. aut non. Primo casu diuidi inter eos debet obligatio de dictis decem mihi debitis, vt reus promittendi heres tantùm videatur minus habere in bonis suis, quantum est medietas eius quod mihi debebant: & illud non noceat vel prosit legatariis. Item tantum minus videatur habere in bonis hereditariis, quantum est alia medietas debiti & illud legatariis noceat. Si autem non erant socij, tunc in pendenti est de cuius debeat detrahi bonis istud debitum totum tanquam æs alienum: scilicet vtrum de bonis testatoris, vt sic noceat legatariis quantum ad maiorem Falcidiam eis detrahendam. an de bonis heredis: vt sic non prosit nec noceat legatariis. Et si quidem heres soluerit mihi totum hoc meum debitum tanquam debitum testatoris qui erat mihi cum eo reus debendi. tunc totum dictum debitum detrahetur de bonis testatoris: & sic nocebit legatariis. si autem soluerit mihi tanquam debitum suum heredis, tunc nihil nocebit legatariis. & non mireris si taliter potest soluere heres prædictus, scilicet vel tanquam suum debitum, vel tanquam hereditarium. nam ambæ obligationes in eum insolidum concurrunt: *vt argum. supra de actio empt. non est nouum. in finali.* & in prædicto pendenti cum non erant socij, credo quòd heres interim debeat soluere legata integra legatariis, & recipere ab eis cautionem de restituendo quod vltra acceperint quàm per legem Falcidiam eos accipere liceret. argum. *supra eodem. l. is qui fideicommissum.* Et idem per omnia distinguitur si ego debebam insolidum. x. dicto Titio & Seio: & ita erant duo rei stipulandi, & Titius instituit Seium heredem, & multa legata ab eo reliquit. nam aut erant socij, aut non. Primo casu diuidi inter eos debet obligatio de dictis. x. quæ ego eis insolidum debebam, sicut si quilibet eorum partem dictæ pecuniæ à me debitore stipulatus esset: scilicet vt vnus reus stipulandi, scilicet Seius Titij heres habeat in bonis suis medietatem eius quod ego debebam eis: & illa non prosit legatariis, aliam autem medietatem habeat in bonis hereditariis, & illa prosit legatariis quantum ad Falcidiam vt minor eis detrahatur. Si autem non erant socij dicti duo rei stipulandi, tunc in pendenti est in cuius eorum bonis computari oporteat id quod ego insolidum ei debebam: vt si ego soluam heredi propter obligationem hereditariam. computetur in bonis defuncti rei stipulandi, & sic prosit legatariis. Si autem soluam heredi propter obligationem qua ei insolidum tenebar, tunc computetur in bonis heredis: & sic non prosit vel noceat legatariis, nam & hic vtraque obligatio durat vno reo stipulandi existente herede alteri: *vt infra de fideiusso.l.si reus.& l.generaliter.*§.j.[CORPORA.] Titius instituit sibi heredem Seium, & multa ab eo legata reliquit: & decessit, nunc heres vult trahere rationem Falcidiæ cum legatariis. vnde omnia corpora quæ sunt in bonis defuncti, debent æstimari ad sciendum vtrum habeat locum Falcidia, vel non. Certè secundum rei veritatem sunt æstimanda: hoc est secundùm præsens pretium: non autem formali pretio, siue à contrahentibus formato, id est à defuncto & ab eo qui ei vendidit. fortè enim defunctus emit dicta corpora, vltra quàm valerent. Viuianus.

d ¶*Fuerint*. quorum vnus alium sibi fecit heredem. Accursius.
e ¶*Computari*. quando sunt duo rei stipulandi: vt fiat solutio in obligationem hereditariam, tunc in bonis defuncti. sed si heredis, tunc in bonis heredis. vtraque enim durat: *vt infra de fideiusso.l.si reus. & . l. generaliter.*§.

f ¶*Ex cuius bonis*. cùm sint duo rei promittendi. *& facit infra de fideiuss.l.Vtranim. & supra eodem.l. statuliber. & de lib.le.l.iij.*§.*nunc.*
g ¶*Formali*.i.[a] formato à contrahentibus quando defunctus emit vltra quàm valeret, vel minus & ita non ea præterita emptione: *vt & infra de iure fisci. l. iij.* §. *diui.*
2. Vel formali, id est singulari, quod aliàs quandoque inspicitur. vel[b] ratione sanguinis, vel vtilitatis: *vt infra eodem.l.pretia.* vel quia fuit maior: *vt supra de mino. l. si in emptione.* vel ratione confinium: *vt supra de legã.ij.l. si cui fundus. & facit supra eodem.l. cum pater.* §.j. Accursius.

a Formale pretium quod dicatur.

b Id quod interest speciale in rebus cernitur vel ratione sanguinis, vel vtilitatis, vel quia maiorum, vel confines sunt.

P*Retia rerum.*] CASVS. Hæc lex debet continuari cum. l. sequenti. & hoc vult: Non debent res æstimari ex affectu vel vtilitate singulorum, sed communiter. nec enim heres qui filium suum naturalem natum ex ancilla testatoris possidet tanquam rem hereditariam, tantò iudicatur locupletior vt prosit legatariis, quòd eundem suum filium plurimo pretio quàm valeat, redempturus fuisset si alius possideret eum. nec ille heres qui filiũ alienum natum ex ancilla testatoris possidet tanquam rem hereditariam, tantum habere iudicatur vt prosit legatariis, quantum eum potest vendere patri si pater vult ei dare plusquam valeat communiter: nec expectandum est donec vendat patri, sed in præsentia siue in presenti estimatur quasi homo siue seruus hereditarius, & non quasi filius alicuius: nec ille heres qui possidet seruum qui commisit noxiam, tantum habere iudicatur vt prosit legatariis, quantum magis habet carum ex eo quòd deliquit. sunt enim quidam qui tenent magis caros seruos ex eo quòd sunt malefactores sed iudicantur tantum habere quantum communiter valet dictus seruus. nec enim fit aliquis seruus pretiosior si committat delicta: nec ille heres qui possidet seruum hereditarium institutum ab aliquo extraneo, post mortem testatoris eiusdem heredis tantum habere iudicatur vt prosit legatariis, quanto pluris vendi potest dictus seruus propter hereditatem in qua est institutus ab extraneo. nam & si ipse heres cum quo nunc tractatur de Falcidia, esset institutus ab aliquo extraneo: non diceretur locupletior antequam adiret hereditatem extranei: ergo absurdum esset eundem heredem esse factum locupletiorem antequam seruus hereditarius ab extraneo institutus adeat extranei hereditatem: cum multis casibus accidere possit ne iussu eius heredis adeat idem seruus. Ad id quod dictum est pretia rerum communiter æstimari, possumus adducere & aliud exemplum: scilicet vt creditor cuius debitor soluendo non est, tantum videatur habere de dicto debito circa rationem legis Falcidiæ quantum exigere potest à debitore suo. quamuis autem dixerit communiter debere æstimari pretia rerum, tamen loca & tempora afferunt aliquando varietatem in pretio rerum. De locis pone tale exemplum: quia aliter æstimatur oleum in Roma, & aliter in Hispania: quia carius est Romæ. De temporibus pone tale exemplum: quia continuis sterilitatibus existentibus per magnum tempus non æstimatur tantidem oleum vel olei fructus quanti æstimatur fœcundis siue vberrimis fructibus existentibus continuis. nam plus estimatur tempore caristię continuę quàm abundantię continuę. & bene dixi de continua abundantia & de continua caristia per magnum tempus: quia hîc quoque, id est in computatione. l. Falcid. nedum in aliis causis constituuntur pretia non ex momentis temporum: puta ex præterita caristia: nec ex ea caritate siue caristia quæ rarò accidit, etiam si tempore præsenti obtineat caritas. Viuianus.

Vtilitate

PRetia rerum non ex affectu nec vtilitate [a] singulorũ, sed communiter funguntur.[b] † Nec enim qui filium naturalẽ [c] possidet, tanto locupletior est, quòd eum si alius possideret, plurimo redẽpturus fuisset. Sed nec [d] ille qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eũ patri vendere potest. Nec expectandũ est dum vendat: sed in præsentia, nõ qua [e] filius alicuius, sed qua homo [f] æstimatur. Eadem [g] causa est eius serui qui noxá nocuit. [h] Nec enim delinquendo quisq; pretiosior fit. Sed nec heredem post mortem testatoris institutum seruum [i] tanto pluris esse, quo pluris venire potest, [k] Pedius scribit. Est enim absurdũ, ipsum [l] heredem institutum nõ esse locupletiorem [m] antequam [n] adeam: [o] si autem seruus heres institutus sit, statim me locupletiorẽ effectum: cùm multis causis accidere possit, ne † iussu nostro adeat. adquirit nobis certè cùm adierit. Esse autem præposterum, antè nos locupletes dici, quàm adquisierimus. 1. ¶ Cuius debitor soluendo non est, tãtum habet [p] in bonis, quantum exigere potest.

Ex loco & tempore rerum pretia variantur: & caristia quæ modico tempore fuerit, non inspicitur. Barto.

2. ¶ Nonnullá tamẽ pretio varietatem loca [q] temporáq; adferunt. Nec enim [r] tantidem Romæ & in Hispania oleũ æstimabitur: nec continuis [s] sterilitatibus tantidem, quanti secundis [t] fructibus [u]: dum hic [x] quoq; non ex momentis temporum, nec ex ea quæ raró accidat caritate [y] pretia constituantur.

LXIIII. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI in testamento ita scriptum sit, *Heres meus Lucio Titio decem dare damnas esto: & quanto quidem minus per legem Falcidiam capere poterit,* [z] *tanto amplius ei dare damnas esto:* [a] sententiæ testatoris standum est. [b]

Si fundus legatur sub conditione si heredi pecunia soluatur per legatariũ: fundus totus est in legato quoad computationem Falcid. Alexand.

LXV. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI fundus legatus sit quinquaginta dignus, sub hac conditione, si quinquaginta heredi dedisset: plerique putant vtile [c] esse legatum: quia conditionis implendæ causa datur. Nam cõstat etiam Falcidiam eum pati posse. Sed si quinquaginta aurei legati sint, si quinquaginta dedisset: dicendum, inutile esse legatum, & magis ridiculum esse.

In legatis conditionalibus & in diem tanto minus dicitur esse in legato quantum facit ratio interusurij medij temporis. Alexand.

LXVI. VLPIANVS *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

CIrca legem Falcidiam in eo quod sub conditione vel in diem alicui relictum est, hoc obseruandum est: Si decem sub cõditione alicui fuerint relicta, eáque conditio post decennium fortè extiterit, [d] non videntur decem huic legata, sed minus [e] decem: quia interuallũ temporis & interusurium huius spatij

a ¶ *Vtilitate.* de affectu & vtilitate statim ponet exemplum: & plenius no. *supra l. proxi. in fi.* Accursius.

b ¶ *Funguntur.* id est communi pretio æstimantur res. quod ergo dicitur, res [a] tantum valet quantum vendi potest, scilicet communiter: *vt hic, & supra eo. l. prox. in fi. & supra ad legem Aquil. l. si seruum.* 2. Vel dic cõmuniter funguntur, sc. pretia: id est statuũtur. & cõmuniter expone vt prius. 3. Vel tertiò funguntur communiter. i. tale pretium imponitur quod æquiualeat rei, vt cõmune & æquale sit habere rem, vel pretium.

a Res tantum valet quantum cõmuniter vendi potest.

† *Vide ad tant. l. Al. de eo quod interest, in prin. 29. & qualiter pretium rerum probetur, vide Gloss. & Abba. in c. cum causa extra de testi.*

c ¶ *Qui filium naturalem.* s. seruum suum. aliàs non possideret. & est exemplũ de affectu.

d ¶ *Sed nec.* exemplũ de vtilitate.

e ¶ *Qua.* aliàs quò, id est quanto: scilicet pretio. aliàs qua, scilicet æstimatione.

f ¶ *Homo.* seruus aliquis non habito respectu ad patrem.

g ¶ *Eadem causa.* vt æstimetur quantum communiter valet.

h ¶ *Nocuit.* defuncto cuius erat. per quod videbatur difficilius quod venderet, ne puniendi adimatur facultas, & de sociis inquirendi, *arg. supra famil. ercisc. l. Pomponius. circa prin.* 2. Vel dic nocuit extraneo in vita defuncti: & tunc non fit pretiosior, id est fit deterior: & sic prout valet. Accursius.

† Ius adquirendi per eos qui in nostra potestate sunt adquiri non potest, licet ius quæsiti conseruádi possit. *Bart. in l. fermo. § 1. ad Trebell.*

i ¶ *Seruum.* hereditarium.

k ¶ *Venire potest.* quia iussu emptoris adiret: *vt Inst. de her. inst. §. si au.* Accursius.

l ¶ *Ipsum.* q. d. istud est dicere, me institutum non esse locupletẽ antequam adeam: quod quidem verum est, & si seruus hereditarius instituatur, me fieri locupletẽm. neutro ergo casu fit locupletior. H. Alij legunt interrogatiuè vsque illuc, certè &c. q. d. non est absurdum me non esse locupletiorem. Alij dicunt quòd si ego instituar, sum locupletior antequam adeam: cùm & ius deliberandi & adeundi transmitto: *vt & C. de iure delibe. l. cum antiquioribus.* Si seruus meus, non. quos sensus litera non bene portat.

b Punctum loco Copulæ habetur vt mox dicam.

c Copulæ loco punctum habetur. vt hîc. *adde similem Gl. & quod ibidẽ scripsi. l. cũ dubitatur. §. si in commodo. ꝗ. pro socio. & in. l. 5. §. illud autem sunt causæ. in verbo, moliri. ꝗ. de Carbonian.*

m ¶ *Locupletiorem.* quod quidẽ verum est antequam adeam &c.

n ¶ *Antequam.* pro quamuis &c.

o ¶ *Adeam.* facias punctum [b] loco copulæ. [c] & repete, & ne nobis acquiri. certè & si adierit, puta si noster esse desinat: quod multis modis potest contingere, & hoc quo ad Falci. *aliàs contra supra ad legem Aquil. l. inde Neratius. & supra de condic. furt. l. ij. §. j. & infra de fur. le. si quis vxori. §. penul.* sed illa odio furis, occisoris, & raptoris.

d Caristiæ tempore cogitur quis frumẽtũ vẽdere pretio etiã paruo non iusto. *Bar. in l. 1. §. cura car nium secũda op. ff. de offi. præf. vrb. idem in l. annonam ꝗ. de extra. crimi.*

p ¶ *Habet.* creditor. *& facit infra eo. l. quærebatur.*

q ¶ *Loca* primò ponit de loco: secundò de tempore: *& facit ad locum supra de eo quod certo loco. l. ideoque.*

r ¶ *Nec enim.* de loco dicit. Accursius.

s ¶ *Nec continuis.* exemplum de tempore.

t ¶ *Secundis.* id est vberrimis, scilicet existentibus. vnde dicitur: hæc nauis vadit ad secundam quando vadit infra aliter igitur æstimatur tempus caristiæ [d] quàm vbertatis si diu durauit. secus si parum: *vt infra subiicit.* Accursius.

u ¶ *Fructibus.* vberrimis. fuit enim septem annis valde carum tempus, & septem sequentibus maxima vbertas.

x ¶ *Cũ hic.* i. in cõputatione Falc. Vel hîc, in æstimãdis fructibus.

y ¶ *Caritate.* id est etiam si tempore præsenti obtineat: quia [a] ad ea quæ plerumque cõtingunt, iura aptantur: *vt supra de legi. & sena. consul. l. nam ad ea.*

a Frequẽtioribus & sæpe cõtingentibus iura adaptantur.

SI *in testamento.*] CASVS. Ita dixit testator in testamento, heres meus dãnatus esto dare Lucio Titio. x. & quanto quidẽ minus p l. Falc. capere poterit idẽ Lucius Titius, tãto amplius ei dare dãnatus esto. & decessit testator. certè standũ est sententiæ testatoris: vt s. non patiatur Lucius Titius Falc. Viuianus.

z ¶ *Capere poterit.* scilicet heres, id est detrahere ab hoc Titio.

a ¶ *Esto.* de legatis cæterorum.

b ¶ *Standum est.* Imò [b] non standum: vt heres non habeat Falci. *vt. ꝗ. eo. l. Titia. contra.* Sol. speciale hoc casu [c]: vt & aliàs. *ꝗ. e. l. si debitor.* hoc tamen non nocet heredi: quia alij legatarij & suũ & hoc onus Falcidiæ subeunt: *vt. ꝗ. eo. l. qui quadringenta. §. si quid.* 2. Vel potest dici ꝙ hic nõ dicit detrahi Falci. sed dicit quòd cùm duo & dimidium possunt detrahi de decem nomine Falci. tantum, i. duo & dimidium videatur ei iterum legare: & sic erunt. xij. & dimidium, ex quibus Falci. detrahitur: & hoc modo statur sentẽtiæ testatoris, & Fal. retinetur. prędicta autem duo & dimidium detrahit heres de legatis cæterorum. vt dixi. Accursius.

b Falcidiam vtrum testator possit prohibere.

c Falcidiã quædam legata nõ patiũtur ex testatoris voluntate: hoc est, licet non possit efficere, vt ne lex Falcidia in suo testamento locũ habeat, id tamẽ potest efficere, vt quædam legata extra Falcidiam sint, & sine vlla deminutione præstentur.

SI *fundus.*] CASVS. Legaui tibi fundum valentem. l. sub conditione si dares heredi meo. l. certè valent legatum fundi, & potest heres meus detrahere Falc. de fundo si habeat locum Falci. in hereditate mea: non obstante quod tu dedisti ei. l. causa implendæ conditionis legati fundi. Sed si legaui tibi. l. aureos sub conditione si dares. l. aureos heredi meo: non valet hoc casu legatum. Viuianus.

c ¶ *Vtile.* in toto fundo. nam totus legatus videtur: *vt. ꝗ. eo. l. ad veterani. §. j. & dic contraria plenè vt ibi not. & facit. ꝗ. de lega. ij. l. si cui fundus. & infra eo. l. qui fundum.* Accursius.

CIrca *legem.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & multa legata ab eo reliqui & purè, & in diem, & sub conditione: inter quæ legaui Seio. x. vsque ad. x. annos: vel sub conditione si nauis ex Asia venerit. & ea conditio extitit post decennium. certè non videntur huic Seio legata. x. vt sic possit heres aliis legatariis detrahere Fal. eo modo ac si dictus Seius habuisset. x. sed tantùm minus de. x. videtur legatum dicto Seio quantum ad hoc quod heres fuit lucratus medio tempore vsque ad diem vel condi. ex dictis. x. existentem. Secundò dicit quod sicut legata non soluuntur nisi deducto ære alieno, ita & donationis causa. Viuianus.

d ¶ *Extiterit.* & sic medio tempore quinque percepit heres de interusurio.

e ¶ *Minus decem.* scilicet. v.

a ¶ *Quantitatem.* & secundum hoc Falcid. detrahitur: *vt.j.eod.l. qui quadringenta.§.fi.& l.in quantitate.§.in diem.& facit.s.eod. l.in lege Falcid.& no.Instit.de act.§.plus.*
b ¶ *Supersit.* vt.C.*eo.l.successores.*
c ¶ *Immodicū.* i.magnū, adeò quod nō possunt solui donationes.
d ¶ *Nihil.* nisi quod superest deducto ære alieno.*& facit.Cod.de testa. mili. l. in testamento.*

QVotiens.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & filio meo naturali qui non poterat capere nisi duas vncias de iure, legaui tres vncias hereditatis meæ, & multa alia aliis legata reliqui, ita quòd habet locum. l. Falcid. in hereditate mea. certè prius debet[a] detrahi Falc. de dictis trib. vnciis: & reliquū debetur filio si nō sit vltra duas vncias. Viuia.

† Sic Flo. & in manusc. perperam vulg. editio habet modicum.

a Donatio quę soluta gabella non excedit 500. non debet necessario insinuari, neq; huiusmodi donatio pertinet ad l. sancimus. C. de donat. vt post Bartolum tradit Roman. *singulari.221.* Clementis *singul.71.*

e ¶ *Licet.* vt naturali vltra vnicam vnciam: *vt.C.de natu. lib.l.ij.*
f ¶ *Non excedat.* sed si excedat, ille excessus retinetur adhuc præter Falcid.
g ¶ *Debeatur.* hæc lex facit vt filius[b] de restituendo rogatus possit detrahere duas quartas. quod dic *vt.C.eod. l.quanquam.facit.s.tit. j.l.sed & si.§.j.*

b Filius de restituēdo rogatus, duas quartas detrahere potest.

h COmputationi. Testator ab instituto reliquit legata: inter quæ legauit Seio alimenta. nūc heres cū Falci. non habeat, vult detrahere de cæteris legatis. hoc planū est. sed nō de legato alimētorū, quod fortè singulis annis valet. x. & poterat durare. x. annis vel etiā. xx. vel. l. annis prout viueret alimentarius. quæritur, secundum quam quantitatē detrahere possit? Et dicit Vlpianus, quòd si alimentarius est à prima ætate vsque ad. xx. ann. puta: quia habet. xv. ann. tunc æstimatur quantum capit per. xxx. an. & sic æstimantur. ccc. tantùm ergo de aliis detrahit, ac si huic. ccc. fuissent legata danda hīc ad. xxx. an. s. per singulos ann. vel si viuat plus, ei dabitur plus & econtra si minus detrahetur tantundem. & de his detrahet per singulos annos. eodem modo & in sequentibus temporibus dicas. Sed an sit idem in vsufru. si dictus testator legauit Seio vsumfru. fundi? Et Vlpianus dicit idem, sed malè: quia solitum est aliter dici à sapientibus in vsufr. scilicet vt à prima ætate vsque ad. xxx. an. æstimetur quātum valet pe. xxx. ann. & secundum eam æstimationem quarta detrahetur de cæteris legatis.

* Vide Anton. Aug. lib. 1. emēd. cap. 4.

minorē facit quantitatē[a] decē.

1. ¶Sicuti legata non debentur nisi deducto ære alieno aliquid supersit:[b] nec mortis causa donationes debebūtur, sed infirmātur per æs alienum. Quare si immodicum[c] † æs alienū interueniat, ex re mortis causa sibi donata nihil[d] aliquis consequitur.

Tantū dicitur consequi legatarius de legato, quantum consequitur cum effectu detracta Falcidia. Alexand.

LXVII. TERENTIVS *Clemens libro quarto ad legē Iuliam & Papiā.*

QVotiens cuidā amplius legatū sit quàm ei capere liceret,[e] & lex Falcidia locum haberet: prius Falcidiæ ratio habēda est, scilicet vt subducto eo quod lex Falcidia exceperit, reliquum, si nō excedat[f] statutam legi portionem, debeatur.[g]

Legatum alimentorum ad vitam relictum, & etiam legatum vsusfructus subiiciuntur Falcidiæ, & reputātur ascēdere ad tantam quantitatem quantā cōprehendere potest tempus vitæ habita ratione ætatis. Alexand.

LXVIII. ÆMILIVS *Macer libro secundo* ad legem vicensimum Hereditarium.*

COmputationi[h] in alimentis[i] faciendæ hanc formam esse Vlpianus scribit, vt à prima ætate[k] vsq; ad annum vicensimū quantitas alimentorum triginta annorum computetur,[l] eiúsque quātitatis Falcidia præstetur. Ab annis verò viginti vsq; ad annū vicēsimumquintum, annorū vigintiocto.[m] Ab annis vigintiquinque vsque ad annos triginta, annorū vigintiquinq;. Ab annis triginta vsq; ad annos trigintaquinq;, annorū vigintiduo. Ab annis trigintaquinq; vsq; ad annos quadraginta, annorū viginti. Ab annis quadraginta, vsque ad annos quinquaginta, tot annorū cōputatio fit, quot † ætati eius[n] ad annū sexagēsimū deerit,* remisso[o] anno vno. Ab anno verò quinquagesimo vsq; ad annum quinquagensimumquintū, annorum nouē. Ab annis quinquagintaquinq; vsq; ad annū sexagensimū, annorū septē. Ab annis sexaginta cuiuscunq; ætatis sit,[p] annorū quinq;. Eóq; nos iure vti Vlpianus ait[q] & circa cōputationē vsusfructus faciendā. Solitum est tamen à prima ætate vsq; ad annum trigensimū computationem[r] annorum triginta fieri. Ab annis verò triginta, tot annorum cōputationem inire, quot ad annum sexagensimū deesse videntur. nunquā ergo amplius quàm triginta annorū computatio initur. Sic denique & si reipublicæ vsusfructus legetur, siue simpliciter, siue ad ludos, triginta annorum computatio[s] fit.

Sicut subtrahens rem hereditariā perdit Falcidiam in illa, ita negans rem hereditariam esse, si postea de mendacio conuincatur. Alexander.

1. ¶Si quis ex heredibus rē ꝓpria[t] esse cōtendat, deinde hereditariā esse cōuincatur: quidā putant eius quoq; Falcidiā non posse retineri: quia nihil intersit, subtraxerit, an hereditariam[u]

i ¶ *In alimentis.* si quæratur quantum nomine alimentorum sit relictum alicui, & quantum nomine Falcidiæ detrahitur vel ex eo. vel propter illud ex aliis. Viuianus.
k ¶ *A prima ætate.* quæ[c] est vsque ad. xij. vel. xiiij. an. *vt.C.de impu.& al.sub.l.pe.& de iure delib.l.quidam.* & dicitur impubes. secunda vsque ad. xxv. & dicitur adolescentia: *vt.s.de leg.ij.l.nō aliter in fi.* Exinde dicitur tertia vsque ad. lxx. & dicitur iuuentus: *vt ea.l.non aliter in fi.* Abinde senex vel senium: *vt.j.de iure immu.l. maiores.* sed quantum ad hanc computationem primæ ætati hīc adiicit vsque ad. xx. an.

c Ætates hominis quatuor: impuber, adolescentia, iuuentus, senium.

l ¶ *Triginta annorū cōputetur.* præsumitur qđ tantū viuere possit, & ita finiantur alimenta: *vt supra de transact. l. cùm hi. §.modus in fi.* ¶Sed quid si minus vel vltra viuas? Respond. vel repetit à legatario quod habuit vltra vitam, & proficit aliis legatariis. vel dabitur legatario prout vixit vltra: sicut dico in vsufructu reipublicæ relicto. j. ibi, sic denique.
m ¶ *Vigintiocto.* scilicet quantitas alimentorum computatur, & eius quantitas Falcidia præstetur semper repete. Accursius.
n ¶ *Quot ætati eius.* vt si habet. xlij. annos præsumit viuere. xviij. vno minus. Accursius.
o ¶ *Remisso.* id est detracto. Azo.
p *Ætatis sit.* s. in anteà.
q ¶ *Vlpianus ait.* & malè: & ideò statim corrigit, solitū est &c. ¶Et sic no. quod aliud[a] est in vsufructu quàm alimentis: *vt.s. dictum est.* & fauore alimentarij hoc dictum est. nam quia fructuarius secūdum hāc computationē æstimat diutius viuere quàm alimētari[9], ideò maiorem nomine Falc. patitur detractionem. sic & vsusfructus morte & cap. de. tollitur, alimēta morte tātum: *vt.s. de capi.de.l. legatum.* Azo. Sed an ꝑ omnibus annis dabūtur statim alimenta? Respon. æstimabuntur quantum valerent per tantum tempus danda ꝑ singulos annos, & id soluitur: *vt.s.eo.l. cum Titio.* & secūdum hoc sibi & aliis defalcatur. vel aliter vt ibi no. ¶Item non obstat prædictis. *s.eo.l.in lege Falci.* quia ibi in simplici cōditionali. vel solue vt ibi. Item nec *obst.s.eo. l.si heres.§.fin.* quia ibi speciale. ¶Item no. in alimentis præsumi citius mori senē[b] quàm iuuenem. *sic infra de fideicom.lib.l.is qui.* Sed arg. contra *supra de inoffic. testa.l. nam & si.* ADDITIO. Dic secundū Bart. quòd ibi plus viuit senex quàm iuuenis: & euenit propter ordinem turbatum.

a Fructus & alimentorum differentia.
† scilicet annorū. Taurell.
* deerunt.

b Senex quis dicatur. Gl. ordin. in. l. 2. in versic. senium. C. de iis qui non implet. stipen. lib. 10. & in l. 1. C. qui ætate excusat.

r ¶ *Computationem.* s. vsque ad. xl. vel. lx. sed vsque ad. xv. vt supra dictum est. Accursius.
s ¶ *Comparatio.* quia pręsumitur[c] in hoc tēpus capite minui ciuitas. Sed nonne durat. c. annis: *vt.s.de vsufr.l. an vsusfructus.* quę *est contra?* Sol. hic nō dicit finiri hoc tēpore, sed ęstimari quantum valet fructus. i. in tantum tempus. sed si interim non finiatur vsusfructus, fiet iterum æstimatio in alios. xxx. & sic deinceps vsq; ad c. vt in contrario. Item contra. *C. de dona.l.si quis argentum.§. si autem donator.* vbi in. xv. sed ibi donator qui donauit red ditum, non habebat prędium. ADDITIO. Dic aliter secundum Bart. quod aliud in donatione, vt ibi. aliud in legato, vt hīc. & ideò non potest dari nisi quia sic placuit: *vt.l.non omnium.supra de leg.*

c Ciuitas præsumitur quadraginta annis capite minui.

Si quis ex heredibus] CASVS. Institui mihi tres heredes. & multa legata quibusdam reliqui, ita quòd habet locum. l. Falci. cū autem heredes volunt habere ita rationem quantum sit in bonis meis, vt sic sciant quantum debent detrahere nomine Fal. de legatis: vnus de eis heredibus dixit vnum equum hereditarium esse suum proprium. certē si conuincatur hereditarium esse dictum equum, non detraheret si dictum equum subtraxisset: quo casu sine dubio non detraheret Falc. Viuianus.
t ¶ *Propriam.* suam heredis, non defuncti: vt ita repellat legatarium à rei vin. potest tamen peti actione ex testamento: *vt supra de leg.ij.l.vnum ex familia.§.si rem.* Accursius.
u ¶ *An hereditariam.* id est de hereditate. *& facit.s.eo.l.beneficio in princ.*

esse negauerit. quod Vlpianus rectè improbat.

LXIX. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

VSufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendũ est: quoniam post senatusconsultum nulla res est quæ nõ cadit in vsusfructus [a] legatum.

LXX. VLPIANNVS *libro sextodecimo ad Sabinum.*

FAlcidiæ stipulatio [b] statim committitur vbi conditio [c] legati vel debiti [d] extitit.

Heres potest sibi præiudicare in eo quod sibi debetur per l. Fal. Alexan.

LXXI. PAVLVS *libro trigensimosecundo ad Edictum.*

POtest heres [e] in vendenda hereditate cauere, vt & lege Falcidia interueniente solida legata præstẽtur: [f] quia ea lex heredis causa lata [g] est: nec fraus ei fit si ius suum deminuat [h] heres. †

LXXII. GAIVS *libro tertio de Legatis ad Edictum Prætoris.*

QVantitas patrimonij deducto etiam eo quicquid explicandarum vẽditionum [i] causa impenditur, æstimatur.

Cùm tractatur de imponenda Falcidia tempus mortis inspicitur: nec consideratur deminutio sequens vel incrementum. Alexand.

LXXIII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IN quantitate patrimonij exquirenda visum est mortis tẽpus [k] spectari. qua de causa si qui centum in bonis habuerit, tota ea legauerit: nihil legatariis prodest, si antè aditam [l] hereditatẽ per seruos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarũ, aut ex fœtu pecorum [m] tantum accesserit hereditati, vt centum legatorum nomine erogatis, habiturus sit heres quartam partẽ: sed necesse est vt nihilo minus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diuerso, si ex centum [n] septuagintaquinque legauerit, & antè aditam hereditatem in tantum decreuerint bona, incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte seruorum, vt nõ plus quàm septuagintaquinque vel etiam minus relinquatur: solida [o] legata debentur. nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est nõ adire [p] hereditatem. Quæ res efficit vt necesse [q] sit legatariis, ne destituto testamento nihil consequuntur, cum herede in portionem legatorum pacisci.

Si in hereditate est debitũ vel creditum conditionale, & tractatur de imponẽda Falcidia, potest res dupliciter expediri: vel per solã cautionem prætoriam: vel per æstimationẽ debiti & crediti conditionalis. sed hæc æstimatio in legatis conditionalibus locum non habet: sed sola cautio interponitur. de legatis verò in diem habetur cõsideratio velut de puris, solo interusurio medij tẽporis detracto: & ideo non fit æstimatio, nec præstatur cautio. h. d. vsq; ad finẽ. Alex.

1. ¶Magna dubitatio fuit de his quorum conditio mortis tempore pendet: id est an quod sub conditione debetur, stipulatoris bonis adnumeretur, & promissoris bonis detrahatur. Sed hoc iure vtimur, vt quanti ea spes obligationis venire possit, tantum stipulatoris quidem bonis accidere videatur, [r] promissoris verò decedere. aut cautionib. res explicari potest, vt duorũ alterũ fiat: aut ita ratio habea-

in prin. & l. Paulus. & infra ad Trebel. l. Paulus respond. si certa. & supra de iis quib. vt indig. l. rescriptum.

VSufructu.] CASVS. Titium institui mihi heredem, cum essem debitor quorundam, & vsumfructum bonorũ meorum reliqui Seio. certè æs alienũ quo teneor prædictis, est deducẽdum ex omnibus rebus hereditariis, & in cæteris omnibus constituẽdus est vsusfructus Seio. & est ratio quare in cæteris est constituendus: quia nulla res est quæ nõ cadat in vsumfructũ legatũ. & hoc post senatusc. cuius nomẽ nõ habemus, in quo cõtinebatur quòd omnium rerum quas in cuiuscũque patrimonio esse cõstaret, vsusfru. legari possit: *vt. s. de vsufru earum rerum quæ vsu cõsumuntur. l. j. in princip.* Viuianus.

a ¶*In vsusfructus.* i. quasi [a], etiam quæ vsu consumuntur: *vt. s. de vsufru. ea. re. l. j. & l. fi. & facit. s. de vsufru. leg. l. j. & fi. & j. de ver. sig. l. subsignatũ. §. bona. & supra de iure dot. l. mulier.*

[a] Quasi vsusfru... cadit in ... res quæ vsu ... sumuntur.

FAlcidiæ.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & primo & secundo legata reliqui purè, & tertio & quarto reliqui legatum sub conditione: & decessi. certũ est autem quòd si existeret cõditio legati relicti tertio & quarto, haberet locũ Falcidia. nunc autem non habet locũ Falcidia pendente conditione dicti legati relicti tertio & quarto. vnde primus & secundus quibus legatũ erat purè, petũt à Titio herede integra eorũ legata: & Titius soluit eis. verumtamen fecit sibi p eos caueri quòd restituerẽt ei illud quod apparuerit plus accepisse quàm per legem Falcidiam licuerit accipere apparuerit dico eo tempore quo exiîset conditio sub qua relictum fuit legatũ tertio & quarto prædictis. certè ista stipulatio statim cõmittitur heredi vt possit ex ea agere contra dictos primum & secundum postquam extitit conditio legati relicti sub cõditione tertio & quarto: quisque habuit locũ Fal. & quod dixi in stipulatione interposita occasione legati conditionalis, idem est in ea quæ interponitur occasione debiti siue æris alieni hereditarij conditionalis. Viuianus.

† Iuxta hoc Ci... r. actione j. ... Vett. Quod ... ihi lex mea ... ausadat, eo mi... non vti lice... t & alia mul... in eandẽ sen... ntiam.

b ¶*Stipulatio.* à legatario præstita, vt quando amplius quàm per legem Falcid. licuerit acceperit, reddat. *& facit supra eo. l. legis Falcidiæ. & l. beneficio.*

c *Conditio legati.* quod relictum erat sub conditione. Accursius.

d ¶*Debiti.* æris alieni.

POtest heres.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & multa legata ab eo reliquit, ita quòd habeat locum Falcid. in hereditate: & decessit. nunc heres prædictus vult vendere dictam hereditatem Gaio. certè in ipsa venditione potest idem heres cauere legatariis de soluendis eis legatis integris etiam Falc. locum habente. nam quamuis vendat hereditatem, nihilo minus tenetur respondere legatariis: *vt. C. de hered. ven. l. ij.* nec videtur dictus heres cauere prædicto modo in fraudem legis Falcidiæ quæ vult detrahi quartam de legatis: quia ea lex Falcidia est lata causa heredis, & non in fraudem heredis: & heres bene potest deminuere ius suum prædicto modo. Post venditam autem hereditatem non posset fortè heres tali modo cauere in præiudicium emptoris. Vi.

e ¶*Potest heres.* secus in testatore. *vt. s. eo. l. quod de bonis. §. fina.*

f *Præstentur.* ab emptore, vel sibi qui remanet obligatus: *vt. C. de her. vend. l. ij.* Acc.

g ¶*Causa lata.* aliàs data. & ita in libro domini mei.

h ¶*Deminuat.* sic. s. *de pact. l. pactum. & C. locati. l. emptorem.*

QVantitas.] CASVS. Cum habetur ratio legis Falc. debet æstimari quantitas patrimonij: vt sciat quantum debet detrahi de legatis nomine Falcidiæ. & certè quantitas patrimonij æstimatur nõ solùm deducto ære alieno, sed etiam deducto eo quod impẽditur per heredem causa explicandarũ venditionũ faciendarum propter soluẽdum æs alienum: puta quia dedit proxenetæ. xx. solidos vt faceret eũ venderet hereditariam. Viuianus.

i ¶*Venditionum.* quæ fiunt pro debitis explicandis *& facit. Cod. de iure delib. l. fi. §. in computatione.*

IN quantitate. vide hunc casum per te propter nimiam prolixitatem.

k ¶*Mortis tempus.* sic *s. e. l. in ratione. in princ. & Inst. eo. §. pen.* ¶quandoque [a] tamen tempus aditæ hereditatis: *vt. s. eo. l. cum quo. & s. eo. l. si creditor.* quandoque etiam post, vt statim dicam.

[a] Tempus mortis defuncti in eius patrimonij quantitate exquirenda: interdũ aditæ hereditatis: interdum tempus post aditã hæreditatem inspicimus.

l ¶*Si ante aditam.* quandoque prodest etiam post aditam: vt si fructus prouenerunt ex legato relicto sub conditione ante conditionẽ: *vt supra eod. l. quod de bonis. §. fructus. & infra ad Trebel. l. mulier. §. si heres.* Idem contingit *supra eo. l. in ratione. §. j. & supra eod. l. j. §. id quod.* Item & cõtra *supra eod. l. in lege Falcidia placuit.* sed dic vt ibi. ADDITIO. ¶Dic vt ibi in legato conditionali, vbi per cautionem tantum fit explicatio. sed quando est debitum vel creditum conditionale, tunc potest vtroque modo fieri: *vt infra proximo. §.* & est ratio, quia placuit sic facere, secundum Bartolum.

m ¶*Pecorum.* nec est contra quod dicit *infra. l. qui quadringenta. §. fin.* licet Io. eam intellexerit aliter: vt ibi dixi.

n ¶*Si ex centum.* id est ex patrimonio quod est centum, legauit lxxv. & antè &c.

o ¶*Solida.* id [b] est non deducta Falcidia: *vt & supra eod. l. in ratione. ij. §. diligenter. sic supra de institu. l. habebat. in fin.* non [c] autem de suo, nisi hodie si non fiat inuentarium: *vt in Authen. de here. & Falcid. §. si vero. col. j.*

[b] Falcidiam nõ deducit qui solida legata præstare cogitur.

[c] Imò vltra vires patrimonij tenetur fiadur, quia cœpit esse debitor generis *l. in ratione. & l. 2. s. e.* Dynus. vide Bartolum hic.

p ¶*Non adire.* sic *supra si quis omis. cau. testa. l. si quis omissa.*

q ¶*Necesse.* causatiua [d] necessitas, non præcisa: *sic Institu. de exhered. libe. §. nẽ ergo.*

[d] Necessitas a... causatiua: alia præcisa.

r ¶*Videatur.* facit. *s. de mino. l. iij. §. si quid. & infra eo. l. quærebatur. & supra eo. l. cum Titio. & supra eo. l. in lege Falcidia non.*

tur, tanquã purè debeatur: [a] aut ita tanquã nihil debeatur. deinde heredes & legatarij inter se caueãt, vt existẽte cõditione aut heres reddat [b] quãto minus soluerit, aut legatarij restituãt quãto plus cõsecuti sint. 2. ¶ Sed & si legata quædã purè, quædã sub cõditione relicta efficiãt vt existẽte conditione lex Falcidia locum habeat: purè legata cũ cautione reddũtur. [c] Quo casu magis in vsu est, solui quidẽ purè legata, perinde ac si nulla alia sub cõditione legata fuissent: cauere autẽ legatarios debere, ex euentu cõditionis quod amplius accepissent, redditu iri*. 3. ¶ Cuius generis cautio necessaria videtur & si quibusdã seruis eodẽ testamẽto sub cõditione libertas data sit, quorũ pretia cõditione existente bonis detrahuntur.

4. ¶ In diẽ relicta legata, alterius esse iuris palã est, cùm ea omnimodo tã ipsi legatario quàm heredibus eius deberi certũ est. Sed tãto minus erogari ex bonis intellegendũ [d] est, quantũ interea donec dies obtingit, heres lucratus est ex fructibus vel vsuris. [e]

5. ¶ Ergo optimũ quidẽ est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne vltra dodrãtem relinquat. quòd si excesserit quis dodrãtẽ: pro rata portione per legẽ ipso iure minuũtur. verbi gratia, Si is qui quadringẽta in bonis habuit, tota ea quadringẽta erogauerit; quarta pars legatariis detrahitur. [f] si trecẽta quinquaginta legauerit, octaua. Quòd si quingenta legauerit, habẽs quadringenta: initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet. Antè enim detrahẽdum est quod extra bonorum † quantitatem est: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

Illud tãtùm in Falcidia imputatur quod capitur ex iudicio testatoris iure hereditario: nisi testator in Falcidiã iusserit imputari: & ideò prælegata quatenus capiũtur à coherede, nõ imputãtur in Falcidiam: nec id quod datur gratia conditionis implendæ, nisi fuerit hereditarium. Alexander.

LXXIIII. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

QVod autẽ dicitur, si ex iudicio defuncti quartam habeat heres, solida præstanda esse legata: ita accipere debemus, si hereditario iure habeat. Itaque quod quis legatorum [g] nomine à coherede accedit, in quadrantem ei non imputatur.

LXXV. *Ex libro quadragensimo Digestorum Iuliani Marcellus.*

SEd † si ideò legatum [h] ei datum est, vt integra legata vel fideicommissa præstet, deneganda erit actio legati, [i] si lege Falcidia vti mallet.

LXXVI. GAIVS *libro tertio de delegatis ad Edictum Prætoris.*

ID autẽ quod conditionis implendæ causa vel à coherede vel à legatario vel à statulibero datur, in Falcidia non imputatur: [k] quia mortis causa capitur. [l] Sanè si à statulibero peculiares nũmos accipiat, pro sua parte [m] quadranti eos imputare debet: quia pro ea parte nõ mortis causa capere, sed hereditario iure eos habere intelligitur. 1. ¶ Qua ratione placuit, legata quæ legatarij non capiunt cum apud heredes subsederint hereditario iure apud eos remanere intelligi, & ideò quadranti imputanda: nec quidquã interesse, vtrũ statim ab initio legatum non sit: an quod legatum est, remanserit. [n]

Ratio legis Falcidiæ in singulis heredibus locũ habet: ideò vnus detrahit illã si est grauatus, licèt alter nihil detrahat: & si portio nõ grauata accedit grauatæ, prodest legatariis: secus econtra. h. d. cum. l. seq. Alexand.

LXXVII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

IN † singulis heredibus rationẽ legis Falcidiæ cõponẽdam esse nõ dubitatur: & ideò si Titio & Seio heredibus institutis, semis [o] hereditatis Titij exhaustus est, Seio autẽ quadrans totorum bonorum relictus [p] sit: cõpetit [q] Titio beneficiũ legis Falcidiæ.

LXXVIII. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris Vrbani.*

QVòd si alterutro eorum deficiente, alter heres solus extiterit: vtrum perinde ratio legis Falcidiæ habenda sit, ac si statim ab initio is solus heres institutus esset: [r] an singularum portionum separatim causæ spectandæ sunt? Et placet,

a ¶ *Purè debeatur.* s. id quod valet species.
b ¶ *Reddat.* i. det. *vt. j. de verb. signi. l. verbum reddendi.*
c ¶ *Redduntur.* i. dantur.
d ¶ *Intelligẽdum est.* statim enim peti possunt pura legata. & hoc idem est in conditionalibus existente cõditione eorum. ergo secundùm hoc interim debet purum legatum cõditionale vel in diẽ excedere in eo quod nomine Falcidiæ præstandum est, inquantũ excedit emolumentũ: *vt. j. eo. l. qui quadringenta.* Azo.
e ¶ *Vsuris.* non enim vsuræ vel fructus cõputantur in Falcidiam heredi, licèt hoc quidã dixerũt, malè intelligẽtes legem quæ est. *j. eo. l. qui quadringenta. §. fin.* & ibidem not. Accursius.
f ¶ *Detrahitur.* in tribus casib. non sic contribuuntur legata, & duo not. *j. eo. l. Nesennius. §. j. tertius supr. si quis omis. cau. testa. l. quia autem.* Azo. *& facit Insti. eo. in fin. & j. eo. Plautius. & l. pœnales. § annua.*
g QVod autem.] *Legatorum.* id est prælegatorum. *& facit supra eodem. l. Nesennius. & infra ad Trebell. l. deducta. §. nummis.*
h SEd si.] *Legatũ* id est prælegatum est à coherede. & continua. l. sequen. cum ista.
i ¶ *Legati.* i. prælegati. Accursius.
k ID autem.] *Non imputatur.* Imò [e] videtur imputari: *vt supra de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. contra.* Sol. secundum Azo. hic in quarta iure institutionis, ibi iure naturæ. 2. Vel dic vt ibi Itẽ ar. *contra. j. eod. si pupillus.* Sed ibi vt debitũ magis accipit heres. *& facit. C. fami. ercis. cum. l. filium.*
l ¶ *Capitur.* nõ hereditario iure. *ad quod. j. l. proxi.* Accursius.
m ¶ *Pro sua parte.* id est pro eo quod accipit: & totum quod accipit, videtur accipere scilicet iure hereditario, licèt in specie contra: *vt. j. de leg. ij. l. cum pater. in princ.* secundum Ir.
n ¶ *Remanserit.* facit. *j. eo. l. ex asse. & l. non est. & l. sequen.*
IN singulis.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium & Seium: & à Titio reliqui tot legata quibusdã, quòd exhausit semissẽ hereditatis meæ in qua instituerã eundẽ Titium ita quod non remaneret dicto Titio quarta dicti semissis solutis dictis legatis. à Seio autẽ reliqui similiter legata: sed non tot quin remaneret ei integer quadrãs totorum bonorum quæ sunt in sua parte. i. semis in quo fuit institutus. certè competit Titio beneficium. l. Falcid. & nõ Seio: quia non est ei necesse. nã non dubitatur rationem Falci. cõpensandam esse in singulis heredibus. & hæc vera sunt quando Titius & Seius adiuit hereditatem. sed si altero eorũ non adeunte, alter heres solus extiterit: nunquid perinde ratio. l. Falci. habenda sit ac si statim ab initio is solus qui adiuit, heres institutus esset: an sunt spectãdæ separatim causæ singularum portionũ, i. portionis Titij & portionis Seij quas ambas habet ille eorũ solus qui adiuit? scilicet vt in qualibet dictarum portionum per se habeatur ratio leg. Fal? & certè si Seij pars legatis exhausta sit qui heres extiterit alio non adeunte, adiuuabuntur legatarij per deficientem partem nõ grauatam: quia ea pars deficiens non est legatis onerata & est ratio quare debeant iuuari legatarij per partem non grauatam: quia & legata quæ apud heredem remanent aliqua de causa, ita quòd non soluuntur aliquibus legatariis, efficiunt vt cæteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur nomine Falc. eadẽ ergo ratione portio coheredis non grauata & defecta debet facere vt legatis relictis ab eo qui solus extitit heres, aut nihil aut minus detrahatur nomine Falc. si vero defecta siue nõ adita pars fuerit exhausta legatis, perinde in ea ponẽda est ratio legis Falc. atque si ad eũ ipsum pertineret, à quo defecta fieret. fecit enim eam defectam, ex eo quod eã non adiuit. quo casu si ad eum ipsũ pertineret, sine dubio ponenda esset in ea ratio legis Falcidiæ. vt dictum est. & hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.
o ¶ *Semis.* id est pars Titij est exhausta. Accursius.
p ¶ *Relictus.* id est remansit, id est tres vnciæ. & sic suus semis non est exhaustus.
q ¶ *Competit.* vt *Instit. eo. § fina. & supra eod. l. in ratione. j. § si filio.* ¶ *Sed contra infra tit. j. l. j. §. Marcellus.* Sol. vt ibi. Accursius.
r QVòd si alterutro.] *Institutus esse.* & sic in

a Reddere pro dare.
b Legata pura statim peti possunt.
c Legata conditionalia statim peti possunt existente conditione.
d Falcidiæ heredi non imputantur vsuræ & fructus.
* Ant. August. lib. emen. ca. 1.
e Falcidiæ an imputetur quod conditionis implendæ causa à coherede & legatario relinquitur.
† Non detrahuntur necessaria: maximè pro funere impensæ. *Bart. in l. 1. §. de impẽsa. in fi. j. eo. titu. & per Ang. ibidẽ.*
† In vulgata ... ditione, nõ ... minum legi... fed. §. supplic... ris. Ant. Aug. lib. ...
† *Instit. eo. §. & cum quæsitum.*

sic in casu nostro, scilicet superioris. l. non esset locus Falcidiæ, cũ quartam haberet.

a ¶ *Onerata.* pars deficientis. Accur.

Argumentũ à simili.

b ¶ *Detrahatur.* vt. s. eo. l. ad autẽ. in fi. ergo[a] à simili portio coheredis defecta debet facere vt legata ab eo relicta qui solus heres extitit, in totum petantur secundum Ioa.

si eius pars legatis exhausta sit, qui heres extiterit, adiuuari legatarios per deficientem partem, quia ea non est legatis onerata:[a] quia & legata quæ apud heredem remanent, efficiunt vt cæteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur. [b] Si verò defecta pars fuerit exhausta, [c] perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiæ, atque si ad eum ipsum pertineret, à quo defecta [d] fieret.

c ¶ *Exhausta.* hoc idem si ex pupillari substitutione coheres pupilli pupillo heres extiterit. nam [b] quæ relicta sunt à pupillo, non augentur propter partem coheredis succedentis: *vt supra eo. l. in ratione. j. §. quæsitum.* Sed relicta in institutione ab herede succedente, augentur: *vt infra eod. l. qui fundum. §. fina. & §. qui filium.* Si autẽ ex vulgari substitutione qui sui coheredis partem vindicat, indistinctè augentur legata, siue pars defecta fuerit onerosa, & augetur per non defectam: siue non defecta augetur per defectam: vt sit omnium legatorum contributio: *vt. j. eodem. l. qui fundum. §. qui filium. j. respon.* nisi testator ab vno reliquerit nominatim legata vt non præstarentur ab alio: vt probatur. *supra eodem. l. j. §. interdum. in fi. §. & s. de leg. j. l. licet.* ¶ Et no. quod licet legata relicta à pupillo instituto herede non augeantur propter partem succedentis pupillariter, vt dixi: tamen augẽtur ea quæ à substituto in pupillari substitutiõe sunt relicta. in hoc enim differt coheres ab extraneo? *vt. s. de vulg. substi. l. coheredi. §. coheres. & s. eo. l. in ratione. §. fi. Azo.*

Relicta à pupillo non augẽtur propter partem coheredis succedẽtis.

Augmentum vel deminutio bonorum contingens penes pupillum, non minuit nec auget legata relicta à pupillo vel à substituto: & omnium legatorum fit contributio. Alexan.

LXXIX. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale*

IN duplicibus [e] testamentis siue de patrimonio [f] quæramus, ea sola substantia spectatur, quam pater cùm moreretur habuerit. nec ad rem pertinet, si post mortem patris filius vel adquisierit [g] aliquid, vel deminuerit, siue de legatis quæramus, [h] tam ea quæ in primis, quàm ea quæ in secundis tabulis relicta sunt, in vnum contribuuntur, tanquam si & ea quæ à filij herede reliquisset testator, à suo herede sub alia conditione legasset.[i]

d ¶ *Defecta fieret.* in Trebellianica quarta esse videtur: *vt Cod. ad Trebellia. l. non iustam. in fine.* ibi non poterat retinere, sicut nec instituta: quia fuerat coacta. *& facit supra eodem. l. prima. §. si coheredis. & l. in ratione. §. penult. & l. si pupillus. §. final.* Accursius.

IN duplicibus.] CASVS. Filium meum Titium impuberem institui mihi heredem: & ab eo legata reliqui, & ei meo filio feci alium heredem id est substitui ei Seium pupillariter. & ab eodem substituto legata quibusdã reliqui, & decessi. tractatur nunc de lege Falcidia circa hereditatẽ meã. Et circa hoc potest quæri de duobus: scilicet de substantia patrimonij mei, & de contributione legatorum relictorũ ab impubere, & ab eius herede, siue à substituto eius. In primo casu inspicitur id quod ego testator mortis tẽpore in bonis habebam: vt secundum illam inspectionem videatur an sit locus legi Falcidię. vel non. nec ad rem pertinet si postea adquisita sint bona dicto meo filio impuberi, vel ecõtrario deminui de bonis meis: quia semper inspicietur illud quod erat in bonis tẽpore mortis meæ. In secundo casu, scilicet cum de contributione legatorum quæritur viuo dicto meo filio impubere à quo impubere petunt legata illi legatarij quibus ab eo impubere legaui: cõtribuuntur in vnum tam ea legata quæ in primis tabulis relicta sunt per me à dicto impubere, quàm ea quæ in secundis tabulis relicta sunt per me à dicto substituto impuberis, scilicet vt appareat quantũ ab impubere in patris tabulis sit relictũ, & per cõsequens sciatur vtrum nunc habeat in eis locum Falcidia, vel nõ: & si quidem in eis habeat locum Falcidia, defalcentur. Si autem non habeat locum in eis Falcid. soluantur integra legatariis per impuberem, & eius tutorem: & legatarij caueant de restituendo quidquid apparuerit eos accepisse vltra quàm liceret eis accipere per legem Falcidiã apparuerit dico adueniẽte conditione tacita legatorum à dicto substituto relictorũ, id est mortuo impubere in pupillari ætate. ita enim talis, vt dictum est, debet fieri dicta contributio: scilicet cum reliqui legata ab herede filij mei, id est à dicto eius substituto sicut fieret si ab impubere vel alio meo herede reliquissem quædam legata purè, & reliquissem ab eodem quædam legata sub alia cõditione quàm fuit conditio legatorũ à dicto substituto relictorum: puta sub conditione, si nauis ex Asia venerit. bene enim fuerunt data legata à dicto substituto sub tacita conditione, vt dixi, id est, si moreretur impubes in pupillari ætate. quo casu, id est si à meo herede reliquissem legata pure & sub conditione, sine dubio deberet interponi dicta cautio per legatarios. non autẽ cõtrahuntur in vnum dicta legata relicta ab impubere & ab eius substituto vt prętentur per impuberem legata relicta à substituto, vel vt per Falcidiam defalcentur dicta legata à substituto relicta. & hoc vult dicere hæc lex, vt mihi videtur. Viuia.

e ¶ *In duplicibus.* hoc[a] est in quo est institutio, & pupillaris substitutio, quæ videntur duo testamenta: *vt supra de inoffi. testamento. l. Papinianus. §. sed nec impuberis.* 2. Vel quod verius est, vnum est testamentum [b] duarum hereditatum: *vt Institut. de pup. substitu. §. igitur. & s. de vulg. sub. l. patris & filij.*

a Testamenta duplicata dicũtur in quibus institutio est & pupillaris substitutio. vel vnum est testamentum duarũ hereditatum.

f ¶ *De patrimonio.* s. propter æs alienum soluendum: imò propter legata [c] quæ nõ soluuntur nisi prius detracto ęre alieno ex bonis quæ heres habuit tempore mortis testatoris. Si verò ad legata nõ habetur respectus, sed ad æs alienum tantùm, illud ex bonis vndecunque & quandocunque soluitur à filio herede existente suo patri, secundum Ioan. Sed ad primam positionem potest induci, *Instit. de here. quali. diffe. §. j.* Accur.

b Testator assignãdo bona pluribus, an dicatur testari vel codicillari: *vide in. l. quoties. per do. Bal. l. solum. versi. quæro an testator. Cu. de here. in. & Gl. idẽ in verbo, diuidit.*

c Legata non soluuntur nisi prius detracto ęre alieno.

Pupillariter substitutus grauatus potest Falcidiam retinere, licet alius substitutus non sit grauatus. Bartolus.

LXXX. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

SI is qui quadringenta in patrimonio habebat, filio impubere herede instituto ducenta legauerit, eique Titium & Seium heredes substituerit, & à Titio centum legauerit: videamus quid iuris sit, si nondum

g ¶ *Adquisierit.* sic. s. eo. l. pater. §. fin. Accur.

h ¶ *Quæramus.* habeat locum Falcidia, vel non: & tunc tempus mortis inspicitur considerata quantitate bonorum quæ erat tempore mortis patris: & consideratis legatis paterni & pupillaris testamenti: non autem quæ postea in vita pupilli sunt aucta vel minuta, tollit vel inducit Falcidia. *vt hîc & supra eod. l. in ratione. §. quod vulgo. & facit infra. l. proxima. & quod nota. supra. l. proxim.*

i ¶ *Legasset.* quo casu fit contributio: *vt. s. eo. l. in ratione. §. quæsitum. in fin. §.*

SI is qui quadringenta] CASVS. Caius habens patrimonium quadringentorum, & habens filium impuberem, instituit sibi heredem dictum suum filium, & ab eo quibusdam ducenta legauit, & eidem suo filio substituit pupillariter Titium & Seium, & à dicto Titio substituto legauit quibusdam aliis centum, & decessit dictus Gaius, & postea decessit pupillus in pupillari ætate, nondũ solutis legatis à se relictis: & propterea legata ab impubere relicta id est dicta. cc. vterque debet soluere, i. vterquę eorũ, id est Titius & Seius substituti. vnde videndum est quid iuris sit circa. l. Falc. in personis dictorum duorum substitutorum. & certè solus heres siue substitutus Titius prędictus vtetur lege Falc. non autem dictus Seius, cum. cc. ex hereditate pupilli ad eum Titium pertineãt nomine legatorum: scilicet centum debent legatarij ex ducentis quę pupillus debebat eisdem legatariis: & . c. debet ipse Titius: quæ ipse Titius dare iussus est. itaque deducta quarta per eundem Titiũ ex vtraq; quantitate, id est ex dictis ducentis, habebit idẽ Titius. l. in persona verò prædicti Seij qui erat vnuş de substitutis, & non erat grauatus in secundis tabulis aliquid præstare, lex Falcidia non interuenit, cum ad eum pertineant. cc. ex hereditate pupilli: & cũ ex ducentis quæ à pupillo relicta sunt, debeat idem Seius nomine legatorum. c. & non plus: & sic habet medietatem suæ partis, nedũ quartam. si autẽ pupillus prædictus ante quam decedat soluat à se relicta, id est integra. cc. debent curare tutores eiusdem pupilli vt caueant legatarij de restituendo si quid appareat eos accepisse vltra quàm eis liceret per legem Falcidiam accipere. appareat dico eo tempore quo dictus Titius substitutus debet soluere. c. à se relicta in secundis tabulis. solùm autem cum vindicabit sibi locum substitutio pupillaris, id est cũ morietur pupillus in pupillari ætate, committetur hęc stipulatio propter prædictum Titium substitutum solùm: quia vindicante sibi locum substitutione pupillari, non inuenitur quod possit habere idem Titius nisi quartam de. c. à se relictis, non autem quartam totius suæ partis hereditatis, quæ sua pars erat ducenta, vt dictum est. sed propter pupillũ prædictũ non cõmittetur hæc stipulatio, cũ nec propter Seium aliũ substitu

solutis legatis pupillus decesserit, & ob id ea legata vtrique[a] debent. Solus[b] heres Titius vtetur lege Falcidia. Cùm enim[c] ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet: centum[d] ex ducentis quæ pupillus debebat; centum quæ ipse dare iussus est. Itaque ex vtraque quantitate quarta deducta, habebit quinquaginta. In persona verò Seij lex Falcidia non interuenit: cum ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant, & debeat legatorum nomine centum ex ducentis quæ à pupillo relicta sunt. Quòd si pupillus soluat legata, debent curare tutores pupilli vt caueant legatarij.[e]

Legata indiuidua defalcantur præstita parte æstimationis. h.d.

1. ¶ Quædam legata diuisionem non recipiunt: vt ecce legatum viæ, itineris, actúsve. ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed & si opus municipus heres facere iussus est, indiuiduum[f] videtur legatum. Neque enim vllum balineum, aut vllum theatrum, aut stadiũ[g] fecisse intellegitur, qui ei propriam formam,[h] quæ ex cõsummatione contingit, non dederit. Quorum omnium legatorum nomine, etsi plures heredes sint, singuli in solidum tenentur.[i] Hæc itaque legata quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent: sed potest heredi hoc remedio succurri, vt æstimatione facta legati denuntiet[k] legatario vt partem æstimationis inferat. si non inferat, vtatur aduersus eum exceptione doli mali.

tum: quia ipse habet medietatem suæ partis, vt dictum est. Viuia.
a ¶ *Vtrique*. substituti. Accursius.
b ¶ *Solus*. incipit respondere. Accursius.
c ¶ *Cùm enim*. probat quod dixit. Accur.
d ¶ *Centum*. sub. &c. c. quæ ipse &c. sed certè imò. cc. ab eo fuerũt relicta. ¶ Sed dic quod detrahitur quod vltra quantitatem bonorum est: *vt. s. eo. l. in quantitate. §. fi.* & sic cùm. cc. tantum habeat de hereditate pupilli: quod vltra grauatur, pro nihilo est: sed de hoc detrahitur Falcidia, vt hic dicit. Accur.
e ¶ *Vt caueant legatarij.* scilicet reddere quanto plus accipiunt, quàm eis liceat per Fal. quę stipulatio licet pupillo non committatur, tamen substituto committitur: *vt & s. eo. l. is cui. & facit. j. eo. l. repetitur. & j. tit. j. l. j. in prin. & s. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & s. de priuile. cred. l. si paterfamiliás.*

Quædam legata.] CASVS. Legaui tibi fundum, viam, vel iter, vel actum: nunquid ex his legatis potest detrahi Falcidia? Et videtur quòd non: quia hęc legata non recipiunt diuisionem, vnde tota ad legatarium pertinent. veruntamen heres potest sibi hoc remedio succurrere, scilicet vt ex his habeat Falcid. vt scilicet faciat æstimari iustè dicta legata diuisionem non recipientia, & denuntiet legatario vel legatariis vt inferat legatarius eidẽ heredi quartam partem æstimationis legati propter Falc. & si legatarius non inferat, vtatur heres aduersus eum legatarium legatum petentem exceptione doli mali. & idem dico si heres iussus est facere opus aliquod municipibus Bono. puta balineum, vel theatrum, vel stadium. nam & tale legatũ videtur indiuiduum: neque heres intelligitur fecisse aliquod prædictorum trium, nisi ei dederit propriam formam: quæ forma contingit ex consummatione eiusdem operis. & nomine omnium prædictorum legatorum omnes & singuli heredes insolidum tenentur. secus autem est si legauit vsumfructum. nam cum diuisionem recipiat, bene potest de eo directè Falcidia detrahi: & ideò recipit diuisionem vsusfructus: vt si duobus fuerit legatus, pertineant partes eius ad singulos eorum ipso iure. Quid si legaui vxori meæ dotem suam quam mihi dederat? Certè non poterit heres de ea detrahere Falc. quia suam rem videtur mulier recipere. Sed & si legaui vxori meę quicquid eius causa emi, & paraui, expressum est nominatim in ipsa lege Falci. vt hæ quoque res emptæ & paratæ per me nomine vxoris meę, essent extra modum legis Fal. ita quod de eis non possit detrahi Falc. h.d. cum. l. seq. Viuianus.

f ¶ *Indiuiduum.* ad[a] hoc. *j. de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. in prin. & l. iiij. in fi. & s. de seru. l. viæ.* Accur.
g ¶ *Stadium.* expone *vt Insti. de re. diui. §. vniuersitatis.*
h ¶ *Formam.* sic. j.[b] *de no. ope. nun. l. stipulatio. §. opus. & j. de ver. signif. l. ædificia. §. perfecisse.* Sed arg. contra. *s. de auro & argen. leg. l. & si non sunt. §. quid ergo.* Accur.
i ¶ *Tenentur.* vt. *s. fami. ercis. l. heredes. § an ea.*
k ¶ *Denuntiet.* & sic[c] soluit totum protestando[d] de æstimatione. *& facit. s. eo. l. j. §. si vsusfructus. & §. sed operis. & s. eo. l. lineã. in fi. & de leg. ij. l. cùm filius. in prin.* Imò etiam quandoque[e] diuiduum propter indiuiduum æstimatur: *vt. s. eod. l. si mihi fundus.*
ADDITIO. Doctores dicunt contrarium: quia potest opponere exceptionem doli. sed si esset verum quod dicit ista glo. consequitur iure actionis, secundùm Bar.

a Indiuidua sunt facta.
b Forma propria ex consummatione an contingat.
c Solutio potest fieri cum protestatione.
d Protestatione tus nobis cõpetens conseruamus.
e Diuiduum quandoque propter indiuiduum æstimatur.

LXXXI. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum prouinciale.*

SEd vsusfructus[l] * legatus venit in computationem legis Falcidiæ. nam diuisionem recipit, adeò vt si duobus legatus fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant. 1. ¶ Dos relegata extra rationem legis Falcidiæ est,[m] scilicet quia suam rem mulier recipere videtur. 2. ¶ Sed & de his quoque rebus quæ mulieris causa emptę paratę essent,[n] vt hæ quoque extra modum legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est.[o]

Debitor sibiipsi in totum dicitur esse soluendo: sed quo ad alios æstimatur solummodo quantum exigi potest ab eo, & quantum residuum vendi potest. Alexand.

l ¶ SI *& vsusfructus.* continuatur superiori. *& facit. s. eod. l. j. §. si vsusfructus. & s. de vsufru. l. v.* Accursius.
m ¶ *Falcidiæ est.* hoc[a] dic *vt. s. eo. l. cum dotem.* Sed arg. contra. *s. de lega. j. l. si creditori. in fi.* sed dic vt ibi.
n ¶ *Paratæ essent.* hoc expone *vt. s. de leg. ij. l. hoc legatũ. & l. seq.*
o ¶ *Expressum est.* hoc ideo, quia[b] in eis tenuit donatio vsque ad vires dotis ad sustentandum mulierem. tenuit dico ne possit reuocari, vt non possit peti: *vt supra de donatio. inter virum & vxorem. l. ex annuo. & l. si id quod. §. fina. & l. si stipulata.* secus in aliis donationibus quę ipso iure nullæ sunt: *vt. C. eod. l. in donationibus.* Accursius.

QVærebatur.] CASVS. Quamuis hæc lex videatur difficilis, tamen si bene inspiciatur, satis erit plana. ponatis ergo ita eius casum: Titius non habens in bonis nisi quadringenta, quæ debebat ei Gaius: fecit testamentum, & instituit sibi heredem Sempronium: & dicto suo debitori legauit liberationem. Scio autem amico suo legauît quadringenta, & postea decessit dictus testator. modò quæritur, cùm Falcidia locum habeat in hereditate sua paupere, quantum quilibet dictorum legatariorum habere debeat, siue dictus debitor idémque legatarius liberationis non est in aliquo soluendo: siue sit soluendo in parte tantùm, puta in. c. siue in totum satisfacere possit. & huic quæstioni non respondet nunc, sed plenè respõdebit. *j. eadem. l. §. cùm igitur.* & interserit quædam *vsque ad dictum* §. quæ bene faciunt ad solutionem dictæ quæstionis: & dicit quòd lex Falcidia quando vindicat sibi locum in aliquo casu, tribuit heredi quartam ex eo quod refici potest ex hereditate in qua ipsa Falcid. locum habet, & residuus dodrans debet distribui inter legatarios. & si inueniatur in hereditate in qua habet Falcid. locum, & in qua est aliud præter nomen, pone aliquis debitor qui pro parte tantùm sit soluendo, & cui liberatio non sit à testatore relicta: eius quod exigi potest ab eo, pro rata fit distributio inter heredẽ & legatarios, scilicet vt heres habeat quartam, & legatarij tres partes. de residuo autem debiti quod nõ potest facere debitor, est facienda venditio: nisi id demum de dicto residuo in hereditate computetur, quanti potest distrahi nomen, id est pars nominis in qua non est soluendo dictus debitor. non autem tantum computetur in hereditate, quantum continetur in dicta parte nominis in qua debitor non est soluendo. si verò liberatio soli sit relicta debitori qui non est soluendo, ipse sibi soluendo videtur, & quod ad se attinet, diues est: & ita valet ei legatum liberationis in totum. nam & si mortis causa accepto feratur ei id quod debet ita simpliciter, libero te per acceptilationem de eo quod mihi debes: cũ deberet. cccc. ponamus. & nihil facere posset: quadringenta videbitur cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta: licet nihil facere possit. nam si ei soli liberatio est relicta per dictam acceptilationem, ita quòd alicui alij non fuit aliquid relictum de eo quod ipse debitor debebat testatori, videtur sensisse plenam liberationem: quamuis nihil facere possit de eo quod debebat. & ideò si habeat locum lex Falc. debet heres eum liberare in. ccc. per acceptila. & residua. c. debent durare in obligatione. & si quid cœperit posse facere, exiget ab eo heres vsque ad. c. tantum. & idem erit dicendum si dictus debitor quadringentorum de quo dictum est à versi. sed cùm debitori &c. vsque huc, sit expresè liberatus per acceptil. de quadringen-

a Falcidia vt detrahatur ex legato dotis vxori relegatæ.
b Falcidia non deducitur de rebus mulieri donatis ad vsum eius. Res enim huiusmodi mulieris sunt ex causa donationis nõ legati.
* Si & vsusfructus legatus venit &c.

LXXXI. VLPIANVS *libro octauo Disputationum.*

Qværebatur,[a] cum is qui solùm in nomine quadringēta in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, Seio autem quadringēta legauerit: si debitor vel soluendo non sit, vel centum facere possit: quantum quisque haberet interuentu legis Falcidiæ. Dicebam legem Falcidiá ex eo quod refici[b] ex hereditate potest quartam heredi tribuere: residuū dodrantē inter legatarios distribuere. Quare cum nomē minus soluendo est in hereditate: eius quod exigi potest, pro rata fit distributio: residui venditio[c] faciēda est, vt id demum in hereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed cū debitori[d] liberatio relinquitur, ipse sibi soluendo videtur & quod ad se attinet, diues est:[e] quippe si ei mortis[f] causa accepto feratur id quod debet, quadringenta cepisse videbitur: licet nihil facere possit. sensisse[g] enim liberationē plenam videtur, quáuis nihil facere possit si soli[h] ei liberatio relicta est: & ideò Falcidia interueniente, trecenta accepto illi ferri[i] debent: residua centum durabunt in obligatione. & si quidem facere posse cœperit, exigētur ab eo duntaxat vsque ad cētum. Idémque erit[k] dicendum & si mortis causa accepto ei[l] quadringenta ferantur. Vnde eleganter dicitur, acceptilationem in † pendenti[m] fore: vt si quidem mortis tempore quadringenta tota inueniantur[n] in trecenta valeat acceptilatio. Si verò præterea[o] aliquid inueniatur quod quadrantem suppleat: heredi in quadringēta acceptilatio proficiet. Quòd si debitor iste quadringentorum duntaxat centum facere potest: quia sibi soluendo est, necesse habebit centum refundere.[p] Cùm igitur[q] debitor[r] sibi soluendo sit, eueniet vt si herede aliquo instituto, ipsi debitori liberatio, & alij quadringenta legata sint: si quidem soluendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat: alia centum quinquaginta legatario præstentur: heres cē tum habeat. sin verò centum tàtùm facere possit, heredi ex refecto[s] quarta seruanda est. sic fiet, vt centum quę præstari possunt, in quatuor partes diuidantur * tres partes[t] ferant legatarij: heres vigintiquinque habeat debitor qui soluendo non est, secum centum quinquaginta compenset:[u] de residuis centum quinquaginta quæ exigi non possunt, venditio fiet nominis: idque quasi solum in bonis[x] fuerit, repræsentatur.[y] * Quòd si nihil facere debitor potest, æquè in cētum quinquaginta accepto liberandus est: de resi

quadringentis quæ debebat ita dicendo ille qui volebat eum liberare, libero te per acceptilationem de.cccc.quæ mihi debes. nam & in hoc casu quadringenta videtur cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta, licet nihil facere possit. & ideo si habeat locum lex Falc. debet heres eum liberare in.ccc.per acceptilationē, residua.c.debent durare in obligatione: & si quid cœperit posse facere, exiget ab eo heres vsque ad, c. tātum. vnde eleganter & bene dicitur acceptilationē aliquo de prędictis modis factam in pendenti fore: vt si quidem tempore mortis illius qui liberauit debitorē suū prædictū per acceptilationem causa mortis, inueniantur in bonis dicti debitoris quadringentorum integra quadringenta, valeat acceptilatio in. ccc. &. c. habeat heres de quadringentis. si verò aliquid inueniatur in bonis testatoris quod suppleat heredi quadrātem, &. cccc. integra: proficiet dicta acceptilatio debitori. Si autem iste idē debitor quadringentorū qui liberatus est per acceptilationē, potest facere centum tantùm, necesse habebit refundere heredi pro quadrāte. & hoc ideò, quia sibi soluēdo est in quadringētis, licet nō possit facere nisi centū. Cùm igitur dictus debitor de quo proximè dixi, sibi soluendo sit, id est esse præsumatur quantū ad suum præiudicium, licet in veritate non sit soluendo in aliquo vel in.c.tātùm, eueniet vt non possimus soluere quæstionem propositā in prin.huius.l. qui casus fuit talis: Titius nō habens in bonis nisi. cccc. quæ debebat ei Gaius: fecit testamētū, & instituit sibi heredē Sempronium, & dicto suo debitori legauit liberationem, Seio autē amico suo legauit.cccc. & postea decessit dictus Titius testator vnde quæsitum fuit in princ.huius. l. quantum quilibet legatariorum prædictorum habere debeat Falcidia locum habente, siue dictus debitor quadringentorum est in totum soluēdo, siue in parte puta in.c.siue in nihilo. & dicit quòd si dictus debitor est soluēdo in dictis quadringentis totis, heres debet habere de eis.c.pro quarta sua siue Falcidia, &.ccc.debent, diuidi inter dictum debitorē & Seium cui legate fuerunt quadringenta, scilicet vt quilibet eorum habeat.cl. Si verò debitor prædictus possit facere partem de quadringentis, puta centum tantum, hæredi seruanda est quarta ex refecto id est ex eo quod à dicto debitore seruari potest, id est ex dictis c. & tres partes de dictis.c.id est septuaginta quinq; debet habere Seius, cui legata sunt quadringenta. iudex ergo faciet vt centum quæ præstare potest debitor, diuidantur in quatuor partes, & tres partes de illis quatuor partibus factis de cētum prædictis, debēt habere legatarij, id est Seius legatarius cui fuerūt legata cccc heres autem debet habere quartam partem de dictis cētum, id est xxv. Debitor autem prædictus qui soluēdo non est nisi in c. debet compensare secum centum quinquaginta de illis trecentis in quibus non est soluēdo, de residuis autē.c.quinquaginta de dictis trecentis quę exigi non possunt à dicto debitore, debet fieri venditio nominis: & illud quod accipietur ex vēditione dicti nominis de quinquaginta, repræsentatur heredi, & dicto Seio legataio quadringentorum, quasi solùm in bonis fuerit: puta de dicto nomine de.c.quinquaginta accepta fuerunt per venditionem. l.tātùm. illa certè quinquaginta tantùm repræsentantur heredi & Seio legatario: & nō cētum superflua, scilicet vt de illis quinquaginta habeat heres quartā, & dictus Seius legatarius tres partes. illa enim quinquaginta sola videntur esse in bonis, & non centum superflua. Si autem nihil potest facere dictus debitor in centum quinquaginta sicut & in casu superiori, dictum est eum liberandum: de residuo autem id est de ducentis quinquaginta faciēda est nominis venditio: vt de eo quod ex venditione redigetur: habeat heres quartam: & dictus Seius legatarius quadringentorum tres partes. & id quod redigetur ex dicta venditiōe nominis, repręsentatur dicto heredi & dicto legatario Seio: quasi solùm in bonis fuerit, vt dictū est in superiori proximo casu & hoc vult dicere hæc lex, sicut mihi videtur.

a ¶ *Quærebatur.* duos casus principaliter ponit, licet responsa sint plura, s. quādo debitori liberatio, & idē debitum alij: secundo quādo soli debitori liberatio relinquitur. Acc.

b ¶ *Refici.* i. colligi vel haberi ex nomine hereditario, cùm nihil aliud sit in hereditate. Accursius.

c ¶ *Venditio.* facit.s. *eo.l. in quantitate.* §. *magna.*

d ¶ *Debitori.* soli. *vt.* j. *patet.* Accur.

e ¶ *Diues est.* sic.s. *eo.l.Nesennius.*§.*si.* & *l.j.*§.*si creditor.* & .s. *de libe.leg. l.si quis reū.*§. *huic.* ¶ Sed ar.cōtra.s. *de reli.* & *sump.fu.l.sic pro rata.*§.*si.* ADDITIO. Dic secundùm Bartolum quod hic agitur de aliquo liberando: ibi de aliquo exigendo.

f ¶ *Si ei mortis.*s.titu. legati, hîc donationis causa mortis.

g ¶ *Sensisse.* redit ad legata.

h ¶ *Soli.* quia[b] secus si vtrique reo debendi liberatio est relicta. Azo. & alter est soluendo, & alter non: *vt.* j. *ea.l.colligitur.*

i ¶ *Ferri.* aliàs fieri: & ita in libro domini Accur.

k ¶ *Idémque erit.* redit ad donationem. & dic idem quod dixi in legato.

l ¶ *Ei.* debitori à testatore, sc. nam in hoc differt à legato quod ab herede datur: *vt Insti. de lega.*§.j. Accur.

m ¶ *In pendenti.* sic.s. *de dona.inter vi.* & *vxo.l.cum hic status.*§. *sin autem.* ¶ Et dic acceptilationem, scilicet mortis causa factam.

n ¶ *Inueniantur.* & nihil amplius.

o ¶ *Præterea.* scilicet vltra quadringenta.

p ¶ *Refundere.* occasione Falcidiæ.

q ¶ *Cum igitur.* redire vult ad primum casum legis.

r ¶ *Debitor.* s. insolum.

s ¶ *Ex refecto.* i. ex eo quod potest haberi ex nomine. quod statim aperit, sic fiet.

t ¶ *Tres partes.* nec caput libri, nec lex, nec.§.est hîc, sed est pars legis superioris. sed ideo sic fuit resecata, quia per partes sic fuit liber inuentus. dic ergo tres partes deductis.c. scilicet.lxxv. & dic legatarij, id est legatarius, vt.s. posuit, & statim patet. Accur.

u ¶ *Compenset.* & sic habet totum suum legatum, & alius non: sed hoc habere est quasi non habere: nec est nociuum alij,

x ¶ *In bonis.* i. ex dicta venditione nominis.

y ¶ *Repræsentetur:* i. accipiatur, & diuidatur inter heredem, &

† Imò in pendenti esse non potest acceptilatio. *l. vsusfructus. l. si seruus communis.*§. *de stipula. seruorū.* Dic acceptilationem causa mortis in pendenti esse posse, *vt hac lege.* inter viuos in pendenti esse nō posse. *vt in lege contraria.*

* Hucusq; vetustissimū Infortiatum perueniebat. Nam in verb. TRES PARTES finitū fiebat alterius breuis voluminis, vt indicāt veteres manu. scripti in quibus ea pars alia manu & membrana postea scripta addita est.

a Diues & soluēdo sibi quisque debitor videtur.

* Repræsentetur.

b Imò dic, soli sibi: quia secus si ei liberato & alteri 400, essent legata. *vt in princip.* & *fine huius legis.*

interdictum alium legatarium: & de hoc nihil dabitur.

SI creditor.] CASVS. Tu Titius habebas filium habentem in peculio centum. hic tuus filius contraxit cum Seio, & factus est debitor in c. vnde tu pater teneris dicto creditori de dicto peculio filij tui. postea dictus creditor instituit te heredem, & multa legata reliquit à te quibusdam vltra dodrantem hereditatis suæ: ita quòd habet locum Falci. & postea decessit dictus Seius creditor: & tu incontinenti adiuisti hereditatē eius. modò veniunt legatarij eius, & petunt à te legata. & tu vis ponere cū eis rationē legis Falcid. & detrahere de legatis quadrātem. certè dicitur q̀ prius debes tibi computare in dictum quadrātem quantitatem dicti peculij filij tui qui fuit in eo peculio eo tempore quo adiuisti hereditatem dicti creditoris filij tui. videtur enim esse de bonis dicti creditoris dictum peculiū, cùm ipse haberet actionem contra te, vt ei satisfaceret de credito suo in dicto peculio & creditum erat centum, & peculium centum, vt dictum est. & postea si quid deest tibi ad quadrātem dicti creditoris, illud detrahet de legatis à dicto creditore relictis. Viuianus.

a ¶ *Aditæ hereditatis.* Imò mortis: *vt.s.de pecu.l.eo tempore.§.si creditor. quæ est contra* Sol. ibi tempore mortis, & aditæ hereditatis idē est: quia filius erat heres, qui protinus[a] mortuo testatore est heres: *vt Instit.de hered. qua.& diff.§.sui.* hic est extraneus heres secundū. Bul. 2. Vel secūdū Io. ibi eadem quātitas fuit tempore mortis vel aditionis. 3. Vel tertiò id[b] tēpus inspicitur quod plus proficit legatariis, id est quo plus est in peculio, vel mortis vel aditionis tempore: *vt.s.e.l.cum quo.* Accursius.

a Filius mortuo testatore protin[a] est heres. *adde Gl. l.si alienum. vt.§.1. s. de hæredib. instit. vbi dicitur statim esse heres. adde quæ scripsi in Glo. l. cum hereditas. C. depositi. Gomezium.1.Resolut.9.num.17.*

b Tempus id inspicimus qd magis legatariis prodest: puta quo plus est in peculio.

duo vēditionē nominis faciēdi. Neratius ait. quod & nos probamus.

Si debitor peculiaris scribitur heres: in imponenda ratione legis Falcidiæ habetur ratio quanti plurimi fuit à tempore mortis testatoris, vel aditæ hereditatis. Barto.

LXXXIII. IVLIANVS *libro duodecimo Digestorum.*

SI creditor filij tui heredem te instituerit, & legis Falcidiæ rationem ponas: peculij quantitas quod aditæ hereditatis[a] tempore fuisset, in quadrantem tibi imputabitur.

Si propter negligentiam tutoris pupillus non sensit damnum, sed sentire incipiebat heres eius: incipit heredi competere actio tutelæ, quæ nunquam competiit defuncto. Alexander.

LXXXIIII. IDEM *libro tertiodecimo Digestorum.*

REperitur casus[b] quo heres agere potest, quamuis testator[c] agere non potuerit: veluti si tutor cum solueret legata, nō interposuerit stipulationē,[d] quāto plus quàm per legem Falcidiam capi licuerit,[e] solutum fuerit, reddi. pupillus quidem eo nomine tutelæ non agit,[f] sed heredi eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

REperitur.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem institui, & ei pupillariter substitui Titium: & ita feci testamētum: ipse tamen impubes quodammodo dicitur testator in illa pupillari substitutione quam ei feci. Item reliqui à dicto impubere multa legata quibusdam. Item dedi ei tutorem Sempronium. Itē & à dicto substituto multa legata reliqui aliis quibusdam: & taliter legata reliqui ab impubere & ab eius substituto, quòd si omnia debeant solui, habet locum Falcidia. si autem debeant solui legata tantum ab impubere relicta, non habet locum Falcid. debent autem solui omnia per substitutum impubere in pupillari ætate decedente, & sic substitutione locum habente: vt supra eo. is cui. & postea decessi postea venerunt legatarij prædicti, & petierunt legata à dicto tutore: & tutor soluit eis: & non fecit eos sibi tutori promittere de redendo quantum postea apparuerit plus eis solutum nomine legatorum quàm licuerit per eos legatarios capi per l. Falcid. postea locum habentem, ideò quia vindicabat sibi locum substitutio pupillaris. modo quæritur, an dictus impubes possit agere contra tutorem propter hoc? Et dicitur quòd non: quia vt dictum est, eo viuente non habet locum Falcidia: & ita cùm non habeat damnum propter dictam omissionem tutoris, non potest agere contra eum. mortuo autem dicto impubere in pupillari ætate, sicque locum habente substitutione, & ita substituto necessitatem habente soluere legata relicta ab impubere, & à se, sicque locum Falcidia habente, agere poterit substitutus qui est heres impuberis, contra dictum tutorem, ex eo quòd dictus tutor omisit facere interponi dictam promissionem cum soluit legata. & sic est iste casus quo heres agere potest, quamuis testator non potuerit. Viuianus.

b ¶ *Reperitur casus.* specialis *sic & .s. de euic. l. si per imprudentiam. §. non mirum.*[c] sed regulariter[d] contra: *vt.j.de regu.iur.l.heredem.*

c *adde. l. 1. C. si vt. se ab heredi tate. l. pen. ols. & l. 10. l. hereditariam. j. de bonis authoritate.*

d Heres regulariter agere nō potest, vbi defunctus non potuit.

c ¶ *Testator.* id est prædecessor.

d ¶ *Stipulationem.* hanc scilicet, quanto. Accursius.

e ¶ *Licuerit.* legatario. Azo.

f ¶ *Non agit.* cùm eo viuo Falcid. non habeat locum. alioquin & ipse agit: *vt infra titu.j.l.j.* ¶ Sed nonne mortis tempore Falci. detrahitur? Respon. sic regulariter:[a] sed quandoque fallit: vt quia conditionalis debiti ab hereditate extitit conditio: *vt supra eod. l. in quantitate. §. magis. & .§. sed & si legata.* Accursius.

a Falcidia regulariter detrahitur mortis tempore.

LXXXV. IDEM *libro octauodecimo Digestorum.*

SI dos socero data est, & solus filius heres patri extitisset: dotem confestim in computatione hereditatis, & Falcidiæ rationem in ære alieno deducet. aliter enim videbitur indotatam vxorem habere. Quòd si filius extraneum coheredem habeat: ipse quidem semper pro qua parte patri heres erit, dotem in ære alieno deducet: & coheres eius, antequam dos à filio præcipiatur.[g]

Prælegata non veniunt in fideicom. quando quis primò rogat secundò prælegat. Item qui quartam detrahit de voluntate defuncti, quartam hereditatis sibi computat: aliàs totam hereditariam partem. Bartolus.

LXXXVI. IDEM *libro quadragensimo Digestorum.*

SI dos socero.] CASVS. Titia nupsit filio meo Seio: & mihi socero dedit in dotem centum, & sic ego teneor dotem restituere in casum restituendæ dotis: *vt & supra solut. matrimo. l. si cum dotem. §. transgrediamur.* postea feci testamentum & dictum meum filium institui mihi solum heredem, & ab eo multa legata reliqui etiam vltra dodrantem hereditatis meę sicque habere debet locum Falcidia, & postea decessi. postea petierunt legatarij legata à dicto meo filio: & ipse respondit eis quòd volebat detrahere Falcid. de legatis, & habere ante partem dotem dictæ vxoris suæ prædictæ. quæritur, nunquid possit hoc facere? Et dicitur quòd sic: quia si oporteret eum sibi computare in quadrantem dictam dotem, videretur indotatam habere vxorem suam: quod esse non debet. Si autem retento eodem casu institui mihi heredem dictum filium, & quendam extraneum, ipse quidem filius meus semper dotem in ære alieno deducet, scilicet pro ea parte qua heres mihi extitit: quia pro ea parte habere debet dotem: licet in iudicio familiæ erciscundæ modò cum herede suo debeat habere totam. coheres etiam eiusdem mei filij deducet dictam dotem in ære alieno cum legatario, scilicet pro ea parte qua heres mihi extitit. & hoc antequam dictus meus filius percipiat dictam dotem. nam postquam filius meus percepit dictam dotem, non est quod heres possit deducere de dicta dote in ære alieno. Viuianus.

g ¶ *Præcipiatur.* si[b] enim filius à coherede dotis partem percepisset, ipso iure liberatus esset coheres. Azo. *& facit Cod. familiæ erciscundæ. l. secunda. & supra familiæ erciscundæ. l. si filia. §. j. & l. si maritus. & de iure dotium. l. si is. §. j. & de dote prælegata. l. iij. §. j. in fine.*

b Dotem à cohærede filio præcipiente, cohæres ipso iure censetur liberatus. vt hic. Imò iure quidem ipso liberatus est tantum à filio at non ab vxore, ideóque locus est cautioni. *l. si filia. §. hoc amplius. s. famil. erciscun. l. 1. §. 1. s. de dote prælegata.*

TItia testamento.] CASVS. Titia habens fratrem Titium instituit eum sibi heredem in tertia parte hereditatis suæ, & in alia tertia secundam, & in alia Proculam: & commisit fidei dicti sui fratris, vt dictam suam partem hereditatis, id est tertiam dictæ Secundæ & Proculæ coheredibus suis restitueret retenta sibi quarta parte dictæ suæ partis. postea eadem Titia prælegauit duo pone pro Secunda eidem fratri suo: quod quidem legatum valuit quo ad partes coheredum, non quoad suam: quia sibi à semetipso legari non potuit: *vt.s.de lega.j.l. legatum est delibatio.§.j.* vnde suam partem dicti legati debet habere iure hereditario: partes autem coheredum iure prælegati. & postea decessit dicta Titia veniunt Secunda & Procula, & petūt à dicto Titio suam partem hereditatis Titij, id est tertiam hereditatis Titiæ, id est quatuor vncias. dicit Titius: Bene volo vobis restituere, retenta tamen quarta Trebellianica, id est vna vncia sicut testatrix dixit dicit Secunda & Procula, placet nobis: sed nos volumus quòd computes tibi in dicta quarta partem tuam dictorum prædiorum tibi prælegatorum, quæ est quatuor vnciæ eorundem prædiorum: quam quidem tuam partem prędiorum habuisti iure hereditario: & ita nolumus quòd prædia quæ tibi prælegata sunt, integra retinere debeas etiam pro ea parte hereditatis quam rogatus fuisti nobis restituere, id est pro tertia. nam tua pars hereditatis fuit tertia hereditatis: id est

TItia † testamẽto suo Titium fratrem suũ ex parte tertia [a] heredem instituit, fideíque eius cõmisit vt hereditatem retenta quarta parte [b] Secundæ & Proculæ restituat. eadem fratri quædam prædia prælegauit. Quæro an Titius ea quæ prælegata sunt, etiam pro ea parte [c] hereditatis quam rogatus est restituere, an integra [d] retinere debeat. Respõdi, Titium legata integra retinere debere: [e] sed in partem quartam imputari oportere duodecimam [f] partem prædiorum: sed si non esset adiectum, vt pars quarta deduceretur, totum trientem [g] prædiorum legi Falcidiæ [h] imputari oportere: quoniam contra sententiam [i] matrisfamiliæ lex Falcidia induceretur. [k]

† Ista lex est singularis secundum Bart. hic: & non habet parem, nec concordantiã, secundum eundem Bart.

id est non solum iure prælegati volumus quòd retineas integra dicta prædia, sed etiam loco partis hereditatis quam nobis fuisti rogatus restituere: ita scilicet vt non detrahas aliquam quartam de dicta tua hereditatis parte. dicit dictus Titius, In vno consentio vobis de iis quæ dicis: quia bene volo integra mihi retinere prædia: sed in quartã meæ partis hereditatis, quã partem debeo vobis restituere, nolo mihi imputare totam partẽ meam prædiorum quę est quatuor vnciæ eorundem prædiorũ: quã quidem meam partem prædiorum habui iure hereditario: sed solummodo duodecimã partem dictorum prędiorum volo mihi imputare in dictam quartam. & si tantum erit duodecima pars prædiorum. id est vna vncia prædiorum, quantum capit dicta quarta meæ partis hereditatis, quæ quidem quarta est vna vncia totius hereditatis Titię sororis meæ, bene erit. si autem non capiat tãtum dicta duodecima pars prædiorum quantum dicta quarta, volo supplere mihi dictã quartam ex parte mea hereditatis quam vobis debeo restituere. nam non debeo esse deterioris conditionis in hoc casu cùm fuerunt mihi prędia pręlegata, quã essem si cuidam quarto legata fuissent: quo quidem casu non retinerem nomine Falc. nisi duodecimam prædiorum, id est quartam meæ partis prædiorum. nam tres sumus coheredes, & quilibet nostrũ habet quatuor vncias in prædiis iure hereditario. modò quæritur, cuius dictum debeat obtinere? Et dicitur quòd dictum Titij, & non dictum coheredum suarum. ¶ Sed quid si dicta Titia testatrix nõ dixit vt Titius retineret sibi quartam partem suæ partis hereditatis. cùm dictam suam partem hereditatis restitueret coheredibus suis prædictis? nunquid totus dictus triens prædiorum quem habet dictus Titius iure hereditario, imputabitur in quartam Trebellianicam quam vult retinere Titius de dicta sua parte hereditatis, cum eam restituit coheredibus suis? Et dicitur quòd sic. & est ratio quare, quia dictam quartam retinet dictus Titius contra sententiam dictæ Titiæ matrisfami. quamuis iure permittente retineat. vnde non est mirum si totum dodrans prędiorũ imputatur in quarta prædicta, & non duodecima tantum prædiorum: vt in superiori casu quo dixit testatrix, retenta quarta &c. Viuianus.

a ¶ *Tertia*. i. quatuor vnciis. & de residuo alios. aliàs Titius haberet totum: *vt. s. de hered. insti. l. j. § si ex fundo*.

b ¶ *Quarta parte*. quæ est duodecima totius.

c ¶ *Pro ea parte*. s. pro tribus partibus suæ institutionis.

d ¶ *Integra*. non dubitabatur quin quartam partem legatorum retinere possit: sed quęritur, vtrum integra possit retinere pręlegata. Azo.

e ¶ *Debere*. hoc ideò, quia in rogando habuit mentionẽ hereditatis. [a] secus autem si dixisset: Portionem tuam, non habita mẽtione hereditatis: quia etiam tunc prælegata restituerentur: *vt. j. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam*. si modò prælegauit antè, & postea rogauit: quæ dic, [b] *vt. C. de fidecom. l. cum virum*. Sed opponitur etiam si habuit mentionem hereditatis, vt in nostro casu, non retinet totam: sed hereditaria cadit in fideicõ. *vt. j. ad Trebe. l. in fideicommissariam. §. final. quæ est contra*. Solut. [c] satis [d] cadit in fideicommissum si computat in quartam quod facit in totum quando contra voluntatem testatoris retinet quartam, vt hic subiicit.

a Hæc solutio in se vera est: sed ad hanc legem nõ est necessaria: quia ibi primò prælegauit, postea rogauit de restituendo: hic è contra.

b Ibi per verba generalia: hic simpliciter.

c Hoc est, satis restituit, cũ sibi in quartã computauit.

d Dic melius, hic primò rogauit, deinde prælegauit: ibi contra.

e Falcidiam & Trebellianicã hic præter & contra voluntatẽ defuncti detrahit, cum nõ detrahi testator nõ præcepit.

f ¶ *Duodecimam*. i. quantum eius partis in qua institutus est: vt diximus in casu. *C. fami. erciscun. l. filium*.

g ¶ *Trientem*. i. quatuor vncias quas habet iure hereditario: *vt. j. eo. l. in quarta. j. respon*.

h ¶ *Falcidiæ*. i. quartæ Trebel. de ea enim loquitur, secundùm Io. Accursius.

i ¶ *Contra sententiam*. quod [e] est eo ipso quòd nihil dixit indè testatrix: *ut. C. eo. l. j*. Accursius.

ff. Infort.

k ¶ *Induceretur*. i. quarta retineretur.

Quod pretij nomine capitur, non videtur legatum: sed iure hereditario capi. Bart.

LXXXVII. IDEM *libro sexagensimoprimo Digestorum.*

QVi fundum solum in bonis centum relinquebat, si heredem suum damnauerit, vt eum quinquaginta Titio venderet, non est existimandus amplius quàm quinquaginta legasse: ideóque lex Falcidia locum non habet. [l]

1. ¶ Item is qui duos fundos in bonis centum [m] haberet, si me & Titium heredes instituisset, & damnasset me vt Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem, & contra Titium damnasset vt mihi fundum Seianum quinquaginta [n] venderet, non animaduerto quemadmodum lex Falcidia locum habere possit: cum vterque heredum vnius [o] fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus sit, in qua pars dimidia hereditatis [p] est. Nam certè qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi [q] partem hereditario [r] iure habet. Item qui

QVi fundum.] CASVS. Seius habens in bonis solummodo vnum fundum valentem. c. instituit sibi heredem Gaium, & damnauit eum vt dictum fundum venderet Titio pro quinquaginta, & postea decessit. modò quæritur nũquid habeat locum lex Falcidia in hereditate sua? Et dicitur quòd non videtur legasse Titio dictus testator nisi quinquaginta quæ valet plus dictus fundus quàm iussus fuerit heres dicto vendere. & ita cum. l. quæ accepit heres à Titio pro pretio fundi, remaneant apud eum: ideò quartã imò dimidiã hereditatis habet. ¶ Sed pone q dictus Seius habebat in bonis fundũ Cornelianum & Sempronianum, quorum quilibet valebat cẽtũ, & instituit me & Titium heredes: & damnauit me vt eidẽ Titio coheredi meo fundum Cornelianum, id est meam portionem fundi Corneliani venderem pro. l. & econtrario Titium damnauit vt mihi fundum Seianum, id est dimidiam quam in eo habebat idem Titius, venderet pro. l. nunquid habebit locum lex Fal. inter me & Titium? Et dicitur quòd non: cùm vterque nostrum sit habiturus iure hereditario dimidiam partem vnius fundi: in qua dimidia cuiuslibet nostrum est pars dimidia, id est quarta hereditatis: quia fundi valebant. cc. vt dictum est, id est quilibet. c. cum ergo quilibet nostrum habeat iure hereditario quartam hereditatis, vt dictum est: non est mirũ si non habet locum lex Falci. Et bene dixi quòd quilibet nostrum est habiturus iure hereditario dimidiam vnius fundi. nam certè ego qui damnatus fui vendere Titio coheredi meo partem meam fundi Còrneliani, habebo iure hereditario dimidiam partem fundi Seiani venditi mihi pro alia dimidia à dicto meo coherede: & partem mihi venditam eiusdem fundi habebo iure emptionis. Item Titius coheres meus qui damnatus fuit vẽdere mihi partem suam fundi Seiani, id est dimidiam fundi Seiani, retinet iure hereditario dimidiam partem fundi Corneliani venditi sibi à me pro alia dimidia: & dictam dimidiam quam ei vendidi in eodem fundo Corneliano, habebit iure emptionis: & sic ego inuenior habere totum fundum Seianum, id est dimidiam eius iure hereditario, & aliam iure emptionis: & Titius coheres meus inuenitur habere totum fundum Cornelianum, id est dimidiam eius iure hereditario, & aliam iure emptionis.

l ¶ *Locum non habet*. Imò totus videtur in legato: & sic Falc. locum habet: *vt. j. eo. l. in quarta. in fi. l. quæ est contra*. Sol. subtiliter inter emptionem [a] & conditionem distingue: vt in venditione dicas non fundum venditum esse relictum: ideóque nec fundus venit in computatione, sed id solùm quod minus iusto vendiderit. at in secundo casu totum fundum vendicat, aliàs computat, quia totus legatus est: nec eius quod pro conditione datur, fit computatio: quia non accipitur iure hereditario. vel ei à quo accipit, cõputat, sed non alij: *vt. s. eod. l. Nesennius*. vel omnibus computat: cùm idcirco hoc testator heredi præstari voluit, vt omnibus solida legata præstaret: *vt. s. eo. l. quod autem*. Io. & secundùm hoc cõcor. *s. eo. l. in ratione. §. vendere. & §. tametsi. & l. si fundus legatus & l. si dignum*. Accur.

a Emptionis & conditionis differentia. Est enim aliud capi vt pretium, aliud causa cõditionis implẽdæ. *l. si dignus. j. eod.*

m ¶ *Centum*. s. singulos tanti pretij.

n ¶ *Quinquaginta*. tantum valebat mea hereditaria sua ergo dimidia iure hereditario remanet sibi in eodem fundo: *vt infra dicet*.

o ¶ *Vnius*. non aperit cuius: sed statim dicit.

p ¶ *Hereditatis*. s. partis suæ. vel ita in qua pars dimidia hereditatis est, id est quarta. Accur.

q ¶ *Seiani fundi*. quem emit. Accur.

r ¶ *Hereditario*. aliàs hereditario: aliàs est hereditariã. subaudi,

damnatus est Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario iure retinet.[a]

Heres potest detrahere sibi debitum in imponenda ratione legis Falcidiæ, sicut si deberetur extraneo. Alexand.

2. ¶ Si quis [b] heredem instituerit eum cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, in ratione legis Falcidiæ centum deducere debet: quia si alius quilibet heres extitisset, hæc centum in ære alieno ponerentur.

Conditio cuius euentus vel defectus legata non vitiat, eorum petitionem non differt: & plures portiones vnius & eiusdem instituti contribuuntur adinuicem ad augendum legata. Alexand.

& aliam partem iure emptionis.

a ¶ *Retinet.* & aliam iure emptionis consequitur.

Si quis heredem.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt post mortem suam cētum restitueret Seio, & postea decessi. & postea dictus Titius venit ad mortem, & instituit sibi heredem dictum Seium, & multa legata quibusdam reliquit. & postea decessit idem Titius. certè Seius heres eius debet sibi anticipare dicta. c. quæ debebat ei Titius tanquam æs alienum hereditatis Titij: & postea debet detrahere Falcid. de legatis. & est ratio: quia si alius quilibet extitisset heres Titio, dicta. c. ponerentur in ære alieno. Viuia.

b ¶ *Si quis.* facit. *C. eo. l. in imponenda. in prin. & l. irritum.*

Si tu ex parte.] CASVS. Seius instituit te Gaium heredē ex parte quarta, id est in trib⁹ vnciis hereditatis suæ, quæ appellatur quadrans: & purè fecit dictam institutionem: & Titium ex alia quarta parte similiter purè: & à te Gaio legata reliquit quibusdā: & postea te Gaium ex parte dimidia heredem instituit sub conditione, si nauis ex Asia venerit, quæ dimidia dicitur semis. & ita fuisti institutus in quadrante purè, & in semisse sub conditione, & ita debes habere nouem vncias hereditatis, & Titius tres, quæ nouem vnciæ appellantur dodrans, & postea in hac tua secunda institutione legata & libertates fuerunt purè quibusdam relicta per dictum testatorem: & postea decessit dictus Seius. modò quæritur, an pendente conditione dictæ secundæ institutionis, libertates in ea secunda institutione datæ, & legata omnia præstari debeant legatariis, id est tam legata relicta in prima institutione, quàm relicta in secunda? Et respon. quòd sic: & est ratio: quia siue dicta conditio extiterit te Gaio herede existente: vtraque supradicta valēt. siue dicta conditio defecerit, tu Gaius & Titius heredes eritis pro virili portione, scilicet medietate illius medietatis sub conditione tibi relictæ accedente prædicto Titio. vnde siue existat dicta conditio, siue deficiat: semper existit casus quo possunt valere omnia prædicta. Sed pone quòd dicta conditio tuæ secundæ institutionis extitit: & sic habes tu Gaius quadrātem tibi purè à testatore datūm & etiam semissem tibi sub conditione datum: & ita habes dodrantem totius hereditatis, id est nouem vncias: & Titius coheres tuus habet tres. nunquid cùm habeas dodrantem hereditatis. cogeris pro ea parte legata præstare: vt sic prosit illis legatariis quibus fuit legatum à te instituto purè in quarta hereditatis? prosit dico ille semis in quo fuisti institutus sub conditione prędicta. prosit adhuc dico quo ad Falcidiam de legatis eorum detrahendam? Et respond. quòd sic. nam misceri debent duæ tuæ partes hoc casu, id est quadrans qui purè est datus, & semis tibi datus sub conditione. Viuianus.

c ¶ *Fueritis.* scilicet purè.

d ¶ *Dimidia.* quæ supererat: & sic in dodrante.

e ¶ *Datæ fuerint.* scilicet simpliciter, non exprimendo an puris institutionibus vel conditionalibus: nec quantum à quolibet herede.

f ¶ *Pendente.* scilicet conditione secundæ institutionis.

g ¶ *Præstabuntur.* De libertatibus planum est. Sed de legatis quæro quantum quilibet soluet? Respon. aut species [a] hereditaria est relicta, & tunc aget rei vindicatione ad totam contra vtrumque, cum ambo heredes teneantur, adiiciendo vt quilibet soluat quantum eum competat soluere: & sic ad incertam partem contra quemlibet: *vt supra de rei vindica. l. quæ de tota.* §. j. & idem si agatur actione personali ex testamento ad dictam speciem. Si autem est quantitas, [b] tunc quilibet in eo quod est purè institutus, conuenitur: nec eo plus tenetur aliquis. quia conditione existente vel deficiente possit recuperare ab alio: *vt. j. de regu. iur. l. nemo.* Ideò plus dico institutum sub conditione posse conueniri in medietatem residui, cùm etiam deficiente conditione medietatem residui est habiturus.

a Legatū speciei quemadmodum peti debeat.

b Legatū quantitatis quemadmodum peti debeat.

h ¶ *Eritis.* pro virili portione medietate conditionali vtrique accedente. & sic similiter vtraque valet.

3. ¶ Si tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes scripti fueritis, [c] deinde tu ex parte dimidia [d] heres institutus fueris sub conditione, & legata, item libertates datæ fuerint: [e] pendente [f] conditione libertates competent, legata tota præstabūtur: [g] quia siue conditio extiterit te herede existente, vtraque valēt: siue conditio defecerit, tu & Titius heredes eritis.[h] Lege* Falci. si hoc quæras, an existente conditione misceatur quadrās tuus & semis, atque ita pro dodrante ratio ponēda est cum his quibus à te purè herede legatum est: respondebimus misceri duas partes.[i] 4. ¶ Qui filium suum impuberem & Titium æquis partibus heredes instituerat, à filio

* De lege Falcidia.

i ¶ *Duas partes.* vt sic dodrans videatur tibi relictus. *& facit supra de acquiren. here. l. si tu. & supra eod. l. in ratione.* §. *penult. in fin. illius.* §.

Qui filium.] CASVS. Seium filium impuberem institui mihi heredem in sex vnciis hereditatis meæ, & reliqui ab eo tot legata, quæ ceperunt totas dictas sex vncias: & Titium institui mihi heredem in aliis sex vnciis: & in nihilo eum legatis grauaui, & eundem Titium substitui dicto meo filio vulgariter & pupillariter, id est vt si mihi heres non erit dictus meus filius, prædictus Titius sit mihi heres. aut si mihi heres erit, & in pupillari ætate decesserit, dictus Titius sit mihi heres. & postea decessi, & postea dictus Titius extitit mihi heres ex sua institutione. & postea antequam dictus meus filius esset mihi heres, decessit. vnde Titius extitit mihi heres ex substitutione vulgari. modò quæritur, vtrum dictus Titius substitutus præstet solida legata quæ reliqui à dicto meo impubere filio: an verò deducta quarta? Et dicitur quòd solida præstare debet, & est ratio: quia duo semisses in quibus filium meum & Titium heredes institui, sunt confusi & coadunati in persona Titij qui ex vulgari substitutione successit mihi in semisse quem dedi dicto meo filio: & faciunt dicti duo semisses confusi vt habeatur ratio totius hereditatis circa. l. Falcid. vnde cùm mihi soli in totum heres extiterit dictus Titius, solida præstare debet prædicta legata quousque habeat tantum tres vncias de tota mea hereditate, id est quartam hereditatis meæ: vt Institut. de pupillar. substitut. §. quo casu. Si autem dictus Titius adiuisset pro sua parte non grauata, & postea in pupillari ætate decessisset, & sic Titius extitisset ei heres ex pupillari substitutione: non præstabit Titius substitutus ampliora legata quàm quibus legatis dictus meus filius obligatus fuerat: quia hoc casu dictus Titius non obligatur legatis suo nomine, sed nomine dicti mei filij impuberis defuncti: qui meus filius nihil amplius necesse habuit præstare legatariis quibus à se relicta sunt legata, quam dodrantem semissis: in quo semisse eum mihi institui, id est non tenebitur præstare dictis legatariis nisi tres partes semissis, & quartam dicti semissis sibi poterit retinere per l. Falcid. in hoc ergo casu dictus Titius in ratione. l. Falcid. retinet sibi integram suam partem non grauatam, & retinet tantum quartā partem grauatæ quam dedi dicto meo filio: & ita retinet sibi septem vncias, & quartam partem aliarum duarum vnciarum, & dat legatariis prædictis tres vncias & tres partes dictarum duarum vnciarum. & hæc vsque ad. §. quòd si extranei, &c. vbi retinet eundem casum, scilicet quando institui mihi heredes pro æquali parte dictum meum filium & dictum Titium. ¶ Sed pone econtrario, scilicet quòd semis dicti Titij etranei totus fuit per me legatus, & semis dicti mei filij non fuit in aliquo grauatus, & postea me mortuo extitit dictus Titius heres dicto meo filio ex substitutione siue vulgari, siue pupillari, & quærit, nunquid hoc casu augeantur legata quæ reliqui à dicto Titio? Et respon. quod sic. hoc enim casu accessit pars nō grauata grauatæ, & perinde agendum est hoc casu circa legata, ac si cuilibet coheredi nō grauato substitutus fuisset dictus Titius grauatus, & eo herede omittente hereditatem ex asse, heres extitisset idem Titius: quia semper idē Titius substitutus deducet rationem. l. Falci. ex quantitate bonorum quæ ego testator reliqui, id est siue sit substitutus pupillo non grauato, & ex substitutione siue vulgari siue pupillari ei heres extiterit, vt dictū est in. §. quòd si extranei. vsque illuc, ac perinde &c. siue sit substitutus cuilibet alij coheredi nō grauato: & postea ex asse heres extitisset: vt in versic. & perinde, &c. hoc vsque ad versiculum, pene eadem, &c. vbi dicit quòd penè, & siue penè eadem dicenda sunt si ego instituissem mihi heredes meos filios impuberes, scilicet vnumquemque eorum in vno semisse, & vnius semissem grauassem legatis, & alterius nō, & eosdē impuberes inuicem substituissem, & postea in iure substitutionis ad alterum eorum hereditas mea redierit, & habenda sit in hereditate mea ratio. l. Falci. nam aut ille impubes cuius semis grauatus est legatis, successit alteri impuberi

puberi grauato:& tunc augentur legata à se relicta.aut econuerso, & tunc non, *vt.ȝ.dictum est.* Viuianus.
a ¶ *Legauerat.*& per legata exinaniuerat.
b ¶ *Substituerat.*vulgariter & pupillariter.
c ¶ *Mortuo.* antequam esset heres:vt infra subiicit.
d ¶ *Ex substitutione.* s. vulgari:vt.j.patet.

totum semissem legauerat, [a] à Titio nihil,& Titium filio substituerat.[b] Quæsitum est, cum Titius ex institutione adisset,& impubere filio mortuo, [c] ex substitutione[d] heres extitisset.quantú legatorum nomine præstare deberet. Et placuit solida legata eú præstare debere. Nam confusi duo semisses efficerent vt circa legem Falcidiam totius assis[e] ratio haberetur, & solida [f] legata præstarentur. Sed hoc ita verú est, si filius antequam patri [g] heres existeret, decessisset. Si verò patri heres fuit, [h] non ampliora legata debet substitutus, quàm quibus [i] pupillus obligatus fuerat:quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli, qui nihil amplius quàm semissis dodrátem præstare necesse habuit.

5. ¶ Quòd si extranei heredis semis totus legatus fuerit, isque pupillo à quo nihil legatum erat, substitutione [k] heres extiterit, poterit dici augeri legata, & perinde agendum, ac si cuilibet [l] coheredi substitutus fuisset, eóque omittente hereditatem, ex asse heres extitisset: quia semper substitutus rationem legis Falcidiæ ex quantitate bonorú quæ pater reliquerit,[m] ponet.

6. ¶ Eadem dicenda sunt & si pater duos impuberes heredes instituerit, & eosdem inuicem substituerit, deinde iure substitutionis ad alterum hereditas reciderit, & legis Falcidiæ ratio habenda sit.[n]

Si exheredatus succedit fratri ex substitutione, & sic ex voluntate expressa, valent legata ab exheredati substituto: sed si succedit ex potestate legis, non valent. Bar.

7. ¶ Qui filios impuberes duos habebat, alterum heredem instituit, alterum exheredauit: deinde exheredatum instituto substituit, ac postea exheredato Mæuium, & ab eo [o] legauit: & exheredatus fratri impuberi exstitit [p] heres, deinde impubes [q] decessit. Cùm iudicio patris facultates paternę per caussam hereditariam ex substitutione ad eum [r] perueniant, potest dici legata ab eo [s] relicta præstanda esse habita ratione legis Falcidiæ in his bonis quæ pater mortis [t] tempore reliquerit. Nec huic contrarium est, quòd cùm exheredato pater legatum dederit,[u] nihilo magis[x] substitutus legatis obligabitur: quia eo casu nõ hereditatis paternę portio, sed legatum [y] ad eum [z] peruenit. Dicet aliquis, Quid ergo si exheredatus filius non ex substitutione fratri suo heres extiterit, sed aut lege, aut per interpositam personam, atque ita impubes decesserit? sic quoque existimandus erit substitutus legata debere? [a] Minimè. Nam quantum intersit, exheredato ...

e ¶ *Totius assis.* fuit enim heres soli testatori, & ideo solida præstat legata etiam si non habeat nisi tres vncias de tota hereditate. Azo.

a Falcidiã non deducit nisi quæ heres est.

f ¶ *Solida.* Non [a] potest enim deducere Falcidiam eius nomine, qui nunquam fuit heres. [b] & facit, *j.ea.l.§.fin.* Sed contra, *ȝ.eo.l. quod si alterutro in fine.* nam hic fit contributio, ibi non. sed illa secundùm istam distinguitur: quia si fuit pupilli pars defecta, distinguitur, an veniat substitutus ex vulgari, & fit cõtributio. an ex pupillari. & tunc non: *vt.j.proxi.si verò &c.*

b Debet enim peti Falci. per heredẽ à legatariis: aliàs nõ debetur. *Bart. & Bal. in præ dicta. l. cũ quis Co. de iuris & facti igno. idem Bal. in. l. si quis ad decli. §. in omnibus. C. de episc. & cle. 18. col.*

g ¶ *Antequam patri.* & ita patet quod fuit heres ex vulgari substitutione.
h ¶ *Fuit.* & decessit in pupillari ætate,& sic successit pupillo ex substitutione pupillari substit.
i ¶ *Quibus.* s. legatis.
k ¶ *Substitutione.* vulgari vel pupillari.
l ¶ *Cuilibet.* etiam maiori.
m ¶ *Reliquerit.* aliàs est, reliquerat ponere debet.& tunc sequitur vers. eadem dicenda sunt &c. aliàs est, reliquit, deducet. ¶ Pone eadem dicenda &c. & erit ver. pene &c. & [c] est philosophicum temperamentum: vt aliàs forsan, [d] ȝ. *de arbi. l. si duo.* Accur.

c Pœnæ dictio nota Philosophici temperamenti.
d Forsan particula orationem temperat, seu restringit, vt ne alioquin ita generalis oratio videatur.
e Pars defecta grauetur an nõ defecta intersit.

n ¶ *Habẽda sit.* Distinguitur [e] enim vtrũ pars defecta fuerit grauata, an pars quæ non fuerit defecta, & idem distinguitur in iure adcrescendi: *vt ȝ. ead. l. quòd si alterutro.* Azo. & facit. *ȝ. eo. l. in ratione.* Sed dic vt plenè not. *in. d. l. quòd si alterutro.* Accursius.

Qui filios impuberes.] CASVS. Titius habens duos filios impuberes, instituit sibi heredem alterum eorum, & alterum exheredauit: postea substituit instituto prædictum exheredatum: & postea substituit Mæuium prædicto impuberi exheredato: & postea multa legata reliquit quibusdam à prædicto Mæuio: & postea decessit dictus Titius testator:& postea prædictus impubes exheredatus extitit heres fratri suo prædicto, qui fuerat institutus: & postea decessit dictus impubes exheredatus: & sic successit ei ex substitutione dictus Mæuius. Veniunt modò legatarij, quibus fuerunt relicta legata à Mæuio prædicto, & petunt ab eo dicta legata. Mæuius autem respondet eis, & dicit: Libenter volo vobis soluere legata: sed tamen de his volo detrahere Falcidiam, quia post mortem Titij testatoris intantum sunt deminuta bona eius per filios suos impuberes, quòd habet locum Falci. dicunt ei legatarij: Non debes nobis detrahere Falci. quia tempore mortis dicti testatoris tantum erat in bonis suis, quod non habebat locum Falcid. modò quæritur, cuius vel quorum allegatio debeat obtinere? Et respon. quòd allegatio legatariorũ. & est ratio: quia iudicio & vltima voluntate dicti testatoris patris dictorum impuberum peruenerunt ad dictum Mæuium facultates eiusdem testatoris per causam hereditariam. i. ex substitutione. siue ex substitutionibus prædictis. Sed nonne est prædictis contrariũ, quia aliàs dicitur, si exheredo filiũ meum impuberem, quem solum habeo,& ei legatum relinquo:& ei Mæuium pone in dicto legato substituo:& etiam in aliis, quę aliunde habet dictus exheredatus:& ab eodem substituto legata relinquo,& postea dictus Mæuius succedit ex substitutione dicto exheredato: scilicet quod non ideò magis dictus Mæuius substitutus obligatur dictis legatis à se relictis, quod habet ex substitutione dictũm legatum quod reliqui dicto impuberi exheredato. quod quidem dicitur. C. de lega. cum quidam? Respon. nõ est cõtra: quia in hoc casu nõ peruenit ad eum Męuiũ substitutum hereditatis meæ portio, sed solũmodo legatũ quod reliqui ipsi exheredato filio meo. in nostro autem casu in prin. §. posito peruenit ad Mæuium substitutum non solùm portio hereditatis paternæ, sed etiã totum ius hereditariũ. & ideò non est mirum si ibi tenetur legatariis, & eo modoq; ibi dictus est. i. habita ratiõe legis Fal. in his bonisq; pater mortis tẽpore reliqt. Dicet aliqs, ¶ Pone retẽto casu in prin. §. posito, q; filius exheredatus nõ extitit heres fratri suo ex substitutione, sed auctoritate legis duodecim tabu. deserto testamento Titij testatoris, aut per interpositã personã & postea idem impubes exheredatus decessit, & sic extitit ei heres ex substitutione dictus Mæuius Nũquid idem Mæuius substitutus æstimandus erit debere sic legata à se relicta, sicut dictũ est eũ debere, *in prin. huius. §. j. habita ratione. l. Falc. in his.* bonis quæ pater mortis tempore reliquerit? Et respondetur quod minimè illo modo, vel etiam aliquo alio. nam nullo modo tenetur idem Mæuius præstare legata à se relicta eo casu, nam quantum intersit exheredatus filius ex substitutione fratri suo heres existat, an alio modo: saltem ex eo apparet, quòd aliàs ab eo exheredato legare pater potuit. j. cùm ea substitutione est heres fratri suo instituto. aliàs non potuit ab eo legare pater: id est cum non est heres ex substitutione, sed ex lege, vel per interpositam personam: vt supra dictum est. si ergo non potest eo casu ab eo legare, vt dictum est ergo nec potest ab eius substituto. nam est congruens rationi, ne testator habeat plus iuris circa personam substituti, quàm habuerat in eo cui eum substituit. Viu.

o ¶ *Ab eo.* Mæuio. Accur.
p ¶ *Extitit.* ex substitutione pupillari.
q ¶ *Impubes.* exheredatus.
r ¶ *Ad eum.* aliàs est, ad Mæuium.
s ¶ *Ab eo.* s. Mæuio.
t ¶ *Mortis.* sic. ȝ. *eo. l. in duplicibus.*
u ¶ *Dederit.*& ei substituit in legato & aliis.
x ¶ *Nihilo magis.* i. non magis.
y ¶ *Legatum.* à se substituto relictum. a. Vel dic, legato. id est propter legatum filio relictum non tenetur substitutus pro relicto à se.
z ¶ *Ad eum.* s. exheredatum. Accur.
a ¶ *Legata debere.* lege interrogatiuè. & respõdetur, minimè videbatur enim teneri in eo quod hereditario iure peruenit. Sed cõtra est, vt dicit, & hîc est speciale cõtra regulam, *supra de leg. ij. l. si fuerit. §. fina.* s. sicut [a] possum relinquere ab herede, sic & ab he-

a Legari potest ab herede & eius herede.

redis herede secundum Azo. Vel secundum alios refert dicam, lego ab herede heredis, & valet, vt ibi: an à Titio, nominando aliquem qui licet postea sit heres heredis, non tenetur: *ar.* *ʒ. de pact. l. si vnus. §. fina.*

a ¶ *Vel ex eo.* id est saltem.

tus filius ex substitutione fratri suo heres existat, an alio modo: vel ex eo [a] apparet, quòd aliàs ab eo legare pater potuit, aliàs non potuit. [b] Est igitur rationi congruens, ne plus [c] iuris circa personam substituti testator habeat, quàm habuerat in eo cui eum substituebat.

b ¶ *Non potuit.* id est cùm ex substitutione patris heres patri extitit.

c ¶ *Ne plus.* Imò nõ tantum, quia exhereda tum cui legauit, legato onerare potuit, sed à substituto legatum relinquere non potuit: relictum tamen ab eo exheredato etiã à substituto præstandũ puto: *vt. C. de lega. l. cùm quidam. & ʒ. de vulg. substitu. l. coheredi. §. cum filia* Azo. & facit, *ʒ. de leg. j. l. planè. ij. j. respon. & ʒ. de leg. iij. l. fin. in prin. & j. tit. j. l. j.* Accursius.

Si portio minus grauata accedit portioni magis grauatæ ex substitutione pupillari: locus est cõtributioni, sicut si accederet ex vulgari. Bartolus.

8. ¶ Coheres pupillo datus si pro parte sua legata habita legis Falcidiæ ratione [d] præstiterit, [e] deinde impubere mortuo ex substitutiõe heres extiterit, & † semis pupilli legatis exhaustus [f] esset: ex integro legis Falcidiæ ratio ponenda erit vt cõtributis legatis quę ab ipso & quæ à pupillo data fuerãt, pars quarta bonorũ apud eũ remaneat. Licèt enim pupillo heres existat, tamen circa legem Falcid. perinde ratio habetur, ac si patri heres extitisset. nec aliter augebuntur [g] legata quæ ab ipso vltra dodrantem data fuerant, quàm augentur cùm ex parte heres institutus, & coheredi suo substitutus, deliberante coherede legata habita ratione legis Falcidiæ soluit, [h] deinde ex substitutione alteram quoque partem hereditatis adquirat.

† Quidam putant legendum. nec semis. contra fidem omnis scripturæ.

Coheres.] CASVS. Filium meum impuberem mihi heredem institui in sex vnciis hereditatis meæ: & multa legata ab eo reliqui, ita quod exhaustus est semis siue sex vnciæ in quibus eum institui. non tamen ita fuit exhaustus legatis, quin solutis eisdem legatis remaneret apud eum quarta semissis, vel parũ minus, vel aliquid de ea. & postea eidem Meuio meo filio dedi coheredem Titium in alio semisse: & tot ab eo Titio legata reliqui quibusdam, quòd totus suus semis fuit exhaustus. & postea eundem Titium substitui eidem meo filio vulgariter & pupillariter: & in eadem substitutione reliqui legata à dicto Titio pone, & postea decessi, & postea dictus Titius adiuit heredit. pro sua parte, & soluit legata pro ea parte qua eum institui, detracta cuilibet legatario Falcid. & postea dictus meus filius decessit antequam adiret pro suo semisse: & sic ex substitutiõe vulgari heres extitit eidem dictus Titius. veniunt modo ad Titium legatarij, quibus ipse soluerat legata detracta Falci. & dicunt ei, Tu habes semissem impuberis non exhaustũ legatis in totum certè volumus quòd ex integro ponatur ratio legis Fal. in tota hereditate, ita vt contributis legatis quę à te & quę à pupillo data fuerunt, pars quarta omniũ bonorũ apud te remaneat, & totus dodrans totius hereditatis proficiat nobis & aliis legatariis: & ita in aliquo augebũtur legata nostra propter hoc quod semis impuberis quem habes, non est in totum exhaustus. Titius autem nõ vult contribuere prędicto modo. quæritur quid iuris sit? Et dicitur quod bene debet fieri dicta contributio nã licet pupillo heres extiterit dictus Titius ex dicta vulgari substitu. tamẽ circa. l. Fal. perinde debet ratio haberi, ac si mihi patri in totum directo heres extitisset: quo casu sine dubio cõtribuũtur omnia legata in ratione. l. Fal. & ita in hoc casu tali modo & non aliter augẽtur dicta legata data à dicto substituto vltra dodran. suæ patris, sicut augẽtur in isto alio casu. sc. cũ ex parte heres institutus, & coheredi suo maiori substitutus deliberante coherede soluit legata à se relicta vltra dodrãtẽ suæ partis detracta ex his Falcid. deinde ex substitutione partem dicti coheredis sui acquirat quo quidem casu sine dubio augentur dicta leg. à substituto data: *vt supra ead. l. §. qui filium.* ibi, quòd si extranei heredis, &c. Viuianus.

d ¶ *Ratione.* cum nil ei remanserat, tot erant legata. Accur.

e ¶ *Præstiterit.* erat ergo grauata vltra dodrantem: ita quòd nihil remanebat ei. Accur.

f ¶ *Exhaustus.* nõ adeò vt semis coheredis: quia apud coheredẽ nil de quarta remãserat, & ob id eam integrã de legatis à se relictis detraxerat, & ideo quia non sic erat grauata pars pupilli, legata relicta à coherede in aliquo augẽtur, & pro rata omnium legatorum fit vna cõtributio. ¶ Et not. quòd dicit exhausta [b] pars pupilli: licet aliquid remaneat vel minus quarta, vel quarta. *sic. C. de inoffi. do. l. cũ donationibus secundum.* Azo. Sed contra. *ʒ. eod. l. in ratione. §. quæsitum.* Sed dic, *vt. ʒ. eo. l. quòd si alterutro.* 2. Vel secundum Hu. quòd dicit impubere mortuo. s. antequã habeat hereditatẽ. & quod dicit postea contributis legatis, sub. omnibus. *& concor. ʒ. e. §. qui filium & l. quòd si alterutro.* 3. Vel dic quod mortuus est postquam adiuit hereditatem & quod dicit contributis legatis, sub. his quæ relicta sunt ab ipso in pupillaribus tabulis. i. in substitutione, non his quę relicta erant ab eo in principalibus tabulis. & hoc est quod dicit. *ʒ. eo. l. in ratione. §. quæsitum.* secundum Hug.

b Exhaustũ aliquid intercũ dicitur quod non plane exhaustum.

g ¶ *Nec aliter augebuntur.* s. per pupillarem hereditatem quæ non adeo erat grauata vt mea, vt statim dixi. si enim nil de hereditate mea apud me vel pupillum remansisset, qualiter mea legata per partem suam vel econuerso dicerentur augeri, vel quando fieret contributio.

h ¶ *Soluit.* hic ergo [a] pupillarem substitutionem assimilat vulgari. Azo. *& facit supra e. l. §. qui filium.* ibi quòd si extranei, &c. Accursius.

a Substitutionis pupillaris & vulgaris similitudo.

Si perplexitas contingat ex accidenti præter testatoris propositum secundum mentem testatoris dirimitur. Bartolus.

QVi *quadringenta.*] CASVS. Seius habens fundum valentem. c aureos, & habẽs in bonis quid valeat alios. ccc. & ita habens in bonis. cccc. fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium, & quibusdam legauit. ccc. deinde fundũ prædictum legauit tibi Titio sub hac conditione, si legi Falci. in testamento suo locus nõ esset. & ita distribuit omnia sua bona per legata, & postea decessit dictus Seius testator. modò quæritur, quid iuris sit? id est vtrum valeat dictum legatum fundi, vel non? & vtrũ alia legata valeant, vel non? Et respon. de stricto iure quod ista quæstio nõ potest solui. & est ista quæstio illud quod vocatur apud dialecticos tractus, id est talis quæstio ex qua semper concluditur respon. vnde quicquid constituerimus verum esse in hac quæstione, falsum reperietur. Et de hoc pono tibi exemplum. nam si dictum legatum fundi tibi datum dicamus valere, locus erit legi Falc. cùm nihil in hereditate supersit valente dicto legato fundi, & aliis legatis: & ideo deficiente conditione apposita in dicto legato fundi, non debebitur tibi dictum legatum fundi. in dicto enim legato fundi fuit apposita talis conditio per testatorem, vt dictum est, si legi Falcid. in testamento suo locus non esset, &c. rursus si legatum valiturum non sit ideò quia prædicta conditio deficiat, nõ erit tunc locus legi Falcidię, quia eo casu fundus legatus remanet in hereditate, qui fundus capit quartam hereditatis. porro si in prædicto casu non sit locus legi Falci. ergo extitit conditio apposita legato fundi, si extitit conditio, ergo legatum fundi tibi Titio debebitur. & ita vt dixi. quamcumque partem capias in hac quæstione, reperitur postea falsa: & ita non videtur de stricto iure posse solui prædictã quęstionem. de æquitate autem dicitur non valere dictum legatum fundi præsumitur enim testatorem voluisse vt propter tuũ legatum fundi nõ minuerentur legata cæterorum quibus legauit. ccc. cum enim dixit testator vt habeas fundum si legi Falc. locus non erit, præsumitur velle quod si Falci. haberet locum te habente fundi legatum, dictum legatum non valeat: & ita pręsumitur voluisse testatorem vt ex legato fundi deduceretur Falc. & pro ipso legato fundi & pro omnibus aliis legatis extracta Fal. ergo prędicto modo ex dicto legato fundi nihil remanet in eodem fundo: & ideo, vt dictum est, non valet de æquitate dictum fundi legatum. & hoc vsque illuc, quid ergo dicemus, &c. vbi ponit talem casum: Pone quod prædictus Seius habens in bonis. cccc. legauit quibusdã ducenta, & tibi Titio legauit alia ducenta sub prædicta conditione, scilicet si legi Falc. locus non esset. & ita præsumitur voluisse ita demum valere tuum legatum, si de eo tuo legato non detrahatur Falc. pro eodem tuo legato ducentorum, & pro aliis ducẽtis legatis taliter alij quod dicta ducẽta aliis legata non minuãtur aliquo modo per Falc. modò quæritur, vtrũ debeat sic in hoc casu seruari sicut dixi præsumi dictum testatorem voluisse. i. vt tu Titius patiaris Fal. tui legati, & Fal. præcedentium ducẽto. alij legatorũ: vt sic auferantur tibi. c. pro Fal. omnium legatorum, & alia. c. tibi remaneant. Et respond. quod de stricto iure non potest hoc procedere. nam extitisse legati tui prædicti cõditionem vt totũ legatum tibi debeatur, & iniquum, & contra testatoris voluntatem est: quia ita demum voluit testator te habere ducẽta, si locus nõ esset legi Fal. sed te habente. cc. habet locum lex Fal. herede non habente quartam hereditatis. ergo contra voluntatem testatoris fuit vt habeas tota ducenta. Item defecisse tui legati conditionẽ, vt nihil tibi de eo debeatur, & iniquum, & contra testatoris voluntatem est: quia te nihil

te nihil habente heres haberet dimidiam hereditatis, id est illa ducenta quæ tibi relicta erant, & sic haberet vltra quartam: quod testator videtur noluisse, imò videtur voluisse quòd illud quod superest à quarta totius hereditatis detrahenda, tantùm de tuo legato tu habeas, vt dictum est. Item & quòd partem habeas de tuo legato, & partem non, quod quidem vertitur hic in quæstione: vt dictum est, & non congruit rationi: quia necesse est secundum iura totius tui legati conditionem prædictam eidem legato appositam extitisse, vel defecisse, vt sic non existat pro parte, & deficiat pro alia parte legati. per punctum ergo iuris siue de iure stricto non potes habere totum legatum tuum, nec cadere vt nihil habeas, nec habere partem, vt probatum est. Est igitur temperanda ista quæstio per exceptionem doli mali, scilicet vt te petente ab herede totum tuum legatum. cc. ipse possit opponere tibi dictam exceptionem doli mali pro. c. quæ dicet se velle retinere ex dicto legato tuo pro Falc. omnium legatorū: quæ. c. sunt dimidia tui legati, & sunt quarta totius hereditatis: & sic consequeris tantùm. c. sicut videtur voluisse testator: vt supra dixi. bene tamen posset testator talia verba ponere in testamento suo, quòd etiam per punctum rationis tu Titius legatarius. cc. relictorum tibi sub dicta conditione patieris Fal. omnium legatorum: & ita non habebis nisi. c. & alij legatarij. cc. integra: puta si ita dicat: Sempronio & Cornelio lego. cc. & Titio alia. cc. sub conditione, si legi Falc. locus non erit in testamento meo. & si quid amplius legaui quàm per legem Falc. licet legare, id est vltra dodrantem hereditatis meæ, tunc quantum deduci oportet de legatis ad supplendum quadrantem hereditatis, heres meus damnas esto dare sibiipsi heredi ex eo legato ducentorum quod dicto Titio dedi. Viuian.

† Id est ex perplexis, disputatu difficilibus & dubiis.

* Id est frustratorij cauillatorijque scili cet syllogismi. Vide Aul. August. li. 4. emen. cap. 10.

LXXXVIII. AFRICANVS *libro quinto Quæstionum.*

QVi quadringenta habebat, trecenta legauit: deinde fundum tibi dignum centum aureis sub hac conditione legauit, si legi Falcidiæ in testamento suo locus non esset. [a] Quæritur, quid iuris est. [b] Dixi τῶν ἀπόρων † hanc quæstionem esse: qui[c] tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου* dicitur. Etenim quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur. namque [d] si legatum tibi datum valere dicamus, legi Falcidiæ locus erit: ideóque deficiente conditione non debebitur. Rursus si quia conditio deficiat, [e] legatum valiturum non sit: legi [f] Falcidiæ locus non erit. Porrò si legi locus non sit, existente conditione legatum tibi debebitur. Cùm autem[g] voluntatem testatoris eam fuisse appareat, [h] vt propter tuū legatum, cęterorum [i] legata minui nollet: magis est vt statuere debeamus tui legati conditionem defecisse.

1. ¶ Quid ergo dicemus si ducenta legauit, & tibi similiter sub eadem conditione [k] ducenta legata esse proponantur? Nam aut extitisse aut defecisse legati tui conditionem, vt aut totum aut nihil tibi debeatur: & iniquum, & contra voluntatem testatoris existimabitur. Rursus partem deberi, rationi non congruit: [l] quando [m] necesse est totius legati conditionem vel extitisse, vel defecisse. Ergo per exceptionem [n] doli mali tota ea res [o] temperanda erit.

2. ¶ Quare cū quis [p] tale quid consequi [q] velit, sic consequeretur, *Si quo amplius legaui vel legauero, quàm per legem Falcidiam licebit: tum quantum ad supplendum quadrantem deduci oportet,* [r] *ex eo legato quod Titio dedi, heres meus damnas esto dare.*

Vsuræ quæ percipiuntur de quantitate legata pendente conditione, debent in Falcidiam imputari: & quod deest ab omnibus legatarius, pro rata suppletur. Bar.

3. ¶ Qui ducēta † in bonis relinquebat, legauit mihi centū præsenti die: tibi æquè centum sub

† Pulchrè Alc. in hunc. §. lib. para. 6. cap. 6.

a ¶ *Locus non esset.* & sic nihil heredi remaneret, si hoc legatum valeret.

b ¶ *Quid iuris est.* i. an valeat legatum conditionale. Accur.

c ¶ *Qui.* si habeas qui, dic eius tractus, qui &c. si habeas quæ. plana est. & semper dic, dicitur, id est nominatur. dicitur [a] enim apud dialecticos tractus illa quæstio de qua semper cōcluditur respondenti. sed apud Isido. dicitur tractus vnius rei multiplex expositio. Accur.

[a] Tractus quid apud dialecticos.

d ¶ *Namque.* nunc exemplificat.

e ¶ *Conditio deficiat.* quia locus sit legi Falcidiæ.

f ¶ *Legi.* quia præstatur legatum non detracta Falc. cùm. c. habeat nomine Fal. sed si legi Falc. locus non est, ergo extitit conditio: ergo legatum debetur. & hoc subiicit.

g ¶ *Cum autem.* nunc soluit.

h ¶ *Appareat.* præsumptiuè.

i ¶ *Cæterorum.* quibus relicta sunt.

k ¶ *Sub eadem conditione.* s. si legi Falcid. in testamento locus non erit.

l ¶ *Rationi non congruit.* s. strictæ. & quare non, statim subiicit.

m ¶ *Quando.* pro quia.

n ¶ *Ergo per exceptionem.* i. de æquitate.

o ¶ *Tota ea res.* in secūdo casu, nō in primo: vt ita repellatur, [b] si petat vltra quàm præstandum sit detracta Falcidia sui legati, & cęterorum ex suo legato. ¶ Sed quare in superiori in totum nō valet scilicet in fundo, & hic valet? Respond. superius præsumitur testator cæterorum legata nolle minui per Falcid. & præsumitur postea voluisse vt ex legato cōditionali pro se & pro omnibus legatis cæteris fiat detractio quod quia ibi fieri nō potest, ideò deficit legatum conditionale. hic autem præsumitur idem per omnia voluisse testator. quod quidem bene procedere potest. nam ex legato conditionali bene potest deduci quarta pro ipso legato, & pro cæteris. & hæc est ratio quare valet hic legatum.

[b] Et sic obstat exceptio in dimidia legati, in alia dimidia non, secundum Alex.

p ¶ *Cum quis.* testator.

q ¶ *Consequi.* id est fieri, scilicet quòd vnus legatarius patiatur Falc. sui legati & alterius: vt in nostro casu videtur voluisse.

r ¶ *Oportet.* Vel non est hic punctum, sed infra dedi. 2. Vel melius sit hic. & quod subiicit, ex eo & cæter. determinet sequentia, & non præcedentia. & secundùm hoc dic, deduci oportet scilicet ex legatis cæterorum. & adde quod not. *supra eadem. l. si in testamento. quæ videtur contra.*

ADDITIO. Imò concordat, quia hic & ibi grauantur alij legatarij ex eo quòd de alio non detrahitur ex dispositione testatoris. secus si legis. Bartolus, Paulus, & Alexander.

Qui ducenta in bonis.] CASVS. Seius habens in bonis. cc. fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium: & mihi. c. purè legauit, & tibi Titio legauit alia. c. sub conditione, si nauis ex Asia venerit. & postea decessit idem testator, & postea Gaius adiuit hereditatem suam. & postea extitit dicta conditio tui legati. in tantum tamen est dilatus euentus dictæ conditionis, quòd ex dicto tuo legato percepit heres nomine fructuū. xxv. quæ. xxv. debet idem heres computare sibi in quartam: *vt. s. eo. l. quod de bonis. §. fructus.* quarta autem hereditatis debebat esse. l. cùm in hereditate essent ducenta, vt dictum est. vnde cū heres iam haberet. xxv. debet habere à nobis legatariis alia. xxv. Item & debet à nobis habere fructus quartæ suę qui sunt ex quarta percepti à tempore mortis testatoris vsque ad hoc tempus quo trahitur ratio legis Falcidiæ, vt dicto. §. fructus. qui fructus quartæ pone capiunt. v. & ita debet habere. xxx. heres, id est. xxv. pro residuo quartæ, &. v. pro fructibus quartæ. modò quæritur, vtrum dicta xxx. debeamus ego & tu conferre pro æquali parte, id est ego. xv. & tu. xv? Et dixerunt quidam quòd sic: quia tantùm fuit mihi legatum quantum tibi, & non plus, nec minus: quia cuilibet nostrum fuerūt legata centū. ipsi tamen malè dicūt: quia licet eandē quantitatē acceperimus nomine legati, tamen manifestū est aliquantulū vberius esse meū purè legatū, quàm tuum conditionale. quare statuendum est tanto minus videri esse in tuo legato conditionali quàm in meo, puta quantum ex fructibus dicti tui legati heres recepit. recepit autem. xxv. vt dictum est. & ita debet reputari tuum legatum esse. lxxv. & meum centum. habeo ergo ego in meo legato quatuor vicibus. xxv. & ita. c. tu autem non videris habere in tuo legato nisi tribus vicibus. xxv. & ita. lxxv. & ita videtur plus esse in meo legato quàm in tuo quarta pars. secundùm ergo istum modum debemus conferre heredi dicta. xxx. quæ habere debet, scilicet vt de dictis. xxx. fiant septem partes. de quibus septē partib' ego debeo cōferre heredi quatuor partes, & tu tres de xxviij. ergo de dictis. xxx. debeo ego conferre. xvj. & tu. xij. restant duo, quæ ponamus valere. xiiij. certè de illis. xiiij. ego. viij. conferam, & tu. vj. & ita inuenitur quòd heres habet. lv. & secundùm hanc positionem expone totam literam. & non mireris quòd heres cōputat sibi in quartam. xxv. quæ recepit ex fructibus legati conditionalis: quia testator non dixit quòd heres lucraretur fructus, imò simpliciter dicta legata reliquit, vt dictum est. Si autem dixisset quòd heres lucraretur fructus legati cōditionalis, nō computaret eos sibi in quartam, vt colligitur in dicto. §. fructus. & ideo debemus nos legatarij conferre ei integra. l. nomine quartæ,

& fructibus dictorum.l qui pone capiunt.x. & tunc erit hîc quæstio.an dicta.lx.debeamus ei conferre pro æquali parte.i.ego,xxx. & tu.xxx. Et quidam dixerunt quod sic: sed verius est quod non: imò debent esse septem partes de dictis.lx. & de dictis septẽ partibus ego debeo conferre quatuor partes, & tu tres: vnde si ponas quod quælibet pars dictarum septem partiũ valeat vnam libram, ego debeo conferre quatuor libras, & tu tres. Viuianus.

conditione.post aliquantũ temporis extitit conditio: ita tamen,[a] vt ex reditu eius summæ quæ tibi relicta est, non amplius quã vigintiquinque reciperet.[b] Legis Falcidiæ ratio ita habenda erit[c] heredi, vt vigintiquinque[d] cõferre ei debeamus, & amplius fructus quinquaginta medij[e] temporis: qui verbi gratia efficient quinque.[f] Cùm igitur triginta sint conferenda, quidam putant quinadena ab vtroque nostrum conferenda esse: quod minimè[g] verum est. licèt enim candem quantitatem[h] acceperimus, manifestum tamen est aliquanto vberius esse meum legatum. Quare statuendum erit, tanto minus[i] in tuo legato esse, quantum ex fructibus eius heres perceperit. secundum quod in proposita specie computationem ita initi oportet, vt ex septem partibus[k] ego quatuor, tu tres conferamus: quoniam quidem quarta pars[l] amplius in meo quam in tuo legato est.

a ¶ *Ita tamen*.i.in tantum dilatus est conditionis euentus, vt &c.
b ¶ *Reciperet*. id est perciperet heres institutus interim, id est pendente conditione.
c ¶ *Habenda erit*. secundum quosdam: sed corrigitur[a] vt subiicit. Azo.
d ¶ *Vigintiquinque*. scilic.ago.xxv.tu.xxv.[b] & sic æqualiter: quod statim corrigitur, secundum Azonem.
e ¶ *Medij*. quæ sunt.cc.[c] quæ debet habere heres.
f ¶ *Efficient quinque*. in cuiusque legatarij personam secundum Ioan. vel dic inter vtrumque secundum alios, dic ergo quòd prima opinio est secundũ quosdam, quod heres qui debet habere.l. &.v. pro fructibus, pro quolibet habeat ea æqualiter ab vtroque, & iterum habeat amplius illa. xxv. quæ lucratus est pendente conditione: quia fructus post mortem, prouenienis non minuit Falcid,[d] *vt* *s.eo.l.in quantitate.j.respon.*[e] & secundum hoc quod subiicit.xxx. sunt conferenda.s.à quolibet computato fructu. Item quod subiicit, quidam putant quinadena. i.bis.x.& bis.v. hoc est.xxx.quilibet det. Sed in hoc corrigitur: quia non est æqualiter quilibet nostrum grauatus: cum non æqualiter oneretur. Vel secundum Io. prima opinio fuit quod illa.xxv.quę habuit heres condit.pendente, accepisse[f] videatur à legatario conditionali nomine Falc.ac si de bursa sua numerasset legat.cõditiona. & suppleat ad vna.v.quæ desunt.i.fructum quartæ, & alter legatarius præstet.xxv.& fructus quartæ. i.v. hoc tamen corrigitur, & statuitur vt illa.xxv. quæ lucratus est heres, tanquam hereditaria computentur in quartam: & vtrique legatario proficiant ad minuendam Falc.vsque in diem in qua fit computatio: *vt.s.e.l.in quantitate.§.fi.* illa fortè ratione, qa legatum conditionale videtur esse minus altero puro etiã ab initio intantum inquantum lucratus est heres: hoc est in hac quęstione in qua sui parte. & ita purum legatum excedit conditionale in lucro.s.in quarta: ergo & in onere præstationis ex eo quod de quarta restat, debet excedere in quarta. restant autem.xxv.& fructus vtrorumque xxv.i.x.ergo.xxxv.& hæc diuidentur[g] in septem partes: ego quatuor, & tu tres conferamus. & secundum hoc quod dicit, conferre debeamus. i.debeam[h] & quod dicit, efficient quinque.s.pro parte mea. Item quod subiicit, triginta conferenda: non dico à quolibet. Quinadena.i.quindena à quolibet. & secundum hoc melius[i] dices fructum quartæ esse quinque inter vtrumque.
g ¶ *Quod minimè*. s.quòd ego solus conferam, vel quod æqualiter conferam. & propter prædictas ineptias dicit Ioan. hãc legem errare. Sed quid si nihil percepit heres? Respon. non imputatur ei: æstimatur tamen meum legatum maius tuo, inquantum lucrari potui ego legatarius conditione pendente. & ideò mea præstatio quam facio pro Falc. intãtum debet excedere tuam. verum est tamen te capere, c.& me.c. ¶ Item nota aliud in fructibus cõditione pendente perceptis: *vt.s.e.l.in quantitate.* quàm in alio cõmodo pecuniæ: vt hac.l. Item non potest dici vt hæc lex dicat de quarta Trebel. quia hic erant singularia relicta. & hoc secũdum Io. tu dic secundum Azo.[k] quod prima opinio est, q xxv. & eorum fructus daret quilibet legatarius purus & cõditionalis. & xxv. quæ percepit heres, cõputat in Fal. integram: & sic desunt.xxx. quæ quisque pro æquali portione soluet: quod falsum est, imò omne quod nomine Fal. debet præstari, diuiditur in.vij.partes. quatuor purus, & tres conditionalis præstat: quia suum legatum à puro exceditur in quarta, vt dictum est: & præterea quod lucratus est, habebit sic,[a] ne computet in Fal. sicut nec cæteros prouentus: *vt.s.e.l.in ratione.j.resp.& l.in quantitate.j.respon.* & secundum hoc vna. v. tantùm erant in fructibus. Accur.
h ¶ *Quantitatem*. pro parte cuiusque.
i ¶ *Tanto minus*. facit.*s.eadem.l.in quantitate.§.in diem.*
k ¶ *Partibus*. Ioan. dicit quod in duobus[b] corrigitur superior sententia. Primò quia dicit[c] legatarios æqualiter conferre debere. secundò quia non debẽt conferre nisi. xxx. sed hoc vlti. falsum est:[d] *vt s.patet.*
l ¶ *Quarta pars*. secundum Ioann. diuide quòd cum. xxx. fuerint conferenda secundum eum: ex his ego.xvj. tu xij. conferes: & sic remanent duo quæ valent. xxiiij.[e] ex quibus ego. xviij.[f] præstabo: tu vj.[g] & meritò, quia meum legatum tanto est maius quam tuum propter interusurium medij temporis. Sed Azo.[h] dicit, quinquaginta & eius fructus conferri prędicto modo. & quod heres perceperit in medio, sibi non computari in Falcid. *& facit.s.eo.l.quod de bonis.§.fructus. & j.ad Treb.l.mulier.§.si heres.& s.eo.l.circa legem.*

a Rectè quam hic dicitur supplerionẽ debere fieri æqualiter à legatariis in alio nõ corrigitur. *secundũ Bart.*
b Displicet Pau. & Alexã. qa isti de quibus in text. nõ habebã talem sensum.
c Est corrupta: quia debet dicere quæ sunt quarta.cc. quã debet habere her. p sua Fal. *secundum Ale.*
d Quando minuitur Falcid. & an ex priuilegio, & ex legato minuatur, vide *per ea quæ not. in.l.i. Co.de sacrosan. eccl. & quid Bart. in l. i.supra eod.*
e Ibi loquitur in fructibus, & rebus non legatis perceptis: hic de legatis. *Bart. Pau. & Alex.*
f Malè recitat opinionẽ primam positam in text. *Alex.*
g Hæc opinio. displicet Bart. Paul. & Alex.
h Displicet qa violat literam *secũdum Alex.*
i Et bene in hoc Pau. & Alex. sed quantũ ad hoc Ioa. videtur recedere à sua opinione.
k Approbatur per Bar. Pau. & Alex. quia Azo. recte intellexit opinionẽ antiquorũ in prin. §.narratam.

a Reprobatur per Bar. Pau. & Alex.
* Sic scribẽdũ, non hominib. vt in aliis libris Ant. Aug. *li.5.c.7.*
b Imò in vna tantum *secundum Alex.*
c Et in hoc casu malè dicit superior sententia, *secundũ Alex.*
d Imò est verum, *secundum Bar. P. & Alex.*
e Alij habent 24. & postea 18. & est bona cõputatio, *secundum Alex.*
f Imò.12.&.4. partes de tribus restantib' diuidendis in 7. partib. *Alex.*
g Imò nouem & tres partes de tribus restantibus *secundum Alex.*
h Ista opi. Azo. displicet Bart. Pau. & Alex. est tamen tenẽda vsque ad versic. minimè &c. secundum prædictum.

LXXXIX. MARCIANVS *libro septimo Institutionum.*

Diui Seuerus & Antoninus rescripserũt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum, Falcidiæ subiectam esse:[m] & vt idoneis nominibus*[n] collocetur pecunia, ad curam suam reuocaturum præsidem prouinciæ.

1. ¶ Diui Seuerus & Antoninus generaliter rescripserunt Bononio Maximo, vsuras pręstaturum eum qui frustrationis causa beneficium legis Falcidiæ implorauit.[o]

Qui repudiat id quod quartã minuit quartam non deducet. Bar.

XC. FLORENTINVS *libro vndecimo Institutionum.*

SI heres cuius fideicõmissum est, vt accepta[p] certa pecunia hereditatẽ restituat, à voluntate eius qui testamentum fecit, discedat,[q] & postea legis Falcidiæ beneficio vti volet: etsi non detur[r] ei quo accepto hereditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum[s] restituere cogi debet: quoniam quod ei paterfamilię dari voluit, legis Falcidię commodum præstat.[t]

Diui Seuerus. CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & multa legata ab eo reliqui: inter quæ reliqui.c. vt inde haberent alimenta tres pueri qui erant filij cuiusdam mei amici. nunquid habente locum lege Falci. detrahetur quarta de dictis.c.? & dicitur q sic, & tres partes dictæ pecunię debent collocari apud idoneos homines qui eam bene custodiant, & ex eius fructibus dent alimẽta dictis pueris. Sed quid si dictus heres implorauit beneficium. l. Falc. ad hoc vt differret solutionem dictorum legatorum? certè eius temporis præstabit vsuras legatariis. Viuian.
m ¶ *Esse*. propter fauorem videbatur contra: *vt arg. C. ad. l. Falc. Auth. similiter.*
n ¶ *Hominibus*.i. ad vsuras, vt indè alantur. *ad quod. s. de ali. leg. l.iij.§.j. sed hodie contra: vt no. C. de admini. tut. Auth. nouissime.*
o ¶ *Implorauit*. facit. *C. de vsur. l.j. & s. de leg. ij. l. si quis seruo.*

Si heres. CASVS. Institui mihi heredem Gaium, cùm haberem in bonis.cccc. & rogaui eum per fideicom. vt restitueret hereditatem meam Titio acceptis. c. ab eodẽ Titio, & postea decessi. heres autem meus prędictus recessit à voluntate mea volẽdo accipere quartam Trebellianicam in restitutione hereditatis: & volendo accipere dicta. c. à Titio fideicommissario. nunquid potest hoc facere? Et dicitur quòd non, imò altero debet esse contentus. vnde accipiendo quartam Trebellianicam debet cogi restituere Titio fideicõmissario hereditatis tres partes eius, quamuis non detur ei ab eodem Titio illud quo accepto hereditatem restituere rogatus est: quoniam commodum legis Falcidiæ, id est dictæ quartæ Trebellianicæ, pręstat eidem heredi illud quod ei heredi ego paterfa. dari volui per dictum Titium. volui autem dari. c. vt dictum est. & quarta Trebellianica est. c. cum haberem in bonis quadringenta, vt dixi. Viuianus.
p ¶ *Accepta*. à fideicommissaria. Accur.
q ¶ *Discedat*. nõ accipiẽdo illud quod est dandũ causa implendę conditionis. Item in alio, vt subiicit, quia vult quartam retinere.
r ¶ *Etsi non detur*. quia non accepit[k] dari tamen debet etiam si coactus adeat: *vt. s. de cond. & dem. l. qui heredi. §. j. & dic vt ibi.*
s ¶ *Fideicommissum*. i. fideicommissariam libertatem.
t ¶ *Præstat*. Sic ergo cõputatur datũ causa implendę conditionis in quartam

l Nominibus, reposuimus ex Pande. Flo. in debitoribus.
k Si tamen ipsum pœniteat, auditur & debet solui ei sicut si nunquã recusasset, *secundum Pau.*

in quartam Trebel. quod secus est in quartam iure institutionis: *vt ȷ.l.proxi.§.sed & quod.& .§.seq.*

IN quartam.] CASVS. Hæc. l. vult assignare differentiam inter quartam iure institutionis debitam heredi, & Trebellianicam: & loquitur de quarta iure institutionis in prin. vsque ad versic. sed in fideicōmissaria &c. & in. §. si quid verò implendæ &c. vsque ad finem legis. in dicto autem versic. sed in fideicommissaria &c. vsque ad. §. si quid verò &c. loquitur de quarta Trebellianica. ponit etiam vnam conuenientiam inter dictas duas quartas in versi. pro ea parte &c. vsque ad versic. sed si accepta &c. dicit ergo in princi. & in dicto. §. si quid verò implendæ &c. ꝙ in quarta iure institutionis debita imputantur heredi illæ res quas accepit iure tantùm hereditario, non autem illæ res quas accepit iure legati vel fideicōmissi, vel causa implendę conditionis interpositæ alicui legatario. & ita aliis legatariis non proderunt in ratione legis Fal. & ideò si prędiū valens. c. legauerit defunctus Titio si ipse Titius leg. heredi dederit, cōputatio legis Fal. debet fieri ac si. c. essent legata dicto Titio, & ipse non esset rogatus dare heredi. l. & ita dicta. l. heredi per Titium data debent haberi extra hereditatem, ne computentur in quartam ipsi heredi. In versi. autem sed in fideicōmis. &c. dicit quod in quarta Treb. computantur heredi legata & fideicommissa & perceptiones & deductiones quas percepit à coherede suo in pecunia, nedum ea quæ habet iure hereditario. sed & si accepta pecunia à generali fideicommissario sit rogatus ei hereditatē restituere, illa pecunia imputatur ei in quartā Trebellianicā. Sed & si heres qui rogatus est restituere hereditatē Titio, percepit pecuniā à Seio, cui Seio testator legauerat aliquid si daret heredi pecuniā, puta cētū: illa. c. cōputabit sibi heres in quarta Trebellianica. In versi. autē pro ea parte verò &c. dicit ꝙ si heres rogatus restituere Titio suā partem hereditatis, percepit aliquod legatū in specie consistens (habebat enim coheredem pro ea parte dicti legati quā accepit à coherede suo) nō computat sibi in quartā Trebellianicā. pro ea verò parte dicti legati quā accepit à seipso, bene imputatur ei in dicta quarta: quia iure hereditario eam capit. & est ratio in hoc casu extra literā: quia absurdum esset ꝙ in eadē re quasi iure legati, & quasi iure hereditatis computet in quarta. *ar. ȷ. de vsuc. l. eum qui.* scis enim ꝙ cū coheredi alicui species prælegatur, partē eius capit iure hereditario, & partē iure legati à coherede, *vt dixi. ȝ. de his quib. vt indi. eum qui. §. pro parte.* & ita propter dictam rationem vides quòd in hoc vltimo dicto conuenit quarta Treb. cum quarta iure institutionis debita: quia in hoc vltimo dicto dictum est quòd illud quod capit coheres à coherede in legato in specie consistente, non computat sibi in quartam Trebellianicam. Viuian.

In Falcidia imputatur quod iure hereditario capitur: sed in Trebellianica imputatur quicquid quocumque iure iudicio defuncti informiter capitur. id verò quod difformiter, hoc est partim iure hereditario, partim alio capitur: pro parte hereditaria tantùm imputatur. Bar.

XCI. MARCIANVS *libro tertiodecimo Institutionum.*

IN quartam † hereditatis quá per legem Falcidiam heres habere debet, [a] imputantur res quas iure hereditario capit, non quas iure legati [b] vel fideicommissi vel implendæ conditionis [c] causa accipit. nam hæ * in quartam non imputantur. Sed in fideicommissaria hereditate restituenda, siue legatum vel fideicommissum datum sit heredi, siue præcipere vel deducere vel retinere iussus est, in quartá id ei imputatur: [d] pro ea verò parte quam accipit à coherede, [e] extra quartam id est quod à coherede accipitur. Sed & si accepta [f] pecunia hereditatem restituere rogatus sit: id quod accipit, in quartam ei imputatur, vt diuus Pius constituit. Sed & quod implendę conditionis causa fideicommissum heredi datur, [g] in eadem causa [h] esse admittendum sciendum est.* Si quid verò implēdæ conditionis causa heres accipiat à legatariis, [i] in Falcidiæ computationem nō prodesse: & ideò si centum prædiū legauerit defunctus, si quinquaginta heredi legatarius dederit: centum legatis [k] computationem fieri, & quinquaginta extra hereditatem haberi, ne in quartam ei imputentur.

† Pulchrè in hanc. l. Alc. *lib.* 4. *para. c.* 4.

* Fl. hæc.

a ¶ *Debet.* ex singularibus relictis. Accur.

b ¶ *Legati.* vt & *ȝ. eo. quod autem.* nisi in casu, vt ibi.

c ¶ *Conditionis.* [a] vt & *ȝ e. l. id autem.* nisi in casu, vt ibi. ADDITIO. Dic quòd propriè non est fallentia, sed est concordans secundùm Alex. hîc: licet aliter dicat ibi.

d ¶ *Id ei imputatur.* cùm recipit ab extraneo corpus vel pecuniā. secus cum à coherede corpus: vt statim dicam. & est ratio inter hunc & superiorem casum: quia ibi sustinet onera hereditaria in totum: hic pro quarta.

e ¶ *A coherede.* hic distingue: quia aut heres vult detrahere de singularibus relictis, aut de vniuersitate: quia de ea restituenda sit grauatus. Primò casu quæ cepit iure [b] hereditario, cōputantur in Falc. Quę verò alio [c] modo, præcipua habet: nisi in casu: *vt. ȝ. e. l. quod autē.* Secūdo casu quicquid quocūq; iure acceperit, in quarta imputatur. verūtamen refert largiter vtrū à legatario, an verò à coherede percepit aliquid. Quod [d] à legatariis cepit, in quartā cō-putatur. Quę verò à coherede, distinguitur vtrum fuit pecunia, an species, vt equus. nam si [b] pecuniam acceperit, totam sibi computat in quartam: *vt. C. fami. ercisc. l. filium. & ȷ. ad Treb. l. deducta. §. nummis.* si verò speciem [c] accepit, pro parte coheredis non imputat: pro sua verò parte in quartam imputat: quia iure hereditario capit. Sed in Falcid. institutionis iure etiam in pecunia à coherede habita non computat nisi quod habet hereditario iure: *vt. ȝ. e. l. id autem.* ¶ Sed quare secus in corpore prælegato quàm in pecunia vel quàm in corpore habito ab extraneo? Respon. quia absurdum esset quòd in eadem re & quasi iure legati, & quasi iure hereditario computet in quartam: *vt ar. ȷ. de vsuca. l. eum qui.*

f ¶ *Accepta.* à fideicommissario. vel dic etiam à coherede.

g ¶ *Datur.* à fideicommissario vniuersali.

h ¶ *In eadem causa.* vt computētur in quartam. s. Trebel. quod verò subiicit, si quid verò &c. de Falc. iure institutionis dicit.

i ¶ *Legatariis.* cæteris. nam ei qui dat, prodest [d] ne Falc. patiatur si tantum dat quantum esset ei detrahendum: *vt infra eadem. l. filia. & supra ead. l. Nesennius. ij. respon.* Sed arg. contra. *ȝ. ea. l. si fundus.* Sed potest dici quòd ibi alij heredi dare iussus esset.

k ¶ *Centū legatis.* q. d. centū videntur esse legata. & secundū hoc fieri computationē cum legatariis non consideratis quinquaginta datis heredi, *vt subiicit, & ȝ. ea. l. ad veterani. §. fi.* Sed contra. *ȝ. e. l. qui fundū. in prin.* sed ibi iussit vendi, vt ibi dixi. *& facit ad. l. ȝ. de le. ȷ. l. non amplius. in prin. & ȷ. ad Treb. l. in fideicōmissariam. §. fi.* ¶ Et no. hac. l. fieri differētiā inter quartā [e] iure institutiōis. & Treb. Est & tertia quæ debetur iure naturę, in qua quæ imputētur, no. *in Auth. vt cum de ap. cog. §. aliud.* Est & alia quę debetur arrogato: *vt Inst. de adop. §. cum autem.* Item alia quæ debetur vxori superstiti pauperi: *vt. C. vnde vir & vxor. Auth. præterea.* Item alia quę debetur curiæ quando curialis fit clericus: *vt. C. de episc. & cleric. Auth. sed neque curialem.* Item alia: *vt. C. quando & qui. quarta pars. l. ij.* Item alia: *vt. C. ad Treb. Auth. contra rogatus.* Item alia: *vt. C. de repu. l. fi.* Item alia: *vt in Auth. de triente & se. §. cōsideremus.* ADDITIO. Dic quòd ibi solùm dicitur de duabus vnciis dandis filiis naturalibus tantum in casu ibi posito secūdum Alex.

Legata facta à milite tempore militiæ non defalcantur si decedat in militia, vel post missionem à militia intra annum: secus si legata sint facta post missionem à militia, vel etiam prius si decedat post annum à die quo missus est à militia. Alex.

XCII. MACER *libro secundo de Re Militari.*

SI miles.] CASVS. Seius miles existens in militia fecit testamentum, & instituit sibi heredem Sempronium, & iussit eidem heredi in dicto testamento vt ibi Gaio restitueret dimidiam hereditatis. & postea fuit missus de militia, & intra annum missionis fecit codicillos: & in dictis codicillis rogauit dictum heredē vt restitueret Titio alteram partē hereditatis. & postea decessit dictus Titius, & Sempronius postea adiuit eius hereditatem. postea tu Gaius & etiam Titius qui estis fideicōmissarij, petitis ab eo herede vt restituat vobis cuilibet pro dimidia hereditatem. & ipse bene vult vobis restituere, retenta tamē quarta Trebellianica. Quæritur, nunquid possit retinere dictam quartam? Et distinguitur: aut dictus miles decessit post annū missionis de militia, aut intra annum. Primo casu retinebit heres dictam quartā tibi & Titio prædicto. Et est ratio quare hoc casu retinet: quia eo tempore dictus testator decessit, quo testamentum eius prædictum desierat pertinere ad beneficium concessum militibus à principe: quia decessit post annum missionis, vt dictum est. Est autē beneficium prędictum tale, quia heres non potest detrahere quartam militis qui fecit testamentum in militia decedente intra annum missionis de militia: *vt supra ea. l. si post missionem.* Secundo autem casu, id est quando decessit dictus miles testator intra annum missionis, poterit heres detrahere quartam soli Titio prædicto cui debebat

a Falcidiæ an imputetur etiā quod ad alios cōditionis implendæ causa datū. *adde Gl. l. pin. C. eo. Grassum in. §. Falcidia. q.* 14. *Gl. l.* 36. *ff. de mortis caus. donat.*

b Falcidiæ heres imputat quæ iure hereditario cepit, id est iure institutionis, *vt hîc,* alias in Falcidiam ea imputari testator iusserit: tunc enim voluntas testatoris seruanda. *Grassus. §. Falcidia. q.* 7.

c Falcidiæ heres non imputat quæ alio iure quàm hereditario id est institutionis cœpit, puta quę cœpit iure legati, *vt hîc,* quod locū habet quādo heres cœpit legatum ab vno & vult vti Falcidia contra alios.

a Falcidiæ heres imputat quæ à legatariis cœpit.

b Falcidię heres pecuniam acceptā à coherede alio iure quàm hereditario imputat. Imò ex illa pecunia id tantū imputat quod iure hereditario habet. ȷ. eo. ibi. Sed in Falcidia, de quo v. plura apud Grassum. §. Falcidia. q. 17.

c Falcidiæ heres, speciē acceptam à coherede pro sua parte, at non pro parte coheredis imputat.

* Stellulis inclusa in arche. Flo. videtur ex his notis quasi superflua significari. sed cum in omnib. manuscrip. reperiantur nō facile putauerim reiiciēda. *Ant. Contius.*

d Placet Bar. si illud quod est datum, suppleat quartā, & pro ea connumetur ab herede aliàs secus secundum Alex. in. *l. si fundus. ȝ. alle.*

e Quartarū variæ sunt species. Est quarta Falcidia iure institutionis debita, Trebellianica, debita iure naturæ, debita vxori superstiti pauperi, debita curiali facto clerico. Sunt & aliæ quatuor hîc enumeratæ. *adde Glo. l. filium. eo. circa fin. C. familiæ.*

SI miles [a] testaméto facto partem dimidiam hereditatis suæ tibi restitui iusserit, deinde post missionem factis codicillis alteram partem Titio restitui rogauerit: si quidem post annum missionis suę decesserit, & tibi & Titio heres partem quartam retinebit: quia eo tempore testator decessit, quo testamentum eius ad beneficium principale pertinere desierat. Si verò intra annum missionis decesserit, solus Titius deductionem partis quartæ patietur: quia eo tempore fideicommissum ei relictum est, quo testator iure militari testari non potuit.

Si heres non grauatur vt heres, sed vt alius commodum sentiens, Falcidia non deducetur. Bart.

XCIII. PAPINIANVS *libro vicensimo Quæstionum.*

ACceptis à Męuio centum, hereditatem Mæuio restituere, pecuniámque post mortem suam Titio dare rogatus est. quamquam hæc centum quartam [b] bonorum efficiant, tamen propter fideicommissum sequēs quartæ retentioni locus erit. tūc enim ex constitutione diui Hadriani Falcidię satisfacit ea quantitas, cum apud heredem remanet, [c] sed † Falcidiam patietur solus cui hereditas relicta est. [d] nam in centum quæ mortis causa capiuntur, admitti Falcidia non potest. Planè si quis ita scripsit, *Acceptis centum peto restituas hereditatem:* neque † personam dantis demonstrauerit: quasi retentam & pręceptam pecuniam, si quartæ sufficiat, inducere Trebellianum. [e]

Prælegata non imputantur in Falcid. nisi quo ad eum à quo percipiuntur. Bartolus.

XCIIII. SCÆVOLA *libro vicensimoprimo Digestorum.*

FIlio & filia scriptis heredibus, [f] singulis certa prælegauit, sed longè minus filiæ, cui etiam domum obligatam prælegauit cum instrumētis, & quidquid ibi fuerit: & adiecit hæc verba, *Sed ea conditione lego, vt quidquid æris alieni in ea domo [g] erit, Titius libertus filij mei exoluat, & sit eis vtrisque [h] domus communis.* Quæsitū est si filia legis Falcidiæ beneficio vti volet [i] ad quartam retinendā: an ex hereditate quæ ei relicta est, deducto ære alieno, [k] eius quod superfuerit quartam consequi [l] debeat. Respondit, iure quidem id postulaturá: verùm non aliàs ea quæ ei data sunt, accepturam, si modò ea [m] quartam suppleant, quàm voluntati defuncti soluendum [n] * præstando parēret.

Quod ab herede debebatur, defuncto computatur in patrimonio, & cadit in fideicommisso vniuersali sicut cætera bona hereditaria. Alexand.

XCV. IDEM *libro vicensimoprimo Digestorum.*

MAritus vxoris res extra dotem constitutas administrauit: eáque decedens antè ra-

restituere dimidiam hereditatis ex codicillis, & est ratio quare hoc casu potest dicto Titio dicta detrahi quarta, quia eo tempore fideicommissum prædictum eidem Titio relictum est in codicillis, quo testator non poterat testari iure militari: id est post missionem de militia, licet intra annum, vt dictum est. tibi autē Gaio subaudi, nō potest detrahi quarta propter beneficium principis militibus concessum. Viuianus.

a ¶ *Si miles.* facit *supra eod. l. si post missionem. & infra eod. l. fin.* Accursius.

A*Cceptis.*] CASVS. Seius habens in bonis quadringenta instituit sibi heredem Gaium, & rogauit eundem Gaium vt hereditatem restitueret Mæuio acceptis ab eodem Mæuio centum. Item rogauit eundem Gaium vt dictam pecuniam. id est. c. daret Titio post mortem suam Gaij. & postea decessit dictus Seius testator, & postea Gaius adiuit hereditatem. venit modò Mæuius fideicommissarius, & petit ab eo vt restituat sibi hereditatem, & offert centum. dicit heres, bene accipio. c. & bene volo tibi restituere hereditatem: volo tamen detrahere de hereditate quartam Trebellianicam. dicit Mæuius, Tu non potes mihi detrahere quartam: quia ego do tibi. c. quæ bene capiunt quartam hereditatis. nam in hereditate nō sunt nisi cccc. Dicit heres, Tua allegatio esset bona, si dicta centum deberent remanere apud me, & meos heredes. sed tu scis quod ego debeo restituere Titio post mortem meam, sicut testator me rogauit. modò quæritur, cuius allegatio debeat obtinere? Et dicitur quòd debet obtinere allegatio heredis. Modò insurgit iterum Męuius, & dicit: Ex quo tu heres detrahis mihi quartam de hereditate, & ego volo tibi detrahere de. c. quæritur, nunquid possit? Et dicitur quòd non. Sed quid si dictus testator ita dixit dicto heredi, Peto vt restituas hereditatem Mæuio acceptis. c. & personam quæ daret heredi. c. non nominauit, nec etiam rogauit heredem vt Titio restitueret dicta. c. post mortem suam heredis: nunquid hoc casu computabit sibi in quartam Trebellianicam dicta. c? Et dicitur quòd sic. si autem dicta. c. non sufficerent ad quartam hereditatis, puta quia hereditas esset vltra quadringenta etiam plus acciperet heres de hereditate donec haberet quartam. Et est extra literam ratio quare in hoc casu computat sibi in quartam dicta. c. quia eadem. c. non fuit heres alicui rogatus restituere, sicut fuit in primo casu, & quia generaliter omnia talia computantur in quartam: *vt. s. in proxi. l. si heres. & l. sequen.* Viuianus.

b ¶ *Quartam.* scilicet Trebel. in qua talia imputantur: *vt. s. eo. l. in quartam.*

c ¶ *Remanet.* ¶ Non [a] ergo videtur peruenire, quod non durat: *vt hic, & s. de condic. inde. l. eleganter. §. si quis. ibi.* Sed hic non videtur &c. Sed arg. contra *s. de pig. act. l. nec enim.* [b] *& not. s. de in rem ver. l. si pro parte. §. versum.* Accursius.

d ¶ *Cui relicta est.* scilicet Mæuius. Sed quis alius vellet detrahere? Respon. Mæuius de centum, quod nō potest: vt hîc. Item heres de. c. Titio relictis, quod non potest, vt hîc: & est ratio, quia heres vt legatarius videtur habere hic. c. & sic no. pro nobis quòd legatarius [a] non detrahit quartam, licet Bul. dixerit contra. quod dic vt no. *s. eo. l. pœnales. §. si Titio.* Accur.

e ¶ *Trebellianum.* vt scilicet totum aliud restituatur ex quo hæc centum sufficiunt ad quartam.

F*Ilio & filia.*] CASVS. Seius habens filium & filiam in potestate, instituit eos sibi heredes, & cuilibet eorum prælegata reliquit: filiæ tamen prælegauit longè minus quàm filio: & tantùm dicto filio prælegauit, quòd in suo prælegato habebat locum Falcidia. & inter alia quæ prælegauit dictæ filiæ, prælegauit ei domum Titianam quam obligauerat ipse testator Sempronio pro centum pone. Item legauit eidem filiæ instrumenta quæ erant in dicta domo: & etiam quicquid in ea erat. & postea adiecit hæc verba dictus testator: ea conditione lego dictæ meæ filiæ dictam domum, vt quicquid alieni æris in ea domo erit, Titius libertus dicti mei filij exoluat: & sit dicta domus communis dictæ meæ filiæ, & dicto liberto. & postea decessit dictus testator. nunc venit dictus filius testatoris, & petit à dicta filia testatoris ea quæ prælegata sunt ei. dicit filia: Ego volo statim de parte mea hereditatis deducere æs alienum quod me tangit pro mea parte, & de superfluo partis meæ hereditatis volo soluere tibi pręlegata, deducta tamen de eis quarta. dictus enim tuus libertus qui debebat soluere centum Sempronio cui erat obligata dicta domus, non vult soluere: vnde oportet me ei soluere. nunquid potest hoc cōsequi filia? Et dicitur quòd sic. sed tamen frater eius potest ei ita dicere, ego nolo quòd tu habeas tua prælegata nisi pareas voluntati patris nostri defuncti pręstando mihi integrum illud quod mihi est soluendum. i. dicta mea prælegata, ita quòd de eis aliquid nō detrahas. capias ergo quodcunque vis. s. aut præstare mihi integra mea pręlegata, & habere tua prælegata integra. & si dicta tua prælegata non capiant tātum in summa quantum est quarta meorum prælegatorum, suppleas tibi de hereditate communi. aut vis detrahere mihi quartam, & nihil habere de tuis prælegatis. Viuian.

f ¶ *Heredibus.* æqualiter.

g ¶ *In ea domo.* i. pro ea domo obligata ad pręstandum.

h ¶ *Vtrisque.* filio & liberto. R.

i ¶ *Vti volet.* de prælegatis fratri suo.

k ¶ *Ære alieno.* quod ipsa & frater suus pręstare debēt æqualiter: *vt. s. de her. inst. l. ex facto.* §. j. non autem quod prębeat libertus.

l ¶ *Consequi.* retinendo.

m ¶ *Ea.* nā si minus est in pręlegatis filio q̄ in quarta filię, deducet filia eatenus quatenus est minus. *ad quod. s. e. l. Nesennius.* §. j.

n ¶ *Soluendum.* vt legata coheredi. & ita licet communi iure detrahat Falc. filia tamen nisi totum soluat, non consequitur prælegata: *vt. d. l. Nesennius.*

M*Aritus.*] CASVS. Titius habuit ab vxore sua centum in dotem: & cum ipsa haberet alias res extra dotem constitutas, idem Titius eas administrauit, & antequam de dicta administra-

tione

† Restituere rogatus ita demum Falcidiā retinet, si vt heres rogetur, vt hic, & l. mulier. in fi. j. tit. 2.

† Accipere iussu testamento, intelligitur ab herede nullus accipere, vt hic, adde l. si seruum. §. qui margaritam. s. de lega. 1.

a Peruenisse non videtur, quod non durat.

b Imò potius veniat. secundum Imo. & Alexan. licet aliter Ang.

a Falcidia verò detrahatur a legatario. An verò detrahatur Falcidia ex mortis causa capione & quo modo. v. Grassum. §. Falcidia quæst. 2.

* Alc. li. Parerg. 5. cap. 25.

HÆc autem satisdatio[a] locum habet, si iusta causa esse videbitur. nam iniquum[b] erat omnimodo caueri nondum illata controuersia litis:[c] cùm possint ei lusoriæ minæ[d] fieri. idcóque eam rẽ prætor ad cognitionẽ suam reuocat. 1. ¶ Si duo ex testamento hereditatem in solidũ sibi vindicẽt,[e] fortè quod eiusdem nominis sint: tam in possessorem quàm in petitorem competunt actiones & creditoribus & legatariis.

Ista cautio debet præstari quando recipientis interest. Bartolus.

2. ¶ Hæc cautio[f] vtique necessaria est, si quis pecuniã suam soluat, vel rẽ tradat.[g] Si verò pecuniam hereditariam soluat, vel rem tradat, quidam non putant cauendum: quia nec teneri potest eo nomine victus: cum non possideat, vel dolo fecerit quò minus possideat. Hoc, si antè motam controuersiam soluat. quòd si postea,[h] tenebitur culpæ nomine[i]. 3. ¶ Sed cũ de[k] nomine inter duos quæstio[l] est, nunquid non sit cauẽdum ei qui hereditariam rem tradat:[m] quia omnimodo vnus liberatus, quẽadmodum si æs alienum[n] hereditarium soluatur? Sed si petitor[o] suam pecuniam solueret, aut rem suam tradat, non habet vnde retineat: & ideò necessaria est ei cautio.

Legatarius debet cauere heredi, & fideicommissarius legatario, vel fideicommissarius heredi causa euitandi circuitus. Bartolus.

V. MARCELLVS *libro vicensimoprimo Digestorum.*

VIdeamus an stipulatio,[p] *Quod[a] amplius quàm per legẽ Falcidiam licuerit, ceperis, dari?* aduersus eum non sufficiat[q] qui legatum alij restituere ex fideicõmissi causa debet. Sufficiet autem dici, nihil eius fideicõmissum esse.[r] Cauebit scilicet legatario & is qui fideicommissum accipiet:[s] nisi fortè mallet legatarius circuitu sublato heredi caueri.[t] Sed & legatario præterea cauendum est, si, vt plerumque æquum est, pro rata ex fideicommisso retinere ei concedendum est: quamuis tantum ex legato apud eum erit remansurum, vt sufficere possit ad præstandum fideicommissum.

Ei qui non potest satisdare, remittitur satisdatio. Bartolus.

VI. CALLISTRATVS *libro quarto de cognitionibus.*

a Flo. Quod amplius per Falcid. lic.

f ¶ *Hæc cautio.* sc.[e] euicta hereditate legata reddi: de qua loquitur principium legis. Accursius.

g ¶ *Tradat.* s. hereditariam.

h ¶ *Postea.* i. post controuersiam motam: licèt non sit lis contestata: *vt.* s. *l. proxi.* §. *si legatarius.* Azo.

i ¶ *Culpæ nomine.* vt. s. *tit.* j. *l. dolo.* Item si hoc soluat sponte, non per sententiam: alioquin liberatus est ipso iure: sed tamen & tunc petit sibi caueri vt defendatur: *vt.* s. *de rei vindi. l. is à quo. & l. à quo. & C. deposi. l. pe. in fin.* licet illa corrigatur per authen. ibi positam. Item arg. *contra.* s. *de leg. ij. l. si quis Titio.* §. *fi.* sed ibi vterque nititur ex voluntate: & ideo datur vtrique. hic alter nititur tantùm ex voluntate, s. legatarius.

k ¶ *Sed cum de.* s. ergo loquitur vbi vnus ex testamento defendebat hereditatem: & ideò non est certum omnino deberi legatum: quia si legitimus obtinet, non liberatur: quia nec tenetur: sed hîc vterque ex testamento: & sic est certum deberi quicunque eorum obtineat: *vt.* s. *eo.* §. *si duo.*

l ¶ *Quæstio.* vt *fuit.* s. *eo.* §. *si duo.*

m ¶ *Tradat.* legatario. s. sine auctoritate, & etiam post litem motam. Et respon. non cauendum: nec imputatur ei si non petat caueri: quia &c.

n ¶ *Si æs alienũ.* quo casu etiã legitimus liberatur: & ideò nec hoc casu cùm quęstio est de nomine, nec superiori cùm inter scriptum & legitimum est quęstio, imputatur si non facit sibi caueri. Accur.

o ¶ *Petitor.* Sed quid si possessor? Respon. distingue *vt.* s. *soluit,* suã, an hereditariam. in primo casu cauetur ei, vt in princip. §. in secũdo subdistinguitur fiat quæstio de nomine: & tunc non cauetur ei quandocũque soluat: vt ibi, sed cum de nomine, soluat &c. si autẽ aliàs, vt quia legitimus facit quæstionem scripto, vel econtra: subdistinguitur sit lis mota, vel non: vt ibi, si verò pecuniam &c.

e Cautio euicta hæreditate legata reddi, necessaria est ei qui suam pecuniam vel rẽ soluat.

VIdeamus.] Hæc lex reuertitur ad illam satisdationem de qua dictũ est. s. *eo. l.* j. *vsque ad. l. nisi.* §. *si legatarius.* & ponit talem casum. CASVS. institui mihi heredem Titium, & legaui tibi Seio. c. & rogaui te Seium vt restitueres legatum tuum Sempronio, & multa alia legata quibusdam reliqui & purè, & sub cõditione: & postea decessi. tu Seius petis ab herede meo Titio c. prædicta. quæritur, nunquid debeas ei satisdare vt restituas ei illud quod amplius ceperis quàm per Falcid. licuerit tibi dari? & videtur quòd non: quia tu legatarius nihil capere videris, cùm alij restituere debeas. sed verius est vt cauere debeas perinde ac si non esses rogatus de dando alicui fideicommiss. & Sempronius prædictus cui debes restituere tuum legatum, cauebit tibi eo modo. Sed si tu legatarius velis vitare circuitum, & velis quòd solus Sempronius fideicommiss. caueat heredi, & non tu: audiri debes. in casu tamen Sempronio fideicommis. debet caueri, & etiam tibi legatario, puta quando heres debet tibi legatario detrahere Falcid. & tunc quando legatarius es, detrahere fideicommiss. debes, quia tunc æquum est te legatarium Falcid. detrahere: cum testator hoc dicit: *vt supra eodem. l.* j. §. *sed & legatario. &* s. *titul.* j. *l. pœnales.* §. *si* & non solùm detrahis tu legatarius Falci. ex fideicõ. à te dato cùm æquum est eo modo qui dictus est: & cùm de legato nihil apud te remãsurũ est soluto fideicom. à te relicto: sed etiam detrahis Falcid. quamuis tantum ex legato apud te legatarium sit remansurum soluto integro fideicommis. à te relicto, vt sufficere possit ad præstandum integrum fideicom. puta quia legaui tibi legatario. xx. & rogaui te de præstandis Sempronio. xv. nam si heres meus detrahat tibi. v. de. xx. tu detrahes fideicommissario quartam de. xv. & sic hoc casu Sempronius fideicõmiss. debet cauere tibi & heredi. & hoc dicit. Viuianus.

p ¶ *Stipulatio.* qua scilic. cauetur vt legatarius restituat quod amplius ceperit quàm ei licuerit dari. Accursius.

q ¶ *Non sufficiat.* q. d. etiã si interponatur, non videtur committi: quia cùm promittat quod capit vltra quàm liceat, & ipse nihil capit, cùm alij restituat: *vt.* j. *de verb. sign. l. aliud.* ergo non committitur. sed contra est: quia cauet ac si non sit grauatus vt alij restituat. & hoc subiicit, sufficit &c. nam respon. ibi.

r ¶ *Esse.* q. d. caueat ac si nihil sit eius fidei commissum.

s ¶ *Accipiet.* à legatario.

t ¶ *Caueri.* per illũ cui rogatus est legatarius dare fideicõmissum. ¶ Et no. de circuitu[a] tollẽdo, *vt &* s. *de condic. inde. l. dominus testamento. &* s. *vsufruct. quemadm. ca. l. si vsusfruc.* mihi. patet ergo per hác. l. quòd legatarius heredi & fideicommissarius legatario cauet. quandoque solus fideicomm. heredi causa euitandi circuitus, vt hîc. quãdoque cauet fideicommissarius heredi & legatario: veluti quando heres debet detrahere Falcid. & legatarius similiter: puta vbi testator hoc dixit: *vt no.* s. *titu.* j. *l. pœnales.* §. *si. & supra eod. l.* j. §. *sed & legatario.* & ita construe, cauendum est, sed & concedendum est ei retinere ex fideicomm. pro rata vt plerumque æquum est: quia testator dixit, quamuis &c. vt quia mihi legauit. xx. & rogauit de. xv. restituendis. & de illis. xv. detrahit Falcid. si ei detrahatur. *& facit.* s. *de leg. ij. cum pater.* §. j. Sed cõtra *supra de an. leg. l. liberto.* §. j. Sol. refert vtrum onus legatario iniũgatur extrinsecus: vt tunc fideicommis. ei non teneatur cauere, vt ibi: an in partem eius quod legatur ei qui cogitur restituere: & tunc sic, vt hîc. Accursius.

a Circuitus vitandus est & ambages reprobandæ. *Spec. tit. de dũo.* §. *nũc de exordiis. vers. vel ita sunt.* sic ambitio. *de qua materia, vide per Barto. in. l. si quenquam. in. C. de episco. & cleric.*

Cum

CVm non facilè.] CASVS. Hæc.l.loquitur de eadem cautione de qua dictum est.s.l.proxi. Pone ergo quod institui mihi heredem Titium,& multa legata reliqui & pure,& sub conditio.inter quos plures legatarios erat vnus qui non facilè posset inuenire fideiussores:& postea decessi.venit dictus legatarius ad heredem meum, & petit ab eo legatum. heres autem videns eum bonum hominem, ideò petit fideiussores ab eo,quia sciebat eum non posse inuenire:& sic volebat eum auertere à petitione legati vel fideicom. sibi relicti. certè dicitur hic quòd remittitur ei onus satisdationis, & legatum ab herede consequitur. Viuia.

a ¶Cum non facilè. & sic videtur non posse fieri:vt.j.de ver.sign.l. Nepos Proculo. hoc ergo arbitrio [a] iudicis relinquitur:vt ibi.

b ¶Ideò cautionem. secus si non ideò.sed bona fide postulatur: quia psona suspecta [b] est.argu.s. de iud.l.in omnibus.& qui satisd.cog.l.si fideiussor.§.fin.& Cod. de epis.& cle.auth. generaliter. H. sed certè sit suspecta vel nō ex quo non potest satisdare, statim inquiritur de Falci. vt C.de vsur.l.ij.& secundum hoc verbū ideò, siue causatiuè siue cōsecutiuè ponatur, non est vis. ¶Item no.hac l.remitti satisd. pauperi.[c] & sic prodest [d] paupertas.sic.C.de epis.& cleri.l.si quis ad declinandam.§.pe.Sed ar.contra.C.de epi.au.l.de creationibus. §.sin.autem vbi à paupere, non à diuite exigitur satisdatio.Item facit.s de offi.pra.l.illicitas.& de pig.act.l.si seruos. Item & in aliis remittitur:vt.s.eo.l.ij.§.quamuis.

[a] Quia satisdare non possit aut possit,arbitrio iudicis relinquitur.

[b] Cautio à suspecta persona bona fide potest exigi.

* Percipere.

[c] Pauperi satisdatio remittitur, vt hic. & Gl. Nouell.[illegible] §.si quis autem. in verb.personarum.

[d] Paupertas prodest.

CVm non facilè [a] satisdationem offerre legatarius vel fideicommissarius possit,& futurum sit,vt propter hoc à petitione liberalitatis ex testamento summoueantur, nunquid onus satisdationis eis remittendum erit? Quod videtur adiuuari rescripto diui Commodi, in hæc verba:Is cuius de ea re notio est, aditus, si compererit ideò cautionem [b] à te exigi,vt à fideicommissi petitione auertaris, onus satisd.tibi remitti curabit.

Meru executor non tenetur heredi cauere.

VII. PAVLVS *libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.*

DIuus Pius ab eo qui annua legata pęcipere* ad distribuēdum iussus [c] erat, vetuit cautionem exigi, *Cessantium* [d] *partes reddi*: nisi apertè cauere iussus [e] esset.

VIII. MARCIANVS *libro decimo Fideicommissorum.*

SI heres partem bonorum, vel etiā vniuersa bona delata ad fiscum diceret,[f] constaret autem de fideicōmisso: [g] decretum est vt petitori caueri,[h] *Euicta hereditate restitueri,* * *solueretur.*

Cautio vsufructu finito rem restitui, debet interponi ei ad quem pertinet proprietas, non heredi tantummodo. Bartolus.

IX. IDEM *libro duodecimo Fideicommissorum.*

SI nō in controuersia sit proprietas, sed vsusfructus [i] (potest enim [k] rei cuius proprietas Titio legata est, vsusfructus alij legari) tunc de eo restituendo,nō heredi sed Titio caueri debeat. Interdum & si ab herede legetur vsusfructus Titio [l] cauēdum est, veluti si detracto vsufructu proprietas ei [m] legetur vsusfr. Seio. Quid enim attinebit hoc casu heredi caueri,ad quē emolumētum intercidētis vsusfructus nō sit spectandum? [n] Verùm si vsufructu Seio legato, ꝓprietas Titio ita legetur, vt cùm ad Seium pertinere desierit, [o] habeat proprietatē:tūc heredi caueri oportebit à fructuario: ab herede autem Titio: quia non sit certum vsufructu intercepto ad Titium proprietatem reuersuram.[p]

DIuus Pius.] CASVS. Titius instituit sibi heredē Seiū, & quibusdam annua legata reliquit,& iussit quòd Sempronius reciperet ab herede dicta legata ad distribuēdū inter legatarios. & ita fecit dictum Sempronium suum commissariū:& postea decessit dictus testator.petit nūc commissarius ab herede pecuniam ad distribuēdū annua legata inter legatarios.dicit ei heres, Bene volo tibi dare pecuniam:volo tamē quòd caueas mihi quòd restitues mihi partes legatariorum cessantium in receptione legatorū suorum:quia aliqui eorum morientur, sicque deficient eorum legata. quæritur,nunquid taliter cauere debeat?Et dicitur quòd non, nisi testator præcepisset eum cauere. Viuianus.

c ¶Iussus.hūc executorē [e] testamenti vocāt Bonon. cōmissarium.

d ¶Cessantium.verba cautionis. ¶Et dic cessantiū.i.[f] morientiū: quia sic extinguitur tale legatum : vt.s.de an,leg.l.in singulos. Sed arg.cōtra.s.de ali.leg.l.ij.§.debebit vbi cauet.Sed ibi à coheredibus:hîc à testatore fuit electus. ¶Item quæritur,an hic habeat aliquam actionē contra coheredem?Item si quis legatariorū nolit, an reddatur heredi?Respond.ad vtrumque supra de leg.ij.l.Titio. ¶Item quid si dubium est an bene distribuat? Respō.iurat: i vt.C. de dona.l.pe.& facit.j.de verb.sign.l.aliud est capere.

e ¶Iussus.statur [k] præcepto defuncti de cauendo.sic.C.ad Treb.l.iubemus.§.in supradictis.& s.de vsufruct.ea.re.l.tribus.in princip.Accur.

SI heres.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium , & per fideicomm.reliquit centum Gaio,& decessit.petit nunc Gaius fideicommis.ab herede.dicit ei heres: Bona Titij testatoris delata sunt fisco.vnde si soluerem tibi fideicom.nihilo minus fiscus recuperaret à me vniuersa bona dicti testatoris:vnde nolo tibi soluere certe dicitur hic quòd tenetur heres soluere dictum fideicommissum dicto Gaio petitori cauenti eidem heredi de restituēdo fideicommis.euicta sibi hereditate per fiscum. Viuia.

f ¶Diceret.non tamen adhuc erat lis contesta.nomine fisci:alioquin non solueretur etiam cautione præstita : vt.j.de iure fisci.l.apud Iulianum.quæ est cōtra & facit.C.de leg.l.si in fraudem.& s. ff. Infort.

[e] Executor seu commissarius testamenti.

[f] Cautio hic multiplex est, vna morientiū partes reddi:altera de conseruādo indemnē. Tertia, de implēdo onere iniuncto.

[g] Executor meus an cauere debeat.

[h] Executor, meus an habeat actionem aduersus heredem.

[i] Executor quoties de eo dubium est an bene administret,eorum iurare debet : & statur eius iuramento.

[k] Defuncti pręcepto de cauendo standum est.

l.iij § si legatarius.& C.de peti,here.l.si.§.j.

g ¶De fideicommisso.relicto puta Titio.

h ¶Caueri.Titio.

SI non in controuersia.] CASVS.Institui mihi heredem Petrum, & Titio legaui solam proprietatē fundi mei Corneliani:& Seio legaui vsumfruc. eiusdem fundi, & postea decessi.venit nunc Sēpro. & facit controuersiam dicti vsufr. dicto Petro meo heredi, dicens ad se dictum vsumf.pertinere. Item Seius prędictus cui legaui dictum vsumfructum, petit ab eodem herede vt dimittat eū vti frui dicto fundo Corneliano. certe si dictus Seius vult habere vsumfr. ab herede, debet cauere dicto Titio cui erat legata proprietas, de restituendo eidē Titio vsumfru. si dictus Sempronius vincat heredem pro vsufruct. non autem debet cauere heredi : & est ratio quare debet caueri Titio proprietario, & non heredi : quia si ponamus quòd dictus vsusfruc. intercidat apud Sempronium prædictum qui faciebat hærędi cōtrouersiam de eodē vsufruct. quique postea vicit heredem, & apud se habuit eundem vsumfru. emolumentum dicti vsusfructus intercidentis nō debet spectare ad heredem.imò ad dictum Titium proprietariū. in casu tamen cauere debet Seius cui legaui vsumfru.heredi.& nō Titio proprietario fundi.puta si legaui vsumfru. dicti fundi dicto Seio,& proprietatem eiusdem fundi ita legaui dicto Titio,vt eandem proprietatem habeat idem Titius cum ad dictum Seium desierit pertinere vsusf.& ita sub incerta die dicto Titio legaui proprietatem dicti fundi qui habetur loco cōditionis : vt. s.de leg.j.l.talis.§.sed & si sub conditione. & est ratio quare hoc casu debet cauere heredi,& non Titio proprietario fundi,quia hoc casu non est certū vsufru.interempto apud dictum Sēpro. qui faciebat heredi controuersiam de eo vsufr. quique super hoc vicit heredem, & apud se habuit eundem vsumfr.nō est certum dico hoc casu ad dictum Titium proprietatem eiusdem fundi reuersuram,quia forte prius decedet Titus quā vsusfr.interimatur apud dictum Sempro & ita non transmittit idē Titius ad suos heredes legatū proprietatis dicti fundi:quia(vt dictū est)quasi cōditionale fuit legatū dictæ proprietatis eidē Titio relictū , eo quod sub incerta die fuit ei relictum, vt dictū est. cōditionalia autē legata non transeunt ad heredes:vt no.s. de lega.j.l.iij.& sic est plana hæc.l. Viuianus.

* Vide Anton. Aug.lib.emend. 2.c.2.

i ¶Sed vsusfructus. id [a] est cautio pro vsufru.præstanda.& sic gratia similitudinis tractat hæc lex de caut.illa quæ est.s.vsusfru.quēadmodum caue.& sic concor.in eo.ti.si tibi vsusf. 2. Alij dicunt, quod quidam tertius mouet quæstionem de vsufr. & sic loquitur de illa cautione de qua est.supra eod.l.hæc autem. in princi. & sic prosequuntur vsque ad finem.

[a] Vsusfructus pro cautione vsusfructus nomine præstanda.

k ¶Potest enim.interpositio est vsque illuc.tunc de eo,&c. & facit infra.§.proxi.

l ¶Titio.cui legata est proprietas:vt.s.proxi.respon.

m ¶Ex.s.Titio. n ¶Spectandum.q.d.nihil.

o ¶Desierit.s.vsusfructus.& sic sub die incerta: & facit.s.vsufru.quemadm.ca.l.si tibi.& si vsusfru.pe.l.fundus detracto.

p ¶Reuersura.Titio interim moriente, & ad heredē nō trāsmittēte propter diem incertū:vt.C.de cadu.tol.§.sin autem aliquid.

AD SENATVSCONSVLTVM TREBELL.

Duo senatusconsulta scilicet Pegasianum & Trebellianum tractauerunt de hac materia. Sed Iustinianus totum attribuit Treb.& quæ sunt propria cuiusque, habes Institu. de fideicommis. here. in princip.&.§ restitutæ.& §.sed quia. *Accursius.*

Elegāter Iustinianus peculiare & in Græca cōstitutione προέχει ... nihil esse magis quam vt legatis quidem iungatur narratio legis Falcidiæ fideicōmissis autē S.C. Trebelliani. Trebellianum prius fuit Pegasiano. Et Trebellianū de transferendis actionibus in fideicōmissariū, vt absq; metu heredes scripti adirēt hereditatem, non deducta quarta. Pegasianum si plus quā dodrantē vel totā hereditatem restituere rogati essent, de quarta deducēda non translatis actionib. cōmunicatis tamē remedio stipulationū partis & pparte, qua ex causa Trebellianus fideicōmissarius erat heredis loco. Pegasianus nō itē. Sed & S.C. Pegasiano heres qui suspectā hereditatē dicit adire cogitur & restituere nō deducta quarta & trāslatis actionib. perinde atq; si ex S.C. Trebelliano restitueretur. Est etiā opinor S.C. Pegasiani quod est in l. 16. §. si quis heres &c. §. cum quidam &c. l. 17. in pr. Sed sublato non transferendarū actionū iure & remedio stipulationum, cetera omnia adscribuntur & aguntur hodie S.C. Trebelliano ex Constitutione Iustiniani secundū quā rectè hic titulus ita concipitur. Ad S.C. Trebellianū, nec adiicitur, & Pegasianū, quod erat in veteri titulo edicti ppetui, & est adhuc in īdice titulorū Pādectis Florentinis præposito.

† In indice tit. amplius additur. Et Pegasianum.

Digestorum
seu Pandectarum Liber trigesimus sextus.

AD SENATVSCONSVLtum Trebellianum.†
TITVLVS I.

Facta restitutione fideicommissi vniuersalis transeunt actiones & iura actiuè & passiuè in fideicommissarium: & heredi & contra heredem paratur exceptio. Alex.

1. VLPIANVS *libro tertio Fideicommissorum.*

EXplicito tractatu[a] qui ad fideicōmissa singularū rerū pertinet, transeamus nunc ad interpretationem senatusconsulti Trebelliani. 1. ¶ Factum est enim senatuscōsultū tēporibus Neronis octauo calēdas Septembres, Anneo Seneca & Trebellio Maximo cōsulibus[b].† 2. ¶ Cuius verba hæc sunt: *Cùm esset æquissimū, in omnibus fideicōmissariis hereditatib. si qua de his bonis iudicia[c] pēderēt, † ex his[d] eos subire,[e] in quos ius † fructúsq;[f] transferretur, potius quàm cuique[g] periculosam[h]* *esse[i] fidem[k], suam: placet* vt actiones quæ in heredem, heredibúsque[l] dari solent: eas neque in eos, neque † his dari, qui fidei suæ cōmissum, sicuti[m] rogati essent, restituissent [sed idem* est & si ipsi filio[n] pater rogatus sit restituere[o]] sed his, † & in † eos[p] quib. ex testamento[q] fideicōmissum restitutum fuisset: quo magis in reliquum confirmentur supremæ defunctorum voluntates.[r]*

† Sufféctis non ordinariis consulibus anno vrbis 815. Dio meminit huius sc. & Cornel. Tacit.

Per hoc senatusconsultum prouisum est heredi pariter & fideicommissario. Alexand. & Bartolus.

3. ¶ Sublata est hoc senatuscōsulto[s] dubitatio eorū, qui adire hereditatem recusare seu metu litiū[t] seu prætextu metus[u] cēsuerunt. 4. ¶ Quanquā autē senatus subuentum voluit heredibus,[x] subuenit tamen & fideicōmissario.[y] Nam in eo quòd heredes si cōueniantur,[z] exceptione vti possunt: heredibus subuētum est. in eo verò quòd si agant heredes, repelluntur per exceptionem, quodq;[a] agendi facultas fideicō. cōpetit proculdubio cōsultum est fideicommissariis.

Senatusconsultum locum habet siue ex testamento siue ab intestato quis sit rogatus de hereditate restituenda. Item locum habet in testamento filijfamiliâs, & in eo qui est heres de iure ciuili vel prætorio. h.d. vsque ad. §. de illo. Alex.

5. ¶ Hoc autē senatusconsultū locum habet siue ex testamento quis heres esset, siue ab intestato, rogatúsque sit restituere

EXplicito.] CASVS. Dominus Vlpianus cōtinuat hunc titulum ad superiora, hoc modo: Cùm explicitus sit tractatus qui pertinet ad fideicom. singularum rerum, s. s. *de lega. j. & de lega. ij. & iij.* & vsque huc: bonum est vt transeamus ad interpretationē senatuscons. Trebelliani, quod tractat de fideicommis. vniuersalibus. & sciatis quod dictū senatuscōsultum fuit factum temporibus Neronis octauo calendas Septembris consulibus existentibus quodam qui vocabatur Anneus Seneca: & alio qui vocabatur Trebellius Maximus. cuius senatusc. verba sunt talia: Cum esset æquissimum in omnibus fideicom. hereditatibus si qua iudicia penderent super bonis dictarum hereditatum, ex his bonis eos subire dicta iudicia, in quos vtilitas & cōmodum eorum bonorum transfertur, id est fideicommissarios potius quàm cuiquam heredi instituto periculosam esse fidem suam quam præstitit testatori de restituenda hereditate fideicommiss. placet vt actiones quæ in heredem dari solent creditoribus, & quæ heredibus dari solent contra debitores: eas neque in eos heredes, neque in heredibus dari, qui restituissent sicut rogati essent fideicommissum fidei suæ, id est hereditatem non detracta quarta, sed & si pater Titij sit heres institutus, & rogatus hereditatem restituere Titio filio suo, & ipse ei restituat, idem erit quod dictum est. s. scilicet vt in patrem non transeant hereditariæ actiones: sed hoc casu & superioribus & in eos fideicommiss. quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset, dantur dictæ hereditariæ actiones. & hoc ideò vt magis in posterum confirmentur summæ defunctorum voluntates, & obseruentur per heredes institutos. nam si heredes instituti non teneantur creditoribus hereditariis facta per eos restitutione hereditatis, vt dictum est: non dubitabunt adire, sicut dubitabant prius. & ita per superiora videre potes quòd non solum heredi qui restituit heredi. fideicommis. subuenitur per dictum senatusconf. scilicet vt excep. vti possit contra creditorem hereditarium contra eum agentem, sed etiam fideicom. scil. vt possit agere contra debitores hereditarios, quamuis heres qui restituit hereditatē eidem fideicomm. repelleretur exceptione ab eisdem debitorib* hereditariis si eos conueniret. hoc dicit vsque ad §. hoc autem senatusconsultum. Viuianus.

† Instantia iudicij inchoata cum defuncto transit in fideicommissarium cui facta est restitutio: secus si cum hærede: *l. cū hæreditas. in fi. j. eod.*

† Iuris & fructus differentia vnde colligūt, eum in quem transeat vtile ius, impropriè dici vsufructuarium.

* Flor. periculosum.

* Placuit actiones.

† Actiones actiuæ quæ hæredi cōpetebāt, facta restitutione fideicommissario, apud eum sunt inanes, licet aliàs actiones cessæ non remaneāt inanes apud adeūtem, nisi interueniat vnū de tribus quæ notātur *in l. j. C. de nouat. l. facta. §. si hæres. l. qui quadringenta. j. eod.*

a ¶ *Explicito tractatu.* qui tractatus fuit *à tit. de lega. j. vsque huc.*

b ¶ *Consulibus.* sic *Insti. eo. §. restituta.*

c ¶ *Iudicia.* id est controuersia[d] vel lites.

d ¶ *Ex his.* s. bonis.

e ¶ *Subire.* dicta iudicia.

f ¶ *Fructúsque.* id[b] est vtilitas & commodū eorum bonorum, id est illius fideicommiss. vniuersalis.

g ¶ *Cuique.* heredi instit.

h ¶ *Periculosam.* si cōueniretur modo. Acc.

i ¶ *Esse.* aliàs sim.

k ¶ *Fidem.* quia restituit.

l ¶ *Heredibúsque.* si non restituissent.

m ¶ *Sicut rogati.* i. non retenta quarta. aliâs subiicit, pro rata: quod dic *vt infra eo. l. §. fin.*

n ¶ *Si ipsi filio.* Sed obiicitur: quia tūc nō vt heres, sed vt pater rogatus intelligitur: *vt. s. de leg. j. l. cū filio. §. ipsi vero.* nō est ergo locus Treb. *vt. j. eod. l. mulier. §. fi.* Sed respō.[c] illud intelligendū quo ad quartę deductionē: vt dicit illa. l. cū filio. sed habet locum quoad hoc, vt ei & in eum transeant actiones: *vt hic.* nam interdum locus est Trebel. nec tamen quarta deducitur: *vt infra eo. l. si patron. §. qui fideicommissariam.* Azo. Vel secundū hoc[d] dic quòd lex, cum filio, loquitur cùm filius instituitur, & pater rogatur restituere: & sic non vt heres, sed vt pater intelligitur rogari: hîc autem pater instituitur, & rogatur restituere filio: & sic vt heres intelligitur rogatus: & habet locum Trebel. quò ad vtrumque commodum: *vt hîc. & infra eo. l. imperator. & l. cogi. §. si pater. & infra ea. l. §. si filio.* sed quod vt pater scilicet restituit, concor. *C. de inoffi. testa. l. filius matrem. & infra eodem. l. mulier. in princ.*

o ¶ *Restituere.* s. hereditatem ex Trebellianica restitutione.

p ¶ *Et in eos.* s. dari actiones est æquissimum.

q ¶ *Ex testamento.* sub. vel ab intestato: *vt. j. eod. §. hoc autem. & facit. supra si quis omis. causa test. l. antepen. in fi.*

r ¶ *Voluntates.* quia per hoc habetur fideicom. vt heres.

s ¶ *Senatusconsulto.* Trebellia. ideo quia non tenetur: *vt. s. proxi.*

t ¶ *Litium.* imò & si sine causa. satis est enim si putet sibi expedire: *vt infra eodem. l. quia poterat. & l. sed si alio. §. quod si suspectam.* Accursius.

u ¶ *Metus.* alcuius alterius, qui multi dicuntur in dictis. ll.

x ¶ *Heredibus.* principaliter: *vt. s. proxi.*

y ¶ *Fideicommissariis.* secundariis.

z ¶ *Conueniantur.* à creditoribus hereditariis: *& facit ad. §. j. eo. l. ita tamen. §. qui ex Treb.*[e] Accursius.

a ¶ *Quódque.* pro. &. Accursius.

Hoc autem senatusconsultum.] CASVS. Siue instituam mihi Titium heredem, siue sit mihi heres ab intestato, possum eum rogare de restituenda hereditate mea Seio. & si ei restituat, habet locum senatusconsult. Trebellianum scilicet vt transeant actiones hereditariæ in dictum Seium. & eodem modo habet locum dictum senatusconsult. Trebel. in testa filiifa. militis. instituit pone ergo sibi heredem Titium, & rogauit de restituenda hereditate Seio: & eodem modo habet locum dictum senatusconsultum non solùm in heredibus de iure ciuili restituere rogatis,

* Inclusa desunt Flor.

a Inchoatam cum defuncto, secus si cū hærede. Bart. Paul. Alex. & Ias.

† Fideicōmissi facta restitutione, actiones passiuæ transeunt ipso iure in fideicōmissarium, quod est contra regulas communes, *l. ti. C. de pactis. l. ... C. de heredit. vel act. vendita.*

† Actiones actiuæ facta restitutione fideicommissi ipso iure transeunt in fideicommissarium. Cōstituuntur enim ea ratione fideicommissarius in loco heredis. *l. quiquadringēta. in ver. ... sua loco ... l. plant. in verb. suo loco ... famil. erciscund.*

b Fructus pro vtilitate & commoditate bonorum.

c Hæc est vera intel. sed distinguit quò ad ... secūdum Alex.

d Idem Bartol. Alex. & Ias. in l. contraria.

e Dic finis illius §. facit contra istum text. sed debet intelligi ante restitutionem secūdum Bart. Imo. & Pau.

sed etiam in bonorum possessoribus qui sunt heredes de iure praetorio. Sed quid si institui mihi heredem dictum Titium, & rogaui eum purè de restituenda hereditate Seio, & rogaui eundem Seiú sub cōditione si nauis ex Asia venerit, de restituēda dicta hereditate Gaio: & Titius restituit Seio, & Seius restituit Gaio ante cōditionem existentem: nunquid Seius transfert in Gaium actiones hereditarias? Et dicitur quòd sic. Item quid si dictum Titium quem institui rogaui restituere Seio & Gaio, scilicet Seio purè vel in diē: & Gaio sub conditione: & idem Titius non vult adire hereditat. eo quod dicit eam sibi suspectā? certè hoc casu debet idē Titius interim vniuersam heredit. restituere dicto Seio cui erat rogatus pure vel in diē restituere. cum autem postea extiterit dicta conditio, si velit Gaius cui heres erat rogatus restituere sub conditione suscipere suam partem hereditatis, transeunt ad eum ipso iure pro sua parte actiones hereditariae sine aliqua restitutione. h. d. vsque ad. §. in filio. Viuianus.

hereditatem[a]. 6. ¶ In filij quoq; familias militis iudicio, qui de castrēsi peculio vel quasi castrēsi testari potest. [b] senatusconsultum locum[c] habet. 7. ¶ Bonorum[d] quoque possessores, vel alij successores ex Trebelliano restituere potuerunt hereditatem.

Fideicommissarius restituendo secundo fideicommissario, in eum actiones transfert. Bart. & Alex.

8. ¶ De illo quaeritur, an is cui ex causa fideicommissi restituta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto, ipse quoq; restituendo ex eodē senatusconsulto transferat actiones[e]. Et Iulianus scribit etiam ipsum transferre actiones.[f] quod & Mecianus probat, & nobis placet.

In fideicommissarium partis cui facta est restitutio, in solidū transeunt actiones quae ipso iure transibant in alium fideicommissarium conditione existente. Bartolus.

9. ¶ Sed & quotiés † quis rogatus duobus restituere hereditatē alteri purè vel in diem, alteri sub conditione, suspectam[g] dicit: ei cui erat rogatus purè vel in diē restituere, interim vniuersam[h] hereditatē restitui senatus cēsuit: cum autem extiterit conditio, si velit alius fideicōmissarius partē suam suscipere, transire ad eum ipso iure actiones.

Siue rogetur heres, siue pater, vel dominus, vel administrator heredis: locus est senatusconsulto. Bartolus.

10. ¶ Si filio vel seruo herede instituto, rogatóque restituere hereditatem, dominus vel pater restituat: ex Trebelliano transferuntur actiones. quod est etiā si suo nomine rogati sunt[i] restituere. 11. ¶ Idem est & si ipsi filio[k] pater rogatus sit restituere hereditatem. 12. ¶ Sed & si tutor vel curator adulescentis vel furiosi rogatus sit restituere hereditatem: [l] sine dubio Trebelliano locus erit.

Pupillus non potest restituere tutori hereditatem eo auctore: sed adultus suo curatori sic: quia auctoritas eius non est necessaria. Bartolus.

13. ¶ Fuit quaesitum, si ipsi tutori rogatus sit restituere pupillus, [m] an ipso auctore restitutionem facere possit. Et est decretum à diuo Seuero, non posse[n] tutori se auctore restituere hereditatē: quia in rem suam auctor esse nō potest. 14. ¶ Curatori tamē adulescētis ab adulescente poterit restitui hereditas: quoniam necessaria non est[o] auctoritas* ad restitutionem.

a ¶*Hereditatem*. facit .j.eod.l.recusare.§.meminisse.& Instit.eod.§.praeterea. secus in singulari relicto iure veteri: sed hodie[a] idem: *vt.d.§.& C.communia de lega.l.pen.*

b ¶*Testari potest*. de hoc constat: *vt Instit. qui non est per. face. testa. in prin.* ¶ Sed quid de illis aduentitiis in quibus pater nō habet vsumfruc. quod est in casibus not. *C. de bon quae li.l.cum oportet.& Auth.item hereditas?* Respon. quidam quòd possunt testari: quod non placet: *vt.j.de don.cau.mor.l.tam is.§.j.*

c ¶*Locum habet* quò ad alia remedia senatuscons. non vt quarta[c] possit detrahi: *vt.j.ead.l.§.denique.& l.Marcellus.§.quod antē.*

d ¶*Bonorum*. facit .j.eo.l.recusare.§.j.

e ¶*Actiones*. non tamen quartam retinet: [d] *vt.j.eo.l.ex asse.& l.si patroni.§.qui fideicommissariam.* Sed videtur contra. *C.eo.l.pe.in fin.* Sol. quidam[e] dicunt. aut est in mora secundo rogatus, vt ibi: aut non, vt hic: quod non placet: [f] quia in primo rogato fit haec differentia: vt ibi dicitur: & tamē ibi ponuntur vt duo casus diuersi. dic ergo secundùm Io.[g] aut secundo rogatus, purè est rogatus: & tunc quod ibi. aut in diem, vel sub cōditione: & tunc quod hic. nō enim debet transire ante diem nisi sponte restituat, quod potest: *vt. C. de fideicommis. post mortem.* ¶ Et not. .j.eo.l.si antè diem.

f ¶*Actiones*. non per restitutionem. nec enim potest restituere hic fideicommissarius, vtpote cum non fuerit rogatus: sed solam possessionem rerum quae sunt in fideicommisso, dabit fideicōmissario: *vt.j.eo.l.cogi.§.Mecianus.* ¶ Sed an cōditionalis fideicommissarius coget pure institutū adire? Resp. sic, sed non restituere[h] nunc: *vt.j.eo.l.ille in prin.* ¶ Item nota casum vbi ipso iure fit restitutio. Sunt & alij: *vt.C.eo l.pe.notatur.*

g ¶*Suspectam*. s. hereditatem.

h ¶*Vniuersam*. quarta nō deducta cōtra cogentē: *vt.j.eo.l.cogi.§.idē Mecianus.* ¶ Et dic[i] aut vterq; s. coact⁹ & cogēs adire vult totū restitui, & obtinet quod hîc. aut coactus tātū: & tūc idē, ne remaneat in dāno propter partē quae remanet: *vt hic.& .j.eo.l.cog.§.si quis.& .§.sed si quis.* aut ecōtra cogēs vult tātū restitui totū: sed rogatus vult retinere partē alterius: & tunc retinet, sed non vtitur Falc. *vt.j.e.l.ita tamē.§.qui suspectā.* Aut cogēs adire nō curat sibi restitui nisi suam partē: & tūc coactus retinebit Falc. cōtra aliū: *vt .j.e.l.cogi.§.idē Mecianus.* Item vt pro parte adeat tantū, cogi nō

potest. Item aliud est in directis institutionibus, vt tunc pendente conditione habeat partem tantum purè institutus, secundum Ir. arg. *contra.*[a] *s.si pars here peta.l.ij.& facit.j.eo.l.ex asse.* Accur.

Si filio.] CASVS Maeuius instituit sibi heredē filium vel seruum Titij: & rogauit dictū filium vel seruū quod restituat hereditatem Gaio: & decessit dictus testator. & postea dictus Titius pater vel dominus instituti restituit dictam hered. dicto Gaio. nunquid transferuntur actiones hereditariae in Gaium? Et dicitur quòd sic, & idem si rogauit testator patrē vel dominum praedictū restituere here. dicto Gaio. Item idem est & si dictus Titius pater rogatus sit restituere filio suo praedicto instituto. Sed quid si dictus Maeuius instituit sibi heredem Sempro. pupillum, & rogauit Titium tutorem suum vt restitueret hered. Gaio, & tutor restituit? nunquid locum habet Treb. vt trāseāt actiones? Et dicitur q sic. Item quid si dictus pupillus institutus rogatus sit restituere praedicto suo tutori? nunquid ipso tutore auctore restitutionē ei facere potest? Et dicitur q non. curatori tamen adolescentis ab ipso adolescēte poterit restitui hereditas: quia hoc casu auctoritas curatoris non est necessaria ad restitutionē. Item quid si dictus Maeuius instituit sibi heredē aliquod collegiū vel corpus, & rogauit dictū collegium vel corpus vt restitueret here. Gaio & Sticho qui sunt de eodē collegio vel corpore? nunquid decreto eorū qui sunt in dicto collegio vel corpore, poterit fieri restitutio dicto Gaio & Sticho? Et videtur q nō: quia iam viderētur dictus Gaius & Stichus sibiipsis restituere: cū & ipsi sint de collegio, vt dictū est. quod esse nō debet s. vt fideicom. restituat sibiipsi here. sed verius est q valeat dicta restitutio: nec videtur sibiipsi restituere dictus Gaius & Stichus: sed alij de eodē collegio vel corpore. nam illud quod est vniuersitatis, nō est propter hoc singulorū de vniuersitate: & hoc dico inspecta persona eorū quibus debet restitui id inspecta persona Gaij per se verū possit capere, vel nō: & eodem modo inspecta persona Stichi. nā licèt collegiū nō sit subnixū alicui speciali priuilegio, & sic nō possit institui: *vt.s.de rebus du. cū senatus.* tamen capiet hered. vt restituat dicto Gaio & Sticho si capaces sunt: *vt.j.eo l.cogi.§.ij.qui solidum.* Viuianus.

i ¶*Rogati sint*. s. pater & dominus herede instituto filio vel seruo.

k ¶*Ipsi filio*. hîc dic *vt.s.eo.§.j.& facit.s.de leg.j.l.cum filio.*

l ¶*Hereditatem*. instituto pupillo herede. *& facit.C.eo.l.etiā.& s.de leg.ij.l.peto.§.mater.& .j.eo.l.cū heres.& l.restituta.§.pupillus.& C.eo.l.pen.* Itē qualiter fiat? Resp. *vt.j.eo.l.restituta.§.j.* Acc.

m ¶*Pupillus*. s. institutus.

n ¶*Non posse* s. principaliter: licèt per quasdā cōsequētias quādoque possit: *vt.s.de auctor.tut.l.j.in fin.& l.quod dicimus in princ.*

o ¶*Necessaria non est*. adolescētibus sub au. sed pupillo sic: *vt.j.eo.l.restituta.§.pupillus.& .§.seq.* ¶ Sed nōne similes sunt: *vt.C.in integr.resti.mino.l.si curatore.& .s.si cer.pe.l.certi cōdictio.§.idē erit?* Sed certè similes sunt cū agitur de eis obligādis: secus si de liberādis *vt hic.& arg.j.re.pu.sal.fo.l.nē quasi.§.hāc autē.* 2. Itē in[c] pupillo nō currit praescr.xxx.an. in adulto sic. *vt.C.de prescr.xxx.an.l.sicut.sic & .C.de fal.mo.l.j.in fi.* 3. Itē pupillus sui creditoris nō facit pecuniā[d] *vt.j.de sol.l.quod si forte.§.fi.* sed hoc nō reperitur in adulto. 4. Itē pupillus nō potest facere testamētū: adultus sic: *vt.s.de test.l.si filius.& de libe.leg.l.Aurelio.§.Gaius.& Insti.qui nō est*

† *Ad hunc §. facit quod dicit Gl.r.in.c.ex parte.post prin. titi. quidam dicunt. extra de offi.iu. dic.ordin.*

a Restituere rogari quis potest etiam singulare fideicommissum.

b Testari de castrēsi vel quasi castrensi peculio filiusfamilias potest: at non de aduentitiis, in quibus etiam pater nō habet vsumfructum.

c Hoc iure recte: hodie tamen de iure Authen. potest detrahi Falcidia & Trebellianica. B. & Ioann. de Imo. contra Angel. & Cu.

d Idem B. P. & Ias.

e Sequuntur Bart. Ang. Imo. & Ias. contra Cu. & Alexan.

f Et male secundum Posideum.

g Reprobatur secundum praedict. scrib.

h Imò dic quod etiā restituere, secundum Bar. Ant. Alex. Ias.

i Est magistralis in sua distinctione secundū Bar. Alexan & Ias.

a Imò non est cōtraria intelligendo secundū distinctionem Glo. ibi positae, secundum Bar. & Ias.

* aucto. curatoris.

b An inter adolescentem seu adultum & pupillum sit differentia.

c Pupillo non currit praescriptio triginta annorum

d Id est non transferre in eū dominium ex mente Soci.

per. fa. test. a. §. praeterea. 5. Itē adultus potest accusare curatorē suspectum: sed pupillus non tutorem: vt Instit. de suspe. tu. § impuberes. & est in casu huiusmodi legis ratio; quia cum adultus curatorē non habet, obligari potest: vt. d. l. si curatorē. secus in pupillo: etiā si nō habet tutorē: sed adultus quantū ad hanc rem nō videtur habere curatorem: cùm eius officiū & auctoritas in hanc restitutionem sit inhabilis. vnde quasi non habeat, restituit. ¶ Si procedas: ergo cum curatore suo semper contraher? Respon. nō sequitur: quia hoc fit ex necessitate sicut solutio, & etiam hæc restitutio. Sol. dici potest respectu restituentis, sed non eius cui fit restitutio: vt. ʒ. l. restituta. in fi. & l. seq. Azo. Vel secundum Io.[a] aliter expone qđ hic dicit, scilicet cum ipse adultus à prætore coactus fuit adire: nam tunc quia nullū emolumentum debet ad eū spectare, vt. ʒ. eo. l. quia poterat. restituit ei sine curatoris auctoritate. aliàs secus erit. ¶ Sed nunquid adultus cum curatorem non habet, potest adire suo arbitrio hereditatem? In pupillo[b] enī certū est non posse: vt Insti. de Auth. tut. §. neq;. & C. de iure delibe. l. potuit nisi in casu: vt. C. qui admit. ad bon. possess. l. bonorū. & C. de iure delib. l. si infanti. in fi. & est arg. quòd possit. ʒ. de app. l. cū in vna. § fin. Arg. contra. C. de admini. tu. l. cum quidam. & dic rationem diuersitatis vt ibi no. in d. l. cūm in vna. Hug.

a Est vera in se: sed diuinat quoad text. secundum Bar.

b Loquitur hic Gl. de adulto & pupillo. potes ii videri quibus casibus æquiparantur per Ludo. Ponta. in. l. fuit quæsitum ʒ. ea. l. & per Bar. in eod. §. in pen. col. versi. ressumi ergo.

c Contrahi potest cū vno de collegio per ipsum collegiū. Bald. Alexand. Iaf.

Collegium potest granari vt restituat hereditatem vni de collegio. Alexand.

15. ¶ Si autem collegium vel corpus sit quod rogatum est restituere,[a] decreto eorum qui sunt in collegio vel corpore,[b] in singulis, inspecta eorum[c] persona, restitutionem valere. nec enim ipse sibi videtur quis horum restituere.

Res quæ remanent apud heredem, æstimantur cum qualitatibus suis: nec cautio interponitur. Bartolus.

16. ¶ Si heres præcepto fundo[d] rogatus sit hereditatem[e] restituere: ex Trebelliano senatusconsulto restituet hereditatem. Nec multum[f] facit, si fundus pignori datus est. Neque enim æris alieni personalis actio fundum sequitur,[g] sed eum cui hereditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est.

a ¶ Restituere. hereditatem fortè alicui qui præest collegio, cùm multi præsunt. Azo. arg. ʒ. proxi. §. 2. Vel dic[c] alicui de collegio: non autem ipsi collegio: vt in fi. huius. §.

b ¶ Vel corpore. accipe. ʒ. valere restitutionem in singulis. sc. quibus est restitutio facienda inspecta persona eorum. s. quibus fit restitutio, s. an possit capere vel non: nec enim &c. q. d. ille cui fit restitutio: licet sit de præsentibus, non ipse sibi restituit, sed collegium sibi restituit vt priuato. sic & aliàs quod est vniuersitatis, non est singulorum: vt. ʒ. de re. di. l. in tantum. §. j. licet sit arg. contra ʒ. de colle. illi. l. iij. in princ.

c ¶ Eorum. quibus facienda est restitutio.

Si heres.] CASVS. Ego habens vnū fundū valentē. c. & habens vltra illū fundum alia. ccc. in bonis, obligaui Titio dictū fundum pro. xl. & postea feci testamentū. & institui mihi heredē Seium: & rogaui eum quod restitueret hereditatē meam Gaio præcepto sibi dicto fundo. nūquid tenetur restituere dictus heres dicto fideicō. totā hereditatē præter fundum? Et videtur q non: quia si restituat fideicō. ccc. & det creditori prædicto. xl. non remanebit ei quarta hereditatis. vnde videtur quod debeat restituere fideicō. solūmodo. ccxl. & soluere creditori. xl. & retinere sibi liberū fundū valētem. c. & ita quartā hereditatis. sed certè veri' est vt ex Trebelliano restituat dicto fideicom. totam hereditatē præter fundū. i. integra. ccc. nec obstat quòd dictus fundus obligatus est pro. xl. quia personalis actio cōpetens dicto creditori p dictis. xl. non sequitur fundum prædictū remanentem apud heredē: sed sequitur eum fideicō. cui hereditas est restituta. Sed oppono: nōne dictus creditor potest agere hypotecharia contra heredē fundum possidentē: sicq; auocare ab eo fundū? certè sic: vnde non videris bene respōdisse. Sed certè imò bene responsum est. bene enim potest heres habere remediū ad istud vulnus: ita quod nō habebit deminutam quartam. s. vt dictus fundus æstimetur antequā per creditorē euincatur quanti valet, hoc est, quantū vendi potest. & si potest heres tantum vendere fundum quantū facit quarta pars bonorum. i. centum, & tali modo q non teneatur heres emptori propter euictionem quā postea faceret dictus creditor emptori, tūc trāsitur ad actiones hereditarias in fideicō. pter tres partes hereditatis per heredē sibi restituras, si autē minus potest heres vēdere dictū fundum quàm sit quarta hereditatis, tunc retēto ab herede de tribus partibus hereditatis eo quod deest ei ad quartam, fieri eodē modo per heredem restitutionem fideicommis. ex Trebelliano. Quidam autem dicebant hic alio modo succurrēdum heredi, scilicet vt fideicom. caueat ei de conseruando eum indemnem si fundus fuerit eidem heredi euictus per creditorem hypotecharia agentem: quod quidem Iuliano non placet. Viuianus.

d ¶ Fundo. qui sufficit ad quartam.

e ¶ Hereditatem. retento fundo.

f ¶ Nec multum quasi per hoc plus detrahit heres.

Sed cauendum est heredi à fideicommissario, vt si fortè fundus fuerit euictus[h] à creditore, habeat heres cautum. Iulianus autem cauendum non putat, sed æstimandum quanti valeat sine hac cautione,[i] hoc est quanti vendere potest sine cautione: & si potest tanti vendere non interposita cautione, quantum facit quarta pars bonorum: ex Trebelliano transituras actiones. si minoris: retento eo[k] quod deest, similiter ex Trebelliano † restitutionem fieri. quæ sententia multas quæstiones[l] dirimit.

Heres hereditatem restituens certa quantitate retenta sub nomine quotæ tenetur legatariis in eo quod habet vltra quartam si à fideicommissario legata exigi non possunt. Bartolus.

17. ¶ Si is qui quadringenta in

g ¶ Sequitur. Nec ... minuit: vt. ʒ. e. l. ... inde. & facit ad ... dem. C. si cer. pe... aduersus. & supra ... eodem. l. quedam. ... autem. & de dote p... le. l. j. §. j. & de ind... fideicommissum. §. ... C. de hered. instituen... quoties. ¶ Item ... dicit personalis:[a] quia realis[b] sequitur possessorem: & sic loquitur contra. C. quo quis. ... di. cōne. l. fi. lib. xj. quia ibi hypothecaria[c] cōuen. untur possessores, cum omnia bona contrahentis cum fisco erant obligata: vt. Cod. quibus ex cau. pig. taci. contra. l. ij. & facit ad hoc Inst. eo. tit. § si quis vna. & ʒ. eod. l. si legatus. §. multum.

h ¶ Euictus. per hypothecariam.

i ¶ Sine hac cautione. quæ non interponitur secundum eum. ¶ Et no. quod res tantum[d] valet quantum vendi potest. sic. ʒ. de condict. fur. l. si seruus.

k ¶ Retēto eo. ab herede de hereditate. Sed hoc fallit in principe secundùm quosdā: vt. ʒ. eo. l. si legatus. §. fi. Sed ibi dicit[e] quòd non consueuit retinere princeps. potest tamen si vult. sed an hoc casu teneatur hic heres creditoribus de legatis? constat quòd non: vt ʒ. §. proxi. & no. C. eo. l. ij. At in creditoribus dic quod pro eo quod ei suppletur, teneatur: pro eo vero quòd valet fundus, non: cum habeat vt legatum: vt Instit. eo. §. sed illud. Alij dicunt aut suppletur ex voluntate defuncti, vt tunc teneatur: aliàs non: sed magis videtur econtra, vt. ʒ. ad leg. Falcid. l. Titia.

l ¶ Multas quæstiones. quæ possunt oriri occasione cautionis inter heredem & fideicommissarium.

Si is qui.] CASVS. Titius habēs in bonis. cccc. fecit testamentum: & instituit sibi heredem Gaium: & legauit Sempro. ccc. & rogauit dictum heredem vt restitueret here. Seio deductis sibi heredi ducētis. & postea decessit dictus Titius testator. postea dictus Gaius heres restituit. cc. dicto Seio fideicomm. & cc. sibi retinuit, sicut testator iussit. modò quæritur, an dictus fideicom. debeat soluere integra. ccc. dicto Sempro. legatario? Et dicitur quòd sic de iure stricto. de æquitate autem non debet soluere dicto legatario nisi. cc. quę habet. & heres qui retinuit. cc. debet soluere. c. legatario, & alia. c. sibi retinere pro quarta hereditatis. & ita fideicom. nihil remanebit. heres autē habebit. c. & legatarius. ccc. & est ratio quare de æquitate non soluit fideicommiss. legatario integra. ccc. quia nō debet sentire damnum vltra quàm ad eum ex hereditate peruenit. nemo enim tenetur præstare plus nomine legati q̄ ad eum ex hereditate peruenit. in vno tamen oneratur fideicom. quia de dictis legatis non potest detrahere Falcid. imò præstat solidum quod habet ex hereditate: vt dictū est: quia fideicomm. non debet detrahere Falc. de legatis iure cōmuni. & idem est vbicūque non habet locū Falc. vt potes exēpla ponere in testamēto militis qui instituit sibi heredē Titium, & rogauit eum vt Seio restitueret hereditatē, & multa legata reliquit, & heres restituit here. fideicōmissario nō detractata quarta Trebellianica: eo q non habet locum in testamento militis. certè prius debet soluere fideic. æs alienum & postea debet soluere legata: dū tamen non præstet vltra quàm sit quantitas hereditatis, & tamen quartam de legatis non potest retinere fideicō. Non solùm autē legatariis nō detrahit fideicom. quartā, vt dictū est: sed etiam fideicom. secundo modo detrahit, vt ecce Titius non miles instituit sibi heredē Gaium, & rogauit eum vt restitueret totam hereditatem Seio non deducta quarta Trebellianica. Itē rogauit eundem Seiū fideicō. vt Sēpronio restituat hereditatē. certè Seius qui est primus fideicō. nō detrahet quartā Sēpronio qui est secūdus fideicōmissarius, nisi hoc testator expresśe voluisset. subaudi, nec heres detrahet quartā eidē primo fideicō. quia testator hoc expresśe vetuit. ¶ Sed pone qđ

Titius

a ... contra...

b A... sequitur ... sorem.

c Actio ... pothecaria ... sessores ... nici possunt.

† et ac sen... c. Vigil... ... d ... ianus ... dit.

d Pretiū rei esse intelligitur, quantum res vendi potest.

e Hæc tenent secundū Alex. in contrarium.

Titius habens quodringenta in bonis legauerit Titio ducenta: & rogauit heredem suum quod restitueret Sempronio dimidiã hereditatis suæ. certe teneatur heres restituere Sempronio dimidiã hereditatis, i. ducenta ex Trebelliano: & Titius legatarius cui fuerunt legata ducenta, petet & consequetur. c. ab herede: & alia. c. à fideicomm. Et est ratio quare heres præstat. c. quia nihilominus remanet ei quarta hereditatis ex Trebelliano. si autem non remanet ei quarta soluta ab ea parte legatorũ, non præstaret partem legatorum: puta si dictus Seius habẽs quadringenta legauit Titio ccc. & rogauit heredem suum vt hereditatem Sempronio restitueret. c. deductis de hereditate sibi heredi. nam si heres restituat. ccc. Sempronio, & retineat sibi centum, & ita quartam solam hereditatis, non aget legatarius nisi contra solum fideicommiss. & hoc dicit. §. Viuianus.

bonis habeat, trecẽta[a] legauerit, & deductis[b] ducentis rogauerit heredẽ Seio restituere[c] hereditatem: an trecentorum onus fideicõmissarius[d] subeat, an verò hactenus, quatenus ad eum[e] ex hereditate peruenit? [f] Iulianus ait competere quidẽ aduersus eum trecẽtorum petitionem,[g] nõ autem emplius quàm in du centis[h] actionẽ aduersus fideicõmissarium daturum[i] in heredem † autem[k] cẽtum. Et mihi videtur vera esse Iuliani sententia, ne damnum fideicõmissarius sentiat vltra quàm ad eum ex hereditate quid peruenit. Neminem enim oportere plus legati nomine præstare, quàm ad eũ ex hereditate puenit,[l] quãuis Falcidia cesset:[m] vt rescripto diui Pij continetur.

Licèt Falcidia non detrahatur, attamen non tenetur quis ad legata vltra vires hereditarias: & fideicommissarius non detrahit quartam nisi heres in eum liberalitatem exercuerit. h. d. Bartolus. & Alexan.

18. ¶ Deniq; nec[n] ex militis testamento plus legatorũ nomine præstatur, quàm quãtitas est hereditatis[o] ære alieno deducto: nec tamen quartam retinere fideicommissario permittitur[p].

c ¶ *Cogendum eum.* contra videbatur: quia alio iure habere poterat, sc. per se ex substitutione.

d ¶ *Onerata.* Sed cùm omittit[e] ex substitutione in fraudem legatariorum, & accipit alio modo: nunquid tenetur legatarius ex edicto, si quis omissa causa testamenti. *vt. C.si quis omis.cau.testa. l.j.* Respon. non: quia facit ex voluntate defuncti: *vt supra si quis omis. cau.testa.l.j.§.si proponatur.*

e ¶ *Idem dicitur.* nam & hîc alio iure per se vt legitimus habere poterat. habeo ergo electionem. directam vel obliquam siue vtilem viam eligat: *vt.C.de codicil.l.si.*

Si quis alio.] CASVS. Ego Bononien. habens bona mea Bononiæ, & Mutinæ existens, feci testamentum Mutinæ, & institui mihi heredem Titium Mutiñ. & rogaui eum quòd restitueret Seio Bononiæ hereditatem meam. & postea decessi. & postea dicit Titius sibi suspectam esse hereditatem meam, & ideò eam non vult adire, & Bononiæ Seio restituere. nunquid cogi debet adire hereditatem, & venire Bononiam, & Bononiæ eam Seio restituere? Et dicitur quòd sic. & est in hoc casu dictus Titius similis illi qui in diem est rogatus restituere hereditatem. nam sicut ille habet diem intra quem potest restituere, ita & huic Titio debet dari tempus quo possit ire Bononiam, & ibi restituere. Item & debet haberi ratio impendiorum quæ faciet ad veniendum Bononiam: scilicet vt ea habeat à Seio fideicommiss. nam & si ita instituissem heredem dictum Titium si decem dedisset Gaio & rogassem eundem Titium de restituenda hereditate dicto Seio, non aliter cogeretur idem Titius adire & restituere eidem Seio quàm si ei offeratur dicta pecunia per eundem Seium fideicommiss. vt eam dare possit idem Titius Gaio. Sed & ratio sanitatis Titij prædicti est habenda in veniendo Bononiam. nam si Titius est infirmus Mutinæ, & ego testator iussi eum ire Alexandriam ad restituendam hereditatem meam Seio, dabitur ei tempus quo possit ire Alexandriam. Item est habenda ratio dignitatis eiusdem Titij. nam si ego testator vocabar turpi nomine, puta vespillo, & institui heredem dictum Titium si ferat nomen meum, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio: cogetur adire & restituere, non tamen ferre nomen meum. Item æstimabit iudex de ætate ipsius Titij. Nam si nimis est senex, nó cogetur venire Bononiam ad restituendam hereditaté Seio, imò adibit hereditaté Mutinæ, & Mutinæ restituet eã Seio. Item æstimabit iudex de iure. i. vtrum liceat ei ire Bononiam, vel non. nam si non licet ei ire Bononiam, puta quia est guerra, nó cogetur ire: imò adibit Mutinæ, & restituet Seio. sed & si Titius Mutinẽsis quem rogaui adire & restituere hereditatem meã Bononiæ, est Mediolani causa reipublicæ, adibit hereditaté Mediolani, & ibi eam Seio restituet. & hoc est verum cum ipse Titius dicebat hereditaté suspectam, nec dicebat se velle deliberare. si autem petiit tempus ad deliberandum, & impetrauit, & transacto tempore deliberationis adiuit hereditatem, debet eam restituere Seio, & potest retinere quartam Trebellianicam quia non adiuit coactus, imò spóte. Si autem suspectam dicit (vt dictum est) non est necesse dicere quare, imò sufficit quòd dicit suspectam. hoc dicit *cum tribus seq. ll. vsque ad. §.si quis sub conditione.* Viuianus.

f ¶ *Si quis alio loco.* quàm vbi domicilium habet institutus.

g ¶ *Eum esse.* & ire illuc, & restituere. Accursius.

h ¶ *Similémque ei.* s. dicit Iul. Cogitur ergo vnus istorum sicut alter adire & restituere. Item sicut vni datur tempus, sic & alij quo commodè possit adire locum: *arg.j.de verb.obliga.l. continuus.§. cum ita.& .§.item qui insulam.& .j.eod.l.seq.* non tamen per omnia sunt similes. nam iussus [a] restituere certo loco, si restituat antequam perueniat ad locum designatum à testatore, tenet restitutio: *vt.j.eo.l.sed & si alio.in prin.* Sed non ita si ante diem: *vt.j.l. sed & si ante.* sed promissor in diem, & promissor ad certum locum, pares sunt in hoc: *vt.j.de ver.oblig.l.continuus.§.cum ita.ibi, eóque transacto &c.* 2. Vel dic quòd hæc.l.sed & si antè. dicit de die incerta. & secundum hoc non sunt contrariæ inter se. *l. sed & si alio.in prin.& .l.sed & si antè.*

i SEd sciendum.] *Debere.* vt ministrentur à fideicommissario: *vt.j.proxi.* sic in testibus [b]: *vt.C.de testi.l.quoniam liberi.*

k ¶ *Dedisset.* scilicet heres.

l ¶ *Offeratur.* à fideicommissario ipsi heredi vt Titio det: *vt & .j.eo.l.facta.§.si sub conditione.& .§.si in danda.*

m ¶ *Adire.* personaliter.[c] sic. *C.de cadu.tollen.§.ne autem.* q.d. nô cogitur illuc ire: sed hic facit restitutionem: vel dabitur tempus quo ire possit: *vt infra.l.proxi.& .l.seq.de verb.oblig. l. continuus. §.cum ita.cum seq.§. & infra de oper.lib.l. quoties. & .d. §. si sub conditione.* Accursius.

n ¶ *Vespillonis.*[d] turpe nomen est. i. latro, quasi spoliãs vi. vel ille qui portat feretrũ regium ad sepeliendũ, dicitur vespillo. Vel qui nô videt[f] mane vel sero: *vt.j.de ædil.edic.l.idem Ofilius.§.pe.* sed ibi est vespertilio. Si ergo instituam te heredẽ si hoc nomẽ tibi assumas, & rogo vt hereditatem restituas: remittitur nominis impositio: sed non onus restituendi: *vt hic.& .j.eod.l.facta.§.quod si sub conditione.& facit ad hoc infra de dona l.hoc iure.§.si.* Azo.

o DE *ætate.* quia nimis senex est, vel nimis puer.

p *Liceat.* quia nô sit inde relegatus. & est argu. côtra eos qui impetrant literas in loco non tuto, *sic supra ex qui.cau.maio.l.iij.*

Sed &

a Restitutio hereditatis fieri potest municipio, vt & ab eodé fieri potest.
b Municipales consentire vix possunt.
c Licita in dubio subintelligimus.
d Legari potest vt collegio ita singulis qui in eo continentur.
* quàm pro magis quam. Ant. Aug. *lib.4.emendat.c.8.*
e In fraudé legatariorum nihil facit, qui omittit legatum ex substitutione & id alio modo accipit, si modo id faciat testatoris voluntate.
* implicitus.
* bispellionis. *vide quæ notata sunt.j.titu.de ritu nup.l.31.*
a Iussus restituere certo, potest restituere antequam perueniatur ad cũ locũ: Iussus vero restituere ad diem, ante diem restituere non debet.
b Sumptus testibus præstandi à producẽte. *adde l.en.c.§.si quis autem.C.de appellat. adde quæ scripsi in Gl. legis sid. eiß. 11.§.i.ff.ad exhibend.*
c Si hoc erat expressũ. Imo.
d Vespillo, vilis cadauerum funerator dicebatur, Festus.

a SEd & si alio. *Adire.* scilicet hereditatem puta Bononiæ.
b *Absit.* puta Mutinæ.
c ¶ *Abest.* scilicet Mutinę: & hoc cùm nolebat deliberare, sed statim spernere vt suspectam aliàs cogitur adire vbi abest, sed non restituere. *vt infra eod. l. si legatus. in princi. quæ est* contra. *& facit supra de iudic. l. sed & si restituatur. y. respon.*
d ¶ *Impetrauerit.* quod potest etiam iure nouo: *vt. C. de iur. delib. l. fin. §. sed quia quidem.*
e ¶ *Non putat.* *z. eo. l. quia poterat. & supra e. l. omnes.*
f ¶ *Hereditatem.* & tunc adibit.

Si quis sub conditione.] CASVS. Institui mihi heredem Titiũ sub conditione si nauis ex Asia venerit, & rogaui eum simpliciter vt restitueret hereditatem meam Seio. & postea decessi. postea dictus Titius restituit hereditatem Seio ante cõditionem, nunquid valet restitutio, & transferuntur in Seium actiones hereditariæ? Et dicitur quòd non: quia nõ ita restituit hereditatem sicut ego rogaui. & quòd dixi in conditione, habet locũ in die incerta, quæ quidẽ loco cõditionis habetur. Sed quid si dictus fideicõ. i. Seius habeat ratam restitutionẽ prædictã existente postea dicta cõditione vel die: nũquid nunc videntur translatæ actiones hereditariæ in eũdem fideicõ. tunc cũ ei restituta fuit hereditas? Et dicitur quòd sic: & ita retro finguntur nõ translatæ. & hoc dicit. Viu.

† Repudiare hæreditatẽ videtur, qui dicit post tempus sibi datum, non sibi expedire adire hæreditatem.

ne, æstimabitur.

IX. VLPIANVS *libro quarto fideicommissorum.*

SEd & si alio loco iussus est adire, [a] & reipublicæ causa absit: [b] æquè cogendũ adire hereditatem, & restituere Iulianus ait, vbi abest.[c] 1. ¶ Planè si quis petierit ad deliberationem tempus, & impetrauerit, [d] deinde post tẽpus deliberationis adierit & restituerit hereditatẽ: non videtur coactus hoc fecisse. Nec enim suspectam coactus adit, sed sponte post deliberationem. 2. ¶ Quòd si suspectã dicit, profiteri debet non † sibi expedire adire hereditatẽ. neq; hoc dici oportere, non esse soluendo: sed profiteri eum oportet, quòd nõ putat [e] sibi expedire hereditatẽ [f] adire. 3. ¶ Si quis sub cõditione fuit heres scriptus, pendente cõditione nihil agit, [g] tametsi paratus sit restituere hereditatem.

X. GAIVS *libro secundo Fideicommissorum.*

SEd & si antè diem [h] vel antè conditionem restituta sit hereditas, non transferuntur actiones: quia non ita [i] restituitur hereditas, vt testator rogauit. Planè postea quàm extiterit cõditio, vel dies venerit, si ratam habeat restitutionem hereditatis: benignius est intelligi tunc translatas videri actiones.

Heres non potest cogi adire nisi omne damnum quod timet, sibi sarciatur, vel à prætore remittatur. Bart.

XI. VLPIANVS *libro quarto Fideicommissorum.*

APud Iulianum relatum est, si legatum [k] fuit heredi instituto relictum si heres non erit, & ob hoc suspectam dicit hereditatem: ne perdat legatũ: offerri ei oportere quantitatem legati à fideicommissario, deinde cogendum. Nec illud admittit Iulianus, vt quasi hereditatẽ non adisset, sic legatum à coherede petat: adiit enim: [l] sed magis arbitratur à fideicommissario [m] ei præstandum. Sed & si quid aliud sua interesse dicet, nõ cogitur adire, nisi ei damnum vel lucrum fideicommissario * sarciatur, vel à prætore onus [n] remittatur, quod recusat.

Ad confirmationem tacitæ vulgaris requiritur aditio ex testamento paterno. Bartolus.

1. ¶ Idẽ Iulianus ait, si duo [o] fuerint à patre instituti cũ filio eius impubere, & iidem substituti [p] filio, sufficere ei qui fideicom-

* fideicõmissi. aliàs à fideicõmissarij.

g ¶ *Nihil agit.* Distingue [a] aut est sub conditione institutus, & rogatus per consequens sub eadem conditione restituere: & tunc nec adire nec restituere potest antè conditionem: & si fecerit, non transeunt actiones nisi existente conditione heres ratum habet quod fecit: *vt hic, & infra. l. proxi.* quo casu retro facta trahuntur ad præsens. *sic supra communia prædio. l. h. in princ.* Aut fuit purè institutus, & sub conditione rogatus: & tunc si est casualis, cogitur adire: sed non restituere nisi in casu quem habes. *supra eod. l. j. §. sed & quoties.* & si fiat restitutio antè conditionem, non valet: *vt infra eod. l. sed cum ab herede. & l. sequen. & supra de lega. ij. l. vxorem. §. Seium.* si autem est omnino extitura, potest fieri ante restitutionem: *vt Cod. de fideicom. l. post mortem. nec ob. supra de lega. y. l. cum pater. §. hereditatem. & §. à filia. & not. in. d. l. post mortem.*

a Institutus ad diem vel sub conditione, vtrum possit cogi adire & restituere ante diem vel conditionem.

h SEd & si ante diem. scilicet institutionis, vt conueniat præcedentibus. sed hoc quo modo, cùm non possit fieri institutio ad certum tempus, vel ex certo tempore: *vt Inst. de here. insti. §. heres:* Respon. dies fuit incertus, & sic idem quod conditio: *vt infra de condi. & demon. l. j.* 2. Vel dic quòd erat miles testator: *vt supra de mili. test. l. in fraudem. §. miles.* & secundum hoc non ob. *supra eodem. l. recusare. §. fina. & l. sed si alio. & infra. l. proxi. §. Antistia. & l. imperator.* quæ sunt contra.
i ¶ *Quia non ita.* sic *supra de iureiur. l. iy. §. si. & hic, & de contra. ben. empt. l. cum seruo. & 3. man. l. diligenter.* Item quod de die dicit, habet locum nisi gratia fideicommissarij sit dies appositus: vt in singulari not. in dicta. l. post mortem.

APud Iulianum.] CASVS. Institui heredes Titium & Seium, & eidem Titio legaui centum si heres non esset. Item rogaui eundem Titium vt suam partem hereditatis restitueret Gaio per fideicommissum. & postea decessi. venit Gaius fideicommissarius prædictus coram prætore, & petit vt Titius cogatur adire, & ei restituere. dicit Titius, ego non adibo: nec tibi restituam nisi des mihi legatum quod reliquit mihi testator. certè dicitur quòd prætor non debet Titium cogere adire & restituere Gaio nisi prius Gaius det ei dictum legatum, sed dato ei legato bene potest eum cogere. Sed pone quòd prætor coegit dictum Titium adire pro sua parte, & restituere Gaio fideicommissum antequam idem Gaius daret eidem Titio dictum legatum. nunc autem dicit dictus Titius Seio coheredi suo, testator qui instituit nos heredes, legauit mihi cẽtum si heres nõ essem: ego non videor esse heres, cùm coactus adiuerim: vnde peto à te dictum legatũ nunquid potest hoc obtinere? Et dicitur quòd nõ: quamuis enim coactus adiuerit, adiuit tamen, & heres fuit: quia coacta voluntas est voluntas. si ergo fuit heres (vt dictum est) non debet habere legatum à coherede. debet tamen ei præstare legatum dictus Gaius fideicõm. quòd autem dixi in principio non esse cogendũ Titium adire & restituere Gaio nisi Gaius det ei legatum à testatore ei relictum sub conditione si non esset heres: idem est si idem Titius dicat sua interesse alio modo non adire, puta quia grauatus est nimiis legatis si adeat, vel aliud onus est ei impositum: vel si aliquod aliud lucrum ego testator ei dedi si non adeat. nam non cogitur adire nisi ei damnum prædictũ aut lucrum sarciatur à fideicommissario, vel nisi prætor remittat ei prædictum onus, scilicet à testatore impositum si adeat. Sed pone quòd institui mihi heredes dictum Titium & Seium & filium meum impuberem, & postea feci secundas tabulas, id est substitui dicto impuberi dictos coheredes suos, & in dictis secundis tabulis rogaui dictos coheredes impuberes vt restituerent hereditatem impuberis Gaio, & postea decessi, & postea antequam impubes vel aliquis de dictis suis coheredibus adiret hereditatem meam, decessit idem impubes in pupillari ætate nunc Gaius fideicommiss. prædictus vult quòd coheredes prædicti impuberis adeant hereditatem impuberis, & ei restituant, & ita vocat eos coram prætore: & ipsi dicunt coram prætore quòd hereditas testatoris non fuit per impuberem adita, nec etiam per nos. vnde secundæ tabulæ nihil valent adhuc, & sic ex eis adire non possumus, nec restituere. Respondet autem eis Gaius: vt ambo adeatis herede. testatoris: aut ad minus vnus vestrum, & sic erunt confirmatæ tabulæ patris testatoris siue principale testamentum, & per consequens valebunt secundæ tabulæ prædictæ: & de hoc rogo prætorem quòd cogat vos, & quòd postea cogat vos adire ex substitutione siue ex secun. tabu. & mihi heredi restituere. quæritur quid iuris sit? Et dicitur quòd prætor debet exaudire allegationem Gaij fideicommiss. h. d. vsque ad §. vtrum. Viuianus.

k ¶ *Legatum.* id est [a] prælegatum: cùm duo essent, vt statim dicit: aliàs à seipso non posset ei legari: *vt supra de lega. primo. l. legatum est. §. j.*
l ¶ *Adiit enim.* licet coactè, & fuit heres: quia coacta [b] voluntas est voluntas: *vt supra quod met. cau. l. si mulier §. si metu.* ¶ Sed an hoc casu retineat quartam? Videtur quòd sic: quia nõ fuit fortè coactus nisi causatiuè. Sed dic secundum H. quòd non retinet: quia alienó non suo periculo adiuit: *vt supra eo. l. quia poterat.*
m ¶ *A fideicommissario.* quàm à coherede.
o ¶ *Onus.* sibi impositum. *& facit. j. eod. l. ita tamen. §. si preceptis & l. debitor. in fi. j. respon.*
o ¶ *Si duo.* extranei. & quod dicit, à patre, respectu impuberis dicit, qui erat filius.
p ¶ *Substituti.* vulgariter, vel melius pupillariter, cùm dicit. §. de

a Legatum pro prælegato.
b Voluntas coacta volũtas est in hæreditate accipiẽda: licet Bal. aliter definiat verbũ voluntas. est enim vt dicit, animi motus sine coactione. *& hoc in. l. In tmentis. C. de adlis. rupt.* Dic ergo hanc regulam procedere vbi agitur de negotio proprio, non de alieno. *idem Bal. in. l. 1. §. sed si quæ. ver. quid si populus. C. communia de lega.*

secun .tab. non tamen fuit adita pupillaris: vnde substituti admittuntur ex tacita[a] vulgari quæ inest in expressa pupillari: *vt supr. de substi. l. iam hoc iure.*

a Substitutio vulgaris tacita, inest in expressa pupillari.

a ¶ *Accepit.* puta quidam alius cui hereditatem rogati sunt restituere substituti. Accursius.

missum in secundis tabulis accepit,[a] vnum ex heredibus[b] institutis cogere adire[c] patris hereditatem. Hoc enim facto, cõfirmatisque patris tabulis,[d] poterunt ex substitutione[e] ambo cogi adire[f] & restituere hereditatem.

Coactus adire & restituere si actiones in fideicommissarium non transferantur, perinde non tenetur ac si non adiuisset. Bartolus.

2. ¶ Vtrum autem præsenti, an etiam absenti[h] restitui possit procuratore[i] adeunte prætorem, videndum est. Ego puto absenti quoque fideicommissario cogi posse heredem institutum adire, & restituere:[k] nec vereri heredem oportere ne fortè in damno moretur. Potest enim ei per prætorem succurri,[l] siue cautum[m] ei fiat, siue non, & ante decesserit[n] fideicommissarius quàm ei restituatur hereditas. Est enim huius rei exemplum † capere ex rescripto diui Pij in specie huiusmodi: Antistia decedens Titium heredem instituit, & libertatem dedit Albinæ directam, eique[o] filiam[p] per fideicommissum reliquit, rogauitque[q] vt filiam manumitteret. sed & Titium[r] rogauit vt manumissæ Albinæ filiæ restitueret hereditatem.[s] Cùm igitur Titius suspectam diceret hereditatem,

† Exẽpla principũ sequi possumus, l. ... C. de legibus, aliàs exemplis non est iudicandũ, l. Nemo. C. de senten.

b ¶ *Vnum ex heredibus.* sic. j. *de bo. liber. l. etiam. §. vt patronus.* & hoc demum post mortem impuberis: *vt supra eod. l. ita tamen. §. à patre. & ʒ. de vulga. substitu. l. ij. §. interdum.* Accursius.

c ¶ *Adire.* scili. ex institutione. Accursius.

d ¶ *Tabulis.* vt. j. *eodem. l. nam quod. §. si quis cõpulsus. & l. ita tamen. §. quòd si duo. & Instit. de pupil. substitu. §. liberis. & supr. de vulg. substitu. l. ij. §. adeò.* Hug.

e ¶ *Ex substitutione.* dicta vulgari, tacita inclusa in pupillari expressa.

f ¶ *Adire.* etiam ille qui repudiauit paternam. licet enim quis repudiet hereditatem paternam, nihilo minus potest adire pupillarem, dum tamen pro parte fuerit institutus in paterno, non in asse: *vt. ʒ. de acquiren. hered. l. quæsitum. in fine. & . j. eod. l. ita tamen. §. qui suspectam.* Caue tamen tibi quòd hic. §. loquitur quando pupillus non adiuit ex institutione. alioquin non foret cogendus aliquis ex coheredibus suis adire ex institutione: vt ideo paternum testamentum valeret, & sic per consequens pupillare, quia iam valeret per aditionem pupilli. nam sufficit vnum ex heredibus adire: vt hic dicit Hug.

g ¶ *Hereditatem.* nam non est aliqua hereditas impuberis quam isti substituti possint habere & restituere: quia impubes non adiuit, vt dictum est. & ita isti admittuntur ex substitutione vulgari facta filio expressa vel tacita, quæ[b] intelligitur in pupillari expressa si ponas pupillarem factam: quod magis videtur, cùm dicat secundas tabulas esse factas. alioquin si esset vulgaris expressa, non iure possent dici secundæ tabulæ: *vt Instit. de pupill. substitu. in princip. & §. igitur.* nec exigeretur aliquem adire ex institutione, cum possit adire ex substitutione vulgari omissa institutione, & sic inciperet tenere testamentum à gradu substitutorum, quod[c] fieri potest: *vt supra de lib. & posthum. l. iij. §. finali. & infra de secundis tabul. l. j. §. defertur.* Hugo.

b Substitutio pupillaris tacita, in pupillari expressa intelligitur.

c Testamẽtum vires suas sumere potest à gradu substitutorum.

¶ Sed nonne adeunti suam partem accrescit alia repudiantis coheredis ipso iure: *vt. C. de impu. & ali. subst. l. testamẽto?* Respõ. verum est, nisi cogeretur coheres adire. ¶ Item adeunti nonne ipso iure accrescit dimidia partis pupilli, cùm dicas ex vulgari tacita eum admitti per d. leg. testamento. ad quid ergo cogitur? Respon. cogitur vt sit heres ex voluntate, qui fictione iuris heres erat. ¶ Item de qua restituenda fuerunt rogati, scilicet de sua institutione, vel substitutione, vel de vtraque? Respond. de quacunque vis, cùm & de aliena possent rogari, nedum de sua tota, vel parte: *vt. j. eo. l. cogi. §. sed & si quis.*

Vtrum autem.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & rogaui eum de restituenda hereditate Gaio, & decessi. postea Gaius absentauit se, & dimisit vnum procuratorem qui peteret Titium adire hereditatem meam, & sibi restituere. modo quæritur, vtrũ dictus procurator possit coram prætore cogere dictum heredem ad adeundum & ad restituendum? Et dicitur quòd sic. Sed quid si heres dicat coram prætore: ego nolo adire nisi procurator caueat mihi de rato. posset enim esse quòd fideicommissarius non haberet ratam restitutionem, sicque remanerent onera hereditaria super me? certè bene debet prætor facere ei caueri. sed & si adeat & non petat sibi caueri, & fideicommissarius decedat antequam sibi hereditas restituatur, & sine herede, & sic videantur remanere onera hereditaria apud heredem qui à prætore compulsus adiuit, adhuc debet ei subueniri per prætorem, sicut & subuẽtum fuit cuidam heredi in quodam casu qui fuit de facto, qui casus fuit talis: Antistia habens duas ancillas, scilicet Albinam, & Bertam impuberem filiam eiusdẽ Albinæ, instituit sibi heredem Titium & libertatem directam dedit dictæ Albinæ: & eidem Albinę reliquit per fideicommissarium dictam Bertam filiam eiusdem Albinæ, & rogauit eandem Albinam vt dictam suam filiam manumitteret. sed & dictum Titium heredẽ à se institutum rogauit vt restitueret hereditatem suam dictæ filiæ Albinæ cùm esset manumissa à matre sua Albina, & nubilem ętatem complesset. & postea decessit dicta Antistia testatrix. Titius prædictus non vult adire hereditatem suam, dicens eam sibi suspectam, & sic Albina non potest habere libertatem, nec filiam suam sibi legatam, nec manumittere dictã suã filiam vt ei suæ filiæ restituatur hereditas per eundem Titium. certè dicta filia Albinæ quãuis impubes poterit adire prætorem, & facere cogi Titium adire hereditatem. quo adeunte competet Albinæ libertas, & tradetur ei dicta sua filia, & ipsa eam manumittet, & ea manumissa dabitur ei tutor, quo authore restituet ei Titius hereditatem Antistiæ: & statim restituet ei, quamuis fuisset rogatus ei restituere cùm nubilem ætatem implesset, vt dictum est. Sed pone quod coacto dicto Titio adire hereditatem Antistiæ ad postulationẽ filiæ Albinæ, dicta filia Albinę decedat sine herede antequam Titius ei restituat hereditatem: nunquid habebit aliquod remedium dictus Titius vt non teneatur oneribus hereditariis? Et dicitur quòd sic. nam dabuntur bona hereditaria creditoribus Antistiæ, vt ipsi vẽdant ea ac si Titius non extitisset heres. & ita creditores nihil poterunt dicere Titio prędicto. sicut ergo succurritur Titio qui adiuit hereditatem Antistiæ in hoc casu qui de facto contigit, ita succurretur in cæteris casibus vbicumque simile eueniat, id est quòd fideicommissum decedat sine herede ante restitutam sibi heredi. per eum qui coactus fuit adire. ergo eodem modo succurretur Titio qui rogatus erat restituere Gaio decedente sine herede antequam Titius coactus adire ei restituat. de quo dictum est in versiculo, nec vereri &c. vsq; illuc Antistia, &c. Sed pone quòd dicta Antistia instituit sibi heredẽ dictum Titium & etiam Seiũ, & Titium rogauit vt suam partem hereditatis restitueret dictæ filiæ Albinę cùm esset nubilis ætatis: & Titius dixit suspectã suam partem hereditatis, & Seius adiuit suam. Certè in hoc casu non habet locum dicta constitutio diui Pij, & dictum remedium. nam pars dicti Titij accrescit coheredi cum onere fideicõmissi. & hoc vsque ad leg. sequentem. versi. neque pupillum. vbi redit ad eum casum quando Antistia vel etiam alius instituit purè Titium sibi heredem, & rogauit eum de restituenda hereditate sub conditione, & ipse non vult adire nec restituere: & quia pupillus est, petit restitutionem in hoc vt non cogatur. certè non auditur. videtur enim petere restitutionem in alterius iniuriam, scilicet fideicommissarij, cùm restituta ab eo hereditate fideicommissario ipse heres nullum damnum debeat sustinere. apparet ergo ex omnibus supradictis quòd tam absenti fideicommissario debet restitui hereditas quàm præsenti. & hoc dicit vsque ad l. ille à quo. §. j. Viuianus.

h ¶ *Absenti.* fideicommissario.

i ¶ *Procuratore.* fideicommissarij absentis.

k ¶ *Et restituere.* vt *infra eo. l. restituta §. sed & si voluntate.* sic econtra heres potest[a] per nuntium vel per epistolam recusare: *vt supra. e. l. recusare.* Sed cõtra. *supra de iure do. l. si mulier. §. ex asse.* Sol. non potest procuratori in rem suam quasi ipse sit fideicommissarius vt ibi: sed simpliciter, vt hic.

a Recusatio potest per nuntiũ fieri.

l ¶ *Succurri.* vt non teneatur creditoribus: *vt infra proxi. §.*

m ¶ *Cautum.* scilicet de rato à procuratore, dum tamen verus sit procurator: *vt infra eo. ti. l. quidam. §. etiam.*

n ¶ *Decesserit.* Videtur[b] ergo extingui fideicom. si decedat fideicom. ante restitutionem sibi factam: *vt hic & . j. § proxi. & supra de leg. j. l. cum filio in fin.* Sed contra est, quia vadit ad heredem: *vt infra eo. l. cogi. § idem Macianus. & l. postulante. & hic, & infra proxi. §. non habet heredem.* & in illa, cum filio. retinet vt peculium ex sua, non filij persona.

b Fideicommissum non extinguitur fideicõmissario decedente ante restitutionem fideicommissi ei factam. Itaque hoc casu fideicõmissum trãsmittitur ad eius hæredem.

o ¶ *Eique.* scilicet Albinæ. Accursius.

p ¶ *Filiam.* scilicet suam. Albinæ.

q ¶ *Rogauitque.* scilicet Albinam. Accursius.

r ¶ *Sed & Titium.* scilicet coheredem.

s ¶ *Heredem.* cùm nubilem complesset ætatem: *vt patet infra eodem.*

a ¶*Compellendum.* per filiam Albinæ: *vt infra eo.l.cogi.§.fi.* ¶Sed quomodo, cum adhuc non sit libera: *vt infra eod.l.non est cogendus*? Solu. hic erat ancilla hereditaria a, alioquin secus: *vt infra.l.si patroni.§.imperator.* Vel hic de facto sic accidit.

a Heres cogi adire potest ab ancilla hereditaria, cui ex fideicōmisso heres tenetur hereditatem defuncti restituere.

b ¶*Libertatem.* scilicet directam, quæ b demum post aditionem competit: *vt.C. de cadu.toll.§. in nouissimo.*

b Libertas directa post aditionē hæreditatis competit.

rescriptum est à diuo Pio, compellendum a eum adire hereditatem: quo adeunte, Albinæ cōpetituram libertatem, b eiq; c filiam tradendam, & ab ea manumittendam, tutorémq; filiæ manumissæ dandum, quo auctore d restituatur hereditas filiæ statim e, quamuis sic fuisset ei rogatus restituere, cùm nubilem ætatem complesset. Cùm autē possit, inquit, euenire, vt ante decedat ea cui fideicōmissaria libertas & hereditas relicta est, nec oporteat damno adfici eum qui rogatus adit hereditatem: remedium dedit, vt si quid horū contigerit, perinde permittatur venundari bona Antistię, f ac si heres ei non extitisset. g Cum igitur demonstrauerit diuus Pius succurri heredi instituto qui compulsus adit, h dici potest etiam in cæteris causis exemplum hoc sequendum, sicubi * venerit, restituatur i fideicommissaria hereditas ei qui compulit adire & restituere sibi hereditatem.

XII. PAPINIANVS *libro vicensimo Quæstionum.*

c ¶*Ei que.* Albinæ.

d ¶*Quo auctore.* non aliàs: *vt infra eadem.l.*

e ¶*Statim.* Sed quomodo ante diem nuptiarum incertum: *vt §.l proxi.& §.eod.l.ita tamen.§.à patre.& l.si patroni.§.j. que sunt contra*? Resp. si sponte adiit, non cogitur restituere, vt in contrariis: sed aliàs cogitur & adire & restituere, & statim c, vt nullum cōmodum vel incōmodum penes eum remaneat: *vt.§.eo.l.quia poterat.* Sed tamen per talem restitutioné nō transeunt actiones, vt in contrariis & si decedat fideicomm. antè diem, aut coherede relicto non fiet venditio per creditores. *vt not. supra proxi in ver. nec veteri.* alioquin sic: & interim differetur vēditio, cùm fideicommissarius paratus sit defendere. & hoc dicit hic *& supra.§.vtrum. & infra eo.l.ille à quo. in prin.* Vel distingue an fuit institutio pura, & restitutio conditionalis: vel ipsa institutio conditionalis: *vt no.supra eo.sed & si alio.* & hæc vera sunt quando rogatus solus est heres institutus. Si autem habeat coheredem qui partem suam agnouit, non est locus constitutioni diui Seueri, de qua hic dicit, vt propter metum creditorum cogatur rogatus adire & restituere antè diem incertum: cùm sua pars accrescat coheredi cum onere fideicommissi adeunti, qui & defendet à creditoribus. & hoc dicit *infra.l. proxi. vsque ibi, nec pupillum, &c.* Sed opponitur tunc hic. ¶Pone duos institutos & vnum purè rogatum restituere, poterit hic purè institutus cogi adire & restituere: non attento quòd alteri potest accrescere cum onere fideicommissi. Sed resp. hoc fit secundùm volūtatem defuncti: sed altero casu cùm est rogatus sub conditione, est contra voluntatem defuncti quòd antè restituat: vnde fieri non potest si alio communi remedio potest consuli. sed si non potest, etiam tunc cogitur restituere antè conditionem: vt quando vnus solus est institutus, & rogatus sub conditione: *vt hic & infra.l.proxi.vsque illuc, nec pupillum. &c.* sed ab inde vsque ad.§.*si ex testamen.qui est ibi in.l.sequen.* ibi dices.

c Heres qui inuitus & coactus aditam hereditatem fideicōmisso obnoxiam, eam restituere debet nullo commodo sibi reseruato.

* Vt sicubi euenerit.

f ¶*Antistia.* scilicet quondam. Nam mors d omnia soluit: *vt in Authen.de nup.§.deinceps.*

d Mors omnia soluit.

g ¶*Non extitisset.* scilicet aliquis prædictæ Antistiæ: quo casu constituto curatore bonis fieret venditio: *vt supra de cura.bo. dan.l.ij.*

h ¶*Adit.* & antè conditionem vel diem restituit: & post fideicomm. decessit antè conditionem sine herede, vt in casu Antistiæ.

i ¶*Restituatur.* id e est restitui postuletur. Imò propriè. & dic restitutam ante conditionem, fideicommissario deinde antè conditionem mortuo: *vt supra.§.vtrum.* & idem vbicumque vnus solus est institutus purè & sub conditione, vel in diem restituere rogatus, & restituit ante diem, vt fideicommissario mortuo antè diem conseruetur heres indemnis. ¶Item not. exemplum f principis sequendum: *sic supra quod met.cau.l.metum.§.sed quod prætor*, aliàs contra: *vt.C.de sen.& inter.l.nemo iudex.*

e Restituitur impropriè, qui restitutionem postulat.

f Principis exemplum sequendum est.

k SEd cum ab herede. hanc expone: *vt in priori.l. dixi*, cùm qua continuatur.

l ¶*Neque pupillum.* Tribus g modis pone casum: Primò pupillus fuit solus purè institutus, & sub conditione rogatus, & petebatur vt cogeretur adire & restituere ante conditionem, & ipse petiit extra ordinem.i. per in integrum restitutionem, vt nō cogatur ad prædicta: asserens quòd si restituat, & fideicommissarius decedat antè conditionem, ipse remanet obligatus creditoribus. sed non timeat hoc, quia non remanet obligatus per constitutionem diui Pij: *vt hic, & infra.l.proxi.* quæ continuatur cum ista. & secūdum hoc redit hic ad casum.l.præcedentis. Alij continuant cum proximo in ea. l. sequenti. quòd vnus ex heredibus purè institutus rogatus fuit de restituendo cuidam pupillo sub cōditione: qui institutus spontè adiit. certè non habet locū constitutio diui Pij vbi est rogatus restituere pupillo ante conditionē nec in hoc pupill9 potest iuuari p restitutionē: cùm in præiudiciū rogati fieret. &.l. sequens, ille à quo, non continuatur cum ista.

g Casum ponit tribus modis.

SEd cum ab herede k pro parte instituto fideicommissa hereditas sub conditione relicta esset, imperator Titius † Antoninus rescripsit, non esse locum constitutioni suæ, neque pupillum l extra ordinem m iuuādum, præsertim si nouum beneficium cum alterius n iniuria postularetur.

† Pius vt supra lege proxima.

XIII. VLPIANVS *libro quarto Fideicommissorum.*

ILle à quo o sub conditione fideicommissum p relictum est, causari quid non poterit ne conditio deficiat, & hæreat actionibus cum nullum damnum sit futurum secundum ea quæ ostendimus.

1. ¶Iam igitur non desideratur heredis præsentia.

In sementariis controuersiis non admittitur exceptio, quam proponere excipientis non interest: secus si intersit, nisi requirat altiorem indaginem: quo casu in alio iudicio reseruatur hoc dicit. Alexand.

2. ¶Si de testaméto † aliqd quęratur, heres non debet audiri, si

2. Vel dic quòd pupillus fuit heres purè institutus, & rogatus de restituendo sub cōditione, & spōte adiit, & fideicommissarius ante conditionem decessit sine herede. certè locus non est cōstitutioni diui Pij in hoc vt pupillus heres non teneatur: imò tenetur creditoribus. & quod dicit, extra ordinē non iuuandum.i. per cōstitutionē diui Pij, quia esset cum iniuria creditorū: secus si coactus adiuisset: *vt.§.l. proxi.* Sed in casu vbi nō iuuatur per constitutionem diui Pij potest tamen iuuari per prætoré si damnosam hereditatem adiuit: *vt.C.si vt ab hered.se absti.per totum.* & secundum hoc continua.l.seq.

† Spoliatus possessione nō fit audiēdus super restitutione si spoliator incōtinenti velit pbare dominiū ad se ptinere: *de quo vide in c. 1.in Glo.1.extra de restit.spo.*

m ¶*Extraordinem.* id est per restitu. in integ. quod a est extraordinarium auxilium: *vt supra de mi.l.in causa.* secundum primum & secundum casum. at secundum tertium pro beneficio restitutionis ponit.

a Restitutio in integrū est extraordinarium auxilium.

n ¶*Alterius.* scilicet fideicommissarij, secūdum primum casum, vel heredis secundum alium, vel creditorum secundum tertium. ¶Et not. non b peti in præiudicium alterius, *sic.Cod.de eman.lib.l. nec auus.* & dic iniuria, scilicet magna. secus si parua: *vt supra ne quid in loco pu.l.ij.§.si quis.cum simi.*

b In præiudiciū alterius quid dari iniquū est.

o ILle à quo. siue continues cum præcedenti, siue non, dic scilicet heres pure & solus institutus: & de restituendo sub conditione rogatus fideicom. scilicet vniuersale: non potest causari, id est conqueri si cogatur adire & restituere. quia timeat fideicō. decedente ante conditionem ne ipse inhæreat actionibus, id est sit obligatus, quia non est. Cùm ergo non timeat, etiam se absente cogi poterit adire & restituere. & sic infertur ex eo quod ostendimus *in.§.vtrum.& in.§. Antistia.& supra.l.apud Iulianum.* & facit ad hoc quod absens cogatur *supra eodem.l.sed & si alio.*

p ¶*Fideicommissum.* id c est fideicommissaria hereditas.

c Fideicommissum pro fideicōmissaria hæreditate.

Si de testamento.] CASVS. In testamento meo institui mihi heredem Titium. & rogaui eum de restituenda hereditate mea Seio, & decessi. Seius petit coram prætore vt Titius adeat, & sibi restituat & Titius respondet ei quòd suspecta est sibi hereditas ideo, quia dicit quòd ego testator non potui facere testamentum: puta quia eram minor.xiiij. annis. vel alio modo dicit non valere testamentum certe non est audiendus dictus Titius qui recusat adire. Sed nunquid erit cogendus adire, si alleget fideicommissum Seio relictum non valere? certe hæc quæstio debet ante terminari quàm cogatur adire: & hoc si de facili potest terminari. secus autem si cognitio de fideicommisso habeat longiorem tractatum: puta quia verba testamenti siue ipsum testamentum in quo est scriptum fideicommissum sunt in longinquis partibus, & Titius heres dicit: Ego nescio vtrum sim rogatus de restituenda tibi tota hereditate, an parte. nam tunc compelletur Titius adire antequam de fideicommisso cognoscatur ne heres Titius decedens antequam adeat, decipiat Seium fideicommissarium. Vi-[illegible]

a ¶*Dicat.*& per hoc adire recusat.
b ¶*Dicatur.*per heredem.
c ¶*Vel.*pro[a] saltem, vt quia dicat se fuisse minorē quatuordecim an. *vt supra de testamen.l.qua ætate.* 2. Vel dic quòd hoc vel respicit aliud vel quod statim sequitur.

a Vel pro saltē.

suspectam sibi hereditatem dicat.[a] Nam & si maximè dicatur[b] vel[c] ius testandi nō habuisse eum qui testatus est, vel de viribus[d] testamenti, vel de sua[e] conditione, non erit audiendus.

3. ¶ Quid ergo si de viribus fideicommissi[f] tractetur? Hæc quæstio prætermittenda non erit.[g] Sed quid si qui fideicōmissarius dicat. Adeat prius, & sic[h] de hoc quæratur? Credo interdum audiendum fideicommissarium, si cognitio prolixiorem tractatum habeat. Finge enim verba fideicommissi[i] de longinquo petenda,[k] & iustam deliberationem de quantitate fideicōmissi incidere. Dicendum erit compellendum eum adire, ne prius heres decedens[l] fideicommissarium decipiat.

Maior minorem cogere potest, nō econtra. par verò in parem non habeat imperium: nec aliquis in seipsum. Alexander.

4. ¶ Tēpestium[m] est requirere per quem quis cogatur adire & restituere heditatē: veluti si prætor aut cōsul fuerit heres institutus, suspectámque hereditatem dicat: an cogi possit adire & restituere? Et dicendum est prætorem quidem in prætorem, vel consulem in consulem nullum imperium[n] habere. Sed si iurisdictioni se subiiciant,[o] solet prętor in eos ius dicere. Sed & si ipse prætor heres institutus suspectam dicat, ipse se cogere non poterit: quia triplici[p] officio fungi non potest, & suspectam dicentis, & coacti,[q] & cogentis. Sed in his omnibus casibus atque similibus principale auxilium implorandnm est.[r]

Filiusfamiliâs potest cogere patrem adire & restituere. Bartolus.

5. ¶Si quis[*] filiusfamiliâs sit, & magistratum gerat: patrem suum[s] in cuius est potestate, cogere poterit suspectam dicentem hereditatem adire, & restituere.

XIIII. HERMOGENIANVS *libro quarto Fideicommissorum.*

NAm quod ad ius publicum attinet, nō sequitur ius potestatis.[t] †

Etiam post repudiationem cogitur quis adire, nisi bona sint vendita. Alexand.

1. ¶Sed & q. repudiauit[u] hereditatē, cogetur adire & restituere ipsam hereditatē, si iustæ causæ allegentur. 4. ¶Planè si bo-

d ¶*De viribus.* quod dicit heres non valere: quia continet exheredationē vel præteritionem. secus si hoc dicat filius exheredatus vel pręteritus: *vt.j.eo.l.ita tamen.§.quoties filius.*
e ¶*De sua.* scilic. defuncti, quasi dicat heres si incertum fuerit paterfamilias vel filiusfam. sit defunctus, non ideo se excusat, vt hic. at si pro se adiret, hoc noceret: licèt non noceat si de sua heredis conditione dubitet: *vt supra de adquir. hered.l.heres institutus. finali. & l.sed si de sua.*
f ¶*Fideicommissi.* nō autem de viribus institutionis.
g ¶*Non erit.* sed terminabitur antequam heres adire cogatur: & hoc de facili potest finiri. aliàs differtur post aditionem. & hoc subiicit, sed quid &c. Accursius.
h ¶*Et sic.* sci. post aditionem quæratur valeat fideicommissum vel non. Accursius.
i ¶*Verba fideicōmissi.* ex quib[a] apparebit, valeat fideicommiss. vel non: vt si sunt apta verba menti testatoris, valeat: aliàs non: *vt supra de leg.j.l.iij. & de lega.ij.l.vnum ex familia.§.fin. & de leg.iij.l.librorum.§.quod tamen Cassius. & C. de fideicommis.l.cū virum.* Item ex præcedentibus[b] & sequen. intelliguntur media, & ex consuetudine[c] loquendi: & charitate[d]: *vt.s. de lega.j.l.si seruus plurium.§.fi. & de testa.l.heredes.*§.j. & dic vt not. *C. de fideicommiss.l.voluntatis.* ¶Item no. quod iusta est causa dilationis[e] propter scripturam. *sic supra de eden.l.prætor.in fin. & l.si quis ex argentariis.in prin. & l.veluti.* ¶Item ad hanc distinctionem eligat prolixiorem inquisitionem vel non. *facit.s.ad exhib.l.ij.§.ibidē. & C. de compen.l.fin. & j. vt in posses.leg.l.is à quo.in princ. & de Carbo.edic.l.ij.§.causa.&.§.dua.* & faciunt ad id quod dicimus, dolo[f] facis si petis &c. nam vera est regula[g] etiam in possessoriis, si incontinenti conuentus possessorio velit probare de suo iure: *vt.C.de edi.diui.Hadri.tol.l.ij.*
k ¶*Petenda.* s. pro cognitione.
l *Decedens.* non ergo heres heredis cogitur adire: *vt hic, ar. contra.C.eodem l.penul.in fine.* Sed dic *vt no.C.de fideicommiss.l.eam quam in glossa, hoc indubitabiliter &c.* Sed illud constat, quòd si heres post aditionem decedat, quòd eius heres cogitur restituere: *vt.j.eo.l.si eius.§.si quis. & l.quamuis.§.j. & C. de fideicommiss. l.si in personam. & j.eod.l.quidam.in princip.* quinimo & si decedat post coactionem vel iussum antequam adeat? *vt. C.eod.l.non instam.* Accursius.

Tempestium.] CASVS. Dictum est supra eo. quia poterat, vsque huc, qui sunt isti qui coguntur adire hereditatē & restituere cùm dicunt eam sibi suspectam. nunc tēpus est vt videamus per quem heres institutus cogatur: & certè per prætorem vel consulem. Sed quid si ipse prætor vel consul sit heres institutus, & rogatus de restituēda alij hereditate, & dicat sibi suspectam esse hereditatem? & certè prætor ab alio prætore non potest compelli, nec cōsul ab alio cōsule, nisi prætor institutus subiiciat se iurisdictioni alterius prætoris, vel cōsul institutus subiiciat se iurisdictioni alterius cōsulis. Sed nunquid prætor vel consul institutus potest seipsum cogere? Et dicitur quòd non. non enim potest fungi triplici officio, scilicet dicentis suspectam hereditatem, & coacti, & cogentis. In his autem omnibus casibus in quibus dictum est non habere locum coactionem, poterit fideicommissarius adire principem: & princeps coget institutos prædictos adire & restituere hereditatem. Viuianus.

b Ex præcedentibus & sequentibus intelligūtur media, seu in medio posita de quo vide Manticam lib.6. de interpretatione vltimarum voluntatum. tit.13.
c Ex consuetudine loquendi, viuendi & intelligendi, voluntas defuncti colligitur, adde Manticam, libro 6. de coniec. vlt. volunt. tit.9.
d Ex charitate & affectione colligitur volūtas defuncti. Amicitia enim specialis declarat nominis obscuritatem. v. Mantic. lib.4. de interpret. vlt. volunt. tit.6.
e Dilatio peti potest ad exhibendam scripturam, quæ est in longinquo.
f Dolo facit qui petit, quod restituturus est.
g Exceptio dominij vel iuris in continenti probādi, opponi potest agēti possessorio remedio. Vasquius in præfat. controuers. num.45.

m ¶*Tempestiuum.* in tēpus est. *sic.s.in proœmio Digestorum.§.sed ordines.* Accursius.
n ¶*Imperiū.* ¶Nota[a] par in parē non habet imperium *sic.s. de arbi.l.iij.§.si. et l.sequen. & de ma vmd.l.apud §.apud.* nec[b] in maiorem: *vt supra de mino. l.minor autem.* Argumen. *contra supra de offic proconsul.l.j.*
o ¶*Subiiciant.* vnus prętor sub alio, vel cōsul sub consule: quinimo & maior sub minore: *vt.s. de iurisdi. om.iudic.l.est receptū.§.sed & si.*
p ¶*Triplici.* Imò duplici. nam dicēs suspectā & coactus, idē est officium.s. heredis: *vt s.e.l.quia poterat.* Sed prima facie tria videntur. ¶Itē no. quòd nemo[c] se cogit. *sic.s. de arbi.l.pen. & de dona. inter virum & vxo.l. quod autem.§.vxori.* ¶Item nota quòd difficile[d] est quòd vnus vicem duorū vel plurium sustineat quod dic *vt supra de pac.l. si plures.* Accursius.
q ¶*Et coacti.* &[e] pro id est vt dictum est.
r ¶*Implorandum est.* sic.j. *de fideicommiss.l. itaque.* Accursius.

Si quis filiusfamiliâs.] CASVS. Titius existēs prętor vel consul habebat patrē Seiū, quem Seium ego institui mihi heredem, & rogaui eum vt restitueret hereditatem meam Gaio, & decessi. postea idem Seius non vult adire hereditatem, & Gaio restituere: quia dicit eam sibi suspectam. nunquid dictus Titius suus filius poterit eum cogere? Et dicitur quòd sic: non obstante quòd est in eius Seij potestate. nam quod ad ius publicum prædictum attinet, non sequitur filius ius patriæ potestatis: quod ius potestatis est vt filius obtemperet patri, & non pater filio. & h.d. cum prin. l. nam quod. Viuianus.
s ¶*Patrem suum.* institutum ab aliquo, & rogatum restituere hereditatem Hug.
t NAm quod.] *Ius potestatis.* id est non videtur esse in potestate: *vt supra de his qui sunt sui vel ali.iu.l.filiusfamilias. & de capi. dem.l.nam &c.* facit enim hoc tanquam magistratus, non tanquam filius. *sic & supra quod cuiusque vniuer.l.item eorū in princ. & arg supra de adop.l.si pater.§.qui duos.* vnde &[f] arbiter & etiam iudex quandoque potest esse in rem patris: *vt not. supra de arbi.l.quinetiam.*

Sed & qui repudiauit.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt restitueret hereditatem Seio pupillo, & decessi. postea dictus Titius repudiauit hereditatem. nunquid cogetur amodo eam adire ad postulationem dicti Seij fideicommissarij dicentis vt Titius adiret suo periculo? Et dicitur quòd sic, nisi post repudiationem Titij creditoris hereditarij vēdiderunt bona hereditaria. nam tunc non poterit cogi adire. & si ad hoc vt cogatur adire, Titius heres petat in integrum restitutionem, dictus Seius fideicommissarius qui erat pupillus, vt dictum est, non debet eam habere nisi ex causa, puta si hic pupillus erat de suis heredibus, & bona prædicta hereditaria non erant tota vendita per creditores: *vt.C.de repu.here.l.fina.* Viuianus.
u ¶*Sed & qui repudiauit.* iusta causa est si fideicom. vult eā adire suo periculo: *vt.s.e.l.quia poterat.* Sed p[g] se nullus repudians potest postea adire: *vt.C.de repu.her.l.sicut.* nisi in casu: *vt.C.eod.l.fi.* Item hoc si bona sunt in eodem statu. aliàs secus, vt subiicit.

Pupillum.

a Par in parē nullum habet imperium. Cōcor. ... cum Gloss. super verba in parem. extra de elect. & Gl. in ... super verba maior ... extra de offi. leg.
b Minor in maiorem non habet imperium.
* Ad.§.huius intelligentiam vide Gu... lib.2.c.2.
c Cogere se nemo solet.
d Vnus an vicē plurium sustinere possit.
† Nam vt ait Val.Maxi.lib.2. c.1. Publica instituta, priuata pietate potiora sunt. Vbi & Q. Fabij eiusq; filij ad hanc sententiam spectās memorabile exemplum proponit. idipsum & Plutar.in Apopht.Roman. Argum. est ista l. quòd qui eligitur in prælatum, non debet esse in potestate patris. vt in c.indecorum. cū Gl. in prin. extra de ætat. & quali. ordi.
e Et pro id est.
f Filius quandoq; iudex & arbiter in rem patris esse potest.
g Repudians sponte, nemo postea adire potest.

a ¶ *Pupillum.* qui erat fideicom. id eſt, non [a] oportet prætorem dare ei reſtitutionem in integrum vt poſsit heres inſtitutus cogi adire & reſtituere poſt repudiationem, niſi ex cauſa: vt ſubiicit vt quia pupillus erat de ſuis: *vt. C. de repud. hered. l. fin.* & non habebat heres ſubſtitutum, vel non erant omnes res venditæ. vt non obſtet. ꝫ. *de minor. l. quòd ſi minor. §. Scæuolæ.* 2. Vel eſt cauſa ſi ſe læſum ſui facilitate vel aduerſarij dolo oſtendat, ſcilicet ſubſtituti, vel alterius qui ab inteſtato poſſet ſuccedere. 3. Vel dic ex cauſa, quia [b] fuit ſuorũ maiorum: *vt ſupra de mino. l. ſi in emptione. & infra de bo. liber. l. libertus qui ſoluendo.*

4. Vel ratione vicinitatis: *vt ſupra de lega. ij. l. ſi is cui fundum.* Sed arg. contra. *infra ſi quid in frau. patro. l. j. §. alias.*

b ¶ *Confirmari.* vt & *ſupra de vulga. ſubſtitut. l. ij. §. adeo & l. qui plures. §. fina. & facit infra eodem. l. ſi patronus. §. qui fideicommiſſariam. & C. eod. l. non iuſtam.*

c ¶ *Teſtamento.* paterno quod ſequuntur ſecundæ tabulæ. *& facit. ꝫ. eod. l. apud. §. idē. Iulianus.*

Qui compulſus.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium & filium meum impuberem, & multa legata reliqui, & libertates ſeruis quibuſdam dedi: & rogaui dictum Titium vt ſuam hereditatis partem reſtitueret Seio: Item dicto meo filio impuberi ſubſtitui Gaium. quæ ſubſtitutio dicitur ſecundæ tabulæ. & deceſsit poſtea dictus Titius dicens ſibi ſuſpectã hereditatẽ fuit compulſus adire pro ſua parte, & reſtituere dicto Seio fideicommiſſario. nunquid per dictam aditionem Titij confirmatę ſunt dictæ ſecundæ tabulæ, quæ quidem non valerent nõ adita hereditate mea in totum, vel in partem? Et dicitur quòd bene confirmantur: & dicta legata præſtabuntur: & libertates ſeruis competent: & omnia quæ continentur in teſtamento meo, ita valebunt ac ſi Titius prædictus ſponte adiuiſſet. Sed nunquid dictus Titius poteſt pœnittere de eo ꝙ permiſit ſe compelli adire, quia nõ habuit quartam Trebellianicam? & nunquid poteſt quartã retinere? & dicitur ꝙ non. nam & cæteris cõmodis carere debet quę habere non potuiſſet ſi non adiuiſſet. Viuianus.

d ¶ *Commodis.* quæ occaſione hereditatis ei deferebantur.

e ¶ *Caret.* quæ commoda habere non potuiſſet ſi non adiuiſſet: *vt. ꝫ. eo. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam.* ſecus ſi habere potuiſſet: *vt. ꝫ. eo. l. apud Iulianum. in princ.*

f ¶ *Retinere.* hoc fallit in patrono: *vt. ȷ. eo. l. ita tamen. §. ſi patronus.* 2. Vel dic vt ibi. Item fallit, ȷ. *eo. l. ſi patroni. §. quod fortius.*

¶ Itẽ no. non [c] admitti pœnitentiam, *ſic. ꝫ. de ædil. edict. l. quis ſit. cum concord. contra. C. de ſum. trin. l. fi. §. ſed quia.*

m ¶ *Suum.* emancipatum. aliàs statim patri quæritur secundum hæc iura. Vel dic etiam si est in potestate: *vt.C.de inoffic.testa.l.filius matrem.& .j.eo.l.imperator.* hodie non interest: *vt.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet. & .l.fin.* Hug.

n ¶ *Is.* s.filius. Accur.

o ¶ *Defecisset.* Sed cur hoc cum de eorum commodo non tractetur, sed fisci: *vt.s.de statu homi.l.qui in vtero.* Sed dic quòd habetur pro nato: vt alij scilicet fisco prosit. *sic.j.de pœ.l.pragnantis. & .s.de statu hom.l.imperator.* & ita nec ipsi habent, nec patrem habere permittunt. *sic.C.de natu.libe.l.licet. & .s.de iniusto testa.l.j.& .j.ad Tertyllia. l.ij.§.obiicitur. & .l.æquissimum.§.j.* ¶ Et no.quòd quidam notant hic quod deportatus non habetur [b] pro mortuo: quia statim pater admittetur. sed certè imò habetur pro mortuo: *vt.j.de bo.poss.contra tabu.l.j.§.pen.* sed hoc ideo contingit, quia filij ante concepti habentur pro natis. & secundum hoc sunt arg. *contra.s de leg.ij.l.cum pater.§.hereditatem. & .j.de verb.oblig.l.ex ea.§.in insulam.* vbi non habetur pro mortuo.

p ¶ *Ab alio.* est enim alteratus: *arg.j.de solu.l.qui res.§.aream.*

q ¶ *Cum sua causa.* id est cum onere fideicōmissi, scilicet si post deportationem concipiatur: *vt.s.ad Silania.l.cum fisco. & .s.eod.l.Marcellus.§.fi.*

r ¶ *Filiis suis.* scilicet rogati: *vt.j.proxi.ibi, sed si seruus.* Accur.

s ¶ *Voluerit.* qui etiā indignum digno poterit præferre. secus si dixisset testator, quem dignum putaueris. ¶ Et nota quòd si fuerit in mora eligendi, omnibus defertur petitio fideicommissi: *vt.s.de leg.ij.cum quidam.& .l.vnum.§.rogo.*

t ¶ *Liber factus.* melius dixisset, liber existens. nam deportatus ciuitatem solam amittit, non libertatem: & sic ea quæ sunt iuris ciuilis, amittit, non naturalis: *vt.j.de pœnis.l.quidam.& .j.de capi. demi.l.eas.& .l.legatum.& .s.de pact.l.si vnus.§.pactus ne peteret.* hæc autem electio quæ datur, consistit in facto: *vt hic, & .s.de leg. ij.l.cum pater.§.hereditatem.*

u ¶ *Seruus pœnæ.* vt damnatus in metallum: *vt Instit.quibus modis ius pat.po.solui §.serui autem.*

x ¶ *Nullo antè.* subau. maximè. nam & in antea conceptis vel natis amittit electionem: *vt infra proxi.* sed cum decedit &c. licet per se admittatur: *vt argu. supra proxi.§.* nisi enim subaudias maximè, contradiceret *infra proxi.* & non esset differentia inter seruum pœnæ factum, & deportatum: quod hic facere vult. Accursius.

y ¶ *Sed cum decedit.* id est decedere dicitur, quòd est cum seruus pœnæ fit.

z ¶ *Dedit.* in antea natis vel conceptis, sed postea conceptis, nec deportatus nec seruus pœnæ factus potest eligere.

a ¶ *Si quis.* institutus rogatúsque restituere si sine liberis decesserit.

a Suas verbū ad personā ipsius testatoris quando referendum. v. quę scripsi ad Gl. l. si quis Attio. 7. s. de vsuf. adcrescendo.

b Voluntas testatoris quoties de testamēto agitur primò spectanda est.

c Consuetudine regionis voluntates defunctorum interpretationē admittunt.

d Voluntates defuncti ex ei⁹ conditione & dignitate colligimus.

e Naturalis filius inter magnates excludere substitutum potest, si non voluntas testatoris refragetur. *adde Manticam. 3. de coniect. vlt. volunt. 1.*

f Conditio si sine liberis decesserit adiecta restituere hereditatē grauato, locū etiā habet: si grauatus vnicum tantum filium sustulerit, & sine eo decesserit.

g Conditio si sine liberis decesserit, subintelligitur quoties descendentes sunt grauati hereditatem restituere post mortem suam. vnde colligitur non subintelligi si purè rogati sunt hęreditatē restituere. Item nō subintelligi si extraneus hæres ita grauat⁹ fuerit *adde Sorreg. 167. Manti. 10. de coniect. vlt. 8.*

† Filij naturales etiā in seruitute cōcepti filiorum appellatione veniūt *adde ad hoc. l. Luc.§.dama.s. de leg. 2. vbi est text. & melius in.l.cum pater. §. volo. & ibi Bart. eod. titu. cont. Glo. in cle. 1. & ibi Cardi. q. 9. de baptis. & in.c.2.& ibi Gemi. de hæret. li. 6.*

h v. quæ de huius loci interpretatione scripsi ad Gl. l. cum acutissimi 30. in verbis vitam suam C. de fideicommiss.

i Restituere iussi hæreditatem extranei, imò & parentes, fratres, coniuges post mortem suam, etiā sublatis liberis restituere hereditatem tenentur. Nec enim conditio si sine liberis decesserit, subintelligitur in extraneis: quæ appellatione superiores personæ continētur. *adde Manticam. 10. de coniect. vlt. volunt. 8. in fi.*

k Naturalis regulariter non excludit substitutum. v. quæ scripsi in. l. generaliter. 6. in. fin. C. de inst. & subst. adde Mantic. d. loco.

l Legitimatus verò excludat substitutum.

a Ex æquipollentibus aliquid fiat nihil interest.

† Vide intellectum huius. §. apud Forcatulum dialogo. 51. Necyomant. numero 4.

* Vul. edi[...] dit. vt fidei[...] missum [...] stet ex his. [...] deest in om[...] bus manusc. [...] Flo. & est gl[...] sema Roger[...] glossatoris.

b Deportatus an pro mortuo habeatur, & de deportato & bannito an & quo modo dicantur mortui. *vide Speci. in tit. de procu. §. 2. in prin. & hodie sunt vt not. Glo. in in. §. rel. gati. institu. qui me. ius pa. po. solu. Bart. in. l. illicitas. §. quod vniuersas. s. de offi. præsi.*

a ¶ *Decessisse.* quia non durauit: *vt.s.de in rem ver.l.si pro parte.§.versum.sic & j.eo.l.heredibus.in princ.& C.de libe.præte.l.iij. & s.de iniusto testa.l.postumus.arg.contra Instit.de exher.lib.in prin.& C.de institu.& substitu.l.antepenul.*

b ¶ *Filium eius.* sc. impuberem. sed secus in filio pubere, qui vt fortior præsumitur superuixisse: a *vt.s.de reb.dub.l.qui duos.§.final.& l.cum pubere.& l.seq.* ¶Et sic non obstat illa lex, qui duos. §. cum in libello. *& facit supra de pact.dicta.l.inter socerum.in princip.* nam ibi de infante dicit. sic & masculus fortior quàm fœmina intelligitur: *vt.d.l.qui duos.§.si maritus.* & primo natus intelligitur masculus: *vt.s.de reb.dub.l.si fuerit.§ fi.& facit infra eo.l.cum qui.*

c ¶ *Fideicommissi.* ne pereant. *sic.s.eo.l.cogi.§.nec ignoro:* ar.contra. *s.de lega.ij.l.Titia.§.Lucius.* probari tamen potest hic contra: *vt.d.l.qui duos.in fin.* Accursius.

d ¶ *Si alieno he.* aliàs est, si sine herede: & aliàs si alieno herede, scilicet existente &c. id est extraneo, b *sic.C.de lib.præte.l.iij.* qualis est quilibet præter liberos. sed prima verior. & hæc est ratio præsumptionis: quia raro c occurrit quòd quis decedat sine herede, cum saltem fiscus sit heres: *vt.C.vnde vir & vxor.l.j.* Et est secundum hoc argumentum quòd si cõcedo feudum vel precarium tibi & tuis heredibus, quòd de d filiis videatur intellectũ. aliàs duraret sine fine pro hoc quod heredes ponuntur pro liberis, *facit.s.de vsufru.accre.l.si quis Titio.* secundum vnam lecturam. ¶Sed e quid si reliquit liberos: sed non sunt heredes, vel quia nolunt, vel quia nõ possunt puta iuste exheredati? Respon. deficit conditio, sicut si expresse dixisset, si decedas sine liberis: *vt.s.de leg.j.l.filiusfamilias.§.cum quis erit.* Accursius.

videbitur sine liberis decessisse. a Sed si † naufragio, vel ruina vel adgressu, vel quo alio modo simul cũ patre perierit: an cõditio defecerit, videamus. Et magis nõ defecisse arbitror: quia nõ est verũ filiũ eius b superuixisse. Aut igitur filius superuixit patri, & extinxit conditionẽ fideicõmissi: c aut nõ superuixit, & extitit cõditio. Cum autẽ quis ante, & quis postea decesserit, non apparet: extitisse conditionem fideicommissi magis dicendum est.

Conditio si sine herede decesserit, intelligitur, id est sine liberis. Bart. & Alexan.

8. ¶ Si quis ita fideicommissum reliquerit, *Fidei tuæ fili committo, vt si alieno herede* d *moriaris, restituas Seio hereditatem*: videri cum de liberis sensisse diuus Pius rescripsit. & ideo cum quidam sine liberis decederet auunculũ ab intestato bonorum possessorem habens, extitisse conditionem fideicommissi rescripsit.

Fructus percepti non veniunt in restitutionem fideicommissi, nisi de eis quis fuerit specialiter grauatus, vel nisi heres fuerit in mora constitutus: computantur tamen regulariter in quartam Trebellianicam. Alexander.

XVIII. IDEM *libro quintodecimo ad Sabinum.*

IN fideicommissaria hereditatis c restitutione cõstat nõ venire fructus, nisi ex mora facta est, aut cum quis specialiter fuerit rogatus & fructus restituere.

1. ¶ Planè fructus in quartã imputantur, vt est & rescriptũ.

2. ¶ Quotiens quis rogatur hereditatem restituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hereditatis. Fructus autem non hereditati, sed ipsis rebus accepto feruntur. f

3. ¶ Si legatum g sit heredi h relictũ, & rogatus sit portionẽ hereditatis i restituere, id solum nõ debere eũ restituere, quod à coherede accepit. cæterum quòd à semetipso ei relictum est, in fideicommissum k cadit. Et id diuus Marcus decreuit.

Fideicommissum ita relictum filiofam. vt ad eum perueniat: videtur dilatum in tempus existentiæ sui iuris. Bart. & Alexan.

XIX. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

IN *fideicommissaria.*] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum per fideicom. vt hereditatem meam restitueret Seio sub cõditione si nauis ex Asia venerit: & decessi postea extitit cõditio post quinque annos pone. nunquid tenetur Titius restituere Seio fructus quos percepit medio tempore? Et dicitur quòd non. & est ratio, quia fructus accepto feruntur rebus hereditariis, & nõ hereditati: Titius autẽ videtur à me rogatus restituere illud quod est hereditatis: *vt.j.in.§.quoties &c.* dictos tamen fructus imputabit sibi Titius in quartam Trebellianicam. hoc tamen quod non teneatur restituere fructus, fallit in duobus casibus, puta quando est in mora hereditatis restituendæ, & quãdo specialiter rogaui eum de fructibus fideicommissario restituendis. &.h.d. vsque ad. §. si legatum. [SI LEGATVM.] Ad euidentiam huius. §. nota quod heredi à semetipso legari non potest, sed à coherede sic vnde si instituo mihi duos heredes, puta Titium & Seium, & vni prælego fundũ, puta Titio: Titius debet habere dimidiam fundi iure legati à coherede suo, & aliam dimidiam iure hereditario, quia (vt dixi) iure legati illam dimidiam non potest à se accipere: *vt.s.de leg.j.l.legatũ est.§.j.* ¶Pone ergo quod dictum Titium rogaui vt suam partem hereditatis restitueret Gaio, & decessi. certè de sua parte hereditatis nõ est dubium quin debeat eã restituere dicto Gaio. Sed nunquid debet ei restituere dictum prælegatum totum? Et dicitur quod non, imò illam tantum partem prælegati quam cepit iure hereditario. partem autem quam accepit à coherede suo iure prælegati, non restituet. non enim debet teneri restituere nisi illud quod habet iure hereditario. Viuian.

e ¶ *In fideicommissaria hereditatis.* ¶Dic quod fructus f quãdoque g percipiunt à rogato restituere hereditatem iudicio testatoris, (vt quando sub conditione vel ex die rogatus est: *vt.j.eod.l. mulier.* alia causa. *& l.ex asse.* & hoc casu cõputat sibi in quartam, & nihil restituit: *vt dictis.ll.& hic.j.respon.& §.planè.* sed fallit hoc quo ad quid. *j.eo.l.mulier.§.pen.* 2. Quandoque negligentia a fideicommissarij: & tunc nec imputatur in quartam, nec restituit quidem aliquid: *vt.j.eod.l.mulier.§.si heres.j.respon.* 3. Quandoque mora non soluentis: & tunc sibi computat in quartam, & superfluos restituit: *vt hac.l.ij.respon.& supra ad leg.Falci.l.Paulus respon.§.fin. & l.quod de bonis.§.quod autem.* Item si expresse præcepit eos restitui: *vt hac.l.ij.respon.* vel etiam tacite: vt quando gratia fideicommi. distulit: *vt.s.de lega.ij.l.si ita.§.Pegasus.* Item quod dixi primo & tertio casu fructus computari in quartam, fallit b in liberis primi gradus: *vt.C.eod.l.iubemus. Nec ob.supra de inoffi.testa.l.Papinianus.§.si conditioni.* nam dicas vt no.d.l. iubemus. Item videtur quòd etiam alij liberi non computent, vt nepos: *vt supra ad leg.Falcid.l.quod de bonis.§.quod auus.* Sed dic ideo ibi non computat, quia eos compensat cum debito quod ei debuerat auus. si autem aliquid supra id haberet, computaret: & hoc de Trebellianica quarta. ¶ In quarta vero iure c naturæ nõ cõputantur fructus: *vt.C.de inoffi.testa.l.scimus.§.repletionẽ.* Nec ob. *d.l.Papini.§.si conditioni. vt ibi nota.& d.l.scimus.* ¶ In quarta debita iure institutionis d computat heres fructus qui erant in satione tẽpore mortis testatoris: *vt.s.ad.l.Falci.in lege Falci. placuit.* postea sati non: *vt.l.in ratione.in prin.& l.in quantitate in prin.& Instit. ad leg.Falc.§.quantitas.* Vbi autem percepit heres fructus prædij legati etiã post aditam hereditatem, quandoque cõputat sibi in Fal. iure institutionis: *vt.s.ad leg.Falcid.quod de bonis.§.fructus.* & tunc forte poterit adhiberi eadem distinctio quæ facta est in Trebel.sc, sit in mora aut vnus, vel alter, vel nullus: *vt. d.§.fructus.& in eo.titu.l.Paulus respon.§.j.& ij.* ¶Et no.generale e de qualibet quarta, quòd vbi heres debet habere quartam, habet etiam quartæ fructus ex die mortis testatoris. & primo de hac, *infra eo.l.mulier.§.si quis.* De debita iure institutionis habetur *supra ad.l.Fal.l.quod de bonis.§.fructus.* De alia iure naturę habes, *supra de inoffic.testa.l.Papinianus.§.si conditioni.& fac.s.de vsuris.l. equis & infra eo.l.postulante.§.sed in huiusmodi.& s.de lega.j.l.si quis bonorum.*

f ¶ *Accepto feruntur.* & sic fructus f non veniunt in restitutionẽ, nisi heres fuerit in mora, vel nisi expresse vel tacite fuit rogatus de eis restituendis heres: *vt in prin.huius.l.no.* Item in alio casu, *vt.j.eo.l.ita tamen.§.ex asse.& s.de vsur.l.iij.§.cum Pollidius.& j.e.l.Balista.2.* Vel nisi percepti fuerint ante aditam hereditatem: *vt.j.eo.l.postulante.§.sed in his.& l.deducta.§.pen.& l.ita.§.si seruũ. & facit.s.de condi.& demonst.l.qui heredi.§. j.& j.eo.l.heredes mei.in prin.* Hug.

g ¶ *Si legatum.* i. prælegatum. Accur.

h ¶ *Heredi.* l. vni ex duobus, vt subiicit.

i ¶ *Hereditatis.* i. si dixerit hereditariam: *vt no.s.eo.l. Marcellus.§.quidam.* Hug.

k ¶ *In fideicõmissum cadere.* vt pone cum iure hereditario capiat: *vt.s.de leg.j.l.legatum.§.j.& facit.eo.l.deducta.§.nummis.& s.de leg.ij.l.cum pater.in prin.& ad leg.Falcid.l.id autem quod & l.in quarta.* Sed contra videtur. *Cod.famil.ercisc.l.filium.* vbi retinet. & hic restituit portionem hereditatis quã habet iure hereditario. Sed satis g videtur restituere si sibi in quartã cõputat. Itẽ videtur, cõtra. *s.de vsur.l.in fideicommissi.§.cum Pollidius.* vbi retinet fundũ quem iure hereditario habebat. Sed ibi expresse voluit eũ

a Fruct. quos negligentia fideicommissarij non percipit heres percepit, non imputat in quartã.

b Fruct. quos iudicio testatoris aut propria mora heres grauatus restituere percipit hæres ipse imputare in suam quartã cogitur, nisi sit in liberis primi gradus.

c Fructus in quartam iure naturæ debitã nõ imputantur.

d Fructus in Falcidiã quartam qui sati erant mortis testatoris imputantur: at non post sati: & qd de fructib. perceptis ex prædio legato.

e Fructus quartę, iis quibus quarta aliqua debetur vna cum ipsa quarta debẽtur: idque ex die mortis testatoris.

f Fructus hæres restituere rogatus nõ restituit, nisi à die moræ, nisi de restituẽdis fructibus rogatus sit à testatore, vel expresse vel tacite: itẽ nisi eos percepit ante aditã hæreditatem, hoc est, iacente hæreditate, vt hic.

g Restituere fructus satis superque intelligitur, qui eos sibi in quartã computat.

retinere. Vel ibi magis vt custos quàm vt heres: & ideo cætera omnia restituit cum fructibus etiam non retenta aliqua quarta. Acc.

VBi purè fideicōmissum datú est,[a] si adiectum sit, *Rogo des filio tuo, faciásque vt ad eum perueniat*: rescriptum est, videri in id tempus dari, quo capere potest, id est sui iuris fiat.[b]

Rogatus partiri hereditatem cum alio, videtur rogatus partem restituere. Bart.

1. ¶ *Te rogo Luci Titi, hereditatem meam cum Attio partiaris.* [c] Ex senatusconsulto Trebelliano in eum cui restituta est hereditas, actiones competere Aristo ait: quia pro hoc accipiendum sit,[d] *Rogo hereditatem illam restituas.* Nec verba spectantur senatuscósulti, † sed sententia[e] quibuscúq; verbis testator senserit vt hereditas sua restituatur. 2. ¶ Qui in distrahẽdis conseruãdisve rebus hereditariis sumptus factus[f] est, imputari heredi[g] debet.

Relictum in tempus liberorum verificatur, si fideicommissarius vxore prægnante decesserit. Alexan.

XX. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

SEd & si[h] ad tẽpus liberorum fuerit legatum relictú, & is[i] vxore prægnate decesserit: ad heredem suum transferat legatum.[k]

VBi pure.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt det filio suo hereditatem meam: & vt ita faciat idem Titius vt ad dictum filium suum perueniat dicta mea hereditas, & decessi. certè debet exprectari restitutio vsque ad id tempus quo sui iuris fiat filius, sicque capere possit pro se. nam ante non valeret restitutio, cum patri acquireret. [TE ROGO.] Lucium Titium institui mihi heredem, & ita fui locutus in testamento: te rogo Luci Titi vt partiaris hereditatem meã cum Titio. & decessi. certè Lucius Titius debet restituere primo dimidiam hereditatis & facta restitutione dimidię trãseunt ex Trebelliano actiones in Titium, & ratio plana est in litera. [QVI IN DISTRAHENDIS.] Institui mihi heredem Titium: & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio, cum ipse Seius habuerit liberos, & decessi. postea antequã Seius haberet liberos, dictus Titius fecit sumptũ in distrahendis quibusdam rebus hereditariis quas expediebat vendere in conseruandis eis ad tempus. postea Seius habuit liberos, & Titius restituit ei hereditatẽ. nunquid potest ei fideicommissario imputarę dictum sumptum? Et dicitur ꝙ non. Sed quid si ad dictum tẽpus reliquit dicto Seio legatum, non autem hereditatẽ, & decessit Seius vxore prægnante? nunquid transfert ad heredem suum petitionem legati? Et dicit ꝙ sic. conceptus enim pro iam nato est habendus. *& h. d. cum. l. seq.* Viuia.

† Huc pertinet locus communis Rhetorum de scripto & sententia, quem tractat Cic. *lib. 2. de Inuen.* Quintil. *li. 7. Instit. Orat.*

a ¶ *Datum est.* i. relictum vt detur à patre instituto filio ipsius.

b ¶ *Fiat* quoquo modo: *vt. j. tit. j. l. si ita esset.* nec cogitur pater emancipare. ¶ Sed quid si expresse dixit hoc testator? Resp. nec tũc cogitur: *vt not. s. e. l. cogi. §. si pater.* Item cõtra. *j. e. l. imperator.* Sol. ibi dilapidat pater. Vel speciale ibi: quia filius erat miles, & forte testator. *& facit. C. de fideicommi. l. quamuis. & j. eo. l. epistola. §. si. & s. de auro & arg. leg. l. filiam.*

c ¶ *Partiaris.* i. diuidas dando ei dimidiam: quia appellatione[a] partis continetur dimidia: *vt. j. de verb. sign. l. nomen filiarum. §. portionis.* 2. Vel dic, partiaris. i. communices etiam pro indiuiso dando partem: *vt. j. de verb. sign. l. recte. §. si.* Accur.

d ¶ *Accipiendum sit.* q. d. hæc duo paria[b] sunt: partiaris, vel rogo vt restituas ei dimidiam. Accur.

e ¶ *Sed sententia.* sic.[c] *C. de fideicommi. l. cum virum. s. de adimẽ. leg. l. ij. §. conditio. & C. de lib. præte. l. ij.* Sed arg. contra. *s. de leg. j. l. iij. & j. qui & à qui. l. prospexit. s. de vsufru. lega. l. si alij.* sed dic, *vt not. s. eo. l. ille à quo. §. j.*

f ¶ *Factus est.* ab herede rogato restituere.

g ¶ *Heredi.* i.[d] eidem qui fecit. (Sed cõtra videtur. *j. eo. l. mulier. §. sed & ipse.* vbi à fideicũmissario recuperat. So. hic ad tẽporalem vtilitatẽ, & lucrabatur heres fructus, quia iudicio testatoris erat dilata restitutio: sed j. ad perpetuã rei vtilitatẽ: *arg. s. de impẽsis in res do. fa. l. iij. §. nos generaliter.*) 2. Vel dic hanc secũdum illam. & dic heredi. i.[e] fideicommissario, qui[f] in effectu heres est: *vt Insti. de fideicommiss. heredi. §. restituta.* 3. Alij dicunt quòd quidam tertius posidẽs fecit sumptus, quos ab herede agente petitione hereditatis recuperat: *vt. s. de peti. here. l. si quid possessor. §. sicuti.* sed tunc non facit ad istum ti. Accur.

h SEd & si. Male stare videtur hic lex, tum quia de singulari relicto dicit, de quo nihil ad titu. Item quia videtur continuari præcedentibus, quod non facit: sed dic ex vigore copulæ etiã cõtinuari ad casum subauditú. q. d. non solum si Seio voluit hereditatem restitui cum liberos habuerit, sed & si legatum &c.

a Partis appellatione dimidia cõtinetur.

b Paria sunt rogari de partiẽdo, & de restituenda dimidia.

c Sententia iubentis hæreditatẽ suã restitui spectanda, non verba.

d Sumptus in conseruandis rebus hæreditariis restitutioni obnoxiis an & quando imputari debeant hæredi, an fideicõmissario.

e Hæres pro fideicõmissario.

f Fideicõmissarius effectus est hæres.

i ¶ *Is.* scilicet legatarius: & dic vxor legatarij. Accur.

k ¶ *Legatum.* quia extitit conditio, & cessit dies legati: quia[a] pro nato habetur heres: *vt & j. titu. j. l. is cui. & s. de statu ho. l. qui in vtero. & j. de verb. sign. l. intelligendum.* ¶ Quid autẽ iuris sit cum quis vxori suæ legat in tempus liberorum, habes. *s. de condit. & demon. l. solemus. & l. cum vir. & l. si vir.* H.

a Sine liberis decessisse non videtur qui vxorem prægnantem reliquit.

Heres qui per errorem facti totum fideicõmissario restituit, condicendo vel possessiones adhuc vacantes occupando, seu debitoribus ne soluant denuntiando, recuperat. Alexander.

XXI. POMPONIVS *libro vicensimosecundo ad Sabinum.*

HEres cum debuerat quartam retinere, totam hereditatem restituit: nec cauit sibi stipulatione proposita.[l] Similem eum esse Aristo ait[m] illis qui retentiones quas solas habent, omittunt:[n] sed posse[o] eum rerum hereditariarum possessionẽ vel repetere[p] vel nancisci, & aduersus agentem doli mali exceptione vti posse eum: & debitoribus denuntiare ne soluerctur.*

* soluerent.

Fideicõmissum à matre relictum filio, & collatum in tempus mortis patris sui, in cuius potestate consistebat: debetur immediatè, cum filius qualitercúmq; factus sui iuris fuerit. Alex.

XXII. VLPIANVS *libro quinto Disputationum.*

HEres.] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & rogaui eum quod restitueret hereditatẽ meã Seio, & decessi. Titius postea restituit dicto Seio hereditatem: & cum deberet retinere quartam Trebellianicam, errore facti ductus non retinuit: & non fecit sibi caueri per fideicõmissarium alia stipulatione de qua dicitur supra si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicatur. nũquid potest repetere possessionem rerum hereditariarum à fideicommissario, ad hoc vt possit retinere quartam quam omiserat? Et dicitur quòd sic. Labeo autem siue Aristo dixit quòd non, & assimilabat dictum heredem illis qui omittunt retentiones quas solas habent non habentes actionem: sed illi repetere non possunt: *vt. s. de condic. indeb. l. si in area. in fin.* ergo nec iste. sed ipse malè dixit. hic enim heres nõ habet solam retentionem doli mali: imò habet etiam repetitionem, vt dixi. Item & potest denuntiare debitoribus hereditariis vt non soluant fideicommissario antequam ipse heres detrahat quartam suam. Viuianus.

l ¶ *Proposita.* quanto[b] plus quàm per. l. Falcid. &c.

m ¶ *Aristo ait.* & malè. Accursius.

n ¶ *Omittunt.* de quibus est exemplum. *s. de condic. inde. l. si in area. in fi. & j. de excep. do. l. Paulus.*

o ¶ *Sed posse.* sub. puto, corrigens Aristonem.

p ¶ *Repetere.* si noluit errore facti:[c] non iuris: *vt. C. ad leg. Falcid. l. error. & supra de iuris & facti ignoran. l. regula. §. fin. & facit supra si cui plus quàm per legem Falcid. l. j. §. hæc stipulatio. & supra de condict. indebi. l. si quis cum à fideicommissario & l. qui exceptione. §. si pars. & Institu. de fideicommissariis hereditatibus. §. sed quia stipulationes. & infra eodem. l. cum hereditas. & supra de mino. l. in causa. ij. §. Pomponius. & de lega. j. l. domus. & l. sequen.* Accursius.

b Hæres restituens hæreditatem cautionem exigere à fideicõmissario, potest de eo quod plus quàm Falcidia patiatur repetir, restituendo.

c Putabat enim æs alienũ exhaurire integram hæreditatem: & ideò existimabat nullam quartam deduci.

MVlier.] CASVS. Titia habens duos filios ex Seio marito suo, scilicet Gaium & Sempronium, celebrauit diuortium cum dicto suo viro, & reliquit ei dictos duos filios quos quidem ipse habebat in potestate: & postea nupsit Petro: & postea instituit sibi heredem dictum Petrum secundum maritum: & rogauit eum vt restitueret hereditatẽ suam dictis duobus suis liberis quos habuerat ex Seio priore viro: scilicet vt post mortem eiusdem Seij eorum patris velit restituere ei dictorum filiorum qui superesset tempore mortis dicti eorum patris. & postea decessit dicta Titia, & postea Seius pater dictorum Gaij & Sẽpronij emancipauit eos: & postea dictus Petrus eorũ vitricus restituit eis hereditatẽ prædictam viuo adhuc Seio eorum patre: & postea viuo adhuc eodẽ Seio decessit Gaius vnus de dictis filiis Seij & testatricis: & postea decessit dictus Seius pater relicto superstite Sempronio prædicto suo filio. nunc hic Sempronius petit à dicto Petro suo vitrico partem quam ipse Petrus restituit fratri suo Gaio mortuo, dicens: Tu restituisti hereditatem mihi & fratri meo præmaturè, id est ante mortem Seij patris nostri. debebas enim nobis restituere tantum post mortem patris nostri, secundum verba testamenti Titiæ matris nostræ, vel illi ex nobis qui superesset post mortem dicti nostri patris, ego sum ille qui supersum. da mihi partem quam dedisti præmaturè fratri meo. de illa autem quam dedisti mihi, non facio

MVlier quæ duobus filiis in potestate patris[a] relictis alij nupserat, posteriorem maritum heredem instituit, cúmque rogauit liberis suis post mortem patris eorum hereditatem suam restituere, vel ei qui eorū superesset. eisdem emancipatis à patre suo vitricus restituisse hereditatē dicebatur: mox alter ex filiis viuo patre decessisse. Quærebatur, an is qui supererat ex filiis, partem fratri suo restitutam petere possit, quasi præmaturè[b] datam. Scæuola diuum Marcū in auditorio de huiusmodi specie iudicasse refert: Brasidas quidā Lacedæmonius vir prætorius, cū filiis suis ab vxore diuortio separata, si morte[c] patris sui iuris fuissent effecti,† fideicōmissum relictū esset, eos emācipauerat.[d] post emancipationem fideicommissum petebant.[e] Decreuisse igitur diuum Marcū refert,[f] fideicōmissum eis repræstandū* intellecta matris volūtate,[g] quia quæ non crediderat patrem eos emāciparurū, distulerat in mortē eius fideicommissum, nō dilatura id in mortalitatem, si eum emancipaturū sperasset. Secundum hæc dicebā & in proposita quæstione decretum diui Marci esse trahendum,[h] & rectè fideicommissum vtrisque solutum.

Seruus potest cogere heredem adire & restituere, si ab herede libertas, & fideicommissaria hereditas per testatorem ipsi seruo relicta fuerit. Alex.

1. ¶ Non est dubitatum,* cogi posse heredem institutū adire, & restituere hereditatē seruis,[i] siue directa, siue fideicommissaria libertas eis data fuisset,[k] cum aspernari heres non deberet personam cogentis. habet enim hic quoque aditum, vt qui nondum petere fideicommissariam libertatem possit, nec directam sibi vindicare propter spem tamen libertatis & hereditatis aditum ad prætorem & per se habeat.

Fructus percepti negligentia non petentis, non computantur in quartam: secus si iudicio testatoris. Bar.

2. ¶ Si heres post multū temporis restituat, cum præsenti die[l] fideicommissum[m] sit: deducta[n] quarta restituet. Fructus enim qui percepti sunt, negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti videntur.[o] Alia causa est si sub conditione vel in diem rogatus fuerit. tūc enim quod percipitur, summouet Falcidiam si tantum fuerit quātum quartam facit, & quartæ fructus. nam fructus qui medio tempore percepti sunt, ex iudicio testantis percepti sunt, ex iudicio testantis percepti videntur.[p]

Heres tenetur fideicōmissario vniuersali de dolo & lata culpa tantū. B.

3. ¶ Sed enim si qs rogetur restituere hereditatem, & vel serui[q] decesserint, vel alię res[r] perierint placet nō cogi eū reddere quod nō habet: culpæ planè reddere[s] rationē, sed eius quæ dolo proxima est.[t] & ita Neratius libro

facio tibi quæstionem, ex quo eam habui, quamuis præmaturè similiter eam habuerim. dicit ei Petrus vitricus: Ego non solui præmaturè: imo rectè solui vobis fideicom. & ideo à me nihil petere potes, mater enim vestra ideo dixit quòd restituerem vobis post mortem vestri patris, quia nolebat quòd pater vester haberet inde aliquod commodum: ideo non iussit mihi quòd soluerem vobis fideicom. post emācipationem factam à patre vestro de vobis: quia non credidit quòd pater vester vos emanciparet. si autem credidisset quod pater vester vos deberet emancipare, bene iussisset mihi vt vobis restituerem post emancipationē etiam ante mortem patris vestri: quia, vt dixi, ea erat sua intentio, vt pater vester nullum commodum haberet ex hereditate sua. quæritur, cuius allegatio debeat præualere? Et dicitur quòd illa Petri vitrici. & sic iudicauit imperator Marcus in auditorio suo, vbi fuit similis quæstio coram eo ventilata. [NON EST DVBITANDVM.] Institui mihi heredem Titium: & Sticho & Pamphilo seruis meis dedi libertatem directam vel fideicomm. & rogaui eundem Titium vt restitueret hereditatem meam dictis seruis, & postea decessi. postea Titius non vult adire & restituere eidem Sticho & Pamphilo hereditatem: nunquid possunt eum cogere coram prætore? Et dicitur quod sic: & est ratio in litera plana. [SI HERES.] Institui mihi heredem Titium: & rogaui eum vt restitueret hereditatem meam Seio, non apposita die vel conditione, & decessi postea negligentia dicti Seij post multum tempus restituit ei Titius hereditatem. certè bene potest detrahere quartam. Sed nunquid in dictam quartam computabuntur eidem Titio fructus quos percepit ex hereditate medio tempore? Et dicitur quòd non: nec eos Seio restituet, imò lucrabitur. secus autem si iudicio mei testatoris percepit Titius dictos fructus: quia tunc ipsos non restituit, computat tamen sibi in quartam, & in fructus quartæ, puta si rogaui eum vt restitueret post diem vel conditionem. Sed nunquid tenetur restituere res quæ interim peribunt? Et dicitur quòd non, nisi fuisset in lata culpa & de hoc ponit duo exempla. Partus autē ancillarum hereditariarū & partuum partus extantes tenetur restituere Seio fideicommissario: quia non computantur in dictis fructibus. ¶ Quid si fecit dictus heres sumptū ad perpetuam vtilitatem rerum hereditariarum? certè detrahet cum restituet. Item quid si præscriptione temporis ędes hereditariæ sunt alij interim acquisitæ sine culpa dicti heredis? certè nihil propter hoc debet præstare fideicommissario. [CVM PROPONERETVR.] Institui mihi heredem filiam meam Titiam: & rogaui eam vt restitueret hereditatem meam Seio si ipsa sine liberis decederet. & decessi postea ipsa nupsit Sempronio, & dedit ei.c. in dotem à dicta hereditate. & postea ipsa eadem decedens sine liberis instituit sibi heredem maritum suum prædictum. nunc Seius petit ab eo fideicommis. & maritus heres vult ei soluere, detracta tamē inde dicta dote. nūquid potest detrahere dotem? Et dicitur quod sic, perinde ac si rogata à me fuisset de restituendo dicto Seio illud quod super fuisset de hereditate mea à dicta dote. ¶ Sed quid si dicta mea filia tantos fructus ex dicta mea hereditate perceperit, vt eis possit dictæ doti satisfieri? certè dos videbitur esse de fructibus data, & integrum fideicommiss. præstabitur: detracta tamen quarta Trebellianica intelligo. [VT TREBELLIANO.] Institui mihi heredem Titium, & legaui Seio dimidiam hereditatis meæ, & rogaui eundē Seium vt dictam dimidiam restitueret Gaio, & decessi. certè si Seius accipiat dictum legatum, tenetur illud dare Gaio: non tamen ex Trebelliano: & ideo non poterit detrahere quartam. ad hoc enim vt habeat locum Trebellianum, non sufficit heredem rogatum esse restituere, sed quasi heredem rogatum esse oportet. in nostro autem casu non fuit ita. &. h. d. Viuian.

a ¶ *Patris.* à quo diuertit. Accur.

b ¶ *Præmaturè.* oriebatur enim quæstio ex verbis testatoris. f. vel ei qui eorum, &c. Accursius.

c ¶ *Si morte patris.* ecce conditio fideicōmissi.

d ¶ *Emancipauerat.* Brasidas pater.

e ¶ *Petebant.* f. filij. Accur.

f ¶ *Refert.* f. Scæuola secundum Dyn.

g ¶ *Voluntate.* sic. j. e. *l. quidam ita. in fin. primi casiu.* Accur.

h ¶ *Trahendum.* i. sequēdum. *sic.* s. *e. l. apud Iulianum.* §. *fi.* ¶ Et not. non referre quid ex æquipollentibus[a] fiat: *vt not. C. de instit. & substit. l. ij. & . j. tit. j. l. si ita esset.*

i ¶ *Seruis.* hereditariis. secus in heredis seruo: *vt supra eo. l. cogi.* §. *si pater. in fi.* §. Accursius.

k ¶ *Fuisset.* ita quod ab eodē herede libertas & hereditas secus si ab vno hereditas, & ab alio libertas sit relicta: *vt. j. eod. l. si res.* §. *seruus.* nisi aliud dicatur in duobus casibus. *supra eo. l. apud Iulianum.* §. *fin. & l. cogi.* §. *fina. & facit.* s. *de iudi. vix.* Accursius.

l ¶ *Præsenti die.* i. purè. Accur.

m ¶ *Fideicommissum sit.* f. purè relictum.

n ¶ *Deducta quarta.* f. in omnibus rebus in quibus in quartam non computantur fructus,[b] vt sequitur.

o ¶ *Videntur.* & ideo nō imputantur in quarta, nec restituūtur.

p ¶ *Percepti videntur.* merito ergo in quartam imputantur: *vt.* s. *e. l. in fideicommissariam, iij. resp.* & ad hoc quòd iudicio defuncti percipi videantur, facit. C. *de fideicommis. li. l. ij.* Si autem heres est in mora, communi iure computat in quartam, & superfluam restituit: *vt no.* s. *eo. l. in fideicommissariam. in prin.*

q ¶ *Et vel serui* hereditarij. Accur.

r ¶ *Res.* hereditariæ.

s ¶ *Reddere.* repete, placet. Accur.

t ¶ *Proxima est.* f. latæ. illa enim est dolo proxima: *vt & supra si men. fal. mo. di. l. j.* §. *id autem. & infra proxi respō.* Sed cum vertatur commodum vtriusque, scilicet heredis quartam retinentis, & fideicommissarij dodrantem recipientis: videtur etiam quod de leui teneatur: *vt supra de lega. j. l. si seruus legatus.* §. *cum quid.* quæ est contra. Solu. hic coactus adiit, & sic nullum commodum,

† Pulchrè in hunc locū Alciat. *l. 3. de ver. signi.* quo loco de conditione necessaria ad casum similem producenda, tractat.

* Repræsentandum, hoc est ante diem soluendum.

* Dubitandū.

a Æquipollentibus aliquid fiat nihil interest.

b Heres de restituenda hereditate grauatus regulariter fructus, quos ante moram in restituendo percepit, restituere non tenetur. v. tamen Socinum reg. 174.

habet: *vt.s̄.eo.l.quia poterat.* 2. Vel dic ibi de culpa in non exigendo ab herede, quæ venit: hic in male conseruando, quæ non venit. Item contra.*s̄.de leg.ij.l.cum pater.§.hereditatem.ij.* vbi nō venit periculum etiam administrationis. Sed sub ibi, nisi sit lata culpa. & sic secundum istam. ADDITIO. Tu dic quod hic loquitur in fideicom. vero & puro: ibi autem loquitur in conditionali post mortem, vnde tenetur etiam de leui, secundum Raph. Alex.& Clau.hic.

primo responsorum scribit. Sed & si cum distrahere deberet, nō fecit lata culpa,[a] non leui, & rebus suis consueta neglegentia:[b] huiusmodi rei rationem reddet. Sed & si ædes vstæ sunt culpa eius, reddet rationem. præterea si qui partus extant, & partuum partus:[c] quia in fructibus hi non habentur.[d] † Sed & ipse si quem sumptum fecit in res hereditarias, detrahet.[e] Quòd si sine facto eius, prolixitate temporis ædes,[f] vsu adquisitæ sint:[g] æquissimum erit, nihil eum præstare, cum culpa careat.[h]

Filia potest res quæ subiacent restitutioni fideicōmissi, in causa dotis alienare, nisi de fructibus tātū superesset quod ad dotē sufficeret. Alexan.

5. ¶ Cum proponeretur quidam filiam suam heredem instituisse, & rogasse eam, vt si sine liberis decessisset, hereditatem Titio restitueret, eáque dotem marito dedisse certæ quātitatis,[i] mox decedens sine liberis heredem instituisse maritum suum:[k] & quæreretur an dos detrahi posit: dixi non posse dici in euersionem fideicōmissi factum. quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat.[l] Quare † dicendum est, dotem decedere,[m] ac si quod superfuisset,[n] rogata esset restituere. Quod si tantos fructus ex hereditate mulier percepit, vt inde poterit doti satisfieri: dicendum est potius fructibus hoc[o] expensum ferendum, quàm fideicommisso.

Trebelliano ita demum locus est, quando quis est rogatus vt heres. h. d. Alex.& Bart.

6. ¶ Vt Trebelliano locus esset, non sufficit de hereditate rogatum esse, sed quasi[p] heredem rogari oportet. Denique † si cui portio hereditatis fuerit legata (legari enim posse etiam portionem hereditatis placet nobis[q]) rogatúsque fuerit[r] hanc partem restituere: dubio procul non fiet restitutio ex senatusconsulto,[s] ideóque nec quarta retinetur.[t]

Portiones appositæ in institutione videntur repetitæ in fideicommisso: nisi ex onere iniuncto vel expressione propriorum nominum aliud inducatur. hoc dicit. cum. l.sequen. Alexand.

XXIII. IVLIANVS *libro trigensimonono Digestorum.*

QVotiens paterfamilias vnum vel duos heredes coheredibus suis restituere hereditatem iubet, intellegitur easdem partes in fideicommissis facere, quas in hereditate distribuenda fecerit.[u] Sed si iubeātur hi quibus fideicommissum datur, pecuniam numerare, atque

a ¶ *Culpa.*[a] scilicet lata. aliàs culpæ, scilicet latæ. nam de leui[b] non tenentur, vt dictum est. *& facit.s̄.de lega.j.l.domos.cum tribus seq.*

a Culpæ triplicis materiā supple *per Saly. in.l.si nullam. C. de pign. act. & Bald. in.l.di gnæ.C.eo.tit.*

b Hæres restitutioni obnoxius non tenetur de leui culpa.

b ¶ *Consueta neglegentia.* f.magna.& sic lata[c] culpa quæ in suis toleratur, in alienis punitur. *sic.s̄.solu.mat.l.si constante.§.si maritus.*

† In hunc locum. Cic. *libr. 1. de finib. bonorum & malorum.*

c Culpa lata quæ in suis toleratur, in alienis punitur.

c ¶ *Partuum partus.* sub. & eorum reddit rationem. Accursius.

d ¶ *Non habentur.* & ideò veniunt in restitutione, quia non sunt fructus: *vt Instit.de rerum di. §.partus.* nam sunt nati ante diem fideicōmissi cedentem: *vt.s̄.ad leg.Falc. Paulus respon.§.j.*[d] Item not. quòd videtur hic innuere quod si essent fructus, non venirent in restitutione: sed distinguitur vt not *s̄. eo. l. in fideicommissaria. in prin.* Accursius.

d Ibi loquitur in fideicommisso particulari: hic autem in vniuersali fideicom. *secundum Imol. & Alexan.*

e ¶ *Detrahet. s̄.eo.l. vbi pure.§.fina.contra.* Sol.ibi.

f ¶ *Aedes.* hereditariæ.

g ¶ *Acquisitæ sint.* scilicet præscribenti.Ac.

h ¶ *Careat.* secus si posset ei culpa imputari: quia non interrupit præscrip.lit.cōtest. quod potuit de iure, cum erat heres, aliàs secus esset: *vt.s̄.de peti. here.l.si quis possessor.§.pe.* hic ergo de facto fuit impeditus. Item facit.*s̄.de iure delibe.l.ait prætor.*

† *Hic tex. reputatur sing. in suo effectu secundū Pau. de Castr. in Authen. res quæ subiacēt. C. communia de leg.*

i ¶ *Quantitatis.* repete proponeretur. & dic dedisse de dicta hereditate restituenda. secus autem si viuus pater pro ea dotem dedisset: quo casu vt æs alienum deduceretur, nec compensaretur cum fructibus, nec veniret in fideicommissum: *vt.j̄.eo.l.à filia.& arg.j̄.eo.l.Lucius.§.maritus.*

k ¶ *Suum.* scilicet proponeretur.

l ¶ *Congruebat.* cuius[e] est officium filias dotare: *vt.C.de do.promis.l.fi.§.vtramque.* Accursius.

e Dotare filias patris officium est.

m ¶ *Decedere.* i. detrahi de hereditate restituenda. & sub. perinde.

n ¶ *Ac si quod superfuisset.* f. de dote. 2. Vel dic quod superfuisset de tota hereditate tempore mortis. nam & tunc totam dotem detraheret de hereditate: *vt.C.eo. Authen.contra rogatus.* Item est si simpliciter fuit rogatus restituere: *vt.C.communia de le.auth.res.*

o ¶ *Hoc.* scilicet quod in dotem datum est. ergo totum fideicom. præstabitur deducta quarta: & dos videbitur data de fructibus. *sic. s̄.de lega.ij l.cum pater.§.Titio.& ad.l.Falcid.l.quod de bonis.§.quod anus.* & sic licet hos percipiat iudicio testatoris, non lucri facit superfluos à quarta, sed computat sibi in quartam, & quartæ fructus: *vt & alias.s̄.ea.l.§.alia.* & quod superfluit, aliàs lucratur, *vt dixi.s̄.eod.l.fideicommissaria.in princ.* sed hic non lucratur, sed computatur in debitum dotis vel quasi. nam quasi[f] est à patre debitum filiæ dos, vt dixi. ¶ Et est sic quod solet dici, quod bo.fi.pos. fructus lucratur, nisi cum computat in expensis: *vt.s̄.de rei vin.l. emptor.& l.sumptus.*

f Dos filiæ quasi debita est à patre.

g Quasi vox, non semper similitudinem indicat, sed & aliquando veritatem, id est hoc vel illud ita esse asseriti.

p ¶ *Quasi.* assertiuum[g] veritatis, non similitudinarium.

q ¶ *Placet nobis.* vt.*s̄.de leg.j.l.non amplius.§ fin.*

r ¶ *Fuerit.* scilicet legatarius. Accursius.

s ¶ *Senatusconsulto.* Trebelliano.

t ¶ *Retinebitur.* i. iste legatarius[a] non poterit quartam retinere: *vt.s̄.eo.l.j.§.si is qui quadringenta.& .§.idem Neratius. & s̄.ad.l. Falcid.l.lex Falcid.§.nunquam.* Ar. contra *in eo.tit.l.pœnales.§.si.& facit bene.j̄.eo.l.Lucius.§.heres.* ¶ Sed nunquid heres[b] à quo est legata pars bonorū sub his verbis, pars bonorum: poterit cogi per Trebel. adire & restituere? Respond. non, vt probari potest. *s̄. de leg.j.l.amplius.§.fin.& l.seq.* Nam legatarius talis non videtur subnixus oneribus hereditariis: quia bona[c] dicuntur deducto ære alieno: *vt.j̄.de col.bo.l. cum emācipati.in prin. & .s̄. de iur. do. l.mulier.* Item potest heres[d] liberare se dando bonorum æstimationem, & non dando partem rerum: *vt.d.l.non amplius.* & secundum hoc *facit.s̄.eo.l.nam quod. §.non omnis. & .l.cogi. §.generaliter.* arg. contra *Institu.de fideicommis.here. §.postquam senatusc.* Sed illud iure vetustissimo.[e] Item ar. contra.*s̄.eodem.l.nam quod.§.proinde.* vbi dicit, si etiam bona &c. ¶ Item quid si[f] ab herede sit legata pars hereditatis sub his verbis, pars hereditatis: *vt hîc dicit*: nunquid heres compellitur adire & restituere per Trebell. nam nulla hodie debet esse differentia dicat quis lego, vel fideicommitto: *vt.C.cōmunia de leg.l.ij.* Sed videtur contra: quia non est rogatus vt heres & de hereditate: sed vt ab herede legatum relictum. Puto autem satis habere locum Trebel. cum ad fideicommissarium sint transitura onera hereditaria: quia[g] dixit portionem hereditariam: & bene videtur rogatus vt heres. Sed in casu huius.l. est quæstio de[h] legatario an sit cogendus: & dic quòd non. Accursius.

a Trebellianicam legatarius non retinet.

b Heres à quo legata est pars bonorum non potest cogi per Trebellianum adire & restituere, quoniā is à quo ita legatur neque heres, neque oneribus hereditariis obnoxius.

c Bona dicuntur ære alieno deducto.

d Heres potest se liberare dando bonorū æstimationē, nō partem rerum.

† *Sing. est iste tex. secūdū Ias. in Authent. res quæ. C. communia de leg.*

e Falcidia iure veteri detrahi poterit ex legatis vniuersalibus. *v. Grassum.§. Falcidia.q.5.*

f Heres à quo legata est pars aut portio hereditatis, cogitur adire & restituere per Trebellianum: & cæt.

g Hereditariā portionem restituere qui rogatur, videtur rogatus esse vt heres.

h Legatarius non est cogendus adire & restituere.

Q*Votiens pater.*] CASVS. Instituit sibi heredes paterfamil. Titium & Seium & Gaium & Sempronium: & rogauit dictum Titium & Seium vt restituerent partes eorum coheredibus suis, scilicet Gaio & Sempronio, & decessit. modo quæritur, pro qua parte debeat recipere fideicom. Gaius & Sempron. id est quantum debeat restitui cuique eorum. & certè si fuerunt instituti pro æqualibus partibus, recipient fideicomm. si autem ex disparibus fuerunt instituti, ex similibus institutionis partibus capient fideicom. & hoc ex coniectura voluntatis patrisfa. Item & alio modo possumus iudicare super voluntate testatoris. quid enim si iussit illos quibus relinquebat fideic. prædictum, ab eis recipere? certè ex quantitate pecuniç quam quilibet eorum dare iubetur, volūtas testatoris est colligēda. nam si dicti Gaius & Sempro. quibus relictum est fideicom. ex disparibus etiam partibus heredes scripti æquales partes pecuniæ iussi sunt dare grauatis, æquales partes de fideicō. percipient. si autē summa pecuniæ dandç grauatis cōgruit portionibus hereditariis fideicommissariorum paribus vel disparibus, debebunt fideicōmissarij accipere fideic. pro partibus institutioni eorum similibus. Item tertio modo possum iudicare super voluntate testatoris. quid enim si dictos fideicommissarios instituit ex disparibus partibus: fideicommissum autem prædictum eis reliquit appellando eos propriis nominibus, & non sub appellatione heredum? certè pro virilibus portionibus habebunt fideic. & non pro hereditariis. &. h.d.cum.l.seq. Viuian.

u ¶ *Fecit. sic. C.de impub.& ali.sub l.j.& s̄.de vulg.subst.l.si in testamento.& l.qui liberis.§.fi. & l.seq.in princ. & l.coheredi.§.j. & insti.*

& Inſti.de vulga.ſubſti.§.ſed & ſi ex diſparibus.¶Sed contra.C. *de impub.& ali.ſub. l. fi.* Sol. imò concor. nam & duo ſeparatim & impuberes fuerunt inſtituti & ſubſtituti: & ita habent viriles in inſtitutione, & ſimiliter in ſubſtitutione. Accur.

a ¶*Partes*.de pecunia.

b ¶*Viriles.* id [a] eſt pro numero perſonarum: *vt.C.de cadu.toll. §. vbi autem legatarij.* Accurſius.

[a] Viriles partes dicuntur quæ dãtur pro numero perſonarum.

c ¶*Portionibus*.ſcilicet hereditariis. *& facit ſupra de rebus dub. l.vtrum. §.fina.* Accurſius.

d NOnnunquam.] *Ex voluntate.* ſcilicet præſumpta.

e ¶*Nominibus.* & tunc pro virilibus: *vt ℥.de ſtatuli. l. ita. §.fin.* Idem & ſi propriis & appellatiuis, ſed præcedentibus propriis: *vt infra de ſtipula.ſeruo.l. ſi communis ſeruus. & facit. C.de caduc.toll.§. ſed vt manifeſtetur. & ℥.de lega.j. turpia. §.fina. & l.ſeruus. §. ſi ex pluribus. & l.ſi heredes.* Sed contra. *infra de duo.re.l.ſiue.* Sed ibi diſtingue [b] an nominentur heredes nominibus propriis: vt à Titio & Seio. an appellatiuis, vt à primo & ſecundo herede lego. Accurſius.

[b] Fideicommiſſum relinquatur à nominibus propriis, & appellatiuis intereſt: & quemadmodũ alterutro modo relinquatur.

ita fideicommiſſa recipere: ex quantitate pecuniæ quam dare iubentur, voluntas colligenda eſt patrisfamilias. Nam ſi ex diſparibus partibus heredes ſcripti æquas partes [a] dare iubentur: proprius eſt vt viriles [b] recipere debeant. Si verò ſumma pecuniȩ dandæ congruit portionibus: [c] hereditarias portiones accipere debebunt.

XXIIII. PAPINIANVS *libro quintodecimo Quæſtionum.*

NOnnunquam autẽ ex voluntate [d] variè reſcriptum & iudicatum eſt: videlicet ſi non ſub appellatione heredum, ſed propriis nominibus [e] expreſſis fideicommiſſum relinquatur.

Tranſlatio fideicom. in dubio intelligitur eſſe facta ſi prius fideicommiſſi reſtitutio facta non fuerit. Bartolus.

XXV. IVLIANVS *libro trigenſimonono Digeſtorum.*

QVidam ita teſtamẽto ſcripſerat, *A te heres peto, fideique tuæ committo, vt quidquid ex hereditate mea ad te peruunerit,* [f] *filio meo prima* [g] *quaque die, aut ſi prius quid ei acciderit,* [h] *matri eius des reddas.* Quæritur, cum antè quàm adeatur [i] hereditas, puer deceſſerit, an fideicommiſſum matri debeatur. Reſpondi, ſi puer antè quàm dies fideicommiſſi cedat, [k] deceſſiſſet: fideicommiſſum tranſlatum eſſe ad matrem. poſtea autem quàm dies fideicommiſſi ceſſit, * ſi deceſſerit, ad heredem pueri fideicommiſſum pertinere. [l] Sed an ea voluntas fuit patrisfamilias, vt ſi ante reſtitutum fideicommiſſum puer deceſſiſſet, matri potius quàm heredibus præſtaretur: prætor æſtimabit ex perſona matris, & ex perſona heredis pueri. [m] Marcellus: Sed teſtatoris voluntati [n] congruum eſt, quandocumque puer deceſſerit, ſiue antè quàm dies fideicommiſſi cedit, ſiue poſtea, ad matrem transferri fideicommiſ-

* cedit.

QVidam ita.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium: & ita ab eo petiit: A te heres peto, fideique tuæ committo, vt quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, filio meo reſtituas cum ipſe erit. xiiij. ann. pone. aut ſi filius meus prius moriatur, reddas matri eius. & poſtea deceſsit dictus teſtator. & poſtea deceſsit dictus filius impubes antequam dictus heres adiret hereditatem. & ita deceſsit antequam dies fideicommiſsi cederet, id eſt antequã ipſe eſſet. xiiij. an. nunquid debetur fideicom. matri ſuæ? an vero heredi pueri? & reſpon. quod matri debetur. ſi autem deceſsit poſtquam dies fideicommiſsi ceſſerit, pertinet ad heredem eius fideicom. Iſta autem reſponſio mollificatur in verſi. ſed an &c. & poſtea tollitur eadem reſponſio in verſi. Marcellus &c. dicit ergo in dicto verſic. ſed an &c. quod prætor debet æſtimare ex perſona matris & pueri & heredis ſui an dictus teſtator voluerit præſtari matri fideicomm. potius quàm heredibus pueri, puero decedente ante. xiiij. ann. vel poſt, & non reſtituto ei filio adhuc fideicommiſſo. quicquid tamẽ dictum ſit, iſta eſt veritas, dicit Marcellus, ſcilicet quod ad matrem transferatur dictum fideicommiſſum ſi non eſt reſtitutum puero ante mortem ſui pueri. & hoc eſt verum ſiue dictus puer deceſsit ante diem fideicommiſsi cedentem, id eſt ante. xiiij. annos, ſiue poſt. & hoc dicit, licet obſcurè. [SI SERVO HEREDE.] Inſtitui mihi heredem Stichum ſeruum Titij, & ita poteſt acquiri Titio hereditas per dictum ſuum ſeruum: & rogaui eundem Titium vt reſtitueret dictam hereditatem dicto Sticho cum liber eſſet. certè valet fideicommiſſum. [SI QVIS FILIVM.] Inſtitui mihi heredem ex aſſe Titium filium meum in teſtamento meo, & poſtea feci codicillos in quibus commiſi fidei dicti mei filij, vt ſi ſine liberis decederet, hereditatem meam ſorori ſuæ reſtitueret. Item præcepi quòd dicti codicilli non aperirentur ante mortem dicti mei filij, & poſtea deceſsi. poſtea dictus meus filius nõ habẽs filios venit ad mortẽ: & ſciens illud quod ita in codicillis ſcripſeram, iuſsit in teſtamẽto ſuo liberum eſſe Stichum ſeruum hereditarium, inſtitutis ſibi heredibus Seio & Martino: & deceſsit. nunc venit dicta ſua ſoror fideicommiſſaria, & petit à dictis heredibus eius, id eſt filij, hereditatẽ meam ex fideicommiſſo. in quo fideicõmiſſo dicit debere cõtineri dictũ Stichũ, quaſi non valuerit libertas ei data. quæritur, quid iuris ſit? & dicitur ꝙ de hereditate non eſt dubiũ qui eam habere debeat. Stichũ autẽ non habebit ſeruata libertate eidem Sticho fauore ſui, id eſt libertatis. habebit tamen ab eis iuſtum pretium eiuſdẽ Stichi. & idẽ eſt per omnia ſi dictus meus filius ignorabat tempore quo fecit teſtamentum, fideicommiſſum quod reliquit ſorori ſuæ in codicillis meis. Sed pone ꝙ Sempronius qui erat extraneus, inſtituit ſibi heredem dictũ Stichum antequam dictus meus filius daret ei libertatẽ in dicto ſuo teſtamento. & poſtea idem filius dedit ei libertatem, & poſt libertatem adiuit dictus Stichus dictam hereditatem Sempronij, & ſibi acquiſiuit. nunquid dictus Seius & Martinus heres dicti mei filij debent præſtare fideicommiſſariæ prædictæ non ſolum æſtimationem Stichi, ſed etiam ęſtimationem dictæ hereditatis Sempronij? Et dicitur quod ſic: quia ſi filius meus non dediſſet ei libertatem ſicut dedit, potuiſſet adire eam iuſſu dictæ fideicommiſſariæ, & ei acquiſiuiſſe. Sed pone quod dictus Sempronius qui inſtituit dictum Stichum deceſſit filio meo prædicto adhuc viuente poſt teſtamentum dicti filij mei, in quo reliquit libertatem Stichi: & ita tempore mortis dicti Sempronij non competebat adhuc libertas Sticho ex teſtamento filij mei: quia adhuc viuebat idẽ filius meus, & poſtea deceſsit idem filius meus, & ſic factus eſt liber dictus Stichus: non tamen adiuit adhuc hereditatem dicti Sempronij, nec ante libertatẽ ſuam, nec poſt, nec etiam nunc adire poteſt, quia trãſiuit tempus adeundæ hereditatis Sempronij, computandum à præcepto iudicis qui fortè iuſsit dicto filio meo viuenti vt intra certum tempus iuberet ſeruum adire, & ipſe non iuſsit ante mortem ſuam: nunquid in hoc caſu tenebuntur dicti heredes filij mei prȩſtare hereditatem Sempronij dictæ fideicommiſſariæ ex cauſa fideicommiſsi? & dicitur quod non: & eſt ratio: quia ſi dictus filius meus in vita ſua iuſsiſſet dictum Stichum adire dictam hereditatem Sẽpronij, ei filio meo acquiſita fuiſſet. non ergo habet dicta fideicommiſſaria vnde conqueratur ſi dicta hereditas non eſt adita. in ſuperiori autem caſu bene habet vnde conqueratur de filio meo, vt modo dixi: & ideo non eſt mirum ſi in dicto ſuperiori caſu ipſa poteſt petere ab heredibus dicti mei filij æſtimationẽ ſerui, & hereditatis Sempronij. & hoc dicit hic. §. licet obſcurè. Ideo autem poſui in hoc vltimo caſu quòd Stichus non adiuit hereditatem Sempronij antè libertatem ſuam nec poſt, & quod etiam nunc non poteſt adire: quia ſi nunc liber exiſtens adire poſſet, vt quia non tranſiuerat in vita filij mei tempus à iudice ei ſtatutum, bene poſſet conqueri fideicommiſſaria in hoc caſu de libertate data Sticho per filium meum: quia ita poſſet adire hereditatẽ iuſſu fideicommiſſariæ, & ei acquirere dictus Stichus ſi liber non eſſet, ſicut in proximo ſuperiori caſu. Viuian.

f ¶*Perueneris*. per [a] quod veniunt etiam prælegata quandoque: *vt not.C.de fideicom.l.cum virum.* Accur.

[a] His verbis, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, prælegata quandoque continentur.

g ¶*Prima quaque die*.ſ.appoſita: vt cum erit. xiiij. an. i. ad talem ætatem peruenerit. Vel dic, prima quaque, id eſt quàm cito poteris, vel dies ceſſerit. *& facit.℥ de adimen.leg.l.iij.§.j.ibi, idem dicendum &c.* Accur.

h ¶*Acciderit*.i.deceſſerit: *vt.℥.de ver.ſig.l.in vulgari.in fi.*

i ¶*Adeatur*.& ſic conſtat non ceſsiſſe diem.

k ¶*Cedat*.quod [b] eſt adueniente cõditione vel die incerto, ſi ſic fuit relictũ vt dixi, cum erit. xiiij. an. *vt.℥.ti.j.l.ſi Titio.* Si autẽ purè vel in diem certum, tunc pendet reſponſio ex eo quod eſt. *℥.eod.l. apud.§. Anthia. & l.ille §.j.in fi. & ibi no.* Singulare autẽ fideicõmiſſum purè cedit à morte teſtatoris: *vt.C.de cad.toll.§.in nouiſſimo.* ¶Et not. quod dictio prius, [c] poſita in verbis teſtatoris facit dubium. nam poteſt intelligi prius quàm ceſſerit dies fideicommiſſi in perſona filij, vel prius quàm reſtituas. Accur.

[b] Fideicõmiſſi dies quando cedat.

[c] Prius dictio facit dubium. *Contra. Gl. in c. 1. & ibi late per Panor. extra de reſt. ſpol.*

l ¶*Pertinere*. ita reſponſio temperatur ſtatim: ſed poſtea ex toto emendatur: vt ibi dicit, Marcellus &c.

m ¶*Pueri*.ſic. *℥.eo.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.* Accur.

n ¶*Voluntati*.ſic. *℥.e.l.mulier.§.Braſidas.* nã ſimilis eſt ibi interpretatio voluntatis in dubio: & hoc niſi contra. probetur, quod

potest:*vt.ȝ.eod.l.vbi purè.§.j.& ȝ.de condit.& demon.l.in conditionibus.& C.de lib.præte.vel exhereda.l.ij.*

a ¶ *Acceperit.* ſcilicet bona: quia tunc tranſmittentur purè ad heredem.Accurſius.

b ¶ *Dominus*.cui per eum quæſita eſt hereditas.Accur.

ſum, ſi non iam puer hoc accepit.[a] eóque iure vtimur.

Valet fideicommiſſum per quod rogatur dominus reſtituere ſeruo inſtituto.Bart.

1. ¶Si ſeruo herede ſcripto dominus[b] rogatus eſt eidem ſeruo reſtituere hereditatem cú liber eſſet: vtile fideicommiſſum eſt.[c]

Seruo qui ſubiacet reſtitutioni, cum vniuerſitate poteſt libertas teſtamento relinqui, & fideicommiſſario æſtimatio debebitur.Bart.

2. ¶Si quis filium ſuum ex aſſe heredem inſtituit, & codicillis quos poſt mortem filij aperiri iuſſit,[d] fidei eius commiſit,[e] vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, hereditatem ſuam ſorori ſuæ reſtitueret: & filius cú ſciret quod in codicillis ſcriptum eſſet, Stichum ſeruum hereditarium teſtamento ſuo liberum eſſe iuſſit: heredes filij pretium eius ſerui ſorori defuncti[f] præſtare debent, libertate fauore[g] ſui[h] *ſeruata. Hoc amplius & ſi ignoraſſet filius codicillos à patre factos, nihilo minus heredes eius pretium[i] præſtare debebunt, ne factum cuiuſquam alteri damnú adferat.[k] 3. ¶Sed & ſi ſeruus iſte à Sempronio[l] heres inſtitutus ſit, eámque hereditatem poſtea quàm ex teſtamento fratris ad libertatem perueneratat, adierit: hereditatis[m] quoque[n] æſtimationem heredes fratris ſorori eius præſtare debent: qua* ſi manumiſſus non eſſet, iuſſu mulieris adire eam potuiſſet. Si verò viuente filio Sempronius deceſſerit, hereditas in cauſa fideicommiſſi non deduceretur:[o] quippe ab ipſo filio adire iuſſus hereditaté, ei adquireret.

c ¶ *Fideicommiſſum eſt.* non tamen locum habet Trebell. quo ad quartam deducẽdam: quia non vt heres, ſed vt dominus eſt rogatus: *vt.ȝ.de leg.j.l.cum filio.& dixi.ȝ.eo.l.j.§.j.& l.mulier.§.fin.* ſed quo ad alia remedia locum habet Trebellia. ſcilicet vt eo libero facto cogatur reſtituere, & tranſeunt[a] actiones. non tamen dico quod cogatur manumittere, ſicut nec pater filium emancipare: *vt.ȝ.de leg.j.l.filius.§.ſecũdum vulgarem.*Accur.

d ¶ *Iuſsit.*ne ſoror inſidiaretur filio: *vt Inſtit.de pupilla.ſubſtit.§.igitur.*

e ¶ *Fidei commiſit.* quod fieri poteſt: *vt.C.de codicil.l.ij.*

f ¶ *Defuncti.* ſcilicet prædicti filij.Accur.

g ¶ *Fauore.* Sed quis eſt fauor, cum idem ſit in fundo vendito: *vt.ȝ.de leg.ij.l.fi.§.fin.& l.ſi heres rem.quæ ſunt contra?* Solu.quando ignorat heres, non eſt fauor: ſed quando ſciuit, ſic: *vt hic.* Sic & aliàs diſtinguitur[b] ſciens ab ignorãte: *vt.ȝ.de tranſ.l.fi.* Vel ſub.hîc, maximè, & facit bene *ad.§.j.de verb.oblig.l.ſi ſeruum.§.de illo.& .j.de do.l.ij.* ¶Sed contra.*j.qui & à qui.l.heres.* vbi heres nó poteſt manumittere. Sed ibi erat purè legatus, & ſic factus legatarij. hic ſub conditione relictus, & ſic interim heredis,[c] & poteſt ab eo manumitti. *ad quod facit.ȝ.de leg.j.l.ſi quis inquilinos.§.j.& Inſti.de lega.§ ſi res.*Sed hoc nó placet Ioan. quia & in illa.l.heres. dicit in proprio heredis. quare dic ibi, nil agitur, ſcilicet quo minus detur æſtimatio. ſed libertas tenet. Vel ibi inter viuos, hîc in teſtamento heres dedit libertatem. ¶Item adhuc contra.*j.qui & à qui.l.generaliter.§.fi.* Solu.vt modo dixi de alio contrario.[d] ¶Item adhuc contra.*ȝ.de condi.indebi.l.in ſumma.§.pen.*vbi diſtinguitur ſciens ab ignorante. Solu. hic heres eſt, qui[e] intelligitur eadem perſona cum defuncto: *vt in Auth.de iure iu.à mor.præ.§.j.col.v.*vnde nó[f] permittitur ei ignorare quod defunctus ſciuit. ibi eſt extraneus. Sed obiicitur huic ſolutioni.*j.de dona.cauſa mor.l.ſi is cui.*vbi etiam extraneus ignorãs donatarius tenetur. Sed ibi erat in culpa lata donatarius quando non cogitauit poſſe remoueri per cóualeſcentiam, & aliis modis. ¶ Itẽ adhuc cõtra. *C.cõmunia de leg.l.fi.§.ſed quia.* vbi etiã heres non manumittit. Sed ibi purè vel die certa: hic ſub conditione, vel die incerta, quæ[g] pro conditione habetur: *vt.ȝ.de condit.& demonſtr.l.dies incertus.*¶Sed tunc ob.*in ea.l.§.ſin autem ſub conditione.* Sed ibi non dicit de manumiſſione, ſed de cæteris alienationibus quæ fieri non debent pendente conditione: & ſic eſt ſpeciale in libertate. nam & ſeruus alio modo alienatus conditione pendẽte, ea exiſtẽte reuocaretur. Alij dicunt ꝙ hoc corrigitur per illũ §.ſin autẽ. vt non poſſit manumitti, ſicut nec alio modo alienari.

h ¶ *Sui.* ſcilicet libertatis.

i ¶ *Pretium.* ſcilicet ſerui prædicti. Accurſius.

k ¶ *Afferat.* vt. h *ȝ.de alie.iudi.mutan.cau.fac.l.j.in princ.& de noxa.l.electio.§.fi.arg.contra.j.de ſepa.l.j.in fi.j.reſpon.*Hug.

l ¶ *A Sempronio.* ſcilicet quodam extraneo.

m ¶ *Hereditatis.* ſcilicet fideicommiſſariæ.

a Vide Gloſſ. *in l.cum filius familias.2.in verbis, nec admiſſa. in fi.* & ibi Bartolũ. *ȝ.de leg.1.* vbi hanc Gloſſam tuetur *per legem. 1.§.ſi filio. verſic. idem & ſi ipſi.j.ad Trebell.*

* Serui.

b Scientis & ignorantis differentia.

c Hanc ſolutionem Bartolus probat.

d Nempe ibi inter viuos manumiſſus: hîc in teſtamento.

e Hæres eadem intelligitur perſona cũ defuncto.

f Hæres poſt aditam hæreditatem & apertas tabulas præſumitur ſcire voluntatem defuncti & ea quæ ſciuit defunctus. *adde Gloſſam in.l.cũ hæres. & ibi Bartolum.1.ȝ.de libertatibus legatis.*

g Dies incerta pro conditione habetur.

h Facto vnius alteri damnũ inferri nó debet.

n ¶ *Quoque.* non ſolùm ſerui. Sed videtur poſſe pœnitere quando ignorauit: *vt.ȝ.de in integ.reſt.l.de ætate.§.ex cauſa.* Sed ibi actori conſulebatur in alium: hic vero datur huic ſorori in alium recurſus ad hanc hereditatem. ¶Item adhuc non videtur nocere tantus error: *vt Inſt.de act.§.ſi quis agens.* Sed[a] ibi ignorantia ſe excuſat à damno quod haberet propter plus petitionem: hic non excuſat à damno hereditatis.Accur.

o ¶ *Non deducetur.* vt ipſa vel eius æſtimatio præſtetur ſorori: *vt.j.eod.l.ita tamen.§.j.& ȝ.eod.l.in fideicommiſſariam.in princip.*Accurſius.

a Adde Dyn. in c.non debet aliquis. de regulis in.6.

* quia.

Ciuitatibus quæ non ſunt hoſtes imperij, poteſt hereditas per fideicommiſſum relinqui & reſtitui, & agere poſſunt per ſuos ſyndicos. h. d. cum prin.l.ſeq. Alex.

XXVI. PAVLVS *libro ſingulari de Senatuſconſultis.*

OMnibus ciuitatibus[p] quæ ſub imperio populi Romani[q] ſunt, reſtitui debere & poſſe hereditatem fideicommiſſam, Apronianum † ſenatuſconſultum iubet. Sed & actiones in eas[r] placuit ex Trebelliano transferri. Sed* municipes ad eas admittuntur.[ſ]

XXVII. IVLIANVS *libro quadrageſimo Digeſtorum.*

ITa tamen, vt his* quibus reſtituetur hereditas, actorem[t] eligant & ad agendum, & ad excipiendas actiones.

Quæſita per ſeruum poſt aditam hereditatem ab herede coacto, non veniunt in reſtitutionem. ſecus in quæſitis hereditate iacente.Bar.

1. ¶ Si ſeruũ hereditarium heres qui coactus[u] adierit, iuſſiſſet adire hereditatem ab alio[x]

OMnibus.]CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt eam reſtitueret cuidam ciuitati ſuppoſitæ Romano imperio, & deceſsi. nunquid tenetur Titius reſtituere dictæ ciuitati? Et dicitur quod ſic: & ea reſtituta tranſeunt hereditariæ actiones in eam & contra eam ciuitatem: & municipes qui morantur in ea ciuitate, admittuntur ad eas actiones exercendas, & ad ſe defendendum. debent tamen ad hæc explicanda habere actorem. h. d. cum prin. l.ſeq.Viuian.

p ¶ *Omnibus ciuitatibus.* vel parti[b] ciuitatis: *vt.ȝ.de leg.j.ſi quis à filio.§.fi.& etiam vicis: vt.ȝ.de leg.j.l.ſi heres.§.j.* Item econtra inſtitui, & de reſtituendo[c] grauari poſſunt: *vt ȝ.eo.l.recuſare.§.item ſi municipes. & facit.j.de lib.vni.l.j.& .C.de here.inſt.l.hereditatis.& C.e.l.ij.& ȝ.de leg.j.l.ciuitatibus.*Accur.

q ¶ *Romani.* ſed ciuita.hoſtium ſic non ſunt capaces.

† Citatur in.r.ȝ.de libertis vniuerſitatum. quod latuit Accurſium. vide Vlp frag. ti.22.

* ſed & mu.

b Fideicõmiſſum relinqui ciuitati vel eius parti poteſt.

* hi quibus.

c Fideicõmiſſi onere ciuitas grauari poteſt.

r ¶ *In eas.* ciuitates. & econtra eis dantur: vt ſubiicit, ſed &c. *vt ȝ.eo.l.j.in prin.& continua cum.l.ſeq.*

ſ ¶ *Admittuntur.* ſ.ad agendum.

t [Ta tamen.] *Actorem.* vel ſyndicum: *vt.ȝ.quod cuiuſque vniuer.l.j.§.quibus.& l.item eorum.§.ſed & ſi ita decreuerit.*&[d] debent eligere omnes de municipio, vel ciuitate, vel maior pars: vel ordo decurionum, vel maior pars, cum duæ partes affuerunt: vel nullũ eligent ſi ſit aliquis cui de conſuetudine[e] hoc facere licet: *vt.ȝ.quod cuiuſque vniuer.no.l.planè.& l.prætor.* & ipſi etiã adminiſtratores municipiũ poterunt hoc facere: *vt.ȝ.de condi.& demon.l.municipibus.& quod cuiuſque vniuer.no.l.ſi.*Accur.

Si ſeruum.]CASVS. Inſtitui mihi heredem Titiũ, & rogaui eũ quod reſtitueret hereditaté meã Seio, & deceſsi: poſtea Titius dicens ſibi ſuſpectã hereditaté, fuit coactus adire: & antequã hereditaté reſtitueret dicto Seio, Gaius extraneus inſtituit ſibi heredẽ Stichum ſeruum dictæ hereditatis meæ, & dictus Titius iuſsit eũ adire, & ita eam hereditaté Gaij ſibi acquiſiuit: & ita habet modo Titius hereditatem meam, & hereditaté Gaij. nunc quæritur, an vtramq; reſtituere teneatur dicto Seio fideicõmiſſario? Et dicitur quod non, niſi meam: ſicut nec teneretur ei reſtituere illud quod ſeruus hereditarius ſtipulatus eſſet ab aliquo poſt aditam à ſe herede hereditatem, aut per traditionem accepiſſet: aut fructus qui ex rebus hereditariis percepti fuiſſent ante moram reſtituẽdę per eũ hereditatis. & bene dixi poſt aditam à ſe herede hereditatem: quia ſi antè aditam prædicta tria vel aliquod eorum interueniſſet, bene teneretur Seio fideicommiſſario reſtituere. Viuianus.

u ¶ *Coactus.* per iudicem, quia eam ſuſpectam dicebat.

x ¶ *Alio* quia quidam inſtituit heredem, & rogauit vel iuſsit eum reſtituere huic ſeruo.

d Syndicus à ciuitate omni, vel maiori parte, vel ab ordine decurionũ eligitur.

e Conſuetudo ſemper debet attẽdi cui creatione, authoris, tutoris, curatoris, ſyndicus *vt hic*, adde Guidonem Papæ *deciſ.432.& ſingulari.187.*

Eidem

eidem ſeruo [a] relictam, & tunc [b] hereditatem quam ſuſpectá ſibi eſſe dixerat, reſtituerit: an etiam eam hereditatem quæ per ſeruum adquiſita eſſet, [c] reſtituere deberet, quæſitum eſt. Dixi non magis hanc hereditatem in reſtitutionem venire, quàm quod ſeruus hereditarius poſt aditam hereditatem [d] ſtipulatus fuiſſet, & per traditionem accepiſſet, aut fructus qui ex rebus hereditariis percepti fuiſſent: vtique † ſi nulla mora [e] fideicommiſſo facta fuiſſet. Sed ſi quid ante aditam [f] hereditatem ſeruus ſtipulatus fuiſſet, aut per traditionem accepiſſet, id reſtitui debebit: ſicut fructus ante aditam hereditatem in reſtitutionem venient.

Qui coactus adiit hereditatem, commodum ex hereditate conſequi non debet. Bart.

2. ¶ Qui ſuſpectam ſibi hereditatem dicit, nullum commodum [g] ex teſtamento conſequetur quod habiturus non eſſet ſi heres inſtitutus non fuiſſet, aut non adiſſet. & ideo ſi pupillo [h] ſubſtitutus fuerit ita: *Quiſquis mi*hi [i] *heres erit, idem filio meo heres eſto:* hereditatem quæ ex ſubſtitutione ad eum [k] peruenerit, reſtituere cogendus erit. Si vero detracto hoc articulo. *Quiſquis mihi heres erit,* ſubſtitutus ita fuerit, *Titius filio meo heres eſto:* tùm [l] ſi ſolus patri heres extiterit, nihilo minus cogendus erit hereditatem pupilli [m] reſtituere. Si verò coheredem [n] habuerit, retinebit pupilli hereditatem: quia potuit coherede adeunte, [o] quáuis ipſe patris [p] omiſiſſet hereditatem, ex ſubſtitutione adire.

Exiſtentia ſui heredis confirmat fideicommiſſum vniuerſale, vt per reſtitutionem tranſeant actiones. Bartolus.

3. ¶ Si pater filium quem in poteſtate habebat, heredem ſcripſerit, & ab eo petierit vt hereditatem Sempronio reſtitueret, íſque ſuſpectam ſibi eſſe dicet: poterit ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditas reſtitui. [q] Quare & ſi non immiſcuerit ſe hereditati, nihilo minus actio-

a ¶ *Eidem ſeruo.* aliàs herede, & aliàs heredi: quia fuit ab alio ſeruus inſtitutus. Accur.

b ¶ *Et tunc.* id eſt poſt adquiſitionem hereditatis per ſeruum factam.

c ¶ *Adquiſita eſſet.* quia iuſſit eam adire: *vt. ſ. dixit.* & ſic iam erat ei adquiſita. [a] & ſic non ob. *ſ. eo. l. quidam. §. fi. j. reſpon.*

d ¶ *Hereditatem.* ab herede. Accur.

e ¶ *Si nulla mora.* nec rogatus eſt vt cum incremēto reſtituat: *vt. j. eo. l. facta. §. ſi heres ante. & ſ. e. l. in fideicommiſſaria. §. quotiens. & quod not. in princ. eiuſdem.* ¶ Nec ob. *j. proxi. §. in fin.* vt ibi dicam.

f ¶ *Aditam.* per eum qui dicebat eam ſuſpectam.

Qui ſuſpectam.] CASVS. Regulam ponit quam poſtea ſpecificat. & eſt regula talis: Heres qui ſuſpectam dicit hereditatem in qua eſt inſtitutus, & quam alij rogatus eſt reſtituere, & qui propter hæc coactus eſt eam adire & reſtituere fideicommiſſario, non debet cōſequi aliquod commodum ex teſtamento in quo fuit data ei dicta hereditas: quod quidē commodum habiturus non fuiſſet ſi heres inſtitutus non fuiſſet, aut non adiiſſet. ſi autem potuiſſet habere illud commodū etiam ſi nō adiiſſet, bene habebit illud coactus adiens. Vnde pone quod inſtitui mihi heredē Titiū, & filiū meum impuberem exheredaui. & ita poſtea dixi. Quiſquis mihi heres erit, idē filio meo heres eſto. & poſtea rogaui eundem Titium vt reſtitueret hereditatē meam Seio: & poſtea deceſsi. poſtea Titius dicens ſibi ſuſpectam hereditatem meam, fuit eam coactus adire: & poſtea antequam reſtitueret eam Seio, deceſsit dictus impubes in pupillari ætate: & ita ſucceſsit ei dictus Titius: Valuit enim ſubſtitutio quam feci eidē exheredato quantum ad bona quæ habet aliunde quàm à me dictus impubes. quæritur, nunquid vtramque hereditatem teneatur Titius reſtituere Seio fideicommiſſario, ſcilicet meam & impuberis? Et dicitur quòd ſic: & hoc ſecundum dictam regulam. nam hereditatem impuberis non habuiſſet niſi meā hereditatem adiuiſſet: vtpote principali meo teſtamento irrito, cum ex eo non fuiſſet adita hereditas, & ſic per cōſequentiam pupillare euanuiſſet. Et idem eſt retento eodem caſu ſi non feci ſubſtitutionem prædictis verbis, quiſquis mihi heres erit, idem filio meo heres eſto &c. ſed ita feci dictam ſubſtitutionem, Titius filio meo heres eſto. nam ſicut in ſuperiori caſu, ita & in hoc tenebitur reſtituere Titius Seio vtramq; hereditatem. Si vero retento iſto proximo caſu dediſſet coheredem Titio in mea hereditate quendam extràneum, puta Sempronium, & poſtea coheres adiuit pro ſua parte, & Titius coactus adiuit pro ſua: reſtituendo Titius ſuā partem dicto Seio fideicommiſſario, poterit ſibi retinere hereditatē impuberis quam (vt dictum eſt) habuit ex ſubſtitutionē. & eſt ratio ſecundum dictam regulam, quia etiam ſi ipſe Titius omiſiſſet pro ſua parte meam hereditatem, & adire non fuiſſet coactus, potuiſſet nihilominus adire ex ſubſtitutione, & habere dictam hereditatem impuberis: & hoc ideo potuiſſet, quia coheres ſuus (vt dictum eſt) adiuit pro ſua parte meam hereditatem: & ita in hoc caſu principale meum teſtamentum non fuiſſet irritum, cum ex eo adita fuiſſet hereditas mea ad minus per vnum de heredibus quos inſtitui. quod quidem ſufficit ad hoc vt valeant ſecundæ tabulæ, ſiue ſubſtitutio pendens ex meo principali teſtamento: vt hîc dicit. Viuianus.

g ¶ *Commodum.* vt [b] *ſ. eod. l. quia poterat. ſic ſupra ad Sila. l. ſequens. §. j. & j. e. l. ſi patroni. §. adeo.* (niſi [c] ſint fructus, vel quæ vice fructuum cenſentur: *vt. ſ. §. proxi.*) Item ecōtra nec etiam commodum: [d] *vt. j. ea l. §. ſi perceptis. & ſ. eo. l. apud Iulianum. in prin.* Accurſius.

h ¶ *Si pupillo.* fortè exheredato. Accur.

i ¶ *Quiſquis mihi.* & per [a] quæ verba quis admittatur, habes. *ſ. de vulg. ſubſt. l. qui liberis. §. fi.* ¶ Et no. quod hæc verba inducunt conditionem hanc, ſcilicet ſi eris mihi heres, ſis & filio meo. quæ conditio non intelligitur. *j. proxi. caſu.*

k ¶ *Ad eum.* inſtitutum & rogatum. Accurſius.

l ¶ *Tum.* id eſt tunc. aliàs accipitur pro aliquando, vel accipitur pro vna parte: vt tum Petrus, tum Martinus currit. aliàs eſt in textu, tunc. Accur.

m ¶ *Pupilli reſtituere.* & eſt ratio, quia hanc non haberet ſi non adiſſet paternam: vtporè principali [b] teſtamento irritato, (cum ex eo non fuiſſet adita hereditas: *vt. j. de contra tabu. l. filium. §. quod ſi hi. & . §. ſed cum exheredato.*) & ſic per conſequentiam pupillare euaneſcit: *vt no. ſ. eo. l. apud. §. idem Iulianus.* H. Accur.

n ¶ *Si vero coheredē.* alium à pupillo. ¶ Et ſic non ob. *ſupra de vulg. ſubſtit. l. ſed ſi plures. §. filio. in fin.* §. vbi dicit quod ſi heredē habeo pupillum tantum, & repudiauero paternā, non poſſum poſtea habere pupillarem niſi eſſem frater impuberis: *vt infra titu. j. l. ſi filius qui patri.* Sed certè quantū ad hoc quod hic dicit, idem dico & ſi pupillum tantum habeo coheredem: quia poſſum habere pupillarem ex ſubſtitutione, licet repudiauerim paternam, puta ſi pupillus adeat. alioquin pupillare nullum eſſet, cum nemo adiſſet paternam hereditatem, vt dixi. & ita cum hoc commodum poſſet habere, licet repudiauerit paternam, cum tamen pupillus adiit, non debet venire in reſtitutionem: *vt in prin. huius. §.* illud tamen bene dico, quod hoc caſu non poſſum habere ex ſubſtitutione pupilli quin habeam paternam: quia eam non inuenio immixtam: *vt dicit dictus. §. filio. in fin.* Vel poſſet illud intelligi cum pupillus non adiuit, & ego repudiaui. ſequitur ergo quod pupillare non valeat, & ita nihil ex eo habere poſsim.

o ¶ *Coherede adeunte.* ſufficit enim vnum ex heredibus adire paternam ad hoc vt valeant ſecundæ tabulæ: *vt hîc, & ſupra eod. l. apud. §. Iulianus.* & diſtingue hic *vt not. C. de iure deliberand. l. quidam.*

p ¶ *Ipſe patris.* ſubſtitutus. Accur.

Si pater.] CASVS. Filium meum Titium in mea poteſtate conſtitutum inſtitui mihi heredem, & rogaui eum vt hereditatem meam reſtitueret Sempronio, & deceſsi poſtea idem meus filius dicebat ſibi ſuſpectam hereditatem, & ideo nolebat ſe ei immiſcere. Sempronius autem erat contentus quod ipſe reſtitueret ei ſine immixtione, & ita ipſe ei reſtituit. bene valet reſtitutio. Viuianus.

q ¶ *Reſtitui.* caue tibi: quia nil dicitur an cogatur adire, & videtur quod non: cum enim ſuus eſt neceſſarius, non oportet quod plus adeat. Sed dic vt adire cogatur: *vt. ſ. e. l. recuſare. §. meminiſſe.* & poteſt eſſe ratio, quia debitor hereditarius negaret fortè ſuum fuiſſe, & probaret falſo eſſe emancipatum: vnde reſtitutio inueniretur nulla. Item quia [c] eſt heres nomine, non re: vt teneatur creditoribus: *vt. C. ſi vt ſe ab heredit. abſti. l. j.* ergo econtra nec agere poteſt, nec habet quid reſtituat. dicit tamen H. & bene quod ſi non curet fideicommiſſarius cogere adire, quod ſatis eſt ei quod eſt heres, licet ſe abſtineat: *vt. j. de fideicommiſſa. liber. l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. & . ſ. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinian.* & expreſsè hic ſubiicitur. ¶ Sed nonne reſtituendo [d] videtur adire, ſicut qui ſoluit creditoribus: *vt. C. de iure deliberand. l. ij.* fit enim nuda voluntate: *vt Inſt. de hered. quali. & diffe. §. fi.* Reſpond. non: quia non ſit eo animo, ſed magis animo contrario. vt non ſit heres: cum coactus hoc faciat.

[a] Hæc ſolutio diſplicet Bart. quia innuit hæc ſolutio plus teneri heredem, qui nō habeat, quàm qui habeat: vide aliam ſolutionem Iacob. de Arct. apud Bart. hîc.

† Heres qui fecit moram in adeundo, non videtur feciſſe moram in reſtituendo: ſed noua interpellatione opus eſt, ſecundum Imo. & Alex. hîc.

[b] Hereditatem qui coactus adit, nullum ex ea commodū & incommodum ſuſtinere debet.

[c] Hereditatem qui coactus adiit fructū aut vice fructuum commodum percipit.

[d] Legendum eſt, incommodū.

[a] Verbū quiſquis, iunctum verbo futuri temporis facit conditionem. Bar. in l. qui liberis. in prin. ſ. de vulg. & pup. ſubſti.

[b] Principali teſtamento (puta paterno) irritato, pupillare per conſequentiā euaneſcit.

[c] Heres an propriè dicatur, qui nomine tantùm eſt heres, vide apud Bald. in l. ſi non ſpeciali gen. col. C. de teſtament.

[d] Adire nō videtur qui reſtituit hereditatem.

nes quæ ei & in eum cōpetebāt, ad Sempronium transferentur.

Heres per fideicommissum relictus in secundis tabulis cogitur ex primis adire mortuo demum pupillo: & confirmatis secundis tabulis omnes pupillariter substituti cogentur adire ex secundis, & restituere. Alexan.

4. ¶ A patre [a] heres scriptus, & exheredato filio substitutus, [b] si rogatus fuerit hereditatem quæ ad eum ex substitutione peruenerit. Titio restituere cogendus non est viuo pupillo patris hereditatem adire: primùm quia sub conditione [c] fideicommissum datum est: deinde, quia non probè de hereditate viuentis pueri aget. [d] mortuo autē pupillo compelli debet hereditatem patris adire. [e] 5. ¶ Quod si duo heredes à patre [f] instituti fuerint, & vtriusque fidei cōmissum sit vt exheredati filij hereditatem restituerent: [g] satis erit vel vnum [h] cogi adire. hoc enim facto etiá is qui patris heredit. non adit, filij hered. adire & restituere cogetur.

Si filius petiit bonorum possessionem contra tabulas, heres institutus non potest cogi adire & restituere. Bartolus.

6. ¶ Quotiés filius emácipat° [o] bonorum possessionem contra tabulas accipit, [i] nulla ratio est cōpellendi heredis [k] ad restituendam hereditatem: & sicut neque legata neque fideicommissa cætera præstare cogitur, [l] ita ne ad restitutionem quidem hereditatis compelli * debet. [m] Marcellus: [n] Planè non est compellendus adire, si iam filius bonorum possessionem [accepit:] ne intercidat fideicommissum [o] mortuo herede instituto, & omissa à filio bonorum possessione.

Post restitutam hereditatem actiones denegantur heredi, & contra heredem, & dantur fideicommissario. secus ante eam restitutam. Alex.

7. ¶ Qui ex Treb. senatusc. hereditatē restituit: siue petat à debitoribus hereditariis, siue ab eo petatur, exceptione restitutæ hereditatis adiuuari vel summoueri potest. [p] Actiones [q] autē fideic. competūt, quas habuit heres eo tēpore quo fideicōmissum restituebat. Marcellus: Sed eas quoque actiones quę sub cōditione erant, & quarū dies eo tempore non cesserat, fideicommissario competere placet. Sed antequā restitueretur hereditas, exceptio

A patre.] CASUS. Institui mihi heredem Seium, & Gaium filium meum impuberem exheredaui, & eidem filio taliter substitui dictum Seium, si dictus impubes decederet in pupillari ætate. Item rogaui dictum Seium vt restitueret Titio hereditatem quæ ad eum ex substitutione peruenerit: & decessi. Titius viuente dicto impubere vult cogere Seium vt adeat hereditatem meam ad hoc vt postea impubere decedente Seius possit eidem Titio restituere hereditatem dicti impuberis, sicut ego testator eum rogaui, dicens eidē Seio: si tu non adeas hereditatem testatoris, non habebis hereditatem filij sui impuberis, & ita restituere mihi eā non poteris. nunquid potest eum ad hoc cogere? Distinguitur, aut impubes viuit, aut nō. primo casu non potest propter duas rationes. Vna est, quia eidē Titio dedi fideicommissum hereditatis filij sui sub conditione, si filius meus decederet in pupillari ætate. ipse autem adhuc viuit, & ita non extitit adhuc conditio fideicommissi. Secunda ratio est, quia non probe aget dictus fideicommissarius de hereditate dicti pueri adhuc viuentis. Secundo autem casu potest dictum heredem cogere. Sed pone in hoc secundo casu cum non viuit impubes quòd Seius à me institutus habuit coheredē Sempronium, & ambos eos heredes substitui prædicto modo dicto meo filio. nūquid ambos poterit cogere fideicommissarius adire hereditatem meam? Et dicitur quòd non. satis est enim solum vnum cogi adire. nam etiam vno solo adeunte coheres suus etiam qui meam patris hereditatem non adiit, cogetur adire & restituere fideicommissario hereditatem dicti mei filij. Viuianus.

a ¶ *A patre.* scilicet filij exheredati, non dico à patre instituti heredis.

b ¶ *Substitutus.* pupillariter, [a] quod potest: *vt Instit. de pupil. substi. § non solum.* Accursius.

a Pupillariter substituere exhæredato filio pater potest.

c ¶ *Sub conditione.* hæc ratio non est sufficiens: *vt. s. eo. l. apud. §. Antistia. & l. ille à quo. in princ.* sed pro ea facit. *j. eod. l. facta. § si sub conditione. & . § si in danda.* Sed dic *vt not. d. §. Antistia. & l. ille à quo. & l. sed si ante. & l. pen.* Accursius.

d ¶ *Aget.* scilicet sic vt [b] rogatur adire & restituere: *vt hic, & . s. de vulg. substi. l. ij. §. planè. sic & . j. de colla. bo. l. j. §. si impuberi.* Sed in alium modum agitur quandoque de viuentis hereditate: *vt. C. vt in pos. lega. l. cum Archimedoram. & . C. ad Trebel. Authen. contra rogatus. & s. de he. ven. l. ij. §. illud.* Accur.

b Viuentis hereditas an & quomodo peti possit, eoque nomine agi.

e ¶ *Patris adire.* & etiam purè restituere: *vt infra proximè* dicitur vel colligitur.

f ¶ *A patre.* s. exheredati, & dic exheredato pupillariter substituti.

g ¶ *Restituerent.* Titio. Accursius.

h ¶ *Vel vnum.* vel, [c] pro saltem, *& facit. s. eo. l. apud Iulianum. §. item Iulianus. l. nam quod. §. qui cōpulsus. & . s. eo. l. qui suspectam. & quod in eis no.*

c Vel pro saltem.

Quotiens.] CASUS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio. & filium meum emancipatum præterij, & decessi. postea dictus meus filius accepit bono. pos. contra tabulas, & ita accepit hereditatem ab intestato. certè amodo institutus non tenetur adire & restituere hereditatem Seio: sicut nec legata nec fideicōmissa præstare amodo cogitur. Sed pone quod dictus Seius fideicommissarius erat de liberis vel de parentibus testatoris, quibus quidem debet filius contra tabulas petens restituere fideicommissum eis à scripto herede relictum: *vt infra de leg. j. l. j. & l. Sabinus.* modo cogitat dictus Seius ita: ego volo facere cogi dictum præteritum vt petat bono. posses. contra tabu. quia si ipse non nunc petat, heres fortè decedet ante aditam à se hereditatem: & filius fortè omittet contra tabu. & ita intercidet fideicommissum meum, & ita petet coram prętore præteritum cogi. certè non propter hoc debet cogi præteritus. nā potest cogi heres adire & restituere. Item & filius præteritus non fuit rogatus restituere. Viuian.

i ¶ *Accipit.* multo magis si querelam inofficiosi testamenti proponat exheredatus: cū & tunc rescindantur relicta: *vt supra de inofficio. testamen. l. Papinianus. § fina.* Nec ob. *supra eo. l. ille à quo. §. j.* quia ibi solus heres contendebat de viribus testamenti, nec apparebat filius qui contra tabulas peteret: hic autem apparet.

* Quidam sic transponunt, planè est compellendus adire, si non tamen filius, &c. & subaudiūt verbum, accepit aut simile.

k ¶ *Heredis.* alius quàm filius.

l ¶ *Cogitur.* heres scriptus item nec filius pręterquam liberis & parentibus & quibusdam aliis: *vt. j. de lega. præstan. l. j.*

m ¶ *Compelli debet.* nisi fideicommiss. esset de liberis vel similib*. nam tunc à filio esset dandum fideicom. pro portione virili: *vt infra de leg. præstan. l. j. & l. qui filium. in fin. & l. sequen. & l. viriles. & l. si portio.* & hæc sunt secundum iura vetera. ¶ Sed quid hodie cum [a] ex causa præteritionis vel exheredationis non irritetur nisi institutio? Respon. secundum M. nec hodie cogitur, cum ipso iure nulla sit institutio, sed irrita: sed secundum nos qui dicimus irritandam. potest dici vt interim posit cogi adire & restituere filio differente agere. secus si iam agat: vt hîc. Accursius.

a Præteritionis causa testamentum non fit irritum, nisi respectu ipsius institutionis.

n ¶ *Marcellus.* s. respon. ¶ Et pone, pater filium emancipatum præteriit. extraneum instituit: & de restituenda hereditate Titio post mortem suam rogati grauauit. dicit ergo filium non cogendum petere contra tabulas: quia iam intercideret fideicommissum præstandum mortuo herede, seu post mortem heredis, & filio omittente bono. posses. & sic stamus pro fideicommisso, vt valeat: *vt & . s. eo. l. ex facto. §. sed si naufragio.* Si autem filius spontè vellet petere, bene posset: *vt. s. proxi.* 2. Vel pone *vt infra eod. §. qui rogatus.* Accursius.

o ¶ *Fideicommissum.* s. præstandum. Accur.

Qui ex Trebelliano.] CASUS. Titius instituit sibi heredē Seiū & rogauit eum de restituenda hereditate Gaio, & decessit. postea Seius restituit hereditatem Gaio. vult modo idem Seius heres agere contra aliquem debitorem hereditarium. certè repellitur exceptione restitutæ hereditatis. Sed & si creditor hereditarius agat contra eundem Seium, eadem exceptione repellit eum. dictæ autem actiones hereditariæ competunt dicto Gaio fideicommissario & contra eum non solum hæ quas dictus heres habebat tempore quo restituit ei hereditatem, sed etiam hæ quæ sub conditione erant tunc temporis, quarumque dies non cesserat adhuc, sed postea conditione existente. sed si conueniatur heres à creditoribus hereditariis ante restitutionem hereditatis. non habet exceptionem, cum tanto minus debeat postea soluere fideicommissario in restitutione hereditatis, quantum soluit dictis creditoribus. Viuianus.

p ¶ *Potest. vt Inst. de fideic. here. §. restituta. & . s. e. l. j. §. quanquā.*

q ¶ *Actiones.* ciuiles & pretoriæ: *vt. j. eo. l. quamuis.* nisi de nouo heres acquisisset: *vt. s. eo. l. heres.*

a ¶ *Adiuuandus non eſt.* contra legatarios & creditores. & ſic quandoque præcedit petitio relictorum reſtitutionem: quandoque ſequitur: *vt.ẜ.eod.l.qui quadringenta.& l.Marcellus.§.idem Pomponius.& l.cogi.§.vnde quæritur.*
b ¶ *Reſtituturus ſit.* vel ſi non ſit vnde retineat, cauebitur heredi à fideicommiſſario: *vt j.ead.l.cum hereditas ex ſi.*

Trebellianum.] CASVS. Mæuius inſtituit ſibi heredem Seium, & rogauit eum vt reſtitueret Gaio hereditatem ſuam, ſcilicet Mæuij prædicti, vel quotam eius partem, & deceſſit. & poſtea dictus Seius reſtituit Gaio. nunquid tranſeunt actiones in fideicommiſſarium ex Trebelliano, & nunquid habet locum Trebellianũ? Et dicitur quòd ſine dubio in hoc caſu locum habet. Sed pone quòd dictus Męuius rogauit dictum Seium ſuum heredem, vt hereditatem Titij adiret, & reſtitueret dicto Gaio, qui quidem Titius inſtituit ſibi heredem dictum Seium: & idem Seius adiuit hereditatem Mæuij, & etiam hereditatem dicti Titij. nunquid dictus Gaius poterit petere à Seio hereditatem Titij? Et dicitur quòd ſic, perinde ac ſi Mæuius rogaſſet eũdem Seium de reſtituendo Gaio fundum qui eidem Seio à Titio legatus eſſet. ſi autem idem Seius dicat ſibi ſuſpectam hereditatem Męuij, non debet cogi eam adire: quia non eſt rogatus eam alij reſtituere: ſubaudi, nec cogitur præſtare Gaio Titianam hereditatẽ prædictam: quia nihil habet à Mæuio qui rogauit eum de Titiana reſtituenda, ex quo ſcilicet non adit hereditatem Mæuij. Sed quid retento eodem caſu ſi Mæuius rogauit Seium heredem ſuum vt reſtitueret Gaio ſuam Mæuij hereditatem, & etiam Titianam: & Seius ſponte adiuit Mæuianam? certè dimidiam & quartam hereditatis Męuianę reſtituet Gaio, id eſt ſex vncias, & tres, id eſt nouem vncias, id eſt partes hereditatis tres: & quartam ſibi retinebit Trebellianicam. & eidem eſt in iſto eodẽ caſu ſi dictus Seius à Męuio inſtitutus ſit rogatus reſtituere hereditatem Męuianam dicto Gaio, & Titianã cuidam alij puta Sempronio. nã vtroque caſu adiens Seius hereditatem Męuianam ſponte retinebit ſibi quartam ex ea, & tres partes reſtituet Gaio fideicommiſſario. Vtrum autem in hoc caſu teneatur reſtituere Titianam illi cui eam rogatus eſt reſtituere, non dicit hic: ſed ego dico quòd ſic, ſi tot fructus percepit ex Męuiana qui faciant tantum quantum valet Titiana: vel ſi tantum valet quarta Mæuianę, quantum tota Titiana, & teſtator voluit quòd quartam Męuianę haberet Seius in compenſationem Titianę fideicom. reſtituendę. Sed quid retento eodem caſu ſi Seius dixerit ſuſpectam hereditatem Mæuianam? nunquid cogetur eam adire & reſtituere? Et dicitur quòd ſic. Titianam autem non cogetur adire, nec reſtituere illi cui rogatus eſt reſtituere. Viuian.

ne aliqua heres adiuuãdus [a] non eſt: cum hoc minus ex cauſa fideicommiſſi reſtituturus [ſit [b].]

Quando teſtator rogat de ſua hereditate vel eius parte, habet locum Trebellianum. ſecus ſi hereditate alterius delata ipſi heredi: licet ſi ſponte non adiret, cogeretur adire & reſtituere. Alex.

8. ¶ Trebellianum [c] ſenatuſconſultum locũ habet quotiens quis ſuam hereditatem vel totam vel pro parte [d] fidei heredis committit. 9. ¶ Quare ſi Mæuius te heredem inſtituerit, & rogauerit vt hereditatem Titij [e] reſtituas, túque hereditatẽ Męuij adieris: [f] perinde à te fideicõmiſſum petetur, ac ſi fundũ qui tibi à Titio legatus eſſet, reſtituere rogatus fuiſſes. [g] ideóque & ſi ſuſpectam Mæuij hereditatem dixeris, cogi te non oportet eam adire. [h] 10. ¶ Quòd ſi Mæuius te rogauerit & ſuam hereditatem [i] & Titianam reſtituere, túque ſponte adieris hereditatem, vtêris legis Falcidiæ commodo: & partem quartam Mæuianæ hereditatis retinebis: dimidiam

c ¶ *Trebellianum.* in libro Ioan. *incipit.§.quod Trebel.&c.ſ.* de quo facta eſt mentio *ẜ.vel incipit.§.reſpon.* ſcilicet ſenatuſconſul. Treb.&c. tu dic quòd incipit.§. Trebellianum &c.& ſi habes, reſpon. lege cum pręcedentibus: & adiunge dictionem Marcellus, quę non habebat verbum.
d ¶ *Pro parte.* ſ. quota. ſecus ſi rem aliquam; *vt.ẜ.e.l.cogi.§.generaliter.* Item ſecus ſi partem legauit: *vt.ẜ.e.l.mulier.§.ſi.* Item cautè dicit ſuam, non ergo ſi alienã tantum: & hic ſubiicit quare &c.
e ¶ *Titij.* à quo eras inſtitutus, vt apparet ex inferioribus: ſecus ſi ipſe Męuius eſſet à Titio inſtitutus: quia tunc locum haberet Trebellianum: *vt.ẜ.e.l.cogi.§.ſed & ſi quis.*
f ¶ *Adieris.* ſ. ſponte.
g ¶ *Fuiſſes.* à Mæuio qui te heredẽ fecit; quo caſu bene valet: *vt ẜ.ea.l.ex facto.§.Iulianus.& .§.ſi quis ita cauerit.*
h ¶ *Adire.* quia de ea reſtituenda non fuiſti rogatus.
i ¶ *Hereditatem.* Mæuianam.
k ¶ *Quartam.* i. ſex & tres vncias, quæ ſunt dodrans Mæuianæ. ſed nunquid Titianam reſtituet ſimiliter? Reſpond. ſic, ſi tot fructus percepit ex Męuiana, qui faciunt tantum quantum valet Titiana: *vt ſupra de lega.ij.l.cum pater.§.Titio.* imò plus dico: etiam ſi non tot percepit: quia potuit ei teſtator dare quartam ſuæ hereditatis cum onere ſcilicet vt habeat in compenſatione cum Titiana hereditate, ſi tantum facit quarta Mæuianæ quantum hereditas Titiana tota: quia non in plus potuit onerari: *vt ẜ.eo.l.Lucius.§.mulier: & ẜ.ad.l.Fal.l.ſi debitor.& ibi not.* Sed argu. contra *ẜ.ad.l.Falcid.l.quod de bonis.§.cum fideicommiſſum.*

& quartam [k] ex fideicommiſſo reſtitues. nec intererit, eidem vtramque hereditatem, an alij Mæuianam, alij Titianam rogatus fueris reſtituere. Sed ſi ſuſpectam Mæuianam hereditatem dixeris, cogêris eam adire, & reſtituere ei cui rogatus fueris. is autem cui Titianam hereditatem reſtituere rogatus fueris, non poterit te compellere ad adeundum.

Fideicommiſſario datur actio contra heredem pro rebus indebitè retentis. Bar. & Alex.

11. ¶ Si ex Trebelliano hereditatem reſtituit, & fructus prædiorum retinet, vel ipſa prædia: [l] ſiue etiam debitor [m] eius qui teſtamentum fecit, fuerit: neceſſarium eſt actiones [n] aduerſus eum fideicommiſſario dari.

Inter heredem & fideicommiſſarium competit familiæ erciſcundæ iudicium. h.d. Bart.

Marcellus: Hoc idem neceſſariò faciendum eſt [o] cum parte hereditatis reſtituta, familiæ erciſcundæ iudicium [p] inter eum

Si ex Trebelliano.] CASVS. Titium debitorem meum inſtitui mihi heredem, & rogaui eũ vt reſtitueret hereditatem meam Seio: & poſtea deceſſi. poſtea idem Titius reſtituit hereditatem Seio retẽta ſibi quarta de iure, & ſine cauſa retentis ſibi quibuſdam prædiis cũ fructibus, & retento ſibi illo quod mihi debebat. nunquid fideicom. prędictus poteſt agere cõtra eum actione ex teſtamento pro prędictis recuperãdis? Et dicitur quòd ſic. Sed & ſi dictum Titium rogaui vt reſtitueret ei partem tantum hereditatis, & ipſe ei pro indiuiſo reſtituit: poterit idem fideicom. intentare iudicium fami. erciſcund. contra heredem prædictum. Viuianus.

l ¶ *Prædia.* Sed quare retinet? Dicunt quidam propter naturalia debita quæ ſibi à defuncto debebantur. Sed certè naturale debitũ poteſt deducere non ſolum ciuile, ſed naturale; nec tenetur ideo aliqua actione fideicommiſ. *vt.j.eo.l.debitor. & ẜ.de pet.here.l ſi quis poſſeſſor.§.ſed & ipſi.* nam naturalis [a] debiti deductio ſolutio eſt, non eſt donatio: *vt.j.de dona.l.hoc iure.§.pen.* Dic ergo quòd retinebit ſine aliqua iuſta cauſa.
m ¶ *Debitor eius.* ſcilicet ciuiliter & naturaliter: ſecus puto ſi naturaliter tantum: licet geſtor negotiorum etiam naturale debitum à ſe debeat exigere [b] vel deducere: [c] *vt.ẜ.de neg.geſt.l.at qui natura.in princ.* H.
n ¶ *Actiones.* ſ. vtiles: [d] quia [e] directæ competebant defuncto: ſicut econtra ſi defunctus aliquid debuiſſet heredi ſcripto: *vt infra eodem.l.debitor. ſic & .C.de iure delibe.l fina.§.in computatione:* Sed H. dicit omnino extinctas etiam vtiles, & in perpetuum non ſuſcitari: *vt.j.de ſolu.l.qui res.§.aream.* Sed dat heredibus conditionem indebiti, quaſi plus debito ſoluerit: *vt.j.eod.l.deducta.in princip.& l.debitor. & l.penult. ſic & ſupra de condic.indeb.l.ſi is qui.& de here.ven.l.ij.§.penul.* ¶ Sed contra fideicom. quę actio dabitur, ſi non datur vtilis? Reſpon. actio ex teſtamento, quę datur ad fideicommiſſum generale, quaſi non plenè reſtituerit: vt infra eod.l.debitor. vbi dicit neque fideicommiſſ. quaſi minus reſtituerit, rectè petetur &c. Sed an poteſt competere ei petitio hereditatis fideicommiſſaria? videtur quòd non: *vt ſupra de fideicommiſſ.hered.peti.l.fin.§.fin.* Sed dic contra vt ibi. Item poteſt dari condictio ſine cauſa ſaltem ratione poſſeſſionis: quia ſine cauſa eſt apud heredem: vel vtilis rei vindi. ſcilicet poſt reſtitutionem hereditatis.
o ¶ *Faciendum eſt.* vt ſi fideic. dentur actiones contra heredem.
p ¶ *Iudicium.* vtile hincinde: *vt.ẜ.fam erciſcun.l.ſi ex aſſe.* ¶ Nec ob. *eo.titu.l.ij.in princip.* vbi datur directum eis qui ſunt heredes per ſenatuſconſultum: quia dicit Tertul. & Orfi. ſcilicet per [f] quæ quis fit heres: *vt Inſtitu.de bonor.poſſeſſ.§.quos autem.* non per

a Soluit ſibi qui naturale deditum deducit, neque donationem accipere intelligitur.
b Exigere à ſeipſo tenetur negotiorũ geſtor.
c Soluere ſeu ſibi ſatiſfacere quis ex bonis ſibi commiſſis poteſt, puta geſtor, tutor, Imò & heres de reſtituẽdo grauatus, ſi creditores ſint eius cuius negotia gerunt, puta domini, pupilli, adulti, defuncti. *v. Bertran.4.conſ.12.in fin.*
d Actiones vtiles fideicommiſſario competunt.
e Defuncti & fideicommiſſarij differentia in actionibus.
f Heres quis fit ſenatuſconſulto Tertulliano & Orficiano, at non Trebelliano.

a Trebelliano senatusconsulto nemo fit heres, sed loco hæredis.

Trebel. sed loco [a] heredis: *vt Instit. de fideicomm. here. §. restituta.* Alij dicunt heredi directum, sed fideicommissario vtile. *& facit. ȝ. famil. ercisciun. l. sed & eius. §. j.*

Qui rogatus.] CASVS. Sempronius instituit sibi heredem Titium, & rogauit eum quòd restitueret hereditatem filio suo Sempronij emancipato, & ab eo Sempronio præterito: & decessit idem Sempronius. postea filius vult Titium cogere adire, & sibi restituere dicentem suspectam dictam hereditatem. nunquid potest? Et videtur quòd non: quia idem filius potest petere bono. poss. contra tab. & ita aliter hereditatem cõsequi. dicitur tamen hic quòd potest. Viuianus.

qui restituit hereditatem, & qui receperit, accipietur. 12. ¶ Qui rogatus est emancipato filio [a] restituere hereditatem: cogi debet adire & restituere, quamuis filius contra tabulas bonorum possessionem accipere possit. [b]

Patronus potest cogi adire & restituere ante pœnitentiam. h. d. Bart.

13. ¶ Si patronus ex parte debita [c] heres institutus, & rogatus restituere hereditatem, suspectã sibi esse dicat, puto rectius facturum prætorem si coëgerit eum adire hereditatem & restituere, quamuis possit mutata volũtate eam partem hereditatis retinere.

Qui coactus adiuit, perdit præceptiones nisi fuerint relictæ sub conditione si heres non erit: & tunc refunduntur à fideicommissario, non à coherede. Alexand.

14. ¶ Si † præceptis [e] quibusdam rebus heres rogatus sit restituere hereditatem, & coactus eam adierit: an præcipere debeat? Respondi, eum qui iussu prætoris adiit hereditatem, omni commodo [f] prohiberi debere. 15. ¶ Sed si eidem legatum esset sub hac conditione, si heres non esset, & suspectam sibi hereditatẽ dicat: non aliter cogendus est adire, quàm vt legata quæ sub cõditione si heres non esset, data erãt restituantur, [g] non quidem à coheredibus, ne onerentur, sed ab eo cui restituta fuerit hereditas. Nã sicut explẽdę fidei gratia cogendus est adire hereditatem, ita ob

a ¶ *Emancipato filio.* scilicet pręterito. idem si extraneo: *vt. ȝ. eod. §. quoties. ibi, Marcellus &c.* 2. Vel pone ibi vt hic.

b Testamẽtum oppugnans, commodum ex eo consequi non debet.

† Hæc sententia latius exponitur in. l. apud Iulianum. ȝ. eod.

b ¶ *Possit.* si velit: nondum tamen accepit: aliàs non posset cogere heredem adire: *vt. ȝ. eo. §. quoties.* qui [b] enim oppugnat volũtatem, non debet ex ea consequi commodum: *vt. ȝ. de acqui. here. l. quæsitum.* ¶ Item no. non refert qualiter consequatur, dummodo consequatur. *sic. C. de instit. & substitut. l. si mater.* Accursius.

Si patronus.] CASVS. Stichus instituit sibi heredem patronum suum Titium ex debita portione patrono, id est quæ est olim dimidia, hodie tertia: & Gaium instituit sibi in reliquo, & rogauit dictum patronum vt dictam partem restitueret Sempronio, & decessit dictus Stichus. postea patronus dicit sibi suspectam hereditatem: & ideo non vult adire & restituere nunquid debet ad hoc cogi? Et dicitur quòd sic. si tamen postquam compulsus adiuit, mutet voluntatem, & velit sibi retinere dictam debitam sibi partem, bene potest hoc facere: nec tenetur restituere fideicommissario. Viuianus.

c Legitima patroni olim dimidia: hodie tertia sine onere.

d In legitima sibi debita, an quatenus & à quibus poterat patronus onerari.

c ¶ *Debita.* Olim dimidia: hodie [c] tertia sine onere: *vt Instit. de suc. liber. §. sed nostra.* Sed olim [d] in dimidia poterat grauari à liberis & parentibus liberti, non ab aliis: *vt. ȝ. de condit. & demon. l. si is. & de lega. ij. l. cum patronus.* & si nimis grauabatur, poterat omittere ex testamẽto, & capere ab intestato citra fraudem edicti: *vt. ȝ. si quis omis. cau. testa. l. quia autem. §. si patronus.* Sed contra tabulas non petit patronus institutus, siue non: *vt. j. de bo. liber. l. si patronus ex minore. §. j.* Accursius.

d ¶ *Mutata.* Sed quo modo pœnitet: *vt. ȝ. eo. l. nam quod. §. qui compulsus. & j. eo. l. si eius. §. si?* Respon. pœnitet antequam cogatur, vt hic: Vel post, vt ibi. Sed si sponte adiret, & per errorem plus quàm debet restitueret, cõdicet: *vt. j. eo. l. patronus.* Alij quòd hic pœnitet postquam coactus adiit: & sic speciale: quia quasi æs alienum est: *vt. ȝ. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis. quod non placet: vt. d. l. si eius. in fi. & j. de bo. lib. l. pen. §. pen.*

g Bonorum possessio secundum tabulas cessat, dū speratur bonorum possessio contra tabulas.

IMperator.] CASVS. Titius instituit sibi heredē Viuium Cerealem, & rogauit eum vt restitueret hereditatē ipsius Titij Viuio Simonidi filio ipsius Viuij Cerealis sub condit.si dictus eius filius in potestate sua esse desiisset.& decessit dictus Titius.pater autem prædictus cōsumebat multū de hereditate in fraudem fideicommissi sub conditione filio relicti. vnde filius iuit ad imperatorem Hadrianū, & exposuit ei prædicta: & imperator iussit restitui per patrem filio in potestate manenti dictam hereditatem,ne quid in ea pecunia siue hereditate iuris haberet pater quamdiu filius eius viueret.Nam quia cautiones de restituenda hereditate non deminuta filio existente dicta condit.non poterant interponi inter patrem & filium conseruata patria potestate,siue remanente filio in patris potestate: infligit dictus imperator dicto patri propter dictam fraudem patris damnum conditionis prædictæ, habēdo dictam conditio. pro impleta,& iubendo patri restituere hereditatem filio in potestate manenti. post auctoritatem dicti decreti ab imperatore interpositi de restituenda heredi.filio per patrem,

debui

debuit comparari dictus filius cui restituta est hereditas per patrem, filio militi habenti castrense peculium in dicta hereditate sibi restitutura, s. vt etiam inuito patre possit petere res hereditarias à possessoribus, & agere cōtra debitores hereditarios. ¶Quid si egeat pater? nunquid hic filius ex hac hereditate tenetur ei dare alimenta? Et dicitur quod sic. Viuianus.

L. IDEM *libro vndecimo Quæstionum.*

IMperator Hadrianus,[a] cum Viuius Cerealis filio suo Viuio Simonidi, si in potestate[b] sua esse desisset, hereditatem restituere rogatus esset, ac multa in fraudem[c] fideicōmissi fieri probaretur: restitui hereditatem filio[d] iussit, ita ne quid [in] ea pecunia,[e] quandiu filius eius viueret, iuris haberet.[f] Nā quia cautiones non poterant[g] interponi conseruata patria potestate: dānū[h] conditionis[i] propter fraudem inflixit. Post decreti autem auctoritatem in ea hereditate filio[k] militi comparari[l] debuit,[m] si res à possessoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret. Sed paternæ reuerentiæ congruum est, egenti fortè patri, officio iudicis ex accessionibus hereditariis emolumentum[n] præstari.†

Deductio legatorum non intelligitur de legatis inualidis: & dos quæ fuit prælegata, deducitur vt debitum, seu vt æs alienum: nec talis deductio impeditur per quartæ deductionem. Alexand.

L. I. IDEM *libro septimodecimo Quæstionum.*

CVm heres deductis[o] legatis hereditatem per fideicommissum restituere rogatur: non placet ea legata deduci, quę peti non poterant.[p] Sed cum vxori pro parte[q] heredi scriptæ dos prælegetur eáque deductis legatis hereditatis restituere rogatur: etiam si[r] quartam* quam per legem Falcid. retinet, tātum efficiat quantum in dote est, tamen pro sua portione[s] dotis prælegatæ partem deducit.[t] Cum enim vtrumq; consequitur:[u] nihil interest inter hāc mulierem, & quemuis alium creditorem[x] heredem institutum, & hereditatem restituere rogatum. Idem probatur & si non deductis legatis fideicommissum ab ea[y] relictum sit.

a ¶*Imperator* accipe, iussit restitui hereditatem &c. quod est. j.

b ¶*Si in potestate.* ecce conditio, si in potestate, &c.

c ¶*In fraudē.* vt quia fingebat se emancipare cū aliud ageret, & sic restituebat, licet nō posset. putabat autem amodo se non teneri. vel dic quòd cōsumebat multa de hereditate hic pater rogatus.

d ¶*Filio.* in potestate manenti. non[a] enim cogitur emancipare: *vt no. s. eo. l. vbi purè. in prin.* & dabitur curator hereditati si filius est minor xxv. an. *vt. C. de bo. quæ li. l. fi. §. sin autem in secūda. & §. vbi autem pueriles.* non si maior: *vt. j. ea. l. §. j.* ¶Sed quomodo fit restitutio ante condit. *vt. s. eod. l. vbi pure in princi.* quæ est contra? Sol. ibi, & eodem modo solue: *supra eod. l. sed & si ante.* vel vt ibi. *& facit. C. de inoffi. testa. l. filium.* Item videtur hic filius scrutari patrem in administratione. & sic sunt *argu. contra. C. de bo. quæ libe. l. fin. §. hoc proculdubio. & in Auth. de nup §. & ita. colla. l. iiij. & .C. de secun. nup. l. si quis prioris. in fin.* Sed hic fraus, ibi culpa.

a Emancipare filium pater nō cogitur.

† In hunc locū Plato *dialog. 4. de legib.* Valer. Maxi. *lib. 5. c. 4*

e ¶*Pecunia.* id est hereditate: *vt supra eo. nam quod in fin.*

f ¶*Haberet.* scilicet pater.

g ¶*Non poteram.* vt *Inst. de inuti. stip. §. item inutilis.* aliàs esset præstanda de restituenda hereditate cùm extiterit conditio: *vt. C. vt in poss. leg. l. cum Archimedoram.* Sed si esset emancipatus, posset stipulari: *vt infra vt leg. no. ca. l. filio.* Sed hodie non satisdat pater etiam filio emancipato nisi in duobus casibus: *vt. C. eo. l. iubemus. §. in supradictis.*

h ¶*Damnum.* id est propter fraudem patris constat conditionem ei non seruari.

i ¶*Conditionis.* quę fuit si desineret esse in potestate, in qua imperator infixit damnum heredi habendo pro impleta propter fraudem patris.

k ¶*Filio militi.* habenti castren. pec. nam & hic forte erat miles: sed hæc hereditas non erat castrensis pecu.[b] in dicto autem peculio,[c] & agit filius, & administrat etiam patre inuito: *vt infra de castren. pecu. l. iiij. §. j. & l. v.* sic iste facit cum curatore si indiget eodem aliàs per se.

l ¶*Comparari.* id est assimilari.

m ¶*Debuit.* hic filius de quo loquitur: vt possit agere & conueniri sicut filiusfamilias miles in castrensi peculio.

n ¶*Emolumentum.* quo ad alimenta. nam dicit, egenti.[d] *& argu. in Authen. de nup. §. j. colla. iiij.* 2. Vel si velis dicere ad totum vsumfructum, est arg. *C. de secund. nup. l. hac edictali. §. mobilium.*[e] *& facit ad hoc supra quæ in frau. cre. l. si pater.*

b Quia in ea non testatur, licet in castrensi peculio, secundum Bar. & Angel.

c Cancer. Glo. in c. fi. in fi. in ver. [illegible] extra de iudi. lib. [illegible] in l. fi. [illegible] in [illegible] C. de bo. quæ lib.

d Adde iudicē in sententia spectare debere quando quis egeat, & quando non. & est singulare in Spec. tit. de offic. omn. iud. §. j. de beneficio. idem in tit. de renun. & cōclusi. versic. item benefic.

e Ibi mater nō committit eam culpam ad secunda vota transeundo, sicut hic pater dissipando. A [illegible]

CVm heres] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & multa legata vtiliter & inutiliter quibusdam reliqui: & rogaui eum quòd restitueret hereditatē meā Seio deductis dictis legatis. certe ea legata nō possunt deduci in restitutione hereditatis quæ peti non poterant. quandoque tamen legatum quod non valet, deducitur in restitutione. nam pone quòd institui mihi heredem dictum Titium pro dimidia, & vxorem meam pro alia dimidia, & prælegaui eidē meæ vxori dotem quam ab ea habueram, & rogaui eam vt restitueret Seio suam partem hereditatis deductis legatis certè etiam si quarta Trebellianica quam retinet vxor mea, in restitutione suæ partis hereditatis tantum efficiat quantum in dote est, tamen deducit ipsa vxor partem dotis prælegatæ pro sua portione hereditatis tanquam æs alienum, & non tanquam legatum: quia inutile est pro sua portione hereditaria quasi à se sibi relictum. pro parte autem coheredis non deducit vxor partem aliā dotis prælegatæ: quia non est soluenda de portione coheredis, sed à coherede percipienda iudicio famil. erciscund. & est ratio quare vxor deducit partem dotis prælegatæ pro sua portione hereditatis tanquam æs alienum, & aliam partē dotis iudi. fami. ercisc. tanquam æs alienum similiter, quia ipsa vtrumque consequitur, siue consequi debet, s. dictam quartam Trebellianicam, & dotem. vnde nihil interest inter hanc mulierē quæ debet recipere dotem, & quemuis alium creditorem heredem institutū. & hereditatem restituere rogatū: quia sicut ille creditor deduceret sibi debitum in restitutione hereditatis. ita & hæc vxor eo modo qui dictus est. Idem est si ab ea vxore mea reliqui fideicom. suæ partis hereditatis in qua eam instituerā non deductis dictis legatis. nam semper debet prædeducere dotis partem pro ea parte qua instituta est, tanquam æs alienum, & aliam partem dotis iudicio famil. erciscund. Viuianus.

* Quarta.

o ¶*Deductis legatis.* relictis à rogato restituere hereditatem aliis legatariis singularibus. & secūndum hoc distingue,[a] petitio præcedat restitutionem, an restitutio petitionem legatorum: *vt dixi supra eodem. l. Marcellus. & l. qui quadringenta. & l. cogi. §. proinde quæritur.* 2. Vel dic legatis, id est prælegatis sibi à coherede. *ad quod facit. C. de fideicommis. l. cum virum.* & ad hoc bene facit quod sequitur, sed cum vxori. &c. H.

a Hoc verum quādo simpliciter legata sūt relicta: secus quando heres est grauatus restituere deductis legatis. Pau. & Alex.

p ¶*Non poterant.* in totum vel in partem: quia pro non scriptis vel caducis habentur: *vt. C. de cadu. tol. §. in primo: & . §. sequenti.*

q ¶*Pro parte.* puta[b] dimidia.

b Partis enim appellatione intelligitur dimidia.

r ¶*Etiamsi.* id est quamuis.

s ¶*Pro sua portione.* scilicet hereditatis.

t ¶*Deducit.* non iure legati: quia inutile est prò sua portione hereditaria. quasi à se sibi relictum, & sic inutile: *vt supra de leg. j. l. legatum. §. j.* sed vt æs alienum, *vt ex fine. l. euidenter ostenditur.* Pro parte autem coheredis non deducit, quia non est soluendum de sua portione, sed à coherede petendum iudicio fami. erciscun. *vt. C. famil. erciscun. l. si qua. & supra famil. ercis. l. heredes. §. fina. & l. seq.* H.

u ¶*Consequitur.* scilicet quartam & dotem. olim aliud seruabatur: quia alterutro debebat esse contenta: *vt. C. de rei vxo. act. §. sciendum. & facit supra ad legem Falcidiam. l. pater. in prin.* Item hoc est verum, nisi[d] fuerit instituta animo compensandi dotem cum portione hereditatis.[c] quando non debet habere vtrumque: *vt supra ad legem Falcid. l. si debitor. & . C. de her. institu. l. si compensandi.* H.

c Dotē & quartam simul, filia non consequitur, quoties dos ei relicta est ea conditione, vt eā imputet in portionem hæreditatis.

x ¶*Creditorem.* qui deduceret sibi debitum: *vt supra eo. l. postulante in prin. & . C. ad legem Falci. in imponenda.* H.

y ¶*Ab ea.* nam debet semper prædeducere vt æs alienum, & quidem totum si ex asse heres est: si pro parte, pro ea parte pro qua heres est: aut distincto animo compensandi legatum, vel non.

SI res aliena.] CASVS. Caius instituit sibi heredem Seium, & legauit à Seio herede Titio equum Sempronij, & decessit dictus Caius testator. & iste Titius legatarius instituit sibi heredem Sēpronium prædictum dominum dicti equi: & petiit idē Titius ab eodem Sempronio vt hereditatem suam Titij Mæuio restitueret, & decessit dictus Titius. nunquid Mæuius cui debet restitui hereditas Titij per Sempronium, poterit petere dictum etiam equum legatum Titio? Et videbatur quòd sic, cùm inuitus sit dictus equus in hereditate Titij. vnde videbatur quòd veniret in restitutionem cum aliis rebus Titij: tamen non venit in restitutionē dictus equus: quia cùm Sempro. est heres legatarij, talis est ac si sibi Sempronio esset legatus dictus equus, quod legatum non valet:

quia sua res non potest alicui legari. & sic peruenit in eum casum à quo non potest incipere. [SERVVS AB ALTERO.] Institui mihi heredes Titium & Seium: & à Titio reliqui libertatem Sticho seruo meo: & à Seio reliqui eidem Sticho fideicommiss. hereditatis in qua institueram eundem Seium, & decessi. postea neuter dictorum meorum heredum vult adire hereditatem. nunquid prætor debet interponere partes suas ad cogendum. aliquem dictorum heredum adire ad postulationem dicti Stichi? Et certè non: quia neque propter solam libertatem compellitur adire Titius heres à quo sola libertas est relicta dicto Sticho, neque is Seius heres à quo libertas data nõ est, sed sola pars hereditatis in qua fuit institutus, ꝑpter eum Stichum qui nondum liber est, compellitur vt adeat: & senatusconsulto Trebelliano quod loquitur de cogendo heredem adire, tunc demum locus est, cum ab omnibus, id est ab aliquo omnium heredum directa vel fideicommissaria libertas datur, à quo hereditas quoque relinquitur. sed si fortè iste Titius heres à quo libertas data est dicto Sticho, portionem suã hereditatis repudiauit cum fuit institutus purè, vel exclusus cõditione sub qua fuit institutus, cum eius portio hereditatis ad alterum, id est ad Seium coheredem suum peruenit: defendi poterit adire cogendum dictum Seium. ¶Quid enim interest quo iure cœperit dictus Seius esse debitor libertatis & hereditatis, sc. vtrum ex sua persona, vel ex persona coheredis? certè nihil interest. sufficit enim quòd vtrumque ab eodem debeatur aliquo modo ad hoc vt ipse cogi possit adire. Viuianus.

Heres non cogitur restituere id quod ad eum peruenit non vt ad heredem. Bartolus.

LII. IDEM *libro nonodecimo Quæstionum.*

SI res aliena[a] Titio legata fuerit, isque[b] domino[c] rei heredi[d] instituto petierit[e] vt hereditatem Mæuio restituat: Mæuius legatum[f] inutiliter petet. Non enim poterit consequi quod ad institutum, id est rei dominum peruenire non poterat.

Si ab vno debetur hereditas, ab alio libertas, non est locus coactioni. secus si ab eodem vtrumque debeatur, siue ab initio, siue ex postfacto per accidens. Bartolus.

1. ¶ Seruus ab altero ex heredibus libertatem, ab altero fideicommissum hereditatis accepit. Si neuter adire velit, nullæ prætoris partes erunt: quia neque propter solam libertatem compellitur adire:[g] neque is à quo libertas data[h] non est, propter eum qui nondum liber est, vt adeat compellitur: & senatusconsulto[i] locus est, cum ab omnibus[k] directa vel fideicommissa libertas ab eo[l] datur, à quo hereditas quoque relinquitur. Sed si fortè is à quo libertas data est, portionem suam repudiauit, vel conditione[m] exclusus est: cum portio eius ad alterum[n] peruenerit, defendi poterit adire cogendum. Quid enim interest, quo iure[o] debitor libertatis & hereditatis idem esse cœperit?

a ¶*Si res aliena.* puta Sempronij.
b ¶*Isq;* s. Titius legatarius,
c ¶*Domino.* s. Sempronio.
d ¶*Herede instituto.* à se Titio.
e ¶*Petierit.* s. Titius à Sempronio herede.
f ¶*Legatum.* id est rem legatam prædicto Titio. videbatur enim cum inuenta sit in hereditate Titij, quòd veniat in restitutione cũ aliis, maximè si testator legauit sciens rem alienam: vnde debebitur æstimatio: *vt Insti. de lega. §. non solum.* Sed tamen non venit, quia cum Sempronins est heres legatarij, tale est ac si esset legata sibi Sempronio quod non valet: quia sua res alicui legari non potest: *vt Instit. de leg. §. sed si rem.* & sic peruenit in eum casum à quo incipere non potest, & sic vitiatur:[a] *vt supra ad legem Aquiliam l. quia.*
g ¶*Compellitur adire.* s. à quo sola libertas est relicta: *vt. j. l. prox.*
h ¶*Data non est.* sed sola hereditas & pars. *& facit. s. e. l. si cui purè. §. j. & j. eo. l. si patroni. §. imperator.*
i ¶*Senatusconsulto.* Trebelliano.
k ¶*Ab omnibus.* i. ab aliquo[b] omnium.
l ¶*Ab eo.* herede. *sic. s. de tuto. & cur. da. ab his. l. si impuberi.* ¶Sed cum hereditate & libertas tacitè datur[c]: *vt. C. de necess. ser. l. quidã §. j.* videtur cogi ille à quo hereditas est relicta. Respõ. ibi directo libertas datur: hic per fideicom. *argu. supra de testa. tu. l. qui tutelam. §. j.* ¶ Item nunquid[c] etiam hereditas seruo potest relinqui sicut legatum: *vt. C. de necess. ser. l. quidam. §. illo.* ? Respon. ibi exhortatur heres.[d] nam non cogitur ad dandum.[e] *& facit. s. eod. l. si cui. §. j* Accursius.
m ¶*Cõditione.* sub qua fuit institutus. & sic alteri accrescit: *vt hic, & C. de cadu. tol. §. sin autem.*
n ¶*Alterum.* à quo fideicommissum erat relictum.
o ¶*Quo iure.* scilic. ex persona sua, vel alterius. certè nihil. sufficit enim quòd vtrumque debeatur ab eodem. *sic. j. de verbo. obliga. l. cum seruus. & supra de codi. l. quidam. in fi. & de lega. j. si duobus. §. j. & infra de Carboniã. edict. l. iij. §. si is.* Argu. *contra infra eo. l. si patroni §. qui fideicommissi. & infra de solu. l. & magis. & supra de inoffic. test. l. nihil. §. fi.* [a] Item hæc lex loquitur in seruo hereditario: *vt supra eo. l. mulier. §. non est.* non heredis vel extranei: [b] *vt supra eodem. l. cogi. §. sed si à seruo.*

a Non est verũ, quando dispositio est perfecta, & iam consummata: vt in hoc casu secundum Barto. *in l. pluribus. §. fi. j. de verb. oblig.*

b Hæc expositio non est necessaria, secundum Bartol. & Alexand.

c Sed quid in monacho quia iura de vno loquentia habent locũ in altero. *l. cui fundus. §. seruum. & ibi Alex. s. si certũ peta. dic plene per Bart. in l. si alienũ. in princ. s. de here. instit. & Bal. in l. i. in eod. C. de his quæ pœ. no.*

d Sequitur hãc gloss. Bartol. & Pau.

e Etiam hoc casu de æquitate Pau. & Alex.

a Dic quòd in illis. ll. contrariis ex diuersitate personarũ & casuum resultat diuersitas rationis, secundũ Bart. Imo. & Alexan.

b Qui non est paratus seruum vendere: alias esset locus coactioni. Barto. & Alexan.

LIII. IDEM *libro vicensimo Quæstionum.*

NOn est cogendus heres[p] suspectam adire hereditatem ab eo cui libertas à legatario,[q] hereditas ab herede relicta est: cùm status hominis[r] ex legato pendeat,[s] & nemo se cogatur[t] adstringere hereditariis actionibus propter legatum.[u] Quid enim si inter moras non manumittente legatario[x] seruus decesserit?[y] Si autem viuo testatore[z] legatarius decesserit, benignè respondetur cogendum adire: cùm in ipsius sit potestate manumisso[a] restituere[b] hereditatem.

NOn est cogendus.] CASVS. Institui mihi heredẽ Titium, & seruum meum Stichum legaui Seio, & rogaui eundem Seium legatarium vt manumitteret dictum Stichum. Item rogaui dictum Titium heredẽ vt hereditatem meam restitueret eidem Sticho, & decessi. nũquid dictus Stichus potest facere cogi dictũ Mæuium heredem adire hereditatem meam, quam ipse heres dicit sibi esse suspectam? Et certè non, cum status hominis, id est dicti Stichi circa libertatẽ, pendeat ex legato de se Sticho relicto dicto Seio. potest enim esse quòd ante decedet idẽ Stichus quàm manumittatur à dicto legatario, & ita incommodum sentiet heres, si adiuisset coactus. nam tenetur creditoribus hereditariis. nemò autem se cogitur adstringere hereditariis actionibus propter legatum. Si autem viuo me testatore dictus Seius cui legaui Stichum, decessit, & ita defecit legatum Stichi, & remansit dictus Stichus apud dictum meum heredem cum suo honore, & sic heres tenetur eum manumittere, sicut tenebatur legatarius: tunc benignè respondetur cogendum heredem adire, cùm in ipsius heredis sit potestate manumittere eum, & restituere ei hereditatẽ, & ita ab eodẽ herede cœpit deberi Sticho hereditas & libertas: *vt. s. l. proxi. in fi.* Viuianus.

p ¶*Heres.* suus, vel extraneus.
q ¶*A legatario.* cui seru⁹ erat legatus, & rogat⁹ de manumittẽdo.
r ¶*Hominis.* circa libertatem: *arg. supra de capi. demi. l. fi.*
s ¶*Pẽdeat.* Potest enim esse quòd ante decedat quàm manumittatur, & ita incõmodum sentiret heres si adiisset coactus. nã teneretur creditoribus nec posset dici hic subueniendũ: *vt. s. eo. l. postulante. in fi. j. respon.* nã ibi detrahuntur bona à creditoribus eius cui hereditas erat restituenda. nam seruus ille fideicommis. liber iam factus decessit. hic autẽ seruus decessit nullos ergo habet creditores. ¶Sed quid si sua sponte adiit heres, sicq; legatarius factus dominus serui eũ manumisit? nũquid hic coget heredem vt restituat? Respon. sic. nam hic status non pendet. idem credo & si nondum sit manumissus. sed ipse stultè agit, si petit sibi restitui adhuc. Azo. quia per eum domino suo & legatario quæritur.
t ¶*Cogatur.* à seruo. idem est si à legatario dicatur cogi.
u ¶*Propter legatum.* libertatis solum, vel hereditatis solum seruo relictum: *vt supra eo. l. proxi. §. j.*
x ¶*Legatario.* quia fortè nõ proderat nondum adita hereditate, vel post aditam decessit antequam manumitteretur.
y ¶*Decesserit.* & sic heres remanet in damno: vt dictum est.
z ¶*Viuo testatore.* & ita videtur quòd legatum serui sit pro non scripto, vel in causa caduci. quo modo ergo locũ habent sequẽtia? Respon. Ioan.[c] quòd testator manumisit cum fortè aliquid erat ei relictum vt manumitteret. & quod subiicit, expone in potestate eius, scilicet heredis. H.
a ¶*Manumisso.* scilicet ante in vita testatoris.
b ¶*Restituere hereditatem.* etiam si ipse nolit recipere cũ eũ coegit adire: *vt supra eo. l. postulante. in fin. j. respon.* Sed in superiori casu cùm legatarius viuit, nec seruus est manumissus, non est in potestate heredis restituere, cùm libertas impendeat ab alio, i. à legatario: etiam si seruus fuerit hereditarius. hic autem non pendet. Sed hodie,[d] etiam si nõ fuit manumissus in vita testatoris, cogitur

c Nihil est. sed dic ꝙ legata quasi caduca remanent apud heredem cum onere suo. ideo heres cogitur manumittere. Pau. & Alex.

d Imo etiã de iure digestorũ per. *l. si vero. §. pro nõ scripto. j. de fideicomm.*

gitur heres manumittere. nam siue pro non scripto est relictum libertatis, siue in causa caduci, vt[a] quia legatarius decessit ante testamentum, vel post ante testatorem: remanet[b] apud heredem cum onere: *vt. C. de cadu. toll. §. in primo. ibi,* nisi perrato &c. *& §. pro secundo. & infra de fideicommiss. lib. l. cùm verò. §. si pro non scripto.* Idem dico in eo quod est aperta voce caducum. nam legatũ libertatis, vel legatum relictum seruo legato non cedit nisi ab adita hereditate: *vt. C. de caduc. tollen. §. in nouissimo.* & sic mortuo legatario ante aditam hereditatem post mortẽ testatoris, remanet apud heredem similiter cum onere. *vt. Cod. de cad. tollen. §. ne autem.* Sic ergo cogitur manumittere & restituere, cùm ab eodem incipit deberi hereditas & libertas: *vt. 3. l. proxi. §. fina.* Item contra *huic. l. videtur. 3. eod. l. apud. §. Aristia. & l. cogi. § fi.* Sed dic vt ibi. ¶Item[c] quo iure cogitur quis adire? dic officio iudi. argu. 3. *l. proxi. ibi, nulla partes pra. &c.* Econtra iure actionis, *arg. supra eo. l. Papinianus.* primum verius.

a In causa caduci quæ dicãtur.

b Quæ pro nõ scriptis & in causa caduci, & caduca remaneãt apud here dem cũ onere.

c Adire & restituere quis cogitur officio iudicis. vt hic. 1. mò iure actionis. vt hic.

* quæ ex.

Rogatus restituere quicquid ex hereditate supererit, potest bona fide deminuere. Item in dubio expensa ab vtroque patrimonio intelligitur etiam facta pro rata. Bartolus.

LIIII. IDEM *libro nonodecimo Quæstionum.*

TItius rogatus est, quod ex hereditate superfuisset,[a] Mæuio restituere. Quod medio tempore alienatum vel deminutum est, ita quandoque[b] peti nõ poterit, si non interuertendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur. Verbis enim fideicommissi bonam fidem inesse constat. Diuus autẽ Marcus cùm de fideicõmissaria hereditate cognosceret, his verbis,[c] *Quicquid ex hereditate mea superfuerit, rogo restituas,* & viri boni arbitrium inesse credidit. iudicauit enim erogationes[d] quæ* hereditate factæ dicebantur, non ad solam fideicommissi deminutionem pertinere, sed pro rata patrimonij[e] quod heres proprium habuit, distribui oportere. Quod mihi videtur non tantùm æquitatis ratione, verum exemplo[f] quoque motus fecisse. Cùm enim de conferẽdis bonis fratribus[g] ab emancipato filio quæreretur, præcipuum autẽ quod in castris fuerat adquisitũ, militi[h] relinqui placeret: cõsultus imperator, sumptus quos milites fecerat, non ex eo tantummodo patrimonio,[i] quod munus collationis pati debuit, sed pro rata etiam castrensis peculiæ decedere oportere constituit. Propter huiusmodi tractatus[k] Mæuius fidecommissi nomine cautionem exigere debet. Quod eo pertinet, non vt ex stipulatione petatur quod ex fideicommisso peti non poterit: sed vt habeat fideiussores eius quãtitatis qaam ex fideicommisso petere potuit.

TItius rogatus] CASVS. Gaius instituit sibi heredem Titium, & rogauit eum quod restitueret Mæuio illud quod ex hereditate sua superesset tempore mortis dicti Titij heredis, & decessit dictus Gaius. postea Titius heres in medio tempore ante mortem suam plura alienauit, & deminuit de hereditate, & decessit dictus Titius heres. nunquid Mæuius fideicommiss. poterit petere ab herede heredis illud quod alienatum vel deminutum fuit per heredem? & distinguitur: Aut alienauit vel deminuit heres gratia interuertendi fideicommissi dicto Mæuio relicti, aut non gratia interuertendi. primo casu poterit dictus Mæuius fideicommiss. petere: secundo casu non poterit. sed hoc quod dixi in secundo casu, corrigitur per imperatorem Marcum qui iudicauit in tali quæstione, erogationes quæ ex hereditate factæ dicebantur per heredem non causa interuertendi fideicommissi, non ad solam fideicommissi deminutionem pertinere: sed oportere distribui pro rata patrimonij, quod patrimonium proprium habuit heres prædictus aliunde quàm à Gaio testatore: vt videatur heres alienasse & deminuisse tam de suo proprio patrimonio, quàm de hereditate Gaij quam debebat restituere Mæuio, & hoc pro rata patrimonij sui proprij. vtputa si valebat forte patrimonium suum propriũ. xxx. libras, & hereditas Gaij. xx. & ipse heres alienauerat vel deminuerat medio tempore de hereditate Gaij. xxx. sol. certè de suo proprio patrimonio videtur alienasse vel deminuisse. xviij. sol. & de hereditate Gaij. xvj. sol. & hoc dicit dictus imperator, non tantum ratione æquitatis, verum exemplo quoque motus: & sumpsit exemplum de tali quæstione, & solutione eiusdem. Gaius habens duos filios in potestate, & vnum emancipatum militem, fecit testamentum, & instituit sibi heredes dictos duos suos filios, & præteriit militem emancipatum, qui miles habebat peculium castrense, & aliud patrimonium quod non erat castrense vel quasi, & in castris in quibus erat in militia, fecerat multos sumptus. petiit hic miles emancipatus præteritus contra tabulas: & sic debet conferre fratribus suis prædictis institutis patrimonium suum quod non erat castrense vel quasi, non autem peculium castrense. certè consultus imperator constituit sumptus quos dictus miles fecerat, debere imputari non tantum patrimonio non castrensi vel quasi, quod patrimonium debuit pati munus collationis: sed pro rata etiam castrensis pecuniæ siue peculij. & ita sicut in hac quæstione mediam viam elegit imperator, ita & in superiori quæstione, scilicet cùm Titius heres Gaij fecit erogationes de hereditate Gaij non gratia interuertendi fideicommissi Mæuio relicti per Gaium à dicto Titio eius herede. propter ergo huiusmodi tractatum, scilicet quia poterat esse quòd causa interuertendi fideicommissi alienabat dictus Titius heres, & sic etiam totum alienatum tenetur restituere Mæuio fideicommissario: vel si non alienabat causa interuertendi fideicõmissi, pro rata tamen est detrahendum, & quod superest, restituendum Mæuio fideicommissario adueniente die. ideo Mæuius fideicom. prædictus debet exigere cautionem ab herede nomine fideicomm. sibi restituendi adueniente morte heredis. per hanc autem stipulationẽ non petet fideicom. illud quod ex fideicommisso petere nõ poterat: i. partẽ dictarum erogationũ per heredem factarum non gratia interuertẽdi fideicom. quæ pars detrahitur de fideicõmisso eo modo qui dictus est: sed vt habeatur dictus Mæuius fideic. fideiussores eius quantitatis quam ex fideicom. petere potuit. potuit autẽ petere totũ fideicõmissum excepta dicta parte erogationum per heredẽ factarũ non gratia interuertendi fideicom. quę pars detrahitur de fideicõmisso eo modo qui dictus est. Viuian.

Quod ad heredem heredis non transit, non trasfertur in fideicommissarium per Trebellianum. Bartol.

LV. IDEM *libro vicensimo Quæstionum.*

SI patroni filius extrario restituerit ex Trebelliano he-

a ¶*Superesset.* tẽpore mortis heredis. ¶Et not. hoc[a] casu nõ veniunt fructus in restitutione: *vt. j. eod. l. deducta. § pen.* Secus[b] si esset dictum, quicquid superesset de bonis meis: *vt supra de vsur. l. in fideicommissi. §. nonnunquam.* ¶Item no. quòd vbi est rogatus restituere quicquid de hereditate superesset, vel de bonis meis: si[c] aliqua alienauerit, & ex pretio alias res emit, vel creditoribus suis soluit, vel permutauit, non videtur consumpsisse, imò vice[d] permutari dominij venit restituendum: *vt supra de leg. 3. l. imperator. §. finali. & l. sequen. & supra de peti. hered. l. sed & si. §. quod autem. ibi, & non in corpus. &c.* ¶Item not. quòd secundum hæc iura ita distinguebatur[e], an interueniente causa: & non nocet fideicommissario. an non: & tunc pro rata patrimonij: *vt hic, & supra de peti here. l. sed & si lege. §. quod autem. & de vsuris. l. in fideicommissi. §. nonnunquam.* Sed iure nouo quartam cogitur reseruare: *vt Cod. ad Trebell. authen. contra cum rogatus.* at vbi simpliciter esset rogatus restituere, habet locum. *C. commu. de leg. l. fina. §. sed quia. & Auth. res quæ ibi posita.*

b ¶*Quandocunque.* id est quandocunque.

c ¶*His verbis.* relicta subaudi.

d ¶*Erogationes.* non causa interuertendi fideicommissi factæ, aliàs ex toto reuocantur. *vt supra prox.*

e ¶*Patrimonij.* Eligitur ergo media[f] via. *sic Inst. de re. diui. §. cũ ex aliena. Arg. contra supra de neg. gest. l. Nesennius. in fi.*[g] *& supra eod. l. scribit Celsus. Item facit supra eo. l. deducta. §. fi. & supra eo. l. mulier. §. cum proponeretur.* Accursius.

f ¶*Exemplo.* principis, vt subiicit: aliàs contra. *C. de sen. & inter loc. l. nemo.*

g ¶*Fratribus.* qui remanserunt in potestate.

h ¶*Milui.* emancipato. nam castrense vel quasi non confertur? *vt infra de colla. bo. l. j. §. nec ea.*

i ¶*Patrimonio.* aliunde adquisito, quod non erat castrense vel quasi.

k ¶*Huiusmodi tractatus.* quia poterat esse quòd causa interuertendi fideicommissum alienabat: vel si non, pro rata tamen erit detrahendum: & quod superest, restituendum adueniente die: & ideo cauetur: *vt. C. vt in poss. leg. cum Archimedoram.* & sic est satisdatio[h] de restituendo adueniente die. *& facit infra titu. j. l. j. §. si quis sub conditione. & §. qui minorem.* Alij dicunt de nõ deminuendo: quia persona sit suspecta: *arg. infra titu. ij. l. postquam. § fi. & supra qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. fi.* Hodie aliter, quia satisdatur, scilicet secundum formam legis. *C. e. auth. contra cum rogatus.*

SI patroni filius.] CASVS. Titius habens filium, & habens plures libertos instituit sibi heredẽ filium suum, & rogauit eum quòd

a Restituere rogatus quidquid ex hereditate supererit fruct⁹ restituere non cogitur secus si rogatus esset restituere quidquid ei superesset ex bonis defuncti. Priore casu, fructus postea pcepti, non sunt hereditatis: posteriore, sunt bonorum, quia fructus sunt ex bonis: cùm nõ desinãt esse bona per aditionẽ licet desinant esse hereditatis.

b Restituere iuberi superfluũ hereditatis & bonorum differunt.

c Restituere rogatus quidquid ex hereditate defuncti illi superfuerit, si ex pretio rerũ alienatarũ quasdam alias comparauit, eas restituere cogitur.

d Subrogatum sequitur naturam subrogati.

e Restituere rogatus quidquid ei ex hereditate defuncti supererit, cogitur quartam relinquere fideicõmissario.

f Media via eligenda.

g Dic, hic ex vtraque parte erat par ratio: ibi ex vna parte erat ratio quæ pponderabat. secundum Bar. & Alexan.

h Hæc vera, secundum Imol. & Alexan. licet Ange. aliter sentiat.

reditatem: operarum actio quæ trāsferri non potuit, apud heredem[a] manebit: nec ei [b] nocebit exceptio,[c] cum eadem prodesse non posset ei qui[d] fideicommissum accepit. Et generatim ita respondendum est, non summoueri heredem, [e] neque liberari ex his causis[f] quæ non pertinent ad restitutionem.

Non habet ius cogendi heredem, qui habet libertatem in diem. Bartolus.

1. ¶ Imperator Titius Antoninus rescripsit, in tempus [g] * directo data [h] libertate, non esse[i] repræsentandam * hereditatis restitutionem, quando [k] persona non est cui restitui potest.

Fideicommissarius licet cogat heredem, à secundo fideicommissario quartam non detrahit. Item fideicommissarius primus non potest cogere sine secundo, nisi apud eum quota sit remansura. Item heres coactus nullum commodum sentit quod habiturus non esset si non adiisset. Bartolus.

2. ¶ Qui fideicōmissā heredita-

restitueret hereditatem cuidam extraneo, puta Gaio: & decessit dictus Titius: filius autem eius restituit dicto Gaio hereditatem. certe actio operarum competens patrono, & postea eius filio cōtra dictos libertos, quæ transferri non potuit ad dictum Gaium fideicommiss. apud dictum filium heredem patroni manebit, nec filio nocebit exceptio contra libertos prædictos. excipiebant enim contra eum petentem operas, ex eo quod ipse restituerat Gaio, hereditatem, sicque videbatur eis eum non posse agere ad operas amodo: cùm eadem exceptio non posset prodesse ei Gaio fideicom. qui fideicommissum hereditatis accepit, si & ipse de libertis patroni est. & generaliter tibi dico, non summoueri dictum heredem filiū patroni ex his causis quæ non pertinent ad restitutionem, neque liberari prædictū Gaium fideicommiss. qui & ipse erat de libertis patroni, ex his causis quæ non pertinēt ad restitutionem: quas causas notaui. supra eodem quia perinde. §. j. Viuianus.

a ¶ *Apud heredem.* s. filium pātroni institutum à patre & loquitur indubitanter de operis obsequialibus quæ consistunt in faciēdo: *vt. C. de ope. liber. l. libertis.* Quid autē in fabrilibus, id est in incertis, vt. x. operas? dicas idem: nam cum non transeant ad heredē extraneum: *vt. ĵ. de ope. liber. l. si operarum iudicio.* ergo nec ad fideicōm. qui est loco heredis. sed de artificialib. scilicet certis vt. x. operas pictorias, videtur secus, quia transeunt ad heredem extraneum: *vt. ĵ. de ope. liber. l. à duob.* 2. Vel potest dici quòd nunquā transeant aliquæ operæ ad fideicommissarium, sicut nec ad secundum heredem: *vt infra de verb. signi. l. sciendum. §. idem.* ¶ Sed an id quod nō venit in restitutione, cōputetur heredi in quarta? Respō. fortè non, quia habet non vt heres, & sic quasi æs alienum: *vt arg. ĵ. ad legem Falci. pater. in prin.* ADDITIO. Not. hanc glo. circa finem secundum Ang. ex qua habes doctrinam generalē, quòd omnia quę institutus habet, etiam si sibi in testamento non fuisset prouisum, nunquam imputantur in Trebellianicam: quia vt æs alienum deducuntur: & ideo secundū eundē iura feudalia, [b] & cætera quæ transeunt in filium, etiam si heres non esset, nunquā computabūtur in quartam Trebellianicam filio. Item tenet hic Raph. Cuma. & extendit ad quartam Falcidiæ. Vtrum hoc etiam procedat in quartam debitam iure naturæ, dicit Ang. idem: quem per omnia & simpliciter sequitur P. in lectura Padua. tamen de hoc vide plenius per Alexandrum hic.

b ¶ *Nec ei.* sci. filio heredi nocebit contra libertos testatoris, nec contra fideicommissarium si ipse de libertis est.

c ¶ *Exceptio.* scilicet Trebell. de qua dicitur. *supra eodem. l. j. §. quanquam.*

d ¶ *Ei qui.* si ipse de libertis est. Sed videtur operas non potuisse imponi ei qui manumittitur per fideicomm. *vt. ĵ. de ope. liber. l. vt iurisiurandi. §. rescriptum.* quæ est contra. Sol. hic inter viuos fuerat manumissus, vel est speciale in filio: *vt infra de oper. lib. l. qui ex causa.*

e ¶ *Heredem.* s. filium à petitione operarum, neque liberari fideicomm. libertum.

f ¶ *Ex his causis.* vt in nostro casu de operis: itē & aliis quos *not. ĵ. eod. l. quia perinde.* §. j. potest autem & aliter legi [c] quàm dictum sit ab illo loco, cum eadem, & c. q. d. non nocet heredi agenti: quia si noceret, non prodesset fideicom. cum ipse non posset agere. at quando exceptio nocet heredi, prodest fideicom. vt ipse agat: *vt. ĵ. eod. l. j. §. quanquam.* & quod subiicit, neque liberari, scilicet libertos ab herede filio, licet hereditatē restituat: quia quo ad hoc non valet restitutio. Accursius.

Imperator Titius.] CASVS. Institui mihi heredē Titiū, & iussi Stichum seruum meum esse liberum post Pascha: & rogaui dictū meum heredem vt eidem Sticho hereditatē meam restitueret vsque ad Pascha. certe non est præsentanda hereditatis restitutio dicto Sticho: quia persona non est cui restitui possit ante Pascha. nam ante Pascha non est liber Stichus. Viuianus.

g ¶ *In tempus.* i. vsque ad Tempus. hoc est post Pascha sit liber, & rogo heredem vt tibi restituat hereditatem vsque ad Pascha. non valet. *vt. ĵ. de manu. testa. l. libertas.*

h ¶ *Data.* seruo testatoris.

i ¶ *Non esse.* facit *supr. eo. l. si cui. nec obstat. l. apud Iulianum. §. si.* quia ibi Albinæ pure non in diē erat relicta libertas. ¶ Item non obst. in eo quòd dicit ante diem restitutionem faciendam, scilicet antequam perueniat ad nubilem ætatem: quia ibi persona fuit cui fieri poterat restitutio: quia Albina iam erat manumissa: hic non. Item *facit supra eo. l. ita tamen. §. à patre.*

k ¶ *Quando.* id est quia.

Qui fideicommissariam.] CASVS. Institui mihi heredem Titiū, & rogaui eum quòd restitueret hereditatē meam Seio: & rogaui Seiū quòd restitueret eandem hereditatem Gaio, & decessi. pòstea Titius heres meus nolebat adire hereditatem, dicens eam sibi suspectam. vnde Seius primus fideicommiss. fecit de facto, licet nō de iure, solus eum cogi adire dictam hereditatem, & sibi restituere. & ita habet modo totam hereditatem Seius primus fideicōmiss. nunc petit Gaius fideicommiss. sibi restitui totam dictam hereditatem per dictum Seium, non detracta aliqua quarta. certè cogetur Seius ei restituere totam? & in hac etiam restitutione erit locus Trebelliano senatusconsulto, scilicet vt valeat restitutio: non autem quoad quartæ deductionem: quia quartam Trebellianicam non potuit retinere fideicommiss. primus iure Falcidię, id est Trebelliani. nec facit ad hoc vt primus fideicom. possit retinere quartam: quia nisi ipse prior fideicōm. desiderasset vt adiretur hereditas per heredem, sicut de facto desiderauit, & consecutus est licet non de iure intercidisset fideicom. secundo loco datum: quia cum semel adita est hereditas, siue desiderante primo fideicom. siue non, constituitur rata omnis voluntas defuncti. ¶ Item non est contrarium ei quod dixi primum fideicom. non posse detrahere quartam, quòd cętera legata ab herede relicta non præstat dictus primus fideicom. vltra dodrantē, id est, bene retinet de eis legatis quartam. non est contrarium dico, quia aliud est ex persona heredis conueniri dictum primum fideicommiss. ad singularia legata præstanda ab herede relicta: aliud proprio nomine distringi dictum primum fideicommissar. precibus defuncti qui rogauit eum vt restitueret hereditatē Gaio secundo fideicommiss. quia ergo nihil quod sit quota portio hereditatis, retinet primus fideicōmissarius cum restituit hereditatem secundo, vt dictum est. potest dici non esse cogendum institutum adire. desiderante tamen priore fideicommiss. sine secundo fideicommiss. vbi scilicet nulla quota portio sit remansura apud eum primum fideicommiss. puta si confestim rogatus est dictus primus fideicommissarius reddere siue restituere hereditatem secundo, vel rogatus est reddere post tempus cum fructibus, sed & sine fructibus rogatus est reddere primus fideicommissarius secundo hereditatem post aliquod tempus, non erit quantitas dictorum fructuum idonea ad inferendam adeundi necessitatem heredi per primum fideicommiss. nisi primus veniat & petat hoc cum secundo. nec facit etiam ad hoc vt solus primus fideicommiss. possit cogere heredem adire: quia idem primus fideicommiss. accepisset à testatore etiam libertatem, nedum fructus prędictos. sicut enim non est satis ad cogendum institutum adire, accepisse primum fideicommiss. à testatore pecuniam: ita non est satis accepisse eundem libertatem. quòd si prior fideicommiss. recusauerit cogere heredem adire, poterit secundus fideicommiss. postulare recta via vt heres adeat hereditatē, & sibi secundo restituat. & hæc omnia habent locum quando primus fideicommis. rogatus est alij restituere hereditatem & non heredi. ¶ Sed quid si non alij, sed ipsi heredi rogatus sit restituere hereditatem primus fideicom. puta quia institui heredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio, & rogaui eundem Seium fideicommiss. vt post aliquod fortè tempus restituerem eandem hereditatem dicto Titio heredi? certè quia non debet eidē heredi quandoque, i. quandocunque quarta reddi per fideicomm. quam perdidit dictus heres ideo quia coactus adiuit, propter huius retentionem portionis, id est quartæ prædictę, quam debet retinere fideicommiss. erit audiendus idem primus fideicommissarius desiderans institutum cogi adire. hæc enim quarta quam perdit heres qui permittit se cogi, & quæ debet remanere apud fideicommiss. est quota portio hereditatis: & ideo non est mirum si fideicommissarius potest petere vt cogatur heres adire: imò dico tibi plus, nec illud translatiuè, siue in transitu volo omittere. quòd instituto qui coactus est adite per primum fideicommiss. est deneganda contra eundem fideicommissarium. fideicommissi petitio.

* Tempore.

a Operæ obsequiales & fabriles incertæ non transeunt ad haredē extraneum: Artificiales certæ transeunt. vt hac Gloss.

b Bona feudalia & Emphiteutica quæ transeunt in filium vt filium, etiam si non esset hæres patris nunquam computantur in quartam debitam iure naturæ, nec in Trebellianicā vel Falcidiā. v. Mar filium singul. 32. vbi hoc verum esse ait post Angelum & P. Castrensem.

c Et melius secundum Bart. Imo. Ang. & Alexand.

* Repræsentandam. s. ante diē dandam. expectādū enim est tempus quo liber futurus est.

petitio. cur enim nō videtur indignus heres institutus, vt ipse heres qui destituit supremas defuncti preces nolendo adire hereditatem & restituere, sed permittendo se cogi consequatur aliquid ex voluntate defuncti? q.d. bene videtur & est indignus dictus heres. & hoc est verum, quando institui purè dictum Titium heredem, & rogaui eum quod restitueret Seio hereditatem meam, & rogaui eundem Seium fideicom. vt post aliquod forte tempus restitueret hereditatem eandem dicto Titio heredi. Sed quid si institui dictum Titium sub condi. & rogaui eum prædicto modo, & etiā fideicom. prædicto modo? certè si post impletam dictam conditionem sit coactus adire, fortius probabitur dictum heredem adire coactum perdere fideicom. hereditatis sibi relictum à dicto Seio fideicom. quàm si pendente cōditio. esset coactus adire. nā si pendēte conditione coactus esset adire, durum esset probare siue approbare dictum heredem adire coactum perdere dictum fideicōm. hereditatis, cum & Falcidia potuit inducere hic heres coactus: id est, quartam Trebellianicam retinere, pœnitendo de coactione. siue dicendo suspectam hereditatem, & sponte adeundo, scilicet pendente dicta condi. ¶Sed quid si dictus heres volebat sponte adire, & cætera restituere primo fideicom.

tem ex Trebelliano, cum suspecta diceretur, totam recepit:[a] si ipse quoque rogatus sit alij[b] restituere, totum restituere cogetur: & erit in hac quoque restitutione Trebelliano locus.[c] quartam enim[d] Falcidiæ iure fideicommissarius retinere non potuit.[e] Nec ad rem pertinet, quòd nisi prior vt adiretur hereditas desiderasset, fideicommissum secundo loco datum intercidisset.[f] Cùm enim semel adita est hereditas, omnis defuncti volūtas rata constituitur.[g] Non est cōtrarium, quòd legata cætera[h] non vltra dodrantem præstat.[i] Aliud est enim ex persona heredis cōueniri,[k] aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi.[l] Secundum quę[m] potest dici, non esse priore tantum desiderante cogendum institutum adire, vbi nulla portio[n] remansura sit apud[o] eum: vtiq; si confestim vel post tempus cum fructibus rogatus est reddere. Sed & si sine fructibus rogatus est reddere, non erit idonea quantitas ad inferendam[p] adeundi necessitatem.[q] Nec ad rem pertinebit, si prior etiam libertatem accepit.[r]

tv enim pecuniam, ita nec libertatem ad cogēdum institutū accepisse satis est.[f] Quòd si prior[t] recusauerit, placuit vt recta via[u] secundus possit postulare vt heres adeat, & sibi restituat.

3. ¶Quid ergo si non alij, sed ipsi heredi rogatus sit[x] restituere? Quia[y] non debet eidem[z] quandoque quarta reddi, quam perdidit:[a] propter huius portionis retētionem erit audiendus.[b]

4. ¶Sed nec illud trāslaticiè[c]* omittendum est, instituto qui coactus[d] est adire, fideicommissi petitionem denegandam esse. Cur[e] enim non videatur indignus, vt qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate? Quod fortius[f] probabitur, si post impletam conditionem coactus est adire. Nam si pendente[g] conditione,[h] durum erit idem probare: cùm & Falcidiam pœnitendo[i] potuit inducere. Nec ignoro posse dici, nullo modo fideicommissi[k] petitionem denegandam eis qui iura sepulchrorum adquiri insequuntur.[l]

Adeo senat⁹ nihil apud eū[m] ex

præter iura sepulchrorum? certè non per hoc est indignus heres generali fideicommiss. sibi restituendo per primum fideicommis. quia heres cùm restituit hereditatem fideicommiss. non tenetur restituere ei iura sepulchrorum: imò remanent apud se heredem. & in tantum voluit senatus relinquere apud se heredem institutum qui erat rogatus restituere Seio, & Seius eidem heredi, & coactum adire ex ea parte quam dereliquit non adeundo sponte, sed patiendo se cogi, vt nec possit exercere contra fideicommiss. Falcidiam, siue quartam Trebel. detrahere, vt dictum est in vers. quod fortius, &c. nec relinquatur apud eum heredem præceptio relicta ei à testatore antequam rogaret eum restituere hereditatem dicto fideicommis. posito quòd hic heres erat institutus cum pluribus aliis. nec etiam daretur eidem heredi substitutio secundarum tabularum ita per testatorem facta, quisquis mihi heres erit, filio meo heres esto. posito quòd hic heres de quo loquor, cū quibusdam aliis, & cum filio testatoris pupillo erat institutus à testatore qui fecit primas & secundas tabu. nam hic heres de quo loquor, non videtur esse testatoris heres, ex quo sponte non adiuit, sed coactus, vt dictum est: quia adiuit coactus. & hanc credo esse intentionem totius huius. §. vsque ad. §. cui Titiana. Viuianus.

a ¶*Recepit.* ab herede compulso: *vt supra eodem. l. nam quod. §. qui compulsus.* Accursius.

b ¶*Alij.* non heredi: quia tunc loquitur: *infra eodem. l. §. quid ergo.* Accursius.

c ¶*Locus.* vt fiat restitutio, non quo ad quartæ deductionem: *vt supra eodem. l. j. §. in filij.*

d ¶*Quartam enim.* & bene dixit, totam. quartam enim, scilicet Trebell. iure Falcidiæ[a]: id est Trebell.

e ¶*Non potuit.* nisi in duobus casibus: *vt not. supra eod. l. ex asse. in fin. & l. j. §. inde Neratius. & l. Marcellus. §. j.*

f ¶*Intercidisset.* quia nihil[b] valet ex testamento ex quo hereditas non aditur: *vt Instit. de here. ab intesta. §. j.*

g ¶*Constituitur.* etiam exheredatio. *vt infra de contra tab. l. filius. §. sed cum.*

h ¶*Cætera.* ab herede relicta, non à se fideicommiss. quia tunc

præstat integra: *vt supra eodem. l. facta. §. sed cum suspecta. & not. supra eodem. l. Marcellus. §. j. & l. j. §. inde Neratius. & l. ex asse.*

i ¶*Præstat.* scilicet primus fideicommissarius.

k ¶*Conueniri.* l. ad singularia legata præstanda ab herede relicta.

l ¶*Adstringi.* puta cùm conueniretur ad fideicommiss. præstandum secundo, cui à testatore præstare fuit rogatus. *sic supra de codic. l. quidam in fine.* Sed arg. *contra supra eod. l. si res in fi.* ADDITIO. Dic quod hic propter diuersitatem rationis insurgit diuersos effectus secundum Alexand.

m ¶*Secundum quæ.* quia nihil quòd sit quota pars hereditatis, retinet fideicomm. primus, non debet cogi institutus adire eo tantum vel solo desiderante sine secundo: sed secūdus solus quādoque sic: scilicet quādo primus non vult: *vt infra ea. l. §. quod si prior.*

n ¶*Portio.* s. quota.

o ¶*Apud eum.* priorem fideicōmissarium.

p ¶*Ad inferendam.* priori fideicommissario vt adeat. Accur.

q ¶*Necessitatem.* nisi veniat cùm secundo.

r ¶*Accepit.* nam nec tunc solus cogi potest.

s ¶*Satis est.* Planè legas: licet quidam dicant pro sola libertate cogendum quod est contra mentem huius literæ. *& contra. l. supra eodem. l. si res. §. j. & l. nam quod. §. j. & l. cogi. §. & generaliter.*

t ¶*Si prior.* fideicom.

u ¶*Recta via.* ¶Not. de circuitu[a] vitando: *vt supra de condic. indeb. l. dominus.*

x ¶*Rogatus sit.* prior fideicommissarius.

y ¶*Quia.* nunc soluit.

z ¶*Eidem.* heredi.

a ¶*Perdidit.* quia coactus adiit.

b ¶*Audiendus.* prior fideicom. desiderans institutum cogi adire.

c ¶*Translaticiè.* i.[b] transitiuè. id est in transitu. *sic ponitur infra de iure pa. l. j. in princ.* Imò verò translaticiè. i. perfunctoriè. L. R.

d ¶*Coactus.* à fideicommissario primo, qui & ipse rogatus est restituere heredi: *vt supra. l. proxi.*

e ¶*Indignus.* sic *supra de vulg. subst. l. is qui.* Sed arg. *contra infra de leg. præ. l. filiam. §. si quis contra tabu.*

f ¶*Quod fortius.* scilicet quòd perdat fideicommissum.

g ¶*Pendente.* scilicet fuit adire coactus. & sic est contra *supra eo. sed si alio. §. si.* Solu. hęc fuit turpis[c] conditio, quæ pro non adiecta habetur: *vt infra eo. l. facta. §. si sub condit. & §. quòd si.* Sed certè tunc non esset differentia ante existentem conditionem, vel post esset coactus, quod hæc lex facere vult. 2. Dicit ergo quòd vera fuit conditio, & de[d] facto non de iure ea pendente fuit coactus. 3. Vel[e] dic quòd loquitur de condit. sub qua erat heres rogatus restituere: sed purè erat institutus: quo casu si dicit suspectam, cogitur adire, & restituere pendente conditione. Sed si sponte adiisset, non posset ea pendente compelli restituere: *vt supra eodem. l. sed si ante diem. & l. apud. §. si. & l. ille à quo. in princ.*

h ¶*Conditione.* sub qua erat institutus.

i ¶*Pœnitendo.* pendente conditione, non postea, nisi in casibus: *vt supra eodem. l. nam quod. §. qui compulsus.* Hug.

k ¶*Fideicommissi.* relicti heredi à fideicom. primo. nam volebat heres sponte adire, & cætera restituere præter iura sepulchrorum certè non per hoc est indignus generali fideicommisso: quia talia non veniunt in restitutione: *vt supra eodem. l. quia perinde. §. j. & supra ea. l. circa princip.*

l ¶*Insequuntur.* id est, retinere contendunt, cum fideicommiss. primus sibi restit. petat:

m ¶*Apud eum.* heredem institutum qui erat rogatus restituere

a Falcidia pro Trebellianica.

b Hæreditate non adita ex testamento, nihil ex eo debetur. adde Gl. l. j. ff. de regula Catoniana. v. tamē Tiraquell. tract. pie causæ privileg. 21. vbi scribit ex communi opinione etiam non adita hæreditate relicta ad pias causas peti pos-

* L. perfunctoriè & defunctoriè. Anton. Aug. ad Modestinum.

a Circuitus vitandi.

b Translaticiè facere quid.

c Turpis conditio pro nō adiecta habetur.

d Hoc est de facto adire coactus est.

e Id est, dic eā conditionem fuisse potestatiuā, vnde colligit Bartolus, casum hic esse in quo hæres pœnitendo quartæ beneficium habeat.

Titio, & Titius eidem heredi, & heres coactus adiit. nam prosequitur superiorem materiam.

a ¶*Falcidiam.* vt.s.eo.l.nam quod.§. qui compulsus.

b ¶*Præceptio.* antequam rogaretur relicta, & sic plures erant instituti. de qua habet *supra eo.l. Marcellus.§.quidam.*

c ¶*Filio meo.* s.pupillo cum quo erat alius institutus.

ea parte quam dereliquit, voluit relinquere, vt nec Falcidiam[a] exercere possit, nec præceptio[b] apud eum relinquatur: nec substitutio quoque secundarum tabularum ita facta, *Quisquis mihi heres erit, filio meo[c] heres esto:* eidem daretur.

Fideicommissarius potest restituere fideicommissum debitum à defuncto. Bartolus. & Alexander.

4. ¶ Cui Titiana hereditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta[d] est: Mæuianam hereditatem quam Titius defunctus[e] ex Trebelliano Sempronio restituere debuit,[f] & ipse restituere poterit sicut alius quilibet successor.

Actiones quæ transferuntur ex Trebelliano, si fideicommissum declaretur indebitum, competere desinunt: nisi etiam euincens ad illud fideicom. teneretur. Bartolus.

5. ¶ Actiones[g] téporariæ † Trebelliani solent esse, euicta hereditate ab eo qui postea

Cui Titiana.] CASVS. Mæuius instituit sibi heredem Titium, & rogauit eum vt Sépronio restitueret hereditatem suam Mæuij, & decessit Mæuius. postea Titius prædictus adita hereditate Mæuij fecit testamentum, & instituit sibi heredem Petrum, & rogauit eum vt restitueret hereditatem suam Titij Gaio. & decessit Titius. vnde Petrus heres eiusdem Titij Titianam hereditatem restituit dicto Gaio cui iusserat idem Titius eam restitui modo quæritur, nunquid idem Petrus heres Titij restituere Sempronio Mæuianam hereditatem, sicut & Titius prædictus iá mortuus tenebatur eam restituere eidem Sempronio ex præcepto Mæuij qui instituerat Titium heredé? Et respond. quòd sic: sicut & posset quilibet aliàs successor Mæuij. nam iste petrus heres Titij satis est successor Mæuij. cum sit heres heredis sui. & hoc credo velle dicere hunc. §. Viuianus.

† Quæ dicãtur actiones temporariæ & quæ perpetuæ, vide plené per Bart. in. l. nã & post. ea §. si is quĩ. de iur. iu.

d ¶*Restituta.* à Cornelio herede Gaio.

e ¶*Defunctus.* Titius & ipse fideicommis. *& facit sup. eo. l. quamuis. §. persona.*

f ¶*Debuit.* vel quia heres fuit institutus vt restitueret, vel quia ei restituta fuit.

Actiones.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quod restitueret hereditatem meam Seio. Item eidem Titio vulgariter substitui Gaium: id est si mihi nõ esset heres idem Titius, & decessi. postea Gaius substitutus egit petitione hereditatis contra Titium institutum, dicens dictum Titium institutum repudiasse hereditatem, & postea eam adiuisse: & lite super hoc contestata Titius institutus restituit Seio fideicommiss. hereditatem. & postea lata est sententia pro substituto. hæc quidem sententia nocet etiam Seio fideicomm. & desinunt ei competere actiones Trebellianicæ. id est, quæ ex Trebelliano competunt fideicom. restituta ei hereditate. nam licet sui natura perpetua sint, tamen nunc temporales sunt. nam potestas euictionis secutę contra heredem qui restituerat fideicom. hereditatem. tollit intellectum restitutionis factæ fideicomm. per heredem: qui intellectus est vt actiones hereditariæ sint perpetuo penes fideicom. indebito fideicommisso hereditatis constituto propter sententiam latam contra heredem pro substituto. & hoc est verum, nisi à dicto substituto fuerit fideicommi. repetitum. nam tunc defendi potest actiones Trebelliani durare apud fideicommissarium. & est ratio, quia possessor idémque institutus qui posidebat tépore quo fuit contra eum lis contestata in petitione hereditatis, in ratione reddenda hereditatis reputat siue reputare solet heredi, id est substituto partem quam fideicommi. restituit dicendo se non damnandum in petitione hereditatis substituto cum ei restituit cui substitutus erat restituturus, & hoc credo quod velit dicere hic. §. licet alij aliter ponant casu. Viuianus.

h ¶ *Actiones.*[a] id est[b] dicere quod actiones Trebel. id est quæ cõpetũt fideicómissario restituta hereditate, licet sui natura sint perpetuæ, tamen quãdoque sunt temporales, & pone exemplũ quod institutus & de restituẽdo grauatus habuit etiã vulgariter substitutũ: qui substitutus egit peti. hered. contra institutum, dicẽs institutũ repudiasse & postea adiisse: & lite contestata super hoc institutus restituit fideicómissario, & postea lata est sẽtẽtia pro substituto. hæc quidem sentẽtia nocet fideicõ. & desinunt ei actiones cõpetere, nisi à substituto fuerit ei fideic. repetitũ. 2. Alij vt Hu.[c]

a Prima hæc interpretatio principalis est. Altera principalis est in fine huius Glossæ.

b Hanc interpretationem antiquorum quorũdum interpretum Dynus repræhendit duabus rationibus apud Bartolum.

c Hanc sententiam Hugolini probat Bartol.

ponunt in extraneo instituto, & ventre præterito qui natus rumpit testamentum, & eius nomine per tutorem vel curatorem est contestata lis in petitione heredi. & ea pendente institutus restituit ei cui erat grauatus. nam lata sententia postea pro posthumo nocet etiam fideicommis. & desinunt ei actiones competere, nisi & hoc fuit repetitum à postumo. Sed hæc positio non placet: quia[a] proximus à ventre non potest adire: *vt supra de acquir. here. l. cum quidam. §. j.* & sic nec restituerem. ¶Sed dicit. H. quòd institutus erat eodẽ gradu quo venter.) Sed alio iure nõ valet: quia à[b] præterito non potest repeti fideicommissum: *vt supra de lega. iij. l. ij.* Item alia ratione. quia sententia[c] non facit ius: *vt infra de except. rei iudic. l. ij.* nisi dicas quod facit contra legatarium. secus si contra institutũ: quo casu idẽ sit quod in querela secundum Hug. 3. Alij[d] vt Io. dicunt extraneum institutum, & filium exheredatum, qui fuit lite contestata in querela, & ea pendente restituit heres: & tandem lata sententia in querela fecit ius? & sic etiam fideicõmissum nocet: *vt supra de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. finali.* ¶Sed nec hæc positio valet: quia ab[e] exheredato non potest relinqui: *vt supra de inoffic. testa. l. Titia.* & sicut dixi, dic ac. Trebel. quæ competunt fideicommiss. restituta hereditate. 2. ¶Sed[f] Ro. dixit de his quæ competunt fideicommiss. pro restitutione facienda. & secundum hoc fuit restituta spe, sed non re: quod non placet.

a Hugolini sententia tribus rationibus hic improbatur ab Accursio.

b Repeti fideicommissum à præterito non potest.

c Sententia interdum ius nõ facit.

d Est & quarta interpretatio Dyni, & quinta Bartoli hic: quas vide.

e Ab exheredato non potest relinqui fideicommissum.

f Secũda huius legis interpretatio principalis.

quàm fideicommissam restituit hereditatem, victus est: scilicet ante restitutionem[h] lite cum eo contestata. Potestas enim euictionis tollit intellectum restitutionis indebito fideicommisso constituto. Planè si fideicommissum ab eo quoque qui postea vicit, relictum est: quia possessor[i] in ratione reddendæ hereditatis partem quam fideicommissario restituit,[k] heredi[l] reputat defendi potest actiones Trebelliani durare.

Heres debet mitti in possessionem, licet sit de restituendo grauatus: & alienationes factæ per fideicommissarium confirmantur restitutione secuta. Bartolus.

LVI. IDEM *libro septimo Responsorum.*

Filiam fratribus,[m] certis rebus acceptis hereditatem restituere pater voluit. Ante restitutam hereditatem in possessionem hereditatis[n] filiam quoque mitti placuit.[o] Cum autem

h ¶ *Ante restitutionem.* secus si post: *vt infra eodem. l. placet. & l. facta. §. si heres.* quæ est contra.

i ¶*Possessor.* idémque institutus qui possidebat tempore litis cõtestatæ. in peti. hered.

k ¶*Restituit.* id est restituere debet legitimo.

l ¶*Heredi.* ab intestato. reputat enim institutus dicens se non damnandum in peti. her. id est cùm ei restituit cui legatarius erat restituturus: *vt supra de peti. hered. l. quod si possessor. & l. si quid possessor. & C. de peti. here. l. de hereditate.*

Filiam fratribus.] CASVS. Titium & Seium & Mæuiam filios meos institui mihi heredes: & rogaui dictam meam filiam, vt certis rebus ex hereditate mea acceptis restitueret fratribus suam partem hereditatis meæ. certè antequam restituat filia suam partẽ hereditatis fratribus, debet mitti, si hoc petat in possessionem suæ partis hereditatis. ¶Sed quid si dicti sui fratres meique filij res aliquas bonorũ meorum insolidum distraxerunt quibusdam, & alias res eorundem bonorum meorum aliis pignori dederunt antequã soror restitueret eis suam partem hereditatis, & postea soror restituit eis suam partẽ hereditatis, certè per restitutionem eis per sororem factam constat confirmari venditiones prædictas, & pignora certarum portionum ad filiam pertinentium: in quibus nec venditio nec pignus tenuerat. & credo quod hoc velit dicere ista l. Viuianus.

m ¶*Filiam fratribus.* cum quibus erat instituta: *vt in fin. l. colligitur:* & secundum hoc dic hereditatem, scilicet suam partem.

n ¶*Hereditatis.* scilicet suæ partis.

o ¶*Mitti placuit.* Per[g] interdictum quorum bo. vel contra quẽlibet possessorem ex constitutione Iustiniani. *C. de edic. diui Hadria. tollen. l. fi.* & postea fratres postulant restitutionem: *Vt infra quorum leg. l. j. §. rediguntur.* ¶Sed nunquid fideicom.[h] est legitimus contradictor? hic innuit quòd non. Sed dic contra.[i] ¶*Vt not. C. de edict. diui Hadria. tol. l. fin.* ¶Item quid si velit incontinenti de suo iure docere? Respon. potest, etiam si aliàs non essent legitimi contradictores: *vt not. C. de edict. diui Hadria. tol. l. iij.* Item potest hîc filia agere peti. here. sed tunc minus dubium, an possint resistere de iure suo probantes. cum petitorio conueniantur: *vt. j. de Carbo. edict. l. iij. §. missum. & C. de peti. here. l. liber.*

g Quo iure filia hic petat se mitti in possessionem.

h Fideicommissarius vniuersalis an legitimus sit cõtradictor.

i Concord. text. cum Gl. in cap. si filius. extra de testa. & in cap. cum inter. extra de excep.

Filij.

a ¶ *Filij*. s. fratres huius filiæ. & dic interea, id est antequam mitteretur filia in possessionem.
b ¶ *Distraxissent*. quia insolidum possidebant.
c ¶ *Portionum*. quæ pertinuerant ad filiam: in quibus nec venditio nec pignus tenuerat. ¶ Et no. quòd pro quarta quã filia retinet, nou confirmatur vẽditio vel pignus, nisi in certis rebus deductis habeat quartã: *vt. s. eo. l. j. §. si heres*. Verum id quod capit à coheredibus, non cõputatur in quartã: *vt. s. e. l. in fideicommissaria in fi. & ad. l. Falc. leg. in quarta. §. pro ea.* Arg. contra. *C. famil. ercisc. l. filiũ. & facit. s. de pign. actio. l. rem alienã.* Arg. contra, *j. quorum leg. l. j. §. quod ait prætor, voluntate, &c.*

interea filij[a] res bonorũ insolidũ distraxissent,[b] item aliàs pignori dedissent: hereditate postea restituta, constitit ex eo facto cæterarum quoque portionum[c] venditiones, item pignora confirmari.

Grauatus restituere quicquid peruenerit, non videtur grauatus de fructibus. Bart.

LXVII. IDEM *libro octauo Responsorum.*

HEredes mei quidquid ad eos ex hereditate bonisve meis peruenerit, id omne post mortem suam restituant patriæ meæ coloniæ Beneuentanorum. Nihil de fructibus[d] pendente conditione perceptis petitum videri constitit.

Fideicommissum relictum à duobus cum expressione nominis collectiui debetur etiam si in persona vltimi tantum conditio extiterit, si persona non superest, quæ fideicommissarium ex præsumpta voluntate defuncti excludat. Bart.

1. ¶ Cum ita fuerat scriptum, *Fidei filiorum meorum committo, vt si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat. quòd si vterque sine liberis diem suum obierit, omnem hereditatem ad neptem meam Claudiã peruenire volo*: defuncto altero superstite filio, nouissimo[e] autẽ sine liberis, neptis prima quidem facie propter cõditionis verba[f] non admitti videbatur: sed cum in fideicõmissis voluntatẽ[g] spectari cõueniat, absurdũ esse respondi, cessante prima[h] substitutione, partis[i] nepti petionẽ denegari, quam[k] totum habere voluit auus, si nouissimus[l] fratris quoque portionem suscepisset.[m]

Fideicommissum relictum pluribus, vel vni ex eis, intelligitur primis deficientibus: & inter personas inter quas est affectio ordinata, ordo scripturæ inspicitur. Bart.

2. ¶ *Peto de te vxor carissima, vti*[n] *cum morieris, hereditatem meã restituas filiis*[o] *meis, vel vni*[p] *eorum, vel nepotibus meis, vel cui volueris,*[q] *vel cognatis meis, si cui voles ex tota cognatione mea.* Inter filios[r] respondi substitutionem fideicommissi factam videri: circa nepotes autem & cæteros cognatos facultatem eligendi[s] datam: ex cæteris autem[t] cognatis, si nepotes superessent, non rectè mulierem electuram, propter gradus fideicommissi præscriptos:[u] † deficiente verò gradu nepotem, ex cognatis quam velit personam eligi posse.

Debitum ab herede per aditionem confusum, in actionem ex testamento deuoluitur. Bart.

LVIII. IDEM *libro nono Responsorum.*

DEducta parte quarta restituere rogatus hereditatẽ,

Vide Alciatũ hic.

HEredes mei.] CASVS. Institui mihi heredes Titiũ & Seiũ, & ita in eodẽ testamento dixi: Heredes mei quicquid ad eos ex hereditate bonisve meis peruenerit, id omne post mortem suam siue eorũ restituant patriæ meę, scilicet coloniæ Beneuẽtanorũ. etiam enim ponamus de dicta colonia, & decessi. & heredes mei prædicti vixerũt ponamus per decẽ annos, & postea decesserunt. nunquid heredes eorũ meorũ heredũ tenentur restituere dictæ coloniæ fructus quos dicti mei heredes perceperũt ex hereditate & bonis meis pẽdẽte cõdi. siue die incertę mortis eorũ? dies enim incerta, sicut est dies mortis, appellatur cõditio. Et dicitur q̃ non. nam non videtur de eis petitum per me testatorem. [CVM ITA.] Institui mihi heredes Titium & Seium meos filios, & ita scripsi in eodem testamento: Fidei filiorũ meorum committo, vt si quis eorum sine liberis prior diem suũ obierit, partẽ suam superstiti fratri restituat. quod si vterque sine liberis diem suũ obierit, omnem hereditatẽ meam ad neptem meã Claudianam peruenire volo. & decessi. & postea Titius pone vnus de filiis meis decessit superstite filio suo Titij: & postea Seius alter filius meus vltimò decessit sine liberis. nunc quæritur, an dicta Claudiana mea neptis admittatur ad partem Seij vltimo sine liberis moriẽtis? Et prima facie videtur quòd non, propter verba conditionis appositæ à me testatore, quæ erãt vt omnis hereditas mea ad dictam meam neptẽ perueniret, si vterque filiorum meorum decederet sine liberis. & sic videbatur deficere conditio prędicta: quia Titius primo decedẽs decessit superstite filio suo. sed cum in fideicõmissis conueniat spectari voluntatem defuncti: absurdum est denegari nepti petitionem partis hereditatis meæ contingentis dicto Seio qui vltimo decessit: quã neptem Claudianã volui ego auus habere totam hereditatẽ meam, si nouissimus siue nouissimè moriens filius meus Seius predictus suscepisset etiam fratris mei Titij portionem hereditatis. suscepisset autem subaudi, si primus decessisset sine liberis. [PETO DE TE VXOR.] Vxorem meam institui mihi heredem, & ita dixi in eodem testamento: Peto de te vxor carissima, vti cum morieris, hereditatem meã restituas filiis meis scilicet omnibus vel vni eorũ, scilicet superstiti aliis præmorientibus, vel nepotibus meis, vel cognatis cui voles ex tota cognatione mea. & postea decessi. certè videor fecisse substitutionem fideicommissi inter filios meos, scilicet vt vxor mea teneatur cũ morietur restituere hereditatem meã eis omnibus si tunc viuẽt, vel illis vel illi qui tunc viuẽt vel viuet circa nepotes autem & cæteros cognatos facultatem eligendi videor eidem vxori dedisse, vt vxor mea moriens possit restituere cui vel quibus vult: dum tamen superstitibus nepotibus non possit eligere ex aliis cognatis. & hoc propter gradus fideicommissi supra à me nominatos. veruntamen deficientibus nepotibus poterit vxor eligere quancumque personam vult ex cognatis. & credo quòd hoc dicat. Viuian.

d ¶ *Nihil de fructibus*. Imò videt cõtra. *s. e. l. ballista. quæ est contra.* Sed dic plenè vt ibi.
e ¶ *Nouissimo*. s. defuncto.
f ¶ *Verba*. quę erant, si vterque decederet sine liberis. & sic videbatur deficere conditio, quia primus decessit cum liberis.
g ¶ *Voluntatem*. defũcti potius[a] quã verba: *vt. C. de fideico. l. cũ virũ. & s. de le. j. l. pen.*
h ¶ *Prima*. i. primi morientis.
i ¶ *Partis*. s. hereditatis vltimo mortui. Accursius.
k ¶ *Quam*. s. neptem.
l ¶ *Nouissimus*. s. frater. Accur.
m ¶ *Suscepisset*. quod esset, si primus decessit sine liberis: *vt. s. de vulg. substi. l. qui duos.* ¶ Sed videt qđ primo moriẽs ius succedendi trãsmisit ad suos liberos: *vt. C. de iis qui ante aper. tabu. l. j.* Sed ibi purè institutus trãsmittit: hic autẽ iste primus sub cõditiõe tacita partẽ fratris erat habiturus, si fratrer decederet sine liberis & ea pẽdẽte decessit primus: vnde nõ trãsmittit: *vt. C. de ca. tollẽ. §. sin autẽ.* Itẽ contra. *C. de impube. & ali. substit. l. pen.* vbi cessat substitutio, nisi vterq; impubes decedat. ¶ Sed ibi pupillaris: hic fideicõmiss. Item ibi conditio deficit in persona secunda, quia decessit pubes: hic econtra in persona secundi extitit, quia decessit sine liberis.

a Volũtas defuncti in fideicõmissis potius spectanda est, quàm verba.

† Et sic attenditur ordo scripturæ. & facit ca. cum dilecta. cum glo. i. circa princ. extra de rescript.

n ¶ *Vti* pro vt.
o ¶ *Filiis meis*. s. omnibus.[b]
p ¶ *Vel vni*. s. superstiti[c] aliis præmorientibus.
q ¶ *Cui volueris*. hoc non fuit dictum in filiis.
r ¶ *Inter filios*. hic incipit respondere: sed. s. fuerunt verba testatoris. & dic filios. scilicet omnes, vel etiam vnum, si solus vnus superest.
s ¶ *Eligendi*. quæ electio non perimitur deportatione mulieris. & quos possit eligere, & quid iuris si sit in mora eligendi dic, *vt. s. de leg. ij. l. cum pater. §. hereditatem. & l. cum quidam. & no. s. eo. l. ex facto. §. si quis rogatus.*
t ¶ *Autem*. pro[d] sed. Accursius.
u ¶ *Præscriptos*. i. prænominatos. *& fa. s. de le. ij. l. omnia. in fin. & l. cum pater. §. pe. & l. peto. §. in & C. de verb. sign. l. fi.* ¶ Et no. hic ordinem[e] scripturæ sequendum. quod dic pro & contra. *C. de fideicomm. Auth. hoc amplius.* ¶ Item not. quòd tacitè[f] ponitur in voluntate mulieris, cui sit legatum, quod expresse non posset: vt lego tibi si volueris: *sic. s. de condit. & demon. l. nunquam.*

DEducta.] CASVS. Seius instituit sibi heredem Titium, & rogauit eum quod restitueret hereditatem suam Gaio deducta quarta parte ipsius hereditatis, & decessit dictus Seius. postea dictus Titius heres Seij extitit heres Sempronio debitori hereditario prius quàm ipse Titius restitueret hereditatẽ Seij dicto Gaio. Certè non solũ dodrantem. i. tres partes hereditatis Seij debet Titius restituere Gaio fideicom. sed etiam dodrantẽ pecuniæ debitæ Seio testatori à dicto Sempronio debitore. & est ratio quare dodrãtem dictæ pecuniæ debet restituere. quoniã actio quã habebat testator Seius, & per consequens Titius suus heres contra dictum

b Adde huic loco Balb. decil. 19.
c Superstitib' (id verbum familiare in substitutionibus & fideicõmissis) legans, sub conditione si superterint legare videtur. cuiusmodi verbo legatũ tradũ in futurũ habet. v. Simonem de Prætis 3. Interpret. 5. dubitat. 1. solutione 9.
d Aut pro sed.
e Ordo scripturæ sequendus.
f Tacitè multa permittuntur, quę expresse non licent.

prius quàm restitueret, hereditario debitori heres extitit. Quoniam actio eo confusa[a] per Trebellianum [b] redintegrari non potest, pecuniæ quoque debitæ dodrans [c] ex causa fideicōmissi [d] petatur: sed in eum diem quo [e] actio confusa est, vsuræ præteriti temporis quæ in obligatione vel in officio [f] iudicis fuerunt, computabuntur: [g] posterioris [h] ita demum, si mora fideicommisso facta sit. [i]

Exigere à quibusdam non facit heredem teneri de periculo aliorum. Bartolus.

1. ¶ Cum hereditas ex causa fideicommissi in tempus [k] restituenda est, non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod heres à quibusdā [l] pecuniam exegerit.

Obuentiones post mortem ex iudicio testatoris peruenientes, si per heredes exactæ non fuerint, veniunt in fideicommissum: aliàs secus. Bartolus.

Sempronium debitorem pro dicta pecunia, confusa fuit ex eo q̄ dictus Titius adiuit hereditatem dicti debitoris hereditarij: & nō potest redintegrari dicta actio ex Trebelliano, id est non potest Gaius fideicommiss. agere cōtra dictum debitorem hereditarium, licet restituatur ei hereditas Seij ex Trebelliano. Sed quid erit de vsuris dictæ pecuniæ debitæ à Sempronio testatori, & heredi eius? nunquid idem heres tenetur restituere fideicommiss. dodrantem earum? Et distinguitur inter vsuras prç teriti temporis quæ cucurrerunt ante dictam confusionem dicti debiti, & illas quæ cucurrerunt postea. nā illæ quæ cucurrerunt ante, computabuntur in dictum debitū quod est confusum, & videbuntur fuisse in hereditate, vt sic earum dodrans restituatur dicto fideicommis. per dictū heredem, & quarta earum per heredem retineatur. vsuræ autem posterioris temporis post confusionem ita demum cōputabuntur prædicto modo in dictum debitum quod est confusum, si mora fideicommisso facta sit per heredem, & non aliter. cum enim heres est in mora fideicommissi restituendi, vsuræ veniunt in restitutionem sicut & fructus. & credo quòd hoc vult dicere principium huius legis. Viuianus.

a ¶ *Confusa*. scilicet aditione: *vt* ┐ *eo. l. debitor*. Accur.

b ¶ *Trebellianum*. hæc determinant sequentia.

c ¶ *Dodrans*. remanet ergo quarta penes heredem, & sic apparet eā de [a] singulis detrahendam: *vt no.* ꝫ. *e. l. Marcellus. §. res quæ.*

a Quarta, ex singulis rebus detrahi potest.

d ¶ *Fideicommissi*. i. fideicommissarius petet dodrantem. Accur.

e ¶ *Quo*. scilicet cum adiit hereditatem debitoris. Accur.

f ¶ *Officio*. in [b] bonæ fid. ex mora: *vt.* ꝫ. *de nego. gest. l. quia tantundem.*

b Vsurç in bonæ fidei iudiciis debentur officio iudicis ex mora.

g ¶ *Computabuntur*. in illud debitum quod est confusum, & videbuntur fuisse in hereditate, vt sic earum dodrans restituatur, & quarta retineatur: *vt.* ꝫ. *eo. l. postulante. §. sed in huiusmodi.*

h ¶ *Posterioris*. scilicet temporis.

i ¶ *Facta sit*. tunc enim vsuræ & fructus veniunt in restitutione: *vt.* ꝫ. *eo. l. in fideicom. in prin. & §. j. & l. postulante. § sed & in huiusmodi.* Sed si anterioris temporis, id est ante confusionem, veniunt vt hereditaria obligatio: *vt.* ꝫ. *e. l. postulante. §. sed & in huiusmodi. &* ┐ *ea. l. §. qui post.* Hug.

Cum hereditas.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quod restitueret hereditatem meam Seio post annum pone, & decessi postea antequam veniret annus, dictus Titius à me institutus à quibusdā debitoribus hereditariis pecuniam debitam exegit, & à quibusdam non exegit: & illa nomina quæ non exegit, vel pars eorum facta est non soluendo. nunquid periculum eorum pertinere debet ad dictum heredem ex eo quod ipse quædam exegit? & dicitur quod non. & credo quòd hoc intendit dicere hic. §. Viuianus.

k ¶ *In tempus*. i. [c] post tempus: *vt.* ꝫ. *e. l. si patroni. in prin.* Accur.

c In tempus restituere pro, post tempus.

l ¶ *A quibusdam*. sub. & aliis non. nam sufficit [d] si cui vel in paucis, &c. *vt.* ꝫ. *de neg. gest. l. tutori.* nam non tenetur nisi de lata culpa: *vt.* ꝫ. *e. l. mulier. § sed enim.* quam hic non commisit: maximè si filios quos exegit, videbat fieri inopes. Arg. contra. ꝫ. *de admi. tut. l. cum quæritur.* Accursius.

d Amico vel in paucis, benefacere sufficit.

Qui post tempus.] CASVS. Ego habēs multos debitores & creditores institui mihi heredem Titium, & rogaui eū quod post annum pone restitueret hereditatē meam Seio, & decessi. postea iste meus heres exegit à debitoribus hereditariis vsuras quarū dies cessit post mortem meam creditoris. nūquid dictas vsuras tenetur restituere fideicommissario? Et dicitur quòd non. si autem non exegisset dictas vsuras, quarū dies cessit post mortem meam creditoris, actio omniū vsurarum ex Trebel. transfertur in fideic. id est actio earū vsurarum, quarum dies cessit ante mortem meā, & quarum dies cessit post mortem meam. nā hereditaria stipulatio fuit stipulatio dictarū vsurarum: & ideò nec indebiti petitio erit soluenti dictas vsuras fideicommis. aduersus eundem fideicommiss. Sicut autem dictæ vsuræ debent solui fideicommis. per debitorem si heres non exigit eas ante restitutionem hereditatis: ita simili modo & si hereditario creditori non soluātur per heredem vsurç medij temporis, per Trebellianum tenebit fideicommiss. etiam in his vsuris soluēdis creditori: nec ideo pœnæ vel querelæ locus erit contra heredem, quòd ipse heres non soluerit fœnus hereditario creditori de fructibus quos ipse heres recipiebat de hereditate suo iure. nam non tenetur soluere dictas vsuras heres. si autem heres soluerit creditori hereditario fœnus medij temporis, cum hoc facere non teneretur, vt dictum est: eo nomine non erit heredi aliqua retentio contra fideicōmiss. in ipsa restitutione hereditatis, cum heres gesserit in hoc proprium suum negotium. nam & si coactus esset heres reddere creditori sortem ante restitutionem hereditatis factam fideicōmis. nihil vsurarum medij temporis imputaret idem heres fideicom. id est non haberet heres aliquam retentionem contra fideicom. in ipsa hereditatis restitutione propter vsuras quæ possent cucurrisse sorti solutæ creditori per heredem medio tempore ante restitutionem hereditatis si non essent solutæ eidem creditori per eandem heredem. & hanc credo esse intentionem huius. §. Viuianus.

2. ¶ Qui post tempus † hereditatem restituere rogatur, vsuras à debitoribus hereditariis perceptas, quarum dies post mortem creditoris cessit, restituere non cogitur: [m] quibus non exactis, omnium vsurarum actio, nā hereditaria [n] stipulatio fuit, ex Trebelliano transferetur: & ideo nec indebiti repetitio erit. [o] ac similiter hereditario creditori, si medij temporis non soluantur vsuræ, [p] fideicommissarium in his quoque Trebellianum tenebit: nec ideo quærelæ [q] locus erit, quod de fructibus heres quos iure suo [r] percipiebat, fœnus non soluerit. quòd si fœnus heres medij temporis soluerit, eo nomine [s] non erit retentio cum proprium [t] negotium gessit: quippe sortem reddere creditori coactus, [u] fideicommissario nihil vsurarum [x] medij temporis imputabit. 3. ¶ Acceptis [y] centum, centum hereditatem rogatus re-

† Pro materia obuentionum vide plenè per Abba. in c. ad audientiam ij de eccle. ædifi. & c. ex transmissa. de renun. actio.

m ¶ *Non cogitur.* quia [a] iudicio defuncti percepit: *vt.* ꝫ. *eod. l. mulier. §. si heres. & facit optime. ad. §.* ꝫ. *eo. l. postulante. §. sed & in huiusmodi. vsque in fi.*

a Vsuras perceptas, fideicommissario restituere non cogitur hæres, si eas iudicio defuncti percepit.

n ¶ *Nam hereditaria.* interpositio est. Azo.

o ¶ *Erit.* scilicet soluenti vsuras fideicommiss. aduersus eundem. & sic ad proxi. 2. Vel dic ei qui soluit heredi, non competit repetitio contra eundem heredem, & dic non ad proxi. sed ad superius respon. adiungitur. Accursius.

p ¶ *Vsuræ.* ab herede.

q ¶ *Querelæ.* aliàs querelæ. aliàs pœnæ. s. contra heredem. & est [b] aliud in patre qui non soluit vsuras ex fructibus aduentitiorum: *vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi autem in vnum.*

b Vsuras aduentitiorum filij, pater non soluit.

r ¶ *Suo.* id est defuncti iudicio: *vt dixi in prin. huius. l.*

s ¶ *Eo nomine.* id est nomine fœnoris.

t ¶ *Proprium.* sic. ꝫ. *qui po. in pig. ha. l. si prior. & commu. diui. l. in hoc iudicio.* Accursius.

u ¶ *Coactus.* ante restitut. heredit. non autem post: *vt.* ꝫ. *e. l. ita tamen. §. qui ex Trebel. quæ est contra.* 2. Alij dicunt quod etiam hic post restitutionem: & dicunt quod hæc actio peribit propter absentiam fideicom. *vt.* ꝫ. *eo. l. cum hereditas.* Accur.

x ¶ *Vsurarum.* sed pro dodrante sortis sic: *vt. C. eo. l. j.*

y ¶ *Acceptis.* Titius [c] ex asse institutus in hereditate quæ valet. ccc. aureos, rogatus est restituere Seio totā hereditatem acceptis. c. aureis de bursa Seij, dicit quod in suam quartam eos cōputat Titius, vt amplius non detrahat: sicut si de. cccc. quç erāt in hereditate, accepisset eos. c. ex voluntate defuncti. Secundo dicit idem si Titius & Seius sint instituti in hereditate valente, cccc. aureos, & Titius sit rogatus restituere Seio suam partem quæ valet. cc. acceptis. l. aureis de bursa Seij. nam perinde Titius computabit sibi in quartam illos. l. aureos, ac si de ipsa hereditate suā partem accepisset, vt amplius non deducat. Tertio dicit diuersum in prædio: vt si Titius Seio coheredi rogatus sit suam partē hereditatis restituere retento prædio hereditario quod valet. l. nam solam medietatem in Falcidia computabit, quam iure hereditario habet: sed etiā dimidiam non, quam habet à coherede qui habebat dominium: vnde non computat in quartam. suppletur ergo ei Titio. Quarto reddit rationem quare diuersum in pecunia quàm in prædiis: quia pecuniam

c Casum posit Accur.

stituere, totam pecuniam iure Falcidiæ [a] percipere videtur. & ita diui Hadriani rescriptum intellectum est, tanquam si ex bonis [b] nummos retenturus fuisset. [c] Quod tunc quoque respondendum est, cum pro parte hereditatem coheredi suo restituere rogatur. [d] Diuersa [e] causa est prædiorum [f] pro hereditaria parte retentorum. quippe pecunia omnis de portione [g] retineri potest: prædiorum autem alia portio [h] non nisi à coherede qui dominium habet, accipitur. Cum autem [i] prædia maioris pretij, [k] quàm portio hereditatis, [l] essent: in superfluo prædiorum petenti [m] fideicommissario Falcidiam interuenire visum est. concurrentem enim pecuniam compensari placuit.

Partus ancillarum & fœtus pecorum summissi loco capitum mortuorum, non sunt in fructu vel in reditu. Bart.

4. ¶ Hereditatem post mortem suam exceptis reditibus restituere rogatus, ancillarum partus non retinebit, [n] nec fœtus pecorum, qui [o] summissi gregem retinent.

Fructus percepti iudicio testatoris imputantur in quartã: sec9 in his qui percipi potuissẽt à diligẽtissimo patrefamiliâs, non tamen fuerunt percepti. Alexander.

5. ¶ Ante diem [p] fideicommissi cedentem fructus & vsuræ, quas debitores hereditarij, cum postea cessisset dies [q] soluerũt: itẽ mercedes prædiorum ab herede perceptæ, portioni quadrantis imputabuntur.

6. ¶ Cum autem post mortem suam rogatus hereditatem

pecuniam habiliter ex sua portione tenet totam. at prædij partem non potest habere nisi à coherede qui dominium habet. Quinto dicit, hæc vera sunt si prædicta prædia non valent plus quàm portio Titij restituenda: ita quòd Seio bene remanet quarta suæ institutionis, licet hæc prædia Titio det. ¶ Quid autem si non remanet vt ecce Titius & Seius instituti sunt in hereditate valente. cccc. aureos: in qua erant duo prædia quæ valent. ccclxxx. cæteræ res hereditariæ valent. xx. & Titius est rogatus restituere suam partem quæ valet. cc. acceptis prædiis prædictis, & Titius vult tota. cc. restituere etiã Falcidia non deducta, & vult prædia: sed Seius dicit, si hoc fiat, nõ remanet sibi quarta suæ institutionis quæ est. l. Dicit ergo hæc lex ꝙ de cæteris rebus præter prædia quæ cætera valent. xx. debet suo iure habere Seius dimidiã, id est. x. pro alia dimidia in eisdem rebus à Titio restituẽda scilicet pro. x. retinet Titius ex prædiis prælegatis. x. ex sua parte, scilicet Seij quasi hæc. xx. quæ debet Titius in cæteris rebus cum aliis. x. quæ debet Seius, scilicet quæ & ipsa legata videtur: *vt.ꝫ.de leg.ij.l.fideicõmissa.§.cum esset.* vsque ad hanc concurrentem quantitatem fiat cõpensatio: residuũ quod deest ad Falcidiam Seij quæ sunt. xxx. retinet Seius ex eisdẽ prædiis & quod vltra est. restituit: & sic fit hic compensatio generis ad genus: *vt & .ꝫ.si pars here.pe.l.j.§.penul.*

a ¶ *Falcidiæ.* Trebel. de qua hic tractat.

b ¶ *Bonis.* scilicet hereditariis.

c ¶ *Retenturus.* iure hereditario. Azo.

d ¶ *Rogatur.* retentis centum quæ iure hereditario percepit similiter de sua portione, vel dic acceptis centum à fideicom. Azo. *& facit.ꝫ.de here.insti.l.qui non militabat.in prin.*

e ¶ *Diuersa.* retine eundem casum quando coheredi rogatur restituere. nam in extraneo fideicommiss. non assignatur hæc differentia prædiorum & pecuniæ. H.

f ¶ *Prædiorum.* hereditariorum.

g ¶ *De portione.* sua propria: *vt.ꝫ.de lega.ij.l.cum pater.in prin.* nam potest bene vendere suam portionem, & sic habere. c. sed partem prædiorum coheredis non potest habere nisi de voluntate eius. *& facit infra de solu.l.si is cui. & supra si cer.peta. l. nam. & si in fin.*

h ¶ *Alia portio.* præter eam quæ tangit eum hereditario iure. ¶ Et no. quod extra [a] quartã est quod à coherede accipitur: *vt hîc, & .ꝫ.ad le.Fal.l.in quarta.*§.j. Sed contra. *C.fami.ercisc un.l.filiũ.* Solu. vt ibi. & dic vt not. *ꝫ.ad leg.Falcid.l.Titia.*

[a] Extra quartã an sit quod ab herede percipitur.

[b] Casum ponit Accurs. secundum Azo.

i ¶ *Cum autem.* Hic [b] dicas casum vt dixi, Vel dic secundum Az. Ego sum institutus in. xj. vnciis, tu ex vna qua iussus es mihi restituere retentis prædiis magni pretij. pone vncia valet. v. prædia. xv. etiam vncia detracta. cum ergo tu mihi in. v. ego tibi in. xv. tenear, fiet compensatio in. v. hincinde. residua vero. x. præstare debeo ex causa prælegationis: sed quia aliàs sum grauatus, etiam de hac prælegatione detraham Falcidiam. si autem non essem grauatus, non detraherem: *vt.ꝫ.ad legem Falc.Nesennius.*

k ¶ *Maioris pretij.* adeo maioris, vt excedat dodrantem. Azo. maximè secundum primam positionem.

l ¶ *Hereditatis.* restituendæ,

m ¶ *Petenti.* i. si fideicõmissarius velit habere Falcidiam. & construe, visum est interuenire, id est cõpetere Falcidiam in superfluo prædiorũ fideicommiss. petenti. i. si ipse vult quartam habere. Item not. quòd omnia quæ capio ego institutus ab extraneo, computo in quartam Trebel. vt in principio hujus. §. si vero à coherede, aut pecuniam, & totã videor capere iure hereditario, & sic computo in quartam, quasi nullum ius in ea videatur habuisse coheres. si autem corpus, aut non hereditariũ, & tunc idem. aut hereditarium, & tunc pro parte coheredis non computo: *vt hîc, & dicta.l.cum pater. & .l.in quarta.§.ij.* Accur.

Hereditatem post.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd hereditatem meã restitueret Seio post mortem suam Titij, exceptis reditibus. & decessi. & postea dictus Titius extitit mihi heres, & vixit per biennium pone, & postea decessit, & extitit ei heres Gaius pone. nunc Gaius volens restituere dicto Seio hereditatem, sicut & Titius tenebatur, volebat in ipsa restitutione retinere sibi partus ancillarum hereditarariũ, quasi & ipsi partus cõtineantur appellatione redituum exceptorum per testatorem. nũquid potest? Et dicitur quòd non: nec etiam poterit retinere fœtus pecorum qui fœtus submissi gregem retinent: quia nec hi continentur appellatione redituũ. & hæc credo esse vera siue ante moram restituendæ hereditatis, siue post nascantur partus vel fœtus prædicti. Sed secus est in fructibus & vsuris & mercedibus prædiorum hereditariorum: quia in eis distinguitur vtrum ante moram restituendæ hereditatis percipiantur, an post: vt si ante percipiantur, portioni quadrantis, quem quadrantẽ retinet de hereditate restituens, imputẽtur subaudi, & superfluum eorum lucretur heres, quia iudicio testatoris percepit. & ita si ante percipiantur, vt dixi, lucretur eos heres: licet imputentur in quadrãtem, & superflui à quadrante restituerẽtur fideicommissario: *vt.ꝫ.eo.in fideicõmissaria.ij.respon.* Et hoc quod dixi de fructibus & vsuris & mercẽdibus, colligo ibi, ante diẽ fideicommissi &c. vsque illuc, cũ autem &c. Sed quid si fideicommissarius ita dicat dicto Gaio restituenti ei hereditatem, & quartã retinere volenti: Titius heres qui rogatus fuit mihi restituere hereditatem post mortem suã, potuit distrahere res hereditarias ante mortem suam, & potuit consequi vsuras ex sortibus prædiorum earum rerum si eas vẽdidisset. vnde quia noluit eas distrahere, sed potius eis vti, ita bene videtur percepisse vsuras propter vsum medij temporis quẽ habuit in rebus hereditariis, ac si eas distraxisset, & ex pretiis earum vsuras habuisset. vnde eas vsuras debet tibi imputare in quadrantẽ siue quartã Trebellianicã. nunquid in hoc est audiẽdus fideicom. Et dicitur ꝙ non: quia heres non cogitur res hereditarias distrahere, & ex pretio fœnerare: sed potest eis vti donec viuet: & si eo eis vtente pereant mancipia aut vrbana prædia hereditaria, nõ cogitur præstare periculum eorũ. sed quãuis vsuras propter vsum non debeat restituens imputare sibi in quadrantẽ, nihilo minus tamen vsus prædictus deminuit quadrantẽ. i. fructus prouenientes ex vsu ipsi heredi. i. quãuis periculum mancipiorũ aut vrbanorum prædiorũ præstare non cogatur heres, nihilo minus tamẽ casus eorum deminuit quadrantẽ quẽ potest retinere heres siue heres heredis post morã in restitutione hereditatis faciẽda: quo casu tenetur heres de casu vel etiã ante morã si cõtingit casus dolo vel lata culpa heredis, siue heredis heredi. & tunc totũ imputatur in quartã, & superfluũ restituere debet fideicom. *vt.ꝫ.eo.mulier..§.sed etiam.* Viuian.

n ¶ *Non retinebit.* Imò videtur cõtra in partu: *vt.ꝫ.de vsur.l.Paulus respon.§.heres.qua est contra.* Sol. hic fuit natus post morã, ibi ante. Item hic in ancilla aliena. cæterũ si erat testatoris, etiã ante morã nati vidẽtur venire in restitutione: *vt.ꝫ.de vsu.l.Herennius Modestinus respons.* Sed certè ibi fuit simpliciter ancilla legata: hic sine reditu. vnde etiam in ancilla testatoris serua, fuerit editus ante moram, vel post. ¶ Item & no. hic partum [a] contineri appellatione reditus, [b] secus in vsufru. *vt arg. contra supra de vsur.l. in pecudum.*

o ¶ *Qui.* s. fœtus. *& facit.ꝫ.de vsufruc.l. vetus. & facit.ꝫ.ad leg. Fal.l.Paulus respon.*§.j. Accur.

p ¶ *Ante diem.* fuit enim rogatus restituere post. v. an.

q ¶ *Cessisset dies.* sc. restituendæ hereditatis. prius tamen soluerunt. Alij dicunt cessisset dies scilicet debitorum. quia fuerunt in mora, & soluerunt vsuras heredi ante diem fideicomissi. & secundum vtrũque modum dic quòd in quartã imputat, & superfluum lucratur: quia percepit iudicio testatoris: *vt not.ꝫ.eo.l.in fideicommissaria.in princi.* & idem in fructibus. *& facit.ꝫ eo.l.heredes mei. in prin. & .l.postulante.§.sed in huiusmodi. & .ꝫ.eo.l.j. vsque in fi. & .ꝫ.ea l.§.qui post.*

[a] Reditus appellatione continentur partes.

[b] Bald. in l. fundi Trebatiani. i. col. ꝫ. de vsufr. lega. dicit idem esse reditũ & fructũ. sed Spe. in titu. de lura. dicit redit9 esse generalius verbum, quàm fructus. in. l. j. pe. col. Vers. illud autẽ circa med. quod etiam tenet Gl. in c. generali de elect. in. 6. in verbo reditus.

a Hæres rogatus restituere hereditatem post mortem suam nō cogitur res hæreditarias distrahere, nisi tempore perituræ sint.

a ¶ *Non cogatur.* nisi [a] res perituras: *vt supra eodem. l. mulier. §. sed enim.* Sed quid si distraxerit? Respond. dic, *vt supra eodem. l. Titius. Ro.*

b ¶ *Heres.* à fideicommissario.

c ¶ *Eorum.* s. mancipiorum. nam si reciderint, id est mortua fuerint: licet non teneatur heres ad æstimationē eorum præstandam, fideicommiss. tamen tenetur vt computet carnem vel carnis pretiū in quartam, secundum Azo. quod in cæteris animalibus posset dici, non in seruo, cuius caro nil valet eo mortuo: *vt. C. de lib. cau. l. principalis.* 2. Dic ergo secundum. H. quòd vsum dum viuit, computat in quartam, id est fructum propter vsum sed vsuram illius vsus non. 3. Sed adhus nō videtur plene exponi quæ dicit casus eorū Vnde dic [b] post moram quando tenetur de casu, vel [c] etiā ante, si contingit casus dolo vel lata culpa heredis, & [d] tunc totum imputat, & superfluū reddit: *vt. s. eo. l. mulier. §. sed enim & fac. s. de fun. instru. l. iij. circa prin. & . s. e. l. scribit Celsus.*

b Hęres restituere rogatus, post morā tenetur de casu rerum restitutioni obnoxiarum.

c Hæres restituere rogatus tenetur de casu ante morā si casus accidit eius dolo vel lata culpa.

d Hęres restituere rogatus, in suā quartā imputare debet casum rerū hęreditariarū, si is euenerit post morā vel per culpā & dolum eius.

restituere, res hereditarias distrahere non cogatur [a] heres: [b] sortium quæ de pretiis earum redigi potuerunt, vsuræ propter vsum medij temporis perceptæ non videbuntur. Denique nec periculum mancipiorum, aut vrbanorum prædiorum præstare cogitur. sed nihilo minus vsus & casus eorum [c] quadrantem quoque deminuit.

Rogatus restituere quod ex hereditate superfuerit, non tenetur ad fructus nec ad luendas res bona fide pignoratas. Bart.

7. ¶ Quod ex hereditate superfuisset, cum moreretur restituere rogatus, fructus superfluos restituere non videtur rogatus: cum ea verba deminutionem quidem hereditatis admittunt, fructuum autem additamentum non recipiant.[d] 8. ¶ Heres eius qui bonorū superfluum post mortem suam restituere fuerat rogatus, pignori res hereditarias datas, si non in fraudem id factum sit, liberare non cogitur.[e]

Additio quæ fit coacte, naturalem obligationem non perimit. Item dominium rei pignoratæ quod peruenit ad creditorem irreuocabiliter, non perimit hypothecariam. Bart.

LIX. PAVLVS *libro quarto Quæstionum.*

Debitor sub pignore creditorem heredem instituit, eúmq; rogauit restituere hereditatē filiæ suæ, id est testatoris. cū nollet adire vt suspectā, coactus iussu prætoris adiit, & restituit. cum emptorē pignoris nō inueniret, desiderabat permitti [f] sibi iure dominij id possidere. Respondi: Aditione quidē hereditatis cōfusa obligatio [g] est: videamus autem, ne & pignus liberatum sit, sublata naturali [h] obli-

Quod ex hereditate.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eū quòd restitueret Seio illud quod ex hereditate mea fuisset cum moreretur idē Titius, & decessi. & Titius extitit mihi heres, & vixit forte per biennium, & interim habuit multos fructus ex hereditate mea. & postea decessit, & habuit heredem Gaium, & tēpore mortis eiusdē Titij supererant multi de dictis fructibus. certè Gaius heres dicti Titij non tenetur restituere Seio fideicō. fructus dictos superfluos cum dicta mea verba qui institui heredem Titium, non recipiant additamentum fructuum, licet deminutionem hereditatis admittant. s. vt heres posit deminuere de hereditate. s. sine fraude, & etiam pignorare rem hereditariam sine fraude. & si heres prædicto modo rogatus rem hereditariam pignorauit sine herede, heres ipsius heredis eam à creditore liberare non cogitur. & hoc credo quod velit dicere vsque ad fi. l. Viuianus.

e Fruct⁹ superfluos nō cogitur restituere, hæres eius, qui rogatus est restituere, quod ex hæreditate superfuisset. Causa autē hęc videtur fuisse, quod fructus non fuit hęreditatis.

d ¶ *Non recipiant.* & [e] *facit. s. eo. l. Titius. & . l. in fideicommissaria. §. j. & . j. proxi. §.* Accur.

e ¶ *Non cogitur.* vt. s. [f] *eo. l. Titius in princ. & . §. j.*

f Pignus luere nō cogitur hęres eius, qui bonorum superfluum restituere rogatus est.

Debitor sub pignore.] CASVS. Titius erat debitor Seij in quinquaginta, & obligauerat ei pro hoc Infortiatum suum, & habebat hic Titius filiam nomine Semproniā pone. hic Titius debitor instituit sibi heredem dictum Seium creditorem, & rogauit eū quod restitueret hereditatē dictæ suæ filiæ, & decessit hic Titius. cum autem dictus creditor nollet adire dictam hereditatem, vt suspectam, coactus fuit à prætore vt eam adiret, & ita eam adiuit, & restituit dictæ filiæ testatoris, & retinuit sibi dictū Infortiatū obligatum sibi à testatore: & cum nō soluerentur ei dicta quinquaginta, denūtiauit dictę filię testatoris vt solueret ei debitum. & postea permisit currere biennium secundum consiliū legis. *C. de iure domini; impe. l. fin. §. sin autem nulla.* & cum secundum consilium dictæ legis liceret ei vendere Infortiatum, non potuit inuenire emptorem: vnde desiderabat secundum cōsilium dictæ legis permitti sibi vt iure dominij possideret dictū Infortiatum. quæritur, nūquid posit hoc consequi? Et videtur quod non: quia cū adiuit hic creditor hereditatē debitoris sui, confusa fuit obligatio de dictis quinquaginta, si confusa fuit obligatio, ergo non videtur quod pignus prædictum remaneat eidem creditori obligatum. si nō remanet ei obligatum, quo modo impetrabit vt illud possideat iure dominij? Certè videtur quod non. Sed circa hoc vtrū pignus sit liberatum, vel non, insistendum est: siue possidet creditor idémque heres institutus Infortiatum siue nō possidet. & certè si possidet creditor Infortiatum. nulla actione à fideicommissario siue fideicōmissaria prædicta conueniri potest: ergo neque pignoratia, ea ratione quòd sit hereditaria actio, siue quamuis sit hereditaria actio, neque actione ex testamento repetetur per filiam testatoris quasi minus restituerit ei dicere creditor ex eo quo non restituit ei Infortiatum, quod quidem facere posset dicta filia testatoris si nullum pignus intercessisset. hic autem intercessit pignus, & adhuc durat. possidet enim Infortiatum quasi creditor. sed & si fideicommissarius siue fideicommissaria prædicta retineat apud se Infortiatum, & hic siue in hoc casu Seruiana siue hypothecaria actio locum tenebit, siue locum habebit, vt scilicet possit ea agere creditor idémque heres contra fideicommissariam vt ipsa restituat ei Infortiatum quamuis enim aditione hereditatis confusa fuerit obligatio, vt dictum est verum est tamen non esse solutam pecuniam creditori. vnde non est mirum si habet hypothecariam creditor: cum adhuc duret pignus, quemadmodum dicimus durare hypothecariam creditori cum amissa est actio eiusdem creditoris propter exceptionem scilicet temporis. patet ergo quòd non tantùm retentio Infortiati cōpetit creditori prędicto eidemque heredi, cum illud possidet: sed etiam petitio cum nō possidet. Scias etiam quòd si dicta filia soluat dicto creditori dictum Infortiatum, non poterit repetere vt indebitum: quamuis aditione hereditatis confusa fuerit obligatio, vt dictū est. remanet ergo propter pignus naturalis obligatio: vt scilicet remaneat naturaliter obligatum, licet obligatio personalis ciuilis & naturalis sit ipso iure confusa per dictam aditionem hereditatis. bene ergo potest dictus creditor impetrare vt iure dominij possideat Infortiatum, secundum consilium dictæ legis. C. de iure dominij impetrando, cum emptores pignoris, id est Infortiati, non inueniantur. prædictam autem imbrigationem & subtilitatem circa pignus posuit iurisconsultus qui condidit hanc legem, cum dictus testator vel aduocatus eius qui tempore quo prætor coegit eundem creditorem adire hereditatē debitoris sui, nihil dixit de debito suo quinquaginta librarum pro quo habebat obligatum Infortiatum. nam si re integra. id est antequam cogeretur adire hereditatem debitoris, dixisset vel allegasset coram prætore se non esse compellēdum adire nisi prius de indemnitate dicti sui debiti esset ei cautum à fideicōmissaria filia debitoris eiusdémque testatoris, vel nisi soluta essent ei dicta quinquaginta: bene audiuisset eum prætor, & non fuisset ei necessarium disputare de pignore. & non videatur tibi mirum si prætor exaudiuisset eum circa damnum debiti sui vitandum: quia & cum de lucro heres scriptus adsit coram prætore petendo vt non cogatur adire nisi lucrum consequatur, est bene audiendus, puta quia fuit heres institutus, & rogatus de restituenda hereditate alij, & legatum fuit heredi relictum ab eodem testatore si heres non existeret: quo quidem casu responsum est à sapientibus non esse eum cogendum adire nisi legato prædicto præstito ei à fideicommissario qui petit eum cogi adire: in quo etiam casu posset dici ab aliquo causa disputandi non esse cogendum dictum heredem adire, etiā si legatum ei offeratur per fideicōmissarium: quia quodammodo videretur heres cogi adire cōtra voluntatem tacitam defuncti. qui defunctus legando heredi si non adiisset hereditatem, tacitè posuit in ipsius heredis voluntate vtrum adiret, vel nō adiret. sed quamuis ita posset dici disputando per aliquem, tamen contrarium est. nam quamuis testator in hoc casu alterutrū dederit heredi tacitè. vt scilicet vel adiret & restitueret hereditatem, vel abstineret, & legatum acciperet, nos tamen præstamus ei heredi vtrumque. s. vt adeat hereditatem, & eam fideic. restituat: item & legatum habeat à fideicom. nam, vt dixi, responsum est à sapientibus non esse cogendum adire eum, nisi legato ei præstito per fideicōmissarium qui petit eum cogi adire. & hoc credo quod velit dicere hæc lex, licet non multum apertè. Viuianus.

f ¶ *Permitti*, aliàs remitti: aliàs permitti, id est concedi.

g ¶ *Obligatio.* ciuilis, [a] quasi [b] solutione: *vt. s. de lib. lega. l. si id quod.* de naturali an tollatur, dic vt statim dices.

h ¶ *Naturali.* & ciuili, [c] quod videtur. *j. de reg. iu. l. cū principalis.*

a Aditione hæreditatis seu adeundo hæreditatem debitoris creditor, ciuilis obligatio eius confunditur.

b Aditionis hæreditatis & solutionis similitudo.

c Aditione hæreditatis seu adeundo hæreditatem debitoris creditor naturalem etiā obligationem amittit.

Sine

gatione. atquin siue possidet [a] creditor actor idemque heres rem, siue non possidet, videamus de effectu rei. Et si possidet, nulla actione à fideicommissario conueniri potest: neque pigneraticia,[b] quoniam hereditaria est actio: neque fideicommissum, quasi minus [c] restituerit, rectè petetur: [d] quod eueniret [e] si nullum pignus intercessisset. [f] possidet enim eam rem quasi creditor.

b ¶ *Aliqua ex causa.* s. iusta quæ restitutionem inducit: *vt. ʒ. qui. ex caus. maio. l. j. per totum. & ʒ. de mino. l. j. & facit. ʒ. eod. l. nam quod. §. j.*

Admonẽdi autem.] CASVS. Gaius non soluẽdo existens quantum ad creditores suos instituit sibi heredem Titium locupletem, & seruum suum Stichum liberum esse iussit directo vel per fideicommiss. non facio vim. & rogauit dictum Titium heredem hereditatem eidem seruo restituere. & decessit dictus Gaius testator. Titius autem heres institutus dicit hereditatem Gaij sibi esse suspectam, & ideo recusat eam adire. nunquid dictus Stichus liber esse iussus potest desiderare & petere coram prætore vt dictus Titius cogatur adire, & sibi Sticho restituere? Et videtur quòd non: quia etiam si desiderante dicto Sticho Titius adiret hereditatem, tamen non potest competere libertas dicto Sticho quasi in fraudem creditorum data: licet Titius heres sit locuples. si non potest libertas competere Sticho, nec ergo potest ei restitui hereditas. si non potest ei competere libertas, nec restitui hereditas, ergo non potest petere coram prætore vt dictus Titius cogatur adire & restituere sibi Sticho. & hæc habent locum secundum verba & sententiam legis Æliç Sentiæ, quæ verba & sententia in hoc conueniunt, vt non valeat libertas in fraudem creditorum relicta. permittitur tamen quòd vnum seruum tantum testator non soluendo existens instituat directo, & cum libertate directa vel fideicommissaria etiam in fraudem creditorum: *vt Instit. qui ma. non pas. in prin. & §. j.* Non autem loquitur de danda hereditate seruo per fideicommissum ab alio herede instituto. sed sententia eiusdem legis Æliæ Sentiæ trahitur vt & libertatem habeat directo vel per fideicommiss. etiam si non directo sit institutus seruus, sed per fideicom. quantum ad effectum sit heres, vt est in nostro casu. nam cum Titius sit institutus heres, & rogatus dicto seruo hereditatem restituere: perinde habẽdum est ac si is seruus solus esset scriptus liber & heres, & perinde habendum est similiter ac si dictus Titius non esset heres institutus, cum voluerit testator non remanere hereditatem apud Titium: sed seruo per eum Titium restitui. vnde secundum quod vltra porrigitur sententia dictæ legis, vt dictum est, videtur quòd dictus Stichus posit facere cogi dictum Titium adire & restituere sibi Sticho. Viuianus.

c ¶ *Iusserit.* directo. idem si per fideicommissum: *vt. ʒ. de here. insti. l. si non lex. §. j.* Accursius.

d ¶ *Locuples.* ad hoc. *ʒ. de manu. testa. l. si quis locuples.*

e ¶ *Legis.* verba & sententia conueniunt vt non [a] valeat libertas relicta in fraudem creditorum, nisi quòd vnum permittit institui directo etiam in fraudem creditorum: *vt Instit. qui ma. non poss. in prin. & §. j.* sed sententia trahitur etiam si per fideicommiss. effectus sit heres, vt & libertatem habeat directo, vel per fideicommiss. *vt hic, & d. l. si non lex. §. j. & ʒ. de mili. test. l. neque. §. j.* & dic de his *vt no. ʒ. eo. l. si res. §. j. & l. si cui. & l. mulier. §. non est.* Accur.

a Libertas relicta in fraudem creditorum an & in quibus valeat.

Si eius pupilli.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium suum filium qui erat pupillus, & eidem pupillo substituit Gaium, & rogauit dictum substitutum per fideicommissum vt hereditatem dicti pupilli mihi restitueret, & decessit dictus Titius, & pupillus extitit ei heres, vel etiam habebat alia sua bona idem pupillus. procedente tempore Sempronius mutuauit. c. dicto pupillo sine tutoris auctoritate, & sic tenebatur dictus pupillus tantum naturaliter dicto Sempronio. & postea decessit pupillus, & dictus substitutus habuit hereditatem eius, & eã mihi fideicommis. restituit ex senatusconsulto Trebelliano. certè si ego fideicommissarius soluam postea dicta. c. dicto Sempronio creditori, non repetam ab eo, quamuis crediderit pupillo sine tutoris auctoritate? quia naturalis obligatio qua tenebatur pupillus, & quæ in me fideicommis. transiuit, inhibet repetitionem. si autem heres, id est prædictus substitutus pupilli soluat dicto creditori post restitutionem hereditatis mihi factam per eundem heredem, siue substitutum, repetet à creditore non ob aliud siue alia ratione, quàm quòd ab eo herede siue substituto intelligitur translata naturalis obligatio in me fideicommissarium. si autem econtra hereditas eius creditoris cui pupillo sine tutoris auctoritate credidit, mihi restituta sit ex Trebelliano senatusconsulto, & soluerit pupillus mihi fideicommissario, non repetet à me iure communi. at si heredi dicti creditoris qui heres restituerat mihi hereditatem, soluerit dictus pupillus, repetet ab herede non repetiturus pupillus ab eodem herede si ante restitutionem hereditatis mihi per heredem factam soluisset eidem heredi. & hanc esse intentionem credo huius. l. *vsque ad. §. si necessarij.* [SI NECESSARII.] Institui mihi heredem filium meum sub conditione leuissima, puta si daret. xxx. sol. Titio, & rogaui eundem filium meum vt hereditatem meam restitueret Gaio & Sempronio. certè cogitur dictus filius adimplere cõditionem prædictam. & adire hereditatem, & restituere eam fideicommissariis, id est dictis Gaio & Sempronio Viuian.

f ¶ *Restituta.* scilicet ab eo qui pupillo erat substitutus directo, quod fieri potuit etiam exheredato: *vt supra e. l. ita tamen. §. à patre.* Accursius.

g ¶ *Non repetam.* quia naturalis [a] obligatio inhibet repetitionem: *vt. ʒ. de condic. inde. l. Iulianus.*

a Naturalis obligatio inhibet repetitionem soluti.

h ¶ *Si heres.* prædictus institutus.

i ¶ *Post restitutionem.* hereditatis mihi factam.

k ¶ *Soluat.* creditori.

l ¶ *Non ob aliud.* i. non alia ratione &c. q. d. quia ipse non tenebatur pupilli nomine: vtpotè translata [b] in me naturali obligatione. sic ergo heres siue substitutus nec ciuiliter tenetur, quia nulla est: nec naturaliter, quia in me translata: *vt hic, & supra eodem. l. quamuis. & l. si heredi eius.* & quod dicit. *ʒ. eodem. l. j. §. j.* quòd habet heres except. post restitutionem quasi adhuc remaneat obligatus, verum est quando prima erat ciuilis & naturalis, hic naturalis tantum.

b Fideicõmissi restitutione facta, remanent apud heredem directæ actiones, si obligatio naturalis simul & ciuilis fuit: secus si naturalis tãtũ. tunc enim nihil remanet penes heredẽ, quoniam naturalis tantũ nõ potest diuidi in directam & vtilem: & hoc verius est: licet contrariũ notetur *in d. l. si a lienus. ʒ. de lega. 2.*

m ¶ *Eius.* s. creditoris.

n ¶ *Crediderit.* & sic naturaliter tantum tenebatur pupillus.

o ¶ *Mihi.* scilicet fideicommiss. ¶ Et no. quòd tria facit: quia aut soluit fideicommissa. post restitutionem, & non repetit iure communi: vt hic. Aut coheredi post restitutionem, & tunc repetit iure communi cõdictione indebiti, cum nec naturaliter ei tenebatur. Aut heredi ante restitutionem: & tunc non repetit iure communi, vt hic subiicit. per restitutionem tamen in integrum repetit iure primo & tertio casu: *vt Cod. si aduer. solu. leg. indebito.*

sed P.

sed P. dixit pupillum sine restitutione repetere naturale debitum solutum per hoc medium. Respond. ibi, at si heredi &c. sed certè ibi, vt dixi, nec naturaliter tenebatur. Sed contra P. est primum & tertium dictum, quibus dicitur non repeti, quod exposui. s. sine restitutione. Item pro eo. ſ. *de condic. inde. l. interdum.* Sed ibi per restitutionem, vt ibi not. Item potes addere distinctioné quam habes. C *de inut. stip. l. j.*

heredi soluerit, [a] repetet, [b] non repetiturus si ante restitutionem soluisset. [c]

a ¶ *Soluerit.* post restitutionem.

b ¶ *Repetet.* ab herede. Accur.

c ¶ *Soluisset.* s. heredi.

Etiam necessarij heredes coguntur parere conditioni, & adire & restituere. Bart.

1. ¶ Si necessarij [d] heredes sub conditione quamuis [e] leuissima [f] heredes sint instituti, cui parere [g] solent: dicendum est cogi restituere [h] hereditatem desiderantibus his quibus restituere rogati sunt: quia etiam necessarij heredes fideicommissæ hereditatis restituendæ gratia conditioni parêre erunt compellendi.

d ¶ *Necessarij.* s. filij vel serui, qui possunt institui & rogari de restituendo: *vt. ſ. eo. l. recusare. §. j. & l. ita tamen. §. si pater.*

e ¶ *Quamuis.* habeas quauis. i. qualibet. non habeas quamuis.

f ¶ *Leuissima.* secus [a] si difficili: *vt supra eod. l. sicut. §. fin. & l. facta. § si sub conditione.* & si est filius sub conditione potestatiua. aliàs non valet institutio, nisi esset exheredatus in eius defectum: *vt. C. de institu. & substitu. l. si pater.*

a Conditionis facilis & leuissimæ differentia.

Heres heredis decedentis ante restitutioné cogitur restituere: & quatenus res extát, transibút actiones. B.

2. ¶ Si quis † rogatus restituere hereditaté, decessit antequam eam restituat, heres eius poterit [i] hereditaté restituere, & ex Trebelliano senatusconsulto transibunt actiones. Sed si duo ei heredes extitissent: vti quisq; restituisset, pro ea parte trásituras actiones. Nam & si ipse [k] partem restituisset, pro parte interim transituras verius est. Sed & si plures heredes extiterút ei qui rogatus est restituere hereditaté: si quidá interim restituerint, vel cum ei cui [l] restitui debuit, plures heredes extiterint: vt cui restituta erit, is pro ea parte ex hoc senatusconsulto habebit actiones.

† De herede heredis grauati supple [illegible] per Bald. in. l. post mortem. C. de [illegible] dictum.

g ¶ *Cui parere solent.* scilicet etiam viuenti. i. Vel dic magis quàm extraneo.

h ¶ *Restituere.* impleta conditione quam coguntur implere: vt statim subiicit. Accursius.

Si quis rogatus] CASVS. Institui mihi heredem Titium: & rogaui eum quòd restitueret Seio hereditatem meam: & decessi. dictus autem Titius decessit postea, & antequá restitueret Seio hereditatem. certè heres eiusdem Titij poterit hereditatem restituere Seio: & ex Trebelliano senatusconsulto transeunt actiones hereditariæ in Seium restituta sibi hereditate per heredé Titij. sed si duo extitissent heredes ei Titio à me instituto, vnusquisque heredum eiusdem Titij restituisset Seio pro ea parte transituras actiones in Seium. nam & si ipse Titius à me institutus restituisset Seio eam parté quam dictú est vnum de heredibus Titij restituisse Seio, verius est quàm contrariú interim ꝑ parte trásituras actiones in Seium fideicommissariú. & hoc vsque ad versi. sed & si plures &c. & ibi proponit duas quæstiones, & nó soluit nisi vltimam, quasi prima satis sit soluta supra. & dicit, sed & si plures heredes extiterint ei Titio à me instituto qui per me rogatus est restituere hereditaté Seio, si quidá de heredibus Titij restituerint Seio interim, siue antequam coheredes eorum, hoc est vnus sequitur alium: vel ei Seio cui restituere debuit Titius, plures heredes extiterint: certè in ista secunda quæstione ita respondeo, vti Titius heres restituerit cui siue alicuí de heredibus fideicommissarij Seij, is heres fideicommissarij habebit actiones hereditarias ex hoc senatusconsulto Trebelliano pro ea parte quæ sibi restituta est per Titium heredem. Viuian.

i ¶ *Poterit.* Sed an cogatur etiam adire? dic vt diximus. ſ. *eo. l. ille à quo. §. j.* Item an heres fideicommissum recipere? dic vt dixi. ſ. *eo. l. apud. § virum. & l. postulante. in princ.* Accur.

k ¶ *Ipse.* i. heres defunctus.

l ¶ *Cui.* i. alicui. Accur.

Si patronus.] CASVS. Stichus libertus Titij fecit testamétum, & exheredauit filios suos: & dictum Titium suum patronum heredem instituit ex parte debita ipsi patrono in bonis liberti eiusdem, quæ est dimidia iure isto: & rogauit eundé patronum quòd dictam parté restitueret dictis suis libertis exheredatis, & decessit dictus libertus. certè si sua sponte adierit patronus dictá partem in qua fuit institutus, erit locus Falcidiæ, id est quartæ Trebellianicæ, vt patronus posit eam detrahere cum restituit filiis liberti dictam partem. si autem coactus à prætore adierit, patronus non tenebit quartam: imò transibunt actiones ex hoc senatusconsulto Trebelliano insolidum in eos filios liberti, de quibus supra dictum est. Viu.

Patronus potest grauare libertos liberti etiam in debita portione. Bartolus.

3. ¶ Si patronus ex parte debita [m] heres institutus, rogatus fuerit eam libertis exheredatis defuncti liberti restituere: si sua sponté adierit, erit Falcidiæ locus. Si coactus, insolidum transibunt in eos actiones [n] ex hoc senatusconsulto.

m ¶ *Debita.* s. dimidia [a] iure isto: in qua poterat grauari liberis defuncti liberti: *vt not. ſ. eo. l. ita tamen. § si patronus.* non extraneis: *vt. ſ. eo. l. patronus.* Accursius.

a Legitima patroni.

n ¶ *Transibút in eos.* filios liberti. aliàs est, in eum. & sic mutat numerum: *vt. C. de in ius voc. l. si.* Accur.

Hereditatis restitutio fit seruo domino volente, vel ratum habente: vel etiam ipsi domino, licet in hereditate debeat præcedere iussus, & sequi aditio serui. & in bonorum possessione serui voluntas requiritur. Bartolus.

LXV. IDEM *libro quinto Fideicommissorum.*

SEruo, [o] inuito domino vel ignoráte nó rectè restituetur hereditas: sed si postea ratum habuerit, [p] cófirmabitur restitutio: verùm ipsi domino adquirentur actiones: nec quia hereditatis adquisitioni similis [q] est hæc restitutio, iussum præcedere oportet. Sed, vt dictú est, etiam ratihabitio subsequi poterit, exemplo bonorum possessionis. Neq; interest quod ad propositú [r] attinet, ipsi domino, an seruo quis rogetur restituere hereditatem: nec † in ea re cósensu aut opera serui opus est. Atquin in bonorú possessione, vel in adeunda hereditate

SEruo inuito domino.] CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium: & eum rogauit quòd hereditaté suam restitueret testatori Gaio, siue Sticho seruo eiusdem Gaij: & decessit dictus Titius. nunquid Seius heres potest rectè restituere hereditatem dicto Sticho seruo, inuito vel ignorante domino suo prædicto? Et dicitur ꝙ nó. sed si postea quàm facta est restitutio seruo, ratum habuit dominus, confirmabitur restitutio facta seruo: ipsi tamen domino adquirétur actiones hereditariæ. Sed oppono, hęc restitutio quæ fit ex Trebelliano, est similis adquisitioni hereditatis: quia quantum ad effectum heres est & fideicommissarius cui restituta est hereditas. in hereditate autem adquiréda per seruum, oportet præcedere iussum domini, & nó sufficit ratihabitio postea subsequens. ergo idem videtur debere esse in hac restitutione. Sed non est verum: imò, vt dictum est, etiam ratihabitio subsequi poterit in hac restitutione, sicut & sufficit in bono. posses. ratihabitio. nec est opus consensu aut opera serui in hac restitutione. itaque si qui rogati restituere hereditatem seruo dictant suspectam hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire hereditaté, & restituere. & non est necessarium quòd seruus interponat in hoc consensum suum vel operam. atquin in bono. poss. vel in adeunda hereditate consensus eius serui necessarius est. & hanc credo esse intentionem huius. l. vsque ad §. si testator. saluo meliori intellectu. Viu.

o ¶ *Seruo.* cui seruo quis erat rogatus restituere hereditatem. Accursius.

p ¶ *Habuerit.* s. dominus.

q ¶ *Similis.* nam in [b] effectu est heres: *vt. ſ. quod cú e. l. si filius. §. j.* & loco heredis: *vt Inst. de fideicommis. hered. §. restituta.* in [c] hoc tamen differt, quia [d] in hereditate oportet præcedere iussum: *vt supra de adquir. here. l. si quis mihi bona. §. iussum.* hic tamen sufficit ratihabitio: [e] *vt hic, & ſ. eo. l. si legatus. § si filio.* sicut in bono. poss. ratihabitio: *vt hic, & ̄j. de bonor. posses. l. iij. §. adquirere. & no. de ratihabit. vt no. C. ad Maced. l. fin.* Item dicit si seruus appellat, quòd dominus potest ratum habere: *vt. C. de appel. l. credi-torum.* H. contra: quia non habet personam standi in iudicio: *vt. C. de iudi. l. seruus.* Item in adquisitione inter viuos, etiam inuito: *vt ̄j. de adquir. re. do. l. etiam inuitus.* idem in legato. nam etiam ignoranti quæritur: *vt. ſ. de leg. ij l. cum pater. § surdo.* & tantùm commodum afferunt: *vt. ſ. man. l. si hereditatem.*

r ¶ *Propositum.* i. Treb. restitutionem. Accur.

† In fideicommissi restitutione non requiritur consensus serui: licet in aditione hereditatis requiratur. Ratio differentiæ est, quòd per eos qui in nostra potestate sunt, adquiri nobis non possunt iura quærendi, sed iura tantum prosequendi. *l. prætia rerum. ſ. ad l. Falcid.* Adita vero hereditatem aut petere bonorú possessioné, non est iuris quæsiti, sed quærendi. Restitutionem fideicommissi petere, est iuris etiam quæsiti persequendi: quæsiti inquam ex testamento, v. Bart. *in. l. in potest. ſ. de adquir. here.*

b Fideicómissarius effectu est heres & loco heredis.

c Fideicómissarius in quibus differat ab herede.

d In hereditate quærenda per seruum, iussus domini præcedere debet: in bonorum possessione & Trebellianicæ restitutione secus: sufficit enim hoc casu ratihabitio hoc est consensus subsequés. Cur tam variè? aditionis vis est, alium obligare: quod ei qui in alterius est potestate concedi non debet. *arg. l. si quis rem. §. vlti. ̄j. de pollicitat.* quę ratio cessat in bonorum possessione & restitutione Trebellianicæ. v. Bar. *in l. qui in aliena. ſ. de adquir. hered.*

e Ratihabitio domini sufficit in restitutione fideicommissi, bonorum possessione, appellatione (quod tamé quidam negant) adquisitione inter viuos, & legato: at non in adeunda hereditate.

a ¶ *Necessarius.* in [a] hereditate constat: *vt. C. de hered. institu. l. cum proponas.* idem in bo. posses. *vt hic, & arg. ff. de condi. & demon. l. qui heredi.* Sed quo ad propositum, id [b] est ad Trebell. restitutionem, non est opus serui consensu: *vt hic, & facit Institu. per quas perso. no. adqui. §. item quod serui.*

a Adire hæreditatem vel bonorum possessionem petere seruus sine consensu domini non potest.

b Restitui hæreditas seruo relicta domino potest, sine cōsensu ipsius serui.

reditate consensus eius necessarius [a] est. Itaque si qui suspectam dicent hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire, & restituere hereditatem.

Heres rogatus restituere sub conditione quæ remittitur, vel quæ per cautionem Mucianam impletur: cogitur adire, & restituere Bart.

1. ¶ Si testator rogasset heredem, vt restituat hereditatem mulieri, si non nupsisset: [b] dicendum erit compellendum heredem, si suspectam dicat hereditatem, adire & restituere eam mulieri, etiam si nupsisset. Idem in cæteris quoque conditionibus Iulianus noster probat, quæ similiter nisi fine † vitæ expleri non possent. [c] secundum quam sententiam cautione præstita his quorum interest, [d] ab his [e] quibus restitui sub iisdem conditionibus heres rogatus esset, restituet hereditatem.

Sententiæ, licet iniustæ, parendum est, propter auctoritatem eius. Bartolus.

2. ¶ Cum prætor cognita cau-

Si testator rogasset.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum vt restitueret hereditatem suam Titij Bertæ pone, si non nupserit. & decessit dictus Titius, & dicta Berta nupsit Sempronio. & petit nunc eadem Berta à dicto Seio herede vt adeat hereditatem Titij, sibique Bertæ restituat. heres autem dicit, Ego non teneor adire, quia est mihi suspecta hereditas. item & si adirem, non tamen teneor tibi restituere: quia nubendo fecisti contra conditionem quam apposuit testator circa restitutionem tibi faciēdam. quæritur, quid iuris sit? Et certè dicendum est compellendum heredem si suspectam dicat hereditatem, adire & restituere eam mulieri prædictæ, quamuis nupserit. habetur enim pro non adiecta dicta conditio. & idem diceremus, si testator apposuisset in restitutione facienda aliam conditionem quæ nō possit impleri nisi per finem vitæ fideicommissarij: sicut nec superior potest aliter impleri: puta si non ascenderit capitolium fideicommissarius. nam hic expectaremus conditionem in non faciendo existentem. verum hic fit cautio Muciana per fideicommissarium vel fideicommissarios de reddendo quod acceperunt, si contra conditionem faciant: quæ cautio in superiori conditione non interponitur, cum habeatur pro non apposita: vt dixi. Viuianus.

† id est vltimo vitæ momento. *arg. §. si quis it. Institu. de verb. oblig. Ant. Cont.*

b ¶ *Nupsisset.* habetur [c] enim pro non apposita in virgine: licet in vidua hodie secus: *vt. C. de indi. vi. tol. l. ij. & Authen. cui relictum. & facit. ff. eo. l. facta. §. si sub conditione.*

c Cōditio impediens matrimoniū in puella reiicitur. *ad d. l. quoties. ff. de condi. & demon. Alexan. in consi. 1. 4. parte.*

c ¶ *Expleri non possent.* vt si non ascenderit Capitolium & caue quòd est idem quod. ff. vbi non spectatur conditio. verum hic fuit cautio Muciana de reddendo, si contra fiat, *vt hic subiicit, & supra de condit. & demonstra. l. Mucianæ. quæ supra non interponitur.* Accursius.

d ¶ *Interest.* conditionem existere. *& facit. ff. de condit. & demon. l. quoties.*

e ¶ *Ab his.* præstita dico ab his. Accursius.

Cum prætor.] CASVS. Titius iuit coram prætore, & proposuit contra Seium actionem ex testamento, petendo ab eo vt restitueret sibi hereditatem Sempronij: quem Sempronium dicebat instituisse sibi heredem dictum Seium, & rogasse eum de restituenda hereditate sua sibi Titio. & fuit inter eos lis contestata, & iuratum de calumnia coram prætore pone, & probationes inductæ. prætor autem bene cognouit factum, verum errando in iure iussit hereditatem restitui dicto Titio fideicommissario. cum in veritate nō deberet ei restitui. nunquid valet hæc sententia, & nunquid debet ex ea restitui hereditas Titio prædicto? Et dico quòd sic: quia non solum Titij qui dicebat se fideicommissarium, sed etiam publicè interest restitui dictam hereditatem Titio prædicto propter auctoritatem rerum iudicatarum. & idem dico si prætor cognouit factum & ius, & cognouit non debere restitui hereditatem dicto Titio: veruntamen ambitiosè, faciēdo scilicet gratiam Titio, iussit hereditatem ex fideicommisso restitui ei. Viuianus.

d Error an & quando noceat.

f ¶ *Per errorem.* iuris vel facti. ¶ Et facit quòd error [d] non nocet. *ff. de sup. leg. l. iij. in fin. & C. de iur. & fac. igno. l. error.* Argu. contra. *ff. de iurisd. om. iud. l. si per errorem. & de iudi. l. ij. in princ.* Sed videtur hæc litera sibi contraria. nam dicit per errorem, item dicit causa cognita: ergo non per errorem. Sed dic quòd [a] cognouit factum, sed errauit in iure. 2. Vel dic examinauit vtraque parte præsente, sed non inuestigauit veritatem, vel quia non potuit, vel quia noluit, & sic in facto errando iudicauit.

a Causa cognita potest iudicari & tamen per errorem.

g ¶ *Ambitiosè.* quia bene sciebat factum & ius, sed voluit facere gratiam fideicommiss. Sed tunc contra. *C. si ex fal. allega. l. fin.* Sed illud speciale fauore pupillorum. ¶ Item nō ob. *C. de pœna iudicis qui malè iudi. l. ij.* quia ibi non dicit scilicet quòd non valeat sententia lata per gratiam. ¶ Item non ob. *C. quando prouo. non est neces. l. venales.* Sed ibi fuit plus, quia pretium. in arbitrio autem dic *vt ff. de arb. l. ita demum.*

sa, per errorē, [f] vel etiam ambitiosè [g] iuberet hereditatē vt ex fideicommisso restitui: etiam publicè interest restitui, propter rerum iudicatarū auctoritatē. [h] †

Pupillo cum auctoritate tutoris vel soli tutori si est infans, potest restitui hereditas: & mutus nihil intelligens infanti æquiparatur. Bartolus.

3. ¶ Si pupillo infanti restituere hereditatem quis rogatus sit: si spontè adierit, etiam seruo eius & ipsi pupillo tutore [i] auctore restituetur hereditas. siquidem [k] eo quòd fari non potest, non magis ea res impedietur, quàm in muto pubere volenti [l] sibi restitui hereditatem. Si autem heres recuset adire hereditatē: quemadmodum res expediri possit, difficilè est: quia neque tutore desiderāte periculo pupilli adire hereditatem, Trebelliano senatusconsulto locus sit futurus: neque pupillus ipse id desiderare possit, cum fari non possit. quod aliquatenus [m] circa mutos expediri potest. nam si auditus capaces sunt: vel interrogati [n]

† Huc pertinet locus communis apud Rhetores de auctoritate rerum iudicatarum, de quo Quint. lib. 5. inst. orat. in pr. Cic. in orat. pro Cluentio & lib. 2. Rhet. ad Heren. vbi de ablata iuridictio tractat.

h ¶ *Auctoritatem.* no. sic *supra de iud. l. si prætor. in princip. & ff. de bon. li. l. si patronus. §. si quis. & ne quid in loco pu. l. fin. & C. de re iudi. l. ij. & ff. mand. l. si fideiussor. §. in omnibus.* Sed dico hic maximè vbi [b] per gratiam lata fuit, dari restitutionē: *vt. ff. de indi. l. si prætor. §. Marcellus. & ex quibus cau. ma. l. j. in fin. & l. sed & si per prætorem. §. fin. & ff. de pign. l. si fundus. §. si plures. ibi, sed humanius &c. & infra de re iudic. l. diuus.*

b Sententia gratiosa ipso iure nulla non est: tenet enim, licet detur restitutio in integrum, de qua v. quæ scripsi ad l. venales. C. quando prouocare.

Si pupilla infanti.] CASVS. Institui mihi heredem Titiū, & rogaui eum quòd restitueret hereditatē meā Seio pupillo infanti, & decessi. certè si Titius adiuerit spontè hereditatem meam, etiam seruo eius infantis & ipsi pupillo infanti simul cum seruo tutore auctore restituetur siue restitui poterit hereditas per dictum Titium: quia in eo qui fari non potest, non magis impedietur ea res, id est restitutio, quàm in muto pubere volente heredem institutum sibi muto restituere hereditatem: in quo quidem muto pubere nunquam restitutio impedietur. potest enim demonstrare voluntatem suam nutu, vel per literas. si autem dictus Titius heres recusaret adire hereditatem meum, tunè difficilè videtur quemadmodum posit expediri res. i. aditio & restitutio facienda infanti: quia neque tutore desiderante periculo pupilli adire hereditatem dictum Titium heredem, futurus sit locus Trebelliano senatusconsulto. sicut videtur. neque pupillus ipse desiderare posit vt dictus Titius adeat hereditatem: & eam restituat cum fari non posit. quod quidem aliquatenus siue leuius circa mutos expediri potest. nam si muti sint capaces auditu siue auditus, saltem interrogati nutu possunt significare velle se periculo suo hereditatem adire heredem institutum qui non spontè vult adire, sicut & possunt absentes per nūtium hoc significare. Sed quamuis dictum sit supra difficilè esse vt subueniatur circa hoc infanti fideicom. tamē non dubitat iurisconsul. omnino ei subueniendum esse, scilicet vt heres posit per tutorē compelli adire & restituere heredi. & hoc constituendum est ex similitudine iuris ciuilis. si enim heres institutus esset infans, non dubiè videtur posse eum gerere pro herede tutore auctore, id est per ipsum solum tutorem. Itē & est hoc constituendum ex similitudine iuris honorarij siue prætorij. nam si ageretur vel quæreretur de bono pos. delata infanti, peti posset per tutorem ei infanti. sicut autem adiuuatur dictus infans circa aditionem & restitutionem sibi faciendam, vt dictum est, ita & mutus qui nihil intelligere potest, adiuuatur per procuratorem à se constitutum, quem potest constituere nutu vel etiam scribendo: *vt. ff. de procu. l. mutus.* Viuian.

i ¶ *Tutore.* quod de tutore dicit, ad seruum & pupillum referas, *& facit. ff. rem pupilli saluam fore. l. ij. & l. seruum.* Accur.

k ¶ *Siquidem.* pro certè, vel pro quia.

l ¶ *Volenti.* s. muta scriptura, vel nutu: vt statim dicet.

m ¶ *Aliquatenus.* i. leuius. Accur.

n ¶ *Vel interrogati.* vel pro saltem. & incipit respondere.

Per

a ¶ *Per nuntium.* scilicet possunt.
b ¶ *Subueniendum.* vt tutor compellat solus.
c ¶ *Gerere posse.* si est maior infante si a autem minor, solus tutor acquirit hereditatem. & bo.poss. *vt. C. de iure delib. l. potuit. & l. si infanti. §. j. & . §. fi. & . j. de bo. pos. l. si pupilli. & facit. C. eo. l. pe. & . j. eod. l. restituta. in fin. & seq.* Accur.

a Infantis maioris & minoris differentia in adquirēda hereditate.

Si singulæ.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium: & rogauit eum quòd mihi restitueret hereditatem suam Titij, & decessit Titius. postea ego fideicom. vendidi Sempronio singulas res hereditarias, & Seius heres tradidit eas iussu meo dicto Sempronio emptori. certè videtur eas tradidisse & restituisse mihi fideicom. Idē erit & si iussu meo tradantur per heredem illi cui ego fideicomm. debuerim eas præstare ex fideicommisso vel ex alia causa, vel cui ego voluerim ire in creditum commodando fortè vel locando ei, vel cui ego donare voluerim.

d ¶ *In creditum.* quia b commodabam vel locabam alij ego fideicommis. & facit. j. *eod. l. restituta. §. sed & si voluntate. & infra de pig. act. l. solutum. §. solutam. & . j. de solu. solutam.* Arg. contra. j. *de iur. do. l. si mulier. §. ex asse.* Accur.

* Significare.

b Crediti specie commodatum & locatio.

nutu possint significare, * velle se periculo suo hereditatem adire, quomodo absentes per nuntium. a Sed & infanti non dubito omnimodo subueniendum: b idque ex similitudine iuris ciuilis vel honorarij constituendum est. Siue enim heres institutus esset, non dubiè pro herede tutore auctore gerere posse c videtur. siue de bonorum possessione agitaretur, peti ei per tutorē posset. ideóque & heres compelli per tutorem potest adire & restituere hereditatem. Quo exemplo & mutus qui nihil intellegere potest, per curatorem adiuuatur.

Qui ad petitionem fideicommissarij alij res singulas restituit, hereditatem restituere videtur. Bar.

4. ¶ Si singulæ res ab herede traditæ sunt iussu meo ei cui eas vendiderim: non dubitabimus mihi intellegi factam restitutionem. Idem erit & si iussu meo tradantur, cui ego ex fideicōmisso aliáve qua causa eas præstare debuerim, vel in creditum d ire, vel donare voluerim.

Aditio coacta implet conditionem. Bart.

LXVI. PAVLVS *libro secundo Fideicommissorum.*

QVi ita institutus esset, si coheres eius adiisset: vti potest lege Falcidia, e etsi coheres eius coactus adiisset: f modo si ipse non coactus adierit hereditatem.

Heres non cogitur adire ad petitionem procuratoris de cuius mandato. dubitatur. si spontè adiuit, cogitur restituere. Bart.

1. ¶ Etiam g absentis procuratori, h si desideraret, posse restitui hereditatē i ex hoc senatusconsulto Iulianus scripsit: si tamen caueat de rato habendo, si non euidens k absentis voluntas esset. Sed dicendum est, vt heres qui suspectam dicat, nō sit compellendus adire, si incertum sit an mandauerit, quamuis ei caueatur, propter fragilitatem l cautionis. Quòd si spontè adierit hereditatem, non magna

QVi ita institutus.] CASVS. Institui mihi heredem Titium in sex vnciis hereditatis meæ pone, & rogaui eum quòd restitueret Sempronio. Item institui mihi heredem Seium in aliis sex vnciis sub hac conditione, si dictus Titius coheres eius adiisset. & rogaui eundem Seium vt suam partem hereditatis restitueret dicto Sempronio vel etiam alij, & decessi. certè dictus Seius potest vti lege Falcidia siue detrahere quartam Trebellianicam aduersus eum cui ipse rogatus erat restituere si ipse Seius adiuit suam partem hereditatis spontè, & non coactus, quamuis dictus Titius eius coheres adiuisset suam partem coactus. videbatur autem fore contrarium: quia dictus Seius institutus sub conditione si Titius coheres eius adiisset non poterat esse heres nisi Titius coheres eius adiisset: *vt supra de conditio. & demonstra. qui heredi. §. fina.* sed coheres coactus adiuit: vnde videtur quòd eius vitio & coactione fiat heres, & sic non possit detrahere quartam: *vt argumen. infra de adquir. posses. l. Pomponius. §. cum quis.* & certè ibi loquitur in his qui ab aliis habent causam, & accessionibus temporum vti volunt. Item & alia ratione videbatur fore contra: quia Titius coheres non videtur adiisse, cum sit coactus. Sed contra est, quia coacta aditio est aditio: *vt hic. & infra de bonis lib. l. pen. & supra quod met. cau. l. si mulier. §. si metu.* Viuianus.

e ¶ *Lege Falcidia.* scilicet c Trebellian. contra suum fideicommissarium cui rogatus erat: siue erat idem cui erat rogatus restituere coheres siue alius.

c Falcidia pro Trebellianica.

f ¶ *Adiisset.* Contra videbatur: quia hic non poterat esse nisi alius adiisset: sed alius non videtur adire, cum sit coactus. Sed contra quia coacta d voluntas est voluntas: *vt supra quod met. cau. l. si mulier. §. si metu.* Accur.

d Coacta voluntas est voluntas.

Etiam absentis.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum q. restitueret hereditatē meam Seio absenti, & decessi, & Titius spontè adiuit hereditatē meam. Seius autē fideicommissarius, qui erat absens, fecit Sempronium suum procuratorem, vt peteret sibi restitui hereditatem recipienti nomine eiusdem Seij, núquid dictus procurator poterit hoc desiderare siue petere corā prætore? & dicitur quòd sic. veruntamen si non sit euidens voluntas fideicommissarij absentis, sed sit dubium vtrum mandauerit vel non, debet cauere heredi dictus procurator quòd fideicomm. absens habebit ratum: & hoc quando heres adiuit spontè, vt dictum est. si autem dicat heres sibi suspectam esse hereditatem, & ideo eam adire nolit, & incertum sit vtrū dictus fideicommis. mandauerit dicto procuratori vt peteret adiri hereditatē per heredem, & sibi restitui: dicendum est vt heres non sit cōpellendus adire: quamuis caueatur eidem heredi per illum qui dicit se procuratorem fideicommissarij, quòd fideicommissarius habebit ratum: & hoc propter fragilitatē cautionis prædictæ: quia per illam cautionem nihil fortè cōsequetur heres: quia non erat fortè soluendo ille qui dicebat se esse procuratorem fideicommissarij absentis. & sic magnum periculum siue captionem fortè subiret heres si fideicommissum non haberet ratum: quia omnia onera hereditaria subiret idem heres. quòd si spontè adierit hereditatē heres, vt dictum est in primo respon. huius. §. non est magna captio siue periculum heredis restituere hereditatem illi qui dicebat se procuratorem fideicomm. recepta ab eo cautione quòd fideicommis. habebit ratum, cū non erat certum de mādato imò dubium, & postea fideicōmissum non habeat ratum: quia propter cautionem illius qui dicebat se procuratorem fideicommissarij, non remanerent onera hereditaria apud heredem: imò ideo, quia idem heres spontè adiuit: & ideo cogitur heres restituere hereditatem illi qui dicebat se procuratorem fideicommiss. de rato cauenti, cum de eius mādato est dubium. Sed si appareat postea fideicomm. non mandasse, actiones hereditariæ transibunt in fideic. eo tempore quo ratum habuit. Viuian.

g ¶ *Etiam.* potest dici secundum Ioan. quòd in prin. spontè adiuit: ibi, sed dicendum, &c. quando coactus. tertio redit ad primum ibi, quòd si spontè, &c. vel verius in primo indistinctè secundum Ioann. ibi, sed dicendum, &c. corrigit se in parte, & distinguit an nondum adiit, & non cogitur à procuratore, de cuius mandato dubitatur, etiam si caueat de rato. & redditur ratio, an non spontè adiit: & tunc cogitur restituere procuratori cauenti de rato. Accursius.

h ¶ *Procuratori.* etiam vero, & hoc constet. Ioan. & est secundū eum speciale vbi satisdat verus procurator. *sic infra de noui oper. nun. l. de pupillo. §. qui procuratorio.* 2. Sed tu a dic secundum. H. contra. s. quòd non satisdat vbi certum est de mandato: *vt infra vt in pos. lega. l. si is à quo. §. pe.* Nec hoc hic dicit, sed magis contrarium: vt ibi dicit, si non euidēs, &c. & in illa. l. de pupillo, dubium erat de mandato, licet esset verus procurator.

a Procurator non satisdat, vbi seu quoties certum est de eius mandato.

i ¶ *Hereditatem.* spontè aditam.

k ¶ *Si non euidens.* ergo si est euidens. non satisdat, vt dicit. & fiet restitutio procuratori nomine domini: & perinde habetur ac si ipsi domino fieret: *vt supra eodem. l. quamuis. §. fina. & l. mulier. & l. quia perinde.* non autem si esset in rem suam, quasi ipse procurator sit fideicommis. etiam si dominus velit ei donare: *vt supra de iure dotium. l. si mulier. §. ex asse.* Sed videtur non posse fieri procuratori: *vt supra de acquirend. hered. l. Paulus quæ est contra.* Solu. hereditatis b aditio fit solo animo: *vt Institu. de hered. qua. & diff. §. fina.* vnde cum c mando procuratori vt adeat, statim sum heres: & sic nihil remanet faciendum per procuratorem. at hæc d restitutio sicut & bono. possess. non fit sola voluntate, sed opus est facto, quod e potest fieri per procuratorem. Item oppo. *Cod. per quas perso. no. adquir. l. j.* sed hic speciale: quia procuratori quæri non potest: *vt dict. §. ex asse. & facit supra eodem. l. apud. §. vtrum.* Accursius.

b Aditio hereditatis, non fit solo animo.

c Adire videtur, qui mandat procuratori, vt adeat.

d Restitutio ex senatusconsulto non fit solo animo, sed requirit factum.

e Facta per procuratorē possunt expediri: at non ea quæ requirunt animum.

l ¶ *Fragilitatem.* Hic no. duas rationes. Prima, quia periculū magnum subiret heres si fideicom. non habeat ratum: quia omnia onera hereditaria subiret. Secunda, fragilitas cautionis: f quia per cam nil forte consequetur: quia non erit soluendo: *vt hic, & supra*

f *Simile dicit Gl. j. in me. in c. coram dilecto. extra de off. le. leg. Et facit Gl. in. c. ex transmissa super verbo. sufficienti in fi. de resti. spol.*

captio est: sed actiones, [a] si non mandauit, transibunt eo tempore quo ratum [b] habuerit.

Actiones quæ non fuerunt in bonis tempore mortis defuncti, per Trebell. non transeunt. Bart.

2. ¶ Si damnum in seruo hereditario datum sit: licet per seruum hereditarium heredi competere actio cœpit, non tamen transit [c] legis Aquiliæ actio ad fideicommissarium. Hæ enim actiones transeunt, quæ ex bonis defuncti pendent. [d]

Exceptio coherens personæ heredis non transit in fideicommissarium. Bartolus.

3. ¶ Si legatus Romæ compulsus adierit [e] hereditatem, & restituerit cogetur Romæ [f] actiones pati fideicōmissarius, quamuis heres [g] non cogetur. [h]

Fideicommissarius conuenitur vbi habet domicilium, vel vbi est maior pars hereditatis. Bart.

4. ¶ An vbi defunctus cōueniri debuit, & fideicōmis. debeat, [i] videndum: si sua spontè heres adit & restituit hereditatem, an tribus locis fideicommissarius defendi debeat: vbi defunctus, & vbi heres, & vbi ipse domicilium habeat. Oportet itaque ibi fideicommissarium conueniri, vbi vel domicilium habet, vel maior pars restitutæ hereditatis habetur.

Qui cogit heredem adire, cogitur actiones hereditarias pati, id est per aditionem factam à suo vel extraneo quis incidit in interdictum fraudatorium. Bart.

LXVII. VALENS *libro tertio Fideicommissorum.*

SI postulante me suspectam hereditatem ex decreto prętoris adierit, [k] & nec ego postea eam mihi restitui velim, nec bonis me immiscere: hoc fieri [l] debet, vt, quod Octaueno non ineleganter videbatur, à prætore perinde actiones in me den-

eod.l.cogi.§.*idem quærit*. Sed quando sponte adiit, cessat prima ratio: quia sponte se implicuit, non per coactionem procuratoris: & ideo tunc procurator admittitur, si tamen caueat, si est dubium de mandato. aliàs non.

a ¶ *Sed actiones*. loquitur cum sponte adiit: & dic non mandauit, scilicet dominus procuratori. Accur.

b ¶ *Ratum*. & fa. ſ. eo. l. restituta. §. *sed & si voluntate*. & ſ. de neg. gest. l. *si ego*.

Si damnum.] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio, & decessi: postea Gaius vulnerauit Stichum seruum hereditariū, & ita actio. l. Aquil. acquisita est dicto Titio heredi per dictum seruum hereditariū. postea dictus heres restituit hereditatem meā dicto Seio fideicomm. nunquid dicta actio. l. Aquiliæ. transiuit per dictam restitutionem ad dictum fideicom. & dicit quòd non. hæ enim actiones transeūt ad fideicom. quæ pendent ex bonis meis defuncti testatoris id est trahunt originem ex eo quod factum fuit in bonis meis defuncti me defuncto viuente tunc & sic competierunt mihi actiones re vel spe: *vt supra eodem. l. ita tamen*. §. *actiones*. Viuianus.

c ¶ *Transit*. Sed nunquid heres cedere tenetur? quod videtur: *vt* j. *eod. l. si heres*. Sed H. dicit quòd non, si decesserit, quasi interitu [a] speciei liberatus est: secus si sit vulneratus tantum: *vt.* ſ. *ad. l. Aquil. l. huic scripturæ*. Item si decessit post moram, si heres cedat arg. ſ. *eo. l. ita tamen*. §. j. & *l. mulier*. §. *sed enim*. & *facit*. j. *de act. & obli. l. quæcunque*.

d ¶ *Pendent*. id [b] est trahunt originem ex eo quod factum fuit in bonis defuncti, eo scilicet viuente: & sic competierunt ei re vel spe: *vt.* ſ. *eo. l. ita tamen*. §. *actiones*.

Si legatus Romæ.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Gaium Bononiensem, & rogauit eum de restituenda hereditate Seio. postea decessit dictus Titius. postea dictus Gaius heres fuit missus in legatione siue ambasiata Romam. Seius autem fideicom. compulit eundem heredem Romæ coram prætore vt adiret hereditatem. & ipse adiuit eam, & restituit eam eidem Seio fideicom. certe quamuis dictus heres idémque legatus non cogeretur de iure pati Romæ actiones creditorum hereditariorum propter priuilegium legationis tamen Seius fideicom. cui est restituta hereditas per eundem heredem, cogeretur pati dictas actiones Romæ. Videndum est etiam an & fideicommiss. debeat conueniri ibi tantum vbi de iure debuit conueniri Titius defunctus, qui instituit sibi heredem dictum Gaium legatū, scilicet si sua sponte heres adiit & restituit dictam hereditatem fideicom. siue etiam coactus, vt dictum est, an debeat defendi fideicom. tribus locis, scilicet vbi defunctus habuit domicilium, & vbi heres habuit domiciliū, & vbi ipse fideicom. habuit domicilium? certè oportet ibi fideicommiss. conueniri, vbi domicilium habet idem fideicommiss. vel vbi habetur maior pars hereditatis ei restitutæ. Viuianus.

e ¶ *Adierit*. tempore legationis: quod fieri potuit: *vt.* ſ. *eo. l. si legatus*.

f ¶ *Cogetur Romæ*. qa cōmunis [c] patria est: *vt.* ſ. *ad muni. l. Roma*.

g ¶ *Heres*. idémque legatus.

h ¶ *Non cogetur*. propter legationem. & est ratio, quia huiusmodi legatio personale beneficium est: *vt.* ſ. *de indi. l. sed & si restituatur*. §. j.

i ¶ *Debeat*. scilicet conueniri: & ibi tantum tenetur. An [d] verò in tribus locis? Respon. ibi, oportet itaque, &c. quòd in duobus, scilicet vbi ipse habet domicilium: & vbi maior pars hereditatis est, sed certè & ibi vbi defunctus: *vt.* ſ. *de indi. l. heres absens. in princ.* Item & in aliis, scilicet vbi est repetita. Item & vbi testator voluit, vel est verisimile eum voluisse: *vt.* ſ. *de indi. l. quod legatur*. & *l. sed & si susceperit*. §. j. & *l. fideicommissum. in prin.*

a Speciei interitu, speciei debitor liberatur.

b Pendere ex bonis defuncti dicuntur, quæ trahunt originem ex eo quod factū fuit in bonis defuncti.

c Roma communis patria est.

d Fideicommissarius vbi conueniri possit.

SI postulante me.] CASVS. Titius instituit te Seium heredem, & rogauit te vt mihi suam restitueres hereditatem: & decessit dictus Titius. postea postulante me fideic. suspectam hereditatem ex decreto prætoris adiisti. & postea ego nolo eam mihi per te restitui, nec volo me bonis immiscere. certè hoc fieri debet quod Octaueno non ineleganter videbatur. s. vt à prætore perinde actiones hereditariorum creditorum & legatariorum in me fideicō. dentur, ac si hereditatem recepissem spontè. nam accipere cogor etiam inuitus. non autem potero conueniri interdicto fraudatorio à creditoribus tuis, qui es heres, quòd est verius etiam si eo tempore quo creditorū tuorum heredis fraudandorum consilium inieris, tu heres expectasti adire donec cogereris: vt nec in quarta Trebellianica commodum eis afferres, cum esses non soluendo: quia citra periculum meum qui sum fideicom. interdicti fraudatorij hereditatem suspectam adiueris siue adiisses: & mihi restitueres. non enim potero conueniri à creditoribus tuis prędicto interdicto ad reuocandam à me dictā quartam. & bene dico quòd non potero conueniri, quia & remoto fideicommisso, id est si solummodo fuisses institutus, & non fuisses rogatus mihi restituere, liberum tibi fuerat nolenti adire hereditatem, creditores tuos tali commodo fraudare: quia non vetitum est non acquirere in fraudem creditorum, sed deminuere, & ego fideicom. nihil turpiter faciam recipiendo à te eam hereditatem quam creditores non potuerunt compellere te vt adires, remota hac mea postulatione: id est si non postulassem te heredem cogi adire. ¶ Sed & si filiusfamilias suus heres patri existens rogatus sit à patre restituere mihi hereditatem, & tanquam suspectam ex decreto prętoris restituerit mihi, cum iniisset consilium creditorum suorum fraudandorum: vix, id est non erit locus interdicto fraudatorio contra me fideicom. ad reuocādum per creditores filij quartam Trebellianicam: quam idem filius potuisset retinere si spontè adiisset. quo interdicto volebant agere dicti creditores filij contra me. & videbatur fortè quòd possent magis quam in superiori casu: quia expectando filius vt cogatur adire, & coactus adeundo, & sic non retinendo quartam Trebellianicam de hereditate patris, videtur deminuere de bonis suis in fraudē creditorum suorum, cum bona patris sint sua quodammodo: vt supra de lib. & postu. in fins. sed non est verum quòd sit locus interdicto fraudatorio contra me: quia bona patris non sunt adeo filij. video enim quòd si bona patris vendantur à creditoribus paternis qui impetrauerunt separationem fortè bonorum paternorum à bonis filij heredis: quod quidē facere potuerunt: *vt.* j. *de separa. l. j. in princi.* nihil proprium creditores eius filij ex ea hereditate ferre possunt: nisi fortè debeant audiri proprij creditores filij si postulent vt dimissis patris eius, scilicet creditoribus: id est satisfacto ei. bona patris residua permittatur vendere sibi, id est creditoribus filij. [SI DONATIONIS CAVSA.] Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quod restitueret hereditatem meam Seio: qui Seius nō poterat capere solidam hereditatem siue integram, & decessi. dictus autem Titius heres meus volens donationē facere dicto Seio non capaci, dixit sibi esse suspectam hereditatem meam. vnde coactus fuit eam adire: & eam restituit integram dicto Seio fideic. certè auferetur eidem Seio id quod ex ea hereditate capere non potest. & idem est dicendum etiam si citra consilium donandi dicto Seio fideic. non capaci, dictus heres meus fiduciarius. i. cuius fidei cōmisi vt restitueret Seio nō capaci, fecerit id quod dictū est, id est dixerit suspectā hereditatem, & coactus totam restituerit dicto Seio. nam aufertur dicto Seio id quod capere non potest, & applicabitur fisco: *vt.* ſ. *de iis quib. vt indi. l. in fraudem*. §. j. *in fi.* §. Viu.

k ¶ *Adieris*. tu heres. Accursius.

l ¶ *Fieri debet*. adiunge, vt à prætore, &c. quod est in medio, interpositio

terpoſitio eſt.

a ¶ *Recepiſſem.* nam & accipere cogor: & ſi decederem ante, heres meus cogitur recipere. & ſi non habeo heredem, fit venditio à creditoribus hereditariis nomine meo ac ſi adiiſſem antequam decederem: *vt ſupra eod. l. poſtulante in prin. & l. apud. §. fi. & l. ille à quo. in prin. & de ſepara. l. j. §. ſi quis ſuſpectam.* ¶ Item not. quòd prætor dat [a] actionem alicui & in aliquem ac ſi eſſet adita, licet non ſit. *ſic. ſ. eod. l. facta. §. quòd ſi conditio.*

a Actio datur etiam à prętore.

tur, ac ſi hereditatem recepiſſem: [a] quod eſt iuſtius. [b] 1. ¶ Etiã eo tempore [c] quo ad creditorum fraudandorum [d] conſilium inieris, [e] citra [f] periculum [g] interdicti fraudatorij hereditatem ſuſpectam adibis, [h] & reſtitues mihi: quia & remoto fideicommiſſo liberum tibi fuerat nolenti adire hereditatẽ, creditores tuos tali commodo fraudare: [i] & ego nihil turpiter faciam recipiendo eam hereditatem, quam remota poſtulatione mea [k] creditores compellere te vt adires non potuerint. 2. ¶ Sed & ſi filius ſuus heres patri, rogatus ſit à patre hereditatem mihi reſtituere, cum ſuorum [l] creditorum fraudandorum conſilium iniſſet, [m] tanquam ſuſpectam ex decreto prætoris reſtituerit mihi, vix [n] fraudatorio interdicto locus erit: quia bonis patris eius venditis [o] nihil proprium creditores eius [p] ex ea hereditate ferre potuerint: niſi fortè proprij creditores filij audiri debeant ſi poſtulent vt dimiſſis [q] patris, eius bona [r] vendere ſibi permittatur.

Non poteſt per heredem reſtitui fideicommiſſario plus quàm poſſit à defuncto capere. Bar.

3. ¶ Si donationis [ſ] cauſa ſuſpectã hereditatẽ ſibi heres dixerit, & reſtituerit [t] ei qui ſolidum capere non poſſit: auferetur [u] ei id quod capere non poteſt. Idem dicendum eſt & ſi citra conſilium donandi fiduciarius heres [x] id fecerit. [y]

b ¶ *Iuſtius.* aliàs verius: & aliàs iuſtius.

c ¶ *Eo tempore.* i. caſu. Accur.

d ¶ *Fraudandorum.* heredum.

e ¶ *Inieris.* tu heres. nam in fraudem tuorum creditorum recuſabas adire, vt nec in quarta commodum eis afferres, cum non ſis ſoluendo.

f ¶ *Citra.* aliàs citra: aliàs intra pro citra. *ſic C. de poſthu. here. inſti. l. fin.*

g ¶ *Periculum.* ſ. meũ: quia conueniri ex hoc non potero. & de hoc [b] interdicto fit mentio. *j. de ſolu. l. pupilli debitor. & in arbore actionum domni Ioã.* & dabatur etiam ad reuocandũ alienata in fraudem creditorum: loco cuius eſt hodie illud edictum, quæ in fraudem creditorum, quod inducit Paulianam, & in factum. 2. Vel dic quòd de hoc hic ſit mẽtio, ſcilicet quæ in frau. credi. hoc quidem non eſt timendum: quia nõ habet locum cum quis non acquirit, ſed cum deminuit, *vt. j. proxim. reſpon.*

b Interdictum fraudatorium quid.

h ¶ *Adiiſſes.* aliàs adibis: & aliàs adiiſſes, ſcilicet tu heres.

i ¶ *Fraudare.* [c] quia non eſt [d] vetitum non acquirere, ſed deminuere: *vt. ſ. quæ in fraude. l. qui autem. in prin.* Accur.

c Sic aliud eſt adquirere quã non amittere. vide in Spec. tit. de vſu. in vlti. col. verſi. ſed pone quòd aliqua communitas.

d Deminuere & non adquirere differunt.

k ¶ *Mea.* i. ſi non poſtulaſſem te cogi adire.

l ¶ *Suorum.* ſcilicet filij.

m ¶ *Iniſſet.* ſcilicet filius.

n ¶ *Vix.* i. [e] non: vt in ſuperiori caſu, niſi in caſu quem ſubiicit. *ſic. ſ. ad Velle. l. tutor. in prin.*

e Vix pro non.

o ¶ *Venditis.* à creditoribus paternis qui impetrauerunt ſeparationem bonorum paternorum à bonis heredis, quod facere potuerunt: *vt. j. de ſepara. l. j. in princ.*

p ¶ *Creditores eius.* ſcilicet filij.

q ¶ *Dimiſſis.* ſ. creditoribus. Accur.

r ¶ *Bona.* ſ. reſidua. *& facit. j. l. proxi. in prin.*

ſ ¶ *Si donationis.* quia volebat heres totã reſtituere fideic. licet fideic. partẽ tantũ capere poſſet. *ſic & ſ. e. l. j. §. inde Neratius.* Ac.

t ¶ *Ei reſtituerit.* ſcilicet totam.

u ¶ *Auferetur.* à fideicommiſ. tanquam ab indigno, & [f] fiſco applicatur: *vt. j. de iure fiſci. l. aufertur. §. j.*

f Indigno quæ aufertur fiſco applicatur.

x ¶ *Fiduciarius heres.* cuius [g] fidei teſtator commiſit: *vt Inſti. de fideicom. here. in princip.*

g Fiduciarius heres.

y ¶ *Id fecerit.* i. dixerit ſuſpectam, & totum reſtituit coactus. nam ſibi aufertur: & tunc applicatur fiſco. *vt. ſ.* Accur.

S*I heres ab eo.*] CASVS. Titius non ſoluendo creditoribus ſuis exiſtens inſtituit ſibi heredẽ Seiũ, & rogauit eum quòd reſtitueret hereditatẽ ſuam Titio & Sẽpronio, & deceſſit Titius. nunc Seius ab eo inſtitutus dicit eſſe ſibi ſuſpectã hereditatẽ. quęro, nunquid poſſit cogi adire & reſtituere eam Sẽpronio fideicõmiſſario hoc poſtulanti? Et videbatur fortè quibuſdam quòd non: quia fideicõmiſſarius nullum inde lucrũ eſt habiturus, imò damnum: nec de facili quis hoc deſiderare ſolet. *arg. ſ. ad legem Fal. l. ij. in prin.* & leges adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt: *vt. ſ. de legi. & ſenatuſcon. l. nam ad ea.* dicitur tamen hic quòd bene poteſt cogi adire, & reſtituere ad poſtulationem fideicommiſſarij. Sed & ſi ſua ſpontè adierit, reſtituturus eſt eandem hereditatem fideicommiſſario deſideranti. Secus autem eſſet ſi dicto Sempronio non reliquiſſet teſtator vniuerſale fideicom. ſed reliquiſſet ei fideicom. ſpeciale, vel etiam legatum: quia illa non tenetur ei ſoluere heres. eo enim caſu funguntur vice heredis ſuperiores legatarij: cum cui. i. alicui eorum legatariorum relictum eſt fideicõ. ſcilicet vniuerſale, & non aliàs. [SI TOTAM.] Titius inſtituit te Seium heredem, & rogauit te vt totam hereditatem ſuam reſtitueres Gaio, & deceſſit. tu autem heres ſpõtè adiuiſti hereditatem ſuam: & reſtituiſti eam dicto Gaio ſine deductione quartæ partis. certè difficilè quidem crederis hoc feciſſe magis per ignorãtiam, quàm cauſa explẽdi fideicom. ſed ſi probaueris per errorem facti te quartam non retinuiſſe, poteris eam recuperare. Viu.

Fideicommiſſum vniuerſale valet hereditate exiſtente, non ſoluendo. ſecus in fideicommiſſo ſingulari. Bartolus.

LXVIII. IDEM *libro quarto Fideicommiſſorum.*

SI heres ab eo qui cum moreretur ſoluendo non fuit, rogatus hereditatem reſtituere, ſuſpectam ſibi dicit: dubium non eſt quin hodie coactus [z] ex Trebelliano ſenatuſcõſulto reſtituere poſſit. Sed & ſi ſua ſpontè adierit, ex eodem ſenatuſconſulto reſtituturus eſt: [a] quãuis cum ſumma aut certum corpus per fideicommiſſum ab eo qui ſoluendo non fuit, datum eſt, perinde non debeatur, atq; ſi legatum eſſet. [b] eo enim caſu, [c] legatarij: [d] ſuperiore, [e] heredis vice fungi eũ cui fideicommiſſum relictum eſt.

Qui in reſtituendo quartam non detrahit, non præſumitur erraſſe, niſi probetur. Bart.

1. ¶ Si totam hereditatẽ rogatus reſtituere, tu [f] ſpontè adieris, & ſine deductione quartæ partis reſtitueris: difficilè quidẽ crederis per ignorantiam magis, non explendi fideicõmiſſi cauſa hoc feciſſe. Sed ſi probaueris per errorem [g] te quartam nõ retinuiſſe, recuperare eam poteris.

Heres inſtitutus non cauet de euictione: ſed ſibi cauetur à fideicommiſſario. Bart.

LXIX. MÆCIANVS *libro octauo Fideicommiſſorum.*

DE euictione prædiorũ, vel mancipiorum, vel cætera-

z ¶ *Hodie coactus.* quod raro fit, ſi eſt non ſoluendo. *arg. ſ. ad leg. Fal. l. ij. in prin.*

a ¶ *Reſtituturus eſt.* ſ. heres fideicom. deſideranti.

b ¶ *Si legatũ eſſet.* ſ. ſimpliciter: quo caſu nõ valet, *vt. ſ. eo. l. j. §. is qui. ibi,* neminem &c. *& ſ. de do. cauſa mor. l. & ſi debitor. & ad. l. Falc. in ratione. §. quod vulgo.* ſic ergo parificatur [a] ſingulare fideicom. legato etiam hoc iure: *vt hic, & ſ. de leg. j. l. j.*

a Fideicõmiſſi ſingularis & legati ſimilitudo eſt nouo iure.

c ¶ *Caſu.* ſupra proxi.

d ¶ *Legatarij.* ſcilicet vice.

e ¶ *Superiore.* ſ. in generali fideicommiſ. vice &c. *vt Inſtitu. de fideicom. here. §. reſtituta.* & hereditas eſt, etiam ſi non eſt ſoluendo: *vt. ſ. ad. l. Falc. l. ij. in prin.* Accur.

f ¶ *Tu.* heres.

g ¶ *Per errorem.* ſ. facti, non iuris: *vt. C. ad. l. Falc. l. error.* ¶ Item nota præſumi [b] ſcientiam. *ſic. C. de præſcrip. long. temp. l. emptor. & l. ſuper. & ſ. de pub. l. quæcunque. §. fi.* Arg. contra. *ſ. de proba. l. verius. & C. qui mili. non poſſ. l. ſuper ſeruis.* & eſt hic ratio, quia nemo præſumitur [c] iactare pecuniam: *vt. ſ. de proba. l. cum de indebito. §. ſi vero ab initio. & facit. ſ. eo. l. qui totam. & l. heres cum. & l. patronus. & l. poſtulante. §. fi. & de dona. inter virum & uxorem. l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus.* Accur.

b Præſumitur inſcidã ſcientia.

c Præſumitur nemo pecuniã iactare & amittere velle.

D*E euictione.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd reſtitueret hereditatem meam Seio, & deceſsi. poſtea cum Titius reſtitueret hereditatem Seio, Seius volebat quòd Titius caueret ei de euictione prædiorum, vel mancipiorum, vel cæterarum rerum hereditariarum. certè non tenetur hoc facere Titius: immò econtrario tenetur fideicommiſſarius cauere heredi de euictione eorum quæ ab ipſo herede vendita

sunt,& quorum pretium soluit heres fideicommissario. Viuianus.

a Hæreditatis venditor de singulis rebus hæreditatiis non cauet.
b Hæres legatario speciei non cauet.

a ¶ *Non debet.* nec venditor a hereditatis cauet de singulis : *vt. C.de euict.l.*j. nec heres b legatario speciei : *vt.*ↄ*.de leg.*j *l.si à substituto.§.fin.*

b ¶ *Venissent.* dum tamen pretium sit refusum fideicommiss. ad quod est.ↄ. *de heredi. ven.l.ij.§.sicut.&*ↄ*.de pet.here.l.si quid possessor.§.bonæ fidei.&.*ↄ*.eo.cum hereditas ex.& l.cogi.§.inde quæritur.in fin.§.*

rum rerum cauere heres cum restituit hereditatem,non debet: a quinimò in contrarium caueri heredi oportet, si quid ex his euictum esset,quæ ab ipso herede venissent. b

In eum qui habet directas, non transeunt vtiles.Bart.

LXX. POMPONIVS *libro secundo Fidei commissorum.*

SI heres institutus Titio rogatus fuerit restituere c hereditatem , & rursus Titius heredi post tempus.d sufficiunt directæ e actiones heredi.

Pro damno dato ab herede ante restitutionem, tenetur heres actione ex testamento : post restitutionem,actione legis Aquiliæ.Bart.

1. ¶Si heres antequã fideicommissam hereditatẽ restitueret,alienauerit q̃d ex hereditate, aut seruum hereditarium manumiserit,aut ruperit quid vel fregerit vel vsserit: non competit in eum vlla ciuilis actio, f restituta postea hereditate ex Trebelliano senatuscõsulto : sed ex fideicõmissi causa erit hoc quod deperierit, g persequendum. h Sin verò i post restitutã hereditatem horũ quid admiserit heres, dicendum est lege Aquilia cũ eo agi posse, si seruum fortè hereditarium aut vulnerauerit,aut occiderit.

Negligentia heredis nocet fideicommissario.Bartolus.

SI *heres institutus.*] CASVS. Institui mihi heredem Seium, & rogaui eum quòd purè restitueret hereditatem meam Titio : & rursus rogaui eundem Titium vt restitueret dicto heredi hereditatem meã post Pascha pone,& decessi. & Seius restituit hereditatem Titio : & postea transiuit Pascha. certè non est opus quòd fideicommiss. Titius restituat hereditatẽ Seio: imò sufficiunt eidem heredi directæ actiones quæ remanserunt apud eum cum restituit hereditatem fideicommissario.[SI HERES.] Institui mihi heredem Titium , & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio, & decessi. &Titius antequam restitueret hereditatem dicto Seio,alienauit aliquid ex hereditate: aut manumisit seruum hereditarium : aut rupit aliquid vel fregit, vel vssit siue combussit : & postea restituit hereditatem. certè nõ competit in eum heredem actio legis Aquiliæ vel alia ciuilis: sed poterit fideicommiss. persequi ab eo illud quod periit,ex causa fideicommissi. si verò ante restitutionem hereditatis amiserit heres aliquid de prædictis,poterit fideicommissarius agere contra eum actione legis Aquiliæ.[SI TEMPORALIS.] Titius instituit sibi heredem Seium : qui Titius habebat actionem temporalem , puta redhibitoriam contra Gaium , & decessit dictus Titius. certè tempus quo heres potuit experiri antequam restitueret hereditatem Seio,imputabitur ei Seio cui restituta fuerit hereditas.credo tamen quòd Seius recuperabit ab herede si idẽ heres fuerit negligens,& completa fuit præscriptio ante restitutionem: *vt.*ↄ*.eod.mulier.§.sed enim in fi.*Viuianus.

c ¶ *Restituere.*scilicet purè. Accursius.

d ¶ *Post tempus.*scilicet aliquod rogatus sit restituere.

e ¶ *Directa.* quæ remanserant,cum exceptione tamen: *vt.*ↄ*.eo.l.*j *§.quamquam.*q.d.non est opus restitutione. ¶ Sed an ipso iure redeat e vtilis,& sic ipso iure tollatur exceptio? quod ita videtur: vt & aliàs sine restitutione transeunt vtiles:*vt.C.eod.l.pen.§ fina.* ¶An verò competat replicatio?primum verius videtur.*& facit.*j*. de solu.l.Stichum.§.aliquando.* Quandoque agitur sola directa:*vt C.de noua.l.*ij.

e Vtiles actiones an & quomodo ipso iure redeant ad hæredem, cui fideicommissarius acceptã hæreditatem restituere rogatus est.

f ¶ *Actio.*Aquil.vel alia.

g ¶ *Deperierit.*periit ergo alienata.

h ¶ *Persequendum.*vt.ↄ.*eo.l.Marcellus.§.res quæ.& l.mulier.§.sed enim.*Hug.

i ¶ *Sin verò.* similis dist.*supra ad.l.Aquil.l.huic scripturæ.&*ↄ*. de dolo.l.& eleganter.§.item si seruum.&*ↄ*.de peti.here.l.si à domino.§.si possessor.*H.

k ¶ *Potuit.*quia erat actio pura.aliàs non potuisset:*vt.*ↄ*.si certum peta.l.certi condictio.circa prin.*Accursius.

l ¶ *Ei.*facit.j.*pro emp.l.*ij*.§.si defunctus.* ¶ Sed quid si tunc fuit completa præscriptio ante restitutionem?Respõ.si fuit negligens, tenetur:*vt.*ↄ*.eo.l.mulier.§.sed enim.in fin.*

2. ¶Si temporalis†actio in hereditate relicta fuerit : tempus quo heres experiri ante restitutam hereditatem potuit, k imputabitur ei l cui restituta fuerit.

Heres non obstante tempore ad deliberandum, cogitur statim adire: sed ex effectu deliberationis apparebit an possit deducere quartam. Bartolus.

LXXI. MÆCIANVS *libro decimo Fideicommissorum.*

OMnes qui de hereditate deliberãt,desiderante eo m qui suo periculo velit adiri hereditatem, coguntur adire, n sed nõ statim restituere:sed vt completo tempore deliberationis, si expedire sibi compererint hereditatẽ, sentiant cõmodum o testamẽti eo iure quo si spõtè adissent. sin verò contra onerosam crediderint, restituta ea exonerentur actionibus hereditariis.

Si heredi restituenti fundus retentus euincatur, actio ei de euictione datur.Bart.

LXXII. POMPONIVS *libro quarto Fideicommissorum.*

HEres præcepto fundo p rogatus erat hereditatem restituere fundus alienus erat. Aristo aiebat videndum, vtrum eum omnimodo penes heredem fundum esse voluit testator : an ita demũ,si ipsius est. sed sibi superius q placere. ideóque æstimatio eius retinenda r est.

OMnes qui.]CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio,& decessi. Titius autem petiit tempus ad deliberandum vtrum expediret sibi adire hereditatẽ meã, vel non:& habuit tempus. certè etiam dum deliberat, potest Seius fideicommissarius facere eum cogi adire hereditatem : sed non tenetur Titius prædictus statim restituere hereditatem eidem Seio , sed expectari debet donec compleatur tempus deliberationis. & tunc si compererit Titius expedire sibi hereditatem , sentiet commodum testamenti citra detractionem quartæ Trebellianicæ , ac si spontè adiisset hereditatem. si vero econtrario crediderit Titius onerosam hereditatem, ea restituta Seio fideicommiss. nulla retenta quarta,exoneretur Titius actionibus hereditariis. & quod dixi in Titio , habet locum in omnibus qui de hereditate deliberant. Viuianus.

† Vide hîc Bart. & quid de negligentia heredis in eligẽdo legatariũ, vide per Bar. in.l.cũ quidam.ↄ.de lega.ↄ.

m ¶ *Eo.*l.fideicommissario.

n ¶ *Adire.* sed non statim,sed post tempus deliberationis:*vt infra eodem.l.sed & si.§.planè.*Hu.sed certè hic dicit contra, & ibi non fuit coactus statim. Accursius.

o ¶ *Commodum.* in retentione quartæ. *& facit.C.de inoffic.test.l.scimus.§.si.*

HEres *præcepto.*]CASVS. Gaius instituit sibi heredẽ Titiũ, & rogauit eum quòd restitueret hereditatem suam Seio pręcepto sibi heredi fundo Titiano,& decesit.nunc reperitur quod dictus fundus erat alienus,& nõ Gaij testatoris.certè hoc casu Aristo aiebat videndũ esse vtrum Gajus testator voluit eum fundum omnino esse penes heredẽ: an ita demum voluit esse penes heredem, si ipsius Gaij testatoris est fundus. sed aiebat dictus Aristo sibi Aristoni superius placere,id est sibi placere illud quod dictũ est supra in primo membro suæ diuisionis , scilicet q̃ omnino fundum habeat heres : & ideo æstimatio huius fundi retinenda est per heredem cum restituit hereditatem fideicommis.scilicet si ante restitutionem hereditatis est euictus dictus fundus heredi.Viuian.

p ¶ *Fundo.*certo.aliàs nulla est deductio:*vt.*j.*de verbo.obli.l.ita stipulatus.*

q ¶ *Sed sibi superius.*l. quòd omnino fundum vel æstimationem habeat heres:*vt.*ↄ*.eo.l.*j.*§.si heres.*

r ¶ *Retinenda.*aliàs remittenda,vbi ante restitutionem est euictus.aliàs restituenda,si post restitutionẽ euincatur.& de hoc etiã cauetur:*vt.*ↄ*.e.l.cũ hereditas ex fideic.& l.de euictione.* Sed cõtra huic.*l.*ↄ*.de leg.*ij*.l.cum pater.§.euictis.*Sol.hic a habetur loco quartæ,saltem pro rata onerosæ:*vt.C.eo.l.*j. ibi est simpliciter legatum sine onere. Et eodem solue aliud contra.*C.de lega.l.cum alienam.* vbi distinguitur sciam vel non. Accur.

a Vide hîc alias solutiones apud Bartol.

SI *heres.*]CASVS. Institui mihi heredem Titium,&rogaui eum quòd restitueret hereditatem meam Seio,& decessi. postea dictus Titius heres mutuauit pecuniam hereditariam Gaio,&accepit pignora in eam causam , & postea restituit hereditatem dicto Seio fideic. certè non competunt dicto fideic. actiones aduersus ipsa pignora. Sed quid si ego defunctus mutuaui dictã pecuniam Gaio,

Gaio, & non accepi ab eo pignus: sed dictus meus heres accepit propter hoc pignus? certe idem erit: scilicet vt non competant dicto fideicommiss. actiones aduersus dicta pignora. verumtamen habet fideicommiss. prædictus ex fideicommisso actionem aduersus heredem vt ei cedat heres actionem pro cōmodo dict. pignoris. [CVM EX TREBELLIANO.] Prædium meum Titianum debebat seruitutem prædio tuo Seiano. ego autem institui te heredem, & rogaui te quòd restitueres hereditatē meam Seio, & tu adiuisti hereditatem meam, & ipsa aditione fuit confusa seruitus quā prædium meum debebat tuo. certe cum restituis hereditatem meam fideicommiss. Seio, potes ab eo petere vt redimponatur seruitus prædio meo, sicut erat antequam adires hereditatem meam. & ita nihilo minus amodo valebit seruitus prædicta, quamuis hereditatem meam adieris. & idem est econtra, si tuum prædium debebat seruitutem meo. Viuianus.

Actiones quæ competunt heredi ex sua prouisione, non transferuntur facta restitutione per Trebellianum: sed noua cessione opus est. Bartolus.

LXXIII. MARCIANVS *libro tertiodecimo Fideicommissorum.*

SI heres pecuniam hereditariam crediderit, & in eam causam pignora acceperit: actiones non competunt ei cui restituta fuerit hereditas, aduersus ipsa pignora.[a] Sed aliqua dubitatio remanebit, si in eum contractum qui ex defuncto fuerit interpositus, heres antequam restitueret hereditatem, pignus acceperit. Sed nec sic quidem ipse admitteretur[b] ex fideicommisso: tamen habet[c] aduersus heredem actionem, vt ei cedat pro pignoris commodo actionem. 1. ¶ Cum ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas: seruitutes quas mutuo prædia heredis & testatoris habent, nihilo minus valent.[d]

a Heres suo nomine mutuans, & pignus accipiens, restituta hæreditate fideicōmissario, pignus non adquirit fideicōmissario. Nomine hæreditario adquirens pignus, restituta hæreditate pignoris ita adquisiti persecutio competit fideicōmissario: quia vna cum restitutione hęreditatis, personales & hypothecariæ actiones hęreditarię transeunt in ipsum fideicommissarium.

b Fideiussoris accepti per hæredem obligatio, an & quomodo transeat in fideicōmissarium. An ipso iure sine cessione? An vtilis an directa?

c Fideiussor post principalē obligati debet: quia cū sit accessorius, non potest stare sine principali, arg. huius Gloss. & in l. sciendum ∫. de verb. oblig. Bald. in cōs. 211. Maranta. parte 6. Iudiciorum. c. de satisdationi. in fi.

d Pignoris & fideiussoris acceptidifferētia.

e Pignoris obligatio interdū remanet principali obligatione sublata.

f Fideiussoris obligatio ipso iure tollitur, principali sublata. vt hîc. & l. 3. C. de rescindenda. Almeric. in l. & post. §. si fideiussor. ∫. de transact.

a ¶ *Pignora.* nec aduersus debitorem personales, nec cedentem sunt: tamen ex fideicommi. tenetur fideicommissario: *vt. ∫. eo. l. si heres.* §. j. & hoc cum[a] mutuauit heres suo nomine. aliud si nomine hereditario, volens negotium hereditarium genere: quia tunc personalis & hypothe. transit per restitutionem, cum sint hereditariæ: *vt. C. per quas perso. no. acqui. l. fi. & ∫. de peti. here. l. item veniunt.* §. j. Accursius.

b ¶ *Ipse admitteretur.* sci. fideicom. sine[b] speciali cessione: *vt subiicit.* 1. ¶ Sed contra. ∫. *de fideius. l. heres à debitore. in prin.* vbi dicit obligationem fideiussoris accepti transire. Solu. verum est facta cessione, non ipso iure: *vt hic dicit.* 2. Alij dicunt, transit vtilis, *vt ibi:* non directa, *vt hic.* 3. Alij, quòd aliud[c] in[d] fideiussore, qui plus sequitur personalem, *vt ibi,* quàm pignus: quod patet: quia quandoque[e] remanet pignus principali sublata: *vt. C. de lui. pigno. l. intelligere.* quod in fideiussore[f] non inuenitur. 4. Vel ideo secus in pignore, quia aliquam vtilitatem heres potest habere, puta retentionem pro debito chirographario: vel fructus ex pacto, quos restituere non tenetur, cum ex sua astutia habeat: *vt. ∫. ad l. Falcid. l. iij. in prin.* quod in fideiussore non est. 5. Vel ideo est, quia obligatio fideiussoris pendet ex bonis defuncti. nā id ab eis petitur quod debuerat reus defuncto. at pignora nec fuerant defuncto debita: nec etiam propriè possunt dici aliquid debere: quia tamen sunt accidentia, fit cessio, vt subiicit. 2. ¶ Item contra. ∫. *de consti. pecu. l. si post.* Solu. ibi per cessionem decernitur, non ipso iure. & sic intellige. ∫. *de her. ven. l. ij. §. non solum. & l. emptori nominis.* scilicet fieri per cessionem. & j. *de contra tab. l. cum emancipatus. in prin.* 3 ¶ Item contra. ∫. *de pac. l. si tibi. §. cum possessor.* vbi non proficit quod fecerat heres. Sed dic ibi male putant. vel non prodest, nisi facta cessione, *vt hic dicit.* Vel verius ibi non erat verus heres qui paciscebatur: hic sic. Et eodem modo respon. ∫. *de transact. l. imperator. §. fi.*

c ¶ *Habet.* s. fideicommissarius.

d ¶ *Valent.* extinctæ quidem sunt aditione hereditatis, & in restitutione hereditatis debent iterum imponi: *vt. ∫. de serui. l. Papinianus. & de serui vrba. prædi. si quis ædes. in princi. & de fundo. l. si maritus. j. respon. & §. j. & de lega. j. l. si seruus Titij. & de acqui. here. l. eum qui. § fin.*

QVi filium.] CASVS. Titius habebat filium Seium, & filiam Semproniā: & instituit eos sibi heredes, & ita cauit in testamento suo de dicta sua filia: Mando tibi filiæ meæ vt non facias testamentum de his quæ tibi reliqui. certe perinde habenda est ea scriptura testamēti, ac si rogasset eam restituere partem hereditatis in qua erat instituta, dicto suo fratri. [SABINVS ANTONINVS.] Sabinus Antoninus fecit testamētum, & exheredauit Antoninum filium suum impuberem, & Honoratam filiam suam, & Iuliam Valerianam matrem prędictorum instituit heredem, & ab ea Iulia Valeriana reliquit dictæ Honoratæ suæ filiæ trecenta, & quasdam alias res, & voluit restituere prædictam Iuliam Valerianam dicto Antonino suo filio cum ad annum vicesimum suæ ætatis peruenisset, reliquam omnem hereditatem: quia si ante. xx. annum decessisset filius, præcepit restitui dictæ Honoratę eam hereditatem & decessit dictus Sabinus Antoninus testator. postea dicta Iulia Valeriana mater dicti Antonini filij testatoris & Honoratæ decessit intestata legitimis heredibus sibi relictis dicto Antonino & Honorata sua sorore qui erant, ambo sui filij, vt dictum est. & dictus Antoninus accepit medietatem eorum quæ erant in hereditate dictæ eorum matris, & Honorata accepit aliā medietatem: & ita per consequens habuit quilibet eorum medietatem bonorum Sabini Antonini testatoris, qui instituerat sibi heredem dictam Iuliam Valerianam matrem prædictorum. postea dictus Antoninus filius testatoris agens plenum nonumdecimum annum, & ingressus. xx. annum, necdum tamē eo vicesimo anno expleto, decessit relicta herede filia Fauia Valeriana: quæ forte fuit vocata Valeriana propter prædictam Iuliam Valerianam suam auiam, id est matrem patris. à qua Fauia Valeriana filia Antonini filij testatoris amita sua Honorata, quæ erat soror patris (vt dictum est) petebat fideicommissum ex testamento patris ipsius Honoratæ, id est prædicti Sabini Antonini, scilicet dimidiam portionem hereditatis ipsius Sabini Antonini: quam dimidiam possidebat dicta Fauia Valeriana tanquam heres patris sui Antonini filij dicti Sabini Antonini testatoris: qui Antoninus filius testatoris habuerat dictam dimidiam portionem hereditatis Sabini Antonini à matre sua Iulia Valeriana, quæ fuerat instituta à dicto Sabino Antonino, vt dictum est: & quæ reliquerat heredes ab intestato dictum Antoninum filium testatoris & Honoratam, vt dictum est: & alegabat ita pro se coram præside dicta Honorata amita Fauiæ Valerianæ: Domine, Sabinus Antoninus pater meus in suo testamento voluit restitui hereditatem suam filio suo Antonino meo fratri, & patri quondam istius Fauiæ Valerianæ, cum ad annum vicesimum ætatis peruenisset: & præcepit restitui mihi Honoratæ eam hereditatem si ante. xx. ann. decessisset dictus meus frater. dictus autem meus frater decessit nondum completo vicesimo anno: ergo decessit ante vicesimum annum: ergo debet mihi restitui dicta hereditas patris mei. hæc autem Fauia Valeriana filia fratris mei prædicti habet dimidiam: & ego aliam dimidiam habeo ex successione matris meæ, quæ fuit instituta à patre meo. debet ergo hæc filia fratris mei restituere mihi illam dimidiam, quam habet tanquam heres patris sui heredis pro dimidia matris meæ rogatæ mihi restituere hereditatem patris mei eo modo qui dictus est. Item allego vobis domine præses prouinciæ tale argumentum pro me: Video quòd septuagenarij excusantur à tutelis. & tamen diuus Marcus non excusauit eum à tutela qui ingressus fuisset septuagesimum annum ætatis, & eum non compleuisset. ergo à simili frater meus qui decessit nondum completo vicesimo anno, quem ingressus erat videtur decessisse ante vicesimum annum: & ita vindicauit sibi locum fideicommissum prædictum relictum mihi à patre meo. Præses autem motus prædictis allegationibus tulit sententiam contra dictam Fauiam Valerianam filiam Antonini filij testatoris: & ita apud eundem præsidem obtinuit dicta Honorata. Tutores autem dictæ Fauiæ Valerianæ appellauerunt à dicta sententia: vel aduersus eam sententiam in integrum restitutionem petierunt: & coram imperatore cognoscente de appellatione vel de in integrum restitutione, ita allegauerunt pro dicta Fauia Valeriana pupilla, in primis quòd ipsa pupilla erat pauper. Secundo allegauerunt constitutionem diui Hadriani, in qua constitutione quantum ad munera municipalia iusserat idem diuus Hadrianus eum annum quem quis electus ad dicta munera ingressus esset, numerari pro impleto: vt infra de mu. & ho. ad rempublicam. Tertio allegauerunt pro dicta pupilla verba testamenti dicti Sabini Antonini: quæ verba fuerunt talia vt in princip. §. dictum est, reliquam omnem hereditatem filio Antonino cum ad annum. xx. ætatis peruenisset, volui restitui &c. quæ verba pos-

Qui iubet aliquem non facere testamentum, videtur rogare de hereditate restituenda heredibus venientibus ab intestato. Bartolus.

LXXIIII. PAVLVS *libro secundo Decretorum.*

QVi filium & filiam habebat, testamentum fecit, & ita de filia sua cauerat: Ἐντέλλομαί σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι,* [id est, Mando tibi non testari donec liberi tibi sint.]

* Id est, Demādo tibi, ne prius testamentū facias, quam liberos habeas. hæc. n. est vera horum verborum interpretatio, non quæ hic ex vulgatis libris ad scripta est. Cont.

ff. Infort.

ſunt intelligi & ſonare vt ad annum vltimum venerit, qui tamen intrauerit: ſicut quis peruenit ad vltimum ferculum ſtatim cum coram eo proponitur per ſcutiferos, vel famulos, vel alios. Vnde imperator prædictus ſuper hoc cognoſcens motus prædictis allegationibus tutorum, & motus argumentis legis Æliæ Sentię prolatis à Paulo cōditore huius legis & ſuis ſequacibus coram eodē imperatore, dicentibus coram eo quòd lex Ælia Sentia prohibet minorem.xx.ann. manumittere: *vt Inſti.qui ma.non poſſ.§.eadem* dicitur etiam quòd minor.xx.ann.non eſt, qui diem ſupremum agit ann. xx. quamuis eum.xx. an non compleuerit: *vt infra de manumiſſ.l.j.* & motus dictus imperator dictis quibuſdam prolatis à dicto Paulo & ſuis ſequacibus, pronuntiauit contra dictam Honoratam petitricem: cuius pronūtiationi ego credo ſtādum. Viuianus.

Pronuntiauit imperator fideicommiſſum ex hac ſcriptura [a] deberi: quaſi per hoc quòd prohibuiſſet eam teſtari, petiſſet vt fratrem ſuum heredem faceret. ſic enim accipiendam eam ſcripturam, ac ſi hereditatem ſuam rogaſſet eam reſtituere.

Fauore filij annus cœptus habetur pro completo. Bartolus.

1. ¶ Fabius † Antoninus impuberem filium Antoninum & filiam Honoratam relinquens, exheredatis his matrem eorum Iuniam Valerianā heredē inſtituit: & ab ea [b] trecenta & quaſdā res filiæ reliquit: reliquā omnem heritatem filio Antonino, cum ad annum vicenſimum ætatis perueniſſet, voluit reſtitui. quòd ſi ante annum vicenſimum deceſſiſſet filius, eam hereditatem Honoratæ reſtitui pręcepit. mater inteſtata deceſſit, vtriſque liberis legitimis heredibus relictis. poſtea filius annum agens plenū nonundecimum, & ingreſſus vicenſimum, necdum tamen eo expleto deceſſit, filia herede Fauia Valeriana ſua relicta: à qua amita [c] fideicommiſſum & ex teſtamento patris portionē [d] hereditatis petebat, & apud præſidē obtinuerat. tutores Valerianæ filiæ Antonini egeſtatem eius prætendebant, [e] & recitabant diui Hadriani conſtitutionem, in qua quantum ad munera municipalia iuſſerat eum annū quem quis ingreſſus eſſet, pro impleto numerari. [f] † Imperator autem noſter motus & æquitate rei, [g] & verbis teſtamenti, [h] *Si ad annum vicenſimum ætatis*, quamuis ſcire ſe diceret à diuo Marco nō excuſatum à tutela eum qui ſeptuagenſimum annū ætatis ingreſſus fuiſſet, [i] nobis [k] & legis Æliæ Sentiæ [l] argumenta proferentibus, & alia [m] quædam contra petitricem pronuntiauit.

a ¶ *Scriptura.* rogo [a] te vt illum heredem facias: *vt.ſ.eo.l.ex facto. in princip.* Vel illa, mādo non teſtari. Sed huic.l.eſt contra.ſ. *de lega.ij.l.cum pater.§.mando.* Sed hic præceptum, ibi conſilium: vt patet ibidem.

b ¶ *Ab ea.* Valeriana.

c ¶ *Amita.* ſci. Honorata.

d ¶ *Portionem.* ſ. dimidiam. nam aliam habebat etiam de voluntate matris. Accur.

e ¶ *Prætendebant.* coram principe cognoſcente ex appellatione: vel quia petebatur in integ.reſt.ſic.ſ. *de min.l.Æmilius.* ¶ Et no. q hæc eſt prima ratio paupertas: [b] *vt.C.de epiſc.& cleri.ſi quis ad declinandam.§.pen.*

f ¶ *Numerari.* vt rem pupil. gerat: *vt.j.de mune.& hono.l.ad rē.*

g ¶ *Rei.* i. paupertatis. Accurſius.

h ¶ *Et verbis teſtamēti.* ſ. his, ad annum &c. quæ verba poſſunt ſonare vt ad annum vltimum venerit qui eum intrauerit: ſicut quis venit ad vltimum ferculum, ſtatim cum ei proponitur. & hæc eſt tertia ratio.

i ¶ *Fuiſſet.* vt *& ſ.de excuſa.tu.l.excuſantur in princip.* & accipe hic contra petitricem.

k ¶ *Nobis.* ſci. Paulo cum noſtris ſequacibus proferentibus argumenta &c. *vt & j.de ma l.j.*

l ¶ *Aeliæ Sentiæ.* vbi inceptus [c] habetur pro impleto: *vt.j.de ma.l.j.* ¶ Et no. ex argumentis [d] cauſam decidi.

m ¶ *Et alia.* ſ. de teſtamēto: *vt.ſ.de teſta.l.qua ætate. & de vſucap.l.j. & de diuer.temp.præ.l.in vſucapione.* & quia eſt de liberis. *arg.C.de his qui ante aper.tab.l.j.* & quia poſſidebat: *vt.j.de reg.iur.l.fauorabiliores.§.j. item & j.de manu.teſt.l.ſi ita.* licet ibi ſit fauor libertatis. ¶ Sed cuius ſententia præualet? vtrū præſidis, vel principis? Reſp. principis, vt maioris & vltimi, [e] & rationes plures reddentis. ſed pro præſide eſt. *C.quando dies leg.ce.ex his.inſi.l.& ſ.de leg.j.l.ſi cui. & ſ.de condi.& demon.l.non putabam.* quæ plene dic vt not.ſ. *de mino.l.iij.§.minorem.* Accurſius.

n ¶ *Epiſtulam.* Caſum [a] dic q Titius teſtator inſtituit æqualiter ſibi heredem filij matrē, & Sempronium quondam ſuum curatorem. & Cornelium. in vita Titij deceſsit mater. item Sempronius cōtraria fortuna eſt deportatus, & ſic habetur mortuus: *vt.j.de bo.lib.l.ſi necem.§.ſi deportatus.* & ſic ſperatur quòd tanquam in cauſa caduci deuoluantur partes eorum ad Cornelium: *vt.C.de cadu.toll.§.pro ſecūdo.* hoc autē videns teſtator fecit epiſtolā, qua grauauit Cornelium vt de portionibus matris & Sempronij det quatuor vncias Seio quod fieri potuit: *vt.C.de fideicom.l.& in epiſtola* ſi redeat deportatus p in integ. reſt. & ſic adeat hereditatē, quod fieri poteſt: *vt.Cod.de ſen.paſ.l.j.* non tenetur ad duas vncias, vtpote non rogatus: ſed Cornelius tenetur ad alias duas. Alij ponūt quod tantum duo ſ. mater & curator fuerunt inſtituti, ſed Cornelius ſubſtitutus, propter finem vbi dicit pro rata portione &cæt. q. d. tantum portionem matris habeat, & nihil iure ſuo ſcilicet habeat. Accurſius.

Defectus cauſæ de futuro facit legatum deficere. Bartolus.

LXXV. SCÆVOLA *libro octauodecimo Digeſtorum.*

EPiſtulam [n] ad heredem ſuū in hac verba ſcripſit: *Titius Cornelio heredi ſuo ſalutem: A te peto Corneli, quoniam ad te deuoluta [o] eſt pars matris meæ, [p] item pars Sempronij [q] curatoris quondam mei contraria fortuna [r] vſi, & per hoc totus as meus apud te eſſe ſperatur, vti reddas [ſ] reſtituas Gaio Seio vncias quatuor.* Quæſitum eſt, cum Sempronius in integrum reſtitutus ſit ab Imperatore quo fuerat deportatus, & adierit hereditatem, an is quoque rogatus ſit vt ex ſua portione reſtituat hereditatem. [t] Reſpondit, Sempronium quidem non proponi rogatum: Cornelium autem heredem debere pro rata [u] portione maternarum [x] defuncti rerum reſtitutionem Seio facere.

o ¶ *Deuoluta.* aliàs deuoluenda.

p ¶ *Matris meæ.* quæ erat quarta pars.

q ¶ *Sempronij.* quæ erat altera quarta pars.

r ¶ *Fortuna.* vt quia eſt deportatus.

ſ ¶ *Vti reddas.* & hic accipe, peto, quod eſt. ſupra.

t ¶ *Hereditatem.* id eſt duas vncias de hereditate.

u ¶ *Pro rata.* ſ. ad duas vncias. nam æquales erant partes *& facit ſupra de here.inſti.l.fina.* Accurſius.

x ¶ *Maternarum.* id eſt duas vncias.

In dubio quando quis rogatur reſtituere ei à quo accepit, eſt intelligendum poſt mortem ſuam. Bartolus.

1. ¶ Mulier heredi [y] inſtituti fideicōmiſit, vt retēta parte quarta reliquam partem reſtitueret nurui [z] quondam ſuæ, cuius [a] fideicommiſit in hæc verba: *Rogo te vt id quod ad te ex bonis meis peruenerit, facias peruenire ad filiū tuū.* Quæſitum eſt, quādo hoc fideicommiſſum reſtituere debeat: vtrúmne poſt mortem ſuam, an iam nunc? [b] Reſpondit, ad tempus quo nurus moreretur, [c] fideicommiſſum aptandum eſſe.

Mulier.] CASVS. Titia habebat filium Seium, & Seius habebat Gaiam vxorē, quæ erat nurus dictæ Titiæ. ex iſto autē Seio & Gaia natus fuit Sempronius. deceſsit dictus Seius. poſtea Titia fecit teſtamentū, & inſtituit ſibi heredem dictū Sēpronium natum ex Seio mortuo, & Gaia viua. & eius Sempronij fidei commiſit vt retēta quarta parte hereditatis eiuſdem Titiæ teſtatricis, reliquā partem reſtitueret nurui quondam ſuæ treſtatricis, id eſt dictæ Gaiæ. nurus fidei commiſit in hæc verba: Rogo te nurum meam quondā, vt id quod peruenerit ad te ex bonis meis, facias peruenire ad filium tuum Sempronium. & deceſsit dicta Titia teſtatrix. quæſitū eſt, quando hoc fideicom. reſtituere debeat nurus filio ſuo Sempronio, vtrúm ne poſt mortem ſuam nurus: an vero ante etiam? & reſpondet quòd poſt mortem, & non ante. Viuianus.

y ¶ *Heredis.* i. nepotis quem ex filio præmortuo habebat.

z ¶ *Nurui.* i. matri heredis inſtituti. Azo.

a ¶ *Cuius.* ſ. nurus.

b ¶ *Nunc.* i. in hoc caſu.

c ¶ *Moreretur.* ſic *ſupr.de leg.iij.l.ſi legatarius.in fi.* Sed contra.ſ. *eod.l.vbi pure.in princi.* Solu. ibi fideicommi. erat in poteſtate rogati: hîc nō, quia fœmina eſt rogata. Item contra *ſupra de cōdi.& demonſt.*

a Rogatus filius hæreditatē vti eam accepit restituere, non adiecto tēpore restitutionis, quæritur quo tempore hæreditas illa sit restituenda? Respondeo mortis tēpore. Hoc enim tempus tacitè colligitur ex præsumpta voluntate testatoris, similis est casus in Gl. l. filios. ¶. in fi. ¶. de vsufructu legato. adde Romanum singulari. 198. incipiente Rogatus quis restituere. Simonē de Pratis lib. 4. de interpr. vlti. volunt. interpr. 1. dubitat. 9. numer. 31.
† Facit ad hanc l. Gl. in c. 1. sup. r verbo, absque deductione. ante fi. ibi, si autem, de testa. lib. 6.

demonst. l. j. vbi dicit quòd pure debetur, nisi sit dies vel condit. Sed dic quòd hic est conditio tacite[a] à iure præsumpta ex voluntate defuncti. Accursius.

S *Cæuola.*] C A S V S. Martinus filium suum Gaium impuberem ex asse scripsit heredem in testamento suo, & alium suum filium puberem Petrum exheredauit pone, & postea fecit codicillos, & in eis ita dixit: Si Gaius filius meus impubes mihi heres erit, & in pupillari ætate decesserit substituo ei Titium, & Mæuium, & Seium. & ita in codicillis directo & pupillariter substituit prædictos dicto impuberi, & decessit dictus Martinus. postea dictus impubes decessit in pupillari ætate. nunquid dicti substituti hereditatem nancisci possunt? & videbatur quòd non, ea ratione, quia codicillis hereditas neque dari neque adimi potest directo. de benignitate tamen dicendum est, vt si non valebat iure directo, valebat tamē iure fideicomm. id est vt impubere mortuo in pupillari ætate, frater impuberis prædictus, qui ab intestato eidem impuberi successit ex eo quòd dicta pupillaris substitutio directa in codicillis facta non valuit, obligetur ex fideicommisso dictis substitutis ad restituendam eis hereditatem. & sic cum trahitur ad fideicōmissum, possit dictus frater detrahere quartam. sumus enim in eo tractatu vbi detrahitur quarta de fideicommissis vniuersalibus. Sed pone quòd dictus Titius & Mæuius & Seius qui in codicillis erant substituti impuberi pupillariter & directo fuerunt inuicem substituti, & in eisdem codicillis per dictum Martinum, & sic inter eos fuit facta breuiloqua substitutio, sicque fuit directa vulgaris, quæ non potest fieri in codicillis: quia codicillis hereditas neque dari neque adimi potest directo. vt dictum est. & pone quòd dictus impubes decessit in pupillari ætate: & ita cum non valuerit substitutio ei pupillariter & directo in codicillis facta, frater eius successerit ei ab intestato, & teneatur idem frater impuberis restituere per fideicommissum hereditatem dictis substitutis, vt dictū est. certe placet valere dictam breuiloquam substitutionem substitutorum etiam in fideicōmisso prædicto, quod dictus frater impuberis debet dictis substitutis, vt dictum est. vnde vno de dictis substitutis mortuo, duo substituti qui supersunt, totum siue totam hereditatem, ita quòd non detrahitur pars substituti mortui, accipiunt ex causa fideicommissi de manu dicti fratris pupilli, qui impuberi ab intestato successerat eo modo qui dictus est: detracta tamen quarta, vt & infra dixi. Viuianus.

Substitutio directa facta in codicillis, trahitur ad fideicommissariam, etiam si sint fratres in medio. Bartol.

L X X V I. I D E M *libro nonodecimo Digestorum.*

SCæuola † respondit, Si pater filium suum impuberem ex asse scripserit heredem, eique codicillis substituerit,[a] deinde filius impubes decesserit: licet substitutio inutilis[b] sit, quia codicillis hereditas neque dari neque adimi potest,[c] tamen benigna interpretatione placet, vt mater quæ ab intestato pupillo successit, substitutis fideicomm. obligetur.[d] Quòd si inuicē fuerunt substituti:[e] & in fideicommisso substitutionem valere. vnóque eorum mortuo qui supersunt, totum accipiunt.[f]

Conditio de educandis liberis, non requirit liberos mortis tempore superfore. Bartolus.

L X X V I I. I D E M *libro vicensimo Digestorum.*

HEredib. institutis filiis vtriusque sexus, singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet, partē suā hereditatis sorori fratríve restitueret: aut si frater sorórve nō esset, matri suæ: & hæc verba adiecit, *Vósq. liberi carissimi hoc fideicōmisso teneri inuicem volo, donec binos liberos educaueritis.*[g] Quæsitum est, si quis ex liberis duos filios procreauerit, quāuis superstites non reliquerit, an heredes eius fideicommissum debeant. Respondit, secundum ea quę proponerentur, videri fideicommissi onere liberatos.

Verba, si decesserit sine liberis, debent intelligi de his quos rogatus habere potest. Bartolus.

1. ¶ Titius nepotes ex filia,[h] & furiosam filiam suam heredes instituit: & fideicommisit filiæ,[i] vt si sine liberis[k] decessisset, pars ei data perueniret ad coheredes. furiosam ipse Titius in matrimonio[l] collocauit, & enixa est filia post mortem patris. Quæsitum est, defuncta furiosa, superstite ex huiusmodi coniunctione parta filia, an fideicōmissum ad coheredes pertineret. Respōdit, cum filiam reliquisse proponeretur, fideicommissum non deberi. Claudius: nam etsi matrimoniū cum furiosa non fuit, satis tamen factum est eiusmodi conditioni.[m]

Possunt aliqui grauari de bonis inuicem communicandis. Bartolus.

L X X V I I I. I D E M *libro vicensimoprimo Digestorum.*

a ¶ *Substituerit.* directo pupillariter: vt infra patet.

b ¶ *Inutilis.* quia directo facta.

c ¶ *Adimi potest.* vt. C. de codicil. l. ij. & Insti. de codicil. §. pen.

d ¶ *Obligetur.* patet hic quòd fuit pupillaris directa, & trahitur ad fideicom. *sic. ¶. de condi. insti. l. pen. in fin. & C. de impub. & ali. substi. l. ij. & l. quamuis. & l. precibus. insi. & de testa. l. hac consultissima. §. pe. & ¶. de lega. ij. l. cum quis decedens. §. Seia. & . de codicil. l. illud. §. j. &* sic detrahetur quarta: *vt. ¶. de codicil. l. ij. §. fi.* Itē hoc quòd trahitur ad fideicomm. est verum, si nullo tempore potuit valere iure directo. aliàs nō trahitur nisi in milite: *vt. ¶. de pupil. substi. l. centurio.*

e ¶ *Substituti.* s. illi qui pupillo erant substituti & fuit breuiloqua, *vt. ¶. de pupil. substi. l. Lucius.* & sic directa vulgaris quę non potest fieri in codicillis, sed trahitur ad fideicommiss. vt subiicit.

f ¶ *Accipiunt.* scil. ex causa fideicommiss. de manu fratris pupilli: *vt. j. eo. l. Lucius. § pater. & j. de suis & legi. here. l. si ex pluribus* & hoc detracta quarta: vt dixi. *& facit. ¶. de vulg. substi. l. si mater ita in princip.*

H *Eredibus.*] C A S V S. Titius instituit sibi heredes filium suum Seium & filiam suam Semproniam, & rogauit dictum Seium vt si sine liberis decederet partem suam hereditatis sorori suæ Semproniæ restitueret: aut si soror non superesset, restitueret Bertæ suæ matri. Item rogauit eandem Semproniam vt si ipsa sine liberis decederet, partem suam hereditatis fratri restitueret. aut si frater non superesset, restitueret dictæ suæ matri. & hæc verba adiecit postea dictus Titius, vósque liberi charissimi hoc fideicommisso inuicem volo teneri donec binos liberos educa. & postea decessit dictus Titius testator. quæsitum est, si quis ex filiis duos liberos procreauerit, quamuis superstites eos post mortem suam non reliquerit: an heredes sui fideicommissum prædictum debeant? & respon. quòd non debent [T I T I V S.] Titius instituit sibi heredes nepotes ex filia sua pręmortua, & aliam filiā suam furiosam: & fidei filiæ furiosæ commisit, vt si sine liberis decessisset, pars ei furiosæ data perueniret ad dictos suos coheredes. postea ipse Titius collocauit Seio in matrimonio eam furiosam de facto, licet nō de iure, quia furiosa non potest contrahere matrimonium: *vt. ¶. de rit. nupt. l. oratione. §. fina.* & enixa est dicta furiosa filia post mortem dicti Titij sui patris: & postea decessit dicta furiosa superstite filia nata ex huiusmodi coniunctione. quæsitum est, an fideicommissum prædictum pertineret ad dictos coheredes furiosæ? & respon. quòd non. & est ratio, quia licet dictum matrimonium non tenuerit de iure ex quo matrimonio nata est dicta filia furiosæ, tamen satisfactum est huiusmodi conditioni appositæ per Titium patrem furiosæ circa fideicommis. coheredibus furiosæ præstandum, i. satisfactum est volūtati eiusdem Titij qui apposuit dictam conditionem. voluit enim quòd heredes non haberent fideicommis. si furiosa cum liberis decederet, ex eo quòd dixit quòd pars furiosæ data perueniret ad coheredes si sine liberis decessisset furiosa. Viuianus.

g ¶ *Educaueritis.* per hoc apparet voluntas defuncti. vnde alia est. ¶. eo. l. ex facto. § *si quis autem susceperit.* cum suis concor.

h ¶ *Filia.* præmortua aliàs non bene conueniret quod subiicit, vt si sine liberis, &c. Accur.

i ¶ *Filiæ.* furiosæ.

k ¶ *Sine liberis.* imò etiam & si cum liberis decederet, nō esset facienda restitutio: quia dum fuit in furore, heres non fuit: *vt. C. de cur. fur. l. fi. § sin autem.* nisi dicas speciale quia filia, *arg. in ea. l. §. j.*

l ¶ *In matrimonio.* de facto non de iure: *vt. ¶. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. & j. dicit.*

m *Conditioni.* hoc ideo, quia filia quo ad matrem est vt legitima; licet sit naturalis, nisi sit mater illustris: *vt. C. ad Orfi. l. si qua illustris: & Inst. ad Orfi. §. nouissime. & Insti. de suc. cognator.* Item quia pater taliter copulauit: per quod videtur voluisse filiā ex tali coniunctione natā extinguere fideic. Item quia aliter hæc furiosa non potuit habere maritū. vnde parcitur ei si habuerit qualiter potuit: *vt. j. de ver. sig. l. quæret aliquis.* ¶ Sed si quis instituat masculū filiū & substituat si sine liberis decedat: vel etiam hoc non exprimat, si

sine liberis. & ipse decedat filio tātum naturali superstite, quid iuris sit, plene no. in vtroque casu. ͞s. eo. *l. ex facto. §. si quis rogatus. & C. de insti. & subst. l. generaliter. in fi. & facit. ͞s. de pu. sub. l. ex facto queritur. in prin. & C. de impu. & ali. sub. l. humanitatis.*

† Extat ad verbum *l. vlt. §. Lucius. ͞s. de leg. 2.*

LVcius † Titius intestato moriturus, cum haberet vxorem, & ex ea filiam emancipatā, codicillis hæc verba inseruit: *Pertinent autem hi codicilli ad vxorem & filiam: itaque rogo, quidquid aut ego reliquero, aut vos ipsæ habeatis,*[a] *commune vobis sit: quod si non ego rogarem, vos pro vestra pietate faceretis.* filia intestati patris bonorum possessionē[b] accepit. quæsitum est, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij ex causa fideicommissi à filia matri debeatur. Respōdit, secundum ea quæ proponerentur, deberi,[c] si etiam vxor parata sit in commune bona sua conferre. †

† Flo. conferri.

LVcius Titius.] CASVS. Lucius Titius intestatus moriens siue moriturus, cum haberet vxorem, & ex ea filiam à se emancipatam, fecit codicillos, & in eis hæc verba inseruit: Pertinent hi codicilli ad vxorem & filiam: itaque rogo quicquid ego reliquero, aut vos ipsæ haberis, commune vobis sit: quod si ego non rogarem, vos pro vestra pietate faceretis: id est, facere deberetis & decessit dictus Lucius Titius. & filia accepit bon. pos. vnde liberi eiusdem Lucij Titij intestati mortui. quæsitum est, an aliqua pars hereditatis ei[a] debeatur matri à filia ex causa fideicommissi? & respō. quòd debetur. & ego subaudio, dimidia, si tamen vxor parata sit conferre bona sua in commune. & habemus hanc. l. quasi de verbo ad verbum. ͞s. *de leg. ij. l. fina. §. Lucius.* vnde non erat necesse quòd hic scriberem casum: cum ibi scripserim satis competenter. scripsi tamen & hic. superfluum enim non credo vitiare in hac parte. Viuianus.

Nudi executores testamentorum de his quæ non sunt ad pias causas, contra heredem actionem non habent. Bartolus.

1. ¶ Mæuia duos filios heredes reliquerat, & eodem testamēto ita cauit: *Fidei autē heredū meorū cōmitto, vti omnis substantia mea sit pro deposito*[d] *sine vsuris apud Gaium Seium, & Lucium Titium: quos etiā, si licuisset,*[e] *curatores substantiæ meæ dedissem, remotis aliis,*[f] *vt hi restituant nepotib.*[g] *meis prout quis eorū ad annos vigintiquinq; peruenerit*[h] *pro portione:*[i] *vel si vnus,*[k] *ei omnem,*[l] Quæsitum est, an fideicōmissum præstari à scriptis heredibus Lucio[m] Titio & Seio[n] debeat? Respondit, secundū ea quę proponerentur, Lucium Titiū, item Caium Seium fideicommissum petere non posse.[o]

a ¶ *Habeatis.* nā cum erat emancipata filia, etiam iure veteri aliquid habere poterat.

b ¶ *Bonorum possessionem.* vnde lib. *vt. C. qui admit. ad bono. poss. l. emancipata.*

c ¶ *Deberi.* dimidiam: *vt. ͞s. de leg. ij. l. fi. §. Lucius.*

Mæuia duos.] CASVS. Mæuia fecit testamentū, & instituit sibi heredes duos suos filios, & intentio eius quòd in eodem testamēto cauit, est talis, vt mihi videtur. Fidei autem heredum meorum committo, vt omnis substantia mea sit pro deposito siue pro custodia sine vsuris apud Gaium Seiū & Lucium Titium: quos dedissem curatores substantiæ meæ, si licuisset siue licitum de iure fuisset, remotis aliis tutoribus vel curatorib. datis à patre. & vt hi Gaius Seius & Lucius Titius restituant nepotibus meis natis ex alio filio meo præmortuo: vt quisquis eorum nepotum ad annos. xxv. peruenerit, pro portione scilicet rata, siue numero personarū: vel si vnus, sci. tantum ex dictis meis nepotibus peruenerit ad. xx. an. vt quia alij prædecesserunt, ei qui solus peruenerit ad. xxv. an. omnem substantiam meam restituant Gaius Seius & Lucius Titius. & decessit dicta Mæuia. quæsitum est postea, an fideicommissum debeat præstari à dictis heredibus prædictis Lucio Titio & Gaio Seio? & respon. quòd dicti Lucius Titius & Gaius Seius non possunt petere ab heredibus dictum fideicommiss. commissarij enim siue executores testamentorum non habent actionem contra heredes in hoc casu. & hanc credo esse intentionem huius §. licet plura verba posuerim quàm sint in text. ad euidentiorem intellectum. Viuianus.

a Depositum pro custodia. b Testamento curator nō datur. c Curator substantiæ datur. d Curator quibus personis & rebus & ad qd detur: vide in Spec. de actore. & tit. de curat. §. 2. & 4. & an detur ad merū factum Bald. in *l. fi. §. fin autem. C. de bon. quæ lib.*

d ¶ *Pro deposito.* i.[a] in custodia, Accur.

e ¶ *Si licuisset.* de iure. nam testamento[b] curator non datur: *vt Instit. de cu. §. j.* ¶ Et no. substantiæ:[c] quia datur substantiæ: [d] *vt. ͞s. de l. muto. §. fin.*

f ¶ *Aliis.* à patre datis tutoribus vel curatoribus. & quandoque in hoc magis sequenda est voluntas matris: *vt. C. si contra ma. voluntatem tu. detur. l. j.*

g ¶ *Nepotibus.* natis ex alio filio forte præmortuo.

h ¶ *Peruenerit.* qualiter hoc intelligas, dic *vt not. ͞s. eo. l. qui filium §. Sabinus.*

i ¶ *Pro portione.* s. tantum pro rata, i. pro virili.

k ¶ *Vel si vnus.* s. tātū puenerit ad. xxv. an. quia alij prædecesserūt.

l ¶ *Omnē.* aliàs omne. s. patrimonium. aliàs omnem. s. substantiā.

m ¶ *Lucio.* depositario.

n ¶ *Seio.* domino Stichi.

o ¶ *Non posse.* hic not. quòd[a] cōmissarij seu executores testamentorum, non habent actiones contra, heredes, cū sint vt ministri: *vt hic, & ͞s. de ali. lega. l. filio. §. matri suæ.* nisi relictū sit ad pias causas: *vt. C. de epi. & cle. l. nulli. & ͞s. de ali. leg. l. alio herede.* secus[b] si ipse est aliquid cōmodi habiturus: quia tūc non est simplex minister: *vt. ͞s. de lega. iij. si legatarius. & facit supra de lega. ij. l. si quis Titio. & l. codicillis in prin. & de leg. iij. l. pater. §. Tusculanus.*

a Executores testamenti ... non ... actione ... heredes ... nisi sint ... tores testamenti, in quo ... quid relict... ad piā causam ... hoc enim ... & rationē ... causæ, possunt agere aduersus heredes. vt hic. b Executor testamenti, nō vt nudus minister agit, cū ipse quod sibi testamento relictum est.

Portio in qua est institutus seruus per fideicommissum manumissus, ei debetur iure directo, non per fideicommissum. Item quod iure fideicommissi percipitur, venit in fideicommisso per generalia verba relicto. Bartolus.

2. ¶ Tres heredes scripsit:[p] Mæuium fratrem suum ex dodrante,[q] Seium ex sextante,[r] Stichum eiusdem Seij seruum, filiū autē naturalem Mæuij, ex vncia: & fidei cōmisit Seij, vti Stichum manumitteret, in hæc verba: *A te peto Sei, vti tu Stichum manumitteres. dedi vnde faceres.*[s] Sed & codicillis ita cauit: *Vnciam ex qua feci Stichum heredem, si quam Seius controuersiā moueret,*[t] *ad Mæuiū*[u] *fratrem meum reuerti volo. tu frater*

Tres heredes.] CASVS. Titia faciens testamentum, tres heredes scripsit scilic. Mæuium fratrem suum ex dodrante siue ex nouem vnciis hereditatis suæ. Seiū vero scripsit heredem ex sextāte, siue ex duabus vnciis. Stichum autē seruum eiusdem Seij eūdémque filium naturalem prædicti Mæuij ex vncia scripsit heredem. & fidei dicti Seij commisit vti dictum Stichum manumitteret. nam commissionē fecit in hæc verba: A te peto Sei vti Stichū manumitteres. dedi vnde faceres & postea fecit codicillos dicta Titia, & in eis ita cauit: Vnciam ex qua feci Stichum heredem, si quam Seius cōtrouersiam mouerit, ad Mæuium fratrem meum reuerti volo. tu frater secundum fidem & pietatem tuam quicquid ad te peruenerit ex hereditate mea, Sticho filio tuo restituas. quod vt facias, fidei tuæ committo. & postea decessit dicta Titia, & prædictus Seius adiuit hereditatem eius pro ea parte quæ tangebat eum: & propter hoc quòd adiuit, & sponte, manumisit Stichum compulsus de hoc à prætore. nūc quęritur, an vnciam hereditatis Titiæ ex qua Stichus prædictus ab ea Titia institutus fuit, eidem Sticho manumisso restituere debeat dictus Seius? Et dico quòd non: quia non fuit rogatus per Titiam ei Sticho restituere per verba testamēti vel codicillorum supradictorum. sed quamuis non teneatur Seius Sticho restituere dictam vnciam, quia de hoc non fuit rogatus: tamē si faciat idem Seius de hac vncia controuersiam quo minus eam habeat Stichus, dictus Mæuius eandem vnciam consequi potest à Seio ex causa fideicomm. ita quòd non remanebit Seio. nam dixit dicta Titia in codicilis: vnciam ex qua feci Stichum heredem: si quam Seius controuersiam mouerit, ad Mæuium fratrem meum reuerti volo. *vt. ͞s. vidisti.* Sed nunquid dictus Mæuius consecutus dictam vnciam prædicto modo debet restituere dicto Sticho hāc solam vnciam, an vero dodrantem ex quo ipse Mæuius institutus fuit? Et respon. de omni eo restituendo dicto Sticho quod ad Mæuium quoquo modo peruenit, testatricem sensisse. nam *vt. ͞s. vidisti.* dixit in codicillis dicta testatrix loquendo dicto Mæuio: Frater secundum fidem & pietatem tuam quicquid ad te peruenerit ex hereditate mea, Sticho filio tuo restituas. quod vt facias, fidei tuæ committo. debet ergo Mæuius restituere Sticho dictam vnciam & dictum dodrantem. Viuianus.

c Controuersiam quis mouere dicitur etiam resistendo. *vt hic.* hoc est tam de iure, quàm de facto, siue de iudicio. *adde Glo. in. l. clam possidere. in pr. ff. de adquir. poss. & ibi Abbat. extra de alien. iudic. mutandi causa. fact.* Sed & excipiendo & contradicendo, *Glo. l. non solum. §. si statu. ͞s. de procur. & §. item. in verbo contractibus. de pace iuramento firmanda. Bart. in. l. amplius nō petij. rata m rē ... l. diuus. ͞s. de petit. heredit. Bal. in l. causas. C. de transact. & in. l. cum postea. C. de pact.*

p ¶ *Scripsit.* quædam mulier.

q ¶ *Dodrante.* i. ix vnciis.

r ¶ *Sextante.* i. duabus: *vt Insti. de here. insti. §. hereditas.*

s ¶ *Faceres.* i. facere posses.

t ¶ *Moueret.* de illa vncia: *vt. ̄j. patet.* & dic de iure vel de facto, in iudicio vel extra. *sic. C. de euic. l. si post. & ̄j. rē ra. ha. l. amplius non petit in prin.* Ar. contra. *C. de transac. l. si quis maior.* ¶ Et dicitur[c] quis mouere controuersiam etiam resistendo: *vt. C. de testa. l. j. & ͞s. de procu. l. non solum. §. si status. & . C. de euic. l. si controuersia.*

u ¶ *Ad Mæuium.* patrem naturalem Stichi. Accursius.

Compulsus.

a ¶ *Compulsus.* sed sponte adiuit:ad quod per seruum cogi non poterat:tum quia suus seruus: *vt. s. eo. l. cogi. §. si à seruo.* & quia ab alio habet commodum hereditatis, ab alio libertatis: *vt. s. eod. l. si res. §. j.*

sit dictus Septicius intra xx. ann. sine liberis. ¶ Quæsitum est, an dictum fideicommissum pertineat ad fratrem & sororem eius Septicij pro portionibus hereditariis: an vero æqualiter? Et respon. quod pro parte hereditaria cuiusque eorum pertinet ad eos dictum fideicommissum. Viuianus.

b ¶ *Debeat.* s. Seius.
c ¶ *Ei restitue.* sed eo manumisso ipse est heres in ea directo.
d ¶ *De omni.* Quid ergo si monacho reliqui vt abbas non faciat ei quæstionem, aliàs relinquo extraneo? competit extraneo petitio si abbas eum molestet, per hanc. l. licet quidam contra.

Pater puerũ.] CASVS. Titius instituit sibi heredes puerum & puellam suos filios, & eos inuicem substituit & si neuter eorum heres esset, eis plures substituit ex disparibus partibus, & dictos substitutos heredes inuicem substituit his verbis: Substitutos heredes inuicem substituo. & commisit fidei eorundem suorum filiorum, vt qui eorum superesset altero præmortuo, & moreretur sine liberis intra tricesimum annum, restituat hered. his quos heredes substituerat ex disparibus partibus *vt. s. dixi de disparibus partibus.* & decessit dictus Titius pater: & postea decessit dicta sua filia: & filius remãsit postea: & decessit postea vnus de dictis substitutis: & postea decessit idem filius sine liberis intra tricesimum annum. Quæsitũ est, an pars eius substituti qui decessit, quæ pertineret ad cæteros substitutos si superuiuerent, pertineat ad eos substitutos superuiuentes pro virilibus portionibus, an vero pro hereditariis portionibus quibus substituti sunt dicti filij testatoris? Et respon. pro his partibus quibus substituti essẽt, fideicommissum ad eos pertinere. Viuianus.

secundum fidem & pietatem tuam quidquid ad te peruenerit ex hereditate mea, Sticho filio tuo restitues: quod vt facias, fidei tuæ committo. Quæsitum est, cum Seius adierit hereditatem, & propter hoc cõpulsus [a] Stichum manumiserit: an vnciam hereditatis ex qua Stichus heres institutus est, Sticho manumisso restituere debeat. [b] Respondit, non proponi Seium rogatum vnciam ei restituere. [c]

3. ¶ Idem quæsiit, an si aliquã controuersiã Seius de vncia hac ex qua Stichus institutus est, facere velit, & Mæuius vnciam ex causa fideicommissi à Seio fuerit consecutus: vtrũ hanc solam vnciã ex qua Stichus institutus est, an verò & dodrantem ex quo ipse Mæuius institus est, eidẽ Sticho restituere debeat. Respondit, de omni [d] restituendo quod ad Mæuium quoquo modo peruenit testatricem sensisse.

Portio deficiens accrescit pro portionibus hereditarijs pro quibus facta est institutio. Bartolus.

4. ¶ Pater puerum & puellã [e] heredes instituit, eósque inuicẽ substituit: & si neuter heres esset, eis plures substituit [f]: substitutóque inuicem substituit, his verbis: *Substitutos heredes inuicem substituo.* eorundem filiorum fidei commisit, vt qui eorum vita superasset, & sine liberis intra annum trigensimum moreretur, hereditatem his quos heredes substituerat, restitueret. filius vita sororem superauit, & intra trigẽsimum annum sine liberis decessit. Quæsitum est, ex substitutis vno defuncto ante filium, pars eius [g] quæ ad cæteros substitutos qui superuiuerent pertineret [h], vtrum pro virilibus, an pro hereditariis portionibus quibus essent substituti, pertineret. Respondit, consequens esse, pro his partibus quibus substituti essent, fideicommissum pertinere. [i]

Fideicommissum relictum fratribus sub nomine appellatiuo, pro hereditaria portione debetur. Bartolus.

5. ¶ Mæuia filium heredem instituit ex quincunce, [k] Titiam filiam ex quadrante, Septicium filium ex triente, cuius fidei commisit in hæc verba: *Te rogo fili Septici, si intra vicensimum annum sine liberis morieris, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas.* Quęsitum est, Septicio filio defuncto intra vicensimum annum sine liberis, hoc fideicommissum vtrum pro portionibus hereditariis ad fratrem & sororem [l] eius pertineat, an verò æqualiter. Respondit, pro parte hereditaria. [m]

Si fundus pignoratus dolo vel lata culpa heredis alienatur, fideicommissario heres tenetur: Bartolus.

6. ¶ Titia ex asse heres scripta partem dimidiã hereditatis Męuiæ rogata restituerat: fundum à testatore obligatum luere noluit, sed cum vendente creditore mandauit redimendum Seiæ. Quæsitum est, an Titia ex causa fideicommissi Mæuiæ teneatur. Respondit, cum rogata hereditatem restituere proponatur, nihil proponi cur non teneatur. [n] Claudius: Subest enim præstari oportere id quanto pluris fundus fuit, [o] quàm ad creditorem peruenire oportuit.

k ¶ *Ex quincunce.* hęc nomina expone *vt Institu. de here. institu. §. hereditas.*
l ¶ *Sororem:* ¶ No. appellatione [a] fratris cõtineri sororem. *sic. s. de pac. l. tres fratres.*
m ¶ *Hereditaria.* sic. s. *proximo. §.*

a Fratris appellatione continetur soror.

Titia ex asse.] CASVS. Gaius instituit sibi heredem Titiam ex asse, & rogauit eam restituere Mæuiæ dimidiã hereditatis. & decessit dictus Gaius testator. postea dicta Titia heres noluit luere fundũ à testatore obligatum Sempronio pone, sed eum fundum mandauit redimendum Seię, creditore illum vendente: & ipsa Seia emit. ¶ Quæritur, an dicta Titia heres teneatur Mæuiæ fideicõmissariæ ex causa fideicommis. & respond. quod sic. & est ratio: quia cum Seia emerit mandato Titiæ pignus, ipsa Titia emisse videtur: vnde oportet eandem Titiam præstare dictæ Mæuiæ fideicommissariæ dimidiam eius quod valuit dictus fundus vltra id quod dictus creditor debebat recipere super eo fundo: medietas enim hereditatis tantum erat restituenda Mæuiæ, vt dictum est. Viuianus.

n ¶ *Non teneatur.* tenetur enim, quia cum [b] mandauit emi, ipsa emisse videtur: *vt. s. manda. l. si mandauero §. si eorũ.* at ipsa [c] emere non potest, vtpote suã rem: *vt. s. mandati. l. si mandauero. §. si hi quorum.* & aliàs non admittitur vt quilibet: *vt. C. de dolo. l. j. & s. de lega. ij. l. fina. §. quatuor.* sed si extraneus sine mandato emisset,

b Mandans emere, ipse emere videtur.

c Emere rẽ suã nemo potest.

e ¶ *Puerum & puellã.* id est filium & filiam. Accursius.
f ¶ *Plures substituit* ex disparibus partibus: *vt. j. patet.*
g ¶ *Pars eius.* s. decedentis quæ erat sua spe, non re: *vt. C. de cad. tol. l. §. si autem.* Accursius.
h ¶ *Pertineret.* non autem ad heredem decedentis: *vt. j. de suis & legi. here. l. si ex pluribus.*
i ¶ *Pertinere.* vt. *C. de impube. & aliis substi. l. j. & s. eo. l. quoties. no. & facit. j. proxi. §.*

Mæuia.] CASVS. Mæuia instituit sibi heredem filium suum Gaium ex quincũce, siue ex quinque vnciis hereditatis suæ, & Titiam filiam suam ex quadrante siue ex tribus vnciis, & Septicium suum filium ex triente siue ex quatuor vnciis. & ita inter eos diuisit pro quota parte totam hereditatem suam: & commisit fidei prædicti Septicij instituti ex quatuor vnciis in hæc verba, Te rogo Septici fili si intra xx. ann. sine liberis moriaris, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas, id est Gaio & Titio prædictis. & decessit dicta Mæuia. & postea deces-

non teneretur nisi fuisset in culpa, vel nisi fuerit in dolo: quod voluit: *vt supra eodem. l. mulier. §. sed & ei. & . l. deducta. §. finali.* Accursius.
o ¶ *Fuit.* i. quanto valuit vltra debitum, & illud pro dimidia: quia tantum medietas hereditatis est restituenda. item hoc cum mandauit, vel etiam fuit in dolo vel culpa: non aliàs, vt dictum est.

Gaio Seio.] CASVS Martinus pone instituit sibi heredẽ Gaium Seium ex semisse siue ex sex vnciis hereditatis suæ, & Titiam siue Luciam Titiam ex quadrante siue ex tribus vnciis, & Titium & Sempronium ex reliquis partibus, i. ex tribus vnciis residuis: & postea ita cauit in suo testamento dictus testator: Fidei autẽ vestrę mando Gai Sei & Lucia Titia, vt post obitum vestrũ reddatis restituatis Titio & Sẽpronio semissem patrimonij & portionis eius quã portionẽ vobis dedi. & postea decessit dictus Martinus testator, & dicti heredes ab eo instituti adiuerunt eius hered. & postea dict' Gaius Sei' decessit, instituta sibi herede dicta Lucia Titia sua coherede. Quæsitũ est, an hæc Lucia Titia protinus debeat resti-

Si duo post mortem eorum restituere rogantur: vno mortuo statim pro parte competit fideicommissi petitio. Bartolus.

7. ¶ Gaio Seio ex semisse, Titia ex quadrante, & aliis ex reliquis portionib. heredibus institutis, ita cauit: *Fidei autem vestræ mãdo Gai Sei & Lucia Titia, vti post obitũ vestrũ reddatis restituatis Titio & Sempronio[a] semissem patrimonij, & portionis[b] eius quã vobis dedi.* Quæsitũ est, cũ vtrique adierint hereditatẽ, & postea Gaius Seius defunctus sit, Lucia Titia herede instituta: an hæc Lucia Titia herede instituta: an hæc Lucia Titia partem dimidiam semissis quam rogatus erat Gaius Seius restituere, protinus debeat: an verò post suam demũ mortem vniuersum fideicõmissum tam ex sua persona quàm ex Gaij Seij datum restituere debeat. Respõdit Luciam Titiam statim teneri vt partem dimidiam semissis ex persona Seij restituat.

Verba enuntiatiua commemoratiua alicuius modi præcedentis restringuntur ad illum. item in fideicommisso vniuersali relicto per mulierẽ veniunt res dotales. Bartolus.

8. ¶ Filiã[c] suã heredẽ scripsit: & nepotem quem ex ea habebat, ei substituit, & ita cauit: *Lucio Titio fratris mei filio genero[d] meo ducentos aureos relinquo: quo legato scio illum contentum esse, quoniam scripsi vniuersam rẽ meam, eo quòd filiam meam & nepotem meum[e] heredes scripsi vniuersam substantiam eis communicasse. quos inuicem cõmendo.* filia adita patris hereditate diuertit à marito.[f] Quæsitum est, an Titius quõdam eius maritus suo vel filij sui nomine ex fideicõmisso cõmunionem bonorum consequi possit viua quondam vxore sua, vel post mortem eius: Respondit, nihil[g] fideicommissi datum genero proponi præter ducentos aureos. 9. ¶ Idem quæsiit, eandem vxorem marito herede[h] scripto fideicommisisse, vt cum moreretur, filio cõmuni omne quod ad eum ex hereditate sua peruenisset, restitueret. an illæ quoque res & possessiones quæ in dotem datæ, & post diuortium restitutæ mulieri fuerant, fideicommisso contineantur. Respondit, quod mulier in bonis suis reliquisset, id fideicommisso contineri. Claudius & aliàs de eodem facto consultus, ita respondit, siue restitutæ sint res, secundum id quod supra responsum est, in bonis mulieris computari: siue non sint restitutæ, quia ex stipulatione de dote reddenda interposita restituendæ sint, eo auctiorem[i] hereditatem computari.

tuere dicto Titio & Sempro. partem dimidiam semissis quam rogatus erat dictus Gaius Seius per Martinum testatorem restituere prædicto Titio & Sempro. an debeat dicta Lucia Titia restituere dictis Titio & Sempro. vniuersum fideicommissum tam ex sua Luciæ Titiæ persona quàm ex persona Gaij Seij datum demum post mortẽ suam Luciæ Titiæ: & respõdetur Luciam Titiam statim teneri vt partẽ dimidiã semissis ex persona Gaij Seij restituat dicto Titio & Sempronio. Viuianus.

a ¶ *Titio & Sempronio.* qui erant alij coheredes, vel non erãt.

b ¶ *Portionis.* i.[a] patrimonij. sic, Pateris libabat & auro. i. pateris aureis. *& facit ad §. s. eod. l. heredes. §. j.* Accursius.

a Portio pro patrimonio.

Filiam suam.] CASVS. Sempronius pone instituit sibi heredem filiam suam Titiam quæ erat vxor Lucij Titij: qui Lucius Titius erat fili' fratris testatoris, id est huius Sempronij, & Gaium nepotem quem ex ea habebat, ei substituit. & ita postea in eodem testamento cauit: Lucio Titio fratris mei filio genero meo ducẽtos aureos relinquo. quo legato scio eum contentum esse: quoniã scripsi vniuersam rem meã, eo quod filiam meam & nepotẽ meum heredes scripsi vniuersam substãtiam ei communicasse: quos inuicem commendo. & decessit dictus Sempronius. dicta autem Titia sua filia adiuit hereditatem eius, & postea diuertit à dicto Lucio Titio marito.

¶ Quæsitum est, an Titius siue Lucius Titius quondam maritus eius filiæ testatoris nomine suo vel filij sui prædicti Gaij nepotis testatoris possit consequi communionem bonorum testatoris ex fideicommisso propter dicta verba testatoris, siue sit viua dicta sua vxor quę diuertit ab eo, siue sit mortua? & respon. quod nihil proponitur datum dicto Lucio Titio genero testatoris nomine fideicommissi præter ducentos aureos: & sic non potest petere communionem bonorum testatoris nomine suo vel nomine filij sui qui fuit substitutus matri per dicta eius verba, quo legato scio &c. vsque illuc, filia &c. hunc credo fuisse intellectum testatoris siue verborum eius confusè ibi positorum, sci. quod gener suus ideo poterat esse contentus de legato ducentorum aureorum sibi relicto, quoniam idem testator satis videbatur eidem genero communicasse reliquam suam substãtiam, eo quòd filiam & nepotem suum testatoris eundem filium dicti generi heredes scripsit. cum enim instituit dictus testator filiam suam eandémque vxorem dicti generi, & cum instituerit nepotem suum testatoris ex dicta filia natum, eundémque filium dicti generi substituendo eundem suum nepotem eidem filiæ vt dictum est: satis videtur dicto genero cõmunicasse vniuersam suam substantiam: cum quicquid habeat vxor ex institutione prædicta, videatur habere maritus: & cũ quicquid speret habere filius ex substitutione prædicta, videatur sperare pater. vnde nihil faciunt dicta verba ad hoc quod dictus Lucius maritus possit consequi communionem bonorum testatoris suo nomine, vel nomine filij sui substituti matri: nec etiam faciũt ad hoc dicta verba, quos inuicem cõmendo &c. quia hoc sonant, quos scilicet filiam institutam & nepotem ei substitutum, & maritum filiæ cui legaui ducenta, inuicem commẽdo, scilicet vt se diligant. quæ etiam verba ita legas, si placet: quo legato, scilicet ducentorum aureorum, scio illum scilicet generum meum contentum esse, scilicet ea ratione quoniam scripsi vniuersam rem meam, id est scripsisse videor eidem genero meo, eo quòd filiam meam & nepotem meum heredes scripsi, scilicet substituendo nepotem filiæ subaudi. & dic sic, vniuersam substantiam, scilicet meam, ei id est genero meo communicasse, scilicet videor: quos inuicem commendo &c. ¶ Sed pone quod dicta Titia vxor Lucij Titij quæ diuertit ab eo, & quæ erat filia testatoris, vt dictũ est, fecit postea testamentum, & scripsit sibi heredem dictum suum maritum quondam, & fidei eius cõmisit vt cum moreretur idem maritus, restitueret omne quod ad eum maritum ex hereditate sua peruenisset, filio eorum cõmuni, nepotique dicti Sempronij testatoris. nunquid illæ quoque res & possessiones quę in dotem datæ marito & post diuortium restitutæ mulieri fuerant per maritum, contineantur fideicommisso dando per maritum quondam filio communi? Et respon. quod sic. nam siue restitutæ sunt res dotales mulieri per maritũ facto scilicet diuortio, computantur in bonis mulieris, sicque cadunt in dictum fideicõmissum filio communi dandũ: vt & dictum est. siue non sint restitutæ mulieri, computantur in hereditate mulieris: vt sic cadant in dictum fideicommiss. quia sunt restituendæ mulieri per maritum, quondã ex stipulatione interposita de dote reddẽda. Viuianus.

c ¶ *Filiam* quę in maritum habebat filium fratris testatoris.

d ¶ *Genero meo.* quod matrimonium valet secũdum leges: *vt Institu. de nupt. §. duorum.* secundum canones secus.

e ¶ *Nepotem meum.* Aliàs est mei, scilicet qui scripsi omnia. aliàs meum, scil. generum, eo quod filiam & nepotem institui, scil. substituendo nepotem. & ex quo filia habet, & vir habere videtur: *vt C. de pact. conuen. l. hac generali. & sub.* & sic vniuersam, subau. ei scilicet genero: non tamen hoc expressit. aliàs esset secus: *vt. s. ea. l. in prin. & j. de dona. ex hac. & s. de here. Insti. l. ex facto quæritur ar. contra. C. de dona. l. si donatio.* 2. Aliàs est, meum. & dic quem scripsi &c. & sub. & eo &c. vel sub. & sic vniuersam &c. & habeas ei, scilicet genero: vt dixi. aliàs est eis: & dic, id est filiæ & nepoti. vel dic etiam filiæ & nepoti & genero. & quod subiicit, quos, scilicet institutos. cõmendo id est, vnum de aliis rogo: vel quos tres rogat vt se diligant, non dico quòd hereditatem restituant: *vt. j. de verbo. signif. l. commendare.* Accursius.

f ¶ *A marito.* filio fratris, testatoris nomine, qui & nepos est. Ac.

g ¶ *Nihil fideicommissi.* i. nullum fideicommissum.

h ¶ *Heredi.* filio fratris testatoris.

i ¶ *Auctiorem.* aliàs eo auctore. i. Claudio. *& facit. j. de col. do. l. j. §. j. & de col. bo. l. cum emancipati. § id quoque.*

Qui habebat.] CASVS. Titia habens maritum Titiũ, & habens ex eo filium Gaium Seium, & habens ex eo filio nepotem Seium, qui filius & nepos erant in dicti eius mariti potestate: scripsit sibi heredem maritum ex asse, & commisit fidei eius in hæc verba: Si Titius maritus meus mihi heres erit, peto, fideique eius cõmitto, vt quicquid ex hereditate mea ad eum peruenerit: cum mori cœperit, id restituat Gaio Seio filio nostro: ita tamen, vt decẽ quidem

vncias

vncias Gaius habeat:duas autem vncias Seius nepos habeat.quod vt fiat,fidei eius Titij heredis mei committo.& decessit dicta Titia testatrix:& pater dicti Gaij Seij maritúsque dictæ Titiæ testatricis emancipauit Gaium Seium prædictum. sic enim euenit de facto,& dictum nepotem amisit:quia decessit idem nepos:& decessit dictus pater superstite filio, Quæsitũ est,an per priorẽ partẽ scripturæ testatricis, quæ incipit ibi, si Titius maritus meus &c. & durat vsque illuc, ita tamen vt decẽ &c. debeatur filio vniuersa hereditas matris,sci. Titię prędictę,ex causa fideicommissi: & an illa sequẽtia verba testatricis quæ hic materialiter ponuntur,ita tamen vt decem vncias filius, nepos autẽ duas habeat &c.ex voluntate defunctæ testatricis ita demũ locum haberẽt, si die fideicommissi cedente per mortem mariti filius & nepos eorum essent in rerum natura. cum autem non superuixerit ad diẽ fideicõmissi dictus nepos, cesset dicta sequẽs scriptura testatricis quæ incipit,ita tamẽ vt decem &c. & dicitur qđ non debetur filio vniuersa hereditas matris quãuis nepos sit mortuus:imò habebit decem vncias dumtaxat: & duas vncias residuas habebit heres dicti mariti.Viuian.

Paria sunt,ab initio per partes relinquere,vel relictum simpliciter per partes modificare.Bartolus.

10. ¶ Quæ habebat filiũ, & ex eo nepotẽ, vtrosq; in mariti potestate, maritum ex asse scripsit heredem, eiúsque fidei commisit in hæc verba: *Si Titius maritus meus mihi heres erit,peto,fidéique eius committo,quidquid ex hereditate mea ad eum peruenerit, cum mori cœperit,det restituat Gaio filio nostro: ita tamen,*[a] *vt decem quidem vncias Gaius habeat,duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat,fidei eius Titij heredis mei committo.* pater emãcipauit[b] filium: nepotem amisit:[c] & superstite filio decessit.[d] Quęsitum est,an priore parte scripturæ vniuersa hereditas patris ex causa fideicommissi filio debeatur:& illa sequẽtia verba,*Ita*† *tamen vt decẽ vncias filius, duas autem nepos habeat*: ex volũtate defunctæ ita demum locum haberent, si die fideicõmissi cedente[e] filius & nepos eorum in natura essent: cum autem non superuixit ad diem fideicõmissi nepos,sequens scriptura cesset.[f] Respondit,ea quæ proponerentur,ostendere[g] decem dumtaxat vncias filio datas.

Fideicommissarius detrahit quatenus sibi detractum est. Bartolus.

11. ¶ Heres institutus vxori[h] rogatus totam hereditatẽ restituere,restituit detracta quarta. Quęsitum est,cum vxor quartá partęm hereditatis præsenti die, & reliquam post tempus alij rogata à testatore fuisset restituere: an id quod heres ei detraxisset quartæ nomine, in restituendo fideicommisso imputare possit. Respondit, quatenus cepisset,[i] fideicommisso obstrictam.

Si dilatio adiiciatur in fauorem fideicõmiss. fructus interim percepti veniunt in restitutionem. Bartolus.

12. ¶ Heredũ fidei commisit, vt quidquid ex parte tertia hereditatis peruenerit ad eos,id redderent Gaio Mæuio alumno testatoris cum fuerit annis quindecim. & subiunxit hæc verba: *Interim ex refectu*[k] *paupertatis* * *qui ad vos peruenerit, alatis eum vsuris pro quantitate nummorum*[l] *redactis. hoc amplius*[m] *idem alumno meo hominem Caletanum* * *& vernam sutorem,*[n] *qui eum artificio suo mercede data alere poterit.* Quæsitum est, cum alimenta multo minora præstiterint heredes scripti, quàm vsuræ summæ redactæ[o] competebant: an & residuas præstare compelli debeant totius temporis: an ex die quo quintumdecimum explesset:[p] & cum serui legati[q] ei specialiter vt ex mercedibus aleretur,statim venierint:[r] vtrum mercedes, an vsuras petere debeant. * Respondit, secundum ea quæ proponerentur, testatorem videri de omni reditu & mercede seruorum restituenda[s] sensisse.

† Hæc verba, Ita tamen, limitatiua sunt & modificatiua præcedẽtium. adde l.libertus.§.1.ff. de manumissis testamento Salicet.in d.l. vbi adhuc. vers.ita tamen. C. de iure iur. Guido Pap. singul.334.

a ¶ *Ita tamẽ*. nunc determinat qđ dixerat.

b ¶ *Emancipauit*. idem & si non emancipasset.

c ¶ *Amisit*. quia decessit nepos.

d ¶ *Decessit*.s.maritus institutus.

e ¶ *Cedente*.i.tempore mortis mariti.

f ¶ *Cesset*. id est euanuerit & non habeat locum.

g ¶ *Ostendere*.[a] sci.videntur verba testamẽti &c.residuum habebit heres mariti. & sic vltima scriptura restringit præcedentem:*vt.j.de manu.testa.l.Stichus.*

[a] Adde huic Gloss. dictum Bal.in.l.omnium. in fin. C. de test. versic. Item not. quòd testamentum omne dicitur vltimum: nisi contrarium probetur. vide eum.

Heres institutus.] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium & rogauit eum quòd Semproniæ vxori eiusdem Titij restitueret totam hereditatem. itẽm rogauit dictam suam vxorẽ vt quartam partem prædictæ hereditatis præsenti die restitueret Gaio,& reliquam restitueret eidem Gaio post Pascha pone. & decessit dictus Titius,& Seius eius heres restituit hereditatem dictæ vxori testatoris detracta quarta Trebellianica. ¶ Quæsitũ est, an dicta vxor possit imputare in restituendo fideicommisso dicto Gaio id quod heres ei vxori nomine quartæ detraxit?& respõdetur eatenus obstrictam dictam vxorem fideicommisso,quatenus cepisset siue accepisset ipsa vxor ab herede testatoris. & ita restituet Gaio integras tres partes hereditatis restitutas sibi per Seium heredem testatoris.& ei Gaio quartam non detrahet.sed & aliter posset intelligi,vt alibi notaui.Viuianus.

h ¶ *Vxori*.s.testatoris.

i ¶ *Quatenus cepisset*. i.totum restituet vt quartam non detrahat:*vt & supra eo.l.j.§.vnde Neratius.& l.ex asse.in.fi.* nisi in casibus:vt eisdem legibus no.*& facit supra ad.l.Falcid.l.lex Falcidia.§.nunquam.& .s.de leg.j.l.filiusfamilias.§.apud.& supra eo. l.mulier.§.fin.in fi.* potest etiam intelligi secundum Hug.vt pro rata deminuatur fideicommissum ab vxore relictum pro qua est deminutum sibi relictũ:quod posset dici si onus esset extrinsecus

ff. Infort.

vt.s.eod.l.facta.§.si Titius rogatus.& .j.de dona.cau.mor.l.ei qui. quod hic non erat, sed in hoc potest habere locum. nam si heres nil detraxisset, vxor tres partes ad tempus sibi restituisset, & fructus esset lucrata.& nunc ergo retineat tres partes eius quod habet.& sic facit.*ad hoc.s.ad.l.Falcid.l.pœnales.§.si Titio.*

Heredum.] CASVS. Sẽpronius instituit sibi heredes primum & secundum & tertium pone,& commisit fidei eorum, vt quicquid ex parte tertia hereditatis peruenerit ad eos, id redderent Gaio Mæuio quẽ aluerat idem testator, cum fuerit idẽ alũnus annorum xv. & subiũxit hæc verba dictus testator.Interim ex reditu siue refectu paupertatis quæ ad vos peruenerit. alatis eum ex vsuris pro quantitate nummorũ redactis,i. dicere, alatis eũ alumnum interim, id est donec perueniet ad.xv.annos,ex reditu siue refectu paupertatis siue tertiæ partis quæ ad vos peruenerit sci.ex vsuris pro quantitate nummorum redactis ex venditione dictæ tertiæ partis hereditatis.Item subiunxit hæc verba dictus testator: hoc amplius eidem alũno meo hominem collactaneum & vernam sutorẽ qui cum artificio suo mercede data alere poterit. subaudi, per fideicommissum relinquo. & decessit dictus Sempronius testator. Quęsitum est postea, cum alimẽta multo minora præstiterint dicto alũno heredes scripti,quã cõpetebãt vsuræ summæ redactæ ex venditione tertiæ partis hereditatis;an & residuas vsuras præstare compelli debeant heredes totius temporis, i.ante.xv. annum alumni; & post, an ex die quo, xv.annũ explesset alumnus,& nõ ante.& quæsitum est, cum dicti serui legati ei alumno specialiter vt ex mercedibus operũ eorũdẽ seruorũ aleretur dictus alũnus,statĩ venierint siue vendici fuerint ab eisdem heredibus testatoris:Vtrum petere debeat dictus alumnus mercedes,an vsuras pretij redacti ex venditione seruorum?Et respõdetur testatorẽ videri sensisse de omni reditu summæ redactæ ex venditione tertiæ partis hereditatis restituẽdo dicto alumno per heredes:& videri sensisse de restituendo alumno per heredes omni mercede dictorum seruorum.Viuianus.

* hæreditatis. forte recte quoq; legatur, partis.

* collactaneũ.

* debeat.

k ¶ *Ex refectu*.aliàs ex reditu.& idem est.& dic paupertatis,id est dictæ tertiæ. ADDITIO. in Vaticanis Pandectis,vt & Florentinis,legitur refectu,nisi quod illic effectu, pro refect. scriptum est. aliis libris, scriptum est,redditu.Ant.Contius.

l ¶ *Nummorũ*.redactorũ ex venditione tertiæ partis hereditatis.

m ¶ *Hoc amplius*.hoc[a] verbo etiam superiora repetuntur:*vt.s.de leg.ij.l.si pure.*

[a] His verbis, Hoc amplius, superiora repetuntur.

n ¶ *Sutorem*.suba.per fideicõ.relinquo.& dic quo ad vsum eos legatos,nõ quo ad proprietatẽ.aliàs nõ possent heredes vendere.& dicit verna ex ancilla domi natus:*vt Insti.de leg.§.huic proxima.*

o ¶ *Redacta*.s.ex venditione tertiæ partis hereditatis.

p ¶ *Explesset*.nã & tũc certũ est qđ heredes sunt in mora extunc.

q ¶ *Legati*.ad vtendum.

r ¶ *Venierint*.ab heredibus.

s ¶ *Restituenda*.hoc ideo,quia dixit in prin.§.quicquid peruene-

rit.& *facit.s̄.eo.l.ballista.* Sed arg. *contra.s̄.eo.l.heredes mei.in prin.* ¶ Sed hoc ideo, quia dilatio in.xv. annum facta fuit fauore alumni: *vt.s̄.de leg.ij.l.si ita.§.Pegasus.* ¶ Et not.s̄.*eod.l.in fideicommissaria.in princip.*

a Hæres vniuersaliter grauatⁿ restituere quidquid ex hęreditate ad eũ peruenerit, tenetur restituere prælegata, nisi prælegata sint prohibita ab eo alienari: Tunc enim ad ea restituenda non tenetur. *V.Roman.singu.* 17J.

† Quomodo æstimetur fideicõmissum vniuersale, *not.s̄.l.Marcellus.in prin.& ibi Bar.eo.tit.*

Pluribus heredibus.] C A S V S. Gaius instituit sibi heredes Seium & Sempro. in tribus vnciis hereditatis suæ pone, & Otaciliũ libertũ suum & duos alios suos libertos instituit heredes ex dodrante siue ex. ix. vnciis, & eisdẽ tribus libertis fundos per preceptionem dedit siue prælegauit: & petiit ab his libertis ne eos fundos alienarent: & vt ille libertus qui vita superesset aliis, obtineret solidos eosdẽ fundos. Item prælegauit dicto Otacilio.xx. aureos. postea commisit fidei vnius ex his libertis, scilicet Otacilij, vt quicquid ad eum peruenisset ex hereditate bonisve suis testatoris, restituat Titio deducto ære alieno pro ea parte quæ scilicet ad eum Otaciliũ peruenit, & deductis. xx. aureis legatis sibi Otacilio per eundem Gaium testatorem. & decessit dictus testator. nunc Titius fideic. petit à dicto Otacilio vt restituat ei quicquid ad eum peruenit ex hereditate bonisve testatoris. & Otacilius bene vult ei restituere: vult tamẽ in restitutione deducerẽ sibi nõ solum æs alienũ prædictum, & xx. aureos prædictos, sed etiam tertiam partem fundorum prædictorum prælegatorum eidem Otacilio cũ collibertis suis prædictis. nunquid potest deducere prædicto modo? Et dicitur quòd sic, cũ ipse testator non voluisset excipere fideicom. dando Titio per Otalicium etiam legata siue prælegata, nedum æs alienum prędictum. Viuianus.

Probibita alienari non veniunt in fideicommisso vniuersali, Bartolus.

13. Pluribus † heredibus institutis, in quibus & libertis tribus ex dodrante, eisdem [a] fundos per præceptionem dedit: & ab his petiit ne eos alienarent: & vt qui vita superassent, [b]solidos eosdem fundos obtinerent. deinde vnius ex his libertis Otacilij [c] fidei commisit, vti quidquid ad eum ex hereditate bonisve peruenisset, deducto pro ea parte ære alieno & legatis, & sibi viginti aureis, restituat Titio. Quæsitum est, an etiam partes tertias fundorum prælegatorum cum cõlibertis[d] eidem, deducere deberet. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, nõ debere restituere præceptionem: cum ipse testator & legata[e] excipi voluisset.

Dos prælegata non cadit in fideicommisso nisi specialiter sit dictũ, & quarta ad dotem sufficiat. Bartolus.

14. ¶ Maritus vxore instituta herede ex parte tertia, & pluribus ei fideicommissis datis, dotem quoque prælegauit, [f] his verbis: *Seiæ vxori meæ dari volo à filiis meis summam dotis eius quæ mihi pro ea illata est.* eiusdémque vxoris fidei commisit, vt partem hereditatis, & quæcunque ei legasset, post mortem suam Titio filio communi restitueret. Quæsitũ est, an summá quoque dotis inter cætera legata ex causa fideicõmissi filio suo restituere debeat. Respõdit, nõ aliàs, nisi manifestũ esset, de dote quoque restituenda testatorem sensisse: [g]atq; etiã si sensisset, & hoc fuerit approbatum, ita eius quoque petitionem [h]fore, si non minus in quantitate [i] quæ Falcidiæ nomine remaneret, foret, quam in quantitate dotis.

a ¶ *Eisdem.* libertis.

b ¶ *Vita superasset.* ecce causa quare prohibuit alienare. aliàs [b]nõ valeret prohibitio: *vt.s̄.de leg.j.l.filiusfamilias.§.diui.*

b Prohibitio alienandi sine causa nõ valet.

c ¶ *Otacilij.* sub.i. Otacilij fidei, &c. & est propriũ nomen liberti.

d ¶ *Cum collibertis.* siue habeas cum libertis, siue collibertis, idẽ est: & potest determinare præcedentia: quia sibi cum aliis fuerunt legati fundi. vel etiam sequentia, s. an ita sua tertia vel tertiæ aliorum debeant deduci.

e ¶ *Legata.* i. prælegata prædicta. aliàs si voluntas non apparuerit, distingueretur: *vt s̄.eo.l.in fideicom.§.fi.& l.Marcellus.§.quidam.& C.de fideicom.l.cum virum.* Hug.

Maritus.] C A S V S. Sempronius instituit sibi heredẽ Seiã suam vxorem ex tertia parte hereditatis suæ pone, & Titium & Seium filios eorum communes ex duabus partibus: & plura fideicõmiss. reliquit eidem vxori: inter quæ dotẽ prælegauit ei, his verbis, Seiæ vxori meæ dari volo à filiis meis, summam dotis eius quæ mihi pro ea illata est. & commisit fidei eiusdem vxoris vt partẽ hereditatis, & quæcũque ei legasset, post mortem suam filio cõmuni Titio restitueret. & decessit dictus Sempr. Quęsitũ est, an stricta vxor debeat restituere dicto suo filio ex causa fideicommissi etiã summam dotis, sicut esset prælegata sibi vxori à marito data? & respõdetur non aliàs debere vxorem restituere filio summam dotis, nisi manifestũ esset testatorem sensisse etiam de dote restit. per vxorẽ filio cõmuni: sed etiam si fuerit approbatũ eũ testatorẽ sensisse hoc id est quòd vxor restituat dotem filio, ita etiam sine demũ respondetur fore Titio petitionem eius quoque dotis, si non minus foret in quantitate quæ remaneret apud vxorem vel heredem eius nomine Falcid. i. quartę Trebel. quàm in quantitate dictæ dotis. Viuianus.

f ¶ *Prælegauit.* quod valet propter repræsentationem: *vt Instit.de leg.§.ex contrario.*

g ¶ *Sensisse.* quia hoc expresse dixisset: *vt supra ad legem.Falcid.l.si debitor.* aliàs non: *vt supra de legat.ij.cũ pater.§.fidei tuæ.& C.de iur.do.l.cum pater.& facit supra ad legem Falcidi.l.pater in prin.& l.si vsusfruct.§.dos.in prin.& supra eo.l.mulier.§.cum proponeretur.& l.à filia.* Accursius.

h ¶ *Petitionem.* subaudicam esse.

i ¶ *Quantitate.* vel in fructibus quos ex sua tertia hereditatis parte recepisset. nam fructus quoque si qui medio tempore percepti fuerint, in Falcidiam imputantur: *vt sup. de legatis.ij.l.cum pater.§.Titio.*

Instantia cœpta cum herede, facta restitutione durat contra ipsum & hereditatem eius. Bartolus.

15. ¶ Rogatus[k] hereditatẽ restituere Septitio cum erit[l] annis viginti, interea fundos quos defunctus pignori acceperat, vendidit: [m] & propterea pigneraticia* iudicio à debitore conuentus, decessit herede relicto Sempronio: & iudicio nondũ finito, restituit [n] hereditatem Septitio. Quæsitum est an iudicio nihilominus ipse condẽnari debeat, cũ potuerit retinere, vel caueri* sibi [o] id quod ex causa iudicati p̃staturus esset. Respondit, iudicij executionem[p] nihilo minus aduersus heredem & post restitutam hereditatem mansisse.

* Pignoratitio.

* Cauere.

Res de nouo repertæ non restitutæ debent restitui, nisi prima restitutio per modum transactionis fuerit celebrata. Bartolus.

16. ¶ Heres eius qui post mortẽ suam rogatus erat vniuersam hereditatem restituere: minimam quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat, his quibus fi-

Rogatus restituere.] C A S V S. Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum quod restitueret hereditatem Septitio cũ erit Septitius. xx. annorum. & decessit dictus Titius testator. interim autem antequã Septitius perueniret ad. xx. annos, dictus Seius heres vendidit Gaio pone fũdos quos Titius defunctus acceperat pignori à Martino pone suo debitore & propterea actione pignoraticia à dicto Martino conuentus dictus Seius heres decessit relicto herede Sempronio. & prædicto iudicio pignoraticio nondum finito restituit dictus Sempronius heres Seij heredis rogati dicto Septitio hereditatem. ¶ Quæsitum est, an dicto iudicio pignoratitio nihilo minus debeat cõdemnari ipse Sẽpronius? & respõ. quòd sic. nam cum restituit hereditatem Septitio, potuit retinere id quod ex causa iudicati præstaturus esset dicto Martino: vel si volebat restituere totam hereditatẽ Septitio, & nihil sibi retinere propter id quod iudicari poterat, ad minus poterat facere sibi caueri per eundem Septitium de eo quòd poterat iudicari pro Martino in dicto iudicio pignoraticio. & si non fecit aliquod prædictorum duorum, sibi imputet. Puto tamen extra casum quod dictus Sempronius poterit recuperare à dicto fideicommissario illud quod pręstiterit dicto Martino debitori: *vt.s̄.eo.l.heres cum debuerat.& j.eo.l.matrem.* Viuianus.

k ¶ *Rogatus.* s. heres.

l ¶ *Erit.* Septitius.

m ¶ *Vendidit.* heres.

n ¶ *Restituit.* s. Sempronius heres heredis.

o ¶ *Cauere sibi.* vt.s̄. *eod.l.de euictione.& l.cum hereditas ex fideicommissi.*

p ¶ *Executionem.* quia sentẽtia dabitur contra heredẽ, & in bonis eius fiet executio. secus in tutore. *vt.s̄.si quis cau.l.fi.* Ar. contra.s̄. *fa.ercíscun.l.in iudicio.* Sed hic heres recuperabit à fideicom. *vt.s̄.eo.l.heres cum debuerat.& j.eo.l.matrem.* Accursius.

Heres eius.] C A S V S. Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum quod restitueret hereditatẽ suam Titij vniuersam post mortem suam Seij domino Gaio & Sempronio & decessit dictus Titius: & postea decessit Seius eius heres: & reliquit dictus Seius suum

suum heredē Martinum pone. Martinus autē restituit dicto domino Gaio & Sēpronio quibus fideicōmissum debebatur, minimam quantitatē quam solam in bonis fuisse dicebat. postea repertis instrumentis hereditariis apparuit quadruplo amplius in hereditate Titij fuisse quam Martinus heres Seij heredis restituerit dicto domino Gaio & Sempronio. ¶Quæsitum est an dictus Martinus possit conueniri in reliquum nomine fideicōmissi: Et resp. quòd sic, si non intercessit trāsactio inter dictū Martinum & dictos dominum Gaium & Sempronium: quia si trāsegissent ꝑ eo quod soluit Martinus, nō possent amplius cōuenire eundē Martinū in reliquū hereditatis nomine fideicōmissi. Viuian.

deicommissum debeatur, restituit. postea repertis instrumētis apparuit quadruplo amplius hereditate* fuisse. Quæsitū est, an in reliquum fideicōmissi nomine conueniri possit. Respondit, secundū ea quæ proponerentur, si non transactum esset, posse.[a]

Etiam post restitutionem potest fideicommissarius fideicommissum dimittere propter partem heredis quæ incipit de nouo vacare. Bartolus.

LXXIX. IDEM *libro singulari Quæstionum publicè tractatarum.*

SI pupillus[b] parēti[c] suo heres extitit, & fideicōmissam hereditatis partē restituit, mox abstinetur paterna hereditate: optio deferenda est fideicōmissario, vt aut portionē[d] quoq; pupilli adgnoscat, aut toto discedat: aut omnimodo bona vendēda[e] sunt, vt id quod supfluum est, pupillo seruetur. & si in solidum bona venire non possunt, omnimodo actiones fideicommissario denegandæ erunt.[f] erat enim in potestate illius, vniuersum suscipere: & si quid plus[g] erit, pupillo seruare.[h]

* n hæreditate.

a ¶*Posse*. ergo à[a] contrario si est transactum, nō potest cōtrauenire. *& sic est contra. supra de transact. l. qui cū tutore. §. qui per fallaciā.* Sed ibi fuit in dolo ille cui est trāsactū: hic nō. Itē adhuc contra[b] ꝫ. *de transact. l. ij. §. j.* vbi repertis codicillis irritatur transactio. Sol. hic alia instrumēta cautionalia sunt reperta de nouo: ibi codicilli, vel alia vltima voluntas: *vt ꝫ. eod. tit. l. de his. vel vt ibi.* Itē contra. *C. de rescin. ven. l. ij. et. ꝫ. de ver. obli. l. si quis cùm aliter. in fi.* Nam hic vltra dimidiam iustæ æstimationis fuerat deceptio, licet re ipsa quia vltra quadruplum vt dicit. Sed[c] certè non per hoc fuit deceptio vltra dimidiam: quia dubius euentus fuit remissus. est enim dubius iudicij euentus: *vt supra de pecu. l. quod debetur.* aliàs ferè omnes transactiones rescinderentur. *& facit ad. §. C. de transactio. l. sub prætextu specierum. & infra de excep. rei iud. l. si ex testamento. & C. de fur. l. post decisionem.* Alij soluunt omnia cōtraria subaudiendo hic, maximè. Accursius.

a Argumētum à contrario.

b Transactio vetū irrita fieri possit ob repertos codicillos.

c Trāsactio rescindi non potest prætextu læsionis vltra dimidiam iusti pretij. vt hîc. Cyn. Bal. Salycet. in. l. 2. Co. de rescindenda vend. vbi dixi. Bald. in. l. ardo. Cod. de execut. rei iudicata & in. l. vlt. §. 1. C. comm. de legatis. Doctores in. l. si quis cum aliter. ꝫ. de verb. obligat. Moderni in. l. fratres. Cod. de transact. vbi notant hanc esse communem opinionem. Canonistæ in c. cū causam. de emption. & vendit. Alexander consil. 1. Grammaticus decis. 60.

b SI *pupillus*.] CASVS. Titius habens plures creditores instituit sibi heredem Seium suum filium pupillum, & rogauit eum quòd restitueret Gaio dimidiam hereditatis suæ pone. & decessit dictus Titius, & dictus suus filius extitit ei heres & restituit dimidiam hereditatis dicto Gaio: & aliam dimidiam sibi restituit, & postea petiit in integrum restitutionē vt abstineret. & habita restitutione abstinuit à dimidia hereditatis quam sibi retinuerat. certè optio siue electio deferenda est fideicommissario prædicto, vt aut portionem quoque pupilli agnoscat, aut à toto siue à tota hereditate discedat: aut si fideicommissarius nolit prędicto modo eligere, sed velit retinere tantum partem sibi restitutā (quod pro eodem habeo ac si à toto expresse discederet, cùm partem retinere non possit, vt dixi) omnino bona dicti Titij testatoris vendēda sunt pro satisfaciendo dictis creditoribus eiusdem Titij, ita. s. vt id quod superfluum est soluto ære alieno, seruetur dicto pupillo in integrum iterum restituto, vt se immisceat hereditati patris à qua per in integrum restitutionem abstinuerat. Sed quid si dicta bona quæ dixi vendenda, non possunt vendi in solidum: quia non inuenitur emptor quia omnia velit ea emere, sed partem tantum fortè vult emere? nunquid in superfluo in quo non inuenitur emptor, erunt denegandæ hereditariæ actiones dicto fideicommissario? & videbatur fortè quibusdam quòd non. sed certè omnino sunt ei denegandæ, siue omnia bona quæ sunt vendenda, possunt vendi, siue pars eorum tantum. & est ratio: quia in potestate illius fideicom. est suscipere vniuersum siue vniuersam hereditatē ex quo pupillus ab ea abstinuit, & seruare pupillo in integrū restitutionem vt rehabeat hereditatem si quid erit plus in hereditate ex soluto ęre alieno subaudi: & est in eius potestate à toto abstinere, vt dictum est. si habet prædictam electionem, vt dictum est, & eam non capiat, imò permittat bona vēdi, vt & dictum est: meritò denegandæ sunt ei actiones etiam partis bonorum quæ non possunt vendi. Viuianus.

Si pupillus.] quia sibimet videtur contraria hęc lex: ideò dixit Ro. extit. i. existere potuit: vel extitit nomine, nō re: quia suus erat, *vt ꝫ. de acquir. hered. l. necessariis.* aliàs si se immiscuit, non posset postea abstinere: *vt. C. de repu. here. l. sicut.* quod tamen. ꝫ. dicit. Itē quod dicit, restituit. i. restituere debuit. nam cùm nō adiuit, vt dixi, quo modo potuit restituere? 2. Vel dic secundo, quòd verè adiuit: & quod abstinuerit, fuit ꝑ in[a] integrū restitutionē. Item quod subiicit portionē pupilli: s. quartā quam retinuit. 3. Vel dic ꝙ fuerat rogatus de dimidia tantū restituenda: vnde alia dimidia est sua portio. Itē quod subiicit, pupillo seruetur s. in integrū restitutio: vt se immisceat, qui etiam per restitutionem abstinuit: *vt ꝫ. de mino. l. & si sine. §. restitutus.*

a Restitutionis in integrū beneficio potest quis abstinere ab hereditate.

c ¶*Parēti*. ꝑ dimidia: quia sic fuit rogatus.

d ¶*Portionē*. s. dimidiā.

e ¶*Vendenda*. à fideicommissario.

f ¶*Denegandæ erūt*. si velit in totū abstinere. à parte enim nō potest, vt hîc dixit. ¶Sed quo modo qui iā acceperit, potest dimitere? Resp. occasione patris pupilli: *vt ꝫ. de acqui. here. l. cum hereditate.*

g ¶*Si quid plus*. sua dimidia.

h ¶*Seruare*. p in integrū restitutionē denuo nisi habeat, vt dixi. & facit. ꝫ. *eo. l. cogi. §. si quis heres. et. §. sed et si quis et. §. idē Mauian⁹. et. l. q. totū. & l. nā qd. §. j. et. l. ita tamē. §. si pater.*

Venditione facta causa interuertendi fideicommissum, non imputatur heredi in eo quod sibi defunctus debebat. Bartolus.

LXXX. IDEM *libro quinto Digestorum.*

MAtrē & auūculū, eosdémque creditores suos, heredes scripsit Lucius Titius:[i] & eorum fidei cōmisit, vt post mortē restituerent quod ex re familiari testatoris superfuerit,[k] Septitio. heredes non modicā[l] partē bonorum testatoris consumpserūt, & multos heredes reliquerunt: quibus scientibus[m] multā corpora quæ remanserant ex bonis Lucij Titij, Septitius[n] possedit. Quæsitū est, an id quod Lucius Titius debuit matri & auūculo, heredes eorū à Septicio petere possint. Respondit non posse. Claudius:[o] Aditione enim hereditatis confusa obligatio interciderat, sed fideicommissi repetitio[p] erat: cuius æquitas defecit[q] his qui multa[r] ex hereditate consumpsisse proponuntur.

M*Atrem & aunculum*.] CASVS. Lucius Titius scripsit sibi heredes matrem suam & auunculum suum. i. fratrē matris, quibus igitur debebat centū pone: & cōmisit fidei eorū vt post mortem eorum restituerent Sēpronio illud quod superfuerit ex re familiari ipsius Lucij Titij testatoris. & decessit dictus testator. & postea dicti sui heredes consumpserunt non modicā partem bonorum eius. & postea decesserūt dicti heredes relictis multis eorū heredibus: quibus heredibus dictorū heredū scientibus Septitius prædictus fideicom. possedit multa corpora quę remanserant in bonis dicti Lucij Titij: ita quod non fuerunt cōsumpta à dictis heredibus Lucij Titij. i. à matre eius & auunculo. & sic videtur per eos heredes heredū restituta hereditas dicto Septitio fideicō. quæsitum est, an id quod Lucius testator debuit matri & auūculo suis heredibus. i. dicta. c. heredes eorum matris & auūculi possint petere à Septicio fideicom? & respon. quòd non. & Claudius iurisconsultus confirmat prędicta, & addit circa ea rationem, quia obligatio dictorū. c. confusa per aditionem hereditatis. i. ex eo quòd dicta mater & auūculus creditores dicti Lucij Titij adiuerūt eius hereditatē, interciderat. & quamuis generaliter in tali casu sit repetitio fideicommissi heredibus heredū, ex eo quòd ipsi heredes heredum non deduxerunt illud quod debebatur per testatorē dictis heredibus: tamen æquitas dictæ repetitionis fideicommissi defecit his matri & auunculo heredibus qui proponuntur consumpsisse multa ex hereditate dicti testatoris. & si defecit heredibus, ergo & defecit heredibus eorum heredum. Viuianus.

i ¶*Titius*. debitor.

k ¶*Superfuerit*. hoc casu poterat olim alienare nisi causa interuertendi fideicommissi. hodie verò quartam cogitur seruare fideicommissario: *vt not. supra eod. l. Titius.*

l ¶*Non Modicam*. sed magnam.

m ¶*Scientibus*. per quod videtur hereditas restituta: *vt supra eod. l. restituta. in princ.* Accursius.

n ¶*Septitius*. fideicommissarius.

o ¶*Claudius*. confirmauit prædicta adhibita ratione: aditione enim &c. *vt supra eo. l. debitor. in princ.*

p ¶*Repetio*. quasi plus debito restituisset: *vt supra eod. l. heres cū. & l. cùm hereditas. & supra de her. ven. l. ij. §. penul.* Hug.

q ¶*Æquitas defecit*. sic *supra ad Sila. l. propter. §. nepotis. & infra de iis quibus. vt indig. l. heres qui sciens.*

r ¶*Multa*. hoc quando vltra dodrantē cōsumpsit. nam dodrantē

a Hæc ſolutio iure nouo vetāeſt, verum hoc iure, dicendum eſt, hic mala fide conſumpſiſſe interueniendo fideicōmiſſi cauſam: ideóq; merito cū debito compēſari.

iure ſuo licuit cōſumere, vel etiā iure nouo[a]: vt dixi ſecūdū quoſdam. Sed B. dixit ſufficere ſi tantum cōſumpſerit quantū eis debebat. ſibi enim imputetur ſi potius voluerit voluptatis cauſa erogare, quàm ſibi in ſuo debito ſatisfacere. innuit igitur quod ſi non multa cōſumpſit nō extinguitur petitio debiti: *vt ar. ſ. e. l. debitor. & l. ſi heres. §. final.*

Fideicommiſſum limitatur ſecūdum naturam præcedentis ſubſtitutionis, niſi ex voluntate defuncti aliud præſumatur ex natura ſermonis, vel alia coniectura. Bartolus.

LXXXI. PAVLVS *Imperalium ſententiarum in cognitionib. prolatarum ex libris ſex lib. primo, ſeu Decretorum libro ſecundo.*[*]

[*] primo.

S*I vsusfructus.*] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio vsumfruc. fundi Titiani, aut. x. sub alternatione, quod eorum duorum voluerit legatarius, & decessit dictus Titius. certè vtrumque spectandum esse placuit sapientibus, scilicet & mortem testatoris, & aditionem hereditatis eius: mortem. s. testatoris esse spectandã propter prædicta. x. quæ. x. si sola essent legata, cederet dies eius legati à morte testatoris: *vt. s. eo. l. si post diem in prin.* vt sic si moriatur legatarius post mortem testatoris, & ante aditam heredit. transmittat ad heredem suum legatum. x. vt infra dicet. Aditionem. s. hereditatis esse spectandã propter vsumfruct. nã dies legati vsusfructus cedit ab adita heredi. tãtum. s. vt possit peti: *vt s. eo. l. ij.* vt sic adita hered. possit legatarius eligere & petere quodcumque voluerit, vel vsumfruc. fundi, vel. x. nã quamuis sit electio dicti Gaij legatarij, sicut eam ei dedit testator, nõdum tamen potest esse locus electioni, cùm proponatur aut nondum testatoré decessisse, & ita non habere adhuc locum ea quæ sunt per eundẽ testatorem relicta: aut mortuo scilicet dicto testatore hereditas eius nondum adita proponatur, & ita nõ possit eligi vel peti vsusfructus prędictus. quid ergo si post mortem testatoris, & ante aditam hered. decedat dictus legatarius: nunquid transferatur ad heredem eius legatarij legatum de decem? Et respon. quòd sic: quia mortuo legatario dies legati prædicti de. x cedit. i. mortuo legatario apparet quod cessit dies legati quo ad. x. præcise: quia iam vsusfru. amplius eligi non potest, nec peti. nã & si ita dicat testator, Seiæ do. x. aut si peperit, fundum heres meus dato: & antequam pariat decesserit Seia, transmittit ad heredem suum dicta. x. siue eorum petitionem. [SI ITA QVIS.] Titius ponamus instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio filio Sempronij. c. ita vt ipsi Gaio filiofa. soluantur, & decessit dictus Titius. nunquid valet dictum legatum? & certè sic, & non potest imputari heredi si soluat filio & non patri Sempro. imò & si petat dictum legatũ pater, exceptione est repellendus. [SI DIES LEGATI.] Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio sui iuris existenti. c. purè, & decessit idem Titius, & ita cessit dies legati. postea dictus Gaius legatarius dedit se in arrogationem pone Sempronio, & ita peruenit in Sempronij ius siue potestatem. certè ipsi Sempronio potius deberetur legatum quàm ipsi arrogato. transeunt enim cum eo arrogato in arrogantem ea quæ ei arrogato debebantur. si autem dictum legatum fuisset dicto Gaio sub condi. relictum, nõ trãsit in arrogatorem Semponium, sed expectabit dictũ legatum, & condi. & ei acquiretur ipsum legatum, cuius iuris erit legatarius tempore existentis dictæ conditionis. potest enim esse quòd tẽpore existentis conditionis erit legatarius in alterius potestate quàm in illius qui eum arrogauit. quòd si sui iuris fuerit legatarius eo tẽpore quo existit conditio legati, sibi potius acquirit. Viuian.

rij non transit, si viuo herede decedat.[a]

Si legatum cuius dies cessit ab adita hereditate. & aliud legatum cuius dies cedit à tempore mortis, alternatiuè relinquitur: quantum ad electionem vtrũque tempus inspicitur: quantũ ad transmissionem quodlibet per se naturam suam retinet. Bartol.

XIIII. VLPIANVS *libro vicensimoquarto ad Sabinum.*

SI vsusfructus, aut decem,[b] vtrum legatarius voluerit, sint legata: vtrumq; spectandum, & mortem testatoris, & aditionem hereditatis: mortem, propter decem: aditionem, propter vsumfructum. quáuis enim electio sit legatarij,[c] tamen nondum electioni locus esse potest. cum proponatur aut nondum testatorem decessisse, aut eo mortuo[d] hereditas nõdum adita. 1. ¶Inde quærit Iulianus, si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad heredem transfertur decem legatum. & libro trigensimoseptimo Digestorum scribit, posse dici decem transtulisse:[e] quia mortuo legatario dies legati cedit.[f] argumentum Iulianus pro sententia sua adfert tale: *Seiæ decem: aut si pepererit, fundum heres meus dato.* nam si antequá pariat, inquit, decesserit: ad heredem suum decé transmittet.[g] 2. ¶Si ita quis legauerit filiofamilias, vt ipsi soluatur: potest procedere legatum, nec imputari heredi cur non patri, sed potius filio soluat. Finge enim hoc nominatim expressum ita, vt filio soluat. certè si pater petat, exceptione erit repellendus.[h] 3. ¶Si dies legati cesserit,[i] deinde legatarius in ius alienum peruenit: ipsi potius debetur legatum, in cuius ipse ius peruenit. transeunt[k] enim cum eo, quæ ei debebantur. Sed si sub conditione fuerit legatum, non transit, sed expectabit conditionem. eique adquiretur, cuius iuris erit conditionis existentis tempore. Quòd si sui iuris fuerit eo tempore,[l] sibi potius adquiret.

Non refert quid ex æquipollentibus fiat. Bartolus.

XV. IDEM *libro quinto Disputationum.*

SI ita esset liberis † fideicommissum relictũ, si morte patris sui iuris essent effecti, nec mortalitate patris, sed emancipatione patresfamiliarum constituti sint: deberi eis fideicommissũ nemo dubitauerit, diémque eius emancipatione cessisse,[m] qui morte patris cederet.

XVI. IVLIANVS *libro trigensimoquinto Digestorum.*

CVm ita legatum est, *Stichũ, vel quod ex Pamphila na-*

b ¶*Si vsusfructus aut decem.* sub alternatione.

c ¶*Legatarij.* & si quidẽ semel publicè eligat, mutare non potest, *arg. supra de leg. ij. l. statuliberum. §. fi.* secus in contractibus inter viuos quando distinguitur: *vt infra de ver. obli. l. si quis stipulatus*

d ¶*Mortuo.* testatore.

e ¶*Transtulisse.* quia vnum etiam purum fuit legatum.

f ¶*Legati cedit.* imò cedit à morte testatoris. sed nunc mortuo legatario apparet quòd cessit: quia iam amplius vsusfructus eligi non potest, nec peti.

g ¶*Trãsmittet.* & hoc ideò, quia legatum de decem purum esse cœpit viua Seia: cùm iam certum esse cœperit eam parere non posse: *vt. s. de condi. institu. l. si. & j. eod. l. cum ita. in prin.* Azo. Sed argu. cõtra *infra eo. l. cum illud.* Accursius.

h ¶*Repellendus.* filius ergo aget: *vt infra de actio. & oblig. l. filiusfamilias. & l. in factũ.* nec[a] patri videtur acquiri vsusfructus: *vt in Auth. vt li. ma. & aui. in prin. coll. viij & facit s. de condi. & demon. l. qui heredi. & j. de ver. oblig. l. enim qui. §. qui sibi. et. j. de sol. l. Stichũ. §. quæsitum. & §. seq.* Accursius.

i ¶*Cesserit.* legatario existente sui iuris.

k ¶*Transeunt.* vt. s. *de adop. l. si pater. in prin.*

l ¶*Eo tempore.* ex quo extitit conditio, & sic cessit dies legati: *vt & supra eo. l. si post. §. pen. & §. fi. & j. de colla. bo. l. ij. §. id quoque. & arg. j. de iniur. l. seruo autẽ. & Cod. de iure delib. l. non est.*

a Filiofamilias potest legari, vt ipsi non patri non soluatur, & tunc patri vsusfructus non adquiritur. v. Manticam. t. de coniect. vltim. volunt. xi. in fin.

S*I ita esset.*] CASVS. Pone quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio & Sempronio filiis Petri. c. sub condi. si effecti essent sui iuris morte Petri eorum patris. & decessit dictus Titius. postea non mortalitate patris, sed emancipatione facti sunt eorum iuris. nunquid debetur eis dictum legatum siue singulare fideicommissum? Et dicitur quòd sic, & dies eius fideicommissi cedit ita bene per dictam emãcipationem, sicut cederet si per mortem patris effecti fuissent eorum iuris: propter quam vltimã decessionem credo quòd posita sit hæc lex in hoc titulo. Viuianus.

† Quid in testimonio testis interrogati de aliqua summa an sufficeret q vnus diceret, talis debet decem aureos: & alter testis dicat deberi decem, & septem libras cum dimidia? dic q sic. limita tamẽ, nisi testes essent sup forma interrogati, per ea quæ no. per Ant. de Butr. in c. nihil. j. de verb. sig. & in c. cum ecclesia. §. nos igitur. de cau. poss. & proprie.

m ¶*Cessisse.* ¶Not. non[b] refert quid ex æquipollentibus fiat. *sic. C. de inst. & substi. l. iij. & s. manda. l. fi. & arg. contra. C. de iis qui veniã ætatis impe. l. fi. & s. de leg. ij. l. si ita. §. is cui.*

b Æquipollentibus aliquid fieri sufficit.

C*Vm ita.*] CASVS. Pone q Titius instituit sibi heredẽ Seium & ita legauit Gaio sub alternatione: Stichũ, vel quod ex Pãphila natũ erit, heres meus dato. s. Gaio. & decessit Titius. certè nõ antè cedet dies legati alternatiuè relicti quantũ ad hoc vt transferatur ad heredẽ legatarij alterutrius vel alicuius eorum petitio, quàm aliquid ex Pãphila natũ fuerit. q. d. si ante mortẽ legatarij aliquid natũ fuerit ex Pãphila, benè trãsfertur ad heredẽ legatarij postea mortui alterutrius petitio. i. petat vnũ quod velit, sicut posset petere legatarius si viueret. si autẽ antè mortẽ legatarij nõ fuerit natũ aliquid ex Pãphila, non potest aliquod eorũ petere heres legatarij. si autẽ ante mortẽ legatarij certũ fuerit nasci nõ posse aliquid ex Pãphila, puta Pamphila mortua antequã pariat, & ante mortẽ legatarij: bene dicit dies legati de dicto Sticho vt transmittatur ad heredem legatarij postea mortui. [CVM LEGATO.] Pone quòd Titius fecit testamẽtum, & instituit sibi heredem Petrũ, & legauit Seio Stichum seruum suum. & decessit dictus Titius antequã Petrus adiret hereditatem Titij. Gaius fecit testamẽtum, & instituit sibi heredem Martinum pone: & vsumfructum fundi Corneliani pone legauit dicto Sticho seruo. & decessit dictus Gaius & dictus Martinus institutus à Gaio prius adiuit hereditatem eiusdem Gaij, q̃ dictus Petrus institutus à Titio adiret hereditatẽ eiusdem

tum erit, heres meus dato: non ante dies legati eius cedet, quàm aliquid ex Pamphila natum fuerit, aut certũ fuerit [a] nasci non posse.

Dies vsusfructus legati seruo hereditario demum post aditam vtriusque hereditatem cedit. Bartolus.

1. ¶ Cum seruo legato, antequam hereditas eius qui legauerat [b] adiretur, vsusfructus ab alio legatus fuerit, & prior hereditas eius qui vsumfructum legauerit, adita fuerit: nulla ratio est cur diem legati [c] cedere existimemus antequam ea quoque hereditas ex qua seruus legatus erat, adeatur: cum neque in præsentia vllum emolumentum hereditati [d] adquiratur, & si interim seruus mortuus fuerit, legatum [e] extinguatur. quare adita hereditate [f] existimandum est vsumfructum ad eum cuius seruus legatus esset pertinere. [g]

2. ¶ Quòd si seruus cui vsusfructus legatus fuerit, ipse legatus non fuerit, dicendum est vsumfructum ad hereditatem [h] pertinere, eo quòd dies eius ante aditam hereditatem non cesserit.

Dies legati relicti seruo legato cedit ab adita hereditate. item ad legata quæ cedunt ab adita hereditate, regula Catoniana. Bartolus.

XVII. IDEM *libro trigensimosexto Digestorum.*

CVm legato seruo aliquid legatur, dies eius legati quod seruo datur, nõ mortis tẽpore, sed aditæ hereditatis cedit: [i] & eo impedimento non est regula iuris [k] quo minus manumisso [l] legatum debeatur: quia & si confestim paterfamilias [m] moreretur, non in eiusdem personã & emolumentum legati & obligatio [n] iuris concurreret. Perinde igitur est hoc de quo quæritur, ac si filio herede instuto [o] patri legatũ esset: quòd cõsistere intellegitur eo quòd quamuis statim paterfamilias moriatur, potest emancipatus adire hereditatem, vt patri legatum [p] debeat.

XVIII. IDEM *libro trigensimoseptimo Digestorum.*

Titij certe nulla ratio est cur diem dicti legati vsusfructus cedere existimemus antequam etiam ea hereditas, scilicet Titij adeatur, ex qua dictus Stichus seruus legatus erat per Titium Seio. & est ratio quare ante non cedit, cum in præsentia siue in præsenti tempore quo non est adhuc adita hereditas Titij, nullum emolumentum dicti legati vsusfructus acquiratur hereditati Titij, ex qua fuit seruus legatus Seio. cum non sit ibi persona cui acquiratur, & vsusfructus sine persona esse non possit: *vt infra de stipu. ser. l. vsusfruct.* & cum legatum dicti vsusfructus extinguatur, si dictus Stichus seruus mortuus fuerit interim ante aditam hereditatem Titij eiusdem domini serui: quare adita hereditate postea dicti Titij ex qua seruus erat legatus Seio, existimandum est ad eum seruum pertinere dictum vsumfruct. cui Seio seruus legatus est per dictum Titium. Sed quid si dictus seruus Titij cui seruo Gaius vsumfru. legauit, nõ fuit legatus per Titiũ alicui, retẽto casu quãdo erat adita hereditas Gaij qui legauit seruo vsumfruc. & etiam hereditas Titij domini ipsius serui? certe dicendum est hoc casu dictum vsumfru. pertinere ad hereditatem, id est ad heredem hereditatis eius Titij cuius fuerat seruus prædictus, scilicet si viuat idem seruus tempore aditæ dictæ hereditatis. & hoc eo, id est ideo, quòd, id est quia dies eius legati vsusfructus non cessit ante aditam hereditatem dicti Titij domini serui vt dictum est. & not. extra casum quòd est hic bona ratio: quia si non expectaretur aditio hereditatis dicti Titij quo ad cessionem diei illius legati vsusfructus, frustra cederet dies eius ante, & etiam inutiliter: cum non esset persona cui acquiri posset, & sic inutile esset legatum, & nulli acquireretur: *vt. d. l. vsusfructus. & .s. eo. si habitatio. & .j. de acquir. re. do. l. hereditas in multis in fi. & .s. quib. mod. vsusfru. amit. l. si seruo.* Viuianus.

a ¶ *Certum fuerit.* puta Pamphila mortua antequam pariat: *vt. s. eo. l. si [a] vsusfructus. y. respon. & l. huiusmodi. & .s. de vsufr. l. si Titio. & .j. eo. l. cum illud. in prin.*

[a] Ibi erat conditio quæ moriẽte legatario implebatur vel deficiebat.

b ¶ *Qui legauerat.* seruum.

c ¶ *Legati.* vsusfructus.

d ¶ *Hereditati.* à qua fuerat seruus legatus: *vt. j. de stipu. seruo. l. vsusfructus. & .j. de acqui. re. do. l. hereditas.* vtriusque hereditas ergo debet adiri, legantis seruum, & legantis vsumfructum. Acc.

e ¶ *Legatum.* scilicet vsusfructus de legato serui non est dubium. Accursius.

f ¶ *Adita hereditate* à qua seruus est legaus.

g ¶ *Pertinere.* s. hereditas legantis vsumfructum, si fuerit adita.

h ¶ *Ad hereditatem.* eius qui legauit vsumfructum. s. Vel aliter, id est ab herede hereditatis, cuius seruus fuerat, si viuit seruus tempore hereditatis aditæ. secus si aute decessit.

CVm legato.] CASVS. ¶ Pone quòd Titius instituit sibi heredẽ Gaium, & seruum suum Stichum legauit Seio, & eidem Sticho legauit. c. & decessit idem Titius. certe dies legati seruo relicti cedit, non à tempore mortis Titij testatoris, sed à tempore aditæ hereditatis eiusdem testatoris. & est ratio extra casum, quia si ante aditam hereditatem cederet, magis hereditati diceretur acquiri, quàm legatario cui fuit legatus seruus: cũ interim sit hereditatis seruus: vt supra de le. j. si tibi homo. §. cum seruus. licet sit arg. cõtra infra de fur. à Titio. nec etiam hereditati posset acquiri: quia sibi deberi hereditas non posset intelligi, & sic euanesceret legatũ quod est euitandum: quia ante dies dicti legati seruo legato relicti non cedit nisi adita hereditate. ideo si tempore aditæ hereditatis inueniatur esse seruus dictus Stichus, erit legatarij ipse Stichus. & legatum eidem Sticho relictum. si autẽ inueniatur liber, debebitur ei legatum sibi relictum, & impedimento non est regula iuris quę appellatur regula Catoniana, quo minus debeatur dictum legatum dicto seruo, si inueniatur manumissus siue liber tempore aditæ hereditatis. dicta enim regula dicit quòd illud legatum quod foret inutile si statim decederet testator facto testamento, non debet ideo valere quòd diutius testator viuat: *vt supra de regula Cato. l. j.* cum similibus. in nostro autem casu si confestim, id est statim facto testamento paterfam. id est testator moreretur, bene valeret legatum prædictũ seruo legato relictũ: quia non concurreret in eãdẽ persona & emolumentum dicti legati, & obligatio iuris pro soluendo legato eodẽ: imò concurreret in duobus. nam obligatio iuris pro soluendo legato ligaret hereditatem, emolumentum autẽ legati relicti seruo legato respiceret legatarium cui fuit legatus seruus. secus autem si emolumentum legati & obligatio iuris pro soluendo eodem legato concurrerent in eandem personam siue in eundẽ debitorem: quia tunc nõ valeret legatum, & haberet locum regula dicta, puta si nõ esset dictus seruus alicui legatus. nam tunc hereditas deberet legatum eidem seruo, & seruus acquireret eidem hereditati: & sic hereditas deberet sibiipsi: quod non potest esse: *vt supra de lega. ij. l. Titia. §. Lucius.* dictum ergo legatum relictum seruo legato, assimilatur legato relicto Seio filio eiusdem Seij heredi instituto. quod quidem legatum ideo intelligitur consistere, quia quamuis statim facto testamento paterfamil. scilicet testator moriatur: tamen potest dictus filius postea à patre emancipari, & emancipatus hereditatem dicti testatoris adire: vt patri qui eum emancipauit, legatum debeat. vnde nec hic inuenitur pater debere sibiipsi legatum, & sic valet sicut & supra in primo casu. secus autem si adiret hereditatem testatoris existens in potestate patris: quia tunc acquireretur hereditas patri, & inueniretur pater sibiipsi debere legatum: & sic non valeret. Viuianus.

i ¶ *Hereditatis cedit.* vt *supra eo. l. heredis. in fine. & .C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.*

k ¶ *Regula iuris.* s. Catoniana, quæ dicit quòd illud legatum quod foret inutile si statim decederet testator facto testamento, hoc non debet valere ideo quòd diutius testator vixit: vt si legetur purè seruo hereditas: *vt Institu. de lega. §. an seruo.* & bene infert, & ideo, quia dicta [b] regula non pertinet ad legata quorum dies cedit ab adita hereditate: *vt supra de regu. Cato. l. pen.*

[a] Catoniana regula nõ pertinet ad ea legata quorum dies cedit ab adita hæreditate.

l ¶ *Manumisso.* id est si inueniatur liber tempore aditæ hereditatis, debebitur ei alioquin legatario vtrumque legatum. ¶ Sed à quo potuit manumitti? Respond. si seruus heredis erat, planum est. si seruus testatoris, tunc à legatario: qui licet non verè, tamen fictione iuris dominus est: *vt infra de fur. l. à Titio.*

m ¶ *Paterfamilas.* testator.

n ¶ *Obligatio.* Obligatio ligat hereditatem emolumentum legatarium respicit. at si non esset seruus legatus, tunc hereditas deberetur seruo, & seruus acquireret heredi, & sic hereditas deberetur sibiipsi: quod non potest esse: *vt supra de lega. ij. l. Titia. §. Lucius.* & tunc habet locum regula Catoniana.

o ¶ *Instituto.* à quodam extraneo.

p ¶ *Patri legatum.* in cuius est potestate. nã nec hic inuenitur pater debere sibiipsi, etiam si statim facto testamento decedat testator: cùm possit retardari aditio hereditatis, & filius interim emancipari. ¶ Et no. quòd filio herede instituto ab extraneo potest legari patri & fratri heredis etiã purè. Itẽ à seruo instituto potest legari domino etiam purè: sed à domino vel à patre instituto non potest

potest pure legari filio vel seruo, sed sub conditione sic: *vt Insti. de leg. §. an seruo. & ſ. de le. j. l. quæsitum. in princ.*

IS *cui.*] CASVS. Pone quòd Gaius instituit sibi heredem Seium, & legauit Titio centum quandocunque liberos habuerit idem Titius. & decessit dictus testator Gaius, & postea dictus Titius legatarius decessit relicta pregnante vxore sua, certè intelligitur expleta cõditione decessisse dictus legatarius, & legatum valere intelligitur, si tamen postumus fuerit natus viuus. Viuia.

a ¶ *Quandoque.* sub. decẽ ei lego. & aliàs est si quandocunque liberos ha. sed nihil refert.

b ¶ *Natus.* viuus[a] secus si mortuus: [b] *vt. j. de verbor. signi. l. quæ morti.* etiam si decliuet ad monstrum: *vt. j. de verb. sig. l. quæret.* licet sit arg. contra. *ſ. de sta. homi. l. non sunt liberi.* ¶ Sed contra huic. *l. ſ. de sta. homi. l. qui in vtero.* vbi alij[c] nõ acquirit antequam nascatur. sed certe nec hic acquirit. ¶ Et no. quod hęc conditio existit etiã si nati moriantur: *vt. tit. j. l. heredibus. in princ. & C. eo. l. cũ vxori. & fac. ſ. de condi. & demon. l. solemus. & l. cum vir. & l. si vir.*

C*Vm sine.*] CASVS. Titius instituit sibi heredem Seium ponamus, & sine aliqua pręfinitione temporis legauit ita vxori suæ Sẽproniæ pone, vxori meæ penũ heres dato:

IS cui ita legatum est, *Quandoque*[a] *liberos* * *habuerit*, si prægnante vxore relicta decesserit: intellegitur expleta conditione decessisse, & legatum valere, si tamen postumus natus[b] fuerit.

Cum legatum incipit à præcedenti dispositione, sequens in quod transfertur, statim mora commissa petetur. si incipit à præcedenti conditione: legatario interim moriente nihil ad heredem transmittitur. Bart.

XIX. IDEM *libro septuagensimo Digestorum.*

CVm sine præfinitione temporis legatum ita datũ fuerit, *Vxori meæ penum heres dato: si non dederit, centum dato:* vnum legatum[c] intellegitur centũ, & statim peti[d] potest. Penoris autem causa eo tantùm pertinet, vt ante litem contestatam tradita peno, heres liberetur.[e]

1. ¶ Quòd si ita scriptum sit, *Si penum intra Kalendas non dederit, centum dato:*[f] non efficitur vt duo legata[g] sint, sed vt centũ legata sub conditione videantur. idcirco si vxor ante Kalẽdas decesserit, heredi suo neque penũ relinquet, quæ legata non est: neque ea centum, quia dies legati cesserit.* [h]

2. ¶ Cũ ab eo mihi[i] fideicommissum datum est, cui sub conditione legatum: est, quemadmodum si herede instituto sub condirione, purè mihi legetur.

3. ¶ Si debitori quod sub conditione debet, legatum est, præsens legatum est: agique[k] ex testamento statim potest, vt liberatio præstetur: & si post mortem testatoris decesserit ad heredem transmittit actionem.

4. ¶ Hæc dicenda erunt[l] & si non ipsi debitori, sed alij cuilibet similiter legatum esse proponatur.[m]

Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, in dubio si sit causa alimentorum, dicuntur plura legata: vel vnum cuius dies cedit à tempore mortis. Bart.

XX. MARCIANVS *libro sexto Institutionum.*

SI cum præfinitione annorũ legatum fuerit, veluti *Titio dena*[n] *vsque ad annos decem:* Iulianus libro trigensimo Digesto-

si non dederit. c. dato. & decessit dictus testator. postea dicta Semprouia vxor ponamus interpellauit heredẽ vt ei præstaret penũ, & heres non dedit ei. certè vnum legatum intelligitur, s. de dictis. c. scilicet quo ad vnam exactionem siue solutionem. & statim peti potest per vxorem idem legatum de. c. & prædicti penoris causa eo tantum pertinet. vt tradito penore siue penu ante litem contestatam, scilicet super dictis. c. heres ab vxore liberetur sub. sed duo sunt legata, vnum pure, scilicet penus, alterum conditionale. sc. centum: *vt infra eodem. l. si penum.* si autem ita scripsisset dictus Titius testator, si penum intra kalendas non dederit. scilicet heres meus vxori meæ: c. dato, scilicet heres meus vxori meæ. non efficitur vt sint duo legata imò est vnum. nam cẽtum vidẽtur esse legata sub conditione. scilicet si penum intra kalendas non dederit heres vxoris testatoris. nam incepit hoc legatum à præcedẽti conditione: & idcirco scilicet quia non sunt duo legata, sed vnum scilicet de. c. & quia cẽtum vidẽtur esse legata sub conditione, vt dictum est. si vxor scilicet testatoris prędicta decesserit ante kalẽdas scilicet prædictas, non relinquet penum siue penus petitionẽ heredi suo: quia legata non est scilicet ei vxori penus: neque. c. prædicta siue eorum petitionem relinquet heredi suo eadẽ vxor: quia non cessit dies legati. scilicet de centum, eo scilicet quòd nondum extiterat conditio, neque adhuc poterat heres dare vxori testatoris penum ante kalẽdas: quia nondum aduenerant kalẽdę tempore mortis vxoris testatoris. [CVM AB EO.] Ponamus quòd Titius instituit sibi herẽdẽ Seium, & legauit Gaio. c. sub condit. si nauis ex Asia venerit: & ab eodẽ Gaio legatario reliquit mihi fideicommissum ponamus quinquaginta. cetè talis est ac si instituisset dictum Seium vel alium heredẽ sub conditione, & mihi pure legasset. sc. vt dies dicti fideicommi. mihi à legatario relicti cedat eo tẽpore quo cederet dies legati mihi relicti ab herede sub conditione instituto: cuius quidẽ legati dies cedit à morte testatoris nõ obstante cõditione sub qua erat institutus heres ille à quo mihi pure legatum fuit: *vt supra eo. l. heredis. in princi. & j. eo. l. dies. §. fin.* [SI DEBITORI.] Ponamus quòd Titius habebat debitorẽ Seium in. c. quæ debebat ei sub conditione, si nauis ex Asia venerit fecit hic creditor testamẽtum ponamus, & instituit sibi heredẽ Gaium. & legauit dicto Seio illud quod ei debebat, & decessit dictus testator. certè præsens siue purum legatũ est, & agi potest per legatarium eundémque debitorem conditionalem actione ex testamẽto contra heredem. vt liberatio ei per heredem præstetur, id est vt liberetur per acceptilationem, & si post mortem testatoris decesserit dictus debitor conditionalis cui legatum est per creditorem, illud quod ei sub conditione debebat, vt dictũ est, ad heredẽ suum debitoris eiusdemque legatarij transmittit actionẽ. s. ex testamento prædicto cõpetentem vt præstetur liberatio. & hæc eadem erũt dicẽda & si non ipsi debitori conditionali, sed alij cuilibet proponatur esse legatum similiter per eũdem testatorem illud quod dictus debitor debebat testatori sub cõditione. sc. vt sit præsens lega. siue purum: & si post mortem testatoris decedat legatarius, ad heredem suum scilicet legatarij transmittat. Viuian.

c ¶ *Vnum legatum.* propter vnã solutionẽ duo tamem sunt: penus pure, centum sub conditione: *vt. j. e. l. si penum. sic. ſ. de lega. ij. l. si quis seruum. §. si ita. & j. de duo. reis. l. ij. §. fi.*

d ¶ *Statim peti.* legatum de. c. s. postquam[a] fuerit interpella. præstare penum: *vt. j. e. l. si penum.*

e ¶ *Liberetur.* An autẽ penus sit in obligatione ciuili: & naturali, innuit hic quod non contra quod sic: *vt. j. e. l. si penum.* ¶ Sed dic: *vt. ſ. ad. l. Falci. l. j. §. item si ita. no.* ADDITIO. Pro solut. huius contrarij dic secundum Bart. hic cum dicitur in textu, statim, intellige mora commissa.

f ¶ *Centum dato.* vxori meæ.

g ¶ *Duo legata.* hoc non facit temporis appositio, sed quia incipit à conditione: *vt. j. de ver. obli. l. si ita stipulatus. §. j.* Nec obstat. *ſ. ad. l. Fal. l. j. §. idémque erit.* vbi dicit idem esse hoc casu, quod & superiori. §. sed illud verum si in superiori esset petita penus, & non data. nam tunc vtroque casu est idem, id est siue à conditione, siue à legato incipiat legatum de centum.

h ¶ *Non cesserit.* quia nondum extiterat conditio, qua poterat intra kalendas penum dare: quia nondum kalendæ aduenerant.

i ¶ *Cum ab eo pure mihi.* quo casu cedit à die mortis, licet petitio suspendatur: *vt. ſ. e. l. heredis in prin.* Item inquãtum legatarius teneatur dic: *vt. ſ. de leg. ij. l. imperator. in prin. & §. j. & facit. j. eo. l. si dies. §. fin.*

k ¶ *Agique.* actione ex testamento vt liberetur per acceptilationem, & etiam competit exceptio si conueniatur ab herede existente cõditione: *vt. j. tit. ij. l. j. §. si debitori. & ſ. de lib. leg. l. si quis decedens. §. nunc de & l. quod mihi.*

l ¶ *Erunt.* vt legatum valeat.

m ¶ *Proponatur.* quod debitor debet sub conditione. Accur.

S*I cum præfinitione.*] CASVS. Ponamus quòd Titius legauit, ita Seio, Lego Seio dena vsque ad ann. x. decessit dictus Titius. postea decessit Seius legatarius transactis pone duobus annis ex dictis decem annis. nunquid futurorum octo annorum legatum trãsmittit ad heredem suum dictus legatarius? & distinguitur: aut alimẽtorum nomine fuit relictum dictum legatum Seio: aut non fuit relictum nomine alimentorum, sed in plures pensiones & præstationes diuisit Titius testator dictum legatũ exonerãdi heredis gratia. Primo casu plura sunt legata, & futurorum octo annorum legatum non transmittit ad heredem suum legatarius mortuus. & est ratio extra casum, quia hoc casu primi anni legatum est purum, sequentium conditionale: *vt dixi. ſ. eo. l. cum in annos.* Secundo autẽ casu omnium dictorum. x. annorum est vnum legatum, & intra decennium decedens legatarius transmittit ad heredem suum etiam legatum futurorum annorum. Viuia.

n ¶ *Dena.* i, decem & decem: *vt. ſ. de leg. j. si quis Titio.* & dic singulis annis vsque ad decem annos.

* Quandoque pro quandocũque. Ant. lib. 5. ep. 7.

a Siue liberis non decedit quod posthumũ reliquit: modo viuus ille nascatur non mortuus.

b Mortuus qui nascitur pro posthumo nõ habetur.

c Posthumus antequam nascatur an alij adquirat.

* Sic in Archetyp. affirmatiuẽ vt ait Taurel. & sustinetur ea lectio. Posteriores manusc. habẽt negationẽ perperam, nec eã rectè tuetur Russardus.

a Statim pro, post moram commissam.

a Alimentorum legatum, plura legata continet, quorum primi anni legatum, purum est: sequentium conditionale: hoc est debetur si viuat alimentarius, seu legatarius alimentorum.

b Transmittere ad heredem legatum alimenti non potest is qui decessit ante conditionem legati alimentarij, & ante diei cessionem.

a ¶ *Plura esse.* primi[a] anni purum, sequentium conditionale, scilicet si viuat alimentarius: *vt.s.de annu.lega.l.in singulis.*

b ¶ *Non transmittere.* quia [b] decessit ante conditionem, & sic ante diei cessionem.

c ¶ *Si verò.* facit.s.*eo.l.nec semel.ibi, nisi forte &c. & j.eo.l.Firmio.§.fin.* Accursius.

rum scribit, interesse: & si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse [a] legata, & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad heredem non transmittere. [b] Si verò [c] non pro alimentis legauit, sed in plures pensiones diuisit exonerandi heredis gratia: hoc casu ait omnium annorum vnum esse legatum, & intra decennium decedentem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad heredem suum transmittere. quæ sententia vera est.

XXI. PAVLVS *libro secundo ad Vitellium.*

SI dies [d] adposita legato non est præsens debetur, aut confestim [e] ad eum pertinet, cui datum est. adiecta quamuis longa sit, si certa est, veluti kalendis Ianuariis [f] centesimis: dies quidem legati statim [g] cedit, sed ante diem peti non potest. [h] at si incerta, quasi cum pubes [i] erit, cum in familiam * nupserit, [k] cum magistratum [l] inierit: cum aliquid demum, quod scribendo† comprehēdere sit commodum, [m] fecerit: nisi tempus conditióve obtigit, neque res [n] pertinere, [o] neque dies legati cedere potest. 1. ¶ Si sub conditione qua te heredem institui,

* in fam. filia nup.

† In archetypo legebatur scribendi, forte pro scribendo, inquit Taurellus in adnot.

Si dies apposita.] CASVS. Aut dies certa vel incerta non est apposita in legato: aut est apposita siue adiecta. Primo casu præsens siue purum debetur legatum legatario, & confestim ad eum pertinet cui datum siue relictum est. Secundo casu aut est adiecta dies certa, aut incerta. si est adiecta legato dies certa, certissimus quidem dies legati statim cedit, scilicet à morte testatoris, quamuis dicta sit longæua: veluti quia dixit testator, lego Titio pone.c. kalendis Ianuariis non tamen potest peti legatum ante diem. si autem incerta dies sit adiecta in legato, neque potest peti res, scilicet legata, neque dies legati cedere potest, nisi obtigerit conditio temporis, id est conditio quæ demonstratur per tempus incertum, siue per diem incertum: *vt.j.l.proxi.§.nec interest.* & de hac incerta die ponuntur in litera quatuor exempla, quorum quodlibet ita videtur supplendum, sicut dicam in quolibet eorum, & erit primum tale. Lego.c. Titio pone cum pubes erit. Secundum erit tale, Cum filia scilicet mea nupserit, lego ei centum. Tertium erit tale, Cum magistratum inierit ponamus Titius, lego ei.c. Quartum erit tale, Cum Titius fecerit domum Seio, lego eidem Titio.c. Et hoc exemplum vel simile videtur posse poni in illa litera, cum aliquid demum &c. quam literam ita construe. cum aliquid demum fecerit, scilicet Titius quod comprehendere describendo sit commodum, scilicet alicuius, puta Seij per hoc quod scribitur & apponitur in legato. ¶Potes & quintum ponere exemplum in.l.seq.de die incerta in legato apposita, quam potes legere vsque ad.§.quædam. & antequam legas. §.si sub conditione. qui est in hac.l. puta si Titio fuerit legatum cum is annorum.xiiij. esset factus. nam si is Titius decesserit ante.xiiij.an. non trāsit legatum ad heredem eius: quoniam hoc legatum continet in se non solum tempus, sed etiā conditionem, scilicet hanc, si is, scilicet Titius esset effectus.xiiij.ann. ille autem qui non esset in rerum natura, sicut non erat dictus Titius, annorum.xiiij.non esse intelligitur: nec interest vtrū ita scribatur, scilicet in legato, si annorū.xiiij. factus erit, scilicet Titius, lego ei.c. an priore scriptura sic scribatur, scilicet cum annorum.xiiij.esset factus, lego ei.c.pone. nam quamuis in hoc differant dictæ duæ scripturæ, scilicet si annorum.xiiij.factus erit &c. & cum annorum.xiiij.esset factus &c. in hoc differunt dico, quia per conditionem siue per scripturam in qua conditio continetur, illa scilicet si annorum.xiiij. factus erit &c. demonstratur tempus & sequenti. siue per sequentem scripturam, illam scilicet dum annorum.xiiij. esset factus &c. demonstratur conditio ad tempus scilicet incertum in ea positum. vtrobique tamen eadem conditio est. vnde, sicut dixi, si Titius decesserit ante.xiiij.an. non transit legatum ad heredem eius. & non mireris si illam scripturam, cum annorum.xiiij.esset factus &c. appellaui modo sequentē scripturam: quia sequens est in versiculo, nec interest &c. quamuis sit prior in princip.l.huius, si Titio. viso ergo de legato præsenti siue puro, & de legato cui adiecta est dies certa, & de illo cui adiecta est dies incerta, redeamus ad.§.si sub conditione. & cōtinuemus eum cum §.quædam autem conditiones &c. & videamus de his legatis quibus appositæ sunt conditiones quæ habentur pro nō appositis. Et ponamus quòd institui te heredem sub conditione si nauis ex Asia venerit & legaui Titio.c.sub eadem conditione. certè perinde cedit dies hujus legati, ac si purè relictum esset: quoniam esset certū herede existente debitum iri, scilicet dictum legatum legatario. legata enim non fiunt incerta, vt scilicet suspendantur post conditionem existentem sub qua heres fuit institutus, & post aditam ab eo herede hereditatem. non fiunt incerta dico per cōditionem heredum, siue per conditionem appositam institutioni heredum. nec multum interest siue differt tale legatum de quo dixi, ab hoc scilicet legato dato si heres erit: in quo scilicet dicat testator ponamus hoc modo. dato scilicet tu heres meus Titio centum si heres erit, scilicet mihi. quod quidem legatum non iudicatur conditionale: *vt.s.de leg.j.l.iij.* & idem est si testator ita scribat: Titius heres esto. si Titius hereditatem meam adiuerit, Mæuio decem dato. nam pro non scripto ea cōditio erit, vt omnino ad heredem Mæuij legatum transeat etiam si Mæuius decesserit ante aditam hereditatem, scilicet per dictum Titium institutum. & idem est si ita fuerit scriptum scilicet per testatorem, si Titius hereditatem meam adiuerit intra dies centum, Mæuio centum dato. subaudi, Titius. nam hoc legatum erit in diem & nō sub conditione, cum conditio sit superuacua, subaudi. & ideo Mæuius legatarius decedens ante aditam hereditatem per Titium heredem, transmittit legatum de centum, siue eius petitionem ad heredem suum: quia definitio Labeonis probanda siue approbanda est, dicentis id demum legatum transire ad heredem legatarij, scilicet decedentis ante aditam hereditatem ab herede, quod scilicet legatum certum sit debitum iri si adeatur hereditas. dictum autem proximè legatum bene certum est deberi legatario si adeatur hereditas, & viuat tunc legatarius. nam post aditam hereditatem suspendi non potest quin statim debeatur legatario. fuit enim relictum Mæuio præstandum intra centum dies, & intra certum diem sub conditione si Titius heres adiret hereditatem. Quid autem si duos instituam heredes, puta Titium & Seium, & legem Gaio decem à dicto Titio & Seio institutis sub cōditione si idem Titius vnus de institutis adeat hereditatem meam? nunquid erit superuacua dicta conditio apposita in legato Gaij? certè non, imò valebit dicta conditio in portione Seij coheredis, id est in quinque quæ videntur ab eodem Seio legata per me testatorem Gaio. vnde si antequam Titius coheres Seij adeat hereditatem, decedat Gaius legatarius, non transmittit ad heredem suum petitionem dictorum quinque, quæ ei Gaio videntur legata à Seio per me testatorem. in portionem autem ipsius Titij in cuius persona est comprehensa conditio apposita legato Gaij de decem prædictis, id est in aliis quinque quę videntur legata Gaio à Titio per me testatorem, superuacua erit dicta conditio quæ fuit, si Titius adeat hereditatem. & ideò pro dicta parte Titij non faciet legatum Gaij conditionale, & perinde erit superuacua dicta conditio, atque si solo Titio herede Seij instituto à me esset legatum Gaio prædicto modo, id est sub conditione, si hereditatem meam adiret Titius. quo casu sine dubio superuacua esset conditio, vt supra vidisti. si ergo Gaius prædictus legatarius decedat ea conditione pendente, id est antequam Titius coheres Seij adeat hereditatem meam, transmittet ad heredem suum petitionem de quinque quæ videntur ei legata à Titio coherede Seij cui legaui eidem Gaio decem à dicto Titio & Seio institutis sub conditione si idem Titius adiret hereditatem meam. & hæc videtur esse intentio harum duarum legum, salua meliori intentione & intellectu. Viuianus.

d ¶ *Si dies.* incerta.[a] 2. R. Vel dic certa vel incerta. si autem apposita est, distinguitur certa ab incerta: vt subiicit.

a Incerta die relictum est non certa: die relictum confestim debetur.

e ¶ *Confestim.* nisi ex volūtate defuncti aliud appareat: *vt.s.tit.j.l.epistola.§.fi.& de auro & arg.leg.l.filiam.*

f ¶ *Ianuariis centesimis.* aliàs certissimis. aliàs centesimis: *vt infra de verborum obligationib.l.centesimis.* aliàs simpliciter kalendas primas demonstrat: *vt infra de verb.oblig.l.eum qui kalendis.* Accursius.

g ¶ *Statim.* à morte testatoris: *vt supra eodem. l.si post.ij.respon.* Accursius.

h ¶ *Non potest.* propter excep. sed in vsufru. ipso iure ante diem non debetur: *vt.s.quando di.vsufru.leg.ce.l.j.in fi.*

i ¶ *Cum pubes erit.* Verè hic dies videtur adiecta: *vt.s.de condi.& demon.l.si quis legata.j.respon.*

k ¶ *Nupserit.* de hac habes. *s.de condi.& demon. l.hac conditio filiæ.*

l ¶ *Cum magistratum.* de hac. *Cod.de institutionib.& substit.l.si quis cum.*

m ¶ *Commodum.* sic construe. Cum aliquid deinde fecerit quod comprehendere sit commodum scribendo, id est sit commodum alicuius per hoc quod scribitur. H.

n ¶ *Neque res.* ad legatarium.

o ¶ *Pertinere.* vt & s.*de leg.ij.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.*

apparet

Diei certæ & incertæ differentia.

apparet ergo differre[a] inter certam & incertam diem. *sic.j. de ver. oblig.l.stipulatio ista.§.inter certam.& 3. de condit.. & demon.l.j. & l.dies.& 3.eo.l.si cum heres.*

sub ea cõditione Titio legatum sit: Pomponius putat perinde huius legati diem cedere, atque si purè relictum esset:[a] quoniam certum esset herede existente debitum iri. Neque enim per cõditionem heredum fieri incerta legata: nec multum interesse tale legatum[b] ab hoc,[c] *Si heres erit, dato.*

Dictio si, facit principaliter conditionem, secundario tempus: dictio cũ facit principaliter tempus, secundario conditionem. Bart.

XXII. POMPONIVS *libro quinto ad Quintum Mucium.*

SI Titio, cum is annorum quatuordecim esset factus, legatum fuerit: & is ante quartũdecimũ annũ decesserit: verũ est ad heredẽ ei[9] legatũ nõ trãsire: quoniam non solum diẽ, sed & conditionem hoc legatum in se cõtinet,[d] si effectus[e] esset annorũ quatuordecim. Qui autem in rerum natura non esset, annorum quatuordecim non esse non intellegeretur. Nec interest vtrum scribatur, *Si annorũ quatuordecim factus erit*, an ita: cum priore scriptura[f] per conditionem[g] tempus demonstratur, sequenti per tẽpus[h] cõditio. vtrubique tamẽ eadem cõditio est. 1. ¶ Quædam autem conditiones etiam superuacuæ sunt, veluti si ita scribat, *Titius heres esto. si Titius hereditatem meam adierit, Mæuio decẽ dato.* nam pro non scripto[i] ea conditio erit, vt omnimodo ad heredem Mæuij legatum transferat, etiam si Mæuius ante aditam hereditatem decesserit. Et idem si ita fuerit scriptum, *Si Titius hereditatem meã adierit, intra dies centum Mæuio decem dato.* nã hoc legatum in diem erit, non sub conditione: quia definitio Labeonis probanda est, dicentis id demum legatum ad heredem legatarij transire, quod certum sit debitum iri, si adeatur hereditas.

2. ¶ Si tamen duos heredes[k] instituam, & si alter ex his[l] adeat hereditatem, alicui legem[m] ab omnibus heredibus: non erit pro superuacuo ea conditio, sed in portionem quidem coheredis[n] valebit:[o] in ipsius[p] autem, cuius persona in conditione comprehensa est, superuacua[q] erit, perinde atque si solo coherede[r] instituto eo modo[s] legatum esset.

XXIII. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

CVm in annos[t] singulos legatum relinquitur, sine dubio per annos singulos inspecta conditione legatarij ait capere: & si plurium seruus sit, singulorũ dominorum erunt personæ spectandæ.

Legatum primum purũ in sequens legatum transfunditur: demum post moram heredis ad heredem legatarij trãsmittitur transfusione nõ facta.

XXIIII. PAVLVS *libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.*

a ¶ *Relictum esset.* vt. 3. *de leg.j.l.iij. & facit.3.eod.l.cum sine.§.si. & l.heredis.in princi.& l.quod pure.ij.respon. & j.eodem.l.si Titio.§.quadam.& supra de condit.& demonst.l.j.in fine. & l.aliquando. & ad leg.Falci.qui fundum.§.si tu.*

b ¶ *Legatum.* de quo dictum est.

c ¶ *Ab hoc.* scilicet legato.

d SI *Titio.*] *Continet.* hanc scilicet si &c. *vt supra de lega.j.l.si cui.§.hoc.legatum.*

e ¶ *Effectus.* puta eos compleuisset: *vt.d.l.si cui. & supra de condi. & demonst.l.non putabam.& C.eo.l.ex his.* Accursius.

f ¶ *Scriptura.* cum dixit, cũ annorum. xiiij. erit,

g ¶ *Per conditionem.* scilicet per si.

Côditio inducitur per si, & cum.

h ¶ *Per tempus conditionis.* puta per cum. nam[b] per cum, & per si, fit conditio: *vt not.3.eod.l.si cum heres.* Sed huic *l.est. contra.3.titul.j.l.qui filium.§.Sabinus.& l.Seius.& C.e.l.ex his.vbi pleneno.& fac.j.eodem.l.Firmio.*

i ¶ *Pro non scripto.* causa enim tollẽdæ dubitationis poni videtur: vnde[c] commune ius non lædunt: *vt.C.de fideiuss.l.non recte. arg.contra.Cod.de thesau.l.j.*

Dubitationis tollendæ causa adiecta ius commune nõ lædunt.

k ¶ *Duos heredes.* Titium & Seium.

l ¶ *Alter ex his.* puta Titius.

m ¶ *Legem.* puta decem danda ab vtroque herede.

n ¶ *Coheredis.* sc. Seij verbi gratia in quinq; quæ videntur à Seio legata, est conditio si Titius adeat: vnde interim decedens legatarius non transmittit illa quinque.

o ¶ *Valebit.* sc. conditio.

p ¶ *In ipsius.* s. Titij portione.

q ¶ *Superuacua.* vnde si legatarius decedat ea pendẽte, transmittit ad heredem suum qui petiã Titio existente herede. Accur.

r ¶ *Coherede.* Titio, qui & ipse coheres est Seij. vel dic Seio. Accursius.

s ¶ *Eo modo.* s. si hereditatem alieris. *& fac.3.eo.l.si dies.§.si.cum suis concor.* Accur.

CVm in annos.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & in annos singulos reliquit legatum puta. x. Gaio. decessit dictus Titius, certè Gaius legatarius potest capere legatũ per singulos annos inspecta éus cõditione, scilicet legatarij: vt si in hoc anno sit capax, debeatur ei legatũ huius ann. si verò hoc anno non sit capax, sed si capax insequenti anno, debeatur ei legatum sequentis anni: & non huius. si autem plurium seruus sit ille cui legatum est relictum in annos singulos, erunt spectandæ personæ singulorum dominorũ sint capaces quolibet de dictis annis, vel non sint capaces. Viuianus.

t ¶ *Cum in annos.* dic vt notaui. 3. *eo.l.cum in annos.& sequen. & fac.3.de leg.ij.l.non oportet.*

SI penum.] CASVS. Seius ponamus fecit testamentum, & instituit sibi heredem Publicium, & damnauit eundem Publicium heredem vt daret penum Gaio. vel ponamus quòd damnauit eum vt daret fundum Gaio. & si non daret dictus heres penum Gaio, vel si non daret dictus heres fundum Gaio, damnauit eundem heredem vt daret eidem Gaio decem. decessit dictus Seius testator. certè videtur legata penus Gaio eo casu quo legatum penum esse positum est. & videtur esse dicta penus translata in. x. prædicta si heres noluit dare penum legatario: & videtur esse dictus fundus legatus Gaio eo casu quo positum est legatum esse fundum. & videtur translatum, scilicet in. x. prædicta, si heres noluerit dare fundum legatario. & tunc pecunia siue dicta decem debentur Gaio legatario, cum heres' interpellatus à legatario fundum non dedisset legatario cum fuit legatus fundus, vel cum heres interpellatus à legatario penum legatario non dedisset cum fuit legata penus: & si interea siue interim antequam legatarius interpellet heredem quòd det ei fundum cum fuit legatus fundus, vel quòd det ei penum cum fuit legata penus, decesserit legatarius, non debebitur heredi eius legatarij nisi fundus cum fuit legatus fundus, vel penus cum fuit legata penus. nam cum ita dixit testator, Publicius scilicet heres meus fundum dato, scilicet Gaio. vel cum dixit testator Publicius, heres meus penum dato Gaio: perfectum est legatum fundi cum fuit legatus fundus, & perfectum est legatum penoris cum fuit legata penus. & cum dicit, scilicet testator postea, si non dederit, scilicet heres meus fundum, vel non dederit heres meus penum, centum dato, scilicet eidem Gaio legatario: videtur fundi legatum sub conditione ademptum eo casu quo centum cœperint deberi legatario, id est post interpellationem factam per legatarium heredi vt heres soluat ei fundum cum fuit legatus fundus, vel soluat ei penum cum fuit legata penus. quorum scilicet centum quia conditio non extiterit viuo legatario, ideo forte quia heres non sit interpellatus per legatarium: prædicto modo euenit vt nihil egerit ademptio legati de fundo vel penu, & vt fundi vel etiam penoris legatum durauerit. & hoc quando legatum non incepit à conditione, imò dixit testator vt dixi in principio. si autem ita dixit, & incepit testator in legando, si penum non dederit, scilicet Publicius heres meus Gaio, decem dato, scilicet heres meus Gaio: dicimus non esse penum legatam: subaudi, sed sunt legata decem sub conditione: & ideo si legatarius decesserit ante conditionem, heredi suo neque penum siue penoris petitionem relinquet: quia ei legatario legata non est: neque decem siue petitionem de decem relinquet heredi suo: quia dies legati de decem non cessit: *vt supra eodem.l.cum sine.§.quod si ita.& in sequenti ibi versiculo*, & quod dixi in penore, idem esset in fundo: vt si ita dixisset testator, si fundum non dederit, scilicet Publicius heres meus Gaio, decem dato, scilicet heres meus Gaio. & hæc videtur esse intentio huius legis, salua meliori intentione & intellectu. ideo autem posui per totam legem de fundo & de penu, quia in princip.l. dicitur, si penum heres dare damnatus sit, vel fundum: quæ quidem est disiunctio legis, & non testatoris. Viuianus

a Penus quid.
b Interpellatio fieri debet congruo loco & tempore.
c Lis an contestari possit super eo cuius nomine non est actio.
d Penus ante moram esse in obligatione ciuili & naturali.hinc colligit Bart. in lege. ȝ. de penu legata. licèt quidam aliud sentiant.l.1.§.item ȝ.ad.l.Falcid.

a ¶ *Si penum.* Dic quid[a] sit penus, *vt.ȝ.de penu.lega.l.ij.in princ.* b ¶ *Interpellatus.* cógruo[b] loco & tempore: *vt.ȝ.de vsur.l.mora.* *vel per lit.contesta.vt.ȝ.eo.l.cum fine.& facit.ǰ. de verbor.obligat.* *l.si ita stipulatus fuero.§.fin* ¶ Sed quo[c] modo lis super eo cuius nomine non est actio, potuit contestari? & super quo fuit interpellatio? Respon.[d] *vt not.C. de contrahen.stipula.l.nuda.*

c ¶ *Publicius.* heres meus.

d ¶ *Cœperint.* quod est post interpellationem. & sic videtur duo legata Sed contra. *supra eod.l.cum fine.* Solu.ibi.

e ¶ *Durauerat.* vt solutum non repetatur, non tamen potest peti: *vt.ȝ.ad lega.Falcid.l.j.§.item.* secundum quosdam. Vel illud viuente legatario: secus eo mortuo, vt hic dicitur.

f ¶ *Legatum.* quia incipit à condi. sed superiori casu à præambulo legato: *vt no.ȝ.eo.l.cum fine.*

SI penum[a] heres dare damnatus sit, vel fundum: & si non dedisset, decem: ego accepi & penum legatam, & translatam esse in decem, si noluerit penum heres dare: & tunc pecuniam deberi, cum interpellatus[b] fundum non dedisset: & si interea decesserit legatarius, tunc heredi eius non nisi fundum deberi. namque cum dictum est, *At Publicius*[c] *fundũ dato*, perfectum est legatum & cum dicit, *Si non dederit, centum dato*: sub conditione fundi legatum ademptum videri eo casu quo cẽtum deberi cœperint:[d] quorum quia conditio viuo legatario non extiterit, fortè quia interpellatus heres non sit, euenerit vt ademptio nihil egerit, fundique legatum durauerat.[e] 1. ¶ Planè si sic legatum sit, *Si penum non dederit, decem dato*, dicimus non esse penum legatum.[f]

In legatis alternatiuis vnum est legatum: & si vna pars est conditionalis legatario interim decedente nihil ad heredem transmittit. Bartolus.

XXV. PAPINIANVS *libro octauodecimo Quæstionum.*

CVm illud.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio hoc modo: Lego Gaio fundum meum Titianum, vel fundum meũ Seianum. & decessit idem Titius. certè dicta enumeratio plurium fundorum disiunctiuo modo comprehensa in legato, nõ facit plura legata, sed est vnum legatum quantũ ad solutionem. nam heres nõ tenetur soluere legatario nisi vnum de dictis fundis. nec aliud à predicto casu poterit probare si dictus testator legauerit pure Gaio alterum fundum de prædictis, vel alterum de eisdem fundis sub cõditione enumerando eos fundos in legando disiunctiuo modo. nam & in hoc casu vnum legatum est, & non plura. nam pendente prædicta conditione sub qua alter de dictis fundis fuit legatus, non competet electio heredi quin fundum soluat legatario, vtrum legatum pure, an legatum sub conditione. nec etiam legatario cõpetet electio quẽ fundum petat ab herede, etiam si testator legatario dedit electionem nam tũc esset propriè electio, siue esset electioni locus, quãdo de duobus vel pluribus potest quis eligere quod vult. in hoc autem casu non est ita: quia conditionale legatum non potest eligi, nec etiam purum propter cõditionale. vnde in hoc casu magis etiam apparet quòd sit vnum legatum, quàm in superiori. Item & propter aliud apparet: quia si pẽdente[e] dicta conditione moriatur legatarius, non videtur transisse ad heredem legatarij legatũ prædictum alternatiuo modo relictum. nam heres legatarij non poterit petere ab herede testatoris dictum fundum sub conditione relictum: & etiam occasione dicti conditionalis legati nõ poterit petere fundũ pure legatum. [HERES MEVS TITIO.] Ponamus quod ita dixit testator in testamento suo: Heres meus Titio dato quod mihi Seius debet & decessit. & reperitur postea quòd dictus Seius pupillus existẽs sine tutoris auctoritate nummos acceperat mutuo à dicto testatore ante testamentum, nec locupletior factus erat idem Seius ex dictis nummis. nunquid valet dictum legatum Titio relictum? Et distinguitur: Aut testator qui petiit prædicto modo ab herede suo, retulit verba ad præsens debitum: aut verbo debiti cogitauit naturalem obligationem, futurámque solutionẽ per dictum Seium faciendam. Primo casu nullius momenti erit legatum: quia nihil ei testatori debet dictus Seius pupillus, scilicet ciuiliter, vt possit ab eo petere: licet naturaliter ei teneretur: quia pono quòd erat proximus pubertati. Secundo autẽ casu nihil petet Titius legatarius interim antequã Seius pupillus soluat dictum naturale debitum heredi testatoris, quasi in legato Titij tacita inserta sit conditio si soluerit dictus pupillus dictum naturale debitum: sicut interim non peteret si ita dixisset testator, Titio dato scilicet tu heres meus quod pupillus prædictus soluerit, vel si legasset quod ex Arescusa natum erit: vel legasset fructus qui in illo fundo nascerentur. nam in his tribus casibus sine dubio inest tacita conditio. s. si pupillus soluerit, & Arescusa pepererit, & si fructus in dicto fundo nascentur. Sed pone quòd legatarius moriatur medio tempore. i. antequam pupillus soluat, vel antequam Arescusa pariat, vel antequam fructus in dicto fundo nascantur. nunquid transmitteret ad heredem suum petitionem prædictorũ: vt scilicet heres legatarij habeat petitionẽ si pupillus postea soluat, vel partus postea edatur per Arescusam, vel fruct⁹ ex dicto fundo postea proueniant? ¶ Et videtur quòd nõ: quia in his legatis conditio inest, vt dictum est, & petitio legatorũ conditionalium non solet transire ad heredes legatariorũ pendẽte conditione defunctorũ: *vt ȝ.eo.l.si post diē.§.sed si sub coditione.* Respon. tamen hic quòd heres legatarij bene habet petitionem: nec est contrarij quod dixi petitionem cõditionalium legatorũ nõ transire ad heredes legatariorum pendente conditione defunctorũ. quia illud habet locum cum legatis apponitur conditio expresse. hic autem subintelligitur cõditio tacite. nam dies legati cui conditio non adtribitur, s. expresse, cedit. s. quantum ad transmissionem: quamuis extrinsecus sit expectanda conditio: vt est in nostris casibus predictis. Viuianus.

e Si relinquũtur duæ res alternatiuè, vna pure, alia sub conditione, mortuo legatario ne quidẽ res pure relicta ad legatarij heredẽ trãsmittitur pendente conditione. *v. Romanum singulari. 88. in fi.*

CVm illud[g] aut illud legetur, enumeratio plurium rerum disiunctiuo[h] modo comprehensa, plura legata non facit.[i] Nec[k] aliud[l] probari poterit, si purè fundum alterum, vel alterum sub conditione legauerit. nam pendente conditione non erit electio:[m] nec si moriatur,[n] ad heredem transisse legatum[o] videbitur.

Conditio tacita quæ inest ex natura rei legatæ, transmißionem legati non impedit. Bart.

1. ¶ *Heres meus Titio dato quod mihi Seius debet.* Si Seius pupillus sine tutoris auctoritate nummos accepisset, nec locupletior factus esset, & petitor[p] ad præsens debitum verba retulit: quia nihil eius[q] debet, nullius momenti legatum erit. Quòd si verbo debiti naturalem obligationem, & futuram solutionem cogitauit, interim nihil Titius[r] petet, quasi tacitè conditio inserta sit: non secus ac si ita dixisset, Titio dato quod pupillus soluerit. vel si legasset quod ex Arethusa natum erit, vel fructus qui in illo fundo[s] nascen-

g ¶ *Cum illud.* est disiunctio testatoris, non legis.
h ¶ *Disiunctio.* secus[a] si copulatio: *vt.ȝ.d.lega.ij.l.ij.*
i ¶ *Non facit.* sed vnum est: *vt.ȝ.de leg.ij.l.si illud.* quod est verum quantum ad vnam solutionem. sed[b] plura possunt dici, quia plures res numerantur: *vt.ȝ.de leg.ij.l.si quis seruum.§.j.* quæ est cõtra secundum R. vel dic vt ibi. ¶ Item no.in[c] ij alternatiuis vtrumque deberi: *vt no.ȝ.de constit.pecu.l.illud.& ǰ.de verb.obli.l.si duo res.*
k ¶ *Nec.* scilicet vt sint plura: nam nec sic sunt plura.
l ¶ *Aliud.* à prædicto casu, quia & hic vnum est: *vt.ȝ.de leg.ij.l.illud.ij.respon.*
m ¶ *Electio.* tunc[d] esset propriè elecio, quando de duobus vel pluribus potest quis eligere quod vul: quod hic non est: quia conditionale non potest eligi, siue testaor dederit electionem legatario, siue ex natura alternatiui debit heres debet eligere: *vt.ȝ.de vsufruct.lega.l.si Titio.*
n ¶ *Nec si moriatur.* scilicet legatrius pendente conditione.
o ¶ *Legatum.* sub conditione relictum. nam purum sic: *vt.ȝ.eo.l.si vsufru.in prin.* secundum quosdm. *& arg.ȝ.eo.l.si penum.* ¶ Sed tu dic neutrum transire ad heredem: *vt.ȝ.eo.l.cum ita.in prin.& l.huiusmodi.* Nec ob. *l.illa.si vsufr.* quia ibi ante mortem legatarij certum fuit cõditionem defecisse sub qua legatum erat relictum: ergo solum aliud remansit in legato: *arg.ȝ.de contrahen.emp.l.si in emptione.§.pen.& ǰ.de solu..Stichum.in princ.* & eodem modo respon. *ȝ.eo.l.si penum.* Sed hic viuo legatario nõ fuit certum conditionem non debere existere quæ erat in legato apposita: & ideò secus quàm ibi dicitur A.
p ¶ *Petitor.* aliàs creditor aliàs petitor. i. creditor, idémq; testator.
q ¶ *Nihil eius debet.* scilicet ciuiliter, sed naturaliter, vt subiicit: & sic erat proximus pubertati. aliàs nec naturaliter: *vt.ǰ.de act.& oblig.l.pupillus.& dic vt no.ȝ.tit.j.l.Seius.§.si eius.* Item facit. *ȝ.ad leg.Falcid.l.si pupillus.*
r ¶ *Titius.* legatrius.
s ¶ *In illo fundo.* in his inest tacita conditio. *vt.ǰ.de verb.obliga.l.interdum.*

a Plura legata intelliguntur quoties legantur cõiunctim plura: secus si disiunctim.
b Vnum & plura quid dici potest diuerso respectu.
c In alternatiuis vtrumque debetur.
d Electio propriè dicitur quoties quis potest vnum de duobus vel pluribus eligere.

Non est.

tur, contrarium non est, [a] quod si medio tempore legatarius moriatur, & postea partus edatur, fructus perueniant, pecuniam pupillus exoluat: heres legatarij petitionem habet. Namque dies legati cui conditio non adscribitur, [b] quamuis extrinsecus expectanda sit, cedit. [c]

XXVI. IDEM *libro nono Responsorum.*

F*Irmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni.* [d] postea [e] non videri conditionem additam, sed tempus soluendæ pecuniæ prolatum videri respondi: fructibus [f] fini [*] relictæ pecuniæ non perceptis, vbertatem esse necessariam anni secundi.

Tempus certæ ætatis adiectum causa legatarij, diem non conditionem inducit. Item contra merum executorẽ legatariis non datur actio. B.

1. ¶ Cum ab heredibus alumno centum dari voluisset testator, [eámque] pecuniam ad alium transferri, [g] vt in annum vicensimumquintum trientes † vsuras eius summæ perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam: intra vicensimumquintum annum eo defuncto, transmissum ad heredem pueri fideicommissum respondi. nam certam [h] ætatem sorti soluendæ præstitutam videri, non purè fideicommisso relicto conditionem insertam. Cum autem fideicommissum ab eo [i] peti non posset, penes quem voluit pecuniam collocari: [k] propter hæc verba, *Eámque alumno meo post ætatem suprascriptam curabis* [l] *reddere*: fideicommissum ab heredibus [m] petendum, qui pecu-

* Inesse dicũtur quæ tacitè intelliguntur.
b Conditio tacita non facit legatum cõditionale quod ad trãsmissionem.

a ¶ *Non est.* scilicet prædictis, vbi dicit quòd cõditio inest: quia [a] hic est tacita, vt subiicit, quæ [b] non facit legatum conditionale quo ad transmissionem: *vt supra de condit. & demonst. l. j. §. j. & l. conditiones.*

b ¶ *Adscribitur.* expresse.

c ¶ *Cedit.* à morte testatoris. *& fac. s. eod. l. quod purè. §. j. & l. heredis.*

F*Irmio.*] CASVS. Pone quòd Titius habebat fratrem qui vocabatur Firmius Heliodorus. fecit dictus Titius testamentum, & instituit sibi heredẽ filium suum ponamus: & ita dixit in testamẽto, Firmio Heliodoro fratri meo dari volo. l. ex reditu prædiorum meorum futuri anni. & decessit dictus Titius testator. nunquid per illa verba, ex reditu prædiorum meorũ futuri anni &c. postea siue vltimo posita videtur conditio addita legato de. l. prædicto? Et respondit, scilicet iurisconsultus, postea nõ videri cõditionem additam dicto legato siue per verba prædicta postea siue vltimo posita in legato: sed videri prolatũ tẽpus soluendæ pecuniæ. Vnde si Firmius Heliodorus decedat intra tempus, bene transmittit ad heredem suum petitionem legati: *vt. s. l. proxi. in fi.* 2. Vel dic quòd verbum postea determinet verbum respondit, id est post prædicta respondit iurisconsultus interrogatus, non videri conditionem &c. ¶ Sed quid si in futuro anno de quo dixit testator, quod intelligo de proximo, non percipiantur ex fructibus fundi siue fundorum tot reditus qui sufficiant pecuniæ relictæ præstandæ dicto Firmio Heliodoro? certè erit necessaria vbertas secũdi anni. [CVM AB HEREDIBVS.] Ponamus quòd Titius fecit testamentum & instituit sibi heredes Petrum & Seium, & ponamus quòd ita scripsit siue scribi fecit inter alia verba in testamento suo, Ab heredibus meis alumno meo centũ dari volo, quæ centum volo deponi apud Gaium vt in annum vigesimũquintũ trientes vsuras eius summæ percipiat alumnus à dicto Gaio, eámque alumno meo post ætatem supra scriptã curabis reddere, scilicet tu Gaius depositarius. & decessit dictus Titius testator: & postea decessit dictus alumnus intra. XXV. ann. nunquid fideicommissum transmissum est ad heredem pueri siue alumni? Et dicitur quòd sic. & est ratio: quia videtur certa ætas prȩstituta sorti soluendæ, non autem videtur inserta conditio fideicommisso relicto purè. si enim videtur inserta conditio per verba testatoris, non diceretur ad heredem pueri siue alumni transmissum esse fideicommissum: cum fideicommissa conditionalia non transeant ad heredem fideicommissarij decedentis conditione pẽdente. quamuis autem dictum fideicommissum sit transmissum ad heredem pueri siue alumni, tamen ante illud tempus quo compleuisset alumnus. XXV. ann. si viueret, non peti posset idem fideicommis. ab eo Gaio penes quem voluit testator pecuniam siue dicta. c. collocari. non potest peti dico per heredem alumni, vel heredes testatoris. & hoc euenit propter dicta verba testatoris, eámque alumno meo post ætatem suprascriptam curabis reddere &c. quasi dicat non ante. & quamuis ante dictum tempus fideicomm. non possit peti à dicto Gaio depositario, tamen completo dicto tempore poterit heres alumni petere ab heredibus testatoris idẽ fideicommissum: qui heredes testatoris debuerunt stipulari à Gaio depositario eo tempore quo deposuerũt apud eum dictam pecuniã, dari sibi heredibus testatoris etiam alumno vel heredibus eius dictam pecuniam adueniente. XXV. ann. quamuis fideiussores ab eo depositario super hoc non potuerũt petere, cuius fidem defunctus testator voluit sequi: & heredes testatoris potuerunt petere à depositario prædicto. heres ergo alumni petet ab heredibus testatoris, & heredes testatoris petent à depositario. [PATER ANNVA TOT.] Ponamus quòd Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium suum filium, & quædã de bonis suis legauit Bertæ vxori suæ: & voluit in eodem testamento vxorem præstare tot annua, puta. X. ex fructu bonorum quæ vxori legauit accessura filij patrimonio ad annum ætatis eius scilicet filij. XXV. prȩter exhibitionem siue alimẽtationem, scilicet filij eiusdem quã æquè siue eodem modo matri mandauit. & decessit dictus Titius. quæro, nunquid fideicommissum de dictis. X. annuis sit vnum vel plura? Et dicitur quòd non sunt plura: sed vnum diuisum certis pẽsionibus: & ideo filio defuncto intra ȩtatem suprascriptã. XXV. ann. transmittitur ad heredem filij eiusdem fideicommissum residui temporis. XXV. ann. Sed nunquid prædicta annua pecunia in initio cuiusque anni poterit peti per heredem filij, vel per filium si viuat? Et dicitur quòd non: quia pater voluit præberi filio dictam pecuniam ex fructibus datis vxori, id est ex fructibus bonorum vxori legatorum. & ideo videtur distulisse præstationem dictæ annuæ pecuniæ donec vxor fructus percipiet in quolibet anno de bonis sibi legatis. si autem pater destinasset dictam annuam pecuniam alimentis filij, nõ dubie persona filij deficiente videbitur extincta causa præstandi dictam pecuniam annuam. alimenta enim cum vita alimentarij finiuntur: *vt & . s. de transact. cum hi. §. constat.* Viuianus.

* Id est ad modum & quantitatem legatæ pecuniæ, cum fructuum perceptorum æstimatio pecuniã legatam nõ æquet. v. Duare. lib. 1. Disputat. ca. 12. L. R.

† Trientes vsuræ dicuntur, quib. quatuor in cẽtenarium singulis annis vsuræ nomine penduntur: sic dictæ quod vsurȩ centesimȩ pars tertia sint.

d ¶ *Futuri anni.* intelligitur [a] proximi: *vt. ȷ. de verbo. obli. l. eum qui Kalendis.*

e ¶ *Postea.* hic accipe respondi, quod est. ȷ. scilicet iurisconsultus, non videri &c. & sic transmittitur interim: *vt. s. l. proxi. in fi. & . ȷ. proxi. §. & . C. eo. l. ex his.*

f ¶ *Fructibus.* aliàs est, ex fructibus &c. & dic vbertatem necessariam esse secundi anni, non perceptis ex fructibus fundi, sub. tot redditibus qui sufficiant pecuniæ præstandæ. aliàs deest ex. & dic fructibus fundi non perceptis, sub. tot qui sufficiant ad relictæ pecuniæ præstandæ necessariam vbertatem &c. *& facit. ȷ. de verbor. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. & . s. de ann. leg. l. legatum. §. vini. & lege liberto. §. j. & supra loca. & conduc. l. si vno.* ¶ Sed contra, *supra de vino lega. l. v.* Sed ibi aliud apparet [b] ex mente testatoris. Item argu. contra, [c] *supra de contrahen. emp. leg. si debitor. §. j.*

g ¶ *Transferri.* repete, voluisset, scilicet hoc modo, vt in annũ &c. ad quod. *s. de an. lega. l. iij. §. fin.*

h ¶ *Nam certam.* sic *supra ead. l. in principio. & infra proxim. §. & supra de ann. lega. l. ex codicillis. in princip. & . Cod. eodem. l. ex his. & . Cod. de fideicommiss. lib. l. fideicommissaria.* Sed contra, *est supra eodem. l. si Titio. in princip. & infra de fideicommiss. libert. l. fideicommissaria. §. pen. & de ma. testa. l. si ita. & . C. eo. l. si Pontionilla. & . s. de leg. j. l. si cui.* Sed solu. *vt. s. tit. j. l. Seius. & l. qui filium. §. fin.* Hug.

i ¶ *Ab eo.* depositario per alumnum, vel per heredes defuncti. Rom. quia nondum compleuerat ætatem.

k ¶ *Collocari.* i. deponi. & dic voluit, scilicet etiam defunctus per heredes.

l ¶ *Curabis.* tu depositarius reddere. Accur.

m ¶ *Ab heredibus.* i. [d] alumnus petet ab herede, non à depositario, & hoc completa ætate. Vel si decessit antè tẽpus completum, petet heres eius: *vt. C. e. l. ex his.* & heres petet à depositario actione in rem, si extat pecunia, vel per actionem depositi, vel ex stipulatu, si intercessit stipulatio quæ per heredes potuit peti: non satisdatio, vt subiicet, *& arg. C. de episc. au. l. de creationibus.* & secundum hoc videtur quòd executor testamenti non tenetur, vt hic: sicut nec agit: *vt. s. ti. j. l. Lucius. §. j.* 2. Vel dic, alũnus vel eius heres petet ab heredibus testatoris actione ex testamento. 3. Vel dic ab heredibus, scilicet alũni petendũ à depositario. sed tũc qua actione? Respon. ex stipulatu, si alumnus fuit stipulatus à depositario: vel vtili rei vindica. si extat pecunia: vel vtili depositi, si ea lege fuit deposita, vt alumno detur: *vt. C. ad exhi. l. si res.* & semper dic, completa ætate. nam sic testator voluit. *sic. s. man. l. diligenter. & depositi. l. j. §. si conuenit.* ¶ Sed contra, *infra ead. l. §. pe, vbi de-*

a Futurum pro eo quod proximum est.

b Quia ibi relinquitur fruct[us] qui nascentur: hic pecunia redigenda ex fructibus. Prȩterea ibi dixit ex fructibus q[ui] nascentur, atq[ue] ita sub conditione: hic simpliciter quinquaginta reliquit ex reditu.

c *Vide Doct. in l. si quis argentu Co. de donat. vide Bart. in l. quidam testam. s. de legatis. & l. inter stipulantem. §. sacram. ȷ. de verb. obligat.*

d Ab hæredibus fideicommissũ petendũ quid hic sit.

ponens potest pœnitere, [a] & repetere ante diem. Sed hic non erat simplex [b] depositarius. nam & commodum medij temporis poterat habere.

a ¶ *Dari*.ab illo depositario.
b ¶ *Petendos*.ab heredibus.
c ¶ *Annua tot*. puta decem.

niam dari [a] stipulari debuerunt: sed fideiussores ab eo non petendos, [b] cuius fidem sequi defunctus maluit. 2. ¶ Pater annua tot [c] ex fructu bonorum quæ vxori legauit, accessura filij patrimonio præter exhibitionem, quam æquè matri mandauit, ad annum ætatis eius vicensimumquintum† vxorem præstare voluit. Non plura, sed vnum esse fideicommissum [d] certis pensionibus diuisum apparuit: & ideo filio intra ætatem suprascriptam diem functo, residui temporis ad heredem fideicommissum eius transmitti: sed non initio [e] cuiusque anni peti pecuniam oportere, quòd ex fructibus vxori datis pater filio præberi voluit. Cæterum si pecuniam annuam pater alimentis filij destinasset, non dubiè persona deficiente, [f] causa præstandi videtur extincta.

d ¶ *Vnum esse fideicommissum*. Imò [c] plura: *vt.s.eo.l.cum in annos. & de an.leg.l.iij.* Solu. quia hic dixit ex fructibus, videtur differre gratia heredis, & diuidere petionem. aliàs secus, vt ibi, vt infra statim. Accur.
e ¶ *Non initio*. sed eo tempore quo fructus ex bonis percipiuntur. *arg.s.eo.l.nec semel.§.si in habitatione*. Idem potest dici cum lego vxori victum & vestitum. & secundum hoc *non ob.s.eo.l.nec semel.ij.respon.& C.eo.l.j.*
f ¶ *Deficiente*. nam constat alimēta [d] cum vita finiri: *vt.s.de transact.l.cum hi.§.constat.* & idem in legato etiā simplici in singulos annos: *vt no.s.eo.l.cum in annos.& facit.C.qui non pos.ad lib.perue.l.fina.*

a Dic verum etiam vbi fuisset pactum de non agendo depositi actione, inter deponentem & depositarium: q̄d no. per *Ale. & Ange. in.l.si vnus.§.illud. de pactis.*
b Depositarius verus & simplex nullum commodum ex deposito sentit.
c Legans annua ad certam ætatem, an vnum legatum relinquat, an verò plura.
† In archetyp. vxore prestari, non malè pro ab vxore. Taurel. in adnot.
d Morte legatarij alimentorum legatum finitur.

Conditio adiecta institutioni, non videtur legato præcedenti adiecta. Bartolus.

XXVII. SCÆVOLA *libro tertio Responsorum.*

Filiumfamilias [g] ex parte purè instituit [h] heredem, eique fideicommissum dedit, & eodem testamento ita cauit, *Quòd ego Lucium Titium* [i] *heredem institui, ita eum adire hereditatem volo, si is patria potestate liberatus fuerit.* [k] Quæsitum est, an à coheredibus eius adita hereditate, legati filiofamilias dati dies cesserit. Respondit, si purè sit datum, à coherede filij pro hereditaria parte fideicommissum peti posse. [l]

Legatum menstruum relictum seruis, debetur à tempore competentis libertatis. Bart.

1. ¶ Menstruos [m] denarios denos manumissis [n] legauit. Quæsitum est, cum absentibus heredibus ex senatusconsulto [o] libertatem sunt consecuti, ex quo tempore eis cibaria [p] debeantur. Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ex eo tempore his cibaria debeantur, quo liberi esse cœperint. [q]

Si fundus instructus relinquitur, dies legati cedentis inspicitur. Bart.

XXVIII. IDEM *libro quarto Responsorum.*

SI fundus instructus [r] relictus erit, quæritur quemadmodum dari debeat: vtrum sicut instructus fuit mortis tempore: an eo tempore quo facti sunt codicilli: [s] an quo peti cœpit. Respondit, ea* quibus instructus sit fundus cum dies legati [t] cedat, deberi.

XXIX. VALENS *libro primo Fideicommissorum.*

FIliumfamilias.] CASVS. Titius instituit sibi heredes ponamus Gaium & Seium, & etiam Lucium Titium filium Martini purè in testamēto suo, eidémque Lucio Titio filiofamil. dedit siue reliquit fideicommissum ponamus de centum: & eodem testamento ita cauit, quòd ego Lucium Titium heredem institui, ita eum adire hereditatem volo, si is patria potestate liberatus fuerit. & decessit dictus Titius. & postea coheredes dicti Lucij Titij filiifami. eo Lucio Titio potestate patria non liberato adiuerunt hereditatem. nunquid dies legati siue fideicommissi dicto Lucio Titio dati cessit ita vt peti possit? Et dicitur quòd si purè fuit datum siue relictum datum legatum siue fideicommissum à coherede siue à coheredibus dicti Lucij Titij filiifa. pro hereditaria parte peti potest per patrem eiusdem Lucij Titij: cui patri per eundem Lucium Titium est acquisitum, adhuc ab eo non emancipatum. nunquid autem dictum legatum vel fideicommissum possit peti pro ea parte hereditatis qua institutus fuit dictus Lucius Titius? [MENSTRVOS.] Titius ponamus instituit sibi heredes Seium & Sempronium, & rogauit eos quòd prestarent libertatem Sticho & Pamphilo seruis eiusdem Titij. & legauit dictis manumissis siue manumittendis ad alimenta siue cibaria eorum denos denarios, id est decem & decem, siue viginti menstruos, siue singulis mensibus. & decessit dictus Titius. postea heredes vocati à prætore adesse noluerūt, & causa cognita prætor pronuntiauit libertatem his deberi. & ex senatusconsulto facto temporibus diui Hadriani sub Rubrio Gallo & Cælio primo consulibus, libertatem sunt consecuti: *vt.j.de fideicommis.lib.cum vero.§.subuentum.* quæritur, ex quo tempore debeantur eis cibaria siue menstrui denarij de meis relicti ad alimenta siue cibaria? & dicitur ex eo tempore eis deberi, quo liberi esse cœperunt. subaudi, & etiam ex eo tempore quo heredes fuerunt in mora libertatis præstandæ: *vt arg.s.de lega.ij.l.si quis seruo.* & ita videtur intelligenda hæc lex, saluo meliori intellectu, si per aliquem melior dicatur vel inueniatur intellectus. Viuianus.

g ¶ *Filiumfamilias*. extraneum.
h ¶ *Instituit*. aliquis.
i ¶ *Titium*. eundémque filiumfamilias.
k ¶ *Fuerit*. No. q̄ in hereditate tātū fuit hæc cōditio apposita. H.
l ¶ *Peti posse*. à patre cui est quæsitū per filium adhuc non emancipatum. Sed videtur conditio apposita in hereditate repeti in legato: *vt.s.de condit.& demon.l.duos. & de condi.insti.l.si seruum. quæ sunt contra*. Sol. hic expressit se purè legare. Vel hic primo legauit, & postea instituit sub conditione. secus si primo adiecisset conditionem, & post simpliciter legasset, vt ibi. ¶ Item quòd dicit, peti pro hereditaria [a] parte, id est pro parte coheredis. sed si pro sua, est in pendēti: quia si erit heres, non valet sua portio: quia à [b] seipso non potest sibi legari. alioquin etiam suam habebit iure legati: *vt.s.de leg.j.l.qui filiabus.§.fin. & l.seq. & de lega.ij.l.miles.§.pro parte*. & est ibi argu. pro Io. & Azo. qui dicunt quòd [c] institutus purè pro parte, interim pro parte heres est, non in totum: licet coheres deliberet, vel nondum extiterit conditio suæ institutionis. *ad quod est.s.de condi.& demonstr.l.hæc scriptura.§.j.& si pars hered.pet.l.ij.* Sed arg. cōtra. *s.de vsufru.ac.l.idem.§.fi.*
m ¶ *Menstruos*. legauit ad alimenta: *vt infra dicit.*
n ¶ *Manumissis*. id est quos in testamēto iusserat manumitti per fideicommiss.
o ¶ *Ex senatusconsulto*. Rubriano: *vt.j.de fideicommiss.lib.l.cum vero.§.subuentum.*
p ¶ *Cibaria*. id est mēstrua relicta.
q ¶ *Cœperint*. Videbatur à tempore aditæ hereditatis: *vt.j.eod.l.heredis.§.fin.& l.seq.* Sed ibi directa, hic per fideicōmiss. Sed etiam hic si fuit heres in mora dandæ libertatis, nō erit in mora impunita etiam in legato, & in hereditate: *vt.s.de lega.ij.l.si quis seruo.* vnde dic hic maximè ex quo cœperunt esse liberi. ¶ Item not. etiam seruis [d] sine libertate potest relinqui nomine alimentorum: *vt.s.de alimen.& ciba.leg.l.seruos ad custodiam.& de iis qui.vt indig.l.iij.* Hug.

a Hæreditaria pars, pro parte cohæredis.
b Legari nemini potest à seipso.
c Institutus purè pro parte vtrum deliberante cohærede, aut ante euentum conditionis eius sit hæres in solidum, an verò pro sua tantū parte.
* Ho. à quibus.
d Alimenta seruis relinquere potest dominus etiā cos liberos nō faciat.

SI fundus.] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis legauit Seio fundum instructum, ponamus, Titianum: & decessit idem Titius. quæro quemadmodum dari debeat dictus fundus Seio, vtrum sicut instructus fuit tempore mortis, scilicet dicti Titij qui fecit codicillos prædictos, an ita instructus sicut fuit eo tempore quo facti sunt codicilli: an ita instructus sicut fuit eo tempore quo peti cœperit dictus fundus per Seium legatarium ab heredibus dicti Titij? Et respondetur ea deberi scilicet dicto Seio cum dicto fundo, quibus instructus fuit idem fundus cum dies legati cedat, id est ea quibus instructus fuit dictus fundus eo tempore quo decessit dictus Titius. Viuianus.

r ¶ *Si fundus instructus*. hoc [e] expone *vt.C.de verb.sign.l.j.& ij.* Accursius.
s ¶ *Codicilli*. in quibus fuerit relictus. & pro hoc erat. *s.de leg.iij.l.vxorem.§.testamento.& de auro & arg.lega.l.medico.in princ.* sed alij casus ibi sunt.
t ¶ *Legati*. id est tempore mortis, si purum est: *vt.s.eod.l.si post.& facit.s.de pigno.l.cum tabernam.*

e Instructus fundus quid.

ROgo.] CASVS. Seius ponamus fecit testamentum, & instituit sibi heredem Gaium, & ita postea dixit in eodem testamento: Rogo quandoque vt heres meus.x. Titio det. & decessit dictus Seius. quæro, vtrum heres debeat.x. Titio, & quando debeat & certè.x. heres debebit Titio. sed quando debeat, dubitari potest, vtrum debeat cum primum poterit scilicet dare, & non ante. an verò etiam ante. & certè dies cedit, & ab ipso petitur siue peti potest, scilicet cum primum potuerit heres dare, scilicet commodè, & non ante. & ita punctua secundum meam literam, vtique.x.

heres

heres debebit. sed quando, dubitari potest, vtrum cum primũ poterit: & subaudi. postea respon. & dic, respondeo, dies cedit, & ab ipso petitur, scilicet heredi per legatarium, scilicet cum primũ potuerit commode heres dare. sed intellexi, quod est vtique cũ primum, &c. vbi ego habeo, vtrum cum primum, &c. & tunc est planior litera, & punctua tunc post dictionem, potest, & responsio incipit ibi, Vtique cum primum &c. Viuianus.

a ¶ *Quandoque*. i.[a] aliquando.

b ¶ *Poterit*. commode: [b] *vt infra de condi. & demonst. l. hæc conditio si in Capitolium. & infra de verborum sig. l. nepos.* ¶ Sed an est conditionale? quidam sic. Tu dic quòd hæc conditio gratia heredis apponitur: *vt. ʒ. eo. l. quod pure. & facit. ʒ. de verbo. oblig. l. si decem. cum petiero.* Accursius.

* Quod dubitãter & modestè scribitur, loco responsi accipi debet.
a Vel quàm primum poterit hæres. v. Romanũ. *sing. 119.*
b Possit id dicimus quod commodè possumus.

ROgo quandoque[a] heres meus Titio decem det. Vtique decem heres debebit: sed quando, dubitari potest. Vtrum * cum primum poterit.[b] & dies cedit, & ab ipso petitur.

Conditio nuptiarum non impletur ex nuptiis inualidis. Bart.

XXX. LABEO *libro tertio Posteriorum à Iauoleno Epitomarum.*

QVod pupillæ legatum est quandoque nupserit: si ea minor quàm viripotens nupserit: non ante ei legatum debebitur, quàm viripotens esse cœperit:[c] quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest. †

QVod pupillæ.] CASVS. Ponamus quod Titius legauit centum Seiæ pupillæ quando siue quandocunque nupserit, & decessit dictus Titius. certè si ea pupilla minor quàm viripotens nupserit, non debebitur ei ante legatum quàm ipsa cœperit esse viripotens. & est ratio, quia non potest videri nupta, quæ virum non potest pati. Viuia.

† Multa præclare in hanc sententiam. *Arist. lib. 7. ca. 16. Politic.*

c ¶ *Viripotens esse cœperit*. i.[c] maior. xij. an. *vt. ʒ. de adul. l. si vxor. §. pe. & Insti. qui mod. test. infir. circa prin.* 2. Alij dicunt eã viripotentẽ, cum potest cognosci, & esse matrimoniũ statim, *ar. ʒ. de verbor. obli. l. continuus. §. cum ita. & de hoc est. ʒ. de ritu nupt. l. iiij. & facit ad hanc. l. ʒ. de condit. & demon. l. hæc conditio. & de libe. & posthu. l. filius à patre. §. si quis eo tempore. & ʒ. de priuile. cre. l. ij. §. fi. & ʒ. de iure do. l. si sponsa.* ¶ Item no. quòd nõ[d] videtur factum quod non legitime fit. *sic. ʒ. qui satisd. cogan. l. quoties. cum suis concordan.* Accur.

c Viripotens pro maiore 12. annis.
d Illegitimè factũ fieri non videtur.

Conditio si heres non erit, moriente instituto purificatur.

XXXI. SCÆVOLA *libro quartodecimo Digestorum.*

VXori ex parte sextante[d] heredi institutæ substituit,[e] & heredum[f] fidei commisit, si vxor heres non erit, dotem[g] ei, & alia[h] quædam dari. post mortem mariti vxor ante conditionem,[i] & priusquam adeat hereditatem, decessit. Quæsitum est, an dies fideicommissi, cum moritur, cessisse videatur ideóque heredibus eius debeatur. Respondi, si vxor prius decessit, quàm hereditatem adiret, videri diem fideicommissi cessisse.

VXori.] CASVS. ¶ Ponamus quòd Titius instituit sibi heredẽ vxorem suam Seiam in duabus vnciis hereditatis suæ, & Gaiũ instituit in aliis. x. vnciis eiusdem suæ hereditatis: & dictum Gaiũ substituit dictæ suæ vxori, & eiusdem Gaij heredis fideicommisit, vt si vxor nõ esset heres, restitueret ei vxori dotem suam & etiam alia quædam. & postea decessit dictus maritus, idémque testator. & postea decessit vxor ante cõditionem. i. antequam hereditatem mariti adiret. nunquid dies fideicommissi prædicti de dote & de aliis quibusdam videatur cessisse cũ moritur ipsa vxor, & ideo heredibus eius vxoris debeatur dictum fideicõmissum? Et dicitur, si vxor prius decesserit quàm hereditatem adiret, videri diem fideicommissi cessisse: & ita heredibus eius debebitur fideicõmissum. nam impletur ipsa conditio in ipsa exhalatione spiritus. iam enim adire non poterit. & sic cum existat condio ea vxore viua, cedit dies legati siue fideicom. & transmittit ad heredem suum vxor: *vt & arg. ʒ. eod. l. si vsusfructus. y. & iij. respon.* Viuia.

d ¶ *Sextante*. id est duabus vnciis: *vt Insti. de here. insti. §. hereditas.* Accursius.

e ¶ *Substituit*. sc. maritus.

f ¶ *Heredem*. sc. substitutorum.

g ¶ *Dotem*. quod valet: *vt. C. de fal. cau. adiec. le. l. iij.*

h ¶ *Alia*. à cohere.

i ¶ *Conditionem*. sub qua erat legatum, s. si vxor heres non erit, quæ impletur si ipsa repudiasset: quia post non posset esse heres: *vt C. de rep. here. l. iij.* Item impletur in ipsa exhalatione spiritus. iam enim adire non potest: & sic cum extat conditio ea viua, cedit dies legati, & transmittit. Nec ob. *ʒ. de condi. insti. l. fi.* quia vltimo momento vitæ videretur posse impleri si heres erit vel non erit: quia nuda voluntate hoc fit, *vt Insti. de here. quali. & diffe. §. fi.* Sed certè imò[e] non potest adesse volũtas vel voluntas dũ moritur. & secũdum hoc dic. &, pro[f] id est priusquã, &c. hoc autem indubitanter esset verum si conditio esset talis quæ non posset impleri nisi dudũ ante, vt si non ascenderis Capitolium. hæc enim extitit ante mortem: *vt. d. l. de condit. institu.* & sic transmittit cum iam dies cessisset. potest enim plus dici quòd hæc cõditio, si[a] heres non erit: similis est ei, si substitutus erit heres, quæ[b] nõ facit legatũ conditionale: *vt. ʒ. eodem. l. si Titio. §. quadam.* 2. Potest & aliter poni casus quòd fuit instituta sub aliqua conditione, & ante conditionem illam, & antequam adeat decessit. & hoc non nocet legatis à substituto relictis: *vt. ʒ. e. l. heredis.* Sed hoc non videtur bene stare per literam istã, si vxor, &c.

e Morienti voluntas videatur inesse aliqua voluntas.
f Et pro id est.

a Conditio si hæres erit, ei similis est, si substitut[9] erit hæres.
b Conditio si hæres erit non facit legatum conditionale.

ff. Infort.

VT LEGATOrum seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

Hæc rubrica. in. C. cumulatur cum illa, vt in possessionem legatorum.

¶ *Restat etiã prætoria stipulatio legatorũ seruãdorum causa quæ vulgaris[b] & communis cautio dicitur.* l. filiusf. § hidem principes De leg. j. l. creditorib. De separat. *& instar actionis obtinet. Hãc de herede stipulãtur legatarij vel etiã dispẽsatores legatorũ.* l. quidã. §. pẽ. De leg. j. *si in diẽ legata relicta sint vel in cõditionẽ casualẽ, non, vt opinor, si in potestatiuã nisi velit heres litigare, qua ratione etiã de puro legato hæc cautio interponitur.* l. vxorẽ. §. vlti. De leg. 3. l. 14. 15. ʒ. *Edictum prætoris fuit de legatis, sed q. a defũctorũ cõseruat volũtates, facile producitur ad omnia fideicommissa interpretatione prudentũ.* d. l. 14. & 15. §. vlt. *sicut edictũ de legatis præstãdis, eadẽ ratione. Lex Falc. quia erat cõtra voluntatẽ, contra libertatẽ testamentorũ, contra. 12. tab. non potuit produci ad fideicõmissa sine speciali leg. Sed neq. lex Iulia. & Papia. q̃ odiosa ẽt est. & qđ est in.* l. 87. De le. 3. *ex S. C. est.* l. Senat[9]. De don. cau. mort. *Cu.*

c Legatorum seruandorum cautio vulgaris & communis cautio dicitur.

VT LEGATORVM seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

TITVLVS. III.

I. VLPIANVS *libro septuagensimonono ad Edictum.*

LEgatorũ nomine satisdari oportere prætor putauit:[k] vt quibus testator dari fierive voluit[l] his diebus * detur vel fiat: dolúmque malum absu-

* Eisdem vt detur.

LEgatorum.] CASVS. Ponamus q. Titius instituit sibi heredem Seium: & pluribus legata reliquit, & decessit. petunt legatarij ab herede, vt ipse satisdet de legatis eis soluendis. certè bene tenetur satisdare. nam prætor putauit oportere satisdari nomine legatorũ, vt detur vel fiat eisdẽ quibus testator voluit dari fierive, & stipulentur legatarij ab herede dolũ malũ absuturũ. & semper cogitur heres satisdare legatariis cuiuscũque sit dignitatis ipse heres, vel quarũcunque facultatũ. nec sine ratione prætori visum est quòd heres debeat legatariis satisdare, imò bene cũ ratione: quia sicuti heres incũbit possessioni bonorũ ita legatarios nõ debere carere bonis defuncti: sed aut satisdabitur eis per heredẽ: aut si nõ satisdatur, voluit prætor eos venire in possessionem. bonorum defuncti: & etiam successoribus legatorum, scilicet quibus legatũ fuit pure vel in diem certam, debet heres satisdare: quamuis isti successores legatariorum non admittantur ex iudicio defuncti: quia defunctus nil eis reliquit, sed admittũtur necessitate successionis: eo quòd succedunt legatariis. admittũtur dico quasi ad æs alienum scilicet heredis. nam legata sunt quasi æs alienum heredis: quia heres ea debet. & etiam debet satisdare heres procuratoribus legatariorũ. ¶ Quid si legatarius est in potestate alterius? certè debet cauere heres per satisdationẽ ei cuius iuri subiectus est legatarius. non solum autem cauere cum satisdatione heredis: sed etiam successores heredũ debent satisdare legatariis, & etiam ad cautionem cõpellitur fideicommissarius, vniuersalis cui est per heredem restituta hereditas ex senatusцõsul. s. Trebelliano. Item compellũtur ad satisdationem etiam illi qui existũt heredes testatori qui legauit per alios à testatore institutos, puta per seruos eorũ vel filios: & etiã successores honorarij cõpellũtur. i. qui succedunt de iure prætorio. ¶ Quid si legatarius est litẽ cõtestatus de legato contra heredem omissa stipulatione de legato sibi soluẽdo per heredem, & non petita satisdatione de qua dictũ est ab herede? certè non debebit cessare stipulatio, imò debebit heres nihilominus promittere & satisdare legatario de legato. & idem probandum est in fideicom. quod dictum est in legatis. & hæc videtur esse intentio huius. *l. vsque ad. §. si cui.*

k ¶ *Putauit*. in edicto, cuius verba non habemus.

l ¶ *Voluit*. sed & postea locus est cautioni: *vt infra eodem. l. si legatarij.*

tutū stipulentur.[a] 1. ¶ Sēper[b] autē satisdare cogitur, cuiuscunque sit dignitatis, vel faculta iū quarūcunque heres. 2. ¶ Nec sine ratione hoc prætori visum est. sicuti * heres incūbit possessioni bonorū: ita legatarios quoque carere nō debere bonis defuncti:[c] sed aut satisdabitur eis: aut si satis nō datur, in possessionē bonorum venire prætor voluit.[d] 3. ¶ Nō solùm autē omnibus legatariis satisdari oportet sed & successoribus[e] legatariorū satisdari debere, iā cōstat quāuis isti non ex iudicio defuncti, sed successionis necessitate[f] quasi ad æs alienū admittātur. 4. ¶ Sed & procuratoribus[g] legatariorū satisdandū est: eóq; iure vtimur.

5. ¶ Planè si ei qui in potestate alicuius erit, legatū sit: caueatur[h] ei cuius iure subiectus est.

6. ¶ Nō solùm autē legatorū nomine heredes cauēt, sed & successores eorū. 7. ¶ Is etiā cui ex senatuscō. restituta est hereditas, nihilomin⁹ ad cautionē cōpellitur.[i] 8. ¶ Necnō & q̄ p alios, heredes existūt,[k] siue honorarij[l] successores, ad satisdationē cōpellūt.

9. ¶ Planè si q̄s omissa stipulatio ne litē de legato cōtestat⁹ est, ꝓbandū[m] est cessare* debere stipulationem. 10. ¶ Idémque in fideic.[n] quoque probandum est.

Legatū repetitū bis tātùm debetur: & p ipso legatario ab herede vel heredis legatario non cauetur. Bartolus.

11. ¶ Si cui ita sit legatū vel fideicōmissum relictū, & si id perdidisset, rursus relictū: videamus an satis[o] sequētis legati siue fideicōmissi* petere possit. Mouet quæstionem, an fideicōmissum hoc siue legatū debeatur, & quotiens debeatur, & an ipse legatarius cauere debeat se nō perditurū. De his omnib⁹[p] extat rescriptū diui Pij ad Iuniū Mauricū, tale: Clodio Fructulo secūdū ea quæ epistula[q] continentur, legata siue fideicommissa ex testamēto Clodij Felicis pręstari debēt citra necessitatem cauendi,[r] nihil ex his deminuturū se. Nam quod fidei heredis ab eodē testatore commissum est, vt si Fructulus perdidisset quod ei in testamēto relictū est, rursus heres ei id restitueret: nō eo pertinet, vt aut Fructulo priorum[s] legatorum nomine satisdatio iniungēda, aut oneran dus sit heres in infinito,[t] vt quotiēs is perdiderit, restituere ei tātūdem debeat: sed vt p fideicommissum posterius duplicata[u] legata eius videātur: nec ampli⁹ ad periculum heredis pertineat, si quid postea is cōsumpserit ex soluto ei posteriore fideicōmisso. Rescripto ergo ostēsum, legatarium heredi nō debere cauere se nō perditurum. Versa vice an heres de sequēti legato siue fideicō misso cauere debeat, quęritur. Et

a ¶ *Stipulentur*.s.legatarij, *sic.s.si cui plus.quàm per.l.Falcid.l.in prin.* & potest fieri dolus in traditione, quia seruum venenatū, vel fundum factum seruum: *vt.s.de dolo.l.& eleganter.*§.j. vel quia dolo impedit conditionem existere.

b ¶ *Semper*. fallit[a] in casibus. Primo in fisco: *vt.j.ea.l.§.si ad fiscū* Item in legato repetito: *vt.j.ead.l.§.rescripto.* 2. Itē si testator vetuit: *vt.s.e.licet.* 3. Item quādo aufertur cognitio: *vt.j.ti.j.l.si is à quo in prin.* 4. Itē quādo calumniose petitur; quia constat fideicomm. nō deberi: *vt.j.e.l.stipulatio.§.diuus.& j.tit.j.l.si is à quo.ij.resp.& j.e.le.postquam.§.si dies.* Vel cōstat repudiatum fideicomm. vel hereditatem nō aditam: *vt.j.tit.j.l.j.in fi.& l.ij.* 5. Itē alius. *j.titu.j.l.j.§ si debitori.* 6. Itē cum fideiussor debet satisdare: cum prætoria sit: *vt hic in princ.huius.l.& j.de præto.stipu l.prætoriæ.& j.e.l.si quādo.* Nisi in casibus vbi sufficit nuda promissio: *vt.j.ea.l.si quando.§.j.& l.filio vel seruo.* 7. Itē liberi testatoris non satisdant nisi testator pręcepit: *vt.Cod.ad Treb.l.iubemus.§.j.* secundum quosdam. Sed certè ibi est speciale quando rogatus est filij[*] restituere suo filio.

c ¶ *Defuncti*. quia defunctus nil eis reliquit. Accur.

d ¶ *Voluit*. sed & postea locus est cautioni: *vt infra eodem.l.legatarij.*

e ¶ *Successoribus*. quia pure vel in diem certum relictum: pro quibus cauetur: *vt.j.eod.l.etiam*, secus si sub cōditione: *vt.j.eodem.l.si quis sub conditione.* Accursius.

f ¶ *Necessitate*. quia ex quo heres est legatario necessario hereditaria iura ei & in eū transeūt: *vt.j.de reg.iur.l.hereditas.* & quod dicit alienū, quo ad heredem: sed suum, quoad legatarium: *vt.j.de verb.sig.l.cedere.§.æs.* ¶ Item quasi[b] ideo dicit, quia impropriè[c] legatum maxime conditionale dicitur æs[d] alienum: *vt.j.de actio.& oblig.l.is cui.* sed abusiue[e] creditor dicitur: *vt j.de verbo.signi.creditores.*

g ¶ *Procuratoribus*. hoc est in omni prætoria: *vt.j.de præto.stipu la.l.generaliter.*

h ¶ *Caueatur ei*. sub conditione tamen si die legati cedēte erit in potestate. sed & ipsi filio erit cauendum, *vt.j.ea.l.§.fi.& l.sequen.*

i ¶ *Compellitur*. nā in eum datur actio legatorum: *vt.C.ad Treb.l.ij.& l.fi.& fac.j.ea.l.etiam.§.j.*

k ¶ *Existunt*. puta pater per filium, dominus per seruum. Vel successit Titio qui successit Sēpronio: *vt.s.de peti.here.l.ij.& iij.* Hu.

l ¶ *Honorarij*. i.[f] qui succedunt de iure prætorio: *vt Instit.de iure na.§.prætorum.* Accur.

m ¶ *Probādū*. i. approb. nā pro puro cauetur. *vt.j.e.l.etiā in prin.*

n ¶ *In fideicommissis*. sunt enim similia: *vt.s.de lega.j.l.j.§.j.*

Si cui ita.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredē Seium, & legauit Sempr.x. siue per fideicom. ei dicta. x. reliquit. & si id legatum vel fideic. perderet Sēpronius, rursus reliquit ei, & decessit. quæro, an Sēpr. legatarius possit petere à Seio herede satisdationē nomine sequentis legati siue fideic. rursus eidem Sempro. relicti: & certe antequam sumamus hanc quęstionem, videndū est an debeatur Sempronio hoc sequens fideicom. siue legatum. & etiam quoties debeatur. & an ipse Sempro. legat. cauere debeat heredi se non perditurum primum legatum siue fideicommi. de decem: & ita tria sunt prius videnda. & quidem de his omnibus tribus extat rescriptum diui Pij ad Iunium Marium missum: qui Iunius Marius consulit diuum Pium per suam epist. in quæst. legatorum siue fideicom. quæ reliquerat Clodius Felix Clodio Fructulo, & rogauerat heredem suum vt si Clodius Fructulus legatarius perdidisset quod in testamento relictum erat ab eo, rursus ei heres id restitueret: quod rescriptum est tale: Clodio Fructulo secundum ea quæ epistola continentur, &c. vsque illuc, rescripto ergo ostensum, &c. in quo soluuntur dicta tria dubia: & primo quod legatarius non debet cauere heredi se nō perditurum primum legatum siue legata, ibi, præstari debent citra necessitatem, &c. & postea soluitur primū & secundum dubium de dictis tribus, scilicet an fideicōmissum vel legatum sequens debeatur & quoties debeatur: ibi, sed vt per fideicommiss. posterius, &c. vsque illuc rescripto ergo ostensum &c. scilicet vt sequens legatum siue fideicommiss. debeatur, & debeatur semel tantum, vt colligitur ex litera, ostensum ergo rescripto. scilicet prædicti diui Pij: Sempronius legatarius nō debet cauere Seio heredi se non perditurum primum legatum de decem. versa autem vice quæritur de principali quæstione huius. §. scilicet an Seius heres debeat cauere Sempronio legatario de sequenti legato siue fideicom. Et videtur q̄ sic: quia sequens legatum siue fideicom. relictum est sub conditione. fuit enim relictū sub hac conditione si legatarius perderet primum legatum pro conditionalibus autem legatis & fideicommissis solet satisdari. Et tamen dicitur hic quòd non debet satisdari pro sequenti legato vel fideicommisso, cum Sempronius legatarius habeat in suo arbitrio ne perdat id quod sibi relictum est primo. [CERTE SIVE.] Heres debet cauere cum satisdatione legatario siue debeat ei legatum ex asse, siue ex parte: & siue sit institutus heres, siue substitutus. [BELLISSIME.] Ponamus quòd heres promisit mihi legatario de legato mihi soluendo: & dedit mihi fideiussorem simpliciter, & fuit in mora soluendi mihi legatum, nunquid tenebitur mihi ipse & fideiussor ad fructus vel vsuras legati? Et dicitur quòd sic, vt id quod oportebit, scilicet fieri actione ex testamento, comprehendat, scilicet hæc stipulatio. hoc dicit vsque ad. §. si quis sub conditione. Viuianus.

o ¶ *An satis*. Hæc prima quæstio soluitur in. §. rescripto. infra proximo.

p ¶ *De his omnibus*. scilicet tribus quæstionibus vltimis. Accur.

q ¶ *Epistula*. qua cōtinentur vltimæ voluntates. 2. Vel dic consultationis qua recitatur testamentum. & Clodius est nomen legatarij.

r ¶ *Cauendi*. à legatario eo modo qui sequitur. & sic sequitur tertia quæstio.

s ¶ *Priorum*. legatorum non perdendorum.

t ¶ *In infinito*. ¶ No. de infinitate[a] vitanda. *sic.C.de sacro.san.ecc.l.fin.argu.contra.s.de ser.vrb.præ.l.eum qui.& j.de fideiuss.l.si ita sti.§.à Titio.& facit.s.de leg.iij.l.fideicommissa.§.si quis decem.& j.de bo.authen.iu.pos.l.fi.* Accursius.

u ¶ *Duplicata*. hic soluitur prima & secunda de tribus. Accur.

Et putem.

a Cauere pro relictis & legatis quibus casibus hæres non teneatur.

* Sicuti enim.

* Vul.edi.perperam habet, nec cessare, &c. Aug. lib.1 cap.2.

b Quasi particula nota est impropietatis.

c Legata maximè conditionalia æris alieni appellatione cōtinentur.

d Legata ære alieno absorbētur quia nō debentur nisi prius soluto ęre alieno. l.fi.§.licentia. Cod.de iur. delibe. Gl. & Bal.in.l.1.C. si cer.pet. vbi iterum dicit in prælegatis.

e Creditor impropriè dicitur qui legatarius est.

f Honorarij successores dicuntur qui succedunt iure Prætorio.

* Intellige causa vel nomine.

a Infinita seu in infinitum tempus cautio non debetur.

putem [a] non oportere ei caueri, cum in suo arbitrio habeat ne perdat id quod sibi relictum est. quamuis [b] si quis inspexerit quod sub conditione relictum est, dicere debeat satisdationem exigendam. 12. ¶ Certè siue ex asse, siue ex parte quis legatum debeat, cauere debet: siue institutus sit heres, siue substitutus. [c]

13. ¶ Bellissimè quæritur, an hæc stipulatio incrementum ex fructibus vel vsuris sentiat. Et rectè placuit, ex mora [d] incrementum habituram stipulationem, vt id quod oportebit, comprehendat.

Si vna actio in alterius locum succedit, eius naturam assumit Bar.

14. ¶ Si quis sub conditione legatum stipulatus, pendente cōditione decesserit, stipulatio euanescit: quia nec legatum (nō) transmittitur. [e] Huic * stipulationi easdem causas [f] & conditiones inesse sciēdum est. Proinde si qua sit exceptio [g] quæ petenti legatum opponi solet, eandem ex stipulatu quoque agenti opponendam esse placet.

15. ¶ Procuratori [h] ei [o] qui absens esse dicitur, si stipulāti legati nomine, spondeat heres: Ofilius ait ita cauere debere, si is cuius nomine caueat, viuat: [i] videlicet ne teneatur illo ante defuncto.

16. ¶ Itē queritur, in hāc stipulationē vtrū ipsæ res [k] veniāt quæ legatæ sunt, an verò pretia earū. Et est verius, in hāc stipulationē res vel pretia deduci. 17. ¶ Si decē quæ in arca [l] erāt, mihi legata sint, tibi eorū vsusfructus legatus sit si purè vtriq; legatū sit relictū, is cui proprietas legata est, ipso iure decē vindicabit. fructuariū autē ex senatusconsulto [m] actu-rū, & quinque [n] vsumfructū petiturum cōstat. Sed cum decem vindicat ꝓprietarius, per exceptionē doli repelli, * qua fructuarius de restituēdis quinque herdi cauit. [o] Planè si decem aureorum possessionē [p] legatarius habeat, Marcellus ait dādā vel heredi vel fructuario [q] vtilē actionē [r] in legatariū: si modo ei caueatur. [s] Sed si sub cōditione ei [t] decē legata sint, fruct. [u] interim decē oblata cautione [x] habiturū.

a ¶ *Et putem.* aliàs in lib. domini Accur. est, & putem non oportere caueri ei cum in suo, &c. Accur.

[a] Quāuis particula intercdū aduersatiua, interdum correctiua.

b ¶ *Quamuis.* aduersatiuè, [a] non correctiuè. *sic.* ¯s. *de eo per quem factum erit. l. j. §. aliàs mutaretur legatarius ad perdendum:* quod non debet esse. *arg.* ¯s. *de pac. do. l. conuenire.*

c ¶ *Substitutus.* directè [b] vel etiam per fideic *vt.* ¯j. *eo. l. hac stipulatio. &* ¯s. *e. l. §. non solum.* Accur.

[b] Substitutio alia est directa, alia per fideicōmissum.

d ¶ *Ex mora.* etiam ante litem contest *vt no. C. de vsufruct. leg. l. j.* licet quidam dicant à die contest. litis tantum.

Si quis sub conditione.] CASVS. Instituti mihi heredem Titium ponamus, & legaui Seio. x. sub condi. & decessi. postea Seius fuit stipulatus à dicto Titio de soluendo sibi dicto legato aduueniente conditione. & pendente condit. decessit idem Seius. certè stipulatio prædicta euanescit, scilicet vt non transeat ad heredem Seij: quia nec legatum, scilicet conditionale prædictum transmittitur ad heredem dicti legatarij qui pendente condit. decessit conditionalia enim legata non transmittuntur ad heredes legatariorum. & huic stipulationi de qua dictum est, insunt eædem causæ, id est modi, & eædem conditiones quæ inerant legato quod stipulatus est legatarius ab herede. vnde si aliqua sit exceptio quæ solet opponi petenti legatum actione ex testamento, placet eandem esse opponendam etiam legatario ex stipulatu agenti. Viuian.

* Et huic. Videtur posse retineri posterior hac negatio, hoc sensu. quasi dixerit, quia cum nec legatum esse intelligatur, cū persona ante conditionem deficit, non etiā transmittitur quod nullum est.

e ¶ *Transmittitur.* vt. ¯s. *tit. j. l. si post.*

d ¶ *Licet.* Construe. Licet conditio fuerit scripta in testamento vt non petatur, &c. vt lego Titio. x. vt non petat cautionem de legato præstando ab herede. nam modus [d] pro conditione habetur licet quandoque fallat: *vt not. C. de his quæ sub modo si. l. j.* Idem si dixit, lego Titio. x. si non petierit cautionem: vt hac. l. patet.

e ¶ *Non videtur.* fictione huius legis.

f ¶ *Desiderauerit.* puta petiit cautionem ab herede extra [e] ius vel in iure etiam litem contestando: quo [f] casu videtur petere: *vt ℥. rem ra. habe. l. amplius.* Idem etiam si exegit. hoc tamen casu condicitur facta ab ignorante factum vel ius, aliàs non: *vt. ℥. tit. j. l. j. in princ.* Accursius.

d Modus pro conditione quandoque habetur.
e Petere prohibitus quemadmodum petendo committat in prohibitionem. An si extra iudicium petierit vel in iure litem tantum contestando an si exegit?
f Petere videtur qui litem contestatur: multò magis si exegit.

g ¶ *Conditione defectus.* quia non [a] legitimè tunc factum pro nõ facto est: *vt. C. si manci. ita fue. ali. l. ea quidem. & ℥. titu. j. l. quod pupilla.*

h ¶ *Cautionem.* s. de præstando legata. aliàs conditionem, id [b] est quod in conditione continetur, id est cautione ipsa. & quod dicit, iure publico, scilicet legum: *vt. C. eod. l. ij.* aliud in cautione fructuaria. & est ratio, *vt not. C. eod. l. pen. 2.* Vel dic remitti conditionem, scilicet appositã remanente. voluntate non cauendi. qui enim dicit. vt vel si non caueat, vult non caueri: *vt & C. de cõditio. inser. l. ij.* remanet ergo voluntas non cauendi. *sic supra ad Treb. l. mulier. in princ.* sic & aliàs conditio [c] tollitur, & legatum remanet purum: *vt. ℥. de condi. institu. l. quæ sub conditione. in princ.* Accursius.

i ¶ *Sequitur.* legatarium vel heredẽ: nam non satisdat heres.

k ¶ *Intelligitur.* imò purum remanet, quasi duo dixerit, purè. s. lego Titio. x. item vero Titium petere satisdationem.

a Illegitimè facta pro non factis habentur.
b Cõditio pro eo quod conditione continetur.
c Conditio interdũ tollitur sic vt legatum purum remaneat.

Qui potest conueniri ex edicto si quis omissa causa testamenti: ad hanc cautionem tenetur. Bart.

XIII. NERATIVS *libro septimo Membranarum.*

EI quoque, [l] cui legatorum actio datur in eum qui prætermissa institutione [m] ab intestato possidet hereditatem, legatorum satisdatur: & nisi satisdabitur, in possessionem legatorum seruandorum causa mittitur. [n] nam hæc quoque prætor perinde salua esse vult, [o] atque ea quæ iure ciuili [p] debentur. idem Aristoni placet.

XIIII. VLPIANVS *libro septuagensimonono ad Edictum.*

HÆc stipulatio & in fideicommissis locum habet, si purè [q] fideicommissum sit relictum: siue ex die certa, [r] vel sub conditione: siue res aliqua, siue hereditas, [s] siue ius [t] aliquod relictum est.

EI quoque.] CASVS. Titius ponamus instituit sibi heredẽ Seiũ, qui Seius erat ei successurus ab intestato etiam si eum nõ instituisset: & legauit Gaio plura. & decessit dictus Titius. postea Seius institutus cum posset ex testamento adire prætermissa institutione, cœpit possidere hereditatem ab intestato in fraudẽ Gaij legatarij. certè ei quoque Gaio legatario datur actio legatorũ in eũ Seium institutum. & hoc adeo verum est, vt satisdetur eidẽ Gaio per Seium legatorum seruandorum causa. & si non satisdabitur ei, mittetur idẽ Gaius in possessionem bonorum causa legatorum seruandorũ. nam prætor perinde vult esse salua hæc quoque legata quæ possunt peti ab eo qui prætermissa institutione ab intestato possidet hereditatem, sicut vult esse salua ea quæ debentur iure ciuili, adita. s. hereditate ex testamento. Viuian.

l ¶ *Ei quoque.* cui ab instituto est relictum.

m ¶ *Institutione.* per fraudem, cum possit adire ex testamento. secus si adire non posset: *vt. C. si quis omis. cau. testa. l. ij.*

n ¶ *Mittitur.* legatarius.

o ¶ *Vult.* per edictum. *℥. si quis omis. cau. testa. l. j. in prin.*

p ¶ *Ciuili.* quia hereditas ex testamento adiretur.

HÆc stipulatio.] CASVS. Dicitur hic quod hęc stipulatio. s. legatorũ seruandorũ causa, in qua dat heres legatarius fideiussores, habet locum & in fideicõmissis. s. ab herede relictis, siue sit relictum fideicõmissum purè, siue ex die certa, puta post Pascha: vel sub conditione, puta si nauis ex Asia venerit: si res aliqua scilicet relicta est ab herede per fideicommissum, siue hereditas. s. relicta est ab herede per fideicommissum: siue est relictũ ius aliquod. s. per fideicommissum, puta nomen vel seruitus. in omnibus enim istis habet locum hæc stipulatio. ¶ Sed quid si certum est non esse locum fideicommisso ab herede relicto? Certè perquam siue valde iniquum est onerari heredem superuacua cautione siue satisdatione. & ita non satisdabit fideicommissario pro fideicommisso quod est euidens non deberi. Viuian.

q ¶ *Purè.* vt. ℥. *l. proxi.*

r ¶ *Certa.* vel incerta. & postea subiicit de conditione: licet Io. illud habeat cancellatum. Accur.

s ¶ *Hereditas.* Contra. *℥. de vulg. subst. l. ij. §. planè. & ℥. ad Treb. l. ita. §. à patre. & ℥. tit. j. l. is cui. § si ab impuberis.* Sed hic non [d] de hereditate viuentis, sed de cautione est solicitus: *vt. C. e. l. cũ Archimedoram & C. ad Treb. Auth. contra qui rogatus.* Est tamen argu. contra [e] etiam ad cautionem *infra de col. bon. l. j. si impuberi.* Accursius.

t ¶ *Ius.* vt nomen, vel seruitus: *vt Inst. de leg. §. cum autem.*

d De hereditate viuentis nemo sollicitus esse debet.
e Dic, hic non esse sollicitum de hereditate viuentis, sed mortui.

Superuacua

a ¶ *Superuacua*. quia sit euidens non deberi, *vt dixi*. & sic no. *supra de procurato. l. non cogendum. §. fi. & ȷ. ti. j. l. si is à quo. §. j. & 3. de arbi. l. non distinguemus. §. pen.* ¶ Sed arg. contra. [a] *3. de neg. gest. l. si pupilli. §. q. item facit. ȷ. de Carbo. edic. l. Carbonianum. §. causæ. & 3. ad exhiben. l. in hac actione. §. ibidem.*

[a] Superuacuis cautionib. vti possumus interdum.

Variis cautionibus non est vtendum: nec debent interponi cautiones quæ non releuant. Bar.

1. ¶ Diuus quoque Pius rescripsit, quotiens euidens res est, vt certum sit nullo modo fideicommisso locum esse: perquam iniquum esse, superuacua [a] cautione † onerari heredem.

† Superflua resecanda, vt extra de maio. & obe. in c. g. cū Glo. super verb. aduenimus.

XV. PAVLVS *libro septuagensimoquinto ad Edictum.*

ETiam de præsenti [b] legato locum habet hęc satisdatio: quoniam nonnullas moras exercitio [c] iudicij habet. 1. ¶ Si & ab herede [d] instituto legatorum satis acceperit legatarius, & à Trebelliano fideicommissario, [e] vtraque quidem stipulatio committetur: sed exceptione se tuebitur heres, quia cauere non debuerit. [f] Sed si pars hereditatis restituta sit, ab vtroque [g] cauendum est. 2. ¶ Etiam si ab intestato [h] debeatur fideicōmissum, locum habet hæc stipulatio.

ETiam.] CASVS. Hęc satisdatio legatorum seruandorū causa non solum habet locum in legatis relictis sub conditione & in diem, sed etiam habet locum de præsenti siue purè legato, scilicet vt heres satisdet legatario si hoc vult legatarius, de soluendo ei legato purè relicto. sed hoc quomodo potest esse, cum possit legatarius petere ab herede legatum non suspensum die vel conditione? respon. Susceptio iudicij, scilicet pro legato petendo habet nonnullas siue aliquas moras: & ideo non est mirum si heres tenetur satisdare legatario. [SI ET AB HEREDE.] Ponamus quod Titius instituit sibi heredē Seium, & per fideicommissum rogauit eum ꝙ restitueret hereditatē Gaio: & legauit Sempronio sub conditione c. & decessit. postea Sempronius legatarius accepit à Seio herede satisdationem quæ interponi solet legatorū seruandorum causa: & postea dictus Seius heres restituit hereditatem Gaio fideicommissario Trebelliano. id est cum debebat restitui per Trebellianum. & hoc fecit detracta vel non detracta quarta: non facio vim. & postea dictus Sempronius legatarius accepit similiter satisdationem à dicto Gaio cui restituta est hereditas. certè si postea extitit conditio legati eidem Sempronio relicti, committetur vtraque stipulatio id est vna contra heredem Seium, & alia contra Gaium fideicommissarium: sed heres tuebitur se exceptione contra legatarium quamuis commissa sit aduersus eum stipulatio: quia cauere siue satisdare non debuit legatario, vt ex facto apparet. nam post satisdationem restituit hereditatem fideicommissario. vt dictum est. vnde fideicomm. tenetur ad solida legata: *vt C. ad Trebel. l. fin. & no. supra ad Trebel. l. j. in fin.* Secus si restituta sit pars hereditatis per heredem fideicommissario. scilicet quia testator rogauit eum de parte tantum restituenda. nam tunc cauendum est per satisdationem legatario ab vtroque id est ab herede, & fideicommissario: & si caueant committetur postea stipulatio adueniente conditione legati, & non habebit aliquis eorum exceptionem. vltimo scias quia hæc stipulatio legatorum vel fideicommis. seruandorum causa locum habet etiam si fideicommissum debeatur ab intestato, puta in codicillis. hoc dicit. Viuianus.

b ¶ *De præsenti*. i. [b] purè, *vt. 3. l. proxi. in prin.* Sed contra. *3. eo. l. j. § si eni in fin. §.* Sed ibi speciale ne inuitetur aliquis ad malignandum. præterea etiam conditionale est ibi.

[b] Præsens legatum dicitur quod purè relictum est.

c ¶ *Exceptio*. i. [c] susceptio iudicij: *vt & 3. de pec. l. quod debetur.* item ad hoc. *C. ad Turpil. l. fin.* Argu. contra. *3. de iud. l. si debitori.* ADDITIO. Dic quod d. l. si debitori. loquitur quando debitum est purum [d] & liquidum iudici per confessionem partis. hic autē licet legatum sit purum, tamen heres diffitebatur, nec dicebat, hodie constat, hodie agatur, secundum. l. is à quo. ȷ. tit. ij. sed petebat libellum. vnde cum ordinariè procedat, debet habere longum tractatum: ideo præstatur cautio, *vt. l. postquam. § imperator. 3. eo. tit. secundum Bar. hic.*

[c] Exercitio iudicis pro iudicij susceptione.

[d] Confessione partis debitū purum & liquidum fit.

d ¶ *Si & ab herede*. ante restitutionem.

e ¶ *Fideicommissario*. post restitutionem, quod fieri debuit: *vt. 3. eod. l. j. non solum.*

f ¶ *Non debuerit*. vt ex post facto apparet: & hoc si totā restituit. Idem si quartā solam retinuit: *vt. C. ad Treb. l. fi.* si autē vltra quartam, tunc tenetur pro rata: *vt. C. & ad Treb. l. ij.* & cū effectu remanet obligatus. sequitur enim ex hoc stipulatio naturā actionis ex testamento, *vt & 3. e. l. j. § si quis sub conditione. & . § qui minorē.*

g ¶ *Vtroque*. scilicet herede & fideicommissario pro parte quæ penes vtrumque est, vt dixi.

h ¶ *Ab intestato*. puta [a] codicillis. Sed [b] quid in donatione causa mortis? Respond. idem si non fuit tradita à defuncto: cum [c] æquiparetur legatis: *vt Inst. de dona. § j.*

[a] Ab intestato fideicōmissum censetur quod codicillis relictum est.
[b] Ab intestato fideicōmissum relinqui potest etiā in donatione causa mortis.
[c] Donationis causa mortis & codicillorū similitudo.

XVI. GAIVS *libro vicensimoseptimo ad Edictum Prouinciale.*

SI duo eiusdem nominis [i] [de] legato contendant, vtrisque satisdatur: nec onerari heredem, cum possit eosdem fideiussores ad vtranque stipulationem adhibere: qui & ipsi [k] non onerantur, cum futurum sit vt vni tenerentur. [l] *

* Teneantur.

XVII. PAVLVS *libro quadragensimooctauo ad Edictum.*

SI ab vno ex heredibus legatorum satis accipimus, [m] cum ab omnibus heredibus nobis legatū esset, si pars coheredis adcrescat promissori, in totum fideiussores tenentur, si solidum legatum is [n] cœperit debere.

Satisdatio remissa non potest peti etiam si heres dilapidet. Item qui petit quod restituturus est, ex interuallo exceptione dolo facis, non repellitur. Bartolus.

XVIII. SCAEVOLA *libro vicensimonono Digestorum.*

SI duo.] CASVS. Ponamus quod Titius instituit heredem Seium, & ita dixit, Gaio lego centum sub conditione si nauis ex Asia venerit. & decessit: nunc duo quorum quilibet vocatur Gaius, contendunt de dicto legato, & quilibet dicit de se testatorem sensisse in legato: vnde quilibet eorum petit satisdat. ab herede de legato sibi soluendo existente conditione. certè heres debet vtrique satisdare: nec oneratur heres propter hoc, cum possit adhibere eosdem fideiussores ad vtramque stipulationem: quia & ipsi scilicet fideiussores nō onerantur: cum futurū sit vt vni de dictis legatariis teneatur scilicet cum effectu, id est illi cui debebitur legatum. cui enim debeatur, dic vt no. *3. de leg. ij. l. si quis seruum. § si inter duos.* Viuian.

i ¶ *Nominis*. quod [e] quandoque contingit: *vt. ȷ. pro lega. l. pro legato: & 3. si cert. peta. l. si eum.* Accursius.

[e] Nominis eiusdē duos esse quandoque cōtingit.

k ¶ *Et ipsi*. fideiussores. *& facit. ȷ. de præto. stipula. l. Paulus. § j. & 3. e. l. sed & ipsis. cum suis concor.* Accur.

l ¶ *Tenerentur*. cum effectu. Sed an debeantur legata, dic *vt. 3. de leg. ij. l. si quis seruum. § si inter.* Accur.

SI ab vno.] CASVS. Ponamus quod Titius instituit sibi heredē Seium & Gaium, & legauit mihi & tibi Sempronio cētum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: ab omnibus heredibus. i. mihi quinquaginta, & tibi alia quinquaginta: & decessit. postea ego & tu legatarij accepimus satisfactionem siue satisdationem legatorū nomine ab vno de heredibus, puta à Seio prædicto, ita scilicet ꝙ fideiussores ab eo nobis dati simpliciter se obligauerūt nobis: nō autem pro parte legatorum nostrorum tantum quæ continebat dictum Seium heredē qui eos fideiussores nobis dedit. postea ita accidit quod pars Gaij coheredis accreuit promissori. i. Seio qui promisit nobis legatariis, & fideiussores dedit. certè fideiussores prædicti tenentur [f] nobis legatariis in totum, si, id est quia solidū legatum cœperit deberi his id est nobis legatariis à dicto Seio cui accreuit pars coheredis. & hæc videtur esse intentio huius. l. si autem habeas in litera, is cœperit debere: tunc videtur mihi esse planior litera. Viuian.

[f] Atque ita, Quod accrescit principali obligationi, accrescit etiam fideiussori. v. Ryma. sing. 12. vt si pœna aliqua commissa est ꝓpter moram debitoris principalis, eadē eius fideiussori committatur: vt hac lit. videtur. & l. si quis pro eo. 56. § si nummos. ȷ. de fideiussorib. v. tamen distinctioné quæ apud Ferrariensem in forma cōtra plures debitores. 33. in verbis solutioné facere recusauerunt.

m ¶ *Accepimus*. s. simpliciter.

n ¶ *Is*. vel habeas his cum aspiratione. & dic. s. legatariis: & habeas deberi. vel habeas, is sine h. & habeas, debere cœperit. s. promissor. *& facit. ȷ. de fideiussori. l. si quis pro eo. § si nummos. & l. amissi. § fideiussores. & ȷ. rem pupil. sal. fo. si postea.* Sed arg. contra. [g] *ȷ. ad municip. l. Lucius. § Paulus.* sic & deminuta [h] parte deminuitur & onus. *vt. 3. eo. l. j. § qui minorem.*

[g] Fideiussoris obligatio non augetur ex superueniente casu.
[h] Parte deminuta onus deminuitur.

QVæ filium.] CASVS. Ponamus quod Titia habebat partē nomine Seium à quo erat emancipata: qui quidem eius pater erat eiusdē Titiæ collibertus, puta quia ambo fuerunt manumissi à domino eorū: *vt. 3. de leg. ij. l. cū pater. § nolo dari.* & habebat hæc Titia filiū legitimū ponamus nomine Gaiū ex marito suo Sēpron. qui maritus viuus erat & habuerat pro ea in dotē. c. apud quē maritum deposuerat ipsa quasdā res non exacta ab eo cautione depositionis. hæc Titia ponamus fecit testamētū, & dictū suū patrē scripsit heredē ex asse, & fidei eius cōmisit vt quicquid ad eū ex here. ei peruenisset, cū moreretur ipse pater testatricis, restitueret filio eiusdē testatricis: qui filius testatricis erat nepos eiusdē patris testatricis. nā dictus pater testatricis erat eius auus maternus: & hæc verba adiecit dicta Titia testatrix, satisfactioné à Seio patre meo exigi veto. Item ponamus quod ipsa præcepit quod dicta dos re-

maneret apud dictum suum maritum:& decessit dicta Titia. Nunc quæro, an pater Gaij fideicommissarij. id est dictus Sempronius maritus Titiæ qui erat legitimus administrator dicti Gaij fideicommiss. filij etiam testatricis, possit compellere Seium patrem defunctæ testatricis ab ea institutum vt dictum est, ad satisdationem nomine fideicommis. per eum Seium præstandi dicto Gaio filio testatricis eiusdē Sempronij? Et videtur quòd sic, cum Seius pater testatricis dissipat substantiam suam, & cum veretur dictus pater fideicōmiss. ne constituatur inane dictum fideicommissum propter dictam dissipationem Seij. Respon. tamen non compellendum cauere, scilicet dictum Seium. Itē nunquid dictus Sempronius maritus debet restituere patri eiusdem Titiæ heredi ab ea instituto dictas res apud eum maritum per eum depositas: an verò debeat remanere apud maritum tanquam apud legitimum administratorem filij sui qui erat fideicommis. apud quem maritum dico dos testatricis remansit scilicet sicut præcepit testatrix? & videtur quòd apud maritum debeat remanere nomine filij: quoniam emolumentum totius hereditatis testatricis defunctæ ad filium eiusdem defunctæ & mariti sui debet reuerti, cum scilicet patris eius defunctę ab ea instituti fidei commiserit defuncta, vt quicquid ad eum ex hereditate eius peruenisset, cum moreretur restitueret filio testatricis nepoti suo, vt dictum est. quamuis autē ita videatur: tamen dicendum est restituendum esse per dictum maritum dicto patri testatricis heredi illud quod mulieri remansit, & quod in dotem prædictam non fuisset: & ita per consequens debent ei restitui res depositę apud maritum. [TVTOR.] Hunc. §. habemus quasi de verbo ad verbum supra quando ex facto tutoris. l. fi. vnde dicas casum vt ibi. Viuianus.

Qvæ filium legitimum relinquebat, patrem[a] eūdémque collibertum ex asse scripsit heredem: fideíque eius commisit, vt quidquid ad eum ex hereditate eius peruenisset, cum moreretur restitueret filio testatricis nepoti suo:[b] & hæc verba adiecit: *Satis à Seio patre meo exigi veto.* Quæsitū est, cum iste Seius substantiam suam dissiparet, & vereretur pater fideicommissarij ne inane fideicommis. cōstituatur: an ad satisdationē fideicommissi nomine patrem[c] defunctæ compellere possit. Respondit, secundum ea quę proponerentur, non compellendum[d] cauere.[e]

1. ¶ Idem quæsiit, testatricem[f] apud maritum suū ex quo filium reliquerat, res deposuisse nō exacta cautione depositionis: an ea res patri[g] heredi restitui debeat: an verò quoniam emolumētum totius hereditatis ad filiū defunctæ reuerti[h] deberet, apud maritum[i] remaneret, apud quem dos remāsisset.[k] Respōdit, quod mulieris mansisset, nec in dote fuisset restituendū esse heredi.[l]

2. ¶ Tutor, qui & coheres pupilli erat, absente pupillo, cū admonuerunt* eum legatarij, fideicommissi nomine in solidum ipse cauit.[m] quæsitum est, an in pupillum adultum factum danda sit vtilis actio. Respondit, dandam.

* Admonerent.

a ¶ *Patrem.* suum testatricis nomine Seium: & hic filius erat ex marito viuente: vt infra patet. ¶ Et no. quòd[a] potest habere patrē collibertum, quia ambo fuerunt manumissi: *vt Institu. qui manumit. non pos. §. ea demum.*

b ¶ *Suo.* scilicet aui materni.

c ¶ *Patrē.* qui[b] est eius legitim[us] administrator: *vt. C. de bo. ma. l. j.*

d ¶ *Non compellendum.* quia testator vetuit,[c] quod potuit: *vt. s. e. l. licet.* Sed dicam compelli statim restituere. *vt arg. s. ad Trebel. l. imperator.* 2. Vel fiet sequestratio: *arg. s. qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. fi.* 3. Vel præstanda est nuda cautio. *arg. s. eo. l. filio.* licet ibi de patre rogato filio restituere. hic de auo materno loquatur.

e ¶ *Cauere.* aliàs compelli eum cauere.

f ¶ *Testatricem.* sub. pone. & retine priorem casum. H.

g ¶ *Patri.* Testatricis.

h ¶ *Reuerti.* ex causa fideicommissi.

i ¶ *Maritum.* nomine filij vt apud legitimum administratorem.

k ¶ *Remāsisset.* Gaudet M. quod hic extātibus[d] filiis remanet dos viro. Sed Ioan. dicit quod sic fuerat pactū: Vel hîc testatrix sic pręcepit: erat enim emācipata: aliàs nō poterat testari: *vt. j. de do. cau. mor. l. tam is. §. filius. & secundum hoc non ob. C. so. ma. l. dos.*

l ¶ *Heredi.* acti. deposi. vel rei vind. *vt. s. titu. j. l. Firmio. §. j. not.* Vel etiam peti. here. quia debitor est hereditarius, & possidet id ius pro herede vel pro possessore: *vt. s. de peti. here. l. nec vllam. §. fi. & l. quod si in diem. §. non solum.*

m ¶ *Caut.* nomine suo, & tutorio nomine pro pupillo, *& facit. s. si quis cau. l. fi. & . C. de admi. tut. l. cum quadam.*

a Filius patrem collibertum habere potest, quod accidit, patre & filio simul vel ab eodem domino manumissis.

b Pater legitimus est administrator bonorum filij.

c Testator cautionem hæredi restituere grauato potest remittere.

d Dos an & quomodo seu quibus casibus remanere apud maritum possit, exstantibus eis liberis.

VT IN POSSESSIONEM LEGA. &c.

Sub. cauetur edicto prætoris,

Heres qui non paret superiori edicto id est qui legatorū nomine nō satisdat ex hoc edicto coercetur misso. legat. aut fideicōmis. in possess. legatorum seruādorum causa. In possessionem omnium bonorum quæ ex ea heredit. sunt. nō in bona heredis propria, nisi certis modis ex Constitutione Antonini quo genere pignus prætorium constituitur. Cuiatius.

VT IN POSSESSIONEM legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat.

TITVLVS IIII.

Cautio quæ nō debet præstari præstita scienter non condicitur: sed per ignorantiam facti condicitur quo ad plenam liberationem, & per ignorantiam iuris condicitur quo ad liberationem fideiussorum tantum, quibus etiam exceptio competit. Bartolus.

[S]I quis cum.] CASVS. Ponamus quod Titius fecit testamētum, & instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio centum sub conditione. vel ex die: & vetuit Gaio eidem accipere satisdationem de legato ab herede præstando, & decessit dictus Titius: & postea dictus legatarius accepit satisdationem ab herede. nunquid potest remitti satisdatio ista, & heres condicere liberationem: & distinguendum est verū heres sciēs sibi esse remissam satisdationē, & eā posse remitti, cauit indebitū, id est indebitè legatū: an vero ignorauit sibi esse remissam, aut sciuit sibi esse remissam, & credidit in iure errando, eam non posse remitti? Primo casu nō potest repetere: secūdo & tertio sic. ¶ Sed quid si stipulatio sit cōmissa ex eo quòd venit dies vel conditio legati relicti dicto Gaio antequā heres repeteret ab eo satisdationē, vel condiceret liberationē in dicto primo vel secundo casu? nunquid fideiussores quos heres dedit legatario pro dicto legato ei soluendo, possunt vti exceptione aduersus dictū legatarium? & dicendum est ꝙ sic: quia ex ea causa intercesserit satisdatio, ex qua nō debuit intercedere. [NON EXIGIT.] Si alicui legatum vel fideicommissum relictum est, heres debet ei satisdare de eo soluēdo: & si nō satisdet, debet legatarius vel fideicommissarius venire, & mitti in possessionē bonorū illius qui reliquit legatum siue hereditatē: vt datur intelligi supra titu. j. l. j. iij. respond. & infra eod. l. is cui. §. qui in possessionem. Vult ergo hic dicere siue monstrare quòd ad hoc vt legatarius mittatur in possess. non exigit prætor illud tantum, vt stet per heredē quominus ei caueat cum est heres qui interpellatur à legatario vel fideicommissario cautionis nomine. quo casu nō debet offerri legatario ꝑ heredē satisdatio ad hoc scilicet vt in poss. nō mittatur legatarius sed sufficit ad hoc vt legatarius mittatur in poss. si legatarius desiderauerit sibi caueri, & heres nō cauet ei: & contentus fuit prætor nō stare per legatarium siue fideicommissarium quo minus ei caueretur cum non est heres qui interpelletur cautionis nomine: quo casu sufficit ad hoc vt legatarius siue fideicommissarius mittatur in possessio. si non habet à quo satisdationem desideret, quasi scilicet ipsa hereditas debeat satisdare: & sic sufficit ad domū nuntiari. Et quod dictum est in herede, idem intelligitur in cuiuslibet alterius nominis successore, vt dat intelligere litera ibi, hoc est, is à quo, &c. *& infra eodem is cui. §. si heres non sit, &c.* & circa hoc videtur intelligere hic. §.

[SI DEBITORI.] Ponamus quòd Titius instituit sibi heredē Seiū: & Gaio debitori suo Titius legauit siue reliquit liberationem, & decessit. certè non est exigenda cautio per dictum legatariū ab herede quę solet exigi per alios legatarios, *vt dixi. s. proximo.* §. quia hic legatarius habet penes se legatum. nam si cōueniatur ab herede ꝑ eo quod debuerat testatori, potest vti exceptione doli mali. [EI CVI.] Heres soluit legatum legatario eidem debitum: vult fortè legatarius vt idem heres satisdet eidem de non reuocando vel nō petendo ab eo legatum. certè non tenetur satisdare, cum constet legatum non deberi amodo legatario ex quo est ei solutum, vel die quo soluit heres legatario legatum quo non erat ei relictum, vel erat sic ei relictum vt nullo modo valeret: & ita constabat non deberi: & sic heres repetit dictum legatum condictione indebiti, & legatarius petit satisdari sibi ab herede. certè non auditur, quia etiam si non esset solutum legatario per heredem, & constaret non deberi, non satisdaretur: *vt supra ti. j. l. hac stipulatio. in fine.*

[TVNC ANTE.] Quamuis regulariter debeat satisdari legatariis ab adita hereditate, vel agnita bonorum possessione: tamen quandoque ante aditam hereditatem satisdandum est per heredem de legatis legatariis: puta cum dubium adhuc est an hereditas

ditas adeatur per heredem, est tamen spes quòd adeatur, quia heres deliberat: sed conditio institutionis nondum extitit. si autem certum sit hereditatē nondum aditam fuisse, subaudi nec adeundā esse creditur, quia nemo de ea deliberat, & tamen nemo repudiauit vel abstinuit: non habet locum satisdatio, nec missio in possessionem si non satisdetur. Si autem sit certum repudiatam vel omissam esse hereditatem ab extraneis heredibus institutis, vel sit certum necessarios heredes esse abstentos ab hereditate, frustra imploratur per legatarios hoc edictum, quod loquitur de satisdatione per heredem legatariis præstanda: & si non præstetur vt mittantur in possessionem ex quo repudiata est vel omissa hereditas, vel abstenti sunt ab ea necessarij heredes: certum est non deberi legatum vel fideicommissum. & hæc videtur esse intentio huius. §. cum. l. sequen. Viuianus.

p ¶ *Vti possit.* sic. ī. *de eo per quem fac. er. l. j. §. si reus.* Item & habet act. ex testamento, vt acceptilatione liberetur: *vt. ī. ti. y. l. cum sine. §. fin.*

q ¶ *Non deberi.* vtpote solutum. ¶ Sed de quo nūc petit satisdari? Respon. forte vt non reuocet heres. 2. Vel dic non deberi, vtpote nō relictum. 3. Vel sic relictum est, vt nullo modo valeat, & sic repetit condictio indebiti: & legatarius qui petit satisdari, non auditur: quia si non esset solutum, & constat nō deberi, non satisdatur: *vt. ī. tit. j. l. hæc stipulatio. in fine.*

r ¶ *Satisdationem.* i. satisdationis postulationem.

s ¶ *Dubium.* per deliberationem factam ab herede.

t ¶ *An adeatur.* i. adita sit: secus si certum est non aditam: *vt infra. l. proxi.* secundum Azo. Sed. H. dicit si est dubium sit adeunda vel non, est tamen spes quòd heres deliberat: vel conditio institutionis nōdum extitit, & tunc satisdatur: *vt hic.* Si autem non est spes, nec tamen est repudiata, tunc obtinet quod. ĵ. l. proxi. dicitur. *& facit. supra. e. l. si à te.*

u ¶ *Non deberi.* vt. ī. *de test. tu. l. si nemo.*

I. VLPIANVS *libro quinquagensimosecundo ad Edictum.*

Si quis cum vetitus [a] esset satis accipere, acceperit: [b] an repeti satisdatio ista possit, vt heres condicat liberationem? Et quidem si sciens heres indebitum [c] cauit, repetere non potest. [d] Quid deinde si ignorauit remissam [e] sibi satisdationem? Potest condicere. [f] Si verò hoc non potuisse remitti crediderit, [g] nunquid condicere possit qui ius ignorauit? Adhuc tamen benignè quis dixerit satisdationem condici posse. [h] Quid deinde si commissa sit stipulatio? fideiussores putamus exceptione [i] vti posse, an non? Et magis est vt vtantur exceptione: quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua non debuit. 1. ¶ Non exigit prætor vt per heredem stet quo minus caueat: sed contentus fuit per legatarium vel fideicommissarium non stare quo minus ei [k] caueatur. Quare si non fuerit qui interpelletur cautionis nomine, hoc est, is à quo legatum fideive commissum relictum est, omnimodo poterit legatarius vel fideicommissarius in possessioné ex hoc edicto mitti: quia verum est, per eum cui caueri oportebit, non fieri quo minus caueatur. Non tamen & satisdatio debet offerri legatario: [l] sed sufficit, [m] siue desiderauerit, ei non caueri: siue non habeat [n] à quo satis desideret. 2. ¶ Si debitori liberatio sit relicta, non est exigenda cautio, [o] quia habet penes se legatum: quippe si conueniatur, exceptione doli mali vti possit. [p] 3. ¶ Ei cui legatum solutum est, cum constet legatum non deberi: [q] diuus Pius ad Æmilium Equestrem * rescripsit, non debere prætorem satisdationem [r] admittere.

4. ¶ Tunc † ante aditam hereditatem satisdandum de legatis est, cum adhuc dubium [s] est an hereditas adeatur. [t] Cæterùm si certum sit repudiatam vel omissam hereditatem, vel abstétos necessarios heredes, frustra hoc edictum imploratur: cùm certum sit legatum vel fideicōmissum non deberi. [u]

II. IDEM *libro septuagesimonono ad Edictum.*

Si autem [x] certum sit hereditatem necdum aditam fuisse: [y] nec satisdatio, nec possessio locum habet.

In causis summariis exceptio quæ requirit altiorem indaginem, admittitur si excipiens paratus est incontinenti probare. Bartolus.

a ¶ *Si quis cum vetitus.* à testatore: [a] quod fieri potuit: *vt. ī. titu. j. l. fin. & l. licet.*

b ¶ *Acceperit.* satisdationem de legato præstando ab herede.

c ¶ *Indebitum.* i. [b] indebite legatum. erat enim debitum.

d ¶ *Non potest.* sic. ī. *de condict. indebiti. l. j.* Accursius.

e ¶ *Remissam.* [c] hic fuit error facti alieni. Accursius.

f ¶ *Condicere.* condictione sine causa. *vt. ī. de condic. sine causa. l. j.* Vel incerti, quæ idem est: *vt eod. titu. l. qui sine.*

g ¶ *Crediderit.* heres: & sic ignorauit ius. Est [d] enim ignorantia alia iuris, alia facti: *vt. ī. de iuris & fac. igno. l. j.*

h ¶ *Condici posse.* Imò videtur teneri cum effectu, licet interponi non oportuit: *vt. ī. familiæ erciscun. l. qui erat heres.* Sed certe ibi tenetur ex stipulatu ad id ad quod tenetur actione empti, siue ex stipulatione, s. ad interesse, nō ad duplum: hic sine hac promissione fideiussor in nullo tenetur, nec heres ad eum dandū. 2. Vel refert [e] remittitur cautio à lege, vt ibi: aut à testatore, *vt hic. sic. ī. tit. j. l. filio. & l. fin.* 3. Vel ibi naturaliter venditor tenetur de euictione: vnde cauendo non repetit cautionem: *vt. C. de iuris & facti ignoran. l. cum quis.* hic nec ciuiliter nec naturaliter debebat caueri ex quo testator remiserat. vnde etiam error iuris non nocet: *vt hic, & not. d. l. cum quis.*

i ¶ *Exceptione.* imò videtur ipso iure non teneri: *vt. ĵ. de fideius. l. si quis post.* Sed ibi pro eo quod nō debebatur, fideiubebat: hic debebatur legatum. *& facit. ī. si quis cau. l. sed & si quis. §. fin.*

k ¶ *Ei.* legatario. Accur.

l ¶ *Legatario.* ad hoc vt in possessioné non mittatur sic nec heres legatario agenti interdicto quorum legatorum: *vt. ĵ. quorum lega. l. fi. §. j.* sic nec libertus operas incertas præstare tenetur nisi indicantur: *vt. ĵ. de ope. lib. l. cum patronus. in princ.* Sed arg. contra. *C. de contrahen. stipu. l. magnam. & C. de iure emphy. l. ij. §. pen. & ĵ. de noui ope. nun. l. stipulatio. §. j.*

m ¶ *Sufficit.* ad hoc vt fiat missio.

n ¶ *Non habeat.* quasi ipsa hereditas debeat satisdare: & sic sufficit ad domum nuntiari: [f] *sic. ĵ. de noui ope. nun. l. de pupillo. §. ij. & ĵ. de dam. infec. l. iiij. § abesse. & C. de an. excep. l. pe.* Accur.

o ¶ *Cautio.* non ergo fit missio si non cauet, vt faciat ad titu. sic dicam in aliis qui non tenentur cauere: quos not. *supra titul. j. l. j. in princip.*

x ¶ *Si autem.* Hanc excepone: *vt. l. prox. in fin. not.*

y ¶ *Fuisse.* nec spes est eam adiri. Accur.

Si is à quo. CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & fideicommissum de. c. reliquit Gaio, & decessit. nunc Gaius petit à Seio herede satisdationem de fideicommisso sibi soluendo. is autem heres à quo petitur satisdatio, offert cognitionem de fideicommisso, dicendo coram iudice coram quo petebatur satisdatio per fideicommissum: hodie constat de fideicommisso, id est tibi fideicommissario non deberi: hodie agamus. certe dicendum est cessare satisdationem, scilicet interim donec per iudicem cognoscatur vtrum fideicommissum debeatur, vel non: cum possit & debeat ante constare de fideicommisso valeat, vel non, quàm de satisdatione quam petit fideicommiss. scilicet qui sunt fideiussores idonei. & qui non. nam & id exigit causæ cognitionem, & aliquam dilationem. Sed nunquid heres poterit implorare à iudice vt cognoscat vtrum fideicommiss. petat satisdationem ab eo per calumniam: si forte dicatur per heredem peti per calumniam satisdationem? & certe sic: & de hoc debet iudex cognoscere summatim: & ita sufficiet iurare legatarium vel fideicommissarium non petere satisdationem animo calumniādi. hoc enim est commune omnium satisdationum, scilicet vt iudex apud quem petitur satisdatio, debeat explorare an petatur satisdatio per calumniam. diuus Pius rescripsit eum apud quem satisdatio petitur, debere explorare si satisdatio per cal. petatur: de qua ré summatim debet cognoscere. duas ergo cognitiones implorare potest heres à quo fideicomm. petit fideicōmissi satisdationé, antequam satisdationem ei præstet, vel fiat missio in possessio. an per calumniam petat satisdationem fideicommissarius, vt quia sciat vel credat fideicommissum sibi non deberi. vel non petat per calumniam: & vt iudex cognoscat an sit fideicommissum, vel non. [SI PROCVRATOR.] Ponamus quòd Titius instituit sibi Sefum; & legauit Sempronio centum, & decessit. venit quidam nomine Gaius, nomine Sempronij legatarij desiderans ab herede satisdationem legatorum, siue quæ solet interponi nomine legatorum. certe si ei mandatum est à legatario vt satisdationem ab

a Testator potest prohibere legatarium satis accipere ab herede.

b Indebitū pro indebito legato.

c Errans, ignorans, & dubitans quomodo differant, vide Bal. in l. falsus. C. de fur. Gla. in l. de titu. ī. de testa.

d Ignorantia alia iuris est, alia facti.

e Cautionis à testatore & à lege remissio differentia.

f Citatio ad domum sufficit. Quid in citato coram non cōparente iudice & nō cōparendo dic missione valere. Bart. in l. neque infantes. ergo ĵ. de fideicommiss. liber.

a Satisdatio pro satisdationis petitione.

* Sequestrum.

† Existentiā sui hæredis nō cōfirmare legata hoc ex loco notat Bartolus (fallit id tamen in libertate. l. sciendum. ĵ. de manumiss. testamento. l. cum quasi §. sed si quis. ĵ. de fideicommiss. liberi.) Idem notat, Existentiam sui hæredis confirmare fideicommissū vniuersale. l. ta. § si pater. ī. ad Trebellianū. De existētia sui hæredis. vide l. filius qui patri. ī. de vulgari.

herede petat, non habebit necesse cauere heredi quòd legatarius habeat ratum: sed erit ei procuratori satisdandum per heredem sine aliqua cautione de rato. si verò dubitetur an legatarius mandauerit de accipienda satisdatione ab herede, vel non mandauerit: cautio de rato erit exigenda per heredem ab illo Gaio qui satisdationem legati ab eo petebat. [Si semel.] Ponamus quòd heres satisdedit legatario de legato ei soluendo, & fuerunt ei dati per heredem fideiussores: & legatarius accepit eos ex certa scientia. nunquid debet caueri rursus legatario? & certe magis est vt caueri non debeat. hoc enim diuus Pius rescripsit sic Pacuuiæ Licinianæ, quæ acceperat forte ex certa scientia fideiussores egenos, scilicet vt non debeat ei rursus caueri. ipsa enim Pacuuia Liciniana debet ferre expensum facilitati suæ, quæ accepit fideiussores minus idoneos: non enim oportet onerari eum à quo satisfactio siue satisdatio petitur, per singula momenta. Plane si noua causa allegetur per legatarium quòd accepit fideiussores, veluti quòd fideiussores decesserint, aut etiam quia amiserint omnem rem familiarem impetu inopinatæ fortunæ, æquum erit præstari cautionem rursus dicto legatario. nam quæ de nouo emergunt, auxilio indigent. & hæc videtur esse intentio huius. §. cum. l. seq. Viuianus.

III. Idem *libro quinquagesimo secundo ad Edictum.*

Si is à quo satis petitur, offerat cognitionem,[a] & dicat, *Hodie[b] constet de fideicommisso: hodie agamus:* dicendum est cessare satisdationem: cùm possit[c] antè de fideicommisso quàm de satisdatione[d] constare. 1. ¶ Necnon[e] illa cognitio imploranda erit ab herede, si fortè dicatur per calumniam[f] satis peti. Hoc enim commune est omnium satisdationú. Diuus enim Pius rescripsit, eum apud quem satis petitur, debere explorare num per calumniam satis petatur. de qua re summatim[g] debet cognoscere. 2. ¶ Si procurator satis legatorum desideret[h]: si quidem mandatum ei sit, non habebit[i] necesse de rato cauere: sed erit ei satisdandum. Si verò dubitetur an mandatum sit, vel non sit: de rato cautio erit exigenda[k] 3. ¶ Si semel fuerit satisdatum, quæsitum est, an etiam rursus cauendum sit, si forte dicatur egenos fideiussores esse datos. Et magis est vt cauere nó debeat. Hoc enim diuus Pius rescripsit Pacuuiæ Licinianæ. Ipsam enim facilitati suæ expésum ferre debere, quæ minus fideiussores idoneos accepit.[l] Neque enim oportet per singula momenta onerari[m] eum à quo satis petitur.

IIII. Papinianus *libro vicensimooctauo Quæstionum.*

Planè† si noua causa allegetur veluti quòd fideiussor decesserit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit, æquum[n] erit præstari cautionem.

V. Vlpianus *libro quinquagensimosecundo ad Edictum.*

Is qui† legatorum fideive cómissorum nomine non cauetur, missus in possessionem nunquam[o] pro domino esse incipit: nec tam[p] possessio rerum ei quàm custodia datur. Neque enim expellédi heredem ius habet,† sed simul cum eo possidere iubetur,[q] vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat heredi[r] cautionem. 1. ¶ Si alius dáni infecti nomine missus sit in

a Officium iudicis imploratur à legatario pro satisdatione.
b Officio iudicis tempus satisdandi definitur.
c Causæ cognitio requiritur in fideiussorib. idoneis aut nó idoneis pronúciandis.
d Dilatio satisdationis causa dari debet.
e Pura legata palam debita statim solui debent.
f Officio iudicis hæres cogi potest ad soluenda legata.
g Pura in diem vel sub conditione legata quę cóstat non deberi, hæres neque soluere, neque eorum nomine satisdare cogi potest.
h Cognitio plena secundum quid, & summaria.
i Imó non sufficit. *Gl. Nouell. de exhibédis & introducéd. reis.* §. 1. q. *in verbo declarati.*
k Sũmariè quibus casibus cognosci debeat, *adde d. Gloss. in verb. declarati: & in extrauaganti quando in læs. maiestatis crimine. in verb. summarie.*

a ¶ *Offerat cognitionem.* hoc statim exponit, & dicat, &c.
b ¶ *Hodie.* legatarius implorat officium[a] iudicis pro satisdatione. heres enim excipiendo dicit, hodie, &c. & sic totum fit officio iudicis. Idem dicas si incontinenti posset hoc constare: & ita tempus[b] formabo arbitrio iudicis: *vt. s. de iure delib. l. j.* nam hodie dicit ad euidentiorem iniquitatem ostendédam si non audiatur heres hoc postulans.
c ¶ *Possit.* i. debeat.
d ¶ *De satisdatione.* s. qui fideiussores sunt idonei, & qui non. nam & illud exigit causæ[c] cognitionem, & aliquam dilationem:[d] *vt. s. qui satisd. cog. l. arbitro. &. l. si ab arbitro.* H. & puto hanc cognitionem fieri vt plene constet de viribus legati. nam si est legatum purum,[e] & appareat deberi, statim soluet coactus officio[f] iudicis, & hoc offerre videtur heres. Si vero appareat[g] non deberi, non soluetur: nec aliquo casu satisdatur. aliàs si non offerretur hæc cognitio, etiam pro pura satisdaretur: *vt. s. titu. j. l. etiam.* Si autem est conditionale, vel in diem, & appareat non deberi: etiam si conditio vel dies veniat, nec satisdabitur: alioquin sic: *vt supra titu. l. j. l. hæc stipulatio. §. fina.* & secundum hoc hæc cognitio est plena secundum[h] quid, & summaria secundum quid: quia cito expeditur: & est extraordinaria, sci. per officium iudicis. Item quod dicit hic, hodie &c. facit *ad id quod not. C. de edic. diui Hadria. tol. l. ij. & C. loca. l. si quis conductionis.* Item contra videtur. *C. eo. l. j.* vbi non cognoscit debeatur, vel non. Sed ibi non offert heres cognitionem, vt hic: & ideo non plene, sed summatim quæritur, vt ibi dicitur.
e ¶ *Necnon illa cognitio.* hæc est summaria.
f ¶ *Per calumniam.* exemplum. *s. eo. l. j. §. pen. & s. ti. j. l. hæc stipulatio. § j.* Accursius.
g ¶ *Summatim.* sufficit[i] ergo iurare legatarium non petere animo calumniæ. ¶ Et not. casus in quibus summatim[k] cognoscitur: *vt dixi. s. ad exhib. l. iij. §. sciendum. & facit. s. de peti. heredi. l. postquam. in fine.*
h ¶ *Desideret* quod potest: *vt supra titu. l. j. l. j. §. sed & procuratoribus.*

i ¶ *Non habebit. vt. & C. de satisda. l. j.* nisi[a] forte in duobus casibus: *vt infra de noui ope. nun. l. de pupillo. §. qui procuratorio. & s. ad Trebel. l. qui ita. §. j.*
k ¶ *Exigenda. vt.*[b] *C. de procurato. l. j. & infra rem ra. ha. l. non solum.* ¶ Sed quo modo committitur? Respon. vt supra *de procuratorib. l. Pomponius. §. j.* Accursius.
l ¶ *Accepit.* ¶ Nota. *sic supra man. l. inter. §. abesse. & infra de fideiuss. l. qui satisdare.* & hoc si ex certa[c] scientia, secus[d] si per errorem facti: *vt supra solu. matri. l. si cum dotem. §. si mulier.* Vel etiam iuris: *vt. d. l. qui satisdare. & supra qui satisda. cog. l. de die. §. si seruus.* Hug.
m ¶ *Onerari.* sic *supra de procura. l. qui absentem.*
n [*Plane.*] *Æquum.* quę enim de nouo[e] emergunt & cæt. *vt supra de interroga. actio. l. de ætate. §. ex causa. cum suis concord.* Sed argum. contra *supra qui satisda. cog. l. sciendum. §. penultim.* Solu. hic[f] prouisio hominis perit: vnde restauratur: ibi prouisio legis perdita non restauratur: *vt. Codic. si aduer. vendi. l. j.* 2. Alij dicunt quod licet ibi desinat immobilia possidere, remanet tamen cautio iuratoria. nam saltem iurat quòd possidet immobilia. hic autem nihil remanet. 3. Vel hic inopinatè: ibi non. 4. Alij quòd ibi in venditione tantum, & sic pretium[g] remanet loco rei: *vt supra de petitio. hered. l. si rem.* & hic nihil remanet loco fideiussorum. *& facit ad legem istam infra de dam. infec. l. qui bona. §. de illo. & supra de petitione heredi. l. si quo. §. j. & C. de epis. audi. l. si legibus & s. de condi. indebi. l. ij.* Accursius.

[*Is cui.*] Casus. Ponamus quod Titius instituit sibi heredem Seium, & Gaio legata reliquit vel fideicommissa, & decessit. legatarius petit sibi caueri cum satisdatione per heredem de legatis vel fideicommissis sibi soluendis, & heres ei non cauet. vnde legatarius missus est in possessionem rerum hereditarium. nunquid stando in dicta possessione incipiet esse pro domino illarum rerum in quarum est missus possess.? & certe non. quamuis sit missus in posses. non tamen est danda ei possessio. i. custodia. neque enim habet ius expellendi heredem si iubetur possidere simul cum eo, vel saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat heredi siue ab herede cautionem legatorum vel fideicommissorum nomine. intelligas tamen semper quòd diuersa est possessio heredis à possessione legatarij vel fideicommissarij: quia heres vere possidet, & legatarius tantum custodit. Viuianus.
o ¶ *Nunquam.* nisi[h] detur ei in solutum, quòd dicitur esse secundum decretum. tunc[i] enim fit dominus: *vt argu. s. si ex noxa. cau. aga. l. ij. in fi.* antea[k] autem est vt custos: *vt hic, & j. ex quibus cau. in poss. ea. l. tum legati. & de acquiren. poss. l. iij. §. si.* & ius pignoris habet: *vt. C. eo. l. qui legati. & j. pro empt. l. misso. & supra de pig. acti. l. non est mirum.* Accursius.
p ¶ *Nec tam.* i.[l] non possessio, sed custodia, vt dictum est.
q ¶ *Iubetur.* sic[m] in creditorib. cæteris, & in causa damni infecti: *vt infra de dam. infec. l. si finita. §. si quis autem.* Alia est tamen possessio heredis & legatarij. heres enim vere possidet, & vsucapit: sed legatarius est in possessione iuris pignoris: *vt infr. pro herede. l. ij. in prin.* ¶ Sed quis[n] percipiet fructus? Respon. vt infra *ea. l. §. qei legatorum.*
r ¶ *Heredi.* i. ab herede, sed ex Carboniano missus possidet: *vt. j. de Carbo. edic. l. iij. §. missum.*

Si alius.] Casus. Ponamus quòd legatarius Titius fuit missus in possess. rerum hereditariarum ex eo quòd heres noluit ei satisdare

a Procurator satis legatorum nomine petens duobus casibus de rato cauere debet etsi certum sit de eius mandato.
b Procurator de rato cauere debet quando de eius mandato dubitatur.
c Fideiussores non idoneos qui certa scientia accepit, sibi imputare debet.
d Contra scientia quod sit non ... factum nó nocet.
† Concor. ... circa finem ... de satisdat.
e Noua, ... egent auxilio.
† Concor. ... prin. huius l. ... ante me ... personali vere ... extra ...
f Prouisio hominis peremptionis seu sublata restaurari potest, legis, non potest.
† Vide quæ in hanc sententiam eleganter disserit M. Cicer. in Orat. pro Quintio.
g Pretium loco rei remanet.
h Missus in possessioné ex secundo decreto rem in solutum accipere videtur: & rei fit dominus.
i Solutione dominium adquiritur.
k Missus in possessioné ex primo decreto custos rei nudus est & pignoris jus in re habet.
l Nec tam, pro nullo modo.
m Missus in possessionem legatorum, vel creditori, vel damni infecti nomine cum reo & aduersario simul possidere iubetur.
n An heres, an legatarius qui missus est in possessionem ...

satisdare de legatis: inter quas res erat vna domus ruinosa, de qua timebat damnū Gaius: & quia heres noluit ei Gaio cauere de dāno infecto, missus est in poss. ex primo decreto certe potest Titius qui missus est in poss. causa legatorum seruandorum, etiam damni infecti satisdare, scilicet illi Gaio qui erat missus in possess. nomine damni infecti si Titius satisdederit Gaio. & non aliter debebit decedere de possess. in quam fuit missus gratia legatorum seruandorum, quàm si eidem Titio cautum fuerit per heredem etiam eo nomine quo se damni infecti obligauit Gaio, nedum nomine legatorum. duas ergo cautiones facit eidem Titio heres antequam ipse Titius decedat de pos. Viuia.

possessionem, alius legatorū seruandorum causa: posse eum qui legatorum seruandorum causa in possessionem missus est, etiam damni infecti satisdare.[a] qui si satisdederit, non aliter decedere possessione[b] debebit,[c] quàm ei cautum fuerit etiam eo nomine, quo se damni infecti obligauit. 2. ¶ Si plures legatarij mitti in possessionem desiderauerint, omnes venire[d] debent in possessionē. Is enim qui ex causa legatorum possidet, sibi, non alij possidet.[e] Alia est causa cū creditores[f] rei seruandæ causa mittuntur in possessionem. Nam is qui possidet, non sibi,[g] sed omnibus possidet. 3. ¶ Qui prior missus est legatarius in possessionem, non præfertur ei qui postea mittitur. Inter legatarios enim nullum ordinē[h] obseruamus, sed simul omnes æqualiter tuemur. 4. ¶ Postquam rei seruandæ* creditores[i] possidere cœperunt: legatorum seruādorū gratia missus in possessionem, creditoribus potior non habebitur.[k] 5. ¶ Qui in possessionē legatorū seruandorū causa mittitur, in possessionē quidem

a ¶ *Satisdare.* hic vterq; erat missus: multo magis si ex causa dāni infecti erat mittendus: *vt. j. de damn. infecto. l. prætor. §. eius rei. &. l. si finita. §. si plures.* Accur.

b ¶ *De possessione.* aliâs decedere à possessione.

c ¶ *Debebit.* sic. j. ea. l. §. *in possess. & infra de damn. infec. l. si finita. §. item videamus &. §. si tam.* Accur.

Si plures.] C A S V S. Cum esset legatum Titio, & etiā Gaio & Sēpronio, ponamus petierunt sibi satisdari ab herede nomine legatorum: & cū nollet satisdare eis. desiderauit mitti in poss. rerū hereditariarū. certe omnes debent venire in possess. si enim vnus eorū mitteretur in pos. & nō alij: ipse possideret sibi & non alij legatario. i. esset in pos. pro se, & nō pro alio, vel aliis legatariis. s. quantū ad hoc vt si alij legatarij velint sua auctoritate intrare poss. non possint nisi prius postulent. ¶ Sed aliud est cū creditores mittūtur in posses. causa rei seruādæ. nam is creditor qui possidet, siue missus est in posses. non possidet sibi tantum, sed omnibus aliis creditoribus. i. ad commodum omnium. ¶ Quid si vnus legatarius missus est primus in posses. & postmodū missus est alius legatarius: certe ille qui primo missus est, nō præfertur ei qui postea mittitur. nam sunt eiusdem tituli, & ex eadem causa missi sunt in posses. secus si non essent eiusdē tituli, puta creditores & legatarij. nam si creditores prius missi sunt in poss. gratia rei seruādæ & postea legatarius mittatur in poss. gratia legatorū seruādorum, non habetur hic legatarius potior creditorib. subaudi, imò creditores habentur potiores, eo quòd non sunt eiusdem tituli, vt dixi: Præualet iure, qui præuenit tempore: *vt. C. eo. si postquam,* & c. hęc videtur esse intentio huius. §. vsque ad. §. qui in possessione. Viuia.

d ¶ *Omnes venire* quibus petentibus non satisdatur.

e ¶ *Non alij possidet.* quantum ad hoc. scilicet vt alij legatarij si velint sua auctoritate intrare in possessionē, non possint nisi prius postulent.

f ¶ *Creditores.* s. conuentionales.

g ¶ *Non sibi.* subaudi tantum, sed omnibus. i. ad commodū omnium si veniant intra biennium præsentes, intra quadriennium absentes: *vt. C. de bo. au. iudi. pos. l. si &. j. de bo. auct. iud. poss. l. cum vnus. in princi.*

h ¶ *Ordinem.* quia eiusdem sunt tit. aliâs secus: *vt. C. e. l. si postquā & qui po. in pign. habe. l. ij.* ¶ Item no. de[a] ordine non seruando. *facit Auth. de mona. §. fin. arg. contra C. de esti. præ. vt. l. fi.*

i ¶ *Creditores.* conuentio & dic possidere. i. in posses. esse.

k ¶ *Non habebitur.* scs. posterior: quia non sunt eiusdem tit. *vt. no. j. proxi. §.* sed tum hodie legatarij habeant tacitam[b] hypothecam: *vt. C. communia de leg. l. j.* præferuntur[c] chirographariis: *vt. C. qui po. in pign. ha. l. eos.*

Qui in possessionem.] C A S V S. Si heres non satisdat legatario, & propter hoc legatarius mittatur in possessio. gratia legatorum ser- ff. Infort.

* Gratia, subaudi. Vide Anto. Aug. lib. emend. 2. c. 5.

a Ordo nō semper seruandus est.

b Legatarij tacitam habent hypothecā in bonis defuncti.

c Legatarij præferuntur chirographariis, defuncti, vt hîc. Imò non præferuntur nisi ære alieno deducto. *Glo. l. 4. de superioribus.* quod & æquius est vt ibidem Albericus notat, reprobata hac Glossa.

uandorum, veniet omnino legatarius in posses. quidem rerum hereditariarum, hoc est earum quę manent in causa hereditaria: earū autem rerum quæ non erunt in causa hereditaria, non aliter mittitur legatarius in posses. quàm si desierint esse in ea causa, scil. hereditaria dolo malo heredis: nec semper mittitur legatarius in posses. earum rerum quæ desierunt esse in causa hereditaria dolo malo heredis, sed causa cognita: puta si sit commissus dolus per heredem in causa legatariorum, & non si aliâs sit missus: *vt. j. ead. l. §. dolum. & . §. sed non omnem.* & ita intelliguntur in causa cognitiones quæ dicuntur *infra eodem. l. si.* bonorum autem possessi. videbuntur comprehēsæ hęres, quarum proprietas pertinet ad heredem scilicet ex causa hereditaria. & postea plana est litera vsque ad. §. si ex duobus. Viuianus.

rerum hereditariarum[l] omnimodo veniet: hoc est, earum quę in causa hereditaria manent: earum autem quæ in causa hereditaria non erūt, nō aliàs mittitur, quàm si dolo malo in ea causa esse desierit: nec semper, sed causa cognita.[m] 6. ¶ Bonorum autem appellatione hęres comprehensæ videbuntur, quarum proprietas[n] ad heredē pertinet. 7. ¶ Sed & si vectigales[o] agri sint, & si qua pignora testatori data,[p] in eorū quoque mittetur possessionem. 8. ¶ Sed & in partus ancillarum, & fœtus pecorum, item fructus, æquè omnimodo legatarius & fideicommissarius mittentur.

9. ¶ Sed & si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem eius mittendum legatarium constat.[q] nam & hæc res in causa hereditaria est. 10. ¶ Si deposita res apud defunctum fuerit vel commodata, locum missio non habet:[r] quia non sunt istæ res hereditariæ.

Quando est facta missio in parte rei communis, alius in cuius partem non est facta missio, potest satisdare, & administrationem rei

l ¶ *Hereditariarum.* etiam omnium: *vt. j. quib. ex causis in poss. ea. l. j.* secus cum sit missio[a] ex rescripto principis, quia in eis tantum de quibus erat iudicatum. *vt. s. tit. j. l. postquam. §. j.*

m ¶ *Cognita.* vt. j. eo. l. *fin. & . j. ea. l. §. sed non omnem.* afficit ergo rem quocunque vadat: & sic facit pro eo quod not. *Cod. de pign. l. ij. item facit. j. eod. l. si legatorum.*

n ¶ *Proprietas.* & alia plura, vt subiicit. Quādoque dictio, bonorum,[b] vniuersitatem vel hereditatem significat: *vt. j. ti. j. l. iij. in prin.*

o ¶ *Vectigales.* i.[c] emphyteutici: *vt. s. qui s. ad is. d. cog. l. sciendum. §. y. & facit infra de verbo. signi. l. bonorum. § j. & . s. fami. ercis. l. item prædia.*

p ¶ *Data.* facit. *d. l. bono. & . s. de peti. here. l. & non tantum.* Accur.

q ¶ *Constat.* facit. *s. de re. eo. l. magistratus. §. j.*

r ¶ *Non habet.* secus in peti. here. *vt. d. l. & non tantum.*

Si ex duobus.] C A S V S Ponamus quod Titius instituit sibi heredes Seium, Gaiū, & Semproniū: & legauit Martino & Petro cuilibet centum, & decessit. Petunt Martinus & Petrus ab heredibus satisdationē de legatis ab eis soluendis. & alter de heredibus paratus est satisdare de legatis eis soluēdis, puta Gaius: & alter puta Sēpronius, non est paratus satisdare. certe in partem eius Sempronij qui nō satisdat, debet habere locum missio in poss. missio inquam in possess. partis eius qui non satisdedit, quare suadendum erit, siue consilium dandum heredi qui satisdedit pro sua parte, vel paratus est satisdare, vt satisdet in assem vel in totum. scilicet legatarius ne administratio impediat per legatarios. Ponamus quòd Titius instituit sibi filium suum impuberē, & ei pupillariter substituit Seium. id est si impubes heres ei non esset, & in pupillari ætate decederet: & à dicto substituto impuberis plura legata quibusdā reliquit, & decessit dictus Titius, & pupillus extitit ei heres, & etiam plura acquisiuit ei impubes aliunde: puta quia fuit institutus ab aliis, vel ei fuerūt legata ab aliis relicta, & postea decessit dict' impubes in pupillari ætate: & sic vindicauit sibi locū substitutio pupillaris ei per patrē facta de Seio, & debet soluere Seius substitutus legata à se relicta per patrem impuberis: vt *argu. supra ad leg. Falcid. qui fundum. §. qui filios.* legatarij igitur petunt ponamus à dicto substituto vt satisdet eis nomine legatorum eis per eum soluendorū. & ipse non vult eis satisdare. vnde debent legatarij mitti in possessio. *vt supra tit. j. l. iij. respond.* certe habebit locum missio in posses. non solum in ea bona quæ testatoris fuerunt: verum etiam in ea quoque scilicet bona quæ impubes acquisiuit, scili. aliunde quàm a patre testatore. nam hæc quoque scilicet bona quæ impubes aliūde acquisiuit, sunt hereditaria. id est videntur esse in hereditate testatoris patris impuberis, cum ad ea etiā substitutio

a Missio ex rescripto principis quem effectum habeat.

b Bonorum appellatio quandoq; vniuersitatem & hæreditatem significat.

c Vectigales agri pro emphyteuticis vide supra si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. idem enim est vectigalis & emphyteuticarius.

a Missi in possessionem rerũ hæreditariarũ debent legatarij quibus non satisdatur.

porrigatur:*vt supra de vulga subst.l.sed si plures.§.ad substitutos.* constat autem quòd in possess.rerum hereditariarum mitti debent legatarij quibus non satisdatur: *vt.ƺ.ea.l.§.qui in posses.* viuo autem impubere, subaudi: & sic non habente adhuc locum substitutione, siue substituto, nec legato à substituto relicto habente locũ nec satisdatio, scilicet pro legatis à substituto relictis, locũ habet: nec missio, sc. in posses. locum habet, subaudi: & ita non est necesse quærere in quæ bona fieri debeat missio, Viuianus.

ecipere. Bartolus.

11. ¶ Si ex duobus heredibus alter satisdare sit paratus, alter non: in partem [a] eius missio locum vtique habere debet. Missi [b] itaque legatarij impedient etiam eum qui satisdedit, rei administratione. Quare suadendum [c] erit heredi vt in assem satisdet, ne administratio eius impediatur. 12. ¶ Si ab impuberis substituto legata sint relicta, & impubes decesserit: missio non solùm in ea bona quæ testatoris fuerunt, verùm * ad ea quoque quæ impubes adquisiit, locũ habebit. nã hæc quoq; hereditaria [d] sunt. Viuo [e] autem impubere neque missio neque satisdatio locum habet.

a ¶ *In partem eius.* scilicet qui non satisdedit.

* Verum & ea.

b ¶ *Missi.* scilicet in partem eius qui non satisdedit. & hic est duplex litera. nam aliàs est, & redderent ei qui satisdedit administrationem rei, scilicet suæ partis, & non alterius. sic & in causa damni infecti si plures sint domini domus ruinosæ: *vt.ʒ.de damn.infect.l.in stipulatione.& ƺ.communi. di.l.si quis putat.§.si damni.& supra de negot.gest.l.si communes* alia est, missi legatarij impedient etiam ei qui satisded. rei administrationem. & hæc est planior, vt subiicit.

b Consiliũ interdũ lex dat, neque semper præcipit.

c ¶ *Suadendum.* consilium, non præceptum.*sic.ƺ.de rei vind.l.is qui.& facit.ƺ.ad Trebel.l.ita tamen.§.quod si duo.* Sed arg.*contra.ʒ.de noui ope.nuntia.l.antep.§.quæsitum.* Accursius. ADDITIO. Dic secundum Batt. quòd hoc est ideo, quia in stipulatione deducitur operis destructio, quæ est indiuidua. hic deducitur legati solutio, quæ est diuidua eadem ratione cautionis præstatione quæ eius naturam sequitur:*vt.ƺ.ti.j.l.j.§.si quis.*

c Hæreditaria bona dici possunt quæ ad substitutũ perueniunt.

d Viuentis de hæreditate nemo sollicitus esse debet.

e Viuentis nulla est hæreditas.

d ¶ *Hereditaria.* ad ea enim porrigitur substitutio:*vt Inst.de pupil.substit.§.non solum.* Accur.

e ¶ *Viuo.* quia non debet quis esse solicitus de hereditate viuentis: *vt.ƺ.de pupil.substit.l.ij.§.prius.* nec dicitur vlla esse hereditas viuentis *vt.ƺ.de hered.ven.l.j.& not.ƺ.titu.j.l.hæc stipulatio.& facit.ƺ.ad Trebel.l.ita.§.à patre.* Arg.contra.*ƺ.de hered. ven. l.ij.§.illud potest quæri.*

Si heres.] CASVS. Si ille à quo fideicommissum relictũ est alicui per defunctum, non sit heres scilic. de iure ciuili, sed successor alterius nominis, puta bon.possess. de iure prætorio: vel nõ est heres institutus, sed est fideicommissarius vniuersalis: dicendum est vt sit locus edicto. scil. vt fiat missio in posses. si non satisdet fideicommissario singulari: & est dicendum vt dolus eius, scil. successoris sit æstimandus, per quem. scilic. dolum desinat res aliqua esse hereditaria: vt scilicet nihilominus fideicommissarius singularis mittatur in eius rei posses. s. vt si sit heres heredis qui dolo fecit, sc. quo minus res aliqua sit hereditaria, & qui non vult satisdare fideicommissario singulari, æque siue eodem modo nocere habebit, s. dolus eius: vt nihilo minus legatarius mittatur in possessionem rei quam heres heredis fecit dolo desinere esse hereditariam: & dolum accipere debemus etiam latam culpam: sed non debemus accipere omnem dolum, sed illum qui factus est, s. per aliquem de dictis successoribus, in necem aliorũ legatariorum vel fideicommissariorum. Viuianus.

f Hæres nõ est, qui bonorũ est possessor vel fideicommissarius.

f ¶ *Si heres non sit.* s. de iure ciuili.

g ¶ *Successor.* vt bonorum posses.*ad quod.ƺ.titu.j.l.j.§.non solum.* Vel fideicommissarius:*vt.ƺ.ti.j.l.si ex causa.*

h ¶ *Dolus eius* scilicet talis successoris per quem desinit res hereditaria esse:*vt supra ea.l.§.qui in possessione.& infra eodem.l.si legatorum.*

g Lata culpa dolo comparatur. Limita dolum in delictis, & latã culpam æquiparari, nisi esset imponenda pœna corporalis: quia dolus requiritur. *in l.1.ad l.Corn. de sica. Alex. in l.2. in princip.ƺ. quod quisq. iur.* & quando dolus & lata culpa æquiparentur, vide per August. *in l.si ma. ra.ƺ.solut.matr.*

i ¶ *Dolum.* quia lata culpa dolo comparatur: *vt.ƺ. depo. l.quid Nerua.*

k ¶ *In necem.* exigitur ergo respectu certæ personæ.*sic & .ʒ.quibus ex cau.in poss.e.l.Fulcinius.§.quod si aduersus.& .§.illud & .ƺ.sol. mat.l.etiam.§.licet.& .ʒ.vi bo.rap.l.ij.§.homines.*

Imperator.] CASVS. Si heres non satisdet legatorũ vel fideicõmissorũ nomine, mittitur statim legatarius vel fideicommissarius in possessio. rerum hereditariarum:*vt supra ea.l.§.qui in posses.& ƺ.tit.j.l.j ij.respon.* quo misso adhuc vsque ad sex menses satisdare volens heres audietur, & cogetur discedere de possessione legatarius vel fideicommissarius:*vt supra tit.j.l.si legatarius.* Si verò per totum semestre tempus prætermiserit heres satisdare, ita quòd non satisdedit de legato vel fideicõmisso soluendo, nec soluit, punitur ex rescripto imperatoris Antonini. s. vt etiam in propria bona heredis mittantur legatarij vel fideicommissarij quibus nõ est satisdatum nec satisfactum: & exinde iidem ex rebus heredis percipient fructus donec satisfaciat voluntati defunctorum qui reliquerunt legata vel fideicommissa. quod remedium rescripti imperatoris Antonini. sc. vt etiam in propria bona heredis mittantur legatarij vel fideicom. quibus non est satisdatum nec satisfactũ, seruatur etiam aduersus eos non heredes qui ex causa fideicommissi ab eis relicti faciunt moram. Sed qualiter debet satis fieri voluntati defuncti vel defunctorum postquam facta est missio in bonis heredis? certe per solutionem legati vel fideicomm. & non per satisdationem: licet aliàs verbum satisfactionis latius pateat. proinde si remissa sit satisdatio. scilicet à testatore, habebit nihilominus locum rescriptum imperatoris Antonini, quia fit mora solutioni legati vel fideicommissi. tempus autem dictorum sex mensium debet computari continuum ex die quo petiit legatarius vel fideicommissarius sibi solui legatum, vel pro eo satisdari coram illis quorum de ea re notio est, vt transactis continue illis sex mensibus fiat misso in bonis heredis, & statim percipiat ex eis fructibus legatarius vel fideicommissarius donec satisfiat. non autem est computandum dictum tempus possessorium, id est non expectatur perceptio fructuum per sex menses ex quo legatarius vel fideicommiss. est missus in poss. bono. heredis cessantis satisfacere voluntati defuncti.

datio locum habet.

Etiam successor iure honorario tenetur hoc edicto, sicut successor de iure ciuili.

13. ¶ Si heres non sit [f] à quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor: [g] dicendum est, vt edicto locus sit, & dolo * eius [h] sit æstimandus.

* Dolus.

14. ¶ Sed & si heredis heres sit qui dolo fecit, æquè nocere debebit. 15. ¶ Dolum accipere debemus & culpam latam, sed non omnem dolum, [i] sed qui in necem [k] legatariorum & fideicommissariorum factus est.

16. ¶ Imperator Antoninus Augustus rescripsit, certis [l]

¶ Quid si heres institutus qui debebat soluere legata vel fideicommissa, erat pupillus, & non habebat tutorem, vel erat furiosus vel adolescens, & non habebat curatorem vel curatores, & legatarius vel fideicommissarius est missus in possessio. rerum hereditariarum cum peteret sibi satisdari ex parte pupilli vel adolescentis vel furiosi, & non satisdatum sit ei? nunquid post sex menses mittitur legatarius in possessionem bonorum ipsius heredis, & recipiet fructus ex eis? & dicas quòd non. non enim videntur cessasse in soluendo legato. nam huiusmodi personis quæ sunt indefensæ, non debet nocere frustratio siue cessatio, vel mora in soluendo legato vel fideicommisso, & idem est si hereditas iacuerit aliquo tempore de dictis sex mensibus. nam illud tempus quo iacuit hereditas, est detrahendum de medio siue de dictis sex mensibus, ita quòd in eis non computetur. ¶ Sed quid faciet heres de fructibus quos percepit ex rebus hereditatis (de quo herede dictum est in principio) in quas missus est dictis sex mensibus? nunquid cedent ij fructus in vicem vsurarum quæ debentur ex fideicommissis? & certe debent dicti fructus primùm imputari in vsuras, quæ debentur ex fideicommissis: & postea si quid superfluum est in fructibus, debet computari in sortem legati vel fideicommissi. nam in hoc pignore prætorio sequimur exemplum pignorum conuentionalium. nam sic est in fructibus pignorum conuentionalium: & si ex dictis rebus heredis cessantis percepit legatarius amplius quàm sibi deberetur, debebit dari heredi etiam vtilis actio, scilicet pignoraticia contra legatarium ad id superfluum sibi heredi reddendum: & hoc exemplo pignoratitiæ actionis quam habet debitor contra creditorem cõuentionalem, si creditor conuentionalis perceperit ex fructibus pignoris quod sibi debetur. nam illud superfluum petit debitor ab eo per pign. ac. quamuis autem in duobus assimilatum est hoc pignus prætorium pignori conuentionali, tamen in tertio differunt: quia pignora scilicet conuentionalia potest creditor etiam distrahere, nedum fructus percipere: ex isto autem pignore prætorio potest legatarius tantummodo fructus recipere: & ideo permisit constitutio imperatoris Antonini hunc legatarium percipere fructus, vt festinetur ad sententiam siue mentem constitutionis eiusdem, quæ voluit satisfieri legatario secundum voluntatem defuncti: non autem potest legatarius talis pignus prætorium vendere. hoc dicit vsque ad. §. qui legatorum. Viuianus.

l ¶ *Certis.* hic incipit constitutio seu rescriptũ principis vsque illuc,

luc, satisfactionis &c. vbi incipit exponere.
a ¶ *Si post.* sub. s. si post &c. *ad quod. C. eo. l. circa. & j. ne vis fiat ei l. si quis. §. constitutum.*
b ¶ *Inde.* i. ex rebus heredis.
c ¶ *Percepturos.* scilicet legatarios. & quid de eis fiat, dicitur. *j. eo. § quæri.*

ex causis etiam in propria bona heredis legatarios & fideicommissarios esse mittendos, si post[a] sex menses quàm aditi pro tribunali fuerint hi quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est: inde [b] fructus percepturos[c] quoad[d] voluntati defunctorum satisfiat.[e] Quod remedium seruatur & aduersus eos[f] qui ex qua causa fideicommisso moram faciunt.

17. ¶ Satisfactionis[g] verbum licet latius patet,[h] tamé ad exoluendum legatum refertur.

18. ¶ Proinde & si remissa[i] sit satisdatio, rescriptum locum habebit, quia mora fit solutioni.

19. ¶ Sex autem mensium puto continuum tempus, non possessionum[k]* computandum.

Non potest dici cessatum si non est persona quæ interpelletur. Bartolus.

20. ¶ Cessatum non accipimus: si pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furiosus vel

d ¶ *Quoad.* i. donec.
e ¶ *Satisfiat.* per solutionem, non per satisdationem: *vt. j proxi. dices.*
f ¶ *Aduersus eos.* puta legatarios vel fideicommissarios singulares rogatos restituere id quod eis est relictú, per partem, vel pro eo aliud: *vt. j. eod. §. missio autem.*
g ¶ *Satisfactionis.* hic incipit exponere rescriptum.
h ¶ *Patet.* vt. *s. de pig. actio. l. sirem. §. omnis.* hic[a] tamen strictè ponitur pro solutione: *vt & infra de solut. l. satisfactio.* & hoc si dies cesserit: *vt subiicit,* quia mora &c.
i ¶ *Remissa.* à[b] testatore: *vt. s. e. l. j. in prin.* Vel à lege, quod fit in casibus *not. s. tit. j. l. j. in prin.*
k ¶ *Non possessionum.* habeas possessionum: & est sensus, quòd tépus quo fuit in possessione rerum heredis ex hoc rescripto, non computatur in spatio sex mésium. Alij quòd tempus quo fuit in possessione rerum hereditariarum ex hoc edicto, non computatur in sex mensibus. hoc non placet. Vel verius si petat satisdari & non satisdatur, statim fit missio in hereditariis rebus, & post sex menses ex die dictæ petitionis fit missio in bonis heredis, & statim post sex menses capit fructus de bonis heredis: non autem expectatur perceptio fructuum per sex menses post missionem. & hoc dicit. & secundum hoc dic non possessionum, i. ex die datæ possessionis computandum. Alij dicunt, possessionem, i. non bonorum possessio: quod est vtile: *vt. j. quis or. in bo. pos. ser. l. ij. §. dies.* Accur.
l ¶ *Hereditas.* iacens. ¶ Et no. quòd iacendo dicitur currere tempus: quia tempus labitur vsque dum heres adibit. & est hoc in rescripto: secus in edicto huius titu. *vt. s. l. j. §. non exigit. & §. fin. &* facit cum eo quod est hic. *C. de vsur. l. si parte. & s. de vsur. l. pecuniæ. & l. cum quidam. § si pupillo.* Sed arg. *contra. j. de no. ope. nun. l. operis. & s. de nau. fœn. l. fin.* ADDITIO. Dic quòd in. l. operis, loquitur in nuntiatione quæ requirit moram, quæ mora in casibus huius. §. legitimè contrahi non potest: *vt. l. si ex legati causa. j. de verb. oblig.* Ad. l. fin. s. allegatam responde & dic quòd ibi loquitur in pœna quæ ex contractu defuncti descendit, & ideo iacente hereditate committitur: *vt. j. de ver. obli. l. diem.* hic autem ex rescripto non fit missio in bonis hereditariis nisi ex modo ipsius non soluendo, quæ non potest committi iacente hereditate, cum per aditionem incipiat deberi: *vt. s. eo. l. j. §. fi. & l. si nemo. de re iudi. secundum Barto.* & Oldra.
m ¶ *Hi fructus.* qui percipiuntur ex rebus heredis.
n ¶ *Quæ.* s. vsuræ.
o ¶ *Debentur.* post moram: *vt. s. de leg. ij. l. si quis seruo.*
p ¶ *Pignorum.* conuentionalium. nam & hic est pignus prætorium. Accur.
q ¶ *Imputari.* sic[c] enim fit in conuentionali:[d] *vt. C. de pign. actio. l. j. & ij.* & hoc si dies cessit: aliàs seruatur ex edicto: *vt. j. eo. §. qui legatorum.* Accursius.
r ¶ *Actio.* s. pigneratitia. sic enim est in cõuentionali: *vt. s. de pign. act. l. quamuis. & l. seq.*
s ¶ *Sed pignora.* sc. conuentionalia.
t ¶ *Tantum ei. vt. s. de leg. j. l. filiusfamilias. §. iidem principes.*
u ¶ *Festinetur.* aliàs festinet heres. 2. Vel dic legatarius.
x ¶ *Ad sententiam.* s. dandam de soluendo legato. 2. Vel dic sententiam constitutionis quæ est vt satisfiat: *vt. j. eo. §. satisfieri.*

Qui legatorum.] CASVS. Nunc reuertitur ad edictum prætoris nam *supra proxi. §.* dixit cum fit missio ex constitutione principis

a Satisfactionis verbum incertú generalius, interdum specialius accipitur.

b Satisdatio remitti heredi potest vel à testatore vel à lege.

* sessionum *argu. l. 2. j. §. dies. quis or. in bono. possess. ser.* Duar. *adiss. cap. 16.* rectius Flor. & in Vaticano & manuscr. omnib. possessionum. Cont.

c Pignoris conuentionalis & prætorij similitudo.

d Fructus in pignore conuentionali & prætorio sunt cõputantur in vsuram quam in sortem.

post sex mensex in bonis heredis. dicas ergo hic quòd ille qui mittitur in posses. rerum hereditariarum, ex eo quòd heres non satisdat ei, debebit custodire fructus &c. scilicet qui sunt in hereditate, & in quibus est missus. & ratio quidem est heredem colere agros, & posse redigere fructus, scilicet heredem ex illis agris. sed oportebit legatariú custodire fructus ne ab herede consumantur. quod si heres nolit fructus colligere, certe permittendum erit legatario misso in possessionem colligere fructus, & collectos seruare: veluti si tales sint fructus quos expediat vendi etiam primo tempore quo sint collecti: puta quia non possunt seruari. erit etiam hoc officium legatarij in possess. missi etiam in cæteris rebus hereditariis. nedum in fructibus, scilicet vt colligat vniuersas res hereditarias, & custodiat ibi vbi defunctus habuit domicilium: & si nulla domus sit sua, scilicet legatarij vel testatoris ibi vbi defunctus testator habuit domicilium, conducat habitationem vel horreum in quo custodiantur res hereditariæ collectæ: & ita debebit idem legatarius custodire res hereditarias, scilicet in quibus missus est, vt heredi non auferantur neque pereant, deterioréſve fiant. si autem mittatur quis, scilicet legatarius in possess. rerum hereditariarum ex constitutione scilicet imperatoris Antonini post sex menses, de qua dictum est *supra eadem. l. §. Imperator Antoninus.* cauendum siue curandum ne fiat vis eidem legatario vtenti & fruenti subaudi: & si heres vellet colere legatario inuito, non audiretur: quia secus est si esset missus in poss. ex edicto prætoris: vt supra videre potuisti, & hoc casu cum mittitur in bonis hereditariis ex constitutione. vnde siue ex bonis heredis, siue donec voluntati defuncti satisfiat: vt dicto. §. imperator Antoninus. ij. respon. satisfiat voluntati defuncti, quod sic accipitur, quòd ad voluntatem defuncti vel ex fructibus rerum heredis vel aliunde satisfiat: & pertinet dicta constitutio diui Antonini ad omnes illos à quibus vtiliter fideicommissum relictum est: quamuis non sint heredes illi à quibus fideicommissum vtiliter est relictum. par enim vtilitas est in heredibus à quibus relictum est fideicommissum ex vna parte, & in eis non heredibus à quibus vtiliter fideicommissum relictum est ex alia parte: vnde non est mirum si dicta constitutio habet ita locum in eis sicut in heredibus. [IN POSSESSIONEM MISSVS.] Si legatarius est missus in possess. causa legatorum seruandorum, & litem eo nomine contestatus sit cum aliquo qui conuenit eum super aliqua re de illis in quibus est in possess. missus: non debet ante decedere de possess. quàm ei per heredem fuerit cautum pro lite prædicta. [MISSVS IN POSSESSIONEM.] Si legatarius est iussus mitti in possess. rerum hereditariarum ex eo quòd heres ei non satisdat de legato soluendo, de quo dictum est *supra titu. j. leg. j. ij. respon. & supra ea. leg. § qui in possess.* vel est missus in possessionem rerum heredis ex constitutione Antonini ex eo quòd heres non satisfecit ei intra sex menses, de quo habuisti *supra ead. lega. §. imperator.* & heres non admittit eum volentem intrare possess. habet idem legatarius edictum ne vis fiat, propositum. si autem non vult proponere interdictum, sed magis vult introduci in possess. ipso facto, introducendus est in possess. aut per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per magistratus. Missio autem locum habet, scilicet ex dicta constitutione imperatoris Antonini, non tantum si quis legatarius sit rogatus restituere alij totum id quod legatum est sibi: verumetiam si rogatus fuerit restituere alij: vel quasi: id est aliquid ex eo quod sibi legatum est: id est dicere, siue rogatus sit restituere alij totum id quod est legatum sibi, siue partem ex eo, siue aliud pro eo: Viuianus.

adolescens. Nam frustratio non debet huiusmodi personis nocere, quæ sunt indefensæ. Certè si iacuerit hereditas[l] aliquo tempore hoc tempus de medio trahendum est.

Pignoraticia habet locum pro pignore prætorio sicut pro conuentionali. Bartolus.

21. ¶ Quæri poterit, an in vicé vsurarum hi fructus[m] cedant, quæ[n] in fideicommissis debentur.[o] Et cum exemplum † pignorum[p] sequimur: id quod ex fructibus percipitur, primum in vsuras, mox si quid superfluú est in sortem debet imputari.[q] Quinimmo & si amplius quàm sibi debetur, perceperit legatarius: exemplo † pigneraticiæ actionis etiam vtilis actio[r] ad id refundédum dari debebit. Sed pignora[s] quidé quis & distrahere potest: hic autem frui tantum ei[t] constitutio permisit, vt festinetur[u] ad sententiá.[x] 22. ¶ Qui legatorú †

† Argumétú à pignore cõuentionali ad prætorium.

† Pignoratitia actio locum habet etiam pro pignore prætorio. vt hic. In hoc tamen pigneratitiam venit dolus & lata culpa, & nõ leuis. *l. prætor. §. est præterea. j. de bonis authoritate iudicis.*

† Concord. cum *hoc. §. c. quoniam frequenter §. in aliis vero. cũ Gl. super verbo effectus, ante fin. extra vt lit. nõ cont. est & Gl. in c. veritatis. in vet. ibi, & ita vtrumque, extra de dolo & contumac.*

seruandorum causa in possessionem mittitur,[a] & fructus custodire & cætera debebit, & pati quidem heredem colere agros, ac posse fructus redigere: sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab herede consumantur.

23. ¶ Quòd si heres fructus nolit cogere,[b] permittendum erit legatario cogere fructus,[c] & coactos seruare. Quinimo si tales sint fructus quos primo quoque tempore[d] venire expediat, vendere quoque legatario permittendum est, & pretium seruare. In cæteris quoque rebus hereditariis missi in possessionem hoc erit officium, vt vniuersas res hereditarias colligat, & ibi custodiat vbi domicilium[e] defunctus habuit: & si nulla domus[f] sit, habitationem conducat, vel horreum quoddam, in quo res collectæ custodiantur. Et puto ita legatarium custodire res hereditarias debere, vt neque heredi auferantur, neque depereant, deterioréſve fiant. Quòd si ex constitutione[g] quis in possessionem mittatur, curandum est, ne vis[h] fiat vtenti & fruenti legatario. 24. ¶ Satisfieri volūtati defuncti sic accipitur, quoad voluntati defuncti vel ex fructibus[i] vel aliunde satisfiat.[k]

25. ¶ Constitutio[l] autem diui Antonini pertinet ad eos à quibus vtiliter fideicommissum relictum est, quamuis heredes non sint. par enim vtilitas[m] est.

26. ¶ In possessionem missus legatorum seruandorum causa, si[n] litem eo nomine[o] contestatus sit; non ante decedere possessione debet, quàm ei pro lite[p] fuerit cautum. 27. ¶ Missus[q] in possessionem si† non admittatur, habet interdictum propositum.[r] aut per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per magistratus introducendus est in possessionem.

28. ¶ Missio[s] autem locum habebit non tantùm si quis idipsum quod legatum[t] est, rogatus sit, verum etiam si quid vel ex eo vel pro eo restituere fuerit rogatus.[u]

Si legatarius à quo relictum est fideicommissum, non cauet fideicommissario suo. fit missio in ea re vel in re quod habet pro legato, vel eius occasione. Bartolus.

29. ¶ Si Titio purè legatū fuerit,[x] & eius fideicommissum sub conditione, vt Sempronio restitueret: non iniquè prætorem statuturum Iulianus scripsit, si antequam legatum cōsequatur legatarius,[y] fideicommissi conditionalis satis non det,[z] vt magis[a] Sēpronio det legati persecutionem,[b] vt is[c] legatario satisdet.

a ¶ *Mittitur.* ex edicto prætoris, sed superiori. §. loquitur cum fit missio ex cōstitutione siue rescripto principis secundum H. idem tamen dicam fieri de his fructibus quod de illis dictum est.

b ¶ *Nolit cogere.* aliàs est in textu, colere. aliàs, cogere. & tunc dic, i. nolit colere agros, & sic nec fructus coget. i. congregabit.

c ¶ *Cogere fructus.* i. colere, & sic cogere.

d ¶ *Primo quoque tēpore.* statim[a] quod sunt collecti: quia non possunt seruari. ad quod est infra *de vent. in poss. mitten. l. j. §. item si periculum. & de Carbo. edict. l. sed si is. §. quoties. & supra de mino. l. & si sine. §. j. & Cod. de admi. tut. l. lex quæ in fi. & l. seq. in fin.*

Fructus qui nō possunt seruari, vel statim atque collecti sunt vendi possunt. vt igitur seruari nō possint dicantur fructus nō semper exigitur tēporis maioris expectatio.

e ¶ *Domiciliū.* quod[b] est vbi maiorem partem fortunarum habuit: *vt. C. de incolis. l. ciues.*

Domicilium ibi quisq; fixisse intelligitur vbi maiorē partem fortunarū habuit.

f ¶ *Nulla domus.* sua vel testatoris.

g ¶ *Ex constitutione.* posita *supra ea. l. §. imperator.* quæ est de rebus heredis post sex menses.

h ¶ *Ne vis.* vt *infra ne vis fiat ei. l. si quis §. constitutum.* & sic si heres vellet colere, non auditur isto inuito: quod est secus in superiori casu. Item in alio differt cōstitutio ab edicto: *vt not. supra. §. cessatum. in fin. §.*

i ¶ *Fructibus.* vt & .§. *§. quæri.*

k ¶ *Satisfiat.* hic exponitur verbum positum in constitutione. *s. eo. §. imperator.* H.

l ¶ *Constitutio.* quę est in. §. imperator.

m ¶ *Vtilitas est.* ergo[c] idem ius: *vt. j. de verb. oblig. l. à Titio.*

c Ius idem esse debet, vbi eadē vtilitas occurrit.

n ¶ *Si.* i. quamuis.

o ¶ *Eo nomine.* i. pro legato petendo ab herede. H.

p ¶ *Pro lite.* i.[d] pro expensis litis, vel pro aliis factis occasione rerum in quas missus est: *vt. s. ea. l. §. si alius. & §. qui legatorū.* 2. Vel pro lite, i. pro eo quod est in lite, s. pro legato. ¶ Et dices cautum,[e] id est satisdatum: *vt. j. eo. l. si pecunia. §. j.*

d Lis pro expēsis litis vel eo quod est in lite & de quo controuersia est.

e Cautio pro satisdatione.

q ¶ *Missus.* i. mitti iussus.

r ¶ *Propositum.* ne vis fiat ei, aut &c. scil. si magis voluerit. & hoc habet locum siue ex hoc edicto, siue per constitutionem imperatoris fiat missio. ¶ Et est hoc interdictum prohibitorium & restitutoriū: *vt. j. ne vis fiat ei. l. si quis missum. in prin. & §. j. & §. ij. & facit. j. de dam. infect. l. si finita. §. pen. & l. damni. §. non solum. & de no. oper. nun. l. prætor. §. deinde.* Hug.

s ¶ *Missio.* ex constitutione, sub. nam aliud est per edictum prætoris: *vt. j. ea. l. §. si Titio. & dixi. s. eo. §. qui legatorum.* Accur.

t ¶ *Legatum.* sibi.

u ¶ *Fuerit rogatus.* s. restituere.

Si Titio.] CASVS. Ponamus quòd Martinus instituit sibi heredem Petrum, & Titio pure legauit. x. & eius Titij fidei commisit sub conditione vt Sempronio restitueret dicta decem, & decessit dictus Martinus. nunc Sempronius fideicommissarius conditionalis decem petit à Titio, cum dicta decem legata sunt pure: & antequam dictum legatum de decem consequatur, vt satisdet idem Titius eidem Sempronio nomine dicti fideicommissi conditionalis. & Titius non satisdat ei, certè non iniquè statuet prætor vt magis det ipse emptor persecutionem dicti legati Sempronio fideicommissario conditionali, scilicet contra heredem: magis dico quàm contrariam, vel quàm Titio legatario cui erant legata pure dicta decem: ita scilicet vt hic Sempronius fideicom. satisdet dicto Titio legatario reddi ei Titio. x. deficiente conditione fideicommissi ipsi Sempronio relicti. Sed quid si Titius legatarius acceperit iam ab herede dicta decem sibi pure legata? certe æquum est cogi eum Titium inuicem satisdare Sempronio fideicommiss. scilicet quòd dabit eidem Sempronio fideicommissum adueniente conditione fideicommissi: vel si nolit hoc casu Titius satisdare Sempronio, debet dicta decem dare eidem Sempronio, & tunc Sempronius debet cauere siue satisdare Titio de restituendis ei decem si defecerit conditio fideicommissi ipsius Sempronij. Habuimus ergo supra quando legatum Titij fuit purum, & fideicommissum Sempronij relictum sibi à Titio fuit conditionale. ¶ Sed quid si legatum de decem prædictis sit relictum Titio sub conditione si nauis ex Asia venerit: & fuit per fideicommissum rogatus Titius de restituendis dictis decem Sempronio sub conditione si Titius consul factus fuerit: neque nomine fideicommiss. satisdetur, scilicet Sēpronio per Titiū legatarium? certe si ei Sempronio Titius legatarius non caueat per satisdationē, æquissimum erit Sempronium fideicommissum accipere siue satisdationem ab herede nomine legati, scilicet vt & ipse legatarius Titius caueat fideicōmissario hoc. sci. quod cauit heres. nam licet cauerit heres fideicōmissario, nihilominus eidem fideicommissario debet cauere legatarius. & hoc est in litera, vt & ipse legatarius hoc caueat. dicam forte vt & ipse fideicōmissarius caueat legatario hoc, scilicet quòd reddet legatario dicta decem si peruenerit aliquo modo ad fideicōmissarium, & postea deficiat conditio fideicommissi, & existat conditio legati. ¶ Sed quid si Titius cui legata fuerunt decē sub conditione si nauis ex Asia venerit, acceperit iam ab herede satis siue satisdationem de legato sibi soluendo si nauis ex Asia venerit. subaudi, nec vult idem legatarius cauere siue satisdare Sempronio fideicommissario cui per testatorem fuit relictum ab eodē legatario fideicommissum sub conditione si Titius consul factus fuerit? certe decernendum erit magis dandam actionem, scilicet ex stipulatu cōtra heredem Sempronio fideicommissario, quàm Titio legatario ex ea satisdatione quam accepit idem Titius legatarius ab herede, in eo scilicet casu ex quo extitit conditio fideicommissi eius Sempronij. & hoc eodem casu, scilicet cum non est solutum Titio per heredem legatum, sed tantùm ei est satisdatum, & ipse Titius legatarius non vult satisdare Sempronio fideicommissario: danda erit fideicommissario persecutio, scilicet per actionem vtilem ex testamento etiam ipsius legati Titio sub conditione relicti, si conditio eius legati extitit, scilicet si fideicommissarius fuerit paratus cauere legatario deficiente scilicet conditione fideicommissi reddi legatario per fideicommissum decem legata sub conditione eidem legatario cuius conditio legati iàm extitit, vt dixi. Viuianus.

† Misso ita in possessionem iudex potest facultatem dare vt in rē ipsam ingrediatur propria authoritate. Ita Gl. putat in. l. meminerint. C. vnde vi. & ind. instit. vbi Cynus. j. de adquir. possess.

x ¶ *Fuerit.* puta decem.

y ¶ *Legatarius.* Titius.

z ¶ *Non det.* s. Sempronio.

a ¶ *Vt magis.* s. quàm contrarium.

b ¶ *Persecutionem.* contra heredem.

c ¶ *Vt is.* s. Sempronius satisdet Titio &c.

Titius.

deficiente conditione reddi decem. Sed & si acceperit Titius [a] ab herede decem, æquum esse Iulianus ait, cogi eum [b] inuicem satisdare, [c] aut ipsa decem tradere, & Sempronium Titio cauere. & hoc iure vtimur. id enim & Marcellus ait.

30. ¶ Quid ergo si & legatum sub conditione sit relictum, & fideicommissum, neque fideicommissi [d] satisdetur? [e] Æquissimum erit fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius nō caueat, scilicet vt & ipse [f] legatario caueat. Quòd si iam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit ex ea satisdatione magis fideicommissario quàm legatario dandam actionem, [g] in eum scilicet casum quo * fideicommissi eius conditio extitit. Ipsius etiam legati persecutio [h] danda erit fideicommissario, si nondum solutum [i] est, & conditio eius [k] extitit, scilicet si fuerit fideicommissarius paratus cauere legatario. [l]

* Flo. quòd.

Legato vsufructu pecuniæ numeratæ, legatarius tenetur satisdare heredi, licet testator satisdationem exigi prohibuerit. h. d.

a ¶ *Titius*. legatarius.
b ¶ *Eum*. Titium.
c ¶ *Inuicem satisdare*. id est Sempronio: vel tradere decem, & recipere satisdationem à Sempronio de reddendo si sua conditio deficiat: *vt in superiori. §. & facit supra titul. j. l. postquam. §. j.* Sed arg. contra infra *de damn. infect. l. qui bona. §. si quis quia. & supra de edendo. l. si quis ex argentariis. §. prohibet.*
d ¶ *Neque fideicommissi*. s. nomine.
e ¶ *Satisdetur*. à fideicommissario.
f ¶ *Vt & ipse*. fideicommiss. legatario caueat, scilicet quòd reddet in defectum suæ conditionis, scilicet si existeret conditio legatarij. & sic est in litera, vt & ipse hoc caueat. ¶ Sed quo modo reddet quod non habet? habeas ergo in litera, vt etiam ipse legatarius. nam licet cauerit heres, nihilominus & legatarius.
g ¶ *Dandam actionē*. ex stipulatu.
h ¶ *Persecutio*. per actionem vtilem ex testamento. Accur.
i ¶ *Solutum*. scil. legatario.
k ¶ *Eius*. scilicet legati, non fideicommissi.
l ¶ *Legatario*. de reddendo, cum legatarius non caueat, *& facit supra titu. j. l. j. §. si decem. cum seq. & supra ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi decem.*

SI pecuniæ.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Sempronio vsumfructum pecuniæ numeratæ, puta centum libras, & in eodem testamento cauit idem Titius vt nemini satisdaretur, indefinite loquendo, & non exprimendo super quo volebat interponi satisdationem. duobus enim modis potuisset interuenire satisdatio si testator non dixisset vt nemini satisdaretur. vno modo de legato præstando ab herede legatario, quam præstaret heres legatario. alio modo de restituenda tanta pecunia heredi per legatarium finito dicto quasi vsufructu pecuniæ numeratæ, quam præstaret legatarius heredi. nunquid dicta satisdatio quam debet legatarius facere heredi, videtur ei taliter remissa quòd non teneatur satisdare heredi, & sic sit ei proprietas pecuniæ legata? nam cautio consueuit esse apud heredem loco proprietatis: *vt supra de vsufructu. ea. re. quæ vsu con. leg. l. j. in fine.* & dic quòd non est remittendum legatario satisdare prædicto modo heredi, & vsumfruct. pecuniæ habere: & propterea in hanc propositionem nullæ erunt partes prætoris, scilicet ad cogendum heredem dare pecuniam legatario antequam ipse legatarius heredi satisdet: quia nisi satisdetur heredi per legatarium, agi cum herede non poterit. & secundum hoc nihil respondetur hic de satisdatione quam solet præstare heres legatario de soluendo ei legato: de quo dic *vt not. titu. j. l. ij. & leg. fina.* [QVI FIDEICOMMISSI.] Si fideicommissarius est missus in possess. causa seruandi fideicommissum, ex eo quòd heres non satisdabat ei de fideicommisso ei soluendo, non debet prius decedere de possess. quàm fuerit ei solutum fideicommissum, aut eo nomine per heredem satisdatum, bene autem tenetur decedere de possessione si ei solutum est fideicommissum, & eo nomine per heredem satisdatum: & est ratio ad hoc, quia cum offertur scilicet nunc post missionem in possess. per heredem fideicommissario id quod si integra re, id est ante missionem fieret, non mitteretur in possess. fideicommissarius, id est cum offertur fideicommissario solutio vel satisdatio, & etiam fiet ei solutio vel satisdatio, discedere à possess. debet, scilicet fideicommiss. & secundum hoc est talis litera. nam quod si integra re fieret, in possess. non mitteretur: id cum offertur, discedere debet à possessione, &c. Viuianus.

m ¶ *Vsusfructus*. id est [a] quasi: *vt Instit. de vsufruct. §. constituitur.* Accursius.
n ¶ *Satisdaretur*. à legatario: per [b] quod videbatur proprietas legata. Nam cautio [c] consueuit esse apud heredem loco proprietatis *vt supra de vsufruct. ea. re l. ij. in fin.* 2. Alij dicunt quòd prohibuit vtrumque, scilicet cautionē de legato præstando ab herede: & de restituendo: vt primum valeat, secundum non.

a Quasi vsusfructus constituitur in iis rebus quæ vsu consumuntur.
b Proprietas rei legari videtur cuius nomine satisdatio remittitur.
c Cautio apud hæredem, loco proprietatis esse consueuit.

VI. IVLIANVS *libro trigesimo octauo Digestorum.*

SI pecuniæ numeratæ vsusfructus [m] legatus esset, & in testamento cautum, ne eo nomine satisdaretur: [n] proprietas non est legata, sed legatario permittendum satisdare, [o] & vsumfructum pecuniæ habere: & propemodum † in hac propositione nullæ prætoris erunt partes, quia nisi satisdetur, [p] agi cum herede non poterit.

1. ¶ Qui fideicommissi seruādi causa in possessionem missus est, non prius de possessione decedere debet, quàm ei fideicommissum solutū, aut † eo nomine satisdatum fuerit. Nam quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur: [q] id cum offeretur, discedere à possessione debet.

o ¶ *Satisdare*. de restituenda tanta pecunia si moriatur, aut capite sit minutus: *vt supra de vsufru. ea re. l. vt stipulatione.* Accursius.
p ¶ *Nisi satisdetur*. scilicet heredi. ¶ Et sic not. quòd non potest remitti hæc cautio: sed illa quam heres præstare debet, sic: *vt C. eod. l. scire.* & ibi est ratio, *vt supra ti. j. l. licet.* Accur.
q ¶ *Non mitteretur*. id est non [d] fieret missio &c. & facit *supra tit. j. l. si legatarij. & l. postquam. §. imperator.* sed in casibus differt: quia prius postulat mitti in municipium: non post, nisi possessio fuerit data sine culpa heredis: *vt supra qui satisda. cogantur. l. de die. §. heres. & §. seq.* Item postea potest fecisse expensas quas recuperat antequam discedat: *vt supra eodem l. is cui. §. si alius. cum suis concordantiis.* Accursius.

† In archetypo & veter. corruptè, propēdū, vel vt in aliis protendēdum. Vide Tautel. in adnotat.

† adde Roman. singul. 141.

d Non receditur de possessione nisi prius solutus, vt hic. adde. l. his consequenter. in fin. §. familiæ erciscundæ. l. cū qui. §. si priuileg. credit. l. 2. §. pro hærede.

VII. MODESTINVS * *libro tertio Regularum.*

DVm venter [r] in possessione est, nullus legatorum seruandorum causa in possessionem esse potest. [s]

* Marcianus.

VIII. PAPINIANVS *libro sexto Quæstionum.*

SI legatorum [t] satis non datur: [u] restituta hereditate, [x]

DVm venter.] CASVS. Mortuo testatore qui legata quibusdam reliquit, & qui reliquit vxorem prægnantem, misso ventre in possessionem, i. vxore nomine ventris: nullus potest esse in possess. causa legatorum seruandorum. Viuian.
r ¶ *Dum venter*. i. mulier nomine ventris.
s ¶ *Esse potest* & est ratio, quia nato posthumo rumpitur testamentum: & sic legatum nullum. hoc non valet: quia & herede deliberante fit missio. & tamen poterit esse nullum: *vt supra eodem l. j. §. fin.* 2. Vel est ratio fauor [e] ventris, cui fauetur & aliàs: *vt supra de sta. ho. l. qui in vtero.* 3. Vel tertio, quia misso ventre in possess. curator datur bonis: & sic est consultum legatariis & creditoribus: *vt infra de ventre in posses. mit. l. j. §. quoties. & §. mulier. & §. eligere.* secundum Hug. Sed hoc nil valet: quia & per heredem est consultum, & tamen satisdat. ¶ Item quid dices si est facta missio ex Carboniano edicto? Respon. idem quod hic: maximè quia speratur controuersia de hereditate vniuersali: cui non debet fieri præiudicium: quæ ratio tamen hodie cessat: *vt. C. de peti. here. l. fin. in princ. & §. j.*

e Et hāc rationē probat Bartolus, cæteras, vt ille loquitur, truffas esse ait.

SI legatorum.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio centum, & vnum equum, & rogauit Seium heredem quòd restitueret hereditatem Sempronio, & decessit dictus testator. & Seius heres restituit hereditatem Sempronio. petit nunc Gaius legatarius à Sempronio cui est restituta hereditas, vt satisdet nomine legatorum, & Sempronius non satisdat ei. Certè Gaius legatarius mittendus est in possessionem etiam earum rerum quæ desierunt esse in causa hereditaria dolo malo eius Sempronij cui restituta est hereditas: subaudi nedum earum quæ sunt in hereditate. Viuianus.
t ¶ *Si legatorum*. s. nomine.
u ¶ *Non detur*. à Trebel. successore. *& facit s. eod. l. is cui. §. qui in possessionem. & §. si heres. & s. tit. j. l. etiam. §. j. & l. si ex causa.*
x ¶ *Hereditate*. per Trebellia.

in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quæ dolo malo eius cui restituta est hereditas, in hereditaria causa* desierunt.

* causa esse.

IX. IDEM *libro nonodecimo Quæstionum.*

Etiam[a] si condemnatus heres fuerit, nec pecuniá soluat: legatarius potest desiderare mitti in possessioné. 1. ¶ Cum sub conditionibus [b] contrariis eadem res duobus legatur: si non caueatur, vterque mittitur in possessionem.

X. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

Si nullæ [c] sint res [d] hereditariæ in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur, in rem quidem heredis [e] mitti non possunt, sed per prætorem denegatas heredi actiones ipsi [f] persequentur.

XI. HERMOGENIANVS *libro quarto iuris Epitomarum.*

Si fideicommissorum vel legatorum seruandorum causa missus in possessionem, eam rem teneas quæ mihi per fideicommissum relicta esset: æquius est [g] me eam habere, cui ea ipsa relicta est: quàm te, qui alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. Nam & si mihi sub conditione legatum sit, & tu medio tempore in possessionem eius factus * fueris legatorum seruandorum causa deinde conditio impleta sit: non denegabitur mihi eius rei integra persecutio. [h] Sic enim & si statuliberum ex eadem causa [i] possidere cœpisset, impleta conditione iustam libertatem eius impedire nó potest.[k] 1. ¶ Si rei seruandæ causa in possessioné missus [l] esset proprius creditor heredis, [m] & rei per fideicommissum mihi relictæ adeptus fuerit,* nihil me per eum lędi oportere conuenit: non magis quàm si ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

* missus.

XII. MARCIANVS *libro duodecimo Fideicommissorum.*

Mvnicipio fideicómissum [n] relinqui posse, dubium nó est. Sed si non caueatur, [o] aduersus municipes [p] quidem non dubitabimus ex hoc edicto iri in possessionem posse. ipsos [q] vero municipes, si his non caueatur, non idem adsecuturos: [r] sed extraordinario remedio opus erit, videlicet vt decreto prætoris actor [f] eorum in possessionem mittatur.

Etiam pro re minima legatarius mittitur in possessionem omnium bonorum heredis.

XIII. CALLISTRATVS *libro tertio Edicti Monitorij.*

Qvamuis minima res legata sit, vel per fideicommissum relicta: tamen

---

Etiam.] CASVS. Si legatarius petit legatum ab herede, puta c. ei legata. & heres condemnatus est ei in ea pecunia, & post condemnationem non soluat heres legatario dictam pecuniam, nec ei satisdet, de ea soluenda subaudi: potest legatarius desiderare mitti in possessionem rerum hereditariarum ex hoc edicto. nam & pro præsenti legato satisdatur: *vt supra titu. j. in princ.* [CVM SVB CONDITIONIBVS.] Legauit Titius Seio domum Titianam ponamus sub conditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad mensem: & eandem domum legauit Gaio sub conditione si nauis ex Asia non venerit vsque ad mensem. certe si non caueatur eis per heredem, vterque mittitur in possess. scilicet ex edicto hoc. & hoc potest dici extra casum, quòd si caueat eis, sit eis cauendum sub códitione: vt si teneatur vni non teneatur alteri: *vt no. supra titul. j. l. sed & ipsis. y. respon.* Viuianus.

a ¶ *Etiam.* facit *supra titu. j. l. j. §. plane. & l. etiam.*

b ¶ *Sub conditionibus.* & *facit. ӡ. tit. j. l. sed & ipsis. cum concor.*

Si inutiles.] CASVS. Si heres non satisdat legatariis vel fideicommissariis, & propter hoc debet mitti in possessionem rerum hereditariarum: *vt supra eodem. l. is cui. §. qui in possess.* & res hereditariæ sint inutiles in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur, siue mitti debeant, ita scilicet sint inutiles vt legatarij vel fideicommissarij in earum possess. venire non possint, vt quia sunt incorporales, quæ non possidentur: *vt infra de acquiren. re. domi. seruus. §. incorporales.* puta quia sunt in hereditate nomina siue actiones tantum, in rem siue in res quidem heredis mitti non possunt ante sex menses: sed per prætorem denegantur heredi hereditariæ actiones, & legatarij eas possunt persequi: dicas tamen extra casum, quòd post sex menses bene possint legatarij mitti in possessionem rerum hereditariarum: *vt. s. eo. l. is cui. §. imperator.* alij habent principium huius legis, si nullæ sint res &c. & tunc dic nullæ, scilicet corporales: sed incorporales sic: & erit similiter plana. Viuianus.

c ¶ *Si nullæ.* aliàs, si nullæ. aliàs, si inutiles, quod tantundem * valet: *vt. ӡ. quod cuiusque vniuersi. no. l. j. §. pe. cum concor.*

* Paria sunt inutile & nullum.

d ¶ *Res.* corporales.

e ¶ *Heredis.* nisi post sex menses ex constitutione Autonini: *vt. s. eo. l. is cui. § imperator.*

f ¶ *Ipsi.* legatarij. & est *sic. j. de re indica. l. à diuo Pio. §. j. & § sic quoque. & ӡ. quod cuiusque vniuer. l. ciuitates.*

Si fideicommissum.] CASVS. Titius (ponamus) instituit sibi heredem Seium, & tibi Gaio reliquit legata vel fideicommissa, & mihi reliquit equum suum per fideicommissum. & decessit dictus Titius: & tu Gaius petiisti à Seio herede vt satisdaret tibi de legatis vel fideicommissis relictis: & cum tibi non satisdaret, fuisti missus in possessionem rerum hereditariarum causa seruandorum legatorum, vel fideicommissorum: inter quas res hereditarias tenes eam rem quæ erat mihi relicta per fideicommissum, id est, dictum equum. certe verius est me cui ea ipsa, scilicet res relicta est, eam habere scilicet debere potius quàm te qui esses ingressus in eam nomine alterius fideicommissi. & probat hoc per duo similia quæ sunt satis plana vsque ad. §. si rei seruandæ &c. ibi autem dicas quòd si proprius creditor heredis missus esset in possessionem omnium bonorum causa rei seruandæ, siue debiti sui seruandi, & fuisset adeptus possessionem rei per fideicommissum mihi per testatorem relictæ, puta dicti æqui, ea occasione quia missus erat in possessionem causa rei seruandæ, conuenit me nihil lædi oportere perinde siue ex hoc qđ fuit adeptus poss. dicti equi, non magis quàm si idem creditor heredis accepisset pignori eam rem mihi per fideicommissum relictam. accepisset pignori dico ab ipso herede: quo casu sine dubio non deberem lędi: *vt. C. communia de le. l. fina. § sed quia nostra maiestas.* Viuianus.

* possessionem.

g ¶ *Æquius est.* sic. *Co. de pig. l. si. & in Auth. ibi posita. & s. de pecu. l. ex facto. § plane si ex republic. & de tribu. l. procuratoris. § sed & si dedi.* Hug.

h ¶ *Persecutio.* i. * actio in rem quæ contra quemlibet tenentem datur: *vt. s. de rei vindi. l. officium.* ¶ Sed an actio ex testamento datur? & videtur quòd sic: *vt. C. communia de lega. l. j. & ij. & s. tit. j. l. j. §. plane. & l. is cui. §. fi.* Hug.

* Persecutio pro actione in rem.

i ¶ *Ex eadem causa.* s. legatorum.

n ¶ *Si &*.pone in duobus perſonis.ſ.patre & filio, & tunc dic patrē feciſſe teſtamētū, & præteritionē poſt reſtitutionē in integrū. aliàs autē teſtamētū factum eſſet irritū capitis deminutione teſtantis: *vt Inſti.qui.mo.teſt.infir.§.alio.* Sed nōne conualeſceret: *vt.ȝ.de iniuſt.te.l.ſi quis ex.§.pe.* & ſecundū hoc loquitur ſequēs.§.& lex.2. Vel melius pone in tribus pſonis.ſ.auo & patre nepotis, & ipſo nepote.& pater ſemp ſtetit in ciuitate:& tūc dic admitti, filiū.ſ.ſolum, & ſic ſequētia intelliges.& cōtinuatur cum ſuperioribus.

o ¶ *Efficit*.ſed deportatio [b] tantū ciuitatē aufert: *vt Inſt.quib. mo.ius pat.po.ſol.§.cū autem.& .ȝ.ſerui.* ſed hodie [c] nemo bene natus ex ſupplicio fit ſeruus: *vt in Authen de nupt.§.quod autem prius.*

p ¶ *Admittetur*. ſimpliciter accipe ſi ponas in duabus perſonis. ſi autem in tribus, ſubau.ſolum: *vt.ȝ.proxi.dixi.*

b Deportatione ſola ciuitas amittitur.

c Supplicio nemo fit hodie ſeruus.

q *IDémque eſt*.Vel pone in duabus perſonis, & dic poſt reſtitutionem factum teſtamentum: vel pone in tribus: *vt.ȝ.l.proxi.no.§.penul.* Sed huic legi & fini ſuperioris.l.eſt contra *Inſt.de capi.de.§.quod autem, & .j.vnde cog.l.is qui.* vbi [d] non reſtituitur cognatio per ſeruitutem amiſſa. Solu.ibi manumiſſio, hic fuit in integ.reſti.per quam omnia priſtina iura reſtituuntur. *vt.C.de ſen.paſ.l.j.& .l.fi.* Arg.contra.*Inſti.de ſerui.cog.* vbi etiam manumiſſio prodeſt ad ius cognationis. Sed ibi de nouo acquiritur, non verus reſtauratur. Item arg.contra.*j.de pœ.l.aut damna.§.fi.* Sed ibi fuit indulgentia, non reſtitutio in integrum.

d Cognatio per ſeruitutem amiſſa vtrum poſſit reſtitui.

r *NOn tantum.*] *Verumetiam hi*.ordine ſeruato: *vt.ȝ.l.j.§.vocantur.* Azo.

ſ ¶ *Nati*.¶ Not.ex his, quia ſecus ſi ex filiabus vel neptibus etiam ex filio

ex filio natis. & est ratio, quia pro exheredatis habentur: *vt dices. ȷ.e.l.illud.§.ad testamenta.*

a ¶ *Procedit.* vt quasi solus filius admittatur.

Autem pro quia vel sed. Sed particula distinctionis index.

b ¶ *Melius est autem.* autem, pro quia: aliàs pro sed. vt corrigatur distinctio superior, sc. adoptauerit in patrem hujus nepotis, an simpliciter. sed secundum hoc non ita vocatur vt de iure ciuili: quia eo iure cum filio vocatur alterius fratris filius: *vt Instit. de here. qua ab inest. def. §. cum filius. & in authent. vt fra. fin. §. j. & sic est contra supra eod. l. j. §. vocantur.* Sol. potest dici quod ibi in contrario loquitur de liberis qui sunt in potestate, & qui veniunt ad contra tabulas. nam & in illis idem habet seruari ac si de iure ciuili succederent: *vt. ȷ. titul. j. l. is qui. in princip.* & sic non remanet ibi aliquod contrarium.

procedit, a si quasi patrem eius nepotis quem retinuerat, sic adoptauerit. Melius est autem b dicere, posse eum solùm ad bonorum possessionem peruenire.

2. ¶ Sed si sit hic nepos emancipatus, verum est dicere nō admitti eum quasi filium. hic enim quasi filius c non est ex liberis, cū iura adoptionis emancipatione finita sint. d

3. ¶ Si filium habens, e & ex eo nepotem, in locū filij nepotem adoptauero: ambo admittentur. f Planè si fuerit emancipatus nepos, nō admittetur, g qua* pater eum præcedit.

* quia.

4. ¶ Si quis post emācipationem quæsitum h sibi filium, patri suo in adoptionem dederit in locum filij, æquissimum est ei præstari quod cuiuis adrogato filio: idcircóque patri suo iungendus est. Sed si emancipatus hic nepos post adoptionem proponatur, æquissimum erit eum abstinere. recipit enim locum suum, nec debet patri suo iungi.

Nepos potest venire contra testamentum aui, non obstante quod filius fuerit iustè exheredatus, vel iustè potuerit exheredari. Bart.

5. ¶ Si † emancipatus filius vxore non ex volūtate patris ducta i filiū fuerit sortitus, dein nepos patre iam mortuo k ad bonorum possessionē aui velit venire, admittendus est ad eam. Non enim per rescissionem* l is qui filius iustus est, efficietur nō filius: cū rescissio, m quo magis admittatur, non quo minus, adhibeatur. Nā & si tam n ignominiosam duxerit vxorem filius, vt dedecori sit tam ipsi quam patri mulierem talē habere: dicemus & ex ea natum ad bonorum possessionem aui admitti, cū possit auus iure suo vti, cúmque exheredare. o Nec enim minus in hoc nepote is qui de inofficioso cogniturus est, merita p nepotis, quàm patris eius delicta perpendet. †

Sicut ille qui non adit hereditatē, perdit ius successionis: ita si efficiatur non capax ante petitam bonorū possessionem. Bart.

6. ¶ Si emācipatus filius præteritus ante petitam q bonorum possessionem adrogandum se dederit, amittit contra tab. bonorum possessionem.

Datus in adoptionem alicui de familia non repellitur à contra tabulas si eum alius non præcedebat. Bart.

7. ¶ Si quis filio r suo emancipato nepotem quē ex eo retinuerat, dederit in adoptionē: nepos iste ad contra tabulas bonorum possessionem aui sui admittitur, patre eius antè defuncto: quia in eius est familia: quia & ipse admitti potuit s ad bonorum possessionem contra tabulas.

8. ¶ Idémque est t & si emancipatus filium quē post emancipationē quæsierat, patri suo in adoptionē dederit, & decesserit. nā & hic u nepos iste ad bonorū possessionem patris sui x admitti debet, quasi nō sit in alia familia.

Licet mutetur familia facto patris, nihilo minus filius habet contra tab. secus si per adoptionem ipsius filij mutetur familia. Bart.

9. ¶ Si pater alicuius peruenerit in adoptiuá familiá, filius y non: an patris sui in adoptiua familia mortui bonorum possessionem z accipere posit? Et arbitror humaniorem esse hanc sen-

c ¶ *Quasi filius.* sed quasi nepos. Azo. *& dic vt supra. l. j. §. qui filium.*

d ¶ *Finita sint.* vt. *C. de adoptio. l. pen. §. sed hoc.*

e ¶ *Filium habens.* s. ego.

f ¶ *Admittentur.* tanquam filij.

g ¶ *Non admittetur.* nam per emancipationem dissoluitur adoptio: *vt. ȝ. proxi. §.*

h ¶ *Quæsitum.* sed superiori casu ante fuit quæsitus: *& fac. ȝ. eo l. j. §. qui filium. & infra de coniun. lib. l. j. § si pater ita.*

† Vide quæ ad huius §. interpretationē scripsit Viglius in commen. ad ti. de inoff. testa. circa princip. Instit. lib. 2.

i ¶ *Ducta.* quod fieri potuit: *vt supra de ritu nuptia. l. filius.* sed non impune, vt quando ignominiosam: quia poterit exheredari secundum hæc iura: vt statim dicet. Accursius.

* Capitis diminutionis filij emancipati. sic Alcia. li. 4. par. ca. 23. nam per hanc rescissionē videbatur redire in potestatem.

k ¶ *Mortuo.* secus si viueret, quia præcederet: *vt supra ead. l. §. filium.*

l ¶ *Per rescißionem.* auiti testamenti. c & dic quod respon. tacitæ obiectioni hoc modo: Filius emācipatus testamentum aui rescindit per contra tabulas, ac sic pater eius in aui mansisset potestate: *vt. ȝ. in princ. huius. l.* sed si mansisset in potestate hic nepos, iustus non esset. vt pote vxore ducta sine patris cō sensu: *vt. ȝ. de statu ho. l. Paulus.* ergo & nunc non est iustus, cum perinde sit ac si mansisset: sed non est ita. nam rescissio non debet facere, vt qui iustus est filius, desinat esse filius vel nepos: quia sic repelleretur, & rescissio non fit per prætorem, vt hic excludatur, sed magis vt admittatur. alioquin quod fauore eius introducitur, ad læsionem eius retorqueretur: quod esse non debet. & ex contrario contrariū in vera hypotheca sequitur. similis est electio: *C. de secun. nupt. l. generaliter. §. in his.* secundum Ioa. Aliter alij formant tacitam obiectionem, hoc modo: Si filius emancipatus non admittitur propter recissionem patriæ potestatis, ergo nec nepos sed prima falsa, & rescissio patriæ potestatis non facit vt nepos nō sit iustus, imo magis vt sit iustus. Vel sic secundū H. lege, nō enim is nepos qui iustus est, per rescissionem patriæ potestatis (nam aliàs non esset nepos iustus) non debet dico fieri iniustus.

c Patriæ potestatis Hugolinus: emancipationis seu capitis diminutionis Alciat. 4. Parerg. 21.

m ¶ *Cum rescißio.* accipe adhibeatur, quod est infra, quo magis &c. non quo minus admittatur.

n ¶ *Nā & si tā.* opponitur secundo, quia ignominiosam duxit vxorem, & contra velle patris. sed nō nocet. nā & si tam &c. vel non mirum natn. si ita est, quādo duxit honestam, idem si inhonestam.

o ¶ *Exheredare.* s. filiū. Sed ista hodie a nō est de causis ingratitudinis quæ sunt in authen. *vt cum de ap. co. §. causas. cum seq. §.* Alij dicunt nepotem quasi cōtrahat originem ex delicto b patris, quod nō placet: *vt. C. de inof. testa. l. si quis in suo §. si. & ȷ. de bo. dam. l. fin. in princ. & ȝ. de in ius vocan. l. adoptiuū. §. fina.* Sed argu. contra, *Cod. de quæsti. l. diuo.* Sed dic vt ibi. Accursius.

a Exheredare hodie pater filium nō potest hoc prætextu quod ignominiosam vxorē filius duxerit.

b Exheredari propter delictū patris nepos nō potest.

† Cic. tamē in li. epist. ad ... tum acerbum esse centes, parentum scelera filiorum pœnis lui.

p ¶ *Merita.* Nepos c enim meretur institutui eo ipso quod nō demeretur: *vt. ȝ. de leg. ij. l. cū quidā.* Sed pater deliquit accipiendo talem vxorem: vnde potest exheredari. admittet ergo nepotem ad contra tabulas, sed non admittet filium ad querelam, cum extraneus sit institutus. *& facit in Authen. vt cum de ap. cog. §. si alicui.*

c Institui nepos meretur, qui nō demeritus est.

q ¶ *Ante petitam.* secus si post: *vt. ȷ. vnde lib. l. fi.* Item secus si est institutus, & commisso edicto petat contra tabu, *vt. ȷ. eo. l. si post mortē. in princ. quæ est contra.* & est ratio: quia iura d testandi non tolluntur minima capitis deminutione: *vt supra de capi. de. l. tutelas. in princ.* 2. Vel melius, quia peruenit in eū casum à quo incipere nō potest. nam præterito adoptiuo non datur cōtra tabu. sui patris, nisi sit adoptatus ab auo paterno, vel similibus: *vt infra eod. §. idēque est. & l. fin. §. idemque iuris.* sed instituto adoptiuo datur: *vt. ȷ. eodem. l. non putauit. §. in adoptionem.* Item adhuc contra, *ȷ. ad Tertyl. l. §. proinde sine quis. & supra de capi. de. l. tutelas.* vbi dicit non tolli per emancipationē alia iura, nisi quæ per. l. xij. tab. deferuntur. Sed dico quod contra tabulas hic defertur non simpliciter filio, sed emancipato. cum ergo non remaneat emancipatus, amittit contra tabulas.

d Testandi ius nō tollitur minima capitis diminutione.

r ¶ *Si quis filio suo.* datiui casus.

s ¶ *Potuit.* & quia in aliena familia non fuit: *& ȷ. eo. l. fi. §. penult. & facit. ȷ. eo. l. si emancipatus. & ȷ. §. proxi.*

t ¶ *Idemque est.* econuerso.

u ¶ *Nam & hic.* i hoc casu.

x ¶ *Patris sui.* naturalis. *& facit. ȝ. proxi. & ȷ. eo. l. si retentus.* Sed huic & superiori respon. videtur contra, e *ȷ. eod. l. si emancipatus. §. fina ibi, tandiu &c. & Institu. de hered. ab intesta. §. eodem & §. at hi. & infra vnde lib. l. j.* vbi dicitur quod dum est in adoptiua familia, non succedit patri naturali. Solut. dixit Gul. & Ioan. quod hic non tenuit adoptio, sed remansit in potestate cuius erat ante. 2. Vel distingue sit datus extraneo, vel non extraneo. *vt infra eo. l. fin. §. penul.* sed secundum hoc si est datus non extraneo, corrigitur: quia adoptiuum tunc respicit: *vt infra de adop. l. pe. §. si vero pater.*

e Adoptiuus an & quomodo succedat patri naturali, & id tempus quo in familia patris adoptiui est.

y ¶ *Filius non.* quia ante erat emancipatus: *vt. ȷ. eo. l. si pater se.*

z ¶ *Bonorum possessionem.* contra tab. de qua loquimur. Accur.

a ¶ *Admittatur.* Sed quo modo, cùm non potuit testari, vt pote in potestate arrogatoris: *vt.s.de adop.l.si pater:* Respon. adoptiuus pater erat mortuus, & tamen dicitur adhuc in eius familia: *vt.j.e.l.vtrum.* 2. Vel dic quòd dicit in quasi castrẽsi: in quo licet quibusdam permissum erat testari, non tamen cessabat querela, vel contra tabul. licet hodie semper cesset: *vt.C.de inofficio. testam. l.fina.* 3. Vel dic quòd hic non tenuit adoptio, & semper dices adoptiua familia, scilicet putatiua. nam pro[a] vero plerunque ponitur quod est in oponione: *vt.s. de peti. here. l.pro herede.* in castrensi vero non potest dicere, quia tunc cessaret contra tabul. *vt supra de mili. test. l.si à milite.§.fin. & l.seq.*

a Opinio plerunque ponitur pro vero.

tentiam, vt filius, hic, quamuis non sit in eadem familia in qua pater, ad bonorũ possessionem tamen eius admittatur.[a]

10. ¶ Liberi qui institui heredes iure non possunt,[b] nec cõtra tabulas bonorum possessionem petere possunt. Hæc autem verba, *instituì non possunt*, ad mortis[c] tempus referuntur. 11. ¶ Si quis ex liberis heres scriptus sit, ad contra tabulas bonorum possessionem vocari non debet. cũ enim possit secundum tabulas habere possessionem: quo bonum[d] est, ei contra tabulas dari? Plenè si alius committat[e] edictum, & ipse[f] ad contra tabulas bonorum possessionem admittetur. 12. ¶ Sed si sub conditione[g] scriptus sit, bonorum possessionem contra tabulas accipere non potest.[h] & ita Iulianus quoque libro vicensimotertio Digestorum scripsit. Quid ergo si defecerit conditio? Verum est eum contra tabulas accipere[i] bonorum possessionem.

13. ¶ Si sub ea conditione filius emãcipatus[k] heres sit institutus, quæ in ipsius † potestate[l] non est, quia scriptus heres est: bonorum possessionem secundum tabulas accipere potest,[m] & debet: nec contra tabulas[n] potest. Et si fortè defecerit conditio, tuendus erit à prætore in tantum, quantum ferret si contra tabulas bonorum possessionem accepisset.[o] 14. ¶ Sed & si nepos[p] sub huiusmodi conditione scriptus sit heres, idem erit dicendum. 15. ¶ Si quis ex liberis non sit scriptus heres, sed seruus eius scriptus sit, cúmque iusserit[q] adire hereditatem, denegari ei debet bonorum possessio cõtra tabulas. 16. ¶ Idémque est & si legatum relictum sibi vel seruo suo elegerit. nam & hic[r] dicemus bonorum contra tabulas possessionem debere denegari.

IIII. PAVLVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

ILlud notandum est, quòd bonorum possessio contra tabulas quæ liberis promittitur, locũ habet siue quis heres extiterit,[s] siue non:[t] & hoc est quod di-

b ¶ *Non possunt.* vt[b] deportati:[c] *vt.Cod.de hered.Institut.l.j.& s. eod. l.j.§.deportatos.* idem multo magis dãnati in metallum: *vt.j. de pœn.l.quidam* item heretici: *vt.C.de hereti.l.iiij.* Item mulier nubens intra tempora luctus: *vt.C.de secũ.nup.l.j. & facit supra de bonor.possess.l.non est.§.final.*

b Instituì hæredes qui liberi nõ possunt. c Contrarium notatur. *l.1.C. de hæredi. inst.*

c ¶ *Mortis.* si dicas de suis, planum est: quia[d] vnum tempus tantum inspicitur, scilicet mortis: *vt Institu.de hered. qua. & diffe.§.sui.* Si de emancipatis, tunc tria tempora debent inspici: *vt Instit.de hered. quali. & differen. §.in extraneis.* Sed ibi instituti, hic præteriti. *& facit.j.de lega.præstan.l.interuenit.*

d Tẽpus mortis inspicitur in suis: in emãcipatis tria.

† Adde etiam sub impossibili conditione institutũ posse testamẽtũ approbare. *Bar. in l.1.vlt. col. s. de cõdi.insti.& in. l. si quis institutus. eo. tit.*

d ¶ *Quo bonum.* i. dicere, satis est si habet secundum tabu. non autem intelligas simpliciter. nam vtilitas esset quòd non teneretur præstare legata nisi certis personis: *vt.j.de leg.præst.l.j.* Item & alia posset esse vtilitas: *vt.j.e.ti.l.si ex duobus.§.sed illud.* Sed intellige quod hic dicit, cum ipse solus est institutus, quando nihil ei prodesset petere contra tabulas: *vt.j.ti.j.l.is qui.§.sed si solus.* No. simile verbum, *huius.s.ad Velleia.l.aliquando.§.fi.*

e ¶ *Committat edictum.* i.[e] aperiat edictum de contra tabu. instituto: quod facit petendo præteritus, licet non prosequatur: *vt.j.e.l.si post mortem, §.fi.sic.* & stipulatio conditionalis committitur. i. incipit ex ea agi posse cum conditio existit.

e Committi edictũ pro aperiri & incipi.

f ¶ *Et ipse.* sc. institutus, & sic habet per alium, quod per se non potest. & plene dic, *vt.s.quæ res pigno.obli.pos.l.Aristo.*

g ¶ *Sed si sub conditione.* loquitur hic.§.in filio in potestate constituto, & instituto sub potestatiua conditione, quæ[f] potest impleri vltimo vitæ spiritu, & sic valet testamentum: *vt.s.de heredi. instit.l.suus.§.j.* qualiter ergo potest deficere conditio? Dic, in illo.§. quid ergo loquitur in emancipato. 2. Vel totus loquitur in emancipato instituto sub conditione casuali. & dic quod habebat coherede: alioquin deficiente cõditione rediret ad causam intestati. & facit bene ad hunc.§. *seq.j.e.l.sub conditione.j.respon.& l.filiũ.* H.

f Conditio potestatiua impleri potest vltimo vitæ spiritu.

h ¶ *Non potest.* An hic potest alij committere edictum? Resp. potest: *vt.j.eo.l.si in adoptionem.*

i ¶ *Accipere posse.* l. si pendente conditione non accepit secundum tabulas: *vt.j.ea.l.§. & si forte.*

k ¶ *Emancipatus.* secus in suo: quia non valeret testamentum: *vt s.de hered Instit.l.suus.§.j.& C.de insti.& substi.l.si pater.*

l ¶ *Potestate non est.* idem si in potestate: *vt.j.de secun.tabu.l.j.§. si sub conditione.* & ideo subaudi hic, maxime *arg.contra.j.de cura.bon.dan.l.j.* ADDIT. Dic quod in alio casu loquitur secundum Dy. & Barto.

m ¶ *Potest.* Quid si institutus filius repudiet ex testamẽto? an quasi præteritus petet cõtra tabu? videtur quod sic possit eligere: *vt.j. tit.j.l.filium.§.omnibus.* Sed H. contra per *l.s.eo.l.j.in princ.ibi.si neque insti.&c.& C.de postu.hered. insti.l.fi.in fi.* ¶ Itẽ quod dicit non posse peti contra tabulas, verum est, nisi ab alio commisso edi-

cto: *vt.j.eo.l.si in adoptionem.& s.de leg.ij.l.fi.§.fi.* Item[a] hic sub conditione institutus non potest adire de iure ciuili ea pendente: *vt.s.de acquiren.hered.l.is qui.in princ.* ergo nec secundum tabu. debet dari: *vt.s.de bono.possess.l.non est.§.fin.* Sed ibi de alio impedimento ratione suæ personæ, vel alio: non de impedimento conditionis. Item contra. *s.de acquiren.hered.l.Clodius.* Solu. ibi. ADDITIO. Dic quod ibi nihil dicitur de hac. l. & ideo dic quod hic petitio bonorum possessionis secundum tabu. fuit vtilis: *vt.l.ij.§.si sub conditione.j.de bono.possess.secundum tabu.* & sic[b] potest in alium conuerti, vt hic: ibi autem prima conditio fuit inutilis: vnde non conuertitur in aliam vtilem secundum Bart. hic.

a Bonorum possessio secundum tabulas pendente conditione peti non potest, sicut non potest adiri iure ciuili pendẽte conditione.

b Vtile in aliud conuerti potest: at non inutile.

n ¶ *Nec contra tabu. potest.* sed secundum tabu. sic: *vt.j.de secun. tabu.l.ij.§.si sub conditione.*

o ¶ *Accepisset.* vt.j. *de secun.tabul.l.ij.§.si sub conditione. & l.si sub conditione.* ¶ Sed nunquid iure bonorũ possess. contra tabul.[c] Item facit. *s.de inoffic. testa.l.mater.& de leg. ij.l.fi.§.fin.& j.de bo.liber.l.cum duos. & j. de col.do.l.iij.* Accur.

c Dic hoc esse tuendum esse vt dicto.§.si sub conditione.

p ¶ *Sed & si nepos.* siue suus, siue emancipatus: *vt supra de hered. instit.l.suus.& l.sed & si in conditione.§.nepotes.* H.

q ¶ *Iusserit.* idem si nõ iusserit: quia non videtur sibi posse committere edictum: *vt.j.e.l.non putauit.§.sed si ipse.& facit.s.de inoffi. test.l.nihil. & j.e.l.si post.§.si in adoptione. & j.de bo.lib.l.si vero. §.si seruo.* Accursius.

r ¶ *Nam & hic.* vt.j.tit.j.l.filium.in omnibus.

ILlud notandum.] CASVS. In principio huius legis notatur differentia inter bonorum possess. contra tabul. quæ datur liberis præteritis, & patronis præteritis, si parens me præteriit, & alium instituit, siue institutus adiuit, siue non: ego prçteritus potero contra tabu. sed patronus prçteritus à liberto non poterit petere contra tabulas, nisi ex illo testamento adita sit hereditas. hoc dicit. contra est: *vt.j.de bonis lib.liberis competit.* siue paterna hereditas est adita, siue non, quæ datur patrono præterito, & datur si hereditas sit adita. ratio est illa, quia successio parentum magis debetur liberis. infra vnde liberi. l. scripto. Item nota aliam differẽtiam bonorum possessio. quia quæ datur patrono, rumpit testamentum pro debita portione. quæ datur liberis, reducit rem ad causam intestati. *C.de bonorum possess. quæ præsta.paren.l.j. & C.de coll.l.vt liberis.* & prædicta est ratio, quia patrono debetur ex lege.xij.tab. liberis iure naturæ. [SI QVIS.] Habebam filium in potestate: institui eum, vel exheredaui, nepotem verò præterij. non erit locus bonorum possess. contra tabul. vt quia filius præcedit eum in gradu. [AD TESTAMENTA.] Si mater mea vel auus maternus me præteriit, non vocor ad contra tabulas. [SI QVIS.] Filium iam natum institui? postumum præterij. nunquid institutus filius iam natus petet contra tabu? sic, quia secundum tabu. non petet, quia speratur moueri contra tabul. quid si interim intra tempus ad petendam bonorum possessio. decessit? nunquid bonorum possessionem non agnitam ad suos heredes transmittet?[d] & regulariter non transmittitur. hoc casu sic, quia impeditus fuit iusta ratione non petere secundum tabu. cum speraretur moueri contra tabu. Viuianus.

d Querelæ & bonorum possessionis cõtra tabulas differentia.

s ¶ *Extiterit.* puta institutus.

t ¶ *Siue non.* & ita contra tab. locũ habet adita hereditate, & ante: secus[d] in querela inoffi.test. *vt.s.de inoffi.testa.l.Papinianus.§. si conditionis.* & si[e] ante aditam, facit ipso iure nõ valere testamentum. si autẽ post, valet de iure ciuili, sed de æquitate prçtoria rumpitur: *vt not.C.de col.l.vt liberis.* ¶ Item dic, siue non, dum tamen

e Bonorum possessio cõtra tabulas proposita ante aditam hæreditatem, reducit rem ad causam intestati.

possit

a Id est, si instituti expectant præteritos, malè igitur hic dicitur hereditate adita dari posse contra tabulas cùm illi nō potuerint adire.

possit existere: *vt. j. eo. l. quod vulgo.* sed a cum instituti expectant præteritos: *vt infra de secun. tab. l. ij. §. expectandi.* ergo semper ante aditam hereditatem. Sed dic quod expectant vt non petant secundū tab. adire tamen possunt de iure ciuili, & sunt heredes. Ar. contra. *j. eo. l. j. in fin.* vbi etiam iure ciuili prohibentur. ADDIT. Dic secundum Bar. hic quòd ibi erat duplex impedimentum, quia expectabatur cōtra tabulas, & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnum tantum.

cimus, contra ipsum testamentum a liberis competere bonorum possessionem. quod in patrono contra b est. 1. ¶ Si quis filium quem in potestate habuit instituerit heredem, vel exheredauerit, & ex eo nepotem omiserit, bonorum possessioni locus non est: c quia non esset nepos suus heres futurus. Eadem sunt & in sequentibus gradibus.

2. ¶ Ad testamenta fœminarū edictū cōtra tabulas bonorū possessionis non pertinet: quia suos heredes non habent. d

Institutus filius beneficio præteriti nati vel nascituri potest petere contra tabulas, & eo casu decedens ante eam petitam transmittit. Barto.

3. ¶ Si quis eum qui in vtero est, prætermiserit: etiam nōdum nato * eo alius qui heres institutus est, bonorum possessionem contra tabulas admittere potest quia iniquum est, neque quasi scriptum e posse petere bonorū possessionem quandiu contra tabulas peti potest, nec contra tabulas quandiu non nascitur preteritus: vt & si ante moriatur, f bonorum possessionis beneficium ad heredem transmittat. quod maximè g necessarium est in filio emancipato scripto herede, qui nec hereditatem interim adire h potest.

V. IVLIANVS *libro vicensimoquarto Digestorum.*

SEd & si decesserint antequā peterent bonorum possessio-

a ¶ *Contra ipsum testamentum.* sic. s. *vt in poss. leg. l. j. §. non exigit. in fi.*

b ¶ *Contra est.* quia oportet esse aditam: *vt j. de bo. lib. l. etiam si. §. vt patronus.*

c ¶ *Non est.* Nunquid b ergo erit locus edicto successorio in hac bonorum possess. contra tabu. si filius repudiauit? Respond. est arg. contra. *s. de inoffi. testa. l. si is qui. Azo. & facit supra eo. l. j. §. vocantur.*

d ¶ *Non habent.* i. habere non possunt: *vt Institu. de hered. quali. & diffe. §. cæteri. in fin.* 2. Vel dic suos large, c scilicet tales quibus datur hæc bonorum possess. quos dic, *vt. s. eo. l. j. in princi.* & sic tollitur oppositio de emancipatis. 3. Est & alia ratio, quia d præteritio e fœminarum habetur pro exheredatione: *vt Instit. de exhere. lib. §. mater.* sed exheredatis f non datur hæc cōtra tab. *vt. j. eo. l. non putauit. in princip. & s. l. j. in prin. ibi,* sed neque &c.

e ¶ *Neque quasi scriptum.* quod videbatur: *vt. j. de secun. tab. l. ij. § expectandi.* & dic bo. possess. secundum tab.

¶ Sed cur hic non datur secundum tabul. *vt infra de secun. tab. l. ij. §. si sub conditione?* Resp. quia in g dubio benignius præsumitur: *vt. j. de reg. iur. l. semper.* id est quod nascatur postumus: & ideo quasi eo nato datur cōtra tabu. sic ergo aperitur edictum instituto per natum & nascitu rum. sic non est contra. *s. eo. titu. l. j. in princ.* vbi non datur instituto. Item & secundum tabu. videtur dari quæ dari consueuit pendente condit. quę creditur extitura: *vt. d. §. si sub conditione.* secundum Azo. ¶ Itē non obst. *j. de bo. lib. l. si filius. §. cum filius.* vbi expectat patronus alios. sed verum est priores: hic autem erant eodem gradu natus & nasciturus. vnde non est ibi iniquitas. hic esset expectare tantum.

f ¶ *Moriatur.* quàm petat bo. pos. contra tab. vel secundum tab. *& fa. j. l. proxi.* apparet ergo quod potest petere de æquitate & si differt volens iuri communi deseruire, transmittit.

g ¶ *Quod maximè.* electiue ponitur. nam aliud est in suo: *vt. s. de acquiren. hered. l. ventre.* H.

h ¶ *Adire.* propter h postumū præteritum, i vt dicunt. Sed certe hoc non impedit: quia in pari gradu est cum postumo: *vt. s. de acquir. here. l. cum qui. §. j.* Imò quia aditio k est de iure ciuili, cui emācipatus erat incognitus l Azo.

i SEd & si decesserint.] *Iniquum.* Imò videtur iniquum, cū poterat petere contra tabu. sed non est: quia iuri communi voluit deseruire.

k ¶ *Vel contra tabulas.* hæc disiunctiua pro altera parte vera est, scilicet quia habet contra tabu. non autem secundum tabu. *vt. s. l. proxim. §. fin.* sed Azo. dixit ibi etiam secundum tabu. dari. ¶ Et no.

b Successoriū edictum locū habet in bonorum possessione cōtra tabulas.

* In arch. erat Dato, minus recte. Taurel. in adnot.

c Sui large dicuntur ij quibus datur bonorum possess. cōtra tabulas.

d Præteritio fœminarū habetur pro exhæredatione.

e Sed quare dicitur potius in fœmina exheredatio, quam in masculo? dic, quia non dicitur continuari dominium in bonis matris, vt in bonis patris. Bart. in l. pater filium. 1. colum. versi. sicut dicimus, s. de inoffi. testamento. & l. in suis. s. de liberis & postu.

f Exheredatis non datur bonorum possessio contra tabulas.

g Præsumendū in dubio id quod est benignius.

h Cur filius post emancipationē non possit adire.

i Hoc est, nascente posthumo testamentum est nullū, & sic quia dubitatur de viribus testamēti, adire emancipatus non potest.

k Aditio hereditatis est de iure ciuili.

l Imò emācipatus iure ciuili cognitus est in successione testamentaria, sicut quilibet extraneus. l. si ex quibus. s. ad. Bartol. in l. ex quibus s. ad.

quod regulariter a bonorum possess. vel hereditas non adita vel nō agnita non transmittitur: *vt. s. de bonor. poss. titu. general. l. ij. §. acquirere.* Sed fallit b hic, si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis: *vt. C. de cadu. tol len. §. in nouissimo.* & in alio: *vt. s. ad Silla. l. si quis in graui. §. elegāter.* Item. *C. de inofficioso testamen. l. si quis filium.* Item. *s. de adquiren. hered. l. P antonius.* Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item *fallit. j. de Carbo. edict. l. scriptus. in fine.*

nem, non est iniquum, i prætorem decernere, heredibus eorum saluum fore commodū bonorū possessionis secundū tabulas, vel contra tabulas. k

VI. PAVLVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

SI emancipatus filius nepotem procreauerit, l & ita decesserit, deinde auus eius: m nepos ad aui bonorum possessionem venire potest. n

1. ¶ Quòd si & filium & nepotem o emancipauerit, viuente quidem filio nepos non veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui veniet.

2. ¶ Nepote quoque solo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius, nepos præteritus accipiet patris bonorum possessionem: quia suus p heres esset futurus q patri, r * si potestate aui nō exisset.

3. ¶ Filio emancipato si nepos retentus sit, & vtrique s præteriti: vtrique accipient bonorum possessionem.

4. ¶ Si filius t emancipatus in adoptiua familia nepotem susceperit, ne nepos quidem ad bonorum possessionem aui naturalis veniet. u Sed & si emancipatus x filius procreatis nepotibus in adoptionem se dederit, vt eū filij sequantur, y idem erit. Planè si is qui apud adoptiuum auum procreatus est, emancipatus sit, veniet ad bonorum possessionem aui naturalis. Adoptio *

SI emancipatus.] CASVS. In principio huius legis dicit: Filius emancipatus post emancipationem procreauit nepotem: tandem decessit filius. decessit auus, nepos inuenitur preteritus. nūquid vocabitur ad contra tabul. in bonis aui? Respond. quòd sic.

¶ Sed quid erit? filium & nepotem emancipauit. viuo filio decessit auus, nepote præterito. nūquid nepos vocabitur ad contra tabulas viuo filio? non.

¶ Sed quid erit? mortuus est. filius bonorū. poss. contra tabulas nō petit. nunquid nepos poterit petere contra tabulas? Certe sic. Sed si solus nepos emancipatus est, & pręteritus, & ipse vocabitur: quid erit? filium emancipauit, nepotem in potestate retinuit: nunquid filius vocabitur ad cōtra tabulas? sic: & nepos similiter ex alterius persona. Sed quid? filius est datus alteri in adopt. nunquid venit ad contra tabulas? sic, si desinit esse in alterius familia. similiter & nepos admittetur. [PLANE.] In. §. isto dicitur. Filius emancipatus dedit se alicui in arrog. nepos ex eo natus est apud patrem adoptiuum. nunquid iste nepos vocabitur ad contra tab. aui naturalis? sic: & si est præteritus ab eo non durante adoptiua familia. quod intelligendum est, si iste nepos est natus viuo auo. secus si post mortem eius.

l ¶ *Procreauerit.* secus c si adoptauerit: *vt Insti. de here. ab intesta. §. cum queritur. in fi. & s. de in ius vo. l. sed si hac. §. si filius. Azo. & s. de in ius vocan. l. quæsitum.*

m ¶ *Auus eius.* l. decesserit.

n ¶ *Potest.* ex lege Velleia non: quia neque filius neque nepos erant in potestate. quod est opus vt illa lex locum haberet: *vt Insti. de exhereda. lib. §. postumorum.*

o ¶ *Nepotem.* Sed quæ erat hic dubitatio? Respon. quòd hoc edictum maxime propter emancipatos est inductum: sed certe idem & si alio modo sint sui iuris: *vt. s. l. j. §. & sui iuris. in fi.*

p ¶ *Quia suus.* respondet tacitæ obiectioni quæ fieri potest ex eo quod est. *s. eo. l. illud. § testamenta.*

q ¶ *Futurus.* sic. *s. eo. l. illud. §. si quis.*

r ¶ *Patri.* Nunquid auo: respon. *vt. C. vnde libe. l. qui se. Azo.*

ſ ¶ *Vtrique.* vt. *j. de coniung. lib. l. j. in prin. & s. de inoffi. testa. l. si proponas. & j. de col. bo. l. filius emancipatus.*

t ¶ *Si filius.* extranei.

u ¶ *Veniet.* vt. *s. eo. l. iij. §. si quis filio.* sed hic extraneo fuit datus.

x ¶ *Sed & si emancipatus.* à patre naturali.

y ¶ *Sequantur.* vel sequuntur: *vt. s. de adopt. l. si pater.* Sed contra huic respon. *s. eo. l. iij. §. idemque.* Sed hic extraneo se dedit.

a Transmitti regulariter nō solet bonorū possessio vel hereditas non agnita.

b Transmitti quibus casibus possit bonorū possessio & hereditas non adita vel non agnita.

* & si de potest.

* Adoptio enim.

c Adoptati à vero & naturali filio differentia.

a ¶ *Tamdiu.* vt *Instit. de exhered. lib. §. qua ratione. & j. de ven. in poss. mit. l. j. §. si filius. & j. eo. l. si ex duobus. §. filius. & C. de adopti. l. pen. §. si verò pater. & §. si hac.* & ex hoc collige idem esse in proximo superiori casu. Accursius.

b ¶ *Viuis.* facit *Instit. de hered. ab intesta. §. at hi. & §. eadem. & §. admonendi.*

tamdiu [a] nocet, quamdiu quis in familia aliena sit. Cæterum emancipatus ad bonorum possessionem parentium naturalium venit: sed emancipatus viuis [b] cis, non etiam post mortem eorum. Hoc enim verius est, post mortem eorum emancipatum [c] non admitti.

VII. GAIVS *libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SI retentus [d] fuerit in potestate nepos, filio emancipato: admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum possessionem.

VIII. VLPIANVS *libro quadragensimo ad Edictum.*

NOn putauit [e] prætor exheredatione notatos & remotos ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos: sicuti nec iure ciuili testamenta parentium turbant. [f] Sanè si velint inofficiosi querelam instituere, est in ipsorum arbitrio.

1. ¶ Aliqua parte tabularum exheredem [g] scribi non sufficit, [h] sed eo gradu contra quem petitur bonorum possessio. [i] Vnde si à primo gradu exheredatus sit filius, à secundo præteritus, & primo gradu scripti non petierint bonorum possessionem, poterit [k] cōtra tabulas accipere bonorum possessionem. 2. ¶ Non quæuis exheredatio summouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ rite [l] facta est.

c ¶ *Emãcipatum.* nepotem ab auo adoptiuo.

SIretentus.] CASVS. Si pater habens filium, & ex eo nepotem, filium emancipauit, nepotem in potestate retinuit, filius emancipatus præteriit suum filium: & viuo auo nepos vocatur ad contra tabulas patris sui. Ex lege ista colligetis arg. pro sententia Accur. & Azo. qui dixerũt: si habeo filium, & [a] ex eo nepotem eo ipso quod emancipaui filium, non videor nepotem emancipare: *vt hic, & supra de adopt. l. liberum.* licet quidam contradixit, argu. eius quod legitur. *s. de adopt. l. si pater.* Sed illud debet intelligi, si pater emancipauit filium cũ nepotibus.

a Emancipãs filium, non videtur nepotem emancipare.

d ¶ *Si retentus.* facit *infra de ven. in poss. mit. l. j. §. j. & de collatione bonor. l. si quis filium. & si ta. testa. nul. ex l. si pater.*

NOn putauit.] CASVS. Si pater vel auus paternus vel proauus liberos suos præteriit, liberi præteriti non veniunt ad contra tabu. sed possunt dicere testamentum inofficiosum liberi præteriti. Sed vnum sciatis, quia ad hoc vt filius repellatur à contra tabu. non sufficit aliam partem testamenti scribi, sed debet exheredari ab eo gradu quo petitur bonorum possessio. [NON QVÆVIS.] Habuisti supra quod exheredatio habet repellere liberos à contra tabulas. quod est intelligẽdum de rite facta, non de rite nõ facta non enim quęuis exheredatio repellit filium à cõtra tabulas. Si ab vno ex heredibus est facta, non ritè facta, non repellit à cõtra tabulas. Si ab omni gradu ritè facta est, repellit à contra tabulas. Sed quid? filius est exheredatus à primo gradu: est institutus in secundo gradu. nunquid poterit petere contra tabulas? si ex persona fratris committentis edictum, potest à primo gradu præteriri à secundo exheredari, & econtra: & vbi præteritur, contra illum gradum petit contra tabulas vbi exheredatur: non potest cõtra illum gradum bonorum possessionem petere. [SI QVIS.] Paterfamilias filium emancipatum exheredauit, eundem arrogauit. nunquid repellitur à contra tabulas? sic, quia iura naturalia in eo prçualent: secus in extraneo. ¶ Quid erit? filium dedi in adoptio. deinde eum exheredaui: postea emancipatus est. nunquid nocebit ei exheredatio? sic. Vnum sciatis. Si dedi filium in adoptionem, tenet si eum exheredo, quamdiu est in adoptiua familia: quia non videtur esse filius. aliàs sic: Sed quid si institutus est per quem quæritur hereditas: nunquid admittitur ad contra tabulas? sic, si sit præteritus. [VT AVTEM.] Præteriti qui volunt admitti ad contra tabulas, debent esse de liberis. si dati sunt in adoptio. non admittuntur ad contra tabules patris naturalis, nisi sint scripti, & alius committat edictum. [NON EST NOVVM.] In §. isto ponitur casus in quo aliquando expedit instituto peti bonorum possess. contra tabulas. & est talis: Ponamus, testator te filium suum institui ex vna vncia: me filium emancipatum præteriit. si ego non petarem contra tabulas, tu haberes vnam vnciam. si peto contra tabulas, rescindo testamentum, & res reducetur ad causam intestati: tu institutus habebis partem virilem. si alius institutus heres erat de liberis, habebit quatuor vncias, & ita profuit tibi quod petij contra tabulas. sed si alius institutus esset extraneus: tu haberes semissem, & ego semissem. nam sicut expedit instituto petere contra tabulas, ita cõtra damnosum est. præterea si filius in potestate est institutus in solidum, ego filius emancipatus sum præteritus: si peto cõtra tabulas vel econtra, hic deterior causa est sua: quia si non petij, institutus peteret secundum tabulas, & haberet totum: quia petij contra tabulas, ipse habebit semissem, & ego semissem. Viuia.

3. ¶ Si ab vno ex heredibus sit filius exheredatus: Marcellus libro nono Digestorum scribit, filium non videri exheredatum: [m] idcirco contra tabulas bonorum possessionem peti posse contra vtrumq; heredem. 4. ¶ Si exheredatus sit [n] filius, & institutus, obtinente eo gradu in quo institutus [o] est, puto cõmisso edicto ab alio filio contra tabulas eum bonorum possessionem petere posse. [p] 5. ¶ A primo gradu præteritus est filius: à secundo exheredatus. Si in primo gradu scripti non sint in rebus humanis mortis tempore testatoris: dicendum est contra tabulas bonorum possessionem præteritum petere nõ posse. Hereditas enim in secundo gradu versatur, non in primo, ex quo neque adiri hereditas, neque bonorum possessio peti potest. [q] Sed si post mortem testatoris decesserint heredes scripti, idem Marcellus putat contra tabulas bonorum possessionem semel natam competere. Sed & si defecerit conditio [r] institutionis, adhuc tantundem dicit præteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum possessionem petiturum. Item scribit & si postumus qui institutus fuit, nõ fuerit natus. nam adhuc contra tabulas bonorum possessionem competere [s] filio Marcellus ait. 6. ¶ Si quis sua manu se exheredem scripsit, an

e ¶ *Non putauit.* vt. *s. l. j. in prin.*

f ¶ *Turbant.* scilicet [a] alio modo quàm qui sequitur. 2. Vel non turbant ipso iure, vt non contradicat sibi ipsi. *& facit. s. de liberis & posthu. l. filio.*

a Exhered[illegible] quo sensu [illegible] cantur [illegible] menta pa[illegible] tum tu[illegible] non posse.

g ¶ *Exheredem.* scilicet filium suum.

h ¶ *Non sufficit.* vt hæc bonorum possess. cesset. Azo.

i ¶ *Bonorum possessio.* secundum tabulas.

k ¶ *Poterit.* scilicet filius. ¶ Sed quid ecõtra si filius à primo gradu præteritus est, à secundo exheredatus, institutis tempore mortis existentibus, & postea repudiantibus: nunquid sufficit peti contra tabulas: vt etiã substitutio rũpatur? quod videtur: *vt. s. de libe. & postu. l. si postumus. & s. de iniusto testa. l. nam & si sub conditione.* itẽ certum est dari contra tabu. *vt. s. eo. l. illud. in princ. & j. eod. l. filium.* ergo contra substitutos nõ potest dari querela, si adiissent ex substitutione: quia illa datur deficiente alio auxilio: *vt Instit. de inoffi. testa. §. cum autem.* Sed videtur contra, scilicet quod substitutio teneat etiam pupillaris, licet vitietur institutio per contra tabulas: *vt. j. de leg. præstan. l. ij.* certè pro parte instituti ibi tenere videtur testamentum, licet ipse pupillus institutus accepit contra tabu. quia [b] habet ibi contra tabu. iure secund. tabu. *vt. j. de leg. præstan. l. nonnunquam.* secundum Azo. *& facit. C. de lib. præteritis. l. j.*

b Id reprobatur per Bartolum.

l ¶ *Rite.* id [c] est solenniter, licet [d] non rectè, quia non meruit exheredari. quandoque tamen vnum pro altero ponitur: *vt. s. de inoffi. testa. l. ij. & s. de lib. & postu. l. & si pepercerit.* secundum Azo. sed in solennitate refert, deficiat vitio testatoris: *vt. j. eo. l. sub conditione.* an heredis: *vt. j. ea. l. §. si quis sua.* Hug.

c Ritè fit, quod fit solenniter.

d Ritè & rectè differunt. Illud solennitatem, hoc iustitiam denotat.

m ¶ *Exheredatum.* vt *supra de liberis & postu. l. & si pepercerit. §. filius.*

n ¶ *Si exheredatus sit.* à secundo gradu. Azo.

o ¶ *Institutus.* scilicet in primo. Azo.

p ¶ *Posse.* contra videbatur propter duo: & quia institutus, & quia exheredatus erat, *& facit. j. eo. l. si post. §. pen.*

q ¶ *Peti potest.* facit *j. de ventr. in poss. mit. l. j. §. si venter. & §. seq. & j. de Carbo. edict. l. si impubes. §. interdum.*

r ¶ *Conditio.* Nunquid & si nullus alius sit institutus? quod videtur: *vt. j. eo. l. filium.* Azo. *& facit. j. eo. l. quod vulgo. & j. tit. j. l. sed & si. §. non omnia. & s. de iniusto testa. l. nam & si.*

s ¶ *Competere.* sed nunquid admittetur vt præteritus, vel vt exheredatus? Respond. vt præteritus. Item contra quos? Respond. contra

contra inſtitutos in ſecundo gradu: nec tamen repellent eũ, quia dicant exheredatum: vel poteſt dici contra ipſum teſtamentum: *vt. ſ. eo. l. illud. in fin.*

a ¶ *Nocere.* quia rite facta eſt. nec ob. ſenatuſconſultũ. Libonianum quod[a] dicit non valere quando aliquis ſibi adſcribit aliquid: quia hic contra ſe, non pro ſe. *ad quod. ſ. de interroga. act. l. de æta- te. §. j. & j. de fal. l. vxori. §. j.* ¶ Sed an poſſit agere de inofficioſo? dic quòd non: [b] *vt infra de bo. lib. l. quaritur. & j. de interdic. & releg. l. relegatorum. in fin. & C. de decur. l. ne quis. & C. de here. l. curiales.* Sed argu. contra. *ſ. de iis quibus. vt indig. l. j. & not. de hoc. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando in fin.*

a Adſcribens ſibi in aliquo teſtamento aliquid eo non iuuatur obſtãte ei ſenatuſcõſulto Liboniano.

b Querela inofficioſi agere is non poteſt, qui ſe exhæredatũ ſcripſit, vt hic. Contrarium extat. in. l. 1. ſ. de his quibus vt indignis l. ſi quando. Co. de inofficioſo.

suo adoptiuo committit edictum, quod videtur: *vt. j. eo. l. ſi poſt. §. ſi in adoptione?* Reſpon. in filio ſecus eſt: quia licet ſtricto iure cõmittat edictum patri, tamen quantum[a] ad effectum non patri, ſed filio quæritur.

k ¶ *Vt autem admittantur.* dati in adoptionem alij.

a Filius adoptiuus inſtitutus agnoſcens bonorum poſſeſſionem ſecundũ tabulas hãc bonorũ poſſeſſioné patri adoptiuo quærit, ſed ſine effectu. d. l. ſi poſt mortem. Quod ſi agnouit contra tabulas quærit cum effectu.

contra tabulas bonorum poſſeſſionem poſſit accipere, videamus. Et Marcellus libro nono Digeſtorum nocere[a] ei hanc exheredationem ait: quia ſenatus hoc pro non ſcripto non facit, quod contra eum eſt.

7. ¶ Si quis emancipatum filium exheredauerit, cúmque poſtea adrogauerit: Papinianus libro duodecimo quęſtionũ ait, iura naturalia[b] in eo præualere: idcirco exheredationem nocere.[c] 8. ¶ Sed in extraneo* Marcelli ſententiam probat, vt exheredatio ei adrogato poſtea nõ noceat. 9. ¶ Poſtliminio[d] autem reuerſo filio, dicendum eſt exheredationem antè factá nocere. 10. ¶ Si filium in adoptiua familia conſtitutum pater naturalis exheredauerit, deinde ſit filius emancipatus, nocebit[e] † ei exheredatio. 11. ¶ In adoptionem datos filios non ſummoueri prætor voluit, modo heredes inſtituti ſint. & hoc iuſtiſſimè eũ feciſſe Labeo ait. nec enim in totũ extranei[f] ſunt. ergo ſi fuerunt heredes ſcripti, accipient[g] contra tabulas bonorum poſſeſſionem, ſed ipſi ſoli non committent edictum, niſi fuerit alius prę teritus ex liberis qui ſolent committere edictũ Sed ſi ipſe[h] ſcriptus non ſit, ſed alius qui ei adquirere hereditatem poteſt: non eſt in ea cauſa vt eum ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas[i] admittamus.

12. ¶ Vt autem admittantur[k] ad bonorum poſſeſſionem, ex liberis eſſe eos oportet. Cæterùm ſi adoptiuum filium dedi in adoptionem, & heredem ſcripſi: commiſſo per alios edicto, bonorum poſſeſſio[l] contra tabulas ei non dabitur. 13. ¶ Datur autem ei qui[m] in adoptiua familia eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſio, [n] ſi eo gradu heres ſcriptus ſit, contra quem peti poteſt bonorum poſſeſſio.

14. ¶ Non eſt nouum, vt emancipatus præteritus plus iuris ſcriptis heredibus fratribus ſuis tribuat, quam habituri eſſent ſi ſoli fuiſſent: quippe ſi filius qui in poteſtate patris eſt, ex duodecima parte heres ſcribatur[o] emancipato præterito, dimidiam partem beneficio emancipati occupat: qui ſi emancipatum fratrem non haberet,[p] duodecimam partem habiturus eſſet. Nam* ſi ex parte minima ſit heres inſtitutus, non pro ea parte qua inſtitutus eſt, tuẽdus eſt cõmiſſo edicto: ſed amplius[q] per bonorum poſſeſſionem habere poteſt. Prætori enim propoſitum eſt, cum contra tabulas bonorum poſſeſſionem dat, eas partes vnicuique liberorum tribuere, quas inteſtato patre mortuo in hereditate habiturus eſſet, ſi in poteſtate manſiſſet: & ideo ſiue emancipatus, ſiue is qui in poteſtate manſit, ſiue in adoptionem datus ex minima parte heres ſcriptus ſit, non redigitur ad eam portionẽ ex qua inſtitutus eſt, ſed virilẽ accipit.

IX. GAIVS *libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.*

VTrum autem pater adoptiuus viuit, an defunctus eſt, nihil intereſt: nam hoc ſolùm quæritur, an in adoptiua † familia[r] ſit.

Filius datus in adoptionem, poteſt vocari ad contra tabulas ex perſona heredis committentis edictum. idem in filio dato in adoptionem auo materno. h. d.

X. VLPIANVS *libro quadrageſimo ad Edictum.*

* extraneo adoptato.

* Sed ſi.

b ¶ *Iura naturalia.* quia filius erat, nec rũpitur teſtamentum per arrogationem quo ad hoc: licet ſecus ſi in extraneo alio, vt ſubiicit, quia [c] rumpitur teſtamentum per arrogationem puta fratris: qui [d] poteſt exheredari, & agere querela turpi perſona inſtituta: *vt. Cod. de inofficio. teſtamen. l. fratres.* 2. Vel dic. quòd proſus extraneus fuerit, & fuit adoptatus & exheredatus, & tandem emancipatus, & iterum adoptatus. & ſecundũ hoc non ob. *j. de verb. obli. l. quidam cum filium.* vbi dicit quòd exheredatio [e] res eſt inepta in extraneis: quia prædicti non ſunt extranei prorſus. ¶ Sed cũ hoc ſecundo caſu ſit ruptũ, vt dicis, quomodo petitur iterum rumpi per contra tabu? Reſpond. ruptum [f] eſt de iure ciuili, non prætorio: *vt Cod. eodem. l. ij.* ſic ergo hoc caſu petitur contra tabul. ſed ſuperiori querela inoffi. teſtamenti.

c Teſtamentũ rumpitur fratris adrogatione.

d Querela agere frater poteſt aduerſus teſtamentum fratris, in quo turpis perſona à fratre inſtituta fuerit.

† Sic rectè edidit. Taur. cũ in archet. eſſet, noceuit &c.

e Exhæredatio res eſt inepta in extraneis.

f Ruptum iure ciuili, rumpi iure prætorio peti poteſt.

c ¶ *Nocere.* vt non habeat contra tabu. & *facit ſupra de libe. & poſtu. l. filio. & Cod. de iis qui ve. ætat. l. ſi.* Accurſius.

d ¶ *Poſtliminio.* fac. *ſupra de iniuſto teſtamen. l. nec.*

e ¶ *Nocebit.* vt non habeat contra tabul. nec enim omnino extraneus eſt: *vt. j. prox. §. Inſti. de here. ab inteſta. §. eadem. in fi.*

f ¶ *Extranei.* extraneis ergo heredibus inſtitutis non committitur edictum: *vt. j. ea. l. §. vt autem. & fac. j. de ven. in poſſ. mit. l. 1. §. ſi filius. ij.* Sed certe & non inſtituti videntur habere contra tabul. *vt. j. de colla. bo. l. j. §. is quoque.* Sol. ibi erat inſtitutus, vt & hic. nec dicas, ergo non conferet: *vt. j. eod. l. filium. §. & hoc ſit conſequens.* quia illud de rigore, ſecus de æquitate: *vt. j. de col. Io. l. ſi filia.* ſecũdum Io. Vel ibi erat adoptatus ab auo materno: hic ab extraneo: *vt dixi. ſ. e. l. iij. § ſi quis filio.*

g ¶ *Accipiet.* alio committente edictum: ſed ipſi committent, vt ſubiicit. Accur.

h ¶ *Sed ſi ipſe.* ſ. datus in adoptionem.

i ¶ *Cõtra tabulas.* Cur ergo adoptiuus filius ſcriptus heres patri

ff. Infort.

l ¶ *Bonorum poſſeſſio.* alio committente edictum.

m ¶ *Qui.* datus à patre naturali.

n ¶ *Bonorũ poſſeſſio.* alio committente edictũ. & *facit. ſ. ead. l. §. ſi ab vno.* Sed contra, *j. eod. l. cum emancipatus. §. qui duos.* Sed hîc in filiis: ibi in nepotibus: quia eſt qui eos antecedebat.

o ¶ *Heres ſcribatur.* & ex duodecim vnciis alius.

p ¶ *Non haberet.* ſc. iſte teſtator, aliàs frater: & tunc melior.

q ¶ *Sed amplius.* fac. *j. eod. l. cum emancipatus. & ſ. de inoffi. teſtamen. l. mater. in fin. & ſ. de leg. iij. l. fin. & j. e. l. filium. § & hoc ſit conſequens.* ¶ Sed contra, *j. eod. l. ſi ex duobus. §. ſed & illud. & infra iit. j. l. filium. §. ad eum.* vbi non poteſt habere plus quàm habebat ex inſtitutione. Solut. ibi iam adiuerat ex inſtitutione, quo caſu non poteſt petere contra tabulas: & ſic maiorem partem conſequitur, quàm ex inſtitutione: *vt. j. eo. l. ſi ex duobus. §. quod ſi is.*

r VTrum.] *Familia.* Poteſt poni habito reſpectu ad patrem naturalem: id eſt quando de eius hereditate agitur. nam [b] nõ habet filius contra tabul. contra teſtamentum patris naturalis, ſi eſt in familia adoptiua tempore mortis naturalis patris: ſiue viuat poſt cum petitur contra tabulas, ſiue non viuat pater adoptiuus: *vt Inſtitut. de heredi. ab inteſtato. §. eadem.* Hug.

b Filius an & quando cõtra tabulas habeat cõtra teſtamẽtum patris naturalis, per id tẽpus quo eſt adoptiuus.

† Dic tamen remanere filiũ adoptiuum in poteſtate patris naturalis, niſi adoptetur ab auo. Bal. in. l. cum in adopt. col. 1. C. de adop.

SI *poſt mortem.*] CASVS. Paterfami. filiũ ſuum inſtituit. iſte ſe dedit alteri in adop. nunquid poterit vocari ad contra tab? Et Reſpond. quòd adoptio non nocet ei quin vocetur ad contra tabulas. [SED ET SI FILIVS.] Pater filium ſuum dedit in adoptio. auo materno, filium ſuum inſtituit, alium præterijt. nunquid ex perſona fratris committentis edictum poterit accipere bonorum poſſeſſionem contra tabu? ſic: vt potius habeat quàm pater adoptiuus, cuius iuſſu adiuit hereditatem. [ALIAS AVTEM SI QVIS LEGATVM.] Si filius præteritus legatum ſibi relictum agnouit, repellitur à cõtra tab. vnum ſciatis, illi liberi vocantur ad contra tab. qui pro liberis habentur. vnde exheredati liberi vocantur ad contra tabul. cum habeant querelam, etiã ſi alius committat edictũ. [HI QVI] Si ſum inſtitutus heres, & frater meus emancipatus eſt præteritus poſſum petere contra tabu. ex perſona fratris committentis edictũ ſiue velit bon. poſſ. petere vt præteritus, ſiue non: quia ex quo ſum admiſſus, debeo petere poſ. eo inuito. Viuia.

a ¶ *Filius*. altero præterito.
b ¶ *Potest*. præterito committente edictum. aliàs contra. s. *eo. l. ij. §. si emancipatus filius præteritus*.
c ¶ *Auo materno*. idē & si extraneo, & multo magis. Sed hic cōtra videbatur quasi omnino adhuc patrem adoptiuum respiceret, nec in aliquo respiceret patrem naturalem.

b ¶*Eam fungi.* Contra *supra de contra tab.l.filium.§.& hoc sit cōsequens.* vbi dicit quòd cessat collatio. Sol. aliud est cum petit institutus collationē cui per aliū est commissum edictū, quod non[h] potest, vt ibi: nisi deminuatur portio instituti: *vt supra tit.j.l.si filius.* aliud[i] est si petat præteritus ab instituto collationem fieri: vbi distinguitur, *vt hîc* Azo. *& supra tit.j.l.j.§.pater filium.*

h Institutus collatione sibi fieri à præterito, petere non potest.

i Collationem præteritus ab instituto petere potest: at nō institutus à præterito.

SI pater.] CASVS. Si pater pro filia promisit dotem, & exheredauit eam, & legatum dedit: filia habebit dotem, & legatum præcipuum etiam habebit: quia hęc filia vbicunque emancipatur, dotem præcipuam habere debet. *C. de rei vxo.act.§.videamus.* Viu.

c ¶*Dotem.* quasi relictum: & hoc repudiata bono. possess. Hu. ad quod est. *C.eo.l.à patre.& l.filiam.& de rei vxo.act.§.videamus.*

d ¶*Et legatum.* nisi ab intestato: vel per contra tabu. vel per querelam velit succedere Azo.

Fllius.] CASVS. Si filius emancipatus potest petere cōtra tabulas, quia præteritus, & non petit, sed quia reducitur ad causam intestati, accipit bono. poss. vnde liberi: si filia quæ remansit in potestate, & fuit instituta, sit secuta errorem fratris emancipati, & petiit bo. poss. ab intest. dotem non cogitur conferre. quare? quia ex testamento poterat succedere, & error fratris non debet sibi obesse. vnde cum res reducitur ad causam intestati, viriles habēt partes. [FILIA.] Si filia præterita fuit in mora conferendi dotem, ad vsuras dotis tenetur: quia frater eius patriaª ad cuius successionē vocatur, tenetur præstare fructus. Viui.

Erronea successio non inducit collationem. Bartolus.

V. PAPINIANVS *libro quinto Responsorum.*

FIlius emncipatus qui possessionē contra tabulas accipere potuit, intestati patris[a] possessionē accepit: atque ita filia quæ mansit in potestate, cum eiusdē familiæ fratre heres instituta, possessionem[b] intestati patris, errorem[c] fratris emancipati secuta accepit. Dotem scripto fratri conferre non cogetur:[d] cum ea possessio frustra petita[e] sit, & filia fratris[f] voluntatem fini* virilis partis retineat: id est vt omnes trientes habeát, & bonorum possessio vnde liberi fingatur pro contra tabulas esse petita.

1. ¶ Filia quæ soluto matrimonio dotem conferre debuit, moram collationi fecit, Viri boni arbitratu cogetur vsuras quoque dotis conferre: cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis suæ fructus[g] percipiat.

Si testamentum rumpitur per querelam pro parte, & pro parte non, cessat collatio. & similiter inter eos qui diuerso iure succedunt. Bartolus.

VI. IDEM *libro sexto Responsorum.*

PAter filiū emancipatum heredem instituit, & filiam exheredauit, quæ inofficiosi lite perlata partem dimidiá hereditatis abstulit.[h] Non esse fratrem

a Legendum videtur, partis.

a ¶ *Patris possessionē.* vnde liberi. Azo. & dic quòd pater emancipatum præteriit, & filiū alium & filiam in potestate constitutos instituit, & sic quemlibet in sex vnciis.

* Vide Duaren. lib. 1. Disputat. ca. 10.

b ¶ *Possessionem.* bonorum vnde liberi.

c ¶ *Errorem.* errauit enim emancipatus cū deberet petere bonor. possess. contra tabu. & ipse petit vnde liberi: & sic fecit sororem errare.

d ¶ *Non cogetur.* vtpote instituta: *vt. s. eo. l. si filia in princ.*

e ¶ *Petita.* sic. j. *ti. j. l. j. §. j. in princ. & s. de in. & cu. da. ab his. l. Seia.*

f ¶ *Patris* habeas patris. aliàs fratris. ¶ Et nota. virilem scilicet quatuor vncias, cum sint tres. sic[b] ergo portio filiæ minuitur in quarta. merito ergo non confert: *vt supra eo. l. si filia. §. j.*

b Collationi non est obnoxia ea cuius pars minuitur.

g ¶ *Fructus.* quod de fructibus hic dicit, planum est: *vt supra de vsur. l. videamus. §. si actio.* ¶ Sed quod dicit de vsuris, est mirabile. nā dotis collatio aut petitur officio[c] iudcis, quod potest: *vt. s. eo. l. j. j. respon.* aut stipulatione de conferendo interposita: & tunc cum actio[d] sit stricti iuris, nō recipit vsuram: *vt. C. de condic. indebi. l. j. Azo. & facit. C. de act. empt. l. curabit. & s. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. & arg. C. de peti. heredi. l. si ibi, quòd si non obtinuerit.* &c.

c Dotis collatio officio iudicis peti potest, aut stipulatione de conferendo interposita.

d Stricti iuris actio non recipit vsuras.

PAter filium.] CASVS. Si pater instituit filiū heredē emācipatum, filiam dotatam exhereda: sit mouet querelā, & habet dimidiam hereditatis, frater non cogitur bona conferre ab intestato quia hoc casu bonorum possessione contra tabulas petita cōpetunt libertates: ipsa dotem non tenetur conferre: quia diuerso iure veniunt ad successionem. hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

h ¶ *Abstulit.* nec in plus debuit obtinere: *vt supra de inoffi. testa. l. circa.*

i ¶ *Propria.* quia pro parte tenet testamentum. Azo. & ex testamento hic frater succedit.

k ¶ *Nam & libertates.* bene dico valere testamētum pro parte. nā. &c. & dic libertates valere in totum: *vt. C. de inoffic. testa. l. cū duobus. & j. de excep. rei iudi. l. iudicatæ. ij. respō.* ¶ Itē no.[e] cessare collationem cum agitur quærela: *vt hic, & s. de contra tab. l. filiū. §. multo magis.* hodie cōtra: *vt. C. eo. l. vt liberis.* ADDITIO. Dic secundum Bar. quòd ibi loquitur quando testamentum per querelam in totum rescinditur. vnde omnes ab intestato eodem iure succedunt. hoc autem testamentum pro parte rescinditur.

e Collatio hodie non cessat cum agitur de querela.

l NEc ipsa.] *Cum.* bona ratio: *vt supra de contra tab. l. filium. §. & hoc sit consequens.* Item melior quia pro parte tenet testamentum. *vt. s. l. proxi.* diximus.

f Legendū hæc.

m ¶ *Diuerso.* hic[f] ab intestato: frater ex testamento: & sub. nec eodemª iure possunt esse heredes: alioquin contra esset: *vt supra titu. j. l. si filius. & facit supra de bono. poss. l. sed cum patrono.*

a Collatio non fit inter succedentes diuerso iure: hoc est inter eos qui si velint eodē iure succedere nō possunt: secus si eodē iure possint succedere.

bona propria[i] conferre cogendum respondi. nam & libertates[k] competere placuit.

VII. PAVLVS *libro vndecimo Responsorum.*

NEc ipsa doté fratribus suis conferet, cum[l] diuerso[m] iure fratres sunt heredes.

Verba ennntiatiua per modum conditionis prolata exceptionem inducunt. Bartolus.

VIII. PAPINIANVS *libro vndecimo Responsorum.*

PAter nubenti filiæ quasdam res prętor dotē[n] dedit, eámque in familia retinuit: ac fratribus sub cōditione, si doté & cætera quæ nubenti tradidit, contulisset, coheredē adscripsit. cum filia se bonis abstinuisset, fratribus res non in dotem[o] datas vindicantibus exceptionem doli placuit obstare: quoniam pater filiam alterutrum habere voluit.

Qui non vult hereditatem, non cogitur ad collationem. Bartolus.

IX. TRYPHONINVS *libro sexto Disputationum.*

FVit quæstionis, an si sua heres filia patri cum fratribus, cōtenta dote abstineat se bonis, cōpellatur eá conferre. & diuus Marcus rescripsit, nō compelli[p] abstinētem se ab hereditate patris. ergo non tantùm data apud maritum remanebit, sed & promissa exigetur etiá à fratribus,[q] & est æris alieni loco. abscessit enim à bonis patris.

PAter nubenti.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem: & etiam quasdam res pro illa filia dedit vltra dotem. instituit eam sub conditione si dotem & alias res conferat. modo quæritur, si abstinet ab hered. vtrū doté tenetur conferre? resp. quòd non: imò si frater ageret contra eam repelleretur doli mali except. Viuianus.

n ¶ *Præter dotem.* i. & dotem & alias res dedit. sed si hæc conditio vel alia de conferendo apposita non esset, tunc dic: *vt. C. e. l. si donatioe.*

o ¶ *Non in dotem.* idē & in dote: *vt. j. l. proxi. Azo. & facit. C. eod. l. filiam. & l. à patre. & s. l. j. in princip. & s. de rei vin. l. emptor. §. si.*

FVit quæstionis.] CASVS. Pater pro filia dedit doté. filia ista abstinet à bonis paternis, & vult contenta esse dote. nūquid dotem tenetur conferre? non: quia dos non intelligitur patris, sed filiæ tantum, & ęs alienum censetur. Viuianus.

p ¶ *Non compelli.* scilicet conferre: *vt supra l. proxi. cum concor.*

q ¶ *A fratribus.* mulieris, qui vt patris heredes tenentur: *vt. s. eo. l. j. §. filiam. & facit. s. eo. l. j. §. fi. cum concor.*

DE VENTRE in possessionem mittendo &c.

Hoc est facti, non iuris. Sed quare post rubri. de contra tab. non posuit de secūdum tab. quæ est iuris? Respon. quia hoc datur etiam præteritis qui præcedūt institutos. vt. j. de secun. tab. l. ij. §. expectādum.

Superioribus titulis prospexit prætor natis, hoc titulo nondum natis, id est ventri. non data bonorum possessione contra tabulas, sed muliere prægnante ventris nomine m[illegible]a in possessionem vice contra tabulas bonorum possessionis vel etiam vice secundum tabulas aut Vnde liberi. nam ex omnibus partibus edicti successorij venter in possessionem mittitur. Sed hic potissimum agitur de bonorum possessione contra tabulas ventre præterito. cui etiam misso in possessionem curator dari solet, qui ventris curam administret eodem modo quo curatores & tutores pupillorum solent. Dari etiam solet curator bonis, creditorum gratia, vt bona conseruet & distrahat res quæ deteriores futuræ sunt. nec enim plenam rerum administrationem habet, vt curator ventris. Cuiacius.

SIcuti.] CASVS. Sicut prætor habet curam liberorum iam natorum dum eis ab intestato dat bonorum possessiones. vnde liberi: ita habet curam posthumorum. & ideo ex ista parte edicti petitur bonorum possessio & sicut præteritis datur contra tabulas, ita vice contra tabulas mulieri datur bonorum possessio prægnantis ventris nomine. quando certum est quòd nascatur suus. sed si esset incertum, non datur. quid si dicit testator, si quis erit mihi natus, exheres esto? mittitur venter in possessionem vt alatur ex bonis: & mittitur prægnans mulier in fauorem amborum. quòd si sub conditione venter est institutus vel exheredatus, nunquid in possessionem debet mitti? certè vtile est. quid si venter est ab institutis exheredatus à substitutis præteritus? Certè si viuunt instituti, non mittetur in possessionem venter, quia exheredatus est. & pone casum per contrarium in sequentibus, scilicet quando est venter præteritus ab institutis, & exheredatus à substitutis. vsque ad §. si filius.

DE VENTRE IN possessionem mittendo & curatore eius.

TITVLVS VII.

1. VLPIANVS *libro quadragesimoprimo ad Edictum.*

Sicuti liberorum eorum qui iam in rebus humanis sunt, curam prætor [a] habuit: ita etiam eos qui nondum nati sint, propter spem nascendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrem mittit in possessionem vice contra tabulas bonorum possessionis. 1. ¶Prægnatem esse mulierem oportet omnimodo, nec dicere [b] se prægnatem sufficit. quare nec tenet datio bonorum possessionis, nisi verè prægnas fuit & mortis [c] tempore, & eo quod mitti in possessionem petit. 2. ¶Totiens autem mittitur in possessionem venter, si non est exheredatus, [d] & id quod in vtero erit, inter suos [e] heredes futurum erit. Sed & si incertum sit, aliquo tamen casu [f] possit existere, quod editur, suus futurus sit: ventrem mittemus. æquius [g] enim est vel frustra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari aliquando alimenta ei qui dominus bonorum aliquo casu [h] futurus est. 3. ¶Quare & si ita exhereditatio facta sit, *Si mihi filius vnus nascetur, exheres esto*: quia [i] filia nasci potest, vel plures [k] filij, vel filius & filia, venter in possessionem mittetur. Satius [l] est enim sub incerto eius qui edetur, ali etiam eum qui exheredatus sit: quàm eum qui non sit exheredatus, fame necari: ratúmque esse debet quod deminutum est, [m] † quamuis is nascatur qui repellitur. 4. ¶Idem erit dicendum & si mulier quæ fuit in possessione, abortum fecisset. 5. ¶Sed & si sub conditione [n] posthumus sit exheredatus, pendente conditione Pedij sententiam admittimus, existimantis posse ventrem in possessionem mitti, quia sub incerto vtilius est ventrem ali. 6. ¶Si venter ab institutis exheredatus sit, à substitutis præteritus: Marcellus negat in possessionem eum mitti posse viuentibus [o] institutis, quia exheredatus est. quod verum est. 7. ¶Per contrarium autem si ab institutis præteritus sit venter, à substitu-

§.*si filius.* [SI FILIVS.] Filius captus est ab hostibus: vxor domi prægnans remansit. filius decessit in captiuit. hostium. nepos eius petit mitti in poss. quid erit? Respon. quòd mitti debet in poss. Sed si aliquis exheredauit ventrem vxoris, nunquid si nascatur, in illum casum denegabitur bo. possessio? non. si aliqua est vxor tempore mortis mariti, mittetur in poss. etiam si emãcipatus velit admitti. quid si emancipatus decessit? nunquid venter mittetur in possessionem: dicitur quòd sic. quid si filius est datus in adopt. & decessit vxore prægnante? vẽter mittetur in possessionem. quid si filius est datus in adoptionem ipsius bonorum mittetur venter in possessionẽ. sed si institutus esset, poterit petere mitti in possess. venter: cum posset petere bon. possess. secundum tab. hoc dicit vsque ad. §. si pater nuru. [SI PATER NVRV PRÆGNANTE.] Habuistis quia mulier prægnans postulat mitti in possess. ventris nomine. circa hoc ponitur casus talis: Pater habebat filium, & nurum prægnantem. filiũ emancipauit. nunquid venter repellitur in totum à bonorum possessione? nã in quantum admitteretur si esset natus, in tantundem debet admitti. nam est generaliter dicendum, quo casu filius iam natus admittitur ex eodẽ edicto cum patre, eodẽ casu admittitur venter cum filio emancipato. Vnum sciatis, si aliqua petit se mitti in possessionem. & aliquis negat prægnantem esse: si in euidenti est non esse prægnantem, non admittitur. si dubium est, mittetur ad exemplum Carbon. edic. ex quibus causis indulgetur iam nato, & etiam quia fauorabilior est causa nascituri quàm iam nati. vnde partus antequam nascatur alendus est, quia parenti nascitur & reipublicæ. Vnum sciatis, si habuit vxorem prægnantem, & secundam, & decedit eis relictis prægnantibus, vterque venter potest petere mitti in possess. si euidens calumnia non appareat. hoc dicit vsque ad §. quoties autem. [QVOTIES AVTEM.] Si mulier prægnans petit mitti in possess. ventris nomine, & mittitur, potest postulare curatorem ventri dari. solet & bonis. sed si petit dari ventri tantum, creditores mittentur in possess. custodiæ causa. si petit dari ventri & bonis, creditores erunt securi. & est dandus curator idoneus cum inquisitione, & idem potest dari & bonis & ventri: & potest dari vnus: & si vtile esset bonis, plures poterunt dari. si verò mittitur in possess. mulier ventris nomine, à curatore debet percipere ea sine quibus se sustinere non potest. vnde potum & cibum debet præstare secundum facultatem defuncti, & dignitatem mulieris. & isti sumptus præstantur primo ex pecunia quæ est in hereditate, postea ex fructibus. sed curator datur bonis, si dubium est ne res vsucapiantur, vel debitores liberentur. istud debent curare tutores & curatores. & potest dari curator ex affinibus & amicis. Vnum sciatis, si de personis quæstio moueatur, idoneior eligendus est. verum quia talis curator aliquando non petitur, dicendum est quòd institutus & substitutus potest assignare bona. curator debet custodire bona, & alienare ea quæ sine custodia esse non possunt: curator facere inuentarium debet, in quo omnia bona scribantur. hoc dicit vsque ad. §. tamdiu. [TAMDIV AVTEM.] Si venter mittitur in possess. ventris nomine debet esse in possess. quamdiu pariat, vel abortum faciat, vel certum sit non esse prægnantem. si putatur prægnans, & appareat non esse prægnantem, de suo videtur consumpsisse. si eum ediderit qui repulsus est, discedere debet mulier de poss. sed si mulier fecit sumptus bona fide, illos restituere non tenetur: sed si prægnans sit mulier quæ petit mitti in possess. & defunctus non habeat habitationem, est domus conducenda, & serui sunt præstandi qui sint in eius ministerio secundum dignitatem mulieris. hoc dicit vsq; ad. l. curator. Viuianus.

a ¶*Prætor.* dando Carbonianum contra tabulas & cæteras. sed certè [a] & posthumis datur contra tabul. *vt de contra tab. l. j. §. hoc autem.* sed illud cum essent nati, hoc autem ante. Accursius.

b ¶*Nec dicere.* sic. C. *quod me. cau. l. metum.*

c ¶*Et mortis.* ad hoc. j. *eo. l. si.* Item hic verè: ibi quo ad opinionem: *vt infra eadem. l. §. si filius. & facit supra de acquiren. heredi. l. cum quidam.*

d ¶*Exheredatus.* ritè: *vt supra de contra tab. l. non putauit. §. non quæuis.*

e ¶*Inter suos.* vt quia ex viro existente sui iuris & vxore conceptus sit: *vt Instit. de pa. pot. §. qui igitur.* Idem si est loco sui heredis, qui & contra tabu. habet: *vt. j. ead. l. §. etiam ex emancipato. & supra de contra tab. l. si retentus.* idem est in eo qui [b] non habet per se contra tabul. sed per alium: *vt infra eo. §. si filius. in fi. §.* Item de eo de quo est aliqua spes: *vt infra §. sed & si quis.* ¶Sed quid erit si venter non est pariturus suum vel quasi suum, sed agnatum vel cognatum qui sunt habituri bonorum possess. vnde agnati, vel vnde cognati, vel aliã: nunquid admittetur in possess. ex hoc edicto? Respon. *vt infra eod. l. fin.* quæ est contra.

f ¶*Casu.* vt in sequenti exemplo, quare & si &c.

g ¶*Æquius.* id est minus iniquè: nam hoc non est æquitas, ali de alienis indebitè: *vt. C. de pac. l. fina.*

h ¶*Aliquo casu.* Imò omni casu est futurus suus quando sub cõditione exheredatur, de qua subiicit, cùm non valeat: *vt supra de libe. & postu. l. ij. §. pure.* Sed dico quòd inferior non est conditio, cum nihil suspendat. nam aut nascetur suus & solus, & statim tenet exheredatio: *vt. j. de iniusto testa. l. si ita.* aut statim non tenet. Item dum speratur nasci, non differtur propter conditionem quæ nondum est. nullo ergo tempore conditionalis est. Azo.

i ¶*Filia.* Non [c] ergo masculinum cõcipit fœmininum propter odium: *vt aliàs. j. de libe. & postu. l. cum quidam.* & propter hoc dicit plerumque *infra de verb. si. l. pronuntiatio. in prin.*

k ¶*Plures.* sicut [d] hic odium [e] facit non comprehendi omnes: sic [f] & aliàs fauor facit comprehendi omnes: *vt. C. de fideicomm. liber. l. j.*

l ¶*Satius.* facit. *j. de pœnis. l. absentem. & j. ea. l. § sed & si quis. & j. de reg. iur. l. is apud. § j. & C. de Carboni. edi. l. fin. in fi.*

m ¶*Deminutum est.* vt *infra eo. l. ij.* nisi in casu: *vt. j. ea. l. in fi.*

n ¶*Sed & si sub conditione.* facta in defectum potestatiuæ conditionis: aliàs enim nulla esset: *vt supra de libe. & postu. l. ij. §. pure. & de here. instit. l. iam dubitari. & infra ea. l. §. sed & si quis.* Azo.

o ¶*Viuentibus.* & deliberantibus vel adeuntibus hereditatem. Sed nonne aliquo casu potest esse suus, puta si instituti repudient hereditatem, ergo mittendus est: *vt supra proxi. §.* Respon. non est illud sic extẽdendũ: aliàs etiam ritè & pure exheredatus venter in possessionem mitteretur, quia aliquo casu potest fieri suus, vt perlata querela contra scriptum heredem: *vt supra de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. si ex causa.* supra ergo fit suus ex defectu cõditionis vel diei exheredationi appositæ. hic vtraque, scilicet institutio & exheredatio purè facta est. & facit *supra de contra tabulas. l. non putauit. §. j. & §. à primo.*

a Posthumis datur bonorũ possessio cõtra tabulas, non tamen prius quã nati fuerint.

† *Facit ad hũc text. Gl. fin. post me. in c. contingit. ibi, similiter cum venter. extra de do. & contuma.*

b Bonorũ possessionẽ contra tabulas alij per se, alij per aliũ habent.

c Masculinum non cõcipit fœmininũ vbi agitur de odio seu in odiosis.

d Odij & fauoris relatio.

e In odiosis seu odij causa efficitur vt nõ omnes comprehẽdantur, sed quidam tantum.

f Fauoris causa fit vt omnes cõtineãtur, seu vt ad omnes oratio extendatur quę aliàs non extenderetur.

tis exheredatus: viuis inſtitutis mittendus eſt in poſſeſſioné. ꝙ ſi non viuant, negat mittédum: quia ad eum gradú deuoluta hereditas eſt, à quo exheredatus eſt. 8. ¶Si filius ab hoſtib. captus ſit: vxor eius prægnas in poſſeſſionem ſoceri[a] bonorum mittéda eſt. nam aliquo caſu ſpes eſt, id quod naſcitur, inter ſuos heredes futurum: vtputa ſi pater eius apud hoſtes decedat.

9. ¶Sed & ſi quis ventré exheredaſſet,[b] *Qui mihi intra mẽſes tres mortis meæ natus*[c] *erit, exheres eſto*: vel, *Qui poſt tres mẽſes*: venter in poſſeſſioné[d] vtiq; mittetur: quia aliquo caſu ſuus heres futurus eſt. Et ſanè benigniore[e] eſſe prætorem in hac parte oportebit: ne qui ſperatur, ante vitá necetur.

10. ¶Rectiſſimè autem prætor nuſquam vxoris[f] fecit mentionem: quia fieri poteſt, vt mortis tempore vxor non fuerit,[g] quæ ſe ex eo prægnaté dicit. 11. ¶Etiá ex emancipato[h] vẽter ad poſſeſſionem admittitur. Vnde apud Iulianum libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum quæritur, ſi emancipatus quis ſit vxore iam[i] prægnate, deinde deceſſerit, & pater eius mortuus ſit, an venter in poſſeſſionem emancipati patris mitti poſsit, & rectiſſimè ſcripſit, rationem non eſſe cur venter qué edictú admittit, repelli debeat. Eſt enim æquiſſimú, partui cóſuli, qui natus bonorum poſſeſſioné[k] accepturus eſt. Sed & ſi auus viueret, ſimiliter ventré admittem⁹[l]. 12. ¶Si filius in adoptioné datus deceſſerit pręgnate vxore, túc deinde adoptator defunctus fuerit: mittetur vẽter in poſſeſſioné aui adoptiui. Sed an etiá in eius qui in adoptioné dederat filiú, mittatur, videamus. Et ſi hic nepos poſtumus heres ab auo naturali inſtitutus ſit, mittetur in poſſeſſioné: quia & nato ei, ſi nemo ex liberis ſit alius, bonorú poſſeſſio ſecundú tabulas[m] dari poteſt: aut ſi ſint liberi præteriti, etiá contra tabulas cú ipſis poteſt accipere. 13. ¶Si pater nuru prægnate filiú emácipauerit: non in totú repelli[n] vterus debet. náque natus ſolet patri ex nouo[o] dicto iungi. Et generaliter quibus caſibus patri[p] iúgitur natus, admitédus eſt vẽter in poſſeſſioné[q]. 14. ¶Si ea quę in poſſeſſioné vult ire, vxor[r] negetur vel nur⁹ vel eſſe vel fuiſſe,[ſ] vel ex eo prægnas non eſſe cótendatur: decretú, interponit prętor, ad exéplum[t] Carboniani edicti. & ita diuus Hadrianus Claudio Proculo prætori reſcripſit, vt ſummatim de re cognoſceret: & ſi manifeſta calumnia videbitur eius quæ vẽtris nomine in poſſeſſione mitti deſiderat, nihil noui[u] decerneret. ſi dubitari de re poterit, operá daret, ne pręiudiciú[x] fiat ei quod in vtero eſt: ſed vẽtrem in poſſeſſionem mitti oportet. Apparet itaq;, niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier, debere eam decretú eligere: & vbi omnino iuſtè dubitari poterit an ex eo prægnas ſit, decreto tuenda eſt, ne præiudiciú partui fiat. Idémq; eſt & ſi ſtatus mulieri cótrouerſia fiat. 15. ¶Et generaliter ex quibus cauſis[y] Carbonianam bonorum poſſeſſionem puero prætor dare ſolitus eſt, ex hiſdem cauſis ventri quoq; ſubuenire prætorem debere non dubitamus: eò facilius, quòd fauorabilior eſt cauſa partus quàm pueri. partui enim in hoc fauetur, vt in lucem[z] producatur, puero vt in familiam[a] inducatur. partus enim iſte alendus eſt: qui[*] etſi non tantùm parenti cuius eſſe dicitur, verùm etiam reipublicæ[b] naſcitur.

16. ¶Si quis prima vxore prægnate facta mox[c] aliam duxerit, eámq; pręgnatem fecerit, diémque ſuum obierit, edictum ambobus ſufficiet: videlicet cùm nemo[d] cõtendit, nec calumniatricem dicit. 17. ¶Quotiens[e] autem venter in poſſeſſionem mittitur, ſolet mulier curatorem ventri petere: ſolet & bonis. Sed ſi quidé tantum ventri curator datus ſit, creditoribus permittédum in cuſtodia bonorum[f] eſſe. Si verò non tantum ventri, ſed etiá bonis curator datus eſt, poſſunt eſſe ſecuri creditores, cum periculum[g] ad curatorem pertineat. idcirco curatoré bonis ex inquiſitione dandum, idoneum ſcilicet, oportet creditores[h] curare, vel ſi quis alius eſt, qui non edito partu ſucceſſioné ſperet.

18. ¶Hoc auté iure vtimur,[i] vt idem curator & bonis & ventri detur. Sed ſi creditores inſtent, vel qui ſperat ſe ſucceſſurú: diligẽtius atq; circunſpectius id fieri debebit: & plures, ſi darentur,

a ¶*Soceri*. hoc ita ſi viuẽte ſocero ſit conceptus: *vt.ſ. de iniuſto teſta.l.ſi quis exheredatus.§.ſed hoc ita.* Azo.
b ¶*Exheredaſſet*. his verbis. Accurſius.
c ¶*Natus*. repete, exheres eſto. eſt enim alius caſus.
d ¶*In poſſeſſioné*. his enim caſibus qui naſcitur eo caſu qui omiſſus eſt, ſuus eſt: *vt.ſ. de libe.&.poſthu.l.comodiſſimè.* aliud in inſtitutione, vbi per vnum videtur & aliud comprehendere: *vt.Co.de poſtu.hered.inſtit.l.fin. quæ eſt contra.*
e ¶*Benigniorẽ*.i.benignú. *& facit.ĩ.ead.l.§.ſed & ſi incertú.&.§.ſed & ſi ſub códitione.*
f ¶*Vxoris*.ſ.prægnãtis mulieris: *vt.ſ.ead.l.§.prægnantem.* Azo.
g ¶*Fuerit*. ab eo forte diuortio ſeparata: tamẽ mittetur in poſſeſſionẽ. ¶*Et ſic non ob.ĩ.e.§.ſi ea.* quia ibi negabatur vxor aliquo tempore. Itẽ contra.ſ. *de leg.iij.l.item legato.§.ſi vxori.&.§.ſed vt legatum.* Sed illud cú legatur vxori: hic autem propter ventrem tantùm dicitur.
h ¶*Etiá ex emácipato*. & poſt emácipationẽ cóceptο: vt differat à proxi.ſequen.caſu. & dic poſſeſsionẽ bonorú, ſc. aui: vt differat ab vltimo caſu huius.§.
i ¶*Iá* ante emancipationem: & ſic remanſit in poteſtate aui: *vt Inſtit.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.ſi.*
k ¶*Bonorú poſſeſsionẽ*.ſ.cótra tabulas: *vt.ſ. de contra tab.l.ſi emãcipatus.§.nepote.*
l ¶*Admitteremus*. quia & contra tabulas daretur: *vt.ſ.de contra tabu.l.ſi retentus.*
m ¶*Secundum tabulas*. facit.ſ.*de cõtra tab.l.non putauit.§.in adoptionẽ.§.datur.* Sed contra in *eo.tit.l.cum emãcipatus.§.qui duos* Solu ibi[α]
n ¶*Repelli*. à bonorú poſſeſsione aui. Hugo.
o ¶*Ex nouo*.ſ.de coniungen.*vt.ĩ.ti.j.l.j.§.j.*
p ¶*Patri*. emancipato, vel quocúque modo à patria poteſtate liberato. Accurſius.
q ¶*In poſſeſſionẽ*. bonorum aui, ſ.pro parte *& facit.ſ.tit.ij.l.filius.*
r ¶*Vxor*. legitima. & ſuper hoc ſummatim cognoſcitur, vt ſubiicit. cæterú vxorẽ eſſe probari plene oportet. ¶Sed certę idẽ de legitimatione videtur, ꝙ talis debet eſſe quæ ſuú paritura ſit: *vt.ſ.eod.§.toties.in princ.* ſed illud dicit præſumptiuè modico faciente pro hoc quòd ſit legitima.
ſ ¶*Fuiſſe*. aliquo tempore. ¶Nec obſt. *ſupra §.rectiſſimè.*
t ¶*Ad exẽplum*. vbi[a] ſúmatim cognoſcitur, & ſi modicum eſt pro puero ſit miſſio: *vt.ĩ.de Carboniano edicto.l.iij.§.cauſa.&.ĩ.ne vis fiat ei.l.ſi.§.pen.* Sed cótra *ĩ.eo.l.vbicumque.§.interdum.* vbi dicit plene cognoſci. Solu. ibi. not. ſimilia de ſummaria cognitione. *ſupra ad exhi.l.iij.§.ibidem.*
u ¶*Nihil noui*. quia nó mittet eam in poſſeſſionem.
x ¶*Præiudicium*. qualequale. nam plenum non fit: *vt ſupra de iureiuran.l.iij.§.penult.* Accurſius.
y ¶*Ex quibus cauſis*. id eſt, cùm de ſtatu & bonis, vel de ſtatu tantum quæritur: *vt infra de Carbonia.edic.l.iij.§.quamuis.*
z ¶*In lucem*. ne qui ſperetur, ante vitá necetur: *vt.ſ.ſi filius.in ſi.facit.ſ.ea l.in princip.*
a ¶*In familiam*. id eſt agnationem quæ ei negabatur.
b ¶*Reipublicæ*. ¶Not. quem naſci[b] reip. ſic.ſ. *de vent.inſpi.l.j.§.quãquam.* magis quàm parẽtibus, *vt.ĩ.de cap.& poſtli.l.poſtliminium.§.filius.& facit.C.de ſacroſan.eccl.l.ſancimus.in fi.* ibi, animę hominú &c. *et.ĩ.de mune.& hono.l.iij.§.filius.* Accur.
c ¶*Mox*. diſſoluto primo matrimonio diuortio. Azo. & ſic prima non eſt vxor tẽpore mortis: *vt ſupra.e.l.§.rectiſſimè.*
d ¶*Cùm nemo*. maximè: *vt ſupra proxi.§.*
e ¶*Quotiens*. núc tráſit ad ſecundam partem rubricæ.
f ¶*Bonorum eſſe*.ſ.quia cauſa rei ſeruandæ mittetur in poſſeſſionem.
g ¶*Periculum*. *vt.ĩ.ea.l.§.item periculum.* & ideo ſatiſdat, niſi ſit ex inquiſitione dat⁹: *vt.ſ.de cu.fu.l.bonorum.* & facit inuentarium: *vt.ĩ.ea.l.§.curatore.*
h ¶*Creditores*. eorú enim cóſenſu cóſtituendus eſt, ſi adeſſe volút: *vt.ĩ.de cura.bon.dan.l.ij.in princ.* ¶Et ꝙ dicit oportet, non[c] importat neceſſitatẽ: *vt.ſ.de iuſti.& iur.l.j.in prin.*
i ¶*Vtimur*. frequẽtius.

Dandi.

α Ibi ideo nepos non habet contra tabulas, cùm ſit qui eú præcedat.

a Súmariè quibus caſibus procedatur: vide Gl. ord. in verb. ſummatim.l.j.§.ſecundum.ſ. ad exhib.

* qui non tantum pa.

b Reipublicæ naſcimur. vt hic. Cicer. in.ſ. Ver. Suſceperas enim liberos nó ſolùm tibi, ſed etiá patriæ, qui non modo tibi voluptati, ſed etiá aliquãdo reipub. vſui eſſe poſſent. Quin & Plato dialog. 7. de legib. & Ariſtot. lib. 8. Polit. alendorum puerorum curam nó priuatam ſed publicam eſſe cenſent.

c Oportet verbú non ſemper indicat neceſſitatem.

a ¶ *Dandi sunt.* & omnes agunt & conueniuntur insolidum: *vt & ĵ. de cura. bo. dan. l. ij. §. si plures. & l. si plures. & ŝ. de tuto. & cur. da. ab his. l. ventri.*

b ¶ *Produci* s. fine his.

c ¶ *Constituendus.* i. constitutus ventri & bonis faciet hęc: *vt infra eo. l. curator.*

dādi sunt.[a] 19. ¶ Mulier autē in possessionē missa, ea sola sine quibus fœtus sustineri & ad partum vsque produci[b] non possit, sumere ex bonis debet: & in hāc rem curator constituendus[c] est, qui cibum, potum, vestitum, tectum mulieri præstet pro facultatibus defuncti, & pro dignitate[d] eius, atq; mulieris. 20. ¶ Deminutio autē ad hos sumptus fieri debet primùm ex pecunia numerata. si ea nō fuerit: ex his rebus quę patrimonia onerare magis impēdio, quā augere fructib⁹ cōsueuerūt.[e] 21. ¶ Itē si periculum est ne interim res vsucapiātur, ne debitores tēpore liberētur: idē[f] curare debet. 22. ¶ Ita igitur curā hoc quoq; officio administrabit, quo solent[g] curatores atque tutores pupillorum.

23. ¶ Eligitur autē curator[h] aut ex his qui tutores dati sunt[i] postumo, aut ex necessariis adfinibúsq;, aut ex substitutis,[k] aut ex amicis defuncti,[l] aut ex creditorib⁹: sed vtiq; is q. idoneus[m] videbitur. aut si de personis eorū quæstio moueatur, vir bonus[n] eligitur. 24. ¶ Quòd si nondū sit curator cōstitutus, quia plerūq; aut nō petitur, aut tardius[o] petitur, aut serius datur: Seruius aiebat res hereditarias heredē institutū vel substitutum obsignare[p] nō debere, sed tātùm pernumerare,[q] & mulieri adsignare.

25. ¶ Idē ait ad custodiēda ea quę sine custodia salua esse non possūt, custodē ab herede ponēdū, vtputa pecoris, & si nōdū messis vindemiave facta sit.[r] & si fuerit cōtrouersia, quantum deminui[s] oporteat, arbitrium dādum.

26. ¶ Curatore[t] autē cōstituto hęc omnia[u] cessare puto: cōscribere[x] tamē curatori debēt, & vēdēti, & inuentariū rerū facienti.

d ¶ *Dignitate.* fic. ĵ. *eo. l. habitatio. §. seruis. & l. curator & ŝ. de lega. j. l. si seruus plurium §. fi. & ĵ. de Carbonia. edicto. l. sed si is. §. an autem. & ĵ. de mune. & hono. l. j. §. item ventris.* Accur.

e ¶ *Consueuerūt.* tertio de mobilibus: quarto de immobilibus: *vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. sin autem as alienum. & §. sin autem non suf.* Azo. *& ŝ. de reli. l. si quis sepulchrum. §. fin. & l. seq.*

f ¶ *Idem.* curator bonis datus: *vt. ĵ. de mune. & hono. l. j. §. sed & in bonis. & de bonis auct. iud. poss. l. creditore.*

g ¶ *Solent.* hoc quoad hęc quæ ex necessitate sunt gerenda, *vt hîc & ĵ. de cura. bon. dan. l. j. in fine.* cæterum alia nō vendet. & in hoc differt à tutore pupilli, & curatore adulti: *vt. ŝ. de admi. tuto. l. inter.* ¶ Et not. quòd quædam ex his facit vt curator bonorum, quædam vt curator ventris. Accursius.

h ¶ *Curator.* volens demum, non inuitus, nisi ex causa: *vt. ĵ. de cura. bo. dan. l. ij. §. quæritur.*

i ¶ *Dati sunt.* hi tenentur vtili actione negot. gest. nisi nato posthumo: *vt. ŝ. de testa. tute. l. si nemo. §. testamento.*

k ¶ *Ex substitutis.* postponitur de substitutis propter spem successionis: *vt. C. vbi pupil. edu. leg. fin.* Azo.

l ¶ *Defuncti.* i. ad defunctum.

m ¶ *Idoneus.* rebus, & facilitate conueniendi: *vt. ĵ. de verb. obli. l. si quis stip. in fi.* pro qualitate etiam rerum: *vt. ĵ. de verbo. signi. l. quos nos. §. locuples.* Azo.

n ¶ *Vir bonus.* præsidis arbitrio: *vt. ĵ. de cura. bo. dan. l. ij. in princ. & ŝ. de admi. tuto. l. iij. §. si non erit.* Azo.

o ¶ *Tardius.* aliàs, serius datur: aliàs Seruius aiebat.

p ¶ *Obsignare.* i. ob hoc signare, ne quid inde minuatur.

q ¶ *Pernumerare.* i. omnes numerare, per enim totum significat: *vt. ĵ. de verb. sign. l. vrbona. §. fi.* Azo.

r ¶ *Facta sit.* subaudi messi & vindemiæ custodem apponet.

s ¶ *Deminui.* propter ventrem vel pecora, vel messem, vel vindemiam: imò in ventre contra: *vt. ŝ. proxi. §.* Azo.

t ¶ *Curatore.* constituendo. & dic conscribere, id est ei scribere debēt omnes simul creditores, & alij quorum interest constitui: de *quibus hîc & superiori. §. dicitur.* vel maior pars qui in eum consentiunt: *vt. ĵ. de cura. bo. dan. l. ij. in prin.* Azo. & quod dixit vendēti: scilicet quæ possunt vendi. quod dixit: *ŝ. e. § mulier.* ¶ Nec obst. *ĵ. de cura. bo. dā. l. j.* quia ibi debet consentire si exigitur: licet quidam dicant aliud in illo curatore. Accur.

u ¶ *Hæc omnia.* quæ sunt dicta *ŝ. ea. l. §. quòd si. & §. idem ait.* Az.

x ¶ *Tandiu autem.* tenetur enim actione in factū ad interesse vsque ad annū: *vt. ŝ. si mulier ven. no. l. j. §. cōperit. & §. per calumniā. & §. hanc autem. & fac. ŝ. de his qui no. infa. l. notatur. & de iureiur. l. iij. §. pen.*

27. ¶ Tamdiu autem[x] venter in possessionem esse debet, quādiu aut pariat,[y] aut abortū faciat, aut certum sit eam non esse prægnatem. 28. ¶ Et si sciens prudénsque se prægnatem non esse, consumpserit, de suo eam id consumpsisse Labeo ait.

II. PAVLVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

SEd & si eum ediderit, qui repulsus est, discedere debet.

III. HERMOGENIANVS *libro tertio Iuris Epitomarum.*

SVmptus autem ab ea facti bona fide,[z] non repetuntur.

IIII. PAVLVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

HAbitatio[a] quoque, si domū defunctus nō habuit, conducenda erit mulieri. 1. ¶ Seruis quoq; mulieris, qui necessarij sunt ad ministerium eius, secundum dignitatem cibaria pręstanda sunt.

V. GAIVS *libro quartodecimo ad Edictum Prouinciale.*

CVrator vētris alimenta mulieri statuere debet. nec ad rē pertinet, an dotē habeat vnde sustētare se possit, quia videntur quæ ita præstātur, ipsi præstari q. in vtero est.[b] 1. ¶ Curator ventri datus, soluendi debiti rationē habere debet, vtique eius quod sub pœna[c] aut pignoribus pretiis debetur.

VI. VLPIANVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

EXtraneo postumo[d] herede instituto, non aliter venter in possessionē mittitur, nisi[e] mater aliunde se alere non possit: ne fortè ei qui natus bonorum possessor futurus est, denegasse alimenta videamur.

VII. IDEM *libro quadragensimoseptimo ad Edictum.*

VBicūque ab intestato admittitur quis, illic & vēter admittitur: scilicet si talis fuerit

y ¶ *Pariat.* futurum agnatum vel cognatū: *vt. ĵ. e. l. vbicumque. §. interdum.*

z SVmptus.] *Bona fide.* quia se credebat prægnantem: & ex defuncto. *& fac. ŝ. eo. l. j. §. toties. ibi, ratiúmq; & ĵ. eo. l. pen.*

a HAbitatio. fac. ŝ. *eo. l. j. §. mulier.*

CVrator.] CASVS. Vbicūque curator datur ventri misso in possess. ille debet ventri alimenta præstare, siue mulier habeat dotem siue non. nā qui est in vtero, pro iam nato debet haberi. Et curator datus ventri debita potest soluere sub pœna vel sub pignoribus ne heres committat in pœnam, vel pignora distrahantur. Viuia.

b ¶ *Qui in vtero est.* quia est portio viscerū matris: *vt. ŝ. de venan. spi. l. j. §. ex hoc rescripto.* Sed contra: *ĵ. eod. l. extraneo.* Sol. ibi.

c ¶ *Sub pœna.* vel vsura: alioquin non nisi fuerit cōsentus. Az. ¶ Et nota quòd hic est ex natura curatoris bonorū: sed in principio huius. l. ex natura dati ventri. Itē fa. *ĵ. de cura. bo. dan. l. j. in fi. & ŝ. de heredi. inst. l. si quis instituatur. §. fi.* Itē quòd dicit sub pœna, subau. maximè, secūdū. Azo.

EXtraneo.] CASVS. Testator extraneū posthumū instituit sibi heredem. nunquid venter mittetur in pos. sic si mater non habet aliunde vnde se alat. Viuianus.

d ¶ *Extraneo posthumo.* vt ex emācipato cōceptus, qui poterat etiam olim institui: *vt Institut. de lega. §. posthumo.* secus in suo filio: *vt. ŝ. l. proxi. in prin.* quę est contra.

e ¶ *Nisi.* ¶ Not. q. hęc dictio, nisi,[e] ponit. *fic. ŝ. si quis cau. l. si eum. in fi.* & facit hæc lex ad solutionem quæstionis factæ. *C. de rei vxo. actio. §. exactio. in fin. magna gl. & fa. ĵ. de Carbo edic. l. sed si is. §. an autem.*

VBicumque.] CASVS. Si defunctus decessit intestatus, & vēter velit ab intestato succedere: si venter est talis quòd si natus suus esset, debet mitti in possess. & pro iam nato haberi. [INTERDVM.] Venter nō mittitur in possess. bonorum defuncti passim, sed eum causæ cognitione. si quis facit cōtrouersiam ventri, an est de liberis, cognoscetur summatim. & bene debet alicuius causæ cognitio summatim fieri: quia inconueniens est missum in possess. ventrem vesci de alieno, si venter non est. Vnum sciatis: Si puero mouetur quæstio status, differtur in tempus pubertatis: sed interim non mittitur in possess. Mittit prætor ventrem in possess.

a Curator ventri datus sumptus eos facere debet qui necessarij sunt ad fœtum producendum.

b Dignitatis ratione sumptus fieri debent in alenda matre ventris de cuius hereditate conseruanda agitur.

c Sumptus vētris nomine fieri hoc ordine debet. Primò ex pecunia secundò ex his rebus quæ patrimonium onerant potius impendio quā augent fructibus. Tertiò ex mobilib. Quarto ex immobilibus.

* conletibi.

d Vir bonus p[ræ]side & iu[dice].

a Ventri pręstari intelligitur quod præstatur eius matri.

b Curator vētri datus debita soluere debet pœnalia, pignoratitia, & vsuraria.

e Nisi particula adfirmatiua vt hîc. Quod verò si præcedat negatio. aliàs enim priuat seu negat: vt not. in l. si cū §. fi. & ibi omnino Bartol. & Alexā. ĵ. si quis can. & in cap. à nobis per Gloss. extra de testa.

ff. Infort.

ex isto edicto, etiam si alij erunt in possessione. Viuianus.

a ¶ *Bonorum possessionem.* scilicet vnde lib. secundum quosdam. tu dic etiam vnde agnati: vt dices. j. *l. fi.* vbi expones hæc verba, in omnibus &c. Accursius.

b ¶ *Pro superstite.* quo ad commodum ventris.

is qui in vtero est, vt si in rebus humanis esset, bonorum possessionem [a] petere posset: vt in omnibus partibus edicti pro superstite [b] habeatur is qui in vtero est.

1. ¶ Interdum [c] non passim, sed cum causæ cognitione mitti venter in possessionem debet, si quis sit qui controuersiam referat. sed hoc tantùm ad eum ventrem ei referendum, qui cum liberis [d] admittitur. cęterum si mittatur vnde legitimi, [e] vel qua alia ex parte: dicendum est non esse causæ cognitionem [f] necessariam. nec enim æquum est, in tempus pubertatis ventrem [g] vesci de alieno in tempus pubertatis dilata controuersia. Sed enim [h] placet omnes controuersias quæ quasi status controuersiam continent, in tempus pubertatis differri: sed non vt in possessione sit, status controuersia dilata, sed sine possessione.

2. ¶ Quamuis autem prætor ventrem in possessionem mittat cum his [i] quibus possessionem dederit: attamen etiam solus [k] venter admittetur ad bonorum possessionem.

VIII. PAVLVS *libro primo de Adulteris.*

SI ventris nomine mulier missa sit in possessionem, diuus Hadrianus Calpurnio Flacco differendam [l] accusationem adulterij rescripsit, ne quod præiudicium [m] fieret nato.

IX. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

CVm venter [n] mittitur in possessionem: quod in ventris alimenta deminutum est, detrahitur velut æs alienum.

X. PAVLVS *libro septimo Quæstionum.*

POstumus natus quocunque tempore, qui tamen testatoris morte conceptus [o] iam erit, potest agnoscere bonorum possessionem. [p] nam & ventrem prætor ex omnibus edicti partibus [q] mittit in possessionem bonorum, non missurus scilicet si ei nato daturus non esset bonorum possessionem.

c ¶ *Interdum.* differentiam facit. §. hic an mulier quæ petit mitti, sit paritura suum, vel quasi suum, & ei resistitur ab aliis liberis. quo casu fit plena causæ cognitio, cũ debeat vsque ad pubertatem esse in possessione, & ali: licet in iam nato fieret summaria: *vt. j. de Carbo. edict. l. iij. §. causæ.* an sit paritura agnatum vel cognatum defuncti, & resistitur ei ab aliis agnatis: & tunc citra causæ cognitionem maximã mittetur quia tunc nõ debet esse in possessione nec ali vsque dum nasceretur. cæterum quęstio status semper differtur in tempus [a] pubertatis, & secundum hoc non est contra. *j. e. l. j. § si ea.* nam ibi vt agnatum erat paritura. 2. Vel dic q̃ si suum, tamen non erant liberi qui resisterẽt: sed vel extranei, vel nulli: & ideo fit ibi summaria.

a *Vide in Spec. titu. de acti. in 51. col. ver. item differtur. & per eundem titu. de procu. §. 1. 13. col. versi. item excipitur citra procuratorem.*

d ¶ *Cum liberis.* resistentibus.

e ¶ *Vnde legitimi.* id est, quasi legitimum, id est agnatum vel cognatum sit paritura: & hoc cum aliis agnatis vel cognatis resistentibus.

f ¶ *Cognitionem.* plenam: & merito: quia non erit in possessione nisi vsquequo nascetur. nec enim &c.

g ¶ *Ventrem.* pariturum agnatum vel cognatum. Accur.

h ¶ *Sed enim.* pro certè. & hæc dictio, sed, aduersatur ad id quod dixerat, vesci. q. d. non vescitur post natiuitatem, sed quæstio status differtur. Accursius.

i ¶ *Cum his.* vt paritura suum cum aliis suis: paritura agnatum cum aliis agnatis.

k ¶ *Solus.* si solus est. *& facit. j. de manu. testa. l. si ita fuerit. §. quæstio. & j. e. tit. l. j. §. si pater emancipatus & s. de vsuf. leg. l. illi.*

SI ventris nomine.] CASVS. Si mulier prægnans petit se mitti in possess. bonorum defuncti ventris nomine, & accusatur de adulterio, debet differri quæstio adulterij, ne fiat præiudicium nascituro vel iam nato. Viuianus.

l ¶ *Differendam.* Imo contra: *vt infra de adul. l. miles. §. quæ propter. & C. de fal. l. j. & j. de Carbo. edic. l. j. in fine. & l. Titia. quæ dicunt non differri.* Sed ibi propter natum, hic propter nasciturũ. 2. Vel dic, aut ideo accuso vt sic impediam partum in possessionem mitti, quasi ex adulterio conceptum: & differuntur, vt hic. aut etiam vt ipsa puniatur: quod possum, vt in contrariis, *argu. j. tit. ij. l. Titia.*

m ¶ *Præiudicium.* qualequale. non tamen cui stetur: *vt. s. de peti. hered. l. si quis libertatem. j. resp.* ¶ Et sic sententia [b] lata contra heredem dicitur non præiudicare: *vt. C. res inter alios actas. l. j.* & alibi quod præiudicat: *vt. j. de appel. l. à sententia. & facit. j. de Carbo. edic. l. iij. §. ibidem.*

b Sententia lata contra hæredem, an & quando aliis præiudicet.

CVm venter.] CASVS. Si mulier mittitur in posses. ventris nomine: quod deminuit in alimento, debet detrahi de bonis tanquam æs alienum. Viuianus.

n ¶ *Cum venter.* facit. s. *eo. l. sumptus.*

POsthumus.] CASVS. Mulier missa est in poss. ventris nomine. iste post tempus mortis erat cõceptus: nunquid videtur rectè missa in poss. bo.? Respon. quòd sic, scilicet si iste erat talis qui iam natus defuncto suus futurus erat: aliàs secus. Viu.

o ¶ *Conceptus iam.* alioquin non: *vt. j. vnde cog. l. j. §. sed hoc ita.*

p ¶ *Bonorum possessionem.* vnde liberi vel secundum tabulas vel contra tabulas si fuit institutus vel præteritus.

q ¶ *Edicti partibus.* Hic quęro, an venter pariturus agnatũ vel cognatum possit mitti ex hoc edicto? dixit Azo. q̃ sic etiam in quarto gradu vel vlteriori, dũmodo alius eum nõ pręcedat. nam lex dicit ex omnibus partibus &c. s. quæ multæ sunt, ex testamẽto, & ab intestato: *vt Instit. de bo. pos. §. sunt autem.* liberorum, agnatorum, cognatorum. istę enim sunt partes edicti: *vt. j. si tab. test. nullæ ex. l. j. in princ. & p̃ hoc. j. ad Tertyl. l. j. §. sed si matris. & s. e. l. vbicunq. in princ.* in quibus sunt eadem verba. Item expressum videtur *supra l. vbicunq. §. interdũ.* Alij dicunt, non aliter nisi sit paritura suũ vel quasi suum: *vt. s. eo. l. j. §. toties.* Et quod dicit, omnib' edic. &c. id est siue ab intestato, siue ex testamẽto, per secũdum tab. vel cõtra tab. successurus, dũmodo suus vel quasi suus. sed sic non cõprehẽderentur omnes partes edicti vel si vis seruare secundã opinionẽ, dic ex omnib' &c. siue sui sũt successuri vt liberi, siue vt agnati, siue vt cognati: quod facere possunt: *vt j. de suc. edic. l. j. §. sed vidẽdum. & de Carb. edic. l. de bonis. §. huic* prima placet: maximè per. §. interdũ. licet in alio differãt vt ibi dicitur. ¶ Sed quid si institui vẽtrẽ Bertę extraneæ, quod possum: *vt. s. de statu. homi. l. q. in vtero. ij. resp.*: habet: quia habiturus est secundum tabulas. Acc.

DE CONIVNGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS EIVS.

ADDITIO. *De bonorum possessione contra tabulas quæ datur liberis emancipatis præteritis, dictum est: & dictum est de collationibus, & bonorum possessionibus quæ dantur mulieri prægnãti. verum quia inter filium emancipatum & nepotem ex eo in potestate constitutum est discordia, & de hoc erat discordia inter ius ciuile & prætorium, prætor vult ad concordiã reuocare. nam ius ciuile vocat nepotem ex eo in potestate constitutum, quia suus.* Instit. de hered. quali. & dif. §. sui. *ius prætorium vocat filium emancipatum, q. e. in primo gradu.* Institu. de here. quæ ab intestato. §. emancipati *sed certe ex isto edicto fit concordia inter ius ciuile & prætorium. istud vocat quemlibet pro dimidia. & hoc dicit rubrica de coniungendis liberis: id est nepotibus. Verum quia secundum Pla. est correctum:* [a] *quia cũ sit sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis. vel dicatis quod ad quid est correctum: quia filius præcedat nepotem sed si habeo filium emancipatum, ex alio nepotem in potestate: non est sublatum.* in Auth. de here. ab intestato. §. cõsequens. *Viui.*

Huic etiam edicto locus est tam in bonorum possessione contra tabulas quam vnde liberi, vt scilicet patri emancipato iungatur in vnam eandémque partem filius natus ex eo & retentus in potestate aui, vtque ei soli bona sua conferat pater, non fratribus. Filius dicitur coniungi patri, non pater filio. nam præualet ius prætorium. Sed ex hoc edicto iuri prætorio coniungitur ius ciuile. Edictum nouum dicitur & noua clausula. l. 1. §. si si pater nuru. tit. seq. l. q. duos. hoc tit. *& à Græcis* ad. l. 5. Si tabul. test. nul. ext. *quia in componendo edicto perpetuo auctoritate Adriani Imperatoris Iuliano vtile visum est hoc iuris introducere & inserere edicto prætoris. Saluianum edictum dicere soleo. Cuiacius.*

a Hoc edictũ de coniungendis cum emancipato liberis hodie correctum esse statuit. Gloss. Nouell. tit. c. in fin. in verba potestatis: & in Glossa Authentica In successione. C. de suis.

SI quis.] CASVS. Si filius est emancipatus, & nepos in potestate, vocantur ex edicto in dimidiam quilibet si est nepos ex alio filio. si ex eodem, in partem vocatur pater, in aliam nepos. & istud edictum continet magnam æquitatem, ne emancipatus solus veniat, & excludantur nepotes. Vnum sciatis, si filius est datus in adop. institutus nepos debet sibi iungi, siue sit pater institutus vel præteritus. veruntamen differentia est inter adoptiuum & emancipatum, qui in adopt. datus non iungitur nisi sit institutus, & alio committente edictum emancipatus iungitur, siue institutus sit, vel præteritus. [FILIO.] Testator vnum filium habebat in potestate, & illum ex besse instituit, filium emancipatum ex triente: nepotem ex filio emancipato præteriit. præteritus iste nepos contra tabulas petit ex persona instituti, vel

à filio

à filio emancipato. præteritus quid auocabit à patruo? auocabit sextantem, à suo patre vnciam. vocabitur itaque in quadratem. [Si pater.] Pater ex quo nepos erat in potestate, fuit exheredatus, nepos præteritus. nunquid debet hic exheredatus cū præterito iungi? non. sed si vterque esset præteritus, sic. ¶ Sed quid erit pater ex quo nepos erat in potestate, est institutus. nunquid nepos ad bona aui sui debet vocari: quia toties nepoti cōsulitur, quoties in potestate est pater eius emancipatus. ¶ Quid si postumus natus sit? nunquid admittetur cū patre suo? & certè sic. hoc dicit vsque ad. §. liberos. [Liberos autem.] Ex isto edicto, vt in superioribus habuistis, coniunguntur liberi cum emācipatis: quod est ita intelligendum, si defunctus habet liberos emancipatos, præteritos nepotes: tunc veniunt nepotes cum emancipatis, & sic deinceps. Vnum est si pater habet nepoté ex filio emancipato, & ex nepote pronepotem: pronepos iungitur cum emancipato. sed si captus est ab hostibus, & redierit, similiter ipse iungitur. hoc dicit vsque ad. §. si pater. [Si pater.] Paterfamil. habebat duos filios in potestate, alterum emancipauit, & nepotem ex eo in locum filij adoptauit. decessit ipse pater, & filium præteriit. iungetur ipse nepos filio supra in princ. huius. l. at iste nepos non est, sed filius adoptatus. certè ei succurritur succedenti, sicut si extraneus datus esset in adop. quia vocatur in vnam tertiam, pater eius in aliam tertiam. alter filius emancipatus cum nepote altero retento in potestate vocatur in reliquam tertiam quæ erat diuidenda. [Illud.] Nepos suus iungetur emancipato præterito cū pater decedit intestatus, siue nepos fuit in nihilum institutus, vel in magna parte, vel modica portione. [Inter ipsum.] Si aliquis decedit relicto filio emancipato, & nepote in potestate retento: si ipsi duo sint, non alij liberi, diuiditur hereditas in duas dimidias. sed si sunt plures nepotes, diuiditur si sunt ex eodem filio, pater vocatur in semissem, duo nepotes in alium semissem. sed si erat filius emancipatus, & nepos in potestate retentus, & alius filius in potestate retentus, tunc vocatur filius suus in semissem. & emancipatus cum nepote in alium. sed si duo sunt emancipati, & quilibet habet nepotem, diuiditur in duos semisses. sed si vnus emancipatus habet vnum filium, alius tres nepotes, diuiditur in duos semisses: & vnus semis diuiditur in tres quadrantes. [Si quis.] Defunctus habebat filium emancipatum, & nepotes ex eo. decessit intestatus. iunguntur nepotes emancipato. aliquis nepotum omittit partem suam. cui accrescit? frater accrescit fratri. Quid si omnes omittat? nunquid accrescit patri, an patruo? certè soli patri. sed si pater omitteret, soli patruo. [Emancipatus.] Filius emancipatus patri defuncto vult ab intest. succedere. ex isto filio non sunt nepotes. nunquid bona quæ habebat tempore mortis, debet fratribus conferre? sic. sed si essent nepotes, tunc prætor tuetur eum cum filiis sus, & eis debet conferre. Sed pro Deo, inquantum erit facienda collatio? an pro parte virili, an pro dimidia, an qualiter? Et certè si conferat fratribus, viriliter. si filiis suis, detrahet pro eadem. & sic ad col. vocatur: & ideo si succedit cum filiis suis, habet dimidiam, filij aliam. Sed quid si emancipatus habet fratrem emancipatum, alium in potestate retentum? & nepos debet conferre fratri suo, & nepotibus: & erit locus collationi, hoc modo: si centum erant in bonis, habebit. l. residua conferet nepotibus. sed si erant duo nepotes & pronepotes, tunc. l. retinet. alia. l. diuidi debent, quia nepotes habent. xxv. alij nepotes habent alia. xxv. quia hoc modo vocantur ad successionem ab intestato. hoc dicit vsque ad. §. si sit filius. [Si sit filius.] Paterfamil. habebat duos filios, vnum in potestate, alium emancipatum, & ex alio defuncto nepotem in potestate, & alium emancipatum. qualiter vocabuntur isti? certè filius emancipatus debet suis nepotibus & fratribus conferre, & fiet ista coll. ipse habebit vnam patrem, aliam nepotes, aliam frater eius: & ita viriliter videtur venire ad successionem cum fratre & nepotibus. ¶ Quid si nepotes ex illo erant emancipati, ex altero in potestate retenti? similiter dicendum est quòd vtiliter fiet collatio. Vnum sciatis, quia nepos ex filio confert patri suo: non autem pater patruo maiori, id est fratri sui aui. hoc dicit tota lex. Viuianus.

† Vide in hūc locū Antoniū Aug. li. 1. emēd. c. 1. in pādectis enim florent. hic titulus ante superiorem positus est.

DE CONIVNGENDIS CUM EMANCIPATO LIBERIS EIUS. †

TITVLVS. IX.

Primo ponit iurisconsultus mentem edicti. secundo illud exponit. secunda ibi, Hoc edictum. Bartolus.

1. VLPIANVS *libro quadragensimo ad Edictum.*

Si quis [a] ex his quibus bonorum possessioné prætor pollicetur, in potestate parentis cum moritur, non fuerit: ei, liberisque quos in eiusdem familia habuit, si ad eos hereditas suo nimine pertinebit, neque notam exheredationis meruerunt: bonorum possessio eius partis datur[b] quæ ad eum pertineret, si in potestate permansisset: ita, vt ex ea [c] parte dimidiam, * reliquam liberi eius, * hisque [d] dumtaxat bona sua conferat.

1. ¶ Hoc edictum [e] æquissimum est: vt neque emancipatus [f] nepotes in potestate manentes: neque nepotes iure potestatis obiiciantur [g] patri suo.

2. ¶ Et in adoptionem datus filius, & heres institutus ad hoc edictum pertinet, vt ei iungatur nepos qui in aui sui naturalis potestate est. Iungitur autem nepos patri suo emancipato, siue pater præteritus sit, siue institutus. Et hæc erit differentia inter in adoptionem datum, & emancipatum, quòd in adoptionem quidem dato non aliàs iungitur, nisi instituto, & alio

a ¶ *Si quis.* Per. l. antiquam. xij. tabul. soli [a] sui succedunt: *vt Institut. de hered. ab intesta.* §. j. & sunt sui [b] etiam nepotis in potestate, si pater eorum est emancipatus: *vt Institut. de hered. qua. & diff. §. sui.* sed per prætorem solus emancipatus, ac si in potestate mansisset: *vt supra de contra tabul. l. j. §. vocantur.* hanc discordiam sedat hic prætor, vt partem quam erat habiturus emancipatus si in potestate stetisset, diuidat cum suis filiis: vt ipse dimidium, illi aliud dimidium habeant, & eis solum conferant, non aliis fratribus. Sed ad [c] hoc vt fiat hæc coniūctio, multa sunt necessaria. 1. Primò vt pater sit emancipatus: aliàs ipse solus succederet communi iure: *vt infra eod. l. j. in princ. & §. si pater. j. respō.* 2. Secundò quòd liberi eius sint in familia, id est in potestate tempore mortis aui, *vt hic, & dicit. §. fin.* 3. Tertiò quòd hi nepotes sint naturales & legitimi, non legitimi tantum: *vt. j. eodē. l. si quis filium.* 4. Quartò φ hereditas pertineat ad eos, scilicet nepotes & filiū, scilicet quòd filius præteritus sit, & illi instituti, vel econtra, vel omnes præteriti, & alius institutus: quibus casibus propter contra tabu. maximè locum habet cōcordia, vel prorsus intestatus decessit: vt hic. nam verbum, pertinere, late patet: *vt infra de verborum. signifi. leg. verbum.* 5. Quintò quòd suo nomine pertineat: aliàs secus: *vt hic, & infra eod. l. si nepos exhere. & supra de contra tab. l. non putauit. §. sed & si ipse.* 6. Sextò quòd hereditas sit paterni generis, aut aui paterni: [d] aliàs præteritio pro exheredatione habetur: *vt. ʒ. de contra tabu. l. illud. §. ad testamenta.* 7. Septimò quòd nō sint exheredati filius vel nepos: quia tūc in contra tabu. nō iunguntur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure: *vt hic, & ʒ. de contra tabu. l. si post. §. exheredati.* 8. Octauò quòd emancipatus non sit in adoptionem datus. nam tunc non fit eius coniunctio: quia nec habet contra tabu. nisi sit institutus, & alius committat edictum: *vt. j. de contra tabul. l. non putauit. §. in ado.* nisi sit datus proprio suo patri in ādop. *vt. ʒ. de contra tab. l. iij. §. idem.* Sed hoc [e] edictum hodie locum non habet: quia sublata est differētia pa. po. *vt in authen. de hered. ab intest. §. j. col. ix.* vnde solus filius non nepos ex eo succedit. Sed nihilominus est legendum: [f] quia & de collatione dicit: & quia bona argu. hic sunt: & quia aliàs leges reddit intelligibiles. Dic ergo si quis &c. scilicet emancipatus ex iis quibus &c. & per hoc repellit succedentes per lineam fœmineam: quia eis non datur contra tabu. vt dixi. nec etiam vnde liberi: *vt C. de suis. & leg. l. fin.*

b ¶ *Datur.* ei quod est supra. Item ideo dicit eius patris: quia alios fortè fratres habebat.

c ¶ *Ex eo.* l. sua parte, partem dimidiam subau. habeat: reliquam scilicet dimidiam liberi &c.

d ¶ *Hisque.* occasione prædictæ cōcordiæ oritur alia discordia inter hos nepotes, & eorum patruos. nam patrui dicunt patrē nepotum præteritum, & nepotem petentem contra tabulas conferre debere eis fratribus, *per l. ʒ. de col. l. j. in princ.* at hi nepotes dicunt se solos pati iniuriam per contra tabulas sui patris: quia quod soli habituri erant de iure ciuili, aufert eis dimidiam. vnde cum prætor grauauerit in prima concordia nepotes, nunc fauet eis, vt solum eis conferat eorum pater: *vt hic, & infra eod. §. sed & si sint nepotes. & facit. ʒ. de colla. l. filius. & supra de contra tabul. l. j. §. qui habebat.*

e ¶ *Hoc edictum.* cuius mens est in principio huius. l.

f ¶ *Excludat.* per ius prætorium, quod eum solum vocat. Azo.

g ¶ *Obiiciantur.* per. l. duodecim tabul. quæ solos nepotes vocat: *vt Institut. de exhered. libe. §. emancipatos.* sed simul vocentur.

a Sui lege. xij. Tabulatū soli succedebant.

* dimidiam ipse.

* eius habeāt.

b Sui nepotes in potestate aui sunt, patre eorum emancipato.

c Emancipatis parentibus vt coniungantur eorum liberis multa sunt necessaria & quę illa sint.

d Dic etiam si fiat præterito aui filiu superstite: quia non dicitur dominium continuari in nepotem ex persona aui cum pater sit in medio. *Bal. in. l. si quis postumus. §. fin. ʒ. de libe. & posth.*

e Edictum hoc de coniungendis cum emancipato liberis eius, hodie nō est in vsu.

f Leges correctæ legi possūt ad instructionem nō ad exercitium. *v. Ex. eam in. cap. 1. de cōstitut. nu. 174.*

ff. Infort.

committente[a] edictũ: emancipato autẽ, ſiue ſit inſtitutus emãcipatus, ſiue ſit pręteritus. 3. ¶ Filio[b] in poteſtate ex beſſe, emancipato ex triente herede inſtituto: Iulianus ait nepotẽ præteritũ petita contra tabulas bonorum poſſeſſione, patruo ſextantẽ, patri vnciã ablaturũ. 4. ¶ Si pater emãcipatus exheredatus ſit, nepotibus ex eo præteritis,[c] qui erant in poteſtate retẽti, nepotes admittũtur.[d] Abſurdũ enim eſt, cum patri pręterito iungãtur, inſtituto eo vel exheredato nõ admitti.[e] 5. ¶ Sed & ſi patruus eorũ qui erat in poteſtate, ſit pręteritus, pater exheredatus: debẽt nepotes[f] admitti. nã exheredatus pater eorũ pro mortuo habetur. 6. ¶ Si pater in poteſtate manens, exheredatus[g] vel inſtitutus ſit, nepotẽ ex eo, ſiue in poteſtate manentẽ, ſiue emancipatũ, ad bona aui neque vocari, neque vocãdum eſſe Scœuola ait. Totiens enim nepoti conſulendum eſt, quotiens in poteſtate retentus eſt patre emancipato. Liberos igitur[h] in familia[i] eſſe oportet, vt huic edicto locus ſit. eius[k] ſcilicet familia, cuius bonorum poſſeſſio petitur. Sed & ſi poſtumus natus ſit ex emancipato, ante emancipationem cõceptus:[l] idem erit dicendum.

7. ¶ Liberos autem non omnes ſimul vocat prætor, ſed gradatim, hoc eſt eos qui ſui ſunt, ſcilicet nepotes, ſi ſunt ſi minus, eos qui ſunt inferioris gradus. nec eos miſcebimus: Planè ſi ſint ex emancipato nepos, & ex nepote eius alio[m] pronepos: dicendũ erit vtrumque ei iungi.[n] ambo enim in ſuorum loco ſucceſſerunt. 8. ¶ Si poſtliminio[o] nepos redierit, dicendũ eſt eum patri emancipato coniungi.

9. ¶ Si pater ex duobus filiis quos in poteſtate habuit, alterũ emãcipauerit, & nepotem[p] ex eo in locũ filij adoptauerit, & præterito emãcipato deceſſerit: Iulianus ait nepoti in locũ filij adoptato ſuccurri oportere, vt quaſi filius portionẽ habeat, quã haberet & ſi extraneus adoptat[q] eſſet. Sic fiet, inquit, vt filius qui in poteſtate fuit, tertiã partẽ: nepos in locum filij adoptatus aliam tertiam: emãcipatus filius cum nepote altero retento in poteſtate partiatur. nec enim minus debet ferre nepos in locum filij adoptatus, quàm ſibi extraneo[q] eſſet adoptatus. 10. ¶ Illud non intereſt,[r] quota portio hereditatis ad nepotem pertineat, an perquam modica. nam etſi modica ſit, attamen dicemus eſſe locum huic parti[ſ] edicti.

Primo ponit vnum dictum, ſecundo illud per exempla declarat. Bart.

11. ¶ Inter ipſum filium & liberos eius diuiditur hereditas, ita vt ipſe dimidium, liberi dimidium habeant. Proinde pone ſolum eſſe filium emancipatum, & nepotes in poteſtate duos: neminem præterea ex liberis.[t] habebit emancipatus dimidiam partem hereditatis: & aliam dimidiam duo nepotes, vt quadrantes ferant. Sed ſi ſit præterea alius filius, eueniet vt filius habeat dimidiam partem hereditatis, ex quo nepotes non ſunt: alius filius ſemiſſem cũ filiis ſuis, ita vt quadrantem hereditatis ipſe ferat, quadrans inter liberos eius diuidatur. Sed ſi ambo filij ſint emancipati, & habeãt ſinguli nepotes: eueniet vt ſinguli ſingulos ſemiſſes cum nepotibus ſuis diuidant, ita vt ipſi quidem quadrantes ferant, nepotes autem reſiduos quadrantes. & ſi alter duos filios, alter tres habeat: quadrans vnus inter duos, alius inter tres diuiditur. 12. ¶ Si quis ex nepotibus portionem ſuam omiſerit, eueniet vt non ad patrem eius, ſed magis ad fratrem pertineat. Sed & ſi omnes nepotes omittant, patruo nihil adcreſcet, ſed ſoli patri. quòd & ſi pater omiſerit, tunc patruo[u] adcreſcet.

Iuriſconſultus vſque huc expediuit primam partem edicti, ſcilicet de coniungẽdis: hic incipit dicere de ſecunda, ſcilicet de collatione bonorum, quæ inducitur per hunc titulum. & durat vſque ad finem. l. Bart.

13. ¶ Emancipatus filius ſi quidem nepotes in aui poteſtate non habeat, fratribus ſuis conferet.[x] Sed ſi ſint nepotes, voluit eum prętor filiis ſuis qui ſunt in poteſtate, ſolis conferre. meritò: quia veniẽdo ad bonorum poſſeſſionem illis ſolis iniuriam[y] facit. 14. ¶ Nunc videamus quantum eis conferat. Et quidem ſemper cum[z] fratribus emancipatis confert, virilem[a] ſibi detrahit. Vtrum & in eo[b] caſu virilem detrahat: an verò quia dimidiam partem habeat bonorũ poſſeſſionis,[c] dimidiam partem etiam bonorũ ſuorum

confe rat?

a ¶ *Committente.* hodie non iungitur ſi detur extraneo: quia remanet in poteſtate: *vt. C. de adoptionibus. l. cũ in adoptione. §. omnia igitur.* ſed & hodie iure veteri iungitur ſi detur auo in adoptionẽ, ſiue fuerit inſtitutus, ſiue non: *vt. ſ. de contra tabulas. l. fin. §. penul. & .j. e. §. ſi pater.* Azo.

b ¶ *Filio.* fac. *ad hoc. ſ. ſi pars here. peta. l. j. §. ſi ego. & .ſ. de contra tab. l. j. §. ij. & . l. cum emancipatus. §. fin.*

c ¶ *Præteritis.* extraneus igitur fuit inſtitutus.

d ¶ *Admittuntur.* ad contra tab. ſed an iungantur exheredato, ſtatim dicam. Accur.

e ¶ *Admitti.* q. d. admittatur cum alio, ergo & ſolus: *vt ſupra titul. j. vbicumque. in fin.* quod tamen in exheredato dicit, idem[a] in præterito: *vt. ſ. ea. l. §. iungitur.*

f ¶ *Nepotes admitti.* ad contra tab. ¶ Sed an iungitur nepos patri exheredato? Azo. dicit q nõ. primò quia[b] habetur pro mortuo, vt hic. Secundò quia hoc dicitur. *ſ. ea. l. in princ.* Tertiò nõ habet cõtra tab. cuius cauſa hic tit. eſt inductus: *vt. ſ. de contra tab. l. ſi poſt mortẽ. § exheredatus.* Sed Io. dicit quòd ſic: *vt. ſ. de inoffic. teſta. l. ſi proponas. & . ſ. ſi pater. in poteſtate.* Sed potes dicere quòd perlata quęrela iũgatur, nõ prius: vel iungatur, non per hoc edictum ſed per nouam clauſulam Iuliani: *vt. j. eodem. l. qui duos.*

g ¶ *Exheredatus.* ſc. rite. non aliàs: *vt. ſ. de contra tabulas. l. nõ putauit. §. non quauis.* Itẽ hoc ita ſi ex heredatio non ſit facta inualida: *vt. j. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ex teſtamento.* Sed fallit in hoc caſu: *vt ſupra de contra tab. l. filium. §. ſed cum exheredatio. & . j. de bon. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis non mala.* Item quòd ſequentes repelluntur, & filij in partem tantum admittuntur, etiam eſt de iure prætoris: *vt. j. eodem. l. qui duos.*

h ¶ *Liberos igitur.* i. nepotes, vel pronepotes, vel ſimiles.

i ¶ *In familias.* i.[c] in poteſtate.

k ¶ *Eius.* ſub. oportet eſſe nepotes, puta aui.

l ¶ *Conceptus.* Sed quam partem petet interim emancipatus? Reſpon. *vt. ſ. de contra tabu. l. j. §. ſi ex tribus.*

m ¶ *Alio.* cæterum ſi ex eodem nepote eſſet, excluderetur per ſuum patrem talis pronepos. Azo. *vt. ſ. de contra tabulas. l. iij. §. ſi poſt.* Accurſius.

n ¶ *Iungi.* vt. *j. eo. §. eueniet.* Sed arg. contra. *ſ. de legi. tuto. l. tutela. §. proinde ſi alter. & infra de bo. lib. l. v. & l. ij. in fin.*

o ¶ *Si poſtliminio.* ſic. *ſ. de contra tab. l. j. §. ex tribus.* Azo.

p ¶ *Nepotem.* ſcilicet vnum de duobus: vt ſtatim patet. Accur.

q ¶ *Ab extraneo.* id eſt hic nepos eſſet extraneus: *vt & . ſ. de contra tabu. l. cum emancipati. §. ſi.* Accurſius.

r ¶ *Illud non intereſt.* quo ad hoc edictum. Sed contra. *ſ. de dolo. l. ſi oleum. in ſi.*

ſ ¶ *Parti.* ſcilicet de coniungendis. habet enim & aliam partem, id eſt de collationibus.

t ¶ *Ex liberis.* ex ſe pone. Azo.

u ¶ *Tunc patruo.* Imò nepotibus, non patruo: *vt infra vnde libe. l. ſi quis. §. ſi. contra.* Sed hic nepos omiſerat: ibi non vel quod ibi dicit non reliquis, ſcilicet nepotibus ex alio filio, ſed ſuis ſic, & patruo, vt hic. prima placet & facit *ſupra de vulga. ſubſtitu. l. coheredi. §. qui diſcretas. & de lega. j. l. planè. j. reſpon. & . C. de cad. toll. §. his ita.*

x ¶ *Conferet.* etiam inſtitutis, & etiam non petentibus contra tabulas quod non eſt per edictum de collatio. ſed per Scæuolæ interpretationem: *vt ſupra de colla. bono. l. ſi filius.*

y ¶ *Iniuriam.* ſed dic *vt. ſ. ea. l. circa prin. notaui.*

z ¶ *Cum fratribus.* cũ, id eſt quando.

a ¶ *Virilem.* vt. *ſ. de colla. bo. l. j. §. ſi.*

b ¶ *Et in eo.* cum vocatur cum ſuis liberis, & confert.

c ¶ *Bonorum poſſeſſionis.* vt. *ſ. §. cum inter.*

a Præteriti & exheredati par conditio eſt.

b Exhæredat⁹ habetur pro mortuo.

c Familia pro poteſtate.

conferat? Et puto dimidiam tantùm bonorum eis partem conferre. nam & si [a] alius emancipatus [b] sit filius, alius in potestate retentus: [c] filius emancipatus [d] his duobus [e] nepotibus vnam partem tantùm conferet: & patruo eorum qui in potestate mansit, vnam partem dabit: tertiam ipse habebit: nec quod nepotibus confertur à patruo emancipato, ipsi [f] patri conferent. [g] hoc enim non de bonis aui, sed propter bona [h] postea eis accessit.

15. ¶ Eueniet igitur [i] vt pater emancipatus si centum in bonis habeat, quinquaginta sibi detrahat, residua quinquaginta omnibus nepotibus, id est filiis [k] suis conferat: aut si vnum nepotem habeat, & duos ex alio pronepotes, ita diuidat quinquaginta, vt nepos habeat vigintiquinque, pronepotes ex alio vno [l] vigintiquinque. nam & bonorum possessionis ambo vnam partem habent.

16. ¶ Si sit filius in potestate, alius emancipatus, ex defuncto [m] vnus † nepos in potestate, alius [n] nepos emancipatus: eleganter Scæuola tractat, [o] patruus emancipatus quantum * nepotibus, [p] quantum fratri suo [q] conferat. Et ait posse dici, tres eum partes facere: vnam sibi, vnam fratri, vnam istis collaturum, quamuis hi minus quàm patruus ex hereditate aui cōcurrente patre sint habituri. quæ sententia vera est.

17. ¶ Sed & si sint duo nepotes ex eodem filio, [r] hique emancipati sunt, & ex altero eorū pronepos in potestate defuncti: [s] partem habebit nepos vnus, aliam nepos cum filio [t] suo.

18. ¶ Sed & si [u] nepos, & ex alio nepote defuncto duo pronepotes: [x] vnus ex pronepotibus emancipatus soli fratri suo conferat: vel si frater non est, soli patruo: non etiam patruo maiori.

Clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante. Bartolus.

II. PAVLVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

NIhil in hac parte edicti [y] cauit prætor vt legata exceptis personis nepos præstet, sed potest superior sermo [z] & ad hūc casum referri. Nam absurdū est, patrem quidem eius legata præstare, ipsum [a] verò plus habere: cum eadem conditione in eandem partem vocantur. *

III. MARCELLVS *libro nono Digestorum.*

QVi duos filios habebat, alterū ex his emancipauit, [b] nepotem ex eo in potestate retinuit. emancipatus filium [c] sustulit, & à patre exheredatus [d] est.

a ¶ *Nam & si.* à simili probat. H.
b ¶ *Alius emācipatus.* q nō habet filios in potestate aui retētos.
c ¶ *Retentus.* sup. & alius emancipatus: ex quo duo remanserunt in potestate nepotes, & sic tres filij, duo emancipati. & tertius in potestate.
d ¶ *Filius emācipatus.* ex quo null' nepos est.
e ¶ *His duobus.* natis ex altero emancipato. confert enim pater eorum: quia est emācipatus: *vt. C. de colla. l. si emācipati.* vnde bene dico ex altero. si enim ex se nati essent, solis eis conferret: *vt. s. §. sed & si sint.*
f ¶ *Ipsi.* nepotes.
g ¶ *Conferent.* i. [a] cōmunicabūt: quod videbatur per hoc edictū: sed non est ita hoc enim &c. Accur.
h ¶ *Propter bona.* sic. s. *de pecu. l. eo tempore. in fi.* Accur.
i ¶ *Eueniet igitur.* secūdū ea quę s. *dixi ibi,* & puto dimidiam &c.
k ¶ *Nepotibus, i. filiis.* ¶ No. glo. sic. j statim nepotem [b] pro filio & pronepotē [c] pro ipso nepote poni. nam respectu aui defuncti dicitur nepos & pronepos ille: quo ad filium emancipatum est filius & nepos.
l ¶ *Ex alio vno.* non dico ex alio, id est suo fratre præmortuo, & eius filio. illis enim nō cōferet, sicut nec corū auo. Item illi semissem hereditatis proauitæ haberent sicut eorum auus. Vel dic nepote suo, i. suo filio: secus si ex eodē nepote haberet: quia tūc pronepos per nepotem, id est per patrem suum excluderetur: *vt. s. eadem. l. §. liberos. in fine.* Azo. nisi ponas nepotem præmortuum: *& facit. s. ea. l. §. liberos. in fin. & j. proxi. & s. de colla. l. si nepotes.* Accur.
m ¶ *Ex defuncto.* quodam tertio qui erat in potestate secundum. Azo. Accursius.
n ¶ *Alius.* sc. nepos. Accur.
o ¶ *Tractat.* i. tractando quærit.
p ¶ *Nepotibus.* istis quorum alter erat emancipatus. sed quo modo confertur emācipato nepoti, cōtra. s. *de col. l. j. §. portiones?* Respon. ex persona sui patris præmortui petunt conferri sibi hi nepotes: qui pater fuerat in potestate aui: qui. qui eius persona nituntur, eadem eis portio confertur quæ patri conferretur: *vt supra de colla. l. si nepotes in locum.* maximè si cautum erat patri de collatione ante mortē. ¶ Sed obstat quod subiicit, quāuis minus &c. si enim pater viuit, & velit concurrere cum suis fratribus, non erat habituri minus: imò nihil: *vt supra ea. l. §. si pater in potestate?* Respond. minus quàm patruus: quia nihil. nam quod nihil est, minus [d] est: *vt supra de trib. l. illud.* 2. Vel dic secundo quòd petunt conferri ex sua persona, non patris: & dic de profectitiis bonis aui vel patris: *vt. C. de col. l. filiæ dotem. §. nec dubium. & l. vt liberis. §. fina.* Vel tertio dic hunc nepotem à patre suo non auo emancipatum, & ideo ei confertur: quia nec per se nec per alium factum est quo minus sit in potestate aui. & secundum has duas positiones dic patrem nepotis emancipatum. & quod subiicit. quāuis &c. quasi dicat, si pater viueret, in portione tertia concurreret cum suis filiis, & sic nepotes haberent medietatem tertiæ, sed tamen habent integram tertiam collationis. Item quid hoc ad hunc titu? Respond. quia hic titulus dicit de collatione facienda à patre filiis: *vt supra ead. l. in princi.* cuius rei causa etiam supponit generaliter qui & quantum debeant conferre nepotibus, & quibus etiam conferant nepotes.
q ¶ *Fratri suo.* qui erat in potestate.
r ¶ *Ex eodem filio.* mortuo.
s ¶ *Defuncti.* proaui.
t ¶ *Filio.* s. pronepote defuncti, videbatur ꝙ patruus emancipatus conferret soli pronepoti qui remansit in potestate. sed secus est, & habet hic locum eadem quæstio quæ etiam habetur in superiori. §.
u ¶ *Sed & si.* supra dixit qualiter nepotibus confertur. nunc econtra qualiter ipsi cōferant, & cui. & dic ꝙ habui fratrem ex quo fuerūt duo filij qui fuerūt nepotes patri meo, id est auo suo: & ex vno eorum nepotum præmortuo duo sunt pronepotes ad auum, quorum alterum emācipauit auus. nūc auus moritur: ego filius succedo in dimidiam: nepos superstes in mediū alterius dimidiæ. alia quarta deberet dari pronepoti remanenti in potestate aui de iure ciuili. sed per prętorem fit ei iniuria, qui vocat etiam nepotem emancipatum cui datur alia quarta. cū ergo ei soli faciat iniuriam, ei soli confert. secundo confert patruo suo si superest. si non superest proximior patruus suo tertio, mihi, qui sum patruus magnus.
x ¶ *Pronepotes.* scilicet sint.

NIhil in hac parte.] CASVS. Si filius emancipatus præteritus à patre petit cōtra tabu. legata tenetur exceptis personis præstare. nunquid si suus nepos succedit cum emancipato ex isto edicto, præstabit legata exceptis personis? & de hoc non videtur caueri in isto edicto, sed dicendū est, sicut emancipatus præstat, ita nepos suus. Viuian.
y ¶ *Edicti.* de coniungendis. Accur.
z ¶ *Sermo.* i. edictum de leg. præstan. quod est supra. ¶ Et pone nepotem in potestate heredem institutum, & patrem eius emancipatum vel præteritum, vel ambos præteritos extraneo instituto, & petiisse contra tabu. rupto testamento, & iunguntur & ambo soluunt legata exceptis personis: quia cum nepos facit iniuriā emancipato, qui [a] solus de iure prætorio succedit, & participat emolumentum, participet & onus: *& fac. s. de lega. præstan. l. nepos. & l. seq.*
a ¶ *Ipsum.* nepotem; qui plus haberet quàm pater si legata solueret pater, & non ipse.

QVi duos.] CASVS. Ista. l. aliquantulum est verbosa: tamen intellectus eius breuiter notari potest. Pater habebat duos filios: alterum emancipatum. emancipatus filium procreauit. ille fuit à patre suo emancipatus. modo quæritur, quomodo vocetur ad successionem? Et certè si emancipatus est preteritus ab auo licet alij sint instituti, iungentur: sed exheredatus non vocatur ad contra tabulas quia exheredatus suis nepotibus non debet obstare: sicut præteritus non obstat quin ex isto edicto admittantur. quid dicemus? certè vt emancipatus cum suo nepote vocetur in partem virilem, alij vocentur in partem virilem. Viuianus.
b ¶ *Emancipatus* s. primum & alium post: *vt. j. innuit.*
c ¶ *Filium.* sc. alium: & sustulit, id est procreauit: scilicet post emancipationem.
d ¶ *Exheredatus.* filius primo emancipatus ex quo sunt nepotes.

a Conferre est communicare.
b Nepos pro filio.
c Pronepos p nepote.
† Sunt qui hīc legāt, duo nepotes, & dicāt illa verba. ali' nepos emancipatus, abūdare. * Pro, quantū nepotibus, erat in arch. nepotum quantib. inuersè. Ant. Aug. lib. 4r. 2.
d Nihil, etiam minus est. s. in. l. 1. §. hæc verba. j. si cui plus quā per le. Fal. Bal. in auth. contra rogatus. Cod. ad Treb. sic minus licet ei, cui pl' Spec. de. 1. & 2. decre. §. 9. versi. sequitur.
* vocetur.
a Onus cum sequi debet ꝙ emolumētum percipit.

Quæro, cum frater eius [a] & ipse emancipatus præteritus sit, & nepotes ex emancipato filio ab auo heredes instituti, [b] quid de bonorum possessione iuris sit: [c] & quid intersit, si emancipatum quoque ex quo nepotes erant nati, præteritum esse ponamus. [d] Respondi, Si filium retento ex eo nepote emancipauerit, & emancipatus procreauerit filium, & heres vterque nepos institutus fuerit, pater eorum exheredatus, [e] alius filius præteritus: solus [f] filius præteritus bonorum possessionem contra tabulas petere poterit. exheredatus enim obstat filiis suis [g] post emancipationem susceptis. nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet: quoniam si pater eius emancipatus præteritus esset, simul cum eo [h] bonorum possessionem accipere posset [i] propter [k] id caput edicti quod à Iuliano introductum est, id est ex noua clausula. nec debet deterioris esse conditionis, quia pater eius exheredatus sit: ídque ei [l] præterito quoque præstari oportebit. Sed fratri eius qui post emancipationem natus est, diuersa [m] conditio est. conseruanda est tamen & illi ad virilem partem hereditas, sicut etiá imperator Antoninus in persona neptis [n] * ex filia rescripsit.

IIII. MODESTINVS *libro sexto Pandectarum.*

EMancipato [o] quis filio retinuit ex eo nepotes in potestate. filius emancipatus susceptis postea liberis decessit. Placuit, in aui potestate manentes simul cum his qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem accipere: manente eo, [p] vt si velit auus sibi per nepotes [q] adquiri, bona sua [r] conferat, aut nepotes emancipet, vt sibi emolumentum [s] paternæ hereditatis adquirant. ídque ita diuus Marcus rescripsit.

Iurisconsul. exponit verba posita supra eo. l. j. quæ dicũt sub nomine. Bar.

V. IDEM *libro sexto Differentiarum.*

SI nepos exheredatus heres extiterit ei quem auus heredem fecerat, deinde pater eius emancipatus testamento præteritus accipiat contra tabulas patris bonorum possessionem: iungi patri suo nepos non poterit, [t] sed vt extraneus excludetur: quia non suo [u] nomine auo heres extiterit.

VI. SCÆVOLA *libro quinto Quæstionum.*

SI quis filium habens in potestate, extraneum in nepotis locum quasi ex eo filium * natum adoptet, mox filium emancipet: non iungetur hic nepos filio emancipato quia desiit [x] esse emancipatus ex liberis.

VII. TRYPHONINVS *libro sextodecimo Disputationum.*

SI post emancipationem filij susceptus ex eo fuerit nepos, conseruanda [y] illi erit portio. Sed quanta, videamus. finge enim patruo scripto heredi coheredem datum hunc nepotem, patrem autem eiusdem præteritum accepisse contra tabulas bonorum possessionem. Quod ad edictum prætoris attinet, semisses [z] bonorum fient. Nunc verò post constitutionem diui Pij, [a] si cõseruatur pars nepoti, vtrum virilis, [b] an quarta [c] debeat seruari? Nam si in aui natus potestate fuisset, coniungebatur [d] in vnam patrem cum patre suo. Et proponamus [e] esse alium ex eodem [f] nepotem in familia aui. Duo vnam quartam [g] habituri erant, patre eorum accipiente contra tabulas bonorum posses-

a ¶ *Frater eius.* ordo literæ est: Quæro, cum frater eius sit emancipatus, & ipse scilicet frater eius præteritus: & nepos &c.
b ¶ *Instituti.* scilicet sunt.
c ¶ *Iuris sit.* hoc casu & sequenti.
d ¶ *Ponamus.* & sic ambo filij erant præteriti.
e ¶ *Exheredatus.* s. fuit.
f ¶ *Solus.* non exheredatus. illũ enim excludit.
g ¶ *Filiis suis.* i. filio, vt posuit in casu. Azo.
h ¶ *Cum eo.* s. patre.
i ¶ *Posset.* s. filius patre committente edictum.
k ¶ *Propter id.* ratio superioris proximi dicti. ¶ Et dic [a] quòd magister Iulianus fuit auctor huius noui edicti de coniungẽdis: quod prætor proposuit: Vel fortè illius tãtùm clausulæ, vt nepos præteritus cum exheredato patre iungatur. Azo.
l ¶ *Ei.* id est nepoti etiam soli.
m ¶ *Diuersa conditio.* vtpote cum ei non detur contra tab. Azo.
n ¶ *Nepotis.* instituti heredis. *& facit. ṡ. de inoffi. test. l. si proponas. & ṡ. de leg. præstan. l. filium. §. ad eum.* Sed contra. *j. eo. l. si.*

EMancipato.] CASVS. Pater emancipauit filium: nepotem in potestate retinuit. filius liberos suscepit: tandem decessit. nunquid nepotes simul cũ his qui nati fuerũt post emancipationem, ad bona aui vocantur? sic ad bo. poss. contra tabulas, & ab intestato: veruntamen emancipati debent conferre suis. Viuianus.

o ¶ *Emancipato.* bon. pos. vnde liberi in bonis patris emancipati. ¶ Sed quid ad hũc titu? Respon. & si non directo, vtiliter tamẽ & in hoc casu locum habet. nam retentus in potestate aui quodammodo quãtum ad suum patrem emãcipatus videtur, cum nõ iaceat sub potestate: coniungitur tamen tanquam emancipatus cũ his qui sunt in potestate, vt viriliter cum eis succedat. Azo.
p ¶ *Manente eo.* scilicet in sua firmitate. Azo. id est saluo eo.
q ¶ *Per nepotes.* scilicet in potestate retentos.
r ¶ *Bona sua.* nepotum. *ad quod. ṡ. de colla. bo. l. si quis filium. & l. j. §. is quoque. & no. velit.* Nam non cogitur emancipare: *vt. ṡ. de leg. j. l. filiusfami. §. secundum vulgarem.* nisi [b] in casibus no. *Instit. qui. mo. ius pa. po. solui. §. si.*
s ¶ *Emolumentum.* nepotibus.

SI nepos.] CASVS. Si pater filium emancipatum præteriit, nepotem ex eo exheredauit: si nepos succedit heredi instituti, & præteritus petit cõtra tab. iste nepos non iungitur cum patre suo: quia non vocatur vt nepos, sed vt quilibet extraneus.

t ¶ *Non poterit.* quasi ipse sit institutus ab auo, & sic accipiet contra tabu. alio committente edictum.
u ¶ *Non suo nomine. vt. ṡ. e. l. j. in prin. & ṡ. de contra tab. l. non putauit. §. sed & si ipse. & j. de ope. li. l. cum patronus. §. cum libertus. & ṡ. de leg. præ. l. iij. §. hoc autem.*

SI quis filium.] CASVS. Paterfamilias habebat filium in potestate: quendam extraneum in locum nepotis adoptauit, filium emancipauit. nunquid nepos adoptatus iungetur filio emancipato? non. quare? quia desiit esse nepos ei cum emancipatus est filius. Viuianus.

x ¶ *Desiit.* aliàs deest non: & secundum hoc istud quia, erit ratio quare videatur admitti. & respondetur, hac ratione non potest iungi, quia desiit esse &c. vel si habeas non, erit ratio quare non debeat admitti, non tamẽ sufficiens, sed subauditur, nec huius nepotis causa est naturalis. Azo. & secundum hoc nõ ob. *j. de cap. l. si me.* Accur.

SI post emancipationem filij.] CASVS. Pater filium emancipauit, & ex eo susceptus est nepos. iste nepos iungitur patri suo ex edicto, & huic nepoti debet pars conseruari. si patruum nõ habet, dimidia conseruatur. sed si haberet patruum, indubitanter si petitur contra tabulas, fiunt semisses, & emancipatus cum filio vocatur in semissem, patruus in alium. Nam si ex filio in potestate constituto essent duo nepotes, vocaretur in vnam dimidiam: siue si petita contra tabu. siue ab intestato locus sit successioni. sed debet aliquid conferre: quia pater suus confert: patruus suus non. sed si peteret cõtra tabulas, patruo confert: quia tenetur præstare legatum patruo, cum sit de liberis. Viuianus.

y ¶ *Conseruanda.* ex interpretatione potius quàm verbis edicti: cum edictum iungat nepotem in potestate retentum: *vt supra eodem. l. j. in princip.* Accursius.
z ¶ *Semisses.* computato tali nepote.
a ¶ *Diui Pij.* Antonini. [a] per constitutionem enim Antonini tali nepoti conseruatur portio: *vt supra eodem. l. qui duos. in fin.*
b ¶ *Virilis.* id est tertia. duo enim sunt filij: & si hic nepos vocaretur in virilem, tertiam haberet: *vt. ṡ. de leg. præstan. l. virilis. in princ.* Azo.
c ¶ *Quarta.* scilicet totius hereditatis, id est dimidia dimidiæ: sicut si in potestate esset retentus. & hoc est, nam si &c.
d ¶ *Coniungebatur.* per verba edicti.
e ¶ *Proponamus.* aliam proponit quæstionem. Accur.
f ¶ *Ex eodem.* scilicet filio. & sic duo nepotes: alter in potestate, alter non. & quod subiicit, duo, mutat casum: tandem redit ad istum ibi, an ergo &c.
g ¶ *Quartam.* totius hereditatis, id est dimidiam dimidiæ. Azo.

a Quæ clausula à Iuliano hac lege fuerit introducta.

* nepotis.

b Emancipare liberos quibus casibus cogatur pater.

* Sic Flor. inquit Aug. li. 1. c. 2. l. desiit esse ex liberis emancipati filij: itaque non est cũ eo ex edicto coniungẽdus. Haloan. hunc locum deprauarat.

a Imò ex edicto de legatis præstandis & ex constitutione Diui Pij, quæ facta est ad hoc, edictũ.

Erge

sionem, si fuissent in aui potestate. An ergo nunc [a] in sescunciā [b] tuēdus sit qui nō in familia retentus [c] est? Et cui abscedet pars quæ huic cessura est? patri eius tantùm, an & patruo? [d] Et puto & patruo. nam & legatum eidem datum præstaret [e].

DE CARBONIANO edicto.

TITVLVS. X.

Iurisconsultus primo ponit edictum. secundo incipit edictum exponere. secunda ibi, non tantum masculi. Bartolus.

1. VLPIANVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

SI cui [f] controuersia fiet [g] an inter liberos sit, [h] & impubes [i] sit: causa cognita [k] perinde possessio [l] datur, ac si nulla de ea re cōtrouersia esset: & iudicium in tēpus pubertatis causa cognita differtur. 1. ¶ Eum qui controuersiam facit, si pro pupillo satis ei non detur, [m] simul [n] in possessionem eorum bonorū esse prætor iubet. 2. ¶ Non tantùm masculi, sed & fœminæ ex virili [o] sexu descendentes Carboniani commodum habebunt.

3. ¶ Et generaliter dicimus [p] his demum Carbonianū competere, quibus contra tabulas bonorum possessio competit. his vero non competere, qui repellentur à contra tabulas bonorum possessione.

4. ¶ Si quis non ab aliquo [q] hanc controuersiam patiatur, quòd inter liberos non sit, sed ab ipso [r] patre, vt puta nepos qui se retentū in potestate aui dicit: ab emancipato patre, [s] cui iungi desiderat, an differri debeat? Et magis est vt differatur. Parui e-

a ¶ *Ergo nūc.* quādo alter de nepotibus est in potestate, alter nō.
b ¶ *Sescūciam.* i. vnciā & dimidiā, & sic inter ambos habeāt tres vncias. i. quartā totius hereditatis: *vt Insti de hered. Insti. §. heredi.*
c ¶ *Retētus.* & hoc satis videtur, cū sint duo nepotes, alter in potestate, alter nō. sed quęstioni. s. factæ ibi: nūc vero &c. nō respon. & ideo dic virilem cōseruandā: *vt. s. eo. l. qui duos. in fin. quæ est cōtra.* cū enim duo accipiat cōtra tab. pater & filius, virilis cōseruatur filio. i. nepoti: *vt. s. de leg. præstan. l. virilis. in princ.* Nec mirū si plus habeat nepote in potestate retēto q. solā quartā habet ex hoc edicto hoc enim nō suo iure, i. iure cōtra tabulas habet: sed quia institutus est. 2. Alij dicūt & hūc in quartā vocari, & corrigi quod est in. l. qui duos in fin. 3. Alij q. ibi in virilem, i. in tantum quantum acciperet nepos in potestate: & sic illa secūdum istā nō in virilē toti⁹ hereditatis.
d ¶ *Et patruo.* non solum patri. H.
e ¶ *Præstaret.* non solum pater, sed etiā patruus. ¶ Nec obstat. s. *de leg. præstan. l. nepos. in fi.* q. a ibi erat nepos in potestate: hic non.

DE CARBONIANO EDICTO.

A carbone prætore: sicut Publiciana à Publicio: vt Inst. de act. §. alia. ADD. *Rubrica ista ita cōtinuatur ad præcedētia. Quadā bo. pos. de quib. habuistis: tribunt ius etiā ei cui decernitur bo. pos. ab intestato: de quibus. j. habebitis: & istæ dicūtur ordinariæ quæ sunt quæ tribuunt factū & faciunt detentatorē qualis est illa quæ datur vētri. s.* de ven. in poss. mit. *& qualis est Carb. ideo ponit de Carboniano edic. & potest exponi dupliciter, de. Carb. edi. & de beneficio Carb. edicti qd est æquissimū. deus inspirauit homines ad inueniēdū tale beneficiū. Cōtingit aliquādo q. mortuo patre remanet impubes. ipsi mouetur quæstio status & bonorū: & vult Carbonianū q. differatur in tēpus pubertatis, & sic in poss. bon. Vel exponitur de Carboniano edicto, i. de Carb. bo. pos. quādo cōpetat, & quādo nō, & qd sit ei⁹ beneficiū. quādo cōpetat, dicitur in. l. 1. quādo nō dicitur in. §. Pomponius. quod sit eius beneficiū, dicitur. j. e. l. sed & si is.* Vi.

¶ *Hoc quoq. edictū principaliter ptinet ad bono. poss. cōtra tabulas, sed porrigitur etiā ad bo. possessiones ab intestato. Cōsulitur eo liberis impuberibus. quib. fit cōtrouersia status & bonorū paternorū data bonorū possessiōe quasi liberis psumptione quadā, & quæstiōe status dilata in tēpus pubertatis, quorū vtrūq. fit causa cognita. & ex eo intelligitur decretalē hāc bo. poss. esse, nō edictalē vel ordinariā. Inuenias & edictū & decretū Carbo. dici.* l. 2. De vē. insp. *vel q. a ex hoc edicto decretū interponitur, vel q. a ex decreto Carbonis ptoris hac res trāsijt in edictū, sed ita tamē vt semp decretū interponi necesse sit, et si fortè liberi edictalē admiserint, q. a edictalis sine re cōstituitur, mota cōtrouersia stat⁹. Possis eadē pupillarē bo. pos. appellare q. a solis pupillis datur, & finitur pubertate. Interim hūc effectū habet vt impubes solus possideat, nisi aduersari⁹ sit ēt ex liberis, vt alatur, vt exerceat actiōes tēpore ptituras. hoc ita si satis dederit de restituēdis bonis si iudicatū erit aduers⁹ se. nā si nō satis dederit nec sol⁹ possidet, nec alitur nisi cā cognita, nec exercet actiōes, & bonorū administratio cōmittitur aduersario satisdāti, neutro satisdāte, custodiēdis & administrādis bonis curator dat quoad iudicatū sit Cu.*

S*I cui* IC AS. vsq. ad. §. Pap. aliàs Pōpo. dicitur. & debetis scire: Iste titulus est leuis titulus. in lib. isto fortiores sunt leges. Cōtigit aliquādo q. pater decedit intestatus relicto filio impubere. agnati impuberis incipiūt malè cogitare de eo. veniūt & dicūt: Tu nō fuisti eius filius, licet teneret te pro filio: quia ista mulier decepit eū: nō debes habere bona, mulier mater istius incipit flere: isti agnati sunt magni: loquūtur cū multis, & sua astutia ligāt sibi omnes agnatos iste puer remanet sol⁹ cū matre: ideo dñs Carb. interponit se, dicit q. si filio impuberi ab agnatis mouet quęstio status & bonorū, mittam eū in poss. omnium bonorum & differā quæstionē status & bonorū donec erit pubes. tūc agnati dicūt: similatur patri. & recedūt ab illo: & iuuabūt puerū. Vnū sciatis si puer petit Carb. bo. pos. debet cauere de bonis nō deminuen-

ff. Infort.

dis: & adueniente pubertate si nō apparet filius, habebūt illi bona si nō caueat, cæteri erunt cū eo in poss. Datur Carb. bono. poss. non tantū masculis, imò fœminis decēdētibus per lineā masculinā. & est sciendū, quib. liberis datur Cab. bo. poss. ex testamento, & eisdē datur ab intestato. Sed quid erit si impubes patitur cōtrouersiam, nō quòd nō sit de liberis, sed quò. d nō sit post emācipationem à patre in potestate retentus? similiter differtur quæstio in tempus pubertatis. Vnum sciatis, si pater negauit filium, datur bo. pos. Carb. sed si nō negatur filius, sed dicatur seruus, ei datur Carb. bo. poss. Sed si fiscus mouet: alicui impuberi quæstionē status & bonorum, datur Car. bo. pos. [SI QVIS.] Hic est mirabilis casus & est talis: Habeo filium, & ex eo nepotē. filiū emācipo. decedo intestatus. dicit nepos in potestate retent⁹, debeo ei succedere. tu verò dicis, nō: quia es incognitus à iure ciuili. dicit filius, tu nō es fili⁹ me⁹. dico, ego volo petere Car. bo. poss. certè pmittitur. & quod dicitur esse locus hic. ita breuiter not. exēplum hoc modo: Pater aliquo tempore credidit puerū esse suū filiū. mutauit opinionē. tēpore mortis voluit facere testamētū. veniebat aliqs: quare nō instituis istū? scitis quare? q. a nō credo meū filiū esse, moritur ipse. mater petit q. inducatur in pos. bonorū. ex Car. edicto inducetur. secus si pater in testamēto diceret, talē institutū puerū exheredo, q. a nego filiū. hoc casu excluderetur à Carb. sic soluitur cōtra. *ar. j. ea. l. §. Pōpo.* Interdū maius periculū est dicere, tu es seruus: quā dicere, tu nō es filius. & vbi maius periculum, maius cōsilium. s. *de ven. inspi. l. j. in prin.* [POMPONIVS.] Habuistis quādo locū habet Carb. modo ponit quādo cessat si impubes instituitur vel exheredatur: quia testator videtur eū exclusisse nisi in casu, si filius postumus heres est institutus. si ergo aliquis instituit filiū ex minima parte, Carbonianum debet cessare. sed si fortè aliquis instituit filiū, & rogauit restituere, Carbonianū cessat. ¶ Sed quid? filius nō est institutus vel exheredatus, & mouetur quæstio matri. Et dicitur quòd si subiecit partū, erit locus Carb. edicto. Vnū sciatis, si matri & filio mouetur quæstio, mater defendet filium: & si fertur sentētia contra matrem præiudicat filio. Sed si dicatur mater partū subiecisse, agitur contra matrem, & pronuntiatur contra. eam. *h. d. cum. l. seq.* Viuianus.
f ¶ *Si cui.* nō instituto vel exheredato: *vt. j. ea. l. §. Pōponius.* Az.
g ¶ *Fiet.* à possidente. nā & reus [a] dicit facere cōtrouersiā: *vt. s. de pcura. l. nō solū. §. si status.* hic enim filius agebat: vt statim patet.
h ¶ *Sit.* sc. connumerandus. & ita de statu, id est de filiatione simul, & de bonis: alioquin locum non habet: *vt. j. e. l. ij. §. quamuis.* idem & si seruus dicatur: *vt. j. ea. l. §. sed & si quis.*
i ¶ *Et impubes.* alij enim nō subuenit: qđ dic: *vt. j. e. l. ij. §. puberi.*
k ¶ *Causa cognita.* quod dic: *vt. j. eo. l. ij. §. causæ.* Azo.
l ¶ *Possessio.* corporalis rerum hereditariarum.
m ¶ *Nō detur.* de bonis restituendis si appareat esse nō filiū: *vt colligitur. j. eo. l. sed si is. §. pe. & dicitur. s. de col. bo. l. ij. §. j.* Item imò quandoque & si satisdetur: *vt. j. eo. l. sed si. in princ.* Azo.
n ¶ *Simul.* sed dissimiliter: q. dic, *vt. j. e. de bo. §. q. pup. & l. sed si is.*
o ¶ *Ex virili.* sc. tantū, non ex fœmineo. nā cum eis cōtra tabu. denegetur: *vt. s. de contra tabu. l. illud. § ad testamenta.* ergo & hoc edictum. *vt. j. proxi. §. differtur tamen quæstio. vt. j. eo. l. de bonis. in princ* Azo.
p ¶ *Et generaliter dicimus.* huic regulę derogat & ex testamēto, q. a cōtra tabulas nō dat instituto vel exheredato: *vt. s. de cōtra tab. l. j. in prin.* sed hoc quādoq; *sic. j. ea. l. §. Pōponius. & l. si impubes. §. interdū.* Itē ab intestato: quia cōtra tab. nō habet locū ab intestato: *vt Insti. de bon. pos. § fin autē.* hoc sic, *vt. j. eo. l. Carbonianū. j. resp. & l. de bonis. § huic, quæ sunt cōtra.* Azo. *& fac. s. de inoffic. testa. l. qui de inoffi. testa.* & qui sunt isti, habes. *s. de cōtra tab. l. j. in prin.*
q ¶ *Ab aliquo.* extraneo. Azo.
r ¶ *Ab ipso patre.* s. dicitur quòd non sit de liberis. Azo.
s ¶ *Patre.* repete. controuersiam patitur.

a Controuersiam facere, re⁹ etiam dicitur.

a ¶ *Testator.* i. auus prædicti patris pater.

b ¶ *Carboniano.* ¶ Non ergo patris[a] dictum filio præiudicat, vel etiam ignorantia: *vt. j. de cap. l. si quis ingenuã.* nec matris: *vt. j. de proba. l. si. in si. & arg. s. ad Sila. l. iij. §. j.* licet prosit patris dictum: *vt. s. de lib. agno l. j. §. Iulianus. & s. de proba. l. si. in princ.*

nim refert, quis ei cõtrouersiam faciat: cũ etsi testator[a] cũ negauerit ex liberis, nõ tamẽ exheredẽ scripserit. Carboniano[b] possit esse locus. 5. ¶ Sed & si quis nõ tãtùm ex liberis negetur esse, verùm seruus etiã esse dicatur, fortè ex ancilla editus: Iulianus scripsit, adhuc Carboniano locũ esse: quod & diuus Pius rescripsit. Nã † vel[c] magis cõsulendũ est his quibus maius periculũ intẽditur. Nã si aliter obseruetur, inuẽta erit[d] ratio, quemadmodũ audacissimus quisq; maiori iniuria impuberẽ adficiat, q & plura & grauiora de eo mẽtiatur. 6. ¶ Sed & si ipse defunctus seruus esse dicatur, idẽ erit dicẽdũ. 7. ¶ Sed & si fiscus[e] facit impuberi controuersiam, Carbonianum edictum potest locum habere.

Ei q habet bonorũ possessionẽ secũdũ tabulas, nõ datur Carbonianũ. B.

8. ¶ Pomponius libro septuagẽsimonono ad edictũ scripsit, cum filius heres vel exheres scriptus est, Carbonianũ edictũ cessare,[f] quáuis filius esse negetur: quia vel quasi scriptus habet[g] bonorũ possessioné,[h] etiã si filius nõ est: vel repellitur quasi exheredatus, etsi filius esse videatur:[i] nisi fortè postumus, inquit, est heres institutus, & natus negetur esse filius, sed subiectus esse dicetur: quo casu eius partis tãtũ dãda est ei bonorũ possessio,[k] ex qua institutus est. 9. ¶ Idem ait,[l] cum quidã exheredẽ scripsisset filiũ, quòd diceret[m] cum ex adulterio cõceptum: quia fieret ei hęc cõtrouersia, an inter liberos sit, ex hac parte edicti ei bonorũ possessionem cõpetere: cum si sine elogio[n] exheres scriptus esset, nõ haberet bonorum possessionem. Idémque & si ita sit scriptum: *Quisquis est qui filium meum se esse dicit, exheres esto*: quia non est filius exheredatus. 10. ¶ Si quis filium suum heredem instituerit ex minima parte, sic: *Ille qui ex illa natus est, heres esto*, nõ quasi[o] filium suum: deinde hic contendat patrem intestatũ decessisse,[p] séque ei suum heredem esse: interest, coheredes eius vtrum negent[q] eum filium, an verò contendunt testamentum valere.[r] Si testamentum valere contendunt, controuersia non est differenda, & Carbonianum cessat.[s] Quòd si filium eum negant, & ad ipsos potius quasi ad consanguineos hereditatem[t] pertinere dicunt: data bonorũ possessione impuberi, controuersia in tempus pubertatis differtur. 11. ¶ Si mater subiecti partus arguatur,[u] an differenda sit quęstio propter statum pueri, quæritur. Et si quidem pupilli status in dubium[x] reuocatur, differri quæstio in tẽpus pubertatis debet, cum metus potest esse, ne minus idoneè defendatur. Cum verò[y] mater rea postulatur, vtique integra fide & maiore constantia causam defensura recenti tempore, dubium non est cognitionem fieri oportere: & post euentum cognitionis,[z] si suppositum partum apparuerit,[a] actiones hereditariæ puero denegandæ sunt: omniáque perinde habenda, atque si heres sciptus non fuisset.

Donec viuit aliquis ex participibus criminis, non potest agi ciuiliter de crimine contra tertium. Bart.

11. MARCIANVS *libro quartodecimo Institutionum.*

Licet mulier quæ partũ subiecisse dicitur, decesserit: tamen si participes[b] maleficij sint, in præsenti cognoscendum est.

Si autem nemo sit qui puniri possit, quia omnes participes facinoris fortè decesserint:[c] secũdum Carbonianum edictum

c ¶ *Nam vel.* aliàs, nam &, pro etiam.

d ¶ *Inuẽta erit.* ¶ Nõ. non[b] aperiri viã malitiis. *sic. s. de transact. l. cum hi. §. si cum lis, & de tribu. l. illud. §. sed si mercẽ. & C. de edic. diui Hadria. tol. l. quamuis.*

e ¶ *Quòd si fiscus.* fac. *s. de bonorum possess. l. non est.*

f ¶ *Cessare.* ad scriptũ *fac. j. eo. l. iij. §. quãuis. & j. e. l. cum fine. & fa. j. eo. l. si impubes. §. cum verò. & §. interdũ & s. de inof. testa. l. qui de inofficioso.*

g ¶ *Habet.* bonorum pos. secundum tabu.

h ¶ *Possessionem.* sc. secundum tabu.

i ¶ *Videatur.* i. præsumatur.[c] quia constãte matrimonio est editus: *vt supra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. §. non tamen.* Azo.

k ¶ *Bonorũ possessio.* Corboniana. ¶ Sed cur huic magis datur quã nato instituto? Respon. in iam nato non est dubitatio an sit institutus constat enim. vnde sufficit ei secundum tabu. at hic nõ est verisimile testatorẽ instituisse nisi eũ qui ex se conciperetur: *vt. s. de condit. & demonst. l. cum vir vxori.* at hunc nõ cõstat esse conceptum ex eo propter negationẽ: *vt C. q. ad li. procla. l. si.* & ideo nõ extraordinaria magis quã ordinaria bono. pos. secundũ tabu. competit. Idem si negaretur institutus: *vt. j. e. l. iij. in prin.* Az.

l ¶ *Idem ait.* idem Põponius, vel idem ius esse ait Pomponius.

c ¶ *Sed & si is.* s. filius in potestate: vt addat præcedenti casui: *vt. s. de leg. præstan. l. is qui. in princip.* Azo.

d ¶ *Tuendum.* etiam deficiente cōditione, nisi fuerit potestatiua: quia tunc sibi imputet si nō impleat: *vt supra de heredib. instit. l. suus §. sed vtrum.* Sed si casualis est, nónne ipso iure testamentum est nullum: *vt supra de heredi. instit. l. suus. in princi?* Respond. est, si velit: sed si malit contra tabul. potest vt præteritus, cum defecerit conditio: *vt. s. de contra tab. l. iij. §. quid ergo.* Azo.

e ¶ *Ab eis.* scilicet emancipato & filio: & quod subiicit, & filius, prosequitur in emancipato tantum: & dic, habere videtur vt per contra tab. vt ita præstet legata coniunctis cæterísque qui sunt in potestate quasi ab intestato. q. d. licet & ipsi teneant per contra tab. in defectum conditionis, tamen quo ad legata vt non dentur etiam coniunctis, ab intestato habere videntur.

f ¶ *Filius.* i. emancipatus sub conditione institutus, quæ defecit: secus in suo, quia ab intestato: *vt. s. de leg. præsta. l. is qui. in prin.*

g ¶ *Cæteri.* qui sunt in potestate.

h ¶ *Relicta.* item vxori vel nurui: *vt. s. de leg. præstan. l. j.* Azo.

i ¶ *Cæteris.* non coniunctis.

k ¶ *Non.* scilicet illa quæ in testamento relicta sunt. Nam illa quæ ab intestato relicta sunt, omnibus omnino præstabuntur, vt hic subiicit. Azo. Item huic *contra. s. de leg. præstan. l. si duo. in fin.* Solabi.

l ¶ *Fideicommissum.* hic quære quæ diximus *Insti. de bono. possess. §. sunt autem.*

m ¶ *Fraudatus.* legatarius ab intestato præsumptiue. *sic. s. man. l. si procuratorem. §. signorantes.* Accursius.

n ¶ *Bonorum possessio.* secundum tabu. quæ est conuersa in contra tabu. cum defecerit conditio.

HI demum.] CASVS. Filij instituti sub condit. pendente condit. possunt petere secundum tab. si in testamento vtili, & tabulæ sunt vtiles: aliàs secus. concordat. C. eo. l. fin. Viuianus.

o ¶ *Hi demum.* hinc sumunt quidam quòd demum petit secundū tab. pendente conditione, qui ab intestato succedere potest. Sed Io. contra. nam quia sit scriptus, dicitur dari: *vt. s. eo. l. j. §. si sub conditione. & arg. s. eo. l. si sub conditione* generaliter enim ibi dicitur in quolibet instituto: licet deficiente conditione distinguatur: *vt no. in. §. si sub conditione.* & pro Io. *est. j. eo. l. si seruus. & facit ad. l. s. de testa. tut. l. iij. & de testi. l. scio. & s. de bonorum possess. l. non est §. vbicumque.* Accursius.

p ¶ *Nec ad bonorum possessionem.* aliquid tamen quandoque prodest: quia trahitur ad fideicommiss. *vt. s. ad Treb. l. Scæuola.*

CVm tabulæ.] CASVS. Testator fecit testamentum, adhibuit. xij. testes: omnia sigilla non apparent, sed. vij. nunquid ex illis tabulis poterit peti bonorum possessio? sic. Viuianus.

q ¶ *Plurium.* puta decem. & facit. *s. de testa. l. heredes. §. si plures.*

r ¶ *Ex his.* s. signis.

SI ita scriptus.] CASVS. Testator in tabulis ita dixit: Sempronius heres esto. Titius, si nauis venerit, ex tertia parte heres esto. idem etiam Titius si nauis non venerit heres ex sextante esto. erit heres ex tertia si non venerit: & ille sextans sibi accrescit. [QVI FILIO.] Testator instituit filium impuberem: & si decesserit antequam esset pubes, Titium substituit. nunquid valet ista substitutio? sic. Quid si testator instituēdo eum errat vel in nomine vel in cognomine? prima facie tenet institutio: versitamen si non apparet inconsulto factum esse, denegabitur bonorum possessio secundū tabulas. [QVIDAM TESTAMENTVM.] Pater filio impuberi fecit testamentum: per nuncupationem filio fecit testamentum: vt illud quod fit, sit institutio & substitutio: certè institutus poterit petere secundum tabu. ille autem cum erit locus substitutioni, poterit petere secundum nuncupationem: *vt. C. de bon. possessi. secundum tabu. l. vlt.* Viuianus.

s ¶ *Venerit.* quæ dicitur venire etiam si per se venit: *vt infra de aqua coti. & æsti. l. j. §. quæsitum.*

t ¶ *Idem Titius.* verbo testatoris. Azo.

u ¶ *Intelligi.* s. existente conditione, quasi dictum esset, si non erit heres ex tertia, sit ex sexta vnde cū causa in substitutione non sit mutata, quod patet existente conditione; nulla est ei facta substitutio: *vt. s. de vul. substi. l. seruū communem. §. Titius.* interim tamen pendente conditione valere potest deficiente conditione: sed interim vel pro tertia vel pro sexta petit secundum tab. quia in vtraque disiunctiuè & sub conditione est institutus. Azo.

x ¶ *Quæ ex sextante.* Sextans enim vacuus pro rata accrescit Sempronio & Titio: *vt hic, & s. de here. insti. l. interdum. §. j.* ¶ Sed in eo quòd dicit accipiet, imò videtur ipso iure accrescere: *vt. s. l. j. §. si duo contra.* Solu. & hic ipso iure accrescit: sed dicitur hic peti vnà cum tertia: cum iam accreuerat ipso iure. non enim bis petit, sed semel tantum: ibi adhuc non accreuerat: & ideo postea dicitur accrescere ipso iure.

y ¶ *Hereditatem.* Videbatur contra: quia ex substitutione ipsi pupillo directè fit aliquis heres, non patri nisi per obliquum: *vt Inst. de vul. substi. §. qua casu. & supra de hered. insti. l. pater filio.* ¶ Itē no. non[a] nocere verbum positum vel omissum: *vt. s. de here. inst. l. quoties. §. si duo. & §. seq. & C. de testa. l. testamentum.* ¶ Item no. assimilari[b] hereditatem & bonorum possess. *sic. s. eod. l. ij. §. primo gradu. & j. in fi. huius. §.*

z ¶ *Erratum.* facit. *s. de cond. & demon. l. demonstratio. & C. de testa. l. si in nomine.*

a ¶ *Perductum:* aliàs *inductum.* facit. *s. eo l. ij. §. si consulto.*

b ¶ *In tabulis.* i. s. scriptis & alios sibi, & alios filio fecit heredes, vt

† Solennitati actus si non necessaria adiungantur, vel minus rite adhibeantur, nihilominus nō vitiatur actus. *Gl. ... Instit. de satisd. tut. quam pro singulis ... ad C. ... Per. allegat.*

* Cic. in præt. vrbana. Id hoc ridiculum est, si de hereditate ambigitur, & tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis q̄ è lege oporteat, ad me proferentur, secundū tabulas testamenti potissimum hereditatē dabo &c.

† Instituo filiū meum heredē & adiicio, quòd si is decesserit in pupillari ætate substituo mihi Gaium. Quæritur vtrū his verbis intelligatur substitutio pupillaris intelligi refert Romanus *singul. 2.*

† Vide Cic. *lib. 2. de inuent. in tract. de constitutione generali, ibi,* Imò pater sibi scripsit, & secundum hæredem nō filio, sed sibi iussit esse &c.

† Vide Ant. Augu. *lib. 3. c. 8.*

a Verbum positum vel omissum nō nocet.

b Hæreditas & bonorum possessio assimilantur.

ſtatim patet:quod fieri poteſt:*vt.ʒ.de vulg.ſubſti.l.patris.in fi.*
a ¶*Separatim*.q.d.alia hæc,alia illa bono.poſ.eſt.
b ¶*Scripto*.ſic accipe ſcripto.i. ſubſtituto heredi, vel adſignato ipſi filio.
c ¶*Filio*.datiui caſus.
d ¶*Scriptis*. ſubau. à ſcriptis &c.*& facit.ʒ.l.proxi.*

missaria:hic in directa pupillari.
k ¶*Prioris*.& ſic vtriuſque.H.
l ¶*Filius*.qui erat ab hoſtibus captus.
m ¶*Et anni*.vtpote cum ſit vtilis:*vt.ʒ.quis or.in bono.poſ.ſerui* [illegible] *.ij §.dies*.vnde tria exiguntur:*vt infr.de diuer.præſ.l.j.* Azo.& facit infra quod vi aut clã.*l.ſemper.§.ſi quis.*

* Nuncupatio quidſit,Budęus in annot.prio. ad Pandec.diligẽter explicat.

nem* ſubſtituit.]Reſpondi ſententiam prætoris in dãda bonorum poſſeſſione eã eſſe, vt ſeparatim[a] patris, ſeparatim filij heredes æſtimari debeant. Nam quẽadmodum ſcripto[b] filij[c] heredi ſeparatim ab heredibus patris, ita nuncupato poteſt videri ſeparatim à ſcriptis[d] patris heredibus bonorum poſſeſſio dari.

IX. POMPONIVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

VT bonorum poſſeſſio ſecũdum pupillares tabulas admitti poſſit, requiritur an patris teſtamentum ſignatum[e] ſit, licet ſecundæ tabulæ reſignatæ[f] proferantur.

X. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

SI ſeruus ſub conditione heres inſtitutus ſit: an bonorum poſſeſſionem accipere poteſt,[g] dubitatur. Et Scæuola noſter probat poſſe.[h]

XI. PAPINIANVS *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

QVi ex liberis meis impubes ſupremus morietur,ei Titius heres eſto. *duob[9] peregrè[i] defunctis, ſi ſubſtitutus ignoret vter nouiſſimus deceſſerit: admittenda eſt Iuliani ſententia,qui propter incertũ cõditionis, etiam prioris[k] poſſe peti poſſeſſionem bonorum reſpondit. 1. ¶ Filius[l] heres inſtitutus poſt mortem patris ab hoſtib. rediit. Bonorũ poſſeſſionem accipiet:& anni[m] tempus à quo rediit,ei computabitur.[n]

Teſtamentum eius qui ſe dedit arrogandum, irritatur, niſi poſtquam factus fuerit ſui iuris, noua voluntate approbetur. Item teſtamentum primum tollitur per ſecundum: niſi ſecundum poſtea incidetur vt primum confirmetur: quia tunc primum ad excipiendum tantum valebit. Barto.

2. ¶ Teſtamento facto Titius adrogandum ſe præbuit, ac poſtea ſui iuris effectus vita deceſſit. Scriptus heres ſi poſſeſſionem[o] petat, exceptione[p] doli mali ſummouebitur: quia dando ſe in adrogandum teſtator, cum capite fortunas[q] quoque ſuas in familiam & domum alienam transferat. Planè ſi ſui iuris effectus, codicillis aut aliis literis[r] eodem teſtamento ſe mori velle declarauerit: voluntas quæ defecerat, iudicio † recenti rediſſe[ſ] intellegetur, non ſecus[t] ac ſi quis alius teſtamentum feciſſet, ac ſupremas[u] tabulas inciſſet, vt priores ſupremas relinqueret. Nec putauerit[x] quiſquam nuda voluntate cõſtitui[y] teſtamentum. Non enim de iure teſtamenti[z] maxime quæritur, ſed viribus exceptionis,[a]

VT *bonorum poſſeſſio.*]CASVS. Si pater ſibi & filio fecit teſtamentum: filio datur bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. ſi teſtamentum patris ſit ſignatum, ſubſtituto datur, licet ſint reſignatæ ſecundæ tabu. Viuianus.

e ¶ *Signatum*. cuius ſigna tabulis ſecundis ſufficiunt: *vt ſupra de vulg. ſubſtit. l. patris.* Azo.

f ¶ *Reſignatæ*. id eſt apertæ coram honeſtis perſonis, & præſide: & iterum ſignatæ: *vt Cod.quemad. teſta. ape.l.ij.* Debet[a] enim prius pater ſibi facere teſtamentum, & ſolenniter. aliàs nullum eſt teſtamentum: *vt.ʒ. de vulga. ſub. l. ij. §. prius.& Inſti.de pupil. ſub.§.liberis.* Si verò ex poſt facto impugnatur teſtamentum patris: ſi quidem de iure prætoris, vt per cõtra tabu. tenet nihilominus pupillare: *vt ſupra de vulgari ſubſtit. l.& ſi contra tabulas.* Si verò de iure ciuili per querelam, pro ea parte pro qua expugnatur teſtamentum paternum, & pupillare: *vt ſupra de inofficio.teſtamen.l. Papinianus. §.ſed nec impuberi.* Azo.

a Vt teſtamẽtũ filii valeat, pater ſibi prius teſtamentũ facere debet.

SI ſeruus.] CASVS. Si ſeruus ſit inſtitutus heres ſub conditione, penden. condi. poteſt petere ſi non exiſtat contradictor. Viuianus.

g ¶*Poteſt*.pendente conditione.

h ¶*Poſſe*.etiam ipſum ſeruum:*vt ſupra de bono.poſſeſ.l.ſeruus.* & ſic patet quòd bonorum poſſ.non petuntur in figura iudicij, in quo ſeruus eſſe non poteſt:*vt.C.eod.l.ſeruus.*Item quia qui ſuccubuit in contra tabu.non perdit legatum:*vt.ʒ.de lega.præſtan. l.filium.§.ſi quis.*ſecus[b] ſi in figura iudicij:*vt.ʒ.de inoffic.teſta.l.Papinianus.§.meminiſſe.* ¶Item not.hic pro opinione Ioan.quam dixi.*ʒ.eod.l.hi demum.*

b Bon.poſſ.in figura iudicij non petuntur.

QVi ex liberis.]CASVS.Teſtator inſtituit liberos,& dixit:qui ex liberis peregre morietur, ei Titius heres eſto. & duo deceſſerunt peregre.nunquid ſi ignoret Titius, vocatur ex ſubſtitutione?ſic.ſed ſi filius inſtituitur,& reuertatur de cap.hoſtium, nihilo minus bono poſſeſ. accipere poteſt. [TESTAMENTO.] Titius fecit teſtamentum: facto teſtamento dedit ſe in arrog. irritatum eſt teſtamentũ.vnde Titius ſui iuris factus deceſſit. ſcriptus heres petit bono.poſſ.ſecundum tab.certè non dabitur ei:quia irritum factum eſt teſtamentum per arrogat.niſi. v. teſtibus poſtea voluntatem confirmauerit. Viuianus.

i ¶*Peregre*.Idem ſi non peregre, dum tamen non propter facti obſcuritatẽ impoſſibilis ſit vltimi diſcretio:*vt.ʒ.de reb.dub.l. qui duos.*hæc enim diſcretio quia[c] propter locorũ diſtãtiam eſt valde difficilis,impoſſibilis reputatur:*vt & .ʒ. de vſufr.l. j. §. ſi in vinariis.*ſecus ſi non difficilis:*vt in arg.*contra.*ʒ.de teſta.tu.l.duo.*Arg. contra *infra de ver.obli.l.cõtinuus.§.illud.*Azo.*& fa.ʒ.de vul.ſubſti.l.ex duobus.& ſupra ad.l.Fal.l.paterfamilias.§.ſi.*Sed ar.*cõtra ſupra de rebus dub.l.ſi fuerit.& de heredi.inſt. l. in tempus. §. j.* & *de manu.teſt.l.cum ex pluribus.& ad Trebel.l.cum.* ADDITIO. Dic ſecundũ Barto. quòd ibi loquitur in ſubſtitutione fideicommissaria:hic in directa pupillari.

c Diſcretio ꝑpter locorum diſtantiam difficilis, impoſſibilis reputatur.

n ¶*Computabitur*.Scæ[i] uola[?] nõne potuit dare procuratorem:*vt.ʒ.de mino.l.Papinianus.* Reſpõ.non: *vt ſupra qui.ex cau.ma.l.ab hoſtib.*

o ¶*Poſſeſſionem*.i.bonorum poſſeſſionem

p ¶*Exceptione*. non[h] ipſo iure, quia capitis deminutio eſt de iure pretorio teſtamentum de iure ciuili: *vt ſupra de capi. demi. l. ij. §.j. & Inſtitu.de bono. poſſeſſ. §. quos autem.* ſecundum Azo.& Hugo Sed[c] certè imò eſt de iure ciuili capitis deminutio: *vt Inſtitu. de legi. agna.tu. §. fin.* & edictum[d] de capitis deminutione non inducit exceptionem, ſed reſtituit actionem capite deminuto. & hic ideo dicit exceptionem, quia non poteſt fieri per recentem voluntatem quin arrogatio facta tenuerit: *vt ſupra de ca.demi.l.ij.*

q ¶ *Fortunas*. non omnes vel olim, vel hodie. quod dic *vt Inſtit. de acquiſi. per arro. §. ecce. & facit Inſtitut. quib.mod.teſta.infir.§. non tamen. & .ʒ. de codicil.l.conficiuntur.§.ſi poſt.*

r ¶ *Aliis literis*. quæ tamen habent quinque teſtes: *vt.C.de codicil.l.ſi.§.ſi.*

ſ ¶*Rediſſe*. non ergo ex codicillis datur hereditas,ſed prima voluntate:*vt ſupra de here.inſti.l.inſtitutio talis.*

i [illegible] conſtituere [illegible] hoſtium captus [illegible]

h Teſtamentum primum [illegible] [illegible]

c Capitis deminutio eſt de iure ciuili, non iure Prætorio.

d Capitis deminutionis edictũ nõ inducit exceptionẽ, ſed reſtituit actionem capite deminuto.

† Contra.c.vltima voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet Gl.in verbo vltima.ibi,vltima voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt. 13 quæſt.2.

t ¶*Nõ ſecus*.q.d.caſui ſuperiori de arrogato poſt teſtamẽtũ ſimilis eſt inferior,quãdo ſcilicet teſtator fecit primum teſtamentum, poſtea ſecundum: tertio incidit ſecũdum vt prius haberetur vltimũ. ¶ Sed quæro, in quo eſt ſimilitudo:Reſpon.non in rũpendo primũ: quia in ſuperiore caſu arrogatione irritat̃ per exceptionẽ: at hic ipſo iure per ſecundum:*vt.C.de teſta.l.ſancimus.*Itẽ nec in ſuſcitatione primi:quia per recentem voluntatẽ reſuſcitatur ad agendum per ſecundũ tab. & ad excipiendũ. at in inferiori non ad agendũ,ſed ad excipiendũ tãtùm:*vt.ʒ.in fi.*Sed ſi agant inſtituti in ſecũdo,repelluntur ab inſtitutis in primo per exceptonẽ: nõ autẽ inſtituti in primo agere poſſũt,cũ ipſo iure primũ euanuit per ſecundũ.ſunt ergo ſimiles in excipiẽdo,& ſic nõ per omnia ſimiles.

u ¶ *Supremas*. vt enim deleto legato relicto non videtur fuiſſe relictum: *vt ſupra de leg. j.l.ſi ita ſit adſcriptum.* ita cauſa ademptionis remota in ſecundo teſtamento nunquam videtur ademptum quod in primo fuerat relictum: quia[e] non durat ademptio: *vt ſupra de in rem ver.l.ſi pro parte.§. verſum.*

e Ademptum non videtur quòd nõ durat ademptio.

x ¶*Nec putauerit*.circa primum caſum procedit.

y ¶*Conſtitui*.i.reſuſcitari primum:vel conſtitui eo ſtatu quo erat ante ſecundum,& hoc nuda voluntate,id eſt per inciſionem ſecũdi. nam ipſo iure euanuit primum, nec reſuſcitatur ipſo iure: ſed ſic,vt ſi agant inſtituti in ſecundo, opponatur eis exceptio. Item nec ex primo agi poſſet, quod ipſo iure eſt nullum.

z ¶*Teſtamenti*.ſ.primi principaliter,valeat vel non.

a ¶*Sed de virib.exceptionis*.Ergo[f] prius teſtamentũ nõ ipſo iure, ſed per exceptionem tollitur per ſecundum. Et ſic eſt contra. *C. de teſta.l.ſancimus.§.j.*Sol.dic hic exceptionis, ſcilicet opponendæ ex primo contra agentem ex ſecundo. nam hoc non eſt valere: quia ſi valeret,etiam ad agendum valeret: quod hic non eſt: quia

f Teſtamẽtum primum per ſecundum an & quomodo tollatur per ſecundum: An ipſo iure, an vero ꝑ exceptionem.

quia ipso iure est sublatum. Alij dicunt quòd hic. §. nec putauerit &c. vsque in si. refertur ad primum casum de arrogatione, non ad proximum. alij aliter vt ibi nota.

a ¶ *Quæ in hoc iudicio.* ita côstrue, quæ. s. excep. quanquam in hoc iudicio. s. in secundo testamêto & ex eo agenti. vnde videbatur nô opponêda actori: quia secûdum tollit primû. opponitur tamê. nô enim ipso iure rûpit testamentû secundû, sed per cancellationem.

quæ in hoc iudicio.[a] quanquam actori opponatur. ex psona tamê eius qui opponit, æstimatur.[b]

Ad hoc vt heres possit hanc bonorum poss. agnoscere, requiritur quòd ipse certus sit demonstratus in testamento, & quòd certa portio sibi deferatur. aliàs secus. Bartolus.

b ¶ *Æstimatur.* côpetat ei vel non. nã alius forte nô opponet eam secundo heredi præter primû. Azo. & secûdû hoc etiã est in persona ex parte etiã opponêtis. & est speciale propter secundû testamêtum. regulariter côtra: *vt. j. de excep. do. l. ij. §. plane. & facit supra de pact. l. si vn^o. §. pactus.*

XII. PAVLVS *libro septimo Quæstionum.*

VT script^9 heres adgnoscere possit bonorú possessioné, exigendú puto vt & demonstratus sit propria demôstratione, & portio adscripta ei inueniri possit, licet sine parte institutus sit. Nam qui sine parte heres institutus est vacãtem portioné vel aliú assem occupat.[c] Quòd si ita heres scriptus sit, vt interdú* excludatur à testamêto, eo quòd non inuenitur[d] portio ex qua institutus est: nec[e] bonorú possessionem petere potest. Id euenit, si quis ita heredem instituat, *Titius quanta ex parte priore testamento eum heredem scriptum habeo, heres esto:* vel,[f] *Quanta ex parte codicillis scriptum eum habeo, heres esto:* sic script^9* nô inueniatur. Quòd si ita scripsero, *Titius, si cum priore testamento ex semisse scriptum heredem habeo, vel si eum codicillis ex semisse heres esto:* túc accipiet bonorum possessionem quasi sub conditione heres scriptus.

VT *scriptus heres.*] CASVS. Heres scriptus potest petere bonorû possessioné, si ex certa parte script^9 est. sed si in icerta institutus est, nûquid ex parte illa poterit petere secundû tab? Resp. q̃ sic. vnde si dicat testator, quãta ex parte Titi^9 heres sit tãtã sit Sei^9 nûq̃d alter vocabit? sic. sed si declarat heres ex semisse i codicillis: vt ex codicillis poterit petere, nô vt ex testamêto. Vi.

c ¶ *Occupat.* facit *Instit. de here. insti. §. partibus. & de hered. insti. l. Sabinus. & l. item quod & l. ex facto. & l. ex sex. vnciis.*

d ¶ *Inuenitur.* Ergo nô valet talis volûtas. Sed côtra. s. *de here. insti. l. si quis ita.* Sol. hic de præterito, ibi de futuro Ioã. & est ratio: quia quæ de[a] preterito sunt, nô recipiût incertitudinem. i. incertæ partis institutionem: cum certissima debeãt esse. secus in his quæ futura sunt: *vt. j. de verb. oblig. l. si quis stipulatus.*

e ¶ *Nec.* aliàs nec. aliàs nihil, i. non.

f ¶ *Vel.* hoc vel, non est Pauli, sed testatoris: aliàs falsum esset primum: vt. s. proxime dicitur. nam & ibi inest conditio: vt & posita supra solutio testatur.

* interim.

* si sic scri.

a Præterita nô recipiunt incertitudinê: vt futura.

SI A PARENTE QVIS MANVMISSVS SIT.

Id est emancipatus: vt. s. quãdo ac. de pecu. est an. l. j. §. alienatio *& dic. dixit. s.* de côtra tab. quæ datur liberis côtra testam. parêtû: *nûc ecôtra de ea qua parêtib. côtra testamêta liberorû, licet hæc non sit ita fauorabilis:* vt. j. vnde libe. l. scripto. in fin. *Azo. & not. quod cautè dicit côtra testamentû emancipati. nã ill° qui est in potestate, nô poterat olim habere heredê etiã parêtê nisi haberet castrêse peculiu, & faceret testamêtû, & adiretur hereditas: & tunc cessat côtra tab. & querela:* vt. C de inoffic. testa. l. fina. *Idê in quasi castren.* per prædictam. l. de inoffic. test. *hodie autê in quasi castren. videtur secundû quosdã quod habeat locû querela & côtra tabulas:* vt. C. de epis. & cleri. Auth. presbyteros. *si autê nô adiretur hereditas, pater omnia, occupat iure peculij:* vt. j. de castrê. pecu. l. ij. ADDITIO. *Dictû est. s.* de bon. poss. côtra tab. quæ datur præteritis liberis: *verû quia filius emãcipatus præterit parentê, ponitur ista rub.* Viuian.

Ex testamento duæ sunt bono. possessiones, Contra tabulas & secundum tabulas: quibus expositis subiicit duos titulos, quorû vnum referri vult ad bo. poss. contra tabulas, alterum ad bono. poss. secundum tabulas. Primum, vt intelligatur non tantum liberis, sed etiam parentibus præteritis dari bono. possessionem contra tabulas si in emancipatione manumissores extiterint, quasi patronis scilicet & rectè. si à parente quis manumissus sit, nam si à parente quis emancipatus non manumissus sit, cessat bonorum possessio. Cuiac.

ff. Infort.

Mancipatus.] CASVS. Sicut patronus præteritus vocatur ad contra tabulas, ita pater præteritus à filio emancipato: quod æquissimum est. sic ergo vocatur parens ad successionem liberorum si prætereatur: & deinceps vt vnum sciatis, illud habet locum in filio nepote & pronepote coniuncto per lineam masculinam.

SI A PARENTE QVIS manumissus sit.

TITVLVS XII.

Sicut patronus præteritus vocatur ad côtra tab. ita pater præteritus à filio emãcipato, quod æquissimum est.

I. VLPIANVS *libro quadragensimoquinto ad Edictum.*

EMãcipatus à parête, in ea causa est, vt in côtra tabulas bonorú possessione liberti patiatur[g] exitú. Quod æquissimú prætori visú est: q̃a* à parête beneficiú habuit bonorú quęrêdorú. q̃ppe si filiusfamilias esset, quodcúq; sibi adquireret,[h] eius emolumêtum[i] patri quæreret. & ideo itú est[k] in hoc, vt parês exêplo[l] patroni ad contra tabulas[m] bonorú possessioné admittatur.

1. ¶ Enumerãtur igitur edicto personæ manumissorú,[n] sic: *In eo qui à patre, auóve paterno, proauóve*[o] *paterni aui patre.* 2. ¶ Nepos ab auo manumissus[p] dedit se adrogãdú patri suo. Siue manês in potestate patris[q] decesserit, siue manumissus dié suú obeat: solus admittetur auus ad eius successionem[r] ex interpretatione edicti: q̃a perinde defert prætor bonorú possessioné, atq; si ex seruitute manumissus esset.[f] Porrò si hoc esset:[t] aut non esset adrogatus, q̃a adrogatio liberti admittenda

¶ Quid si pater accepit pecuniam vt filium emanciparet? repellitur à contra tabulas. h. d. cum. l. sequen. Viuia.

g ¶ *Patiatur.* hic emãcipatus: vt sicut patronus præteritus à liberto, sic pater præteritus à filio emancipato habet contra tabulas: *vt Instit. quib. mo. ius pa. po. sol. §. præterea. in fi.*

h ¶ *Acquireret.* i. datum vt sibi quæreret. si autê diceres sibi quæri, ergo non patri.

i ¶ *Emolumentum.* quo ad proprietatem plenam sicut seruus: & est similis ratio. *C. de libe. & eorum lib. l. si manumissori.*

k ¶ *Itum est.* quia[a] eadem ratio: *vt. s. ad. l. Aqui. l. illud.* Sed cum hodie non sit eadem æquitas: quia non quęrit in aduentitiis, nisi quo ad vsumfructum: *vt. Cod. de bo. quæ libe. l. cum oportet.* §. j. dicit Azo quòd aliud est in patre quàm in patrono: Sed H. dicit hodie etiam idem.

¶ Item not. quê[b] teneri ad remunerandû. sic. C. *de ius vo. l. venia.* aliàs non. *vt. s. de peti. hered. l. sed & si lege. §. côsuluit.* sed per Lombar. semper. Azo. quam vocat legem Machildam.

l ¶ *Exemplo.* Differt[c] tamen in multis. 1. Nã patronus imponit operas: *vt. C. de oper. li. l. j. parens non: vt. j. eo. l. penul.* 2. Item patronus habet contra tab. etiam si per pecuniam manumisit: *vt. C. de ope. lib. l. j. parens non vt. s. ea. l. § si parens.* 3. Item liberi patroni petunt contra tabulas, sed non parentis, *j. ead. l. § liberos autem.* 4. Item differunt in Fauiana & Caluisiana: *vt. j. eod. l. non vsque.* 5. Item pater reuocat quandoque in totum, quando scilicet turpis persona est instituta: *vt. j. eo. l. Pamonius.* Sed patronus pro tertia: *vt Insti. de succes. liber. § si vero testamentum.*

m ¶ *Ad contra tabulas.* Imò ad querelã inofficiosi. *vt supra de inoffic. testament. l. pater. in fin.* contra. Solu. ibi[d] ponitur querela pro contra tabulas. Item fallit & hoc de iure veteri in castrensi: *vt supra de milit. testament. l. si à milite. in fin.* ¶ Sed quid si intestatus decedit? respon. habet pater vnde legitimi. *vt not. C. vnde liberi. l. fin.*

n ¶ *Manumissorum.* i.[e] emancipatorum.

o ¶ *Proauóve.* ¶ Sed quid si à superioribus puta à tritauo sit emãcipatus atnepos? Respon. idem puto, cum eadem ratio est: & quia nomen parentis in principio huius. l. ponitur, quod est generale: *vt infra de grad. l. iurisconsultus. §. parentes. & supra de in ius vocan. l. quæque. § fina.* Azo. & not. quòd deficiunt verba edicti, sed forte hic sequebatur, idem quod in liberto obseruabo, secundum. Azo.

p ¶ *Manumissus.* i. emancipatus.

q ¶ *Patris.* adoptiui.

r ¶ *Successionem.* ¶ Not. succeditur[f] filiofamilias Ioan. & est speciale aliàs contra. s. *de castren. pecul. l. ij.* Hodie semper succeditur: *vt in Auth. de here. ab intesta. § ij. col. ix.*

f ¶ *Esset.* sub. quo ad hoc, non quo ad alia: vt statim dicit, porro &c. Hug.

t ¶ *Hoc esset.* i. ex seruitute manumissus:

* qua.

a Ius idem esse debet vbi eadê est ratio.

b Remunerari quis interdum cogitur.

c Emancipantis patris & manumittentis domini differêtiæ & in quibus parens & patronus in bo. poss. contra tab. petêda differunt.

d Querela pro bonorum possessione contra tabulas.

e Manumissus pro emãcipato.

f Hæredem filiusfamilias hodie habet.

a ¶*Non est.vt.ʒ.de adop.l.si pater.in fi.*nisi à suo patrono: & tunc non sit ingenuus.sed iura ingenuitatis habet:*vt.ʒ.de sta.ho.l.fin.& de ri.nup.l.sciendum.*

b ¶*Maneret* patrono:*vt.& ʒ.de in ius vocā.l.sed si hac.§.patronū.& j.de bo.liber.l.antep.& fuen.j.ad Tertyl.l.æquissimū.§.fin.*

non est:[a] aut si obrepserit, patroni tamen nihilo minus ius integrum maneret.[b] 3. ¶ Si parens vel accepit pecuniā[c] vt emanciparet, vel postea viuus in eum[d] filius quantum[e] satis est contulit, ne iudicia eius inquietet: exceptiõe doli repelletur.[f] 4. ¶ Est & alius casus quo bonorum possessionem contra tabulas parens non accipit, si fortè filius militare cœperit.[g] Nam diuus Pius rescripsit, patrem ad cõtra tabulas bonorum possessionem venire nõ posse.[h] 5. ¶ Liberos autem manumissoris[i] non venire ad contra tabulas bonorum possessionem filij[k] constat: quamuis patroni[k] veniant. 6. ¶ Patrẽ autem accepta[l] contra tabulas bonorum possessione, & ius[m] antiquum quod & sine manumissione habebat, posse sibi defendere Iulianus scripsit. nec enim ei nocere debet quòd iura patronatus habebat, cum[n] sit & pater.

II. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NOn vsque adeò exæquandus est patrono parens, vt etiam Fauiana aut Caluisiana actio ei detur:[o] quia iniquum est ingenuis[p] hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem.[q]

Si filius emancipatus instituit turpes personas, pater petit in solidum contra tabu. aliàs vsque ad legitimam portionem.

c ¶ *Accepit pecuniā.* secus in patrono:*vt.C.de bo.liber.l.j.* ¶ Sed nonne semper hodie accipit: *vt.Instit. per quas perso.no acqui.§. hac quoque?* Respond. illud fit lege[a] permittente: vnde non habet pœnam:*vt.C.de adul.l.Gracchus.*

d ¶ *In eum.*sic.*ʒ.ad.l.Falcid.l.cum quo.§.fina.*

e ¶ *Quantum.* quod arbitrio[b] iudicis dirimitur.& sic pro[c] minimo non perdit pater ius succedendi.

f ¶ *Repelletur.* Imo nõ *vt.C.de inofficioso testamen.l.si quando.§.illud.quæ est contra.* Solu. ibi filius non repellitur: hic pater sic: quia nond sic patri debetur filij: sicut filio debetur patris hereditas:*vt.ʒ.de inoffic.testamen.l.nam & si.* Vel hoc ideo, quia sicut olim pater succedebat filio emancipato ex[e] pacto, s.si emãcipabat cõtracta fiducia: ita ex pacto repellebatur, vt hic. hodie tamen non admittitur ex pacto: *vt Instit. de leg.agna.succes.§ fina.* ergo non repellitur ex pacto secundũ Azo. 2. Vel dic vt ibi.*& facit.j.de ver.obliga.l.vtrum.*

g ¶ *Militare cœperit.* sic.*ʒ.de mili.testamento.l.si à milite.§.si.*& est idem in patrono:*vt.j.de bo.liber.l.etiam.§.si patronus.* ¶Sed[f] nũqd est hoc in armata militia tantum? est enim & inermis: *vt.C.de neg.gest.l.vnica.arg.*quòd in armata tantum:*vt.C.de his qui ve æta.l.si.* sed certe idem est in inermi:quia huius beneficij plenior est habenda interpretatio: *vt ʒ.de consti.prin.l.fin.*Azo.

h ¶*Non posse.*cum filius militans fuerit.Azo.

i ¶ *Manumissoris.*i.emancipatoris.*& facit.C.de priuile.do.l.j.*

k ¶*Patroni.*s.filij:*vt.j.de bo.li.l.libertinus.§.si patroni.*

l ¶*Patrem autem accepta.*in spe.Azo.

m ¶*Ius antiquum.*puta[g] alimentorum:*vt.ʒ.de libe.agno.l.si quis à liberis.in prin.* Vel alter dico.loquitur enim de bono.possess.quæ patri dabatur cum non ipse sed auus eius nepotis non cõtracta fiducia emancipauit:& erat ab intestato: quæ hodie locum non habet: *vt Instit.de bono.possess.§.& cum de testamentis.ibi,sunt autem.x.& c.& .§.quæ autem in prætore.* Posset etiam dici ius antiquum bo.pos.secundum tab.quæ datur patri instituto in castren. vel quasi castren.pecul.& cum in eo non possit habere locũ contra tab.vtpote cum non possit sibi committi edictum,accipit contra tab.vnde non impeditur in secundis tabu.*vt.ʒ.de le.præstan.l.filium.§.si quis.*quanquam in quasi castren. pecu. contra tab. edictum possit ab alio committi:*vt.ʒ.de contra tab.l.iij.§.si pater alicuius.*sed in hoc casu cum tenuerit datio contra tab. secũdum tab. ei non daretur:*vt.ʒ.de leg.præstan.l.filium.§.omnibus.*Azo.

n ¶*Cũ sit & pater.* ¶ Et not.quòd duplici[h] iure potest vti. *arg.C.de iis qui mili.non possunt.l.is quidem & .ʒ.de cõtra tab.l.iij.§.si q.s ex.& .§.plane.& .l.ex duobus.j.respon.* ¶Item no.hic[i] patrem habere in filium emancipatum ius patronatus.

o ¶*NOn vsque.*]*Detur.*pro rebus alienatis reuocandis.

a Pœnam non meretur qui quid facit lege permittente.

b Arbitrio iudicis finitur quãtitas competitionis aut munerit ppter emancipationem dati.

c Succedẽdi ius minima quãtitate accepta nõ amittimus.

d Hæreditas filij emancipati non ita patri debetur, vt filio patris.

e Pater olim filio emancipato ex pacto succedebat vel non succedebat.

f Militia inermis an gaudeat priuilegiis armatæ.

g Ius antiquum hic,an alimentorum an bonorum possessionis quæ patri dabatur ab intestato in bonis filij ab auo suo emãcipati? an bonorũ possessio secũdum tabulas quę patri datur in castrensi vt hic Accursius ponit? an vero querela inofficiosi vt Viglius *Inst.de inofficioso.*

h Duplici iure quis vti potest.

i Ius patronatus in filium emancipatũ pater habere potest.

p ¶*Ingenuus.*at liberti ingenui nõ sunt:& ideo in ipsis aliud dicitur. cum hodie liberti sint ingenui, *vt in Authen. vt lib.dece. col.vj.§.j.& .ij.* videtur idem.Sed certe & hodie iura patronus ex tali ingenuitate non læduntur:vt ibidem dicitur.

q ¶ *Alienationem.* solitis modis & casibus:non etiam in casibus prohibitis: vt fundo dotali & similibus: *vt Institut.quib.alie.non licet.in princip.& facit.Cod.de act.& obl.l.sicut.*Sed argu. *contra supra de ac.emp.l.Iulianus.§.idem Celsus.* Item argum. *contra.j.si quid in frau. patroni.l.fina.* ADDITIO. Dic secundum Barto. hic quòd ibi loquitur in quarta quæ debetur filio arrogato tãquam æs alienum: secus si in aliis.

III. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

PAconius[r] ait:si turpes personas veluti meretricẽ,[r] à parente emancipatus & manumissus[s] heredes fecisset, totorum[t] bonorum contra tabulas possessio parenti datur:aut cõstitutæ[u] partis, si non turpis heres esset institutus.

Si emancipatus filius præteriit patrem suum indubitanter pater præteritus vocatur ad contra tabulas: & non præstat legata.

1. ¶ Si filius emãcipatus testamento suo patrem suum præterierit,[x] † siue heredem instituerit, fideicommissa non cogetur pater præstare ex sua parte, quæ ei debetur, etiam si adierit hereditatem. Sed & si filia vel neptis manumissa sit, & pater vel auus præteritus petat bonorum possessionem: eadem quæ in filio dicenda sunt.

IIII. MARCELLVS *libro nono Digestorum.*

PAtri qui filiũ emancipauit,[y] de his quæ libertatis causa imposita fuerint,[z] prætor nihil edicit: & ideo frustra pater operas stipulabitur de filio.[a]

V. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæstionum.*

DIuus Traianus filium quẽ pater malè contra pietatẽ adficiebat,† coëgit[b] emancipare: quo postea defuncto pater vt manumissor bonorum possessionem sibi competere di-

PAconius.] CASVS. Si filius emancipatus instituit turpes psonas,petit in solidum contra tabulas: aliàs vsque ad legitimã portionem.[SI FILIVS.] Si emancipatus filius præterit patrem suũ, indubitãter pater præteritus vocatur ad cõtra tab. & non præstat legatum. Viuianus.

r ¶ *Meretricē.* nõ tamen est infamis: *vt.ʒ.de iis qui no.infa.l.pe.* nisi esset in adulterio deprehensa: *vt.ʒ de ri.nup.l.palam §.quæ in adulterio.* Accursius.

s ¶ *Manumissus.* i.emancipatus.

t ¶ *Totorum.*[a] in hoc differt à patrono, qui semper tertiam habet: *vt Institu. de suc.lib.§.sed nostra.& facit.C.de inoffic.testam.l.fratres.*

u ¶*Constitutæ.* in patrono, quæ est hodie tertia idem in patre, cum[b] eadem sit æquitas.*vt sup.e.l.j.in prin.* at filius per querelam semper in totum, nisi heres sit in parte institutus: *vt supra de inoffic. testamen.l. Papinianus.§.sed nec impuberis.*& nisi scripti sint diuersi iuris:*vt eod.titu.l.circa.*& nisi vnus ex pluribus exheredatis agat:*vt in eod.titu.l.filio.in princip.*

¶ Et not.quòd hic pater[c] habet tertiam sine grauamine: *vt infra de dona.l.si patronus.& .j.proxi.§ sic & .C.de inoffic.testamen.l.quoniam in prioribus.*

x ¶*Præterierit.*& extraneum instituit:à quo instituto legata reliquit coniunctis personis, quæ pater debet præstare: *vt.ʒ de lega.præstan.l.j.in prin.* hoc quidem fiet salua tertia. sic & si fuit institutus, & est exinanita hereditas legatis: *vt supra de condi.& demon.l.si is.& .j.de dona.l.si patronus.*

PAtri.] CASVS. Si pater emancipat filium. potest imponere operas,& ideo non habet operarum petitionem.Viuianus.

y ¶*Emancipauit.*s.filium.

z ¶*Imposita fuerint.*vt operæ.Accursius.

a ¶*De filio.*pietatem enim,non operas debet filius:*vt.j.de obse.l.penul.* Secus in patrono:*vt.C.de ope.lib.l.j.*

DIuus.] CASVS. Pater cogebat filium ad turpem vitam.filius iste emancipatus est à patre. pater coactus est emancipare. nunquid si pater prætereatur ab eo,habebit contra tabulas bono.poss? non.Viuianus.

b ¶*Coegit.*speciale,vt & aliàs:sed regulariter.contra.quod dic *vt Insti.qui mo.ius pa.po.sol.§.si & facit.j.vnde libe.l.j.& .l.pen.& .C.de spec.l.lenones.lib.xj.& .ʒ.de iis qui sunt sui vel alie iur.l.ij.* ¶Item not.quòd pro hac iniuria etiam atroci, iniuriarum non agitur:*vt.j.de iniur.l.prætor.§.sed & si quis.*

Denega-

a Patronus.

† Concor.c.si quæ mulier.in glo.super verbo.non extantibus.vbi ascendentes non possit quis exheredare, nisi commiserit causam ingratitudinis.& in princi.bus.æque succedũt ascendentes licet ordine turbato.19.q.2.

a v.quæ notatur in Glossa Nouell.c.in princip.in verbo fratribus vbi dicitur querela competente aliqui ob odium institui, reuocari integram dispositionem defuncti,non solum quantitatem legitimæ.

† Huc pertinet grauissimus locus apud Cic.in Orat pro Cluentio aduersus Sassiam eius matrẽ.

b Vbi eadem æquitas ibi eadẽ iuris dispositio v.Eactardũ in lect.au simili.

c Pater nunc onere legitimam suam cõsequitur.

a Ex delictis nemo remunerationem consequitur.

a ¶*Denegata.* l. bonorum poſſ. & dic propter neceſſitatẽ, ſc. omiſſam. ¶Et ita[a] in quo delinquit, non debet remunerari: *vt. ĵ. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. fin.*

DE BONORVM POSSESSIONE &c.

Quia quędā ſpecialia ſequuntur in bonorũ poſſeſſione ſecũdũ tabulas ex teſtamento militis: ideo de hoc dicit. ADDITIO. *De bonorũ poſſ. ſecundũ tab. quæ ex teſtamẽto pagani defertur, dictũ eſt. verũ quia quando miles teſtatur, & præterit filios ſuos, agitur cõtra teſtamẽtũ: ideo dicit rubri. de bon. poſ. quæ ex teſtamento militis datur ſecũd. tab.* ſ. ti. j. l. j. §. eſt & ali°. Vi. *Secundũ verò. i. huc titulum, vt intelligatur nõ tantũ ſecundũ tabulas vel nuncupationes paganorũ bonorũ poſſeſſionẽ dari, ſed etiã ſecũdũ teſtamenta militum quoquomodo facta. Cæterũ contra teſtamenta militum bonorum poſſeſſio vel cõtra heredes inſtitutos à militibus querela inofficioſi teſtamẽti nũquã datur.* Cu.

† id eſt diſſoluendæ patriæ poteſtatis, quæ eſt pietatis paternæ vinculũ.

cebat: ſed cõſilio Neratij Priſci & Ariſtonis ei propter neceſſitatẽ ſoluẽdæ pietatis† denegata[a] eſt.

DE BONORVM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILITIS.

TITVLVS XIII.

Milites & priuati exiſtentes in acie belli, poſſunt teſtari quo modo volunt tam in terra quàm in mari. Bart.

I. VLPIANVS *libro quadrageſimoquinto ad Edictum.*

NOn dubiũ eſt, quin debeat tatæ volũtates eſſe eorũ,[b] qui in hoſticolo[c]* ſuprema iudicia ſua quoquo modo † ordinaſſent, ibidẽq; diẽ ſuũ obiiſſent.[d] Quãquã enim diſtet cõditio[e] militũ ab his pſonis[f] quas cõſtitutiones principales ſeparent, tamẽ qui in procinctu verſantur, cum eadẽ[g] pericula experiantur, iura quoq; eadẽ meritò ſibi vindicãt. Omnes igitur omnino qui eius ſunt cõditionis, vt iure militari[h] teſtari nõ poſſint, ſi in hoſticolo* deprehẽdantur, & illic decedẽt: quomodo velint, & quomodo poſſint teſtabũtur: ſiue pſes quis ſit prouinciæ, ſiue legat°, ſiue quis alius q. iure militari teſtari nõ poteſt[i]. 1. ¶ Itẽ nauarchos[k] & trierarchos[l] claſſiũ iure militari poſſe teſtari nulla dubitatio eſt. In claſſib. omnes remiges & nautę milites ſunt.[m] Itẽ vigiles milites ſunt: & iure militari eos teſtari poſſe nulla dubitatio eſt. 2. ¶ Si qs militũ ex alio numero trãſlatus ſit in aliũ, quãuis & hinc

* Sic in archetibis eodẽ modo hic habetur. Taurel. In ad. nu. in manuſc. eſt, in hoſtili loco.

† Teſtamẽtum militis poteſt ſcribi gladio, vagina, vel puluere, ſuo ſanguine. C. de teſt milit. l. milites

* hoſtico loco

N*On dubium eſt.*] CASVS. Iſta lex iſtud dicit: ſi miles armatæ militiæ in expeditione vel cõflictu fecit teſtamẽtũ ſiue ſolemne ſiue nõ, põt peti ſecundũ tabu. & quod dictũ eſt ĩ vero milite, idẽ in alio q. nõ ſit miles: dũ tamẽ ſit in expeditione, iure militari poterit teſtari. nã nauarchi dicũt militare: idẽ poſſũt trierarchi: idẽ poſſũt q ſunt pricipes alicuius claſſis. Vi.

b ¶*Eorum.* paganorũ, non militum tantum.

c ¶*Hoſtili loco.* i. procinctu: *vt. ĵ. proxi.*

d ¶*Obijſſet.* in hoc cõueniũt: ſed poſt reuerſionẽ militis valet intra annũ: *vt. ſ̃. de mili. teſta. l. quod conſtitutum. & l. quod dicitur.*

e ¶*Conditio.* quia non eſt eadem perſona.

f ¶*Perſonis.* ſ. paganorũ. nam priuilegiati ſunt milites, pagani nõ.

g ¶*Cum eadem.* vbi eadẽ ratio, ibi idẽ ius: *vt. ſ̃. ti. j. l. j. in princ.* & habent priuilegium, vt qui aliàs non poteſt teſtari, miles poſſit: vt ſurdus, & mutus, & filiusfamilias: *vt Inſti. de teſtam milita. §. quinimo. & §. fi.* Itẽ vt poſſit inſtituere illũ quem paganus nõ poteſt, vt deportatum: *vt. ſ̃. de milita. teſtam. l. neque enim.* §. j. Item vt coram duobus teſtibus vocatis vel nullo vocato quandoque poſſit teſtari: *vt. C. de teſt. mili. l. militis* Sed cõtra. *C. de teſt. mili. l. antep.* ſed hic erant in loco hoſtili, ibi non. vel vt ibi.

f Vbi eadẽ ratio ibi ius idem eſſe debet.

h ¶*Militari.* militis iure: quia milites non ſunt. Azo. *& facit. ſ̃. de mili. teſta. l. fin.*

i ¶*Non poteſt.* quia miles non eſt. Azo.

k ¶*Item nauarchos.* ab archos & naui.

l ¶*Trierarchos.* Trierarchi[c] dicuntur qui præſunt nauibus trium remorum, trieres enim remi dicuntur: vt in Eſaia dicitur: Ibunt in trieribus. Azo.

c Nauarchus Trierarchus.

m ¶*Milites sũt.* Itẽ aduocat°: *vt. C. de adu. di. iu. l. aduocati.* Itẽ q̃libet officialis: *vt. C. in q. cau. mil. l. j.* Itẽ militat in ſyluis catul°. Ac.

d Aduocatus & officialis milites dicuntur.

n ¶*Numeris.* contra. *ſ̃. de mili. teſt. l. ex eo.* vbi non habet priuilegium qui non eſt in numeris. Sol. ibi de priuilegio ſolemnitatis, hic de his quæ habet in teſtando. vel hic iurauerat, ibi non.

Dixit ſupra tit. 2. de cõtra tab. quæ datur patri & patrono. quod eſt vnũ de iuribus patronatus: nunc dicit de omni iure patronatus. ADDITIO. *Quia bonorum poſſeſſio contra tabulas datur patrono præterito in bonis liberti.* ſ̃. de contra tab. l. illud. in prin. *& iura patronatus non ſolũ conſiſtũt in dando bonorum poſſ. cõtra tab. imò in multis alijs: dicit rubri. de iure patronatus. & videamus quas pœnas patitur ſi alienat in fraudem patroni. ĵ.* e. l. ſi libertum. *quibus modis perditur ius patronatus. ĵ.* eo. l. adigere. *Viuianus.*

ſit exẽptus, & illo nondũ peruenerit, tamen poterit iure militari teſtari. Eſt enim miles, quamuis in numeris[n] non ſit.

DE IVRE PATRONATVS. †

TITVLVS XIIII.

I. VLPIANVS *libro nono de Officio Proconſulis.*

PAtronorũ quærelas aduerſus libertos, pſides audire, & non trãſlaticiè[o] exeq. debẽt: cũ ſi ingratus libertus ſit, nõ impune ferre eũ oporteat. Sed ſi q̃dẽ inofficioſus[p] patrono, patronæ, liberiſve eorũ ſit: tãtummodo caſtigari[q] eũ ſub cõminatione aliqua ſeueritatis nõ defuturæ,[r] ſi rurſum cauſam quærelæ præbuerit, & dimitti oportet.[ſ] Enimuero ſi cõtumeliã fecit, aut cõuiciũ eis dixit: etiã in exilium temporale[t] dari debebit. quòd ſi manus intulit, in metallum damnandus erit. Idẽ & ſi calumniam aliquam eis inſtruxit, vel delatorẽ ſubornauit, vel quam[u] cauſam aduerſus eos temptauit.

II. IDEM *libro primo Opinionum.*

LIberti homines* negotiatione licita prohiberi à patronis non debent.[x]

III. MARCIANVS *lib. 2. Inſtitutionũ.*

SI quis tutor datus, cum ſibi legata eſſet ancilla, & rogatus eam manumittere, manumiſerit adgnito legato, & tutela pupilli ſe excuſauerit:[y] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, hunc eſſe[z] quidem patronũ, ſed omni

Poſt bonorum poſſeſſiones ingenuorũ, quia daturus eſt nunc bonorum poſſeſſionem cõtra tab. libertorum patronis præteritis, quæ pars eſt iuris patronatus, altius demonſtrandæ rei initium petit & omnia iura & cõmoda patronatus ſigillatim exponere parat. itẽq;, quod hoc titulo potiſſimũ agit, quibus modis ius patronatus adquiratur vel amittatur. Cuia.

† De iure patronorum in libertos vide quę de antiquis & varijs legib. refert Alex. ab Alex. lib. Gen. dier. 3. c. 22.

P*Atronorũ.*] CASVS. Accedit patronus ad iudicẽ: & dicit ita domine habeo vnũ libertũ: qñ vado per ciuitatẽ & obuiat mihi, dat mihi terga qualiter pcedẽdũ eſt cõtra libertũ? dicit iuriſ. dicã tibi: ſi eſt inofficioſus, caſtigetur & egregiè verberet. & cõmittit iudex verberare. ſi nõ corrigas te, crepabo oculo de capite. ſed ſi libert° dicit iniuriã patrono, de hoc cõuict° debet relegari. ſi autẽ dat operã vt pdat bona, libert° debet in metallũ dãnari. Viu.

* omnes à.

o ¶*Et nõ trãſlaticiè.* i. facto tranſitu vel ſaltu nõ debẽt trãſferre cognitonẽ ſuã ad aliã quęrelã, deinde interpoſito ſpatio, auditã patroni quærelã exequi: ſed cum audierint & cognouerint, ſtatim punire debent, licet non plene quandoque cognouerint: *vt. ſ̃. de offi. procon. l. nec quicquam. §. de plano.* Azo.

p ¶*Inofficioſus.* i. inobſequioſus, quod[a] conuenit liberto: *vt. no. C. de neg. geſt. l. obſequio.* non enim præſtat ei reuerentiam.

a Obſequium debet patrono à libertis.

q ¶*Caſtigari.* verbis.

r ¶*Defuturæ.* ſeueritatis dico nõ defuturę, i. quia nõ deerit ſi &c. nam iteratio[b] auget pœnam: *vt. ĵ. de pœn. l. capitalium. §. ſolent.*

b Iteratio pœnam auget.

ſ ¶*Oportet.* eum verbis correctum.

t ¶*Temporale exilium.* improprie[c] exiliũ: ſed relegatio[d] proprie dicitur: *vt. ĵ. de pu. iud. l. ij.* ¶ Et diſtingue an ex voluntate vel ex neceſſitate manumittat: *vt not. C. de lib. & eo. lib. l. ij.*

c Exilium improprię dicitur temporale exilium.

d Relegatio temporale eſt exilium.

u ¶*Vel quam.* i. aliquam.

L*Iberti.*] CASVS. Si patronus velit prohibere libertis ne vtantur licita negotiatione, non licet. Viuian.

x ¶*Non debent.* vt. ĵ. eo. l. quaro. *& ſ̃. de offi. præſi. l. illicitas. §. neq; licitas.* Sed ab illicita quilibet debet prohiberi: *vt. C. quæ res ven. non poſſint. l. j. & arg. contra. ſ̃. de his qui. vt indig. l. j.*

S*I quis.*] CASVS. Quidam fuit tutor datus, & ancilla ei legata. rogatus manumittere agnouit legatum, recuſat tutelam nunquid debet carere commodo patronatus? Reſpond. quod ſic. Viuianus.

y ¶*Excuſauerit.* Sed nũquid potuit? Reſpõ. nõ: quia accipiẽdo legatum ſe offert: *vt. ſ̃. de teſta. tu. l. ex ſententia. licet ſit arg. contra. ſ̃. de confir. tut. l. fi.* quia manumittendo retro reddere videtur.

z ¶*Hunc eſſe.* alterius verò rei legatum omnino auferetur: *vt. C. de*

leg.l.si legatarius. nisi in casibus ibi notatis: inter quos est miles: *vt C. eo.titu.l.ab administratione.* & est ratio, quia [a] data libertas non potest reuocari: *vt.s̄.de mino.l.verum.§.quòd si minor.* aliàs vero etiam à legatario legatarij aufertur si contemplatione primi sit secundo relictum, non aliàs: *vt.s̄.de testa.tute.l.qui tutelam.& de excus.tuto.l.legatarius & facit.s̄.ad Trebel.l.si patroni.§.qui fideic. &.s̄.de excusa. tut.l. tutor.§.j.*

commodo patronatus carere.

Si pater damnatur crimine perduellionis: liberi eius nihilominus retinent iura libertorum.

IIII. IDEM *libro quinto Institutionum.*

IVra libertorum, patronorum liberis, cum pater eorum erat perduellionis damnatus, salua esse [a] diui Seuerus & Antoninus benignissimè rescripserunt: sicut ex alia causa punitorum liberis iura libertorum salua sunt.†

V. IDEM *libro tertiodecimo Institutionum.*

DIuus Claudius libertũ qui probatus fuerit patrono delatores summisisse, qui de statu [b] eius facerẽt ei quęstionem: seruũ patroni esse iussit eum libertum. 1. ¶ Imperatoris nostri rescripto cauetur, vt si patronus libertum suum non aluerit, [c] ius patroni perdat. [d]

VI. PAVLVS *libro secundo ad legem Æliam Sentiam.*

ADigere iureiurãdo ne nubat liberta, [e] vel liberos tollat, intelligitur etiã is qui libertũ iurare patitur. Sed si ignorãte eo suus filius adegerit, stipulat⁹ fuerit: nihil ei nocebit. [f] certè si iussu patroni is qui in potestate est, idẽ fecerit: dicendũ est eũ hac lege * teneri. 1. ¶ Stipulatus est cẽtum operas, aut [g] in singulas aureos quinos dari. non videtur contra legem [h] stipulatus: quia in potestate liberti est operas dare [i]. 2. ¶ Quamuis nulla persona lege excipiatur: tamen intelligendum [k] est de his legem sentire, qui liberos tollere possunt. Itaque si castratum libertum iureiurando quis adegerit: dicendum est non puniri patronum hac lege. 3. ¶ Si patronus libertam iureiurando adegerit, vt sibi nuberet: si quidem ducturus eam adiegit, nihil contra legem fecisse videbitur. Si verò non ducturus, propter hoc solum adegit, ne alij nuberet fraudem legi factam Iulianus ait: & perinde [l] patronum teneri, ac si coëgisset iurare libertam non nupturã. 4. ¶ Lege Iulia † de maritãdis ordinibus permittitur [m] * iurisiurandum, quod liberto in hoc impositum est ne vxorem duxerit, libertæ ne nuberet, si modò nuptias contrahere rectè velint.

VII. MODESTINVS *libro singulari de manumissionibus.*

DIuus Vespasianus decreuit, vt si qua hac lege venierit, ne prostitueretur, & si prostituta esset, vt esset libera: si postea ab emptore alij sine conditione venit, ex lege venditionis liberam [n] esse, & libertam prioris venditoris. 1. ¶ Mandatis Imperatorum cauetur, vt etiam in prouinciis præsides de querelis patronorum ius dicentes, secundum delictum admissum libertis pœnas irrogent. [o] Interdum illæ [p] pœnæ à liberto ingrato exiguntur, vel pars bonorum eius aufertur, & patrono datur: [q] vel fustibus cæditur, & ita absoluitur.

VIII. IDEM *libro sexto Regularum.*

SEruum [r] à filiofamilias milite manumissum diuus Hadrianus rescripsit, militem libertum suum facere, non patris. 1. ¶ Seruus non manumissus libertatem consequitur [s] is qui ea lege distractus est, vt manumittatur intra tempus: quod [t] superueniens, licet non manumittatur, faciet tamen libertum emptoris. [u]

IX. IDEM *libro nono Regularum.*

IVra libertorum.] CASVS. Patronus fuit damnatus crimine perduellionis, vel læsæ maiestatis. nunquid liberi carebunt iure patronatus? non: imò remanebit eis. Viuianus.

a ¶ *Salua.* sed iura sepulchrorum non sunt eis salua: *vt.j.de su. & legi. l. j. §. interdum.* ¶ Sed videtur hic iura libertorum non salua: *vt.j.de interdic. & releg.l.iij. quæ est contra.* Sol. hic ex aliis capitulis legis, nõ q; in principem sit emissum. alij quòd hic ex æquitate, ibi ex stricto iure: vel hic specialiter fuit cõcessum, forte q̃a multi erant liberti: *vt.j.de bo.dam.l.si plures & fa.Cod.de bo.lib.l.j.& C.de obse.l.v.& .j.ad l.Iul.maie.l.eos.*

DIuus.] CASVS. Si libert⁹ detulit patronũ suũ, vel submisit aliis, reuocatur in seruitutẽ. Si patronus libertum suum nõ aluit: ius patronatus debet perdere. Viuian.

b ¶ *De statu.* i. vel de libertate, vel de filiatione, vel de potestate: *vt.s̄. de Carb.edic.l.j.§.sed si quis. j. respon. & l. decessit.* sic enim accipitur status pro his tribus in *eod. titu. l.Carbonianũ.§.quãuis.& facit.s̄.eod.l.j.in fi.* contra vbi in metallum. sed ad alia submittebat. quæ non statum tangerent.

c ¶ *Non aluerit.* vt.j. *de bo.lib.l si patronus non aluerit.& .s̄.de lib.agno.l.alimenta.* ¶ Et dic quæ sunt hæc iura, & quibus modis amittuntur, *vt not.C.de bo.lib.l.fi.§.fi.in fi.*

d ¶ *Perdat.* vt.s̄.*de bo.lib.l.si patronus.*

ADigere.] CASVS. Si patronus cogat libertã iurare ne nubat: perdit ius patronatus. sed si filius iussu patroni coegit eã perdit ius patronatus. sed si patronus stipulatur .c. operas, non perdit ius patronatus. sed si patronus cogit libertum ne nubat, perdit ius patronatus. sed.l. Iulia. de maritandis ordinibus istud iusiurandum debet ei remitti. Viuianus.

e ¶ *Liberta.* ¶ No. qui [c] patitur q̃d prohibere potest, facere videt. de quo dic vt no.s̄.*de his qui no.infa.l.quid ergo.§.certe.* Itẽ est arg. cõtra.s̄.*de leg.ij.l.si ita sit adscriptũ.& fa.j.qui & à qui.l.fi.in prin.& .s̄.de in ius vo.l.adoptiuũ.§ fi.& .j.eo.l.qui cõtra l.* Sed contra.j. *qui & à qui.l.pe.* Sed ibi ad tempus, hic vt perpetuo non nubat.

f ¶ *Nocebit.* nisi ratum habuerit: *vt.s̄.de vi & vi ar.l.j.§.cum autem.* si tamen suo nomine gestum est. Azo.

g ¶ *Aut.* alternatiue.

h ¶ *Contra legem* Æliam Sentiam: *vt.j.qui & à qui.l.fi.§.si qui.*

i ¶ *Operas dare.* vt.s̄.*de iure do.l.plerumque. in fi.* aliàs ergo cum pretium operarum stipulator, vel aliquid pro operis, perdit ius patronatus: *vt.j.qui & à qui.l.fi.§.j & .ij.& .C.de ope.lib.l.nec patronus.* Sed propter operas solas non perditur nisi contra tabulas quod dic *vt no.C.de ope. lib. l.si quam.§. quamuis.*

k ¶ *Intelligẽdum.* No [a]. vbi lex non distinguit, nos tamen distinguimus. *sic. s̄. de testi. l. quæsitum.arg.contra.s̄.de pup.l.de pretio. vbi plene no.*

l ¶ *Et perinde.* fa.s̄.*de condi.& demon.l.cum ita.& l.hoc modo.*

m ¶ *Remittitur.* ¶ No [b]. legem vim apostolicã obtinere, vt remittat iuramentum: *sic.s̄. si quis cautionibus.l.fin.* ¶ Sed quid si aliquis vel aliqua sponte iurauerit nõ contrahere matrimonium, vel voueat castitatem? nunquid poterit postea contrahere? Azo.

DIuus Vespasianus.] CASVS. Si aliqua ancilla vendita eo pacto ne prostituatur, prostituitur postea: erit ancilla primo vendentis, non prostituentis eã concor.s̄.*de ser.expor.l.fi.* [MANDATIS.] Præsides audiẽtes querelas patronorũ de ipsis libertis, aliquando puniũt eos relegando eos: aliquãdo adimendo partem bonorũm. Viuianus.

n ¶ *Liberam.* etiam si prostituta non est: *vt. no. C.si manci. ita fue. ali.l.j.in fi. & facit eo. titu.l.ij.& .s̄.de ser.expor.l.si Titius.*

o ¶ *Irrogent.* vt.Co.*de obsequi.l.penul.*

p ¶ *Illæ.* quæ *sunt.s̄.e.l.j.* z. Ved dic quæ sequuntur. & sub. s. quia vel fustibus &c.

q ¶ *Datur.* regulariter fisco dantur: *vt.Co.de modo mulctarum. l. mulctarum.* quæ est contra.

SEruum.] CASVS. Si filius seruum manumisit, est libertus ipsius, non patris sui: quia filius in castrensi loco patris habetur: *vt.s̄.ad Mace.l.j.in fi.* [SERVVS.] Aliquando seruus non manumissus perducitur ad libertatem vendo tibi seruum vel dono vt in diem manumittas. si non manumittas, intra tamen diem perducitur ad libertatem. Viuianus.

r ¶ *Seruum.* castrensis peculij: *vt.j.qui & à qui.l.si quis.§.j.& .j.de bo.lib.l.iij.§.si filius.& .j.de suis & leg.l.iij.§.miles.*

s ¶ *Consequitur.* ex constitutione diuorum fratrum missa ad Aufidium Victorinum si datus fuit ea lege vt manumitteretur: *vt.j.prox.§.& .s̄.de leg.tu.l.iij.§.j.*

t ¶ *Quod.* s. tempus.

u ¶ *Emptoris.* non tamen ingratum accusat: *vt.j.qui & à qui.l.si quis in prin.*

FIlij.] CASVS. Si filius qui est in potestate patris, vel emancipatus, abstinet se ab here. paterna: ius quod habet patronus in libertis, non amittitur. h. d. *infra de bonis liber.l.si patronus.§.si quis*

a Libertas semel data reuocari nõ potest.

† Vide in hunc locum quæ de Marco Antonino refer. Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio.

b Status libertatem, filiationem & potestatem cõprehendit.

* Ælia Sentia lata sub Augusto a Consi. Ælio & Sentio Saturnino.

c Qui patitur quod prohibere potest facere videtur. v. Tiraquell. tract. de pœnis temp. cau. 44. nu. 13. vbi disputat an eadẽ pœna sit constituenda aduersus eum qui deliquit in omittẽdo, qua in faciendo.

a Distinguimus interdum possumus vbi lex nõ distinguit.

† Lata ab Augusto. Tacitus lib. 3. Huius legis alia quædã capita collegit Duar. j. disput. c. 28.

* remittitur.

b In iuramenti absolutionibus & Imperator fungitur munere Apostolici. v. Schenkium. l. Viridari. 24. & c. 5.

quis non mala.& infra de ver.sign.l.licet.§.recte.[VT IN BONIS.] Liberi damnati de crimine capitali non habēt locum in bonis liberti,nisi fuerint restituti. Itē si patronus vindicauerit se sine iudice.Item si patroni accusauerint libertum , & sunt maiores xxv. an.ius patronatus amittunt.Viuianus.

a ¶*Libertis.* puta de succedendo,& alia:*vt Cod.de La. li.tol.§.fin autem fuerit. & infra titu.j.l.si operarum.*nisi quādo sunt in faciēdo, quæ trāseūt etiā ad heredes extraneos : *vt C.de in ius voc.l.venia.*

b ¶*Emācipato.* supra *ergo erat in potestate.*

c ¶*Cuius.* i. alicuius: quia patronus vindicauit delictum liberti sine accusatione : vt differat à sequēti casu.

d ¶*Capitis.*comparatur tamen ei in multis casibus qui sunt *infra de bo.lib.l. qui cū maior per totam legem.*

E*Vm patronū.*] CASVS. Filius patroni accusat libertum de crimine capitali : pœnam patitur,quia præteritus à liberto patris sui non vocabitur ad contra tabulas. Viuian.

e ¶*Eum patronum.*i. patroni filium:qui[a] & ipsi patroni sunt.*vt Instit.de leg.pa.tu.*

f ¶*Libertum.*paternū, qui & filius[b] dici potest:*vt.j.de verb.signi. l.licet.§.patrono.*secus in ipso manumittente: *vt.j.de fideicom.lib.l. si filius.§.erit. & facit supra de his qui.vt indig.l.tutorem.§.j.* Acc.

g ¶*Capitis* sic.*j.de bo.li. qui cum maior.§.itidem.et.s. de bo.pos.l.edicto.§.rei autē. cap.*

h ¶*Detulit.*offerēdo[c] libellum accusationis.

i ¶*Intelligendus est.* verbis[d] edicti inspectis,sed non sententiæ: *vt.j.de bo.lib.qui cum maior.§.accusasse.et.s. de in ius voc.l.quāuis.*

k I*S autem* quiaccusauit vel detulit.& sic continuatur cum superiori.

l ¶*Duodecim tabularum.*quæ defert patronis hereditatem liberti. *vt Instit.de suc.lib. in prin.* nec ad contra tabul. quæ aliâs datur

† Extat Labeonis sententia ab Africano relata. l.edicto.§.de bonor.possess.

[a] Patroni nomen nō modo cōpetit ipsi patrono,sed & patroni liberis.

[b] Legendū filij.

[c] Nomen defertur per libellū accusationis.

[d] Legis verbis inspectis factū aliquid dici potest,quod factū non censetur si sententiam inspicias.

FIlij hereditate paterna se abstinentes, ius quod in libertis[a] habent paternis, non amittunt. Idem & in emancipato.[b]

1. ¶Vt in bonis liberti locū quidam non haberent, lege excipiuntur: rei capitalis damnatus: si restitutus non est: si iudex cuius[c] flagitij sit , fuerítve : vel maior annis vigintiquinq; cum esset, capitis[d] accusauerit libertum paternum.

X. TERENTIVS *Clemens libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

EVm patronum[e] qui capitis libertum[f] accusasset,excludi a bonorum possessione contra tabulas placuit.Labeo † existimabat capitis[g] accusationem eam esse, cuius pœna mors aut exilium esset. Qui nomen detulit,[h] accusasse intelligendus est:[i] nisi abolitionem petit : idque etiam Proculo placuisse Seruilius refert.

XI. VLPIANVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

IS autem[k] nec ad legitimam hereditatem quę ex lege duodecim tabularum[l] defertur, admittitur.

XII. MODESTINVS *libro primo Responsorum.*

GAius Seius decedens testamento ordinato , inter filios suos Iulium libertum suum quasi & ipsum filium ex parte heredem nominauit. quæro, an huiusmodi scriptura possit liberto statum conditionis mutare. Modestinus respondit ; statum mutare non posse.[m]

XIII. IDEM *libro primo Pandectarum.*

FIliusfamilias seruum peculiarem manumittere non potest : iussu tamen patris manumittere potest : qui manu-

patronis præteritis:*vt supra de bon.poss.l.sed cum patrono.in prin.*

G*Aius.*]CASVS.Quidam Gaius fecit testamentum:& quendam libertum ex parte cum filiis instituit. nunquid hoc modo facit ingenuum?Non.Viuianus.

m ¶*Non posse.*vt.*C.de testa.l.neque.& ibi not.*

F*iliusfamilias.*]CASVS.Filiusfa.non miles seruum peculiarem non potest manumittere: & si manumittit iussu patris , fit libertus patris.Viuianus.

n ¶*Sit patris.*vt *supra de ritu nup.l.matrimonij.*

S*I iurauero.*]CASVS.Dico me patronum tuum esse.tu dicis quòd non sum. defers mihi iusiurandum. iuro me patronum esse. nunquid habeor pro patrono quantum ad bonorum possessionem contra tabulas? non: nisi pronuntiatus fuerim patronus. Vi.

o ¶*Ad successionem.* sed quoad veniam sic: *vt supra de in ius vo. l. adoptiuum.§.patroni.* Item secus econtra si iurat libertus se libertum non esse:*vt supra de iureiur.l.eum qui.§.si libertus.* & est hoc fauore ingenuitatis.& dic vt ibi.

p ¶*Stabitur.*quia facit ius hoc casu : *vt.s. de sta.homi.l. ingenuū.*

Q*Vi contra.*] CASVS. Si cogo libertam ne nubat, non habebo ius patronatus, nec liberi mei:imò perdo ius patronatus , & liberi mei.Viuianus.

missus libertus fit patris.[n]

XIIII. VLPIANVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI iurauero me patronū esse, dicendum est, non esse me quantum ad successionem[o] patronum : quia iusiurandum patronum non faciet : aliter atque si patronum esse pronuntiatum sit.tunc enim sententia stabitur.[p]

XV. PAVLVS *libro octāuo ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi contra legem Æliam Sentiam ad iurandum libertum adegit , nihil iuris habet nec ipse,nec liberi[q] eius.

Alienatio facta in fraudem legis ipso iure non valet: facta autem in fraudem hominis valet: sed per reuocatoriam rescinditur.Bartolus.

XVI. VLPIANVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI libertus[r] minorem se centenario in fraudem legis[s] fecerit, ipso[t] iure non valebit id quod factum est: & ideo quasi in centenarij liberti bonis locum habebit patronus. quidquid[u] igitur quaqua ratione alienauit ,[x] ea alienatio nullius momenti est. Planè si qua alienauerit in fraudem patroni, adhuc tamen post alienationem maior centenario remaneat : alienatio quidem vires[y] habebit , verumtamen per Fauianam & Caluisianam[z] actionem reuocabuntur ea quæ per fraudem sunt alienata. & ita Iulianus sæpissimè scribit,* cōque iure vtimur. diuersitatis autem ea ratio est, * quotiens in fraudem[a] legis fit alienatio,non valet quod actum est. In fraudem autem fit, cùm quis se minorem centenario facit ad hoc vt legis præceptum euertat. at

q ¶*Liberi.*Contra *supra de in ius voc.l. adoptiuum.* vbi hoc non nocet filiis etiam patre viuo.Solu. ibi in tali re quę est patri per filium quæri non potest , puta reuerentia de nō vocando in ius hîc verò poterat , vt successio : quo casu distinguitur : aut sit in potestate , & obtinet quod hîc.aut sui iuris, & non nocet filiis: *vt infra.e.l. duo fratres. §.sed cum ipso.quæ videtur contra arg.huius distinctionis infra de bo.lib.l.quæritur. & l. in seruitute. §.si patroni.* Alij dicunt quòd hîc consenserunt filij in contrariis non. & *facit.C.de obseq.l.ij.*ibi,aut iure &c.

S*I libertus.*]CASVS. Ista lex est legis. Debetis ita scire : si libertus habet minus.c. aureis in bonis, potest securè testari etiā patrono prætérito.si plus habet,nō potest. si caret liberis & parētibus & collateralib⁹,& habet plus.c.aureis , non potest prǣterire patronū.sed libertus dixit, alienabo in fraudem.l. vt sim minor centenario.non valet : & ideo non repelletur patronus à contra tab. si inuenitur præteritus.Itē dixit libertus , aliter prouidebo mihi. alienauit centum,retinuit centū,& vnū aureum. non feci in fraudem.l. quia sum centenarius. Quid erit hoc casu? certè prouidebitur patrono per fraudatoria iudicia,per Fauianam & Caluisianam. Cætera sunt plana vsque in fin.

r ¶*Si libertus.*in cuius bonis habet patronus contra tabu. *vt infra si quid in fraudem patro.l.j.j.respon.* & referas hic quæ dicuntur *institu.de suc.lib.in prin.*

† *Contra.c.imperiali. ibi, ea quæ contra leges fiunt, non solum inutilia sed etiā pro infectis habēda sūt 23.q.3.*

* scripsit.

* quia quotiēs.

&.§.postea.& .§.sed nostra.

s ¶*Legis.*Papiæ:*vt Institu.de suc.lib.§.postea.*

t ¶*Ipso.*scilicet iure:*vt.de leg.& con.l.non dubium.*

u ¶*Quicquid.*quia ipso iure nihil valet,ergo nullius &c.

x ¶*Ratione alienauit.*libertus.secus in ingenuo:*vt supra titu.ij.l. non vsque.*Azo.

y ¶*Vires.*arg.pro sentētia nostra quā dicimus: *C.de cōdic.ob cau.l. ea.*licet in hoc sit dissimilitudo:[a] quia Fauiana est cōtra possidentem,cōdictio verò ob causam contra pasciscentem tantum datur.

z ¶*Et Caluisianam.*quæ cui detur,dic:*vt. C.si in fraudem pa.l.ij.*

a ¶*In fraudem.* Quot modis fiat fraus, dic *vt s.de le. & se.con.l. fraus.*hic autem fit in re. i. rei deminutione. non ergo hic modus continetur sub illis:quod verum est:quia illi modi gratia exempli doctrinaliter traduntur. Azo. Item & no.ex præcedentibus quod durius agitur cum eo qui fraudat legem , quàm cū eo qui fraudat hominem:& sic est arg. contra *supra de arbi.l.Celsus.* ADDITIO

[a] Differētia inter Fauianā & condictionem ob causam.

Dic secúdum Bar. quòd quædam est pœna respiciens actum, quia agit min stri: & durius agitur cum lege: quia ius habet magis potestatem annullandi quàm homo. quædam est pœna extrinseca, & tunc mitius agitur cum lege secundum eundem Bar. hic.

a ¶ *Centenario.* prima alienatione fecit se minorem cẽtenario: ideoque ipso iure fit reuocatio. per secundam nó fit minor: quia iam minor erat per primá, quare ipso iure nó reuocatur, sed per Caluisianam. Io.

cum alienatione facta nihilo minus centenarius est, non videtur in fraudem legis factum, sed tantùm in fraudem patroni: idcirco Fauiano vel Caluisiano iudicio reuocabitur id quod alienatú est. 1. ¶ Si quis plures res simul alienando, minorem se centenaria[a] fecerit: quarum vna[b] reuocata[c] vel omnium[d] partibus,[e] maior centenario efficitur, vtrum reuocamus omnes,[f] an pro rata ex singulis, vt centenarium cum faciamus? Magísque est vt omnium rerum alienatio facta nullius momenti[g] sit. † Si quis planè non semel alienauerit, sed quasdam res[h] ante, quasdam postea:[i] alienatio earum rerum quę postea alienatæ sint, ipso iure[k] non reuocabitur, sed priorum.[l] in posterioribus Fauianæ locus erit.

Delictum aui vel patris non nocet nepoti vel filio in iure libertorum. Bartolus.

XVII. IDEM *libro vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Diui fratres in hęc verba rescripserunt: Comperimus à peritioribus dubitatú aliquando, an nepos contra tabulas auiti liberti bonorum possessionem petere possit, si eum libertú pater patris[m] * cum annorum viginti quinque esset,[n] capitis accusasset. & Proculum sanè non leuem iuris auctoré in hac opinione fuisse, vt nepoti in huiusmodi causa non putaret dandá bonorum possessionem. cuius sententiam nos quoque secuti sumus, cum rescriberemus ad libellum Cæsidiæ Longinæ. sed & Volusius[o] Mæcianus amicus noster, vt & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatá peritiá anxiè diligens, religione rescripti nostri ductus, sicut corá nobis adfirmauit, non arbitratum sed aliter respõdere debere. Sed cum[p] & ipso Mæciano † & aliis amicis nostris iurisperitis adhibitis plenius tractaremus: magis visum est nepotem neque verbis neque sententia legis aut edicti prætoris ex persona vel nota patris * sui excludi à bonis auiti liberti.[q] plurium etiam iuris auctorum, sed & Saluij Iuliani amici nostri clarissimi viri hanc sententiam fuisse.[r] 1. ¶ Item quæsitum est, si patroni filius capitis accusauerit libertum, an hoc noceat liberis ipsius. Et Proculus quidem in hac fuit opinione, notam adspersam patroni filio, liberis[s] eius nocere. Iulianus autem negauit. Sed hic idem, quod Iulianus, erit dicendum.

XVIII. SCÆVOLA *libro quarto Responsorum.*

Quæro an libertus prohiberi[t] potest à patrono in eadem colonia in qua ipse negotiatur, idem genus negotij exercere. Scæuola respondit non posse prohiberi.

XIX. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

Ingratus[u] libertus est, qui patrono obsequium nó præstat: vel res eius, filiorúmve tutelam administrare detractat.[x] *

XX. IDEM *libro tertio Sententiarum.*

Sicut testamento facto decedente liberto, potestas datur

b ¶ *Vna.* de rebus.
c ¶ *Renocat.* ipso iure.
d ¶ *Omnium.* s. rerum.
e ¶ *Partibus.* sc. tertiis reuocandis nó ipso iure: sed per Caluisianá.
f ¶ *Omnes.* sc. ipso iure. Accursius.
g ¶ *Momenti.* ipso iure: *vt. j. de aqua cotid. & æstiua. l. j. §. itẽ quæritur. & §. Trebatius.*
h ¶ *Quasdã res.* quæ ipsum minorem centenario faciunt.
i ¶ *Postea.* quàm erat factus minor centenario.
k ¶ *Ipso iure.* dominio translato.
l ¶ *Sed priorum.* sc. reuocabitur: si modo per ipsam factus fuit minor centenario: alioquin per Caluisianam.

Diui.] CASVS. Lex ista est verbosa: tamen eius intẽtio est leuis. pater meus libertum patris sui de crimine capitali per calú. accusauit, cum pater meus esset maior. xxv. an. ipse cadit à iure patro. sed nunquid ego filius cadam à iure patronat? diui fratres rescripserunt quod factú patris mihi noceat: veruntamen Iulia. sententia introducta est in contrariú, cuius sentẽtia approbatur hic, vt si auus manumisit seruú, licet pater accuset eú de crimine capitali, patri nocere debet, nó mihi filio, sed habebor pro patrono nó ex psona vnde patris, sed vnde aui. Vnde colligitur extra tex. ar. si pater committit feloniá, ego filius vocabor nó ex persona patris, sed aui mei: arg. huius. l. & præallega. Viuianus.
m ¶ *Pater patris* i. auus huius nepotis.
n ¶ *Viginti quinque esset.* aliter enim nedum alij, sed etiam sibi non præiudicaret accusator: *vt. j. de bo. lib. l. qui cum maior.* R.
o ¶ *Sed & Volusius.* ordo literę: sed vt. i. postquam Volu. Mæ. amicus noster anxiè diligens. i. valde diligens peritiam iuris ciuilis præter veterem, repete, peritiam liberalium artium quam similiter diligit: postquam ille inquam ductus est in præsentia nostra, religione nostri rescripti. i. propter religioné nostri rescripti. q. d. vtrum in religione est habendum rescriptum quasi æquum an vero quasi iniquum: ait sub. ille Volusius se non arbitratum aliter respondere: vt, id est sicut nobis affirmauit.
q ¶ *Sed cum &c.* nunc cogitur prædicta.
q ¶ *Auiti liberti.* Imo contra: *vt. s. eo. l. qui contra.* Solu. ibi. Item contra. *j. proxi.* §. Sed ibi pater, hic auus accusauit. *& facit. s. de sena. l. emancipatum. §. si.*
r ¶ *Fuisse.* Vt euidenter & generaliter scias quádo[a] delictú patris eiusdémque patroni noceat eius liberis: ita distingue. ná aut filius vult sibi vindicare ius tale in libertis ex quo patri adhuc viuenti nihil acquiritur, puta reuerentiæ exhibitionem, ne vocetur in ius sine venia, vel similia. & tunc non nocet sibi delictum patris quo minus etiam patre viuente tali prærogatiua vtatur: *vt supra de in ius vocan. l. adoptiuum. §. j.* Si verò sit tale ius ex quo patri possit acquiri, puta si vult liberto succedere per contra tabulas vel alio modo tanquam patronus: tunc patre viuente & se in potestate remanente repellitur. secus si pater decesserit, vel alio modo sui iuris factus fuerit: *vt infra de bonis libert. l. quæritur.* & hoc possũ dicere generaliter in omni crimine etiam publico: quia ius libertorum habent filij nó à patre iure successionis: sed quia filij sũt: quibus exclusis veniũt cognati patroni per ordinem vsq; ad quintum gradú: *vt Instit. de suc. lib. §. multis.* ¶ Nec obst. quod dicitur *infra de interdict. & releg. l. iij.* Dico enim q filius habet quædá iura in libertos eo ipso q filius est,[a] non quia heres, puta ius succedendi liberto: quod[b] potest habere & tanquá[c] filius & tanquam heres: puta de non vocando in ius quod habet vt heres: quia & extraneus heres habet: *vt. C. de in ius vocan. l. venia.* & tãquam filius, licet non heres: *vt. s. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fi.* & hoc tale ius dicitur adimere libertis suis, vt tanquam heredes nó possint admitti: admittãtur tamen tanquam filij: simile est. *j. de fideicom. lib. l. filius. §. j.* & secundú hęc omnia contraria quę de delicto patris dicũt, possũt solui. Nec ob. quod dicitur *in dicta. l. adoptiuum. §. fi.* trãsire ius de patre in filium. non enim ideo dicitur trãsire quòd ab eo causã habeat: sed quia patre amittente filius habet beneficium. Azo. & facit *ad hoc supra de releg. l. quòd si locus.*
s ¶ *Liberis eius.* ¶ Sed nunquid ipsi filio nocet? hic innuit quòd sic: quia dicit filio inflictam notam. sed certè hoc eum à succedendo non excludit: *vt infra ad Tertyl. l. ij. §. si mulier.*

Quæro.] CASVS. Volebat patronus phibere libertos ne exercerẽt negotiú in eodẽ vico. certè nó potest. cõcor. *s. e. l. ij.* Vi.
t ¶ *Quæro an libertus prohiberi.* siue illicita siue licita: quia nil Catilina Cethego. Azo. *& facit. s. e. l. liberti. & infra tit. j. l. fin. & j. de ope. lib. l. libertus negotiatoris.*

Ingratus libertus.] CASVS. Si libertus nó præstito obsequiú patrono, ingratus est. & si libertus nó administrat res patroni absente patrono, nó etiá petit tutoré filiis patroni, ingratus est. Viui.
u ¶ *Ingratus.* vt ob hoc in seruitutem reuocaretur, hoc enim denotat nomen ingratus. Sed contra. *C. de lib. cau. l. solo.* Sol. hoc necessarium, vt alimentorum: vt ibi dixi.
x ¶ *Detractat.* id est nullo modo vult gerere vel attingere. secus si attingeret, & male gereret: tunc alias pœnas patitur, non in seruitutem reuocatur: *vt. s. de suspect. tu. l. ij. & arg. C. qui pe. tu. l. ij.*

Sicut testamento.] CASVS. Si libertus decedit post testamentum factum, ego patronus possum operas petere, vel partem bonorum pe-

† Donatio omnium bonorum non valet. de qua in. l. stipulatio hoc modo concepta. j. de verbor. obligat. per Bart. & Alex. in l. cum duobus. §. idem respondit. j. pro socio.

* Ad Quintilios. l. in strati tem. j. de bon. libert. Videtur expungẽda hęc vox, vt quidam doctè obseruarunt.

a Patris delictú an & quando noceat liberis: adde Gl. in l. 7. in fi. s. de senatoribus. Gloss. 2. Feud. 24. vbi etiá probatur delictú filij nocere patri, vt & alter eius alteri.

† Capitolinus ait Marcú studuisse iuri, & audiuisse Volusium Mæcianú.

* Item iniquú est vt vnus puniatur p alio: quia nó debet vltrà progredi pœna quàm reperiatur delictum. Gl. in c. in naturale. dist. 1.

a Iura in libertos patrios filij varié consequuntur. Quædá enim consequũtur quia filij non hæredes: quædam quia hæredes & filij sint.

b Legendum videtur quædam.

c De hac particula, tanquam, v. Glossam, & quod ibi notavi in l. 4. in verbis quasi ad patronum, s. soluto.

* detrẽctat.

rum petere. ſimiliter ſi decedit inteſtatus, eadem electio mihi ſeruatur. Viuianus.

a ¶*Impoſita*. vt operas.

b ¶*Partis*. ſcilicet tertiæ.

c ¶*Poſſeſſionem*. contra tabulas.

d ¶*Et electio manet.*

Operarum ſo la impoſitione patronus non amittit ius ſuccedendi.

patrono, vel libertatis cauſa impoſita [a] petere, vel partis [b] bonorum poſſeſſionem: [c] ita & cũ inteſtato deceſſerit, earum rerũ electio ei manet. [d]

XXI. HERMOGENIANVS *libro tertio iuris Epitomarum.*

SIue patronus ſiue libertus deportetur, & poſt reſtituatur: [e] amiſſum patronatus, & petendę contra tabulas bonorum poſſeſſionis ius recipitur: [f] quod ſeruatur & ſi in metallum patronus vel libertus damnatus reſtituatur. 1. ¶ Excluditur contra tabulas bonorũ poſſeſſione patronus & ſi ex vncia [g] heres inſtituatur: & id quod deeſt ad ſupplendam debitam portioné, per ſeruum [h] iudicio liberti ſine cõditione & ditione ei hereditate vel legato [i] ſiue fideicommiſſo quæri poteſt. 2. ¶ Ex duobus patronis vnus ex debita [k] parte heres inſtitutus, ſine conditione & dilatione contra tabulas bonorũ poſſeſſionem petere nõ poterit: [l] licet ſi minor ei portio eſſet relicta, & cõtra tabulas bonorũ poſſeſſioné petiſſet, alia etiã portio ei adcreſcere [m] potuiſſet. 3. ¶ Naturales [n] liberi liberti exheredati facti, alio [o] ex parte herede inſtituto, ſi per ſeruum ex alia parte parenti ſucceſſerint, obiiciuntur patrono. [q] 4. ¶ Liberti filius heres inſtitutus ſi bona repudiauerit, patronus non excluditur.

XXII. GAIVS *libro ſingulari de Caſibus.*

SAtis conſtat, etiam ſi in poteſtate ſit parentis [r] filius patronæ, nihilominus legitimo iure ad eum pertinere hereditatem.

non [a] ergo ex ſola impoſitione operarũ perditur ius ſuccedendi: licet quidam contra. quod dic *vt. C. de op. lib. l. ſi quam.* ſed ipſi dicunt de his operis quę imponuntur cauſa onerandæ libertatis. & *facit ſupra eo. l. adire. §. ſtipulatur.*

SIue patronus.] CASVS. Si patronus deportatur, perdit i[us] pat. ſed reſtitutus recuperat. ſi libertus deportatur, & reſtituitur reſtituitur etiam ius patro. adeo vt contra tabul. poſſit petere. Vnũ ſcias: interdum excluditur patronus à bonorũ poſſ. contra tab. ¶ Quid enim ſi inſtituitur filius vel eius ſeruus? repellitur à contra tabulas: ſed ſi ſunt duo patroni, & vnus inſtitutus ex debita portione non petat, petet contra tabu. alius enim nõ poterit petere ſi ei accreſcit portio alterius filij eius legitimi: & naturales excludunt patronum filij naturalis exheredati. & alio inſtituto ſi per ſeruum patroni acquiritur ei portio debita, excluditur patronus: veruntamen ſi repudiat hereditaté, liberti non excludunt patronum. Viuianus.

e ¶*Reſtituatur*. in integrum.

f ¶*Recipitur*. vt *infra de bo. lib. l. iij. §. ſi deportatus.* & dic vt not. *ſupra de cõtra tabulas. l. j. in fin.* ¶ Nec obſt. *C. de ſen. paſ. l. fruſtra.* ſed ibi indulgentia: vel vt ibi.

g ¶*Et ſi ex vncia*. cum quattuor, id eſt tertia ei debeatur.

h ¶*Per ſeruũ*. ſ. patroni: & ſub. etiam ſi inſtituatur ſeruus patroni à liberto. ad quod. j. *ea. l. §. naturales. & facit. j. de bonis lib. l. iij. §. toties. & quod ibi no.*

i ¶*Vel legato*. nec hoc corrigitur in patrono: licet in filio ſic, vt iure inſtitutionis habere debeat: *vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud. col. viij.*

k ¶*Ex debita*. Si quęras quę eſt debita pars? Reſpõ. tertia pars eius partis quæ cuilibet ex patronis contingeret liberto decedente ab inteſtato, ſicut in filiis dicitur: *vt. C. de col. l. pe. §. quid tam in aliis.*

l ¶*Non poterit*. ſupple, nec accreſcit portio alterius patroni non petentis. Accurſius.

m ¶*Accreſcere*. & eſt ratio, quia accreſcentem partem ſuo iure non habet. *ſed. ꝫ. ſic. & facit ſupra de bo. poſſeſſio. l. ſed cum patronus. & infra de bo. liber. l. vj. & l. ſi libertus.*

Exhæredatio proprie refertur ad filios naturales & legitimos nõ ad naturales tantũ.

n ¶*Naturales*. ſub. & legitimi. aliàs [b] fruſtra de exheredatione dicit: *vt infra de verb. oblig. l. quidam.*

o ¶*Alio*. id eſt non patrono.

p ¶*Patrono*. quia tãtum ad commodum inſtituti ſunt: *arg. ꝫ. quod cum eo. l. ſi filio. §. ſi filio.* Sed argu. contra *infra de ope. liber. l. cum patronum. §. cum libertus.*

q ¶*Non excludit*. quia nõ videtur eſſe filius, cùm ei nõ ſuccedat. Sed ar. contra. j. *de fideic. lib. l. cum quaſi. §. ſed & ſi quis ſuus heres*

SAtis.] CASVS. Si filius patronæ eſt in poteſtate ſui patris cum liberto materno, poteſt ab inteſtato ſuccedere, & per contra tab. ad eius bonorum poſſeſ. venire. Viuia.

r ¶*Parẽtis*. delinquẽtis etiã, quia ex ei[us] parte nõ habet libertũ.

XXIII. TRYPHONINVS *libro quintodecimo Diſputationum.*

SI filius patris necem inultam reliquerit, quam ſeruus detexit, & meruit libertaté: dixi non habendũ pro patroni filio, [s] quia indignus eſt. 1. ¶ Cùm ex falſis codicillis, qui veri aliquo tempore crediti ſunt, heres ignorans quaſi ex fideicommiſſo libertatem ſeruis præſtitiſſet, reſcriptũ eſt à diuo Hadriano, liberos quidem eos eſſe, [t] ſed æſtimationem [u] præſtare debere. & hos libertos manumiſſoris eſſe rectè probatur: quia ſaluum eſt etiam in his libertis ius patroni.

Iudex appellationis poteſt pro parte ſententiam confirmare, pro parte nullam pronuntiare. Bartolus.

XXIIII. PAVLVS *Imperialiũ ſententiarũ in Cognitionibus prolatarũ ſiue decretorum ex libris ſex libro primo.*

CAmelia Pia † ab Hermogene appellauerat, quòd diceret iudicem de diuidenda hereditate inter ſe & coheredem, nõ tantum, ſed etiam libertos diuiſiſſe: nullo enim iure id eum feciſſe. Placuit nullam eſſe libertorum diuiſionem: alimentorum autem diuiſionem à iudice inter coheredes factam, eodem modo [x] ratam eſſe.

SI filius.] CASVS. Filius nõ vindicauit necé paternã: ſeruus interfecti detexit illã necé, & ita aſſecutus eſt libertaté pro præmio. nunquid filius patroni habebitur ꝓ patrono? non. [CVM EX FALSIS.] Oblati fuerunt tibi falſi codicilli, in quibus cõtinebatur ꝙ tu rogatus eras ſeruos tuos manumittere. manumiſiſti per errorem. nunquid tenet manumiſſio? ſic, & illi erunt libertini. Viuianus.

s ¶*Pro patroni filio*. Nunquid vt heres habebit ius patronatus? videtur ꝙ ſic: *vt. j. de fideicõm. lib. l. ſi filius. §. erit. & facit. C. ſi quib. cau. ſer. ꝓ præ. lib. acci. l. j. & infra de bo. lib. l. ſi necem. & de ſuis & leg. l. inteſtato. §. j. & ſupra ad Sila. l. ſi ſeruus.*

t ¶*Eos eſſe*. Contra. *C. de peti. hered. l. ſi. §. penul.* Solu. ibi à lege. nõ datur: hîc ab homine data non valet. Vel vt ibi. *facit. C. de fideicõmiſ. liber. l. ij.*

u ¶*Æſtimationẽ*. XXV. aureorũ: *vt. j. de manumiſ. teſt. cùm ex falſis. in princip.*

x CAmelia.] Eodem modo, quo cæterarũ rerũ: *vt. ꝫ. familiæ erciſc. quædam. & ꝫ. de ali. leg. l. iij. in princip.* ¶ Sed quo modo pro parte valet ſententia? Reſp. plures ſunt ſentẽtiæ quã capita: vt no. in contrario. *ꝫ. famil. erciſ. d. l. in hoc iudicio.*

† *Hæc lex eſt ad hoc multum ſingu[lar]is ſecundũ Bar. in l. quædam ſupra fa. erc. quod dicitur in ſummario. de qua not. in c. Rainu[tius] extra de teſt. & in c. paſtoralis. per Innoc. extra de offic. deleg. cæterum in quibuſdam ſcriptis. exem. legitur Cornelia Papia ab Hermo. &c.*

DE OBSEQVIIS PARENtibus & patronis præſtandis.

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro primo Opinionum.*

ETiã militibus pietatis ratio [y] in parentes [z] conſtare [a] debet. Quare ſi fili[us]

DE OBSEQVIIS [à liberis & libertis] parentibus &c.

* De obſeq. à liberis & libertis par. &c.

ADDITIO. *Superiori titulo dictũ eſt de iure patronatus et q. a cauſa patronatus liberti debent patrono obſequiũ, ponit de obſequiis patrono præſtandis.*

Iuris patronatus pars ſunt obſequia iure naturali debita patronis. quo nomine honorem ſignificamus. reuerentiam, pietatem, beneficij gratiã, quæ omnia etiã vno ὑπουργῆς nomine Græci cõplectũtur, et hu[ius] quidẽ obſequij ratione nec patronos liberti in i[us] vocare poſſũt ſine venia nec iudicio ſiſti ab eis locupletẽ fideiuſſorẽ deſiderare, nec famoſa aut veluti famoſa actione cũ eis experiri, nec iuſiurãdũ calũniæ exigere, nec in ſolidũ eos condẽnare, & ſi quid cõtra officiũ pietatis fecerint, in libertos propoſita eſt querela vel actio ingrati, eandem pietatem liberi parentibus debent etiam non manumiſſoribus. & ſunt tam parentũ, quàm patronorum, ſacra nomina. Cuia.

ETiam.] CASVS. Sicut alij debẽt obſequiũ parẽtibus: ita filij milites liberi debẽt obſequiũ parẽtibus. & ſi fortè libertus eſt fili[us] militis vel patroni, debet obſequiũ fauore pietatis. ſi filius patrẽ vel matrẽ cõtumeliis affecerit, vel intulit impias manus: eſt puniẽdus ipſe filius. ſi eſt miles, militia indignus iudicãdus eſt ſi patrẽ vel matrẽ iniuria affecit, vel maleficos appellauit. Viu.

y ¶*Pietatis ratio*. à ſeipſis militibus debita, vel id eſt ratio quæ eſt pietas. Azo.

z ¶*In parẽtes*. i. circa parentes. ſic & dicitur chirothecam habes in manu, id eſt circa manum.

a ¶*Conſtare*. id eſt certa eſſe debet.

a ¶*Puniendus*. vel à patre, vel à iudice, sicut vult pater. *vt. C. de emanci. lib. l. si filius.*
b ¶*Collibertos*. subau. s. matrem &c. puta quia ambo erant manumiss. sic & alibi Institu. de serui. cog. ¶ Sed quid si ambo essent serui? idem videtur: *vt ꝟ. de ritu nup. l. adoptiuus. §. seruiles.*

miles in patrem aliqua commiserit, pro modo delicti puniendus[a] est. 1. ¶ Et inter collibertos[b] matrem & filium pietatis ratio secúdum naturam salua esse debet. 2. ¶ Si filius matrem aut patrem quos venerari[c] oportet cótumeliis adficit, vel impias manus eis infert: præfectus vrbis delictum ad publicam[d] pietaté pertinens, pro modo eius vindicat. 3. ¶ Indignus militia[e] iudicandus est, qui patrem & matré, à quibus se educatum dixerit, maleficos[f] appellauerit.

II. IVLIANVS *libro quartodecimo Digestorum.*

HOnori parentium †[g] ac patronorum tribuédum est, vt quamuis per procuratorem iudicium accipiant, nec actio de dolo[h] aut iniuriarum[i] in eos detur. Licet enim verbis edicti nó habeantur infames ita condemnati,[k] re tamen ipsa & opinione hominum non effugiunt infamiæ[l] notam.

1. ¶ Interdictum quoque vnde vi, non est aduersus eos reddendum.[m]

III. MARCELLVS *libro singulari Responsorum.*

TItius puerum emit, quem post multos annos veniri * iussit.[n] postea exoratus, accepto ab eo * pretio eum manumisit. quæro, an eum filius & heres manumissoris vt ingratú accusare possit. Respondit posse, si nihil aliud esset impediméto. Nam plurimum interesse, à suo seruo[o] quis, vel etiam ab amico[p] eius acceptis nummis dederit libertatem: an ab eo seruo qui cùm esset alienus, in fidem eius deuenit. Etenim ille[q] etiam si non gratuitum, beneficium[r] tamen præstitit: iste nihil amplius quàm operam suam[s] accommodare videri potest.

IIII. MARCIANVS *libro secundo Publicorum Iudiciorum.*

PEr procuratorem,[t] ingratum libertum posse argui, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

V. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

PArens, patronus, patrona, liberíve aut parentes patroni patronæve, neque si ob negotiú faciendum vel non faciendum pecuniam accepisse dicerentur, in factum[u] actione tenentur.

1. ¶ Sed nec famosæ actiones[x] aduersus eos dátur, nec quidem quæ doli vel fraudis habent mentionem.[y]

VI. PAVLVS *libro vndecimo ad Edictum.*

NEc serui corrupti[z] agetur.

VII. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

LIcet famosæ non sint:[a] 1. ¶ Et in quantum[b] facere possunt, damnantur. 2. ¶ Nec exceptiones[c] doli patiuntur, vel vis metúsve causa vel interdictum vnde vi,[d] vel quód vi patiuntur.

3. ¶ Nec deferentes iusiurandú, de calumnia iurant.[e] 4. ¶ Necnon & si ventris nomine in possessionem calumniæ causa missa

---

c ¶*Venerari*. No. sic[a] *infra eo. l. liberto.*
d ¶*Publicam*. id[b] est quæ cuilibet patri de populo debetur. Vel, id est publica vtilitas est talem impietatem puniri. *& facit supra de offic. procons. l. nec quicquam. §. de plano. & de offic. præfect. vrb. l. j. §. cum patronus. & quod not. C. de libe. & eor. lib. l. si manumissoris in fi.*
e ¶ *Indignus militia*. i.[c] priuilegio militiæ: quin puniantur à præside, vel id est degradandus, & libertus in seruitúté reuocandus. & sic est argumen. pro prælatis cótra eos quibus bene fecerunt.
f ¶*Maleficos*. id[d] est de aliquo maleficio appellauit, id est accusauit: vel dic quia dixit affatoratricem:[e] sic accipitur. *C. de malefi. l. nemo.* Accursius.

HOnori.] CASVS. Non solú debent illud obsequium liberi parentibus, *supr. l. j.* imo honori parentum debetur vt filius non possit conuenire paréntem, vel libertus patronum, etiam si per procuratorem se defendit, si cóuenit eum act. de dolo, vel act. famosa, puta act. iniuriarum, vel etiam turpi act. & turpis actio est interdictum vnde vi. Viuianus.
g ¶*Honori parétum*. in infinitum. quod dic *vt supra de in ius vocan. l. quique. §. sed an. in fin.*
h ¶*De dolo*. sed[g] huius loco in factum: *vt. ꝟ. de dolo. l. non debet. in fin.*
i ¶*Iniuriarum*. vt. ꝟ. *de iniur. non solum. §. quanquam.* nisi[h] sit atrox: *vt supra de in ius voc. l. sed & si hac. §. fi.* Sed contra hoc. ꝟ. *eo. l. licet. §. honor.* Solu. ibi. & eodem modo sol. aliud. ꝟ. *dicta. sed & si hac. §. fi.* Accursius.
k ¶*Condemnati*. per procuratorem: *vt. ꝟ. de iis qui not. infa. l. furti §. si quis ali.*
l ¶*Infamiæ*. s. de facto, quæ[i] in quibusdam nocet, *vt. C. de iis qui not. infa. l. ea vero.* Azo.
m ¶*Reddendum*. sed in factum eius loco: *vt. ꝟ. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum.* hoc quia atrocitatem.

TItius.] CASVS. Titius emit quendam seruum: tenuit eum. post multos annos iussit eum vendere. rogatus ab eo accepit pretium, & manumisit, vel ab amico serui accepit pretium. nunquid censetur patronus: sic. vnde si libertus fuerit ingratus, de ingratitudine potest accusari. non enim propterea dominus perdit ius patronatus. Viuianus.
n ¶*Iussit*. forte procuratori suo.
o ¶*A suo seruo*. vt proxime dixit.
p ¶*Ab amico*. facto pacto de manumittendo inter dominum & seruum, nó amicum qui nihil dicebat, sed solum pecuniam dabat. nam idem est tunc quod est si ipse seruus dat, vt non cogatur manumittere: *vt hic & C. de lib. cau. l. cum affirmes.* & omne ius patroni saluum est: *vt. C. de obsequiis. l. etiam.* & in seruitutem reuocat: *vt hic.* Si autem cum amico serui pepigit, tunc eum cogitur manumittere: *vt infra de manumis. l. si quis ab alio.* & ideo nec reuocat in seruitutem: *vt. C. de lib. & eorum libe. l. j.* nec succedit: *vt C. de La. lib. tol. l. j. §. illud.*
q ¶*Ille*. qui accepit à seruo vel ab amico serui: pacto tamen facto cum seruo tantum.
r ¶*Beneficium*. quia non tenebatur manumittere. Accursius.
s ¶*Operam suam*. scilicet de facto. ¶ Sed certé nó & cófert libertatem si hoc dictú est. Sed & si nó sit dictum, competit libertas: *vt infra de ma. l. is qui. §. fine.* vnde aliud est quàm supra. & per hoc quia confert libertaté, non potest in ius vocari: *vt nota. supra de in ius vocando. l. sed & si hac lege. ij. respon.* bene dico dat libertatem, licet & non data competat. nam non[a] mutat substantiam rerum nó necessaria verború &c. *vt supra de auro & argen. leg. l. pediculis. §. Labeo.*

PEr procuratorem.] CASVS. Sicut patronus potest dicere libertum ingratum: ita etiam per procuratorem suum. Viuianus.
t ¶*Per procuratorem*. Argumen. contra *infra de pub. iud. l. penultima. §. ad crimen.* sed pecuniarum commodis respicit: vt plene nota. *supra de procurato. l. sed & hæ. §. j.*

PArens.] CASVS. In l. ista cum duabus sequentib. tractatur de quibusdam obsequiis ad quæ tenetur libertus: & quia actio in factum ex illo edicto cú quis accipit pecuniam vt negotium faciat per calum. vel non, liberis vel libertis non datur: sed etiam famosa act. sed etiam serui corrupti actio non datur: & excep. etiam turpes nó patiuntur, vt doli exceptionem: & interdictum vnde vi, & quod metus causa, licet non infamet, non datur: & sacramentum calum., remittitur parentibus & patronis ista ratione, quia honor eis debetur: & non est verisimile patronos aduersus libertos calumniam exercere. Viuianus.
u ¶*In factum*. scilicet illa quæ oritur ex edicto de calum. *vt supra de calum. l. j. in principio.* quæ[b] infamat: vt ibi not. sed[c] in factum generalis bene datur hoc casu: *vt supra de dolo. l. non debet. in fine.*
x ¶*Famosæ actiones*. quæ[d] multæ sunt: *vt supra de infami. l. j. §. qui furti.* Accursius.
y ¶*Mentionem*. licet non sint famosæ de iure, vt condictio furtiua. *vt infra eo. l. licet.* quæ huic continuatur.
z NEc serui corrupti. quæ infamat: *vt supra de ser. corru. l. dolo.* Azo.
a LIcet non sint. scilicet aliquæ de prædictis: vt condictio furtiua, & interdictum vnde vi. *vt ꝟ. de act. & obliga. l. cessat. & de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi.* de facto enim infamant: *vt supra eod. l. honori.* quia nomine doli dantur.
b ¶*Et in quantum*. vt *Inst. de act. §. sed & si quis.*
c ¶*Nec exceptiones*. doli, vel similes quæ continent dolum: *vt infra de excep. doli. l. apud. §. aduersus.*
d ¶*Vnde vi*. vt *& infra de vi & vi ar. l. j. §. interdictum.*
e ¶*De calumnia iurant*. vt *supra de iureiur. l. si patronus.* Accur.

Hoc dicens.

---

a Parentibus veneratio à liberis debetur.
b Publica vtilitas ea dicitur vel quæ cuilibet è populo debetur vel quæ ipsi publico.
c Militia pro militiæ priuilegio.
† Facit ad hanc legem quod di. i. tur in c. 2. cũ Gl. fi. extra de ord. cogn.
d Malefici appellatio quid.
e Affatoratrix.
* venire.
* accepto eius pretio.
f Honor parentibus in infinitum it debetur, vt liberi aduersus parentes doli aut iniuriã actione experiri non possint.
g Doli loco actio in factum aduersus parentes proponi potest.
h Iniuriæ atrocis nomine liberi aduersus parentes experiri possunt.
i Infamia facti in multis nocet.
a Superuacua verborum adiectio rerum substantiam non mutat.
b Calúniatoria seu ex edicto de calumniatoribus quæ promanat actio infamat.
c Actio in factum generalis nó infamat vt specialis.
d Famosæ actiones quæ & quot sint.

a ¶*Hoc dicens.* agendo actione in factum, quæ infamat: *vt supra de his qui not. infa. l. notatur & l. seq.*
b ¶*Edicti.* habet enim hoc edictum multas partes, s. de furto, rapina, iniuria, & metu, & dolo, & vi, quibus agitur propter dolum, & infamantur infamia [a] iuris. vel facti: *vt. s. l. parens. & l. seq. & in hac in princip.* Accur.
c ¶*Interuentoribus.* vt procuratoribus [b] & tutoribus & simil. [b]. Sed contra. *j. de dam. infec. l. qui bona. § si quis alis.* vbi [c] etiam procurator non iurat de calũnia. Sed speciale est in iuramento. quod non placet. Itẽ contra. *s. e. l. honori. in prin.* Solu. ad vtrũque dic q ex dolo interuentoris & agitur cõtra eũ interuentorẽ: & excipitur, vt hic, sed cõtra patronũ nec agitur nec excipit, vt hic. aliàs autẽ ex dolo taliũ excipitur cõtra dominũ: *vt. j. de excep. dols. l. apud. § quæsitũ. et. § illud.* cæterum de dolo patroni nec patrono. nec alij nomine eius agenti de dolo excipitur: *vt dicta. l. qui bona. § si quis.* nec etiam agitur contra eum vel alium eius nomine ex dolo patroni: *vt supra eo. l. honori.* hoc si agat libertus suo nomine, aliàs secus. quod dic: *vt supra de in ius vocan. l. quæsitum.*
d ¶*Honor.* *vt supra de in ius vocand. l. sed si hac lege. § fin.*
e ¶*Heres* scilicet etiam filius. est enim ingenuus: *vt Instit. de inge.*
f ¶*Defuncti habet.* ideóque ei non succedit: *vt. s. de re. iu. l. qui duos. § si cũ filio.* Azo. Sed arg. *cõtra C. de liber. et e. lib. l. si* Sol. ibi.

a Infamia alia iuris alia facti.
b Interuentores dicuntur qui pro alio interueniunt siue sint curatores, tutores & similes.
c Iurare de calumnia vitium procuratoris co...

dicatur patrona, libertus hoc dicens [a] non audietur: quia de calumnia patroni queri non debet. his enim personis etiam in cęteris partibus edicti [b] honor habebitur. 5. ¶ Honor autẽ his personis habebitur ipsis, non etiam interuentoribus [c] eorũ. & si fortè ipsi pro aliis interueniant, honor [d] habebitur.

VIII. PAVLVS *libro decimo ad Edictum.*

HEres [e] liberti omnia iura integra extranei hominis aduersus patronum defuncti habet. [f]

IX. VLPIANVS *libro sexagensimosexto ad Edictum.*

LIberto & filio semper honesta [g] & sancta persona patris ac patroni videri debet. [h]

X. TRYPHONINVS *libro septimodecimo Disputationum.*

NVllum ius libertatis causa impositorũ habet [x] in mancipato [*] filio: quia nihil imponi liberis solet. Nec quisquã dixit, iureiurãdo obligari filium patri manumissori, vt libertum patrono. [i] Nam pietatem liberi parentibus, non operas debent.

a habet patre. emancipato.

XI. PAPINIANVS *libro tertiodecimo Responsorum.*

LIberta ingrata nõ est, quòd arte sua [k] contra patronæ voluntatem vtitur.

LIberto.] CASVS. Persona patris & patroni filio & liberto semper debet videri sancta & honesta, & ideo debet præstare obsequium filius patri libertus patrono: nisi committeret crimen lęsæ maiestatis: *vt supra de rel. in me.*
g ¶*Honesta* etiam si sit inhonesta: vnde eum non accusat: *vt. j. de accu. l. qui accusare non si. & de adul. l. si adulterium. § liberto.*
h ¶*Debet.* & magistri. d

d Doctoris persona semper videri debet sancta & honesta ... discipulo ...

NVllum ius.] CASVS. Si manumitto libertum meum, in ipsa manumissione possum operas imponere. si emancipo filium. non possum operas imponere. quare? quia pietas est in patrem & filium. Viuianus.
i ¶*Patrono.* *vt infra tit. j. l. vt iurisiurandi.* ¶Nec ob. *Auth. sacramenta. C. si aduer. ven.* quia ibi super licitis, hic super illicitis. sic & *C. de leg. & con. l. non dubium. & facit supra si à paren. l. penul & C. de inoff. testa. l. quando. § j.* Item arg contra *infra de verb. oblig. l. vtrum.* sed ibi non est opera.
LIberta.] CASVS. Liberta vtitur arte sua contra voluntatem patronæ, non est ingrata, nec in seruitutem potest reuocari. contra *supra eo. l. liberti.* Viuianus.
k ¶*Sua.* i. patronæ: vel sua. i. libertæ. & facit. *s. titu. j. l. quæro.*

DE OPERIS LIBERTORVM.

ADDITIO. *Quia inter cætera iura patronatus hoc ius habẽt patroni in libertos, vt debeant liberti operas obsequiales præstare:* vt *s. de condict. indebi. l. si non sortẽ. § libertus.* *ideo post tractatũ de iure patronatus ponitur de operis libert. Vel quia inter cætera obsequia liberti tenentur præstare operas, ponitur rubr. de operis libertorũ. vnde de operis libertorũ videamus quid sit opera. j. l. j. qualiter dividatur. j. eo. l. operæ. deinde à quibus & quando & qualiter imponatur. j. eo. l. vt iurisiurandi. & l. seruis patroni. & quibus modis remittatur opera. j. eo. l. interdũ. & l. qui libertinus. & l. pen. Viui.*

Itẽ operæ pars sunt iuris patronatus. i. officia diurna siue in ministerio siue in artificio consistant libertatis causa imposita. liberis per stipulationẽ vel iusiurandũ. qua ex re dat prætor iudicium operarum, & rectè veteres gloss. Operarum. ... *in liberos parẽtibus iudiciũ operarũ non est Sed & præter operas, doni aut muneris patrono promissi vel iurati actio est. Cuiac.*

Digestorum

seu Pandectarum Liber trigesimusoctauus.

DE OPERIS LIBERTORVM.

TITVLVS I.

I. PAVLVS *libro singulari de Variis Lectionibus.*

OPeræ sunt diurnum officium. [l]

II. VLPIANVS *libro trigensimooctauo ad Edictum.*

HOc edictũ [m] prætor [n] proponit coartandæ psecutionis libertatis causa impositorũ. Animaduertit enim rẽ ista libertatis causa impositorũ [o] præstationẽ vltra [*] excreuisse, [p] vt premeret atque oneraret libertinas psonas. 1. ¶ Initio [q] igitur pręter pollicetur se iudicium operarũ daturum in libertos & libertas.

Stipulatus operas ad certũ diẽ, non potest ante diẽ petere: sed debẽs operas nõ potest soluere partem operarũ.

III. POMPONIVS *lib. sexto ad Sabinum.*

OPeras stipulatus, ante peractũ diem operã eius diei petere nõ potest: [r] † 1. ¶ Nec pars operæ per horas solui potest: [s] quia id est officij diurni. [t] Itaq; [u] nec ei liberto qui sex horis duntaxat antemeridianis [x] præsto [y]

OPeræ.] CASVS. In lege ista dicitur q opera est diurnũ officium, i. officium quod tenetur præstare libertus patrono in die artificiali nõ in die naturali. Itẽ extra literã no. officiũ quod pręstat libertus patrono in die artificiali, qui durat quandiu sol lucet super terrã, iuxta illud. Qui mane iunctũ vesperi &c. nõ autẽ est diurnũ officiũ quod præstatur in die naturali, q incipit dies naturalis. *s. de fe. l. more.* quia in die naturali nõ operãtur homines: *j. de ver. sig. l. ij. § j.* ¶Et ita no. Opera [a] est diurnũ officium, quod est intelligendũ de opera artificiali vel fabrili: sed opera obsequialis sumitur p minori interuallo: *vt s. de cõdic. inde. l. si nõ sortem. § libertus. & C. de in ius vocand. l. vera.* ¶Et dicitur opera diurnũ officiũ. alias [b] sumitur p studio. *s. de iusti. & iur. iuris opera.* ¶Et est differentia [c] inter istũ tractatũ & superiorem de operis, secundũ quod hic tractatur de operis libertorum, *Institut. de libertinis. § j.* ibi tractatur de operis seruorum. *l. vlt.* Viuianus.
l ¶*Officium.* i. [d] officiũ quod quis exhibet alicui per diẽ. s. artificialẽ [e], non naturalem: *vt s. de annu. leg. l. ij. & j. de verbo. sig. l. ij. §* j. & ibi, Factum est vespere & mane dies vnus. 2. Quandoque tamen pro breuioris temporis officio ponitur, vt opera obsequialis: vt in salutando & similibus: *vt supra de condict. indeb. l. si non sortem. § libertus.* ¶Et consistit [f] opera in actu. *vt supra de ope. seruo. l. j.* ¶Et differt hic tit. ab illo, quia ibi de serui, hic de liberti operis dicit.
HOc Edictum.] CASVS. Edictum illud est propositũ causa coarctandæ persecutionis libertatis, & in aliquo coarctatur cum patronus in ipsa manumissione imponit operas: vnde ipsi quibus sunt operæ impositæ, tenentur, & in eos prætor dat iudicium. Viu.
m ¶*Hoc edictum.* cuius verba non habemus.
n ¶*Prætor* scilicet Rutilius, *vt infra tit. j. l. j.*
o ¶*Impositorum.* id est præstationem impositorum &c. Azo.
p ¶*Excreuisse.* impositorum dico ab aliquo: vt ipse præmittit. Azo. *& facit infra qua. re. act. l. j. § quæ onerandæ.*
q ¶*Initio.* postea autem ius succedendi est inductum: *vt infra tit. j. l. j.*
OPeras.] CASVS. Si sum stipulatus operam dari mihi ad certum diem, ante diem non possum petere: sed si debet operas, & vult soluere partem operæ, non debet hoc licere ei. Viuianus.
r ¶*Non potest* quod dic *vt dixi. Inst. de inut. stip. § qui hoc anno.*
s ¶*Solui potest.* inuito stipulatore.
t ¶*Diurni.* vt *supra. l. j.*
u ¶*Itaque.* expositio est præcedentis.
x ¶*Antemeridianis.* duæ partes sunt, & secundum hoc dic antequam conueniatur: vel est vna pars, vt dicantur antemeridianæ [g] horæ quæ currunt ante meridiem.
y ¶*Præsto.* i. dicit libertus se paratũ seruire hodie per sex horas, & alia die per alias sex horas hoc quidem nõ potest: quia opera [h] non diuiditur: *vt hic, & j. de verb. oblig. l. in stipulationibus. § opera-*

* vltra modũ.
a Opera artificialis ... diurnũ est officium: obsequialis ... interuallum habet.
b Operæ variæ significationis.
c Tituli de operis libertorum à titulo de operis seruorũ differentia.
r Concor. ... consilium prouidentia dici non potest quod pecuniam sibi debitã ...
d Officium pro eo quod quis exhibet alicui spatio diei artificialis non naturalis.
e De die artificiali & naturali, vide quæ scripsi aduersus Accursium, in l. more Romano. s. de feriis.
f Opera in actu consistit.
g Antemeridianæ horæ.
h Indiuiduæ sunt operæ.

rum.& .j.eo.l.libertus qui post.§.j.& supra de an.leg.l.ij.

A *Duobus.*] CASVS. Si alquis est manumissus à duobus dominis quibus promisit operas, vtrique debet operas: & si alter mortuus est, certè ista opera transit ad filium præmortui: licet hereditas vel bonorum poss. applicetur patrono superstiti, non filio alterius patroni præmortui: sed operę præteritæ quantum ad æstimationem debentur patrono heredi mortui. Viuianus.

fuisset, liberatio eius dici contingit.

IIII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

A Duobus manumissis, vtrique operas [a] promiserat. Altero ex his mortuo, nihil est quare non filio eius, quamuis superstite altero, [b] operarum detur petitio. nec hoc quicquam commune habet cum hereditate, aut bonorum possessione. [c] Perinde enim opera à libertis, ac pecunia credita [d] petitur. Hæc ita Aristo scripsit: cuius sententiam puto veram. [e] Nam etiam præteritarum operarum [f] actionem dari heredi extraneo sine metu exceptionis placet. Dabitur [g] igitur & viuo altero patrono.

V. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI quis operas [h] sit stipulatus sibi liberisque suis: etiam ad posthumos [i] peruenit stipulatio.

VI. IDEM *libro vicensimosexto ad Sabinum.*

FAbriles operæ, [k] cæteræque quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt, ad heredem transeunt: officiales verò non transeunt.

VII. IDEM *libro vicensimooctauo ad Sabinum.*

o ¶ *Quinquennem.* q. solus sufficit. ¶ Et not. q Paulus retulit verba legis Iul. de maritādis ordinibus: *vt & . C. eo. l. nec patronis. in fin.* ¶ Et no. modos [a] dissoluendi obligationē operarum: vt ibi not. *& facit supra de excusa. tut. l. excusantur. §. remittit.* Sed argu. contra ad hoc & sequentia. *Insti. de excusa. tut. §. filij.* vbi tātùm superstites prosunt.

a Operarū obligatio variis modis dissoluitur.

p ¶ *Amissi antea.* hic incipit Paulus loqui.

q ¶ *Quæ postea.* ergo ex interuallo: & sunt cōtra, *supra de li. cau. adeo. & . j. de sol. l. liberto.* Solu. vt nota. *supra eodem. l. vt iurisiurandi. in glo.* scilicet interuallo. Item est arg. contra, *Instit. de excu. tut. §. filiis.*

r ¶ *Nihil autem interest.* quantum ad hoc vt propter liberos ante vel post natos liberetur ab obligatione operarum: dic tamen sti pulationem factam: *vt. s. eo. l. seruus.* sed alij dicunt q hoc in certis, illud in incertis: *vt arg. s. eo. l. à duobus.*

s ¶ *Solutionis.* quam si fecisset, non posset repetere propter liberos postea natos. *& fac. s. ad Velleia. l. quamuis. §. interdum.*

t ¶ *Ex hac lege.* de maritādis ordinibus: *vt. C. e. l. nec seruus. in fi.*

u ¶ *Postumus.* redit ad materiam de qua incepit, *in princ. l.*

x ¶ *Quòd.* i. quia.

y ¶ *Ex lege.* Iul. de maritandis ordinibus. & dic nati, non nascituri. nam in prin. legis dixit, genitos natósque. alij dicunt ex lege nati, id est legitime nati.

a ¶ *Dederit.* nam promittendo ipse tenetur. *ad quod.* j. *e.l.pe.* & s. *de postu.l.j.§.nunquid ergo.* sic econtra. s. *ea.l.si ab inuito.*
b ¶ *Caput.* i. capitulum. l. Iuliæ. nam & alia habet capitula: *vt.* j. *vnde vir & vxor.l.j.an si.*

H*Ae demum.*] CASVS. Si imponuntur operæ: eæ certæ possunt iudici, quæ non sunt turpes, & sine periculo præstari possũt. ¶ Quid enim si imponũtur operæ meretricales? sunt turpes, etiã si sui corporis quæstũ faciat. vel si imponitur alia opera quæ non est turpis: tamen cum vitę periculo nō debet præstare: & debet præstare ex artificio quod didicit postea, siue ante. veruntamen si libertus non scit operari, possunt imponi vt proficiscatur cum domino. Viuianus.
c ¶ *Possunt.* fac. s. *e.l. eius.* & *l.seq.*
d ¶ *Moretur.* cum sit in dignitate. & sic sunt exempla operæ inhonestæ. & *fac. C. eod. l. penul.*
S*I ita.*] CASVS. Patronus manumisit seruum suũ, & in ipsa manumissione stipulatur hoc modo: Si decẽ diebus operas nō dabis, viginti nummos mihi dabis. quod istorũ potest peti? operæ non: quia non sunt impositæ. nũmi non: quia videntur impositi causa onerandæ libertatis. quid erit? & certè petendę erunt operæ decem dierum: & si libertus vult pręstare viginti nummos, non erit audiendus: quia vult stipulationẽ pro parte probare, & pro parte reprobare. Viuianus.
e ¶ *Quasi onerandæ.* quo casu nō valeret: *vt* s. *eo l. qui onerandæ.*
f ¶ *Promissi.* fictione iuris, non vere, vt prędixit. & j. *de actio.* & *obliga.l.obligationum. fere.* §. *pen.* & j. *de verbo. oblig.l.si ita stipulatus. quæ sunt contra.* Accursius. * hic.
g ¶ *Queri.* No. contra varietatem.[a] *sic infra tit.* j. *l.nam absurdum.* & *supra de procura. l. in causa.* Sed argumen. contra. s. *de colla.* Accursius.
* Variatio nō admittenda.

...tia legis. Quòd si libertus expromissorem dederit,[a] nihil hoc caput [b] ei proderit.

XXXVIII. CALLISTRATVS *libro tertio Edicti monitorij.*

HÆ demum impositæ operæ intelleguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt,[c] & sine periculo vitæ. Nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamuis adhuc corpore quæstum faciat: nec arenarius manumissus tales operas: quia istæ sine periculo vitæ præstari nō possunt. 1. ¶ Si tamẽ libertus artificium exerceat: eius quoque operas patrono præstare debebit, etsi post manumissionem id didicerit. Quod si artificium exercere desierit: tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatem eius fuerint: veluti vt cum patrono moretur,[d] peregre proficiscatur, negotium eius exerceat.

XXXIX. PAVLVS *libro septimo ad Plautium.*

SI ita stipulatio à patrono facta sit, *Si decem dierum operas non dederis, viginti nummos dare spondes?* videndum est an nec viginti actio danda sit, quasi onerandæ[e] libertatis gratia promissi[f] sint: nec operarum, quæ promissæ non sint: an verò operæ duntaxat promissæ fingi debeãt, ne patronus omnimodo excludatur. Et hoc * prætor quoque sentit, operas duntaxat promissas. 1. ¶ Sequens illa quæstio est, an libertus impetrare debeat ne maioris summę quàm viginti cõdemnetur: quia videtur quodámodo patronus tanti operas æstimasse, ideóque ipse non deberet egredi taxationẽ viginti. Sed iniquum est, nec oportet liberto hoc indulgere: quia non debet ex parte obligationẽ comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri.[g]

S*I bona.*] CASVS. Si venduntur bona patroni ob æs alienum, de operis præteritis dabitur act. patrono. si ipse aliter alere se posſit, non dabitur actio. Viuianus.
h ¶ *Venierunt.* per creditores.
i ¶ *Posſit.* s. aliàs sine operis.
L*ibertus.*] CASVS. Si libertus aliquo modo liberatur obliga. operarum, & assequitur testamenti factionem: nihilo minus debet præstare obsequiũ patrono. diuersa est causa alimentorum. Vi.
k ¶ *Dimissus.* à seruitute: quia manumittendo imposuit operas.
l ¶ *Atque ita liberam.* nunquid ex sola impositione consequitur liberam testamenti factionem? Hug. & B. q; sic: vt hic. Ioa. & Azo. quòd non: sed demum facta exactione earum. & hic subaudiunt, facta earum exactione: quæ dic, *vt not. C. eo. l. si quàm.*

m ¶ *Verecundiæ.* quod obsequium etiam sine interpositione debetur: *vt.* s. *de condict. indeb. l. si non sortem.* §. *libertus. in prin.*
n ¶ *Diuersa.* à libera testamenti factione. Sed contra. s. *de liberis agno. l. si quis à liberis.* §. *si quis à liberti.* ¶ Sed ibi exegit earũ pretium: hic autem ipsas operas. sed si dicas quòd hic exegerit mercedem, dicas quòd diuersa est ab obsequio: quia obsequium præstatur, alimenta non.
o ¶ *Inopia.* id est patronus inops conuenit libertum ad alimenta.
p ¶ *Per inuidiã.* id est propter blasmũ euitandum. & *facit. C. eo. l. si.*
C*Erdonem.*] CASVS. Testator ita dixit, talem seruum cerdonẽ volo manumitti: ita tamẽ vt heredi meo pręstet operas. nũquid tenetur promittere? non: quia manumittitur ex necessitate: & si promisit, nō tenetur pręstare: quia videbitur indebitas promisisse etiã si testator iusserit, quia iuri publico derogare non potest. Viuianus. * obsequio.
q ¶ *Cerdonem.* qui facit sotulares: vel qui vendit carnes.
r ¶ *Volo ita.* ab herede: & sic heres non potest imponere operas, cum ex necessitate facit: *vt. C. e. l. mater.* & *l. ij.* nisi sit filius: *vt.* j. *ti.* j. *l. qui ex causa.*
s ¶ *Promiserit.* s. coactus.
t ¶ *Dabitur.* vt & s. *de leg.* j. *l. videndum.*
u ¶ *Fideicõmissariam.* quod est vt manumissus ex necessitate, non teneatur ad operas: vt dixi. ¶ Et not. quòd aliquid est quod testator non potest. *sic. C. vt in possessio. lega. l. scire.* & s. *ad leg. Falcid. l. quod de bonis. in fi.* Accur.
O*Peris.*] CASVS. Libertus qui tenetur præstare operas, non potest dare operam militię: ne si daret, posset facere iniuriam patrono. Viuianus.
x ¶ *Iniuria.* id[a] est damno. nam amittit: *vt* s. *eo. l. interdum.* Sed ar. contra. *C. de lib. & eo. lib. l. fin.* Accursius. * Iniuria pro damno.
S*I libertus.*] CASVS. Si libertus tenetur præstare operas, & dedit fideiussorem: mora liberti nocet fideiussori. sed si libertus promisit dare hominẽ, fideiussor tenetur ex liberti mora, & ex sua mora fideiussor. Viuia.

XL. PAPINIANVS *libro vicensimo Quæstionum.*

SI bona patroni venierunt,[h] operarum quæ post venditionem præterierint, actio patrono dabitur: & si alere se posſit,[i] ante venditionem præteritarum non dabitur, quoniam ex ante gesto agit.

XLI. IDEM *libro quinto Responsorum.*

LIbertus qui operarum obligatione dimissus[k] est, atque ita liberam[l] testamenti factionẽ adsecutus est: nihilominus obsequi* verecundiæ[m] tenetur. Alimentorum diuersa[n] causa est, cum inopia[o] patroni per inuidiam[p] libertum conuenit.

XLII. IDEM *libro nono Responsorum.*

C*Erdonem*[q] *seruum meum manumitti volo ita,*[r] *vt operas heredi promittat.* Non cogitur manumissus promittere. Sed & si promiserit,[s] in eum actio non dabitur.[t] Nam iuri publico derogare non potuit, qui fideicommissariam[u] libertatem dedit.

XLIII. IDEM *libro nonodecimo Responsorum.*

OPeris obligatus militię nomen non sine iniuria[x] patroni dabit.

XLIIII. SCÆVOLA *libro quarto Quæstionum.*

SI libertus moram in operis[y] fecerit, fideiussor tenetur mora fideiussoris nulla est. At in homine debito fideiussor etiam ex sua mora in obligatione retinetur.[z]

XLV. IDEM *libro secundo Responsorum.*

LIbertus negotiatoris vestiarij † an eandem negotiationem in eadem ciuitate & eodem loco inuito patrono exer-

† De vestiariis vide Cic. in Vatinium.

y ¶ *In operis.* scilicet incertis, quarum dies non cedit, nisi cum indictæ fuerint: *vt.* s. *eo. l. cum patronus.* & est ratio, quia fideiussor ex sua mora teneri non potest, cum reus non sit obligatus, nisi cum prius indictæ fuerint. Azo. in opera autem certa idem quod in pecunia: *vt.* s. *eo. l. à duobus.* lex tamen videtur dicere idem in cuiuslibet facti promissione: *vt.* j. *de verb. oblig. l. cum filius.* §. j.
z ¶ *Retinetur.* vt & s. *de vsuris. l. mora. in fin.* & j. *de verb. oblig. l. mora. in fi.* Accursius.
L*ibertus.*] CASVS. Libertus qui est negotiator vestium, eandem negotiationem in eadem ciuitate potest exercere inuito patrono suo. Viuianus.

Si nullam.

a ¶ *Si nullam*. maximè: *vt & .ʒ. tit. ij. quæro. & titu. j. l. fi.* vel illas secundum istam intellige.

L*iberta.*] C A S V S. Si liberta est in concubinatu patroni, liberatur à præstatione operarum: sicut si nupta esset alij voluntate patroni accedit. *C. eo. l. libertæ.* Viuianus.

cere possit? Respondit, nihil proponi cur nõ possit, si nullam[a] læsionem ex hoc sentiet patronus.

XLVII. VALENS *libro quinto Fideicommissorum.*

Liberta si in concubitu patroni esset:[b] perinde ac si nupta cidẽ esset, operarũ petitionẽ in eam dari non oportere constat.

XLVI. IDEM *libro sexto Fideicommissorum.*

CAmpanus[c] scribit, non debere prætorem pati donũ, munus, operas imponi ei qui ex fideicommissi causa manumittatur. sed si cum sciret [d] posse se id recusare, obligari se passus sit, nõ inhibendam operarum petitionem, quia donasse† videtur.

XLVIII. HERMOGENIANVS *libro secundo iuris Epitomarum.*

SIcut patronus, ita etiam patroni filius, & nepos, & pronepos qui libertæ nuptiis consensit operarum exactionem amittit.[e] Nam hęc cuius matrimonio cõsensit, in officio mariti esse [f] debet. 1. ¶ Si autem nuptiæ quibus patronus cõsensit, nullas habeant vires: operas exigere patronus non prohibetur.

2. ¶ Patronæ, itẽ filiæ & nepti & pronepti patroni, quæ libertæ nuptiis consensit, operarum exactio nõ denegatur: quia his nec ab ea quæ nupta est, indecorè præstantur.

XLIX. GAIVS *libro singulari de Casibus.*

DVorum libertus potest aliquo casu singulis diuersas operas vno tempore in solidum edere,† veluti si librarius[g] sit, & alij patrono librorum scribendo rum operas edat, alter verò peregrè cũ suis[h] proficiscens, operas custodiæ domus ei indixerit. Ni

b ¶ *Patroni esset.* C. eo. l. libertæ.

C*Ampanus.*] C A S. Institui te heredẽ: rogaui te vt seruũ per fideicõmiss. manumitteres. Si velis illi seruo vel operas, vel domũ vel munus imponere, prætor debet te prohibere: quia manumittis ex causa fideicõmissi: vnde non potes imponere operas, vel aliq̃d earum nomine: *vt. ʒ. e. l. credonẽ.* nisi sit filius rogatus manumittere: *vt. j. ti. j. le. qui ex causa.* Viuianus.

c ¶ *Campanus.* sic. *j. tit. j. l. qui ex causa. & ʒ. eo. l. si quis hac.*

d ¶ *Sciret.* sic. *ʒ. si q̃s cau. l. sed & si. §. fin.*

S*Icut patronus.*] C A S V S. Si cõsentio libertæ vt nubat: quia debet in officio mariti esse liberatur à præstatione operarum, si nuptiæ valeant. idem si filius vel nepos meus consentiat. Vnũ sciatis si libera nubat, nihilo minus eius filius vel eius nepos poterit operas præstare patrono, & etiam ipsa. Viuia.

e ¶ *Amittit.* facit. *C. eo. q̃d ex liberta. & de obsequiis. l. ij. & .ʒ. eod. si libertus. in fi.* Sed cõtra. *j. de verborum signific. l. sciendum. §. penult.* vbi[a] non trãsit opera ad heredem heredis: at hic transit etiam ad pronepotem. Solu. hic fuit stipulatus sibi liberisq; suis: *ibi nõ ar. ʒ. eo. l. cum patronus. §. cũ libertus.* Vel hic fuerunt primi heredes isti nepotes & pronepotes cũ nullus præcederet. *vt ar. Inst. de here. quali. & diffe. §. fi. & .§. sui*

f ¶ *Esse debet.* ¶ Not. vxorẽ[b] operari viro: *vt j. de dona. inter virũ & vxo. l. sed si vir. in prin.* & seruus domino: *vt. j. de statuliberis. l. iij. §. si quis seruum.* ¶ Sed quid viro mortuo intra annum? Respon. ibi[c] debet operari vnde & alimentari:[d] quod vnde fiat, *not. C. de rei vxo. act. §. exactio. in fi.*

D*Vorum.*] C A S V S. Quidam erat libertus duorum: cuilibet debebat operas in genere: nunquid eodem tempore poterit præstare diuersas operas? sic. pone vnus patronus proficiscitur: dicit, sta in domo, & custodias eam. dicit alter: volo quod scribas. eodem tempore poterit stare in domo, & eandem custodire, & etiã scribere alteri domino non proficiscenti. Viuianus.

g ¶ *Si librarius.* *ʒ. de regu. iur. l. si librarius.*

h ¶ *Cum suis.* sc. de familia.

i ¶ *Scripsit.* sed si nõ potest simul vtrique operari, dic, *vt. ʒ. eo. l. hæ operæ. § fin.*

O*Perarum.*] C A S V S. Si imponuntur operæ incertæ, etiam si postea indicuntur, præstandæ sunt inspecta dignitate. Vnum sciatis, ipse libertus & quilibet alter liber homo præstat operas nõ suo sumptu, & suis alimentis. Viuia.

k ¶ *Edendas. ʒ. eo. l. interdum. & l. eius. & l. hæ opera.*

† v. Menochiũ tract. de arbitr. centur. 1. cas. ... num. 36. 37.

a Opera an & quando transeat ad heredem hæredis.

† Sic potest quis diuersis temporibus obedire diuersis iudicibus: vt in c. pastoralis §. fi. cum Gl. super verb. a regesta fi. extra de offic. deleg.

b Vxor viro operari debet.

c Vxori, mortuo marito, quoties alimẽta debentur ab hæredibus mariti donec ei dotẽ restituat, operari hæredib. mariti tenetur de quo, v. plenius Corsetũ. sing. vxor.

d Vxor mortuo marito, intra annum alenda est ab hæredibus mariti. vt hic. quo tẽpore hæredes locantur fructus dotis. Bar. Guido Papæ decision. 296. & 734 sing. ...

* v. Romanũ singulari 18.

l ¶ *Et quemlibet alium.* per hoc patet quòd loquitur de certis cũ dicit, libertum per alium posse præstare. nã incertæ nec alij nec etiam per alium præstantur: *vt. ʒ. eo. l. operæ in re. §. j. secundũ Azo.* vel si velis dicere etiã incertam præstari sumptu liberti, dicas hic libertum nõ habere vnde se alat: *vt. ʒ. eo. suo. in fin.* secundũ Ioannẽ & Hugo ¶ Et nota[a] ingenuũ promittere pro liberto. (nam & [b] legari & locari potest opera liberi hominis: *vt. ʒ. de vsufru. lega. l. hominis.*) non tamen iureiuran. obligari: *vt. ʒ. eo. l. vt iurisiurãdi in prin.*

hil enim vetat, dũ custodit domũ libros scribere. Hoc ita Neratius libris Membranarũ scripsit.[i]

L. NERATIVS *libro primo Responsorum.*

OPerarum editionẽ pendẽre ex æstimatione edentis. nam dignitati, facultatibus, consuetudini, artificio eius cõueniẽtes edẽdas.[k] 1. ¶ Non solum autẽ libertum, sed etiam alium[l] quẽlibet operas edentem alẽdum: aut satis temporis ad quæstum alimẽtorum relinquendum: & in omnibus tempora ad curam corporis necessariam relinquenda.

LI. PAVLVS *libro secundo Manualium.*

INterdum operarũ manet petitio, etiam si ius patroni non sit: vt euenit in fratribus eius cui adsignatus est libertus:[m] aut nepote alterius patroni, extante alterius patroni filio.[n]

DE BONIS LIBERTORUM. †

TITVLVS II.

1. VLPIANVS *libro quadragensimosecundo ad Edictum.*

HOc edictum † à prętore propositũ est, honoris quem † liberti patronis habere debent moderandi gratia. namque vt Seruius scribit, antea soliti fuerunt à libertis durissimas res exigere: scilicet ad remunerandum tam grande[o] beneficium quod in libertos confertur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur.

1. ¶ Et quidẽ primus* prætor Rutilius edixit se amplius non daturum patrono, quàm operarum [p] societatis actionem: videlicet si hoc pepigisset, [q] vt

I*Nterdum.*] C A S V S. Aliquando est quòd possim petere operas, licet patronus nõ sum: sicut si pater imposuit operas liberto: postea assignauit fratri meo, non mihi: possum petere operas. idẽ est si est filius patroni & nepos & tamẽ filius patroni succedit in ius patri patroni, non etiam nepos *de quo & .j. de assignã. liber. l. idem erit dicendũ.* Viuian.

m ¶ *Libertus.* nam operæ debentur omnibus, licet quo ad alia ille solus sit patronus cui assignatus est: *vt. j. de assignan. l. j. in prin.* & si ille amittit, redit patronus ad alios, vt ibi, *& .j. titu. j. l. iij. §. si capitis.*

n ¶ *Filio.* hoc habes. *ʒ. eo. à duobus. in princ.*

DE BONIS LIBERTORUM.

ADDIT. *Vos habuistis. ʒ. de iure patronat⁹ quas pœnas patiãtur liberti q ius patronatus nõ exhibẽt patronis, verũ q a patroni habẽt i⁹ in bonis libertorũ, videamus: & si decedit libert⁹ sine liberis & descẽ dẽtib. & collateralib⁹ primi gradus patronus succedit ei. ʒ.* de. legi. hered. l. 1. *testator libert⁹ si patronũ præterit, hodie vocatur & rũpit in tertia parte.* Inst. de suc. liber. §. sed nostra. *Vinia.*

¶ *Sequitur ea pars iuris patronat⁹, cuius demõstrãda causa prætulit superiora, Bonorum possessio contra tab. liberti quæ patrono præterito cõpetit in partem dimidiã contra heredẽ scriptũ, & ab intestato bono. possessio Vnde legitimi. In partẽ dimidia iure veteri.* l. 1. §. pe. Si cui plus quam per leg. Fal. l. debitor. §. 1. De pig. act. *hodie in partẽ tertiã. Quæ liberis præteritis datur, in assem cõpetit, & cõtra ligvũ non contra heredẽ scriptũ. ac præterea in bonis liberti cessat edictũ nouũ.* l. 2. §. vlt. *Sed adnotandum illud est patronũ qui elegit superiorẽ titulum, ab isto repelli.* l. 2. §. de bo. poss. contra. tab. lib. l. sicut. ʒ. de iu. pat. *nec enim omnia iura patronatus in vno concurrunt semper. Cuia.*

H*Oc edictum.*] C A S V S. Istud edictum est introductũ causa honoris debiti patrono. Olim erant plures cõditiones libertorum: postea prætor induxit vt contraheretur societas causa onerandæ libertatis. sed à posteriore tempore est recessum: & est edictum, si patronus imponit operas non onerãdi causa, illæ debentur ei, & si libertus decedit intestatus. Viuian.

o ¶ *Grande.* & inæstimabile: *vt Insti. qui ma. non possunt. §. ea.*

p ¶ *Operarum.* sic. *ʒ. tit. j. l. ij.*

q ¶ *Pepigisset. ʒ. tit. j. l. Labeo.*

a Ingenuus ꝓ liberto ꝓmittere potest: at non iureiurãdo obligari.

b Liberi hominis opera legari & locari potest.

† In Indice tit. est, liber.

† Ad hoc edictum pertinẽt quædam legis Papiæ capita, de quibus Alex. ab Alex. lib. 4. Genia. dier. c. 22.

† Contar. ea. liberti. in Gl. super verbo, reddere. ibi, liter honorem eis exhibere tenentur. 12. quæst. 2 facit ad c. tempori. §. vero. in fi. aa. q.

* prius.

Si patronus.] CASVS. Libertus cum deberet instituere patronum, præteriit eum. vocatur patronus ad contra tab. ponamus, patronus repudiat illam bonorum possessio. vel tempore excluditur. nunquid filij patroni vocabuntur? sic. secus si patronus est institutus, & decessit relictis liberis viuo liberto: quia cum deberet vocari patronus, non vocantur liberi. ¶ Sed quid si est emancipatus, & habet ex eo nepotem: quis vocabitur ad contra tabulas? certè filius. Viuianus.

a ¶ *Vel dies.* spatium centum dierum.

b ¶ *Liberi eius.* eo mortuo vel omittente.

c ¶ *Vel patroni.* scilicet liberi eo mortuo vel viuo omittēte qui non admittebatur viuo altero patrono: *vt. ʒ. tit. j. l. à duobus.*

d ¶ *Edicti.* successorij.

e ¶ *Ex parte prima edicti.* quæ est contra tabulas: *vt. ʒ. de Carbo. edic. l. ideóque.*

f ¶ *Non possint.* cum alius præcedat.

g ¶ *Possessionem.* vnde legitimi mortuo liberto instituto. Accur.

h ¶ *Dimidiæ.* quę[a] hodie est tertia: *vt Instit. de suc. lib. § sed nostra.*

i ¶ *Intestati.* transitiuè. Accursius.

k ¶ *Iure.* videlicet ciuili. Accursius.

l ¶ *Hereditas.* scilicet aui. *ad quod ʒ. de coniungendis cum emanc. libe. l. j. in prin.*

m ¶ *Adnepotem.* scilicet tantum, nisi per edictum de cōiungēdis.

n ¶ *Contra tabulas.* eo liberto mortuo testato.

o ¶ *Liberti.* defuncti, & testati.

p ¶ *Potius.* non ergo hoc casu superiori habet locum edictum de coniungendis: licet ad parentis bona ambo vocentur: *vt. j. eo. l. libertinus.* §. quam quidā ponunt contra. sed est idem. sed Azo dicit quod sic: *vt. ʒ. de coniungen. lib. l. j. §. hoc.*

* eius.

a Legitima patroni in bonis liberti, tertia bonorum est.

Etiam.] CASVS. Habet patronus in bonis liberti si præteritur, olim dimidiam, hodie tertiam. istud beneficium non competit ei si libertus fuerit natalib. restitutus, vel impetrauit à principe testamenti factionem. ¶ Sed si quis hac lege emit vt manumittat, ad hanc partē edicti pertinebit, vt habeatur pro patrono. Sed si patronus accipit nummos &c. petit autē patronus cōtra tab. si adita sit hereditas, vel petita bonorum pos. siue sit adita ab omnibus heredibus siue ab vno: & vocatur ad bona quæsita aliūde, nō in castris. Si filiusfamilias manumittit seruū suū castrēsis peculij: similiter vocatur ad cōtra tab. [SI CAPITIS.] Si patronus habēs plures filios, vni libertū assignauit, & ille libertū de crimine capitali accusauit: non petet contra tab. aliàs sic. Vnum sciatis quia semper admittitur ad contra tabu. si non est institutus ex debita portione. ¶ Sed quid si instituitur sub conditione, & extitit viuo testatore? non admittitur ad contra tabu. Nam conditio quæ pendet de futuro, si de præsenti, vel de præterito, nō est cōditio. ¶ Sed quid erit? libertus suum patronum instituit: postea dixit: instituo eum, si filius meus me viuo morietur. valet illa institutio? sic quia poterit esse quod libertus de medio tolletur. [SI DEBITA.] ¶ Quando patronus heres scribitur, repellitur à contra tab. sed si instituitur in minus debita parte, vel donatur ei mortis causa, vel non donantur, sed habet eam, repellitur à contra tabu. Sed si aliquis patronus instituitur, & datur ei aliquid implendum, debet computare in debitam portionem. Sed si fecerit dolo vt vnus habeat debitam portionē, repellitur à contra tabulas. Viuianus.

nisi ei obsequiū præstaret libertus, in societatem admitteretur patronus. 2. ¶ Posteriores prætores certæ partis bonorū possessionem pollicebantur. videlicet enim imago societatis induxit eiusdē partis præstationē: vt quod viuus solebat societatis nomine prętstare, id post mortē prętstaret.

II. POMPONIVS *libro quarto ad Sabinum.*

SI patronus à liberto præteritus bonorū possessionem petere potuerit cōtra tabulas, & antequam peteret decesserit, vel dies[a] ei * bonorū possessionis agnoscēdæ prętererit: liberi eius[b] vel alterius patroni[c] petere poterunt ex illa parte edicti,[d] qua primis nō petentibus, aut etiam nolētibus ad se pertinere, sequentibus datur, atq; si priores ex eo numero nō essent. 1. ¶ Sed si patronus heres institutus viuo liberto decessisset, superstibus liberis: quæsitum est, an illi contra tabulas testamenti bonorū possessionem petere possint. Et eo decursum est, vt mortis tempus quo defertur bonorū possessio, spectari debeat an patronus non sit: vt si sit, ex prima parte edicti[e] liberi eius bonorū possessionem petere non possint.[f] 2. ¶ Si filius emancipatus nepotem in potestate aui reliquisset, bonorū possessionem[g] partis dimidiæ[h] dandā ei filio intestati[i] liberti: quamuis iure[k] ipso legitima hereditas[l] ad nepotem[m] pertineat: quia & contra tabulas[n] eius liberti,[o] & filio potius[p] bonorum possessio partis debitæ daretur.

III. VLPIANVS *libro quadragensimoprimo ad Edictum.*

ETiam si ius anulorum consecutus sit libertus à principe: aduersus huius tabulas venit patronus,[q] vt multis rescriptis cōtinetur. Hic enim[r] viuit quasi ingenuus:[s] moritur quasi libertus. 1. ¶ Planè si natalibus[t] redditus sit, cessat contra tabulas bonorum possessio. 2. ¶ Idem & si à principe liberam[u] † testamenti factionem impetrauit. 3. ¶ Sed si hac lege emit[x] quis, vt manumittat: ad hanc partem edicti pertinebit. 4. ¶ Si quis nummos accepit[y] vt manumitteret, non habet contra tabulas bonorum possessionem. 5. ¶ Vt patronus contra tabulas bonorum possessionem accipere possit, oportet hereditatem aditam[z] esse, aut bonorum possessionem petitam. Sufficit autem vel vnum[a] ex heredibus adisse hereditatem, bonorúmve possessionem petisse. 6. ¶ Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in castris[b] sunt quæsita. 7. ¶ Si deportatus[c] patronus restitutus sit, liberti contra tabulas bonorum possessionem accipere potest. idémque & in liberto deportato & restituto dicendum est. 8. ¶ Si quis filiusfamilias seruum de castrensi peculio manumiserit, ex constitutione diui Hadriani patronus est: admittique poterit ad contra tabulas bonorum possessionem vt patronus.[d] 9. ¶ Si capitis libertum accusauerit is cui adsignatus est: non potest[e] is petere contra tabulas bonorum possessionem, fratribúsque suis non obstabit:[f] sed hi contra tabulas bonorum possessionem[g] petent, quemadmodum peterent[h] si ex altero filio nepotes essent. Libertus[i] enim qui alteri ex filiis adsignatur, non desinit[k] alterius filij libertus esse. Amplius dicendum est, etiam si omiserit frater bonorum possessionem, alter frater cui adsignatus, *[l]

q ¶ *Patronus.* vt & ·j. de iure au. an. l. quāuis.

r ¶ *Hic enim.* facit. ʒ. de condit. & demon. l. falsa. §. j. & D. de iur. aur. an. l. ij. Accur.

s ¶ *Ingenuus.* quoad multa, non quoad omnia: *vt. ʒ. de in ius vo. l. sed etsi hac. §. et suus. & C. ad. l. Viscel. l. j.* Sed hodie quo ad plura: *vt. C. de iur. aur. an. Authen. sed hodie.*

t ¶ *Planè si natalibus.* vt & ·j. *de nata. res. l. interdum. in fi.*

u ¶ *Liberam.* Hic est contra. *C. de inoffi. test. l. si quando.* Solu. ibi in præiudicium liberorū non valet, quibus plus debetur hereditas patris quàm liberti patronis. 2. Vel dic vt ibi. Itē cōtra. *j. e. l. Paulus. §. patroni.* Sed ibi filius patroni: hic princeps.

x ¶ *Emit.* nummis serui: & tunc non habet contra tab. *vt. C. eo. l. j.* 2. Vel dic suis propriis & tunc habet: *vt. ʒ. de in ius vocan. l. sed & si in prin. & ·j. de suis & leg. l. intestato. §. si plane. facit. ʒ. titu. ij. l. Titius. & C. de Lati. liber. tol. l. j. §. illud.*

y ¶ *Accepit.* ab extraneo. secus si à seruo suo: *vt. C. eo. l. j.*

z ¶ *Aditam.* aliud in contra tabu. quæ datur liberis: *vt. ʒ. de contra tab. l. illud. in prin.* quæ est contra. Accur.

a ¶ *Vel vnum.* facit. *ʒ. de testa. tut. l. si nemo.*

b ¶ *In castris.* sed in aliis secus: *vt. ʒ. de mili. testa. l. si à milite. §. fin. & facit. C. de inoffi. testa. l. fin. §. pen. & ʒ. de in ius vocan. l. adoptiuum. circa prin.*

† *Concor. c. episcopus. §. si ad uersus. ibi. si vero ingenuum princeps fecit. patrono reuerentiam non debet. Et Gloss. in verbo, ingenuū. ibi, restituendo eum natalibus 12. q. 2.*

* adsignatus est.

c ¶ *Si deportatus.* facit. ʒ. *de iure pat. l. si vt.*

d ¶ *Vt patronus.* vt & ʒ. *de iure patro. l. seruum.*

e ¶ *Non potest.* vt & ʒ. *de iure pat. l. eum.*

f ¶ *Obstabit.* vt. j. *de assignan. lib. l. j. §. vsque si est.*

g ¶ *Possessionem.* per quam non in totum, sed in suam legitimam testamentum rumpit. & pro hoc *arg. j. eo. l. si ex patronis. in princ.* & secundum hoc differt à querela. Sed cōtra videtur. *j. eo. l. in seruitutem. §. si. & ʒ. de iure pa. l. siue. in fi. primi responsi.*

h ¶ *Peterent.* scilicet nepotes.

i ¶ *Libertus.* redit ad hoc quod dixit, fratribúsque suis &c.

k ¶ *Non desinit.* omnino, ne obsit. *j. de assignan. lib. l. j. j. respon.*

l ¶ *Adsignatus est.* qui accusauit. alij habent, adsignatus nō est, &

potest

potest succedere &c. & sic præmittitur, non, & est alius casus. sed primum verius.

a ¶ *Bonorum possessionem.* cum capitis libertum accusauerit. Ac.

b ¶ *Non est heres.* vel etiã quoquo relicti tit. *vt & ĵ. ea. l. §. si debita.* ¶ Item hodie & si minus habet, non petit contra tab. sed agit

in mora vindicandi necem, *vt hic,* aut non: *vt ibi, & s̄. de iure patronatus. l. si filius. & fac. s̄. de heredibus insti. l. antepenul. & C. pro quibus cau. l. j.*

o ¶ *Non tangat.* quia seruus est hostium.

p ¶ *Decesserit.* vt. s̄. *de testa. l. lex Cornelia.*

non potest succedere, & contra tabulas bonorũ possessionẽ [a] petere. 10. ¶ Totiẽs ad bonorũ possessionẽ contra tabulas inuitatur patronus, quotiens non est heres[b] ex debita* portione institutus. 11. ¶ Si patronus sub cõditione sit institutus, eáque cõditio viuo testatore extitit: contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest.[c]

12. ¶ Quid ergo si mortis tẽpore pependit, extitit tamen antequã patrono deferatur bonorũ possessio, hoc est, ante aditã[d] hereditatem, an inuitetur ex hac parte edicti? Et magis est vt aditæ hereditatis tempus spectetur. hoc enim iure vtimur.

13. ¶ Si tamẽ in præteritũ collata sit[e] conditio, vel ad præsens: non videtur sub conditione institutus. Aut enim impleta est: & purè institutus est. Aut non est: & nec heres institutus est.

14. ¶ Si libertus patronũ suũ ita heredẽ scripserit: *Si filius meus me viuo morietur, patronus heres esto:* non malè videtur testatus. Nam si decesserit filius, poterit hic existente conditione accipere bonorum possessionem.[f]

15. ¶ Si debita patrono portio legata sit: etsi scriptus heres non fuerit, satis ei factum[g] est.

16. ¶ Sed & si institutus sit ex parte minore quàm ei debetur, residua verò pars suppleta est ei legatis siue fideicommissis: & ita satisfactũ ei videtur. 17. ¶ Sed & mortis causa donationib⁹ poterit patrono debita portio suppleri. Nã mortis causa donationes vice legatorum funguntur.[h]

18. ¶ Sed & si non mortis causa donauit libertus patrono, cõtẽplatione tamen debitę portionis donata sunt: idẽ erit dicendũ.[i] tunc enim vel quasi mortis causa imputabũtur, vel quasi adgnita[k] repellent patronum à cõtra tabulas bonorũ possessione.

19. ¶ Si patrono conditionis[l] implendæ causa quid datum sit, in portionem debitam imputari debet, si tamen de bonis sit liberti profectũ. 20. ¶ Debitã autem partem eorum quæ cum moritur libertus habuit, patrono damus. mortis † enim tempus spectamus. Sed & si dolo malo[m] fecit quo minus haberet: hoc quoque voluit prætor pro eo haberi atque si in bonis* esset.

IIII. PAVLVS *libro quadragensimosecundo ad Edictum.*

SI necem domini detexerit seruus, prætor statuere solet vt liber sit: & constat, eum, quasi ex senatuscolto libertatem cõsecutum, nullius[n] esse libertum.

1. ¶ Si libertus captus ab hostibus, ibi decesserit: quamuis liberti appelatio eũ non tangat,[o] tamen propter legem Corneliã, quæ testamentum sic confirmat atque si in ciuitate decesserit,[p] patrono quoque bonorum possessio danda erit.

2. ¶ Si deportatus patronus sit, filio eius competit bonorum possessio in bonis liberti: nec impedimento est ei talis patronus qui mortui loco habetur.[q] & dissimile est si patronus apud hostes sit, nam propter spem[r] postliminij obstat liberis suis.

3. ¶ Si extraneus à liberto heres institutus, rogatus sit filio* hereditatem restituere: cum ex senatusconsulto Trebelliano restituta hereditate, heredis loco filius habetur: patronus summouendus est.

V. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

LIbertinus qui patronum patronique liberos habet, si patronum ex parte debita heredem instituit, liberos eius in eandem portionem substituere debet: vt licet patronus viuo liberto mortuus fuerit, satisfactum videatur liberis eius.[f] 1. ¶ Si patroni filium emancipatum, & nepotes ex eo qui in aui familia remansit, libertus [t] habeat: filio tantùm, non etiam nepoti satisfacere debebit libertus. nec ad rem pertinet, quòd ad parentis bona pariter vocantur.

VI. VLPIANVS *libro quadragensimotertio ad Edictum.*

ad supplementum cõdictione ex *l. vt Instit. de suc. li. §. sed nostra.* sed certè & iure veteri videtur idem: *vt. s̄. de iure pa. l. fine. §. excluditur.* sed dices illud à compositoribus additum.

c ¶ *Accipere non potest.* fac. s̄. *de condit. & demon. l. ij.*

d ¶ *Ante aditam.* bene exponit: *vt. s̄. ea. l. §. vt patronus.*

e ¶ *Collata sit.* facit. s̄. *de iniusto testam. l. cum in secundo. & supra si cer. peta. l. itaque & l. penult. & infra de donat. caus. mor. l. illud. §. fina.*

f ¶ *Bonorum possessionem.* secundum tab. *vt & s̄. proxi. §. in princi.* sed si filius viuit, excludit patronum: *vt Instit. de suc. lib. §. sed nostra.*

g ¶ *Satisfactum est.* nec hoc corrigitur per authent. vt iure institutionis relinquatur, vt in filiis: *vt in authẽ. vt cũ de appel. co. §. aliud. col. vij.*

h ¶ *Funguntur.* vt *Instit. de dona. §. j.*

i ¶ *Idem erit dicendũ.* sic. *C. eo. l. pe. §. si.*

k ¶ *Quasi agnita.* primum tamen verius: *vt. ĵ. e. l. si verò. §. penul.*

l ¶ *Si patrono conditionis.* puta instituit alium heredem si dabit centum de hereditate patrono suo.

m ¶ *Sed & si dolo malo.* facit *infra si quid in fraudem patro. l. j. in princip.*

SI *necem.*] CASVS. Si seruus reuelauerit occisores domini sui, fit liber: & tamen nullius est libertus: quia nanciscitur libertatem per senatusconsultum: & ideo cessat bonorum possess. contra tabulas. Sed quid? captus est libertus alicuius ab hostibus, & ibi decessit: nunquid patronus vocatur ad contra tabul. sic. Sed si patronus deportatus est, hoc casu filius eius vocatur ad contra tabulas. sed si libertus instituit aliquẽ extraneum & rogauit restituere filio patroni, hoc casu ex quo est filius, patronus excluditur à contra tabulas.

n ¶ *Nullius.* priuati viuentis, sed orcinus: *vt. ĵ. qui sine ma. l. qui ob necem.* Item tunc adhuc contra, *infra de suis & legitimis heredibus. l. intestato. §. quòd si necem.* Solut. distingue, aut fuit heres

ff. Infort.

q ¶ *Habeatur.* vt. s̄. *de contra tab. l. j. §. filij.* Sed ar. contra. s̄. *de cõdit. & demonstr. l. intercidit. ij. respons. & facit. C. de senten. pas. l. fin.*

r ¶ *Propter spem.* s̄. *familiæ erciscundæ. l. propter spem.*

LIbertus.] CASVS. Si libertus habet patronũ, patronus filios: libertus debet instituere patronũ in legitima portione, & ei substituere liberos. Vnum sciatis: vt videatur satisfacere patrono debet instituere in legitima portiõe. ¶ Quid si patronus habet filiũ emancipatũ, ex eo nepotem in potestate? filius præcedit. ¶ Sed quid? libertus instituit patronum vel eius filiũ ex modica portione. nunquid patronus poterit petere bonorũ possessio. contra tabulas? certe non, si habet debitam portionẽ: vel si minus habeat, agat ad suppellementum. *h. d. cum prin. l. seq.* Viuianus.

ſ ¶ *Liberis eius.* ad instar. l. Velleię, *arg. Inst. de exhere. libero. §. posthumorum, & facit supra. eodem. l. ij. in princip. & l. etiam. §. libertus.*

t ¶ *Libertus.* Contra. s̄. *eo. l. ij. §. fin.* Solu. imò idem: vt ibi not. *facit supra de leg. tut. l. tutela. §. proinde.* Accursius.

ET *si ex modica.*] CASVS. in. §. cum patroni. Libertus instituit filiã patroni: postea testamentũ est falsum pronuntiatum: ipsa appellauit. pendente appellatione est mortua filiã. nunquid petitio dabitur filius eius? certè sic. [SI FILIVS.] Filius liberti fuit institutus à liberto: abstinet. nunquid patronus vocatur? sic. ¶ Quid si adiuit hereditatem, & abstinet beneficio restitutionis? admittitur patron⁹, vel eius filij. siue nõ est filius, siue est, & abstinet beneficio restitutionis, admittitur patronus, vel eius filij. Veruntamẽ si libertus reliquit patrono, & agnouit, nõ debet admitti ad contra tab. Sed quid? reliquit patrono, & non habet effectum non debet sibi obesse. & quid si quid ei relictum erat, fit euictum? hoc non debet ei obesse: & in aliis ex his quæ ponuntur in litera. h. d. cum. l. seq. vsque ad. §. si seruo. Viuia.

* Olim dimidia, hodie tertia. *Inst. de suc. libert.*

† Patre relicta portione filiis extraneos fecit hæredes. Patre mortuo eius bona crecurrunt sine aliqua hæredum opera. *vt in. l. si patronum. 41. in §. j. eod.* quæritur an filij legitimã petere possint illi* incrementũ vult hęc lex in legitima tempus mortis spectari. *adde Romanum sing. 117.*

* bonis eius

* filio. puta liberti, non patroni. §. sed nostra. de succes. liber. Institu. L. R.

ET si ex modica parte instituti sint liberi liberti,[a] bonorum possessionem contra tabulas patronus petere non potest. Nam & Marcellus libro nono Digestoruu scripsit, quantulacumque ex parte heredem institutum liberti filium, patronū expellere. 1. ¶ Cum patroni filia heres instituta esset à liberto, falsúmque testamentum dictū esset in quo scripta erat,& appellatione interposita & pendente diem suum obisset,heredibus eius[b] diuus Marcus subuenit, vt id haberent quod haberet patroni filia si viueret.

2. ¶ Si filius liberti heres ab eo institutus abstinuerit, quamuis nomine sit heres,[c] patronus admittitur. 3. ¶ Sed & si per in integrum restitutionem is qui mixtus est paternæ hereditati, vel qui adiit hereditatem, abstinuerit se: poterit quis patronum admittere.

4. ¶ Patronus,patroníque liberi si secundum voluntatē mortui liberti hereditatē adierint,[d] legatúmve aut fideicommissum petere maluerint:ad cōtra tabulas bonorum possessionem non admittuntur.[e]

VII. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NAm absurdum[f] videtur,licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere.

VIII. VLPIANVS *libro quadragensimotertio ad Edictum.*

SI verò non[g] habuit effectum petitio eius, dico non impediri quo minus adiuuetur. Quinimo & si sic adiit quasi ex debita portione institutus, mox apparuit eū minorem partem quam sperauit, accepisse: æquissimum est admitti eum ad suum auxilium. Sed & si testatò cōuenisset heredem vt sibi legatum solueretur, mox pœnituisset,[h] puto eum posse adiuuari.

1. ¶ Si patronus legatum sibi relictum adgnouerit, idque fuerit euictum,competit ei legitimum auxilium:[i] quia id quod sperauit se habiturum, non habet.[k] Sed & si non totum euictum sit, verùm aliquo minus habet quàm putauit, erit ei subueniendum.[l] 2. ¶ Si seruo vel filio suo aliquid relictum patronus adgnouerit: perinde à contra tabulas bonorum possessione repelletur, atque si adgnouisset sibi relictum.[m] 3. ¶ Sed & si mortis causa donationem adgnouerit, dicendum est repelli eum à contra tabulas bonorum possessione: sic tamen, si post mortem liberti adgnouit. Cæterum si ei viuus libertus donauit, ille accepit; non idcirco erit repulsus à contra tabulas bonorum possessione: quia potest dicere, sperasse quòd in testamento quoque gratus[n] circa eum fieret. remittique* ei debet ab eis decedere,[o] vel ea compensare in portionem pro rata. 4. ¶ Quare dicitur & si conditionis implendæ causa quid fuerit datum patrono post mortem liberti, repelli eum à contra tabulas bonorum possessione, quasi adgnouerit iudicium. 5. ¶ Si patronus[p] minor annis vigintiquinque liberti iudicium adgnouerit: in integrum restitui eum oportere existimamus, vt possit contra tabulas accipere.

IX. PAVLVS *libro quadragensimosecundo ad Edictum.*

QVi in seruitutem libertum paternum petierit:[q] nec nomine liberorum[r] bonorum possessionem accipere potest.

X. VLPIANVS *libro quadragensimoquarto ad Edictum.*

SI ex patronis alicui satisfactum non erit, ita vt alij amplius sua portione ex bonis liberti relinquatur: ei cui satisfactum non erit, ita actio dabitur, vt eius portio suppleatur ex eo quod extraneo heredi, & quod patrono supra suam portionem relictum est.[s] Eadem ratio & in pluribus patronis

a ¶ *Liberti.* hic est amphibologia.[a] nam dictio liberti, potest loqui de liberis liberti: quē si instituit libertus, repellitur patronus: secus si exheredaret, vel si ille non vult esse heres: *vt.ӡ. de iure patrona.l.siue.§.si.& Instit.de succes.lib.§.sed nostra.* Secundò vt dicat quod filius patroni institutus repellat patronum: & tunc dices bonorum poss. contra tab. liberti & pro hac. *infra eodem.l.si verò.§.si seruo.* sed prima hic est vera, vt subiicit.

b ¶ *Heredibus eius.* s. filiæ patroni quondā vel erat sui iuris. Accursius.

c ¶ *Sit heres.* vt.ĵ. *de fideicommiss. lib.l.eum qui.§.sed & si quis. & fac.ӡ.de iure pat.l.siue. §.fin.* Accur.

d ¶ *Adierint.* forte ex modica institutus, quā esset eius debitum.

e ¶ *Non admittitur.* vt *& C. de pactis conuen.l.fi.§.j. & .ӡ de cōtra tabul.l.si post mortem.§.illud.* Sed argu. contra. *in ea.l.§.si in adoptionem datus.* Sed ibi coactus adiit.[b] Accursius.

f NAm absurdum. fic.ӡ.tit.j.l.si ita stipulatio.in fin.

SI verò non. Prin. in hac.l.continuatur.l. praceden.] *Si seruo.* CASVS. Hic dicitur siue reliquit mihi libertus, & agnosco: repellor à contra tabul. siue reliquit filio meo, vel seruo meo. sed si etiā causa mortis donatur, repellor à contra tab. sed si datur aliquid causa implendæ conditionis repellor à contra tabu. ¶ Sed quid erit si minor est patronus, & adgnouit iudicium liberti. nūquid potest restitui vt petat contra cta? sic. nam si patronus minor petiit seruum in seruitutem, & læsus est. potest restitui. Viuia.

g ¶ *Si verò non.* fac.ӡ. *de inoffi.testa.l.mater. & l.nihil.*

h ¶ *Mox pœnituisset.* sic.ӡ. *de inoffi. testa. l.Papinianus.§.meminisse.*

i ¶ *Auxilium.* quod hoc sit, statim dices.

k ¶ *Non habet.* sic.ӡ. *de act.emp.l.item.& .ĵ. de sol.l.si quis aliam.*

l ¶ *Subueniendū.* vt agat ad repletionē quasi de euictione cōdi.ex leg. *vt.C.de inoffi. test. l.sancimus.circa princ. quæ est contra.* & hoc est quod.ӡ.dixit legitimū auxilium. Vel dic per cōtra tab. iure isto in correcto in patrono siue totum siue pars sit euicta: & aliud in filio iure nouo. sed si ab initio minus legitima sit relicta patrono, ad supplementum agitur: *vt no.supra e.l.etiam. §.toties.*

m ¶ *Relictum.* vt.ӡ. *de contra tab.l.ij.§.si.*

n ¶ *Gratus.* existens.

o ¶ *Discedere.* scilicet donationibus. sed hodie videtur vt agat ad supplementum: *vt.C.de inoffic.testa.l si quando.§.j.* vel ibi expressit in donando vt in quartam imputetur: hic simpliciter. *& facit supra eo.l.etiam.§ fin.*

p ¶ *Si patronus.* & sic ad lucrum: *vt.ӡ.de mino.l.ait prætor.§.hodie.*

q QVi in seruitutem.] *Petierit.* calumniosè: *vt.ĵ.eod.l. idem est.*

r ¶ *Liberorum.* ¶ Not. ergo delictum[a] patris nocere filiis vt nec ipsi nec pater eorum nomine petat. Sed argu. contra.ĵ. *l. quod si pater. in fi. & l.quæritur.* Solu. hic erant in potestate: quo casu per aliā viam daretur patri bono.poss. quod esse non debet. *vt.d.l.quæritur.* 2. Vel dic quod hic pater repellitur propter iniuriam quam ipse fecit liberto: ibi verò nō fecit iniuriā, imò propter iniuriam sibi factam repellitur. vnde in primo casu seuerius, in secundo benignius cum eo agitur. *& facit. ĵ.eo.l.si filius qui patri. & de verb.signi.l.licet. §.fi.& .ĵ.vnde li.l.fi.*

SI ex patronis.] CASVS. In princ. huius l. dicitur: Testator libertus erat diues: habebat patronos: vni ex patronis reliquit legitimam portionem & vltra: alij non: extraneum instituit. quo modo erit satisfaciēdum? hoc modo, vt de relicto patrono & extraneo suppleatur portio eius cui relicta nō fuit legitima. idem si omnibus patronis non reliquit, sed alij tantum: q.a debet suppleri portio omnium patronorum de relicto extraneo. [IVLIANVS.] Habebam patrem & auum. auus exheredauit me: repellar à successione libertorum suorum. si pater non exheredauit me, à libertorum successione eorū nō repellar. Quid si pater exheredauit me repellar. à successione auitorum & paternorum: quia per successionem aui habeo venire ad successionē libertorum suorum. [IDEM AIT.] In.§. isto cum.l.seq. dicitur: si pater meus exheredat me mala mente, auus meus patrem meū exheredat: si auus decesserit priusquā pater, repellar à successione libertorum aui, non patris. si autem pater meus sit exheredatus à patre suo, ego autē non sum exheredatus ab auo, nec à patre meo, admittar ad bona libertorum vtriusque. Viuianus.

s ¶ *Relictum est.* non enim sunt duo rei credēdi. tunc esset secus, *vt supra*

a Amphibologia.

b Adde quædam huic loco quæ notat Guido Pape. singulari 334. vbi notat, Appellatione hæredis contineri suos hæredes licet ab hæreditate se abstineant. Ad hæc hæredem institutū qui possit adire & nolit adire, facere, cessare conditionē.

a Patris delictum quandoque nocet filiis. de quo vide in. c. si vasallus culpam. & ibi do. meum Iacobinum de sancto Georg. post Bal. in tit. si de feu. fuer. contro. & in.c.1.§.denique in titu. quæ fuit prima causa benefic. amit. in feud. de quo Hostiens. in summ. feu. quib. modis feu. amitt. & in ca.1.§.1. de successi. feud. & in regula, non debet. de regul. iur. lib. 6.

* permittique.

vt supra si quis cau.l.si duo.in princ.
a ¶ *Quia per patrem.* non exheredatum, vel non mala mente: *vt .j.eo.tit.l.si patronus.§.ij.*
b ¶ *Ipse non sit.* ab auo exheredatus: est tamen à patre: sed si à nullo, paternorum & auitorum petet bonorum posses. *vt .j.l.proxim.* Accursius.

contra *infra eo.l.Paulus respon.in fine.* Solu. illa hanc corrigit: vel hic mala mente, ibi non: *vt.j.ea.l.§.ij.*
f ¶ *Si quis libertum.* dic *vt.j.de assignan.lib.j.l.j.§.sed & si post.* Accursius.
g ¶ *Si quis.* facit *supra de liberis & postumis. l.militi. & .j.eod.l. Paulus.in prin.*

seruabitur. 1. ¶ Iulianus ait, cũ qui ab auo suo exheredatus est, à bonis libertorũ eius summoueri: à patris verò sui libertorum bonis non excludi. Quod si à patre sit exheredatus, ab auo non sit: non solùm à libertorum paternorum bonis, verum etiam ab aui quoque excludi debere: quia per patrem [a] auitos libertos consequitur. Quòd si pater eius sit ab auo exheredatus, ipse non sit: [b] posse nepotem auitorum libertorum contra tabulas bonorum possessionem petere. Idem ait, [c] si pater me exheredauit, auus meus patrem meum, & prior auus decesserit: ab vtriusque libertis me repelli. Sed si ante pater decessisset, postea auus: dicendum erit nihil mihi nocere patris exheredationem ad auitorũ libertorum bona.

XI. IVLIANVS *libro vicensimosexto Digestorum.*

QVòd si pater meus à patre suo sit exheredatus, ego neque à patre meo, neque ab auo: mortuo quidem patre & aduersus auitos & aduersus paternos libertos ius habebo. Viuente patre, [d] quandiu in potestate eius † ero, non petam contra tabulas auitorum libertorum bonorum possessionem: emancipatus non summouebor.

XII. VLPIANVS *libro quadragensimoquarto ad Edictum.*

SI patronus testamento iure militari facto filium [e] silentio exheredauerit, debebit nocere ei exheredatio. verum est enim hunc exheredatum esse.

1. ¶ Si quis libertum [f] filio suo adsignauerit, cúmque exheredauerit, admitti potest ad bonorum liberti possessionem.

2. ¶ Si quis [g] non mala mente parentis exheredatus sit, sed alia ex causa, exheredatio ipsi non nocet: vtputa pone furoris causa exheredatũ cũ, vel ideo quia impubes erat, heredémque institutũ rogatũ ei restituere hereditatẽ. 3. ¶ Si quis cũ esset exheredatus, pronuntiatus vel perperam [h] sit exheredatus non esse, non repellitur. Rebus enim [i] iudicatis standum est. 4. ¶ Si filius patroni exheredatus, in partem obtinuerit de inofficioso, in partem victus sit, [k] videamus an noceat ei exheredatio. Et nocere arbitror: quia testamentũ valet, à quo exheredatus est.

5. ¶ Ex testamẽto autem quo neque adita hereditas est, neque petita bonorum possessio, liberis exheredatio non nocet. Absurdum est enim, in hoc tantùm valere testamentum, vt exheredatio vigeat, [l] cum aliàs nõ valeat.

6. ¶ Si patroni filius priore gradu sit heres scriptus, secũdo exheredatus: huic non nocet exheredatio, quum voluntate patris vel extiterit heres, vel existere potuerit. Neque enim debet videri pater indignum existimasse filium bonis libertorum, quẽ ad hereditatem suam primum vocauerit. Ac ne eum quidem existimandum est summoueri à bonis liberti, qui à primo gradu exheredatus, & idem substitutus est. ergo is qui institutus sit heres vel primo gradu, vel sequenti, vel alio quo gradu, licet exheres sit eodem testamento, non est summouendus à liberti bonis. 7. ¶ Si patroni filius emancipatus noluerit adire hereditatem, vel qui in potestate est, retinere: nihilo minus liberti bonorum possessionem habebit.

XIII. IVLIANVS *libro vicensimosexto Digestorum.*

FIlius patroni exheredatus, quamuis nepos ex eo heres scriptus fuerit, bonorum possessionem [m] contra tabulas pa-

c ¶ *Idem ait.* distinguendo casum propositum. Accur.
d QVod si pater.] *Viuente patre.* concor. *.j.eod.l.quaritur. & l.filius.*

SI patronus.] CASVS. Patronus dum esset in militia, fecit testamentum iure militari: filium præteriit. nunquid repelletur à successione libertorum patris sui tanquam mala mente exheredatus? sic. Sed quid erit? aliquis assignauit filio suo libertum: postea exheredauit. nunquid vocabitur ad successionem liberti? sic. [SI QVIS NON.] Or seigneurs, in.§.isto ponitur determinatio multarum legum huius titu. Vos debetis scire: filius patroni repellitur à contra tabul. liberti, cum mala mente exheredatur. dicet aliquis, doceas me quãdo patronus exheredat mala mente filium suum, & quando bona. ecce si patronus non vult fraudare filium, & cum exheredat, verbi gratia: patronus habebat filium qui erat furiosus: dicebat patronus: quid faciam? si instituo filium furiosum, negotia mea dissipabuntur. vnde volo instituere talem, & committere fidei ipsius, vt cum filius erit sanæ mentis, restituat. hoc casu non repellitur à contra tabu. bonorum liberti. [SI QVIS CVM.] Filius est exheredatus: iudex pronuntiauit non esse exheredatum. propterea non repellitur à successione liberti: quia rebus iudicatis standum est. Sed si pro parte victus est, & pro parte obtinuit, quia inuenitur in totum exheredatus: repellitur à contra tabu. bonorum liberti. [EX TESTAMENTO.] Si exheredatus est filius patroni, nec ex illo testamento aditur hereditas, non tenetur exheredatus: & ideo non repellitur à contra tabul. bono. posses. liberti. [SI PATRONI.] Filius patroni fuit institutus, postea substitutus: & à substituto exheredatus. valebit potius institutio quàm substitutio pro exheredato: ne indignus censeatur bonis liberti. [SI PATRONI FILIVS EMANCIPATVS.] Si emancipatus filius patroni non vult adire, nec ille qui est in potestate, vult retinere: nihilo minus præteritus filius vocabitur ad bonorum possessionem liberti. Viuianus.

e ¶ *Filium.* quem scit se habere: *vt Cod.de test.mili.l.sicut.* ¶ Sed

† *Concor.cap.si annuũ. §.in huiusmodi quoque litibus siue causis quandiu in potestate patris existat, nec aliàs absque ipsius assensu in iudicio regulariter esse possit. & Gl. in verbo, regulariter. in princip.de indi. lib.6.*

h ¶ *Vel perperam.* id est vt non oportet, & sic non tenet exheredatio. Vel perperam, id est non mala mente parentis.

i ¶ *Rebus enim.* refert se ad primum, scilicet pronuntiatus. & dic standum: [a] vt non vltra procedatur, quod esset si excluderetur à bonis libertorum. nã non [b] omnis exheredatus excluditur, sed is tantum qui mala mente est exheredatus: *vt supra ead.l.§.si quis nõ mala.* sic accipitur standum. *.j.de pact.l.iurisgentium. in principio.* 2. Aliàs accipitur id est parendum: *vt.C.de re iud.l.j. & .j.de arbi. l.Celsus.§.fin.*

k ¶ *Victus sit.* quod esse potest: *vt.j.de inofficioso testamen. l.nihil.§.fina. & supra de lega.ij.l.cum filius. in princ.*

l ¶ *Vigeat.* vt. *.j.de contra tab.l.filium.§.j.*

FIlius.] CASVS. Etsi filius patroni exheredatus est, licet nepos ex eo instituitur, non repellitur à contra tabulas. vnum sciatis: filius bonorum possessionem in bonis petere poterit si à patre nõ est exheredatus: sed si emancipatus est præteritus à liberto, vocaretur ad contra tabul. Viuian.

m ¶ *Bonorum possessionem.* refert [c] ergo directo vel per obliquũ sit heres. *sic infra de verborum significatio. l.sciendum. & .j.de interroga.act.l.si sine. §.illud. & .j.tit.j.cum patronus. §.cum libertus.* Sed arg. contra *.j.eod.l. si filius qui patri. in princ.*

QVi cum maior.] CASVS. Vos habuistis duas causas propter quas filius patroni repellitur à contra tabulas, si libertus filium instituit, vel patronus mala mente filium exheredauit. assignantur hic aliç causç, si filius patroni maior vigintiquinque annorum accusat libertum de crimine capitali, vel calumniosè petit in seruitutem, & succũbat. videtur accusare de crimine capitali, si accusat de tali pro quo imponitur mors, vel amissio ciuitatis & libertatis. Vnum sciatis: si filius accusauit libertum, & ipse retorsit in eum crimen, non repellitur à contra tabulas: quia est ei ignoscendum. Sed quid si filius accusauit libertum maternum? nunquid repellitur? certè leges loquuntur in liberto paterno. Quid si filius accusauit libertum quia occidit patrem? venia dignus est. Accusare videtur, si perseuerauit vsque ad sententiam. Et sicut filius repellitur si ac-

[a] Stare, quo sensu hic accipiatur.

[b] Exheredatus mala mente excluditur ab hereditate, at nõ alius.

[c] Heredis directo & per obliquum differentia.

ternorum libertorum accipere non potest. Licet enim necessarius existat patri suo: non per semetipsum, sed per alium ad hereditatem admittitur. Et certè constat, si emancipatus filius exheredatus fuerit, & seruus eius heres scriptus: & si iusserit seruo hereditatem adire, & ita patri suo heres extiterit, non habebit cōtra tabulas paternorum libertorum bonorum possessionem.

XIIII. VLPIANVS *libro quadragesimoquinto ad Edictum.*

QVi cum maior natu esset quàm vigintiquinque annis, libertum [a] capitis accusauerit, [b] aut in seruitutem petierit: [c] remouetur à contra tabulas bonorum possessione. 1. ¶ Si verò accusauerit minor: dicendum est hunc non excludi, siue ipse, [d] siue tutor eius vel curator accusauerit. 2. ¶ Sed si minor quidem instituerit accusationem, maior autem factus sententiam acceperit: benignè erit dicendum, ignosci [e] ei debere: quia minor cœpit. Neque enim imputare ei possumus cur non deseruit [f] accusationem, vel cur abolitionem non petierit: cum alterum si fecisset in Turpillianum incideret, [g] alterum non facilè [h] impetretur. Certè si abolitione publicè [i] data, repetit iam maior: dicendum est hunc esse remouendum. Maior enim factus potuit sine timore deserere † abolitam accusationem. 3. ¶ Is demum [k] videtur capitis accusasse, qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut supplicium habuit, aut exilium, quod sit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. 4. ¶ Si tamen quis libertum eo crimine accusauerit, cuius pœna non est capitis, veruntamē iudicanti placuit augere [l] pœnam: non obest hoc patroni filio. [m] Neque enim imperitia aut seueritas iudicantis obesse debet patroni filio, qui crimen leuius importauit.* 5. ¶ Sed si non accusauerit, sed testimonium in caput liberti dixit, aut subiecit accusatorem: puto eum à contra tabulas remoueri. 6. ¶ Si libertus maiestatis patroni filium accusauit, [n] & patroni filius calumniæ eum capitis puniri desiderauit, [o] non debet repelli hoc edicto. Idem puto & si ab eo petitus retorsit [p] in eum crimina. Ignoscendum enim est ei, si voluit se vlcisci prouocatus.

7. ¶ Si patris mortem defendere [q] necesse habuerit, an dicendum sit hic quoque ei succurrendum, [r] si libertum paternū propter hoc accusauit, medicū fortè patris aut cubicularium, aut quem alium qui circa patrem fuerat? Et puto succurrendum, si affectione & periculo paternæ substantiæ ducente necesse habuit accusationem vel calumniosam [s] instituere. 8. ¶ Accusasse † autem eum dicimus, qui crimina obiecit, & causam perorari vsque ad sententiam effecit. Cæterum si antè quieuit, [t] non accusauit. & hoc iure vtimur. Sed si appellatione interposita desiit, benignè dicetur non pertulisse accusationem. Si igitur pendente appellatione decessit libertus, patroni filius admittetur ad bonorum possessionem: quia sententia* libertus morte subtractus est.

9. ¶ Si patroni filius aduocationem accusatori liberti præstitit, non est repellendus. neque enim aduocatus accusat. [u]

10. ¶ Si pater testamento cauerit [x] vt accusaretur libertus quasi venenum sibi parasset, aut quid aliud in se admisisset, magis est vt ignosci liberis deberet, qui non spontè [y] accusauerunt.

11. ¶ Sed & si accusauerit libertum, & probauerit crimen patroni filius, postcáque hic libertus sit restitutus, non erit repellendus. crimen enim quod intendit, etiam perfecit. [z]

XV. TRYPHONINVS *libro septimodecimo Disputationum.*

IDem est & si crimen quidem quod in liberto probatum est, meruerat [a] capitis pœnam, benignius autem punitus [b] est libertus, veluti tantùm relegatus. de calumniatore enim sensit [c] prætor.

XVI. VLPIANVS *libro quadragesimoquinto ad Edictum.*

---

cusat eum, ita si fert testimonium falsum: secus si contra eum aduocat. ¶ Sed quid si patronus dicat, talis libertus vulnus mortale mihi inflixit: vnde mando tibi vt accuses post mortē meam. sed filius accusauit, & non probauit? non repelletur à cōtra tabulas. sed si filius patroni accusauit libertum, & crimen probauit, & libertus fuit restitutus: filius nō repellitur à contra tab. liberti post læsionem. Idem dicunt quidam in patrono: sed certè aliud: *vt not. ʒ. de iure patrona. l. eum qui. hoc dicit cum. l. seq.* Viuia.

a ¶ *Libertum.* paternum: *vt. j. ead. l. si tamen.* & multis locis hac. *l. not. & not. ʒ. de in ius voc. l. sed & si. §. si autem liberti. & de iure patro. l. eum.* Acc.

b ¶ *Accusauerit.* per [a] calumniam: *vt. j. in fin. & j. l. proxi.*

c ¶ *Petierit.* hoc prosequitur. *j. eod. l. in seruitutem.* Sed primum prosequitur hęc lex. *& j. l. proxi.* Accur.

d ¶ *Sine ipse.* quod [b] potest auctore tutore: *vt. C. de aucto. præstan. l. clarum.*

e ¶ *Ignosci.* de [c] æquitate: vt dixi: secus de rigore: *vt. ʒ. de mino. l. iij. §. vnde scio.*

f ¶ *Deseruit.* factus maior. nam ante desistere potest: *vt. j. ad Turpillia. l. j. §. accusationem in fi.* Accur.

g ¶ *Incideret.* cuius [d] pœna est infra *de præuarica. l. iij. in fi.*

h ¶ *Non facile.* quia [e] cum quadam solennitate petitur: *vt. C. de aboli. l. iij. in princ.* ¶ Et not. de facili [f] & difficili: *vt & ʒ. de neg. gest. l. sin autem. in prin. & j. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. pen.*

i ¶ *Publicè.* propter [g] lætitiam principis: *vt. j. ad Turpil. l. abolitio.*

k ¶ *Is demum.* facit. *j. [h] de pœnis. l. ij.*

l ¶ *Augere.* quod [i] potest ex causa: *vt. ʒ. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna.*

m ¶ *Patroni filio.* Nota filio: *vt. j. e. l. §. si libertus.* quod facit pro eo quod not. in princ. huius. l.

n ¶ *Accusauerit.* qđ [k] potest: *vt. j. qui accusa. non poss. l. pen.*

o ¶ *Desiderauit.* per officium: [l] *vt. C. de calum. l. j.* non in modum accusationis: *vt. C. qui accusa. non poss. l. neganda.*

p ¶ *Retorsit.* quasi socium criminis: vt [m] sic repellatur ab accusando: *vt. C. de libe. cau. l. si filium.* ¶ Et not. ignoscendum [n] ei qui non facit sponte: *vt. j. prox. §. & §. pen. & ʒ. ad Sil. l. iij. §. verum. & ʒ. ad leg. Aquiliam. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ʒ. de iure fisci. l. ij. in princi. & j. de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. & C. de transact. l. si quis maior. & de re iudica. l. si se. in princ. & C. de metatis. denotum. & ʒ. si quadru. pau. l. j. §. cum arietes. & C. de admini. tut. l. cum quædam.* ¶ Sed contra. *ʒ. ad leg. Aqu. scientiam. §. sed si defendendi.* vbi non licet vlcisci: sed hic licet per [a] iudicem.

q ¶ *Defendere.* accusando. Accur.

r ¶ *Succurrendum.* ne perdat contra tabulas liberti bonorum possessionem etiam si per calumniam accusat, vt subiicit. non tamē subuenitur si per calumniam accusat, ne puniatur de calumnia.

s ¶ *Vel calumniosam.* i. quę verè erat calumniosa: sed iudex ignorabat: alioquin repelleret eum. Azo: *vt. C. vt nemo priua. l. si. in fi. & facit. ʒ. proxi. §. cū suis concor.* Accur.

t ¶ *Quieuit.* fic. [b] *ʒ. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & j. remrat. hab. l. amplius. & Instit. de contrahen. emptio. §. j.* Sed contra. *ʒ. de iure iure patrona. l. cum. §. fin. & l. seq.* Solu. ibi. Item facit. *j. eodem. l. in seruitutem. §. petisse.* Sed arg. contra. *C. qui accusa. non possunt. l. pe. sed ibi speciale.* Accursius.

u ¶ *Accusat.* vt [c] *& supra de rei vindic. l. inter.* Sed contra. *ʒ. de inoffic. testam. l. si in prin.* Solu. ibi.

x ¶ *Cauerit.* idem forté & si cœperit accusare: *vt. ʒ. de inof. test. l. filius. §. multo. & de bo no. poss. l. cum quidam. & de pigno. act. l. si seruos. & ʒ. de alie. iud. l. nam & si.*

y ¶ *Non spōtè.* vt. *C. de cal. l. mater. & ʒ. e. l. §. si libertus. cū concor.*

z ¶ *Etiam perfecit.* de calumniatore ergo tantum intelliguntur prædicta, *vt & j. l. prox. et facit infra de iniur. l. eum qui.*

a IDem est.] *Meruerat.* quia verè commiserat crimen, & capitale erat. Viuian.

b ¶ *Punitus.* quod quandoque contingit: *vt. ʒ. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna.*

c ¶ *Sensit.* vt *& ʒ. l. proxi. in fin.*

IN seruitutem.] CAS. Supra. l. proxima habuistis duo dicta. & vnum positū quando dicatur per calumniā accusare. quando dicatur in seruitutem petere, habetis in lege ista, videtur in seruitutem petere &c. Sed si aliquis non dicit seruū suū totum,

---

a Pœna maioris libertū paternum, per calumniam accusantis.

b Accusare libertū paternū minor potest tutore authore.

c Æquitatis est nō singula momenta accusationis considerare. Itaque si quis minor instituit accusationem, maior factus sententiæ in ea accusatione impetrandæ, restitui potest ex æquo & bono: considerato nimirū initio accusationis eiusque minori ætate.

d Turpilliani pœna.

e Abolitio peti solet cum solennitate.

f Facilius quędam impetrantur quędā difficilius.

g Abolitio cōcedi solet ob lætitiam principis.

† Contor. ca. si quis per capillū in Gl. super ver. non manifestauerit ibi. Sed cōtra nemo inuitus accusare cogitur. Et ibi, vt nemo inuitus agere vel accusare compellatur. 22. q. 2.

h Accusasse capitis quis dicatur.

i Pœna ex causa augeri potest.

k Accusare maiestatis patroni filiū libertus potest.

l Officiū iudicis imploratur aduersus calūniantem.

* intentauerit.

m Accusate accusatorem licet & crimen retorquere.

n Inuito & ingrato facienti ignoscitur.

a Vlcisci se per iudicem licet.

b Accusasse nō dicitur qui ante sententiam quieuit.

† Accusationē certi criminis omissurū promittens promissioni non repugnat si in eum, quem se non accusaturum promisit, dixit testimonium. *l. 2. §. si publico. per Gl. & doc. j. de adul. & Glo. & doc. in c. 1. extr. de excep.* vt hinc colligas aliud esse in aliquē testimonium dicere, & cum accusare.

c Accusare aliū non videtur, qui aduersus eum aduocati seu patroni officio fungitur.

* quia sententiæ.

tum,sed pro parte, vel in eo habere vsumfructum : debet repelli à contra tabulas.Sed si aliquis petit in seruitutem,& obtinet:nõ patitur istam pœnam.dicitur petere in seruitutem & ante lit.conte. posset tamen pœnitere ante sententiam. sed si filius patroni petit libertum in seruitutem , debet sibi nocere , non suis liberis. sed si heres accipit contra tabulas,si est scriptus,debet repelli. sed si est relictũ à testatore , quod sufficit,repellitur à cõtra tabu. si petit. Viuianus.

IN seruitutem [a] petisse non is videtur, qui ei qui in possessione erat seruitutis, petenti se in libertatem contradixit : verùm is qui ex libertate petit in seruitutem. 1. ¶ Sed & si quis nõ totũ suum,sed pro parte, vel vsumfructum in eo suum dicat , vel quid aliud quod habere non potest in eo nisi seruus sit : an repellatur, quasi in seruitutẽ petierit? Quod est verius. 2. ¶ Si petierit in seruitutem,& obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari,non debet ei obesse: maximè si habuit iustam causam errandi. 3. ¶ Petisse [b] in seruitutem non videtur, qui ante litem contestatam destitit. Sed & si post litem contestatam, dicendum est nec id nocere debere, quia non vsque ad sententiam durauit. 4. ¶ Si patroni filius sit* vel exheredatus, vel si in seruitutem libertum paternum petiit, vel capitis accusauerit libertum:non nocet [c] hoc liberis eius qui in potestate non sunt.& hoc diui fratres Quintiliis rescripserunt. 5. ¶ Si quis bonorũ possessionem contra tabulas liberti acceperit , ab omni liberti iudicio repellitur:[d]nec tantùm si ipsi liberto heres fuerit scriptus,[e] verumetiam si impuberi filio substitutus. Nam & Iulianus scripsit, si post petitam bonorũ possessionem adierit impuberis filij liberti hereditatem patronus: denegari ei debere actiones.

6. ¶ Sed & si quid codicillis fuerit patrono relictum, vel mortis causa donatum : simili modo horum quoque persecutio denegabitur. 7. ¶ Nonnunquam planè post petitam bonorũ possessionem dabitur patrono legati persecutio , si nihil ad emolumentum eius peruenturum sit, quia fortè rogatus est alij restituere.[f] 8. ¶ Præterea nõ tantũ quod ipsis nominatim datũ est, id se prętor denegaturum ait: verumetiã si quid proponas ad ipsos per alios peruenturum, vtputa per subiectas personas : quod quidem sunt habituri non restituturi. 9. ¶ Dabimus legati [g] petitionem patrono, si seruo patroni dederit [h] libertatem, pretio eius patrono prælegato.[i] 10. ¶ Ei qui substitutus erit patrono qui contra tabulas possessionem petierit : actio eius partis cuius patrono [k] possessio data erit, non datur. 11. ¶ Si patronus sit substitutus,& patronus viuo testatore decesserit : filium patroni petentem cõtra tabulas bonorum possessionem,non solius substituti partem occupare, verùm omnibus heredibus pro parte aliquid auferre [l] constat.

XVII. IDEM *libro quadragensimoseptimo ad Edictum.*

LIberto sine liberis mortuo, in primis [m] patronus & patrona bonorum possessioné accipere possunt, & quidem simul. Sed & si patrono [n] & patronæ proximi [o] sunt aliqui, simul admittuntur.

XVIII. PAVLVS *libro quadragensimotertio ad Edictum.*

PAtronæ quidem liberi etiá vulgo [p] † quæsiti accipient materni liberti bonorum possessionem : patroni autem non nisi iure quæsiti.

XIX. VLPIANVS *libro quarto Disputationum.*

SI patronus ex minore parte quàm legitima heres institutus , falsum testamentum dixisset,nec obtinuisset,[q] non est ambiguum contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem: eo quòd facto suo perdidit hereditatem, [r] cum temerè falsum dixit.

1. ¶ Quòd si ex debita parte fuerit institutus : siue adiit , siue non , à contra tabulas bonorum possessione repellitur,quasi debitam sibi portionem acceperit; nec poterit contra tabulas bonorum possessionem petere.

XX. IVLIANVS *libro vicensimoquinto Digestorum.*

LIbertus * sub conditione iurisiurandi , quam * prætor

a ¶ *In seruitutem.* facit.[a] s. *l. qui cum maior. §. si libertus.* Accur.

b ¶ *Petisse.* facit. [b] s. *eod. l. qui cum. §. accusasse. cum concordan.* Sed arg. contra. *C. qui accusa. non possunt. l. penul.*

c ¶ *Non nocet.* vt & s. *de iure patro. l. diui. & facit.* j. *e. l. quæritur.*

d ¶ *Repellitur.* vt.[c] j. *proxi. §. & s. de vulga. substitu. l. is qui. & de le. præstan. l. ij. in prin. & de iis qui. vt indig. l. post legatum. §. pen.* Accur.

e ¶ *Scripius.* ex modico : ¶ Sed nonne excluditur & agit ad supplementum: *vt. s. de iure patro. l. diui. §. j.* Sol. hic non fuit repulsus.

f ¶ *Restituere.* vt & s. *de inofficioso testa. l. Papinianus. §. meminisse. & de excu. tuto. l. legatarius.*

g ¶ *Legati.* relicti,nõ tamen pro eodem pretio.

h ¶ *Dederit.* i. reliquerit libertus.

i ¶ *Prælegato.* sed legato relicto.

k ¶ *Patrono.* instituto ex modico.

l ¶ *Auferre constat.* & facit ad id quod diximus. *supra e. l. etiam. §. si capitis.*

LIberto.] CASVS. Si libertus decedit intestatus sine liberis, primo vocatur patronus & patrona:eis non existẽtibus vocãtur filij & filiæ patroni vel patronę, & cognati patroni qui p̃ximi sunt. Super. l. ista no. & aduertatis vnũ quod necessariũ est scire in toto isto tractatu quãdo nõ debet patronus prę teriri, & quãdo potest impunè prętetiri. Quidam dixerũt,ex quo libertus decedit sine liberis,non debet patronus præteriri. s. l. j. et. ij. sed cõtra eos est : quia si decedit sine liberis, videtur q̃ alię personę debẽt vocari. ¶ Quid si habet ascẽdẽtes? videtur q̃ debent vocari. j. *de suis & legitim. heredibus. l. intestato.* quid si habet collaterales primi gradus? excludunt patronum. *Institu. de seruis. cog.* & ideo semper debetis exemplificare si libertus decedit sine liberis & parẽtibus & sine collateralibus primi gradus:tunc vocatur patronus. Viuianus.

m ¶ *In primis.* etiã ante patrẽ & fratrẽ liberti : *vt hic, & j. de suis & leg. l. intestato.* ¶ Sed hodie contra in vtroque secũdum Azo. *vt Inst. de ser. cog. in prin.* licet Ioan. in fratre dicat non corrigi.

n ¶ *Patrono & patronæ.* mortuis,si non habes:& est datiui casus.

o ¶ *Proximi.* cognati eorum vsque ad quintum gradum: *vt Instit. de suc. lib. §. multis.*

PAtronæ.] CASVS. Liberi patronæ licet sint vulgo quæsiti, succedunt liberto materno : liberi patroni ita demum succedunt, si sint legitimè quæsiti. h. d. Viuian.

p ¶ *Etiam vulgo.* facit *Inst. ad Orficianum. §. pe.* Accur.

SI patronus.] CASVS. Si patronus est institutus ex minori debita portione, & testamentum dixit falsum, & non obtinuit repellitur à contra tabulas: sed si patronus partem sibi relictam agnouit , repellitur à contra tabulas. Viuianus.

q ¶ *Obtinuisset.* id est succubuisset. *& sic facit supra de inoffic. testamen. Papinianus. §. meminisse.*

r ¶ *Hereditatem.* iudicio defuncti delatam.[a] Ergo [b] eadem [c] ratione supplemẽtum. Sed contra. s. *de petitione hereditatis. l. Lucius.* vbi [d] qui succubuit in falso, dicit nullum. Solu. hic destitit ante sententiã. 2. Vel dic fuit calumniatus. *arg. j. de accusa. l. si cui. §. j. vel verius vt ibi.* Item contra. C. *de inofficioso testamen. l. eum.* vbi in falso succũbens agit querela. Solu. ibi nihil erat relictum, hic legitima vel minus. Vel ibi per vtramque viam reducebatur ad nullum , quod non fit per contra tabulas : *vt supra de inofficio. testamen. l. filio. §. fi.* 3. Vel aliàs solue vt ibi. Accursius.

SI libertus.] CASVS Libertus instituit patronum sub cõditione iurisiurandi nunquid repellitur à bonorum possessione in bonis liberti? sic. Sed quid? libertus legauit Titio, & rogauit patrono restituere. nunquid Titio denegatur petitio legati, si patrono ex debita parte fuit satisfactum? sic. [LIBERTVS PATRONVM.] Si libertus coniunctim instituit extraneum & patronũ; indubitanter in eo quadrante quem habet patronus , non potest conqueri:in illo quẽ habet extraneus, potest cõqueri:vnde ex illo & ex aliis bonis poterit petere suppleri debitam sibi portionem. [SI LIBERTINVS.] Libertus filium emancipatum suum instituit

a In seruitutẽ petere, & contradicere ei qui se in libertatem petit differunt.

b Desistentis ante litis contestationẽ fauor.

c Pœna patroni petentis bonorum possessionẽ aduersus tabulas liberti ea est, vt ab omni liberti iudicio repellatur.

* Filius sit institutus vel exhered.

a Quartam amittit, qui testamentũ defuncti impugnauit & in ea impugnatione condemnatus est.

b Argumentũ à quarta ad quartam supplementi.

c Quartæ supplementum amittit qui iudicium defuncti seu testamentũ eius impugnãs condemnatus est.

d Testamentũ defuncti falsũ accusans & succumbens,an & quomodo possit idem testamentum nullum dicere.

† *Concor. c. cum multa. in Gl. super verbo. hereditatem. ibi, nã matri etiã succedit spurius filius: & testamẽtum matris potest dici inofficiosum. 15. q. 8.*

* Si libertus

* Hal. quo-

remittere ſolet,[a] patronum inſtituit heredẽ: nõ puto dubitãdum quin à bonorũ poſſeſſione ſummoueatur. verum eſt enim eum heredẽ factum. 1. ¶ Si Titio legatum fuiſſet, eiúſq; fidei cõmiſſum, vt patrono reſtitueret: denegatur legatorũ actio, ſi patrono pro debita parte à ſcripto herede fuerit ſatisfactũ.[b] 2. ¶ Libertus patronum & extraneum cõiunctim ex parte dimidia heredem ſcripſit. quadrans ex quo inſtitutus erat patronus, totus ipſi imputari debebit, reſiduum[c] ex debita ſibi parte omnibus heredibus pro portione cuiuſq; aufert. 3. ¶ Idem ſeruari cõueniet in legato quod patrono coniunctim & Titio datũ fuerit, vt pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua parte tantũ Titio detrahatur, quantum ab herede pro rata[d] portione. 4. ¶ Si libertinus filium emancipatum ſub cõditione heredem inſtituerit, & deficiente conditione ſubſtitutus adierit: quæro, vtrum patrono aduerſus ſubſtitutum in partem debitam prætor, an emãcipato filio in totam hereditatem ſuccurrere debeat. Reſpondi, cum pater filium ſub cõditione primo gradu heredem inſtituit: ſi deficiente conditione ſub qua filius heres inſtitutus eſt, ad ſecundum gradum hereditas pertinet,[e] vel adhuc pendente cõditione filius deceſſerit: patrono partis debitæ bonorum poſſeſſionem[f] aduerſus ſubſtitutum cõpetere. Idémque eſt & ſi filius vel non petierit bonorum poſſeſſionẽ tempore excluſus, vel repudiauerit. Si verò deficiẽte cõditione hereditas ad filiũ pertineat,[g] emancipatũ potius tuebitur prętor aduerſus ſubſtitutũ. Exiſtimo[h] autẽ, quotiés ſub conditione filius ſcribitur, aliàs neceſſariam eſſe exheredationẽ à ſubſtituto, aliâs ſuperuacuam. Nam ſi id genus cõditionis fuerit, quæ in poteſtate filij eſſet, veluti, *Cum teſtamẽtum fecerit:* puto etiã omiſſa conditione filiũ locum ſubſtitutis facere. Si verò conditio non fuerit in poteſtate filij, veluti, *Si Titius conſul factus fuerit:* tunc ſubſtitutus non admittitur, niſi filius ab eo nominatim exheredatus fuerit.

5. ¶ Si libertus filium emancipatum heredem inſtituerit: eiúſque fidei commiſerit vt totam hereditatem Sempronio reſtitueret, & filius cum ſuſpectam ſibi hereditatem diceret, iuſſu prætoris adierit eam, & Sempronio reſtituerit: non iniquè patrono bonorum poſſeſſio partis debitæ dabitur, perinde ac ſi non filius, ſed is cui[i] hereditas reſtituta eſt, liberto heres extitiſſet. Item cum filius hereditatem liberti patris omiſerit, & coheres eius totius hereditatis onus[k] ſuſceperit: danda erit patrono bonorum poſſeſſio. vtroque enim caſu non filio, ſed extraneo pars eripitur.

XXI. IDEM *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

EX tribus[l] patronis vno ceſſante bonorum poſſeſſionem petere, duo æquas partes habebunt.

XXII. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

SI filiusfamilias miles manumittat, ſecũdum Iuliani quidem ſententiam quam libro viceſimoſeptimo Digeſtorum probat, patris libertũ faciet: ſed quandiu, inquit, viuit, præfertur filius in bona eius patri.[m] Sed diuus Hadrianus Flauio Apro reſcripſit ſuum libertum eum facere, non patris.

XXIII. IVLIANVS *libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.*

SI libertus præterito patrono extraneum inſtituerit heredem, & patronus antequam contra tabulas bonorum poſſeſſionem[n] petierit, in adoptionem ſe dederit, deinde ſcriptus omiſerit hereditatem: patronus totorum bonorum liberti poſſeſſionem vt legitimus petere poteſt. 1. ¶ Si libertus inteſtatò deceſſerit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur quandiu filius eſſet: quia proximum[o] quemque ad hereditatem liberti vocari manifeſtum eſt. 2. ¶ Si autem ex duobus patronis alter vnum filium, alter duos reliquiſſet:[p] dixi viriles inter eos partes fieri.

XXIIII. IDEM *libro ſexagenſimoquinto Digeſtorum.*

COmmuni liberto, ſi ex duobus patronis alter iuſiurandum exegerit ne vxorem ducat:[q] vel viuo liberto deceſſerit,[r] is * qui extra hanc culpam fuerit, vel ſuperuixerit: partis vtrique debitæ bonorum poſſeſſionem ſolus habebit.

XXV. IDEM

ſub conditione. in defectum conditionis ei inſtituit patronum in debita portione. nunquid aliter ſubenitur patrono? & certè excludetur patronus: ſcilicet ſi filius non erit heres, excluditur. ſi autem erit heres, ſubuenitur ei, quia poterit petere vt debita portio ſuppleatur. [SI LIBERTVS.] Libertus inſtituit filium emancipatum: rogauit alteri reſtituere. filius dixit ſuſpectam. coactus fuit adire, & reſtituere. nunquid ſubuenietur filio tanquam præterito heredi? ſic. Viuianus.

a ¶ *Solet.* vt ℨ. *de condit. inſtitu. l. quæ ſub conditione. in prin.*

b ¶ *Satisfactum.* propter hanc enim ſatisfactionem legatum fuerat Titio. Accurſius.

c ¶ *Reſiduum.* ſubaudi quod deeſt ex debito &c. quod eſt hodie tertia: olim dimidia: *vt Inſtitu. de ſuc. lib. l. ſed noſtra.*

d ¶ *Pro rata.* facit ℨ. *eod. in ſeruitutem. §. ſi.* Accurſius.

e ¶ *Pertinet.* quia fuit poteſtatiua. Accur.

f ¶ *Bonorum poſſeſſionem.* ſecundum tab. Accurſius.

g ¶ *Pertineat.* quia non fuit poteſtatiua. *& facit ℨ. de contra tabulas. l. iij. §. ſi quis ex liberis. & §. ſi ſub ea.*

h ¶ *Exiſtimo.* fa. *C. de inſtitu. & ſubſtit. l. iiij.* Accurſius.

i ¶ *Sed is cui.* effectu[a] enim heres eſt: *vt ſupra quod cum eo. l. ſi filius. §. j. & facit. C. de inoffic. teſta. l. j.* Accur.

a Heres eſt effectu fideicommiſſarius ſeu is cui reſtituta eſt hereditas.

k ¶ *Onus.* ad hoc ℨ. *de acquirend. hered. l. cum hereditate.*

EX tribus.] CASVS. Si tres ſunt patroni, & libertus decedit eis præteritis: ſi vnus omittit petere bonorum poſſeſſionem, alij duo viriliter vocantur. Viuianus.

l ¶ *Ex tribus.* facit. *C. quando non peten. partes. l. j.* Accurſius.

SI filiusfamilias.] CASVS. Si filiusfamilias miles manumittit: illius ſerui eſt patronus. vnde debet vocari ad contra tabulas liberti ipſe & filius eius, non autem pater eius. hoc dicit. Viuianus.

m ¶ *Patri.* vt & ℨ. *de iure patronatus. l. ſeruum. in prin.*

SI libertus.] CASVS. Libertus inſtituit extraneũ, præteriit patronum: patronus dedit ſe alicui in arrogationem. nunquid poterit vocari ad contra tabulas? ſic. Si vero inſtitutus omiſit habere: ſuccedit ei tanquam legitimus heres. ſed ſi decedit libertus relicto patrono & eius filio & nepote: primo vocatur patronus & eius filius: poſtea nepos. Sed ſi libertus decedit relicto vno filio ex vno patrono, duobus ex alio: omnes æqualiter vocantur: *vt ſupra de legiti. tutoribus. leg. iij. §. item quæri poteſt.* hoc dicit. Viuianus.

n ¶ *Bonorum poſſeſſionem.* vnde legitimi: *vt Inſtitu. de bonorum poſſeſſionibus. §. cumque.* Accur.

o ¶ *Proximum.* vt *ſupra de ope. lib. l. à duobus. & de legi. tuto. leg. tutela. §. ſi duo.* Accurſius.

p ¶ *Duos reliquiſſet.* non nepotes. filij enim cum nepotibus non admittuntur. Azo.

COmmuni.] CASVS. Libertus erat duorum paternorum: alter coegit libertum iurare ne nubat: alter viuo liberto deceſſit. nũquid ille qui coegit, perdit ius patronatus? ſic, & bonorum poſſeſsio accreſcit alteri. Viuianus.

q ¶ *Vxorem ducat.* per quòd perdit ius patronatus: *vt. ℨ. de iure patrona. le. qui contra.* Accur.

r ¶ *Deceſſerit.* alter patronus: quo caſu ad ſuperſtitem, nõ filium præmortui defertur: *vt hic, & ℨ. de oper. liber. l. à duobus.* ¶ Sed in eo quod de iuramento dicit, videtur contra. ℨ. *de iureiurã. ſi duo.* vbi dicit qđ portio amittentis alteri nõ accreſcit. Sed ibi libertus iurauit, & ei ſuum ſacramentum prodeſſe debet: hic vero non iurauit, nec aliquid fecit quod ſibi prodeſſe debeat: Imò hic[a] in culpa fuit quòd paruit in delicto iubenti patrono. vel dic vt ibi. *& facit ſupra de aucto. præſtan. leg. ſi ſeruus communis.*

a Parere in delictis libertus patrono non debet.

* Ita hic diſpũximus, & gemina puncta addidimus, quæ perperam in editione Flor. erant omiſſa.

XXV. IDEM *libro primo ad Vrseium Ferocem.*

QVamdiu patrono bonorũ possessio partis debitæ dari potest, exceptio debitoribus datur aduersus heredem petentem, *Si non in ea* [a] *causa sit patronus, vt bonorum possessionem pro parte debita contra tabulas petere possit.*

XXVI. AFRICANVS *libro secundo Quæstionum.*

LIberto [b] octoginta habenti, fundus quadraginta legatus est. is die cedente legati decessit extraneo herede instituto. † Respondit, posse patronum partem debitam vindicare. nam videri defunctum mortis tempore ampliorem [c] habuisse rem * centum, cum hereditas eius propter computationem legati pluris venire possit. neque referre, heres institutus repudiet legatum liberto relictum, nécne. Nã & si de lege Falcidia quæratur: tale legatum. quamuis repudiatum, [d] in quadrantem hereditatis imputatur legatariis.[e]

XXVII. IDEM *libro quarto Quæstionum.*

VIuo [f] filio si nepos exheredatur: nocebit ei exheredatio ad bona libertorum auitorum.

XXVIII. FLORENTINVS *libro decimo Institutionum.*

SI in libertum animaduersum [g] erit: patronis eius ius quod in bonis eius habituri essent, si is in quem animaduersum est, sua morte decessisset, eripiendum non est: sed reliquam partem bonorum quæ ad manumissorem iure ciuili non pertineat, fisco esse vindicandam placet. I. ¶ Eadem seruantur in bonis eorum qui metu accusationis mortem sibi consciuerint, aut fugerint, quæ in damnatorum bonis constituta sunt.

XXIX. MARCIANVS *libro nono Institutionum.*

QVi ex causa fideicommissi manumittitur, est quidem libertus manumissoris, & tam contra tabulas, quàm ab intestato ad bona eius venire potest quasi patronus: sed operas ei imponere non potest, nec imposi-tas ab eo petere.[h]

I. ¶ Sed si defunctus filio suo legauit seruum, & rogauit vt eũ manumittat, ea mente vt plenum ius patroni habeat: defendendum est † posse eum operas iure imponere.[i]

XXX. GAIVS *libro secundo ad Edictum Prætoris Vrbani, titulo de liberali causa.*

SI quis libertum paternum in seruitutem ea voluntate petierit, vt causam euictionis sibi conseruet: non amittit [k] beneficium bonorum possessionis.

XXXI. MARCELLVS *libro nono Digestorum.*

PAtrono [l] libertus fundum quem ab eo alienũ emerat, legauit: & constituit patronus ad se pertinere legatum. Contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest, etsi nihil profecit ei legatum, quia alienam rem legauerit ei libertus: quia patronus ipse eum liberto vendiderat.

XXXII. IDEM *libro decimo Digestorum.*

SI libertus meus in seruitutem redactus, postea ab alio [m] liberatus est, & eius cœperit esse libertus: præfertur mihi in contra tabulas bonorum possessione qui eum manumisit.[n]

XXXIII. MODESTINVS *libro singulari de Manumissionibus.*

SI patronus non aluerit libertum: lex Ælia Sentia adimit eius libertatis causa imposita, [o] tam ei, quàm ipsi ad quem ea res pertinet: [p] item hereditatem ipsi, & liberis eius, nisi heres institutus [q] sit: & bonorum possessionem præterquam secundum tabulas.

XXXIIII. IAVOLENVS *libro tertio ex Cassio.*

SI libertus cum duos patronos haberet, alterum præteriit, alterum ex semisse fecit heredem, & alteri extraneo semissem dereliquit: scriptus quidem patronus debitam sibi partem immunem habet: de cætera autem parte patroni quæ supra debitum ei relicta est, & de semisse extraneo relicto, al-

QVamdiu.] CASVS. Si patronus est præteritus à liberto, & aliter institutus: quamdiu potest dari bonorum possessio contra tabulas patrono, dabitur debitoribus hereditariis exceptio si conueniantur. Viuianus.

a ¶ *Si non in ea.* verba exceptionis. *sic.* ͞j. *de exceptio. rei iudi. l. ij. & de act. & obli. l. qui cum herede.* Sed hodie videtur contra: *vt. C. de peti. heredi. l. fi. §. fin autem.*

LIberto.] CASVS. Libertus habebat in bonis octoginta. legatus fuit ei fundus qui valebat quinquaginta, & decessit. patronus vocabitur quasi sint in bonis centum, nec refert vtrum heres institutus repudiet legatũ liberto relictum, nécne. Viuian.

b ¶ *Liberto.* ad intellectum huius legis est. ͞s. *de iure patronatus. l. si libertus an prin.*

c ¶ *Ampliorem.* s. centum viginti.

d ¶ *Repudiatum.* ab herede legatarij. Accursius.

e ¶ *Legatariis.* scilicet ad eorum commodum.

† Olim licuit cuilibet totam hereditaẽ suã relinquere alteri. sed Falcidius statuit quòd quarta pars hereditatis debeat relinqui legitimis heredibus. c. *responsa prudentum. in Glo. dist. 11.*

* Quid hodie sit centenarius libertus Iustin. definit *Inst. de succ. libertor.*

VIuo filio.] CASVS. Si viuo filio patroni exheredatur nepos patroni, ista exheredatio nocebit nepoti. Viuianus.

f ¶ *Viuo filio.* facit. ͞s. *eo. l. si ex patronis. §. Iulianus.* Accur.

SI in libertum.] CASVS. Si libertus dãnatus est de crimine capitali, illud ius quod habebat patronus si non esset condemnatus, hoc non perdet. eadem dicenda sunt in bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt. Viuian.

g ¶ *Animaduersum.* vt quia suspenditur propter delictum. & habes idem *infra de bon. dam. l. cum ratio. §. j.*

QVi ex causa.] CASVS. Si quis manumittat ex fideicommisso, non vocatur ad contra tabulas, nisi sit filius ea intentione rogatus vt pro patrono habeatur: quia potest imponere operas, & vocabitur ad bonorum possession. contra tabulas. Viuianus.

h ¶ *Ab eo petere.* concor. *C. de oper. liber. l. ij. & de contra tabulas lib. l. j. & supra titu. j. l. cerdonem. & l. Campanus. & infra de suis & legi. l. iij. ij. respon. & supra de leg. j. l. videndum. & de in ius vocan. l. is quoque.* Accursius.

i ¶ *Imponere.* speciale in filio. in aliis contra: *vt. ͞s. hac. l. cum aliis* quæ in hoc ei concordant. Sed & in filio videtur contra. ͞j. *de fideicommiss. lib. si filius. in princ.* Sed illam secundum istam intellige. vel solue vt ibi.

SI quis libertum.] CASVS. Ego libertum paternum petij in seruitutem, ne causam euictionis mihi præstaret. non amitto beneficium bonorũ possess. quia non petij per calum. ͞s. *eod. l. qui cum maior.* Viuian.

k ¶ *Non amittit.* licet succumbat in eo quòd ad seruitutem vocat. *& facit supra de negot. gestis. l. at qui. §. cum me. & . ͞j. de iniuriis. l. qui de libertate.* Accur.

† postea.

PAtrono.] CASVS. Si patronus habebat libertũ, & si libertus fundũ quem emit, ei legat: si patronus agnoscit legatum, non petat bonorum possessionem. veruntamen si euinceretur à patrono, non nocet in petendo, bonorum possessionẽ. Viuianus.

l ¶ *Patrono.* facit. ͞s. *de dote præstan. l. licet.*

SI libertus.] CASVS. Fuit libertus meus per alium in seruitutem redactus ab eo manumissus nunquid debeo vocari ad contra tabulas: certè non. Viuianus.

m ¶ *Ab alio.* cuius seruus factus est. *facit supra de sena. l. fina. & supra de reli. si mulier. & infra ad Tertyllia. l. ij. §. ij. & . C. de dig. l. j. libr. xij. & infra de re iudi. l. sæpe. in. §. nam & si libertus. & . C. de libe. causa. l. principaliter.*

n ¶ *Manumisit.* scilicet postea.

SI patronus.] CASVS. Si patronus non aluit libertum suum, in iure patronatus, lege Ælia Sentia prohibente, non poterit succedere: *vt. ͞s. de iure patrona. l. adigere.* Viuianus.

o ¶ *Imposita.* vt operas. Accur.

p ¶ *Pertinet.* vt sunt liberi vel heredes ad quos operæ quandoque producuntur: *vt supra tit. j. l. si operarũ. & facit ad hanc. l. ͞s. de libe. agno. l. alimenta. & . ͞s. de iure patrona. l. diuus.* Accur.

q ¶ *Institutus.* scilicet patronus.

SI libertus.] CASVS. Libertus habebat duos patronos: vnum præteriit: alterum ex semisse instituit. prçteritus ab instituto & ab altero poterit auocare debitam portionem. Simile. ͞s. *de inofficioso testamen. l. mater. & . ͞s. si pars here. l. j.* Viuianus.

a ¶ *Satisfieri oportet.* sic .ſ. eo. *l. ſi ex patronis. in prin.*

A Liberto.] CASVS. Seius libertum ſuum inſtituit: vſumfruct. fundi alicui legauit: libertus decedit præterito patrono, & Mæuio inſtituto. nunquid ſubuenitur patrono? ſic in debita portione: veruntamen omnia præſtanda ſunt Mæuio deducto vſufr. qui alicui legauit. Viuianus.

b ¶ *Seius.* i. patronus. Accurſius.

c ¶ *Herede relicto.* cũ Seius patronus deceſſerit ante libertum.

d ¶ *Teſtamenti.* liberti paterni.

e ¶ *Reſtituenda.* & ſic in illo non habebit filius partem.

L Ibertus.] CASVS. Libertus qui nõ eſt ſoluendo, inſtituit extraneum, & patronum præterit, nunquid patronus poterit bonorum poſſ. contra tabu. liberti petere? Dicitur quòd non, ex quo non eſt ſoluendo. econtra videtur quòd ſic, ex quo inuenit heredem. tamen dicẽdum eſt ex quo inuenit heredem, patronus poterit petere contra tab. bo. poſſeſſionem. Viuianus.

f ¶ *Quæ inueniat.* ſic *ſupra ad le. Fal. l. iij. in princ.*

g ¶ *Quod modicum:* id eſt quia modicum.

h ¶ *Pertinere.* vt. ỉ. *ſi quid in fraud. pa. l. j. §. & aliàs. & .ſ. de min. l. ſi in emptionem. & C. de adminiſtr. tut. l. lex quæ.*

i ¶ *Potius.* ſic .ſ. *man. l. cum ſeruus.*

I Vlianus.] CASVS. Vos habuiſtis plura propter quæ patroni repelluntur à iure patronatus. In lege iſta ponuntur aliqua, ſcilicet ſi patronus impoſitas operas ei reuendiderat: repellitur à contra tabu. bonorum poſſeſſ. Sed ſi duo ſunt filij patroni, vnus reuendidit operas nocet ei, ſed non nocet fratri. [SI LIBERTVS.] Si libertus inſtituit patronum, & ipſe libertus fuit occiſus. ſi patronus adiit hereditatem, vel petiit contra tabul. antequam vindicaret mortem defuncti, vel de familia quæſtio habeatur, poteſt repelli à ſucceſſione eius. Viuianus.

* *ſub.*

* *ſto. liberti*

k ¶ *Iulianus.* facit .ſ. *de iure patro. l. ſicut. & .ſ.*

teri patrono pro rata portione ſatisfieri oportet.[a]

XXXV. IDEM *libro tertio Epiſtularum.*

A Liberto ſuo herede Seius[b] vſumfructũ fundi Mæuio legauit. is libertus Mæuio herede relicto[c] deceſſit. Quæro: cum contra tabulas teſtamẽti[d] petierit filius Seij aduerſus Mæuium: vtrum deducto vſufructu pars debita ei fundi reſtituenda[e] ſit, an ſolida: quia eorum bonorum acceperit poſſeſſionẽ, quæ liberti cum moreretur fuerunt. Reſpondit, Vſumfructum in cauſam priſtinam reſtituẽdum puto. Optimum itaque erit arbitrum poſtulare, vt arbitrio eius vſusfructus in integrum reſtituatur.

XXXVI. IDEM *libro 8. Epiſtularum.*

LIbertus qui ſoluendo non erat, præterito patrono extrarios reliquit heredes. Quæro, an poſſit patronus petere cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem. Reſpondit, Cum à ſcriptis heredibus adita eſt hereditas, patronus cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem petere poteſt: quia ſoluendo hereditas eſt, quæ inueniat[f] heredem. Et ſanè abſurdum eſt, ius patroni in petenda bonorum poſſeſſione contra tabulas, aliorum computatione, non iudicio ipſius patroni æſtimari: auferríque patrono quod modicum[g] vindicaturus eſt. multi enim caſus interuenire poſſunt, quibus expediat patrono petere bonorum poſſeſſionem, quamuis æris alieni magnitudo quam libertus reliquerit, facultates patrimonij eius excedat: veluti ſi prædia ſunt aliqua ex bonis liberti, in quibus maiorum patroni ſepulchra ſint, & magni æſtimat patronus bonorum poſſeſſione iura pro parte ea ad ſe pertinere.[h] vel aliquod mancipi, quod non pretio, ſed affectu ſit æſtimandum. Non ergo ideo minus habere debet ius petendæ bonorum poſſeſſionis, qui* animo potius[i] quàm aliorum computatione bona liberti æſtimat: cum eo ipſo ſufficere patrimonium videri poſſit, quòd & heredem habeat, & bonorum poſſeſſorem.

XXXVII. VLPIANVS *libro vndecimo ad legem Iuliam Papiam.*

IVlianus[k] ait, Si patronus libertatis cauſa impoſita liberto* reuendiderit, filium eius à bonorum poſſeſſione ſummoueri: ſcilicet quia nec contra tabulas teſtamenti liberti bonorum poſſeſſionem accipiat quotiens pater eius donum, munus, operas liberto reuendiderit. Planè ſi patroni filius libertatis cauſa impoſita reuendiderit, nihilo minus familiam* bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti accipere ait: quia filius reuendẽdo libertatis cauſa impoſita, fratrem ſuum non ſummouet.

1. ¶ Si libertus heredem ſcripſerit, iſque prius quàm de familia[l] quæſtionem haberet, adierit hereditatem: patronum ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem non admitti Iulianus ait. debuit enim & patronus liberti necem vindicare. quod & in patrona erit dicendum.

XXXVIII. TERENTIVS CLEMENS *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

QVæritur, an filio exheredato[m] etiam nepotes ex eo à bonorum poſſeſſione liberti excludantur. Quod vtique ſic dirimẽdum eſt, vt viuo filio donec in poteſtate eius liberi manent, non admittantur ad bonorum poſſeſſionem: ne qui ſuo nomine à bonorum poſſeſſione ſummouentur, per alios[n] eam † conſequantur. Sin autem emancipati à patre fuerint, vel alio modo ſui iuris effecti: ſine aliquo impedimento ad bonorum poſſeſſionem admittantur.

1. ¶ Si filius liberti omiſerit patris ſui hereditatem, hoc patrono proficiet.

XXXIX. IDEM *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

PAtroni filia ſi in adoptiua familia ſit, ad bona libertorũ paternorum admittitur.

XL. IDEM *libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI pater exheredato[o] filio ita cauit, vt ius in libertum ſaluum ei eſſet: nihil ei ad hãc rem nocet exheredatio.

XLI. PAPINIANVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

SI libertus patrono, quod ad debitam portionem attinet, ſatisfaciat, inuito tamen aliquid extorquere conetur: quid ſtatuendum eſt, quæritur. Quid enim ſi ex parte debita inſtituto, decem præterea legentur, & rogetur ſeruum proprium qui ſit decem vel minoris pretij, manumittere?[p] Iniquum eſt, & legatum velle percipere, &

titu. j. l. libertus qui. & no. C. de oper. liber. l. ſi quem.

l ¶ *De familia.* de hoc dic *vt. C. eo. l. cum fratrem.*

Q Væritur.] CASVS. Si filius patroni exheredatur, nepotes ex eo, viuo filio patroni excluduntur à bon. poſſeſsio. contra tab. ſi verò filius patroni qui erat in poteſtate, effectus eſt ſui iuris, nõ repellitur à bonorũ poſſeſsione, ſed etiam eo ſublato admittuntur. ſ. *de iure patron. l. diui.* [SI FILIVS LIBERTI.] Si libertus habet filium, & eũ inſtituit: ille omittit paternam hereditatem: proficit patrono. ſi filius habet ſubſtitutum, vocetur ad contra tabulas. vel ſi non habet, ei ſuccedat: *vt* ỉ. *de le. here. l. inteſtato.*

* *filiam.*

m ¶ *Exheredato.* mala mente parentis.

n ¶ *Per alios.* ſic. *C. de here. inſtit. l. neque. & facit.* ſ. *eod. l. qui in ſeruitutem. & l. quod ſi pater. & .ſ. de iure patro. l. qui contra.*

P Atroni.] CASVS. Si ſum patronus, filia mea ſi ſit data in adoptiuam familiam, poterit vocari per contra tabu. vnde legitimi ad bona libertorum meorum. Viuian.

† Quod enim vna via prohibetur, alia non permittitur. & *fac. c. vlt. in Gl. ſuper verbo vt perſonaliter. poſt med. ibi & quod nomine meo. extra de offic. deleg.*

S I pater.] CASVS. Si ego patronus exheredo filium hoc adiecto: volo quòd iura patronatus ſint tibi ſalua: non officio filio quin vocetur ad contra tab. in bonis liberti: quia hic non videtur mala mente exheredatus *ſupra eodem. l. ſed patronus. §. ſi quis.* Viuianus.

o ¶ *Exheredato.* vt .ſ. *eod. l. ſi patronus. §. ij. ſed.* ſ. *titu. ij. l. ſi operarum. in fi. contra.* Solu. vt ibi.

S I libertus.] CASVS. Libertus ſatisfecit patrono in debita portione. nunquid poterit repelli à contra tabulas? ſi eum inſtituit in debita portione, & inſuper legat ei decem, in legato poteſt eum grauare in portione. ſi autem ei nõ legauit, in portione eum grauare non poteſt nec legato vel fideicommiſ. vel ſubſtitutione. ¶ Not. ſicut filio non poteſt imponi in quarta debita iure naturæ aliquod grauamen: ſic nec patrono. Viuian.

p ¶ *Manumittere.* facit ad id

ad id quod not. ꝫ. ad leg. Falcid. l. si ea.
a ¶ *Herede.* in omnibus. Accursius.
b ¶ *Petierit.* quòd seruus manumittatur.
c ¶ *Accepta.* à patrono. Accursius.
d ¶ *Portione.* de hereditate in qua solus est heres patronus qui non vult manumittere.
e ¶ *Redimi.* per substitutum à patrono.

libertatem seruo non dare: sed parte debita accepta, & legato temperare, & libertatem imponere non cogi: ne seruum fortè de se malè meritum † cogatur manumittere. Quid ergo si solo eodem herede [a] instituto idem libertus petierit? [b] Si substitutum habebit: æquè decreti remediũ poterit procedere, vt accepta [c] debita portione [d] cætera pars ad substitutum perueniat: ita vt si fortè seruus redimi [e] potuisset, præstaretur libertas. Cessante verò substitutione patronum hereditatem liberti amplectentem prætor qui de fideicommisso cognoscit, libertatem seruo eum imponere cogat.

XLII. IDEM *libro tertiodecimo Quæstionum.*

Filius [f] qui* patri heres extitit, fratrem exheredatũ adrogauit: atque ita herede eo relicto defunctus est. bonorũ possessione libertum* patris naturalis exheredatus non habebit. Nam cui non exheredato [g] talis adoptio noceret, [h] nocere [i] debet exheredato: [k] quoniam pœna quæ legibus aut edicto inrogaretur, [l] adoptionis remedio non obliteraretur. [m] Paulus notat: [n] Ei qui alio iure venit, [o] quã eo quod amisit, [p] non nocet id quod perdidit: sed prodest quod habet. Sic edictum est, patrono [q] eodémque patronæ filio non obesse quòd quasi patronus dereliquit, si vt patronæ filius venire possit. 1. ¶ Papinianus: Castrensium bonorum Titium libertus fecit heredem, cæterorum aliũ. [r] Madita est à Titio hereditas. Magis nobis placebat, nondum [s] patronum possessionem contra

† Concor. cap. si quis de seruis ecclesiæ bene meritis si libertate do nauerit. collatã libertatẽ à successoribus placuit custodiri, & Gl. in verbo, bene meritis. ibi, nã pro præmio remuneran dus est seruus libertate. 12. q. 2.

* Si filios.

* possessionem liberti.

SI filium.] CASVS. Filius patroni heres extitit, & fratrem suũ exheredatum arrogauit. nunquid iste arrogatus post mortem fratris vocabitur ad bono. posses. liberti? certè non: nam edictum quod dat patronis beneficium, & eorum filiis: videtur intelligi de filiis qui non sunt exheredati mala mente. PAPINIANVS.] Libertus fecit Titium commilitonem heredem in bonis castrensibus. alius succedit in aliis bonis bona castrensia non sunt auferenda à Titio. sed si patronus non inuenitur habere legitimam portionem, de aliis bonis habebit. [CVM FILIVS.] Filius liberti dicitur partus suppositus esse, accipit bonorum poss. vtrum patronus possit petere bono. poss. contra tab? Respond. quòd sic. [SI FALSVM.] Libertus in prouincia existens dicitur fecisse testamentum, & decessisse testatus: alij dixerunt falsum pronuntiatum esse testamẽtum: & est appellatum. nunquid patronus poterit petere contra tabu. vel eius filia? sic. si est falsum, poterit succedere ab intestato, vel poterit petere debitam portionem.

f ¶ *Si filius.* s. patroni exheredatus mala mente.
g ¶ *Exheredato.* si tamen bonis patris abstinuisset.
h ¶ *Noceret.* Io. dicit quòd hic debet esse aliud non: vt dicas, non noceret. i. non prodesset. Azo. tu dic idem, siue habeas secundum non, siue non habeas.
i ¶ *Et nocere.* id est non prodesse.
k ¶ *Exheredato.* hic est sensus: Si hic filius qui frater est adoptantis, abstinuisset à bonis patris, non haberet ius in bonis liberti. sic & nunc cum est exheredatus, talis adoptio sibi prodesse non debet vt habeat ius.
l ¶ *Irrogaretur.* vt exheredatus mala mente nõ habeat cõtra tab.
m ¶ *Non obliteraretur.* i. non deleretur. *sic. C. de apostatis. leg. hi qui.* secus si à deo adoptetur. quia omnis macula abstergitur: *vt in Auth. de mona. in prin. colla. j.*
n ¶ *Paulus notat.* corrigens prædicta.
o ¶ *Venit.* vt filij filius.
p ¶ *Quod amisit.* amisit enim vt filius.
q ¶ *Patrono.* verba veteris legis. Azo. & dic quòd mater & filius manumiserunt seruum cõmunem. Sed contra hæc quæ dicit Paulus. ȷ. *de ver. sig. l. sciendum. §. item.* Sol. ibi. Item contra ꝫ. *de contra tabu. l. sub condi. §. fin.* Sol. ibi. Item contra *in eod. tit. de contra tab. l. pe. in fi.* Sed expone vt ibi. Item contra ꝫ. *de condi. & demon. l. fideicommissum.* Sed alio casu dicit. Item contra ꝫ. *eod. l. qui in seruitutem.* Sol. ibi. & eodem modo soluitur. ꝫ. *eo. quæritur. & l. quòd si à patre.* ¶ Item no. hic quod [a] quis non potest per se, potest per alium, *sic. ꝫ. de transac. l. qui cum tutorib. & ꝫ. quæ res pig. l. ij. & ȷ. de fideicom. lib. l. si filius. §. erit. & ꝫ. de inof fic. testa. filio. §. pe. & §. fin.*

* Per aliũ quis interdum iure facere potest, quod per se non potest.

tabulas petere posse. Verùm illa quæstio interuenit, an omittente eo qui reliqua bona accepit, [t] perinde Titio adcrescant, ac si partes eiusdem [u] hereditatis accepissent.* Verius mihi videtur, intestati [x] iure deferri bona cætera. Titius [y] igitur heres non poterit euitare* manumissorem, [z] cum Titio nihil auferatur: nec bonis cæteris, quæ nondum ad causam testamenti pertinent.

2. ¶ Cum filius liberti impubes qui subiectus dicitur, ex prima parte bonorum possessionẽ [a] accipiat: an patronus defuncti possessionem accipere possit, [b] quæsitum est. Et sine dubio [c] qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim. Cum enim præcedit alia possessio: qui sequitur, accipere non potest. Planè si contra eum qui subiectus dicitur, fuerit iudicatum: data non intelligitur. [d] Sed & in patrono [e] pendente controuersia [f] idem erit dicendum. [g] Planè quod ad patroni quoque personam pertinet, differri controuersia debebit. 3. ¶ Si falsum liberti testamentum ab aliis in prouincia dictum, atque ita res per appellationem extracta esset: defuncta medio tẽpore patroni filia, quã libertus heredem instituerat, filio mulieris seruauit diuus Marcus eam partem bonorum, quã filia patroni vel iure intestati, si vixisset, habere potuit. [h]

XLIII. IDEM *libro quartodecimo Quæstionum.*

IVlianus putat patronum qui Titio pro parte dimidia [i] herede instituto substitutus, eo [k] deliberante bonorum possessionem cõtra tabulas accepit, [l] si postea

* accepissẽt.

* Fl. inuitare.

r ¶ *Alium.* puta Seiũ.
s ¶ *Nondũ.* quia nõdum adiit Seius in paganicis: quod est opus: *vt. ꝫ. eo. etiam. §. vt patronus.* quorum causa potest agi, non autem pro castrensibus: *vt. C. de inof. test. l. fi. §. si tamen.* Sed & pro paganicis ita demum, si decessit non in militia. aliàs posset testari vt vellet, *vt. C. de testa. mili. l. milites.* Accur.
t ¶ *Accepit.* destinatione defuncti, non re ipsa.
u ¶ *Eiusdem.* i. alicuius cuius pars repudiata etiam inuito accrescit: *vt. C. de cad. tollen. §. his ita.* hic autem duæ sunt: *vt. ꝫ. de mili. test. l. si certarum. §. Iulianus.*
x ¶ *Intestati.* & ita patrono ab intestato: *vt supra de mili. testa. leg. si duobus. & C. de test. mili. l. j. & ij.* Sed videtur accrescere Titio: *vt. ꝫ. de mili. testam. l. idémque est.* Sed illud obtinet cum vnus solus est heres institutus extraneus, non commilito: *vt. C. de testa. mili. l. ij.*
y ¶ *Titius.* si vt legitimus ab intestato paganica possideat.
z ¶ *Manumissorem.* petentem per vnde legitimi, & per bon. pos. hereditatis pe. & accipe. ȷ. in bonis cæteris, scilicet paganicis quæ nondum &c. i. quę nõ erant adita ex testamento, cum nihil Titio auferatur, scilicet de castrensibus.
a ¶ *Bonorum poss.* vnde liberi, quæ est prima inter eas quæ deferuntur ab intesta.
b ¶ *Accipere possit.* vnde legitimi.
c ¶ *Et sine dubio.* altius exorditur. & concor. ȷ. *de iure fisci l. edicto. §. cum ante. & de adul. l. ij. §. fi. & l. seq. & l. si maritus. in prin.*
d ¶ *Non intelligitur.* sic. ꝫ. *de acquir. here. l. filius. & de inoffi. test. l. filio. in fi. & de tut. & cu. da. l. Seia.*
e ¶ *Sed & in patrono.* redit ad primum.
f ¶ *Controuersia.* suppositi partus.
g ¶ *Dicẽdũ.* vt differat, vel vt ei data nõ valeat: & hoc ꝓbat planè.
h ¶ *Habere potuit.* vt & ꝫ. *de contra tab. l. sed & si decesserit.*

IVlianus putat.] CASVS. Libertus instituit quẽdam pro dimidia: & alium pro alia dimidia: quendam substituit. dum deliberaret institutus & substitutus, patronus petiit contra tabu. si non aditur hereditas, patronus succedit ab intestato ad contra tab.
i ¶ *Pro parte dimidia.* in alia Seius fuit institutus: sed soli Titio patronus fuit substitutus.
k ¶ *Eo.* scilicet Titio.
l ¶ *Accepit.* & sic contra Titium & Seium.

a ¶ *In possessionem.* secundum tab. quæ excludit contra tab.
b ¶ *Auferantur.* vt & s. eo. *l. si libertus sub condit.* qui habet secundum tabu. *vt. s. de secun. tab. l. ij. §. si sub condi.* Sed videtur hũc amodo ex iudicio non admitti qui petit contra tabulas: *vt. s. eo. in seruitutem. §. si quis bonorum.* Respon. hoc fit, ne fiat præiudicium coheredi.

Titius non adierit hereditatem, nihil ei qui adiit hereditatem, abstulisse: non magis quàm si sub conditione fuisset institutus. igitur Titio deliberante res in incerto erit, vtrúmne semis ex substitutione in possessionem[a] conuertatur, an Titio adeunte singulis heredibus partes debitæ auferantur.[b]

XLIIII. PAVLVS *libro quinto Quæstionum.*

SI patronum ex debita portione heredem instituas,[c] & purè roges fundum dare, eique[d] sub conditione tantumdem leges:[e] in conditionem fideicommissum[f] redigitur. erit tamen & hic quod moueat. onerabitur enim patronus satisdatione fideicõmissi. Sed dicendum est, ab eo fideicõmissario cauẽdum, à quo patrono legatum est: vt vndique patronus suum ius habeat imminutum. 1. ¶ Patronus heres institutus, legato ei seruo per quẽ suppleretur debita ei portio, non petet contra tabulas bonorum possessionem, quamuis seruus clusis tabulis decessit.[g] 2. ¶ Si ex bonis quæ mortis tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hereditate vel legato, seruus tamen post mortem liberti reuersus ab hostibus augeat patrimonium: non potest patronus propterea queri, quod minus habeat in seruo quàm haberet si ex debita portione esset institutus.[h] Idem est & in alluuione † cum sit satisfactum ex his bonis quæ mortis tempore fuerunt. Idem & si pars legati liberto relicti ab eo[i] cui simul datum erat, vel hereditatis,[k] nunc illis abstinentibus adcrescat.

† *vide quæ notaui ad. l. j. in fi. s. eo. titulo.*

XLV. IDEM *libro nono Quæstionum.*

SI patronus ex sexta,[l] & seruus eius ex reliqua[m] parte sit heres institutus: nec ex serui portione fideicommissum debetur. At si seruus dumtaxat heres institutus est, puto nec hic ex debita portione præstandum.

XLVI. IDEM *libro tertio Responsorum.*

PAulus respondit: Patronus qui deceptus falsum iudicium testatoris secutus est, bonorum possessionem contra tabulas testamenti liberti petere non prohibetur.[n]

XLVII. IDEM *libro vndecimo Responsorum.*

PAulus respondit, exheredationem nepotis quę nõ notæ gratia,[o] sed alio consilio adiecta est, nocere ei non oportere quo minus contra tabulas libertorum aui bonorum possessionem petere possit. 1. ¶ Quęro, an si Titia patroni filia iactat Titium patrem suum prius quàm moreretur literas ad se fecisse, quibus adiiceret, per libertos suos maleficiis* appetitum, eásque literas se secutam, post mortem patris libertos accusare: an aliquid ei prodesse[p] possit hæc excusatio. Paulus respondit, eam quæ ex voluntate patris accusauit, non debere repelli à bonorum possessione contra tabulas: quoniam non suum iudicium, sed alienum exsecuta est.[q]

* *se appet.*

2. ¶ Patroni filius epistulã talem liberto emisit: Sempronius Zoilo liberto suo salutem. Ob merita tua, fidémque tuam quã mihi semper exhibuisti, cõcedo tibi liberam testamenti fictionem. Quæro, an patroni filio nihil relinquere debeat. Paulus respondit, eum libertum de quo quæritur, liberam testamenti factionem consecutũ non videri.[r]

3. ¶ Paulus respõdit, nepotem etiam post mortem aui conceptum, superstitem liberto bonorum possessionem cõtra tabulas liberti[s] auiti petere posse, & ad hereditatem legitimam eius admitti. respõsum enim Iuliani tãtùm ad hereditatem legitimam, item bonorum possessionẽ aui petẽdã pertinere. 4. ¶ Paulus respõdit, quãuis filij à patre milite præteriti pro exheredatis habeantur,[t] tamen non eousque silentium patris eis nocere debere, vt & à bonis libertorum auitorum repelli debeant. Idem responsum est etiam de bonis libertorum paternorum.[u]

* *Flo. superstitem.*

XLVIII. SCÆVOLA *libro secundo Responsorum.*

QVæro de eo qui libertum effracturæ crimine accu-

SI *patronus.*] CASVS. Tu patronum instituisti ex debita portione. rogasti eũ vt alicui daret fundum purè, & alteri fideicõmiss. sub audi. patronus tenetur dare legatũ, & ille tenetur cauere de fideicõmis. prestando. [PATRONVS.] Si patronus instituitur heres, & ei legatur seruus vt habeat portionẽ: certè non petet contra tabulas. Item libertus dedit debitã portionem patrono: postea auctũ est patrimoniũ eius. an patronus possit plus petere? certè non: nec ideo poterit conqueri quòd non habet legitimam portionem. Viuianus.

c ¶ *Institutus.* tu libertus. Accursius.
d ¶ *Eique.* patrono.
e ¶ *Leges.* id est præleges à coherede.
f ¶ *Fideicõmissi.* fundi purè relicti, qđ nũc fit cõditionale. & *fa. s. de leg. j. l. quidam. §. pe.*
g ¶ *Decessit.* nam tempus mortis inspicitur: *vt. s. eod. l. ij. §. j. & j. proxi. §.*
h ¶ *Institutus.* facit. s. *ad leg. Falcid. l. serui qui.*
i ¶ *Ab eo.* coherede à quo &c. Accur.
k ¶ *Vel hereditatis.* nam etiam heredi heredis accrescit: *vt. j. de cad. tollen. §. his ita.*

SI *patronus.*] CASVS. Patronus est heres institutus ex sexta parte: ex residua seruus eius. nunquid propterea poterit grauari patronus legatis & fideicõ? sic: vt non deminuatur eius legitima portio. h. d. Viuianus.

l ¶ *Ex sexta.* quæ nõ facit tertiam patrono debitam.
m ¶ *Ex reliqua parte.* patrono debita, quæ est tertia. Accursius.

PAulus.] CASVS. Si patronus per errorem iudiciũ liberti quod credebat verum, approbauit, nõ ꝓpterea repellitur à cõtra tabul. bo. pos. sic & filius q decept⁹ approbauit iudiciũ paternum. s. *de inoffic. testa. l. nihil.* Viuianus.

n ¶ *Non prohibetur.* vt & s. *de pet. here. l. legitima.* Sed contra. j. *si quid in frau. pa. l. iij. in princ.* Solu. ibi errauit in iure: hic in facto.

PAulus.] CASVS. Exheredatio facta à patrono de nepote non nocet nepoti: aliàs noceret, & repelleretur à contra tabulas. concor. *supra eodem. l. si patronus testamento. §. si quis non.* [QVÆRO.] Quædam Titia dicebat iam pater meus mittebat mihi tota die literas, & iactabat quòd faceret me heredem. postea pater est occisus à libertis libertabúsque suis. nunquid si filia accusat libertos de morte patris, repelletur à contra tabu? non. Accedit s. *ad Silan. l. si quis. §. j.* [PATRONI.] Si filius patroni misit liberto suo epistolam dicens sic, quia semper fuisti obsequiosus erga me, permitto tibi liberam testamenti factionem. nunquid ex hoc assequetur liberam testamenti factionem? Respon. quòd non [PAVLVS RESPON.] Nepos aui sui vocatur ad bono. poss. contra tab. liberti, si ab eo iniustè exheredatur. [PAVLVS RESPON.] Si filij præteriti sunt à patre milite, habentur pro exheredatis. tamẽ ista præteritio nõ excludit eos à bonorũ pos. contra tab. liberti. Viuian.

o ¶ *Notæ gratia.* i. nõ mala mente: *vt & s. e. l. si patronus. §. fi. & s. ad leg. Falcid. qui fundum. §. qui filios. & j. de suc. lib. l. j. §. sed si exheredato. & §. solu. mat. l. si vero. § si filiũ.* Accur.
p ¶ *Prodesse.* i. non nocere. Accur.
q ¶ *Secuta sit.* vt & s. *eod. l. qui cum maior. §. fin.*
r ¶ *Non videri.* vt C. *e. l. si contra.* Sol. ibi. & *facit. s. e. l. etiam. §. j. & ij. & j. ne quid in lo. pu. l. ij. §. si quis.*
s ¶ *Liberti.* sed non aui, *vt subiicit. & Inst. de here. quæ ab intesta. §. cum autẽ.* & est ratio, quia ad hoc vt quis admittatur per vnde liberi, oportet quòd sit de liberis. vel si per vnde agnati, q fuerit agnatus, & sic cognatus: *vt j. de suis & legi. l. Titius. & vnde cognati. l. j. §. si quis proximior. in fin.* & ad bona liberti admittitur & qui nunquã fuit eius cognat⁹.
t ¶ *Habeantur.* vt C. *de testa. mili. l. sicut.*
u ¶ *Paternorum. s. eo. l. si patronus. in princ. contra.* Solu. ibi.

QVæro.] CASVS. Patronus vel eius filius libertum suum de effractura accusauit. nunquid repellitur à contra tab.? sic, si accusatio fuit talis de qua debeat imponi exilium. i. perpetua deportatio. Viuianus.

In metallum.

a ¶*In metallum.* vt quia nocturni: *vt.* ĩ. *de effra.l.fi.* Accursius.

Liberto.] CASVS. Si tu furtiuè arrogas libertum meum, propterea non perdo ius meum, nec repellor à cõtra tab. bo. pos. Nam libertus alienus non debet arrogari sine patroni voluntate. ŝ. *de adopt.l.si pater.§.vlt.* Viuianus.

vt dixit Labeo. Sed videtur contra, quia Paulus contradicit. Accusaui quendam seruum de crimine capitali: ille est factus libertus patris mei. nunquid vocabor ad contra tabulas eius? & certè nihilominus. Viuianus.

p ¶*Et tu.* filius patroni.

fauit. Respondit, si eiusmodi effracturæ crimine accusatus sit, ex quo, si probaretur, in metallum[a] datus esset, denegandam bonorum possessionem.

XLIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

Liberto per obreptionem adrogato, ius suum patronus† non amittit.[b]

L. TRYPHONINVS *libro septimodecimo Disputationum.*

Nihil interest, ipse patronus scriptus heres ex minore parte adierit hereditaté, an seruũ suum scriptũ iusserit adire hereditaté quã retinet. nihilo minus enim repulsus erit à cõtra tabulas bonorũ possessione. 1. ¶ Si tamen antequã iuberet liberti hereditaté adire, seruũ vendiderit[c] aut manumiserit, & ita ipse nouus libert[o] aut emptor heres extiterit: verbis edicti non prohibetur patronus accipere contra tabulas bonorũ possessionem.[d] 2. ¶ Sed nunquid prætor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudẽ edicto eius facere voluit, vt pretio vberiore percepto, vel tacita pactione etiã hereditatis ex institutione delatę cõmodum[e] & bonorũ possessionis cõtra tabulas haberet? Faciliórque[f] suspicio per filiũ scriptũ heredé, quãuis emancipatũ adeuntem, liberti hereditaté ipsum patronũ habere:[g] cum omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto[h] paremus. 3. ¶ Si tamẽ clusis adhuc tabulis testaméti liberti, cũ ignoraret iudiciũ eius patronus, eorum quæ supra scripta sunt, circa institutũ subiectũ iuri suo fecit: amota fraudis suspicione, suo iure in bonorum possessione contra tabulas vtetur.

4. ¶ Si patronus ex debita portione a liberto script[o], rogatúsq; hereditatem restituere, suspectam dixit: & compulsus adire, cum retinere posset, restituerit: non poterit accipere contra tabulas bonorum possessionem, & quia agnouit iudicium liberti, & quia spreuit, & quasi damnauit eam possessioné. 5. ¶ Longè distat ab hoc patroni[i] filius quem[k] libertus adrogauit, & ex minore parte heredem[l] scripsit cum nemo ex familia patroni alius esset. quamquam enim hic ipso iure, quippe suus, heres[m] deprehédatur: si tamen se non immiscuit hereditati vt patris,[n] sed abstinuit quasi patroni: tamẽ filius admittendus est ad contra tabulas bonorum possessionem.

6. ¶ Si debenti patrono certam pecuniam, liberationem libertus reliquisset, ísque vsus est aduersus heredem petẽtem debitum, doli exceptione, aut acceptilatione liberatus est debito propter legatum: dicendum est eum non posse accipere cõtra tabulas bonorum possessionem.[o]

LI. LABEO *libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

Si eundem libertum & tu[p] capitis accusasti, & pater tuus manumisit:[q] non poterit tibi eius liberti bonorum possessio ex edicto prætoris dari. Paulus. immò[r] contra accidet, si quem seruum[s] accusaueris, deinde is patris tui fuerit[t] factus, & is postea eum manumisit.

DE LIBERTIS[*] VNIuersitatium.

TITVLVS III.

I. VLPIANVS *libro quadragensimonono ad Edictum.*

Municipibus[u] plenum ius in bonis libertorum libertarum defertur: hoc est, id ius quod etiã patrono. 1. ¶ Sed an omnino petere bonorũ possessioné possint, dubitatur. Mouet enim, q; consentire non possunt:[x] sed per aliũ[y] possunt petita bonorum possessione ipsi adquirere. Sed qua ratione senatus censuit vt restitui eis ex Trebelliano hereditas possit,[z] & [qua] ratione alio senatusconsulto[a] heredibus† eis institutis à liberto, adquirere hereditaté permissum est: ita bonorum[b] quoque possessioné petere dicédũ est. 2. ¶ Temporaq; bonorum possessionis petendæ cedere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda potuerunt.[c] quod & Papinianus respondit.

b ¶*Non amittit.* vt. ŝ. *de in ius vo. l. sed & si §. patronum.*

Nihil interest.] CASVS. Si patronus institutus sit heres à liberto: licet ex minori parte, nõ admittitur ad contra tab. similiter & eius heres. Vnum sciatis si patronus libertũ aliàs seruum suum antequam iubeat hereditatem adire vendiderit vel manumiserit, nõ repellitur à cõtra tab. nec denegantur ac. bo. pos. sed si patron[us] fraudet vt liberiore pretio percepto: tunc repellitur. Sed si scriptus est filius patroni, & adiuit voluntate patroni, patronus repellitur. [SI PATRONVS] Patronus fuit institutus ex debita portione, rogatus fuit hereditatẽ restituere. dixit hereditatem suspectam coactus fuit adire & restituere. nunquid repellitur à contra tab? Resp. quòd sic. [SI DEBENTI.] Patronus debet liberto certam quantitaté pecuniæ. libertus reliquit ei liberationẽ, ille suscepit liberationem, vel pacto, vel acceptilatione. nunquid videtur eius iudicium agnouisse? sic: & ideo repellitur à contra tabu. Viuianus.

c ¶*Seruum vendiderit.* patroni institutum à liberto. Accur.

d ¶*Bonorum possessionem.* quia alius est her. non ipse.

e ¶*Commodum.* quia plus vẽdit, quia est institutus. Acc.

f ¶*Faciliórque.* sc. est Accursius.

g ¶*Patronum habere.* sci. hereditatem. quasi enim habet pat. cum hab. filius.

h ¶*Ex voto.* vt. ĩ. *vnde lib. l. scripto. & de bon. dam. cum ratio. &* ŝ. *de inoffic. testa. nam & si.*

i ¶*Patroni.* mortui. Accursius.

k ¶*Quem.* filium patroni. Accur.

l ¶*Heredẽ.* patri adoptiuo.

m ¶*Heres.* liberti Ac.

n ¶*Vt patris.* s. adoptiui. Accursius.

o ¶*Bonorum possessionem.* facit. ŝ. *de lega. præstan. l. filium. §. omnibus.* Accursius.

q ¶*Manumisit.* sc. ante. nam dicit libertum. Accursius.

r ¶*Immò cõtra.* s. quãdoque vt probat. Accur.

s ¶*Seruum.* s. alienum.

t ¶*Factus fuerit.* quia forte emit. non enim facile poterat desistere: *vt arg.* ŝ. *eo. l. qui cũ maior. §. j.*

DE LIBERTIS vniuersitatum.

ADDITIO. *De[a] libertis singularũ personarũ superiori titu. dictũ est. verum quia aliqui sunt liberti vniuersitatum, ponitur huiusmodi rubrica. si quod ius habeat vniuersitas in eis, videamus. Viuianus.*

a Continuatio.

Adiungitur hic titulus vt intelligatur municipibus, collegiis, vniuersitatibus etiam dari bonorum possessioné cõtra tabulas libertorũ & vnde legitimi, quamuis incerta sint corpora. In indice legitur, De libertis municipũ & aliarum vniuersitatium. Cuiacius.

Municipib[*].] CASVS. Si municipes alicuius municipij manumittunt seruũ suum cum iuris solẽnitate, valet. & qđ ius priuatis in suis libertis dat, idẽ ius municipes habere possũt: & sic bonorũ poss. vnde legitimi, & succedere ab intestato. Vnũ sciatis, si municipes nõ petunt intra tempus quod deberent, excluduntur. Viuianus.

* De libertis municipum & aliarum vniuersitatũ additur in indice titulorum ŝ. pandectis præfixo.

u ¶*Municipibus.* i. ipsi vniuersitati.

x ¶*Non possunt.* s. facile, secundum Io. *vt supra de ori. iuris. l. ij. §. deinde quia difficile.* Azo. *& sic intelligitur infra de acqui. poss. l. j. in fine. &* ŝ. *de dolo. si ex dolo. §. j.*

y ¶*Per alium.* de hoc nõ est dubium: *vt.* ĩ. *de acqui. possess. l. ij.* Accur.

† Apronianõ, *l. omnibus.* ĩ. *ad Trebel. cuius etiã meminit Vlpia. in fragm. tit. 22. § 5.*

z ¶*Possit.* vt. ŝ. *ad senatusconsul. Trebell. omnib.*

a ¶*Senatusconsult.* cuius verba nõ habemus Sed *facit. C. de her. institu. l. hered.* Item & leg. defertur patrono hereditas lib. *vt.* ĩ. *de suis & lega. l. iij. §. si municipes.*

b ¶*Ita bonorũ quoq;* vt & . ŝ. *de bonorũ poss.*

Si eundem.] CASVS. Accusaui libertum paternum de crimine capitali per calumniam. non potero vocari ad contra tabulas

l. iij. §. à municipibus. & facit. ŝ. *de arbi. l. item si. §. principaliter.*

c ¶*Potuerunt.* eligendo & decernendo syndicum vel actorem.

DE ADSIGNANDIS LIBERTIS.

ADDITIO. *Quia liberti de quorũ operis & bonis, & quorũ iure patronat⁹ dictũ est, plerũq; adsignãtur: ponitur rubrica de adsigna. lib. à patre inter liberos, ita aliquãdo habet pater plures liberos, & vult vni adsignare libertũ suũ: quod facere licet: & ideo dicit rubrica, de adsignan. lib.*

Hic vero titulus eò spectat vt intelligatur, q̃ libertus vni ex filiis patroni adsignatus sit, nõ ideo in perpetuũ repelli ceteros à bonorũ possessione cõtra tabulas vel vnde legitimi. nã S.C. quo cõfirmatur adsignatio ita facit interim eũ solũ patronum cui facta adsignatio est vt tamẽ ceteri nõ desinãt esse patroni. l. 3. §. *si* capitis. ʒ. de bonis lib. *Adsignat libertũ patronus q̃ significat cui⁹ ex liberis suis libertũ eum esse velit. Index adsignat res nõ libert.* l. quædã famil. erciscũd. *Cui.*

SEnatusc̃õsulto.] CASVS. Fuit factũ senatusconsul. tẽporib. diui Claudij, quo cauetur vt liceat patri inter liberos libertos adsignare. & sunt verba senatus c. talia: Si pater habet plures liberos, & velit vni ex liberis adsignare libertũ: potest facere inter viuos, & in testamẽto: & nõ solum adsignare vnũ, imò plures, & licet sit locus senatusc. in singulari numero, vt possit adsignari, s. filio tamẽ pater filiis suis adsignare potest verbo pluralis numeri adsignare etiã potest verbo, nutu, & testamẽto, & codicillis. filio exheredato potest adsignare. sed si pri⁹ adsignaret, & post exheredaret mala mẽte: nõ valet. sed si adsignauerit filio. & ipse repudiat, admittũtur fratres. sed si adsignauit vni vnũ, alteri duos: valet. & si adsignauit vnũ, & decessit: alij filij vocãtur, ac si non esset facta adsignatio vni. h. d. l. ista cũ l. sequen. & princ. l. sequen. Viuianus.

* Hoc enim est adsignare. l. adsignare. ʒ. de verb. signif.

* quandoque. l. quandocunq. Aug. j. emenda. cap. 7.

† Contra Gl. in verb. lecta. ibi, adsignare autem fit verbis nutu testamento vel codicillis. ca. appellatio. de appel. lib. 6.

† In testamẽto cõtractum fieri posse hinc colligunt. adde Gl. in. l. hæredes palam. in fin. ʒ. de testamentis.

* ex vno.

DE ADSIGNANDIS libertis.

TITVLVS IIII.

I. VLPIANVS *libro. 14. ad Sabinum.*

SEnatusconsulto q̃d factum est Claudianis[a] tẽporibus Velleo Rufo[b] & Osterio Scapula cõsulib. de assignãdis libertis in hæc verba cauetur: *Si q̃ duos pluresve liberos iustis nuptiis quæsitos in potestate haberet, de liberto[c] libertáve sua significasset cui[d]* ex liberis suis eũ libertũ eámve libertã esse vellet: is,[d] eáve, quãdoq;* is qui eũ eámve manumisit inter viuos vel testamẽto, in ciuitate esse desisset,[e] solus ei patronus soláve patrona esset: perinde atque si ab eo eáve libertatẽ cõsecutus cõsecutáve est: vtiq; si ex liberis quis[f] in ciuitate esse desisset, neque ei liberi vlli essẽt cæteris eius liberis q̃ manumisit, pinde omnia iura seruẽtur, ac si nihil de eo liberto eáve liberta is parẽs significasset.* 1. ¶ Quãuis singulari sermone senatusc̃õsultũ scriptũ est: tamen & plurib. liberis & plures libertos libertásve posse adsignari certũ est. 2. ¶ Is quoq; libertus q̃ apud hostes est, adsignari[g] potest. 3. ¶ Adsignare[h] autẽ† q̃s potest q̃buscũq; verbis, vel nutu, vel testamẽto, † vel codicillis, vel viuus. 4. ¶ Adimere adsignationẽ etiã nuda volũtate poterit. 5. ¶ Sed & si exheredato[i] filio libertũ q̃s adsignauerit, valet adsignatio: nec nocet ei nota exheredationis quãtũ ad ius patronatus. 6. ¶ Sed si post assignationẽ fuerit exheredat⁹, nõ semper exheredatio adimet adsignationem: nisi hoc animo facta sit. 7. ¶ Sed si is cui adsignat⁹ est, repudiauerit: puto verius, quod & Marcellus scripsit, posse admitti fratres eius. 8. ¶ Si sit ex* patrono fili⁹ vnus, ex altero duo, & vni eorũ[k] libertus adsignat⁹ est: vidẽdũ quot partes fiãt hereditatis liberti: verũ tres, vt duas habeat is cui adsignatus est, id est suam & fratris: an verò æquales partes fiant: quoniam per adsignationem alius excluditur.[l] Et Iulianus libro septuagensimoquinto scripsit, magis esse vt bessem hic habeat qui fratrem excludit. quod verum est quamdiu frater eius[m] viuat, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem.[n] cæterùm si fuerit capite minutus.[o] æquales partes habebunt.

II. POMPONIVS *lib. 4. Senatusc̃õsultorũ.*

SEd si is cui adsignasse, decessisset relicto filio, & fratre,[p] & alterius patroni filio: semissem habiturum eum nepotem,[q] quem[r] esset filius[s] meus is qui viuit, habiturus, si ego eum libertum non adsignassem[t].

III. VLPIANVS *lib. 15.* * ad Sabinum.*

IDẽ erit dicendũ, & si is qui filiũ & nepotẽ[u] habebat. nepoti libertũ adsignauerit, admittetur nepos[x] ad legitimã hereditatẽ,[y] licet sit alterius patroni filius. & hoc contingit patrui[z] vita. cęterùm si ille non esset nihil ei prodesset adsignatio ad deminuendum ius alterius patroni filij.[a]

1. ¶ Posse[b] autẽ & nepoti adsignari certum est: & præferri filio nepotem adsignatoris constat. 2. Vnde quæri poterit, an si filiũ habeat, & ex eo nepotem, possit quasi duos habeat in potestate, ius senatusconsulti inducere. In qua specie cũ placeat,[c] etiã ei q̃ in potestate recasurus est adsignari: quare nõ admittimus, cũ vtrũq;[d] esse in potestate negare nõ possumus? 3. ¶ An autẽ[e] ad legitimã hereditatẽ admitti possit hic qui est in potestate, tractari poterit. Et cũ multi sint casus quib. & libertũ habere qui in potestate est, possit: cur non hoc quoq; admittẽdum sit, vt per eũ pater ad legitimæ hæreditatis admittatur emolumentũ? quod & Põponio rectè videtur. Habẽt autẽ liberos etiã filiifamilias: vt puta si castrensem[f] seruũ eorum quis manumiserit. 4. ¶ Emancipatos[g] quoque filios eius cui adsignatus est libertus, habere

a ¶ *Claudianis.* i. tẽpore ipsius Claudij. Acc.

b ¶ *Rufo.* hic vocatur Velleius Rufus. sed *Insti. eodem. §. fi.* Suillius Rufus.

c ¶ *De liberto.* subaudi, & de liberta.

d ¶ *Is eáve.* ista duo pronomina ad liber. referuntur,* & omitte hic, & iunge. j. consecutus conse. &c. & media leg. prius.

* Immo potius ad libertos. vt refrãtur ad id quod subiũgitur solus es patronus soláve patrona, &c.

e ¶ *Esse desisset.* per mortem naturalem, vel ciuilem, vt deportationem: *vt no. j. eo. l. iij. in fi.*

f ¶ *Ex liberis quis.* s. is cui est adsignatus, decesserit: *vt Instit. eo. §. j. & ʒ. de bonis. l. b. l. etiam si capitis.*

g ¶ *Adsignari.* & vẽdi, & promitti: *vt. ʒ. de act. emp. l. & legari: vt ʒ. de leg. j. l. id quod. & facit supra fami. ercis. propter. & de acquir. hered. l. si seruum.*

h ¶ *Adsignare.* ad hæc & sequentia *facit. j. eod. l. adsignare. & l. fi. & Insti. eo. §. fi. & ʒ. de suppellect. leg. l. Labeo. in fi. & C. de fideico. l. & in epistola.* Accursius.

i ¶ *Sed & si exheredato.* fac. *ad hæc & seq. ʒ. de bo. lib. l. Paulus resp. exheredationẽ & ʒ. de bo. poss. cõtra tab. l. non putauit. §. si quis.*

k ¶ *Eorum.* duorum.

l ¶ *Excluditur.* hoc ideo, quia in capita distribuitur hereditas: *vt Institu. de suc. lib. §. multis. & ʒ. tit. ij. l. si liber præterito. in fin.* & dic vtrumque patronum mortuũ, ne sit cõtra. *j. eo. l. si ex duobus.*

m ¶ *Frater eius.* cui fratri nõ est adsignat⁹.

n ¶ *Hereditat.* liberti.

o ¶ *Capite minutus.* maxima vel media dẽ. aliàs secus: *vt. ʒ. tit. ij. l. si lib. præterito. in prin. & l. patroni filia.* imò etiam minima si emãcipetur: *vt Insti. eod. §. vnde quæritur.*

* al. quartodecimo.

p SEd si is.] *Et fratre.* patrueli. Azo. & sub. s. nec habeas ibi copulã, imò cõsanguineo. H. & habeas hic copulã, & alterius &c. & vtraque bona.

q ¶ *Nepotem.* sci. filio decedentis.

r ¶ *Quem.* s. semissem est habiturus.

s ¶ *Filius.* sc. alter cui non fuit adsignatus.

t ¶ *Adsignasse.* patet q̃ licet filius alterius patroni deberet pferri huic nepoti: *vt. ʒ. tit. ij. l. si libertus pterito. §. j.* tamen hic nepos retinet p patruũ, licet sibi patru* habere nõ possit. *sic. j. l. px.* Sed si hic filius nõ viueret, alterius patroni filius pręponeret nepoti meo.

u IDem erit dicendum.] *Nepotem.* ex altero filio.

x ¶ *Nepos.* cui adsignatus est libertus.

y ¶ *Hereditat.* liberti.

z ¶ *Patrui.* qui & patronus erat, sed nõ succedebat prohibẽte adsignatione facta in filio alterius fratris. H. idem si viuat suus pater: *vt. j. proxi.*

a ¶ *Patroni filij.* præponeretur enim ei alterius patroni filius.

b ¶ *Posse.* repetit prædicta vt addat, ibi. vnde &c. *& facit. Institu. eo. §. non tantum.*

c ¶ *Placeat.* adsignãri.

d ¶ *Vtrumque.* i. patrem eius & filium.

e ¶ *An autẽ.* licet adsignatio tenet de nepote viuo patre nepotis, dubium tamen erat an succedat: & dicit quòd sic. & probat per fimilia. *& facit supra de bo. lib. l. si libertus præterito. in prin.*

f ¶ *Castrense.* vt. *ʒ. de bo. lib. l. si filius.* idẽ hodie in aduẽtitia causa.

g ¶ *Emancipatos.* exponit quod dixit *sup. l. j. §. vtique. ibi,* neque enim liberti &c.

Ad

commodum ſenatuſconſulti puto: non vt ad legitimam[a] hereditatem admittãtur, ſed ad ea quæ poſſunt. 5. ¶ Secundum quod liberto inteſtato defuncto, quoniã ad legitimam hereditatẽ admitti non poſſunt,[b] videndum ne admittatur filius adſignatoris in familia remanens, an non. Et putem emancipatos per prætorem præferendos.[c] 6. ¶ Liberos autẽ eius cui adſignatus eſt, accipere debemus non ſolum filios, verũ etiam nepotes & neptes, & deinceps deſcendentes. 7. ¶ Si quis duobus adſignauerit libertum, & alter in ciuitate eſſe ſine liberis deſierit,[d] alter non.

IIII. POMPONIVS *libro quarto Senatuſconſultorum.*

VEl viu[*][e] noluerit † ad ſe hereditatẽ liberti[f] pertinere:

V. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

VTrum portio eius qui in ciuitate eſſe deſiit, vel repudiauit, in familiã[g] redeat: an verò ei potius adcreſcat, in cuius perſona durat adſignatio? Et Iulianus libro ſeptuageſimoquinto ſcripſit, adſignationem in huius ſolius perſona locum habere, & ſolum admittendum. quod eſt verum. 1. ¶ Quòd ſi non * ſine liberis deceſſerit, an cum viuo admittatur? Et putat adhuc ſolum admittendum: defuncto autem eo liberos alterius ſuccedere: nõ in familiam libertum redire.

2. ¶ Sed ſi ex duobus iſtis alter filios, alter nepotes reliquerit: an ſimul ad legitimam hereditatem admittantur? Et puto[h] ordinem inter eos faciendum.

VI. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

SI ſeruus liber eſſe iuſſus fuerit, & filio legatus, deinde viuus teſtator eum manumiſerit: ad filium libertus quaſi adſignatus pertinet. hoc ita eſt, ſiue expreſſum eſt, vel certè intellexit,[i] non quaſi ſeruum eum legaſſe, ſed quaſi libertum adſignaſſe.

VII. SCÆVOLA *libro ſecundo Regularum.*

ADſignare & purè, & ſub cõditione, & per epiſtulã, vel teſtationem, vel chirographum poſſumus: quia obſignatio liberti neque quaſi legatum neque quaſi fideicommiſſum percipitur denique nec fideicommiſſo onerari[k] poteſt.

VIII. MODESTINVS *libro ſeptimo Differentiarum.*

LIberi patroni quanquam & ipſi in pleriſque cauſis manumiſſoris iure cenſentur, tamẽ paternum libertum liberis ſuis adſignare non potuerunt,[l] etiam ſi eis à parente fuerit adſignatus. idque & Iulianus & Marcellus probant.

IX. IDEM *libro nono Pandectarum.*

VTrum ei tãtùm qui in poteſtate ſit, an etiam emancipato filio adſignare libertum patronus poſſit, ſi modo non pauciores,[m] quãm duos prætera in poteſtate habeat, dubitari ſolet. Ei magis eſt poſſe.[n]

X. TERENTIVS *Clemens libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SVb conditione vel in diem liberto adſignato, interim pendente die vel conditione omnia perinde obſeruabuntur, ac ſi adſignatus nõ eſſet. itaq; mortuo eo interim ad omnes liberos hereditas & bonorum poſſeſſio pertinebit. 1. ¶ Si vni purè, alij ſub conditione libertus adſignatus ſit: eum cui purè adſignatus ſit, pendente conditione ſolum[o] patroni ius habere dicendum eſt.

XI. PAPINIANVS *libro quartodecimo Reſponſorum.*

ALimentorum cauſa libertos filiis adtributos, filiis adſignatos non videri reſpondi: cum ea ratione libertis conſuli patronus voluerit, quo facilius voluntatis emolumentum conſequantur,[p] ſaluo iure communi.[q]

XII. POMPONIVS *libro duodecimo Epiſtularum.*

SI ex duobus patronis alter eorum filio ſuo libertum adſignauerit: non obſtat quo minus alter patronus ius ſolidum[r] ſuum habeat.

XIII. IDEM *libro. 4. Senatuſconſultorũ.*

a ¶ *Ad legitimã.* de iure ciuili, ſed per prætorẽ: *vt. ĩ. ſtatim ſeq. rur*
b ¶ *Non poſſunt.* ſ. emancipati.
c ¶ *Præferendos.* prætoris iure.

Si quis duobus.] CASVS. In §. iſto cum duabus ll. ſeq. dicitur: Pater libertum ſuum duobus ex filiis ſuis aſſignat. alter eſt deportatus ſine liberis, vel repudiat hereditatem liberti. remanet alter in ciuitate, & liberti here. non repudiat. nunquid portio illius accreſcit alteri? ſic. nam iſta aſſignatio eſt intelligenda, ſi ambo viuãt in ciuitate. ambo ſunt patroni. ſed ſi alter deportatur, & alter moretur cum liberis eius liberi vocantur ad here. liberti. Viuia.

d ¶ *Deſierit.* morte naturali: vel[a] ciuili, vt[b] de portatione. nã & tunc liberti remanent liberis ad ſuccedẽdum: *vt not. ĩ. de inter. & re. l. iij. §. j.* Accur.

e *VEl viuus.* patronus.

f ¶ *Liberti.* mortui. nam in vita non tenet repudiatio: *vt ſupra de acqui. here. l. qui ſuperſtitis.*

g *VTrum.*] Familiã. patroni.

h ¶ *Et puto.* ¶ Not. ius accreſcendi mirabile. nam aliàs poſt ius acquiſitum ceſſat ius accreſcendi in vſufru. *vt ſ. de vſufru. ac. l. j. §. fin. & facit Inſtitu. de lega. §. ſi ea. & C. ſi ſoc. l. tm. l. j. lib. x.* ¶ Sed contra *Inſtitu. eod. §. datur.* Sol. refert vni eorum aſſignauerit: vt tunc eo decedente ad eius libertos, vt ibi. an duobus: & tunc altero deficiente ad alterum alterius ſobole excluſa. Accur.

SI ſeruus.] CASVS. Teſtator ſeruum ſuum iuſſit liberum eſſe. eundem filio ſuo legauit. poſtea eundẽ manumiſit. nunquid ad filium tanquam aſſignatus pertinebit? certe ſic. Viuianus.

i ¶ *Intellexit.* hic eſt tacita adſignatio.

ADſignare.] CASVS Pater poteſt adſignare libertũ filio ſuo pu e, ſub cõditione, & inter præſentes & inter abſentes poteſt: & quaſi iure legati & fideicommiſſi. Viuia.

k ¶ *Onerari.* ſic. *ſ. de le. j. l. videndum. & Cod. de fideicom. l. ab eo. & facit. ĩ. de verb. ſign. l. aſſignare. & ſ. eo. l. j. §. aſſignare.* Acc.

LIberi patroni.] CASVS. Liberi patroni licet cenſeantur patroni tamen libertum patris ſui non poſſent adſignare, licèt pater eis adſignaſſet. Viuianus.

l ¶ *Non potuerunt.* nec poteſt iudex adſignare, *vt. ſ. de iure pat. l. fi.* ff. Infort.

VTrum ei.] CASVS. Et certe poteſt patronus adſignare libertũ filio qui eſt in poteſtate eius, & etiam emancipato. Viuia.

m ¶ *Pauciores.* ſi eum viuum ſolum haberet, fruſtra fieret adſignatio quia ſolus & ſine adſignatione eum habiturus eſt. Azo.

n ¶ *Poſſe.* An[a] emancipato poſſit adſignari? Placen. ſic. & dicit hic poſſe etiã emancipato adſignari. Sed contra *Inſtit. eo. §. datur.* vbi[b] per ſuperueniẽtem emancipationẽ euaneſcit adſignatio. Sed dicit P. nõ eſſe inconueniens: *vt. ſ. de arb. l. nõ diſtinguemus. §. ſatiſdatio.* Sed Io. dixit non poſſe adſignari emancipato per. l. contrariã. & hic etiam dixit poſſe: ſcil. filio in poteſtate conſtituto. *& in. d. l. de arbi.* non dicit extingui cõpromiſſum, ſed arbitrum non cogi pronuntiare.

n ¶ *Poſſe.* ſcilicet ei ſoli adſignare qui eſt in poteſtate, ſecundum Azo.

SVb conditione.] CASVS. Si aliquis libertus adſignatur filio patroni, vel ſub cõditione, vel in diem: pendente die vel condit. adſignatio non ſortitur effectum: quòd ſi teſtator adſignauerit vni purè, alteri ſub cõdit. nunquid pendente condit. erit ſolus dominus cui pure adſignatus eſt? & dicitur quòd ſic. Viuianus.

o *Solum.* non dicit ꝙ habet totum. vel illud eſt ideo, quia ius[c] patronatus eſt indiuiduũ ſecundũ Azo. *& facit ſ. de vſufru. ac. l. idem eſt. §. ſi mihi. & ſ. ad Treb. l. j. ſed & quoties* Sed arg. cõtra. *ſ. ſi pars heredi. pe. l. ij.*

ALimentorũ.] CASVS. Cum patronus vult adſignare libertum vni ex filiis, non videtur adſignare alimentorum cauſa, ſed vt interim ius patronatus pertineat ad illum.

p ¶ *Conſequantur.* vt *ſ. de ali. leg. l. ij.*

q ¶ *Saluo iure communi.* quod habent in libertos paternos.

SI ex duobus] CASVS. Si duo ſunt patroni, & quilibet habet filiũ: ſi vnus adſignat libertum filio ſuo, non nocet alteri patrono, quin filio ſuo poſſit adſignare. h. d.

Habeat. ſ. de ope. lib. l. ſi duob. Secus ſi vnus excluditur aliter à patrono ſuo. *ſ. de in rem verſ. l. ſi duo.*

r ¶ *Solidum.* ¶ No. ad quæſtionem de vſufru. quem habet ille qui monachatur, l. quòd finiatur ſicut eſſet finitus non facta tranſlatione in monaſterium. H. *& facit. ſ. de oper. liber. l. duorum.*

a Mors alia naturalis, alia ciuilis.
b Mortis ciuilis ſpecies eſt deportatio.

† Malè quidã legũt voluerit. August. *lib. 4. cap. vlt.*

* Sic Flor. vulg. editio non habet negationẽ, malè. Anto. August. *lib. 4. ca. vlt.* ego in omni manuſcr. reperi negationem.

a Adſignet libertus emancipato poteſt.

b Adſignatio liberti vni liberorũ facta, eius emancipatione an euaneſcat.

c Indiuiduũ eſt ius patronatus.

TEstamento.] CASVS. Aliquis potest iubere seruum suũ esse liberũ, & eundẽ adsignare vni ex liberis suis. Itẽ dicit ꝙ libertum possum adsignare liberis iã natis. Sed nunquid possumus etiã posthumos adsignare? certe sic, [QVOD INQVIT.] Dicit senatus, si libertum duobus ex liberis meis adsignauit, & vnus desiit esse in ciuitate: sol⁹ est patronus q remansit in ciuitate. secus si vnus ex liberis meis capit, propter spẽ postliminij. h. d. In perpetuũ. per deportationẽ. Posit. ꝫ. eo. l. ij. in fine. cum l. seq. si capit vnus ab hostib. propter spẽ postliminij nõ capt⁹ nõ erit insolidũ patronus. [EX DIE.] Possum adsignare filio libertũ non à die in antea si sit suus: sed si vellẽ adsignare vsque in diem certum, non possum. h. d. nondum potest fieri hoc pure in diem. i. in adueniente die perpetuo sicut patronus. ꝫ. eod. l. libertus. in fin.

TEstamento [a] potest quis & seruũ manumittere, & eundem vt libertũ adsignare. 1. ¶ De liberis qui sunt in potestate, senatus locut⁹ est. ergo [b] de postumis nihil hoc senatusconsulto prouisum est. magis. tamẽ puto etiam postumos contineri. 2. ¶ Quod inquit [c] senatus, *Si ex liberis quis in ciuitate esse desisset*, cum significat qui in perpetuum in ciuitate esse desierit, non etiam si quis ab hostibus captus reuerti possit.

3. ¶ Ex die quoque certa adsignari potest: sed vsq; in diẽ certũ vix potest. [d] nã ipse senatus huic negotio finem [e] præposuit.

a Testator potest testamẽto suo libertum vni liberorum adsignare, vt eius solius sit libertus cui fuerit adsignatus.
b Posthumi liberorum appellatione in dubio intelligũt.
c Vix pro nullo modo.

a ¶ *Testamento*. facit. [a] ꝫ. *eo. l. j. §. adsignare*.
b ¶ *Ergo*. bene [b] valet hoc arg. *vt. ꝫ. de colla. bon. l. fin. in fin.* Accur.
c ¶ *Quod inquit senatus*. ꝫ. *eod. l. j. §. vtique si ex liberis*.
d ¶ *Vix potest*. i. [c] nullo modo potest. *sic. ꝫ. ad Vellea. l. tutor.* Sed aliàs aliter: *vt. ꝫ. de iud. l. vix*.
e ¶ *Finem*. per hoc ꝙ quiuis sine liberis in ciuitate esse definit: *vt ꝫ. eod. l. j. §. vtique si ex liberis*.

SI QVID IN FRAVDEM patroni factum sit.

TITVLVS V.

1. VLPIANVS *libro quadragensimo quarto ad Edictum*.

SI quid dolo malo liberti factũ esse [f] dicetur, siue testamẽto facto, siue intestato libertus decesserit, quo minus quàm pars debita [g] bonorũ ad eorũ quẽ perueniat, qui contra tabulas bonorũ possessionem accipere possunt: cognoscit prætor, & operã dat ne ea res ei fraudi [h] sit. † 1. ¶ Si alienatio [i] dolo malo facta sit: nõ quærimus vtrũ mortis causa facta sit, an nõ sit. omni enim modo reuocatur. Si verò nõ sit dolo malo [k] facta, sed aliàs: tunc actori probandũ erit [l] mortis causa factam alienationem. Si enim proponas mortis causa factam alienationem: non requirimus vtrũ dolo malo facta sit, an non sit. sufficit enim docere mortis causa factam. nec immerito. mortis causa enim donationes comparantur legatis. [m] & sicut in legatis nõ quærimus, dolo malo factũ sit, an nõ sit: ita nec in mortis causa donationib. 2. ¶ Quod autẽ mortis causa filio [n] donatũ est, non reuocatur. nã cui liberũ fuit legare [o] filio quantum vellet: is donando nõ videtur fraudasse patronum. 3. ¶ Omne autem quodcunq; in fraudem patroni gestum est, reuocatur. 4. ¶ Dolũ accipere nos oportet eius qui alienauit, [p] nõ eius cui alienatum est. & ita euenit, vt qui fraudis vel doli conscius non fuit, carere debeat re in fraudem patroni alienata, [q] etsi putauit ingenuum, nec credidit libertinum.

5. ¶ Aduersus compatronum qui contra tabulas bonorum possessionem omisit. , [r]

SI QVID IN fraudem &c.

† Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debet. Concor. c. ad nostrã. extra de empt. & ven.
d Continuatio secundum Vivian.

ADDITIO. *Quia* [d] *patroni & eorum liberi quibus liberti adsignantur, habẽt ius in bonis lib. ꝫ. de bo. lib. l. j. & plerũque liberti alienant bona in fraudẽ patroni. aliquãdo in fraudem legis, nõ patroni: ideo ponitur rub. an liceat liberto alienare: & quo iure, videam⁹. circa hoc subiicio hic diuisionẽ: Cũ alienat libertus: aut in frau. l. aut patroni. si in frau. l. si minor cẽtenario, ipso iure nõ valet.* ꝫ. de iu. patr. l. libert⁹ *si alienat in frau. patro. tũc si alienat in frau. reuocat patro.* ĵ. eo. l. tenet. §. j. *adhibita distinct. aut alienat inter viuos, aut in vltima voluntate.* ĵ. l. j. in prin. *& per totũ. V iui.*

Sequitur portio alia iuris patrona. [a] *actio Fabiana quæ patrono cõpetit liberto testato, & actio Caluisiana, quæ intestat.* l. iij. §. si intestatus. ĵ. l. iij. C. eo. *ad detrahendam portionem debitam verecũdiæ patronali, quã dixit ꝫ. esse semissem bonorũ liberti vel trientẽ, ex alienationibus inter viuos factis in fraudem patroni & ex mortis causa donationibus & legatis. Patronus nõ est creditor. l. vj. in fi. De lege Cornel. de falcid. alioquin haberet Paulianã actionẽ. Cuia.*

SI quid.] CASVS. in princip. huius legis dicitur, libertus erat diues. patronus dilapidabat totum patrimonium suum. dicebant seminantes zizaniam liberto: Scis heu quid dicit patronus? non. Or scias quòd patronus dilapidat suam substantiam qui succedet tibi. dixit iste: Habet istam spem quòd succedet mihi? quid fecit: cum haberet in bonis mille. alienauit nongenta dolo malo. nunquid subuenitur patrono? sic, & alienata in frau. suã poterit reuocare. [SI ALIENATIO.] Si libert⁹ alienauit in frau. patroni: nõ quærimus an alienat causa mortis, vel inter viuos. in dona. causa mortis nõ requirimus dolũ: vel si dolo malo facta sit, subuenitur patrono in alienatiõe dolo malo facta: siue sit alienatũ inter viuos siue in vltima volũtate. cætera sunt plana vsq; ad. §. vtrũ. vbi dicit: Nunquid si libertus non acquirit, videtur facere in frau. patroni? certè nõ. Sed si vocatus est in iudicio, & cõfessus est in frau. patroni, habet locũ istud edictũ. sed si cum posset mouere querelã, noluit mouere: nõ habet locum. ꝙ si libertus donat filiæ in dotẽ, non videt patronũ fraudare. ¶ Quid si libertus donat vel alienat pluribus? an omnes tenẽtur Fauiana act. & Caluisiana? Respon. ꝙ sic. h. d. vsque ad. §. si quis. [SI QVIS.] Si libertus vendit in fraudem patroni, vel locat, qualiter subuenitur? datur electio emptori, vel reddere rem, vel pretium supplere. sed si emit rem maiori pretio, nõ datur electio patrono. ¶ Sed quid si libertus alienat rem iusto pretio, patronus vult reuocare, quia est eius heres ratione vniuersitatis? nunquid ista ratio est spectanda? sic. Sed quid si mutuo pecuniam accepit in fraudem patroni? si donauit alteri, tenetur Fauiana act. si autem finxerit se accipere, & non accepit: tenetur Fauiana acti. hoc dicit. [SI FIDEIVSSIT.] Si libertus fideiubet apud me in fraudem sui patroni, vel rem obligat: ego creditor Fauiana non teneor. sed illi pro quo fideiussit, tenetur mãda. Verum si donandi causa fideiussit: tunc locus erit Fauianæ actioni. & quod dictum est in fideiussione, idẽ in mandato. [QVAMVIS.] Si libertus alienat in fraudem patroni: si in parte fraudat patronum, illa reuocatur Fauiana. quid si sit indiuiduum? tunc ratione indiuiduitatis totum debet auocari. [SI SERVO.] Libertus tuus dedit seruo meo aliquid in fraudẽ tuã. nunquid in me dabitur actio, ꝙ iussu tuo datũ est? Respõ. quòd sic, & teneor Fauiana insolidum. aliter de peculio, vel de in rem verso. [SI CVM SERVO.] In fraudẽ patroni contraxisti cum seruo meo. seruus manumissus est. nunquid competit act. tibi? certe sic. quia inspicimus fraudẽ liberti non manumissi. & ideo contra me dominum poterit dari ac. de pecu. intra annum. Et hæc actio. Fauiana & Caluisiana est personalis, non realis, & competit patrono. & cæteris successoribus competit in heredes, & in cæteros successores. Accedit. ꝫ. *de peti. here. quòd si debet. §. pe.* [SI LIBERTVS.] Si libertus alienauit aliqua in fraudẽ patroni: mortuo patrono filius eius cœpit petere contra tab. quia præteritus: nunquid poterit agere Fauiana? sic, & reuocare alienata. Vnum sciatis, in Fauiana veniunt fructus percepti post litem conte. & fructus præteriti. h. d. cum. l. seq. Accursius.

f ¶ *Factum esse*. alienando vel deminuendo aliquo tempore.
g ¶ *Debita* quæ est tertia: *vt Insti. de suc. lib. §. sed nostra*.
h ¶ *Fraudi*. i. damno, dando ei reuocatorias actiones.
i ¶ *Si alienatio*. dic si alienat gratis & dolo, reuocatur. vt hic. si non dolo vt inter viuos, non reuocatur: *vt. ꝫ. de proba. l. patronus*. sed in vltima voluntate sic. *vt subiicit, si vero non sit &c.* si vero nõ gratis, non reuocatur: licet quandoque temperetur: *vt. ĵ. eod. §. si quis. & . §. si mutuam*.
k ¶ *Dolo malo*. liberti alienantis.
l ¶ *Probandum erit*. ex quo cõstat aliàs non esse dolũ commissum.
m ¶ *Legatis. vt & . ĵ. de dona. cau. mor. l. illud*. quę legata non debẽtur nisi deducto ære alieno: *vt sup. ad Treb. l. j. §. antepe* at [a] tertia patroni est vt æs alienum: vt quarta arrogati: *vt. ĵ. de dona. l. si patronus. & sup. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis ex his. & fac. sup. de iure pa. l. si libertus. in prin. & . §. plane. & sup. de pe. hered. l. quòd si in diem. §. idem scribit*.
n ¶ *Filio*. liberti, à liberto patre.
o ¶ *Legare*. fili⁹ enĩ excludit patronũ: *vt Inst. de suc. li. §. sed nostra*.
p ¶ *Alienauit*. gratuitò.
q ¶ *Alienata*. gratis: [b] alioquin cõtra: *vt. ĵ. e. l. si quis in fraudem.* & sic in ti. lucratiuo cõuenit cũ re alienata in fraudẽ creditorũ: *vt. C. de iis quæ in frau. cred. l. pe.* at in nõ lucratiuo differt: *vt. ĵ. §. si quis*.
r ¶ *Omisit*. & necesse habuit omittere, cum suam partem habeat quoquo tit. scilicet dona. cau. mortis: *vt hic. & supra de bo. lib. l. si patronum. §. si ex bonis*.

a Legitima patroni & adrogati detrahitur vt æs alienum.
b Alienatio alia gratuita est, alia pretio accepto.

Non

Fauiana nõ cõpetit, si non plus[a] sit in ea quod donatũ[b] est, quàm pars debita patrono. quare si mortis causa ei[d] donatũ sit, partẽ faciet cũ patrono,[d] quẽadmodum legatari⁹ patronus facit. 6. ¶ Verũ autẽ ad ea sola reuocãda Fauiana pertinet, quæ qs libertus de bonis deminuit, an etiã ad ea quæ non adquisiit, videndũ est. Et ait Iulianus libro vicẽsimosexto Digestorũ si hereditatẽ libertus nõ adierit fraudandi patroni causa, vel legatũ repulerit: Fauianã cessare.[e] quod mihi videtur verum. quáuis enim legatũ retro nostrũ sit, nisi repudietur: attamen cum repudiatur, retro nostrũ nõ fuisse palá[f] est. In cæteris quoq; liberalitatibus quas non admisit is libertus cui quis donatũ voluit, idem erit probandũ Fauianã cessare. sufficit enim patrono, si nihil de suo in necem eius libertus alienauit: nõ si nõ adq̃siit.[g] Proinde & si cum sub conditione ei legatum esset, id egit, ne cõditio existeret: vel si sub cõditione stipulatus fuerit, maluit deficere conditionẽ: dicendũ est Fauianã cessare. 7. ¶ Quid si in lite vinci voluit? si quidẽ condemnatus est data opera, vel in iure confessus: dicendũ erit Fauianã locum habere.[h] Quòd si noluit obtinere cum peteret, hic videndũ. Et puto hunc deminuisse de patrimonio. actionem enim bonis deminuit, quẽadmodũ si passus esset actionis diem abire.[i] 8. ¶ Sed si puta querelã inofficiosi quã potuit, vel quã aliã, fortè iniuriarũ, vel similẽ instituere noluit, non potest patronus ob eam rem Fauiana experiri.[k] 9. ¶ At si transegit in fraudẽ patroni, poterit patronus Fauiana vti. 10. ¶ Sed si libertus filiã dotauit, hoc ipso q̃ dotauit, nõ videtur fraudare patronum: quia pietas patris nõ est reprehendenda.[l] 11. ¶ Si pluribus in fraudẽ libertus donauerit, vel pluribus mortis causa: æqualiter patronus aduersus omnes[m] in partẽ sibi debitã siue Fauiana siue Caluisiana[n] experietur.

12. ¶ Si quis in fraudẽ patronorũ rẽ vẽdiderit, vel locauerit, vel permutauerit: quale sit arbitriũ iudicis, videamus. Et in re quidẽ distracta[o] deferri cõditio debet emptori,[p] verũ malit rem emptam habere iusto pretio,[q] an verò à re discedere pretio recepta. neq; omnimodo rescindere debemus vẽditionẽ, quasi libertus ius vẽdendi non habuerit: ne fraudemus † pretio emptorem:[r] maximè cum de dolo eius non disputetur, sed de dolo liberti.

13. ¶ Sed si emerit in fraudem patroni libertus:[s] æquè dicendũ, si magno[t] emit in pretio releuãdum patronũ: cõditione nõ ipsi delata an velit ab emptione discedere, sed venditori verũ malit de pretio remittere, an potius rẽ quam vendidit, recipere persoluto pretio. Et in permutatione, & in locatione & conductione similiter idem obseruabimus.

14. ¶ Sed si rẽ quidẽ bona fide vendiderit & sine vlla gratia libertus, pretium autẽ acceptũ alij donauit: vidẽdũ erit quis Fauiana inquietetur: verũ qui rẽ emit, an verò is qui pretiũ dono accepit. Et Pomponius libro octagẽsimotertio rectè scripsit, emptorẽ non esse inquietãdũ. fraus enim patrono in pretio facta est. eũ igitur qui pretiũ dono accepit, Fauiana cõueniẽdũ. 15. ¶ Et aliàs videamus si dicat patronus rẽ quidẽ iusto pretio venisse verũtamen hoc interesse sua, nõ esse venũdatã, inq; hoc esse fraudẽ, q̃d venierit possessio in quã habet patron⁹ affectionẽ vel opportunitatis, vel vicinitatis, † vel cœli, vel quòd illic educatus sit, vel parentes sepulti: an debeat audiri volens reuocare. Sed nullo pacto erit audiendus. fraus enim in damno accipitur pecuniario.[u] 16. ¶ Sed si fortè & res vilius distracta sit, & pretium alij donatum: vterque Fauiano iudicio conuenietur, & qui vili emit, & qui pecuniam accepit muneri. is tamen qui emit, si malit rem restituere, nõ aliàs restituet, quàm si pretium quod numerauit, recipiat. Quid ergo si delegatus emptor soluit ei cui donabat libertus, an nihilo minus recuperaret? Et magis est vt recuperare debeat, licet pretiũ ad alium peruenit qui soluendo non est. nam & si acceptum pretium libertus prodegisset,[x] diceremus nihilo minus eum qui dedit, recipere debere, si velit ab emptione discedere. 17. ¶ Si mutuam pecuniã libertus in fraudẽ patroni acceperit, an Fauiana locum habeat, videamus: & quod remedium in hoc est. accepit mutuã. si quod accepit, donauit, conuenit eum patronus cui donauit libertus. sed* accepit, & prodegit, non debet perdere qui mutuum dedit: nec ei imputari cur dedit. 18. ¶ Planè si non accepit, & spopondit[y] stipulanti, erit Fauianæ locus. 19. ¶ Si fideiussit apud me libertus, vel rem suam pro alio pignori dedit in necẽ patroni: an Fauiana locum habeat, videamus: & nunquid cũ damno meo nõ debeat patrono subueniri. neq; enim donauit aliquid mihi, si pro aliquo interuenit qui non fuit soluendo. eoq; iure vtimur, igitur creditor non poterit Fauiana conueniri: debitor poterit quidem, sed potest & mandati. Planè si deficiat mãdati actio, quia donationis[z] causa interuenit: erit Fauianæ locus. 20. ¶ Sed & si mandator extitit pro aliquo libertus, idem erit probandũ. 21. ¶ Quanuis autem[a]

* sedũ acce.

† Vicinitatis ratione quanti æstimanda sit res, eleganter Erasmus Chiliad. prima centur. prima Prouerb. 31. Aliquid mali propter vicinum malum.

7. ¶ Hos itaq;^i inter ſe, ꝙ adfinitatis cauſa parentium liberorúmq; loco habentur, matrimonio copulari nefas † eſt. 8. ¶ Sciẽdũ eſt, neq; cognationẽ neq; adfinitatẽ eſſe poſſe, niſi nuptię^k nõ interdictæ ſint, ex quibus adfinitas coniũgitur. 9. ¶ Libertini libertinæq; inter ſe adfines eſſe poſſũt. 10. ¶ In adoptionẽ datus aut emãcipatus quaſcũq; cognationes adfinitatéſq; habuit, retinet: adgnationis iura perdit.^l ſed in eã familiã ad quã per adoptionẽ venit, nemo eſt illi cognatus præter patrẽ, eóſve quibus adgnaſcitur. adfinis^m autem ei omnino in ea familia nemo eſt.^n 11. ¶ Is cui aqua & igni interdictũ eſt, aut aliquo modo capite deminutus eſt, ita vt libertatem & ciuitatẽ amitteret: & cognationes & adfinitates omnes quas antè habuit, amittit.^o

V. PAVLVS *libro ſexto ad Plautium.*

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, non eſſe^p eos fratres: ſi filio meo mortuo Titium adoptauero, videri eum defuncti fratrẽ fuiſſe Arrianus ait.^q

VI. VLPIANVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

LAbeo ſcribit, nepotis ex filia mea nati vxorẽ nurũ mihi eſſe. 1. ¶ Generi & nur⁹ appellatiõe ſpõſus quoq; & ſpõſa cõtinetur.^r Itẽ ſocri* & ſocrus appellatione ſponſorum parentes contineri videntur.

* Etenim ſocerũ.

VII. SCÆVOLA *libro quarto Regularum.*

PRiuignus etiam is^ſ eſt, qui vulgo conceptus, ex ea natus eſt, quæ poſtea mihi nupſit: æquè & is, qui cùm in concubinatu erat mater eius, natus ex ea eſt, eáque poſtea alij nupta ſit.

VIII. POMPONIVS *libro primo Enchiridij.*

SErfuius rectè dicebat, ſocri,* & ſocrus, & generi & nurus appellationẽ etiã ex ſpõſalibus adquiri.^t

* ſocerũ.

ſcilicet adoptio.

n ¶ Nemo eſt. imò patris adoptiui vxor eſt ei nouerca: vt. ſ. de ritu nupt. l. adoptiuus. in princ. ſed ibi nõ conſequit adfinitatẽ in familia adoptãtis. nec enim vxor adoptãtis eſt de ſua adotatoris familia. 2. Vel dic, nõ eſt verè adfinitas, ſed adfinitatis locũ obtinet quo ad phibitionẽ nuptiarũ: ſicut in ea. l. §. ſeruiles. ſecundum Ioan.

o ¶ Amittit. Inſtit. de cap. demi. §. quod autẽ.

SI filium.] CASVS. Filiũ meũ naturalem emãcipaui. poſtea aliquẽ extraneũ adoptaui. nũquid erũt adgnati? Non. vnde filio meo mortuo fili⁹ adoptiuus remanet meus fili⁹. Vi.

* illi.

† Alciat. lib. 2. prætermiſſ.

p ¶ Non eſſe. ſic Inſtit. de nup. §. inter eas. in ſi.

q ¶ Arrianus ait. contra. ſ. de adop. l. antepe.

Iliados. ſ.

LAbeo ait.] CASVS. Vxor nepotis nati ex filia mea habet loco nurus: ſicut eſt ſi quis habet in vxorẽ filiam meã, vel neptem ex filio meo, mihi loco generi habetur. Viuian.

† i. leuir meæ canis, omnis mali cauſatricis, horridæ.

Iliad. legitur ἀνέγων ἤγαγε.

† i. ſiue alicubi ingloſium aut inaterum ſpecioſis peplis.

r ¶ Cõtinetur. aliàs cõtineri: & dic im ppriè, non ppriè: vt. ſ. de ritu nupt. l. ſi qua. §. j. aliàs nõ cõtineri: & tũc dic in ſenſu pprio: vt. ſ. eo. non facilè. §. & quidẽ.

† Contra. c. con. iunctiones. 35. q. 1.

ſ PRiuignus etiã is eſt. interpretatiuè, nõ propriè: vt. ſ. l. non facilè. §. priuignus.

t SEruius.] Acquiri. vt Inſti. de nupt. §. ſi vxor. & facit. ſ. de teſti. l. in legibus.

STemmata.] CASVS. Or ſeigneurs. l. iſtã

IX.

IX. PAVLVS *libro 4. Sententiarum.*

Στέμματα [a] † cognationum directo limite in duas lineas † ſeparantur: quarum altera ſuperior, altera inferior. Ex ſuperiore autem & ſecundo gradu [b] tranſuerſæ lineæ pendent, quas omnes latiore tractatu habito in librum ſingularem conteximus.*

X. IDEM *libro ſingulari de Gradibus & adfinibus, & nominibus eorum.*

Iuriſconſultus [c] cognatorũ gradus & adfinium nosſe debet: quia legibus hereditates & tutelæ ad proximũ quęque adgnatũ redire cõſueuerunt. [d] Sed & edicto prætor proximo [e] cuique cognato dat bonorum poſſeſſionem. Præterea lege iudiciorum publicorum contra adfines † & adgnatos teſtimoniũ inuiti dicere non cogimur. [f] 1. ¶ Nomen cognationis à Græca voce dictũ videtur. συγγενεῖς enim illi vocant quos nos cognatos appellamus.

2. ¶ Cognati ſunt & quos adgnatos lex duodecim tabularũ appellat: ſed hi [g] ſunt per patrem cognati ex eadẽ familia. Qui autem per fœminas coniunguntur cognati tantùm nominantur.

3. ¶ Proximiores ex adgnatis ſui dicuntur. [h] 4. ¶ Inter adgnatos [i] igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nã qui eſt adgnatus, & cognatus eſt: non vtique autẽ qui cognatus eſt, & adgnatus eſt. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomẽ eſt. 5. ¶ Nõ parcimus [k] his nominibus, id eſt cognatorum, etiam in ſeruis. Itaq; parentes & filios fratréſque etiã ſeruorum dicimus: ſed ad leges ſeruiles cognationes non pertinent. [l] 6. ¶ Cognationis origo & per fœminas ſolas contingit. Frater enim eſt & qui ex eadem matre tantùm natus eſt. Nã qui eundem patrẽ habẽt, licet diuerſas matres, etiam adgnati ſunt.

7. ¶ Parentes vſque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores qui nõ habẽt ſpeciale nomẽ, maiores appellantur. [m] item liberi [n] vſque ad trinepotem, vltra hos poſteriores † vocantur.

8. ¶ Sunt & ex lateribus cognati, vt fratres ſororéſque, & ex his prognati: item patrui amitæ, & auunculi & materteræ.

9. ¶ Nam quotiens quæritur, quanto * gradu quæque perſona ſit: ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quærimus: & ſi ex inferiorib⁹ aut ſuperiorib⁹ gradib⁹ eſt recta linea * ſurſum verſum vel deorſum tẽdentiũ, facilè inuenimus gradus, ſi per ſingulos gradus proximũ quęque numeramus Nam qui ei qui mihi proximo gradu eſt, proximus eſt ſecundo gradu eſt mihi. Similiter enim accedentibus ſingulis creſcit numerus. Idem faciendũ in tranſuerſis gradibus. ſic frater ſecundo gradu eſt: quoniam patris vel matris perſona per quos coniũgitur, prior numeretur.

10 ¶ Gradus † autem dicti ſunt à ſimilitudine ſcalarũ, locorúmve procliuium: quos ita ingredimur, vt à proximo in proximũ, id eſt in eũ qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus.

11 ¶ Nũc ſingulos grad⁹ numeramus. 12 ¶ Primo gradu cognationis ſũt ſurſũ * verſũ duo, pater & mater: deorſum verſum duo, filius & filia, qui tamen & plures eſſe poſſunt.

13. ¶ Secũdo gradu duodecim perſonæ cõtinẽtur, hę: Auus hoc eſt patris & matris pater. itẽ auia ſimiliter tã paterna quã materna. Frater quoq; per vtrũq; parẽtem accipitur, id eſt aut per matrẽ tãtùm, aut per patrem, aut per vtrumque id eſt ex vtroque parente eodem.

Sed hic numerũ non auget, quòd nihil differt hic ab eo qui eundem patrem habet tãtùm, niſi quòd is eoſdẽ cognatos tam paternos quam maternos habet. Et ideo euenire ſolet in his qui diuerſis parentibus nati ſunt, vt qui meo fratri frater ſit, meus cognatus nõ ſit. pone me fratrem habere ex eodem tãtùm patre, illum habere ex eadẽ matre. illi inter ſe fratres ſunt, mihi alter cognatus non eſt. Soror ſimiliter numeratur vt frater. Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem eſt & in nepte.

14. ¶ Tertio gradu perſonæ continẽtur trigintaduo. * Proau⁹: qui quadrifariter intelligitur. eſt enim aui paterni aut materni pater: itẽ auię paternę aut auiæ maternæ pater. Proauia quoq; quatuor perſonas cõplectitur. eſt enim aut aui paterni, aut auiæ paternæ mater. itẽ aui materni, & ſimiliter auiæ maternæ mater. Patruus, is autẽ eſt patris frater: & ipſe dupliciter intellegẽdus eſt, ex patre, vel matre. auia paterna mea nupſit patri tuo, peperit te. aut auia paterna tua nupſit patri meo, peperit me. ego tibi patru⁹ sũ, & tu mihi. Id euenit ſi mulieres altera alteri⁹ filio nupſerit nã qui ex his maſculi nati fuerint, inuicẽ patrui sũt: q̃ fœminæ inuicẽ amitæ. Itẽ maſculi fœminis ſimiliter patrui: fœminę illis amitæ. Si vir & mulier, ille filiã eius duxerit, illa filio ei⁹ nupſerit: q̃ ex patre adoleſcẽtis nati erũt, ex matre puellę natos, fratris filios: [qui * ex matre puellæ nati erũt, ex patre adoleſcẽtis natos, ſororis filios:] illi eos patruos & amitas appellabunt.

Auunculus eſt matris frater. eadem ſignificatione

cum. l. ſeq. videbitis per vos, niſi quòd legemus *princ. l. vſque ad. §. parentes.* Diceret aliquis, cur iuriſconſult. intromiſit ſe tractare de gradibus & adfinibus: certe vtilius eſt propter tutelas & hereditates: & eſt vtile tractare: quia ratiõe adfinitatis prohibitę ſunt nuptiæ. Itẽ nec agnati cogũtur dicere teſtimoniũ. & eſt differentia inter adgnationẽ & cognationem. & eſt tantũ inter liberos homines: non autẽ inter ſeruos. reſiduum legetis per vos: quia in reſiduo enumerat gradus vſque in infinitum. Viuia.

a ¶ *Stẽmata.* i. gradus vt dicitur. s. *eo. l. j. j. reſpon.* & in Iuuenali ponitur pro ſanguinis nobilitate: & debet ſcribi per duo mm.

b ¶ *Et ſecundo gradu.* i. ex linea ſuperiori & inferiori pendent lineæ tranſuerſales.

c *Iuriſconſultus.*] Et *adfinium* ſ. gradus. Sed contra. s. *e. l. non facile. §. gradus.* Sol. ibi.

d ¶ *Conſueuerunt.* vt *Inſtit. de le. agna. tu. & de le. agna. ſuc. §. j.*

e ¶ *Proximo.* vt *&* s. *vnde cog. l. j. §. gradatim.*

f ¶ *Non cogimur.* vt. s. *de teſti. l. lege Iulia.*

g ¶ *Sed hi.* ſc. agnati. *& facit Inſtitu. de le. agna. ſuc. circa prin.*

h ¶ *Sui dicuntur.* male ergo dicunt qui dicunt ſuos [a] nõ eſſe agnatos. imò ſunt & proximi: *vt & j. de ſu. & le. l. filius.*

i ¶ *Inter adgnatos.* cõtra. s. *vnde legitimi. l. inter adgnatos.* Sol. ibi.

k ¶ *Non parcimus.* aliàs vtimur: & aliàs, nunc verò non parcimus his &c.

l ¶ *Non pertinent.* niſi quo ad nuptiarũ prohibitionem: *vt Inſti. de nup. §. ſeruiles.*

m ¶ *Maiores appellãtur.* s. *de in ius vo. l. quique. §. ſi.* contra. Sol. vt ibi.

n ¶ *Item liberi.* Si vis ſcire de aliquibus nõ [b] eodẽ patre natis quoto gradu cõſanguinitatis ſibi iungantur, recurre ad ſtipitem: & ſi æqualiter diſtãt ab illo: quoto gradu ab eo diſtant, toto inter ſe diſtãt. Sed ſi inæqualiter: quoto gradu diſtat remotior à ſtipite, toto inter ſe. Cum autẽ ſunt nati ex eodẽ patre, nõ dicuntur gradu inter ſe diſtare: cũ ſi duo fuerint, vel etiam mille, vnum gradũ faciãt. ¶ Et nota quod eſſe [a] in eodem gradu, duobus modis dicitur. Primo quod duo faciũt vnum gradum, vt in fratribus eodem patre natis. vel quod ſint in eadem linea cõſanguinitatis, vt filii duorũ fratrũ. nam ipſi duos gradus faciunt, & tamen ſunt eodẽ gradu ad ſtipitem. ¶ Item ſecundum canones. xiiij. perſonæ ad minus faciunt ſex gradus, ſed ſecundum leges ſeptem. ¶ Item not. quod [b] pater nõ eſt in gradu ſecundum quoſdam: ſed male. nã eſt in primo gradu aſcendentium, filius in primo gradu deſcẽdentium: *vt xxxv. q. v. c. ad ſeden. & Inſtit. eo. §. ij.* ¶ Itẽ [c] vbi recurritur ad ſtipitem, nũquã ſtipes pro gradu cõputatur. ¶ Item ſecundũ leges quia de ſucceſsione tractatur, computãtur ſex & ſeptem gradus, & etiam decẽ: [d] *vt Inſtitu. de ſucceſ. cog. §. j.* ſed ſecundum canones antiquos vſque ad ſeptẽ: quia de nup. tractatur Azo. & Hug. ſed hæc glo. eſt ſecundum canones. nã aliter cõputantur gradus ſecũdũ leges: *vt. j. per hãc legem.*

† l. corollas, ramos, ſtirpes deſcriptiones. Latini etiã vocant ſtẽmata.

† De linea maſculina. *v. Simonem de Prætis. §. vlt. volunt. j. interpre. dubit. 2 ſolut. 11. nu. 39. & ſequent.*

* contexuim*.

In hac lege multa ſe correxiſſe ait Taur. quæ nec in cęteris, nec in ipſis Pandect. libris rectè ſcripta ſunt.

† Adde ne te fallant iura dicentia adfinitatem ex illicito coitu contrahi q; illa debent intelligi quo ad matrimonij impedimenta, non quoad alia: *vt not. in c. tuæ de eo qui cog. cõſang. vxo. ſuę. & in c. tertio loco, extr. de præſumpt.* talis enim adfinitas eorum fidei in adfinitate non derogat: *vt no. in l. teſtis idoneus. s. de teſtib.*

a Sui ſunt nõ tantum agnati ſed eo amplius agnatorum p̃ximi.

b Gradus veterinorum quẽadmodum diſtinguendi.

† Caligula tamen negabat poſteros vltra filiorum gradum intelligi debere, *vt refert Suet. in eod.*

* quoto.

a Eſſe in eodẽ gradu dicitur duob⁹ modis.

* recta ſcriptura *vt j. eadem. l. §. 5.*

b Gradus primus aſcendentium in patre, deſcẽdentium in filio.

† Simili metaphora Cic. appellat gradus officiorũ. *lib. 1. de offic. circa finem.* & gradus rerum. *lib. 2. de nat. deorum.*

c Quoties in cõnumeratione graduũ recurritur ad ſtipitẽ, nũquã ſtipes connumeratur in gradu hanc Gl. vt ſingularem cõmẽdat Lanfr. *in Prax. c. 8. nu. 96.* Idque etiã obſeruari iure canonico refert. *ex Gl. in c. ſeries de teſtib.*

* recta ſcriptura. *vt. s. menni, arg. l. 17. s. ſi ſeruit. vind. l. 9. s. de diuort.*

d Succeſſio agnatorum ad decimum vſq; gradum tãtum locum habet. *vt hic. adde plura quæ ſcripſi ad l. Octaui. §. j. vnde cognati.*

* triginta duę.

* Incluſa Pandect. Flor. deſunt.

qua in patruo diximus, contigit. ſi duo viri alter alterius filiam duxerint: qui ex his maſculi nati fuerint, inuicem auunculi: quæ fœminæ, inuicem materteræ erunt, & eadem ratione maſculi puellis auunculi, & illæ illis erunt materteræ.

Amita eſt patris ſoror, ſicut ſupra accipiendi.

Matertera eſt matris ſoror, ſimiliter vt ſupra.

Illud notandum eſt, non quemadmodum patris matríſque fratres & ſorores, patrui amitæ, auunculi materteræ dicuntur: ita fratris ſororíſque filios filias nomen ſpeciale cognationis habere, ſed ita demonſtrari, fratris ſororíſque filios filias. quod quidem & in aliis accidere, ex poſterioribus apparebit.*

* apparoit.

Pronepos quoque & proneptis quadrifariter intelleguntur. aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia deſcendunt: aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia propagantur.

15. ¶Quarto gradu ꝑſonæ cōtinētur octaginta. abauus cui⁹ intellect⁹ in octo ꝑſonas porrigitur eſt enī ꝓaui paterni aut materni pater, quos ſingulos dupli ci modo intellegēdos dixim⁹: aut ꝓauiæ paternę aut maternæ pater, q̄ & ipſæ ſingulæ dupliciter accipiũt. Abauia: & hęc octies numerat. eſt enī proaui paterni aut materni, itē ꝓauiæ paternæ aut maternæ mater.

Patruus magnus eſt frater aui. qui auus, itē frater, cum duobus modis intelleguntur: quatuor perſonas hoc nomē amplectitur: vt ſit aui paterni vel materni frater, qui vel eodē patre, id eſt proauo, vel tātū matre eadē, id eſt ꝓauia nat⁹ eſt. Qui autē mihi patruus magnus eſt, is patri meo vel matri meæ patruus eſt.

Amita magna eſt aui ſoror. Auus autē, itē ſoror (vt ſ. diximus) dupliciter intellegũtur. & ideo hic quoq; quatuor ꝑſonas intellegimus. Similiter q̄ patris mei vel matris meæ amita eſt: mihi erit amita magna.

Auũculus magnus eſt auiæ frater. quatuor ꝑſonæ huic nomini eadē rōne ſubiectę ſũt: mihíq; is eſt auũ cul⁹ magnus, q patri meo vel matri meę auũcul⁹ eſt.

Matertera magna eſt auię ſoror. Quatuor modis & hęc ob eādē cauſā intellegitur. ea q̄ patri meo vel ma tri meę matertera eſt, mihi matertera magna vocat.

Eodē gradu ſunt & illi q vocātur fratres patrueles, itē ſorores patrueles, amitini amitinæ, cōſobrini con ſobrinæ. hi autē ſunt q ex fratribus vel ſororibus naſcuntur: quod* quidā ita diſtinxerũt, vt eos q dē q ex fratribus nati ſũt, fratres patrueles: itē eas quæ ex fratribus natæ ſunt, ſorores patrueles: ex fratre autē & ſorore, amitinos amitinas: eos verò & eas qui quæve ex ſororibus nati natæve ſunt, cōſobrinos conſobrinas, quaſi cōſororinos.* ſed pleriq; hos omnes cōſobrinos vocāt, ſicut Trebatius. Sub hac appellatione nominũ perſonæ cadũt ſedecim, hæ. patrui filius, itē filia, bifariā (ſicut ſupra) numerātur. nā patris mei frater eſſe poteſt vel ex patre* ſolo, vel etiā ex matre ſola. amitæ filius, itē filia. auunculi filius, itē filia. materteræ filius, itē filia: amita, auunculo, matertera acceptis duplici intellectu, ſecundum eandem rationem.

* quos.

* appellarent.

* eodem.

Fratris ſororíſq; nepos ac neptis eodē gradu ſint. Sed & frater, itē ſoror, nepósve & neptis dupliciter accepti cōtinebunt ꝑſonas ſedecim, ſic: Fratris eodē patre nati nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eadem matre alio patre nati nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eodē patre nati neptis ex filio, neptis ex filia. Fratris alio patre eadē matre nati neptis ex filio, neptis ex filia. Eadēq; cauſa octo ꝑſonæ efficiēt, vt alię octo accedãt, ex ſorore natorũ nepotes neptéſq;. & ſimiliter numerãt à nobis. Fratris autē mei nepos neptiſq; me patruũ magnũ appellant. Sororũ fratrũq; meorũ nepotes neptéſq;, itē mei † inter ſe cōſobrini ſunt.

† Quidam punctant diſpungūt dum poſt, item mei, ſed hæc diſpunctio Tau. videtur mihi rectior.

Abnepos abneptis. hi ſũt ꝓnepotis proneptis filius filia: nepotis nepíſve nepos neptis, filij filięve ꝓnepos proneptis. nepote vel ex filio nato, vel ex filia: nepte vel ex filio nata, vel ex filia, acceptis: vt ad ſingulas ꝑſonas gradu deſcēdamus, ſic: filius, nepos, ꝓnepos, abnepos. filius, nepos, pronepos, abneptis. filius, nepos, proneptis, abnepos. filius, nepos, proneptis, abneptis. filius, neptis, ꝓnepos, abnepos, abneptis. filius, neptis, pronepos, abneptis. filius, neptis, proneptis, abnepos. filius, neptis proneptis, abneptis. ſimiliter hę perſonę enumerabuntur propoſita filia, & ſic fient ſedecim.

16. ¶Quinto gradu ꝑſonæ cōtinētur cētũ octagintaquatuor.* Atauus ſcilicet & atauia. † Atauus eſt ab aui vel abauiæ pater, ꝓaui vel ꝓauiæ auus, aui auięq; ꝓauus, patris vel matris abauus. huius appellatio ꝑſonas cōplectitur ſedecim, enumeratiōe facta tā p mares q̄ p fœminas, vt ſic ad ſingulas ꝑueniamus: Pater, auus, ꝓauus, abauus, atauus. Pater, auus, ꝓauus, abauia, atauus. Pater, auus, ꝓauia, abauus, atauus. Pater, auus, ꝓauia, abauia, atauus. Pater, auia, ꝓauus, abau⁹, atauus. Pater, auia, ꝓauus, abauia, atauus. Pater, auia, ꝓauia, abauia, atauus. Pater, auia, ꝓauia, abau⁹, atau⁹. Similiter matris ꝑſona ꝓpoſita numeratio fiet. Atauia totidem perſonas continet eadem ratione numeratas, id eſt ſedecim.

* Baro ad inſtit. eo ait hic eſſe errorē calculi, & legēdũ centũ nonaginta duæ, quod ex ꝓgreſſione ſuperiorũ graduum numeri rectiſſimè colligit.

† Concor. primo gradu ibi, quarto gradu veniunt ... pta quidē atauus atauia & atnepos atneptis. ff. ſ. q.

Patruus maior eſt proaui frater, patris vel matris patruus magnus. Sub hoc nomine erũt ꝑſonæ octo, & ſic enumerabũtur: Pater auus, proauus, abau⁹, frater ꝓaui. Pater, auus, proauus, abauia, frater ꝓaui. Pater, auia, ꝓauus, abau⁹, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauia, frater proaui. totidē erũt matris ꝑſona & proauo eius propoſitis. Ideo autē fratrē proaui enumerantes, ante abauum ponimus, q (vt ſupra ſignificauimus) nō aliter peruenietur* ad eum de quo quæritur, niſi per eos tranſitum erit ex quibus naſcitur.

* venietur.

Auunculus maior. is eſt proauiæ frater, patris, vel matris auũculus magnus. Eadē denumeratione hic quoq; octo ꝑſonas cōputabimus: hoc tātùm immutato, vt is frater ꝓauiæ ponatur. Amita maior. ea eſt proaui ſoror, patris vel matris amita magna. quod ad numerũ & expoſitionē perſonarũ eadē erunt, immutato hoc, vt proaui ſoror ad extremum ponatur.

Matertera maior. hæc eſt ſoror proauia, patris vel matris matertera magna. numerus perſonarũ idē eſt, vt in nouiſſimo ponatur proauiæ ſoror. Hos omnes à patruo maiore, quos retulimus, quidam appellant ita: Propatruus, proauunculus, proamita, promatertera. quos tamen ego ita nomino, illi contra fratris vel ſororis pronepotem me demonſtrant.

Patrui magni filius filia. hi ſũt aui fratris filius filia, ꝓaui aut proauiæ nepos neptis ex filio, patris vel matris cōſobrinus cōſobrina. Octo ꝑſonas & hic cōputabimus, q auus & frater (vt iā dictũ eſt, dupliciter accipiũtur: & ideo patrui magni fili⁹ quatuor īplet totidē filia. Amitę magnę fili⁹ filia. hi ſũt aui ſororis fili⁹ filia, ꝓaui ꝓauię nepos neptis ex filia, patris vel matris cō ſobrinus cōſobrina numerus ꝑſonarũ idē qui ſupra.

Auũculi magni filius filia. hi ſũt auię fratris filius filia, proaui aut proauię nepos neptis ex filio, patris vel matris cōſobrinus aut cōſobrina. numerus idē. Ma-

terteræ

tertetæ magnæ filius filia. hi ſunt auiæ ſororis filius filia, proaui proauiæ nepos neptis ex filia, patris vel matris cõſobrinus cõſobrina. cõputatio eadẽ. Perſonæ quas enumerauimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione q̃ritur, propius ſobrinis vocãtur. nã (vt Maſſurius ait) quẽ q́s appellat propriorẽ ſobrino, qui eſt patris matriſve cõſobrinꝰ aut cõſobrina, ab eo cõſobrini cõſobrinęve filius filia nominatur. Patrui nepos neptis. hi ſunt aui paterni vel auiæ paternæ pronepos proneptis ex nepote vel ex nepte filio natis, cõſobrini cõſobrinæ filius filia. octo perſonas continebunt: quatuor nepos, quatuor neptis, quia & patruus dupliciter accipitur, & nepos vel neptis ſub ſingulis patruorum perſonis duplicatur.

Amitæ nepos vel neptis. hi ſunt aui paterni vel auiæ paternę pronepos ꝓneptis ex nepote vel nepte filia natis, conſobrini conſobrinæ filius filia. numerus idem eſt.

Auunculi nepos neptis. hi ſunt aui materni vel auiæ maternę ꝓnepos ꝓneptis. cętera eadẽ, quæ in patrui nepote vel nepte. [Matertetę nepos neptis. hi ſunt aui materni vel auiæ maternæ pronepos proneptis ex nepote vel nepte filla natis. perſonarum numerus idem] his omnibus, quos * ad patrui nepotem propoſuimus, is de cuius cognatione quęritur, propius ſobrino eſt. nam patris vel matris eorum conſobrinus eſt. Fratris pronepos proneptis: continebunt hi perſonas ſedecim: fratre dupliciter, & pronepote & pronepte ſingulis quadrifariam, vt ſuprà demomſtrauimus, acceptis. Sororis pronepos proneptis ſimiliter ſedecim perſonas continent.

* à patrui nepote.

Atnepos atneptis: hi ſunt abnepotis vel abneptis filius filia, pronepotis vel ꝓneptis nepos neptis, nepotis vel neptis pronepos proneptis, filij vel filiæ abnepos abneptis. Numerabũtur ſub hac appellatione triginta duo * perſonæ: quia abnepos ſedecĩ habet, & totidẽ abneptis.

*duæ. viſi fortè ad imitationem græcorũ hic indeclinabiliter duo ponatur: vt apud illos nonnunquã δύο. & ſic in ſequẽtib.

17. ¶ Sextò gradu cõtinentur perſonæ quadringẽtæ quadraginta octò, hæ: Tritauus. eſt autẽ tritauus patris & matris atauꝰ, aui vel auię abauꝰ, ꝓaui proauię proauꝰ, abaui vel abauię auus, ataui vel atauię pater: dictus quaſi tertius auus. perſonas autẽ cõplectitur trigintaduo. geminetur enim neceſſe eſt numerus qui in atauo fuit, immutatione per ſingulas perſonas propter atauiam facta, vt ſedecies tritauus intellegatur ataui pater, & totiens atauię. Tritauia ſimiliter numerata faciet perſonas trigintaduo. Patruus maximus. is eſt abaui frater, ataui & atauię filius, patris vel matris patruus maior, perſonas cõtinebit ſedecim, ſic: Pater, auꝰ, ꝓauꝰ, abauꝰ, atauꝰ, abaui frater. Pater, auꝰ, ꝓauus, abauus, atauia, frater abaui. Pater, auꝰ, ꝓauia, abauꝰ, atauꝰ, frater abaui. Pater, auus, proauia, abauus, atauia, frater abaui. Pater, auia, proauus, abauus, atauus, frater abaui. Pater, auia, proauus, abauus, atauia, frater abaui. Pater, auia, proauia abauus, atauus, frater abaui. Pater, auia, proauia, abauus, abauia, frat. abaui, totidẽ erũt matris appellatione ꝓpoſita.

Auũculus maximus. is eſt abauiæ frater, patris vel matris auunculus maior. & numerus idem, & perſonarum expoſitio eadem quæ ſuprà: hoc dumtaxat immutato, vt pro abaui fratre, abauiæ fratrem ponas.

Amita maxima. ea eſt abaui ſoror, patris vel matris amita maior: cætera vt in patruo maximo, immutato hoc tãtùm, vt vbi eſt abaui frater, ponatur abaui ſoror. Matertera maxima. ea eſt abauię ſoror, patris vel matris matertera maior: cætera vt ſupra, ad extremum duntaxat pro abauiæ fratre propoſita abauiæ ſorore. Hos omnes quos à patruo maximo poſuimus, quidam his nominibus deſignant: abpatruus, abauunculus, abamita,

ff. Infort.

abmatertera. Itaque & nos indifferẽter hos ponemus.

Quos ego autem appello abpatruos, abuũculos, abamitas, abmaterteras: illi me demonſtrãt fratris ſororiſq; abnepotẽ. Patrui maioris filiꝰ filia. hi ſunt proaui fratris filius filia, abaui abauię per proauũ nepos neptis ex filio. Perſonæ ſub hoc erunt ſedecĩ: enumeratione ſic ducta, vt in quinto gradu cũ patruũ maiorẽ demonſtraremus, fecimus, adiecto dumtaxat filio filia: quia filius patrui maioris totidem neceſſe eſt perſonas cõplectatur, quot patruus maior, id eſt octo. totidẽ ex filiæ perſona cõputatis, is numerus efficietur, quem ſupra poſuimus.

Amitæ maioris filꝰ filia. hi ſunt proaui ſororis filius filia: abaui abauiæ per ꝓauũ nepos neptis ex filia. Et hic eadẽ ratiõe perſonas dinumerabimus totidẽ, Anunculi maioris filiꝰ filia. hi ſunt proaui proauiæ fratris filiꝰ filia, abaui abauię per proauiã nepos neptis ex filio. Eadẽ hic dinumeratio faciẽda eſt, quæ ĩ patrui maioris filio filia.

Materteræ maioris filius filia. hi ſunt proauiæ ſororis filius filia, abaui abauię per ꝓauiã nepos neptis ex filia. Circa numerũ perſonarũ & expoſitionẽ vt ſupra. Hi omnes quos ꝓpoſuimus à patrui maioris filio, auo auię eius de cuius cognatione quæritur, fratribus & ſororibꝰ eorũ cõſobrini cõſobrinæ ve ſũt: at patri matriq; eiuſdem, fratribuſq; & ſororibꝰ vtrius eorũ ꝓpiꝰ ſobrinis. Patrui magni nepos vel neptis, amitæ magnę nepos vel neptis, auũculi magni nepos vel neptis, materterę magnæ nepos vel neptis. hęc ſingula nomina cõtinẽt perſonas ſexagitaquatuor. Nã cũ patrui magni, verbi gratia perſona quadrifariã intellegatur, nepotis bifariã: geminatur is numerꝰ nepote dũtaxat adnumerato, & quadtuplatur is q́ geminatus erat. duplicatur etiã nepte cõputata: & tãtùm vnius denumerationẽ ꝓponimꝰ exẽpli gratia. Pater, auus, ꝓauus, frater aui, q́ eſt patruus magnus, filiꝰ eius, nepos eiuſdẽ ex filio, itẽ nepotis. Pater, auus, poauia, frater aui, q́ eſt patruꝰ magnus, filiꝰ eius, nepos eiꝰ ex filio, itẽ neptis. Pater, auus, proauꝰ, frater aui, q́ eſt patruus magnus, filia eius, nepos eiuſdẽ ex filia, itẽ neptis. Pater, auus, proauia, frater aui, q́ eſt patruus magnus, filia eius, nepos eiuſdẽ ex filia, itẽ neptis. totidẽ & eadẽ ratiõe exponũtur matris nomine antepoſito, id eſt vt aui materni fratris nepotes & neptes cõputemꝰ. itẽ in amita magna, id eſt aui ſororis nepotes neptẽſq; enumerabimus. idẽmq; in anũculo magno, id eſt auię fratris. eadẽ ratione in materterę magnę, id eſt auię ſororis. ex quibꝰ vniuerſus numerus cõpletur ſexagintaquatuor. Hi omnes ꝓaui aut proauię eius de cuiꝰ cognatiõe q̃ritur, pronepotes & proneptes: eiuſdẽ aui auięve fratris ſororiſve nepotes neptẽſve. & cõtrà eorũ eiuſdẽ auus auia, patruus magnus, amita magna, auũculus magnus, matertera magna. erũt autẽ pater matẽrve eiuſdẽ, fratrẽſq; & ſorores vtrius eorũ propius ſobrini: ipſe his ſobrinus eſt, & inuicẽ huic illi ſobrini. Patrui pronepos, patrui proneptis cõtinẽt ꝑſonas octo. nã vtriuſq; ſexus fiũt ſedecĩ, ſic: Pater, auus, patrus, filiꝰ patrui, nepos eiuſdẽ ex filio, pronepos eiuſdẽ ex nepote filio nato, itẽ proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, nepos eiuſdẽ ex filio, pronepos ex nepote filio nato, itẽ proneptis. Pater, auus, patruus, filia patrui, nepos eiuſdẽ ex filia, pronepos ex nepote filia nato, itẽ proneptis. Pater, auia, patruus, filia patrui, nepos eiuſdẽ ex filia, pronepos ex nepote filia nato, itẽ proneptis. Pater, auus, patruus, filius patrui, neptis eiuſdẽ ex filio, pronepos ex nepte filio nata, itẽ proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, neptis eiuſdẽ ex filio, pronepos ex neptefilio nata, itẽ proneptis. Pater auus, patruus, filia

patrui,neptis eiusdẽ ex filia, pronepos ex nepte filia nata,itẽ proneptis. Pater,auia,patruus,filia patrui,neptis eiusdẽ ex filia,pronepos ex nepte filia nata,itẽ proneptis. Amitæ pronepos proneptis.totidẽ personas eadẽ ratiõe & is cõtinet tantũ pro patruo amita sumpta.Itẽ auũculi pronepos proneptis, item pro patruo auunculo posito. Materteræ pronepos proneptis. & hic vbi patruus positus est,matertera enumerata, eundẽ numerũ personarũ inueniemus.Hi omnes eius de cuius cognatione quęritur,cõsobrinorũ nepotes neptésve sunt.Fratris sororisque abnepos abneptis efficiunt personas sexagintaquatuor,vt ex suprascriptis apparere potest.Trinepos trineptis,hi sunt filij filiæve atnepos atneptis : nepotis neptis abnepos abneptis:pronepotis proneptisve pronepos,ꝓneptis abnepotis abneptisve nepos neptisve : atnepotis atneptis filius filia. Hæ appellationes demoustrant personas sexagintaquatuor. nam trigintaduo trinepos cõplet,totidem trineptis.

Ab nepote enim numerus quadruplatus in se, efficit trigĩtaduo:ipso nepote duas significãte,pronepote quatuor,abnepte octo, atnepote sedecim. His accedũt trinepos trineptis, vna ex atnepote nati, altera ex atnepte. Per singulos autẽ gradus ideo geminatio fit,q̃a maribus adiiciuntur fœminæ ex quibus proximus quisque ꝓgenitur,&numerabũtur sic:Filiꝰ,nepos,ꝓnepos,abnepos,atnepos,trinepos itẽ trineptis. Filia,nepos,ꝓnepos, abnepos,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ neptis,pronepos,abnepos,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia,neptis,pronepos,abnepos,atnepos,trinepos , itẽ trineptis. Filiꝰ,nepos,proneptis,abnepos,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia, nepos,ꝓneptis,abnepos,atnepos,trinepos itẽ trineptis. Filiꝰ,neptis,proneptis,abnepos,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia,neptis,proneptis,abnepos,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ,nepos,ꝓnepos,abneptis, atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,pronepos,abneptis,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filius,nepos,proneptis,abneptis,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,proneptis,abneptis,atnepos , trinepos,itẽ trineptis.

Filius,neptis,pronepos,abneptis,atnepos,trinepos, itẽ trineptis. Filia,neptis,pronepos,abneptis,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ,neptis,ꝓneptis,abneptis,atnepos, trinepos,itẽ trineptis,Filia,neptis,proneptis,abneptis,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filius,nepos,pronepos,abnepos,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,ꝓnepos,abnepos,atneptis,trinepos,item trineptis. Filius, neptis,pronepos,abnepos,atneptis,trinepos, itẽ trineptis.

Filia,neptis,pronepos,abnepos,atneptis,trinepos, itẽ trineptis. Filius,nepos,proneptis,abnepos,atneptis, trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,proneptis, abnepos , atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ,neptis,proneptis, abnepos,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia,neptis, proneptis,abnepos,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ,nepos,pronepos,abneptis,atneptis,trinepos, itẽ trineptis. Filia,nepos,pronepos,abneptis,atneptis,trinepos itẽ trineptis. Filiꝰ,nepos,proneptis,abneptis , atneptis, trinepos itẽ trineptis. Filia,nepos,proneptis, abneptis , atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filiꝰ,neptis,pronepos, abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia,neptis, pronepos,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis,Filiꝰ,neptis proneptis,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis,Filia neptis,ꝓneptis,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis.

18. ¶Septimo gradu personę cõtinẽtur mille viginti quatuor,hę:tritaui itẽq; tritauię pater mater. ꝑsonas efficiũt cẽtũ vigintiocto.tritaui enim patres tot sunt,quot ipsius tritaui.itẽ eiusdẽ matres totidẽ.fiũt sexaginta quatuor.idẽ numerus tritauiæ patris matrísq;. Ataui atauiæ frater sorórve.hi sũt tritaui filius filia:abaui abauiæve patruus,auũculus,amita,matertera: proaui ꝓauiæ patruus magnus,auũculus magnus,amita magna,matertera magna:aui auięve propatruus,proauũculus,proamita,promatertera:patris vel matris abpatruus,abauũculus,abamita,abmatertera.Fiũt ꝑsonæ ataui fratris trigintaduo. nã sedecim quas atauus explet,accedãt totidẽ,ꝓpter fratris duplicẽ personã necesse est.nã sedecim fratres ataui ex patre cõputẽtur,& sedecim ex matre. similiter ataui sorores trigintaduo. fiũt sexagintaquatuor. & totidẽ atauiæ fratris,itẽ sororis.Patrui maximi filius filia.hi sunt ataui nepos neptis ex filio,abaui fratris filius filia.Amitę maximæ filius filia.hi sunt ataui nepos neptis ex filia, abaui sororis filius filia. Auũculi maximi filius filia.hi sũt ataui nepos neptis ex filio,abauiæ fratris filius filia.

Materteræ maximę filius filia.hi sũt ataui nepos neptis ex filia,abauiæ sororis filius filia.Hæ omnes ꝑsonæ quas à patrui maximi filio enumerauimus, proaui proauiæq; eius de cuius cognatiõe quæritur,[cõsobrini]cõsobrinę sũt:aui auiæq; eiusdẽ propius sobrinis. Singulæ appellationes cõtinẽt ꝑsonas sedecim * q̃a cùm patruus maximus sedecim efficiat,filius eius eãdẽ habet enumerationẽ,totidẽq; filia:& fit ex omnibus his quas à patrui maximi filio cõprehẽdimus , ductis per octo sedecies, cẽtũ viginti octo. Patrui maioris nepos ꝑsonas cõtinet sedecim. Est enim abaui abauiæ pronepos. & cũ abauus octiens numeretur,nepotes bis octiẽs cõputati suprascriptũ numerũ efficiũt:patrui maioris neptis* item. Auunculi maioris nepos neptis eadẽ ratione ꝑsonas cõplebũt trigintaduas. Amitæ maioris nepos neptis,eadẽ ratione item. Materteræ maioris nepos neptis itẽ. Et sic ex omnibus colligũtur cẽtũ vigintiocto. His personis auus auia eius de cuius cognatione quęritur,proprius sobrinis sunt:pater mater sobrinus sobrina.is de cuius cognatione quæritur,sobrino natus est.hic proximo nomine definitur parentis sui sobrinus,vt Trebatius ait: rationem quoq; nominis hãc reddit,q̃ vltimi cognationũ gradus sobrinorũ fiũt.Itaq; sobrini filiũ * rectè proximũ nomẽ: ab eo ipso huius sobrini filius dicetur.& ideo eos qui ex sobrinis nati sunt,inter se proximũ nomẽ appellare.hos enim nullũ propriũ habere nomẽ quo inter se vocẽtur. Patrui magni pronepos proneptis, auũculi magni pronepos proneptis , amitæ magnæ pronepos proneptis. Materteræ magnę pronepos proneptis.ex his omnibus centum viginti octo personæ efficiuntur:qua † singulæ appellationes sedecim complent.

[*senas denas.] [* Rectius sic, neptis itẽ, auunculi,&c. vt notatur Flor. inuer citata.] [* filius.] [† quia.]

Nam cũ(exẽpli gratia)patruus magnus quadrifariam intellegatur : ad singulorũ patruũm magnorũ personas quadruplicatus,ꝓnepos,itẽ proneptis,trigintaduas ꝑsonas reddet: tótq; quater numeratæ illã quæ ꝓposita est summã efficiũt.eorũ patres matrésq; ei de cuius cognatione quæritur,sobrini sobrinæq; sunt,ipse autẽ iisdẽ sobrino sobrináve natus.Patrui abnepos abneptis,auũculi abnepos abneptis , amitæ abnepos abneptis, materteræ abnepos abneptis,hęc singula vocabula senas denas cõtinẽt ꝑsonas. verbi enim gratia patrui abnepos sic enumerabitur,vt bifariã patruo accepto,quater* pronepos, totiẽs ꝓneptis ducatur : & sic ad eorũ filios veniatur sedecies cõputatos : eadem ratione ad filiã,itẽ in cæteros, & per hoc ex omnibꝰ efficietur numerus ꝑsonarũ cẽtũ vigintiocto. Hi sunt ei de cuius cognatione quæritur, cõsobrinorũ pronepotes,proneptésq;:eorum,* de cuius cognatio-

[* octies.] [* His ille de cu.]

VNDE VIR ET VXOR.

Licet vir vxori, & econtra succedat: tamẽ vltra iura adfinitatis secus est: vt.C.communia de successio.l.adfinitatis. ADDIT. *De tribus bonorũ possession. quæ deferuntur ad intestat.§.habuistis: verũ quia aliqua deferuntur non ratione adgnationis & cognationis, sed ratione matrimonij: ideo quia vir & vxor nõ sunt adfines.*§.tit.j.l.non facile. *& illa vocatur bonorum vnde vir & vxor, & duæ sunt bonorum possession. vna est vnde vir, quæ datur viro in bonis vxoris decedentis ab intest. alia vnde vxor, quæ datur vxori in bonis viri decedentis ab intest. vnde de bonorum possession. quæ cognominatur vnde vir & vnde vxor, videamus quando locum habeat, & quando desinat: de quo infra. l.vna dicitur. Et debetis scire, si vir decedit intestatus sine descendentibus & ascendentibus & collateralibus, vxor succedet ei excluso fisco: & econtra.* C.eo.l.vna. *Et not. quia ista bonorũ possessio vnde vxor olim fuit necessaria, & hodie est: quia vxor non succedit viro.* l.xij.tabu. *per vnde liberi: quia non est de numero liberorũ. per vnde legitimi non: quia non est adgnata per vnde cognati non: quia nõ est cognata. sed æquitate prætoris: quia sunt adfines.* C.de cri.ex.hered.l. aduersus. *succedunt per vnde vir & vxor.* Viui.

cognatione quęritur, patrui maximi, auunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ, filius filia, itẽ, paui, pauiæ cõsobrini. Fratris sororisq; adnepos adneptis, personas cõtinẽt cẽtũ vigintiocto. Trinepotis filius, itẽ filia, trineptis filius, itẽ filia, hi cẽtum vigintiocto fiunt: quòd cũ trinepos trineptisq; (vt supra demonstrauimus) sexagintaquatuor impleant: filius eorum eadem enumeratione, totidémq; filia, computabitur.

VNDE VIR ET VXOR.

TITVLVS XII.

I. VLPIANVS *libro quadragesimoseptimo ad Edictum.*

VT bonorum possessio peti possit vnde vir & vxor, iustum esse matrimonium oportet. Cæterũ si iniustũ fuerit matrimonium, nequaquam bonorum possessio peti poterit: quemadmodum nec ex testamento [a] adiri hereditas, vel secundum tabulas peti bonorum possessio potest. nihil enim capi [b] propter iniustum matrimonium potest. 1. ¶ Vt autem hæc bonorum possessio locum habeat, vxorem esse oportet mortis [c] tempore. Sed si diuortium quidem secutum sit, veruntamen iure durat [d] matrimonium: hæc successio locum non habet. Hoc autẽ in huiusmodi speciebus procedit: liberta ab inuito patrono diuortit, lex Iulia † de maritandis ordinibus retinet [e] istam in matrimonio, dum eã prohiberet alij nubere inuito patrono. [f] Item Iulia de adulteriis, nisi certo modo [g] diuortium factum sit, pro infecto habet.

† De hac lege Iulia pulchrè Alexan. ab Alex.li. 4.Genia. dier.cap.11.

Sequitur quarta pars Edicti, quæ deficiente omni cognatione, ad vxorem quæ in manũ non conuenit bona mariti intestati pertinent, & vicissim ad maritũ vxoris, si tempore mortis iustum matrimonium fuerit. nam deportato, exempli gratia, in bonis quæsitis post deportationem fiscus succedit, non vxor, quia desiit esse iusta vxor. Cuia.

V*T bonorum possessio*] CASVS. In lege ista tractatur quando habeat locum ista bonorum possessio. & quãdo cessat: & certe locũ habet si matrimoniũ fuit iustum, & de iure tenuit. si prędecedit vir vel vxor sine descendentibus siue ascendentibus vel collateralibus: vocatur vxor. si decedit testatus cessat. ita vocatur vir & vxor per vnde vir & vxor, si tẽpore mortis illius durabat matrimonium. cessat tamen si non fuit licitum matrimonium contractum, quia vbi matrimonium non tenuit, potest succedere ex testamento. aliquando tamen quo ad quid durat matrimonium, & quo ad quid non: & inde non erit locus huic bonorum possessio. si liberta est nupta patrono, non potest diuertere ab eo inuito. si diuertit, licet duret matrimonium, quia nec videntur habere voluntatem, non succedunt per vnde vir & vxor. sed si diuortium est celebratum non rite, licet duret matrimoniũ non est locus huic bonorum possession. Or ista.l.habet contra. ponamus: Ego volo nuptias contrahere, vado in partes extraneas, credo aliquam solutã, quę non est: contrahitur cum ea illicitẽ matrimonium. si instituit me, ista.l.videtur velle quòd non possum ei succedere ex testamento, vel per contra tabulas. idem videtur econtra pone scio me habere vxorem. contraho cum aliqua soluta. matrimonium est illicitum. *Cod. ad legem Iuliam de adult. l. cum qui.* instituo eam. l. ista innuit quòd non potest succedere secundũ tabulas vel per contra tabulas. istud est falsum: quia. ll. dicunt contrarium quòd ille qui scit matrimonium iniustum, non potest institui heres ab eo qui ignorat matrimonium tenere. vnde si sciam me non esse virum, & ipsa nesciat, non potest me instituere: sed ego eam, *sic supra de lega.* j.*l.fina. supra de his quibus vt indign. l. post legatum supra de vsufruct. lega. l. vir & vxor.* sic de facto. sed de iure duraret. Viuia.

a ¶ *Ex testamento.* talis iniusti viri vel vxoris: *vt.§.de his quib. vt indign l.Claudius. & §.de vsufr.leg.l.vxori.*

b ¶ *Capi.* ex testamento, vel ab intestato. sic repellitur mulier si nubat iatra annum, cũ nec legitimas habeat hereditates vltra tertium gradum: *vt.C.de secun.nup.l.j.in fine.* item præferuntur vxori omnes consanguinei: *vt.C.eo.l.ij.* Item quidam alij qui sunt. *C. de hered.decu.per totum.* Item socius liberalitatis imperialis: *vt.C. si imperia.libe.soc.l.j.* aliàs ipsi inuicem succedunt excluso fisco: *vt C.eo.l.j.* hoc iure veteri: sed iure auth. est aliquid plus: *vt. C. eodem authent. præterea.* Accursius.

c ¶ *Mortis.* sic.§. *de reb. du. l. si cognatis. & supra vnde cog. l. capitis. & in authẽt. de nup. §. quia vero. colla. iiij.*

d ¶ *Durat.* quo ad quędam, vt non possit alij nubere: *vt infra subiicit.* vere tamen solutum est: *vt supra de diuor. l. fina. in princip.*

e ¶ *Retinet.* vt *& supra de diuor. l. patrono. & C. de ope. lib. l. libertæ.* & secundum hoc dic retinet, quoad quædam: *vt supra dixi.*

f ¶ *Inuito patrono.* vt *& §. de diuor. l. fina. in pricip.*

g ¶ *Certo modo.* puta per verba apta ad hoc: *vt supra de diuor. l. ij. & facit infra de adulter. l. penult.*

ff. Infort.

DE VETERANORVM & militum successione.

TITVLVS XIII.

I. MACER *libro secundo de re militari.*

MIliti qui capite puniri meruit, testamentũ facere concedendũ [h] Paulus & Menander scribunt: eiúsq; bona intestati, si punitus sit, ad cognatos [i] eius pertinere: si tamẽ ex militari [k] delicto, non ex communi punitus est.

DE VENTERANORVM & militum successione.

ADDITIO. *De [a] bonorum possession. quæ datur in bonis paganorum non militum, supra dictum est, sed quia bonorum possessio interdum petitur in bonis eorum qui desierunt militare, & aliquando in bonis militum: ideo subiungitur rub. de vete. &c.* Viuian.

a Continuatio secundum. Vi.

Datur specialis titulus de intestatorum veteranorum & militũ successione, quoniam in militibus hoc proprium est ex Constitutione Hadriani, si capite damnati sint ex militari delicto, vt sententia damnãtis eorum hereditas aut possessio castrensium bonorum ab intestato conseruetur legitimis vel cognatis vsque ad quintum gradum. nam paganis certè capite damnatis fiscus succederet non cognati. Et titulus demonstrat idem priuilegium dari veteranis id est militia honesta missione dimissis. Cuia.

M*Ilitiqui.*] CASVS. Miles in militia ista, quia princeps diligebat eum, multa quæsierat. dũ vidit quòd multa quæsierat, incepit fatuus esse: propter quod damnatus fuit de crimine capitali. nunquid iste poterit facere testamentũ si impetrat à principe? sic, & ex illo testamento petetur secundum tabu. si non impetrat à principe, adgnati & cognati poterunt succedere ab intesta. si damnatus est crimine militari, non communi. Viuianus.

h ¶ *Concedẽdum.* super bonis castrensibus tantũ, & iure militari, & si hoc sit concessum à principe vel à iudice. & sit damnatus de militari crimine: *vt habetur. C. eo. l. & militibus. & §. de mi. testa. l. ex militari. in princi. & de iniu. test. l. si quis ex. §. quoties. & in fin. huius legis.*

i ¶ *Cognatos.* vsque ad quintum gradum, non vltra: *vt. j. l. proxi.* Item hoc in castrensibus. sed paganica fisco applicantur: *vt. C. eo. l. & militibus.* & dic vt ibi.

k ¶ *Ex militari.* quæ multa sunt. *j. de re mili. per totum.*

B*Ona militis.*] CASVS. Miles qui erat in expeditione, & nullum crimen commisit, decessit in expeditione. nunquid bona castrensia fiscus occupare possit? non, imò debent seruari succedentibus ab intesta. vsque ad quartum gradum & quintum. Viuianus.

a ¶ *Castrensia.* secus in paganicis: *vt no.* ṡ. *l. proxi.*
b ¶ *Legitimus.* scilicet adgnatus. Sed contra *Institu. de success. cog.* §. *fina.* vbi aliter adgnati, & aliter cognati: imo ambo in alio gradu quàm hic. & sic in duobus est contra. Solu. hic speciale. Accursius.

QVIBVS NON compe. &c.

ADDITIO. *De istis quibus defertur bonorum possess. supra dictũ est. verũ quia quibusdã non defertur, ponitur hæc rub. qui sunt isti, dicitur in l. vna.*

¶ *Constitutioni Hadriani subijcitur alia eiusdẽ Hadriani constitutio, nã & quod hoc titulo cõprehẽditur originem capit ex Constitutione Hadriani, qua ei q ab intestato hereditatẽ adiuit hereditatem fiscus aufert quasi indigno, si volẽtem facere testamẽtũ, phibuerit, vt ad se potius hereditas ab intestato pueniret, de qua libro xxix. titu. vj. Quod enim de hereditate Hadrianus, edicto trahitur etiã ad bonorũ possessionẽ. Opus fuit edicto: q a in odiosis hereditatis appellatione bonorũ possessio nõ cõtinetur. Continetur in lege Iulia & Papia. l. 138. De verb. sig. quæ quam sit odiosa notissimũ est, sed cõtinetur ex S.C. vt quẽ scilicet ea lex capere hereditatẽ vetat is etiã nõ possit admittere bonorũ possessionẽ, sicut ex eodẽ S.C. in ea lege placuit legati appellatione & fideicõmissum cõtineret & donationem causa mortis. Nõ cõpetere dicitur possessio si nõ cõpetãt possessoriæ actiones. Cuia.*

II. PAPINIANVS *libro sextodecimo Responsorum.*

Bona militis intestati defuncti castrẽsia[a] fisco nõ vindicãtur, cũ heres legitimus[b] ad finẽ quinti gradus extitit, aut proximus cognatus eiusdẽ gradus intra tẽpus possessionẽ acceperit.

QVIBVS NON COMpetit bonorum possessio.

TITVLVS XIIII.

I. IVLIANVS *libro vicensimooctauo Digestorum.*

Seruo meo herede instituto, dolo feci ne testamẽtum mutaretur: cúmq; postea manumisi. Quæsitum est, an actiones ei denegandæ essent. Respondi: hic casus verbis edicti non continetur: sed æquum est, si dominus dolo fecerit ne testamentum mutaretur, quo seruus eius heres scriptus erat: quamuis manumissus adierit hereditatem, ei denegari.[c] cum etiam emancipato[d] filio denegetur* si pater dolo fecerit ne testamentum mutaretur.

* denegentur.

a Continuatio secundum Viuian.

Seruo.] CASVS. In[a] lege ista ponitur talis casus. Tu instituisti seruum meum heredem. volebas mutare testamentum dolosè: te coegi vt non mutares. non debeo petere bono. possess. & si me viuo illum manumisi. idem si filium meum instituisti, & dum volebas mutare testamentum, non permisi, non debeo petere secundum tab. quia rem illicitam egi. Idem dicetis, si sum institutus. & illum qui instituit me, prohibeo mutare testamentum *supra si quis aliquem te. probi. l. j.* §. *si filius.* Idem intelligatis si pater velit testari, & prohibui testari eum. hæc est causa quare filius potest exheredari vel prẹteriri. *in Auth. vt cum de ap. cog.* §. *causas. &* ṡ. *ad Trebel. l. Marcellus.* §. *vlt.* Viuianus.

c ¶ *Denegari.* scilicet actionem de hoc enim quæritur. *& habes supra si quis ali. testa. probi. l. j.* §. *j. & facit eo. tit. l. j. in prin. & l. ij. & iij. & C. si quis ali. te. probi. l. ij.*

d ¶ *Emancipato.* post, sed tempore prohibitionis erat in potestate. arg. *C. ne filius pro patre. l. ne contra. & facit* ṡ. *de adqui. here. l. si seruus eius qui capere.*

VT EX LEGIB. SENATVS VE. &c.

ADDITIO. *De bonorum posses. quæ datur cũ quis non vocatur ad suc. legibus vel se. con. sed datur cum quis vocatur ad success. iure prato. emãcipatus vocatur iure prato. & cognatus. verũ quia bo. poss. datur ei qui vocatur leg. vel senatuscon. ponitur rub. & potestis ita dicere. ex l. & senatuscons. datur bo. poss. per vnde legitimi. adgnati. l. xij. tab. vocãtur ad succ. ab intest. per vnde leg. mater succedit filio per Orphitianum iure ciuili supra vnde leg.* l. ij. in fin. & l. seq. *vel potestis ita dicere, hic loquimur de septima extraordinaria bon. poss. quæ defertur ex l. & se. con. interdũ: & ponetis ita exemplum: Septima dicitur extraordinaria, quia vaga est. aliquãdo ex testamẽto. & posuimus duo exẽpla. si mater habẽs duos filios iam natos, hodie instituit eos: elapso anno concepit: ipsa cogitans si pariam, mutabo testamẽtũ, & instituã eũ q nascetur. decessit in puerperio istud testamẽtũ nõ cẽsetur vitiosum. Sed iste qui natus est matre mortua, quo modo vocatur per extraordinariã bon. poss. quæ nõ est directa, sed vtilis ex testamento: quia l. fingit institutũ qui non fuit.* C de inoffi. te. l. si mater. *Itẽ est exẽplũ: pater filiũ instituit. iuit ad bellum, captus est. fingitur autẽ captũ decessisse: & filius succedit per secundũ tabu. aliquando & ab intest. si pater filio dimisso domi capitur ab hostibus. Item ex senatuscons. potest dici quod deferatur matri per Tertyl. in bonis filij: filio per Orphitianum in bonis matris. hoc vult dicere ista rub. licet per alia verba. Viuianus.*

VT EX LEGIBVS SEnatúsve consultis bonorum possessio detur.†

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro 49. ad Edictum.*

Prætor ait, *Vti me quaque lege, senatuscõsulto bonorũ possessionẽ dare oportebit, ita dabo.*[e]

1. ¶ Numquam bonorú possessio quæ ex alia parte edicti adgnita est, impedit[f] istam bonorum possessionem. 2. ¶ Cum ex lege duodecim tabularum quis habet hereditatem, hinc non petit: sed inde,[g] *Tum quem ei heredem esse oportet:* quippe cum non aliàs hinc[h] competat bonorum possessio, quàm si lex[i] specialiter deferat bonorum possessionem.

Restabat hæc edicti pars subsidiaria. nam si ex aliis partibus nõ sit bonorũ possessio, hæc superest his scilicet quib' leges vel S.C. vel Constitutiones specialiter bonorũ possessionẽ detulerũt, & si hereditatẽ etiã, vt in exẽplo tituli duodecimi, concurrit hæc cũ bonorũ possessione. Vnde legitimi. Cui.

† Hæc fuit vltima pars edicti vt ait Iustinia. *Insti. de bo. pos.* §. *septima.*

Prætor.] CASVS. Dicit prętor vbicunque lex vel senatuscons. dicit dandam possess. dabo. eam. ista bono. possess. aliquãdo erit ex testamento, aliquando ab intestato. & ideo danda est ex quo specialiter. l. dari vult. Viuia.

e ¶ *Dabo.* hæc est illa bono. possess. septima extraordinaria quæ optima ratione inducta dicitur: *vt Institu. de bon. poss.* §. *septima.* & habet locum nunc ex testamento, & nunc ab intestato: vt patet in defuncto apud hostes qui. l. Corn. habet hereditatem: *vt.* ṡ. *de test. l. lege. & C. de cap. l. nec nos.* item exemplum ex testamẽto: *vt. C. de inoffi. test. l. si mater.* Item aliud *supra de bonor. possess. l. sed cum patrono.* Item pone in casibus illis tribus in quibus est hodie necessaria secundum tabu. *vt no. C. vnde legi. l. fin.*

*In indice tit. additur bonorum. In indice titu: detur.

f ¶ *Impedit.* q. d. alia suo loco competens nõ impedit hanc quin suo loco detur. vel dic quòd si ille cui hæc competit, & non alia, adgnoscat aliam: non valet illa adgnitio, sed nec huic præiudicat, *arg.* ṡ. *si mensor fal. mo. di. l. j.* §. *ideo autem.*

g ¶ *Sed inde.* id est vnde legitimi: *vt &* ṡ. *vnde legi. l. j. & generaliter.*

h ¶ *Hinc.* id est ex hoc edicto.

i ¶ *Si lex.* scilicet noua post. l. xij. tab. si autem defert lex nouam hereditatem tantum, tunc habet locum vnde legitimi. sed hoc raro inuenitur quòd deferat bono. posses. inuenitur tamen quandoque: *vt. C. de cap. l. nec nos.* sed in antiquis libris fortè hoc erat etiam in aliis exemplis supra positis.

QVIS ORDO IN POSsessionibus* seruetur.

TITVLVS XVI.

I. MODESTINVS *libro sexto Pandectarum.*

Intestati † hi gradus vocantur: Primũ sui heredes: secundo legitimi: tertio pximi

† Intestatus decessisse quis dicatur. Vide Gloss. in. l. cum antiquioribus. C. de success. ab intesta. & in Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.

QVIS ORDO IN BONORVM possessio.

ADDITIO. *Quia in bono. possess. deferendis seruatur ordo, ponitur hæc rub. Viuianus.*

In indice, Quis ordo in bonor possessionibus detur. ṡ. Vtraque de scripturis recta est. Atquin titulus etiam de successorio edicto est de ordine seruando in possessionibus dandis, sed non de eodem ordine. Hic de ordine graduum intestati, ille de ordine graduum cognationis, quanquam & obiter in eo demonstretur eundem sibiipsi succedere secundum gradus intestati. Vtrumque ordinis genus recipit hanc quæstionem, intra quæ tempora, petenda vel admittenda sit bon. possessio, quia finito tempore quod primo gradus intestati vel cognationis datur, sequens gradus succedit. & ob id vtriusque tituli, promiscua & communis est tractatio de tempore possessionum admittendarum, & sanè quæ hic proponuntur. l. 2. Vlpianus scripserat ad edictum successorium, ad quod etiam referri debet. l. 3. itémque. l. 4. sententia expressa est in. l. 1. De success. edicto. Et de bonorum possessionibus quidem hactenus. Cuiac.

Intestati.] CASVS. Diceret aliquis, quo ordine deferunt bo. pos. dicit iurisc. hoc ordine: Quidam sunt sui: quidam legitimi, quidã adgnati, quidã sunt vir & vxor. si decedit aliquis intestatus, primo voco suos p vnde liberi. eis deficiẽtibus vel ex-

vel exclusis voco adgnatos per vnde legitimi. eis deficiẽtib⁹ voco cognatos, & eis deficiẽtibus voco vxorẽ per vnde vir & vxor. Vi.
a ¶ *Deinde.* vt & *s. si tab. testa. l. j. in princ. & Instit. de hered. ab intesta. §. admonendi.*
b ¶ *Detur.* vt & *s. si tab. testa. l. j. §. ita demum. & C. qui adm. ad bono. possess. l. v.*
c ¶ *Sed emancipatis.* vt & *Institut. de hered. quæ ab intest. §. emancipatis.*

VTile tempus.] CASVS. Tempus statutum ad petẽdas bo. poss. est vtile, non continuũ vnde ad hoc vt non currat, necessaria sunt ista: quod aliquis sciat defunctũ, etiã bo. poss. delatam esse: siue hoc sciuerit ab initio, siue ex post facto: licet tempus currit. [DIES BONOS.] Vos habetis quod dies statuti ad petẽ. bono. poss. sunt vtiles. dic mihi, nũquid omnes sessiões quib. sedet prætor pro tribunali, currũt ei cui delata est bo. poss. dominus prætor singulis diebus nõ feriatis intrat prætoriũ audit petitiones. nunquid tẽpus currit mihi nõ, quia dominus prætor potest sedere pro tribunali, tamẽ nõ defertur heredi possessio quia nescio fortè illum mortuum, vel mihi delatã. Vnum sciatis, bon. pos. quæ tribuũt ius, petuntur à prætore decerni. quid erit? dictus prætor nõ sedet pro tribunali. scio & sentio bo. posse. mihi deferri. non habeo eius copiã. non currunt mihi dies. ¶ Quid si prætor non est præsens? debeo adire si scio vbi sit. cæteri simus dies nõ currit mihi. sic debeo ire ad eũ, non ipse ad me. [SI VENTER.] Mulier prægnans venit ante eum, dicẽs: fui vxor talis viri: videatis, sum prægnans: decernatis mihi bon. pos. ventris causa. libẽter: veni huc & decernam tibi. quod potest prætor facere. *s. de ven. in poss. mit. leg. j. §. eligitur supra ad Carb. l. iij. §. sed & si is.* Respon. hic sunt duo paria, non sedere pro tribunali, vel sedere & nõ dicere responsum. [SCIENTIAM.] Currit tempus ad petendam bo. poss. quando scit bo. pos. delatam. Accipimus scientiam quando scit per se, vel quando consuluit peritiores. nõ accipimus scientiam eo modo quo philosophi. Viuianus.

† Sic Flor. & hoc loco Duarenus emẽdabat, *l. ʃ. ĩ.* vt *legatur.* sed antea tam eam emendauerat Franc. Zoamẽtus ex suis manuscriptis. lib. sing. restitutionum ad Digesta.

cognati, deinde [a] vir & vxor.

1. ¶ Siue tabulę testamẽti nõ extẽt, siue extẽt: si secũdũ eas vel cõtra eas bonorũ possessionem nemo accepit, intestati detur [b] bonorũ possessio. 2. ¶ Intestati patris liberis bonorũ possessio datur, nõ tãtum his qui in potestatem parentis vsque in mortis tempus fuerunt, sed emancipatis. [c]

II. VLPIANVS *libro quadragesimonono ad Edictum.*

VTile [d] tempus est bonorum possessionum admittendarum. ita autem vtile tempus est, vt singuli dies in eo vtiles sint: scilicet vt per singulos dies & scierit & potuerit admittere. cæterùm quacũque die nescierit, aut non potuerit: nulla dubitatio est quin dies ei non cedat. [e] Fieri autem potest, vt qui initio scierit vel potuerit bonorũ possessionem admittere, hic incipiat nescire vel non posse admittere: scilicet si cum initio cognouisset eum intestatum decessisse, postea quasi certiore nuntio allato dubitare cœperit nunquid testatus decesserit, vel nunquid viuat, quia hic rumor postea perrepserat. Idem & in cõtrarium accipi potest, vt qui ignorauit initio, postea scire incipiat. 1. ¶ Dies bonorum possessionis vtiles esse palam est: sed nõ † sessionum [f] numerantur: si modò ea sit bonorũ possessio, quæ de plano [g] peti potuit. quid si ea quæ causæ cognitionem pro tribunali desiderat, vel quæ decretum exposcit? sessiones erũt nobis computãdæ quibus sedit is, quibúsque per ipsum prætorẽ factũ nõ est quo minus daret bonorũ possessionẽ. 2. ¶ In bonorum possessione quæ pro tribunali [h] datur, illud quæritur, si se dedit * quidẽ prætor pro tribunali, sed postulationibus nõ * dedit. Potest dici, tẽpus ad bonorũ possessionẽ non cedere, cũ præses aliis rebus, aut militaribus, aut custodiis, aut cognitionibus fuerit occupatus. 3. ¶ Sed præses prouinciæ in proxima fuit ciuitate, accedere [i] debet ad vtilitatẽ tẽporis ratio itineris, scilicet numeratione viginti miliũ passuũ facta. nec enim expectare debemus vt præses prouinciæ veniat ad eũ [k] qui bonorũ possessionẽ petiturus est. 4. ¶ Si venter in possessionẽ missus sit, bonorum possessionis tẽpus non cedere sequentibus nequaquam ambigẽdum [l] est: nec tantum intra centesimum diem, verumetiã quandiu nasci possit. nam & si natus fuerit ante, [m] ei deferri bonorũ possessionem sciendum est. 5. ¶ Scientiã [n] eam obseruandã Pomponius ait, nõ quæ cadit in iuris prudentes, sed quã quis aut per se, aut per alios adsequi potuit, scilicet consulendo prudentiores, vt diligentiorẽ patrẽfamilias consulere dignum sit.

III. PAVLVS *libro quadragesimoquarto ad Edictum.*

CIrca tempora bonorũ possessionis patris sciẽtia ignoranti filio non nocet. [o]

IIII. IVLIANVS *libro vicensimooctauo Digestorum.*

SI coheredi tuo substitutus fuisses, & bonorum possessionem acceperis: quando * coheres tuus constituerit nolle petere bonorum possessionem, tibi data tota intellegitur, [p] coheres tuus amplius petendæ bonorum possessionis facultatem

* si sederit.
* nõ dedit responsum.
* quandoque.

d ¶ *Vtile.* [a] vt *Instit. de bono. poss. §. pe.*
e ¶ *Non cedat.* sed continuum cedit etiam ignoranti factum: *vt. s. de his qui no. infa. l. genero. §. sed cum tempus.* Sed contra huic *se, C. de resti. mi. l. j.* Sed ibi in militia potuit petere. ei tamen negligenti restitutio datur, cum absentia iustissima causa interuenit. R. *& facit. j. de diuer. & tempo. præ. l. j. & s. de secun. tab. l. pe. §. filius. & supra de adil. edic. l. cum mancipium. & leg. cum sex. & supra quibus ex cau. maior. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor.* ¶ Et no. quòd quatuor sunt necessaria vt tempus currat. scilicet quòd sciat sibi delatam. aliàs secus: *vt hic, & supra de iur. & fac. igno. lege. j.* Item quòd possit agere. Item quòd sit copia rei, item iudicis. sed hoc casu in reo non est opus, cum sine aduersario adgnoscatur. *vt not. supra de bonorum. posses. l. iij. §. bonorum.* sed quædam sunt vtilia quo ad scientiam tantum: *vt s. de adil. edict. le. cum sex. & de cap. lum. l. annus. & j. quando ap. sit. l. j. §. dies. & de excu. tuto. l. quinquaginta. & l. scire. & sunt,* dicta tempora vtilia quoad prin. tantum, secundum quosdam.

a Tempus petendæ bonorũ possessionis in liberis & deficẽtibus est vtile non tantũ in principio sed in medio & fine & incipit currere à tempore scientiæ mortis defuncti. *vt hic. & l. 2. Cod. qui admitti. adde quædam ex Bal. ... de præscri. quæst. 2.*

f ¶ *Sessionũ.* i. dies in quibus sedit pro tribunali, nõ numerantur: quia sedeat vel non sedeat pro tribunali, cũ adiri possit, currũt dies quo ad istas bon. poss. quę nõ tribuunt ius in proprietate, vt Carbo. & ventris: *vt. s. de vẽt. in poss. mit. l. j. §. si ea. & l. vbicunque. §. interdum.* & de his etiam diebus feriatis cognoscitur: *vt. s. de fer. l. ij.* Item illa quę datur gratia adgnoscendæ litis: *vt. s. de inofic. testam. l. Papi. §. j. & est sic. j. de adul. l. miles. §. sexaginta.* Accursius.
g ¶ *De plano.* i. quæ non sedente iudice datur. *sic. Cod. de dila. l. à procedẽte.* ¶ Sed nunquid libellus dabitur? Rñ. non videtur: *vt. C. de naufra. l. de submersis.* cũ [a] nec in figura iudicij adgnoscatur. aliàs secus puto: *vt patet. C. de Carbo. edic. l. j.*
h ¶ *Pro tribunali.* sc. iudice sedente: quales sunt cęterę quę tribuũt ius. *vt. s. de bo. pos. l. iij. §. si ea.* & superiores possunt delegari: istæ non: *vt. s. de offic. eius cui man. est iuris. l. pen. §. vt possessio bonorum, & de officio proconsul. nec quicquam. §. vbi.* Accursius.

a Libellus non est necessarius quando imploratur officium iudicis. *Glo. in rubr. s. de interrogat. act.* imploratur, inquam, simpliciter sine strepitu, secus si ordinariè & cũ causæ cognitione. *vt hic. adde Bald. decis. 267.*

i ¶ *Accedere.* vt habeat vltra annum, vel centum dierum spatiũ &c. sed quid si non in proxima? videtur quòd ire nõ teneatur, & interim non currat tempus: *vt hic, & argu. C. de iudi. l. fin. in prin.*
k ¶ *Ad eum.* vt & *C. de episco. & cle. l. iubemus. in fin.*
l ¶ *Ambigendum.* vt & *supra vnde cog. l. j. §. si quis proximior. & si pars here. pet. l. antiquus.*
m ¶ *Ante.* sc. quàm sequentibus. aliàs est nõ fuerit. vt quia exectus: *vt supra vnde cog. l. j. §. si qua prægnans.*
n ¶ *Scientiam.* s. iuris. & dic ignoranti factum non cedit tempus: *vt. s. in prin. huius legis.* sed ignoranti ius cedit quia quilibet debet scire ius. quod qualiter intelligatur, *hic dicit & s. de bo. pos. l. an bonorum. & s. de iuris & fac. ign. l. regula. §. sed iuris.*

CIrca.] CASVS. Si filio defertur bo. pos. & ignorat delatam, pater scit: scientia patris non nocet filio ignoranti. Videtur contra, quia dies quibus pater succedit filio, computantur. *s. de bo. pos. l. seruus. in fine.* Respondeo, cedit quantum ad vtilitatem eius, non quantum ad læsionem eius, vt hic: sicut repudiatio patris non nocet filio. *s. de bo. poss. l. j. & ij.* Viuian.
o ¶ *Non nocet.* sic. *s. de iur. & fac. igno. l. iniquissimum.* Sed contra *s. de bono. poss. l. seruus.* Sol. ibi. Item cur secus è contra: *vt. j. eod. l. cum filio.*

SI coheredi.] CASVS. Tu & ego fuimus instituti, & ego tibi substitutus: tu omittis bonorum poss. nunquid vocor ad bon. poss. respon. quòd sic. Viuianus.
p ¶ *Intelligitur.* vt. *s. de bon. poss. l. iij. §. fi. & l. sequenti.*

a ¶ *Habebit.* vt & ꝫ. *de suc.edi.l.j.§.qui semel.*
b ¶ *Habet.* fac. ꝫ. *de suc.edic.l.j.§.quibus.& §.pen.& §.fi.*
c ¶ *Sicuti.* s. econtra. Accur.
d ¶ *Bonorum possessionem.* contra tabu. *vt supra si à parente sue. quis ma.l.j.in princip.* idem si ab intestato per vtilem vnde liberi, vel per vnde parentes, vel vnde legitimi: *vt not.C.vnde lib.l.fin.in glo.hereditatem.in fine.*

non habebit.[a] 1. ¶ Filius non solùm si tanquam filius, sed & si tanquam adgnatus vel tanquam cognatus ad bonorum possessionem vocatur, annuum spatium habet.[b] sicuti [c] pater* filium manumisisset, quamuis vt manumissor bonorum possessionem [d] accipiat, tamen ad bonorum possessionem accipiendam annuum spatium habet.

* sic & cum.

V. MARCELLVS *libro nono Digestorum.*

CVm filiofamilias bonorum possessio delata est, dies quibus certiorare patrem non potest, vt vel iubeat adgnosci bonorũ possessionem, vel ratam habeat agnitionem [e] bonorũ possessionis, non cedunt. Fingamus statim primo die quo fuerit delata, adgnouisse eum bonorum possessionem: certiorare patrem vt cõprobet, non posse. nõ cedẽt dies centum.[f] incipient autem cedere cum certior[g] fieri potuit. præteritis[h] autem centum diebus frustra ratum habebit.

1. ¶ Quæri potest,[i] si cũ posset filius petere bonorum possessionem, patre ita absente vt certiorare eum nõ possit, vel etiam furente, petere neglexerit: an petiamplius nõ possit. Sed vt quid noceat non petitam bonorum possessionem: quæ si petita esset, tamen non ante adquireretur quàm pater comprobasset?[k]

2. ¶ Si seruus alienus heres institutus venisset,[l] quęritur an posteriori domino dies bonorũ possessionis petendæ imputari oporteret. Et placet, quãtum priori domino superfuerit, ei imputari.

CVm filio.] CASVS. In lege ista dicitur si filio meo defertur bonorum posse. dies quibus non potuit me certiorare, vel non petitã ratam habere, nõ currunt: sed quibus potuit me certiorare, illi currunt. Vnũ sciatis, bonorum possessionẽ delatã filio possum ratam habere intra tẽpus à lege statutum. hoc dicit. Ad legem istam signantur contraria q̀ filius possit petere bonorũ poss. patre ignorante. *C. eo. l.j.* ad quod potest dici q̀ filius debet certiorare patrẽ si vult: si non vult, debet petere, & sufficit sic q̀ pater habet ratum. & idem etiam ibi colligitur. vnde non cõtradicit, sed concordat, sed discordat in alio ab ista: quia ista videtur velle quòd dies non currunt quibus non potuit certiorare patrem. quare dicunt quidam, quod hic dicitur, ibi corrigitur, vel dicamus profectitia non currunt. ꝫ. *de acqui.hered.l.qui in aliena.* sicut aduentitia: quia potest acquirere patre contradicente. *C.de bo.quæ lib.l cum oporiet.* multo fortius eo ignorante. ĵ. *de re.iu.l.qui potest.* [QVÆRI POTEST.] Si filius potuit certiorare patrem vt peteret bono.pos. & non fecit, non currit dies. nam si seruus alienus est institutus, & non certiorauit dominum: non currit dies posteriori domino, sed priori domino imputatur. Viuian.

e ¶ *Adgnitionem.* à filio factam.

f ¶ *Dies centum.* Sed cũ ipsi filio sit delata, vt hic dicitur, & ideo etiam patre ignorante peti possit à filio: *vt.C.qui adm. ad bonorũ. pos.l.j.* quare non cedunt tempora etiam si patrem certiorare non poterat: fortiter quærit Ioann. & potest dici non esse mirandum: quia & emphyteuta[a] non certiorato domino alienare non potest, licet sit dominus: *vt.C.de iure emphy.l.fin.§.j.* 2. Vel melius dicas, nõ fuit delata filio. Quod vero dicit hic filio delatam, expone. i. patri per filiũ. & tunc licet filius petere possit, quia eius voluntas est necessaria: *vt.ꝫ.ad Treb.l.seruo inuito.* tamen non potest admittere nisi patre certiorato. quid enim nocet &c. *vt.ĵ.§.quæri.* Sed si patrem certiorare potuit filius, admittitur: quia in acquirendis patri nocere potest: *vt.C.de acqui.pos.l.fi.* nam esset idem si in bono. pos. consentire nollet secundum Ioan. Item[b] hoc iure veteri, quãdo omnia patri acquirebantur. sed hodie filio iure proprietatis: & ideo etiam agit inuito patre: *vt.C.de bo.quæ lib. l.fina.§.fin autem recusante.* ergo[c] eo ignorante: *vt.ĵ.de regu.iur.l.qui potest.* nisi contemplatione patris esset institutus: quia tunc esset idem quod olim: *vt arg.ĵ.de vulg.subst.l.sed si plures.§.in arrogato.*

a Emphyteuta non præmonito domino emphyteusim alienare nõ potest licet rei vtile dominium habeat.

b Filio quę adquiruntur hodie ipsi filio adquiruntur respectu proprietatis vsusfructus patris.

c Argumentũ ab inuito ad ignorantẽ. Qui potest inuito, potest & eodẽ ignorante.

d Filij scientia patri nocet.

e Scientia patris filio nocet at non è cõtra.

g ¶ *Certior.* & ita scientia[d] filij nocet patri. secus[e] econtra: *vt.ꝫ.e. circa.* ¶ Sed videtur quòd filius non possit petere, nec tempus cedat: *vt.C.de an.excep.l.j.§.fi.* sed illud in acquisitis: *vt no.C.qui admit.ad bo.poss.l.j.*

h ¶ *Præteritis.* quod contingit ex quo certior potuit fieri. *& fac. ĵ.temra.ha.l.bonorum.& ꝫ.de colla.bo.l.nonnunquam.& ĵ.prox. §.& ꝫ.si quis in ius voc.l.j.* Accur.

i ¶ *Quæri potest.* fac. ꝫ. *l.proxi.*

k ¶ *Comprobasset.* fac. *C.de an.excep.l.j.§.fi.*

l ¶ *Venisset.* i. venditus esset.

DE SVIS ET LEGITIMIS. &c.

Supra de succe.pretorio iure: hic ciuili: de quibus, pauca dicturus post ponit. ADDITIO. *De succedẽtibus iure præto. scilicet dictum est. verum quia aliquando succeditur ab intest. ponit de suis & legi.hered. Et debetis scire, sui dicuntur heredes qui sunt in potestate tempore mortis, & à nullo præceduntur: vt sunt filij legitimi, sicut proximi agnati:* vt Instit.de heredum quali.§.sui. & Instit.de legi. adgnato.succe.in prin. *nec credatis istum titul. superfluum: quia de suis heredibus qualiter succedant iure præto. est dictum. ꝫ. hic qualiter succedant iure ciuili. & de successione ab intesta. hic ponit.* Viuian.

Sequitur de hereditatibus quod prætermiserat ante bonorum possessiones, quodque videbatur etiam proponere debuisse. sed testamentariis hereditatibus adsectauit iungere bonorum possessiones quæ ex causa testamenti pendent & ab his vltro delapsus est ad bonorum possessiones intestati, quibus modo iungit hereditates, vt retro testati hereditatibus iunxerat bonorũ possessiones. & sanè facilis est propter similitudinem vtrarumque permistio. Porrò legibus ab intestato hereditas redu. tantũ ad suos vel ad legitimos. Sui sunt qui definiti sunt quinta partis titulo primo. Legitimi sunt consanguines & cæteri agnati & patroni, qui lege vocantur ad hereditatem intestati, quibúsque edicto pretoris defertur bono. possessio. Vnde legitimi. Cognati ad hereditatem non vocantur. Cuiacius.

DE SVIS ET LEGITImis heredibus.

TITVLVS XVII.

I. VLPIANVS *libro duodecimo ad Sabinum.*

INtestati † propriè appellantur, qui cum possent testamentum facere, testati non sunt. Sed & is qui testamentum fecit: si eius hereditas adita non est, vel ruptum vel irritum est testamentum: intestatus non impropriè dicetur de-

† Intestatus qui decessisse dicatur. *vide Glos. ordina. in l. cum antiquioribus. C. de succes. ab intesta. & in Auth.præterea. C. vnde vir & vxor.*

INtestati.] CASVS. In ista.l.tractatur quando quis dicatur intestatus decedere propriè & impropriè. hoc dicit in princ. vsque ad versi. quæri poterit. concord. *Instit.de hered.quæ ab intesta.in prin.& ꝫ.de testam.leg.lege Cornelia.*

[QVÆRI POTERIT.] Or Seigneurs iurisconsul. format quæstionem extra literam antequam ponat textũ. vos debetis scire: Filius patris est suus heres qui nõ desiit in potestate esse. ponamus ergo: tu ex aliqua ancilla concubina tua suscepisti filium, impręgnans eam: instituisti heredem: rogasti eum vt ancillam manumitteret. heres distulit manumittere, vt ita seruum pereret. nunquid si nascatur antè matrem manumissam, erit legitimus heres? Respond. quòd si fortè est tibi facta mora in præstanda libertate, erit suus heres. debemus dicere suos heredes patri filios natos in potestate, siue sint legitimi & naturales, siue adoptiui tantum. aliquando filius & filia si est suus succedit, fisco excluso. aliquando fiscus succedit. si pater contraxit crimen perduellionis, vocatur filius excluso fisco, pater habet filium & nepotem ex filio. quamdiu filius superest, nepos non vocatur, nisi filius capite minuatur. quòd si filius est captus, non vocatur nepos propter spem postliminij. sic ergo filius præcedit nepotem. excluso filio vocatur nepos aliquando & si filius sit: quia censetur alienus: vt quia deportatur, nepos admittitur. hoc dicit vsque ad.§. sciendum.

[SCIENDVM.] In.§. isto ponitur casus in quo nepos succedit non obstante alio. pater instituit extraneum: filium exheredauit. decessit filius. postea institutus repudiauit hereditatem. nunquid nepos vocabitur? Respond. quòd sic. Sed si filius institutus est sub condi. & deficiat conditio, similiter vocatur nepos, si filius nolit succedere, vel in rebus humanis non est.

[POST SVOS.] De prima parte suc. ꝫ. dictum est. incipit tractare de secunda parte. mihi decedenti intestato primo succedunt sui. si mihi decedenti non existunt sui, & non habeo abscendẽtes, qui vocantur fratres consanguinei. l. xij. tab. & dicuntur cõsanguinei, qui sunt nati ex eodem sanguine patre matre, siue ex eodem patre tantum: siue ille est mihi cõsanguineus vterinus in potestate patris, siue patre mortuo: si non est deportatus, vocantur consanguinei legitimi naturales & adoptiui: si tamen durauerunt in adoptiua familia. Viuianus.

Decessisse.

ceſſiſſe.[a] Planè qui teſtari nō potuit, propriè nō eſt inteſtat⁹ puta impubes, furioſus, vel cui bonis interdictū eſt: ſed hos quoq; pro inteſtatis accipere debemus: eū quoq; qui ab hoſtib⁹ captus [b] eſt: quoniam per legē Corneliā ſucceſſio his defertur, quibus deferretur[c] ſi in ciuitate deceſſiſſet. nā & eius hereditas fuiſſe creditur.

Ex ſeruo qui morā patitur libertatis, dicitur naſci ſuus & liber: nec dicitur naſci ſeruus cum libertatis moram patiatur. Bart.

1. ¶ Quæri[d] † poterit, ſi ex ca q̄ in fideicōmiſſa libertate morā paſſa eſt, cōceptus & natus ſit, an ſu⁹ patri exiſtat. Et cū placeat eū ingenuū naſci[e] (vt eſt à diuis Marco & Vero, & imperatore noſtro Antonino Auguſto reſcriptum) cur nō in totum pro manumiſſa hæc habeatur, vt vxor ducta ſuū pariat? Nec mirū ſit, ex ſerua ingenuū naſci, cum & ex captiua[f] reſcriptū ſit ingenuū naſci. Quare auſim dicere, & ſi pater huius pueri eiuſdem ſortis fuerit, cuius mater morá paſſa in libertate fideicōmiſſa, ipſeq; moram paſſus eſt: ſuū eū patri naſci exēplo captiuorum parentiū, cum quibus rediit.[g] Ergo ſiue poſtea pater eius poſt morá manumittatur, recipiet eū in poteſtate: ſiue ante deceſſerit.[h] definiēdū erit ſuum exiſtere. 2. ¶ Suos[i] heredes accipere debemus filios, filias, ſiue naturales, ſiue adoptiuos. 3. ¶ Interdū etiā filius ſuus heres excluditur, fiſco prælato; vtputa ſi perduellionis[k] fuerit dānatus pater poſt mortē ſuā. hoc quo? vt nec iura ſepulchorum[l] hic filius habeat. 4. ¶ Si filius ſuus heres eſſe deſiit, in eiuſdē partē ſuccedūt omnes nepotes neptéſq; ex eo nati, qui in poteſtate ſunt. qđ naturali æquitate cōtingit. Filius autē ſuus heres eſſe deſinit, ſi capitis deminutiōe vel magna vel minore[m] exiit de poteſtate. Quod ſi filius apud hoſtes ſit: quādiu viuit, nepotes nō ſuccedūt. Proinde & ſi fuerit redemptus, nondū ſuccedunt ante luitionem. Sed ſi interim deceſſerit, cum placeat eum ſtatu recepto deceſſiſſe, nepotibus obſtabit.[n]

Succedere dicimur nō ſolum ei qui habere deſinit, ſed etiam ei cui ſpes habendi deficit. Bart.

5. ¶ Sed ſi quis nō deſiit eſſe in poteſtate, ſed nunquā cœpit: vtputa ſi filius meus viuo patre meo ab hoſtibus captus eſt, mox ibi me patrefamilias facto deceſſerit: nepotes in eius locū ſuccedēt. 6. ¶ Non minus autē neptes quàm nepotes ſuccedēt in locū parentium. 7. ¶ Interdū licet parens alicuius in poteſtate eſſe nō deſierit, ſed nec cœperit, tamē dicimus ſuccedentes ei liberos ſuos exiſtere; vtputa adrogaui eū cuius filius ab hoſtibus erat captus, nepos autem in ciuitate. mortuo filio adrogato, mortuo & captiuo apud hoſtes, pronepos iſte ſuus heres mihi erit.

Quādo quis inteſtatus decedit, an ſit ſuus, tēpore mortis inſpicitur, ſed ſi decedit facto teſtamēto, tēp⁹ quo teſtamentum deſtituitur, inſpicitur. Bart.

8. ¶ Sciēdū eſt autē, nepotes & deinceps interdū etiam ſi parētes eos mortis tēpore præceſſerūt, tamē poſſe ſuos heredes exiſtere, quāuis ſucceſſio[o] in ſuis heredib⁹ nō ſit. qđ ita procedit, ſi paterfamilias teſtamēto facto deceſſerit exheredato filio, mox deliberāte herede inſtituto filius deceſſit, poſtea deinde repudiauit heres inſtitutus. nepos poterit ſuus heres[p] eſſe, vt & Marcellus libro decimo ſcripſit: quoniā nec delata eſt filio hereditas. Idē erit dicēdū & ſi filius ex aſſe ſub cōditione quæ fuit in arbitrio[q] ipſius, vel nepos[r] ſub omni inſtitutus, nō impleta cōditione deceſſerint.[s] nā dicendum erit ſuos poſſe ſuccedere: ſi modò mortis teſtatoris tēpore vel in reb⁹ † humanis, vel ſaltē cōcepti[t] fuerint. idq; & Iuliano & Marcello placet. 9. ¶ Poſt ſuos ſtatim cōſanguinei[u] vocātur. 10. ¶ Conſanguineos autē Caſſius definit eos qui ſanguine inter ſe cōnexi ſūt. Et eſt verum, eos eſſe cōſanguineos, etiā ſi ſui heredes nō extiterūt patri, vtputa exheredatos. Sed & ſi pater eorū deportatus fuerit: nihilominus eos inter ſe eſſe cōſanguineos, licet patri ſui heredes non extitiſſent.[x] Et qui nunquam in poteſtate fuerunt, erūt ſibi cōſanguinei: vt puta qui poſt captiuitatē patris naſcūtur, vel qui poſt mortē. 11. ¶ Nō ſolùm autem naturales,[y] verùm etiam adoptiui quoque iura † cōſanguinitatis habebunt cum his qui ſunt in familia, vel in vtero, vel poſt mortem patris nati.[z]

a ¶ *Deceſſiſſe.* ſic. j. *de verb. ſig. l. inteſtatus. & Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. in princi. & ſ. de iniuſt. teſta. l. j.*
b ¶ *Captus eſt.* ſub. dicimus inteſtatū. *& facit. C. eo. l. apud hoſtes.*
c ¶ *Quib. deferretur.* ab inteſtato.
d ¶ *Quæri.* aliàs in libro domini Azo. incipit, quæritur ſi tabu.
e ¶ *Naſci.* vt. *C. ad Orfi. l. fin. & j. titu. j. l. j. §. interdum. & C. de his quibus. vt indig. l. cum Sillanianum.*
f ¶ *Ex captiua.* C. *de capti. & poſtlim. re. l. præſes.*
g ¶ *Rediit.* vt. *C. de capti. l. j.*
h ¶ *Deceſſerit.* quàm manumittatur, poſt moram tamen.
i ¶ *Suos.* ſic *Inſtit. de here. quæ ab inteſta. §. j.*
k ¶ *Perduellionis.* i. criminis maieſtatis: *vt Inſtit. de here. quæ ab inte. §. per contrarium.*
l ¶ *Sepulchorū.* aliud in iure libertorū: *vt. ſ. de iure patr. l. iiij.* Itē aliud ſi ex minore delicto confiſcentur bona: *vt. ſ. de relig. l. ſi quis heres. quæ eſt contra.*
m ¶ *Vel minore.* i. media,[a] non minima: *vt Inſtit. quib. mo. ius pa. po. ſol. in prin.*
n ¶ *Obſtabit.* quo minus ſit ſuus: *vt. j. de capit. l. à parte.*
o ¶ *Succeſſio.* ib ſucceſſoriſ edictū, & hoc per legē duodecim tabularū cū inuitus fiebat heres. ergo ſequēs nō poterat admitti: ſed prætorio etiā abſtinere poteſt ſuus, & per conſequens ſequens admitti: *vt Inſt. de here. quali. & differ. §. ſui. & §. ſed his.*
p ¶ *Suus heres.* ſic. ſ. *vnde liberi. l. ſcripto. & C. de inoffi. teſt. l. ſi quis filiū. & Inſti. de here. ab inteſta. §. cum autem.*
q ¶ *In arbitrio.* & quę tēpore mortis potuerit impleri aliàs ſecus. licet ſit poteſtatiua: *vt ſ. de condi. inſtit. l. ſi.*
r ¶ *Vel nepos.* nepos[c] enim etiam ſub caſuali poteſt inſtitui: *vt ſ. de here. inſt. l. ſed & ſi ſub conditione. §. nepos.*
ſ ¶ *Deceſſerint.* l. filius vel nepos.
t ¶ *Concepti.* ſecus ſi nec cōcepti: *vt Inſt. eo. §. cum autem. & . ſ. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior. & facit, C. vnde libe. l. fin.*
u ¶ *Conſanguinei.* i. d fratres: *vt Inſti. de legi. agna. ſucc. §. j.* ¶ Sed ponne hic locus eſt ff. Inſort. edicto ſucceſſorio de capite ſuorum in capita agnatorum de iure ciuili, ſecundū quod hic loquitur. & ſic eſt cōtra. ſ. *vnde lib. l. ſcripto. & C. vnde lib. l. ſi.* nā ibi negat nepotem ſuccedere auo de iure ciuili etiā vt agnatus: licet pater nepotis de medio exiuit. ſed dic φ hic nūquā fuerūt ſui. ſecus ſi fuiſſēt, licet excluſi ſint: ſed iure prætoris bene habet locū, cū filius eo iure prætorio poſsit repudiare: *vt Inſt de here. qua. & differen. §. ſed & de his.* Alij dicūt cōtra. & in. l. C. dicunt nepotem admitti vt agnatū de iure ciuili: ſed ipſe vt ſuus tantum volebat admitti. & l. ſcripto. poteſt opponere primo modo ibi dicto. ¶ Sed nōn ne. *in. l. fin. C. vnde lib.* dabitur bon. poſſ vnde agnati nepoti, vt quāquā nō poſsit vocari vt agnatus iure ciuili: vocetur vt cognatus iure prætorio. nā & ita contingit in vnde liberi. & qui iure ciuili non poteſt vocari in ordine liberorū vt emācipatus: vocatur per vnde liberi iure prætorio? Reſp. nō quia prætor nō ſimili modo ſubuenerat agnatis vt liberis: *vt. ſ. vnde cog. l. legitimis.* in illa vnde liberi imitatur ius ciuile: *vt. ſ. vnde lib. l. j. in prin.*
x ¶ *Extitiſſent.* nā nō habet heredē deportatus: *vt. C. de bo. proſcri. l. deportati.*
y ¶ *Naturales.* ſubaudi & legitimi.
z ¶ *Nati.* & etiā cōcepti ſecundū quoſdā. ſed cōtra eſt. nam oportet φ viuo patre fuerint concepti: *vt. j. e. l. ſi Titius. & Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. §. cum autē. in fi.* cum enim non poſſunt admitti, vt cognati: *vt. ſ. vnde cogn. l. j. §. ſi quis proximior.* ergo nec vt agnati: quia à quo[a] remouetur genus, & ſpecies remouetur. ergo eadē ratione nec vt conſanguinei, id eſt fratres: quia conſanguinitas, id eſt fraternitas ſpecies eſt agnationis. ſecundum Ioann. *vt Inſtitut. de ſucceſſ. cog. §. vulgo.* Accurſius.

POſt cōſanguineos.] CASVS. Sicut lex ſuperior fuit multum verboſa, ita iſta materia eius eſt ſatis plana. habuiſtis de ordine ſuccedendi ab inteſt. iure ciuili: primo vo-

† *ee. l. ee. §. 17. de fideicom. lib.*

[a] Minor capitis deminutio pro media.

[b] Succeſſio p ſucceſſorio edicto.

[*] Quo bonorū omniū publicatio ſignificatur. Cic. p Sext. Roſcio Amerin.

[c] Inſtitui ſub caſuali conditione nepos poteſt.

[d] Conſanguinei φ fratrib.

† *Concor. Gl. in verb canonicas. in fi. ibi Pythagoras etiam dicebat duorū tēporum curā habendam, ſcilicet mane & veſperi, id eſt eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſimus. Clegrani de celebr. miſſ.*

parte sub. dictum est, nunc de prima parte sub. tractatur. & certè siue mater est ingenua vel libertina, poterit succedere liberos intelligimus filios & filiam. Sed si filij sunt liberti, mater non vocatur per Tertyllianum ad eorum successionem. Sed si ipsa esset serua, per eum non succederet. sed si concepit libera, peperit serua: non vocatur ad successionem filij, & succedit mater filio puberi. sic ergo mulier succedit liberis per Tertyllianum. Vnde sciatis, si liberi sunt adoptiui: nihilo minus vocabitur mater ad eorum successionem, hoc dicit vsque ad §. si verò apud hostes. [SI VERO.] Si filius est apud hostes, & spes est quod redeat de capti. hostium, vel nasci speratur, & postea moritur. succedit ei mater, si aliud non obsistat. Sed si patris successio defertur filio, & filius tollitur de medio: videtur mater vocari. Sed si aliquis decessit relicta filia & matre, & si filia data sit in adop. mater non vocatur: & vocatur mater si descendentes non sint. sed si filius est emancipatus, & decessit mater, poterit ei succedere. sed si emancipatus est, & successit patri, mater nihil habebit: nisi filius esset abstentus. ¶ Quid erit? aliquis ex liberis missus est in possess. ventris nomine, & antea pater eius mortuus est. mater mittetur in possess. ventris nomine. si non nasceretur, vel suus esset, & nollet mater succederet. sunt quædam personæ quæ obstant matri, puta descendentes filij: aliæ personæ non obstant regulariter. Cætera sunt plana vsque ad §. si sit adgnatus. [SI SIT ADGNATVS.] Decedit filius relicto patre naturali & agnato. nunquid mater vocabitur? sic. Sed nunquid soror consanguinea excludit matrem? & certè sic. nam consanguinei fratres matrem excludunt. Sed quid cum mater est & soror consanguinea, & nepos ex alia filia in adop. data, & pater naturalis? quis præfertur? si soror repudiat, pater & mater vocantur. Vnum sciatis, si mater non potest succedere per se. con. Tertyl. vel petere bono. possess. vnde cognati, alij agnati vocantur: vnde si non repudiat heredi. ipsa tanquam proxima vocatur ad bon. poss. hoc dicit vsque ad. §. si mater non petierit. [SI MATER NON PETIERIT TVTORES.] §. iste tractat de eadem materia vsque in fi. & est verbosus. § Iurisconsultus potuisset dixisse tribus verbis: Habuistis supra quòd mater succedit filio per Tertyl. ab intest. quædam persona obstat matri, puta si habet patrem, vel mater est damnata crimine capitali, non restituta. Sunt quædam alia quæ obstant matri. si mater filio impuberi tutorem idoneum non petierit, repellitur à successione filij, siue non petiit tutorem, siue in locum excusati non petiit alium. & est intelligendum, non petierit, siue apud prætorem vel præsidem vel magistratum: & est verum, si petierit sine aliqua compulsione: quia si compulsa petierit, repellitur etiam à se. con. ¶ Quid si iure non petiit tutorem, quia pater prohibuit, quia instituit filium impuberem, & dixit, nolo q mater petat tutorem: sed administret eius bona: nunquid est ignoscendum matri? non, quia ipsa non potest dari tutrix in testaméto. secus si mulier erat absens: tunc non excluditur. Sed quid erit? mater non petiit curatores liberis: patietur istã pœnam? certè si est curator qui petitur impuberi, sic. ¶ Quid si est prægnãs. non petiit curatorẽ dari bonis: nunquid incidit in Tertyl.? sic. repellitur ergo mater à successione filij impuberis si tutorem non petiit. ¶ Quid si petiit priuilegium immunitatis, & oneratum tribus tutelis? non videtur petisse. ¶ Quid si petiit indignum? non videtur petisse. ¶ Quid autem si nullo modo petiit, quia non inueniebat idoneum? nunquid potest ei imputari? non. Sed nunquid tenetur dicere tutorem suspectum, vel si fecit vocari & latitet, debet facere cogi? & licet verba orationis non contineant, tamen tenetur: & repellitur mulier si confestim non petiit. confestim, id est quam primùm potuerit, ita quòd annale tẽpus non excedat. verù si est iusta causa, vt infirmitatis, non repellitur. hoc dicit vsque ad §. tractari. [TRACTARI.] In §. isto quæritur: Ponamus, pupillo est relictum amplum legatum si mater non petierit tutores ne perderet legatum. mater non petiit: nunquid mater excusatur? sic, si minùs damnum patiatur pupillus: licet videretur accusanda, cur non administrauit, vel cur non petiit à principe remitti conditionem: vel curatores nõ petierit. ¶ Quid si habet tutorem, & mater non petiit, vel ille satisdat? si est impubes, imputatur matri: aliàs non. ¶ Quid si filius est arrogatus, & decessit? nunquid mater habebit vtilem actio. ex stipulatu? quo casu repellitur ab eius successione ab intestato per Tertyl. respond. quòd non contra patrem arrogatorem hoc dicit. vsque ad. §. videndum. [VIDENDVM EST.] Si mater tutorem intra annum non petiit, excluditur à successione. nunquid alij qui sciunt mortem, debẽt illi succedere? sic, vel si post matrem non esset aliquis agnatus vel cognatus, succedit fiscus. h. d. vsque in fi. l. Viuian.

a ¶ *Siue ingenua.* Lex præcedens principaliter de Orfi. hic de Tertyl. dicit. Accur.
b ¶ *Commodum.* vt succedat filio.
c ¶ *Vulgo quæsiti.* sic *Inst. ad Tertyl. §. fin. & ꝫ. vnde cog. l. ij.* nisi sit mater illustris: *vt arg. C. ad Orfi. l. si qua illustris.*
d ¶ *Sint effecti.* quia facti serui, & postea manumissi: *vt & ꝫ. l. proxi. §. qui mortis. & ꝫ. vnde cog. l. is qui.* Accur.
e ¶ *Et si serua. ꝫ. de senten. pas. l. si.*
f ¶ *Et si libera.* facit ad hoc Inst. de ingenuis.
g ¶ *Item si adhuc.* retinet eundem casum. aliàs esset idem quod supra ibi, sed si in seruitute.
h ¶ *Post moram. ꝫ. l. proxi. §. interdum. cum concor.*
i ¶ *Apud hostes. ꝫ. l. proxi. §. sed & si apud hostes.*
k ¶ *Redempta. vt. C. de cap. l. præses.*
l ¶ *Famosa.* i. infamis.
m ¶ *Decessisse.* & sic mater admittitur.
n ¶ *Admitti.* ipsa enim arrogatione irritatur pupillare testamentum: *vt. ꝫ. de adop. l. nec ei. §. eorum.* & dic admitti ex senatuscon. si factus sui iuris decessit. Si autem in familia adoptiua tunc ex stipulatione expressa vel tacita: *vt. ꝫ. de adop. l. non aliter. & l. his verbis.* Accur.
o ¶ *Liberi.* liberi, nominatiuus: defuncti, genitiui casus. Accur.
p ¶ *Eius.* s. defuncti.
q ¶ *Possessores.* vt emancipati.
r ¶ *Non sui.* subaudi, excludunt matrem.
s ¶ *Naturales.* subaudi, & legitimi.
t ¶ *Admittuntur.* & non si fuerint extranei: quia emãcipati desinunt esse

† Concor. ea. si pater. §. licet. vbi dicitur, licet autem filius testamẽto suo matrẽ portione iure naturæ debitã priuare non possit. Et Glo. in verbo possit. In pr. de test. lib. 6.

† Concor. c. prædicator. ibi, Nõ debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs. & Glo. in verbo, thesaurizare. in fi. ibi, quia non succedunt parentes filijs, nisi in defectu aliorum. e. q. i.

nunt esse liberi. Accursius.

a ¶ *Æquior est.* facit. ff. *de fideicō. lib. l. cū quasi. §. fi. & in. §. si quis.*

b ¶ *Et filiam.* filia enim non vt sua nec vt adgnata potest vocari: quia mutauit familiam: restat ergo vt vocetur vt cognata.

c ¶ *Cessauerit.* s. repudiauerit: sed tantum per vnde cognati, cum sit adoptiua ab alio.

Item petita ea finitur pubertate: *vt. j. ea. l. §. impuberi.* hic ergo vel non fuit petita, & eodem tempore anni finita est cum ordinaria: quia sciuit sibi eam deferri, & hæc extraordinaria: quia scit sibi controuersiam referri: *vt supra de Carbo. edic. l. iij. §. fin.* & ita mater admittitur. vel si petiit Carbo. adueniente pubertate pronunciatum fuit eum non esse filium: *vt. ff. de Car. edic. l. iij. in fi.*

matri. quæ sententia æquior[a] est.

9. ¶ Sed si quis decessisset relicta filia quā in adoptionē legitimè dederat, relicta & matre: diuus Pius decreuit cessare senatusconsultum. Tertyllianum, & simul esse admittendas ad bonorū possessionem vnde proximi cognati matrem & filiam.[b] Sed quod idem Iulianus scripsit matrē ex senatuscōsulto nō posse admitti si filia in bonorū possessione petenda cessauerit,[c] verum nō erit. succedit[d] enim filię, & ideo dicēdum erit matrē donec filia bonorū possessionē petere[e] potest bonorū possessionē accipere nō posse:[f] quoniā succedere quasi legitima speraretur.[g] 10. ¶ Si bonorū possessione accepta filius emācipatus abstinuerit[h] se hereditate per in integrum restitutionē:[i] verum est senatuscōsultū posse locū habere. sed si fuerit rursus immixtus,[i] rursus debet mater abstinere. 11. ¶ Si quis ex liberis dū est in vtero, in possessionē missus sit,[k] mox natus sit, & ante bonorum possessionem[l] acceptā decesserit: an matri noceat videndum, quasi bonorum possessor. Et puto nō nocere, si nō suus patri adgnascitur.[m] Neq; enim sufficit mitti in possessionē, nisi natus quoque acceperit bonorum possessionē. Igitur & si furioso decreto petita sit possessio,[n] & prius quàm ipse mentis cōpos factus bonorum possessionem petierit, decesserit, matri non obstabit.

12. ¶ Sed si quis cum status cōtrouersiam pateretur, Carbonianā[o] solā acceperit: an noceat matri bonorum possessio,[p] quæsitū quidem est: sed cum hæc[q] tēpore finiatur, dicendum est matri post tempus nō nocere: aut si impubes decesserit, matrem posse admitti. 13. ¶ Sed si infanti[r] per tutorem petita sit possessio: licet statim decesserit, dicendum erit matri obstitisse. non enim similis[s] est ei quæ furioso datur.

14. ¶ Ita demum autem mater senatusconsulti beneficio excluditur, si filius adiit legitimam hereditatem. cæterum si omiserit legitimā hereditatem, mater ex senatuscōsulto Tertylliano † admittetur. Sed si non sit solus iste filius legitimus heres, sed sint qui cum eo admittātur:[t] nec in partem eorum mater ex senatusconsulto erit vocāda. 15. ¶ Obiicitur matri pater[u] in vtrisque bonis tā filij quàm filiæ: siue heres,[x] siue bonorum possessor[y] existat. Sed neque auus neque proauus in Tertylliano matri nocēt, quāuis fiduciam[z] † cōtraxerint, pater autem tantum naturalis, non etiam adoptiuus[a] matri noceat. verius est enim, cum pater[b] esse desierit,[c] à matre eū excludi: sed nec ad bonorum possessionē cōtra tabulis eum admitti cum pater esse desierit. 16. ¶ Vndecunque autē acceperit bonorū possessionē pater naturalis, siue legitimus,[d] siue contra tabulas,[e] ex quauis parte excludit matrem.

17. ¶ Si sit adgnatus defuncti, & naturalis pater sit in adoptiua familia, sit & mater: admittimus matrē, quoniā patrem adgnatus excludit.[f] 18. ¶ Si sit consanguinea[g] soror defuncti, sit & mater, sit & pater adopratus, vel emancipatus:[h] si consanguinea velit habere hereditatem: matrem ex senatusconsulto vna cum ea venire, patrem excludi[i] placet. Si consanguinea repudiet: matrem ex senatusconsulto propter patrem non venire. Et quamuis alias non soleat mater expectare consanguineam velit necne adire hereditatem:[k] nunc tamē expectaturam. consanguinea enim est quæ patrem excludit. Repudiante igitur consanguinea, bonorum possessionem habebit mater cum patre, quasi cognata. sed & in hac moram[l] patietur: nec antè accipiet bonorum possessionem, quàm pater petierit: quoniam omittēte eo potest ex senatusconsulto succedere.

19. ¶ Sed & si ipsa[m] mater eadē sit & soror consanguinea, vtputa quoniā pater matris nepotē suū ex filia adoptauit: sit præterea & pater naturalis: hęc mater, si quidē quasi consanguinea veniat,[n]

d ¶ *Succedit.* successorio edicto.

e ¶ *Petere potest.* vnde cognati.

f ¶ *Non posse.* differtur ergo etiam pro sua parte: *vt. §. etiam si sit.*

g ¶ *Speraretur.* s. mater per senatuscon. si filia repudiauit. *& facit ff. de bon. li. l. si filius. §. cum filium.*

h ¶ *Abstinuerit.* abstinet hic[a] heres extraneus. alibi[b] dicitur q repudiat suus: *vt. C. de leg. here. l. defunctis.* & vtrumque impropriè: *vt Insti. de here. quali. & diff. §. extraneus. & facit. ff. e. l. j. §. si quis adita.* Sed contra. ff. *de suc. edi. l. si.* Sol. vt ibi.

a Abstinere interdum heres extraneus dicitur: licet proprie dicatur repudiare.
b Repudiare impropriè suus dicitur: propriè, abstinere.

i ¶ *Immixtus.* per in integrū restitutionem: qd potest: *vt. ff. de mino. l. etsi sine §. restitut*

k ¶ *Missus sit.* s. mater nomine ventris: quæ possessio non tribuit ius.

l ¶ *Bonorū possessionē.* vnde liberi, quę tribuit ius in proprietate.

m ¶ *Adgnascitur.* Quo modo pōt non adgnasci: cū si viueret pater tēpore quo hic nascitur, in potestate sua esset: *vt Instit. de tu. §. fin?* Resp. nō adgnascitur. i. nō fit eius heres vt filius q & adgnatus est: *vt. ff. ti. j. filius* Oportet ergo quod vel adeat de iur. ciuili, vel petat bo. poss. vt excludat matrē à Tertyl. & secundum hoc collige hereditatē nō aditā nō transire ad superiores: sed quidam cōtra, & hic dicunt loqui de nepote nato ex emancipato: qui si est suus, vt quia ante emācipationem fuit cōceptus, transmittit etiam non aditam, aliàs non. sed certè his obstat qa dicit patri: sed possent dicere, id est parenti. & pro eis. *C. de suis & legi. here. apud hostes.*

n ¶ *Bonorum possessio.* per procuratorem eius: quod fieri potest: *vt. C. de cura. fu. l. fina. §. j.* sed habetur pro nō petita si in furore decedat: *vt. C. de cura. fu. l. fi. §. fin autem.*

o ¶ *Carbonianā.* nec hæc tribuit ius, sicut nec ventris, *vt supra. §. si quis.*

p ¶ *Possessio.* Carboniana. Accur.

q ¶ *Sed cum hæc.* scilicet Carbo. finitur enim petenda anni cursu ex quo scit controuersiam sibi fieri: *vt. ff. de Carbo. edic. l. iij. in fin.*

r ¶ *Sed si infanti.* aliàs in libro domini Accursij est, vel si impubes &c.

† Facto temporibus D. Hadriani. Inst. eo.

s ¶ *Non enim similis.* secundum hoc intellige. *C. qui admit. ad bono. possessionem leg. infantis.*

t ¶ *Admittantur.* puta alij filij qui licet repudiēt, quamdiu vnus vult mater non admittitur: *vt supra eodem. l. j. §. si nemo.* 2. Vel d c, sunt nepotes ab alio qui in locum sui patris cum patruo vocantur: *vt Institu. de heredi. ab intest. §. cum filius.*

† Id est à fiduciario patre redemerint, & sic manumiserint tertiò mācipatū. nā tūc succedebāt: aliàs fiduciarius pater successisset. *Gaius lib. 1. Inst. titu. 6.* Sed Iustinianus. *l. fi. C. de emanci. lib.* significat tunc fiduciam contrahi, cum manumittēdo legitima iura sibi reseruat manumissor.

u ¶ *Pater.* qui emancipauit: aliàs haberet heredem secundum hæc iura.

x ¶ *Siue heres.* quia contracta fiducia emācipauit.

y ¶ *Siue bonorū possessor.* quia non contracta: *vt supra ti. j. l. si ad patrem. & Inst. ad Tertyllia. §. præferuntur. & C. eo. l. ij.*

z ¶ *Fiduciam.* id est emancipauerunt contracta fiducia.

a ¶ *Etiam adoptiuus.* nisi in casu: *vt. j. eod. æquissimum. §. j.*

b ¶ *Cum pater.* semper dicas post emancipationem: vt modo notaui.

c ¶ *Desierit.* adoptiuus post emancipationem: *vt. ff. vnde liberi. l. liberi.*

d ¶ *Legitimus.* puta per vnde legitimi: quādo contracta fiducia emancipauit.

e ¶ *Contra tabulas.* quando contracta fiducia, vel non emancipauit.

f ¶ *Excludit.* si vinco vincentem &c. *vt hic, & infra de diuer. & tempo. præs. l. de accessionibus.*

g ¶ *Consanguinea.* s. ex eodem patre.

h ¶ *Emancipatus.* à patre naturali, vel etiam adoptiuo. Accur.

i ¶ *Excludi.* per sororem cum extra familiam est pater.

k ¶ *Adire hereditatē.* quia statim pro sua parte accipit mater: *vt Insti. ad Tertyl. §. soror.*

l ¶ *In hac moram.* fa. *supra e. §. sed si quis decesserit. in fi.*

m ¶ *Sed & si ipsa.* scilicet mater.

n ¶ *Veniat.* fuit ergo nepos à patre adoptiuo emācipatus. al. non

excludet patrem. si ius cõsanguineæ repudiauit,[a] vel capitis deminutione[b] amisit: ex senatuscõsulto venire propter patrem non potest. repudiãte verò patre, rursum ex senatuscõsulto potest venire. 20. ¶ Si mater hereditatẽ filij filiæve nõ adierit ex senatuscõsulto Tertylliano: in bonis eorum[c] antiquum ius seruandum est. † Cum enim esset prælatio: matre omittente senatuscõsulti beneficium, ius succedit vetus.

21. ¶ Sed si mater repudiauerit bonorum possessionem, de adeunda[d] autem hereditate deliberet: dicendum erit adgnatum non succedere, quoniam nõdum verum est non adisse matrem.

22. ¶ Quod autem diximus[e] ius antiquum seruari matre non adeunte, cui personæ deferatur hereditas, videndum, vtrum ei quæ nunc proxima inuenitur cum mater repudiat: an ei quæ fuit cum intestatò decessisse certum est: vtputa fuit patruus[f] cum intestatò decederet,[g] & patrui filius. cũ mater repudiasset, patruo nondum delatam hereditatem, atque ideo defuncto eo, matre deliberante patrui filium vocari.

Dictum est supra qualiter mater excludatur à successione filij propter filios vel cõsanguineos: modo est videndũ quãdo priuetur successione propter tutorẽ nõ petitum. & primo ponit mentẽ cuiusdã constitutionis. secundo incipit illam cõstitutionem exponere. secunda ibi, Et quidem. Bart.

23. ¶ Si mater † nõ petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis reiectísve non confestim aliorum nomina ediderit: ius non habet vindicandorum[h] sibi bonorum intestatorũ filiorum. Et quidem si nõ petiit, incidit.* Ait enim,[i] *vel non petere*. Sed à quo non petere? Loquitur quidem de prętore constitutio: sed puto & in prouinciis locum habere, etiam si à magistratibus municipalibus non petat: quoniam & magistratibus municipalibus dandi necessitas iniungitur.[k] 24. ¶ Quid ergo si petiit, sed admonita vel à libertis, vel à cognatis? an incidat in senatuscõsultum? † Et puto eam incidere si compulsa fecit, non si cum petere non cunctaretur,[l] admonita est.

25. ¶ Quid si pater eis peti prohibuerat tutorẽ, quoniam per matrem rem eorũ administrari voluit? incidet, si nec petat, nec legitimè[m] tutelam administrat.

26. ¶ Quod si penitus egenis filiis nõ petit, ignoscendum est ei.

27. ¶ Sed si fortè absens à libertis prçuẽta est, vel ab aliis: dicẽdũ est eã nõ excludi:[n] nisi fortè cum frustraretur, id cõtingit. 28. ¶ Filiis autẽ nõ petẽdo punitur, vtriq; & filiabus. quid si nepotibus? Similiter non petendo punitur.

29. ¶ Quid si curatores nõ petiit? Verba rescripti deficiũt: sed dicendum est, si quidẽ impuberibus[o] curatores non petiit, eandẽ esse rationẽ. si iam puberibus, cessare[p] debere. 30. ¶ Quid si cũ prægnas esset, bonis nõ petiit curatorẽ? dico in sententiã incidere. nã & si apud hostes habuit impuberem, idẽ erit dicendum.

31. ¶ Quid si furioso tutorẽ[q] vel curatorem nõ petiit? magis est vt incidat. 32. ¶ Non solũ autẽ quæ nõ petiit, coercetur: sed & quæ defunctoriè[r] petiit (vt rescripto declaratur) vel priuilegio[s] munitũ, vel oneratũ tribus puta tutelis: sed ita demũ, si data opera hoc fecit. 33. ¶ Quid ergo si tales petiit, & susceperũt nihilominus, vel detẽti sunt? Excusata erit mater.

34. ¶ Quid si indignos, id est minus habiles ad tutelã petierit, quoniã sciebat prætorẽ eos nõ daturũ? Quid tamẽ si dedit eos prętor matris petitionẽ secutus? Iã quidem prætoris delictũ est: sed & matris punimus cõsilium. 35. ¶ Igitur si fortè excusati sint illi vel improbati: debet mater alios sine mora petere.

36. ¶ Ergo siue nõ petierit, siue idoneos nõ petierit, punietur, etiã si dati fuerint minus idonei prætore errãte.[t] 37. ¶ Idoneos autẽ vtrũ facultatibus, an & moribus petere debeat, dubitationis esse potest. Puto autẽ facilè ei ignosci si locupletes sint hi quos petiit. 38. ¶ Sed & si prioribus excusatis reiectísve nõ cõfestim aliorũ nomina ediderit, punitur. 39. ¶ Quid ergo si nõ fuerint oẽs excusati, vel nõ oẽs reiecti? videdũ an ei imputetur cur in locũ excusati nõ petiit. Et puto imputãdũ.[u] 40. ¶ Quid si decesserint quidã? Puto licet verba deficiãt, sentẽtiã cõstitutionis locũ habere. 41. ¶ Sed quod dixim[9] *reiecti*, vtrũ sic accipimus, à prętore nõ dati: an & si suspecti fuerint remoti, vel ob neglegentiã vel ignauiã repulsi? etiã hos quis reiectos rectè dicet. ergo & si latitẽt. Sed longũ est. Nã nec hoc ei imputetur, cur suspectos non fecit. alioquĩ & si latitarẽt, potuit edicto desiderare vt eos prætor adesse iuberet, & suspectos eos remoueret* si deessent. 42. ¶ Quid si nõ cõpulit eos miscere se tutelę? & cũ plenũ officiũ[x] à matre desideremus: & hęc ei curãda sunt, ne in hereditate ei obstẽt. 43. ¶ Cõfestim autẽ[y] sic erit accipiẽdũ, vbi primũ potuit. i. prætoris † copiã habuit huic rei sedẽtis:[z] nisi fortè infirmitate impedita est, vel alia magna causa, q̃ etiã mandare[a] eã ad petẽdos tutores impediret: ita tamen, vt nullo modo annale tẽp[9] excederet. Si enim mortalitate filij p̃uẽta est, nihil matri imputetur. 44. ¶ Tractari bellè põt, si pupillo amplũ legatũ sub cõd. sit relictum,

haberet heredẽ secundum hæc iura. vel secundum hoc videtur desinere esse & soror: *vt in tit. de nup. §. inter eas*. Sed respon. hîc nõ desinit habere ius sororitatis, quãdo ab auo fuit eius filius adoptatus: *vt. s. ea. l. §. liberi.*

a ¶ *Repudiauit.* Repudians[a] vno iure, potest venire per aliud: *vt & C. de iure delibe. l. suum.*

b ¶ *Deminutione*. minima quia ipsa sit emãcipata. ¶ Sed quare & hic nõ retinetur ius sororitatis post capitis demi? Respõ. ibi erat ciuile & naturale vinculum: hic naturale tantum.

c ¶ *In bonis.* i. in bonorum pos. vnde legit. *vt & s. vnde leg. l. ij. in fi. & l. iij.*

d ¶ *De adeunda.* per Tertyllianum.

e ¶ *Diximus. s. proxi. §.*

f ¶ *Patruus.* nunc respondet. *sic econtra. s. eo. l. j. §. vtrum.*

g ¶ *Decederet.* filius.

h ¶ *Vindicandorum.* si moriantur impuberes, aliàs non: *vt. C. ad Tertyllianum l. omnẽ. & l. matrer. & de legi. here. l. sciant. & hæc omnia infra exponit.*

i ¶ *Ait enim.* cõstitutio diui Pij: *vt. s. q pe. tu. l. ij. §. idem diuus.*

k ¶ *Iniungitur.* vt. s. *de tuto. & cura. da. l. ius dandi.*

l ¶ *Cunctaretur.* i. dubitaret. & quia pro certo proponebat petere.

m ¶ *Nec legitimè.* quod potuit petendo à principe secundum hæc tempora: *vt. s. de tu. l. fi.* ¶ Quid[b] autem si pater eorum matri non mandauit gerere, ipsa tamen gessit, & ideo tutores non petiit? Item quid si alij gesserunt: sed à iudice tutelam non petierunt, nec inuentarium fecerũt, an punitur mater? Respõ. apertè hic videtur dicere quòd incidat: quia non legitimè gessit, secundum Azo.

n ¶ *Excludi.* vt. *C. de his qui. vt indig. l. sororem. & C. de iur. fisc. l. edicto. §. cum autem.*

o ¶ *Impuberibus.* quod fit quandoque: *vt Insti. de cura. §. interdum.*

p ¶ *Cessare debere.* sed ipsi sibimet petant: *vt. s. qui pe. tu. l. ij. §. curatorem.*

q ¶ *Tutorem. s. de tut. l. qui habet. in prin.*

r ¶ *Defunctoriè.* procrastinando.

s ¶ *Priuilegio.* sic. s. *quod cuiusc. vni. no. l. j. §. fin.*

t ¶ *Errante.* nisi statim alios petat: *vt. j. §. sed si prioribus.*

u ¶ *Imputandum.* nisi cum reliqui sufficiunt administrationi: *vt. s. qui pet. tute. leg. credendum.*

x ¶ *Plenum officium.* vt & C. *qui pet. tu. l. cũ à matribus.* ¶ Et not. q quoad suspectos est hoc consilium, ne sit contra dicta. leg. s. *qui pet. tu. l. fi. §. si.* Sed quo ad cætera est necessitas: *sic. C. de admin. tut. l. si. §. personas.* Accur.

y ¶ *Confestim autem.* hoc est verbum orationis recitatæ. s. §. *si mater.*

z ¶ *Sedentis.* sic *supra quis ordo in bono. possessione ser. l. ij. § in bonorum.*

a ¶ *Mandare.* procuratori. s. qđ põt: *vt. C. q. pe. tu. l. cũ à matrib'.*

a Repudians vno iure per aliud succedere potest.

† Contra. ea. à *non facto. in fin. ibi, quotiescunque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur illius iudicis sententia magis timeatur, cũ sit antiquior & potior extat auctoritas. dist.*

† Hęc sunt verba cõstitutionis D. Seueri, quæ suppresso nomine hic citantur. extant autem illa sub illius nomine *in. l. 2. s. qui pe. tu. §. diuus. An. Aug. lib. 1. c. 7.* Plato *dialo. 9. de legib.* præclarè disserit de pœna cognatorum qui pupillis tutores nõ petunt.

* in constitutionem.

b Mater tutelã occupans liberorum sine decreto, neque inuentarium faciens, aut legitimos tutores liberis non petens, ad hæreditatem liberorum in ætate pupillari descendẽtium non admittitur. *v. Guidonẽ Papę singulari 401.*

† Sunt qui emendent, in sententiã constitutionis, contra fidem omnium lib.

* Fl. remoueret.

† Facit iste tex. quod tutoris datiu pertineat ad maiorem iudicem. quod patet põderãdo verbũ prætoris, qui est de maioribus magistratib. vt per Spe. in tit. de iurisd. om. iu. vers. medij. *de quo est Gl. ord. Instit. de Attil. tuto. §. sed hoc videtur. in Gl. in verbo, in tutes.*

lictum, si tutores non habuerit, & propterea ei mater non petierit, ne cōditione deficeretur: an constitutio cesset. Et puto cessare, si damnum minus sit cumulo legati, quod & in magistratibus municipalibus tractatur apud Tertyllianum. & putat dandam in eos actionem quatenus plus esset in damno, quàm in legato: nisi fortè quis putet conditionē hanc quasi vtilitati publicę oppugnantem remittendam, vt alias plerasque.[a] aut verba cauillatus imputauerit matri cur curatores non petierit. Finge autem plenius[b] conditionem cōscriptam: nónne erit matri ignoscendum? aut hoc imputatur matri, cur nō desiderauit à principe conditionem remitti? Et puto nō esse imputandum.[c] 45. ¶ Ego etiam si mater ei qui soluendo non erit, non petiit tutorē, puto ignoscendū. consuluit enim ei vt minus inquietetur, quasi indefensus. 46. ¶ Et si fortè quis vxorē communis filij matrem heredē scripsit, rogauitque remissa etiā satisdatione, vt filio puberi facto restitueret hereditatem, nec mater ei petiit tutores: debet dici cessare constitutionem, cum patris voluntatem secuta sit, & nihil habenti filio tutores non petierit. Quòd si ei remissa satisdatio † non fuerit, contra erit: quoniam vel propter hoc debuit tutores habere. Sed si fortè impubes post matris cessationem fuerit adrogatus, & impubes obierit: dicendum erit matri aduersus adrogatorem non competere ex stipulatu[d] actionem.

47. ¶ Videndū est, matre prohibita ius suum vindicare, vtrum cęteros admittamus atque si mater non esset, an ipsam heredem dicimus fieri, vel aliud nomē successionis inducere. Sed denegamus ei actiones, & inuenimus rescriptū ab imperatore nostro Antonino Augusto & diuo patre eius Mammiæ Maximinæ pridie Idus Apriles Plautiano iterum consule, matre remota eos admitti[e] qui venirent si mater non fuisset. ergo & adgnati cæteríque succedent: aut si nemo sit, bona vacabunt.

III. MODESTINVS *libro octauo Regularum.*

PAtrem[f] adoptiuum matri non obesse plerique probāt.

IIII. IDEM *libro nono Regularum.*

MAtris intestatæ defunctæ hereditatem ad omnes eius liberos pertinere, etiam si ex diuersis matrimoniis nati fuerint, iuris est.

V. PAVLVS *libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.*

AEquissimum[g] visum est, omnes filios matri pręferri, etiam si per adoptionem in familiam relicti essent. 1. ¶ Sed & nepos ex adoptiuo filio natus, ex verbis senatusconsulti matri obstabit. 2. ¶ Si ex filio † nepotem auus manumiserit, isque patre & auo & matre superstitibus decesserit, potest quæri, quis potior esse debeat. nā si mater excluserit auum[h] manumissorem, qui patri anteponitur, edicto pretoris[i] inducetur pater defuncti. quo admisso, desinit senatusconsulto locus esse, & rursus auus vocabitur. itaque rectius est auo ius suum conseruare,[k] qui & contra scriptos heredes bonorum possessionem accipere solet.

VI. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Orphitianum.*

FIlij[l] mater ex hoc senatuscōsulto, etiam si in aliena potestate sit,[m] ad hereditatem admittitur. 1. ¶ Filius qui se nolle adire hereditatem matris dixit, an potest mutata voluntate adire antequam consanguineus vel adgnatus adierit, videndū, propter hæc verba, *Si nemo filiorum volet hereditatē suscipere.* quia extensiua[n] sunt. Et cum verba extensiua sint, pœnitentia eius vsque ad annum admittenda est,[o] cum & ipsa filij bonorum possessio annalis est.

VII. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum, & Orphitianum.*

SI quis intestatus decesserit, relicta matre & fratre consanguineo, vel sorore, quamuis per adrogationem quæsitis: eadem iura in persona matris[p] seruantur, quæ & naturalibus extantibus liberis.

VIII. CAIVS *libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.*

IN suspenso est ius matris, si filius defuncti emancipatus deliberet de bonorum possessione[q] petenda.

IX. IDEM *libro singulari ad Senatusconsultum Orphitianum.*

SAcratissimi principis nostri oratione cauetur, vt matris

---

a ¶ *Plerasque.* vt. C. *de conditio. insti. l. conditiones. & l. filius.*

b ¶ *Plenius.* vt nec curatores petat. Accursius.

c ¶ *Imputandum.* & sic non est remittenda.

d ¶ *Ex stipulatu actionem.* quam aliàs haberet: *vt. s. eo. l. j. §. impuberi.*

e ¶ *Admitti.* s. quo ad hereditatem. ¶ Sed an idem ordo in petendis tutoribus, vt prius mater quā alij audiatur. s. vt donec mater vult petere, alius non audiatur? Resp. non: *vt. s. e. l. §. sed si fortè. & qui petu. l. ij. insi.* ¶ Item not. quod ipso iure mater esse desiuit: vt hic.

PAtrem.] CASVS. Pater legitimus & naturalis præcedit matrem in successione ab intestato: sed solus pater adoptiuus non vincit eam.

f ¶ *Patrem.* pone casum, *vt. s. l. proxi. §. obiicitur.* ADDITIO. Bart. arguit contra istam. le. quod ille qui habet patrem adoptiuum, est in eius potestate: ergo nō habet heredē matrem vel alium: *vt. l. ij. infra de castren. pecu.* Sol. secundum eum. & intellige quod pater adoptiuus eum emancipauit: *vt dicitur in. l. ij. §. obiicitur. s. eo.*

MAtris.] CASVS. Si mater decedat intestata: omnes eius libe. siue sint ex eodem matrimonio vel diuersis, succedunt ei per Orphitianum. Viuianus.

† Satisdatio tutoris per tutorem potest remitti primum quia hoc casu satisdationis loco habetur fides electae vt not. *Specu. in tit. de instru. edit. §. nunc vero aliqua. vers. quid si heres.* Secunda quia de iure nō est de substantia tutelę: *vt not. Bald. in addit. ad Specu. in titul. de tute. versicu. satisdatio non est.*

AEquissimum.] CASVS. Si filius decedit intestatus relictis liberis, liberi obstant matri, siue sint legitimi & naturales: siue legitimi tantum, puta adoptiui. [SI EX FILIO.] Si pater nepotem emancipauit, & emancipatus decessit patre & matre superstitibus: succedet mater. videbatur quod pater excluderet auum ratione gradus, & insuper matrem. & certè licet ita videatur: tamen dicendum est quod vocatur vel ad successionem ab intestato, vel in bon. poss. vtilem vnde liberi. Viuianus.

g ¶ *Æquissimum.* s. e. *l. ij. §. liberi.*

h ¶ *Auum.* vt. s. e. *l. ij. §. si auus.*

i ¶ *Pretoris.* vt. s. *si à pa. quis fu. ma. l. j. §. nepos.*

k ¶ *Conseruare.* non ergo mater excludit auum quando pater est in medio. ¶ Et not.[a] quod hic fallit regula quam habes *infra de diuer. & tempo. præ. l. de accessionibus.* scilicet si vinco vincētem &c. nam auus vincit patrem, & pater matrem, non tamen auus solus vincit matrem: *vt hic, & supra. l. ij. §. obiicitur.* nisi pater sit in medio: vt hic dicitur. sic & fallit aliàs *vt no. C. de natu. lib. Authen. licet.*

a Vincens te vincentem, an & quando te non vincat.

FIlij.] CASVS. Mater siue sit materfamil. siue filiafami. vocatur ad successionem filij. [FILIVS QVI SE.] Decessit mater intestata filius vocabitur ad eius successionem per Orphitianum. dixit filius: Nolo adire. postea vult mutare voluntatem, & adire: poterítne? sic, adeo quod si mater habebit fratrem legitimum & naturalem, nō venit ad successionem, sed filius per Orphitianum. Viuian.

† Vide quę in hunc locum eleganter & copiosè scripsit Alciat. *lib. Parad. 6, cap. 18.*

l ¶ *Filij.* hic puncta.

m ¶ *Potestate sit.* scilicet mater. *sic econtra. infra eodem. l. pen.* Accursius.

n ¶ *Extensiua.* propter verbum, volet, quod formatur à præsenti: *vt. j. de verb. obli. l. si stipulatus.*

o ¶ *Amittenda est.* immo videtur quòd non. *vt. C. de iur. & fa. igno. l. ij.* quæ est contra. Solu. ibi alius iam acceperat, hic non: *vt supra de mino. l. quod si minor. §. Scæuola.* vel solue vt ibi not.

SI quis.] CASVS. Quidam decessit intestatus relicta matre & fratre vel sorore quęsitis naturaliter. vel per arrogationem. nūquid eadem seruantur quæ in filiis legitimis & naturalibus? certè sic. Viuianus.

p ¶ *In persona matris.* volentis succedere filio. qualiter autem naturales succedant cum matre, habes *Institut. ad Tertullian. §. frater.*

IN suspenso.] CASVS. Si filius emancipatus decedit relicto filio, & ille deliberat velit petere bono. poss. ius matris est in suspenso. Viuianus.

q ¶ *De bonorum possessione.* vnde liberi.

SAcratissimi.] CASVS. Si mater moritur intestata: liberi

ſuccedunt matri per Orphitianum, ſiue erant ſui iuris, vel in poteſtate conſtituti. Viuian.

a ¶ *Poteſtate erũt.* ſic ecõtra.ӡ.e.*l. filij. in pr. & fac. C. ad Orph. l. ij.*

SI *filiusfamilias.*]C A S V S. Filiusfami. miles quæſiuit bona in caſtris. poſtea mortuo patre ſuo inteſtatus deceſsit. nunquid mater ſuccedet ei per Tertyllianum? dicit iuriſconſul. non puto indiſtinct. in vno puto diſtinguendum: ſi iſte filius deceſsit inteſtatus: ſi non habet poſtumũ, vel filium in captiuitate hoſtium, vel filium domi: mater ſuccedet ei. Sed ſi habet poſtumum: quãdiu ſperatur naſci, mater non ſuccedit ei. ſed ſi naſcitur nõ monſtruoſus, mater nõ ſuccedit ei. ſi redit de captiuitate hoſtium, iure non ſuccedit ei. ſi habet filium domi: mater non ſuccedit ei. ſed ſi naſcitur filius monſtruoſus: iſte non obſtabit matri quin poſsit filius per Tertyllianum ſuccedere. Viu.

† Alcia. *lib. 4. parado. c. 3.* hoc reſponſo probari ait, etiam iure Digeſtorum bona ad filiumfa. ratione dominij pertinuiſſe.

inteſtatæ hereditas ad liberos, tametſi in aliena poteſtate [a] erunt, pertineat. †

X. P O M P O N I V S *libro ſecundo Senatuſconſultorum.*

SI filiusfamilias miles [b] non ſit teſtatus de his quæ in caſtris adquiſierit: an ea ad matrẽ pertineant videndum eſt. Sed non puto. magis enim iudicio [c] militum hoc beneficium conceſſum eſt, non vt omnimodo quaſi patresfamiliarum in ea re ſint.

1. ¶ Quando in pendenti eſt, an quædam perſonę poſſint obſtare matri, & caſus tulerit vt nõ inducerentur, [d] matri ius integrum erit quod medio tempore appenderit: [e] * veluti ſi filio inteſtato mortuo poſtumus ei filius potuerit naſci, nec natus ſit, aut mortuus editus: vel quòd etiam filius qui in hoſtium poteſtate erat, poſtliminio non ſit reuerſus.

b ¶ *Miles.* qui manet in poteſtate: *vt Inſti. quibus modis ius pa. pote. ſolui. §. filius.*

c ¶ *Iudicio.* id eſt vt teſtentur ſi volent. aliàs pater occupat iure peculij: *vt. j. de caſtren. pecu. l. ij. & facit. ӡ. ad l. Falcid. l. filius. & de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus communis. in prin.*

d ¶ *Inducantur.* in eo ſtatu vt ſuccedant filio.

e ¶ *Apprehenderit.* Sed licet de facto apprehenderit: [a] an interim eſt heres conſiderata veritate? Videtur quòd non: *vt. ӡ. eo. l. in ſuſpenſo. & not. ſupra ſi pars hered. pe. illud. in princip.* Accurſius Florentinus legum doctor.

* apprehenderit.
a *ſub.* mater.

EXPLICITVS EST LIBER EX ORDINE DIGESTORVM trigeſimusoctauus. De bo. poſſeſsionibus Secundus. In quodam manuſcripto, ſcriptum reperi. Expliciunt tres partes.

DIGESTI INFORTIATI

FINIS.